12 gemino rege primo Italię introducta † qui vna nummi parte sui capitis effigiem, altera nauim, qua aduectus in Italiã Saturnus fuerat, exprimi voluit, sic illius memoriæ consulens abs quo peritiã rudis edoctus fuerat, eũq́; regni societate munerauit, vt apud Macrobium. lib. Satur. primo legimus. Signatum est ẽt æs nota pecudis, vnde pecunia dicta, necnõ suis aut bouis signo, vt Plutarchus in vita Publicolæ scribit, eo ꝙ cũ nummorum vsus apud Romanos frequens non esset, pecudibus & iumentis fontes plecterentur. Nota nummi ærei fuerunt deinde ex vna parte consulum capita, tertio loco trium virorum reipublicæ cõstituendæ effigies, & nouissimè imperatorũ imago, ex parte altera varia in numismatibus signa video, modo est Lupa Remum & Romulum lactãs, aliquando triumphus, interdum ciuica Corona cũ his literis ob. C. S. Sępius fęcialis equo vectus dea Deusve aliquis, alias præterea complures non id genus figuras e voluntate nũmos percutientium in ipsis numismatibus videmus, quas callens historiam dũtaxat cognoscere poterit. Nũmus verò argenteus, vt Plinius eodem loco scriptũ reliquit, percussus est anno vrbis quingentesimo octogesimoquinto. Q. Fabio consule, quinq; annis ante primum bellum Punicũ, cuius nota bigæ & quadrigæ fuerunt, inde bigati & quadrigati nũmi appellati sunt, mox lege Papyriana Semiũciales asses facti fuerũt. Victoriatus deinde nũmus lege Clodia percussus est, & ita a signo victorię, quo insculptus erat, dictus est postea argenteus nũmus, easdẽ notas, quas æneus habuit parte vna cõsulũ scilicet, aut trium virorum capita, & postremo angustorũ effigiẽ ex altera multiplices formas sicut æneus habuit. vnde Augustus (vt Suetonius scribit) nũmum argenteum nota sideris capricorni, quo natus fuerat, percussit, & Nero nummum citharędico habitu, quo se oblectabat, fabricauit. Aureus nũmus
13 † sexagesimo altero anno post argenteum percussus est, cui consulum primò, triumq́; virorũ secundò, deinde Imperatorũ capita ex vno latere imprimi cęperunt, & ab his sicut alij sępè nomẽ accepit, quod & inscriptio demonstrabat. Vnde rõnibus his vnã Iudæorum dubitationẽ subdolam Christus diremit, nam eis, an liceret censum soluere Cęsari percunctãtibus, dixit, vt sibi numisma census oñderent, postea cuius imago illa, & in nummo posita supscriptio esset, interrogauit: demũ Iudęis has Cęsaris esse rñdentibus, quę erant Cęsaris reddere Cęsari, & quę Dei erant Deo reddere iussit. In altera nũmi aurei parte varias, vt in cęteris notas reperio. Et aliqñ Romæ magistratus fuit, quẽ tres viri monetales auri argentiq́; flatores gerebant, quorũ teste Fenestella diligentia erat, vt numismata auro probo argentoq́; fabricarentur. Numi inuentione humanis necessitatibus subuentũ est, & ꝑmutationi introducta emptione derogatũ origo certè emendi, uendiq́;, vt in lib. Digestorum duodeuigesimo apud Paulum scriptum habeo, a permutationibus cępit: olim. n. non ita nummus erat, neq; aliud merx, aliud preciũ vocabatur. Sed vnusquisq; ꝑm necessitatẽ temporũ ac rerũ vtilibus inutilia permutabat; qñ plerunq; euenit, vt quod alteri supersit, alteri desit: sed quia nõ semper, nec facilè cõcurrebat, vt cũ tu haberes, qđ ego desiderabam, inuicẽ haberem, quod tu accipere velles, electa est materia, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret, eaq́; materia in publi. formam percussa vsum dñiumq́; non tam e substantia, quàm e quãtitate prębet, nec vltra merx vtrumq́;, sed alterum precium uocatur.

14 **Lucius** Tarquinius prisci † Tarquinij filius regni administrationem Seruio occiso occupauit, Gabios per Sextum filium simulato transfugio domuit, leges aliquot tulit. Sed & veteres multas sustulit. Superbi cognomẽ ob iustitiæ contemptum meruit, vt apud Halicarnaseum lib. j. & iiij. scriptum legimus. Princeps enim iste non regiã rempublicã, sed tyrannidẽ magis constituit, proprio enim non subditorũ cõmodo studuit, vnde tyrannus non rex dici meruit, cuncta libidine magis, quàm legibus regens, tñ a patrũ consilio & opinione in rebus gerẽdis abfuit, vt ex eis partẽ clariorem morte & exilio perdiderit. Volscis Sueſſam & Pometiã eripuit, cloacam grandẽ & iocos in circo composuit, primus ferias latinas adinuenit, vincula excogitauit, taureas fustes, lantumias, cõpedes, cathenas, exilia & metalla primus regum morẽ de oïbus senatum consulendi soluit, rẽpublicam domesticis consilijs administrauit, bellum, pacem, fœdera societatesq; per se, cum quibus voluit iniussu populi & fecit & diremit, templum Ioui in capitolio ædificauit, & cum ardeã obsideret super alia ob violatam a sexto filio Lucretiam anno regni

quinto

Source : BIU Cujas

quinto & quadrageſimo (ſi Liuio credimus) vrbe exactus eſt. Sed Halicarnaſeus annos quinq; ſupra viginti eum regnaſſe libro primo & quarto aſſerit, regnum deinde per Porſenam Ethruriæ regem fruſtra recuperare conatus. Cum is cum ſumma ignominia reliquum vitæ tempus exegit. Huius temporibus Sextus Papirius iureconſultus apprime peritus fuit, qui, ſi Pomponio credimus, leges ſine ordine ab regibus latas in vnum compoſuit, liberque eius hac ratione ius ciuile Papirianum appellabatur. Lex ergo prima iuris ciuilis ſpecies primum ab regibus originem habuit, quapropter eos non ab re commemorauimus, mox a populo, vt ſtatim dicetur, proceſſit: nam ſunt leges principis ſicut liberi populi, vt Valla tradidit: ſed quæ a rege conduntur, alterius conſenſum nequaquam requirunt, quæ autem a populo ſanciuntur, conſulis interrogatione egent, & propterea iureſconſulti legem eſſe dicunt, quam populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante veluti conſule conſtituebat, qua diffinitione leges a Regibus conditas non comprehendũt, eo ꝙ cum ſuis latoribus exoleuerunt, perempta prima reipublicæ ſpecie, cui regia manus a cõdita vrbe ad ſuam electionem vſque ducentis annis & quadraginta quatuor omnium opinione præfuit.

AYMARI RIVALII ALLOBROGIS IVRIS CIVILIS HISTORIAE,

Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Romani loco regum duos conſules annuatim creabant.*
2 *Romæ qui primi conſules creati.*
3 *In ciuem Romanum animaduertere, nefas erat.*
4 *Fœminis purpura veſte & aureis ſegmentis vti a ſenatu permiſſum fuit.*
5 *Lex Agraria a Sp. Caſſio conſule promulgata fuit.*
6 *Caius Darentilius legem promulgauit, vt quinque viri legibus de imperio conſulari ſcribendis crearentur.*
7 *E Solonis ſanctionibus hæc duo fuere, ne ſepulchra in vrbe forem, ne prolatus & lamentationes in alieno funere fierent.*
8 *Monumenta aſcia polire lex prohibebat.*
9 *Mulier in adulterio deprehenſa conſuetudine Romuli repudiari poterat.*
10 *Filiam in adulterio deprehenſam cum adultero occidere patri lex Iulia permittit.*
11 *Vxorem domi in adulterio deprehenſam marito repudiare licet.*
12 *Virginum raptores vltimo ſupplicio ſunt afficiendi.*
13 *Lex Solonis a decem viris ampliata.*
14 *Furem deprehenſum occidere, an ſit lege permiſſum.*
15 *Romanus populus Athenas legatos miſit, qui Solonis leges gẽtium ritus & mores ciuitatum inſtituta iuraque deſcriberent.*
16 *Qui ad legitimam hæreditatem admitti debeant.*
17 *Pupillus vbi & apud quos ali debeat.*
18 *Lacedemones iure ſcripto vſi non ſunt.*
19 *Cadauera lex Romanorum in vrbe ſepeliri vetuit.*
20 *Sepeliri in vrbe & intra vrbem lex chriſtianorum prohibet.*
21 *Patri filium vendere permiſſum.*
22 *Deos adire caſtè lex iubet.*
23 *Dionyſius regno pulſus ludi magiſter fuit.*
24 *Dijs ſacra facturus corporis ablutione purgabatur.*
25 *Decima quæque veteres dijs ſuis offerebant.*
26 *Chriſtiani diuos aliquot colere non debent, niſi prius auctoritate Romani Pontificis approbati publicè & recepti fuerint.*
27 *Chriſtus inter deos Tiberij temporibus a Romanis cur non eſt receptus.*
28 *Hadrianus Chriſto templa primus omnium condidit.*
29 *Delubra & deorum lucos contra magorum ſententiam lex eſſe iubet.*
30 *Lares vnde dicti.*
31 *Alexander Seuerus quos lares coluerit.*
32 *Romani imperatores conſecrabant.*
33 *Feſti dies quibus legibus ſunt introducti, & a quibus negociationibus & actibus ceſſabatur.*
34 *Feriæ publicæ quotuplices ſunt, & quãdo celebrabantur, & quorũ actuum ceſſationem dicebant.*
35 *Feriæ in honorem ſanctorum introductæ an poſſint partium conſenſu tolli, & an feriæ ob hominum vtilitatem.*
36 *Dies profeſtus quotuplex eſt, & quid illis dieb. facere leges permittebant.*
37 *Sacerdotes aruorum a quo fuerunt ordinati & ad quid.*
38 *Hoſtiarum genera quot ſint, & quæ cuiq; diuo ſecundũ leges ꝓmittebãtur.*
39 *Ambarnalis hoſtia quæ ſit, & vnde dicta.*
40 *Iuuencus Ioui imolabatur, Capra autem Mineruæ. ibidem num. 41. Porca Cereri, ibidem num. 42.*
43 *Hoſtia quid ſit, & quid victima, & in quo differant inuicem.*
44 *Numa Pompilius diuini cultus religionem & inſtitutionem in octo diuiſit partes, in Curiones. ſ. Flamines, Celerum duces, Augures, Virgines Veſtales, Salios, Feciales & Pontifices.*
45 *Flamines vnde dicti.*
46 *Veſtales virgines a Pon. Max. verberibus afficiebantur, ſi per incuriã ignis ſempiternus, cuius curam habebant, extinctus fuiſſet.*
47 *Augures a quo ſunt primum ſtatuti, & qualis eis a legibus fuerit data poteſtas, & quem in augerendo ritum ſeruauerint, & qualiter, & quotuplicia auguria ex auibus capiebantur.*
48 *Tropheus quibus & pro quibus rebus dabatur.*
49 *Dictator ſe vel vnum ex militibus pro ſalute populi deuouebat.*
50 *Triumphus quando permittebatur, & qualiter fiebat.*
51 *Aruſpicum diſciplina apud veteres in honore & precio fuit.*
52 *Sacrificia nocturna mulieribus prohibita.*
53 *Mulieres ſacras Cereri faciebant, & quæ ab eis prohibebantur.*
54 *Ludus ſcenicus a quo fuit adinuentus, & ad quid, & qualiter fiebat.*
55 *Sacerdotes ſumere pecuniam an & qua lege prohibebantur.*
56 *Vota reddi an debeant, & an poſſit immutari, & qui voto obligantur.*
57 *Religionis violatæ pœna qualis erat, & qui ob eam ſpretam, aut violatam afflicti fuerunt.*
58 *Manes ſacrificijs placare quis inſtituit, & an mani iura violare debeant.*
59 *Exequiæ qualiter in defunctum impendebantur.*
60 *Sepulchri violator qualiter, & quibus legibus puniebatur.*
61 *Funebris oratio a quo fuit adinuenta, & quibus permittebatur.*
62 *Funebris ſumptus qualis fuit, & quis circa illum modus, & per quem deberetur, & quid funeris ſumptus appellatione veniat.*
63 *Salij qui ſunt, & a quo fuerint introducti, & quod ſit eorum officium, dictũ eſt ſupra in cap. Numa. & iterum lib. ij.*
64 *Magiſtratus a quo fuerint ordinati, & an par imparem poſſit habere imperium.*
65 *Magiſtratus plures Romani in exercitu habebant.*
66 *Prætor quis dicebatur, & an exercitui intereat, & qualem habebat ptãtẽ.*
67 *Tribunorum genera quot ſint.*
68 *Militiæ continentia qualis fuit antiquis.*
69 *Edilis curulis quis dicebatur, quod erat eorum officium, & circa quæ, & quotuplex erat edilis curulis genus.*
70 *Cenſores quando ſumpſerunt exordium, & a quo, & quid eos decebat.*
71 *Prætor quando ſumpſit exordium, & circa quæ verſabatur eius arbitrium & poteſtas.*
72 *Militaris diſciplina quãto in precio, ac cultu fuerit apud Romanos duces.*
73 *Qui ad eundem honorem denuo redibat lege Iulia de ambitu tenebatur.*
74 *Dictator quis dicebatur, & quale eius erat imperium, & officium & circa quæ, & à quo eligebatur.*
75 *Auſpicia quibus ſunt permiſſa, & illa negligentes qualiter fuerunt afflicti, & in quorum erat poteſtate, ibid. num. 77.*
76 *Bella qualiter, per quos, quando, & in quos gerebant Romani.*
78 *Senanatorius ordo a quo ſtatutus eſt, & qualis erat Senatus poteſtas, & quatenus erat ſenatorum numerus, qualeſque ad id munus obeundum eligerentur.*
79 *Lex de ſuffragijs a quo fuerat lata, & ad quid.*
80 *Quæſtor quis dicatur, & qualis ſit poteſtas & eius officium, & quis poſſit eſſe quæſtor.*
81 *Auguria quanta in veneratione apud Romanos erant, & quàm diligenter obſeruabantur. Et qui auguria & aruſpicia primi prohibuerunt. ibidem num. 82.*
83 *Dignitates dono, vel pretio adipiſci quis prohibuerit.*
84 *Sententia pecunia lata tanquam venalis nulla eſt.*
85 *Magiſtratus quale iuſiurandum præſtent, & qualiter illius transgreſſores puniantur.*
86 *Suffragia emi quis prohibuerit, & qualiter illa emens puniatur.*
87 *Cenſores quis ſtatuerit, & quæ eis in republ. erat cura, qualis ſit eorum adminiſtratio & poteſtas.*
88 *Hæredes qui dicantur, qui ſui, & qui neceſſarij, & quis in hæreditate præferatur.*
89 *Tutela quid ſit, quibuſque & per quos decernatur.*
90 *Familiæ erciſcundæ actio qua lege, quibus, & contra quos competat.*
91 *Legitimus infans quando dicatur, & poſſit naſci.*
92 *Capite cenſus quis dicatur.*
93 *Labeonis Antiſtij, & quantum in iure valuerit, aut ſcripſerit.*
94 *Mulieres genas radere lege xij. tab. eſt prohibitum, & qualiter id ſit intelligendum.*
95 *Leſſus lamentatio & lugubris eiulatio eſt, non veſtis lugubris, vt voluerunt aliqui.*
96 *Mulier virum defunctum lamentari an debeat, & an indui lugubri veſte.*
97 *Iudex vel arbiter venalem ſententiam ferens qualiter per leges xij. tab. puniebatur, & qualiter qui per imprudentiam malè iudicabat.*
98 *Pater filiam vendere cuius permiſſione poſſit.*
99 *Actio iniuriarum per quem eſt introducta, & contra quos.*
100 *Teſtis pecunia corruptus qualiter puniatur.*
101 *Lex de arboribus cædendis à quo fuit lata, & contra quos.*
102 *Furtum quid ſit, & quotuplex, & qualiter puniatur, & apud quos non.*
103 *Lege Papia quid conceſſum ſit.*
104 *Connubium patritijs cum plebeijs qua lege prohibitum erat, & qua lege permiſſum, & vtriuſque ratio.*
105 *Caſtrari mares quis prohibuerit, & contrafacientis pœna.*
106 *Frugibus alienis nocens per incantationes, ſeu aliàs qualiter puniantur.*
107 *Magicas artes exercentes & incantatores qualiter puniantur.*
108 *Frugum appellatione quid veniat.*
109 *Glandem legere quis prohibuerit, & qualiter contraueniens puniatur.*

Source : BIU Cujas

110 Comitia quando prohibebantur, & quare.
111 Arboris furtim cæsæ quæ sit pœna, & qualiter agatur.
112 Hæres suus & necessarius etiam inuitus est hæres, sicut ab intestato.
113 Sonticus morbus quid perpetuus operetur.
114 Aquæ pluuiæ arcendæ actio quibus & quando & qua lege competat.
115 Iudicio sistere qui conuenit, ad quid, & quando teneatur.
116 Hostis appellatione quis veniat.
117 Testamentorũ genera quot sint, & qualiter, & quib. ac quãdo sint pmissa.
118 Via & iter inter se continet, & ius agendi, eundi, & ambulandi quantum debeat continere, & quid differat ab itinere.
119 Leges posteriores ad priores pertinent.
120 Leges per dissuetudinem tacito populi consensu tolli quis statuerit, & quis econtra.
121 Decem viri quando primum creati sunt, & qui, & quæ fuerit eorum potestas, & circa quæ.
122 Leges xij. tabularum populus Romanus per suas & angustauit, & auxit.
123 Lex Eliasentia hæredum institutionem, & libertatis dationem angustauit.
124 Leges qualiter promulgabantur, & quis modis obseruabatur.
125 Lex Valeria & Horatia quam L. Valerius & M. Horatius consules creati tulerunt, ad quid fuit lata.
126 Legẽ Emiliam Mamercus Emilius dictator quare tulit, & quãdiu valuit.
127 Legem Papiriam quare L. Papirius tulit.
128 Legem manliam quare Gn. Manlius tulit.
129 Legem valeriam quare Marcus Valerius tulit.
130 Leges publias. P. Philo dictator tulit, & quare.
131 Legem petiliam quare, & de quibus. C. Petilius & L. Papiryus Mugilanus tulerunt.
132 Legem valeriam Martius Valerius de prouocatione tulit.
133 Legem pompeiam Gneus Pompeius tulit, & quare.
134 Legem fabiam Fabius tulit & quare.
135 Legem Annariam, quæ statuit, quotum annum debeat habere, qui magistratum capit, quis tulerit, eamque quis abrogauerit.
136 Lex Aretina quare fuerit introducta.
137 Lex Cinthia quam Cinthius tulit de salario patronorum statuit, in quo consistere possit.
138 Lex Acilia, quam M. Acilius Glabrio de repetundis pecunijs statuit, contra quos habeat locum.
139 Lex papia ad quid fuerit per Papium consulem introducta.
140 Lex latoria quã Q. Latorius cõtra circunuenientes adolescentes statuit, quando locum habeat.
141 Lex licinia & mutia per P. Licinium Crassum oratorem, & Q. Mutium Scæuolam de ciuibus regendis est inducta.
142 Lex papia circa quæ fuerit lata.
143 Lege Hortensia Q. Hortensius dictator statuit, vt patritij, & omnes Romani eo iure uterentur, quod plebs statuisset.
144 Lex Satira vno rogatu multa comprehendit.
145 Lex Scatinia quã P. Scatinius tulit puerorum concubitores punit & qualiter. Variè tamen fuere puniti, num. 146.
147 Lex apuleia, quam Apuleius tulit, læsæ maiestatis vitio obnoxios punit.
148 Lex Calphurnia, quam C. Calphurnius Piso tulit, ambitum punit.
149 Lex fauia sumptibus & impensis faciendis ordinem ponit. Et numerum cenantium cohibebat. num. 150.
151 Lex Didia Fauiam legem interpretata est, statuens: vt tota Italia non sola vrbs sumptuaria lege vteretur.
152 Lex licinia, quam P. Licinius consul tulit de eisdem fermè rebus, quòd supra proximè positæ leges certis tamen additis facta est.
153 Leges Corneliæ, quas Cornelius consul tulit, de quibus & contra quos factæ fuerunt.
154 Leges cassiæ quid statuunt, & contra quos.
155 Lex cornelia in falsarios, falsos testes, & homicidas animaduertit.
156 Lex aurelia, quam L. Aurelius Cotta prætor tulit, quid contineat.
157 Lex Roscia, quã L. Roscius Otto cõsul tulit, ordinẽ spectãdi in teatro tulit.
158 Leges pompeiæ, quas Gn. Pompeius magnus tulit, circa quid latæ fuerint.
159 Parricidæ & qui parentis aut filij fata clam palamve præparauerint. l. põpeia puniuntur, & qualiter, & quis primus omnium parricidarum eam pœnam sustinuerit.
160 Legem Iuliam C. Iulius Cæsar, siue, vt Vlpianus & Tranquilus in vita Cesarum, Augustus tulit contra adulteros.
161 Lex papia Pompeia, quam sub Octauio Cæsare Papius, & Pompeius suffecti consules tulerunt, quid contineat, & circa quæ fuerit.
162 L. Iulia de vi publica deportationem punit deprehensos in vi armata. Itẽ de vi priuata vim sine armis committentes amissione tertiæ partis bonorum suorum mulctat. Item reo peculatus igni interdicit.
163 Plebiscita vnde & quare ortum habuerunt, & pro quibus manant, & quæ dicantur esse plebiscita, & quo plebiscito restrictæ fuerint aliquæ ex legibus xij. tabularum.
164 Lex Icilia & duilla, quam Icilius, & M. Duillius tulerunt, de quibus est negotijs sancita.
165 Lex canuleia, quam C. Canuleius tribunus plebis tulit legi xij. tabularum, quæ connubium plebi cum patribus prohibebat, abrogauit.
166 Lex licinia quempiam plus, quam quinquaginta agri iugera possideri prohibebat, & alia multa.
167 Lex genutia, quam L. Genutius tulit, fœnus & alia plura prohibebat.
168 Lege atilia quam L. Atilius, & C. Martius tribuni plebis tulerunt, quid erat sancitum.
169 Lege claudia quam Q. Claudius plebis tribunus tulit senator, eius que pater nauim maritimam plus trecentarum amphorarum prohibebatur habere.
170 Lege voconia à Voconio lata quid erat sancitum.
171 Lege oppia M. Oppius, & T. Romuleius tribuni plebis prohibuerunt mulieres veste varij coloris vti, plus semuncia auri habere, plus vncia auri in auribus appendere, ornatum superfluum habere, & vehiculo in vrbe oppidoue, aut propius inde nisi sacrificij publici gratia vehi, & quando sit illa lex, & à quibus abrogata.
172 Lege plotia. M. Plotius quid statuerit.
173 Lex orchia, quam C. Orchius tulit conuiuarum numerus, & conuiuandi formam dabat.
174 Lex Horatia quid statuerit.
175 Lex Atinia quid statuerit seruandum.
176 Leges Gracchorum quid sanxerint, & circa quæ.
177 Tiberius Gracchus legem tulit, vt nemini vltra quingenta telluris iugera habere liceret.
178 Magistratu priuatus alium aspirare lege Gracchorum prohibetur.
179 Lege Elia & fusia quid sancitum fuerit.
180 Lege Clodia, quam P. Clodius plebis tribunus tulit quid iubeat.
181 Leges triumphandi a quibus fuerint introductæ, & quãdo illæ perierint.
182 Lege manulia, quam Manulius tribunus plebis tulit, quid sentiat.
183 Lege othonia Otho tribunus plebis sancijt de admittendis, vel non in spectaculis cernendis equitibus in decimoquarto gradu.
184 Lege apuleia sancitum fuit, nemini præter decretum populi in regione esse licere.
185 Lege Sulpitia Sulpitius tribunus plebis sanxit, vt aduersus Mitridatẽ Marius bellum gereret.
186 Lex ogninia sacerdotium promiscuum esse voluit, & quid aliud statuerit.
187 Pontifices maximos quis adinuenerit.
188 Augures quot esse debebant, & qualiter eorum numerus augebatur.
189 Lex manlia, quam Manlius tribunus plebis statuit quid iubeat, & an plebiscitum possit appellari.
190 Lex Falcidia (quam Caius Falcidius plebis tribunus tulit) effrenata testatorum legata coercens quibus temporibus est inducta.
191 Lex Aquilia quid contineat.

REgibus fuit apud populum Ro. altera reipublicæ species Timocratia nomine, quæ est principatus multitudinis, quæ nullo discrimine habito omnium curat vtilitatem & inquirit. Illo enim tempore P. Romanus rempublicam cum omniũ commodo gubernauit, & loco regum duos cõsules creauit, †quos vnoquoq; anno, ne auderẽt aliquid p-
1 mutari placuit, vt Salustius in Cati. scribit, & quia calendis Ianuariis apud Romanos annus incipiebat, tunc ipsi consules procreati magistratum inibant, vt ex Plutarcho in vita Marij colligitur, & Marcellus de conditionibus & demonstrationibus ostendit. Consulatus tamen teste Liuio interdum idibus Martij initus est. Mos quoq; erat, vt designati consules gratias populo agerẽt, benigneq; alloquerentur, quod Paulus Aemilius in secundo consulatu facere nolui, affirmans non sui, sed efflagitantis populi gratia se consulatum ℔m petiissent. Dicti sunt autem eo nomine cõsules ℔m Fenestellam, ℙ publicæ rei consulere deberent. Et cum lege Tribunitia omnes ferè a regibus constitutæ leges exoleuissem, in earum locum ipsius populi leges ad consulum aut tribunorum interrogationem latæ subrogatæ sunt, atq; successerunt. Primùm enim L. Iunio Bruto, & L. Tarquinio Collatino primis
2 consulibus creatis † ne ipsi & cæteri deinceps per omnia regiam potestatem sibi vendicarent, lege cautum est, teste Pomponio iurecõsulto, vt a consulibus ad populũ prouocatio esset, neue sine iussu populi in caput ciuis Romani animaduertere possent, solum eis relicta est coercitio: & vt in vincula publica duci iuberẽt. Plutarchus tñ hanc legem a P. Valerio Publicola consule latam fuisse scribit, postea Tarquinius Collatinus sorore Tarquinii superbi & fratre patruele genitus videns nomen suum, eo quòd de gente Tarquinia esset, ciuitati inuisum, se consulatu abdicauit, re
busq; suis omnibus Lauinium translatis ciuitate excessit. Hinc Brutus alter consul ex senatusconsulto ad populum tulit, vt omnes Tarquiniæ gentis exules essent. Deinde P. Valerius in Collatini locum suffectus legem commitiis centuriatis post Bruti exitum tulit. Nequis magistratus ciuem Romanũ aduersus prouocationem verberare † aut necare vellet, & de sacrando cum bo-
nis capite eius qui regni occupandi concilia iniisset. Lege ciuium vectigalia ẽt sustulit, si Plutarcho credimus, & ærariũ creatis duobus quæstoribus Veturio & Minutio Saturni ędem constituit, & consulibus non parentes boum & duarum pecudum precio qñque multari dispositi, multas alias Solonis leges Publicola ad suum vsum traduxit‖. Sextodecimo anno post reges exactos pp tributum & militiam, quam plebs tolerabat, in montem sacrum trans Anienem secessit, & duos tribunos G. Licinium, & L. Albinum,

Source : BIU Cujas

num,qui plebeij eſſent magiſtratus,creauit,leges quoque,quibus ſuum in patres ius tueretur, priuſquam in vrbem reuerteretur. Tribuno rogãte condidit. vnde & ſacratæ dicebantur,ad patrum plebiſque concordiam pertinentes. Et vt Menenius Agrippa patribus plebem reconciliaret, inter cætera ab eis conceſſum eſt,vt plebis magiſtratus eſſent ſacroſancti, neue cui patrum capere eũ magiſtratum liceret,& ita plebs in vrbem reuerſa eſt.Poſtea cum Marcius Coriolanus ingentem Voſcorum exercitum portis vrbis admouiſſet,vt patriam oppugnaret,nulliſque ciuium legationibus flecteretur, tandem Veturiæ matris & Volumniæ vxoris
4 precibus † & lachrimis ab vrbe caſtra mouit,quare Sp.Nancio & ſex. Furio conſulibus a ſenatu decretum fuit, vt fœminis ſemita viri cederent, vt purpurea veſte & aureis ſegmentis vterentur, quod primùm in hanc vſque diem ſeruatur, & Romuli temporibus authore Plutarcho etiam in vſu fuit. Lex agraria paulopoſt
5 a Sp.Caſſio conſule † primum promulgata fuit,qua dimidiũ agri ab Hernicis adẽpti Latinis,& dimidium plebi diuidere voluit,ſed cum maximis motibus rerum agitata eſt, ſicut aliæ id genus, quæ poſt iſtam latæ fuerunt. Volero deinde Tribunus plebis legem. L.Pinario & P.Furio conſulibus ad populum tulit,vt plebeij magiſtratus tribuniciis comiciis fierent , quæ cum patribus diſpliceret, eo ꝙ eis omnem poteſtatem auferret creandi per elientium ſuffragia tribunos, quos vellent,ad impediendã legem Ap.Claudium Apij filij filium plebi infeſtum & Quintium conſules fecerunt,quod non profuit: nam poſt longas altercationes a Lectorio Voleronis collega perlata eſt, tuncque primum tribuniis comiciis numero etiã addito creati ſunt tribuni.Gn. Siccius.L.Numitorius.M.Duellius,Sp.Illicius L.Mecilius.Legem etiam abſentibus L.Tricipitino.& T.Veturio Gemino conſulibus.C.Taren
6 tillus Arſa plebis tribunus † promulgare voluit, vt quinque viri legibus de imperio conſulari ſcribendis crearentur, vt iure a populo dato conſules vterentur: non autem libidinem ac licẽtiam ſuam pro lege haberent , & de hac lege Tarentilla diu inter plebem & patricios diſceptatum eſt,tandem Sp.Tarpeio & A. Aternio conſulibus abiecta fuit per hæc ferè tempora cautum eſt, vt decem Tribuni plebis deinceps crearentur , & de Auentino publicando lex fuit etiam lata. Deinde quia inter patres & tribunos pro legibus ferendis magna ſepe contentio erat. Tribuni finem certaminum facere polliciti ſunt , ſi legumlatores & ex plebe,& ex patribus crearentur , qui leges communes vtriſque vtiles ferrent,quibus patres in legibus ferendis,non in latore aſſenſerunt: qñ daturum legem neminem niſi ex patribus aiebãt . vnde ne quis eſſet inuidiæ locus,leges extraneas habere placuit. Quare in Græciã Sp.Poſthumius albus & P.Sulpitius camerinus & A.Manlius publica auctoritate profecti ſunt & optimas quaſque Grecię leges & inſtituta mores, iuraque anno tertio, q̃ receſſerant adue
7 xerunt. E Solonis enim ſanctionibus, † quibus Athenienſes vtebantur,hæc inſigniora legum capita eos attuliſſe credimus, ne ſepulchra in vrbe forent . Ne ploratus & lamentationes in alieno funere fierent. Ne bos imolaretur . Vt tribus duntaxat veſtibus quis vteretur minuendi ſumptus gratia hæc fuiſſe introducta exiſtimo. Ne ad aliena monumenta, niſi quo tempore funus efferretur,quiſpiam accederet. Ne quis ſepulchra deleret,neue alienũ inferret,pęnaq; eſſet,ſi quis buſtum,aut monumentũ,aut columnam violaret,deiiceret,frangeret.Ne in vita in defunctos maledicta coniicerent. Has quoq; Solonis leges tres prædicti Romanorum legati attulerunt , vt ſi quis in ſacris locis, vel in iudicio , vel apud magiſtratus, aut cum certaminum inſtaret ſpectaculum,in ciuem maledictis eſſet inuectus, illi tris dragmas ęrario duas ſoluere cogeretur,vt ſi quis aliquid in agro plantaret, quinque pedibus,ſi ficum,vel oleam nouem a vicino abeſſet,vt ſcrobes & foſſas effodere liceret,modo tñ ab alieno abeſſet,quantum foſſę faſtigium foret. Vt quicunq; apũ aluearia conderet,trecentis paſſibus ab alterius ante conditis abiret . Vt mulier dote careret . tris duntaxat veſtes & vaſa quædam patruo empta domo paterna eferret:quia ſocietatem coniugij non precio,ſed liberorum charitate iungi opertere Solon exiſtimauit.Sequẽtia quoq; capita Poſthumius , Sulpitius Manlius è Solonis legibus delegerunt, vt ſi quis liberos non haberet pro voluntate hæredem conſtitueret , niſi morbo ingraueſcente,aut medicamentis coniugis vè ſuaſionibus,ac blanditiis hæredem conſtituere adduceretur,aut vinculis & cruciatu dicere hæredem cogeretur,vt neceſſaria vitæ ſubſidia filius patri , a quo nulla arte eſſet ad vſum vitæ inſtitutus non deberet. Et vt meretricibus nati parentes alere non tenerentur . Sed legitimè qui nati parentes nõ educarent,ignobiles & obſcuri eſſent . Vt mechum in adulterio deprehenſum necare liceret. Vt qui ingenuæ virgini vim attuliſſet,decẽ dragmis mulctaretur, quam ſi ſuaſione in ſuam traxiſſet ſentẽtiam viginti dragmarum pœnam lueret,niſi palã quęſtũ corporis faceret. Ne filia ſororve niſi in ſtupro deprehenderetur, vendi poſſet. De offenſione quadrupedum hanc Solonis legem aduxerunt. Vt canis, qui aliquid morſu læſiſſet,capiſtro quatuor pedum alligatus dederetur,& de furto hanc a Solone legem preſcripti viri habuerunt,vt fures pęna dupli multarentur . Has quoq; conſtitutiones a Solonis legibus decerpſerunt,ne parricidij affectateq; tyrãnidis damnati magiſtratum caperent . Et ſi ob diſcordiam diſſenſionemq; ſeditio, atq; diſceſſio populi in duas partes fieret,& ob eã cauſam irritatis animis vtrinque arma caperentur,pugnareturq;,vt is qui in eoq; tẽpore in eoq; caſu ciuilis diſcordiæ non alterutri parti ſeſe adiungeret,ſed ſolitarius ſeparatuſq; a communi malo ciuitatis ſecederet,domo,patria,fortuniſq; omnibus careret,exul extoriſq; eſſet & hanc legem Gelius ideo Grecos recepiſſe dicit,vt boni homines ſeditionẽ timentes diuerſas partes ſecuti ciues reconciliarẽt . Prædictas autem Solonis leges aduectas paucis additis, aut detractis. Ita Romani in ſuas tabulas per decem viros retulerunt, vt e Cicerone de legibus & iureconſultis Gelioque & aliis colligitur. {In vrbe ne Sepelito,neue vrito,ne facito rogum, aſcia ne polito.} hãc legem Petronius & Flora eius vxor tranſgreſſi ſunt,nã monumentum viui ſibi poni Valentiæ curauerũt, & ſub aſcia dedicauerunt,quod adhuc in æde diui Felicis extat. Romanus quoque apud Allobrogos iuxta Lugdunum Euſtico filio monumẽtum ſub aſcia dedicauit,vnde aſcię forma ſemper marmori ea polito inſculpata eſt maximè vbi inſcriptio huius inſtĩ meminit. Alij ẽt complures monumenta ꝺ hanc legem aſcia polire, vt in
8 multis † Romanorũ ſepulchris regiones pagrans videre poterit, & hanc conſti. ſumptus minuendi gratia Cicero inuentam fuiſſe dicit.Hinc ſumendã cõiecturã exiſtimo, minimũ quemq; Romanorum cupiditate gloriæ ſibi monumenta facere & aſcia polire voluiſſe, vt hac lege ſumptus hmõi minuere neceſſarium fuerit. Sed Galli tãti ſunt huius gloriæ ſpretores, ꝙ ne bellicoſi quidem principes apud eos ſepulchra facere,vel perpolire curauerint,vel adhuc curẽt.vnde cõtraria lege potius monumẽta facere & aſcia polire aſtringi debuerunt. Aſt viliſſimus quiſq; gregarius Romanorũ miles Galliã,& Italiã,aliaſq; prouincias ſuis inſcriptionibus & ſepulchris repleuit & fedauit , vt ille bonus Petronius qui ſuo teſtimonio veteranus erat & honeſta miſſione miſſus,& Romanus ille,qui Euticho filio duodeuiginti annos duntaxat agenti tã ta cura monumentum fecit. Tanta fuit huius gentis gloriæ cupiditas hanc rõne quales his ſepulchris conditi,aut marmoribus inſcripti fuerint ſepenumero ignoramus , quia hiſtorici & ſcriptores eos commemorare ob vilitatem neglexerunt.Duæ primæ leges ſequentes timore incendij & ad tuitionem ſepulchrorum facta ſunt {rogum,buſtumve nouum inuito dño ne propius ędes alienas ſexaginta pedes adiicito, veſtibulum ſepulchri,buſtumue ne vſucapito.ploratus & lamẽtationes in funere ſublatæ ſunto.} Cicero refert hanc legẽ in decimam tabulam a decem viris fuiſſe coniectam. {Defuncti iniuria non afficiuntur,ſi iniuriã alteri facit.xxv. aſſes ęris pene ſunto.} Hanc legẽ Labeo iuriſconſultus in libris ad quos xii.tab.cõſcripſit non probauit:qñ ab iniuria faciẽda nemo ẽt inops quinq; & viginti aſſibus deterreretur.Lucijque Neratij facto huius legis iniquitatẽ oſtẽdit,qui os hominis liberi manus ſuæ palma verberare pro delectamẽto habebat,deinde ſeruo ſuo ſecãti crumenam plenam aſſium portanti iubebat : vt iniuria affecto quinq; & viginti aſſes ſtatim ſm xij.tab.numeraret vnde poſtea ſm cũdẽ Labeonẽ prætores hanc legẽ aboleſcere & relinqui cenſuerunt,iniuriiſq; eſtimãdis recuperatores ſedaturos edixerunt. Hanc legem tñ Cecilius iureconſultus cũ a Phauorino iniqua diceretur,apud Gelliũ tueri nixus eſt . Alias leges proſequamur. {Re,perſona,tpe,loco atrociores iniuriæ iudicantor. ſi qui ſepẽ, vel maceriã iuxta alterius regionẽ effoderint, terminũ ne excedunto:ſi aũt murum,pedẽ vnum,ſi domũ, duos pedes relinquunto:ſi verò ſepulchrum,aut foueã effoderint, quantum ſit profundum,tãtundẽ derelinquunto:ſi puteũ,paſſum:oliuã aũt, aut ficum nouẽ pedes ab extranea regione plantanto: in ceteris aũt arboribus quinq; pedes ſeruanto.} Forte oliuam & ficum hæc lex ab aliis arboribus diſtinxit: quia hmõi arborũ radices longius proſerpunt,damnumque ob id finitimis afferunt: an hoc tñ ſit verum agricolas conſule.Hanc legẽ Caius iureſconſultus ſicut relata eſt,in finib.regundis citauit,& ꝙ in finibus xij.tab. vſucapionẽ inter quinq; pedes eſſe voluerint, Cicero elegãter in legib.dixit.Sed poſtea ex cõſtõne Valentiniani, Theodoſij & Archadij imperatorũ p̃ſcriptio quinq; pedũ ſublata eſt, vt finalis iurgij vel locorũ libera perageretur intentio.Aliam Solonis legem de inſtõne hæredũ decẽ viri in duodecim tab. ſine exceptione aliqua hoc mõ deſcripſerũt.Vti quis quæ legaſſet,ſuæ rei ita ius eſto. poſtea tñ alij legũlatores iureconſulti ſ. & imperatores eis qui aliquẽ teſtari quoquo mõ cogunt,aut prohibent,pęnãimpoſuerũt: deinde ſic aliæ leges trãslatæ ſunt.Filius arte carens patris in curia eidẽ neceſſaria vitæ ſubſidia ne præſtato,alioquin parẽtes educare cogitor.e meretrice natus patrem non alito.mechum in adulterio deprehẽſum necato.De muliere hac lege nõ expreſſim cauẽt,at Romuli cõſtõne †mulier in adulterio deprehẽſa repudiari
9 poterat.Cæſar verò Pompeiam vxorẽ non in adulterio deprehẽſam,ſed adulterij ſuſpicione non carentẽ repudiauit: nam cũ magna ſuſpicio eſſet,Clodiũ Pompeię conſuetudinẽ habuiſſe,ex eo ꝙ dũ noctu ſacra Bonæ deæ fierent, veſte muliebri Iulij ponticis ædes,vbi tunc forte celebrabãtur intraſſet,& ibi interrogatus qd nã quæreret,& vnde eſſet,ſe præſtolari Pompeiæ ancillã dixiſſet, a Ceſare Põpeia ex hac adulterij ſuſpitione repudiata eſt:& cum poſtea in Clodium ob eandẽ cauſam de pollutis ceremoniis accuſatum

cusatum Cęsar testis citatus se quicquã comperisse negasset, ab ac
cusatore interrogatus, cur igitur vxorem repudiasset, qm̃ meos
(inquit) non delicto solum, sed & delicti suspitione oportere ca-
rere censeo. Si mariti hac Cæsaris ratione mulieres nostri ep̃is re-
pudiare possent, proh Iupiter, quotquot diuortia fierent: perpau
cæ sunt enim mulieres, quæ hodie suspitione careãt, nescio si mu
tua fęminarũ inuidia, aut hominum iniquitate, qui omnia in de-
teriorem potius, q̃ in meliorem partem interpretantur, ista suspi
tio proueniat, sed & culpa ipsæ mulieres non omnino carent, ꝙ
procos cupiditate nubendi libenter admittant, ꝙ comptos iuue-
nes attentè audiãt, & ꝙ notis ignotisq; ęquè familiariter vtantur.
Quinimmo a multis adamari varium hoc animal sibi in gloriam
& honorẽ sæpius ascribit, lege posthac Iulia patri filiã in adulte-
10 rio deprehensam †cũ adulterio occidere concessum est, dummo
do filiã in ptãte habeat & ambos in ipsa turpitudine, aut in ipsis re
bus venereis ꝫm Labeonis & Pomponij opinionem deprehẽde
rit, quod Solon & Draco, teste Vlpiano, voluerũt. marito quoq;
adulterum vxoris suæ lenonem, aut artem ludicram facientem,
libertum, seruumve suum indicio quoq; publico damnatum do
mi suæ deprehensum lege Iulia occidere permissum est, vt Mar-
tianus de adulteriis scribit, quod & Alexander Imperator sanxit;
11 vxorem verò domi in adulterio deprehensam maritus †sine mo
ra dimittere debet; hæc omnia tñ iure pontificio facere nõ licet.
Dubitationes autem, quæ circa legem Iuliam & cõsequenter circa
hãc. xii. tab. legem occurrere possent, Iureconsulti in titulo ad
legem Iuliam de adulteriis decidunt, & terminant. Sed aliarum
legum translationem referamus. ⸗{Vim ingenuæ virgini inferre,
aut eam suasione in tuam sententiam trahere caueto sororẽ, aut
filiam in stupro deprehensam vendito. ⸗} Posteriori iure ciuili q̃
12 virginem rapit †vltimo punitur supplicio, & qui eam sine vi stu-
prat, lege Iulia de adulteriis condemnatur: sed iure pontificio stu
prans virginem dote constituta eam in vxorem ducit, & si eam
ducere nolit, dotem constituit, & castigatur, at patre nolente fi-
liam dare stuprans dotem soluendo liberatur. Legem autem So
13 lonis de offensione quadrupedum †decem viri in hunc modum
ampliarunt. ⸗{Si quadrupes pauperiem fecerit animal, quod com
misit, noxiam dato, aut noxiæ ęstimationẽ offerto. ⸗} Sed ab eiusdem lege in furis lata recesserunt, quoniam vt Gellius lib. xj. refert, ita de hac re. in xij. tab. scripserũt. ⸗{Furem, qui manifesto furto prehensus erit, si furtum aut noctu faciat, aut interdiu compre
henderetur, se telo defendat, occidito, & cæteris manifestis furib.
liberos verberato, & ei cui factum luci furtum erit, si telo nõ de-
fendant addicito: seruos autem in manifesto furto prehẽsos ver-
beribus affligito, & e saxo precipitato. pueros impuberes præto-
ris arbitratu verberato, noxamq; ab his factã sarciri facito, furta q̃
p̃ lancẽ liciumq; cõcepta erunt sicut manifesta vendicato. ⸗} Ca-
ius in lege Aquilia dicit ita demum hanc xij. tab. legem furem no
ctu †aut interdiu deprehensum occidere permisisse, si id ipsum cũ
14 clamore significarent, & si interdiu se fur telo comprehensus de-
fenderet. Teli autem appellatione, vt ipse Caius alibi interpreta-
tur, & fustis & ferrum & lapis & deniq; omne quod nocendi cau
sa manu mittitur, in hac lege significatur, licèt vulgo, ꝙ ab arcu in
longinquum mittitur, telum appelletur. In hac lege decem viri
sententiam Draconis in aliquo secuti videntur, qui primus om-
nium leges Athenien̄sibus dedit, & inter alia furem cuiuscunque
furti supplicio capitis esse puniendum censuit, atque sanxit. po-
stea ab illa lege decẽuirali, vt Gellius ait, discessum est, & pro par-
te ad Solonis legem peruentum. nam si quis super manifesto fur
to iure & ordine experiri velit, actio in quadruplũ datur, ꝙ furto
autem concepto & oblato pœna tripli constituta est. aliis dein-
de furtis omnibus, quæ nec manifesta appellantur, pęnam dupli,
sicut Solon legumlatores imposuerunt. Rursus actiones concep-
ti & oblati furti in dissuetudinem secundum Iustinianum abie-
runt. Vtrum autem lex Solonis de seditione ciuium in xij. tabu.
relata fuerit, non satis cõstat, sicut neque de aliis compluribus So
lonis legibus, nisi ex coniectura, qua magis quam autore aliquo
fretus multas Athenien̄sium leges. xij. tab. fuisse translatas & de-
scriptas paulo ante affirmaui. Nam cum teste Liuio populus Ro
manus legatis Athenas missis Solonis leges describere, & aliarũ
Græciæ ciuitatum instituta, mores, iuraque noscere iusserit, sitque
15 hæc lex vt potè ciuium seditionem coercens † vna e dignioribus
quas Athenien̄ses habuerint, necnon illæ, quas supra retuli. Veri-
simile est, decem viros eas in xij. tab. retulisse. Et Phauorinus apud
Gellium oportere modum huius de seditione legis seruare inter
fratres, aut amicos dissidentes censebat: vt qui in medio sunt v-
triusque partis beneuoli, si in concordia admittenda parũ autho
ritatis quasi ambigui amici habuerunt in diuersas partes discedãt,
ac per hunc modum viam sibi ad vtriusque concordiã muniant,
inuehit e diuerso Phauorinus idem in eos, qui duos litigantes a-
micos destituunt, eosque dedunt aduocatis maleuolis, aut auaris
qui lites, animasque eorum lucri, aut odij studio inflammant. Si
quis autem inquirat sententiam & vtilitatem legis, quam Solon
de seditione tulit, Gellium legat, & quam vtilis reipublicæ fuerit,
cognoscet. Præter hæc Laertius Diogenes Solonem constituis-
se scribit. Ne tutor cum pupillorum matre inhabitaret. Neque
is, ad quem post pupillorum obitum substantia spectaret, tutor
fieret. Quas leges Romani ita in suis tab. collocarunt & intellexe
runt. ⸗{Tutor cum pupillorum matre ne habitato. agnati, aut sub
stituti qui successionem sperant tutores sunto & dari tutores pos
sint, sed si aliqua sit insidiarum suspicio, apud alios pupillus edu-
16 cator, †legitimę tutelę, sicuti Vlpianus ait † agnatis, qui ad legiti-
mam hereditatem admitti possunt summa prudentia lege. xij. ta.
delatæ sunt, vt qui successionem sperarent, bona tuerentur. vnde
& filio pater substitutum eidem tutorem dare potest: vt e verbis
Pauli Iureconsulti sub titulo de excusationibus tutorũ interpre-
tes iuris ciuilis colligunt: si tamen aliqua sit suspitio, ne successuri
pupillo insidientur prætor ex conditione, persona, & tempore,
17 etiam cõtra voluntatẽ patris constituet, vbi pupillus alatur, †vel
moretur, vt Iureconsulti & Imperatores diligenter explicãt. Hę
sunt leges, quas ab Athenien̄sib. Romani habuere. A Lacedemo
niis autẽ tres legati Posthumius, Camerinus, & Manlius non ius
scriptum vt ab Athenien̄sibus, sed mores & cõsuetudines habue
runt. vnde non immerito in duas species in scriptum & non scri-
ptũ ius ciuile Romanorũ distributum est, vt Iustinianus affirmat:
nã eius origo ab Athenien̄sibus & Lacedemoniis fluxit, & Athe
nien̄ses leges scriptas magis custodiebant, Lacedemones aũt vsq;
18 adeo ius scriptum spreuerunt † vt Licurgus eorum legislator san
ctione constituerit (si Plutarcho credimus) ne scriptis vterẽtur le
gibus. Et inter alios mores, quos apud Lacedemonios legati dele
gerunt, sumptuarias leges, vt Marcellus scribit, e Rethiis. i. axib. Li
curgi Romam transtulerunt, quibus Romani diu vsi sunt. Et si
quis piã cognoscere desideret, quas leges circa sumptus & alia La-
cedemonij habuerint, has apud Xenophõtem, Plutarchumq; in
Licurgo, & alios inueniet, & domorum culmina securi, & ianuę
ferra dũtaxat nõ alio instr̃o fabrefacta eẽnt. Vt adulta ętate vxor
duceretur, vt omnes posteriore luxuria abstinerent, vt pro exer-
citio & disciplina rei bellicæ furari liceret, ne ijdem hostes sępius
bello peterentur, ne frequẽter reluctando bellicosi fierent, & vt
ciues publicè simul discumberẽt diuites promiscue & inopes vni
adhiberent̃ ꝙuiuio, ijsdemq; tẽperatis tñ vescerentur epulis. Hinc
originẽ sumpsisse opinor, ꝙ Romani in propatulo prãderẽt & ce
narent, vt sic oculis ciuiũ testib. factis luxuriæ modus fieret, sicut
statim post Macrobiũ dicemus. Habuerunt quoq; Lacedemonij
in eorũ morib. vt cadauera in vrbe sepeliri & secus tẽpla monu-
mẽta fieri possent. Sed Romani tm̃ ab vsu harũ duarũ cõstõnum
abfuerunt, vt ꝺ̃riũ lege & decreto põtificũ cõstituerint: nã vt Mar
19 cus Cicero dicit, †cadauera lex Romanorũ ī vrbe sepeliri vetuit,
hãc legẽ pauloante retuli, & põtifices nõ posse sepulchrũ in loco
sacro publico fieri decreuerũt. vñ cũ extra portã Collinã ędes, &
ara Honoris dedicãda esset multa sepulchra, quę in eo loco erant
extracta fuerunt. Hinc est, ꝙ Syllæ monumentũ in cãpo Martio
Augusti mãsoleũ iter Flamineã viã & Tyberis ripã, Domitiorũq;
sepulchrũ in collo hortorũ fuisse legimus. Quod Domitiani ca-
dauer in suburbano Philidis Latina via, & cadauer Caliguleī hor
tis Lamianis sepulta fuisse tradũtur. Quòd si aliquos, vt de Tube-
rone Publicola. C. Fabricio & aliis quibusdã legimus, in vrbe se-
pultos fuisse, reperiemus, illis ante hanc legẽ vel post, sed virtutis
eã, vt Cicero dicit, concessum est. Pariter si in ędib. sacris lapides
monumẽtorum antiquorũ ẽt inscriptos videamus, a posteris in
earũ ornatũ & ędificationẽ, extructionẽq; aliunde asportati sunt
non ꝙ ibi aliqui sepulti fuerint. Traianus tñ solus oĩum imperato-
rũ intra vrbẽ, vt Eutropius scribit, sepultus est, ossaq; eius in vr
nã aureã collocata, in foro qđ ædificauit, sub columna posita fue
rũt. Ast Christiani in vrbe & intra vrbẽ: secus aũt intra ędes sacras
†semꝑ monumẽta faciũt, vt posteriori iure põtificio cauetur, ha-
20 bentq; ꝑ nefando si qs in ꝑfano loco humet̃. vñ interdũ in igno
miniã & pęnã aliqui ꝑꝑ suũ delictũ ab eis in loco ꝑfano sepeliun-
tur. Inter Spartanorũ quoq; ll. hãc fuisse cõperim⁹, vt si eorũ dux,
qđ cupiebat & volebat, dolo aut ꝑsuasione ꝺficeret, bouẽ macta
ret. Si verò rẽ bello gereret, gallũ ex instituto imolaret. Hoc autẽ
ideo Spartanos introduxisse Plutarchus in Marcello refert: quia
licet bellicosi essent, ampliora tñ magisq; esse hoĩe digna iudica-
bant, q̃ rõne ac prudentia, quã quæ vi, aut fortitudine confecta es
sent. At diuersum morẽ Romani habuerũt: eorũ enim dux, q̃ prę
lio & cęde hostẽ superabat ingentẽ triumphũ agebat, & bouẽ ma
ctabat. Sed q̃ leui, aut nulla pugna, verũ comitate, & beneuolẽtia
orando rẽ bene gerebant, ouabant duntaxat, & ouẽ imolabant.
Sanxit ẽt apud Lacedemonios Licurgus, qđ Quirites auxerunt, vt
vndecim diebus luctus finiretur. Et vt neq; viri, neq; fęminæ no-
mẽ sepulchro inscribere liceret, nisi p̃clarè in bello periissent. Qđ
Romani non seruarunt: nam ẽt sepulchra eorum inscripta vide-
mus, qui ne in bello quidem fuerũt. Aliis præterea moribus res-
publica Lacedemonũ cõstituta fuit, vt e Plutarcho a Xenophõte
intelligi potest, quorũ optimos in vrbẽ cõmemorati Romano-
rum legati attulerunt. Lõgęuo deinde vsu tacitoq; consensu cõ-
plures alios mores, qui ll. imitarentur, tollerentur, aut interpreta
rentur, ipsi Romani introduxerunt. Sed quod vltra leges a Gre-
cis habitas suis Romani tabulis alias addiderint, coniecturam ex
21 eo sumimus, quòd Dionisius Alicarnaseus scribit † vnam Romu
li legem, qua patri filium vendere permiserat, a decem viris cum

aliis

Source : BIU Cujas

alijs legib. fuisse in xij. tab. conscriptã: me ẽt mouet, quòd cũ Græcorum. l. x. tab. opera decẽ virorũ exhibitæ non sufficerent, totidem viri duas tab. prioribus adiecerunt, vtcunq; fuerit, siue a Grę cis Romani oẽs habuerint, siue aliquas inuenerint, sequẽtes leges de religione, & magistratibus deq; priuato iure, vltra prædictas in xij. tab. fuisse secundùm Ciceronem & Plinium Iurecõsultos, & Gellium comperio {ad diuos castè adeunto, pietatem adhibẽto, opes amouento, qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.} castè iu-
22 bet lex adire Deos †corpore videlicet, vt inquit Cicero, & animo multo fortius: nam corporis macula, vel aspersione aquę, vel dierum numero tollitur. Animi labes nec diuturnitate euanescere, nec vllis manibus elui põt: nostri sacerdotes tm̃ ab obseruatione huius legis absunt, vt complures ioci loco habeãt, post habitam cum muliere consuetudinem Deo sacrificare; sed Deus ipse vindictæ tarditatem supplicij grauitate compẽsabit, sic ne cum Dijs immortalibus iocantur. nonne legerunt Dionysij filium regno
23 perdito †ludi fuisse magistrũ, & in triuio docuisse literas, propterea q̃ pater sacrilegus fuerat, & sacrilegia sua iocosis dictis prosequi voluptatis loco duxerat: nonne ẽt Tibullum legere qui hoc eleganti carmine seruare legem prædictam iubet. Vos quoq; abesse procul iubeo discedite ab aris. Quis tulit externa gaudia nocte Venus. Casta placent superis, pura cum veste venite. Et manibus puris sumite fontis aquam. Apud antiquos istud quoq; obser
24 uatum inuenimus, vt dijs superis sacra facturus †corporis ablutione purgaretur. Dijs verò inferis litaturo sola aquæ aspersio sufficeret. vnde Aeneas apud Virgilium de sacris superorum ait. Tu genitor cape sacra manu patriosq; penates. Me bello e tanto digressum & cede recẽti. Attrectare nefas, donec me flumine viuo. Abluero. At Dido sacra dijs īferi instituẽs dixit. Annã chara mihi nutrix huc siste sororẽ. Dic corpus ꝑperet fluuiali spargere lympha, Et cum miscuũ Aeneas sepulturæ mandaret. Ter socios pura circuntulit vnda. Spargens rore leui, & hanc dr̃iam Macrobius luculenter in Marone deprẽhendit. Hæc lex insuper pietatẽ Deo esse gratam, & sumptũ esse remouendum significat ex cognitione deorum, & q̃ res humanas curent, pietas oritur, cui iustitia reliquæq; virtutes, ex quib. vita beata existit, cõiunctæ sunt, ut Balb. apud Ciceronẽ de Nat. Deorum disserit, quapropter se dubitare Cicero ait, an pietate aduersus deos sublata fides humaniq; generis societas, atq; iustitia virtus excellẽtissima tollantur: nam cum pietate tolli religionem & sanctitatem constat: sed licet sumptũ hæc lex remoueat. Diuos tm̃ magnis munerib. Romani donabãt, & maximè Romuli instituto victores: is enim exercitu Ceninensium fuso, obtrũcatoq; in prẽlio rege, Ioui feretrio templum in capitolio & opimo spolia ducis hostium dedicauit, & id tẽplum sedẽ esse opimis spolijs dixit, quæ regib. ducibusq; hostium cẽsis se authorem sequentes posteri ferrẽt. Itaq; duo post Romulum opima spolia in hãc Iouis ædem detulerunt. Cornelius. f. Cossus cũ Tolumaum Tyrrhenũ obtruncasset, & C. Marcellus qui Viridomarum Gallorũ regem superauit. Sed & teste Festo decima
25 quæq; veteres dijs suis offerebant †qđ pontificio iure immortali Deo hodie fieri dẽt. Sed qualiter hoc ius pontificiũ christiani seruent, ipsi viderint. Vltimo loco lex non iudicẽ, sed Deum vindicẽ constituendo religionem confirmare metu pn̄tis pẽnę vr̃: sed referamus alias religionis leges. {Separatim nemo habessit deos, neve nouos siue aduenas (nisi publicè adscitos) priuatim colũto. construcꝛa a patribus delubra hn̄to. lucos in agris hn̄to. & larium sedes ritus familiæ patriæq; seruãto.} Hac lege Christiani mouen
26 tur, ne diuos aliquot colant, †nisi prius auctoritate Romani Pontificis approbati publicè & recepti fuerint, quod & constõnibus Alexandri & Innocentij Pontificũ hodie cauetur, vt in iure pontificio scriptum est, ecce quãta Romanorum fuerit religio, vt ẽt a nostra nõ abhorreret. Et propterea Ciceronis testimonio deorum quorũlibet cultum Romani prohibuerunt, ne confusionẽ haberent religionum, & ceremoniarũ ignorantiã sacerdotib. afferrent. Propter hanc legẽ Augustus Aegyptũ peragrans, vt apinis viseret paulo deflectere noluit, & Caium nepotem q̃ Iudęã prætereuehens apud Hierosolymam nõ supplicasset, collaudauit, sed sicut has peregrinas ceremonias, vtpote nouas, aut non p̃ceptas contemptui habuit, ita veteres aut præceptas, vt sacra Atticæ Cereris, & id genus alia reuerẽtissimè coluit, vt auctor est Suetonius.
27 Propter hãc legem †Christus inter deos Tiberij temporib. a Romanis receptus non est, nam licet Tiberius intellecta per Pontiũ Pilatum Christi diuinitate, hoc ad Senatum cum prerogatiua sui suffragij detulisset: tm̃, quia a Senatu ea res minimè probaretur, Christus neglectus est, cum (vt Tertullianus refert) Romæ vetus decretum esset, ne quis Deus ab Imperatore cõsecrari posset, nisi
76 haberent. Bella ita demum iuſtè apud Romanos gerebanꝫ, † ſi fęcialium authoritas & alia, quæ in religionis lege diximus obſeruabantur. Nullum porrò bellum, vt Cicero in officiis ait, iuſtũ erat, niſi quod aut repetitis reb. gerebaꝫ, aut a feciali denunciatum & indicium ante fuerat. Tãta inſuper in bello apud Romanos erat obſeruatio, vt ſacr̃o aliqualiter ſolutis aut his qui milites non eſſent, ius eſſe pugnandi cum hoſte negauerint. vnde cum Pompilius Imperator, vt Tullius refert, vnam legionem & Catonis filiũ, qui in ea militabat, dimiſiſſet. Sed amore pugnãdi Catonis filius in exercitu remanſiſſet. Cato pater ad Pompilium ſcripſit, vt ſi filiũ remanere in exercitu patereꝫ, ſecundo militiæ ſacr̃o eum obligaret: quia priore amiſſo in re cum hoſtib. pugnare non poterat. Marci quoq; Catonis ſenis ad Marcum filium extabat epiſtola, in qua eum vtpote a conſule bellum Perſicum gerente dimiſſum monebat, vt pręliũ, cũ miles eſſe deſiiſſet, inire caueret. Cęſar in obeundis expeditionibus religionẽ & oſtẽta deorũ neglexit: profecturus enim in Iubam & Scipionẽ hoſtiæ imolendæ fuga neq; abſterritus aut retardatus eſt, quinimmo negociũ proſecutus cum nauim exeundo, qua vectus erat, poſtea lapſus eſſet, ſe bonum omen Aruſpicibus ⁊rium ſeruiẽtibus accepiſſe dixit, neq; etiam propter id omen ab incepto deſtitit: ſed & hoſtes ſuperauit. Alioquin bella iuſta vtpote ſocios iuuando, idem Cæſar gerebat. Heduis enim ſociis cum Heluetij in Galliam erumpentes eos præmerent, ſuppetias tulit, Aegyptum quoq; prouinciã plebiſcito obtinere per partẽ tribunorũ tentauit, hanc extraordinarij imperij occaſionem nactus, vt Alexandrinum regem ſociũ atq; amicum a ſenatu appellatum, quem ciues ſui expulerant, iuuaret, & reduceret. Sed aduerſante optimatium factione qđ petebat, non obtinuit, & cum Saguntum Romanis fędere coniunctũ Hannibal obſideret, Carthaginem Romani legatos miſerũt, ne Saguntinis Romanorum ſociis Hannibal iniuriam inferret, ſed id non profuit, quoniam ipſe Hannibal Saguntum euertit. Cęſar ẽt iuxta huius l. auctoritatem ſociis deſciſcentibus ſępè pepercit, vt de Heduis & alijs legimus. Bellum autem ſuſcipiendũ Auguſt. omnino negabat, niſi cum maior emolumenti ſpes, quam dãni metus oſtẽderetur, nam minima commoda nõ minimo ſectantes diſcrimine, vt Tranquillus ſcribit aureo hamo piſcantibus ſimiles eſſe aiebat, cuius abrupti damnũ nulla captura penſari poſſet. Inſuper feſtinationem temeritatemq; non bene Duci perfecto cõuenire idẽ Auguſtus arbitrabaꝫ, nam ſat celeriter fieri credebat, quicquid ſatis bene fiebat. Cęſar tamen extremo duntaxat tempore, quo ſępius viciſſet, cunctatior ad dimicandũ factus eſt, ne longo tpe parta breuis hora & calamitas auferret. Scipio quoque Aphricanus in re militari dicere, non putaram, turpe eſſe dicebat: quia explorato & excuſſo conſilio agenda ferro adminiſtrare eius ſnĩa oportebat cum emendatione careat error, ꝙ violentiæ Martis committitur, idem cum hoſte confligere diſſuadebat, niſi occaſio obueniſſet, aut neceſſitas incidiſſet, nam proſperæ rei gerendæ facultatem omittere maxima eſt dementia, vt Valerius ait, & in anguſtias pugnandi compulſum & deductũ ſe pręlio abſtinere peſtiſeræ ignauiæ affert exitum, ob eam cauſam tamen ſuſcipienda eſſe bella Cicero credidit, vt ſine iniuria in pace viuatur, parta autem victoria hos eſſe conſeruãdos dicit, qui nec credules, nec immanes in bello fuerunt, quod a Romanis factũ eſt, qui Tuſculanos, Equos, Volſcos, Sabinos, Hernicos pręlio victos non ſolum conſeruarunt, ſed ẽt in ciuitatem acceperunt. At Carthaginẽ & Numantiã perfidas ipſi Romani funditus ſuſtulerunt. In alio quoq; Romani duces iuſtè bella geſſerunt, & iuſtitiã coluerunt, nam hi, qui ciuitates aut nationes bello deuictas in fidem capiebant, earum patroni more maiorum erãt, vt a Cicerone, & alijs memoriæ traditum eſt, & ideo Paulus Aemilius nõ ſolum in victoria mitem & humanum ſe erga Macedones, Hiberos, & Ligures præſtitit, ſed in omni ẽt vita eos tutatus eſt, & velut ꝑ domeſticis ac neceſſariis habuit, ſicut apud Plutarch. legiꝫ. duces verò exercitus poſt confectũ bellum cum laude triũphantes domum redibant. Et ſicut Legatus in re propria quis eſſe nõ põt, ſic inde x. arbiter, aut teſtis, nullus vt Conſtantinus, Martianus, & Põponius ſcribũt, in re propria admittiꝫ, immo antequã legationis officio functus ſit, nihil ĩ rem ſuam legatus Pauli reſpõſo agere poteſt, exceptis quæ ad eius iniuriam, vel damnũ peracta ſunt,

complura

Source : BIU Cujas

complura alia legationũ præcepta ſequentes legũlatores Iurecõ ſulti,& Imperatores vno titulo de legationib.explicuerunt,inter quæ illud eſt,qđ huic legi accõmodat, & Honorius conſtituit, vt ciuium voluntate,& illius,qui vrbi pręeſt,auctoritate legati proficiſcantur:nunc placet vim Tribunorũ plebs referre.Plebs quos pro ſe ꝫ vim auxilij ergo x.creaſſit,tribuni eius ſunto, quodq; hi prohibeſſint,quodq; plebem rogaſſint, ratum eſto, ſanctiq; ſunto,neve plebem orbam tribunis reliquũto. Hac l.ptãs Tribunorum plebis apte oñdit,quæ proculdubio magna fuit, ad eorũ interrogationem plebs ſecundam iuris ciuilis ſpeciem conſtituit, quod plebiſcitum appellatur,de quo & tribunis paulò poſt abunde dicemus:nũc volo hoc ſolum intelligas, ꝙ Tribunatus hic dari plebeis tãtum ſolebat, & iõ P.Clodius e nobiliſſima Claudiorum gente plebeio homini adoptandũ ſe dedit,quo tribunatum plebis nactus in Ciceronẽ,qui aduerſus eum de pollutis ſacris accuſatum teſtimonium dixerat,ſęuire poſſet:nihilominus cũ Tullius ab exilio reuerſus tabulas a Clodio fixas, in quib.res geſtæ in Tribunatu continebanť,vi perfregiſſet,& iõ in ſenatu accuſaret, ꝙ tabulas Tribunitias ſuſtuliſſet,negauit ipſe Clodiũ, vtpote patritium ſm ll.fuiſſe tribunũ,nam Pauli teſtimonio per adoptionem dignitas non minuitur,vnde a plebeio,ait, ſenator adoptatus,ſenator manet,hũc magiſtratum tñ patritij, vt M.Antonius, Duronius,Cato, Tiberius, Marius, & complures alij geſſerũt,qđ Gellius Atimio plebiſcito permiſſum fuiſſe lib. xiiij.ſcribit. Alia lex ſenatus ptãtem ſic explicabat.Omnes magiſtratus auſpicium, iudiciumq; habento exq; ijs ſenatus eſto,eius decreta rata ſunto, aſt ſi poteſtas par maiorve prohibet, ſenatuſconſulta præſcripta ſeruanto,is ordo vitio vacato,cęteris ſpecimen eſto. Per hanc lege omnibus magiſtratibus iudicia dantur, vt eſſet populi poteſtas,ad quam,vt ait Cicero,prouocaretur. Auſpicia quoq; oĩbus
77 magiſtratibus conceduntur,† vt multos comitatus inutiles more probabiles impedirent: auſpicijs enim iniuſtum populi impetum ſæpe Dij immortales repreſſerunt, & vt ex multis exemplis quædam referam.vrbe a Gallis deleta deliberantibus patrib.vtrũ Veios migrarent,an ſua mœnia reſtituerent, fortè tunc redeuntibus e præſidio cohortibus cęturio,vt ſignifer ſignum ſtatueret, & quòd optimè ibi manerent,in comitio exclamauit,hoc auſpicio a dijs accepto ſenatus e veſtigio tranſeundi Veios conſilium omiſit,vt Valerius author eſt. Deiotarus quoq; rex omnia ferè auſpicato gerens a quodam itinere propoſito volatu aquilæ monitus redijt,quare ſecum bene actum eſt;quoniam id rectum,vbi ſi ire perrexiſſet, mãſurus erat proxima nocte ruina ſolo ęquatũ eſt,ſed ſicuti auſpicijs parentibus bene ſucceſſit, ita cum ea negligentibus malè actum eſt.Flaminius enim conſul ſe & exercitum apud lacum Traſimenum perdidit, & Craſſo poſt magnam Romanorum ſtragẽ a Partis vita erepta eſt; quia prodigijs pugnare prohibentibus non paruerunt. Cæſar quoq; ſi hoſtijs malũ portendẽtibus & ingredi ſenatum idib.Martijs prohibentib.obtemperaſſet,occiſus illa die nõ fuiſſet. Ordo ſenatorius cuius hęc lex
78 meminit,† a Romulo inſtitutus eſt,centũ enim ſenatores,quorũ vteretur conſilio delegit. Tullus deinde Hoſtilius populo Albano Romam traducto ex eius patritijs ordinem ſenatoriũ ſupplevit, poſtea Tarquinius Priſcus ſenatus maieſtatem centum uiris ampliauit. Aſt Tarquinius ille Superbus clariorem partem ſenatus morte & exilio perdidit,mox exactis regibus ſenatus cędibus regis diminutus a Bruto primo conſule reſtauratus eſt. Primoribus enim equeſtris gradus electis ad trecentorum ſummã pr̃um numerum expleuit:hi autem a Bruto additi patres conſcripti appellati ſunt.vnde in ſenatum vocabantur, qui patres quiq; cõſcripti erant,vt apud Liuium & alios legimus.Cęſar longè poſt ſenatum ſuppleuit,& multos tum ciues,tum externos pręter delectũ, ſed magis per gr̃am ſenatoria dignitate donauit, vnde peregrinis & Gallis,& alijs in ſenatum allectis libellus propoſitus eſt ſuadẽs, ne quis ſenatori nouo curiam mõſtrare vellet, poſt necem quoque Cæſaris tot in ſenatum per gr̃am & pręmium allecti ſunt, vt ſuper mille ſenatores eſſent.Sed ad modum priſtinum & ſplendorem eos Auguſtus tãdem redegit,& vt lecti probatiq; religioſius & minore moleſtia ſenatorio munere fungerentur, quẽque thure & mero priuſquam confideret apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur,ſupplicare conſtituit, & ne plus quam bis in menſe,calendis ſcilicet & idibus legitimus ſenatus ageretur, ſanxit ſibi tñ conſilia ſortiri ſemeſtria inſtituit, cum quibus de negotijs ad frequentem ſenatum referendis ante tractaret,Septembri Octobriq; menſe tñ ſorte ductos, per quorum numerum confecti decreta poſſent,debere adeſſe decreuit.Is ordo iudicium auſpiciumq; ſicut magiſtratus habebat; nã qui ſenatũ habiturus erat, prius imolare hoſtiam, auſpicariq; ſecundum Gellium debebat, qđ a Cæſare fuiſſe obſeruatum comperimus, qui idibus Martiis ſenatum habiturus plures hoſtias cecidit. Sed cum litare nõ poſſet, ſpreta religione curiã introijt vbi ſtatim occiſus eſt. Senatus decreta vſqueadeo rata fuerunt, vt tertiam iuris ciuilis partẽ conſtituerint.porrò eius decreta ciues ſine moleſtia ſeruabant,vbi ipſe ſenatorius ordo vitio carebat,& cęteris ſpecimen erat:nam,vt præclarè Tullius ait,qualeſcunq; ſummi ciuitatis viri fuerint,talis ciuitas erit, & quæcũq; mutatio morum in principibus extiterit, eadem in populo ſequetur:ſi enim principes bello,luxuriæ,conuiuijs,venationi intendant,his populus vacabit: ſi virtutẽ colãt, hanc amplectentur oẽs:nobilium enim mutato victu ciuitatum mores mutantur. vnde pernitioſius de reſpublica vitioſi principes merentur,ꝙ non ſolum ipſi vitia concipiunt, ſed ẽt ea in ciuitatem infundunt,pluſq; exemplo, quàm peccato noeet. Eapropter Cicero Lucium Lucullum virum magnum reprehenſione dignum exiſtimauit,cui cum magnificẽtia villæ Tuſculanæ obiecta eſſet,duos ſe habere vicinos, ſuperiorem equitem Romanũ, inferiorem libertinum nũdit,quorum cum villę magnificæ eſsẽt, concedi ſibi oportere dixit, quod his qui inferioris ordinis eſsẽt, liceret:nam ait Cicero ab ipſo Lucullo natũ eſt,vt illi inciperent, quibus non licuiſſet,ſi Lucullus non feciſſet: quilibet enim eorũ libidines fregiſſet,ſi illi,qui eas frangere deberent, eiſdem non tenerentur. Noſtris itaq; ſenatoribus omnes morem gerẽt & parebunt,eorumq; decreta libẽter & ſine moleſtia ſeruabunt,emendabuntur & corrigentur,ſi vitijs,quæ reprehendũt,ipſi ſenatores careant,& virtuti ſtudeant,ſintq; continentes. Præterea cũ ſenatus habebatur,de rebus diuinis priuſquã humanis ad ſenatum teſte Gellio referendum erat, intercedendiq; ne Senatuſconſultũ fieret,ius his ſolis fuiſſe,idem Gellius tradit, qui eadem maiorive ptãte eſſent,quàm Senatuſconſultum facere volentes. Per quos autem ſenatus apud Romanos hr̃i ſoleret,paulò poſt, & in ſenatuſcon.dicemus. Multa alia de ſenatoribus poſteriores legumlatores præſertim iureconſulti dixerunt, quæ referre ſuperfluũ eſſet. Quare ad populi ſuffragia veniamus. {Creatio magiſtratuũ, iudicia populi,iuſſa,vetita,cum ſuffragio conſciſcentur, optima-
79 tib⁹ nota,plebi libera ſunto.} Lex relata de ſuffragiis† ſcripta eſt, quam rem abundè enarremus, primordium attingere oportet. Imprimis viritim ſuffragiũ eadem vi eodemq; iure a Romulo p̃miſcuè omnibus tribus datum eſt,ꝙ non omnes cęteri reges ſeruarunt,nam Seruius authore Liuio claſſibus, cẽturiiſq; conſtitutis gradus fecit,vt neq; excluſus ſuffragio quiſquam videretur, & vis omnis penes primores ciuitatis eſſet:nam omnes centurię ad ferenda ſuffragia in campum Martium ibant, & tñ penes primores ciuitatis vis ſuffragiorum erat,quotiens non variabant, vt ex Dionyſio Alicarnaſeo in lib.vij.colligitur.Primò enim ad ſuffragium ſm Seruij cõſtitutionem equites, deinde octoginta primę claſſis centuriæ peditum vocabantur, & ſi ibi variatum eſſet, qđ rarò incidebat,ſecũdæ claſſis centurię,& reliquę deinceps,ſi opus erat,vocabantur, nec ferè vnquã ſuffragia ita infra deſcendebãt, vt ad infimam claſſem peruenireturr, obſeruatum ẽt in ſuffragiis comperio,vt ibi prim.nm vltra dimidiũ vẽtum erat, ſtatim negotio finis imponeretur,quam rem Titus Gracchus oſtendit; nam cum is legem Agrariã ferre vellet, Octauiuſq; collega diu interceſſiſſet,de eius abrogatione ad pp̃m tulit,& tribus quinq; & triginta,quæ tot illo tpe erant,ire in ſuffragium iuſſit, quarum cum decem & ſeptẽ iam Octauiũ abrogaſſent,vnaq; duntaxat ad rẽ p̃ficiendã reſtaret,parũper ſiſtere iubẽs collegam Octauium, vt ab interceſſione deſiſtere vellet,neve ſibi hanc notã inferri pateret, iterum & obnixè rogauit, ſed eo rñdente, vt quod vellet, Gracchus exequeret ſuffragio præcedẽte magr̃atu ipſe Octauius ſummotus eſt,iure tamen poſteriori,quod nunc vtimur,licèt in omnibus regulariter quod maior pars efficit, pro eo habeatur, ac ſi oẽs egerint,vt Scęuola,Vlpianus,Alexander,Innocent.& alij dicunt,tñ omnes,ad quos negocium ſpectat, audiri nec negligi debent,vt Paul.Vlpianus,Celſus,Pomponius,Bonifacius, alijq; Põtifices,& Iureconſulti de arbitris,& re iudicata, aliiſq; locis conſtituerunt.Per hæc ſuffragia ædilitas, prætura, Tribunatus plebis, cenſura,conſulatus, quæſtura, tribunatus militum pro conſulari poteſtate,& alii plures magiſtratus mandabantur, vt in hac xii.tabul l.continetur,militum tamen tribuni, qui in exercitu erãt, & dictatores,magiſtrive equitum,& quidam alii magiſtratus ſuffragio populi non creabanť,vt ſ.dictum eſt.Sacerdotia quoq; a collegiis non pp̃o dabanť, ſed poſtea ius ſacerdotũ ſubrogandorũ. Cn. Domitius in Tribunatu a collegiis ad populum trãſtulit,ut a Tranquillo in vita Neronis memoriæ traditum eſt,quoddam tñ apud Romanos genus ſacerdotii erat, qđ neq; ſacris locis additũ erat,neq; a republica,aut a principe,aut a collegiis pontificũ, vel aliorum ſacerdotum conferebatur, ſed ędis, aut ſacelli iure a patrefamil.ea rõne erigebatur,dedicabaturq;, ut & ſacrorum cura & fructuum ipſius ſacerdotii perceptio ad ſolã gentem familiãq; ſuam perpetuò deolueretur,vñ Otho, vt Cornelius Tacitus refert,reuerſos ab exilio adoleſcentes auitis, & paternis ſacerdotiis in ſolatium repoſuit,hæc ſacerdotia appellabanť gentilitia,in horum locum ſucceſſerunt ſacerdotia,in quibus iuſpatronatus habemus:nam Pontificis aſſenſu ædem conſtruens in ea ſibi ſuiſq; per Clemẽtis,& aliorum antiſtitũ conſtitutionem iuſpatronatus acqrit,& cũ Pontificis auctoritate idẽ atq; poſteri, & ſucceſſores, cui voluerint,cõſtructã ędem dare poterunt, vt noſtro iure pontificio cauetur,vbi plura ad hanc rem pertinentia leguntur, quæ omitto,propterea ꝙ indoctiſſimo cuiq; patent. De reo quoque qui.l.aut rogatione dãnandus erat,ſuffragia ferebanť,vt cũ a magiſtratlbus ad pp̃m prouocabať,aliterve iudiciũ dandũ erat, vnde Clodius tribunus plebis Ciceroni diem apud pp̃m dixit, ꝙ

Source : BIU Cujas

ciues sine iussu pp̃li Romani contra leges necasset, deinde ob id factũ Clodius de exilio Ciceronis rogationem ad pp̃lm tulit, vt ꝛ. quadringenta ab Italia milia ipsi Tullio aqua, & igni interdictũ esset, vt recipientis eum bona publicarentur, isq; exularet, & ne quis de Cicerone reducendo ad Senatũ referret ne quis decerneret, ne quis disputaret, aut loqueretur, aut pedib. iret, scibendone adesset. Sic relatam Octauij abrogationẽ, & alia pp̃li iudicia fuisse per suffragium facta comperimus. Iussa insuper ll. scilicet, & plebiscita cum suffragio populi conscisc̃ebant, & decernebantur, vt in oĩbus legibus, quas infra referemus, apparebit, aut etiam eodẽ suffragio vetabant, & reuocabant: cum naturale sit, eodem genere quodq; dissolui, quo colligatum est, vt Iurecõsulti Vlpianus & alij dñt. Et pro legib. ferendis & alijs agendis quæ diximus, curiæ frequẽter in forũ cõueniebant, & e Romuli instituto separatim, promiscue, & viritim suffragia dabãt, & iõ sæpe plebiscita & leges curiatis comitijs non aũt centuriatis derogatione trinundino facta ferebantur. vñ ipse Romulus diuiso in xxx. curias pp̃lo quasdam ll. curiatas, vt Pomponius lib. Digestorum j. scribit, ad pp̃lm tulit. Et L. Papirius dictator legem curiatã de imperio promulgauit. Tribuum quoq; suffragio Cęsar pontificatum maximum, & Marius consulatum obtinuerũt, & Octauius tribunatu summotus est: non tñ inficias eo, quin per cẽturias quoq; & comitiis centuriatis in campo martio magr̃atus dati, indicia prolata & leges aliquot latæ fuerint, nam Publicolam cẽturiatis comitiis legem tulisse Valerius lib. iij. refert, ne quis magr̃atus ciuem Romanum aduersus prouocationẽ verberare, aut necare vellet. Et tpe promulgationis legum, non aũt vbi latæ erãt, intercedere licebat, vt e Cicerone in j. Antonianarũ colligitur. Suffragia hæc ab initio palam & voce ferebantur, postea legib. latis per tabellam dari cęperunt, vt nimia suffragandi libido in non bonis causis eriperet̃ potentissimis: primam. n. tabellariam legem Gabinius tulit, ut p suffragia in tabella descripta magistratus mandarent̃. biẽnio post lex Cassia tabellaria secuta est, quã L. Cassius nobilis hõ tulit vt p tabellam, nisi in perduellionis crimine pp̃s iudicaret. Tertia lex tabellaria Carbonis seditiosi atq; improbi ciuis fuit, qua cautum est, vt per tabellam iuberent̃, ferrent̃q; leges, ac ẽt vetarentur. Et cum in vno iudicij gñe. s. perduellionis crimine, Cassius vocis suffragium reliquisset, excepisset̃q;, huic quoq; iudicio Cęlius tabellam dedit. Marius ẽt Gratidianus in hanc rẽ ferre legem tabellariã voluit, & huic rei pontes angustos lege constituit. Hinc est, q̃ legimus apud Ciceronẽ ad Herenniũ, q̃ cũ L. Saturninus legem frumentariam de trientib. & semissib. ferre ꝰ senatusconsultum vellet. Q. Cępio quæstor vrbanus cum viris hoĩs impetum fecit, potens distribuit, & cistas deiecit, vt lex aliter ferretur, & q̃ in Cæsarem conspirarunt, primum teste Suetonio cogitarunt, vtrũ ne illum in campo martio per comitia tribus ad suffragia vocãtem partibus diuisis e põte deijcerent, ac exceptum trucidarent, an in sacra via, vel in aditu theatri adorirentur. Coniurati postea mutato proposito ipsum Cęsarẽ idibus martijs in Pompeij curia occiderunt. Nr̃a lex xii. tabu. suffragia iubet esse o primatibus nota & pp̃lo libera concedit, vt quo voluerint modo suffragia ferrent. hanc. n. fñiam, vt Cicero interpretatur, ista lex continet, vt oẽs leges tolleret, quæ postea latæ omni naturæ suffragium tegunt, ne quis tabellam inspiceret, ne rogaret, aut appellaret, nec reprehendas esse tabellarias leges & põtes angustos Tullius existimat, si ambitiosis hæc sint opposita, & vt ne sint ambitus, inuenta fuerit, populoq; tabellam quasi libertatis vindicem hęc lex cõcedit, dummodo optimo cuiq; & grauissimo oñdatur, vltroq; offeratur: vt sit ipsa libertas, in qua populo honestè bonis gratificandi detur ptãs, quapropter Iuuenalis eleganter ait, si libera darentur populo suffragia tam perditũ esse neminem, vt in suffragiis. Se necam bonum præferre Neroni malo dubitaret. Hac lege igitur libertatis species datur, bonorum authoritas retinetur, & cõtentionis causa tollitur. Cęsar postmodũ libera populo suffragia abstulit: nam comitia cum eo partitus est, vt exceptis consulatus cõpetitoribus pars media candidatorum populi suffragio magistratus gereret, pars altera sua volũtate & collatione magistratus obtineret, & per libellos cuiq; tribui missos scriptura breui quos volebat Cęsar commendabat, vt trib. suffragio suã dignitatem tales commendati tenerẽt. Postea Augustus pristinum comitiorum ius reduxit, ac multiplici pęna dãnato ambitu Fabianis & Captiẽtibus tribulib. suis, ne quid a quoquam candidato desiderarẽt, die comitiorum singula nummum militia a se diuidebat: suffragijs tandem populus fuit priuatus, licet ea reuocato comitiorũ more Caligula pp̃lo reddere postea tentauerit, vñ Modestinus legẽ Iul. de ambi. in vrbe suis cessãsse tpibus dicit: quia tunc ad principis curam non pp̃li fauorem magr̃atuum creatio pertinebat, & iõ etiam Saty. x. Iuuen. de populo ait, iampridem ex quo suffragia nulli vendimus, effugit curas, nam qui dabat olim impiũ, fasces, legiones, omnia nunc se continet, atq; duas tñ res auxilius optat: Pannum & circenses his legibus explicatis alias referamus. ¶ At si quid erit, q̃ extra magr̃atus, quo ærario esusit, qui cohæret pp̃s creato, eiq; ius cohærendi dato. ¶ Hæc verba quæstorib, 80 accommodari vñr vtcunq; fuerint. Quæstorũ ptãtem hic explicabimus. Publicola cum indignũ pecunias publicas inferriin priuatas ædes existimaret, & q̃ ipse, aut alius non publica auctoritate constitutus, munus quærendæ pecuniæ daret, ærarium Saturnũ ædem constituit, populoq;, vt duos quæstores creare posset, concessit, quod factum est, primiq;. P. Veturius, & M. Minutius creati fuere quæstores, aucto populi ærario quæstores fuisse cõstitutos, Pomponius tradit; vt pecuniæ & ærario præessent; & ab eo, q̃ inquirẽdæ & conseruandæ pecuniæ causa creati fuerant quæstores dicti sunt, & horũ quæstorum origo xii. tab. præcessit, sed cuius regis temporib. primi quæstores in rempub. venerint diuersas opiniones Vlpia. affert. Alii quæstores duo, qui consulib. ad belli ministeria præsto essent, post xij. tab. L. Quintio, Sex. Furio, M. Manlio, & a Sempronio consulari ptãte tribunis militum creati suffragio populi fuerunt, vt Liuius tradit. Et hunc magistratũ Gracchi ambo obtinuerunt, nam Tiberius quæstor cũ Mancino consule in Numantinos profectus est, & Caius cum Horeste consule quæsturã gerens in Siciliã nauigauit, Pompeio ẽt, cui Gabinia lege mare piratis expurgare, & alia bello agere concedebatur, duo quæstores traditi sunt, e Senatu quatuor & viginti præfecti, legatiq; suo delectu concessi, Sylla quoq; quæstor cum Mario consule ad bellum Iugurtinum in Africã iuit, alios cõplures hunc magistratũ gessisse ex multis sepulchrorũ inscriptionib. comperio. Cæsar deinde quæstorũ numerũ ampliauit. Et hmõi quæstores, q̃ cũ consulibus pficiscebant̃, e prouincia ante consulem more maiorum redire non poterant, qđ Caius Gracchus transgressus est; nam ante Horestem consulẽ e Sardinia Romã nauigauit, sed cũ de ea re apud censores accusaret̃, oratione habita sic otium mẽtem cõmutauit; vt eũ magis iniuriam passum, quã ꝰ morẽ fecisse maiorum iudicarent: nam xii. se annos militasse oñdit, cum lex cæteris decem in necessitate diffiniret, se quoq; quęsturam p trienniũ gessisse oñdit, cum lex finito anno reditũ quæstori permitteret. Secum insuper plenos loculos pecuniarum extulisse, & vacuos reportasse dixit, cũ alij epoto quod extulerant vino, plenas auro atq; argento amphoras reportassent, verba aũt totius orationis Gracchi lib. xv. Gellius refert. Hi quoq; quæstores rõnem administratorũ cõfectis tabulis reddebant. Quare Tiberius Gracchus quæstor cum tabulas rõnes quæsturæ continentes in bello perdidisset. Numãtinos hostes victores & fędere facto domum reuersos, quos tabulas hr̃e credebat, adiit, & iuxta eorũ vrbem p̃sistens vocatos ad se Numãtinorum principes, vt sibi tabulas redderẽt, rogauit, ne calumnijs inimicorũ fieret obnoxius, si reddere administratorum rõnem nequiret. Numãtini verò Tiberum prius in vrbẽ receperunt, & ei deinde tabulas restituerunt. E quæstoribus aliqui prouinciã sortiri solebãt ex senatusconsulto, qđ Decimo Druso e Porcina cõsulib. factum est, vt scribit Vlpianus, vñ Marcus Cicero quæstor Siciliam sortitus est, & cum integritate & diligentia magistratum gessit. Iulio ẽt quæstori vlterior Hispania obuenit. Vespasianus quoq; quęstor Cretã & Cyrenes prouinciã forte cępit, & instante Marsico bello, quæstorẽ Galliæ, quæ circa Padum est, Sertorium Romani designarunt, apud Gallos & alias nationes adhuc hæc quæstorum genera extant. Et licet patricij in initio quæstores essent: demũ tñ ad quæsturã Gneo Cornelio, & L. Furio Medulino cõsulib. plebeij admissi sunt, ita vt vnus patricius Claudius Fabius Ambustus, & tres plebeij. Q. Silius, P. Aeli[illegible], & P. Pipius tunc quæstores creati fuerint. Alii quæstores erant, q̃ capitalib. reb. præerant: nam quũ de capite ciuis Romani inuisu populi consulibus ius dicere permissum non esset, propterea ꝑm Põponium hi quæstores a populo constituti sunt: vt capitalib. rebus præessent, & parricidij qnæstores appellabant̃, quorũ vt idem Põponius ait, ẽt lex xii. tab. meminit: nunc referamus eos, quibus vis sit cum populo, aut senatu agendi. ¶ Cum populo, patribusq; agendi ius esto, consuli, prætori, magistro populi, equitumq;, eiq; quem produnt partes consulum rogandorum ergo tribunisq; quos sibi populus rogassit, ius esto cũ pr̃ib. agendi idem ad plebẽ, quod census erit ferunto. ¶ Gellius lib. xiiij. scribit, per dictatorẽ, consules, prætores, tribunos Plebis, inter regem, & vrbis præfectum non per alios Senatum more maiorum haberi solitum. Et his duntaxat agendi cum patribus ac faciendi senatusconsulti ius fuisse. Quòd si eodẽ tpe oẽs hi magistratus Romæ fuissent, in ordine suprascripto primũ ius cõsulendi Senatũ habuisse dicit. Extraordinario tñ iure, vt idẽ ait, tribuni militares, & decẽuiri necnon triũuiri causa reipublicæ constituendæ creati, ius consulẽdi senatũ habuerũt. Sed q̃ primis magr̃atibus in hac lege relatis agere cũ populo licuerit, testes sunt leges publicę, Corneliæ & Aurelia, quas a populo P. Philo dictator, Cornelius cõsul & Aurelius Cotta prætor rogarũt, hoc ꝑbabunt & aliæ leges innumerę, quas ꝛ. referemus. plebis tribunũ ẽt potuisse cum pp̃lo agere nemo dubitat: qa id ipsius offiñ erat, & plebiscita demõstrãt ĩterregi quoque, vt hic dr̃, nisi cũ pp̃lo agẽdi fuit: nã cum reip. cã abessent cõsules, neq; hñdis comitijs interesse posset, aut cũ seditiones ĩ ciuitate forẽt, vel vitio ꝓsules creati essent. Nec dictatorẽ comitiorum causa dici placeret, res ad interregẽ teste Fenestela deducebat̃, ac p eũ ꝓsularia comitia hẽbant̃. Sed licet causa consulũ a pp̃lo rogandorũ patres interregem proderent, aliud tñ interdũ ex causa peragebat, vt de L. Papirio Mugillano legitur, qui interrex proditus vt patrum & tribunorum plebis discordias sedaret, tribunitia

bunitia comitia non consularia habuit consulariq; ptāte tribuni tūc L.Quintus Cinci.Sex.Furius Medulinus,M.Manlius,& A.Sēpronius patritij oēs creati fuerunt,& Sempronio deinde quęstorum comitia hñte auctus est quæstorū numerus,alia lex præclarè sequit. ⸗{Quæcunq; in pplo,quæcunq; in patrib.agentur modica sunto.Senatori,qui nec aderit,aut causa,aut culpa esto,causas populi teneto.Vis in pplo abesto.par maiorve ptās plus valeto. Aſt qui turbassit in agendo,fraus actoris esto,intercessor rei malæ salutaris ciuis esto.Qui agēt auspicia seruanto. Auguri publico parento.⸗} Quicūq; in pribus aguntur,esse modesta & ad sedata debent,& senatori tria,vt præclarè Cicero ait, iussa sunt, vt senatui adsit:nam grauitatē res hēt,cum frequens ordo senatorius est,immo Romani veteres,vt Gellius lib.xiiij.refert,senatori pignus capiebant, mulctamq; imponebant, qui cū in senatū venire dēret, non adesset.De senatorib.nīæ ætatis malo tacere, q̄ ab eis liberè loquendo puniri.Præterea senatori iussum est,vt loco dicat,idest rogatus,& mō ne fit infinitus:nā br̄ sn̄iam perstringere laus est,& hodie id oībus placet,& rr longa oīone vtunt, cum verbis propriis & aptis tum dicendi rōne indigentes, qui inuolutè ac obscurè loquentes & ordine dicendi carentes,qđ sentiunt,paucis explicare non vellent, & diutius q̄ satis sit.in iisdem locis tales cōmorant,atq; eodem identidem reuoluunt.Præterea inchoata ꝓpositione relicta frequenter ad aliā incōmodè transeunt. hæc bonus orator diffugiet, si orandi disciplinam & argumētationis partes, quas in rhetoricis Cicero & alij docent,perfectè cognouerit.planè si tanta esset causa,vt oratoris copia ad hortādū, vel docendū opus esset,longa vti oīone licet,in qua re Tullius & Cato magni fuerunt.Sed vt paratus dicere senator esse possit, ꝓximæ legi parere,idest causas ppli tenere,& inuentionē hre debet:etenim nosce rempublicam necessarium est,quid militum habeat, quid ęrario valeat,quos socios,quos amicos,quos stipendiarios respublica habeat,insuper qua quisq; sit lege,condōne, fędere intelligat, necesse est,sed & decernendi consuetudinem tenere,& exempla maiorum noscere debet. Lex deinde vim in actionibus ppli vetat,cum nihil ciuitati sit exitiosius Ciceronis testimonio, nihil tā iuri & legib. ꝺrium,nihil tam inciuile & inhumanum, quàm per vim quicquam agere.Quod si rem malam quis facere velit,cuius intercedere debet. Et paris maiorisve magratus intercessio plus valere debet,huic loco congruit,qđ apud Plutarchum sæpè legimus.Ius tribunitiæ potestatis fortius ad impediendū quem ad agendum fuisse:nam multis tribunis aliquid volentib.vnus se opponens præferebat.Non iure ergo Tiberius Gracchus defendet, qui collegam Octauiū,ne lex Agraria ferret, intercedentū suffragio populi magratu abrogauit: malè ēt Cęsar consul se aduersus hanc legē tuebit,qui promulgata lege Agraria obnūciatem collegam Bibulum armis foro expulit, & eam inuito collega tulit. Hanc legem *Saturninus* quoq; tribunus plebis non seruauit, qui cum centena agri iugera veteranis in Africa lege diuidenda pronunciaret,facta per pplm lapidatione intercedentem Bębiū collegam submouit.Aſt bonus Cato ille Seuerus, ne respublica qequam mali pateret,semper intercessit & opam dedit.Vnde cum Cęsari supra modum & præter mensuram,quæ reipublicæ erant largienti & oēm ferme Campaniā lege egenis diuidēti resistere, & aduersaret,in carcerem curia extractus per lictorem iussu Cęsaris ductus est: sed & alia pericula pp interceſſionē & benemerita in rempublicam collata subijt,vsq; adeo ꝙ mortem sibi cōsciuerit,ne in manus Iulij hostis rempub.occupantis deueniret. Pauci sunt nunc Catones, quin celeriter odio,pecunia,aut timore, vel alio modo in reipu.detrimentum vincātur & cedant.Et si aliqua seditio in populi actionib.oriatur, ex hac lege culpa actoris erit: nam Crassi sapientissimi hoīs sn̄ia & senatus decreto. C. Clodio cōsule Carbonis seditionem referente facto, eo inuito qui cum populo ageret,seditio fieri non pōt, cum ei liceat consiliū simul atq; intercessum turbariq; cęptum sit, dimittere, ꝙ qui p̄monet, cum agere nihil pōt,vim quærit.Romani etiā in publicis institutis & legib.habebant,vt qui cum populo,vel patribus agerēt,Auspicia seruarent,& auguri parerent:nam bonus augur reipub.pręsto esse debebat,cum Ioui optimo maximo cōsiliarius & administer datus esset,cęliq; partes ei diffinitè traditæ essent. De hac re fuit etiam postea latū ab Aclio & Furio tribunis vnum plebiscitum.Et Romanorū fuisse morē,Seruius dicit,vt in comitiis agendis & bellis gerendis pullaria captarentur auguria. Et Gellij testimonio auspicari acturus cum pribus debebat,qđ Cæsar,vt paulo ante diximus,idibus Martij senatum habiturus seruauit. Auguribus magna fides & ptās e miraculo accessit,atq; data est: nam cū Tarquinius Priscus centurias angeres,earū quæ noīa mutare vellet,id fieri posse,nisi aues addidissent. Actius Nauius inclytus ea tempestate augur negauit,propter ea ꝙ his centuriis inaugurato Romulus noīa dederat, ex eo ira regi mota est,re eludensque artem,an qđ mente conceperat,auspicato fieri posset,augurem interrogauit,& cū re in augurio experta posse fieri augur affirmasset.Tarquinius augurē nouacula cotem discissurū se agitasse aīo dixit,& ideo hæc capere,& qđ aues auguris fieri posse portendebant,ipsum augurem peragere iussit,qđ Actius fecit,& nouacula haud cunctāter cotem dscidit,vñ statu Actij,eos quoq; vbi hæc

arca fuerunt positæ sunt & rex duplicatis centuriis noīa non mutauit,ex eoq; augurijs, sacerdotioq; augurum tantus accessit honos,sicut apud Liuium legimus,vt nihil belli domiq; postea,nisi auspicato gereretur,& vt consilia populi,exercitusque vocati, & summa rerum,vbi nō admisissent aues,dirimerent: nihilominus
82 hanc arusp̄icū † siue augurum disciplinam Phauorinus apud Gellium forti argumento reprobat: nā aut aduersa euentura dicūt, aut prospera,si prospera dicant,& fallant,miser frustra aliqs expectando fiet:si aduersa dicāt,& mentiantur, miser hō frustra timēdo fiet.Si autē vera rn̄deant, eaq; non sint prospera, iam inde aliquis miser ex aīo erit,antequā e fato fiat:si fęlicia promittāt, eaq; euentura sint,tum planè vt Phauorinus ait, duo erūt incommoda:nam & expectatio spei suspēsum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes iam defloruerit.Et eleganter Actius poeta se nihil credere augurib.dicit, qui aures verbis (inquit) diuitant alienas, suas vt auro locupletent domos, nulloq; pacto hmōi hominib. res futuras præsagientibus esse vtendum Gellius dicebat,quapropter non immerito huic legi posteriores legūlatores suis constitutionibus abrogauerunt: horū.n. Augurum & Aruspicū disciplinam,facta,vsum & diuinationes Romani Imperatores Antoninus,Diocletianus,Maximianus,Constantinus,Valens,Valentinus,Archadius,& Theodosius improbarunt & prohibuerūt,sed & nostro iure pontificio horum disciplina dānata est: vnum tn̄ post Seruium dixero, ꝙ licet multa sacra Romani susceperint, magica tn̄ semper damnarunt,qđ Virgilius per Didonem testari vr̄,cum eam ita loquentē inducit.Testor chara deos,& te germana tuumq; dulce caput,magicas inuitā accingier artes. Sed & aduersus magicas artes legem xij.tab. fuisse conscriptam, apud Augustinum de Ciu.Dei legimus,magicos quoq; & mathematicos Plinius & Cicero impugnant,& de his Vlpianus sentire visus est, cum incantationē,aut imprecationem, aut exorcizationem nō esse medicinæ genera de varijs cognitionib.dicit:tn̄ siquidem reperiantur,ait, qui hac arte vtentes sibi profuisse cum prædicatione affirment,nescio tn̄ qua arte id qđ de Vespasiano legit̄,actum fuerit,vt cuidā e plebe luminib.orbato oculos inspuendo ꝑ concione palam restituerit, & crus alterius debile calce cōtingendo confirmauerit,cū hæc a Deo,aut Dei noīe dūtaxat fieri possint, vt a quatuor historicis,qui facta, gestaq; Christi scripserunt, memoriæ traditū est.his legib.discussis ad reliquas veniamus. ⸗{Promulgata ꝓposita in ærario cognita agunto. Nec plus q̄ de singulis reb.semel cōsulunto.Rē ppm docēto. Doceri a magratibus priuatisq; pātiuntor.Priuilegia ne irrogāto.De capite ciuis,nisi p maximū comitium illosq; quos cēsores in partib. ppli locassint, ne ferunto.⸗} Hæc lex de promulgatione, de singulis reb.agēdis, de priuatis magistratibusve audiendis facta est lex.Certè promulgata in es incisa in ærarium condebatur,vt apud Tranquillum in vita Iulij legit̄,senatus quoq; cōsulta,vt in lege Horatia dicemus, ad ærariū deferebant.M.Cicero scribit alias duas leges præclarissimas,quas retuli,de xij.tab.fuisse tranſlatas,harū altera priuilegia tolli,altera pplm de capite ciuis rogari,nisi maximo comitio vetat:pro maximo autem comitio. M. Cicero centuriata comitia accepit in oratione pro P.Sextio, vbi hanc legem duodecim tabularum refert. Quod enim iudicia populi cum suffragio cōsciscerentur alia lege constitutum est,vt s̄.ostendimus,sed vt id maximo duntaxat fieret comitio,ista lex præcepit, longè post Tiberius Cæsar instituit, ne aliter beneficia a superiorib.concessa principibus rata essent, quam si eadem hñtibus etiā sequentes Imperatores dedissent, qđ institutum oēs principes a Tiberio vsq; ad Titum seruarūt.At Titus oīa præterita priuilegia vno primus cō firmauit edicto,nec a se peti passus est. nunc de ambitu & de captis pecunijs leges sequuntur.⸗{Donum ne capiunto,neve dāto, neve petenda,neve gerenda,neve gesta potestate, quisquis earū rerū migrassit,noxiæ pena par esto.⸗} Plebiscito quodam ēt cōtineri.Modestinus de officio prędis ait.Ne quis præsidum munus domumve caperet, nisi esculētū poculentūve,qđ intra dies proximos prodigatur.Mandatis quoq; Iustiniani & aliorum principum cōtinebat̄ †ne donum vel munus ipse proconsul, vel qui in
83 aliquo officio erat administrationis tempore acciperet, vel quid nisi victus quotidiani cā,aut pmittente principe emeret,domūve extrueret.Sed Vlpianus de officio proconsulis hæc debere intelligi dicit,vt modū gerens magistratum adijciat,ita ꝙ neq; se in totum xenijs abstineat,neq; auarè xeniorū modum excedat,quam rem Diui Seuerus & Antoninus elegātissimè epistola moderati sunt,vt iuxta vetus prouerbium,neq; omnino,neque semper, neq; ab omnibus gerens magistratum acciperet;cū a nemine accipere valde sit inhumanū,sed passim & per omnia accipere, vilissimū & amarissimū sit, non ergo ad xenia munerū qualitatem non hñtia, sed ad ea quæ ædiliū excedunt vsum prædictæ cōstitutiones pertinent. In hanc rem etiam pro eo quis in magistratu accepit,lex Iulia repetundarum postea lata est, cuius abundè Iureconsulti meminerunt.Quinimmo noua Iustiniani cōstōne & Pontificū,maximè Innocētij sanctionib.magratus a fisco stipendia hñs nihil a quoquā accipere dēt,licet interpretatione Iustiniani ϙstō,& aliæ,vt assolet,varie ītelligant̄:de legatis tn̄ iudicib.escu lēta & poculenta capere, Bonifacius sunumus antistes sua ϙstitu-

Source : BIU Cujas

tione permisit. Vtinam aliquot nr̃æ ætatis iudices has leges serua
rent, qui omnia ab oĩbus accipiunt, qđ non fieret, si hoc crimen,
vt hæc lex mandat, plecteretur, aut si illi, qui in hos iudices aĩad-
uertere pñt, Cambysis exemplo vni ex malis iudicib. pœnam de-
traherent, & eam tribunali imponerent, quo cęteri terrerentur.
84 Quòd si quis pecunia sententiã tulerit, † vtpote vœnalis sanctione
Diocleti. nulla erit. Ipsi aũt iudices dono, aut aliter perperam iu-
dicantes certis pœnis, vt infra dicam, ex cõstõnibus Antonini, Cõ
stantini & Iustiniani puniunt̃: hi. n. pœnas determinãt, quas hæc
lex omisit, & iudicũ arbitrio cõmisit. Hac lege insuper prohibet̃,
ne quicquã pro magistratu detur, de qua re fuerũt postea lex Cal
phurnia & Iulia de ambitu latæ, & præclarè Theodosius & Iusti-
nianus Imperatores tandẽ dignitatũ emptionẽ prohibuerũt, san
85 xeruntq́ue: vt capientes magistratus iureiurãdo affirmẽt † se pro
administrationibus hñdis, neq; quippiam dedidisse, neq; postmo
dum vnquã daturos fore, siue per se, siue per interpositã pſonã,
in legis, sacramentiq́; fraudẽ donationis, vel venditionis titulo a-
liove cuiuscunq; contractus velamento. Voluerunt ẽt eos iura-
re, q́p in administratione, vel post depositũ officiũ nihil ꝑ aliquo
beneficio tp̃e administrationis præstito, præter salariũ accipient,
& huius iurisiurandi transgressorẽ pœna quadrupli mulctari pre-
cipiunt. Et propterea antiquus Romanorũ mos, quẽ Plutarchus
in Coriolano refert, laudandus est: nam ſm hanc l. virtute nõ pe
cuniis dignitates postulabant: qui enim magistratus petebant, ſci-
uis dextra prehensos benignis verbis orabant, & absq; interiore
tunica in forũ operti veste descẽdebant, siue vt eo habitu ad sup-
plicandũ humiliores accederent, siue vt pro rep. cicatrices pas-
si manifestè signa fortitudinis aperirent, oñderentq́ue. M. tñ Corio
lano plures oñdenti cicatrices, quas per tredecim annos egregiè
pro repub. bellando exceperat, cõsulatus denegatus est, ne patri-
cios sequẽdo cõsul popularem tolleret libertatẽ, argẽto deinde,
alioq́; corruptelarum genere impartitæ fuerunt dignitates, & in-
ter concionis suffragia argentum, largitioq́; & epulũ sese misce
runt. Complures. n. Romani pecunijs dignitates & magẽratus po-
stea nacti sunt. Marius certè vt sextũ consulatum sortiret̃, suffra-
gia emens Metellum a magẽratu excluſit, & Valeriũ Flaccum col
legam in cõsulatu suscepit. Cęsar quoq; in pontificatus maximi
petitione ita profusissima largitione duos cõpetitores potẽtissi-
mos. Q. Catulũ & Ser. Isauricum ætate & dignitate antecedentes
superauit, vt ipse plura in eorũ tribubus suffragia, quàm vterq́; in
oĩbus tulerit. E duobus verò cõsulatus cõpetitorib. L. Luccio, &
M. Bibulo hoc pacto Luceũ sibi adiunxit, quo is, utpote gratia in-
ferior, pecuniaq́; pollens, nũmos e suo cõi noĩe per cẽturias pro-
nunciaret, ſsed optimates eũ in summo magistratu & cõsentiẽte
collega ausurum oĩa suspicantes Bibulo tantundẽ pollicendi au-
ctores fuerunt, ac pleriq; pecunias cõtulerunt. Itaq; cum Bibulo
consul fuit procreatus. Ipſ ẽt Iulianus a militib. Imperium emit,
& Iustinus emptis quoq; suffragijs Imperator electus est. Populi
verò præturam Sylla largitionib. adeptus est. vnde cum erga Cæ-
sarem malè animatus esset, & sua ptãte in eũ se vsurum dictaret,
ridens Cęsar, lepidè rñdit. rectè Syllam suum esse magistratũ pu-
tare, quẽ suis pecunijs cõparatũ hẽbat. Quinimmo Cato ille alio-
quin seuerus & magnus legum Romanarũ custos, ne cũ Luceio,
sed cum Bibulo Cęsar cõsulatũ obtineret, debere rempublicam
largionẽ facere nõ abnuit. In petitione tñ tribunatus Cato legẽ,
quæ candidato nomen dantes adesse vetabat, per se ipsum appel
lans populũ atq; alloquens solus obseruauit. Vltimo loco cõsti-
tuitur, vt in suo vitio, & prout deliquerit q̃sq;, has leges negligẽs
plectatur, & nulla pœna certa hic noĩatur, sed postea magistratũ
pretio consequenti pœna certa per legem Iuliã de ambitu, perq;
constõnes principum imposita est, & huius criminis pœnam Ma-
rius sustinuit: nã cum in petitione præturę vltimus esset, qui per
86 suffragia mitteretur † de ambitu, q́p suffragatores donis corrupe-
rat, damnatus est, cuius rei coniecturã suspicionemq́; maximam
præbuit Casius Sabaconus minister intra cãcellos inter suffragia
ferentes conspectus. At nactus dignitatem in ipso offõ, pecunias
accipiens lege Iulia repetundarũ, & constõnibus principum ho-
die varia pœna damnatur. Sic itaq; redeuntem e Cappadocia Syl-
lam Censorinus repetundarũ postulauit, q́p ex amicorum socio-
rumq́; regno magnã contra legẽ pecuniæ vim compilasset; sed
quia Censorinus ab accusatione distitit, Sylla euasit. Scipionem
quoq; Pętilij ac Nęuius tribu. plebis repetundarum accusarũt, q́p
pecunias ab Anthioco rege accepisset, nec eas in publicũ retuli-
sset, sed ipse Scipio suæ probitatis conscius librũ rõnum in cõspe-
ctu populi scidit, inde sponte exulauit in exilioq́; reliquã ætatem
egit. Liuius ẽt Salinator post actum ab se consule de Illyrijs triũ-
phum peculatus oĩbus a tribubus excepta Metia condẽnatus est
sequẽtib. verbis lex magistratus Romanorũ explicans absoluta
erit. {Censores fide legẽ custodiunto, priuati ad eos acta referun
to, nec eo magis lege liberi sunto.} Quoniã semper in republica
87 Censores erant, cura legis seruandæ eis data est: † qui enim magi
stratu abierant edere & exponere qd in magistratu gesserãt apud
Censores per hanc legẽ cogebantur, rõnesq́; referre & cãm cen-
soribus exponere debebant, de ijs postmodũ censores præiudica
bant, lex tñ integra accusatori iudicioq́; seruabat̃. Mos ẽt erat, vt
magistratu abeuntes contionem hẽrent, & apud populũ de reb.
suis loquerentur & iurarent. Sed Ciceroni consulatu abeunti ne
concionẽ hẽret, & de rebus suis apud populũ loqueret̃, a Metel-
lo plebis tribuno prohibitũ est, & tantũ vt iuraret fuisse sibi per-
missum inuenio. Hanc xij. tab. constõnẽ Xeno & Iustinianus po
stea in parte renouarunt, qđ nostris iurisperitis non est incogni-
tum: voluerunt enim, vt oẽs iudices post administrationẽ depos-
tam in prouincijs, vel ciuitatibus, quas gubernauerint, per q̃nqua
ginta dies remaneant, vt sub aliquo iudice conquerentib. pro ra-
tione legũ rñdeant. Et quoniã plura de his in manibus nostri iu-
reconsulti hñt, alia non dicam, nam si dubitatio aliqua occurrat,
eos cõsulere poteris. Satis de religione & magistratib. Romano-
rum dixerimus, si hoc intellexeris. Marcũ. f. Ciceronẽ sensisse has
oẽs cõstitutiones relatas non fuisse. xij. tab. leges: nam relatis reli-
gionis constitutionib. postea de eadem re aliquot. xij. tabu. leges
subiungit. præterea duas leges e xij. tab. ad magistratuum sanctio-
nem fuisse trãslatas scribit. ⌊ Innuit ergo alias magistratuum leges
non fuisse in xij. tab. nihilominus boni auctores has. xij. tab. leges
sæpenumero appellant, & fortè his verbis Cicero discrimẽ inter
leges priuati iuris, & publici qđ in sacris, sacerdotib. & magistrati-
bus consistit, facere voluit, licet ijsdẽ tabulis præscriptæ essent, sed
qualescunq; prædictæ leges fuerint nõ paruã iuris & historiæ co-
gnitionẽ afferunt: nam luculenter religionem & magẽratus Ro-
manorum, & sic publicum ius explicant. & ideo nõ ab re huic lo
co eas leges accõmodauimus. Nunc de iure priuato leges. xij. tab.
sequuntur. {Intestatorũ hẽreditates primò suorũ, velint, nolint ve,
sunto, his deficientibus agnatus proximus familiã habeto.} Iusti
88 nianus suos esse hæredes existimauit filium, † filiã, nepotem, ne-
ptemve ex filio, & deinceps cęteros liberos, qui in ptãte morien
tis fuerunt, & primũ locum obtinent. Et quia hi viuo patre quo-
dammodo dñi bonorũ existimantur, & post mortẽ pris liberam
bonorum administrationẽ consequunt̃, ſsui hẽredes appellant̃, sed
& necessarij, ideo a Iurecõsultis dñr, qñquidem ab intestato & ex
testõ inuiti ex lege xij. tab. hæredes fiunt, his tñ liberis puberibus,
siue impuberibus, se ab hẽreditate abstinẽdi prætor, ſm Caium & a-
lios legumlatores ptãtem facit: vt quãuis iure ciuili creditoribus
hẽreditarijs teneant̃: tñ in eos si velint relinquere hæreditatẽ actio
non detur. Hæc lex, vt Diocle. & Maximian. scribunt̃, in posthu-
mo suo obtineri, vñ si quis posthumũ & agnatum relinquat po-
sthumus ab intestõ ꝑfertur. Quinimmo si filius & ex altero filio,
qui mortuus sit, nepos existat, euidenter lege xij. tab. caueri prędi
cti Imperatores Frontoni rescripserũt, vt pariter intestato defun
cto succedãt. Quòd si suus hæres non existat, ex hac lege xij. tabu.
agnatus proximus hæreditatẽ capit, itaq; si sit defuncti frater, & al
teri⁹ fratris filius, aut patruus frater ex hac lege xij. tab. potior hñ,
sed hoc postea correctũ est. Et licèt singulari numero vtens lex
xij. tab. agnatũ proximũ vocet, tñ si plures sint in eodẽ gradu, om
nes sine dubio admittunt̃, vt ꝑclarè Iustinianus interpretatus est,
siue alius agnatorum gradus existat, siue nõ existat; nam & proxi
mus agnatus in hac lege xij. tab. ẽt solus hñ & dñ, vt lib. ⌊ Pandecta-
rum vltimo Põponius enarrat. Familię aũt appellatio in hac lege
ſm Paulũ de verb. sig. in res deducit̃, & pro reb. accipitur: ad perso
nas ẽt familię signatio interdũ refert̃, vt cum de pfono & liberto
lex ita loquit̃, ex ea familia, in eã familiam: alia quoq; appellatio
familiæ comprehẽdit, quæ Paulus eleganter de verb. sig. enodat.
Posteriori tñ iure ordo succedẽdi hac lege xij. tab. datus in aliquo
immutatus est: nã liberi emãcipati ptoris auctoritate & cõstõni-
bus principum, & e filia progeniti sui succedunt, & agnatis prefe
runtur, licet xij. tabu. lege excluderent̃, & incogniti essent, cũ nec
sui, nec in ptãte moriẽtiũ forent, mĩ quoq; per Senatusc. Tertull.
ad hæreditatem filiorum sine testõ & liberis morientiũ puenire
cępit, & e sanctionibus Imperatorũ admitti hodie cũ agnatis filij
sui fratribus & sororibus dẽt, quãuis xij. tab. lex mĩis nõ memine
rit. Iam me huius legis satietas capit, ad reliquas igitur pergamus.
{Tutores liberis in ptãte testõ parentes danto, si non sint dati, a-
gnati, qui successionẽ sperant, tutores sunto, prodigo bonorum
suorũ administratio interdicta esto. Prodigus & furiosus in cura-
tione agnatorũ sunto.} Vel si dicas, vt Cic. ad Heren. refert. Si fu-
riosus existit, agnatorum, gentiliumq́; in eo, pecuniaq́; eius ptãs
esto. Suspecti tutores remouentur. Tutela est, vt Seruius diffinit
89 † vis atq; ptãs in capite libero cõstituta ad tuendũ eum, qui ꝓpter
ætatẽ suam sponte se defendere nequit, iure ciuili data ac pmissa.
Tutores aũt sunt, qui eam vim ac ptãtẽ hñt ex qua re, vt Paulus
ait, ipsi nomen acceperunt. itaq; (inquit) tutores, quasi tuitores,
atq; defensores appellant̃: sicut editui dñr, qui ædes tuentur. De
duplici tutela testamentaria & legitima, hæc lex xij. tabu. memi-
nit, primò. n. lege xij. tab. parentibus auctore Caio Iureconsulto
permissum est liberis suis impuberibus, masculini & feminini se
xus, si mõ in ptãte sunt, tutores testõ dare. liberorum appellatio-
ne nepotes & ꝓnepotes, cęteriq́;, qui ex his descendũt, cõtinent̃,
si tñ nepos post mortẽ aui tutorẽ dantis in patris sui ptãtem reca
surus non sit: hos. n. oẽs, vt apud Calistratum de ver. sig. legimus,
liberorũ appellatione lex xij. tab. comprehendit. plura de hac tu-
telę specie Iureconsulti & Imperatores dixerunt. His aũt quibus
testõ tutor non est datus, ex lege xij. tabu. agnati sunt tutores, vt

Iustinianus

Source : BIU Cujas

Iustinianus refert: legitimæ.n.tutelæ agnatis & consanguineis patroniscq; ideſt,his qui ad legitimam hæreditatem admittuntur,lege xij.tab.delatæ sunt,& hæc Vlpiani iudicio summa prudētia introducta sunt,vt qui successionem sperarent,ne dilapidarētur,bona tuerentur,& tutelæ onus susciperent,quod in agnata, vel pōna non obtinet,quæ succedunt,licēt tutelam non sūscipiant. Tutela aūt legitima non quidem spāliter,vel noīatim, sed per interpretationem & consequētias hereditatū patronis lege xij.tab.delata est,vt eleganter Iustinianus &,Vlpianus oñdūt:nam eo ꝙ lex xij.tab.hæreditatem libertorum,qui intestati decedūt,pōnos habere voluit,exemplo agnatorum veteres crediderunt legem voluisse ēt tutelas ad eos pertinere.Quia,vt dictum est, vbi successionis est emolumētū,ibi plerunq; tutelę onus esse dēt, quod posteriori iure ēt obtinet,quo hæreditas agnatione non inspecta proximis defertur. Sed si neq; in testō datus sit tutor, neq; legitimus aliquis exīstat,aut si sit,sed ætate,vel facultatib.non suppetat,ex lege Iulia & Titia constōnibusq; principum Iustiniani testimonio, Valentini, Theodosij & Archadij a diuersis magīratibus tutores dabuntur.Lege ēt xij.tab.prodigo fuisse interdicta bonorū administrationē Vlpianus de curatorib.furioso, & alijs extra minores dandis scriptum reliquit. vnde eadem lege prodigus ēt excedens quintū & vigesimum annū, sicut furiosus in cura agnatorum teste Iustiniano esse dēt: & id rōne morbi,aut vitij erit:nā si minor quinq; & viginti annis furiosus sit, curator ei non vt furioso, sed vt adolescēti datur,sicut Imperator Antoninus Augustus rescripsit.Præterea si pupillus furore laboret tutorē,vt pupillus nō tanquam demens curatorē Mutij,atq; Iuliani sn̄ia accipiet: quia lex xij.tab.ſm Vlpiani interpretationē ita accepta est, vt ad pupillos, vel pupillas non pertineat,cum sit magis ætati,quàm demētiæ cōsulendum.Sed solent hodie prætores,vel præsides tali hoī,qui neque tps,nec finem expensarū hēt, sed bona sua dilacerādo & dissipando profundit,sicut furioso curatorem dare, ꝙ si furiosus sanitatē,vel prodigus sanos mores receperit,ipso iure in ptāte curatorū esse desinūt. Sed quia cuislibet gn̄is tutores suspecti esse possunt,iō de suspecti crimine sequitur,qđ e lege xij.tab.descendit,& hæc lex frequens,& perquam necessaria est, quotidie.n.sicut Vlpianus dicit,suspecti tutores postulanť,& circa hanc legē aliquot qōnes oriūtur.Quis,& a quo,& apud quos suspectus tutor postulari possit,ex quibusve causis remouet, & qua pęna suspectus tutor afficiať.Quæ oīa satis & abūdè sacratissimi legūlatores nr̄i explicant: referamus igit alias leges.{Cohęredes a cōione discedere volentes agunto.Pro hr̄ditaria parte debitores hæredibus obligati sunto: Pro portionibus hæreditarijs hr̄des tenentor.} Caio
90 auctore actio familiæ erciscundæ ex lege xij.tab.proficiscit:{nam cū hæredib.a cōione discedere volentib.necessariū aliquam constitui actionē videbať,qua inter eos res hæreditariæ distribuerentur.Ei quoq;, qui suā partem nō possidet,si a possessore cohæres esse non deneget,hęc actio ipso iure cōpetit,per hanc familię erciscundæ. actionē hr̄ditas delata ex testō, vel ab intestato ex lege xij.tab.vel alia lege,aut ex senatusconsulto,vel constōne, ſm Vlpiani rn̄sum diuidit.Ea tn̄ qnæ sunt in noībus,diuisionem non recipiunt,cum ipso iure,vt Gordianus Imperator Pomponio militi scribit,in portionē hr̄ditariam ex lege xij.tab.diuisa sint: nā debitores hæreditarij vnicuiq; hr̄dū pro hæreditaria portione antiqua xij.tab.lege obligati sunt,pignus tn̄ si quod interceſſerit, vnicuiq; hæredum ex constitutione Valentis & Valentiniani, aliorumq; Imperatorum tenetur insolidum. Si ēt res debita diuisionem non recipiat,in iudicium familiæ erciscūdæ ſm Pauli sn̄iam non venit,licēt talis obligatio per legem xij.tab. non diuidať: qa non potest,sed oībus hæredibus actio insolidum competit.{Sic e diuerso pro hæreditarijs partibus hr̄des onera hæreditaria ex lege xij.tab.vsq; adeo agnoscere debēt,vt eorum pacto ſm Diocletiani & Maximiani sanctionem vnus insolidum creditori obligari,aut aliter actio mutari nō possit, nisi pignus, vel hypotheca intercedat:tunc enim,vt Decius & alij Imperatores volunt,possessor rei obligatæ conueniendus est,in his rebus etiam, quæ natura diuisionem non admittunt,& complurib. alijs casibus non ignotis ius ciuile carentibus singuli debitoris hæredes insolidū tenentur,sed qn̄ vnus ex hæredibus quid insolidum præstat a cohęrede familiæ erciscundæ iudicio petitionem hēt; vt eiuris ciuilis notitia clarè intelligiť.Alia lex xij.tab.talis erat.{In decimo mense legitimus infans nascitor. Assiduo vindex assiduus esto proletario ciui, quiuis volet, vindex esto Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergò hn̄to.} Qui post decē uiros leges Romę tulerunt,Decimo,nono,& propter doctissimi Hipocratis auctoritatem septimo mēse perfectum partū nasci posse existimauerunt,
91 & ideo vno ex his tpibus natos † ad legitimā hr̄ditatē admiserūt, quod Plautus& Męnander veteres poetæ ēt tradiderūt. Cęcilius aūt & post Aristotelē Marcus Varro, vt Gellius refert octauo ēt mense partum nonnunquā edi posse,scriptū reliquerunt,vt Gellius ipso negocio magnæ rei postulante sua ætate diligenter Romæ quæsitum fuisse dicit. An octauo mēse infans viuus ex vtero editus & statim mortuus ius triū liberorū suppleuisset: quū abortio non partus mensis octaui intempestiuitas quibusdam videretur, Veruntn̄ hmōi quasi monstruosæ raritates a Romanis non fuerunt Varronis testimonio receptæ. Sed & cū fęmina honestis moribus non ambigua pudicitia in xj. mense post mariti mortē aliqn̄ peperisset:qn̄ in x.mense non xj. gigni hoīem decēuiri scripsissent.Romæ an illa mulier post mariti obitum concepisset auctore Gellio disceptatum,& in controuersia deductū est. Sed requisitis veterum Philosophorum & medicorū sententijs in vndecimo quoq; mense partum edi posse Diuus Adrianus causa cognita decreuit, qđ ēt Marcus Varro post Aristotelem lib.xiiij. rerum diuinarū tradidit, & Plinius Vestiliam septimo mense Corbulorum,octauo Cęsoniam Cay principis coniugem,& vndecimo Suillum Ruffum genuisse dicit,sed hoc a sequentibus legūlatoribus non est receptum;nam Vlpianus de legitimis hæredibus post decem menses natum non debere ad legitimā hr̄ditatē admitti scribit,ꝙ cōtrariū esset,si illo tpe regulariter nasci posset aliquis. Iustinianus quoq; xj.mense partū edi non posse constituit. Non præteribo tn̄,ꝙ vij.libro naturalis historiæ de hac re Plinius e Massurij auctoritate scribit.L.scilicet Papyriū prætorem,quuiń mater se quatuordecim mēsib. partum tulisse diceret,bonorum possessionem contra secundum hæredē lege agētem dedisse:qn̄ ei nullum certum tps pariendi statutum videretur.Longè maiora nostræ ætatis fęminæ bonis maritis partus intempestiuitatem, atq; celeritatem admirantib.persuadent, vt tertio mense, immo postera nuptiarum die partus nasci possit,certè tales viri multo vento, ab interiore fęminarum tunica procedente impleti sunt, qui hęc incredibilia,& has mulierū fraudes admittūt,validis proculdubio argumentis opus esse,antequā similia euenire crederemus. Lege postea sequenti iubet,vt locuples cām,& iniuriam locuplex vendicandam suscipiat. Pauperis verò quilibet ciuis procurator esse,& cām ipsius vendicādam suscipere possit. Assiduus.n. in xij.tab. pro locuplete & facilè munus faciente, ſm Gellij opinionem accipitur,& ab assibus,ideſt ære dando, quum id tēpora reipublicæ postularent, aut ab assiduitate numeris ꝑ familiari copia faciendi assiduum appellatum, idem Gellius lib.xvj. credidit. Sed cū Gellius alijq; plures quid proletarius in hac xij.tab.lege,& quoddam Ennij versu signaret, Romę in foro quoddā feriarum die dubitarent, a Gellio quidam iurisperitus in eo loco existens, vt id verbū enarret,rogatus est,qui enodationis loco se hoc verbum interpretari debuisse rn̄dit,si ius fanorum,& aboriginū didicisset,sed & cum proletarij,& assidui,& senates, & vades & subuades,& vigintiquinque asses,& taliones, furtorumq; qōnes cū lance,& licio euanuissent,omniscq; illa xij.tabu. antiquitas ſm eū perijsset,nisi in actionibus legis cētumuiraliū causarum lege ebutia lata composita sit,se eas voces exoletas non debere interpretari, dixit: quia studiū scientiamq; iuris,& legum earumq; vocū, quæ tunc in vsu erant,se dūtaxat præstare dēre asseuerabat. itaq; cum iste bonus iurisconsultus longo sermone imperitiā celare nisius fuisset,neq; id verbū proletarius,ī duodecim tabulis positū enarrare potuisset.Iulius Paulus poeta doctissimus,fortè prætereūs de sn̄ia,& rōne huius vocabuli dicere rogatus est. Qui in plebe Romana tenuissimos, pauperrimosq; non amplius quam mille gngētū æris in cēsum deferētes proletarios fuisse appellatos rn̄dit, eos verò qui nullo,aut per quàm paruo ære cēsebanť, capite censos a Romanis noīatos fuisse dixit, Extremus autē census capite censorum.375.æris fuit,vnde,quia res, pecuniaq; familiaris obsidis vice apud rempublicā esse videbatur, & amoris in patriam fides quædam firmamentumq; in ea erat,neq; proletarios neq; capite censos milites, vtpote tenuem, aut nullam familiam hn̄tes, nisi in tumultu maximo fuisse scriptos referebat. Proletariorum tn̄ ordo re & noīe aliquanto honestior, quàm capite censorum fuit;nā cū iuuētutis inopia esset asperis reipublicæ temporibus in militiam tumultuariam legebātur, ijsque arma sumptu publico præbebanť.Et non capitis censione,sed prosperiore vocabulo a munere officioq; prolis edendæ proletarij appellati fuerūt, vt cū re familiari exigua rempublicā iuuare nō possent saltem sobolis gignendæ copia ciuitatem replerent.Sed hanc diutina vsurpatione firmatam consuetudinē.C.Marius bello Iugurtino capite censum legendo militem abrupit, & alij inopia bonorum militum, alij consulis ambitione id actū esse cōmemorant, qđ ab eo genere hoīum celebratus,auctusq; esset & hoī potentiā quęrēti egentissimus quisq; oportunissimus esset, memorq;, vt Valerius ait, Marius erat.Si militaris ignauia humilitatem spernere perseueraret, qđ nouitatis suæ causa à maligno virtutū interprete velut capite census Imperator compellari posset.Hoc Romanorum institutum Galli diligēter obseruant: nā equites in militia r̄r patritios hn̄t,qui ꝑꝑ nobilitatem & diuitias nihil ignominiā & proditionem concernens agere vellent,ea propter equitatus Galliæ apud oēs gentes timori & venerationi super ob strenuitatem fuit. Peditatus quoq; ductores Galli,vt præclari gerant aliquid nobilign̄e natos impeditatū deducere conantur, hac rōne Molardus, Malgirō & alij pdes peditū ductores præclara sub Ludouico duodecimo Gallorum rege in Italia gesserunt; quia multi nobilitate illustres eorū contubernio militabant & stipendia faciebāt. Sed vt id vnde egressi sumus,repetamus,hæc fuit luculenta in duodecim tabulas interpretatio a poeta Iulio facta: doleo tn̄, ꝙ poetis opus fuerit,vt nostræ legis cēsus haberi posset: & multum, ni fallor,

Source : BIU Cujas

lor, huius ætatis poetæ iurecõsultos quasi inscios & barbaros negligentes gauderent, si suo consilio & doctrina enarratas fuisse leges nostras intelligerent, neq; a iureconsulto sine eis potuisse intelligi, & proculdubio huic iureconsulto, quem Gellius rogauit ignorare ius, in quo versabit, turpe fuit, hoc tñ in cõpluribus nostræ ætatis iurisperitis euenire solet, qui multa legum vocabula ignorant, vimq; legum & intelligentiam nõ hñt, nec mirum est, cum inferiores disciplinas negligant, immo eas callentes irrideãt
93 & contemnãt, neq; Labeonẽ Antistiũ imitari volunt, †qui grammatica, Latinarumq; vocũ origine, & rõne, sicut alijs disciplinis pleroſq; iuris laqueos enodabat, libroſq; Posteriorũ reliqt, quorum tres cõtinui trigesimus octauus, trigesimus nonus, & quadragesimus id genus rerũ ad enarrandã linguam Latinam cõducentium Gellio auctore lib. xiij. pleni erãt. Præterea in libris, quos ad edictũ prætoris scripsit, multa lepidè, atq; argutè reperta posuit, quorum vnũ argumenti causa referã. In quarto enim ad edictũ libro sororem appellatã dicit, ꝙ quasi seorsum nascit ab ea, quæ domo, in qua nata est, separat, & in aliã familiã transgredit. Deinceps ne mulieres genas radãt, lege xij. tab. cauetur. Si genas, vt Ennius, Terentius, & aliqñ Virgilius utuntur, pro palpebris acceperis. hæc lex ferè apud mulieres Italas in vsu esse desijt: nam cũ palpebras tum supercilia radunt, immo pillos inde euellũt; vt ea deinde pingant, aut aliud loco pilorũ supponãt. Quòd si pro ea parte, vbi barba nascit, & quę oculis subiecta est, genas acceperis, hãc legem oĩum regionum, quas peragrauerim, mulieres seruãt. Sed quæ hoc casu huius legis rõ fuerit, satis occultũ est, cũ mulieribus barba non oriatur, nisi ꝙ aliqui excogitarunt. dixeris, mulieribus
94 genas radere † iõ fuisse prohibitum, ne frequenter radendo pili nascant, & pudor, qui mulierib. congruit, & rubore in genis maximè oñditur, pilis occultetur. Vltima pars huius legis a Solonis constitutione de lamentationib. translata est, sicut e Cicerone de legib. colligitur, & ergo in hac lege positũ pro causa, sicut in relata quadam plebis Tiburnorum lege accipit, aliud quoq; signãt; vt Festus & alij grammatici docent. Neq; lęsus vestimenti funeris
95 genus, †vt Sex. Aelius. & L. Atilius suspicati sunt, in hac xij. tab. lege signãt, sed Lęlio & Cicerone auctorib. pro lugubri eiulatione accipit. Solebant enim illis tpib. fœminæ magnos gemitus in fu-
96 nerib. emittere †& eiulare, qđ hac lege prohibetur, vtinã nĩæ mulieres, quæ in funerib. magnos gemitus simulant; hac xij. tab. lege tenerent: non. n. ędes sacras, in quas necessariorũ, aut maritorum corpora delata sunt tantis clamorib. implerent, sed tñ statim depositio lnctu post triduũ quam mariti sunt mortui, nubunt, vnde corona pudicitiæ carere debent: quæ enim vno contẽtæ mrimonio apud Romanos erãt corona pudicitię, vt author est Valeri⁹, honorabant, eas certè matronas incorrupto aĩo existimabant, q̃ multa non experiebant matrimonia. His explicatis legib. alias referamus. ⸗{ Tignum alienũ furtiuum ędib. vel vineis suis iniunctũ ne quis eximere cogitor, sed duplũ pro eo per actionẽ de tigno iniuncto præstare compellitor. Iudicẽ, arbitrumve iure datũ, qui ob rem dicendã accepisse pecuniam cõuictus est, capite punito. Qui hostes concitauerit, quive opẽ hosti tradiderit, pęnam capitis dato. }- Hæc lex xij. tab. tignum furtiuũ ædibus, vel vineis iniunctum solueret, aut vẽdicare, vt Vlpianus & Iustinianus dñt bona rõne non permittit, ne ædificia, sub hoc prætextu diruant, vel vinearum culturæ turbent. Et tignl appellatione in hac xij. tab. lege oẽ genus materiæ, ex qua ædificia constãt ſm Caij, Vlpiani, & Iustiniani opinionẽ venit, ĩ vineis quoq; tigni appellatione omnia vineis necessaria, vt perticæ, pedamenta & alia continent. Si tamẽ vxoris aliquid in ædificiũ viri ꝯiunctũ sit, ꝙ detractũ alicuius vsus esse possit, soluta re vendicatio mulieri, vt quilibet alteri cõpetit, nec in duplũ ex hac lege xij. tab. agitur, vt apud Paulum de donationib. inter vir. & vx. legimus, cum non sit credibile ſm eũ decẽuiros de his sensisse, quorũ voluntate res eorũ in alienũ ædificiũ coniunctæ essent, neq;. n. furtum est, quod sciente dño inclusum est. Et licet iudex & arbiter, qui ob snĩam dicẽdam pecuniam ac-
97 ceperant, †sequẽti xij. tab. lege capite punirent, alias tñ pęnas posteri legumlatores iudicib. iniquis imposuerunt: nã iudex, qui in causa pecuniaria nũmos, vel promissionem suscipit, ex Iustiniani cõstitutione dati triplo & promissi simplo amissa dignitate mulctabatur. In causa verò criminali perditis oĩbus bonis in exilium mittitur. Ast iudex pretio, aut sorde aliqua perperã iudicans Constantini sanctione veram litis æstimationẽ præstat, & ſm Martianum, Marcellumq; & alios lege Iulia repetun. extra ordinẽ ex lege Cornelia de falsis deportatione, & oĩum bonorũ publicatione alijsq; modis punit. Quòd si iudex per imprudẽtiam peccaret, inquantũ de ea re æquum religioni iudicantis visum fuerit, Caij rñso, & auctoritate Iustiniani pœnã per actionẽ in factũ sustinet. Sequentẽ verò legẽ, quæ hostes concitantẽ opemve hosti tradentem capite punit, Lex Iulia maiestatis deinde ampliauit. qñquidẽ maiestatis crimẽ, vt Vlpianus elegãter diffinit, est illud, quod aduersus populum Romanum, vel aduersus securitatẽ eius cõmittitur, quo per legẽ Iuliam maiestatis tenetur, qui in bellis cesserit, aut arcẽ tenuerit, aut castra cõcesserit, & qui iniussu principis bellum gesserit, delectumve habuerit, exercitũq; comparauit, quive quum ei in prouincia successum esset, exercitũ successori nõ tradiderit, aut alijs modis maiestatẽ publicã lęserit, complurib. enim alijs modis quis lege Iulia maiestatis tenetur, vt apud Iureconsultos nros sub titulo de lege Iulia maiestatis appellaret & reperiẽ. Et in qõnib. lęsæ maiestatis debere ẽt mulieres audiri Papinianus dicit: nam & Lucij Catilinæ coniurationem Iulia mulier ſm eũ detexit, & Marcum Tullium consulẽ in iudicium eius instruxit, & huius criminis rei ſm Honorij & Archadii constitutionẽ bonis oĩbus fisco additis gladio puniri solent. Et qm̃ hæc clarè iureconsulti docent, alias leges xii. tabu. referam. ⸗{ Vendendi filiũ patri potestas esto. Si quis in ius vocatur, si morbus, ætatisve vitium extitit, qui in ius vocabit, iumentũ dato, si nolit, arceram ne sternito. }- Et cum solum auctore Laertio sanxisset, vt qui vnum oculum alteri eruisset, vtroq; priuaretur. Decemuiri ita disposuerũt. ⸗{ Si membrum rupit meũ e pacto talio esto. Propter os verò fractum numerariæ pęnę constitutæ sunto. }- Romulus filium a pa-
98 tre vendi posse primum lege constituit, †deinde viri decem post reges exactos eam legem, vt Dionysius Halicarnaseus lib. ij. scribit, in decem tabulis cum aliis legib. conscripserunt. Numa tamẽ hanc legem prius emandauerat in filio, qui patre approbãte vxorem duxerat, locum non habere: hæc lex postmodum a Diocletiano & Maximiano Imperatoribus sublata est, qui nullo cõtractus gñe alienari filium posse disposuerunt, propter nimiam tamen paupertatem, victusq; egestatem postea Constãtini lege rursus patri vẽdere filium permissum est: legem autem, quę ægrotis in ius vocatis iumentum dari iubebat Phauorinus defectu intelligentiæ esse inhumanum credebat; cum eius snĩa iuberet, vt si hõ in ius vocatus morbo, aut ætate eger ad gradiendũ inualidus esset, nõ arcere, sed iumento impositus domo sua ad prętorem efferretur, quod valde inhumanum esse dicebat, vt morbo affectus & ad rñdendum pro se idoneus iumento adhęrens in ius aduersario deportaretur, vñ Sex. Cęcilius Iureconsultus aliter hanc legẽ interpretatus est, & enarrauit, vt morbus hic grauem cũ febri rapida ægrotationem non significaret, neq; iumentum pro vnico pecore tergo vehente acciperet; qm̃ tunc Phauorini philosophi opinio rõne non careret, sed morbum in l. ista vitium aliqđ imbecilitatis atq; inualentiæ sine periculo vitæ appellari dicit, cum morbum vehementiorem vim graviter nocendi hñtem decẽuiri harum legum scriptores non per se morbum, sed morbũ sonticum alio in loco appellent, vt paulopost videbimus. Iumentũ quoq; non solum pecus vnicum, sed vectabulum etiã, qđ a cũctis pecorib. trahebat, & in l. nra & alijs locis Cęcilius significasse dicebat: nam & veteres iumentum a iungendo dicebant. Arcera aũt ſm eũdem Cęcilium Plaustrũ vndiq; tectum & munitum, quasi archa quædam magna vestimentis instrata vocabat, qua nimis ęgri, aut senes portari cubãtes solebant, Enodata horum vocabulorũ signãtione Phauorinus mutata snĩa legem approbauit, cũ nulla esse acerbitas videret, ꝙ pauperrimo hoĩ in ius vocato pedum ægritudine, aut alio casu gradi non ualenti decemuiri plaustrum esse dandum senserint; neq; instrui tñ delicatè arceram iusserint, cum inualido quolibet vehiculum sufficeret. Et ita prędicti viri iudicio Cęcilii constituerunt, ne accusatio ista ęgri corporis fidem differentibus, iurisq; actiones declinantib. perpetuã vacationem daret. Aliam de talione legem Iustinianus ob magnã veterum paupertatem fuisse introductam dicit, & nõ erat necesse pati talionem, nisi eam reus elegisset: hoc. n. ordine ad talionẽ deueniebatur, vt apud Gellium Cęcilius oñdit, primò reus super iniuria paciscendi facultatem habebat, deinde si non paciscebat, iudex talionem imperabat, ꝙ si reo & pactio grauis & talio acerba videbat, & iõ iudici nõ parebat seueritas legis ad pecunię mulctam redibat: nam æstimata lite iudex hoĩem pecuniæ dãnabat, postea iniuriam passis eam æstimare a prætoribus permissum est, ita tñ vt partis sequi ęstimationem, aut eam diminuere in iudicis arbitrio esse postmodum iniuriæ pœna a lege xii. tab. introducta, ſm Iustinianum in dissuetudinem abiit, & ea quam prætor adinuenit ĩ frequẽti vsu esse cępit, & ſm dignitatis gradũ, vitæq; hone
99 statẽ ęstimatio iniurię crescit, aut minuit. Lex ẽt Cornelia †iniuriarum actionem ĩtroduxit, & e trib. causis actionẽ dedit, sicut ab Vlpiano didici, videlicet cum quis pulsatur, verberaturve, aut domus alicuius v introita est: & vt non inducent, agentis gener, socer, vitricus, priuignus, sobrinus, & cõplures alii eadem lege cautum est. Reliqua, quæ iniurias concernunt, referre longum esset, & perfectè a Iureconsultis nris traduntur. Alias ergo xii. tab. leges oñdamus. ⸗{ Qui falsum testimonium dixisse conuictus erit, e saxo tarpeio deiicitor. Si in agrum alterius arbor impediat vsque ad qndecim pedes a terra altius coercito, & ne vmbra arboris vicino prędio noceat, quindecim pedes altius ramos arboris circũcidito. }- Non põt quis sic hodie damnari ſm Modestinum de pœnis, vt de saxo præcipitetur. vñ hæc xii. tab. lex sublata est, ꝙ si abolita non esset, non tam multi pro testimonio mẽtirentur, vt Cęcilius Phauorino dicebat: acerbitas. n. puniendi maleficii plerũq; bene atque cautè viuendi disciplina est. Sed licet pœna huius legis aboleuerit, alijs tñ legib. falsa testimonia ferentes puniunt: nam
100 qui ob testimonia falsa †pecuniam acceperit, pactusve fuerit, ſm Martiani snĩam ex senatusconsulto coercetur, & qui ob renunciandũ, remittendũve testimonium dđm, vel non dicendum pecuniam

cuniam acceperit,pœna legis Corneliæ de falsis afficit. Præterea qui falsum testimoniū, vt quis publico iudicio rei capitalis damnaretur,dolo malo dixit lege Cornelia de sicarijs tenetur, vt idē Martianus testis est.Et inter sua præcepta Christiani hñt. Ne quis falsus testis existat.Et quia de arboribus cędendis lex deinde seq-
101 tur.Scieṅdum est† arborem in alterius ędes,vel agrum impendere posse.& de primo prætor teste Vlpiano cauit, vt si arbor, quæ ab alicuius ædibus in alterius ædes impendat, a dño non adimat ab eo,cui nocet,adimi & retineri possit.Quòd si arbor in alterius agrum impendeat,per prætorem,& xij.tab.legem cautum est, vt quindecim pedes altius rami a dño circūcidant,& si per dñm stet, quominus arbor vsq; ad quindecim pedes altius a terra coerceatur,ei cui officit arborem coercere & ligna hīc licet. Et hoc idcirco effectum est,ne vmbra arboris vicino prædio noceret. Ex his dñiam esse patet,an arbor ædibus alienis, vel agro impendeat,cū primo casu succidatur, & secundo vsque ad quindecim pedes a terra coerceatur.Arboris appellatio etiam vites in hac lege continet. At si arbor in vicini fundum vēto inclinata sit,ex lege etiā xij.tab. de ea adimenda rectè cum dño agi poterit ius ei non esse ita arborem habere,vt apud Pomponium legimus. Quòd si quispiam plura de hac re intelligere velit,adeat iureconsultos nr̄os, qui hæc plenè tradiderunt.Sequēs quoq; lex in xij.tab. fuit. ⸗{Aeris confessi rebusq; iure iudicatis triginta dies iusti sunto. Post deinde in debitorem manus iniectio esto,in ius ducito, ni iudicatū facit,aut qui pseudo eo in iure vim dicit,secū ducito, vincito,aut neruo cōpedibus quindecim pondo,ne minore,aut si volet maiore vincito,si volet suo viuito. His in suo viuit, qui eum victum hēbit libras farri in dies dato, si volet plus dato, in viuculis sexaginta dies habeto inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium productio.Quantęq; pecuniæ iudicatus erit, prædicato:tertijs aūt nundinis,si interea pactus non sit capitis,pęnas dato,aut trans tyberim pergere venū ito. Et si plures forent, quib.reus esset iudicatus terrijs nundinis partes secanto,si plus minusve secuerunt se fraude esto.⸗} Cum hæc lex xij.tab.inhumana & dura a Phauurino philosopho diceretur, sextus Cęcilius iureconsultus eam tam acerbæ fidei seruādæ gra fuisse latam affirmauit.Romani enim cum alias virtutes,tum fidem,& in publicis rebus,& in negociorū ꝯctibus coluerunt,vt ex hac lege deprehenditur, quæ tam grauem pęnam non seruanti in mutuo & debito fidem imponit,præsertim cum de partiendo, & secandi corpore humano loquitur,sed eo consilio,vt idem Cęcilius ait,tanta pœnæ immanitas denunciata est,ne vnquam ad eam perueniret,vincti itaq; plures fuerunt;quia vinculorum pęnam mali hoīes contemnunt,nemo autem fuisse dilectus legitur,eo ꝙ hæc pęnę seuitia contemni impunè non potuit, de reliqua huiusce legis pœna Phauorinus carpendo nō meminit:nam culpa non carebāt, qui ea multabant:cum debitoribus causa conquirendæ pecunię,quā dissoluerent,hæc lex triginta dies dederit, quos decemuiri iustos appellarunt,eo ꝙ illis diebus nihil cum debitorib.iure agi posset. Quòd si interim non dissoluerent, ad prætorem vocabantur, & in vinculis sexaginta dies detinebant, & interim paciscendi facultatem hēbant,hoc si non faciebant, pœnas huius legis meritò luebant. Hoc ius postmodum in vinculis fuit lege Pętilia sublatum, vt hoc libro dicemus,iure tandem posteriori primò duo mēses, deinde ex constitutione Iustiniani quatuor condemnatis,vel his qui se debere fatentur,ad soluendum dati sunt,& si intra id tēpus non satisfecerint,aut eis pignora ex rescripto Diui Pij & Cassium proconsulem capiuntur, deinde si intra duos menses nō sit satisfactum,ipsa pignora venduntur: vt Calistratus de re iudicata refert,seruato tñ ordine, qui ab Vlpiano sub eodē titulo ponitur, vt primò mobilia,deinde immobilia,& tandem iura pignori capiantur,& vendantur.Quòd si inopia condemnatus laborare,dignoscitur,in vincula nisi bonis cesserit,ꝛm Alexandri cōstitutionem deijcitur,vbi a creditore aletur,si bona,quibus ali possit,ipse debitor nō habeat,& huius rei cura iudicibus Honorij,atq; Theodosij sanctione demādata est.Et si victum, vel stratum quis inferri in carcerem iudicato non patiatur.Licinij Ruffini rñso vtilis in eum pęnalis,vel iniuriarum actio danda est.In priuatis,vel publicis criminibus egētes extraordinaria coerctione patiunt, vt apud Vlpianum de pœnis leginus: ēt vbi ex parte rei tantum,pęna est, sicut interpretes colligunt e prima Innocentij Pontificis constitutione in dolosos & contumaces edita. Alia circa hanc rem ex libris Iureconsultorum deprehendes,nam & de his etiā, quę proximè dixi,aliquod inter eos est dissidium. Sed ad alias leges trāseamus.⸗{Furtiuæ res non vsu capiuntor.Si libertus ab intestato moriatur,nullum hæredem suū reliquēs,patronus ei succedito. Matrimonia inter patres & plebeios separata sunto. Si puerum quis castrauerit,licēt prętiosiorem fecerit,quadruplum præstato. Qui fruges excantasset,aut qui malum carmen incantasset, pęnas dato,neve alienam segetem pellexeris,excantando,nec incantādo, ne agrum defruganto.Ne frugem aratro quæsitam nocte furtim depascunto.Puberes si secanto cereri eos suspendunto, impuberes arbitratu prętoris verberauto,ac noxam duplionemve decernunto.Qui secus faxit,& terminum exarassit ipsus & boues sacri
102 sunto.⸗} Furtum vt eleganter Paulus diffinit,† est cōtrectatio rei alienę fraudulosa,vel vsus eius,possessionisve inuito dño,lucrifaciendi gratia,quod lege naturali prohibitum est,admittere. Furtorum Caio authore duo sunt genera,manifestum,& non manifestum.Manifestum autem furtum est,vt Massurius ait, quod deprehenditur,dum fit,cuius faciēdi finis est,vt Gellius lib.xj.refert, quum perlatum est,quò ferri cęperat, & ideo bene dicit Vlpian⁹, manifestum esse furem,qui cum furto deprehenditur.Hinc quid sit nec manifestum furtum satis Caij iudicio apparet: nam quod manifestum non est,hoc scilicet nec manifestum est. Hęc p̄misi, quo hanc xij.tab. legem vtpote gñaliter scriptam in omni furto intelligeremus,vt res furto,qualicunq; furtiuæ non vsucaperent, harū etiam rerum lex Attilia vsucapionem inhibet,vt a Iustiniano relatum est.planè si hmōi res furtiua in ptātem eius, cui subtepta est,hoc est in dñi ptātem reuertat, ex lege Attilia vsucapi potest,sicuti apud Paulum libro Digestorū quadragesimo primo reperitur.De successione libertorum post hanc xij.tab. legē prætor aliter suo edicto cauit,& disposuit:nam partem bonorum & hæreditatis liberti, qui aut liberos naturales vel emancipatos nō hēbat,aut si habebat,& exhęredauerat, patronus edicto prętoris semper capiebat:postea vero plus lege Papia ipsi patrono cōcessum est,vt ēt æqualiter cū filijs liberto decedenti† facto testamen-
103 to,vel ab intestato succederet,nisi ipse libertus tres, aut plures liberos haberet,vel patrimoniū centū aureorum nō relinqueret. Tandem ex cōstitutione Iustiniani Imperatoris huic rei modus fuit impositus,vt liberto testanti & centum in bonis non habenti Patronus nullo modo succederet,sed ab intestato nullis extantibus liberis tota liberti hæreditas p̄rono deferretur,quod hac lege xij.tab.cauebatur: si verò supra centum aureos libertus relinquebat patronum a liberis excludi Iustinianus voluit. Sed his nō extantibus idem Iustinianus ab intestato totam hęreditatem & facto testamento tertiam bonorū partem debere per bonorum possessionem ꝯ tabulas p̄ronum assequi constituit. Alia deinde
104 lege ne connubia inter p̄res† & plebeios essent promiscua, cōstitutum est & hoc ideo,vt Genutius & Curatius cōsules lōgè post xij.tab.interroganti tribuno rñderunt, ne incerta prole auspicia turbarent,cum plebei,sicut p̄res auspicia non haberent, & ne ex huiusmodi matrimonio nati,cuius sanguinis, quorumve sacrorum essent,ignorarent:cum dimidij patrum,dimidij plebis esset, ne secū quidē ipsi concordes hac rōne, ꝙ posse auspicari tāquam inuisi dijs immortalibus plebei negarent, plebs vsq; adeo ꝛm Liuium quarto libro exarsit,vt non prius contēdere desierit,quàm consensu patrum legem ius xij.tab.tollenrem Canuleio tribuno authore tulerit:vt scilicet connubium patribus cum plebe esset. Nec consulum rō obstare debuit;quia,vt Canuleius plebis Tribunus dicebat,patrem liberi sequunt, sed post similis pœnæ obseruantia lege Papia & Iulia in matrimonijs inducta ac repetita est, quib.vt Iulianus,& Paulus lib.Digestorū, tertio & vigesimo scribunt,cautum est,ne senatores eorumve liberi scientes dolo malo libertas,aut eam,quę ipsa cuiusq; pater, vel mater artem ludicrā facit,vxores haberēt. Neve senatoris filia neptisve libertino, aut artē ludricam faciēti nuberet, sed & hoc ab Iustiniano tandē emandatum est,cum sanxit,vt nulla dignitas confectis dotalibus instrumētis libertę matrimoniū prohiberet. Nostri tñ Allobroges patricij legem xij.tab.exactè custodiunt, nam apud eos patricius patriciam,& plebeius plebeiam vxorem ducit, ꝙ si qua puella nobili genere nata plebeio homini alioquin diuiti & ornato nubat ab alijs negligitur:malunt.n.vt mulieres inopi marito nobili gñe nato nubant,quàm plebeio locupleti & ornato, quorū an ſnia probanda sit,alius dijudicet:nam horum morem secutus sum,dum quandam virginem nobili gñe ortā me arctissimo gradu contingentē matrimonio iampridem collocaremus. Quare ęquus arbiter vtpote eiusdē ſniæ conscius esse non possem. Dein
105 de alia lex xij.tab.castrantē puerum in quadruplum punit† posse ēt ex hoc facto actione iniuriarum,aut ex edicto ędilium agi, Vlpianus de lege Aquilia dicit.Domitianus quoq; castrari mares vetuit,sed & qui hoīem libidinis,vel commercij gra castrabat e Senatusconsulto,vt Marcellus libro Digest. duodequinquagesimo author est,postea pœna legis Corneliæ puniri cępit. hoc deinde est Adriani edicto additum,vt bona castrantis fisco applicarent, vt serui huius criminis rei vltimo supplicio afficerent, ne quis liber,seruusve inuitus,aut volens castraret, & vt spontè se castrandum prębēti,& medico excidenti capitale esset,Cōstantius postmodum debere eunuchos facientē capite puniri cōstituit,factos aūt non posse in quēquā alienari,Leo Imperator mandauit, nō omittam,ꝙ seruum castrandum tradenti pœnam dimidię partis bonorum senatusconsultum Neratio & Antonio consulib. factum imposuit.de his si plura intelligere cupias, ex libris iureconsultorum plenam cognitionem habebis. Alia lex eos capiti ob-
106 noxios facit† qui alienas segetes excantassent,aut vllis veneficiis & carminibus alienas pellicere segetes auderent,nā magicis quibusdam artibus posse transferri Virgilius hoc carmine in Bucolicis ostēdit.Has herbas atque hæc ponto mihi lecta venena Ipse dedit.meris nascuntur plurima ponto.His ego sępe lupū fieri, & se condere syluis Merin.sæpe animas imis exire sepulchris, Atq; satas alio vidi traducere messes.& hauc xij.tab. legem Seruius illum

lum locum enarrans citauit. Ex hac xii. tabu. lege vt octauo & vigesimo libro Plinius ait verba, & incantamenta carminum valere aliquid oñditur, aliàs inanis horum prohibitio esset, & Solinꝰ quasdam in Aphrica fuisse hominum familias voce & lingua effascinantes dicit, quæ si pulchras arbores lętioresq; segetes, aut amenos infantes egregiosve equos, vel pecudes cultu atq; pastu optimas forte impensius laudassent, repentè emoriebantur, & iõ Virgilius dicit. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. & cum C. Furnius Cresinus e seruitute liberatus multo plures fructus in paruo admodũ agello quàm ex amplissimis agris vicinitas perciperet, seu fruges alienas veneficiis pelliceret, in magnam vicinorum inuidiam deuenit, & propter id a Sp. Albino Curuli dies ei dicta est, sed cum tribus super hac re in suffragium irẽt. Furnius damnationem metuens omne instrm rusticum, ferramẽta egregiè facta, graues ligones, ponderosos vomeres, boues q; saturos in forum attulit, filiamq; validam & bene vestitam in eundẽ locum adduxit, postea hęc sua esse veneficia Quiritibus dixit, nec posse lucubrationes, vigilias & sudores, quos in excolendo agro conceperat oñdere, aut in forum adducere affirmauit. Itaque ex hoc oĩum sententiis absolutus est. Verba autẽ aliquid valere Plinius aliis argumentis probat: non enim ritè, vt ait, dij sine precatione apud Romanos consulebanť, & alia erant verba impetrantis, alia depulsoris, & alia commentationis, & ne quid verborum præposterè diceretur de scripto pręibat aliquis. Idem Deciorum patris filiiq; quo se deuouere carmẽ & Tuscię Vestalis precationem, qua vsa aquã in cribro tulit, alia quoq; id genus plurima extare dicit, vt vim carminũ sateri sit necesse: horũ ẽt ptãtẽ Damon & Alphesibęus apud Virgilium in Bucolicis enumerãt. Sed licet magica ars medicinã authore Plinio amplexa fuerit, verũtn incantationẽ, aut exorcizationem nõ esse medicinæ genera Vlpianus de variis cognitionibus tradit, tametsi (vt ipse ait) quidã reperianť, qui hac arte vtẽtes sibi profuisse cum magna prædicatione
107 affirment: vtcunq; fuerit † has incantationes lex xii. tab. prohibet planè, licet Romani, vt Seruius docet, plura sacra susceperit, magica tn semper damnarũt, qđ Virgilius sic per Didonem ostendit. Testor chara deos & te germana, tuumque dulce caput, magicas inuitam accingier artes, aduersus magicas quoq; artes fuisse legẽ xii. tab. scriptam Augustinus de ciuitate Dei testis est. hæc ars posteriori iure ẽt pontificio inhibita est, vt suprà retuli, cp si quis huius magicæ artis originem speciesq; postulet. Plinius cum aliis locis, tum libro xxx. ostendit, & explicat atq; damnat. Insuper alia lex frugib. nocentes punit: nam frugem aratro quæsitam noctu furtim pauisse ac secuisse puberi duodecim tabulis ſm Plinium libro duodeuigesimo capitale erat, suspensumq; grauius necari, quàm homicidio conuictum iubebant: impuberẽ verò in hac re delinquentẽ xii. tab. prætoris arbitratu verberare, noxãve, aut duplum decernere cogebant. Hodie his qui segetem ante lucem secat, & cõtrectat, eius qđ secat Vlpiani rnso fur manifestus, & nec
108 manifestus est frugũ appellatione, † vt Iulianus scribit gñaliter venit redditus, qui ex frumẽto, leguminibus, vino, syluis cęduis, cretifodinis & lapidicinis capitur. Duplio quoq; verbũ quo hæc lex vtitur, antiquum est vocabulum; nam teste Festo duplum hodie dicimus, sic ipsius, vt author est Priscianus, a vetustissimis Terẽtio, & aliis prolatum inuenitur, quo vocabulo, vt retuli, lex xii. tab. vtitur. Ex hoc loco satis patet, prętores tempore xii. tab. fuisse. Quod postea de terminis sequitur, post Numam excogitatum est. Ante decẽuiros enim Numa rex terminos inuenit, & vt eos transferens interficeretur, constituit, post xii. tab. de hac re consules, Iureconsulti & Imperatores multa cõstituerunt: nã Agraria lege ab Iulio Cæsare lata pro singulis terminis, quos aliqui ciecerit, locove mouerint, quinquaginta aureus publico dare iubẽtur reseruata actione ei, qui volet. Alia quoq; agraria lege, quam Diuus Nerua tulit, cauetur, ut aduersus seruum seruamve hęc res capitalis sit, nisi dns dñave, qui inscij erant mulctam snfferre maluerit. Sed & Adrianus rescripsit, eos, qui terminos finium causa positos protulerim, pro conditione personæ & mente facientis debere puniri: vt si splendidiores hoies finium occupandorũ causa id admisisse conuincantur, ad tẽpus vt cuiusq; patietur ætas, verbi gratia, iunior in longius, senior in breuius relegarẽtur, cp si alii negocium gesserint, & ministerio functi sint, castigari & ad opus publicum biẽnio dari Adriano rescripto possunt, sed si per ignorantiam, aut fortuitu aliqui lapides furati sunt, eos verberibus cedere sufficiet. Hæc & alia Iurisconsulti exactius discutiunt, proin de eos adeas, si plura de his requisieris. Aliam enim legẽ xii. tabul. referre volo. {Glandẽ in alienum fundum procidentem collige fas esto.} Hanc legẽ xii. tab. Plinius libro xvj. nobis tradidit, cũ
109 ea cautum fuisse dicit, † vt colligere glandem in alienum fundũ procidentem liceret. Prętor deinde suo edicto præcepit, vt tertio quoq; die aliquis glandem, quæ ex fundo suo in agrũ alterius caderet, legere & auferre posset. Glandis aũt noie oẽs fructus continenť: sicut post Iabolenum Caius de ver. sign. dicit, sub titulo de glande legenda, Vlpianus tradit, aliæ leges xii. tab. sic scriptę erãt. {Ioue tonante, fulgurante ve comitia sunto. Si tibi furtim arbores cędæ sint, agito. Hæreditates in testõ iure facto datæ, ratæ sunto. Si iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediaťdies iudicij difusus esto. Si aqua pluuia nocet arceto.} In augurum disciplina diligenti cura prouisum est, ne quid cum populo agereť, si tonitrua, aut fulgura extitissent, eo cp illa omnia, quæ tunc senatus, populusq; Romanus decerneret, diis superis displicere viderenť. Et cp hæc lex longè post decemuiros illius scripto
110 res seruata fuerit multis comprobatur exemplis: nam Pompeius cupiens comitia quædam dissoluere † ne Cato prætor crearet, se per mendacium audiuisse tonitrua dicẽdo ea authore Plutarcho dissoluit, quinimmo Marcellus comitijs iam consul designatus ob crebra tonitrua, quæ Augurum iudicio tristia significabãt, & portendebant, se magistratu abdicauit. Ipsa quoque flaminica audiens tonitrua tantis per ferias celebrabat & nihil agebat, dum ritè deos placasset, vt apud Macrobiũ legimus. Tyberius verò Cæsar tonitrua præter modum expauescens turbatiore cœlo coronam lauream ceruice gustabat, cp fulmine id genus frondis afflari negetur. Sed Augustus pro remedio fulgurum & tonitruũ pellem vituli marini semper & vbiq; circumferebat, atq; ad omnẽ maioris tempestatis suspicionem in abditum & concameratum
111 locum se recipiebat. Pro † arboribus aũt furtim cæsis ex lege Aquilia, & ex lege xii. tab. dandam esse actionem Labeo existimauit, cui Trebatius assentit, qñ iudex in posteriori actione deducit, cp ex priori agens consecutius est, & ex reliquo condemnet. Furtim aũt cęsæ arbores ſm Vlpianum dicũtur, quæ ignorante dño eius quæ celandi causa cęduntur, cp si quis arborem cęciderit, & lucri faciendi gratia cõtrectauerit, Pauli rnso etiam furti tenebitur. Et condemnatio, quæ fit ex hac actione, duplum continet, hanc legem xii. tab. referunt, & in titulo arborum furtim cęsarum interpretantur, iureconsulti, legẽ verò, quæ sequitur, Vlpianus de ver. sig. comprobat tradẽs non impropriè ab aliquo dici lege eã obuenire hæreditatẽ, quæ etiam e testõ defertur, quia lege xii. tab. secundum eius snam testamentarię hæreditates confirmãtur. Sed & Iustiniani testimonio sui & necessarii hæredes instituti velint,
112 nolintve, † sicut ab intestato e lege xii. tab. hæredes fiũt, & sic lex hoc casu hæreditates e testõ delatas confirmat. Porrò in alia lege, quæ sequitur, & in alijs locis morbum sonticum Iulianus, Modestinus, Cassius, & Venuleius, vt in Pandectis hť, pro morbo perpetuo, & cuicunque rei agendæ nocentia acceperunt, & ideo æquarõne cum iudex, vel alteruter e litigatorib. morbo sontico laborat, & impeditur, ipsa lex xii. tab. diem iudicii differt, siue in re iudicanda, vt Iulianus lib. Pandectarum altero & quadragesimo scribit, siue cum quis in iudicio se sistere promiserit, vt apud Vlpianũ de cantionib. in iudicio sistendi causa factũ scriptum inuenimus.
113 Paulus tn de iudiciis ait † morbum sonticum iudicandi necessitatem remittere, & ideo iudicem mutari debere nõ simpliciter esse diem iudicij differendum. Vltima lex, quem retulit, de aqua pluuia disponit & eam post veteres. Pomponius de statuliberis hoc
114 modo interpretatur, si aqua pluuia nocet, † idẽ nocere poterit: nam vt Vlpianus scribit, per aquæ pluuiæ arcendæ actionẽ auertitur aqua, quæ nocitura est, & in damno nondum facto dũmodo opus iam factum sit, hæc actio locum habet, hoc est de eo opere, ex quo damnum timetur, hæc actio competit, totiensq; locũ habet, quotiens manu facto opere aqua agro nocitura est, & cũ qs manu facit, quo aliter aqua fluat, quam natura fluere soleret, vt si fortè immittẽdo eam, aut maiorem, aut citiorem, aut vehementiorem fecerit, aut si comprimendo eãdem redundare effecerit. porrò si natura aquæ noceat, hæc actio locum non habet. Aquã pluuiam Iureconsulti eam appellant, quæ de cœlo cadit atq; imbre excrescet, siue per se aqua cœlestis noceat, vt Tubero ait, siue cum alia mixta sit, de hac re ipsi Iureconsulti integrum hnt titulum, & ideo quia in hmõi aqua incassum vltra progrederet, alias xii. tab. leges referam. {Sistatus dies sit cum hoste, venito. Itẽ aduersus hostem æterna authoritas esto. Qui erit testatior libripẽsve fuerit, si graui crimine damnetur, in testimonium feriatur, improbus intestabilisq; esto.} Hę leges: quia mancæ sunt, vix sanum recipiunt intellectum. nihilominus sic eas veterum scripta contemplati seriatim intelligimus & interpretamur, vt qui in iudicio
115 sisti promiserit, † ſm suam promissionem sistat. Iustiniano enim authore conuentus accepto libello, cp in iudicio vsq; ad terminũ litis permaneat, nudam dare promissionẽ vel pro qualitate personæ suæ satisdationem compellitur, aut in iudicio sisti iurciu. promittere cogitur. hęc xii. tab. lex parere huic promissioni iubet. vñ Plautus ait, oportet ire dies est status cum hoste, alioquin si statũ sit adiectam pœnam reus, aut fideiussor præstat, aut si certa pœna in promissione accesserit, incerti cum altero eorum in id quod interest agendum esse Cassius & Vlpianus libro Digest. secundo crediderunt & scripserunt. Et tanta huiusce legis xii. tab. authoritas erat, vt ẽt milites, dum in verba ducis exercitus iurarent, hanc legem exciperent. Militibus enim scriptis dies quo adessent & citati consuli rnderent præfiniebatur, deinde vt adessent iusiurandum cõcipiebatur: nisi funus familiare, aut feriæ vindemiales essent, & nisi morbo sontico auspiciove, quod sine piaculo præterire non liceret, detinerenť, & nisi sacrificiũ anniuersarium haberent, quod eis absentibus rectè fieri nõ posset, aut ius hostisve status, condictusve dies cum hoste foret, postridie autem quàm per eas causas liceret se venturos, deinde promittebant milites. Si qs

tamen

Source : BIU Cujas

tamen ad testimoniū desideratus, aut sine dolo malo suo municipalis muneris causa impeditus, aut valetudine, vt fluminis, tempestate, domesticoq; funere, aut alijs, id genus impedimētis prohibitus, in iudicio ſm suam promissionem nō steterit, exceptione adiuuandus, atq; excusandus est, vt Paulus, Vlpianus, & alij plures Iureconsulti dicunt, nam & ipsa xij. tab. lex indice, vel alterutro e litigatoribus morbo sontico impedito diem iudicij, vt paulo ante retulimus, diffusum esse iubebat. Quòd si nostri iuris obseruandi adeo cupidus exulas, vt plura de hac re exigas, nras pandectas adi, & in eis aliquot de iudicio sisti titulos inuenies, q̄ mea opinione tuo satisfacient desiderio. Lex, quæ deinde sequit, perpetuam in aduersarium dat actionem, nam actiones, quæ ex lege senatusve consulto, siue e sacris constitutionibus proficiscebantur, perpetuò competere antiquitus, idest hac xij. tabu. lege solebant: vt Iustinianus ait: æternam enim authoritatem aduersus hostem habere, est perpetuò posse p̄ aduersariū experiri, vt ex Atinia lege ostenditur, quæ authore Gellio rei subreptæ æternā esse authoritatem volebat, quod nihil aliud est, vt Iurisconsulti interpretantur, quàm nunquam posse rem furtiuā vsucapere, sed posse eam semper vendicare. His postmodū actionibus sacræ Imperatorum constitutiones triginta annos tantum dederunt. Realibus verò ad rem mobilem triēnium, sed pro immobili inter præsentes decem annos & inter absentes viginti cōstituerunt. Et q̄a annale prætoris Imperium erat, actiones ex propria eius iurisdictione pendentes nisi in furem manifestum, aut bonorum possessori competerent anno extinguebant, sicut a nostris iurisperitis didici. Hostis in prædictis xii. tabu. legibus teste in officiis Cicerone † peregrinum significat. hoc. n. verbo maiores, vt a Tullio & Varrone traditū est, peregrinum, qui suis vteretur legibus, dicebant, postea Romani, vt lenitate verbi tristitiam rei mitigarent, perduelles hostes vocarūt, vt post Tullium & Varronem Caius quoq; de verborū & rerum significatione tradit. vltima lege aliqui ferre testimonium prohibētur, quidam certè p̄p reuerentiā, vt libertus quidam ob lubricum consilij sui, vt impuberes, alii p̄pter notam & vitæ suæ infamiam, vt publico iudicio damnati, cū bestijs mercede pugnantes, & palam quæstum facientes, nō sunt ad testimonij fidem lege Iulia admittendi, vt apud Calistratū inuenitur, sed hęc lex graui crimine damnatum improbum intestabilemq; reddit, quæ ob verbum intestabilis, huncsensum, vt quęuis alia lex hoc vocabulo vtēs ſm Caij interpretationem recipit, vt eius damnati testimonium non recipiatur, neve ipsi damnato testimonium dicatur, vnde cum ob crimē famosum damnatus e senatusconsulto intestabilis fiat, nec testamentum facere, nec ad testm̄ adhiberi testis Vlpiani. Archadijve rēso poterit, nec est mirum: quoniam verbum testor a quo intestabilis fluit, sicut confiteor, & quædam alia authore Gellio & Prisciano cōmune erat, eapropter in alia lege xii. tab. æris confessi passiuè legimus. Et Aulum Tiberiumq; filios duorum prædiorum hæredes Seruius Oppidius moriens his verbis apud Horatium intestabiles reddebat. præterea ne vos titillet gloria, iureiurādo astringam, ambo, vter ædilis fueritve vestrū prætoris intestabilis, & sacer esto. Libripēs, cuius hæc lex meminit, in testō adhibebatur, quod p̄ familię emā
117 cipationē fiebat: tria enim fuisse testamētorū gña † e Gellio & Iustiniano accepimus. vnū, quo Romani in pace & otio vtebant̄, & calatis comitiis in cōcione populi fiebat alterum, cum viri ad pręlium faciendum in aciem vocabantur, in procinctu fiebat. tertium genus testamētorum per emancipationem, idest imaginariam quandam venditionem quinq; testibus, & libripende ciuib. Romanis puberibus & familiæ emptore p̄ntibus componebat̄, & ideo per æs & libram id testamenti genus dicebatur, sed duo prima testamentorum gña dissuetudine sublata sunt, id verò qđ per æs & libram fiebat, partim remansit & partim esse in vsu desiit, vt præclarè Iustinianus explicat, sed ne in occulto habeat̄, qđ vnum testamenti genus fuisse aliqñ calatis comitijs, factum diximus: scire oportet comitia, quæ pro collegio pontificum aut regis sacrorum flaminum, aut in augurandorum causa hēbant̄. Labeonis testimonio calata fuisse appellata, & iisdē comitiis sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant, vt de primo testamētorum gñe relatum est, alia certè quædam comitia erant, quæ curiata, & centuriata dicebantur, & vt Gellius eleganter tradit. Curiata per lictorem curiatim calabant̄, ideſt conuocabantur, & in eis e generibus oīum ferebatur suffragium. Centuriata verò non in forum vt curiata, sed in campum Martium per Cornicinē cōuocabantur, & in eis ex censu & ætate suffragiū ferebatur, quòd si e regionibus & locis suffragia ferebātur, tributa comitia diceban tur. Et comitia vniuerso conuocato populo dicebātur, alioquin consilium erat, & ideo quæ tribuni plebis tulerunt, non leges p̄priè, sed plebiscita appellant̄: quia ad id neq; aduocabant̄ patricij, neq; ad eos vlla gestorum fiebat relatio. Alia lex xij. tab. erat. (Vię latitudo in porrectum octo pedes, in anfractum, ideſt vbi flexum est, sedecim habeto. Venditæ res & traditæ post pretium solutū, aut si alio modo satisfactum existat emptori acquiruntur. Vēdēdi statuliberos ius potestasq; esto. Quodcunq; postremum populus iusserit, id ius ratumque esto.) Via, cuius prima lex meminit,
118 † actum & iter in se continet, & ius eundi, agendi, & ambulandi a Iurisconsultis dicit̄, & hanc legē sicut descripta est, Caius lib. Pandect. octauo retulit. Via tñ ſm Pauli rñsum vel latior octo pedib. vel angustior constitui pōt, vt tñ eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire possit, alioquin nō via, sed iter esset. Legi deinde relatæ accommodat̄, qđ Iustinianus ait, vt venditæ res & traditę nō aliter emptori acquirant̄, q̄ si vēditori p̄ciū soluerit, aut alio modo promissione, vel pignore dato satisfecerit, qđ quidē licet hac lege xii. tab. caueat̄, tñ etiam iure gentium ideſt naturali iure Iustiniano authore id effici rectè dr̄. Aliud ipse Iustinianus addit, qđ hac lege expressim nō caueт, vt si vendens fidē emptoris secutus rem tradiderit, statim res ipsa emptoris fiat. Et statuliberos venūdari posse leges xij. tabu. ēt putauerunt, duris tñ conditionibus, vt Modestinus ait: in venditione minimè onerādi sunt, veluti ne illius certa loca seruiant, aut ne vnquam manumittitur. Sunt autē Statuliberi, vt eleganter Paulus diffinit, qui in tempus, vel conditionem statutam, vel destinatam habent libertatem. Emptionis quoq; verbo legem xii. tabu. omnem complecti alienationē Pōponius credidit. Postremò non ineleganter vna xii. tab. l. cautum est, vt in vltimo loco constitutum a populo ratum haberet, qđ hodie seruamus ad vnguem: nō enim est nouum Pauli testimonio, vt priores leges ad posteriores trahantur, sed & posteriores
119 leges † ad priores pertinent, nisi p̄ rię sint, quo casu antiquas noua abrogat, vt apud Liuium huius legis authoritate P. Sempronius plebis tribunus affirmat. Illud quoq;, vt Iulianus scribit, receptū est, vt non solo legislatoris suffragio, sed etiam tacito populi cō-
120 sensu leges per dissuetudinē abrogent̄: † olim tñ Romanorū sedi tionibus hæc lex xii. tab. interdum neglecta fuit; nam cum ambo consules iuxta vetus institutum e patritiis aliqñ crearentur Tribunis intercedētib. Fabius interpres huiusce legis authoritate plebiscitum a Licinio de altero consule ex plebe creādo nouissimè latum tueri voluit, vt Liuius refert, sed non obtinuit, quin C. Potitus, & M. Valerius Publicola patritij ſm vetus institutum crearentur consules. Præterea cū lex Aemilia vtpote vltima in tempore censuræ antiquā abrogasset, nihilominus Appius Claudius ſm legis antiquæ dispositionem cēsuram gessit, & hanc xii. tabu. legem aliter quàm dixerimus interpretabatur, quod P. Sempronio plebis tribuno summo opere displicuit, vt in nono Liuii lib. abundè legitur. Complures aliæ in xij. tabu. leges fuerunt, sed oēs enumerare infinitum esset. Et has leges xij. tabu. pueri vt carmen necessarium discebant, sicut Cicero testis est: sed iam ipsius Ciceronis tēpore eas nemo discebat. Ad harum aūt legū descriptionē rursus mutata fuit Romanæ ciuitatis forma a consulib. ad viros decē anno ſm Liuium trecentesimo altero, quàm cōdita fuerat, quæ mutatio repetitis paulopost consulib. nequaquam diuturna fuit. Etenim vt leges a Posthumio Sulpitio & Manlio legatis e Græcia allatæ transferrentur, & describerentur, Decemuiri
121 sine prouocatione creati sunt, † & ne quis eo anno alius esset magistratus, & ex patrib. hac conditione, Ne lex Iulia de Auentino, aliæq; sacratę leges abrogarentur. Decemuiri hi fuere Appius Claudius, T. Genutius consules in eum annum designati, Sextius anni prioris cōsul alter, & S. P. Posthumius, P. Sulpitius, & A. Mālius pro legationis pręmio creati. L. q; Veturius, C. Iulius, P. Curatius, T. Romulus ætate graues, qui leges translatas decem tabulis exposuerunt, mox cum satis correctæ viderentur centuriatis comitijs eas pertulerunt, ac simul se magistratu abuicarunt. Sed cū his tabulis ius Romanorum minimè absolueretur, anno sequenti decēuiri iterum creati fuerūt, Appius Claudius, M. Cornelius, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Vibulanus, M. Rabuleius, T. Antonius, & tres plebeij, Q. siue vt alii volunt, T. Pętilius, Cęso Duillius, & S. Oppius, qui duas adiecerūt tabulas, dictęq; sūt leges duodecim tabularum. Quibus additis cum pacto dominationis hi viri magistratum sibi prorogarēt, nec eo magistratu respublica vlterius indigeret, vnusq; ex ipsis Appius Claudius Virginij filiam virginem ingenuē per vim libidinis gratia in seruitutem asserere conaretur milites primum authore Virginio, mox plebs vrbana Auentinum mōtem occupauit. Decemuiros abdicare se magistratu præcepit, eosq; omnes aut morte, aut exilio in vrbem reuersos puniuit. Appius verò Claudius mortem in carcere sibi cō sciuit, & ita respu. creatis consulib. rursus statum suum recepit. At cum his xii. tabu. legib. aliqua durities contineret, ut apud Gelliū Phauorinus philosophus, contra Cęcilium Iureconsultum multis rationibus oñdit, nec vlla lex Iuliano authore ad omnia sufficiēter ab initio promulgata videatur, cum vt Cęcilius respondēs Phauorino & Valerio apud Liuium in bello Macedonico dicebant, legum opportunitates & medelæ pro temporū morib. & pro rerum publicarum generib. & pro vtilitatum præsentium rationibus proq; vitiorum feruoribus quibus medendum est, mu-
122 tētur & flectētur. Ideo populus Romanus angustare † & ampliare ius xij. tab. postea cępit leges sicuti ante decēuirorum creationem solebat, interrogante Senatorio magistratu veluti consule constituendo. vnde apud Gellium lib. x. Atteius capito iurisperitus legem esse dicit iussum populi, rogante magistratu cuius caput & origo & quasi fons sicut & plebisciti rogatio est. Ista enim vocabula rogationis principali gñe, & nomine continentur: nā nisi plebs, aut populus rogatur nullum plebis, aut populi iussum

fieri

Source : BIU Cujas

fieri potest. Nec ab re legem rogante magistratu fuisse a populo constitutam Capito dixit, quoniam varij magistratus, vt in lege magistratuum dictum est, leges a populo rogarunt: frequentius tñ rogante consule leges a populo fiebāt, quapropter tuemur iurisperitos nostros, qui legē esse dñt, q̄ Pop. Rom. senatorio magistratu interrogante veluti consule constituebat. Quòd aūt ppls suis legibus ius xij. tab. anguſtauerit. in l. eliasentia constat & apparet: nam cum vna lex xij. tab. authore Pomponio de ver. sign. sic scripta esset, vti quis legasset, ita suæ rei ius esto. & illis verbis latissima potestas hæredes instituendi, legata & libertates dandi, tutelas quoq; constituendi, tributa uideretur, huic legi in hæredis in-
123 scriptione, & libertatis datione Eliasentia derogauit † qua cautū fuisse Celsus de hæredib. instituendis tradit. vt si duo plures ve serui ex eadem causa hæredes ab eo, qui non est soluendo scripti essent, vti quisque primus scriptus esset, hæres esset, non aūt oēs, sicut legi xij. tab. placuit, lex Eliasentia hæredes esse voluit, p̄terea cum eadem lex xij. tab. liberam dandæ libertatis facultatem, vt dictum est, præberet, Eliasentia ita demum seruo, qui in fraudē creditorum hæres institutus esset, libertatē conseruat, si nemo alius ex eo testamēto hæres esse possit, vt loco eodem Paulus scriptū reliquit, econtrario populus suis cōstitutionibus xii. tab. ampliasse & suppleuisse testis lex Iulia maiestatis erit, quæ eū teneri præcepit, qui in bello cesserit, aut arcem tenuerit, castrave concesserit, & qui iniussu principis bellū gesserit, aliterve maiestatem publicam læserit, licet eum duntaxat, qui hostes concitasset, quive opem hosti tradidisset, lex xii. tab. capite puniri disposuerit, & horum similia in iure ciuili lectitabis. Modum certæ leges a populo rogandi hiunc fuisse, legimus, vt trino promulgarentur nūdino, idest. vt Valla lib. eleg. iij. opinatur, tribus in locis vno die, aut tribus diebus vno in loco celebrarentur, nec alio modo iure latæ esse dicebantur; nam cum nono quoque die: vt Macrobius ait ru-
124 stico opere, rureq; intermisso populus ad mercatum † legesq; audiendas Romam veniret, lex primo foro & scdo legebat, at tertio foro cū turba ex agris venisset, rogatio fiebat, & preco subijciente scriba verba legis populo referebat, deinde consul, an lex placeret, populum interrogabat, demum rñdendo populus sanciebat. Sed hęc deinde, vt idem Macrobius refert, negligētius obseruata, & postremò abolita fuerunt. Lex præterea in æs incisa in ærarium condebatur, nec posthac vt e Tranquillo in vita Iulij didicimus, eam corrigere licebat. p̄retereo q̄ vbi duę sunt cōtrarię leges, antiquam noua abrogat, vt apud Liuium libro nono reperitur. Nec suscipiēte postea senatu reipublicę curam populi omnino circa ius constituendum potestas exoleuit, vt leges aliquot latę senatu reipublicę curam habeute probant. Pompeia de parricidijs, Cornelia de falsis, & Cornelia de sicarijs, oēs pauloante Iulium latę, qui harum constitutionem authores Pompeium & Syllam vidit, Cęsar quoq; consulatum cum Bibulo gerēs postea legem Agrariam tulit. Quinimmo Octauiani Imperatoris temporibus suffecti, consules Papius & Pompeius legem Papiam & Pompeiam ſm Gratianum tulerunt, & falcidiam falcidius plebis tribunus. Sed vt primam ciuilis disciplinæ speciem absoluamus memorare consules, & alios magistratus conuenit, qui post xij. tab. leges ad populum tulerunt, dicemus igitur post Liuium, nepotem, Gellium, & Macrobium Satur. iij. Blondumq; in Roma triumphante, & Iureconsultos, Philelphum & alios, quas leges post xij. tab. populus Ro. consule & alio magistratu interrogante constituerit, nō omnes leges tñ enumerare proponimus, sed eas tantum, quarum vetusti scriptores crebrius meminerunt.

125 **Lex Valeria & Horatia.** † Post sublatā decem virorum potestatem. L. Valerius, & M. Horatius cōsules creati cum veluti in controuersia esset, an patres plebiscitis tenerentur, legem centuriatis comitijs tulere, vt quòd tribuni plebis iussissent, populus teneret. Et ne quis vllum magistratum sine prouocatione crearet, q̄ si aliquis creasset eum occidi ius, fasq̄ē esset, neve ea cędes capitali noxæ haberetur, Sanxerunt etiam, vt caput eius, qui tribunis plebis, ædilib. iudicibus, decemuiris nocuisset, Ioui sacrum esset, & familia ad ædem Cereris liberi liberæq; venum irent, duas leges tamen nouissimas ipsi consules non inuenerunt, sed alteram de prouocatione decemuirali potestate euersam alteram, quæ iā memoria aboleuerat, renouauerunt, & ēt in posterū munierūt, & variam vltimæ legis interpretationem apud Liuium lib. iij. videbis. Institutum etiam ab eisdem consulibus fuit, vt Senatusconsulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur, quæ ante arbitrio consulum supprimebantur, & nunciabantur; postea autem senatusconsulta ad ærarium deferri, institutum est, vt ex M. Cicerone Philippi. quinta & Tranquillo in vita Augusti colligit, ijdē consules contra hostes profecturi, priusquam vrbem egrederentur, duodecim tabulas in es incisas in publico proposuerunt, qd iussu tribunorum fuisse ab ædilibus factum aliqui tradunt.

126 **Lex Aemilia.** Mamercus Aemilius dictator propter belli suspicionem quam hostes † præbebant, dictus est. Sed eis pacatis materia quærendæ bello gloriæ adempta, in pace aliquid operis edere cupiens, quod monumentum esset dictaturæ, legem tulit, nę plusquam annua, ac semestris censura esset, cum vetere instituto, seu malueris lege xij. tab. ismagistratus quinquennio duraret, & huius Aemiliæ legis interpretationem Liu. lib. ix. ponit post centesimum tamen annum, quàm lata est. App. Claudius supra duodeuiginti menses inuitis aliquot Tribunis, summaq; oīum ordinū inuidia solus censuram gessit. Anguſtus verò morū, legumq; regimen, idest censurā perpetuā, sicut Cęsar recepit, & ter censum ppli primū ac tertium cū collega mediū solus peregit, & cām huiꝰ legis ferędę apud Liuiū li. iiij. reperies, indignū .n. Aemilius esse credidit, cum alij magistratus annui essent, vt censura magnus magistratus quinquennalis esset.

127 **Lex Papyria.** L. Papyrius Crassus † & L. Iulius consules legem de mulctarum æstimatione valde populo gratam ferre præoccupauerūt, cum eam ab Tribunis parari vnius ex collegio proditione excepissent.

128 **Lex Manlia.** Cn. Manlius cōsul legem † de vicesima eorum, qui manumitterentur nouo exemplo ad Sutrium in castris tributim tulit, & quia ea lege magnum vectigal inopi ærario additum esset, patres fuerunt authores, cęterùm Tribuni plebis non tam lege, quàm exemplo mori, leges in castris ferre deinceps prohibuerunt.

129 **Lex Valeria.** Cum milites Claudio † Martio Rutilio, & Quinto Seruilio consulibus adimendæ Campanis Capuæ consilia iniissent, atq; successissent: vt reconciliarentur. M. Valerius Coruinus Dictator legem sacratam militarem tulit, ne alicuius militis scripti nomen, nisi ipso volēte deleretur, & nequis, vbi tribunus militum fuisset, postea ordinū ductor esset, alii omnem rem actam non per dictatorem, sed per consulem fuerunt, quod non refert.

130 **Leges Publiæ.** P. Philo dictator † tres leges fęcundissimas plebi aduersas nobilitati tulit. Vnam vt plebiscita omnes Quirites tenerent. Alterā: vt ante initum suffragiū prēs legumq; comitijs cēturiatis ferrent, authores fierent, qd ante non erat, vt e Liuio lib. j. ab vrbe cōdita intelligere licet, nā post initum suffragiū & leges a ppło rogatas patres si dignas leges populus sanxisset, authores fiebant. Tertiam legē tulit, vt vtrumque censorem plebeium fieri liceret; quoniam licet censura patricius esset magistratus, eo tamen iam vētum erat, vt alter censor vtiq; ex plebe crearetur.

131 **Lex Pętilia.** C. Pętilius, † & L. Papyrius Mugilanus, siue curſor consules legem ad populum tulerunt, vt nullus, nisi qui noxiam meruisset, donec pęnam lueret, in compedibus, aut in neruo teneretur, neq; ī posterum aliquis ob æs alienum necteret, sed pecuniæ creditæ bona debitoris, nō corpus obnoxium esset, itaq; noxi soluti fuerunt, hac lege iuri xij. tabu. & senatusconsulto, quo debitores necti, & creditoribus tradi poterant, ob L. Papyrij fęneratoris libidinem simul & crudelitatem abrogatum est. Iuuenem enim forma & ætate præclarū ob æs alienum pater numis nexum habebat, quem verberibus lacerauit, propterea q̄ sibi prosternere pudicitiam, aspernabatur. hæc ratio fuit, quare ruptum est ingens fidei vinculum, ferreq; legem prædictam consules iussi fuerunt.

132 **Lex Valeria.** Martius Valerius consul legem de prouocatione tulit † qua eum qui prouocasset, virgis cędi, securiq; necari vetuit, si quis aduersus eā fecisset, nihil vltra quàm improbè factum adiecit, id ob pudorē hoīum, qui tunc erat satis validum huiusce legis vinculū visum est, nunc vix seruo suo ita minatur quisquam. Sed Portia lex deinde lata vehementior fuit, nam eum qui Romanum ciuē verberasset, necassetve graui pœna afficiebat. Hæc lex Valeria tertio post reges exactos anno lata est semper a familia eadem, primum a P. Valerio Publicola. Secundò a L. Valerio stati post xij. tab. Tertiò a Martio Valerio, de quo hic loquimur, & causam huius legis renouendæ sæpius hanc fuisse Liuius libro decimo credit, quod plus. Paucorum opes, quàm libertas plebis poterant.

133 **Lex Pompeia.** † Gneus Pōpeius Strabo magni Pōpeij pater veteribus incolis transpadanis lege ius latij dedit, & quòd cęteræ coloniæ Latinæ habebāt, idest, vt petendi magistratus & ciuitatis Romæ ius adipiscerent.

134 **Lex Fabia.** Fabius pœnam † his adiecit, qui non certo numero, vt ante fuerant definiti, deducerent, & sectarentur candidatos in campum comitiorum tępore.

135 **Lex Annaria.** Ea lex auctore Festo annos † finiuit, quibus magistratus capiendi potestas sit, venia huius legis impetrata Antoninus commodus cōsul ante quintum & vigesimum annum factus est. Sed Augustus admotis hostiliter ad vrbem legionib. missisq̄ue, qui sibi nomine exercitus primum consulatum deposcerent, ipsum consulatum vigesimo ætatis anno contra hanc legem inuasit: nam cunctante Senatu Cornelius centurio princeps legationis reiecto sagulo ostēdens gladij capulum in curia dicere non dubitauit, hic faciet, si non feceritis vos. Scipioni autem Aphricano primum ædilitatē, deinde consulatū populus Romanus ob insignem eius virtutę ante tempus legitimum detulit. Aſt nostræ ætatis homines non virtus aut doctrina, sed vis, ac pecunia ingens sceluſve ab obseruatione legis Annariæ soluit, vt ante ætatē & tempus honores magistratus

Source : BIU Cujas

gistratus & sacerdotia capere possint. Scipionis etiam filium Scipionem Aemilianum Romani in primo consulatu hac lege solluerunt, vt ante annos consul fieret, & T. Flaminium nondū triginta annos natum cōsulem cum Sexto Aelio designarunt. Marius quoq; filius septimo & vigesimo ætatis anno consulatū Sertorio inuito ꝯ leges occupauit, quem honorē tam immaturum mī defleuit, vt e Cornelio Nepote didici. Sed & Germanicus Cæsaris Caligulę pr quæsturā quinquenniū antequam per leges liceret, & post eā statim cōsulatum gessit. Didius verò Iulianus ante annum, quàm legitima ætas sineret, prætor Marci suffragio fuit.

136 **Lex Aretina.** Cum ob nummorū penuriam authore Plutarcho † in vita Publicolæ mos Priscus irrogandæ mulctæ per magistratus ouis, aut bouis nomine fuisset, Lex Aretina constituit, vt ouis ære deno, bos ære centeno definiri intelligatur, & cur lata fuerit Gellius capite primo libri vndecimi ostendit.

137 **Lex Cinthia.** Cinthius legem tulit, † ne quis ob cām orandam domum, pecuniamve acciperet, huius legis. Q. Maximus, vt Cice. de senectute refert, suasor fuit, & hanc legem ipse Marcus Cicero, neq; dona, neq; mercedē ex patrociniis ab vllo recipiens diligenter obseruauit.

138 **Lex Acilia.** M. Acilius † Glabrio legē de pecuniis repetundis seuerissimam tulit, qua ne comperendinari quidem reum sinit: post de eadem re Iulius legē Iuliā repetundarū tulit, quæ multa cōplectitur capita, & ea facinorosi partim exilio, partim durius, put admiserint, ex ordinē puniunt.

139 **Lex Papia.** Papius ꝯsul † & ciuis Romanus, ne vrbe Roma peregrini vterentur, lege vetuit.

140 **Lex Latoria.** Q. Latorius † cum adolescentes in contractibus circunueniri solerent, pœnā eorum deceptori adiecit. Hodie prætor eis per in integrum restitutionem subuenit. Alia lege latoria cautum est, vt si quispiā pupillorum bona diriperet, pœnas lueret acerrimas.

141 **Lex Licinia & Mutia.** Cum summa cupiditate vrbis Ro. † ppli Italici tenerent, & ob id magna pars eorum pro ciuibus Romanis se gereret P. Licinius Crassus orator, & Q. Mutius Scęuola pōtifex maximus orator & iurisconsultus sapientissimi consules legem de ciuibus regendis in eorum consulatu tulerunt, vt in suæ ciuitatis ius quisque rediger etur.

142 **Lex Papia.** Papia lege cautum est, † vt pontificis maximi arbitratu virgines e populo viginti legerētur, sortitioq; in cōcione ex eo numero Vestialis fieret. Sed ea sortitio postea e lege Papia non necessaria visa est, cum cuilibet honesti gnis filiam ad sacerdotium. P.M. offerre permitteret. & ideo Augusti tēporibus quum in demortuæ Vestalis locum capi aliam oporteret, multiq; ambirēt, ne filias in sortē darēt, adiurauit ipse Augustus, si cuiquā neptiū suarū cōpeteret ætas, oblaturū fuisse eam. Et miror, q in quinquaginta Digestorum libris nulla Vestalium mētio habeat, cum sicut apud Gellium & Festellā legimus, prætor eas ad iusiurandū edicto suo non admiserit, neq; hæredes cuiquam intestato, neq; intestatus quisquā esset, sed bona earum in publicum redigerētur, vt in commētariis Labeonis, quæ ad xij. tab. composuit, scriptum erat, ipsę ēt pontificibus traditæ patris statim ptātem sine emancipatione, sine capitis minutione exibant, & viuo ēt patre ius testamēti faciēdi adipiscebant, ac cętera sine curatore gerebāt: vt Plutarchus in vita Numæ scribit, plura quoq; alia antiquis legibus de Vestalibus cauebant, quę ex Labeonis Antistii, & Atteii Capitonis voluminibus, qui diligentissimē de Vestalibus scripserūt, bonus ille Tribunianus digestis inserere debuit, quorum aliqua non ab re subiecero, vtpote: quia nihil eorum in Digestis legimus, inter alia minorem virginē sex annis maiorē decem negauerunt capi fas esse, & quæ non sit patrima & matrima. Item quæ lingua debili, sensuve auriū diminuta, aliave qua corporis labe insignita sit, aut cuius parētes alter, ambove seruitutē seruierunt, vel in negocijs sordidis diuersantur. Emancipata quoque, aut quæ emancipatum patrem habebat, licēt viuo eo in aui potestate esset. Vestalis esse non poterat, alia insuper veteres iureconsulti de Vestalibus scripserunt, quę apud Gellium reperiūtur. Nostra aūt ætas tīn ab hac veterū sancta obseruatione abest, vt semp ꝯriū ferè custodiat: nā minores sex annis, & maiores decē. Itē quæ non sunt matrimę, & patrimæ capiūtur hodie, & Vestæ dedicant: & si sit aliqua virgo gibbosa, aut altero oculo capta, claudicans, loripesve, seu alia corporis deformitate laborās, quare sine magna pecuniarū summa nubere nequaquam valet, Deo protinus offert, & dedicat. nec hac tēpestate, nisi rarò, inquirit, si parētes seruierint, aut in negocijs sordidis diuersati sint, sed nobili ignobilive gnē virgines natæ ꝯ quorundam cœnobiorum institutum absq; discrimine capiuntur, qđ nuper Gratianopoli euenit. Emācipationis autem in Vestalem capiendæ, aut patris eius nulla fit hodie mentio.

143 **Lex Hortensia.** Q. Hortensius Dictator † cum patricij plebiscitis nequaquam tenerent, legē tulit, vt eo iure quod plebs statuisset, & patricii, & omnes Quirites tenerent, apud Plutarchum lege quadam fuisse prohibitum inuenio, ne Dictatori æquitare fas esset, tū q maiores vires sic inesse ac pedes manūq; se Dictatorē conferere creditū est, tum q hoc medio in phalange dictator permanere & locū non deserere cogeret, quod Cæsar strenuè obseruauit: nā ancipiti prælatio equos & imprimis suum dimittebat, quo maior permanendi necessitas auxilio fugę erepto imponeretur. Fabius tīn dictator senatus permissione hac lege solutus equo vsus est: sed equi loco magnis priuilegiis Romani dictatores donarunt. Et hanc legem nostro tempore hi regulariter seruant, qui peditibus præsunt.

144 **Lex Satyra.** Est † quæ vno rogatu multa simul & varia comprehendit, vt vultis ne, iubetis ne, vt cum Iugurta bellum componatur, elephantos tradat omnes, transfugas vniuersos reddat.

145 **Lex Scatinia.** P. Scatinius legē tulit. † qua puerorū cōcubitores graui supplico afficerentur. Variè tīn eos punitos. † Valerius scribit. nam Cornelius ob id delictū in carcere mori coactus est, & C. Scatinius vno teste Marcelli filio, quē solum de stupro tentauerat, dānatus est. Lectorius quoque accusatus, q Cornicularij stupri causa appellasset, ante iudicii tempus se fuga primum, deinde more puniuit, nihilominus vniuersæ plebis sīa crimine impudicitiæ damnatus est C. ēt Lucius tribunus militum a Plotio quē stuprare volebat, fuit occisus. Mariusq; Imperator C. Lucium Nepotem iure cęsum pronunciauit, & Cornelius Gallus prætorius Aetheriusq; Ro. eques stuprando puerum extincti sunt, aliquotq; ciuitates cum hominibus ob id delictum perierūt: hoc vitio Tiberius, Caligula, Nero, Traianus, & alii plures Imperatores ēt laborarunt. Cæsarē verò Curio pater in quadam oratione oīum mulierem virū & omnium virorum mulierem appellauit, vt Tranquillus refert, sed vt Claudius fęminas adamauit ita mariū expers omnino fuit: a Domitiano aūt alioquin malo quidā ex vtroq; ordine hac lege Scatinia condemnati sunt: de hac re fuit postea vno capite legis Iuliæ de adulteriis cautum: & cum nihilominus hoc vitio laboraretur, ferre legem Alexan. Imperator in animo habuit, ne exoleti forent, vt Lampridius scribit. bonus deinde Constātinus leges surgere armariq; iura gladio vltore iussit, vt exquisitis penis subderent, qui rei essent huiusmodi sceleris: mitius tīn puniri hos homines pueris abutentes. Alexander pontifex maximus in titulo de excessibus prælatorū voluit, nā sacerdotes hoc vitio laborantes vt pœnitentiam agerent in cœnobium detrudi, alios homines excommunicari iussit: & cum Archesilaus philosophus quendā diuitem capillū arte compositū & oculos voluptatis plenos habentē castum tīn & integrum vidisset, nihil interesse dixit, quibus mębris posterioribus an prioribus aliquis cinędus existat, quod verbum pensitent, qui tanta cura corpus exornant, nec aliquem incomptum suiq; negligentem irridāt. Sed & quod Vespasianus cuidam adolescentulo sibi pro impetrata pfectura gratias agenti dixisse fertur oculis subiiciant: nam cum is vnguento flagraret, se maluisse vt alium aboleret, Vespasianus dixit, & ad magistratum eundem non admisit, sed & comptos iuuenes fęminarum instar Ouidius a se procul esse deprecatur.

147 **Lex Apuleia.** Apuleius legem tulit, † vt publicā maiesta. minuens capitis pœnam subiret, & circa læsam maiestatem ante Apuleiam lex duodecim tabul. & post Apuleiam lex Iulia maiestatis disposuerat, vt in titulo de lege Iulia maiestatis legitur.

148 **Lex Calphurnia.** C. † Calphurnius Piso legem de ambitu suo consulatu tulit, qua præter alias pœnas pecuniaria ēt pœna adiecta fuit. Ambiēs deinde lege Iulia de ambitu punitus est, vnde qui in municipio ꝯ hāc legem magistratum, aut sacerdotium petebat, cum infamia in centum aureis per senatusconsultum puniebatur. Et per legē Iuliam iudiciariam aureos centum reus, vel accusator domū iudicis ingressus fisco inferre iubebatur: quia & in legē ambitus cōmittebat. Et non immerito pœnam in municipio duntaxat ambientis retuli: qīn post aduentum principum, vt Modestinus ait, hæc lex in vrbe cessauit: quia ad curam principis r. ō populi fauorem tūc magistratuum creatio pertinuit, aliqui tīn Imperatores, vt Heliogabalus magistratus vendiderūt, is enim tā per se quàm per oēs aulicos præsertim libidinum ministros honores, dignitatesque, & ptātes vendidit, complures nostræ tempestatis principes Heliogabalum insequuntur, nā suarū meretricum precibus, aut nummo magistratus, & sacerdotia indoctissimo cuiq;, & virtute carenti conferunt, & tribuunt, nec Theodosii præceptū custodiunt, qui viros non ambitione, vel precio, sed probatæ vitæ, & disciplinarum testimonio ad honoris insignia debere promoueri dicebat. Ast nec Alexandri Imperatoris dictum huiuscemodi principes cōsiderant, qui ideo se nolle dignitates & magistratus vendere prædicabat: quia qui emunt, vt vēdant, necesse est, & vt pecunias in emptione honoris expositas recuperent, subditos torquere, & vexare hi ementes magistratus coguntur.

149 **Lex Fauia.** Cum respublica † e luxuria cōuiuiorū maiora, quàm credi poterat detrimenta pateretur, bonorum consilio, & sīa legem Fauiam consules tulerūt. Quæ ludis Romanis, item ludis plebeis, & Saturnalib. & aliis quibusdam

busdam diebus in singulos dies cẽtenos æris consumi concessit, decẽ verò alijs diebus, in singulis mẽsibus tricenos, cęteris autem omnibus dieb. denos, & lata est ſm Macrobij opin. Fauia lex anno post Romam conditam quingentesimo octuagesimo octauo, & post annum vigesimum ſm legis Orchiæ, quæ numerum tantummudo cęnantium cohibebat, vt statim in plebiscitis dicemus, licebatq; secundùm eam vnicuique bona sua inter paucos
150 consumere. Fauia † verò sumptum cohibebat.

151 **Lex Didia.** Fauiam legem † post duodeuiginti annos Didia lex consecuta est, qua cautum fuit, vt vniuersa Italia non sola vrbs lege sumptuaria teneretur, vñ hac lege Italicis, qui Fauiam solos ciues vrbanos cõprehendere æstimabant, dubitatio sublata est. Insuper eadem cautum est, vt non soli pęna legis tenerentẽ, qui prandia maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atque omnino interfuissent.

152 **Lex Licinia.** Licinius consul, † diues legem post Didiam tulit, vt calendis, nonis, nundinis Romæ cuiq; in dies singulos xxx. duntaxat asses edundi causa cõsumere liceret, nuptiis ducentos indulsit, cęteris uerò diebus qui excepti non essent, statuit, ne amplius apponeretẽ, quam carnis aridæ pondo tria, & salsamẽti pondo libra, quod e terra vite, arboreve natum sit: in hac lege ferẽda probandaq; tantum ab optimatib. impensum est studium, ꝙ consulto senatus mandatũ est, ut lege tantũmodo promulgata prius quàm trinundino confirmaretur ab oĩbus, ita obseruaretur, ac si iam populi sñia comprobata fuisset. Imperatum est etiam, ut patentibus ianuis, & in propatulo prandereẽ, & cenaretur, ut sic oculis ciuium testibus factis luxuriæ modus auctore Macrobio lib. Satur. iij. fieret. Valerius tñ lib. ij. istud antiquorum humanitati, & continẽtiæ ascribit, quum nullas haberẽt epulas, quas populi oculis subiicere erubescerent, erant. n. inquit, adeo continentiæ attẽti, vt frequentius pulte quã pane uterentur. Postea cum istis ll. si tu atq; senio obliteratis pleriq; familiam, & pecuniam suam prandiorum gurgitib. proluissent. L. Sylla dictator legẽ ad pp̃m tulit ut calendis, idib. nonisq; diebusq; ladorum, & ferijs quibusdam solennibus festertios tricenos in cęnam consumere ius potestasq; esset, cęteris uerò diebus omnibus non amplius quàm ternos, suę legis tñ modũ Sylla interdum excessit. Aemylia quoq; lege ab Aemylio Scauro cõsule lata non sumptus cęnarum, sed ciborũ genus, & modus pręfinitus fuit, lex deinde Antia præter sumptum æris id etiã sanxit, ut qui magistratus esset, magistratumve capturus esset, ne quo ad cęnam nisi ad certas personas itaret, utinã hanc legẽ iudices nostri obseruarẽt, qui apud quoscunq; comedunt, & ideo interdũ sñias uendunt, & perperam iudicant. Postremò lex Iulia ad populum peruenit. Cæsare Augusto imperante, qua pro festis quidem diebus ducenti finiuntur. Calendis, idib. nonis, & alijs quibusdam festiuis trecẽti, nuptijs aũt, & repotiis sestertij millies esse. Quinimmo Augustus, seu Tyberius Cęsar, vter fuerit, incertum est, edicto permisit, vt per varias dierum solẽnitates a trecentis sestertiis vsq; ad duo millia sumptus cęnarũ propagaretur, vt his saltẽ finibus luxuriæ efferuescentis estus coerceret. Senatus quoq; decretum vetus apud Gellium de Parsimonia inuenies, ex Capitonis Attęij Iureconsulti cõmẽtarijs. Am. Marcellinus scribit, sumptuarias ll. e rhetiis Licurgi. i. axib. Romã translatas diu obseruatas fuisse, deinde eas paulatim senescentes Syllã dictatorem reparasse, cũ ex dictis Democriti reputaret, ꝙ ambitiosam mensam fortuna partẽ victus apponit, & ꝙ ſm Catonem Cẽsoriũ magna cura cibi magna virtutis incuria esset. Has de sumptibus leges retuli, vt scirent nostræ ætatis homines Priscos ll. circa vnamquãq; virtutẽ tulisse, maximè in secunda, & tertia reipublicę spẽ, has enim sanctiones ad temperantiæ custodiam excogitarunt, vt parsimonia victus, atq; cęnarum tenuitas non domestica solũ obseruatione ac disciplina, sed publica animaduersione, legumq; complurium sanctionib. custodiretur. Sed proh dolor dissuetudine obliteratæ sunt, hinc est, quòd rustici nostrates cẽtũ dotis noĩe recipiẽtes supra mediam dotis partem in nuptijs conuiuando consumũt, qđ non fieret, si prædictæ ll. nunc seruarentẽ, solent tñ præsides, & magistratus, vt scribit Vlpianus, bonis interdicere & lege xij. tab. prodigijs curatores dando, qui neq; tempus, nec finem expensarum habent, sed bona sua dilacerando, & dissipando profundunt.

153 **Leges Corneliæ.** Cornelius consul † legem tulit, Ne quis Legatis exterarum nationũ pecuniam expensam fęneraret; qñ pecunia eis mutuò data vsura turpiaq; & famosa ex eo lucra fiebant. Idẽ & aliã legem Ciceronis tpe tulit, vt Asconio placet. Ne qs in senatu. ll. soluerẽtur, nisi senatores ducẽti adfuissent. Neu qs cũ absolutus esset, cũ ea de re ad pp̃m ferretur, intercederet, alijs tñ in reb. ad exẽplum pertinentib. centum senatores, sed non pauciores, senatuscõ. facere poterant, vt ex Liuio lib. nono bell. Maced. de bachanalibus loquente intelligere licet. Tertiã legẽ idẽ Cornelius tulit, vt prætores edictis suis ꝑpetuis ius dicerẽt. Fuit insup quędã lex Cornelia, quæ Iuliano auctore de testamentis perinde eorũ, qui in hostium potestate decesserunt, testamenta confirmat, ac si hiqui ea fecissent, in hostium potestatem non peruenissent, & hæreditas ex his eodem modo ad vnumquemque pertinet.

154 **Leges Cassiæ.** Cassius Longinus. L. filius † legem C. Mario, & C. Flacco consulibus tulit, qua populus per tabellam suffragium ferret, hæc fuit vna e quatuor tabellariis ll. quas Cicero de ll. refert. Idem alteram legẽ ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, vt ille, quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu non esset.

155 **Lex Cornelia.** Cornelius † legem in eum tulit, qui sciẽs dolo malo testiñ, vel alias tab. falsas scripserit, signauerit, recitauerit, subiecerit, quive signũ adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, & ob testimonia falsa pecuniam acceperit. Seruos quidem vltimo supplicio, liberos autẽ deportatione omnium quoq; bonorũ publicatione affecit. Sed lege xij. tab. qui falsum testimonium dixisse conuictus erat, e saxo Tarpeio deiiciebatur, vt Gellius lib. xx. retulit, quę pœna in omni crimine periit, nemo enim sic hodie dãnari potest auctore Modestino de pęnis, vt de saxo præcipitetur. Est altera lex Cornelia de sicariis, quæ homicidas vltore ferro persequitur, vt eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant, continet & alia capita, ut e digestis apparet.

156 **Lex Aurelia.** Cum Sylla † ad diminuẽdam plebis potentiam multos ei magistratus ademisset, Aurelius Cotta prætor eo tempore, quo Verres a Cicerone accusatus est, legem tulit, vt plebi interceptos magistratus reassumere liceret, & cõicata per eam sunt iudicia senatui, equitib. Roma. & Tribunis ærariis, vt ex his trib. ordinib. iudices lecti res iudicarẽt, vñ & lex iudiciaria dicta est. Cæsar postmodum ad duo genera iudicum equestris ordinis, ac senatorij iudicia redegit, & tribunos ærarios, quod erat tertium genus, sustulit.

157 **Lex Roscia.** L. Roscius Otho consul legẽ tulit, † vt in theatro equitib. Rom. ordines quatuordecim spectandi gra darentur, quod plebi displicuit, nam se per hanc legẽ ignominia affici existimauit, cum hactenus in theatris eqtes plebi ꝑmixti ludos spectasẽt, quare tãtisper aduersus Othonẽ in spectaculũ prodeuntẽ equitib. lęto plausu eũ susципientibus plebs contumeliosè sybila dedit, dum Marcus Cicero cõsul hanc plebis insolentiam in phano Bellone increpuerit.

158 **Leges Pompeiæ.** Gn. Pompeius magnus † legem tulit, vt Quæstor ex his, qui consules fuerant, suffragio populi crearetẽ, Alteram de iure magistratuum renouauit, ne absentis rõ in comitijs haberetur, & ut a petitione honorum absentes sunt, mouerentẽ. Marij tñ absentis ratio habita est, nam populus eum absentem ꝑꝑ Cymbros, & Theutones secundò cõsulem designauit, & Lucullus sua in Marcũ frem humanitate vsq; adeo populi gram tenuit, vt cum eo absens ædilis declaratus fuerit, ꝑꝑ hanc legem Marcellus consul ad senatũ retulit, ne absenti Cęsari petitio secundi consulatus daretẽ; qñ plebiscito, quo ei petitio data fuerat, Pompeius hac l. postea generaliter lata abrogauerat. Aliam legẽ idem Pompeius tulit, vt si quis
159 parẽtis aut filii † fata clã palamve præparauerit insutus culeo cũ cane, gallo gallinaceo, vipera & simia in mare proximum, vel in amnem proiiceretur, vt inter ferales angustias cõprehensus omnium elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cęlum superstiti terra mortuo auferatẽ, hac pęna tñ nõ nisi confessi afficiebantur, vt Suetonius in vita Augusti scribit, alios aũt necãs cognatione, & affinitate attingentes pœnã l. Corneliæ de sicariis sustinet, hoc supplicij genere M. Tullium duumuirum Tarquinius rex primum condemnauit, propterea ꝙ librum secreta ciuilium sacrorum continentem suæ cõmissum custodiæ corruptus Petronio scribendum dedisset, quod iustissimè postea anno sexcentesimo ab vrbe condita. l. Pompeia Parricidis irrogatum est: quia, vt Valerius lib. j. asseuerat, pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est, & vt aiunt. P. Malleolus hanc pœnam primus oĩum parricidarum sustinuit, eo ꝙ matrem occidisset. Iuuenalis quoq; sententia ob matrem, & affines occisos. Nero hoc supplicij genere verum non una duntaxat parata simia, aut uno serpente, aut vno culleo, sed plurib. paratis affici debuit.

160 **Lex Iulia.** C. Iulius Cæsar l. sanxit † ne adulteri forent, sed deprehensi vt supplicio dederentur. Vlpianus tñ de adulteriis a diuo Augusto hãc l. fuisse latam scribit, cui Trãquillus in uita Augusti astipulatur, hæc lex plura habet capita, vt sub titulo ad l. Iuliam de adulteriis iurisсon. docẽt, & Gellius lib. ij. verba septimi capitis. l. Iuliæ refert. Et cum Romæ Iuuenalis temporib. magna adulterarum multitudo foret, & quidam ubi tunc lex Iulia dormiret, clamando peteret, & conquereretẽ. Lauronia pro defensione mulierum ante alias omnes in uiros legem Scatiniam debere citari dixit.

161 **Lex Papia Pompeia.** sub Octauiano Cæsare † Papius & Põpeius suffecti consules legẽ tulerunt, quæ a nominibus eorũ Papia, & Põpeia appellatur, & patrum pręmia pro susципiendis liberis continet, multa hãc l. capita hahuisse legimus, vt circa caducorum obseruationem, & de iure, quod in bonis libertorum patroni hñt, & ne inter senatores & libertas matrimonia fierent, Tyberius quoq; Cæsar nouũ caput l. Papiæ edidit, si Trãquillo in vita Claudij credimus, ne sexagenarij vxorẽ ducerent, quasi gñare nõ possent,

Source : BIU Cujas

ſent,cui Claudius primũ,deinde Iuſtinianus abrogarunt, cũ poſt id tps generare poſſit aliqs. Aliquę è relatis ll.vetuſtate atq; incuria i totũ euanuerũt, quarũ & ſi iam nullus eſt vſus,notitia tñ neceſſaria videbaſ, quo facilius, & clarius veterum oratorum atq; hiſtoricorum, ipſorũ quoq; iuriſconſultorũ ſcripta locis ſuis cõprehendantur. Et quidem lex Licinia, & Fauia aliæq; ll.ſumptuariæ iam temporib.Cecilij iuriſconſulti obliteratæ erant: vt idem apud Gelliũ lib. xx.teſtaſ. Aliquę in nouos legumlatores tranſitũ fecerãt,nam vt Macrobius libro Saturnalium tertio ſcribit, pereuntib.vetuſtate ll. ſolo legiſlatoris mutato nomine iterum latę in eandem ſententiam fuerunt,ſic eueniſſe in xij. tab. ll.dicit,quę a decemviris in nouos tranſierunt legumlatores. Sic itaq; e relatis ll.perpaucæ admodum in vſu remanſerunt. Sunt præterea cõ-
162 plures aliæ.ll.vt lex Iulia de vi publica,† & de vi priuata, quarum hæc vim ſine armis cõmittentes tertia parte bonorum punit, & illa in vi armata deprehenſos deportat.Item Iulia de annona pęnam aduerſus eum ſtatuit, qui, vt annona carior eſſet, aliquid fecerit. Et Iulia peculatus reo peculatus aqua, & igni interdicit. Sed M. Cato in quadam oratione illuſtribus verbis de impunitate peculatus atque licentia conqueritur, dum fures priuatorum furtorum in compedibus, & fures publicos in auro atq; pura ætatem agere dicit. Has ll. vltimas conſulto perſtringimus, eo ꝙ iuriſperiti illas diligenter commemorant.

Plebiſcita.

IIſdem ferè temporib. vel paulò poſtquã ll. xij.tab.conſcriptæ fuerunt, plebs cũ patrib.in diſcordiã peruenięs anno ſexageſimo poſt libertatem inceptam rurſum ſeceſſit, & ex Algido monte, & Sabinis, vbi tunc belli gerẽdi cauſa legiones erant,in montẽ profecta eſt Auẽtinum, mox in ſacrum montẽ ex Auentino ſm Liuium trãſiuit, omnisq; plebs vrbana ſtatim eodẽ ſe contulit, auctor aũt, & initiũ huius ſeceſſionis Virginius tradiť contumelia ab Ap.Claudio affectus, qui decemvir iterũ ll. ſcribendis creatus filiã huius virginem ingenuam per vim libidinis gratia in ſeruitutem aſſerere conabaſ,ob quã rem Virginius pater filiam interfecit, & raptim ad cõmilitones confugit,eoſq; ac plebem vrbanam,vt a patrib.ſecederent, cõmouit. Mox tamen ſublata decem virorũ ptãte plebs in vrbẽ rediẽs patrib. recõciliata fuit. Sed in ſeceſſione poſt reuocationem quoq; ipſa plebs ſicuti ante decem virorum creationẽ ſolebat,iura rogante plebeio magiſtratu veluti Tribuno ſibi cõſtituit,quæ ll.xij.tab. ẽt derogarunt, aut eas dilatarũt. Hæc autem
163 iura † plebiſcita vocanť,qđ e Capitonis verbis intelligere promptum eſt dicentis apud Gelliũ lib. x. Plebiſcitũ eſſe gñale iuſſum plebis rogante magiſtratu,qui tñ legem vnà,& plebiſcitũ diffinit, huius etiam caput,& origo,& quaſi fons rogatio eſt, vt paulo ante diximus:nam niſi plebs rogať,nullũ plebis iuſſum fieri põt, qđ Vlpianus lib.ix.Digeſtorum de l. Aquilia oſtendit, quæ ſm eum omnib.ll.quę ante de damno iniurię locutę ſunt,derogauit, ſiue xij.tabu.ſiue alia fuit,& plebiſcitũ eſt,cum eã Aquilius plebis Tribunus a Plebe rogauerit.Liuius quoq; lib.6. ſecundi belli punici Attilium tribunũ plebis plebem rogaſſe ſcribit, quid fieri vellet de his reb.quas Cãpani, Attellani, Calatini, Sabbatini in arbitriũ deditionemq; Po. Ro. dediderant. Paulus etiam in lib. v. & xxx. oſtendit duo capita Falcidię.l.ad verbum referens quæ vtroq; capite ſm eum rogata fuit,& liberam legandi facultatem ciuib.Roma.vſq; ad dodrantem dedit.i.ita demũ valere legata voluit,ſi hęredes non minus quàm partẽ quartam hæreditatis ex teſtamento caperent.Et hac plebis lege anguſtata fuit, vna lex xij. tab.quã ſic ſcriptam fuiſſe Pomponius de verborum ſignificatione dicit.Vti quis legaſſet,ita ſuæ rei ius eſto,quib.verbis latiſſima legãdi poteſtas tributa videbatur, ſed hanc legandi facultatem ad dodrantem vſq; ad Falcidiam reſtrinxit. Et iunia l. Tribunus ad plebem rogandam plebeius tantum in princ.eſſe poterat,ſed poſtea alia lege lata,& Patricij plebis Tribuni creari cęperunt, vnde Duronium patricium. M. Antonius & L. Flaccus cenſores ſenatu mouerunt, ꝙ legem de coercendis conuiuiorum ſumptibus latam tribunus plebis abrogauerat, vt apud Valerium legimus. Deſignato quoq; Dictatore omnes magiſtratus excepto Tribunatu ſuam auctoritatem amittebant, vt Plutarc. ait, & ideo cum Fabius dictator in Minutium magiſtrum equitũ, qui iniuſſu ſuo cum parte exercitus Hannibalis pugnauerat, animaduertere vellet,Metellus Tribunus plebis commoto oratione populo Minutium nõ modo defendit, ſed etiam Fabij collegam eum fieri curauit,licẽt alij timore affecti ſilentium agerent. Plebiſcitis in initio Patritij nequaquam tenebantur,donec, vt Gellius lib. xv. refert. Q. Hortenſius dictator eam legem tulerit, vt eo iure, quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur, quam poſt reuocationem plebis extincta decem virorum poteſtate fuiſſe latã Põponius ſcribit, eo ꝙ multæ de his plebiſcitis diſcordiæ naſcerentur,& ita inter legem,& plebiſcita diſcrimen in conſtituendi ſpecie tãtum non in poteſtate fuit, vnde quia eadem plebiſciti, & legis poteſtas fuit his nominib. auctores boni,vt lib.x. Gellius aſſerit,promiſcuè vſi ſunt.Inuenimus tñ Tribunorum plebis ptãtem a Sylla dictatore fuiſſe minutam, qui & omne ius legum ferẽdarũ eis ademit, ſed poteſtas illa Tribunitia tandem Cęſaris auxilio reſtituta eſt. Ius quoq; Tribunitiæ poteſtatis fortius ad impediendum,quàm ad agendum erat,nam vt Plutarc. ſcribit, cęteris omnib.collegis volentib.vnus Tribunus nolens,& ſe opponens plus poterat,& præferebatur, proinde Cato iunior tribunatum aliquando petijt,vt ſolus Metelli, & aliorum Tribunorum conatus cõtra rempublicam impediret,& refringeret.Leges itaq; plebis,ſiue plebiſcita poſt xij.tabu. lata, q̃ veteres ſcriptores crebrius commemorant, e Liuio, Macrobio, libro Satur.tertio, Plutarc. Pomponioq́; leto, & alijs nunc referre exiſtimaui, propterea ꝙ ſecundam ciuilis diſciplinæ ſpeciem faciunt, & pauca admodum plebis leges apud iuriſconſultos legantur.

164 **Lex Icilia & Duillia** Paulo poſtquam † decẽviri ſe magiſtratu abdicaſſent,plebs decem tribunos creauit,e quib.Icilius exemplo plebẽ rogauit,& plebs ſciuit. Ne cui ſeceſſio a decemviris facta fraudi eſſet.Et de conſulib. creandis cũ prouocatione M. Dullius rogationẽ pertulit,hinc L.Valerius & M.Horatius creati fuerũt cõſules,deinde idẽ M.Dullius tribunus plebis legẽ tulit,vt qui plebẽ ſine tribunis reliquiſſet, quiq; magiſtratũ ſine prouocatione creaſſet,tergo ac capite puniretur.Et cũ triũphi æſtimatio,arbitriũq́; sẽp penes ſenatũ fuiſſet,ingemiq́; conſenſu patrum triumphus cõſulib.negareť, Icilius Tribunus plebis de triumpho conſulum pro quadã victoria rogationẽ ad populũ tulit, & populus eã accepit, tuncq́; primum ſine auctoritate Senatus populi iuſſu triumphatũ eſt,& ita vetus obſeruatio vt alia quædam imminuta eſt, ſic in dictatura euenit,quæ prius Patricijs dabaſ, poſt etiam ad plebem deuenit,primusq́; de plebe dictator aduerſus Tarquiniẽſes,& Faliſcos.C.Martius Rutilius dictus eſt, qui etiam victis hoſtibus ſine auctoritate patrum populi iuſſu triũphauit,magiſter quoq; equitum e patricijs in initio creabatur, poſtmodum ad hunc honorẽ plebs admiſſa eſt,& Licinius Stolo primus e plebe magiſter equitum factus eſt. Alij, C.Plautitium, a M. Rutilio primum e plebe ad hunc honorem fuiſſe admiſſum tradunt.

165 **Lex Canuleia.** † Caius Canuelius Tribunus plebis legẽ tulit, vt connubium plebi cum patrib.eſſet,& hoc plebiſcito abrogatũ eſt ius xij.tab.quo ꝓhibitum cauebatur.Ne cõnubiũ patrib.cũ plebe eſſet,ſed cũ magna contẽtione patriciorũ,& plebis iſtud finẽ accepit.Et cũ alij nouẽ plebis tribuni rogationẽ promulgaſſent, vt populo ptãs eſſet conſules faciendi ſeu de plebe,ſeu de patrib.vellet,ſummaq; vi poſt victoriã a Canuleio de patrib.habitã pro ſua rogatione pugnarent, vt ſedarenť,eò deducta res eſt,vt tribuni militum cõſulari ptãte promiſcuè ex patrib.ac plebe crearenť,de conſulib. creãdis nihil immutareť,quare anno trecenteſimo decimo, q̃ vrbs Romana cõdita erat,primũ tribuni militum creati,ſequentes patricii.A.Sempronius,L.Atilius,T.Cecilius magiſtratum ſm Liuium pro conſulib.inierunt, & creati fuerunt ſępius tribuni militum pro cõſulari poteſtate, varioq́; numere, interdum ſeni auctore Põponio fuerunt,aliquando plures,nonnunquam pauciores.

166 **Lex Licinia.C.** Licinius Stolo tribun° † plebis cũ collega legem tulit. Ne quis plus quinquaginta agri iugera poſſideret. Alteram idem Licinius tulit, ne tribunorum militum comitia fierent, & vt alter ꝯſul à plebe crearetur. Hæc lex cũ patrib. diſpliceret, hac ꝯdõne eã accipere contenti fuerunt.Si a plebe nobilitati prætor,qui ius in vrbe diceret,e patrib.creand.concederet, quod factum eſt, primusq́; conſul e plebe Licinius,ſiue Sextius eius collega factus eſt, patres aũt præturam.S.P.Furio.M.filio Camillo dederũt.Sed huic legi poſt nonum annum creatis duobus patricijs conſulibus.C. Potito & M.Valerio abrogatũ eſt poſt id tps per vices ſeruata, & abrogata fuit,vt apud Liuium inuenio. Lex quoq; de ambitu auctorib. patrib.a.C.Petilio tribuno plebis primum.C.Fabio.& C.Plautio cõſulib.lata eſt, qua lege nouorum maximè hominũ ambitio, qui nundinas,& conciliabula obire ſolebant,compreſſa eſt.Fuit tandem de eadem re lex Iulia lata.

167 **Lex Genutia.** Apud quoſdã † Liuius inuenit.L.Genutium plebis tribunum, ne fęnerare liceret,tuliſſe ad populum.Item fuiſſe alijs plebiſcitis cautum,ne quis eundem magiſtratũ intra x. annos caperet, nec duos magiſtratus vno anno gereret, & vt ambos conſules plebeios creare liceret. Secunda ex his conſtitutionib. vnam xij. tabu. legem renouauit, qua vt poſt Ciceronem ſupra retulimus, idem cauebatur.Sed innouatio non vſq; adeo valuit, quin interdum neceſſariò ſępius abſq; cauſa, & vi aliquando hæc lex abrogaretur. Marius.n. vt Cymbros, & Theotonas debellaret,quinq; conſulatus continuos geſſit, cum alius ad id bellum conficiendum magis idoneus non inueniretur. & C. Licinius Stolo & L. Sextius decimum tribuni, vt pro ll. a ſe latis contra patres pugnarent, refecti ſunt.Cæſar verò continuum conſulatum,perpetuam dictaturam, præfecturamque morum arripuit, & Auguſtus Tribuniciam ptãtem perpetuam recepit. Sylla etiam ad centũ, & viginti annos dictaturam ſumpſit, eam tñ republica ordinata depoſuit.

Source : BIU Cujas

Sic de Caio Graccho legimus, cui ſm tribunatum abſq; temporis intercapidine plebs Romana contulit. Cumque vitio ducum bellum Numantinum non ſine publico pudore duraret, Scipionem Aemylianum Pauli filium hac lege neceſſariò Romani ſoluerunt, vt ad Numantianam debellandum ſecundum habere conſulatum intra x. annos poſſet.

168 **Lex Atilia. L.** Atilius † & Claudius Martius tribuni plebis rogationem tulerũt, vt tribuni militũ ſeni deni in quatuor legiones a populo crearentur, quæ antea perquam paucis ſuffragio populi relictis locis Dictatorum & conſulũ ferme beneficia fuerant, eodem anno. M. Decius Tribunus plebis alterum plebiſcitũ tulit, vt duumuiros nauales claſſis ordinandæ reficiendæ cauſa populus iuberet, quod aũt primum plebiſcitum vt a quot tribuni militum ſuffragio populi crearentur, a Romanis neglectum non fuerit, in Catone, Iulio, & alijs oſtenditur, qui ſuffragio populi militum tribuni fuerunt.

169 **Lex Claudia. Q.** Claudius tribunus plebis † vno patre adiuuante. C. Flaminio legem aduerſus ſenatũ tulit. Ne ſenator, quiue Senatoris pater fuiſſet, maritimam nauim, quæ plus trecentarum amphorarum eſſet, haberet, id ſatis eſſe ad fructus ex agris vehẽdos creditum eſt, nam quęſtus omnis patribus viſus eſt indecorus.

170 **Lex Voconia.** Voconius legem tulit † Ne quis cenſus, hoc eſt pecunioſus hęredem vnicam filiam relinqueret, erat autem cenſus ille, qui centũ milia ſeſtertium in profeſſionẽ detuliſſet, ſed hoc plebiſcitũ, vt Cecilius apud Gelliũ lib. xx. refert, in vſu eſſe deſijt. Q. Volumnius Saxa tribunus plebis legem ẽt tulit, Ne quis hæredẽ mulierẽ inſtitueret. & M. Cato leges iſtas oratione luculenta ſuaſit, ſed ſicut hi tribuni plebis mulierum ſucceſſiones diminuerunt, ita ſacratiſſimus imperator Iuſtinianus eas auxit, nam marib. fœminas in ſucceſſione ab inteſtato ęquauit, & maximum reputauit vicium, diſcrimen inter mares, & fęminas etiam teſtamento inducere.

171 **Lex Oppia. M.** Oppi⁹. † T. Romuleius tribuni plebis legẽ. Q. Fabio. T. Sempronio cõſulib. in medio ardore belli punici tulerunt, Ne qua mulier veſte varij coloris vteretur, nec plus ſemiuncia auri haberet, nec iuncto vehiculo in vrbe oppidove aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrificij publici gratia veheret, neu ſuperfluo ornatu vteretur, aut plus vncia in aurib. appenderet, fuit tandẽ hęc lex poſt viginti annos quàm lata fuerat a Tribunis abrogata. M. tamen Portius Cato alter conſul luculentiſſimam orationem pro Oppia lege habuit, ſed non obtinuit, quin magno virorum detrimẽto abrogaretur, nam inde vſqueadeo fęminarũ luxuria proceſſit, & aucta eſt, ꝙ bona viri quancunq; diuitijs ſuperfluo earum ornatui non ſufficiant, vnde mariti rapere, furari, & inique acquirere coguntur, vt effrenatæ mulierum libidini obſequantur, quod non euenirſet, ſi in ipſo introitu ruenti luxuriæ obſtitiſſent.

172 **Lex Plotia. M.** Plotius Sillanus † cum eſſet plebis tribunus. G. Pompeio Strabone & L. Portio Catone conſulib. legem tulit, vt trib. ſingulæ quinos denos, qui eo anno iudicarẽt, ex eo numero ſuffragio crearent, ex quo factum eſt: vt Senatores quoq;, & quidam etiam ex ipſa plebe in eo numero eſſent.

173 **Lex Orchia. C.** Orchius † tribun⁹ plebis tertio anno quàm Cato cenſor fuerat, de ſenatus ſententia legem tulit, quæ numerum conuiuarum pręſcribebat, & vt patentib. ianuis cenitaretur, ſecundùm Blondum iubebat, quo eius obſeruatio videri poſſet, ne plures quàm præſcripto eius cauebatur ad cęnam vocarentur.

174 **Lex Horatia.** Cum C. Tarratia † veſtalis campo Tiberino ſiue Martio populũ Romanũ donaſſet. Horatius munificentiæ, & beneficij gratia legem ad populum tulit, vt vna omnium fęminarum teſtabilis eſſet, & ſi ſexaginta annos nata ſacerdotio abire, & nubere voluiſſet, vt exaugurandi atq; nubendi ius poteſtatemq; haberet, hac lege Tarratiæ veſtali ius dicendi in teſtamento teſtimonij non in alijs rebus vltra alias mulieres datum eſt: nam teſtimoniũ dicere mulier in teſtamento non põt, aliàs aũt poſſe teſtem eſſe mulierẽ argumẽto eſt, ſm Pau. & Vlpianũ lex Iulia de adulterijs, quæ adulterij tantũ teſtẽ dãnatã produci vel dicere teſtimonium vetat. porro ꝙ ſexageſimo ętatis anno abire ſacerdorio & nubere poſſit, priuilegiũ nõ eſt, qm̃ inter ſextum & decimum ętatis annũ oẽs veſtales capiebant̃, & ex Numę Põpilii inſtituto. xxx. ann. caſtitatẽ ſeruabãt, & penes Veſtę ſacra verſabant̃. Illis deinde poſt id tp̃s ſacerdotio relicto nubere permittebaẽ, quare apparet populum Romanũ Tarratiæ dediſſe, quod iure communi omnium ei competebat.

175 **Lex Atinia.** Lege Atinia fuiſſe † diſpoſitũ comperimus, vt eius rei, quæ ſubrepta erit, æterna eſſet authoritas, niſi in ptãtẽ eius, cui ſubrepta fuerit, reuerteretur̃, hac lege, vt Paulus & Iuſtinianus referunt, & furtiuæ res vſucapi prohibentur, niſi in dñi ptãtem reuerſæ fuerint, ſed qualiter hoc caſu res in ptãtẽ dñi redire dicaẽ, Paulus Labeonis Põponijq; auctoritate primo, & xl. digeſt. libro enarrat, quod prolixitatis euitandæ gratia non refero, præſertim quia oẽs etiam iuris penitus inſcij noſtras pandectas cõparant, & emũt, & rectè quidem meo iudicio cum ſummo opere Latinas literas habere cupiẽtibus ſuffragari poſſint. Sed Gellium patrem. Q. Sceuolæ Brutumque, & Manlium viros eruditos quęſiiſſe atque dubitaſſe refert, quia hęc legis verba, ſubrepta erit, tam præteritum, quàm futurum tempus oſtendere videntur, vtrum ne in poſt facta, an etiam in ante facta furta lex valeret. Quorum dubitationem hac P. Nigidij regula idem Gellius tollit, vt verbum eſt, & erit, per ſe poſita tempus ſuum habeant, & retineant, at præterito iuncta vim ſui temporis amittant, & in præteritum trahãtur: nam ſi dico, in campo eſt, vel in campo erit, ſm Nigidij regulam tempus inſtans & futurum ſignifico: at cum dicitur, factum eſt, vel ſcriptũ erit, hæc verba cum præterito confunduntur, & pñtis aut futuri tãtum temporis eſſe deſinunt. Itaque inquit Gellius, ſi hæc duo verba, ſubrepta erit, ſic diuidantur, ſubrepta & erit, tunc lex in futuro furto loqui videbitur, ſi verò permixta ſint hæc duo vocabula, vt ſubrepta erit, vnum verbum ſit, non minus in præteritum, quàm in futurum tempus hęc lex trahitur, hanc ſequi ſnĩam Pomponius de verborum & rerum ſignificatione videtur, quum verbum eſt & erit, interdum etiam præteritum, nec ſolum pñs, vel futurum tẽpus demonſtrare dicit, quod comprobaẽ, ſi quis, Troia capta eſt, dixerit, non enim ad præſentis facti demonſtrationẽ, ſed ad præteritum is ſermo refertur, pariter, ſi quis codicillos fecerit, deinde his verbis eos teſtamento confirmauerit, quod in codicillis ſcriptum erit, ſeruari volo, de præteritis nõ futuris codicillis eũ ſenſiſſe credendum eſt. Hæc lex & huius ſimiles, quicquid poſt Nigidium Gellius dixerit, in tempus duntaxat futurum trahuntur: cũ Pontificum atque Imperatorum præceptis leges & conſtitutiones quibuſcunque verbis conceptæ futuris debet formam negociis non ad præterita facta, niſi cautum ſit nominatim reuocentur, cumque Theodoſij & Valentiniani ſanctione leges verbis etiam præteriti temporis pręſentis, aut futuri conceptæ ſemper pro viridi obſeruantia valeant. Ante legem tamẽ Athiniam furtiuarum rerum vſucapionem lex xij. tab. inhibuit, vſucapionem quoque, quæ ſeruitutem conſtituebat, lex Scribonia ſuſtulit, non autem eam, quæ ſublata ſeruitute libertatẽ præſtat. Sed & vi poſſeſſarum rerum lex Iulia & Plaucia vſucapionem tollunt, & e iure ciuili magis apparet.

176 **Gracchorum leges.** † Vt intelligi poſſit, quæres Gracchum ferre legẽ Agrariam mouerit, non abſonum videbitur, ſi hanc rẽ poſt Plutarchum & Apianum altius repetierimus. Romani quando vicini agri aliquid hoſtibus adimebant, partim vẽdere, partim in publicum redigere ac egenis ciuibus pro modica penſione tradere conſueuerunt. Deinde quia diuites eas penſiones augere & pauperes excludere incipiebant, lata eſt lex, quæ ſupra quingenta agri iugera ciuem Romanum habere prohibebat, & centum maiorum armentorum capita minorum duntaxat quingenta obtinere permittebat. Sed hæc lex paulo poſt neglecta fuit, quare conſilio Craſſi Pontificis maximi & Mutii Sceuolæ conſulis & iureconſulti Apiiq; Claudij ſoceri, legem denuo Tiberius Gracchus tribunus plebis poſt longas altercationes tulit, vt nemini vltra
177 quingenta telluris iugera † habere liceret, & vt agros contra legẽ tenentes cum fructibus eos accepto precio dimitterent & egenis ciuib. traderent. Ad reliquos verò agros diuidendos, qui in publicum redigebantur, vt tres viri præſtantes crearentur, qui per ſingulos annos immutati eos pauperib. impenderent, quod factum eſt: nam Tiberius ipſe Appius focer & Caius Tiberii frater ad agros diuidendos lecti fuerunt. Sed Tiberius ob hanc legem diuitib. infeſtus cum ſibi tribunatum prorogare vellet, opera Scipionis Naſicæ occiſus eſt, poſt cuius mortẽ vt gementis plebis dolor leniretur, Senatus diuiſionem agrorum impugnare deſtitit, & loco Tiberii ad agros diuidendos. P. Craſſum Gracchorum affinẽ eligi permiſit, longè poſt Caius Graccus Tiberii frater Tribunatum obtinuit, & leges ſequentes tulit. Vt qui magiſtratu per po-
178 pulum remotus eſſet, † facultatẽ alterius magiſtratus ineũdi non haberet. Et ſi in magiſtratu cõſtitutus ciuem Romanum ſine iudicio necaſſet, vt in cum populi animaduerſio foret. Pręterea aduerſus potentiam ſenatus leges populares tulit, veluti de coloniis deducendis, de veſtibus ſine ſtipendiorum diminutione publicè militib. dandis. De minorib. decem & ſeptem annis ad militiam non cogendis, legem etiam pares in ſuffragiis Italos & ciues conſtituit, frumentariam quoque legem de annona pauperibus aſſignanda & aliam de iudicib. eligendis tulit: nam cum ſoli antea ſenatores iudicarent, ob eamq; rem a plebe timerẽtur, trecentos ex equeſtri ordine iudices parem Senatorib. numerũ ſtatuẽs adiecit. Demum cũ Opimius conſul multas ex ipſius Caij legib. abrogaret, contracta multitudine, vt reſiſteret, primò in Capitolium venit, mox Attilio precone Opimii ibi in turba occiſo Auentinum occupauit, vbi ab Opimio victus in ſacrum deorum nemus peruenit, ibiq; manu Philocratis ſerui occiſus eſt. Ab hoc tempore lex agraria per ſingulos ferè annos tribunitiis furorib. & ſummis contentionib. agitata tantiſper patres & plebem aſſidue colleſit, dum per Ciceronis conſulis prudentiam & eloquẽtiam facile ſopita fuerit.

Lex

Source : BIU Cujas

179 **Lex Aelia & Fusia.** Aelius † & Fusius tribuni plebis sua auctoritate legē tulerunt, Ne quis per eos dies quibus cū populo agi liceret, nisi de cęlo seruasset, quippiam ageret. Hæc sanctio vnam xij. tab. legem innouauit, quam supra retulimus.

180 **Lex Clodia.** P. Clodius plebis tribunus † legē permitiosam. L. Pisone & Gabino ꝯsulib. tulit. Ne quis per eos dies, quib cū populo agi liceret, ideſt populus quid rogari posset, de cęlo contra legē Fusiam & Aeliam seruaret. Clodius idē alterā legē de annona tulit, vt frumētū, qđ antea senis ęris ac trientib. in singulos modios populo, babatur, gratis daret. Tertiā idē tulit. Ne quem Censores in Senatu legēdo præterirent, neue qua ignominia afficerent, nisi apud eos accusatus, & vtriusq; censoris sententia damnatus esset.

181 **Leges Triumphandi** Vt quibusdā imperatorib. occurreret † q ob leuia prælia sibi decerni triūphos desiderabant, Valerius Maximus libro secundo de iure triūphandi lege cautū fuisse scribit, Ne quis imperator triūpharet, nisi quinq; milia hostiū vna acie cecidissent. Non. n. numero, sed gloria triūphorū excelsius vrbis Romę futurū decus Romani existimabant. Nostri ergo milites Gallici triūphare possent, qui primū Hispanos Bononia raptis aliquot vexillis repulerunt, mox quatuor & viginti milia Brixiē siū occiderūt. Propterea ꝙ Galliarū rege descidentes Venetis se dederant, postremò in campum Bononiēsem celeriter reuersi, apud Rauēnam Hispanos Pontificisq; Iulij & Venetorum milites ad vnū ferè occiderunt. Cęterum ne tā clara lex prædicta cupiditate laurę obliteret, adiutorio Plebiscita. L. M. Catone tribunis plebis latifulta est. Quod pęnam imperatorib. minabat, qui aut hostium occisorum in prelio, aut amissorū ciuiū falsum numerum literis senatui ausi essent referre, & iubebat eos vrbē ingressos protinus apud Quæstores vrbanos iurare, se vera ad Senatū de vtroq; numero scripsisse. Alia lex triumphādi erat, qua pro aucto Imperio nō pro recuperatis, quę reipublicæ aliqñ fuissent, triumphus decernebat, sed & parte ciuitatis lachrymāte & de ciuili bello decernere supplicationes ouare, vel triumphare nefas erat. vñ Q. Ful. Liuio Opimio triumphus minimè decretus est: quia Capuā & Fragellanos solū recuperauerāt, & Nasica Callus. C. Antonius. L. Cynna. C. Marius & Sylla ex ciuili bello & de ciuib. victis non triumpharunt. Camillus tū recuperata ex Gallis hostib. patria triumphauit. Hæ leges ēt postea nō vsquequaq; obtinuerunt, nā Vespasianus de Iudęis recuperatis, & Iulius Cęsar de Pompeio, & alijs ciuib. Romanis triumphum egerūt: nec mirum sit tandem has leges perijsse, cum multæ aliæ leges stāte sub consulib. republica castè seruari solitę sub principib. ex vsu abierint: vt præclarè Blondus triumphantis Romæ lib. x. scribit, vbi ēt post Liuium lib. ix. bel. Maced. alia lege cautū fuisse dicit. Ne quis triumpharet, qui exercitū nō deportasset, & prouinciā, in qua res gesserat, pacatam perdomitāq; successori nō tradidisset, & ideo iustè. L. Manlio & Marcello triumphus denegatus est: nam de Hispania & Sicilia, quas non perdomuerant, triūpha re volebant, ouatio tū vtriq; pro gestis concessa est. Alia triumphādi lege cautū fuisse Plutarch. in vita Pompeij refert. Ne dux ante triumphum vrbē ingrederet. Hæc lex vsq; adeo Romæ seruata est, ꝙ cū Cęsarem triumphaturū vrbē ingredi ante triūphū prohiberet, & altera absenti consulatū editis iam comitijs cōsularib. denegaret, omisso triumpho priuatus, vt consulatū peteret, vrbem ingredi maluit, & consul cum Bibulo creatus est, nā si triumphas vrbem introire voluisset, consulatu lapsis comitijs exclusus fuisset. Pompeio quoq; priuato triumphum petenti, ꝙ cōsuli aut duci triumphus lege tantum permitteret, Sylla obiecit, vnde etiam Scipio cum in Hispania neq; consul, neq; suis auspicijs Cartaginenses superasset, triumphū ꝑ hanc legem non postulauit, & insigni penorum classe deleta Lutatio Catulo cōsuli non Q. Valerio prætori triumphum Senatus decreuit, licèt ea pugna bonam operam Valerius nauasset.

182 **Lex Manulia** Manulius † plebis tribunus legē tulit, vt quando res a nobilib. aduersè gestæ fuissent, etiam ij ad magistratus gerendos admitterentur, quorum maiores in Romana republica magistratus non exercuissent, huiusmodi aūt homines noui appellantur. Romani. n. ambore Plutarcho eos, qui generis gloria carentes a seipsis nominis sui initium capiebant, nouos homines e more vocabant, vnde ipse Cato senior & complures alij obscuris & ignotis nati parentibus noui appellati sunt.

183 **Lex Othonia.** Otho tribunus plebis † legem tulit. Ne quis cum ordine equestri in spectaculis sederet, nisi sestertiā. xl. milia possideret, ꝙ si cōtingeret, quisquis esset, siue ingenuus siue libertus, inter equites in gradu. xiiij. spectare ei liceret. Sed cum plericq; equitū, vt Tranqllus scribit, Attritō bellis ciuilib. patrimonio spectare ludos e xiiij. metu pœnæ theatralis non auderent. Augustus deinde hac lege eos, quib. ipsis parentibusve equester census vnquam fuisset, non teneri, pronunciauit. Per quingētos quoq;, & quinquaginta octo annos Senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit, vt apud Valerium de institutis antiquis legitur, sed hunc morem Attilius Seranus. & L. Scribonius ædiles ludos matri deū facientes Scipionis Africani snīam secuti discretis senatus & populi locis soluerūt: postea Augusti tpib. primꝰ subselliorū ordo senatorib. decreto patrū vacauit militē ēt Augustus a populo secreuit.

184 **Leges Apoleię.** L. Apuleius Saturninus plebis Tribunus † legē tulit, vt nemini præter decretum populi in regione esse liceret: quatuor. n. regiones, ideſt maiores in vrbe partes erant, vt Varro & alij tradūt, e quib. prima regio suburbana dicebat, secda Exquilina noīabat, tertia Collina, & quarta Palatina appellata fuit. & licèt hoc plebiscitū nō hꝫ necessitatem: tū Senatores id iureiurando ꝯfirmare Saturninus coegit. Solus Metellꝰ Numidicus aqua igni tetoque interdictus exulare, q̄ iurare maluit. idem Tribunus vt sibi gratiam Marianorum militum pararet, legem alteram tulit, vt Veteranis in Africa centena agri iugera diuiderentur.

185 **Lex Sulpitia.** Sulpitius † Tribunus plebis vt aduersus Mitridatem Marius bellum gereret, legem tulit. Sed hæc lex nullum habuit effectum: nam Sylla victo Mario & cęso Sulpitio in Mitridatem profectus est: is etiā Sulpitius lege promulgata. Ne quis ordinis senatorij vltra duo milia dragmarum æs alienum cōflare posset, cum vita excesslit, trecentas miriadas, sicut apud Plutarchum in Sylla legimus, debiti nomine reliquit.

186 **Lex Oguinia.** Quū apud Romanos † iam eo deuēnisset: vt præturā, consulatum, cēsurā, dictaturā & alios magistratus plebeij gerere possent, neq; adhuc Sacerdotia essent permiscua, nec ad ea plebeij admitterentur. Q. & Gn. Oguinij tribuni plebis rogationē promulgarunt, & cū quatuor augures & quatuor pontifices ea tēpestate essent, augeriq; horū sacerdotū numerū placeret, quinq; augures quatuorq; pōtifices de plebe oēs allegerent: de hac lege suadenda dissuadēdaq; inter Ap. Claudium patriciū, & P. Decius Murē plebeium certatum est, sed optimates tandē plebeijs cedere coacti fuerūt, & lex ingenti ꝯsensū accepta est, sic duo sacerdotia inter patres & plebē hac lege effecta sunt promiscua, suasorq; legis P. Decius Mus. P. Sempronius Sophus, Claud. Martius Rutilius. M. L. Denter plebeij pontifices creati fuerunt. Item quinq; alij Claud. Genutius, Elius Peius. M. Minutius, C. L. Martius, & T. Publius, au-

187 gures ēt e plebe desīgnati sunt, Pōtifices Numa inuenit † vnusq; alijs præerat, & maximus pontifex dicebat, quod in Vestalib. seruatum fuit: nā virgo alijs imperans maxima virgo dicebat, qualis fuit, Emylia Vestalis, & Cornelia & aliæ plures vestales: quatuor. n. Vestales Cegāniā, Bereniā, Camiliā, & Tarpeiam Numa Pōpilius legit, deinde Seruius alias duas addidit, isq; Vestaliū numerus postea a Romanis custoditus est. Ex his vna reliquis præerat, & virgo maxima dicebatur: vt de Aemylia, & Cornelia diximus. Primus autem, qui pōtificatum maximum gesserit, Martius Martij patricij filius fuit, & eum Numa creauit, post hunc illustres viri hoc sacerdotium obtinuerunt. P. Licinius Sceuola, Metellus, Cæsar, Augustus, Titusq;, & alij complures hodie magnas huiusce antiquitatis reliquias seruamus, summum enim habemus Pontificem, cui minores pontifices & Christiani parēt, & constituēdi ligandiq; ptātē a Deo habet, inter nostras quoq; Vestales maxima virgo, quā abbatissam dicimus, alijs præest, in-

188 ter Augures impar numerus authore Liuio esse dēbat † vt tres Romanæ trib. Rānenses, Titienses, & Luceres, suum quēq; augerē hꝫent, sic eīn Romulū instituisse collegiū augurū Dionisiꝰ tradit, ꝙ si plurib. opus erat pari inter se numero sacerdotes multiplicabant vñ quinq; priorib. adiectis, vt terni in singulas trib. essent, Tribuni numerū nouē augurū expleuerūt, itaq; non inuenit Liuius quemadmodū ad quatuor augurū numerū, nisi morte duorū, redigi id collegiū potuerit. Ex hoc loco patet, nō hodie initiū sumi, ꝙ nobili dūtaxat gñe nati ad q̄dā sacerdotia admittant, sed & nō hodie exordiū sumit, ꝙ plebeij hunc morē reprobent, & ꝯquerant, vt in hac lege oñdit. Gregorij tandē pōtificis ꝯstōne discrimen in sacerdotijs hñdis inter patricios & plebeios sublatū est, certis tñ in reb. rōne nobilitatis iura aliqd patricijs concedunt, qđ & plebs improba ferre ęquo animo nō ꝑt.

189 **Lex Manlia.** Mālius † tribunus plebis legem tulit, vt Gn. Pompeius magnus bellum aduersus regem Ponti Mitridatem regeret, qui nocturno prælio victus in regnum cōfugit, vbi dum Pompeius eum persequendo occurrentes sibi rogationes subigeret Pharnacis filij seditione in turri obsessus mortem sibi cōsciuit, fuit tñ hæc lex magna patrū indignatione lata, vt Plutarchus scribit, eo ꝙ Luculus rerū gestarū gloria hac rogatione priuaret, & ꝙ Pompeius magis triūphi q̄ belli successor ei daret, nā Mitridatē iā sępe Lucullus fugarat, & tñ huius copiæ cum prouincij ex hac lege Pompeio ad Mitridatem debellandū obueniebant, de quo tandē Pōpeius triūphauit. Sed si plebiscīti diffinitio probè intelligatur, hoc lex plebiscitū vocari nequaq̄ poterit: sicut neq; de imperio Gn. Pōpei, neq; de reditu. M. Ciceronis, neq; de cęde. P. Clodij cō, neq; alia id genus populi plebisve iussa, leges, plebiscitaque vocari possunt: non sunt enim generalia iussa, neq; de vniuersis ciuib.

Source : BIU Cujas

ꝙ legis, plebiſcitiq; definitio exigit, quocirca priuilegia ſm Gellij opinionē lib.x. potius vocari dēnt, cū de ſingulis ꝯcipiantur, ſingulosq; ꝯcernāt, doctiſſimi tñ aliqñ his vocabulis promiſcuè vtunt̄, & ne externos q̄ramus authores, Pōponius iureſconſ. ꝓ teſte in titulo de legationib. ſe exhibet, dum priuilegiū latum, vt Hoſtilius Mancinus ciuis Roma. maneret, legem appellat.

190 **Lex falcidia.** Hāc legē Auguſti tēporib. fuiſſe latam † Euſebius ſcribit, in cuius relatione a Paulo lib. dige. v. & xxx. aliquantulum diſcrepat: dicit. n. C. Falcidiū plebis tribunum legē tuliſſe. Ne quis plus teſtō legaret, q̄ vt quarta pars hīdib. ſupereſſet, ſi quatuor aut pauciores eſſent: ſi aūt plēs quatuor eſſent, vt medietas eo tenore hēredib. ipſis relinqueret: vt ſine liberis, ſine propinquis idē exteris ſua pater legaret. Illa pars quā Falcidius ꝯſtituit, niſi pater interdixerit, & legatis fruentib. & iiſdem carētib. æquanimiter pateret̄ at Paul. vt ſ. oñdimus, aīr hāc legē fuiſſe ꝯſtitutā refert. Sed certè p̄dicta Falcidiæ legis cōmemoratio (niſi fallor) ſtare non p̄t, nā licēt legatū vni ex hæredib. factū nō impediat, quominus partē quartæ ꝓ legē Falcidiā debitę habeat, nec in quartā (niſi teſtōr dixerit) imputet̄, vt Caius & Martianus de lege Falc. crediderūt, tñ Falcidia lex hīdū numerū nō conſiderauit, ſed liberā legādi facultatē dedit, mō apud hēredē vnū ſiue plures quarta pars Iuſtiniano, Pauloq; authorib. remaneat, niſi oīum hīditas noīatim ſit exhauſta legatis, quo caſu in ſingulis hīdib. rō legis Falcidiæ ponenda eſt. Nec de quarta filijs debita Euſebi⁹ intelligere potuit, licèt p̄fis mētionē fecerit: qa ꝓ Falcidiā legē nō debet̄. Prętерea Iuſtinianus liberorū diſtōnē inuenit nō lex Falcidia, quæ Auguſti tēporib. lata eſt.

191 **Aquiliam.** L. Aquilius † plebis tribunus a plebe rogauit, & primò eius capite occidēs iniuria ſeruum alienū quadrupedem vel pecudem tñ æs, quanti plurimi æs eo anno erit, dño dare tenet̄: in oī aūt alio damno intantum tertio eius capite quis dño obligatur, quanti res in triginta proximis diebus fuerit ſecūdū caput huius l. in diſſuetudinē abiit, de hac lege in digeſtis plura leguntur, quare vltra non progredior.

AYMARI RIVALLII ALLOBROGIS IVRIS CIVILIS HISTORIAE, Liber Tertius.

SVMMARIVM.

1 *Ariſtocratia quid ſit, & quando locum habeat.*
2 *Trebellianum ſenatuſconſultum cuius temporib. & quare fuit introductum, & per quem.*
3 *Senatus legem condendi poteſtatem non perdidit per legem regiam.*
4 *Senatuſconſultum qualiter fiebat, & cuius erat roboris, & circa quæ, & quando cæperit.*
Et quæ præceptiones in illis faciendis fuere. nu. 5.
6 *Ius prætorium ſiue honorarium quod dicatur eſſe.*
7 *Fur manifeſtus qualiter ſecundùm ius ciuile, & qualiter iure prætorio puniatur.*
8 *Prætores an fuerunt per aduentum imperatorum ſublati, & quale erat eorum officium auctoritas q̄, & apparatus, & quis fuerit primus prætor.*

Senatuſconſulta.



1 TErtio Loco Romanæ reipublicę curam Senatus accepit, eo ꝙ aucta ciuiū multitudine ppłs difficulter totiēs ꝙuenire poterat, vt ciuitatē regeret, & ſic tertia reipublicæ ſpecies optimorū ptās, gręco Ariſtocratia noīe † apud Romanos fuit, quę eſt, cū ꝓ ſtudioſos & optimos ciuitas gubernat̄. Et qa ad reipublicæ gubernationē legū ſanctio. ſ. alias res per ne ceſſaria videbat̄, ius, quo ampliatæ ſunt leges prius latæ, & interdū abrogatæ Senatus ꝯſtituere cępit, idq; ius, eo ꝙ ad Senat⁹ fieret ꝯſultationē, ſenatuſcon. fuit appellatū. Eſt. n. ſenatuſcō. vt iurecōſulti diffiniunt, qđ Senatus rogāte ꝯſule iubet, atq; ꝯſtituit. Et frequenter a conſulis interrogantis nomine ipſa Senatus de-
2 creta dicebantur: ſic a Trebellio ꝯſule † ſenatuſcō. Trebellianū, a Pegaſo pegaſianū, a Velleio Velleianū, ab Orficio Orficianū, a Symiamira Heliogabali matre Symiraminia ſenatuſcon. appellata fuerūt. Pariter rogationes leges. ſ. & plebiſcita, vt ſanctio Iulia, Cornelia, Caſſia, Pōpeia, Aquilia, Falcidia, & aliæ cōplures leges arrogantis noīe appellant̄, vt lib. ij. oſtēdimus. Plebis tñ Tribuni ante valuas curiæ (quā intrare illis nō licebat) poſitis ſubſelliis Senatus decreta examinabāt, ſicuti in ſcdo Valerij lib. ſcriptū habeo: vt ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe nō ſinerent: itaq; (inquit) veterib. ſenatuſcon. T. litera ſubſcribi ſolebat, eaq; nota Tribunos eadē cēſuiſſe ſignificabat̄. Neq; Senatui iuris ꝯſtituēdi ptātē. Lex deinde regia in principes transferēs Imperiū abſtulit, vt argumēto ſunt multa. Neronis. n. tpib. ſenatuſc. Trebellianū octauo calendas Septēbris A. Seneca & Trebellio maximo ꝯſulib. ꝯſtitutū fuit. Alterū Domitiani tpib. fuiſſe factū Caius lib. dige. vñ quadrageſimo, de colluſione detegēda ſcribit. Quinimo oīone in Senatu habita authores aliquot fuere Imperatores Senatui de aliqua re cēſendi & ſenatuſcō. faciēdi, vñ a Diuo Marco oīone habita, ne aīr tranſactio alimentorū rata eſſet, q̄ ſi authore prętore fieret, Senatus ꝯſtituit, vt apud iuriſcōſultos de trāſactionib. lego. Vlpianus ēt lib. digeſt. vij. & xx. ſcribit, curatores & tutores p̄dia ruſtica & ſuburbana diſtrahere, ꝓhibitos oīone imperatoris Seueri in Senatu idib. Iuniis Theophilo & Clemēte ꝯſulib. recitata, & añ huius Imperatoris exceſſum, vt idē Vlpianus de donatio. inter vir. & vxo. refert, fili⁹ Antoni⁹ Imperator oīone in Senatu habita author Senatui fuit cenſendi Emyliano & Nūmio Albino ꝯſulib. vt aliqd e iuris rigore circa donatio. inter vir. & vxo. laxaret̄. Veſpaſianus quoq;, ſi trāqllo credim⁹, author Senatui fuit decernēdi & ſenatuſc. faciēdi, ne filiorū fa. fęneratorib. exigēdi crediti ius vnq̄, hoc eſt ne poſt patrū qdē mortē ēēt: hoc āt ſenatuſcōſultū Vlpianus li. digeſto. xiiij. Macedonianū a Macedone iniquo fęneratore appellat. Sic legē Scatiniā a C. Scatinio plebis Tribuno ob appellatū de ſtupro Marcelli filiū dānato dictā fuiſſe aliq putāt. Et qa p̄cedente Imperatorū oīone hęc ſenatuſcōſulta fiebāt. iuriſc. in quinquaginta ffor̄ū libris, & ēt Imperatores in eorū ſanctionib. hmōi decreta modo oīones, mō ſenatuſcōſulta vocāt, ꝙ interpretes pleriq; nequaq̄ intellexerūt. Hęc exēpli gr̄a retuliſſe ſufficiat, nā ferè q̄cūq; ſenatuſcōſulta in libris ffor̄ū quinquaginta leguntˉ, Imperatorū tpib. facta fuerūt, qđ magna eſt ꝓbatio, aduentū Auguſtorū Senatus ptātē nō extinxiſſe. Antiquiora certè extāt ꝓ pauca, ſaltim q̄ ius ciuile ꝯcernant cū inſtr̄m vetuſtiſſimū deſideretur, in qđ Veſpaſianus penè ab exordio vrbis ſenatuſc. & plebiſcita de ſocietate & fędere ac priuilegio cuicūq; ꝯceſſis redegit, vnū tñ hodie Senatus decretū vetus apud Rubiconē fluuiū in colūna marmorea adhuc vī, cuius verba me nō parū huiuſcemodi antiqtatib. oblectās libenter ſubiecero, luſſu mādatuve. P. R. cōmilito armatæ q̄ſqs es manipularięve Cēturione, Turmęve. Legionarię hic ſiſtito, vexillūve ſinito, nec citra hūc amnē Rubiconē ſigna ductū, ꝯmeatūve traducito. Si qs huiuſce iuſſionis ergo aduers⁹ p̄cepta ierit, feceritve, adiudicat⁹ eſto. P. R. H. ac ſi ꝯ pñā arma tulerit, penatesq; e ſacris penetralib. aſportauerit. S. P. Q. R. Sāctio plebiſciti. S. ve. C. Quinēt in portu Arimini alterū eſt adhuc ciuſdē ſnīæ ſenatuſcōſultū, Im. Mil. Tiro. armate q̄ſqs es, hic ſiſtito, vexiliū ſinito, arma deponito, nec citra hunc amnē Rubiconē ſigna, arma, exercitūve traducito. Si quis ergo aduerſus p̄cepta ierit, feceritve, adiudicatus eſto hoſtis. P. R. ac ſi ꝯ patriā arma tulerit, ſacrosve penates e penetralib. aſportauerit. Sanctio plebiſciti, ſenatuſve ꝯſulti vltra hos fines arma ꝓferre liceat nemini. Quib. ſenatuſcōſultis Cęſar fortaſſis territus cū e Gallia rediēs ad Rubiconē vſq; pueniſſet, & aduerſus Pōpeiūq; ppłmq; Romanū bellū geſtur⁹ ēēt, militib. dixiſſe fert̄, & ēt nūc regredi poſſum⁹, ꝙ ſi pōticulū trāſierimus, oīa armis agenda erunt. de his quoq; Senatus decretis Lucanus
3 li. j. intellexit, iuris inſup ꝯdēdi ptātē Senatui legē regiā † nequaq̄ ademiſſe numiſmata Imperatorū tpib. pcuſſa oñdunt, nā cōplura ſunt literis. S. C. cū eorū effigie inſcripta, q̄b. ſignificari ſenatuſ conſul. Probus de literis antiquis & Paſſius lib. iij. dñt. Primū. n. Seruius, deinde Tarquinius ſuperbus ęs ſua auctoritate ſignauit, mox ppłs nūmū pcuſſit, leges, vt de Papiriana & Clodia in Seruio retulimus ſup hoc ſanciēdo: ſignandi ēt nūmi ptās ad ipſos Tribunos e xij. tab. legib. delata eſt, vt ex Cicerone de legib. apparet. Poſtremò ſicut rebus in cæteris, ſic in nūmo pcutiendo, q̄ ſola auctoritate publica fabricari p̄t. Reipub. curā ſenat⁹ accepit vnde. S. C. literæ pcuſſum Senatus auctoritate nūmū ij ſdē literis inſcriptū demōſtrant, facto ſenatuſcōſulto vt illa nota, q̄ viſa erit, nummus pcuteret̄. Vlpianus quoq; de legib. ſuo tpe nō fuiſſe ambiguū dicit, Senatū ius facere potuiſſe: qui tñ Alexandri tpib. fuit. Referēte quoq; ad Senatū conſule ideſt conſulente Senatū
4 conſule fiebat † ſenatuſc. Qđ e M. Cicerone cognitu eſt facile, dum lib. epi. primo, vnū ſenatuſcon. Lentulo referente factum aliqñ fuiſſe ſcribit. Quinimmo id noſter Vlpianus de petitione hīdita. expreſſit, cū pridie idus Martias Q. Iulio Balbum & P. Iulium Celſum. T. Aufidium & O. Seuerianum cōſules de his verba faciſſe tradit, quę Imperator Cęſar Traiani partici adoptiuus filius diui Neruæ nepos, Adrianus Auguſtus Imperator maximusq; princeps quinto nonas Martias, quæ proximè fuerāt in Senatu propoſuerat, poſtea refert quid de illa re fieri ſenatores omnes cēſuerint. Idē ad Velleianum. M. Syllanum & Velleium dudum conſules de obligationib. fęminarū, quæ pro alijs re fierēt, verba feciſſe tradit, & quidnā de ea re fieri oporteret, eos Senatum conſuluiſſe, deinde ſcribit ſenatuſcōſulti verba ad ꝯſulū relationē facti ſubiungit. Vnde Varro cōſulem quod populum & Senatum cōſuleret, nominatum eſſe de lingua Latina tradit, ad populū ēt referre, vt Valla perhibet, in eadē ſnīa erat, ex quo rogatio fiebat, cuius nomine plebiſcita & leges gn̄ali vocabulo

ſecundùm

Source : BIU Cujas

ſm Galij ſnīam dicebanť. Modū aūt ſenatuſconſulti faciēdi hūc apud Romanos fuiſſe deprehēdimus. Conſul.n. prout negociū occurreret, ad Senatū (vt dixi) primū referebat, deinde patris cuiuſq; ſnīam ſup relato negocio gradatim rogabat, poſtremò audita cuiuſlibet opinione Senatus decretū, vt e Plinij Cecilij epiſtolis conſtat, ſm pluriū ſnīam fiebat, quā formā Tullius conſul apud Criſpum elegāter obſeruauit, q deprehēſis Catilinæ ſocijs ad Senatū primò retulit, quid de his fieri placeret, qui in cuſtodia traditi erāt, quos paulò ante frequens Senatus ꝯ.R.P. feciſſe iudicauerat. Scdo loco. D. Iuni. Syllanū, q eo tpe conſul deſignatus eſſet, primò ſnīam rogauit, poſtea ad Cęſarē venit, Demum. M. Porcius Cato ab eo ſnīam rogatus orationē luculentiſſimā habuit, cui oēs cōſulares & magna pars Senatus aſſenſerūt. Senatus poſtremò decretū, ſicut Cato cenſuerat fuit factū, & ſnīam verbis ſenatores rogati, vt Syllanus, Cęſar & Cato, quos retuli, interdū efferebāt, aliqn̄ per diſceſſionē ſnīam dicebāt, qn̄ oēs, aut pleriq; idē ſentiētes in vnā partē pedib. aut manib. ibant. Snīam ab aliquo dictā ſic approbantes, vt lib. iij. & xiiij. Gellius teſtatur. Saluſtiusq; ſcribens Syllanū poſtea permotū. C. Cęſaris oratione pedibus in ſnīam Tiberij Neronis iturū ſe dixiſſe, cęterosq; verbo alios variè Cęſari aſſenſiſſe. Flauius quoq; Vopiſcꝰ in Aureliani vita dicit alijs manū porrigentib alijs pedib. in ſnīam eūtib. plerisq; verbo conſentientib. cōditū fuiſſe ſenatuſcon. hinc Cicero epiſt. lib. j. ad Lentu. ſenatuſcon. diſceſſionē vocat. Et hic modus efferēdi ſnīam, niſi fallor, inuentus eſt, vt res fierēt expeditiores, quia nonnunq; dū plurimi Senatores eſſent, aut duo capita ſnīarū forent ſingulos audire longū erat, quod Quinti. intelligit, vbi manib. pedibusq; ijſſe in ſnīam neceſſitatis dicit. Ordo aūt rogādi ſnīas, vt A. Gellius & Feneſtella ſcribunt, varius fuit, aliàs primus rogabatur, q a cenſorib. princeps in Senatū lectus fuerat, aliàs q deſignati cōſules erāt, in qua re nobis Syllanus teſtimonio fuit. Quidā e conſulib. ſtudio aut neceſſitate aliqua adducti, quem volebant honoris gratia extra ordinē primū ſnīam rogabant, nullus tn̄ cum id fieret, quem quā ex alio quā e cōſulari loco ſnīam primū rogabat. Erat quoq; conſuetudo ſm Trā quillū in vita Iulij, vt quē ordinē interrogandi ſnīas conſul calēdis Ianuarijs inſtituiſſet, eū toto anno conſeruaret. Sed C. Cęſar in conſulatu, quem cum M. Bibulo geſſit, eum ordinem nō obſeruauit; nam collocata Pompeio Iulia filia Pompeium primū rogare ſnīam cępit, cum Craſſum ſoleret. Sed cum multi e ſenatorib. intelligentes ſecundū hunc ordinem complures ante ſe ſnīam dicturos magis aliorū ſequerenť opinionē quē cēſerent. Diuus Auguſtus poſtea huic rei ſubuenit, nam ſnīas de maiore negocio nō more, neq; ordine, ſed prout libuiſſet, per rogabat, vt perinde qſq; animū intenderet, ac ſi cenſendū magis, q̄ aſſentiendū eſſet. Si hanc Auguſti calliditatē noſtrę tempeſtatis prędides obſeruarent, citius fortaſſis & ęquius lites diſcuterentur, niſi imperitia aliqui ſenatores aliorū ſequi opinionem cogerentur, quod ſuperiorib. menſib. euenit: quidam enim primum ſnīam rogatus, ſe cenſere dixit, quod eius amicus ſtatim dicturus erat.

5 ¶ † Inſuper apud veteres in ſenatuſcon. faciūdis p̄ceptiones aliquot fuere, vt per dictatorē, Cōſules, Prętores, Tribunos plebis inter regē & vrbi prefectū tm̄ ea fierent. Senatusq; haberet, ꝙ ſi eodē tpe oēs iſti magiſtratus Romę eſſent, prout quiſq; primus erat. Senatus conſulendi ius habebat: vnde apud Suetoniū legimus. Senatū, in quo Auguſti teſtm̄ fuit recitatū, iure Tribunitię ptātis fuiſſe coactum. Extraordinario tn̄ iure Tribuni militares decemviri triumviri & cā reipublicę conſtituendę creati, ius cōſulendi Senatū habuerunt. Prętera Senatus decretū in loco ſolum per augures cōſtituto fiebat, nec oīb. dieb. vt ante calendas Februarij, neq; toto mēſe Februario, niſi perfectis aut reiectis legationib. Senatus per legē Papiā, vt Cicero in epiſtolis ait, haberi poterat. Poſt cędē quoq; Cęſaris, ne vnquā idib. Martijs Senatus ageretur, conſtitutū eſt. Et ſenatuſconſultū ante exortū, aut poſt occaſum ſolē factū ratum minimė fuit. De reb. quoq; diuinis priusq̄ humanis ad Senatū referendū erat: alia id genus veteres in faciundis Senatus decretis obſeruabant, de quib. M. Varro librum ad Gn. Pōpeiū ſcripſit, cū & primus cōſulatus cū M. Craſſo delatus eſſet. Sed eum deſiderari A. Gelli. lib. xiiij. ſcribit. Feneſtella ēt tradit poſt Papiriū prętextatū minori quinq; ac viginti ann. Senatū ingredi non licuiſſe, qd̄ & Plutarch. in vita Pompei magni ſcribit, & iure ciuili cautum eſt, & in ipſo Pompeio, vt in alijs obſeruatū legimus, nōdum. n. in quarto & vigeſimo anno, licęt p̄clara bello egiſſet, in Senatu admiſſus fuerat. huic aūt edicto cām Papirius dedit, vt teſtis eſt Macrobius. Fuit ēt apud maiores ſenatuſcon. qd̄ quale fuerit, aut quare ſic dictū fuerit, Capitolinus in vita Gordianorū oſtendit, vt ſi forte aliqua vis ab hoſtib. immineret, quę vel cogeret humilia captare conſilia, vel aliqua conſtituere, quę nō prius dici, q̄ effici oporteret, ſenatuſcōſultum tacitum fieret, ita ut nō ſcribę, non ſerui publici, non cēſuales illis actib. intereſſent, ſed ſenatores exciperēt, & oīum cēſualiū, ſcribarumq; officia cōplerēt, ne quid forte proderet. Cōſulta Senatus cū eſſent ꝯcluſa, corā ipſis, q decreuerāt, ſcribebantur, & cū Tribuni plebis de more. T. literā ſubſcripſiſſent, ad ęrariū deferebanť, vbi in libris alephātinis ad id inſtitutis ſcripta cō ſeruabanť, vt apud Blondū de Roma triūphante ſcriptū reperimus cui in ſenatuſc. q̄ ad principes pertinebāt. Vopiſcus aſſentit. Qd̄ aūt ſ. diximus, ſenatuſcōſulta prius latis derogare legib. Tertullianū ſenatuſ. & alia quædā oſtendūt, ſicut ab eiſdē leges fuiſſe extenſas probat Senatus decretū Orficianum, ab Orficio cōſule altero nominatum, & Pegaſianū, quod a Pegaſio cōſule nomen accepit, & alia complura, quæ nunc referre nō eſt neceſſe.

Prætorum Edicta.

SEd cū bellis finitimis conſules auocarenť, & in ciuitate deſiderarenť, qui ius diceret Romanis, vt Pōponius refert, p̄turā creare placuit, quā qui geſſit, prætor a prędūdo, ſi Varroni credimus, & vrbanus ꝙ inter vrbanos ius redderet, tādē appellatus eſt. Liuius tn̄ aliā creationis p̄turæ originē cōmemorat, & eius opinioni Feneſtella adhęret, ſcribit. n. patres poſt lōgas altercationes permiſiſſe conſulē alterū e plebe creari, & ideo plebis voluntate ſibi nouū conceſſum fuiſſe magiſtratū, qui e patrib. crearet, prętorēq; a prędūdo populo eū dixerū, q hūc magiſtratū gerebat, & (vt iam retuli) eo ꝙ in vrbe ius diceret, vrbanus tandē fuit appellatus. Sed eo non ſufficiē te p̄p aduenientes exteros, & multitudinē peregrinorū Romā cōſluētē, deinde poſt aliquot annos alter p̄tor creatus eſt: & qn̄ inter peregrinos cognoſcebat, peregrinus appellatus eſt. Subactis poſtea quatuor p̄uincijs Sicilia, Hiſpania, Sardinia, & Narbonenſi, totidē prętores, quot p̄uincię in ditionē venerant, partim qui vrbanis reb. partim qui prouincialib. prędeſſent, creati fuerūt: deinde Cornelius Sylla quęſtiones publicas de falſo, de parricidijs, de ſicariis cōſtituit, & ideo quatuor prętores adiecit, poſt Iulius Cęſar duos prętores conſtituit: bonus deinde Auguſtus xvj. prętores creauit; duos poſtea, qui de fideicōmiſſis ius dicerent, Claudius adiecit, e quib. vnū Titus detraxit, & vnū, q inter fiſcū & priuatos ius diceret, Nerua adiecit, penes hunc verò magiſtratum oīs publici priuatiq; iuris ptās fuit, vt Feneſtella memoriæ tradidit, adeo ꝙ iuri veteri abrogare & nouum cōdere ei facultas erat, & vt ciues ſcirēt, quod ius de quaq; re qniſq; dicturus eſſet, ſeq; præmunirent, edicta præponebat, quæ ius honorarium
6 cōſtituerunt: & quia ab honore p̄toris id ius venerat, † ideo honorariū dictum eſt, tn̄ enim aucta eſt prætoris auctor. vt qd̄ ipſe edixiſſet, ob ipſius honorem ius honorariū vocaretur. Idem ius prętorium ēt dictum eſt, eo ꝙ a prætorib. vt Papiniano placuit, adiuuandi, ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia p̄p vtilitatem publicā introductū foret. Adiuuat enim, cum inſtitutis dat bonorum poſſeſſionem ſm tabul. qui iure ciuili prius hæreditatis pet. habebāt. ſupplet, quando omnes domini dolo fecerint, quominus ſeruum, qui furtū fecerit, in poteſtate haberent: nam iuris ciuilis actionem prætor ſubſequit, & iudicium honorariū ex hac cauſa in eū, quem actor elegerit, dare pollicetur, vt apud Iulianū de noxalibus actionibus, reperitur: ſed & in ſucceſſione prætor a iure ciuili omiſſum ſuppleuit: nam cum ius ciuile nullam cognatorum mētionem feciſſet, eos prætor ſuccedere poſt ſuos & legitimos voluit, ſicut Diocletianus, Maximinianus, Iuſtinianusq;, & alij Imperatores multi poſt Vlpianum, Caium & complures alios iureconſultos retulerunt. Iuſtiniani poſtmodum conſtitutio omnem inter agnatos & cognatos ſuccedendi differentiam ſuſtulit. Ius autem ciuile prætor corrigit in furto manifeſto. Decemviri enim, qui poſt reges exactos leges, quib. Pop. R. vteretur, in xij. tab. ſcripſerunt, furem, qui in manifeſto
7 furto prænſus eſſet, † tū demum occidit permiſerunt, vt Gellius lib. xj. teſtatur, ſi furtum aut noctu faceret, aut interdiu, ſi quum prænderetur, telo defenderet. E cæteris autem manifeſtis furib. liberos verberari, addiciq; ei iuſſerunt, cui factum furtum eſſet, ſi modò id luci feciſſent, neq; ſe telo defendiſſent. Seruos itam furti manifeſti prędenſos verberib. affici, & e ſaxo prędipitari. Sed pueros impuberes prætoris arbitratu verberari, noxaq; ab his factam ſarciri voluerunt. Poſtea a lege illa decemvirali diſceſſum eſt: nam ſi quis ſuper manifeſto furto iure & ordine experiri velit, actio in quadruplū ex auctoritate prætoris dat, vt Iuſtinianus de perpetuis & temporalib. actionib. ſcriptum reliquit. Complura prætorum edicta in digeſtorū libris legimus, de his qui notantur infamia, de dolo, de metu, de in integ reſtit. de damno infecto, de ope. no. nunc. de incendio, & alia id genus, quibus iuris ciui. libri replentur, plura enim decreta e ſola prętoris iuriſdictione in libris p̄dectarum habemus, quam e reliquis omnibus ſimul ciuilis diſciplinæ partib. Et interdum iuriſdictionis perpetuæ prætores edicta proponebant, vt de pactis ſeruandis, de iureiurando, quorum bonorū, de tabu. exhiben. & ſimilia aliquādo, proponi res incidebāt: vt de aliquo in ius vocan. Et in albo, vel in charta, aliave materia edicta proponebanť. Et quod erat iuriſdictionis perpetuæ corrumpens pęnam aureorū. lij. Vlpiani ſententia luebat, & falſi crimine authore Modeſtino li. digeſt. duodequinquageſimo tenebaţ, qui dolo malo edicta corrupiſſet. Neq; prætores, neq; iuris condendi auctoritatem prętorib. aduētus Imperatorum abſtulit, quum illorū numerus ab his

Source : BIU Cujas

aliquãdo auctus fuerit,& nouã (vt pauloante diximus) prætorib. iurisdictionem principes interdũ dederint, pręterea diui fratres, cum maritus quidam eorum temporib. prægnãtem vxorem ea inficiante diceret Valerio Prisciano prætori vrbano, quid in hac re faciendum esset,rescripserunt, vt de vẽtre inspicien. Vlpianus refert, prætorem quoq; aduersus Camponos, qui metu cuidam illato cautionem pollicitationis extorserant,interlocutũ Vlpiano assidente legimus. Paulus insuper se prætură gessisse de manumissis vindicta scriptum reliquit, qui tñ Alexãdri temporib.fuit. Drusus etiam Augusti priuignus,& Galba,& complures alij prętură honorem Imperatorum temporib. nacti sunt. Cõstat ergo
8 prætores Imperatorum temporib.fuisse, † sed non tantæ fortassis auctoritatis,vt prius,quod & in alijs magistratib.coniectare licet,quorum ptãs aduentu principum diminuta est. vnde Decius Seuerus prætor:quia in quadam restitutione dubitabat, Imperatorẽ Seuerum apud Vlpianũ de minorib.consuluit,vbi aliàs propria auctoritate statuisset. Prætori regia insignia, cõsularesq; ferme apparatus, lictores verò non amplius sex,Sella curulis & trabea,cæteraq; huiusmodi tradita fuerunt.Paulus tñ Aemilius prętor in Hyberiam belli gratia se conferens,duodecim lictores sm Plutarchum habuit. Præterea æquis albis & trabea candida prætor vtebatur. Primus,qui hunc magistratum gesserit, Rutilius dictus est, vt in lib. xlij. apud Vlpianum scriptũ habeo. Sed Liuius, cui magis crediderim.S.P.Furium, M.filium Camillum primam habuisse prętură lib.vij.assęuerat.vtcunq; fuerit, hoc magistratu functi sunt viri illustres Aemilius Scaurus,Corne.Sylla, L.Lucullus,M.Cicero,C. Cæsar, Brutus & alij complures, nec mirum sit, cum e patribus (vt dixi) prętores crearentur, licèt postea immutatum fuerit, nam ex plebe creari cęperunt. Q. quæ Publius Phylo primum de plebe prætor aduersante Sulpitio consule factus est. Et præterea sicut tribunatus & ædilitas media dignitas erat,iunioribusq;, vt Plutarch. refert, dari solebat.His tamen dignitatibus omissis. T. Flaminius in iuuentute summam consulatus dignitatem obtinuit.

AYMARI RIVALLII ALLOBROGIS IVRIS CIVILIS HISTORIAE, Liber Quartus.

SVMMARIVM

1 *Iulius Cæsar per quos dignitatis gradus ad imperium aspirauerit, & illud occupauerit,& quid in illo statuerit.*
2 *Augustus adoptiuus filius Iulij Cæsaris rempubli. primum post Cæsarem gubernauit,& imperium arripuit,& quid in illo sanxerit.*
3 *Tiberius Cæsar Augusti gener adoptiuusq; filius imperium dissimulatione diu requisitus Senatus precibus assumpsit.*
4 *Caius Cæsar Drusi fratris Tiberij nepos & germinaci ex Agripina filius Caligulæ cognomen castrense loco trahens quid egerit & statuerit.*
5 *Claudius e fratre Tiberij nepos Drusii & Anconiæ filius, Caligulæ patruus quando imperauit.*
6 *Nero Clodij pronepos & filius adoptiuus quando imperium sumpsit, & quid in eo gesserit,aut statuerit.*
7 *Galba quando,vbi,& quanto tempore imperauit,& quid gessit.*
8 *Otho.L.Othone & Albia genitus quando & qualiter imperauit.*
9 *Aulus Vitelius qualiter imperium fuit adeptus, & illud rexit.*
10 *Vespasianus e Sabino et Vespasia Polla ortus qualiter fuit imperator creatus,& in eo qualiter se gesserit.*
11 *Titus Vespasiani filius qualiter imperium administrauit.*
12 *Domitianus Titi frater qualis in regundo imperio fuerit.*
13 *Cocceius Nerua quando & qualiter præfuit imperio.*
14 *Vlpius Traianus adoptiuus Neruæ filius vbi imperij habenas sumpsit.*
15 *Adrianus Traiani principis consobrino genitus qnid prius & ante adeptum imperium,& quid post gesserit,quasve leges ediderit.*
16 *Titus Aurelius Antoninus Pij cognomen a clementia & probitate quid sumpsit,quid imperator,& quid ante fecerit.*
17 *Marcus Antonius philosophus a philosophia,quam diligentissime colebat, denominatus imperator factus qd gesserit,& quas ediderit leges.*
18 *Antoninus Commodus Marci Antonij filius quid post adeptum imperiũ, & quid ante memorabile gesserit.*
19 *Elius Pertinax qualiter imperium est adeptus, & quid gesserit, quasve leges ediderit.*
20 *Didius Iulianus Sal. Iuliani iurisconsulti Clara Emilia & Petronio Didio Seuero genitus quid post adeptum imperium, & quid ante gesserit.*
21 *Septimius Seuerus qualiter imperiũ adeptis est, et rexerit et qd saxerit.*
22 *Antoninus Bassianus Seueri filius qualiter imperium administrauit.*
23 *Macrinus imperij habenas qualiter rexerit,& quas ediderit leges.*
24 *Varius Antoninus Heliogabalus qualiter imperium fuerit adeptus, & illud arexerit.*
25 *Alexander Mammeæ Christianæ mulieris filius Heliogabali cõsobrinus & adoptiuus filius, qualiter imperij sumpserit administrationem, & quas ediderit leges.*
26 *Maximinus patre et matre barbarus posthabita Senatus auctoritate imperator quid gesserit.*
27 *Gordianus senex quando imperium sumpsit, quando secundus & tertius,& quid memorabile gesserint.*
28 *Mar.Iul.Philippus obscuris parentib. primus omniũ imperatorum Christianus quid gesserit memorabile.*
29 *Decius Bibali inferioris Pannoniæ vrbe natus quid ante nactum imperium,& quid post gesserit.*
Et qualiter altero imperij anno perierit,nu. 30.
31 *Pestis decennalis per vniuersum orbem Galli Treboniani imperatoris, vt sentiunt quidem scelerib. vagata tunc finem accepit, quando alius a Senatu est imperator declaratus.*
32 *Licinius Valerianus in bello,quod in Mesopotamia gerebat,a Sapore rege Persarum captus ignobili seruitute (regi enim æquum ascendere volenti incuruatus seruiebat) consentit.*
33 *Claudius qui alter Augustus in prouidentia, & Antoninus in pietate fuit,quid gesserit,quasve leges ediderit.*
34 *Aurelianus quis & qualiter imperij sumpsit habenas,illasq; rexerit, & quid sanxerit.*
35 *Annius Tacitus vir consularis quid post adeptum imperium gesserit.*
36 *Marcus Annius Florianus Taciti frater quid post adeptum imperium gesserit.*
37 *Aurelius probus quid ante nactum imperium,& quid post gesserit.*
38 *Carus Narbonæ genitus quid imperium adeptus gesserit.*
39 *Numerianus Orator clarus proditione Apri soceri sui occisus est.*
40 *Diocletianus vtroq; parẽte ignobilis Salonis Dalmatiæ vrbe natus,quid imperator factus,& quid ante gesserit.*
41 *Constantinus,qui in Gallia, Hispania, Italia, & Africa imperauit, quid memorabile gesserit,quasq; ediderit leges.*
42 *Constantinus patre Constantio & matre Helena in Britannia natus, quid præclari imperator gesserit.*
43 *Constantinus Constantini filius æqualiter & vbi imperauit.*
44 *Constantinus qui nunquam spuisse dicitur,qualiter imperium rexit.*
45 *Iulianus, qui apostata est denominatus,patre Constantio & matre Basilina genitus Constantinopoli qualiter imperauit.*
46 *Iulianus puer quandiu imperauerit,& quo morbi genere perierit.*
47 *Valentinianus a quo imperiales susceperit insulas, & qualiter illas rexerit,quasue leges ediderit.*
48 *Valentinianus post Gratiani fratris exitum imperator factus qualiter rexerit,& quas leges edidit.*
49 *Theodosius Hispanus genere,patre Theodosio & matre Thermantia natus qualiter imperauit,& quas ediderit leges.*
50 *Archadius & Honorius vbi imperauerunt,& quas ediderunt leges.*
51 *Theodosius iunior imperator vbi & quid memorabile gesserit,quasve leges ediderit.*
52 *Valentinianus, qui a Theodosio iuniore Cæsar factus quid imperator & ante gesserit,& quas leges ediderit.*
53 *Martianus qualiter imperauit,& vbi quasq; leges condiderit.*
54 *Leo qualiter imperauit,& vbi, & quas leges ediderit.*
55 *Zeno Isauris Ciciliæ humilibus natus parentib. quid gesserit in imperio.*
59 *Anastasius Dioscorus circa Trinitatẽ hæreticus quid in imperio gesserit.*
57 *Iustinus Trax vtroq; parente ignobilis qualem se in imperio exhibuit.*
58 *Iustinianus legũlator qualis & quãtus in actib. & legibus ferẽdis fuerit.*

Decreta principum.



OStremò Gẽs romana iterũ vni ob temperare principi cępit,anno vrbis conditæ, vt Aurelius tradit, se pringẽtesimo vicesimo secundo, ab exactis verò regib. quadringentesimo octuagesimoque, siue sexto, siue, vt aliis probabilius videtur,q; per vnum consuli reipublicę necessarium foret:nã Senatus nõ perinde prouincias oẽs regere poterat, cuius tñ ptãs,vt supra in senatusconsultis diximus,nõ oĩno exoleuit:nam & imperatores ipsi non tñ semel,atq; iterũ,sed aliqui quinquies & sępius consulatũ primã Senatus dignitatẽ gesserũt, vt historici memoriæ tradiderũt. p̃terea adhuc extant illorũ nũmismata,in qb.exẽpli gr̃a.iiij.Cõs.& vij.Cõs.i.quartũ & septimũ cõsul.legimus:dicto aũt quartũ & septimũ cõsul. tps adsignificãtia,& eũdẽ ter aut sexies cõsulẽ ante factũ nõ quarto & septimo, qbus locus & tres vel sex ante factos e Gelij sñia lib. x. adsignificatur.imo Augustus exegisse fertur, vt quotiens sibi consulatus daretur,binos pro singulis collegas hẽret,qui non obtinuit clamantibus cunctis satis maiestatem eius imminui, q; honorem eum non solus sed cum altero gereret.Fuit ergo iterũ apud Romanos prima reipublicæ species, & qui ei prefuit imperator,vel sanctiori nomine Augustus in hanc vsq; ętatem dictus est, propterea quòd regium nomen apud Quirites a Tarquinio exacto odiosum remansit, cui ius lege regia datum est,vt lib.ff.j. Vlpianus de constitutionibus principum refert,vt quod constituisset, ratum esset,quod ergo imperatori placuit,legis habet vigorem,

& siue

Source : BIU Cujas

& ſiue per epiſtolam & ſubſcriptionē aliquid ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. hæc ſunt, quę vulgò conſtitutiones, ſiue decreta principum appellantur. Imperatoris oratione in ſenatu recita leges condebantur, conditæq; ſeruabantur, ſicuti Theodoſius & Valentianus conſtituerunt. vñ Iureconſulti, quantum ex ſcriptis eorum colligimus, modo Imperatorum epłas referunt, vt in Marcello referente lib. ff. j. Diui Marci & Commodi Scapulæ Tertulo reſcriptum probatur, & Caliſtratus diuum Adrianū Iunio Varro legato prouinciæ Cecilię reſcripſiſſe, in titulo de teſtibus dicit, poſt eiuſdem principis epiſtolas plures ad verbum commemorat, interdū Imperatorum ſnīam & decretū ipſi Iureconſulti referunt, & ideo Paulus lib. ff orum. vndequinquageſimo de iure fiſci, Adriani ſententiam refert. Aliqñ principis edictum iuriſperiti commemorant, in qua re Caliſtratus diui Claudij edictū in titulo de falſis referens teſtis eſt Marci quoq; orationis tranſactionem alimentorū prohibentis abundè Iureconſulti memineruntorationem ēt Seueri & Antonini quaſdam Senatorum nuptias inhibentem iuriſperiti commemorarunt, ſed & ex oōne Adriani in Senatu circa petitionē hæreditatis habita multa apud Iureconſultos legimus. Sæpe conſtituti iuris modū, ſiue formā iuriſperiti omittentes gñaliter loquuntur, & vocabulo gñali cōſtitutione, vel huius ſimili vtuntur. Quare Aphricanus lib. ff. vij. & xxx. diui Pij conſtitutionem ad Tuſcium Fuſcianum Numidię legatum adducit. Nec ſatis eſt ꝫſtans opinio, in quē primum hmōi ptās lege regia tranſlata fuerit, quamuis Auguſtum in retinenda republica Suetonius perſcueraſſe dicat, ꝙ illa ſine periculo plurium arbitrio cōmitti non poſſet, ſed & qđ ſibi priuato timeret, at legis regiæ nō meminit. Sed ſicuti maximè dubium eſt, in quē primum lege regia translatum fuerit Imperium, ita poſt deuictū Pompeium anno ferè ſeptingenteſimo ab vrbe condita rempublicā a Caio Iulio Cęſare occupatam fuiſſe, & hoc mō eū imperandi viā aperuiſſe certiſſimū eſt, quapropter nō ab re fuerit aliqd de Iulio ſubtexere prius, quàm Imperatores & Auguſtos cōmemorem qui quintam iuris ciuilis partem Romanis tradiderunt.

1 **Iulius** Cæſar ſtipendia prima † Marci Thermi prætoris cōtubernio in Aſia faciens ab eo ī expugnatione Mitylenarum corona ciuica donatus eſt Tribunus militū authores reſtituendæ tribuniciæ ptātis, quam Syria deminuerat, enixiſſimè iuuit. Quæſtor vlteriorem Hiſpaniam adminiſtrauit, & Iuliā amitam vxorē Corneliam defunctas e more pro roſtris laudauit in petitione pontificatus maximi. Q. Catullo & Ser. Iſaurico duob. potētiſſimis cōpetitoribus prælatus plura in eorum tribubus ſuffragia, quam vterq; in omnibus tulit, cōſul legem Agrariam promulgauit, & tam Senatus quàm populi diurna acta confici inſtituit, poſt Craſſi & Pōpeij cędem, cum quibus orbis diuiſerat Imperium, Dictaturam perpetuam cōtra leges populi Romani recepit, ſm quas nefas fuit vltra ſextū menſem hunc retinere magiſtratum, alioquin de republica benemeritus eſt, priuatus. n. Galliam, quæ ei pro parte ſua obuenerat, in prouinciæ formam redegit, eiq; nomen ſtipendij in ſingulos annos impoſuit. Germanos maximis cladib. afflecit Britannos ante eū ignotos ſuperauit. Pharnacem Mitridatis filium vna acie profligauit. Pompeiū olim generum in Pharſarijs, Scipionem in Aphrica, Pompeijque liberos in Hiſpania deuicit, ciuē maiorem in viginti annis minoremve decem qui ſacramento non teneret, plus triēnio Italia abeſſe vetuit, legem Sumptuariā exercuit. Parricidas bonis oībus reliquos delinquentes dimidia bonorū parte mulctauit. Lecticarum, conchiliatæ veſtis, & margaritarum vſum adimens certis ætatibus & perſonis perq; certos dies eas ꝫceſſit, & ſuſpicio magna fuit eum Cinne tribuno plebis iuſſiſſe, vt legem ſe abſente ferret, vti vxores viris ducere liceret, quas & quot ad procreandā ſobolē cuperent. Faſtos vitio pontificū per intercalandi licentiā turbatos corrigens annū ad curſum Solis accōmodauit, vt 365. dierum eſſet, & vt intercalario menſe ſublato vnus dies quarto quoque anno intercalaret, idq; biſſextum noīandum cēſuit, vt apud Macrobiū lib. j. Saturnal. legitur. Quintilem menſem e ſuo noīe Iuliū vocauit, ius ciuile ad certum modum redigere propoſuerat, & ex immenſa diffuſaq; legum copia optima quæq; & neceſſaria in pauciſſimos ꝫferre libros in aīo habuit. Sed eū mors præueniens male cum iuriſperitis egit, ante Cęſarem tñ conſul Pompeius ius redigere tentauit: ſed obtrectatorum metu nequaquam perſeuerauit lvj. ætatis anno. Cęſar xxiij. confoſſus vulnerib. perijt, talē exitū ſuīa ſortitus: nā pridie quàm occideretur finē vitæ repentinum aliis ptulerat. Et cū ob negociorū multitudinē & vrbis magnitudinē diuini vrgētiū cauſarū affatus denegarent, mutua amicorū colloquia primus per epiſtolas ſm Plutarchum excogitauit.

2 **Auguſtus** filius Iulij adoptiuus † rempu. poſt Cæſarem primum cū M. Antonio, & M. Lepido per x. annos tenuit, hiq; dicti ſunt tres viri reipub. ꝫſtituendę, de qua re extant adhuc numiſmata, deinde relegato in perpetuum Lepido cum Antonio tm duob. annis præfuit, poſtremò cum Antonius victus mortē ſibi conſciuiſſet, per quatuor annos ſuper quadraginta ſolus imperauit. Caſſium & Brutū in Philippicis. L. Antonium Peruſiæ, Sextum Pōpeium inter Milas & Naulochum deuicit M. Antonium nauali prelio apud Artium ſuperauit & ad mortē eum perſecutus adegit. Bella exteris aliqñ per ſe, ſępius tñ per Legatos intulit, & Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniā, Dalmaciā, & oē Illyricū multaſq; alias regiones domuit, & in ſuā poteſtatem redegit. forū, ędem Martis vltoris & templū Apolinisin palatio, ædemq; Iouis tonantis in Capitolio extruxit, annum ab Iulio ordinatum, ſed poſtea negligentia conturbatum, rurſus ad priſtinā rōnem pontifex maximus redegit. Sextilem menſem e ſuo cognomine Auguſtum nuncupauit. Sextilis. n. prius a numero appellabatur, ꝙ a Martio ſextus eſſet, a quo annus, vt ī Romulo ſcripſimus, initium cępit. Sic Quintilis ante Cæſarē ꝙ quintus menſis eſſet, dicebaī, his menſium nominib. M. Cicero in epiſtolis ſemper vtitur. Sacerdotum & dignitatem & numerum cōmodaq; auxit, patris patriæ cognomen ſibi a Senatu & populo delatum lachrymans recepit, dicti ſunt poſthac reliqui ēt Imperatores patres patriæ, vt hiſtoriographi docēt, & ferè in oīum numiſmate ēt ſceleratiſſimi cuiuſq; videmus. Sed Cicero conſul extincta coniuratione Catilinæ primus oīum Romanorum pr patriæ meritò appellatus eſt. Orbe pacato Ianum Quirinum clauſit. Anno eius Imperij altero & quadrageſimo Chriſtus Dei filius e Maria virgine natus eſt, ſi Eutropio credimus, legē de adulterijs ſanxit, ſumptuariamq́ue, & de impudicitia, de ambitu, & de maritandis ordinibus verba autem huius ſumptuariæ legis lib. ij. poſt Gellium retulimus, tempus ſponſas habendi coarctauit, & diuortiis modum impoſuit lxvj. ętatis anno diebus quinque & triginta minus vita leniter defunctus eſt.

3 **Tyberius** Auguſti priuignus † gener, adoptiuuſq; filius Imperium diſſimulatione diu recuſatū tandem Senatus precib. aſſumpſit. Stipendia prima expeditione cantabrica tribunus militum fecit. Illyricū oē, quod defecerat, triennio in ditionem redegit. Bellum gerens Rethicū atq; Vindelicū alpinas gentes domuit. Pānonico bello Dalmatas & Brēcos ſub egit, ducto ad orientē exercitu regnū Armeniæ Tigrani reſtituit, patris patrię cognomen, ciuicā quoq; coronā ſicut Imperatoris prænomen recuſauit, maieſtatē priſtinam & ptātem vſque adeo Senatui conſeruauit, vt tertia reipublicę ſpecies redijſſe crederet, quicquid certè negocij fuit, ad prēs referebaī, oīaq; in republica occurrentia expediebanī. Senatui vt ſenator non vt princeps interfuit, & cum ſenatuſconſultum per diſceſſionē forte fieret, ſententiamq; in alteram partem, in qua pauciores erāt, tranſeundo diceret, neminem, qui eum ſequeret, habuit, vt a Tranquillo mihi traditum eſt ſ. alios principes libidine flagrauit, edicto quotidiana oſcula prohibuit, per ſenatuſconſul. ſanxit, vt fęneratores duas prīmonij partes in ſolo collocarent, debitores totidem ęris alieni ſtatim ſoluerent. Anno eiuſdē Imperij duodeuigeſimo, vt Eutropius tradit, Chriſtus Pilato iudice pro nobis crucifixus eſt, artes liberales ſtudioſiſſimè coluit, pręſidibus onerandas tributo prouincias ſuadentib. boni eſſe paſtoris tondere pecus nō deglubere reſcripſit: & cū Tiberio Chriſti sāctitatē & dogmata Pōtius Pilatus retuliſſet, eū inter Deos hīi decreuit, ſed Senatus nō admiſit. Obijt duodeoctuageſimo ætatis anno, Imperij tertio ſ. viceſimū, decimoſexto Calē. Apriles. Et quia Pilati incidit mētio, hoc loco non inuoluere ſilentio putaui, qđ Euſebius ſcribit, Pilatum cū in multas calamitates incideret, propria ſe manu Caligulę tēporib. interfeciſſe, quod ergo Viennēſes noſtri de huius morte dicere ſolent, fabulis annumerarim, ſi apud eos non interijſſet: aliquos tamen ſcripſiſſe Platina in Chriſti vita refert, Pilatum ſceleris in Deum commiſſi pęnituiſſe, ac veniam a Deo habuiſſe.

4 **Caius** Cęſar Druſi fratris Tyberij nepos † & Germanici ex Agrippina filius Caligulæ cognomen caſtrenſi loco traxit, nouum ſpectaculi genus excogitans Baijs Puteolanas moles ponte ꝫiunxit, & aduerſo habitu per hunc pontē ꝫtinēti biduo commeauit, tēplum Auguſti theatrumq; Pompeij abſoluit Germanicā tantum expeditionem ſuſcepit. Lupanar in palatio cōſtituit, more comitiorū reuocato ſuffragia populo reddere tentauit, inuidia & libidine flagrauit, & ne leges quidē bonas aliquot tulit: verum quaſi oēm ſcientiæ vſum Iuriſconſultorum aboliturus ſæpe iactauit ſe effecturū, ne quid præter ęquum rīndere poſſent liberam magiſtratib. iuriſdictionē & ſine ſui appellatione conceſſit cum oībus ſororib. ſuis ſtupri conſuetudinem fecit, vixit annis xxviij. triennio, & x. menſibus diebusq; viij. imperauit, & eum fuiſſe occiſum cōſtat, ſed qualiter, duplex fama a Suetonio refertur, quadrageſimam ſumme de qua litigabatur, exegit, componensq; vel donans negocium puniebatur.

5 **Claudius** E fratre Tyberij nepos † Druſi & Antoniæ filius Caligulæq; patruus, quinquaginta annos natus Imperium cępit, ius dicens non ſemper præſcriptam legum duritiam, lenitatemve multarum ſecutus eſt: his enim, qui plus petendo apud priuatos iudices formula exciderēt, actiones reſtituit, e diuerſo in maiori fraude conuictos pœnam transgreſſus legitimam ad beſtias condemnauit. Expeditionem vnam aduerſus Britannos tumultuantes ſuſcepit, ludos ſeculares ante tempus legitimum edidit, cauſatus quòd ab Auguſto anticipati fuiſſent, portum Hoſtienſem fabricauit, ſenatuſconſultum Velleianum poſt eius edictum, ne fęminæ pro viris ſuis intercederēt

Source : BIU Cujas

M. Syllano & Vellcio consulib. factum est. Et cum præ pudore ex continentia crepitus ventris periclitatum quēdam adiuisset, edicto veniam dare cogitauit, flatum crepitumq; ventris in cōuiuio emittendi, si in hac re Tranquillo credimus, tres nouas lras commentus numero veterum quasi maximè necessarias addidit. memoria adeo inualidus fuit, ꝙ occisa ei⁹ iussit Messalina vxore paulò postquum in triclinio decubuit, cur ipsa non veniret, requisiuerit, pupillis extra ordinem tutores dari a consulib. sanxit, iurisdictionem de fideicommissis in perpetuum, atq; etiam per prouincias potestatib. demandauit, quæ prius quotānis & in vrbe tū magistratib. delegabatur, pro conditione cuiusq; ciuis vacationē legis Papiæ Pompeiæ dedit. Latinis ius quiritum fęminis ius quatuor liberorū constituit. Capiti legis Papiæ a Tyberio Cęsare edicto, ne sexagenarij vtpote ad generandū inhabiles vxorē ducere, tenerentur, Claudius abrogauit, censor esedum argenteum sumptuosè fabricatum ac venale ad sigillaria redimi concidiq; eorā imperauit, & vno die viginti edicta proposuit, inter quę hęc duo fuisse apud Suetonium legimus, vt vberi vinearum prouētu bene dolia picarētur, & nihil æquè ad viperæ morsum facere, quàm taxi arboris succum. Iram & iracundiam edicto excusauit, ex Herculanilla vxore Drusum & Claudiam, e Petina Antoniamve, e Messalina Britannicum & Octauiam suscepit. dolens quòd Neronem adoptasset. iij. idus Octobris lxiiij. ætatis anno, Imperij xiiij. vita defunctus est.

6 **Nero** Claudij pronepos † & filius adoptiuus annos gerens decem & septem principatum arripuit. Anneo Senecæ in disciplina traditus eum ad necem deinde compulit. Ianum geminum clausit. Musicæ & equorum studio magnopere se oblectauit, eius temporib. senatusconsultum Trebellianū. A. Seneca & Trebel. Maximo consulibus factum est. Interdixit, ne cocti aliquid in popinis præter legumina, aut olera veniret. Christianos supplicijs affecit, aduersus falsarios primus reperit, ne tabulæ nisi pertusæ ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur, & ne qs alienum scribens testm legatum sibi asceriberet, litigatores pro patrocinijs certam dare mercedem, sed ærarium gratuita præbere subsellia constituit, oēs appellationes a iudicib. ad Senatum fieri iussit, & vt solo testatorū nomine inscripto duæ primæ testamentorum ceræ signaturis vacuę ostenderentur, disposuit, matrem lasciuijs nequaquam audientem mori coegit. Aprilem de nomine suo Neroneū appellari voluit, sub eo triginta hoīum millia vno autumno peste occubuerunt. Vrbem incendēs quicquid memorabile atq; visendum ex antiquitate extabat, aboleuit, ab eo Gallia Hispaniæq; omnes desciuerunt, domum, vt legimus, a palatio exquilias vsq; excitauit. Iuuenales Circenses Senicos ludos & gladiatoriū munus edidit. ꝓsulatus quatuor gessit, mortē sibi altero, & xxx. ætatis anno cōsciuit, & cū eo Cęsarū ꝓgenies extincta est.

7 **Galba** Aquitaniam, Hispaniā, † Tharraconēsem & Aphricam biennio priuatus obtinuit, iuri inter liberales disciplinas operam dedit, prætor commissione ludorū floralium nouū spectaculi genus Elephantos funambulos edidit princeps. Iunij, Iteli & Cornelij arbitrio regebatur, crudelitate simul atq; auaritia taxatus Pisonem Licinianū pro cōcione adoptauit. iura triū liberorū paucis, ac nè his quidē nisi ad certū ꝑfinitū tps concessit. in mares libidine flagrauit vij. mense quam imperiū susceperat, annos tres super septuaginta natus occisus est.

8 **Otho** L. Othone & Albi natus congruentia morū † & consuetudine mutui stupri gram Neronis tenuit. Lusitaniam decē annis singulari abstinentia quæstorius administrauit, sperās a Galba adoptari Pisone ꝑlato, spe frustratus necis Galbæ author extitit, ciuilia bella mirū in modū detestatus est, turpi vita adolescēs fuisse traditꝰ, apud Bebryacū a Vitellio fraude superatus lviij. ætatis anno xcv. imperij die pugione vitam sibi finiuit.

9 **Aulus** Vitellius congruentia morum † Caio primū, Claudio deinde & postremo Neroni familiaris, ab iisdē honorib. & sacerdotiis auctus est. Germaniam inferiorem priuatus gubernauit, sed paulò postquam in prouinciam venit imperator a militibus ibi consalutatus fuit trib. pręliis apud alpes circaq; Placētiam & ad Castoris primò ab Othone repulsus, demū apud Bebryacum fraude eum superauit, seuus & crudelis fuit, octauo Imperii mense exercitus Mesiarum Iudacus simul & Pannonius ab eo desciuerunt, & Vespasiani partes secuti sunt. puer adolescēs quoq; oībus probris contaminatus est, proconsul Aphricam administrauit. Comitia in decē annos seq; perpetuum consulē ordinauit, gulæ supra modum deditus epulas trisariā semper, quadrifariam interdum in ientacula & prandia & cęnas cōmessationes dispertiebat, omnibus vomitandi consuetudine sufficiens: cū fratre & filio septem & quinquaginta annos gerens oppressus est: cum octo mensib. & vno die imperasset, vt scribit Eutro.

10 **Vespasianus** e Sabino & Vespasiano Pollaort⁹ † Germanicā expeditionē sub Claudio obiuit, inde in Britanniam translatus duas validissimas gētes & insulam Vectem Britanniæ proximā in deditionem redegit. Neronis auspiciis Iudæos qui cęso eorum præposito rebellauerant, assumpto inter legatos maiore filio debellare cępit reuersus occiso Vitellio Imperium nactus est, templus pacis foro proximum fecit, amphiteatrum media vrbe ædificauit: sub eo senatusconsultum Pegasianum Pegaso & Pusione cōsulibus factum dr, quod rogato hæreditatem restituere perinde quartā partem retinere pmisit, atq; lex Falcidia e legatis retinere concedit. Clemēs vsq; adeo fuit, ꝙ iustis suppliciis illachrymauerit: notata est tñ ī eo pecuniæ cupiditas, author senatui fuit decernendi, vt quæ seruo alieno seiunxisset, ancilla haberetur. Et ne creditum filiorumfamilias fœneratores vnquam ēt post patrum mortem exigerent, facetus & dicacitatis plurimę erat, neque iocis in mortis extremo metu abstinuit. Primus e fisco Latinis & Græcis rhetoribus annua cētena ꝓstituit, nulli fraude excessit, anno vitæ vnde septuagesimo mense, ac die vij. postquam ix an. & vij. diebus imperasset.

11 **Titus** Vespasiani e Domicilla filius † tribunus militū in Germania & in Britannia meruit a patre relictus, vt Iudęam perdomaret, Hierosolymam natali filiæ suæ cępit, recordatus super cęnam, ꝙ nihil cuiquam toto die præstitisset, apud amicos se diem perdidisse conquestus est, e quæsturæ honore legioni aliqn̄ præpositus Thraciā & Gamalam vrbes Iudeæ validissimas in ptātem redegit, equo quadam acie sub fęminib. amisso alterū, cuius rector ꝯ se dimicans occubuerat, inscendit. Ne de eadem re plurib. ageretur legib. cōstituit, & inter cętera de statu defunctorum quæri vltra certos annos vetuit: cum pre triumphum de Iudæis egit, sub eo Vesenus mons in campania conflagrauit. Roma p tres dies incendiū passa est s. quam credi posset pestilentia laboratum. Pontificatum maximū, vt puras seruaret manus, accepit, & cum Tyberius beneficia a superiorib. concessa principib. rata haberi instituisset, si eadem sequentes dedissent, & oēs dehinc Cæsares id institutum obseruassent, ipse primus præterita omnia beneficia vno edicto confirmauit, nec a se peti passus est puer, adolescens, sequenti quoque ætate corporis & animi dotibus expleuit, morte sua altero Imperij anno super menses ij. diesque xx. annos gerens xlij. interijt.

12 **Domitianus** Titi frater, ei tñ † & patri moribus absimilis ludos scholares edidit, capitolino Ioui certamen triplex musicum, equestre, & gimnicum instituit, eius temporib. senatusconsulto cautum est, vt si quis per collusionem quicquā in libertate factū probasset, & homo, de quo probaretur, seruus esset, eius seruus fieret, qui collusionem detexisset, Captis spontè bellum intulit in Dacos & Sarmatas necessariò expeditiones susscepit. L. Antoniū superioris Germanię præsidem per Legatos superauit. Corneliam virginem maximā commisisse incestū conuictam e morte defodi imperauit, castrari mares vetuit, reuocata cęnarum rectarū consuetudine sportulas publicas sustulit. Capitolium, qđ rursus arserat, sub titulo tantū suo restituit, nouam ędem custodi Ioui & forum & Flauię gentis templum construxit, dominum sese, Deumq; appellari lussit, relictas ab his hæreditates, quibus liberi erant, non recepit, post xlv. ætatis annum Imperij xv. 14 Calen. Octob. occisus est.

13 **Coccius** Nerua oppido † Narniensi genitus post Domitianum Imperij administrationem suscepit, afflictas ciuitates releuauit, frequēs iurgiorū disceptator fuit, huius abstinentiā & moderationem Cornix ante Domitiani exitum, erunt oīa bene in capitolio, elocuta prædixerat, ostentū disticho sic interpretante. Nuper Tarpeio quæ sedit culmine cornix. Est bene, non potuit dicere, dixit, erit. Domitianus ēt postse reipublicæ statim beatiorem fore præsensit, dum gibbā sibi prope ceruicē aureā enatam somniasset. Si his prodigijs fas esset credere: euentu tñ Neruæ modestia patuit, nihil vnquā suo arbitrio statuit, sed principes viros in cōsilium semper adhibuit, & ne serui dños criminarentur, edicto vetuit. Traianū sibi extraneū adoptans & mox in curia Cęsarem designans publicę vtilitati cognatos oēs postposuit. Militibus liberam & quidē perpetuò testamēti factionē concessit, cum anteriores principes ad tempus dedissent, mos tñ ante Imperatoribus Romanis erat, sicut Plutarchus in Coroliano refert, vt in acie constituti priusquam clypeos reciperent, togasq; circuncingerent, trib. aut quatuor audientib. vna sine scriptis testamenta conficerent, hæredemq; nuncuparēt, qđ Romani in bello Volscorum Cominio consule fecerūt, puellas & pueros egenis parentibus natos sumptu publico ali per Italiæ oppida iussit lxv ætatis anno Imperii xvj. mense dieque ix. extinctus est. multas leges tuiit, cum de aliis tunc maximè, ne mares castrarentur, neve fratris filiam vxorem ducere fas esset.

14 **Vlpius** Traianus adoptiuus Neruæ filius † apud Agripinā nobilem Galliæ coloniam Imperium suscepit ob honorem Suræ lauacra condidit, iustitiam admodum coluit, iuris humani & diuini tam noui repertor, quam veteris custos fuit, eius temporib. senatusconsultum Rubrianum Rubrio Gallo & Cęlio Pisone consulib. factum est: & eo cautum, vt si hi, a quib. libertatem seruis præstari oporteret, euocari a prætore adesse noluissent, & causa cognita prætor libertatē his deberi pronunciasset, eodem iure status seruaretur, ac si directò manumissi essent. Fines Romani Imperij, quod post Augustū magis defensum fuerat, quàm ampliatum, longè lateq; diffudit, Dacos subegit, quorū rex mortem sibi consciuit, Lapideum pontem opus sanè mirandum & memorabile in Istro fecit. Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam

Source : BIU Cujas

potamiam Imperio Romano addidit: sub eo Tyberis inundans multas ædes demolitus est, & multis in prouincijs terræmotus, pestilentia, fames, & incēdia fuere, quib. ad vires exquisitis vndiq; remedijs subuenit, statuens ēt, ne domorum altitudo sexaginta pedes excederet, ob ruinas faciles & sumptus si qñ talia euenirēt, exitiosos, vnde meritò pater patriæ dictus est. Et cum homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & id genº maleficia a Christianis veteri audiuisset, Plinio secundo quid de his facere oporteret quęrenti, inquirendos non esse, oblatos verò puniri oportere rescripsit, gulæ paululū indulsit, in adolescētulos pronus fuit, a senatu Parthicus Dacicus & optimus appellatus optimi nomen libētius accepit, mortem profluuio alui obijt anno vndeuigesimo, mense sexto, & quindecima die quam Imperium susceperat, annos lx. gerens super menses duodeuiginti & quindecim dies.

15 **Adrianus** Traiani principis † consobrino genitus, memoria admodum claruit. Legatus prętorius Sarmatas compressit, adeptus Imperium paci operam intendēs rebellantes prouincias a Traiano subactas reliquit, tanti senatū fecit, ꝙ cum Atunnum senatorem faceret, nihil se amplius habere, qđ in eum posset conferri ostenderit in eos, qui in ciuitate sepulchrum faciunt, & in magistratus, qui id patiuntur, pœnā quadraginta aureorum statuit, quam fisco inferri iussit, locumq; publicari & inde corpus transferri voluit. Gladiatorium munus per sex dies exhibuit, mille feras natali suo edidit, in Britannia murū, qui barbaros Romanosq; diuideret, per octingēta millia passuū duxit. Galliam peragrans in honorē Plotinæ basilicam apud Nemausum opere mirabili extruxit. Terracone sumptu suo ædem Augusti restituit, bellum a Parthis motum colloquio repressit. Pātheum Septa, Basilicam Neptuni forum Augusti, Lauachrum Agrippæ proprijs & veterum noībus Romæ instauravit, pōtem sui nominis & sepulchrum iuxta Tyberim fecit oratione habita, auctor senatui fuit consendi pridie idus Martias. Q. Iulio Balbo, & P. Iubentio Celso consulib. de petitione hæreditatis, & de reb. hereditarijs distractis, de dolo prætorito & fructibus suo arbitrio mentis impetum gubernauit, interdum sæuitiam & tenacitatē, aliàs clementiam & liberalitatē ostendebat, sicut in aliis omnib. cum fuisse varium legimus. Thesaurum in proprio solo repertū inuentoris esse constituit, quem si in alieno fortuitu aliquis inuenisset, cum inter soli dñm & inuētorem æqualiter partiri voluit, in xj. mense partum edi posse causa cognita ſm Gellium decreuit: ædes vt ad aliam vrbem transferrentur, demoliri prohibuit, seruos a dominis occidi noluit, sed eos per iudices, si deliquissent damnari iussit, liberis proscriptorum duodecimas bonorum cōcessit, primus Cęsarum barbaram summittere cępit, vt Dion. in Traiano refert, in Aegypto vrbem, cuius Ptolomeus meminit, Antinoi noīe ꝺdidit, & alteram in Mysia, quam vtpote venandi studio tentus venatica Adriani septa nominauit, sanxit, ne senator ab ipso, aut per alterum tributo cōdemnaretur, ignotorum hęreditates repudians, notorum, si filios haberet, non accepit, altetum & sexagesimum ætatis annum expleuit, secundo & vigesimo Imperij anno vita functus. A sequētibus Imperatorib. leges editas; quia oēs ferme sūt codici Iustiniano insertæ satis incuriosè cōmemorabo: continet profecto illud volumē solas Imperatorum sanctiones, & Iustiniano authore hac quinta tīn iuris ciuilis specie ꝓfectum est, e diuersorum. s. Imperatorum constitutionibus, quæ tribus in codicibus Gregoriano, Hermogeniano, atq; Theodosiano ꝓtinebanī, sed & ab hoc codice nouissimo ad sua vsq; tempora sanctiones colligi, & ibi poni Iustinianus voluit, vt idem in epła ad Senatū de nouo codice faciendo scribit, & quorumlibet Imperatorum noīa eorum sanctionib. præmitti mandauit, & prout primus quisq; fuerit, in eodem tī titulo eiusdem sanctio præcedit, præscriptorum aūt principum nullæ, aut paucæ sunt sanctiones illi inscriptæ voluminiidco aliquas ex historicorum libris retuli, Tranquillū maximè secutus & Dionem. Quāuis Iurisconsulti horum sicut illorū sparsim constitutiones referant. Non absonum tī fuerit, si sequentium Imperatorum mentio habeatur; cū, vt appareat, a quibus spēs quinta ciuilis disciplinæ sit introducta, tum, ꝙ ingens sæpe de legib. existit disputatio, qua cui abroget, & ista hęsitatio facile cessatura sit, si post Capitolinum, Spartianum, Lampridiū, Herodianū, Aureliū, Eusebium, Eutropium, Letum, & alios cōplures, reliquos Imperatores, qui quintæ partis ciuilis scientiæ authores extiterunt, seriatim cōmemorauerimus, qñ posteriorum principum leges priorū sanctiones ꝫrias tollunt, & qui prius quiq; posterius imperauerint, hinc cognoscetur: hi aūt Imperatores iuris authores ferè ī Iustiniano concluduntur, quem propterea non excedam, quāuis sequentiū aliqui extraordinarias aliquot constitutiones eddiderint, vt Lotarius qui fundi alienationē prohibuit, & Federicus pacē iurō firmauit, plerunq; sacra custodiri constituit. Federicus quoq; secundus pro libertate ædiū sacrarum, & Henricus contra reos lęsę maiestatis, & rebelles multa sanxerūt: iuris etiam studiosis pulchra, haud dubiè priuilegia a Federico concessa fuere.

16 **Titus** Aurelius Antoninus Pij cognomē † demētia & probitate meruit: successoribus quoq; reliqt ab Adriano inter quatuor consulares quib. Italia committebatur, electus est procōsul, Aphricam gubernauit, hæreditates hāstium filios repudiauit, Imperator constituit, ne pœnę causa legatū relictū maneret: semp ea Scipionis verba, malo vnū ciuem seruare, quàm mille hostes occidere, in ore habuit, ab Adriano quinto Calēdas Martias in filium adoptatus est. Britannos per Lollium Vibicum legatum vicit, Mauros pacem postulare coegit. Germanos, & Dacos atq; Iudęos rebellantes per præsides & legatos cōtudit. Alanos tumultuantes sępe refrēnauit, in Achaia, atq; Aegypto rebellantes cōpressit, intra vrbes sepelirī mortuos vetuit. Iudæis tm̄ filios suos circūcidere rescripto permisit, templū Agrippę, & pontem Sublicium instaurauit, puer eius temporib. biceps natus est, & stella crinita apparuit, & vno partu mulieris quinq; pueri editi sunt, febre post tris atq; viginti annos Imperij inter homines esse desijt, annos septuaginta natus.

17 **Marcus** Antonius Imperium † annis duodeuiginti postea tenuit, & quia philosophiam studiosissimè colebat, philosophus appellatus est, aduersus Britannos bellū gerentes Calphurnum agricolam ꝫ Cattos Aufidium Victorinū, & in Parthos Verum fratrē senatu ꝫsentiente misit, leges de mēsarijs & auctionibus tulit, senatū de cognitionib. ad se pertinentibus iudicem dedit, duodeuigesimo ætatis anno a Pio adoptatus eius filiā duxit. L. Verum Commodū fratrē adoptiuū post mortem Pij generum statim & consortem Imperij fecit, tuncque primū Romanū Imperium duos Augustos: vt Capitolino placet, hīre cępit, quos sępenumero diuos frēs Iurisconsulti appellāt, sed Verus carminis studiosus, ingenio asper, atq; lasciuus decimo Imperij anno, duos & quadraginta annos gerens interiit. Superstes aūt Marcus octo annis cum Cōmodo filio imperauit, Cassiū arripientem tyrannidem superauit, & occidit, is de statu defunctorum quæri intra quinquenniū iussit, prętorem tutelarem fecit, de alimentis publicis multa adinuenit, leges de vicesima hīditatum addidit, complura de tutelis liberorū, de bonis maternis, de filiorum successionib. pro parte materna excogitauit: vno prægrauabatur, ꝙ multis pudicitiam Faustina vxor prosterneret: & cū e senatusconsulto Tertulliano Adriani tēporib. facto iam mīres filiorum ab intestato morientiū hæreditates caperent, sub eo Senatusconsultum Orficianum Orficio & Ruffo consulib. factum est, quo liberi matrib. intestatis succederēt, oēs adultos posse curatores nō redditis causis accipere ꝫstituit: ius aūt vetus magis restituit, q̄ nouū fecerit, anno ætatis sexagesimo primo vitę diē vltimū clausit.

18 **Antoninus** Commodus † venia legis Annarię impetrata consul ante ætatē legitimam factus, cum prę ad Germanicum bellū profectus est, prī superuiuens solus Imperium tenuit. Luxuria vsq; adeo flagrauit, vt trecētas concubinas, totidemq; exoletos puberes in palatio habuerit, Seruilium & Duilium Syllanos, maternūq; interemit. Antium lupū, & Petronios, Mamertinū e Syrā filiumq; Mamertinū Antonianum e sorore sua genitū interfecit, alios quoq; complures, quos Lampridius in eius vita enumerat, morti tradidit. Mauros & Dacos per legatos superauit, Pannonias cōposuit, per duces Germanos & Britannos Imperium eius recusantes sedauit, sub eius Imperio stella crinita apparuit, cęlum arsit, & repentina caligo calēdis Ianuariis in circo oborta est. Ianus Geminus sua sponte apertus est pacis & Veste templa incendio consumpta, tunc fames & pestilentia seuiuit. Lętus exercitib. præfectus, & Marcia eius cōcubina. Electus quoq; cubiculi custos, eum anno Imperij tertiodecimo vitæ secundo & trigesimo per Narcissum Athletā, cū quo exerceri solebat, strangularunt, veriti ne veneno, quod ei Marcia dederat, vomitu iecto conualesceret, atque vnà, sicut proposuerat, omnes cędi imperaret.

19 **Aelius** Pertinax Leto præfecto † autore Imperator creatus est coactus Imperium suscipiens, vt aliqui scribunt, cognomen Pertinacis retinuit. Præfectus cohortis in Syriā profectus est in Mesia alam, & in Germania classem gubernauit, prætor a Marco Imperatore factus & primæ legioni gerendę impositus Rethias & Noricum ab hostib. vindicauit. Marci Imperatoris studio consul designatus, & ad Danubij tutelam profectus, inde Mesiæ vtriusq; mox Daciæ regimē accepit, bene administratis his prouincijs Syriam meruit, proconsul sub Cōmodo Aphricam gubernauit, Imperator lege constituit, vt testamenta priora non prius essent irrita, quàm alia perfecta essent, neve ob hoc fiscus aliquando succederet: sæpe nullius se aditurū hīditatē professus est, quæ aut adulatione alicuius, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes, & necessarij priuarētur, delata esset, quum Commodus a lectionibus innumeris prætoras miscuisset, senatusconsulto Pertinax iussit, eos qui prætoras non gessissent; sed a lectione accepissent, post eos esse, qui verè prętores fuissent. Auaritię suspicione priuatus non caruit, infimi gñis, vtpote libertino patre genitus fuit, sed prosapiam morib. & virtute illustrauit, altero Imperij mense quinto die & vigesimo a militib. annos gerens sexaginta supra menses septem dieśque sex & viginti occisus est.

20 **Didius** Iulianus Sal. Iuliani Iurisconsulti pronepos Clara Aemilia, & Petronio Didio seuero genitus, pōtor ante annū † quàm legitima ætas sineret. Marci suffragio fuit, quæsturam susceptit, Cauchis Germaniæ populis erumpentibus tumultua-

Source : BIU Cujas

tumultuarijs prouincialiũ auxilijs restitit. Cattos debellauit. Dalmatiæ regimen suscipiẽs eã a cõfinib. vindicauit: consulatũ cum Pertinace gessit. German. inferiorem & Bithyniam rexit: & cum præter alia militibus pecuniam & se cõmodi memoriam restituturũ promisisset, ab eis Imperator appellatus est, & patris patriæ cognomen recepit. deinde Pescennius niger in Syria, Septimus Seuerus in Illyrico Imperatores declarati, cum exercitib. quibus præsidebant ab eo desciuere, & ex tẽplo Seuerus Romã ꝓtendit cędẽ Pertinacis ulturus & Romã ipsum Imperij larem occupaturus, qui appropinquans Imperator a Senatu declaratus est, & Iulianus Imperio priuatus, Senatus authoritate in palatio ꝑ vnũ e tribunis occisus est anno vitæ sexto, & quinquagesimo mensęq; quarto, post mẽses duos & dies quinque, q̃ Imperiũ assumpserat.

21 **Septimius** Seuerus Lepti ciuitate Aphricę genitus† q̃sturam diligenter egit, tribunatũ plebis sub Marco Imperatore seuerissimè gessit, præturã annos gerẽs duos & triginta suscepit. Lugdunensem prouinciam legatus obtinuit, proconsul Siciliam & Pannoniam gubernauit, consulatum cum Apuleio Rufino primum gessit, deinde Leto suffragante a Pertinace exercitui Germano præpositus ab eodẽ vbi auditũ est Pertinacem occisum, Iulianum autem cũ odio cunctorum imperare apud Carnutum idib. August. Imperator appellatus est fieri senatusconsultum voluit, ne Imperatori inconsulto senatu senatorẽ occidere liceret, accusatos a prouincialib. iudices probatis rebus grauiter puniuit. Aemilianum Nigri exercitus ducem apud Cyricum, mox ipsum Nigrum in Issico sinu superauit, cui ĩ suburbano quodam Antiochiæ latẽti caput ab equitib. ipsius Seueri amputatum est. Filium suum maiorem Bassianum apposito Seueri Antonini noĩe apud Viminatium Cęsarem declarauit. Clodium tñ Albinum, qui exercitibus Britannicis præerat, Cęsarem primũ appellauit, ne dũ Nigrũ prosequeretur Imperium arriperet, sed post Nigri exitum eum apud Lugdunum vicit, & occidit, vt sibi liberisq; suis Romanum Imperium adiudicaret, sub eo priuatarum rerum procuratio primum constituta est. Parthorum rege fugato Parthicum nomẽ meruit, ob hoc etiam filiũ eius Bassianum Antoninum, qui Cęsar appellatus iã fuerat, anno ętatis xiij. participẽ Imperij milites fecerunt. Saluij Iuliani decreta aboleri iussit, sed non obtinuit Persarum regem Abagarũ subegit. Arabes in ditionem accepit Britanniam muro per transuersam insulã ducto vtrinq; ad finem Oceani muniuit. Eboraci Britãniæ oppido anno Imperij duodeuigesimo, vitæ nono & octogesimo mortẽ obijt. Bassianum & Getam filios successores relinquens.

22 **Antoninus** Bassianus † pñi Seuero superstes tanta libidine flagrauit, ꝓ Iuliani nouercam suam vxorem duxerit. Alexandrum Magnũ emulari, & eius memoriã omnibus modis renouare studuit, vt solus imperaret, Getam fratrem supra matris pectus in palatio interfecit: deinde Papinianũ, quòd parricidium excusare noluisset, & alios complures occidit. Romę Thermas nominis sui eximias reliquit, porticum quæ gesta patris & triumphos & bella contineret, extruxit, a vestimẽto, quod populo dederat vsque ad talos præter morem demissso. Caracallæ nomen accepit, simulans velle Artabani Parthorum regis filiam ducere, Parthos inermes nihilque suspicantes mali maximis cladib. affecit, sex annis solus imperauit, occisus inter Carras & Edessam traditur annos tres gerens supra xl.

23 **Macrinus** Deinde cum Diadumeno filio quatuordecim mensib. † Imperiũ tenuit in vico quodam Bithyniæ Heliogabali (vt creditum est) opera & iussu periit, filium in concione Antoninum appellauit, statimq; nummus in Antiochia Antonini Diadumeni noĩe percussus est: fuit enim tã amabile illis tpibus nomen Antoninorũ, vt qui eo nomine non niteretur, Imperium mereri non videretur. Macrinus crudelis & vilissimus fuisse traditꝰ, ꝫ Parthos & Armenos, & ꝫ Arabes non minus fortiter, quàm fęliciter pugnauit. Adulterij reos semp viuos iunctis corporib. simul incendit. Delatores si non probarẽt capite, si probarent delato pecuniæ premio infamia affecit: oĩa rescripta veterum principum, vt iure non scripto ageretur, tollere statuit. Nefas esse dicens leges videri Commodi & Caracallæ & hominum imperitorũ voluntates: cum Traianus libellis nunquam rñderi, ne facta quæ ad gratiam cõposita viderent, ad alias causas perferrent. Postremò eo imperante milites quidam Heliogabalũ Imperatorẽ salutarũt, moti Mese eius auiæ pecunijs, & ꝓ Antonini filius diceret, aduersus quem Macrinus exercitum duxit, sed timens transfugio suorum militum copijs exui & capi dimisso exercitu an fugit in Bithyniam, vbi obtruncatus est.

24 **Varius** Antoninus Caracallæ e Symiamira stupro cognita † creditus filius Heliogabalus sacerdotio dei Heliogabali dictus est, is starim q̃ senatum habuit, mẽrem suã ad senatũ vocatã rogari iussit, solusq; oĩum Imperatorũ fuit, vt Lampridius scribit, sub quo mulier quasi clarissima loco viri senatum ingressa est. vñ & post eius exitum ante oĩa cautũ est, ne vnquã mulier senatũ ingrederet. Primus mensas & capsas argẽteas habuit. Cacabos etiam, vasaq; centenaria argentea sculpta & masticatũ, & pulentatum primus inuenit, honores & dignitates & ptãtes tã per se quã per oẽs seruos & libidinũ ministros vendidit. In quirinali colle senatum mulierum fecitq; Semiramiana senatusconsulta de legibus matronarum facta sunt, quę quo vestitu incederẽt, quæ pilento, quæ equo, quæ asino vehereñ, quæ carpẽto mulari, quæ boum que sella vehereñ, & q̃ aurum vel gemmam in calciamentis haberent, quæ cui cederent, & quę ad cuius osculũ venirẽt, matri in omni facinore audiens tumultu militari cum ea interijt anno vitæ sextodecimo imperij tertio remotis quatuor mensibus. Herodianus tñ sex annis eum imperasse scribit. Heliogabalo verò templum Romę constituit Amphiteatrũ post exustionem instaurauit. & lauacrum, quod Antonius Seueri filius iuxta Sulpitio cęperat, perfecit.

25 **Alexander** Mammeæ filius† Heliogabali consobrinus & adoptiuus filius cum mortuo Macrino Cesar fuisset appellatus, Augusti nomẽ, & imperiũ imperfecto Heliogabalo recepit patris patriæ nomẽ, & ius proconsulare, Tribunitiãq; ptãtem ius quintæ relationis deferente senatu vno die assumere coactus est. Christum inter Deos recipere, eiq; templum facere voluit. Artaxarem Persarum regẽ potẽtissimũ, q cũ septingentis elephãtis mille & octingentis curribus centũ, & viginti milibus equitũ ad bellũ venerat superauit, de iure tractans doctos ac literatos tantũ in consilio adhibuit. si verò de re militari negociũ incidisset, senes admittebat milites, maxime q̃ historiam callerent, disquirens qui in hmõi causis veteres fecissent hanc sñiam, quod tibi non vis, alteri ne feceris. adeo dilexit, ꝙ & in palatio, & publicis operibus per scribi eam iuberet, & eã sępius in ore haberet: qnumq; aliquem emendaret, eam per preconem dici voluit. Thermas nominis sui iuxta eas, q̃ Neronianæ fuerunt dictæ, aqua inducta constituit. Caracallæ Thermas additis fortionibus perfecit. Alexãdri habitu plurimos nummos, & qdem eleciros aliquot, sed plures aureos percussit, statuas summorum virorum vndiq; trãslatas in foro Traiani collocauit, leges in annos firmauit: easq; diligẽtius seruauit innumeras de iure populi & fisci leges constituit, nullam constitutionẽ sacrauit sine viginti iurisperitis, & alijs quiquaginta doctissimis disertissimisq; viris, vt non pauciores in consilio sñiæ essem, q̃ quæ senatusconsultum facerent, & id quidem ita faciebat, vt per sententias singulorum iretur, ac scriberetur, quidnam quisq; dixisset, dato tñ spacio ad disquirendum cogitandumque prius quã dicerent de rebus arduis ex tempore respõdere cogerenꝰ. occisus est in Gallia, post quatuordecim annos, quã imperium assumpserat, annos vnde triginta, menses tres & septem dies natus, alij eum sex & viginti annos duntaxat vixisse scriptum reliquerunt.

26 **Maximinus** post † habita senatus authoritate Imperator Augu. ab exercitu appellatus patre & matre Barbarus fuit, bellum aduersus Germanos fœliciter gessit, filium Cęsarem fecit auaritia & crudelitate flagrauit, vnde Gordianus senex imperator cum filio primum in Africa, deinde Romę a senatu appellatus est, quibus mortuis anno imperij primo mensęq; sexto, Maximino profligando, qui vrbem cum seueritate & odio petebat, eo quòd a senatu hostis adiudicandus esset, Celio Balbino. & M. Clodio Pupeio imperium patres decreuere, Gordianumq; paruulum prædicti Gordiani senis nepotem, filia ortum Cęsarem fecerunt. & M. Pupienus grauitate ac seueritate venerabilis contra Maximinos patrẽ & filium copias eduxit, eiusq; auspicijs Maximiani anno impij tertio manu suorum militũ apud Aquileiam periere. Balbinus aũt nobilitate familiæ, fortunisq;, & clemẽtia satis cognitus vrbis gubernationẽ suscepit, & eius bonitate tumultos inter ciues ac ꝓtorianos in vrbe exortus est ambos altero imperii anno milites occiderunt.

27 **Gordianus** Tertius collegis superuiuens † qui Cæsar eatenus fuerat, a militibus, immo ab vniuersis Imperator appellatus fuit. Misithei filiam duxit, cuius consilio & prudentia bello Persico Saporem regem fugauit, vrbes Nisibim, & Carras recuperauit, remq̃ publicam, & Imperium quandiu socer vixit, bene administrauit, post eius mortem Philippus a Gordiano exercitui præficitur, mox militum acclamationibus, ꝓ fame sub Gordiano laborarent, cum iuuene imperauit, tandem dolo eius adolescens anno vitæ vndeuigesimo Imperij sexto sublatus est: senatus de morte Gordiani certior factus est, Marcum quendam Imperatorem legit, cui subita morte in palatio decedenti, Seuerus Ostilianus etiam patrum lectione successit. Sed medicis malè eius venam soluentibus statim occubuit.

28 **Mar. Iul.** † Philippus primũ ordinis comes, deinde dux, mox prætorio & exercitui præfectus fuit. Postremò post Marci & Ostiliani exitum Imperator a senatu cõfirmatus, percusso cum Persis, sed ne Mesopotamiam, & Assiriam hostibus reliquit. In Arabia cuias erat vrbem sui nominis Philopolim constitui iussit. Philippum filium cõsortem imperij fecit. Seculares ludos, & munera circensia edidit, in quibus fere complures datæ fuerunt, quas Blondus secundo Romæ triumphantis libro, & Pomponius in Cęsaribus enumerant, contra Scithas qui vrbes & agros Romani imperij vastabant Marianum quendam misit, deinde eo militari seditione cęso, Decius belli expeditionem suscepit, quem inuitum milites Illiriciani Imperatorem fecerunt. Philippus autem pater aduersus Deciũ copias educẽs

a militibus

Source : BIU Cujas

a militibus Veronę cęsus,& filius Romę a prętorianis occisus anno Imperij septimo,vel,vt alijs placet,quinto expirarūt, filio annos duodecim agente, qui ab aliquib. Gallus Iulius Saturnus appellatus est, primus Imperatorum Christiani nominis cultū Philippus suscepit,vt Blondus in Decadibus & Roma triumphante, Eusebius & alij scriptum reliquerunt,alioquin malus,& ex obscuris natus est parentibus.

19 **Decius** Bibali inferioris † Pannoniæ vrbe natus pris priæ cognomen accepit,eligendi censorē senatui potestatem fecit.Valerianum sexaginta sex annorū, qui postea imperauit,exercitui præfecit:& cum repugnans aliqñ ab exercitu Illyriciano Imperatoris nomen accepisset, senatui in cunctis obsecutus,ab eo Augustus appellatus est, bonitate Traianum adequauit,optimi principis nomen iudicio senatus meruit, appellatusq; est Imp. Cęs. M.Q.Traianus, Decius Augustus, sub eo Christiani supplicijs afflicti fuerunt. Deciū filium cogēte senatu Cęsarem fe
30 cit,cū quo aduersum Scythas profectus,† Galli Treboniani ꝑditione altero Imperij anno in voragine paludis periit.Deci⁹ verò filius bello interiit,apud Letū tñ aliū inuenies Deciorum exitū.

31 **Galli Treboniani** Imperium†memoriæ tradidit pestilentia decem annis eius sceleribus,vt creditum est,per totum orbem diuagata: nam Christianum dogma simulatè & odio prosecutus est,& proditione Imperium arripuit:cum Scythis fędus percussit, & eis Tributi noīe bis centum dragmas auri exhibuit. vnde sub eo primū libero potentatu populus Romanus tributa pependit, si Leto in Cęsaribus credimus C.Vib.Volusianum filium consortem Imperii fecit,horum temporib.Hostilianus a senatu Imperator factus statim pestilentia occubuit, milites ēt Aemilianū sub his principib. Imperatorem in Mesia fecerunt, contra quem ambo præfecti apud Interanniam cęsi altero Imperii anno fuerunt. Aemilianus quoq; manu suorum militum quarto Imperii mense, annos gerens quadraginta inter homines esse desiit.

32 **Licinius** Valerianus splēdidissimis natus parentib. † annis, vt Aurelio visum est, quindecim imperauit.Galienum filium Augustum,& Cornelium Galieni filium Cæsarem fecit. Valerianus bellum in Mesopotamia gerens a Sopore Persarum captus ignobili seruitute cōsentit, regi.n.equū ascendēti incuruatus seruiebat, interea Gallienus rempublicam administrauit, & in Cornelij mortui locū Salonianum alterum filiū subrogauit,poeta clarissimus,ad libidem pronus,& voluptati deditus fuit,vnde Tiranni nu.triginta Imperium inuaserūt,quos variis pro locis creatos Pollio cōmemorat, ꝯ Aureolū profectus, qui Mediolani Imperium inuaserat, anno Imperij quindecimo, opera militum aureoli annos natus quinquaginta interijt.

33 **Claudius** Deinde Imperium suscepit†prędijs ac rerum penuria Sarmatas,Getas,Scythas, & Quados superauit,leges optimas dedit, Antonini pietatē habuit, alter in prouidentia Augustus fuit,nam & post mortē Imperio prouidere voluit.Sirmi etenim Pannoniæ ægrotans, priusquam oporteret,conuocatis Tribunis,ducib.& præfec.de eligendo Imperatore concionatus est longaq; oīone Aurelianū probauit. Daciam recuperauit,altero Imperii anno sua morte īteriit,cui frater Aur. Quintilius patrū authoritate,& oīum iudicio succedēs decimo septimo Imperij die ferro perijt.Letus tñ scribit,accepto nuncio ꝙ exercitus Aurelianū Imperatorem legisset, auditoq; ꝙ militum gratiam idem teneret.Quintilium venis solutis occubuisse.

34 **Aurelianus** Vt quidē scriptum reliquerunt, † modicis ortus parentibus Imperium triennio ab ītia sorib.receptauit,muros vrbis supra alios principes ampliauit.Vltimus Romanorum principum Prisco more triumphum speciosissimū egit, vt e Blondo in Roma triumphāte didicimus. clementia,quæ principum virtus peculiaris esse debet,caruit, sub eo apud Dalmatas Septimius Imperator effectus, statim manu suorū occubuit.Monetarios vitiatis pecuniis & felicissimo rōnali interfecto in vrbe rebellantes victos summa credulitate cōpescuit,leges plurimas & quidem salutares sanxit,quas in Codice Iustiniano legimus porcinæ carnis vsum populo instituit,anno Imperij sexto s̄ sex menses interfectus dolo Amanuensis sui in medio itinere fuit,quod Heraclea Bizantium ducit.

35 **Annius** †Tacitus vir ꝓsularis,& senio insignis,sine exercitu a senatu Imperator & Augustus appellatus fuit,sobrietatem præ se tulit,lectione librorum se oblectauit,memorabile nihil egit,febre præuētus, qua sexto Impii mēse īteriit.

36 **Mar.Annius** Florianus Taciti frater†vix duob. mēsibus Imperium tenuit, Tarsi,vt Pomponius,& Vopiscus scribunt, militari seditione, siue vt Aurelius magis probat incisis a seipso venis effuso sanguine extinctus est, postq; exercitus probum militiæ peritum Imperatorē elegisset.

37 **Aurelius** Probus contubernio † Valeriani Galieni, Aureliani,atq; Claudij secundiore quidem fortuna priuatus stipendia iecit,princeps contudit.Tyrannos extinxit, Saturninum in Oriente Imperatorem effectū occidit, Proculū & Bonosum,qui Agrippinæ pariter Imperiū arripuerāt, oppressit. Gallos & Pannonios vineas habere permisit, orbe pacato dicere solebat,milites nō necessarios fore,cum desunt hostes, quæ vox plurimum obfuit,Syrmi enim tumultu militari sexto Imperij anno mensęq; quarto occisus est.

38 **Carus Narbone** Genit⁹, Carinū†& Numerianū filios Cæsaris fecit, a Persis Mesopotamiam recepit, qui longius cum copiis progrediens fulminis ictu altero Imperij anno periit, cū dico Carum Narbone genitum,Eutropium sequor:nā Flauius Vopiscus varias de eius patria opiniones refert.Filiorum minor Numerianus orator clar⁹,
39 † & poeta non vulgaris proditione Apri soceri sui volētis Imperium occupare occisus est. Carinus aūt frater plurimos innocentes fictis criminibus occidit,adulter frequens,& iuuentutis corruptor fuit. Sabinum Iulianum inuadentem Imperium in campis Veronēsibus peremit,nouissimè a Diocletiano,quē victor exercitus de Perside rediens,Imperatorem legerat, post multa prelia victus ad margum occubuit:cum a militibus fortissimis, quos habebat,desertus fuisset. Aurelius sui tribuni dextra,cuius vxorem polluisse dicebatur,eum fuisse occisum,scribit.

40 **Diocletianus** Vtroq; parente ignobilis†Falō is Dalmatiæ ortus profligato & cęso Carino Augusto.appellatus est: vt pacem citius vbiq; redderet, Maximianum Augustum fecit,euersis, duabus vrbibus quæ Busiris,& Coptos apud Ptolomeū & Strabonem appellantur Superātoq; Achileo Aegyptum pacauit,diuinos honores Imperatorib. Augustis dare præcepit, & adorari voluit edicto sanciens, vt oēs sibi sine gnis discrimine ꝓstrati pedes exoscularētur.Maximianus aūt seruus natura,flagrans libidine,ortu agresti tumultus ī Gallijs deleuit, quos Amandrus & Aelianus sub spē Tyrannidis excitauerāt,pacatis Gallijs in Aphrica Gentianos deuicit,ex Eutropia Maxentium & Faustam genuit,& an Maxētius filius Maximiani fuerit,an ab vxore suppositus,aliorū iudicio relinquimus, pullulantibus per varia loca nouis bellis Diocletianus Galeriū Maximinum adoptauit,& ei desponsata Valeria filia Cęsarem fecit.Maximianus quoq; Constantinum adoptauit Cæsarē fecit,eiq; Theodoram priuignā repudiata vxore patria matrimonio iuxit, postmodum isti seniores Augusti annuente senatu Constantium & Galerium Augustos appellauere victores anno Imperij duodeuigesimo triumphū egerunt, sibi Iouij & Herculij cognomina indiderunt,eodem die Diocletianus Nicomediæ,Maximianus Mediolani anno Imperij xx.se principatu abdicarunt. Diocletianus duodeoctoginta annis, & Maximianus sexaginta vixerunt orbis tandem inter Constantinum & Galerium diuisus est.

41 **Constantio** Gallia,Hispaniæ†Italia & Aphrica obuenere.Galerio Illyricum,Grecia,& oriēs. Cōstantius patrem habuit Eutropium Romanū, & mrem Claudiam Claudii Augusti filiam sexaginta ferè Alemanorum millia Cæsar adhuc ī Gallia extinxit,natura mitissimus,diuitiarūq; spretor fuit,gratiam oīum tenuit.Italiam & Aphricā Galerio reliqt, ab vno tñ ponderis nequaquam sustineri posse existimans. Ebo raci vndecimo Imperii anno morbo perijt. Constantinum Anabalianum, Cōstantinum & Cōstantiam e Theodora liberos reliquit,Galerius adhuc Cæsar amisso ferè toto exercitu primum a Persis sub Diocletiano repulsus post hostes innumerabili strage afflixit,fines Imperij lōgius produxit.Augustus Seuerum, & Maximianum adoptauit,& Cæsares creauit,hunc Orienti,illum Italiæ & Aphricæ,quas Constantinus reliquerat,præfecit, sed dū Seuerus Roma abesset,prætoriani Maxentium non abnuentem se natu ibi Imperatorem fecerunt, aduersus quem Seuerus in vrbē rediit,sed hostiis non impar aufugit,& cum Galeriū peteret, qui in Illyricis erat captus, Rauēnæ cęsus est. Galerius intellecta morte Seueri Licinium ꝙsortem Imperij fecit,& eo in Illyriis relicto Romā ꝯ Maxētiū proficiscebat Sed superari timēs, in Illyriū redijt,postea morbo perijt,cū solus biennio,& cū Cęsarib.& Imperij ꝙsorte xvj.annis regnasset.Licinius collegæ superstes primum Illyrijs,deinde oppresso Maximiano,qui ꝯ eū res nouas in Oriēte moriebat Orienti pfuit, & Constantiā Cōstātini sororē duxit.

42 **Constantinus** in Britannia natus † patre Cōstātio, mre Helena, quam vi coactus repudiauerat, vt Theodoram Herculij priuignā duceret, sub Galerio Sarmatas adolescens profligauit,& cęcidit eorum ducē catenatū ad Galerium duxit. Gallias Hispaniasq; & Alpis gottias testō pris relictas accepit,& ibi in eius locum Imperator creatus est, calumnias seueriss̄imis legib.sedauit,multas enim leges, quasdam e bono & ęquo,pluresq; superfluas,nōnullas seueras eum rogasse,Eutropius scribit.Maxentium apud pōtem Moluium, & Licinium Vecordem & septuagenarium quartodecimo Imperij anno superauit,e Fausta Herculei Cōstantinum,Cōstantem & Constantium,Helenam,& Cōstantiam susc̄epit, cum iam e ꝙcubina Crispum genuisset,quem cum Cōstantio & Licinio iuniore sororis filio Cæsarē fecit,sed faustè insidiis Crispus,& Licini⁹ iunior paulopost sublati fuerunt. Dalmatium Anaballiā fratris filium, deinde Cæsarem fecit,& vnà cum filiis hæredē instituit, sed Cōstantij factione Dalmatius in Oriēte a militibus anno Imperij tertio occisus est.Cōstantinus refectum Byzantium de suo nomine Constantinopolim appellauit, & cū antea lege Seueri sub iure Perinthiorum

Source : BIU Cujas

thiorum esset, eam titulis & honoribus, vt Romam haberi lege censuit. Agros & villas & oppida, quæ ad victum emeritorũ contributa erant ad hæredes trãsire in initio Imperij sanxit, cũ prius e veteri ꝯsuetudine Ducibus, Tribunis, Comitib. & Præfectis, q̃ pro augendo Imperio cõsenuerant, agri, villæq; darentur, vt sup peterent necessaria quoad viuerẽt, multis prẽlijs. Salmatas vicit, Gothos, & oẽm ferè Scythicã gẽtẽ superauit, anno Imperij xxx. altero detractis duobus mẽsibus ætatis sexto supra sexagesimum mortem obijt, in extremo vitæ tpe ab episcopo Nicodmediẽsi, vt apud aliquos legitur, baptizatus fuit, orbem hæredibus testamento diuisit, quidam filios sorte diuisionem fecisse tradunt.

43 **Constantinus** siue sorte † siue patris testõ, Gallias, Hispanias, Alpis corias, Orchades, Britãniam, Hyberniam, & Thylen habuit. Cõstanti Italia, Aphrica cum insulis Illyrij, Macedonia, Achaia. Pelopõnesus & Græcia obuenere. Cõstantinus Orienti & Thraciæ præfuit; sed Cõstantinus parte sua nõ ꝯtentus nouã a fratrib. diuisionem per legatos petijt, & cum id obtinere non posset, bellũ ciuile mouit, quẽ milites a Cõstante, vt eum repellerẽt, missi anno tertio, quam Imperium susceperat ætatis quinto & vigesimo apud Aquileiam con-
44 foderunt. Cõstans biennio fratris partẽ assecutus † Magnẽtij fraude annos natus triginta, tertiodecimo Imperij anno occisus est. & cõiurati milites Magnẽtium Imperatorem salutauerunt, eodẽ quasi tempore Britãnium ab Illyriciano exercitu Mursæ, & Nepotianus Romę a populo, & Mirmillonibus Imperatores creati fuere, e quib. Nepotianus Augustorum sororis filius ab Heraclide fautore Magnentianæ factionis, duodetrigesimo Imperij die obtruncatus est. Britannium aũt posita purpura, Constantiũ venientem ꝑ Magnẽtium adiit, veniamq; ab eo in Thracia impetrauit, a quo de hoste Imperator multa intelligens, paulopost Magnentum quinquaginta annorũ, duplici prẽlio superatum mortem sibi ꝯscisere quadragesimo Imperij mense coegit. Syluanũ bonitij filium, qui Cæsar a militib. appellatus fuerat altero imperij mense per legatum occidit, in victu parcissimus, Pasianum, & Sumẽ conuiuijs lata lege inferri vetuit, iudicia iustè & moderatè tractasset, si secretiores aulicos nõ habuisset, Gallum patruelẽ despõsata ei Cõstantia sorore Cæsarem pronunciauit, eum deinde ꝑ Seruianum & Pẽtadium sustulit, cum quatuor annis in Oriẽte imperasset, & vndetriginta vixisset. Cõstantium nunquam spuisse legimus pp saporem, qui Amidum iam solo æquauerat, siue vt Gallijs subueniret, Iulianum Galli fratrem adoptauit, & Cæsarẽ fecit, & Helenam sororem eidẽ matrimonio iunxit. Iulianus aũt belli expeditionem ꝑ Germanos, qui Gallias vastabant suscepit, & re prospere gesta primò Imperator, deinde renuens Augustus ab exercitu fuit appellatus, qđ Imperator Cõstãtinus molestè tulit. & de Oriẽte, vbi Parthicis prẽlijs occupatus erat, ꝑ eũ veniens anno ætatis quarto & sexagesimo, Imperij nono atq; trigesimo Mospo creuis vita decessit, verum Cęsar xv. annis, & Augustus octo annis solus cum fratrib. atque Magnentio sexdecim fuit.

45 **Iulianus** Constantinopoli pr̃e † Constantio secundo, & matre Basilina genitus, cum quinq; ann. & q̃nque mẽsibus Cęsar iam imperasset Imperiũ oẽ solus vno anno, & septem mensib. tenuit, prope Argentoratum vrbem Gallię totum ferè Alemanorũ exercitum sub Cõstantio perdidit, clemẽs, moderatus, & liberalis fuit, memoria plurimũ valuit, gloriã appetiit, susceptam Christi fidem abnegans, librum (sicut Blondus in Roma triumphante scribit) impietate & eloquentia redundantem ĩ Christi dogmata cõposuit, Christianorũ tñ sanguine abstinuit, bellũ ꝑ Persas gerẽs, duos s̃.xxx. natus occisus est, in interitu oẽs scriptores quos legerim, discordant. Am. Marcelinus eũ iura quædã sublatis ambagib. correxisse & quædã nõ molesta ꝯdidisse scribit, nisi ꝙ Christianos rhetores & Grãmaticos docere vetuit.

Iulianus Puer non parum liberalibus artibus profecit, insignis corpore, & literarum studiosus fuit,
46 milites Iuliani † amore eum principem legerunt, nam & vna litera immutata idem nomen vterq; habuit, tribus annis & triginta vixit, & septem mensibus imperauit, pacem cum Sapore necessariam quidem, sed ignobilem mutatis finibus, ac nonnulla Romani Imperij parte tradita fecit, quo autem mortis genere occubuerit variatum est; vt scribit Eutropius.

47 **Valentinianus** Imperij curam electione militum suscepit † primò Valentem fratrẽ, deinde alterum e filijs Gratianum Augustos appellauit vultu decens, solers ingenio, grauis aĩo, & sermone cultissimus fuit, duas vxores duxit, & ideo lege omnibus cõcessit, vt impunè duo matrimonia susciperẽt, ex Iustina vxore Valentinianũ, Gratam, Iustamq; & Gallã filios genuit. Saxonas Oceani accolas domuit. Alemanos attriuit, & victor ad Oceanũ peruenit: huius autem Valentis tẽpore Thirinus apud Mauritaniam regnum inuadens a Theodosio patrẽ eius, qui postea imperauit, prẽlio victus, extinctus est, Valentinianos legatos Quadorum audiens subita ira accensus, in morbum incidit, quo post vndecim annos, menses octo, diesq; viginti, quam Imperiũ assumpsisset annos quinq; & quinquaginta natus interijt. Valens in Oriente imperans post fratris obitum possessorib. bene subuenit, iudices rarò mutauit. huius & fratris tẽporib. Procopius tyrannidem arripiẽs sublatus est. Valens Gothos, qui Procopio auxilia miserant, victos Thracia exegit. Atalaricum Gruitugrorum regem in fugã vertit, sed infęliciter cum Gothis dimicans exercitu spoliatus, in casulã fugitta ꝯsauciatus aufugit, vbi anno Imperij quarto, vel (vt aliis placet) tertiodecimo, mẽseq; quinto igne absumptus est. Gratianus Syrmij genitus in parte Occidentali regnauit. triginta Alemanorum millia apud Argentariam Galliæ oppidũ bello extinxit. Scythas siue Tartaros coercuit, fratrem suum Valentinianũ Iustina matre editum ꝯsilio merobaudis Tribuni consortem Imperii fecit: & cum bellis vbiq; imminentib. extremum periculũ nomini Romano instare animaduerterat, Theodosiũ, vt Orienti pẽsset, Augum pronunciauit. cum Grationopolim Allobrogũ ciuitatẽ ædificasse vocabulum oñdit, & dum ociosus suos idẽ negligeret, & Alanos veteri ac Romano militi anteferret, a Maximo, q̃ apud Britanniam tyrannidem arripuerat, ætatis anno vndetrigesimo interfectus est, quum annos octo, quinq; & octoginta dies cum Valentiniano patre imperasset, & cum patruo & fratre tris, cum eodem fratre & Theodosio quatuor, & his omnib. accedente Archadio cum sex menses Imperium tenuissẽt.

48 **Valentinianus** Post Gratiani fratris † exitũ ẽt a Maximo Italia exactus, Theodosium, qui Orientẽ regebat, periit, a quo in occidentis regnum paruis copiis restitutus, octauo Imperij anno fraude Arbogasti Halanorum prefecti noctu in cubiculo strangulatus apud Viennam expirauit, hĩ duo Theodosius, & Valentinianus simul imperãtes ita demum valere ꝯstõnem sanxerunt, si p̃cedente oĩum procerũ & senatus approbatione dictata esset, deinde prędictis iterũ ꝯgregatis recitata & approbata, receptaq; foret. Iuris quoq; formulas, & non impetratę actionis exceptione post Constantinum sustulerunt.

49 **Theodosius** Patre Theodosio † matre Thermãtia natus gñe Hispanus, postquam cũ Gratiano & Valẽtiniano quatuordecim annis imperasset, ambobus superuiuens Orientis & Occidẽtis Imperiũ solus triẽnio obtinuit, genus a Traiano, cuius moribus & corpore similis fuit, eum traxisse legimus. Hunos & Gothos diuersis prẽlijs subegit: cum Parthis, cæterisq; nationibus multis pacem poscẽtibus fędus pcussit. Maximum, qui Gratianum interfecerat, & Valẽtinianũ Italia & Gallijs abegerat, apud Aquileiã occidit. Victorẽ quoq; a Maximo pr̃e effectũ Augustũ sustulit mysteria lasciua, psalatriasq; comessationibus adhiberi lege prohibuit, cõsobrinarũ nuptias tanquam sororum vetuit, quod Augustus ab Anthenodoro doctore philosopho acceperat. Theodosius quatuor & viginti Græcarum literarũ cõpescuit. Eugeniũ qui defuncto Valentiniano opera Arbogasti fact⁹ Imperator fuerat, cũ Honorio filio superauit, & occidit. Arbogastus verò de se suppliciũ sumpsit. Theodosi⁹ annos agens quinquaginta Mediolani excessit. superstitibus filiis duob. Archadio, & Honorio, quos e Flacilla susceptos consortes Imperij fecerat.

50 **Archadius** Cõstantinopoli. † Honorius Romæ Imperauit, ille ex Edoxa Flacillam, Martinã, Pulcherrimam & Theodosium, quẽ fecit Cæsarẽ, suscepit, Caianum bellum ciuile mouentẽ auxilio Gothorum inter Hellespontum & Cherronesum nauali prẽlio superatum interfecit tertiodecimo Imperij anno Theodosium in Imperio Orientis relinquẽs, vita decessit. Honorius fratri superstes, cũ quo Imperiũ tredecim annis tenuerat. s̃. biennium, quo cum pr̃e imperauerat, cũ Theodosio iuniore sexdecim annis orbi præfuit. Rhadagasiũ Gothorum regem in Etruria subegit, & eum a fuga retractum in carcere strangulauit, cuius successor Alaricus vrbem anno ab ea condita millesimo centesimo sexagesimoquarto cępit, & Placidiam magni Theodosij e Galla secunda vxore filiam abducens eam Ataulpho propinquo suo vxorẽ dedit. Ataulphus aũt post Alarici mortẽ copiis præpositus moribus Placidiæ vxoris lenitus, cũ Romanis fędus percussit, & ob id a militibus sublatus est, & Placida Honorio iubente Constantio nupsit, quem Augustus Cęsarẽ, & consortem Imperii fecit, is ad liberandas Gallias missus Constantinum hostem ad primos impetus cõpressit, post cuius obitum Placida, & eius filij Valentinianus, & Honoria iussũ Imperatoris pulsi fuerunt, & a Theodosio Archadii filio, qui Oriẽti prę-
erat, hospitaliter excepti fuere, mox Honorius febre decessit.

51 **Theodosius** Iunior Honorio superuiuens † cũ post patris excessum iam sedecim annis cum patruo regnasset, duodequinquaginta annis Orienti præfuit, huius temporib. Gensericus rex Vãdalorum post cędem multorũ Carthaginem occupauit. Et cum nouæ leges, quæ a Cõstantino Cæsare, & reliquis succedentib. primordium acceperant, p̃mixtę, & inordinatę essent, ad similitudinẽ Gregoriani & Hermogeniani in codicẽ vnum Theodosius sub proprio cuiusque imperatoris titulo eas disposuit, quem de suo nomine Theodosianum vocauit, vita defunctus Constantinopoli cum patre sepulturæ traditus est.

52 **Valentinianus** Post Honorij † mortem a Theodosio iuniore Cæsar factus, & cũ

matre

Source : BIU Cujas

mĩe Romam missus, Ioannem factione Castini Iuperatorẽ factum,& Aphricam sibi vendicantem oppressit, deinde acclamatione totius Italię Augustus ab Augusto appellatus est. Theodosij filiam in vxorem duxit, huius temporibus Attila toto potitus Septentrione iterum rediens primò Galliam, deinde Italiam ferociter inuasit, & super alias ciuitates Aquileiam euertit, & tunc excitatæ a fugientibus Attilam Venetiæ fuerunt, de qua re Blondus Forliuiensis lib.ij.decadis primę & in eo.lib. qui de origine & gestis Venetorum inscribitur, multa commemorat: cũ hoc Attila Aecius copijs Romanis præpositus apud Thosolam cõmittens, cessis ex vtroque exercitu ducentis, vel, vt alij scribunt, centum & sexagintaquinque fortissimorum hominum militibus victor euasit, vnde huius Aecij succesius metuens Valentinianus illum occidit, non longè post Romæ in campo Martio Transtyla, & Otyla milites Aecij ipsum Imperatorem confoderunt, cũ annis vndetriginta cum Theodosio, quinque & viginti, & quatuor cum Martiano imperasset. Maximinus post arripiens Imperium a populo Rom. tertio Imperij mense cęsus est. Eudoxa Valentiniani vxor, vt mariti cędem vlciscęretur, Gẽsericum regem ex Aphrica vocauit, qui vrbe spoliata Eudoxam cum duabus filiabus abduxit, quarum altera Trasimundo eius filio nupsit.

53 MArtianus Fauente Pulcheria† Archadij filia Oriẽtis Imperator post Theodosij excessum creatus est super annos quatuor, quib. iam Imperium cum Valẽtiniano tenuerat collegæ superstes biennio imperauit: cũ Vandalis fędus percussit, quietis amator, quietum habens Ortentem, arma nunquã nisi prouocatus commouit: dicere enim solebat, quandiu in pace viuere liceret, non oportere arma sumere. Constitutiones partim a se, partim ab aliis quibusdam Imperatoribus factas in vnũ composuit, liberq; ex ijsdem factus Martiani constitutiones appellatus est, quæ interdum in ciuili disciplina referuntur ab hominibus, vt quidem tradunt, conspiratione Asparis sexto Imperij anno ereptus est. Martiani temporibus sequenti mense, quam Gensericus ab vrbe recessĕrat, populus Romanus cum toto senatu Auitum patriciũ Romæ Imperatorem legit, sed mox interijt.

54 IEo factione Asparis Imperator Oriẽtis, †& Augustus appellat⁹ post cędem Ardaburij Cæsaris filij Asparis, nepotem e filia Zenonis filium, siue, vt alijs probabilius videtur, Leonem filium Cæsarem fecit xvj. Imperij anno interijt. Leo ij anno imperauit, vterque morum non belli studiosus fuit. Hoc tempore Occidentis Imperium a multis laceratum traditur. Nam Maioranus post auitum ibi quatuor annis imperauit. Seuerus Rauennæ imperium arripiens postea totidem annis imperium tenuit, & Biorgum Alanorum regem superauit. Seuero Anthemius succesiit, quo extincto cum Rhicimere genere, Olymbrius a Leone Cõstantinopolim missus, vt viuenti Authemio regnum auferret, sine controuersia succesiit, & septem mensibus occidenti præfuit, mox Rauennæ exercitus Glycerum Imperatorem salutauit, sed a Nepote sororis filio regno pulsus anno sequẽti fuit. Nepos deinde ab Oreste pulsus Solonis cęsus expirauit, demum interfecto Oreste, & Augustulo eius filio, qui iã post patrem Romæ imperabat, in exiliũ missõ. Odoacer rex Gothorum Romæ, & in tota Italia quatuordecim annis regnauit.

55 ZEno Isauris Ciliciæ † humilib. natus parentibus, vultu & moribus deformis fuisse traditur. Leone mortuo Oriẽtis nactus est Imperium, sub eo Illus cum Leontio in Oriente ciuilem motum fecerunt. Basiliscum qui M. filium Cæsarem fecerat rediens e Syria Zeno ius suum repetens in Cappadociam cum filio relegauit, qui Lennis fame consumpti fuerunt. tandem xvij. Imperij anno Zeno excessit ab eo Theodoricus rex Ostrogothorum Italiam si Odoacrem superaret, impetrauit, qui hostem prędio victum interfecit, & ingenti lętitia ab obuio senatu populoq; Romano exceptus est.

56 Anastasius Dioscorus in diuinis† non trinitatem, sed quaternitatem esse adorandam præcepit, quapropter cęlesti ira quarto & vigesimo Imperij anno, mense altero, dieque vndetrigesimo, annos natum supra octoginta fulminis ictu eum perisse credibile est. Hinc ne incursiones Mysorum, Bulgarorum, & Scytharum cum fierent, obesse possent, a mari ad Zelibriam longum murũ deduxit, ad eum Priscus Longinum Selymantheum catenis vinctum misit, & sub eo Atheno dotus Tyrannus in Cicilia extinctus est, grauem motum Vitaliani militiæ magistri non gentis pondo auri sedauit.

57 IVstinus Thrax † vtroque parente ignobilis, a teneris annis suum, deinde bonũ custos fuit, comes ordinis postea factus, mortuo Anastasio emptis cautè suffragijs Imperator electus est. Amantium Andream, & Theocritianũ insidias parãtes e medio sustulit, nono Imperij anno calen. Aprilis Iustinianum sororis suæ filium adoptauit & consortem Imperij fecit, quarto post mense decessit, in Occidente Theodoricus imperans triginta Gallorum millia prælio interfecit in carcere Ioannem Pont. Max. mori Romæ coegit, inde subita morte periens regnum Atalarico e filia nepoti tradidit.

58 IVstinianus animum reparando Imperio †admouens Persas, qui se in fines Romanorum effuderant, per Belisarium coercuit, Aphricam a Vandalis capto Gelimere rege eorũ recuperauit, & cũ in Italia Atalarico defuncto quarto Imperij anno Theudatus succedens militari deinde tumultu interijsset, & Vitigites regnum accepisset, Belisarius qui iussu principis contra Theudatum veniebat successorem hostis profligato exercitu Vitigetem fugauit, & ab Ioanne magistro militiæ captus primò Romam, deinde a Belisario Constantinopolim ductus est. Paulopost Gothi ductore Totila populationibus, & incendijs totam Italiam infestam reddiderunt, aduersum quos Narses mandato Iustiniani expeditionem susciplens fęlici vsus victoria, omnes pene deleuit, rexque gladio transfixus interijt. Totila enim pauloante Galliæ transalpinę subueniens a Longobardis interfectus fuerat, vt Letus tradit, sed alij Narsem eum occidisse scribunt. Iustinianus insuper vsus præcipuè opera Triboniani, Theophili, Dorothei, Ioannis, Leontij, Thomæ, & aliorum doctissimorum hominorum infinitos Iureconsultorum libros in quinquaginta Digestorum redegit, Imperatorum sanctiones xij. libris complexus est. Auc & quatuor institutionum libros edidit. Et non immerito circa iuris ordinationem Iustinianus prædictorũ opera vsus est; quoniam si Vallæ credimus, nec iura, nec forsitan latinas literas nouit; tum quia semper in Græcia vixit, tamen quia sæpe dominus Iustinianus, vt e numismate eius apparet, dici voluit, vt quidam alij Cæsares fecerunt, quod a iure Romano est alienissimum, & character ipse literarum, figuramque illorum temporum numismatis, Gothicum magis, quàm latinum redolet dominum dictum satis certa probatione tradiderim, nactus numisma eius aureum iam exolescẽtibus literis hoc nomine inscriptum. Quinimmo, vt Suidas scriptum reliquit, sicut orthodoxus, idest rectæ fidei, ita omnium literarum expers, atque etiam analphabetus Iustinianus fuit, qui ne elementa quidem literarũ nouit, & cum aliorum, tum Triboniani doctrina in dictando iure, & redigendo vsus est, qui fuit natione Græcus, vt apud eundem Suidam legimus, omnis quidem religionis, sed Christianæ potissimum spretor, & adeo assentator & vafer fuisse dicitur, vt Iustiniano persuaserit, ne mortem timeret, quodq; Cęlum cum corpore ascenderet. Quæsturam apud hunc principem gessit, tantaque ingenij doctrina polluit, vt omnes suæ tempestatis homines eruditionis notabilitate longè superauerit, alioquin auaritiæ ita deditus fuit, quòd lucri gratia ius semper venale habuerit, legesque, prout amici res postulabat, & latas reuocauit, & nouas tulit, fuit sermone blandus, & suauis, auaritiæque notas doctrinæ præstantia facile velabat, summos nactus honores leui tandem morbo decessit. Augustus ab Augusto, & Cæsar ab Iulio sicut cæteri Imperatores Iustinianus dictus est. Augusti etiã nomine Imperator authore Capitolino significabatur, sed cum quis Cæsar creabatur, tanquam principis filius & designatus Augustæ maiestatis hæres creabatur, vt A. Spartianus memoriæ tradidit, sic apud Gallos primus regis filius & patri successurus, a Delphinatu, cui præest, Delphinus appellatur, vnde mihi origo est, & armipotens tellus est, fęderisq;, quod cum aliquo semel percussit, tenacissima, Roma olim in coniuratione. L. Catilinæ, M. Cicerone, & Antonio consulibus explorauit, & hodie Gallici reges experiuntur, qui cum nostrorum militum gregariorum opera vtuntur, tamen patritios, & nobili genere natos in omni dimicatione habent. Hinc cognitu est facile quidnam in codice A. & C. significent, & Augustus enim, & Cæsar illis literis significatur, quot A. erunt, & C. tot Imperatores illius constitutionis authores fuisse ostenditur, nam & duos & tres semel imperasse supra retulimus, has tamen notas Tribonianus sibi pro voluntate formauit: nam si publicas sequi velimus, de vno Imperatore August. & Cęs. in pluribus Augg. & Cęss. dicendum foret, vt apud Probum legitur, & hoc numismata, & inscriptiones antiquę probant, mutata tamen eligendi Imperatoris forma, variata fuit horum vocabulorum significatio. porrò vt Platina refert sẽptẽ Germaniæ principibus eligendi Imperatorem Gregorius quintus deinde potestatem dedit, qui prius Cæsar ac Romanorũ rex appellaretur, ac tum demum Imperator, & Augustus haberetur, si eum Romanus Pontifex confirmasset. Iustinianus duodequadragesimo Imperij anno non sanus mente decessit, reliquos imperatores commemorare non est animus, eo quòd ab eis nullas aut paucas constitutiones habeamus, & vt in principio diximus referre solos iuris ciuilis authores voluimus.

FINIS.

Source : BIU Cujas

AYMARI RIVALLII ALLOBROGIS IVRIS CIVILIS HISTORIAE. Liber Quintus.

SVMMARIVM.

1 *Responsa prudentum quando primum & qualiter fiebant, & per quos, quamve auctoritarem obtinebant.*
2 *Capito offilij auditor quos libros scripserit. Item Labeo Antistius quãtum in omni genere disciplinæ valuerit, ibi. num. 3.*
4 *Masurius Sabinus summam rerum inopiam patiens a suis auditoribus sustentatus est.*
5 *Nerua Labeonem sequutus Tyberij Cæsaris familiarissimus fuit.*
6 *Caius Cassius Longinus Sabino successit de ciuitate expulsus fuit.*
7 *Proculus, qua fuerit tempestate, & cuius fuerit authoritatis.*
8 *Nerua de vsucapionibus libros conscripsit.*
9 *Cassius Longinus, qui ex equestri ordine ad præturam peruenit, quare obcæcatus a Nerone interemptus fuerit.*
10 *Cælius Sabinus librum de edicto ædilium curulium conscripsit.*
11 *Neratius Priscus, qui consulatum cum Antonio gessit, cuius} æstimationis, & quare, & quot volumina scripserit.*
12 *Iulius Iubentius Celsus nouem & triginta Digestorum, Institutionum viginti, tredecim epistolarum libros edidit, & cuius temporibus.*
13 *Domitius Labeo Aristonis temporibus fecit librum epitomatum, et complures epistolarum scripsit.*
14 *Arrianus Iurisconsultus insignis de re militari & alios libros plures scripsit, necnon & Alex. regis gesta, & qua tempestate fuerit.*
15 *Caius Cassius decem iuris ciuilis libros scripsit.*
16 *Tertullianus consul a quo senatusconsultum Tertullianũ lib. quatuor quæstionum, et de castrensi peculio vnum composuit, & cuius temporibus.*
17 *Saluius Iulianus vrbis præfectus, & bis cõsul Didij Iuliani, qui post Pertinacem imperauit proauus, quid in iure ediderit.*
18 *Volusius Metianus, siue Martianus iuris ciuilis temporibus Antonij Pij professor librum quæstionum, & fideicommissorum sedecim & publicorum quatuordecim scripsit.*
19 *Valens qui septem fideicommissorum libros composuit, cuius temporibus fuerit.*
20 *Iabolenus Iurisconsultus quo authore est vsus, Antonius Pius quot & in quibus libros scripserit.*
21 *Marcellus Iurisconsultus celeberrimus cuius fuerit temporibus, & in quibus scripserit.*
22 *Mauritanus sex libros ad leges composuit.*
23 *Serbidius Scæuola iurisperitissimus quo usus est. M. Antonius philosophus imperator in iuribus dictandis, præceptor Papiniani & Seueri, qui post Iulianum Imperio præfuerunt, quæ scripserit.*
24 *Terentius Clemens libros ad leges viginti composuit, & cuius temporib.*
25 *Martianus, quia Didio Imperatore iussus fuerat occidi, sed euadens postea fuit de Alexandri Imperatoris consilio, quot libros, & quales scripserit.*
26 *Aemilius Papinianus præfectus prætorio Seuero Imperatori & affinis & amicissimus iuris asylum quos libros scripserit.*
27 *Macer duos libros militarium composuit, publicorum duos, de officio præsidis duos, icaston duos, & duos de appellationibus.*
28 *Papirius Fronto quatuor responsorum libros composuit. Item de P. Furio Antiano. nu. 29. & de Maximo. nu. 30.*
31 *Caius quos libros, & quando scripserit.*
32 *Sextus Cecilius iurisconsultus qui cum Phauorino philosopho de legibus xij. tab. disceptauit, quos libros, & quibus temporibus scripserit.*
33 *Iulius Paulus prætor primum, & post consul sub quibus principibus fuerit, & quæ ediderit.*
34 *Hermogenianus sub Alexandro principe iuris scientiam professus sex iuris epitomarum libros reliquit.*
35 *Pomponius quot & quæ volumina scripserit, & de quibus rebus, & cuius temporibus.*
36 *Aphricanus Papiniani discipulus nouem libros quæstionum reliquit.*
37 *Fabius Sabinus Sabini filius consiliarius Alexandri Imperatoris quos libros scripserit.*
38 *Celsus quantæ fuerit authoritatis libros digestorum triginta, & quæstionum vnum, & viginti scripsit.*
39 *Domitius Vlpianus præfectus quos libros ederit, & cuius temporibus.*
40 *Florentinus duodecim libros institutorum, & quibus temporibus scripserit.*
41 *Venuleius Papiniani auditor quos libros, & cuius temporibus scripserit.*
42 *Callistratus, qui sub Alexandro floruit, quos libros ediderit.*
43 *Herennius Modestinus Papiniani discipulus Maximi iunioris præceptor quos libros, & quibus temporibus scripserit.*
44 *Quintus Saturninus decem libros ad edictum reliquit.*
45 *Sextus Pedius quos libros, & sub quibus scripserit.*

Responsa prudentum.



1 Ata Qualibet iuris ciuilis parte interpretatio prudentum necessaria esse cepit, nam ius constare non potest, nisi sit aliquis iurisperitus, per quem quotidie ī melius produci possit. Vnde prodijt † rñsum prudentum, ꝙ qui profitentur, iurisconsulti nominantur. Quòd autem hoc vltimum sit velut interpretatio superiorum, liquido de posterioribus iurecõsultis probatur, qui principum authoritate rñderunt: nã præscriptas quinque iuris ciuilis partes referũt, & post in Digestorum libris quinquaginta, ex eorum voluminibus a Tribuniano confectis interpretantur. Aliorum verò iurisperitorum nihil extat, quorum tamen plures testimonio Pomponij scripserunt. Sed ostendamus, quod nouissimi iureconsulti omnes iuris ciuilis partes referunt, & interpretantur. id primò in legibus xij. tab. Vlpianus septimo, & xl. Digestorum lib. demonstrat, nam cum vna xij. tab. lex neq; soluere tignum furtiuum ædib. vel vineis iniunctum, neq; vendicare permitteret, eam Vlpianus interpretans. Tigni appellatione contineri scribit omnem materiam, ex qua ædificium constat, vi neęq; necessaria. Aliam populi legem idem de iniurijs interpretatur, cum relata lege Cornelia dicit, eam e tribus causis dedisse actionem, & paulopost inter verberationem & pulsationem legis Corneliæ verba discrimen assignat idem Vlpianus de adulterijs hæc legis Iuliæ verba incontinenti, filiam occidat, diligenter explicat. De plebiscitorum enodatione a iureconsultis facta Caium ad l. Aqui. audiamus, qui relatis Plebisciti verbis subiicit, apparere seruis nostris legem Aquiliã exequare quadrupedes. An autem a iureconsultis Senatusconsulta explicentur, cum alios, tũ Vlpianum vide præmissa senatus decreti Velleiani verba xvj. Digestorum. lib. subtiliter explanantem, verba itaq; senatusconsulti omnia discutit. Prætorum etiam edicta iurisperiti interpretantur, in qua re Vlpiani de dolo sufficiet authoritas, qui dolum malum (cuius prætor meminerat) Seruium inducit diffiniẽtem, & quoq; deinceps prætoris verba ordinatim exponit. Postremò circa edictum emergentes quæstiones, vt in aliis, contingit iuris partibus, decidit. Quòd etiam principũ decreta iurisconsulti eno dent. Martianus author est relato Diui Pij rescripto de quæstionibus subijciens qualiter accipi deberet, & Vlpianus de testamento militis præmissa rescripti imperatorij vocabula enarrat: nam militem appellari dicit ą militia, idest duritia, quam pro nobis sustinet. Pariter alia rescripti vocabula ĩterpretatur. Quinimmo & sua & antiquorum scripta iureconsultorum iuniores legum periti inuicem referũt. Paulus enim de emptione dicit, Labeonem scripsisse, obscuritatem pacti nocere potius debere venditori, qui id dixerit, quàm emptori. Idem lib. v. supra quadragesimum Catonis scripta in probationem & discussionem suæ interpretationis adducit, tu ipse similia perquires. Sed ne in occulto habeatur, quod pauloante diximus, aliquos scilicet, iureconsultos imperatorum authoritate responsa dedisse subiungam, quod apud Pomponium de hac re legimus: scribit enim iureconsultos omnes non eandem respondendi potestatem habuisse: nam ante tempora Augusti publicè respondendi ius non a principibus dabatur, sed qui fiduciam studiorum suorum habebant consulentibus respondebant, neque respõsa vtiq; signata dabant, sed plerunq; iudicib. ipsis scribebant, aut testabantur, qui illos consulebant. Diuus postea Augustus, vt maior iuris authoritas haberetur, primus constituit, vt ex authoritate eius iureconsulti respõderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficiis cepit: & ideo optimus princeps Adrianus cum ab eo prætorii viri peterent, vt sibi rñdere liceret, eis rescripsit, hoc nõ peti, sed præstari solere: & ideo si quis fiduciam sui haberet, & se populo rñdere oblectaret, ad rñdẽdum se præpararet. Et ex horum tantum voluminib. & scriptis confici libros ff. quinquaginta Iustinianus mandauit, vt in epistolis duabus refert, quibus ius vetus enucleatur: & quidem ex immensis eorum libris optima quæq; & necessaria excerpta sunt, atq; in quinquaginta fforum libros redacta. Vnde sępenumero vnius iurecõsulti verba & superioris dicto ibi dependent, & frequenter sequens absoluit, quod præcedens promittit. Quasi præsentes, & vna, & tempestate eadẽ rñderint, qđ nequaquam verum est, cum diuersis fuerint temporibus, & seperatim rñdẽdo libros vnusquisq; conscripserit, & interdũ antiquioris iurecõsulti verba ab iunioris & posterioris verbis dependent, quod e Tribuniani ordinatioue, & sociorum effectum est, quibus huiusce rei curam Iustinianus hac lege demandauerat, vt iureconsultorũ nomina minimè tacerent, numerumq; librorum sine notis scriberent, vnde quælibet lex, siue magis rñsum excerptum fuisset, vt sciremus, quæ verba cuiusq; iuris prudentis essent, a quibusve eorum libris extracta forẽt: sic in epistolis eisdem Iustinianus asserit, & e multis Pandectarum locis appa ret. Politianus enim legem quartam de verb. obli. ad vnguem ex ipsis Pandectis exscriptam ad Bologninũ misit, quæ Pauli lib. xij.

ad Sabi-

Source : BIU Cujas

ad Sabinum fuit, legimus quoq; ex Sceuolæ primo rñſorũ libro aliquid in titulo, ne quid in loco pub. fiat. Sic paſſim in ff. reperies. De his autem tñ iurecõſultis attingere eſt animus, qui Imperatorum authoritate rñderunt, & iuris ſcientiam in hac vltima reipublicæ ſpecie profeſſi ſunt, vnde quicquid de ijſdem memorię tradiderũt Pomponius, Iul. Capitolinus, E. Spartianus, Lampridiꝰ, alijq; hiſtoriographi commemorabo, & e libris Pandectarum quinquaginta, & in eas Iuſtiniani præfatione. Præterea ex A. Gellio, & Politiano ad Modeſtum ſingulorũ opera referam. Duos tñ prænittam, quos principum authoritate non rñdiſſe haud leui coniectura exiſtimo, qm̃ eorũ ſcripta, quæ plura erant, Tribonianus in digeſta non cõgeſſit. Prętera Maſurius Sabinus a Pomponio primus traditur, qui authoritate Imperatorũ publicè ſcripſerit, & is horũ alteri ſucceſſit: ab his tñ duob. cęteri profluxere, quapropter ab ijſdem non ab re exordium ſumetur. Atteius Capito horum prior eſt, & Labeo Anaſtaſius alter.

2 **Capito** Iuris † priuati & publici ſm Gellium peritiſſimus Offilium audiuit, conſul Auguſti tẽporibus fuit, commentaria ad xii. tab. ſicut ducentos ſexaginta cõiectanecorũ libros reliquit, ſeptem de pontificio iure & librum ſingularẽ de officio ſenatorio conſcripſit, & de iure ſacrificiorum decem, vt apud Macrobium Saturn. lib. iij. reperimus. Cõmentarium de iudiciis publicis compoſuit, ex quo ſextum libri decimi capitulum Gellius excerpſit, cætera in eo ſcripta deſiderantur.

3 **Labeo** Antiſtius † Trebatio operam dedit, is Capitonis ſentẽtia legum atque morum populi Romani iuriſq; ciuilis doctus apprime fuit, quam diſciplinam ſi Gellio lib. xiij. credimus, principali ſtudio exercuit, & cõſulentibus de iure publicè rñdit, cęterarumq; bonarum artium non expers fuit, nã in Grammaticã atq; Dialecticam literasq; antiquiores altioresq; penetrauit Latinarum vocum percallensq; origines, rationesq; ea præcipuè ſcientia ad enodandos pleroſq; iuris laqueos utebatur: annũ ita diuiſit, vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, & ſex menſibus ſecedens cõſcribendis libris operam daret. Quadraginta vel (vt aliis magis placet) quadringẽta volumina ꝓſcripſit, inter quæ cõmentaria ad duodecim tabulas, & quadraginta poſteriorum libros cõpoſuit, qui poſt eius mortẽ editi fuere, libros triginta ad prætoris peregrini edictum reliquit, & vrbani cõplures, & octo Pithanon, ideſt credibilium, ſeu veriſimilium. Hunc hoĩem vſq; eo nimia libertas agitauit, vt apud Gellium in lib. xiij. Capito retulit, ꝙ Diuo Auguſto iam principe, & rempublicam obtinente, ratum tñ penſumq; nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet. Vnde lectione Senatus cum triũm virum egeret. M. Lepidum hoſtem olim Auguſti tũc regnantis legit, vt eſt apud Tranquillum in Auguſti vita ſcriptũ, interrogantiq; Auguſto, an eſſent alijs digniores, ſuum quẽque iudicium habere reſpondit. Hi duo Iureconſulti, vt Pomponius ſcribit, primum duas Sectas fecerunt: nam Atteius Capito in his perſeuerabat, quæ ei tradita fuerãt, at Labeo ingenij facilitate fretus, & fiducia doctrinæ plurima innouare inſtituit. Ang. Politianus ad Modeſtum e Labeonis huius ſcriptis pandectas etiam cõfectas eẽ putauit, ſed magis e Labeonis Domitij operibus, de quo paulopoſt dicetur, fuiſſe pro aliqua parte cõpoſitas crediderim. Idẽ ẽt inter florum authores. Q. M. Sceuolam pontificẽ Max. & Gallum Aquiliũ, ſi Iuſtiniano credimus, malè enumerat: nam in epiſtola ij. qua ius vetus enucleat, Iuſtinianus pandectas iuſſu ſuo eſſe compoſitas ſcribit e iuriſconſultorum libris, quib. exponendarum legum auctoritatẽ Imperatores prębuerant, & longè ante Imperatores Auguſtos Sceuola, & Gallus fuerunt.

4 **Maſurius** †Sabinus Atteio ſucceſſit, & cum in Tyberij Cæſaris familiaritatem deueniſſet, ab eo vt populo rñderet obtinuit, hoc tamen illi ab Auguſto prius cõceſſum fuerat, in equeſtri receptus eſt ordine, annos quaſi agẽs quinquaginta, maxima laborans inopia a ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt, duodecim memorabilium libros reliquit, iuriſque ciuilis tres cõmentarios de indigenis, & librum, cui titulus eſt de furtis, cõpoſuit, de hoc iurecõſulto Perſius meminit, cũ in quinta Satyra ait, Vindicta poſtquam mens a prætore receſſit, Cur mihi nõ liceat iuſſit quodcũq; volũtas, Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetauit.

5 **Nerua** † Labeonem ſecutus eſt, & Tyberij Cæſaris familiariſſimus fuit, hi duo adhuc Capitonis, & Antiſtij diſcordias auxerunt.

6 **Caius** Caſſius Longinus † Sabino ſucceſſit Tuberonis Seruij Sulpitii nepte genitus eſt cõſulatum cum Quartino temporibus Tyberij geſſit. Plurimum in ciuitate auctoritatis habuit, de ciuitate expulſus a Cęſare in Sardiniam fugit, poſtea reuocatus a Veſpaſiano vita defunctus eſt.

7 **Proculus** †Neruæ ſucceſſit auctoritate ſupra omnes ſui tẽporis valuit, ideo appellati ſunt partim Caſſiani, partim Proculiani, q in diſcordiis a Capitone cępris, & Antiſtio perſeuerarunt, horum tamẽ diſſenſiones iuriſperiti ſequentes terminarunt, vt ex eorum ſcriptis in libris pandectarũ adhuc videre poſſumus: nam alteram opinionem penitus interdũ abiiciunt, & mediam aliqñ viam eligũt. Paulus enim Sabini, & Caſſij reprobata opinione veriorem eſſe Neruæ & Proculi ſnĩam lib. digeſtorum duodeuigeſimo affirmat, vt ſine nũmis dicivenditiõ nõ poſſit, & Caius mediã eligendo viã, de acquir. rer. do. ſcribit, e rius eſſe, qđ Sabinius & Caſſius ſenſerunt, vt ſpecies ex aliena materia facta, ſit materiæ dñi, ſi ad eandẽ materiã reuerti poſſit, quod ſi non poſſit reuerti, verius eſſe dicit, qđ Proculo & Neruæ placuit, vt facientis ſit illa ſpecies, cum trique indiſtinctè loquerentur, horum ſimilia paſſim in ciuili diſciplina inuenies.

8 **Nerua** filius † Proculi temporibus fuit, libros de vſucapionibus conſcripſit, & Vlpiano authore annũ agens decimum ſeptimum publicè de iure reſpondit.

9 **Caſsius** alter † Longinus ex equeſtri ordine ad prætura vſq; peruenit, huic orbato luminibus Nero obiecit, vt apud Suetonium reperimus, quod in vetere gentili ſtemmate. C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet, & hac ratione eum interemit.

10 **Celius** Sabinus Caſſii auditor † plurimum temporib. Veſpaſiani potuit, librum de edicto ædilium curulium conſcripſit.

11 **Neratius** † Priſcus cum Antonio conſulatum geſſit, patri Celſo operã dedit. Traianus princeps amicorum cõſenſu eum ſucceſſorẽ vſq; eo fertur deſtinaſſe, vt Spartianus in vita Adriani ſcripſit, vt ei aliquando prouincias cõmendauerit, ſi quid fatale ſibi contigiſſet, mox Neratius in Adriani conſilio fuit, cuius plura aliquando extabant volumina: Mẽbranarum libri ſeptem, Quæſtionum tres, quinque reſponſorum, e Plautio decem, & quatuor epiſtolarum. Regularum quoq; quindecim libros, & vnum de nuptiis compoſuit.

12 **Iulius** Iubentius Celſus filius † cõſul cum Neratio Marcello, & iterum cum Iulio Balbo Diui Adriani temporibus fuit, vnde quadraginta fforum libros, & inſtitutionum viginti conſcripſit, tredecimq; libros epiſtolarum edidit.

13 **Domitius** Labeo, & Ariſto eodem tempore fuerunt, quorum prior librum † epitomatum, & cõplures epiſtolarũ libros cõpoſuit. Ariſto aũt volumina de decretis Frõtianis ſcripſit, fuitq; iurecõſultus Gellii ſententia nequaquã indoctus, in cuius libro furta omnia apud veteres Aegyptios fuiſſe licita, & impunita, Idem Gellius lib. xi. ſe legiſſe ſcribit.

14 **Arrianus** Inſignis iuriſcõſultus † complures libros præſertim de re militari reliquit, & ſunt qui putãt hunc Arriani, & Antonini fuiſſe temporibus, & eum eſſe Arrianum, qui geſta Alexandri regis ſcripſit, quod nullus ideo improbare põt, ꝙ iureconſulti ius non hiſtoriam ſcribant, ſi aliud non afferat: nam Celius antipater, & plures alii Iureconſulti hiſtorias conſcripſerunt, ſed & carmina Modeſtinus edidit.

15 **Caius** Caſſius etiam diui Adriani † temporibus fuit, ad quẽ ſua ætate mulierem cũ quinq; liberis, quos vno fœtu enixa erat, productam fuiſſe dicit. Decẽ iuris ciuilis libros ſcripſit.

16 **Tertullianus** Quatuor † libros quæſtionum, & ſingulare de caſtrenſi peculio compoſuit, conſul fuit, & ab eo Senatuſconſultum Tertullianũ, quod Adriani temporib. factum eſt, niſi fallor, nomen habuit.

17 **Saluius** Iulianus iuriſconſultus † vrbis præfecturam, & bis conſulatum geſſit. Didii Iuliani, qui poſt Pertinacem imperium adeptus eſt, proauus fuit. Sub Adriano perpetuũ (vt Euſebius & Eutropius ſcribunt) edictũ cõpoſuit, & adeo prætoris edictum diligenter ordinauit, ꝙ ſm Marcellum caput ſiue nouam clauſulam introduxit, quæ ad perfectionẽ edicti prętoris, quo liberi emancipato pĩri coniunguntur, deſiderabatur. Adrianus princeps cũ iudicaret Saluiũ in cõſilio habuit, eũ deinde Antoninus Pius, poſtremò diui fratres ĩ magna veneratione habuerunt, huius apud Pomponium illa extat memorabilis ſententia. Et ſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc quidem addiſcere vellẽ. Nonaginta fforum libros de ambiguitatibus, vnum ad Minutium, ſex & quatuor ad Vrſeum reliquit.

18 **Voluſius** Metianus iuris ciuilis ſcientiam Antonini Pii temporib. profeſſus eſt, huic Imperator Marcus Antoninus philoſophus in ciuili diſciplina operam dedit, lib. Quæſtionum fideicommiſſorum ſexdecim & publicorum quatuordecim conſcripſit. Sed Martianum pro Metiano ſæpe vitio librariorum legimus.

19 **Valens his temporibus** Claruit, † & ſeptẽ fideicommiſſorũ libros compoſuit.

20 **Iabolenus** † Iuriſconſultus fuit celeberrimus, & eo in iure Antoninus Pius vſus eſt, e Caſſio quinque libros, epiſtolarũ quatuordecim, & quinq; ad Plautiũ reliqt.

21 **Marcellus** Hoc tempore † necnõ ſub Seuero floruit, octo ſuper triginta fforum libros, reſponſorum vnum, quæſtionum duodetriginta compoſuit, duo de iure conſcripſit militari, ſex ad leges & quinque de officio conſulis, fuerunt & Antonini Pii temporibus alii iuriſperiti. Vindius, Verus, & Vlpius non leues iuris authores, ſed qualiter eorum libri inſcribantur, non ſatis conſtat.

22 **Mauritanus** ſex libros ad ll. † & Taruntius paternus Militarium quatuor compoſuit.

Serbidius

Source : BIU Cujas

23 **Serbidius** Sceuola iurisperitissimus † fuit, eo M. Antonius philosophus imperator vsus est, præcipue cum iura dictauit. Papinianum & Seuerum, qui post Iulianū præfuit, imperio, docuit, viginti libros quæstionum rñsorum sex quadraginta fforum, & regularū quatuor scripsit, de qōne familiæ vnum, & vnum librum quæstionum publicè tractatarum reliquit, dicere solebat ius ciuile vigilantibus scriptum esse.

24 **Terentius** Clemens, † & Męnander per hæc tempora floruere, hic libros militiarum quatuor, ille viginti ad leges reliquit.

25 **Martianus** duos libros de appellationib. & sexdecim institutorum † scripsit, eiusdem esse quinq; alij libri feruntur, qui regularum inscribuntur libros etiam singulares tres composuit, quibus est titulus de delatoribus: Hypothecariæ, & ad senatusconsultum Turpillianum Martianus a Didio Iulianus Imperatore occidi iussus est. Sed euadens postea de consilio Alexandri principis fuit, duos libros publicorum iudiciorum etiam reliquit.

26 **Aemilius** Papinian. prætorio præfectus † Imperatori Seuero amicissimus, & (vt aliqui tradunt) affinis etiam per secundam vxorem fuit, eum iuris asylum, & doctrinæ legalis thesaurum Spartianus vocauit vnde viginti libros rñsorū, qōnum sex & triginta composuit, duos diffinitionum libros, & de adulteriis ædilium quoq; curulium singularem librū, & duodeuiginti fforum reliquit, eum occidi, eo ꝙ parricidium excusare noluisset Imperator Antoninus iussit, multi enim dñt Bassianum Antoninum occiso fratre illi mandasse, vt & in senatu per se, & apud populum facinus dilueret. Papinianum aūt non tam facile parricidium posse excusari, quam fieri, rñdisse Sixti Pontificis temporibus vrna argentea his verbis inscripta Romæ a quodam rustico inuenta est. Aemilij Papiniani iureconsulti, & pręfecti prætorio requiescunt hic ossa, cui infęlix pater & mater sacrū fecerunt mortuo anno suæ ætatis xxxviij. alii antiquorum marmorum inscriptiones secuti, sic dñt. Aemilio Paulo Papiniano præfecto prætorio iurisconsulto, qui vixit annis xxx. sex, diebus decem, mensib. tribus. Papinianus Hostilius Eugenia gracilis turbato ordine in senio heu parētes fecerunt filio optimo. Dū hæc contēplor, & iureconsulti istius opera cogitabundus ꝑspicio exēplo Cęsaris apud Magni Alexandri imaginē, ingemisco, quasi ingenii qualitatem perteſus, quòd in ætate, qua iam Papinianus magnam vt eius vitæ breuitas docet suorum librorum partem conscripsisset, nihil ī iuris disciplina memorabile egerim, annū enim quintum & vigesimum gero, & consultores nullos adhuc admisit, prohdolor nec responsis humanam societatem iuui.

27 **Macer** Duos libros militarium composuit, † publicorū duos, de offi. præsi. duos. Icaston duos, & duos libros de appellationib. scripsit Archadius vnum de testib. & Ruffinus duodecim libros regularum composuit.

28 **Papirius** Fronto quatuor † rñsorum libros reliquit. Pu-
29 blius † Furius antianus pr̄ quinq; libros edicti cō-
30 posuit, & Maximus † ad legem Falcidiam libros edidit.

31 **Caius** Duos & triginta libros † ad edictū prouinciale scripsit, ad leges quindecim, ad edictum publicū quindecim, aureorum septem: huius ēt Dodecadelti, hoc est duodecim tabu. sex libri erant, & tres institutionū, de manumissionib. tres, fideicommissorum duo, & quatuor singulares, quorum primus regularum inscribitur, alteri de casibus est titulus, tertium Dotalitiorum, & quartum Hypothecariæ vocauit. inter homines Bassiani Antonini temporibus fuit libros septem de origine vocabulorum etiam reliquit.

32 **Sext.** Cecilius in disciplina iuris † atq; legibus populi Romani noscendis, interpretandisq; scientia, vsu & authoritate illustris fuit, huius & Phauorini philosophi elegans de legibus xij. tab. disceptatio apud A. Gellium lib. vigesimo legitur, libros de significatione verborum, quæ ad ius ciuile pertinerēt, scripsit, & Hadriani tempore floruit.

33 **Iulius** Paulus Iaboleno & Papiniano operā dedit. † Prætu-
ram primum nactus, deinde consulatum gessit. Prę-
fectus ab Heliogabalo, siue (vt aliis placet) ab Alexandro factus
apud eum in magna veneratione fu t. tres & viginti responsorū
libros conscripsit. Quæstionum sex supra viginti, ad edictū octo-
ginta tres, & viginti breuium, ad Plautium duodeuiginti, ad Sabi
num sexdecim, decem ad leges, regularum septem, sentētiarum
vel factorum sex, sententiarum rursus quinque, ad Vitelliū qua-
tuor, ad Neratium quatuor, fideicōmissorum tres, de adulteriis,
decretorum tres, manualium tres, de officio proconſ. duos, ad l.
Iul. duos. Institutorum duos, de iure fisci duos, ad legem æliā sen-
tiam tres, libros præterea singulares reliquit, regularum rursus, re
gularum tertiò, de officio præf. vigilum, de pęnis Paganorum, de
officio præfec. vrbi. de pęnis militum, de vsuris, de iure codicillo-
rum, de officio prætoris tutelaris, de pęnis omnium legū, de gra-
dib. & affini. de excusationibus tutelarum. ad S.C. Orficianum, ad
S.C. Tertullianum, ad S.C. Velleianum, ad S.C. Libonianum, seu
Claudianum, ad S.C. Syllanianum, ad regulam Catonianam, de
extraordinariis criminib. de Hypothecaria, ad Municipalem, de
publicis iudiciis, ad oronem diui Seueri. de inof. testa. de secundis
tabulis, ad oronem Diui Mar. de tacito fideicommisso, de septē
uiralibus iudiciis, de iuris & facti ignorantia, de iure singulari, ad l.
Fal. ad legem Velleiam, ad legem Cinciam, de portionib. quæ li-
beris damnatorum conceduntur, de adulteriis, de iure libellorū,
de iure patrona. de testamen. de instructo & instro, de appellatio
nibus, de iure patronatus, qđ ex lege Iulia & Papia venit, de actio-
nibus, de intercessionib. fęminarum, de concurrentibus actioni-
bus, de legi. de libertatibus dandis, de donationib. inter vir. & vx.
de legitimis hæreditatibus & de senatusconsulti. Librum etiā sin-
gularem, cui est titulus, de variis actionib. & octo fforum libros
composuit. Patauinus fuit, eiusq; statu a (vt audio) adhuc extat in
patria, quam tanti viri doctrina, & amore captus viserem, nisi Cę
saris & Gallici regis milites Patauium obsiderent.

34 **Hermogenianus** † sub Alexādro principe iuris scientiam profess̄us, sex iuris Epitomatum libros reliquit, Iulius autem viginti constitutionum libros conscripsit.

35 **Pomponij** Complura extabant † aliqñ volumina, viginti epistolarum libri, ad ædē octoginta, ad edictum quatuor & octoginta, insuper vnum & quadraginta libros lectionum ad Q. Mutium scripsit, ad Sabinum quinque supra triginta, variarum lectionum quadraginta, librum singularē regularum etiam reliquit quadraginta fforum, de stipulationib. decem & septem, senatusconsultorum quinque, ad Plautium septem. Enchiridij duos & quinque fideicommissorum. Discēdi cupiditatem solam viuendi rationem optimam existimauit, eamq; in octauum super septuagesimum ætatis annum perduxit, in terris Alex. temporib. agens, eius familiaris & fere socius fuit.

36 **Aphricanus** non leuis † in ciuili professione author Alexādro Imperatore familiariter vsus
37 est instructus a Papiniano, nouem libros † quæstionum reliquit.

Fabius Sabinus pr̄em Sabinum insignem virum & consularem habuit, ad quem Vlpianus, Paulus, & Pōponius libros scripsere. Papinianum audiuit, de ꝑsilio Alexādri principis fuit, tres rñsorum libros reliquit, ad Vitellium xx. fforum. & ad edictum prætoris vrbani quinque, tres libros præterea iuris ciuilis scripsit, epistolarum octo, & ex Proculo singularem.

38 **Celsus** Non minorem authoritatē † quàm Sabinus apud Alexandrum habuit, & similiter operam Papiniano dedit, ad Sabinum tres & triginta digestorum libros, quæstionum vnum s̄. viginti conscripsit.

39 **Domitius** Vlpianus præfectus prætorio † Alexandri familiarissimus, tutor & scrinii magister fuit, eum verticem legum & nobilissimum & egregium Modestinus appellauit, decem libros pro tribunali, & totidem de officio proconsulis reliquit, ad edictum tres & octoginta, viginti ad leges, septem regularum, fideicōmissorū sex, eius pręterea esse libri quinque de adulterijs ferūtur, de appellationibus quatuor, ad Sabinū vnus & quinquaginta, opinionum sex, de officio cōsulis tres, rñsorum duo, sex de sensib. institutorumq; duo, septem etiā libros singulares composuit, quos scripsit de sponsalibus, de officio prę fecti vigilum, de officio prætoris tutelaris, de officio quęstoris regularum, de officio præfecti vrbi. de officio curatoris reipublicę, libros publicarum disceptationum ad perennem scientiam, & memoriam pariter edidit. Tyriorum colonia originē traxit, quę seculorum antiquissima, armipotens, fęderisque, quod cum Roma. percussit, tenacissima fuit.

40 **Florentinus** his tēporibus † sicut Triponius floruit, quorum prior duodecim libros institutorum, & alter vnum & viginti, quos inscripsit, disputationum composuit.

41 **Venuleius** Alexandro gratissimus, † & Papiniani auditor decem libros actionū conscripsit, vnū de pęnis. Paganorum & publicorum tres, præterea sex libros, quibus est titulus de interdictis, vndeuiginti stipulationum, & quatuor de officio proconsulis edidit.

42 **Calistratus** quatuor libros † de iurē fisci reliquit, de cognitionibus sex, institutorum tres, quæstionum tres, & sex edictorum monitoriorum, hunc sicut alios complures Alexander in magno honore habuit.

43 **Herennius** Modestinus † Papiniani discipulus consulatum Alexandri temporibus gessit. Maximum iuniorem docuit librum vtilissimum, qui de excusatione tutelæ & curæ inscribitur e Græco in Latinum in sermonem transtulit, & vbi aliqua ad transferēdum inepta cognouit, ipsa legum verba apposuit, quare hæc quæ Tribonianus ex illo Modestini libro ad conficiendam magnam tituli partem de excusationibus tutorum exerpsit, multi imperitia Græci sermonis perperam intelligunt. Politianus tñ non modo Modestinum illius tituli partem transtulisse inficiatur, verumetiam indocto cuipiam totius tituli translationem ascribit, quā esse ineptā affirmare audet. Modestinus ēt decem libros regularum cōscripsit, excusationum sex, duodecim pandectæ, differentiarum nouem, eius præterea esse vndeuiginti rñsorum libri dñr, de pęnis quatuor, singulares

Source : BIU Cujas

gulares de præſcriptionibus, de legatis & fideicommiſ. de teſtamen. de ri. nup. de enucleatis caſibus, de differentia dotis, de manumiſſionib. de inof. teſtam. & de curematicis. metricè argumenta, quæ hactenus Ouidio Naſoni aſcripſimus, in libros Virgilij fecit, ſi Benedicto Philogio Florentino ad probationem citāti codicem Maronis vetuſtiſſimum credimus. Fuere Alexandri temporibus Hermogenes, Alphenus iunior, Metianus Proculus, & Iulius Frontinus, qui omnes ſplendidiſſimo Papiniano operam dederunt, & Alexandri Imperatoris familiares, & ſocij fuerunt, & plurimos in iure ciuili libros conſcripſere, ſed qualiter eos inſcripſerint, adhuc in occulto eſt apud me. Te admonere velim præmiſſos ferè omnes Iureconſultos, qui ſub Imperatore Alexando inter homines fuerunt Scueri & Antonini temporibus etiam claruiſſe, vt ex eorum ſcriptis liquet, ſed cuius temporibus ſequentes Iuriſperiti ius ciuile profeſſi ſint, non ſatis conſtans eſt opinio.

44 Quint. Saturninus decem libros † ad edictum reliquit, & Suphus duos quæſtionum libros cōſcripſit. Adria-
45 nus verò duos † libros de interdictis compoſuit, aſt Puteolani extabant aliquando aſſeſſorum libri.

46 Sextus Pędius de ſtipulationibus † libros conſcripſit, & ad edictum quinque & viginti, in quorum vltimo, vt Paulus refert, de bonorum poſſeſſionibus notas non eſſe literas noſtras ſcribit, quo argumento ſcribentes ſyllabas, aut dictiones compendiarijs notis confutantur, cum e literis ſyllabę, e ſyllabis dictiones fiant, ſicut oſo ex dictionib. conficitur. Sed hæ notæ nō ſunt literæ, ergo ex eis ſyllaba, nec dictio fieri poſſunt, hoc vitio cum in alijs vocabulis, tum his in tribus, quòd, quæ, quàm, quādo non inflectuntur noſtræ ætatis homines laborant, de quo in noſtris de ortographia libris, quos adoleſcens adhuc conſcripſi, abunde diximus, & memini patrem meum Guigonem Riualliū Iuriſconſultum (dum allata a tabellione quorūdam Iuriſperitorum frequenter notis vtentium reſponſa præſes Marcellinopolitanus legeret) ſubridendo dixiſſe notas multorum imperitiam excuſare, qui in barbariſmum, aut ſolęciſmum cum alijs modis, tum ſi promiſcuè literis, aut caſibus vterentur, incidere dubitantes notas libēter vſurpant. Et apud veteres vſus notarum nullus erat. Sed vt celeriter comprehenderent quædam verba atq; nomina e communi cōſenſu primis literis notabant, vt Probus tradit, & monumenta antiqua, hiſtoriarum libri, & numiſmata docent. De altera parte iuris ciuilis, quæ ius non ſcriptum appellatur, dicere non eſt animus, propterea quòd in origine parum difficultatis habeat: nam diuturni mores conſenſu vtentiū comprobati id ius conſtituunt, legesque imitantur, tollunt, aut interpretantur. Et non immeritò in duas ſpecies ius ciuile Romanorum ſicut in principio libelli noſtri diximus. diſtributum eſt; quoniam eius origo ab Athenienſibus, & Lacedæmonijs authore Iuſtiniano fluxiſſe vī, & Athenienſes legibus ſcriptis rempublicam magis gubernabant, Lacedęmonij autem tm̄ ab vſu iuris ſcripti abfuerunt, vt Licurgus eorum legislator ſanctione conſtituerit, ſi Plutarcho credimus, ne ſcriptis vterentur legibus.

AYMARI RIVALLII ALLOBROGIS IVRIS CIVILIS HISTORIAE, Liber ſingularis.

SVMMARIVM.

1 *Ius pontificium, ſeu canonicum a quibus manarit.*
2 *Pontifex maximus primus quis fuerit, & a quo creatus.*
3 *Conſtantinus Imperator ſtatuit, vt in eligendo Pontifice neceſſaria non eſſet principis authoritas, quæ olim erat requiſita, & qui Imperatores illius ſunt imitati ſententiam.*
4 *Otho Imperator Romanus ius eligendi Pontificem a clero populoq; Rom. ad ſe & ſuos ſequaces retraxit, & qui Imperatores fuerunt imitati.*
5 *Petrus Apoſtolus primus Pontifex maximus Chriſtianus, quid ſanxerit in eccleſia.*
6 *Gregorius Nonus librum Decretalium per Raymundum ſub congruis titulis redegit, & ſuas conſtitutiones illi volumini adiecit.*
7 *Bonifacius Octauus librum ſextum Decretalium confecit.*
8 *Guelphorum, & Gebellinorum factio quib. temporibus, & quare orta eſt.*
9 *Iubileus annus quinquageſimo anno quoque per Clementem celebrari ſtatuitur, & quare.*
10 *Bonifacius Octauus Philippo pulchro Gallorum regi infeſtus fuit, et quales inter ptroſq; fuerint diſcordiæ, & Bonifacii finis infauſtus.*
11 *Clemens Quintus librum Clementinarum compoſuit, quem Ioannes vigeſimus eius ſucceſſor edidit.*
12 *Bonifacius Octauus aliiq; Pontifices poſt ſextum Decretalium librum extraordinarias aliquot conſtitutiones ediderunt.*



1 POſtremò Sciendum eſt, conſtitutiones ēt a Pontificibus fuiſſe relictas, quę ſub nulla iuris ciuilis parte continent, ſed per ſe ius ſeparatum conſtituunt, † quod pontificium a cōditoribus appellat, de quo aliquid dicēdum eſt, quum ciuilem ſanctionem ſæpius tollat, reſtringatque, & eo ad ius vnicuique reddendum frequenter vtamur: pauca tm̄ de hoc iure pōtificio referā: quia non ſex partes, vt ius ciuile, ſed vnam tm̄ habet: per paucis .n. diuorum pr̄um conſtōnibus exceptis, de quib. pars Decreti facta eſt, ſolas Pontificum ſanctiones continet, prętera in ſecundo iuris ciuilis hiſtoriæ libro multa ex hoc iure explicuimus. Ante oēs ergo Numa Pompilius pōtificem maximū
2 creauit, † quē oībus præeſſe aliis pontificib. conſtitutis voluit, & ei oīa exſcripta exſignataq; attribuit, vt in primo Liuij libro legitur, & quib. hoſtijs, quibus dieb. ad quæ templa ſacra fierent, cæteraq; omnia publica priuataq; ſacra idem rex pōtificijs ſcitis ſubiecit, vt eſſet, quo plebs conſultum veniret, ne quid diuini iuris patrios ritus negligendo & peregrinos aſciſcendo turbaretur, voluit quoq; Numa Pompilius, vt non ſolum cęleſtes cęrimonias, ſed iuſta etiam funebria, placandosq; manes idem pontifex edoceret, & quæ prodigia fulminibus aliove iuſſu miſſa ſuſciperētur, atq; curarentur in pontificis cura poſuit. Ius etiam ciuile, & interpretandi ſcientia, & actiones populo dandæ, tantiſper apud collegium pontificum inter ſacra, cęrimoniasq; deorū fuerunt, Pōponius Iuriſconſultus, Liuius, Valeriusq; & alij ſcribunt: dum has actiones ab Ap. Claudio in forma redactas Cn. Flauius ſcriba, & libertino patre genitus populo tradiderit, & ius ciuile vulgauerit, vt deinceps in iure ciuili authoritate pontificum opus non fuerit. Sed poſtea de religione quaſdam conſtitutiones epiſcopi pontifices fecerunt, pontificales q; libros, & pleraq; alia habuerunt, vt abunde ſatis poſt Ciceronem in ſecundo iuris ciuilis hiſtoriæ libro retulimus. Hunc pontificatum maximum ſuffragijs populi etiam geſſerunt Imperatores. & quas vxores habebant, vt Cęſar, Mutius, Scęuola Iuriſcōſultus, Auguſtus, Titus & alij complures, ſicut hiſtoria vbiq; docet. Et cum quatuor pontifices ab initio eſſent, & hi quidē patricij omnes poſtmodum Ogninio plebiſcito alij quatuor e plebe additi ſunt, vt in plebiſcitis diximus, ius ēt pontificum ac aliorum ſubrogandorum collegio ipſorum competebat, ſed poſtea iſtud ius pontificum ac aliorum ſacerdotum ſubrogandorum a collegijs ad populum translatum eſt per Cn. Domitium plebis tribunum, vt Trāquillus in Nerone author eſt. Propterea q̄ aliū, quàm ſe in patris ſui locum pōtifices cooptaſſent: primus aūt, qui pontificatū maximum geſſerit, Martius Martij patricij filius fuit, huncq; Numa creauit. Aſt longè poſt alium ſanctiorem pontificatū Chriſtus imperante Auguſto natus inſtituit, & Petrum ore ſuo ſacratiſſimo primum Pontificē & ſuę religionis Chriſtianæ paſtorem atq; pr̄em conſtituit, eiq; claues regni cęleſtis dedit, ac ſm Matthęum fidei noſtræ ſcriptorem, & hiſtoricum, ligandi ſoluendiq; ptātem, & quid in terris ligaret, ſolueretve in cęlis, ligatū vel ſolutum foret. Alij poſt Pet. antiſtites populi ſacerdotum ſuffragiis habita Imperatoris confirmatione
3 creati fuerunt, ſed poſtea † Cōſtantinus Imperator ſanctitate Bened. ſecundi permotus cōſtituit, vt in eligendo Pontifice neceſſaria nō eſſet Imperatoris authoritas, idē poſt Conſtantinū Adrianus tertius antiſtes magnus inſtituit. Sed deinde cōpulſo Ioā Clerus populusq; Rom. Leonem octauum creaſſet, & adhuc mutata ſnīa Benedictū obrogato Leone ſuffeciſſent Otho Imperator
4 Romanorū incōſtantia pertęſus oēm eligendi Pontificis † authoritatem a clero populoq; Romano ad Imperatorē tranſtulit, & reiecto Benedicto ſuſcipere Leonē coegit, vt apud Platinam in Leone Octauo legitur. Poſtremò Nicolaus ſecūdus legē in Lateranenſi cōcilio tulit, vt ſi quis pecunia, vel gr̄a humana, aut populari militari ve tumultu, ſiue ꝯcordi, & canonica electione Cardinaliū eſſet in ſede Petri collocatus, is nō apoſtolicus, ſed apoſtaticus. i. rōne deficiens meritò vocaretur, ſacerdotibusq; populo & Cardinalibus Deū colentib. liceret illū vt prædonem anathematizare, & quouis humano auxilio a ſede apoſtolica propellere, atq; quouis in loco ſi in vrbe non liceret, Chriſtianos huiuſce
5 rei cā congregare. Sub diuo Petro primo † Antiſtite maximo, & ſuis in hoc ſacerdotio ſucceſſorib. cōplures alij minores pontifices in diuerſi mundi regionibus fuerunt, quib. alij ſacerdotes minimi paruerunt, & adhuc obtēperant. A Petro vltra alia inſtituta partem ordinationis miſſæ habemus: nam poſt conſecrationem a Chriſto introductam oratione illa, Pater noſter, vſus eſt, quòd noſtri ſacerdotes hodie ſeruāt. At miſſæ introitum Cęleſtinus dedit, Gregorius Kyrie eleyſon inuenit. Gloria in excelſis Deo, a Thelophoro. Collationes a Gelaſio primo, & epła Euangeliūq; a Hieronymo miſſæ addita ſunt. Alleluia verò ex eccleſia Hieroſolymitana, & Symbolum in concilio Niceno ſumpta fuerunt. Mortuorum autem commemorationem Pelagius, & thus Leo tertius inuenit. Ex Innocētio primo oſculum pacis in miſſa habemus, ſed cantationem Agnus Dei, Sergius pōtifex inſtituit. Et vt in miſſa, Sanctus Deus Sabaoth cantaretur, & vt ſoli

Source : BIU Cujas

ſacrorum miniſtri ſacra vaſa tangerent, vtq; corporalia ex lineo panno puriſſimo fierent, Sixtus primus mandauit. Petrum ergo primum pontificem maximum alij deinde antiſtites ordinatim ſecuti ſunt, qui auctoritate Dei fungẽtes, & ab eo ptãtem hñtes, multas p ſalute hoĩum, & Chriſtiana religione ꝯſtitutiones dederunt, fecerunt, excogitaruntq;. Quas poſtmodũ e diuerſis volu
6 minibus † in quinq; decretaliũ libros Gregorius nonus per Raymundum ſub ꝯgruis titulis redegit, ſuas quoq; conſtitutiones illi volumini adiecit, vt ipſe teſtis eſt in epſa, quam iureconſultis Bononiæ cõmorãtibus ſcripſit. Præſtat aũt hæc reductio cęteris, quę Gregorius Antiſtes maximus in vita peregerit, licèt Franciſcum authorem minorũ, & Dñicum prædicatorum principẽ in Deos retulerit, & licèt Federicũ Imperatorẽ ſępius monuerit, vt Hieroſolymas recuperaret, fideiq; Chriſtianæ hoſtes aggrederetur. Sed tandẽ inter Gregorium & ipſum Federicum ortũ eſt diſſidium, Põtificiq; fauentes Guelphi, & qui Imperatoris partes ſequebantur, Gebellini tũc primũ appellati ſunt, nec lõgè poſt Grego. quartodecimo ſui pontificatus anno menſeq; tertio mortuus eſt, vt apud Platinã legimus. Sanè poſt libros Decretaliũ à Greg. factos, nõnullæ ſanctiones ab eo, & alijs Romanis pontificibus eidem ſuccedentibus compoſitæ ſunt, e quibus ſuis additis Bonifacius
7 octa. opera Guilielmi, Berengarij, & Richardi † vſus ſextum decretalium librum confecit, & quinque libris a Gregorio iam ordinatis coniunxit, hi omnes libri inter manus noſtras uerſantur, quare fruſtra conſtitutiones ibi poſitas referrem.

Fuit autem Hic Bonifacius octauus, ſi Platinæ credimus, natione Henricus, qui per oẽs ſacerdotiorũ gradus ad pontificatũ cum ambitionis crimine puenit. Ludouicum Gallici regis ſanguine natum in diuorum numerũ
8 retulit. Gebellinos maximo † odio perſecutus eſt, Eugubium quoque vrbem, quæ Gebellinorum auſpicijs ab eo deſciuerat, ſtatim recuperauit, & cum die cinerum Prochetus Gennẽſis antiſtes ad ipſius Bonifacij pedes veniſſet, memento homo ait, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem reuerteris, neq; e more in caput, ſed in antiſtitis oculos cinerem coniecit, centeſimo quoque anno iubileum, quo plenam omnium delictorum remiſſionem viſitantes Romã conſequerentur, obſeruari mandauit. Sed cum
9 hoĩum ætas centum annorum ſpaciũ attingere non poſſet, † Iubileum Clemens ſextus hẽri poſtea quinquageſimo quoq; anno voluit. At tandem Bonifacius in tantam diſcordiam cum Philip
10 po Gallorum rege peruenit, † vt ſuos proficiſci Romam, aut illuc mittere pecuniam primum rex prohibuerit, deinde conuocatis ſacerdotibus & patriciis iniurias a Bonifacio acceptas, eiuſq; ambitionem & artis, quib. occupauerat pontificatum, commemorauerit, & ad ſedem Apoſtolicam, tunc ſua opinione vacantem futurumq; conciliũ appellauerit, quare Pontifex dolens habito gñali concilio Philippi regnũ Alberto Imperatori ſubiecit. Tum Philippus prętextu ſuæ appellationis publicandę, Sarram columnenſem timore Pontificis latentem cũ Nogaretio Gallo equite fideliſſimo Romã miſit, quorũ opera Bonifacius captus eſt, quintoq; & trigeſimo die poſt dolore animi confectus octauo pontificatus anno, ac menſe nono decimoq; ſeptimo die periit.

Rurſus Quia mederi cauſis poſtea dolo & iniquitate hominum emergentibus iura iam lata non poterãt. Clemens quintus antiſtes magnus vnum ſanctionum librũ com
11 poſuit, † quem Ioannes vigeſimus eidẽ ſuccedens edidit, cũ morte præuentus eum Clemens emittere in lucem non potuiſſet, liberq; a condentis nomine dictus eſt Clementinæ. Et cum Vaſco Clemẽs natione eſſet, eumq; Burdegalæ exiſtentem Cardinales Peruſij antiſtitem magnũ creaſſent, Burdegala cuius antehac epiſcopus erat, magnũ Ludunum profectus, cõuocatisq; illuc Cardinalibus põtificatus ſedẽ in quatuor & ſeptuaginta annos in Gallias tranſtulit, tres Cardinales, qui vrbem & Italiã gubernarẽt, cũ ſenatoria poteſtate Romam miſit, huius Põtificis tempore Templarij, qui prius Chriſti milites erant, a noſtra religione ad vanam ſuperſtitionem defecerunt, eapropter, qui ex eis cõprehendi poterant interfecti fuerunt, ipſorumq; bona partim Hieroſolymitanis militibus, qui paulò ante inſulam Rhodum occupauerãt, partim nouis religionibus a Clemente attributa fuere, vt Platina author eſt. Cęleſtinũ quintum approbatis eius miraculis in ſanctos retulit, vt motus Italiei comprimerentur Henricum a Germanis Imperatorem electum hac lege confirmauit, ſi intra bienniũ Italiam ingrederetur, & Romam captũ coronã iret, qđ Imperator, & pollicitus eſt, & fecit octauo pontificatus anno menſe decimo ac quintodecimo die Clemens mortem obiuit. Adhuc ſanctionibus prædictis non ſufficientibus poſt ſextum Decretalium librum alij quoq; Pontifices maximi, vt Ioannes vigeſimus ſecun-
12 dus † Bonifacius octauus, Benedictus vndecimus, & plures alij extraordinarias aliquot cõſtitutiones ediderunt. Sed & hodie vnuſquiſq; maximus antiſtes poſt ſuam creationẽ nos ligat præceptis & conſtitutionibus. Quę omnia habemus, ſeruamus & tenemus. Inter pontificales libros eſt etiam vnus, quod decretum a noſtris iuriſperitis appellatur, & pręclara ſanctorum, aliorumq; dicta, pręceptave continet. Hęc ſunt, quæ Deo optimo maximo ſuffragante ſcripturus eram de hiſtoria ciuilis ac pontificij iuris.

VALENTINI FORSTERI IVRECONSVLTI,

De Hiſtoria Iuris Ciuilis Romani, Libri tres.

In quibus traditur ortus Romani Imperij: ſubijciuntur mutationes inſignes magiſtratuum in Re pub. Rom. & cauſæ: initia & progreſſus Iuris Ciuilis: nec non ſecundùm ſeriem annorum Catalogus legum, tam ad publicum quàm priuatum ſtatum pertinentium: deniq; Vitæ veterum Iureconſultorum, à Papyrio inde vſq; ad Iuſtinianum: item recentiorum Iureconſultorum, qui à reſtituta per Lotharium Saxonem Iuris profeſſione, celebritatem ſcribendo, conſulendo & docendo, ad ætatem noſtram conſequuti ſunt.

LIBER PRIMVS.

DE CAVSIS MVTATIONVM IN IMPERIIS.

MVLTI quidem, ijq; magni nominis viri, cùm viderent noua ſemper orta & adaucta eſſe regna: eadem deinde, quaſi maturitatem ſuam aſſequuta, conſenuiſſe, ac tandem prorſus interijſſe: idq; non ſine magnis cladibus generis humani factum eſſe: magno ſtudio, ſummaq; contentione cauſas harum mutationum in Imperijs diligentius inquirere, inueſtigare, atque perſcrutari conati ſunt.

Vt. n. totius mundi machina, & oĩum in ea rerũ creatio, ac cõſeruatio oñdunt & cõprobãt, nec caſu factas, aut creatas res eſſe, nec ſine numinis æterni & oĩpotentis p̃ſidio & auxilio cõſeruari: ita ĩ hac ipſa Imperiorũ ꝯſtõne ac mutatione, cuiuis obuiã eſt, ea ſũ aut fortuitò regna nec ꝯſtitui, nec firmari, nec deniq; trãsferri.

Quis enim exiſtimet tantas clades, quę gñi humano, vel in Regnorum conſtitutionibus, vel deſtructionibus illatæ ſunt, & contigerunt, fortuitò & caſu accidiſſe? Quis ẽt nõ deplorabit, & conquereſ, horrendas confuſiones, quę in Imperijs ſemper fuerunt? Vt de Romano ſolùm Imperio dicam: quãto ſanguine illud partum & acquiſitũ eſt? Quantis deinde bellis ciuilibus, Syllæ, Marij, Cinnæ, Cæſaris, Pompeij, Bruti, Antonij conquaſſatum & perturbatum? Quantis deniq; irruptionibus Gotticis, Vandalicis, Hunnicis, Arabicis, Turcicis diſſutum ac diſcuſſum? Ita vt veram eſſe querelam, quæ apud Ouidium extat, res ipſa declaret:

— Sic omnia verti
Cernimus, atq; alias aſſũmere pondera gentes,
Concidere has. — Item:
— Summiſq; negatum eſt,
Stare diu. —

Aiunt Scipionem capta Carthagine ſpectantem incendium illachrymaſſe, ac dixiſſe: Deplorandã eſſe fortunę incõſtantiã in reb. humanis: ſe non modò dolere vicem Carthaginis, quę olim florẽs virtute, opibus & imperio, nũc ſpoliata incẽdio pereat: ſed ẽt de Romanæ vrbis fato cogitare, quę aliquanto poſt ſimili calamitate ſit peritura: quia nulla imperia perpetua ſint.

Harum itaq; mutationũ & variationum in Imperijs cauſam Plato, qui ſapientiæ laudẽ præ cæteris philoſophis aſſequutus eſt, ponit: quia in generatione iungatur ſeſquitertiæ quinarius.

Hoc eſt, ſicut ſeſquitertia rõ diateſſaron, quę eſt imago optimę Reip. aucta, ſcđm ternarij pfectionẽ, nõ ꝓducit retinẽtia ſuę originis, iuſtã ἁρμονίαν & ſuauitatẽ, ſed puras puta diſſonãtias: ita & optima Reſpublica, cũ puenit ad ſui auctionẽ, nõ retinet ſuũ naturalẽ ſtatum, ab initio cõſtitutum: ſed prorſus ꝟria ꝓducit, deſtruentia harmoniam ipſius: nempe leges & totam imperij formam.

Per harmoniã. n. præcipuè Platonẽ depingere leges Rerũpub. facilè cõſtat ex Ariſtotelis ſectione 19. Problem. 28. Et vt numeris ipſis res perſpicua magis & clara fiat, cõponaẽ rõ ſeſquitertia, quę eſt diateſſarõ, ter: & prodibit dupla, ſuper decẽ partiẽs vigeſimas ſeptimas, quæ conſiſtit inter duos cubos, nempe 64. & 27.

Cadant igiẽ inter eos duo medio loco ꝓportionalia, hoc modo: 64. 48. 36. 27. Conferantur aũt primò tres numeri quicunque, medio exempto: & habebimus rationem, quæ eſt ſemidiatoni cum diapente. Conferãtur poſtea extremi numeri 64. & 27. & habebimus rationem, quæ eſt diapaſon cum ſemiditono.

Horum

Source : BIU Cujas

Horũ igit duorũ modorũ, vt violẽta inter ipſos diſſonãtia ꝓſi deret, aſcẽdamus primò p ſeptimã ex r vt in F faut. Poſtea ex hoc per decimã aſcẽdamus vſq; ad excellẽtes in Alamire Simul igit ſonantib. horũ triũ locorũ vocibus, audiemus dirũ vlulatũ, imò clamores Lapitharũ & Centaurorũ, inter ſe diſſono, vario ac deformi rugitu certantiũ. Hęc tãta diſſonantia, nõ tñ à Muſicis, ſed ẽt ab oĩbus cantorib. malè audit. Diſtat eñ à r vt decima ſexta. Diligenter igit conſideret, has duas diſſonãtias non ſimpliciter p ſe eſſe diſſonas, ſed ẽt inter ſe tãquam duo peſſima mala contraria acerrimè pugnare: qua maxima pugna, ſtrepitu & tumultu omnes totius Scalæ cum diateſſaron optimæ harmoniæ, nõ modò non audiuntur, ſed prorſus obruuntur & intereunt.

Ita (ait Plato) prorſus fieri ĩ optima Republica, q̃ naturali mõ pfecta, ſcdm ternariũ, quùm aucta eſt, profert ſibi ꝓria: quæ inter ſe violẽtiſſimè pugnantia faciunt turbationes, & totales mutationes legum & imperiorum adferunt. Quùm aũt hi numeri, 64. & 27. proferant eas diſſonãrias, multiplicent ſimul inter ſe, tum cũ producent numerũ annorum: quo iſta ꝓria euertentia leges & ſtatus Rerumpub exiſtunt, nempe 1728 annos. Horum partem ſubtriplam ſuper tripartientẽ octauas, tribuunt mutationib. principatuum, nempe 512. annos: cubum ex octo, ad quæ 12 habent ſeſquialteram rationem: hoc eſt, duodecim habent ſe ad octo, vt tria ad duo: quæ eſt ratio uiuidi & geſtientis diapente.

Status igit & leges ꝓſtituunt, cũ principib. hãc exhilarantẽ ſuauitatẽ diapẽte, dũ principes manẽt ſimplices numeri, hoc eſt, ſubiecti legibus: vt binarius multis modis eſt ſubiectus ternario. Cũ verò fiunt ſolidi, hoc eſt, negligentes legũ, contẽptoresq; oĩs diſciplinę, ſua tñ quærentes, nec ſtatum publicũ augentes, turbant hãc ꝓcinnã & viuificã diapẽte ἁρμονίαν, qua turbatione ſibi interitũ accerſunt vltrò: ſicut octonarius repręſentãs principes, dũ nullũ aliũ numerum niſi ſe ter auget, procreat eũ numerũ, quẽ Plato ꝓſtituit euertorẽ principatuum Hẽt autem hæc ratio celeriores mutationes, quàm ratio ſeſquitertia legum, vt cõuenit diapente: qđ vehementius fertur, & eſt excitatius quàm diateſſaron Quod etſi eſt dulciſonans, aliquanto tamẽ remiſſius & lãguidius ſonat.

Talis eſt ſtatus legũ & Reip. ſi nõ accedat Heroicus quidã zelus magꝝatuum, qui eſt viua vox legũ, ꝓſtituens diapẽte ἁρμονίαν: ita vt hoc modo ex diapente & diateſſaron conſtituatur vna quędã perfectiſſima & abſolutiſſima ἁρμονία, omnes alias complectens, nempe ſuauiſſimum diapaſon, omnis diſſonantiæ expers.

Superior verò numerus inuenit quoq;, ſi numerus τὸν πτηθμένος, ſeu diagrammatos, fiat ſolidus: hoc eſt, ſi duodecim, quæ numerant aream prioris quadranguli, cubicè multiplicentur.

Hoc modo ſimpliciter procedit Ariſtoteles, & primò quidẽ ipſe Plato: qui tamen poſtea alium videtur modum ſubiungere, cùm ſcilicet à numeris laterum pro ratione, quam habẽt ad vnitatem, progreditur vſque in quintum locum, hoc modo:

I.	
4	3
16	9
64	27
256	81
1024	243

Hi numeri oẽs aggregati cum vnitate, ẽt procreant 1728. quẽ numerum conſtat Platonem tribuere totalibus legũ mutationibus ex tota illa ſpeculatione, quam habet de duratione mundi.

Alij hanc ipſam mutationum in imperijs regniſq; cauſſam à motuũ cœleſtiũ rõne, nouiſq; Copernici ſpeculationibus deducunt. Exiſtimant enim, oẽs monarchias, oĩaq; regna, & cœpiſſe & adaucta eſſe, cùm centum excentrici in aliquo inſigni loco parui circuli fuit: in cuius circumferẽtia ab ortu in occaſum, centrum excentrici mouetur.

Sic, cùm ſolis eſſet maxima excentricitas, Romanũ imperium ad monarchiam declinaſſe: & quemadmodum illa decreuit, ita & hoc tanquam conſeneſcens defeciſſe referunt.

Sic, cùm centrũ dicti excẽtrici ſolis pueniret ad quadrantẽ, terminũq; mediocrẽ; lata eſt lex Mahometica, & aliud magnũ imperiũ exortũ, qđ velociſſimè ad motus rõnẽ creuit. Iã itaq; in centũ annis, cùm minima futura eſt excentricitas, hoc quoq; ĩperiũ ſuã ꝓficiet abſoluetq; periodum, vt iam circa iſta tpa in ſummo ſit faſtigio à quo æquè velociter, Deo volente, lapſu grauiore ruet.

Centro deinde excentrici ad alterũ terminum mediocrẽ perueniente, ſperamus adfuturum Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum. Nam hoc in loco circa creationem mundi fuiſſe tradunt.

Quæ ſanè erudita & ingenioſa cõputatio, & mutationis cauſa non multũ à dicto Elię diſcrepat, qui diuino inſtinctu mundũ ſex millib. annorũ duraturũ vaticinatus eſt: quo tpe duæ ferè reuolutiones peragunt Ex quo apparet, paruũ hunc circulũ à cẽtro excentrici deſcriptũ rotã illã fortunæ eſſe, cuius circumactu mundi monarchiæ initia ſumunt, atq; mutant, in quo circulo ſummę totius hiſtoriæ mundi mutationes inſcriptæ ꝓſpiciunt & apparent.

Aliunde hanc ipſam variationẽ & mutationẽ deriuat Cardanus, vir de Aſtronomia & naturę inueſtigatione bñmeritus. Refert hic mutationũ harũ in imperijs regniſq; cauſam ad extremã caudæ vrſæ maioris ſtellam. Hanc enim, cùm Roma cõderetur, vrbi verticalẽ fuiſſe oñdit, & docet: quę deinde, poſtq̃ receſſit, & à vertice declinauit, Romanũ quoq; imperiũ paulatim labi & attenuari cępit. Eadẽ deinde ſtella cũ verticẽ Byzãtinũ occuparet, imperiũ eò pariter deuexit, ac trãſtulit: & ꝓut iterũ vel deflexit, vel accęſſit, ita ſedẽ Ro. ĩperij ꝓſtituit & firmauit: donec tãdẽ Germanis ſtella hęc verticalis facta, imperij Romani molẽ ad eos pduxerit.

Hæc quidẽ etſi ingenuosè ac acutè dñr: harum tñ inſigniũ mutationum in imperijs cauſæ, non ab aſtris ſolummodò, tanquam ſecundis cauſis, petendæ ſunt, aut deducendę: verùm ab ipſo Deo Opt. Max. Hic enim regna conſtituit, & bonos gubernatores excitat. Quod multa teſtantur dicta Prophetica.

Daniel 2. Illius eſt ſapientia, & maieſtas: ille tempus & horam mutat, ille reges repudiat & conſtituit.

Pſal. 126. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem &c.

Pſal. 143. Qui dat ſalutem regibus.

Et Salomõ: Vt oculus videat, & auris audiat, Deus dat vtrunq;.

Et Paulus Roman. decimotertio: Quæ ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt.

Prouerb. 16. Libra & pondus, iudicia Domini ſunt.

Sic diuinitùs excitati & adiuti fuerunt. Dauid, Salomon, Ioſaphat, Ezechias, Ioſias, Nabuchodonoſor, Cyr⁹, Cõſtãtinus, Theodoſius, Carolus Magn⁹: vt & imperia reſtituerẽt, & Eccłiam adiuuarẽt. Sicut quoq; excitati ſunt, & adiuti diuinitùs, vt imperia & diſciplinã reſtituerent, etiãſi doctrinã de Deo ignorarẽt, Themiſtocles, Ariſtides, Alexãder Macedo, Fabius, Marcellus, Scipio, Paulus Aemylius, Auguſtus. Nã & hi quoq; res generi humano ſalutares geſſerunt, & politias mediocres erexerunt, & cõſtituerunt.

Quemadmodum quoq; regna & imperia ob impietatem, libidines, aliaq; ſcelera euertuntur & mutantur.

Prouerb. 25. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſticia thronus eius.

Prouer. 28. Propter peccata terræ ſæpe mutantur principes: & pp virum prudentem atq; intelligentem diuturna erũt imperia.

Eſaiæ 3. Veh qui iuſtificatis impium pro muneribus.

Eſaiæ 33. Veh qui prædaris, quoniam ſpoliaberis.

Prouerb 28. Quando iuſti exaltantur, regum eſt gloria: quãdo exurgunt impij, fiunt mutationes.

Syrach 10. Regnũ à gente in gentem transfertur pp iniuſticiã.

Michęæ 3. Audite principes: pp vos principes, & ſacerdotes Sion quaſi ager arabitur, & Hieroſolyma erit aceruus lapidum.

Zachariæ 11. Super paſtores irritatus eſt furor meus.

Prouer. 28. Rex iudicans in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.

Item: Cum ceſſat prophetia, diſſipabitur populus.

Sapientiæ 5. Malicia euertit ſedes potentum.

Leuit. 18. Oĩs anima, quæ fecit has abominationes, delebitur.

1. Reg 2. Glorificantes me, glorificabo.

DE ORTV ROMANAE MONARCHIAE.

Conſtituit Deus, firmatq̃ regna & imperia, vt p hæc ſocietati ciuili cuſtodias excubiasq; ponat. Hominũ enim ſocietas, & vitæ quaſi communitas magiſtratuum officio continetur: cuius hæc eſt vis, vt præſit, præſcribatq; recta & vtilia, & coniuncta cũ legibus: latrocinia, tyrannides & alios furores coerceat & puniat.

Deinde voluit quoq; aliqđ Eccłiæ ſuæ domiciliũ & aliquã ſedẽ ad finem vſq; mundi collocare, & qualiacunq; hoſpitia parare, vt vox diuina ad terminũ atq; exitũ mundi durare & ſonare poſſet.

Præcęteris verò regnis & imperijs monarchias erexit, quę magnam totius orbis terrarum partem tenerent, ac occuparent, tantamq; haberent potentiam, & eas vires, vt cęteros reges compeſcerent, & continerent: ac ſimul leges præſcriberent, iudicia & diſciplinam armis defenderẽt & tuerentur. Quas quidem quatuor futuras eſſe prædixit, vt certò aduentum Meſſiæ, & finẽ mundi, ac inſtans iudicium oſtenderet & definiret. Voluit enim Deus ſciri, hanc gñationem hoĩum nõ perpetuò duraturam: voluit quoq; tempora vtriuſq; aduentus Chriſti, & æternæ reſurrectionis prænonſtrare, vt pij confirmarentur, & cõſolationem, ac liberationis æternæ ſpem certam, & promiſſionem haberent.

Prima autem monarchia fuit Chaldęorum, qua & vicini Aſſyrij comprehenduntur. Incœpit ea anno mundi 1789. anno Noæ 733. & anno ſalutis ex aquis 131. Durauit annos 1636.

Secunda fuit Perſarũ, quæ incœpit à Cyro, anno mundi 3425. Durauit annos 209.

Tertia fuit Græcorum. Cœpit anno mundi 3634. Durauit annos 284.

Poſtrema monarchia eſt Romanorũ. Incępit hęc anno 3918. anno 2. Olympiadis 183. anno Vrbis 706. Hæc monarchia qualis futura fuerit, deſcribit Daniel cap. 7. Poſt hæc aſpiciebam, inquit, „ in viſione noctis, & ecce beſtia quinta terribilis atq; mirabilis, & „ fortis nimis, dẽtes ferreos habens magnos, comedens atq; commi „ nuens, & reliqua pedib. ſuis conculcans. Et deinde beſtia quarta „ regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnib. regnis: & „ deuorabit vniuerſam terram, & cõculcabit & comminuet eam. „ Et Dionyſius Halicarnaſſeus, cùm potentiam huius monarchiæ cum tribus præcedentibus cõferret, ait: At Romana ciuitas

Source : BIU Cujas

» terrę toti quęcũq; nõ eſt inacceſſibilis, ſed quę ab hoĩbus incolit,
» imperat. Maris ea totius quoq; dña: neq; ſolùm mediterranei, qđ
» eſt intra colũnas Herculis, ſed ẽt Oceani, quà nauigari põt, prima
» ſolaq; oĩum, quęcunq; ex oĩ ęuo referunt, ortũ & occaſum ter-
» minos imperij ſui faciens. Nec tps ei ptãtis, aut dñij breue eſt: ſed
» quantũ nulli aliarũ ciuitatũ, nulliq; regnorũ cõtigit: ſtatim eĩ ab
» initio poſt Vrbẽ conditã gẽtes finitimas ſanè multas atq; pugna-
» ces iuris ſui fecit: proceſſitq; ea ſemp, obuios quoſq; proſternens.
» Atq; hoc ſeptingẽtos iã & quadraginta qnq; annos vſq; ad Coſs.
» Claudiũ Neronẽ iterũ, & Calphurniũ Piſonẽ, qui 193. Olympia-
» de ſunt creati. Ex quo aũt totã Italiã obtinuit, confiſaq; eſt cõtra
» oĩum principatum progredi: mari quidẽ Carthaginenſes eijciẽs,
» qui nauali potentia plurimùm excelluerũt: Macedoniamq; ſub-
» ijciens, quæ tei reſtribus antè uiribus plurimùm pollere viſa erat.

Et Virgilius inquit:

Certè hinc Romanos olim voluentibus annis,
Hinc fore ductores, reuocato à ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus, quæ te genitor ſententia vertit?

Et paulo pòſt:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium ſine fide dedi. — Et deinde:
— Mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq; togatam:
Sic placitum, veniet luſtris labentibus ætas,
Cum domus Aſſaraci &c. —

Voluit aũt Deus Opt. Max. huius poſtremę monarchiæ ſummã eſſe potentiã, ſummumq; robur: vt in extrema, ac virib. oĩbus attrita prorſus, & attenuata mũdi ſenecta (quę diabolorũ, timentiũ inſtans iudiciũ Dei, furori ac inſidijs expoſita maximè & prõpta eſt, & vbi graſſandi inexplebilis libido ac effrenata appetentia creſcit indies, vires ſumit & augetur) qualeſcũq; politias erigeret, ac aliquod Eccleſiæ domicilium conderet, retineret, & cõſeruaret.

Huius verò monarchiæ originem & initium omnes à Troiano excidio repetunt, & deriuant.

DE REGNO TROIANO.

TRoianũ regnũ, vt paulò alti⁹ ordiar, cępit anno mũdi 2477. annis à diluuio 830. ab exitu ex Aegypto annis 24. Et paulo ante Troiani regni exordiũ conſcripti ſunt libri ſancti à Moyſe, nẽpe Geneſeos, Exodi, Leuitici, Numeri, Deuteronomij: ante natum Chrm 1483. Durauit hoc regnũ ſub ſex Regibus: quorũ primus fuit Dardanus, qui regnare cępit anno mundi 2487. ab exitu Iſrael ex Aegypto anno 34. ante mortẽ Moyſis circiter annos 8. anno ſecundo Amynthę Aſſyriorũ regis xix. ante natum Chriſtum 1476. Regnauit annos 31. De hoc ait Virgilius:

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & autor,
Electra, vt Graij perhibent, Athlantide cretus.

Item:

Atq; etiam memini (fama eſt obſcurior annis)
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur,
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab ſede profectum.

Et deinde:

— Hinc Dardanus ortus
Huc repetit, iuſſisq; ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenum ad Tybrim. —

SECVNDVS rex fuit Erichthonius filius Dardani. Regnare cępit anno mũdi 2518. anno 65. poſt exitum ex Aegypto, quo tempore Faunus apud Aborigenes in Italia regnum obtinebat, ante natum Chriſtum 1445. fuit in imperio annos 75.

Reliquit Erichthonius Troem, qui pĩi ſuffectus eſt anno mundi 2593. ab exitu ex Aegypto 140. ante natũ Chriſtum 1370. Ab hoc regio Troia dici cœpit, & incolæ Troes. Regnauit annos 60. paulo pòſt hiſtoria Ruth ſcripta eſt.

Troem ſubſequutus eſt Ilus Trois filius, anno mundi 2653. anno 200. ab exitu ex Aegypto, ante natũ Chriſtum 1310. Ab hoc Ilo tota regio Ilium nominari cępit. Regnauit annos 54.

Hic Ilus filium reliquit Laomedontem, qui abnepos fuit Dardani, & quintus in regno. Incępit regnare anno mundi 2707. anno exitus 254. ante natum Chriſtũ 1256. Eius regni anno 10. Hercules natus eſt, qui deinde Laomedonti bellum intulit, cuius Homerus facit mentionem in Iliad. lib. 5.

ὅς ποτε δεῦρ' ἐλθὼν ἕνεχ' ἵππων Λαομέδοντος,
ἐξ ὀλίγῃ σὺν νηυσὶ, τῇς ἀνδράσι παυροτέροισιν,
Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς.

Quod ſic Eobanus conuertit:

— Qui parua claſſe profectus
Sex ratum, ſacræ peruenit ad inclyta Troię
Mœnia, propter equos periuri Laomedontis,
Aequauitq; ſolo victrici Pergama dextra,
Exhauſitq; opibus cunctis, & diuite gaza.

Inſtaurauit itaq; Laomedon denuò Ilium, & muro cinxit, auxilio Apollinis & Neptuni. Durauit ei⁹ adminiſtratio annos 36.

Laomedontis filium Priamum Hercules p. tri ſubſtituit. Hic Priamus ita ciuitatẽ exornauit, vt nulli maxim arum vrbiũ ornatu & potentia tum cederet. Regnare hic cœpit anno mũdi 2744. ab exitu 291. ante natum Chriſtum 1220.

Priamus filiũ habuit Paridem, vel Alexandrum, qui Helenam Spartanorum regis vxorem rapuit: quã Greci repoſcentes, & ſpe recuperãdę eius fruſtrati bellũ p qnquenniũ decernunt: qđ deinde decẽnale factũ eſt. Hiſtoriã deſcribũt Dictys Cretenſis, Dares Phrygius, Homerus & Virgilius. Hui⁹ belli cã fuit adulteriũ Paridis: quẽadmodũ libidines, adulteria & ſtupra grauiſſimas ſemp ſecũ trahunt, ducuntq; ;pęnas. Sic Sodoma deleta eſt. Sic multis alijs vrbibus, regnis & ĩperijs exitio fuerũt libidines: vt oĩbus Greęis ciuitatib⁹, Thebis, Athenis, Spartę. Sic plurimi reges tragicis caſib⁹ interierũt, vt Aegyſthus, Clytẽneſtra, Macedonici reges ferè oẽs, Archela⁹, Philippus, Alexãder, Demetrius, Ptolemęi, Cęſares plurimi. Sic quoq; tota tribus Beniamin deleta eſt pp ſtuprãtã vxorẽ Leuitæ: & innumera alia extãt exẽpla. Neq; miſera hęc calamitas & deuaſtatio Troiæ ſolum cõis, & ſuo autore cõtenta fuit: ſed penè per oẽs familias vagatæ ſunt, mutationemq; regnis Aſię, Græciæ & Latij attulerũt. Raptus igitur incidit in annum mũdi 2765. & ab exitu 312. Excidium verò in annum mundi 2783. ab exitu 330. & diem 17. ante ſolſtitium, ante natũ Chriſtum 1180. De hoc excidio, & miſera deuaſtatione, ac cauſis ſic ſcribit Sibylla lib. 7.

ἔσται μὲν, ὅτε πᾶσα κακὴ καὶ δύσμορος οἴκτρως
Ἰλιας ἐπίεται τάφον, οὐ γάμον, ἔνθα Καθεῖα
κλαύσουσι νύμφαι, ὅτι δὴ θεὸν οὐκ ἐνόησαν,
ἀλλ' αἰεὶ καὶ τυμπάνοις καὶ κρότοις ἦχον ἔδωκαν. Hoc eſt,

Porrò tempus erit, cum fatis tota ſiniſtris
Ilias haud nuptum, ſed combibet improba buſtum,
Atq; ibi plorabunt Nymphæ miſerabile: quando
Non nouere Deum, ſed ſemper tympana pulſu
Tangere, ſemper eis crepitacula plaudere cura eſt.

Priamo itaq; interfecto à Pyrrho Achillis filio, iuxta aram: & incenſa deletaq; ciuitate, regnum Troianum deſiit, anno mundi 2783. & anno ab exitu 330. ante Chriſtum natum 1180. Mortem Priami Virgilius ſic deſcribit:

— Altaria ad ipſa trementem
Traxit, & in medio lapſantem ſanguine nati
Implicuit eomam læua, dextraq; coruſcum
Extulit, ac lateri capulo terras abdidit enſem:
Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit. —

DE REGNO LATINORVM.

AEneas itaq; poſtq; ex incẽdio Troiano euaſiſſet, ac liberatus eſſet, circiter ſeptẽ & triginta dies à captiuitate reliqas Troianas collegit, & vicinos Achiuos adminiſtrauit: anno ſequenti poſt deuaſtationẽ, circiter æquinoctiũ autumnale in Helleſpõtũ traiecit, & in Thracia per hyemem cõmoratus eſt. Gliſcente verè in Siciliã nauigauit: vbi & altera hyeme mãſit, ac vrbem Erynnis condidit. Poſtea mari ſedato circa mediam æſtatem Laurentum venit: vbi accepto loco Lauiniũ condidit. Tertiò à Troię excidio anno ſolus ſuis imperauit. Quartò, moriẽte Latino, cui⁹ filiã Aeneas duxerat, ſolus rerũ potiri cœpit: & primus rex Latinorũ factus ẽ anno mũdi 2789. ab exitu ex Aegypto 336. regnauit annos tres. De eius obitu ſic ſcribit Dionyſius: Cõmiſſo, inqt, acri prelio haud pcul à Lauinio, atq; multis vtrinq; cęſis, exercitus ſupuenię te nocte ſunt ſeparati. Aeneę aũt corpus nuſquã apparens, alij in Deũ translatũ: alij in fluuio, iuxta quẽ pręliũ fuit, ſubmerſum eſſe putant: eiq; Latini templum conſtruxerunt tali inſcriptione. PATRIS DIVI TERRESTRIS QVI FLVVII NVMICI VNDAS GVBERNAT. Aeneæ in Latinorum regno ſubſtitutus eſt filius Aſcanius anno mũdi 2791. ab exitu 338. anno ſecundo Samſonis ex cognatione Dan. Et anno à Troię excidio 8. Hic Albam Longam condidit. De Aſcanio ſic ſcribit Virgilius:

At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, (Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)
Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit, regnumq; à ſede Lauini
Transferet, & Longam multa vi muniet Albam.

Huic ſucceſſit Syluius terti⁹, regnauit annos 29. Hũc ſubſequutus eſt Aeneas Syluius, qui Latinis prefuit annis 31. Poſt quem regnare cępit Latinus Syluius, qui regnum adminiſtrauit annis 50. Huius coætaneus fuit Dauid.

Huic ſuffectus eſt Alba Syluius, qui in imperio fuit annis 39.

Poſt quem Capetus Syluius Latinorũ gubernacula ſuſcepit. Eius adminiſtratio durauit annos 24.

Hoc mortuo Capys, qui & Capuam condidit, ad regnum peruenit, in adminiſtratione fuit per annos 28.

Deinde Calpetus, cuius nihil extat memoria dignum: & ideo imperium eius minus diuturnum fuit. Præfuit annis 13.

Hunc ſubſequuti ſunt ordine ſex reges, nempe Tyberinus Syluius, Agrippa Syluius, Alladius Syluius, Auentinus Syluius, Procas Syluius. Is Numitorem atq; Amuliũ procreat. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Syluiæ gentis legat. Plus tamen vis potuit, quàm voluntas patris, aut verecundia ætatis.

Pulſo enim fratre Amulius regnat, addit ſceleri ſcelus, ſtirpem fratris virilẽ interimit: & filiæ Rheæ Syluiæ per ſpeciem honoris,

cùm

Source : BIU Cujas

cùm Veſtalē eā legiſſet, perpetua virginitate ſpem partus adimit. Hęc tñ ui cōpreſſa,cùm geminū partū edidiſſet, vincta in cuſtodiā data eſt:& pueri in profluentē aquā miſſi,diuinitùs tñ ſeruati, & à Fauſtulo gregis magro inuenti,educati ſunt. Tādē Romulus & Remus ex Rhea Syluia nati,cōperta tota re,regem Amulium obtruncant,& Numitori Albana re permiſſa,de condenda vrbe cogitare cœperunt:idq; in ijs locis,vbi expoſiti,vbi ęducati erant.

VRBS ROM. QVANDO CONDITA.

COndita eſt vrbs à Romulo & Remo anno mūdi 3214. à capta Troia 432. ante natum Chrm 750. anno primo ſeptimæ Olymp. die 21. Aprilis,quo Palilia celebrabant. Cōſtituta deinde Repub. legibusq; neceſſarijs datis, Romulꝰ ludos publicos edicit, in quib. 683. puellę raptę ſunt. Dionyſ. lib. 2. Ceninēſes, Antēnates & Cruſtumerij ideo bello eū laceſſunt. Victi Ceninenſes, Antennatesq; vrbes amittūt:& magna ex parte Romā cōmigrant,ibiq; cū filiabus raptis vitā degere, q̄ domi ſuæ abſq; liberis eſſe malue runt: deinde multæ & nō contemnēdę ſortis vrbes & familię externarū gentiū ob auditā Romuli famā ſponte ſe ei ſubiecerunt.

ROMVLVS.

PRimus itaq; rex fuit Romulus. Regnare cępit anno à condita Vrbe primo. Exorta enim de principatu cum Remo fratre contentione, & Remo in pugna extincto, ſuperſtes Romulus ſolus gubernacula tenuit.

Inſtituta Romuli, & leges ab eo latæ.

Quia verò non ſatis eſt,ciuitatem mœnibus, ac amplis profundiſq; foſſis munire:verùm oportet quoq; eandem bellorum potentia,quæ fortitudine paratur & aſſiduo ſtudio:in ciuilibus autē perturbationibus concordia ciuium corroborare & firmare. Primò igitur de rali Reipu. ſtatu cogitauit,& qui paci atq; bello ido neus eſſet maximè,& commodus.

Eū igit talē inſtituit. In tres partes diuiſa vniuerſa multitudine, ſingulis p̄clarū aliquem virū ducē præpoſuit. Deinde vnāquanq; rurſus in decē partitus, totidē fortiſſimos viros eis p̄fecit. has curias, illas trib. vocari voluit: ſicut vocātur & hodie. Græci has φρατρίας ſiue λόχους, illas φύλας ſiue πυτλύας dicunt: ſicut prefectos alteros φυλάρχους & tritarchos, quos Romani Tribunos: alteros Curijs præpoſitos phratriarchos, & λοχαγούς, quos illi Curiones nominant.

Diuiſæ autem ſunt rurſus Curiæ in Decurias: vocabaturq; ſingularum præfectus Decurio.

Poſtquam autē hoc modo omnes in trib. & curias deſcripſiſſet, populum vrbanum vniuerſum in triginta æquales partes diſtribuit,ac ſingulis Curijs ſuam partem attribuit: exempta ex ſingulis tanta portione,quæ ſufficeret templis, delubriſq; cōſtituendis,ſimulq; parte aliqua in commune relicta.

Deinde ſingulis Curijs ſacra ſua ꝓſtituit,ſuis cuique diuis,quos venerari ſemp deberent,aſſignatis: & ſacris faciendis certos ſumptus definiuit,quos ex ærario ſuppeditari oporteret.

Tertiò,illuſtres gñe,& virtute claros, opibusq;, vt tū ferebant tpa,abundantes,quib. eſſent liberi,ſecreuit ab obſcuris, egenis & humilibus. Inferioris fortunę hoies plebeios vocauit:potioris verò pres:ſiue ꝙ ætate anteirent alios,ſiue ꝙ hērent liberos,ſiue pp nobilitatem gñis,ſiue pp hæc omnia. Hi deinde Patricij dici cęperunt. Plebeios ſub cōmēdatione patriciorum eſſe voluit, optione è vulgo data, vt quem quis vellet,patronum ſibi eligeret: hic clienti ſuo de iure interrogatus reſpondebat, nec non alijs iuuabat rebus,de quibus Dionyſius libro ſecundo.

Quartò,magſtatus præfecit,vt eſſent,quibus cum adminiſtraret Rēpub. Secreuit itaq; centum viros ex ordine patricio,rōne hac: Ex oībus vnum p̄cipuum ipſe declarauit, cui rerū vrbanarū regimen cōmitteret,quoties ipſe foras duceret exercitū. Præterea tribum vnāquanq; iuſſit tres viros ſeligere,qui per ætatē maximè ſaperent,& gñe pręcellerent. Poſt hos nouē mandauit ſingulis Curijs,vt è Patricijs ternos eligerent,adiectisq; ad illos nouem,quos tribus legerant. His 90. promotis, centenarium expleuit ſenatorum numerum. Et hi electi, Patres conſcripti vocati ſunt.

Quintò,ob tutelam corporis, & rerū gerendarum robur trecentos robuſtiſſimos ex familijs legit, Lacedæmonios ſequutus.

Sextò,annum in decem menſes diuiſit,& primùm Martium à patre appellauit,ac annum trecentorum & quatuor dierum conſtituit. Menſes in Calendas, Idus & Nonas diuiſit.

Condita igitur,& diuiſa ciuitate, inſtitutis ſacris, & ordine facto inter ciues,leges tulit.

I Ne quis niſi per portas ingrederetur,egrederetur ve: mœnia ſacroſancta eſſent.

II Vt Patricij ſacra curarēt,magſtatus gererēt,ius redderēt, ſecum Rēp. adminiſtrarēt, res vrbanas obirēt: plebeii verò ab his negocijs īmunes, qppe q taliū īperiti eſſent, nec vacaret eis pp inopiā, agros colerent,pecora alerent,exercerent quæſtuoſa opificia.

III Sacrificia voluit eſſe frugalia, & oī moroſa curioſitate carere.

IIII Ne in tēplo nocturnę vigilię hērent, ne qd p noctē minꝰ caſtè, minusve pudicè,ſacrorū ſpecie cōmitteret. Deinde ne qua fieri coitio,ne qd iniri aduerſus ipſum,publicāve rē occulti cōſilij, ne qd inſidiarū tendi poſſet,ad quā legē Cicero ſpectauit: Nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto, prēter illa quę pro pplo ritè fiant.

V. Quoniā verò commenticiæ de dijs fabulæ contemptum religionis,& inde licentiā,ad omneq; facinus audaciā adferunt,& facilè hoīes ſua natura ad hęc promptos occupant & prehendunt, pēnam ijs indixit,qui fabuloſa de Dijs figmenta credidiſſent.

VI. Cū ex diſparitate religionis maxima animorum alienatio oriatur,ex hac odia,ex odijs ſeditiones promanent:prouidit Romulus,cauitq; lege lata,ne deos peregrinos, præter Faunum colerēt, neve ſacrificia externa facerent:ne quid diuini Iuris, negligendo patrios ritus, peregrinosq; aſciſcendo turbaretur.

VII. Sanciuit, vt è ſingulis Curijs legerentur bini ſacerdotes, annū egreſſi quinquageſimum,qui virtute ac gñe pręcellerent cęteris: cenſumq; haberent ſufficientem,& integro eſſent corpore. Hos eum honorem non ad tempus, ſed in oēm vitam habere voluit, immunitatem inſuper ijs conceſſit propter ætatem à militia, & propter priuilegium ab vrbanis negocijs. Eam tamē electionem ita ratam habuit,ſi comprobata fuiſſet ab Auguribus.

VIII. Sanxit,idq; ſemp ſeruauit, ne quid publicè inauguratò fieret.

IX. Plebi tria commiſit:magiſtratus creare, leges ſancire, de bello,referente rege,decernere.

X. Neceſſitatem colonis impoſuit, educādi quicquid eſſet maſculum, & è filiabus primogenitis. Nullam autē prolem necari permiſit minorem triēnio,niſi ſi quid mutilum aut prodigioſum in partu eſſet editum. Tales.n. fœtus exponi à parentib. non vetuit: ſed indicatos prius quinq; viris vicinis proximis, ſi illis quoq; exponendos eſſe viſum fuerit. Contra hanc legem cōmittentium, præter alias mulctas, etiam dimidium bonorum addixit ærario.

XI. Supplicibus & confugientibus in Capitolium impunitatem in honorem numinis permiſit.

XII. Puberes omnes in bello, captis vrbibus, necari vetuit, aut ſub haſta venundari.

XIII. Mulierem nuptā, quæ iuxta ſacratas leges conueniſſet cum uiro,ei participē eſſe poſſeſſionum & ſacrorum oīum voluit: hoc eſt,uxor pudica,& ſemp viro obſequēs, æquè ac ille domus erat dña,& in eius defuncti bona ſuccedebat hæres, ſicut parētis filia: ex aſſe quidem,ſi is liberis carēs, ac inteſtatus decederet. Quòd ſi prolē haberet,ex æquo cum liberis. Si aūt aliquid peccaſſet,pœnā luebat ex mariti læſi arbitrio: de hmōi criminibus cognati cū ipſo cognoſcebant,in quib erat violata pudicitia. Et qđ apud Græcos videbatur leuiſſimum, ſi deprehenſa eſſet vinum bibiſſe mulier,vtrunq; damnauit Romulus,vt erratorum muliebrium maximum: ratus è ſtupro naſci inſolentiam, ſtuprum è vinolentia: & vt deprehenderet odore, à cognatis oſculum deferri cōceſſit.

XIIII. Vxori virū relinquere īterdixit: viro verò vxorē repudiare p̄miſit,ſi in veneficio natorū,aut ī adulterio,aut in clauiū adulteratione deprehenſa foret. Quòd ſi aliàs quis vxorē repudiaſſet,eius copiarū partē vxori dari, partē Cereri ſacram eſſe iuſſit. Plutarc.

XV. Oēm ptātem patri dedit in filium,idq; toto vitæ tpe, ſiue in carcerē eum mittere,ſiue flagris cędere,ſiue vinctum ablegare ad ruſticas operas,ſiue enecare libeat:etiamſi filius teneat Remp. etiāſi magſtatus gerat maximos, etiāſi liberalitatis laudē publicè ſit p̄meritus. Dionyſ. lib. 2. Qđ plus erat,ēt vendere permiſit, & ternā vēditionē cōceſſit. Quam re maiorē largitus eſt ptātem p̄ri in liberos,quàm hero in mancipiū. Seruius.n. ſemel venditus,deinde libertatē adeptus,in poſterum ſui iuris fit: filius à patre venditus, ſi liber reddatur,iterum in poteſtatem patris redigebatur. Fuitq; hæc lex,vt Dionyſius ait,firmiſſima.

XVI. Sellularias ac ſordidas, & turpibus cupiditatib. ſubſeruientes artes,vt corporibus atq; animis tractātium noxias, ſeruis & exteris exercendas commiſit. Ingenuis duo tātum reliquit ſtudia: rei militaris,ac ruſticæ. Cicero in Oratione pro Roſcio Amerino.

XVII. Iniurias pro mō criminū puniuit. Iōq; tribunal ꝓſtituit in publico,& trecētis militib. armauit. Virgas ac ſecures p̄ferri iuſſit à duodecim lictorib. Leuia crimina flagris,grauia ſecuri coercuit.

Hæ ferè leges Romuli ſunt quæ apud ſcriptores extant. Narrat enim Dionyſius, plurimas non ſcriptas leges tum tēporis fuiſſe,ex more Lacedæmoniorum. Bella & res geſtas ibidem recitat: quod & Plutarchus in vita Romuli facit. Imperauit annos 37. Mortuus eſt Nonis Quinctilibus.

NVMA POMPILIVS.

FVit hic Pōponij viri apud Sabinos illuſtris filius, formę dignitate regia p̄ditus. Hic quadragenarius in regē Romanorū electus eſt,anno mūdi 3251. anno 2. Olymp. 17. anno qnto regis Manaſſę. Pacis ſtudioſiſſimus,& Iuris ꝓſultiſſimus fuit. Bellū nullum geſſit,verùm Romā legib. ac morib. cōdere parauit. Ideoq; totā vitā in ꝓſtituendis ſacris, & procurādis negocijs, vt vrbs neceſſaria ad victū hēret,traduxit. Exiſtimabat.n. efferatis militia animis, mitigandum ferocē pp̄m armorū deſuetudine:ne tñ poſitis externorum periculorum curis luxuriarent ocio animi, quos metus hoſtiū diſciplinaq; militaris continuerat: oīum primùm rē ad multitudinē imperitā, & illis ſeculis rudē, efficaciſſimā,deorum metū inijciendum ratus eſt. Pietatē ante oīa docuit hoīes,ꝙ omnia bona dij darent,dataq; conſeruarent mortalibus:deinde iuſtitiam,per quam conceſſis diuinitùs commodis frui liceat.

Diuini cultus inſtitutionem in octo genera diuiſit, & ſingulis ſuos addidit ſacrorum miniſtros. Inſtituit igitur primò ſacra triginta

Source : BIU Cujas

ginta Curionum: quæ ſacra Curiones pro ſuis Curialibus adminiſtrabant, & rem diuinam faciebant.

Sęcta ſacra erāt Flaminū, q à coronæ geſtamine ſic dicebātur.

Tertia ſacra peragebant tribuni Celerum, equites & pedites ſtipatores.

Quartus ordo ſacerdotum, erat Augurum, vel ſigna de cœlo obſeruantium.

Quinto loco erant virgines Veſtales, ſacri ignis cuſtodes.

In ſexta parte continebantur, quos Romani appellant Salios.

Erant aūt horū ſacerdotum duodecim, & ij quidem ex ordine patricio præcipui Marti Gradiuo dedicati. Horū cultus ī ſaltationibus & laudationibus deorum belli præſidum conſiſtebat. Dicti ſunt Salij à continuato tripudio.

Septima legum ſacrarum pars dicata eſt collegio Fœcialium.

Vltima cōtinebat maximi ſacerdotij, vel pontificū ſacra. Horum munus erat, vt iudicarent de oībus cauſis ad ſacra pertinentibus, tam inter magiſtratus ſacrificos, quàm inter priuatos homines. Deinde ſicubi deſtituebant ſcriptis legibus, nouas ꝺdebant. Magiſtratus, penes quos ceremoniæ erant, ac ſacrificia examinabant, miniſtros ſacrorum in officio continebant. Conſulebātur à profano & imperito vulgo de cultu deorum ac geniorum.

Annum deinde ad curſum Lunæ in duodecim menſes diſtribuit, Ianuarium & Februarium primos anni menſes conſtituit, quemadmodum teſtatur Plutarchus in Mario & Numa: quam Numæ in menſibus inſtitutionem & nos ſequimur.

Feſta Rubigalia introduxit, quæ celebrantur 7. Cal. Maij, quoniam tunc ferè ſegetes rubigo occupat. Inde defluxit quoq; mos ad Pontificios, vt circa feſtum Crucis ſegetes obambulent, & preces Deo pro incolumitate ſegetum faciant.

Leges plurimas tulit, perpaucæ tamen extant.

I. Vt quilibet ſuo fundo contentus ſit, & alienos non concupiſcat. Vnumquenq; iuſſit agrū ſuum circumſcribere, ac lapides apponere. Hos ſacros eſſe Ioui Terminali voluit. addidit, vt quotannis ſtato die res diuina, eo in loco in paganorum cętu fieret, idq; feſtum Terminale appellauit. Quod ſi quis hoſce lapides transferret, aut tolleret, lege terminali caput eius Ioui terminali deuouit, vt impunè is tanquàm ſacrilegus interficeretur.

II. Lex ad ius pactorū ptinet. Cōtractus. n. dubios & ſine teſtib. factos, fide & iureiurādo terminari cōſtituit: ideo tēplum Fidei ſacrauit. Magiſtratus quoq; & iudices in dubijs cauſis, plerunq; ex altera eius partis fide ac ſacramento, ſuam interponebant ſententiā.

III. Eum qui ſciens necaſſet hoīem liberū, parricidam eſſe voluit.

IIII. Romuli aſperitatem circa patriam poteſtatem in liberos, emendauit. Prohibuit enim, ne pater filium, quem vxorem ducere permiſerat, diſtraheret: Feſto authore.

V. Mulierem quoq; infra decem menſes, poſt obitum mariti nubentem, immolare pręgnantem vaccam iuſſit item, ne pellex ædem Iunonis tangeret: & ſi tangeret, vt Iunoni demiſſis crinibus agnum fœminam cęderet. Gellius.

VI. Ne mulier, quæ prægnans mortua ſit, humetur, antequam partus ei excidatur: qui contrà fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videatur. l 2. ff. de mortuo inferendo.

Mortuus eſt Numa Pōpilius anno ętatis 83. poſtquā annos 43. regnaſſet. De hoc Virgilius ſic ſcribit, libro ſexto:

Qui procul ille autem, ramis inſignis oliuæ,
Sacra ferens: noſco crines, incanaq; menta
Regis Romani, primus qui legibus vrbem
Fundabit, Curibus paruis & paupere terra
Miſſus, in imperium magnum. —

TVLLVS HOSTILIVS.

FVit hic tertius Romanorū rex, à pīribus creat⁹ & iuſſus: anno mūdi 3994. 2 anno 27. Olympia. circa qđ tps Manaſſes ob impietatē & idololatriā in Babylonē captiuus deductus eſt, anno ab Vrbe cōdita 82. ante natū Chr̄m 668. Natus eſt ī Medullia, ab Albanis oppido cōdito. Auū habuit Hoſtiū Hoſtiliū, virū bello ſtrenuū: qui ob inſignē fortitudinē primus à Romulo frōdea corona donatus eſt; q⁹ Fidenas primus irrupiſſet. Plin. lib. 16. cap. 4. Fuit Romulo ferocior, & bellicis ſtudijs, ne ciuitas ocio ſeneſceret, in primis deditus: ideoq; occaſionē & opportunitatē belli faciendi, excitandiq; quæſiuit. Albanis itaq; bello illato, Albā, ob perfidiā Metij Sufretij, ſolo æquauit vna hora quadringētorū opus annorū, quib. ſteterat, excidio ac ruinis dedit. Pp̄lm verò deuictū Romā traduxit, & montē Cęlium ad ædificia conceſſit: vtq; eo frequentius habitaretur, mōtem Cœlium ſedem regiæ cœpit: ac, vt in poſterum omnis prorſus iniuria obliuioni daretur, Albanos principes in Patres legit, & ordinē Senatorium ex iis ſupplevit.

Preterea pp̄lm ſingulari benignitate ac liberalitate ſibi deuinxit. Romulus n. & Numa agros deputarāt, ex quorū reditibus diis ſacra fierēt: q agri nō publici hēbant, ſed propria regū ſors & poſſeſſio erāt. Eos Tullus viritim inter Romanos inopes diuiſit: pſeſſus, patrimoniū ſibi ſufficere in ſacrificia, ſumptuſq; domeſticos.

Extat fœderis formula inter Tullū & Albanos, apud Liuiū li. 1. Fęcialis regem Tullum ita rogauit: Iubesne me rex, cum patrato pp̄li Albani fœdus ferire? Iubēte rege. Sagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait: Purā tollito. Fœcialis ex arce graminis herbā puram attulit, poſtea regē rogauit: Rex facisne me tu regiū nunciū pp̄li Romani Quiritiū, vāſa, comitesq; meos? Rex rn̄dit: Quā ſine fraude mea pp̄liq; Rom. Quiritiū fiat, facio. Deinde ſubijcit formulā: Audi, inquit, Iupiter, audi pr̄ patrate pp̄li Albani, audite pp̄s Albanus: vt illa palām prima poſtrema ex illis tabulis cerave recitata ſunt, ſine dolo malo: vtiq; ea hic hodie rectiſſimè ītellecta sūt; illis legib pp̄s Roman⁹ prior nō deficiet. Si prior defecerit publico conſilio, dolo malo: tu illo die, Iupiter, pp̄m Romanū ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriā: tanto q; magis ferito, quanto magis potes, pollesq;. Id vbi dixit, porcum ſaxo ſilice pcuſſit.

Recenſet Liuius Tulli Hoſtilij vnicā legem, de Perduellionis iudicio: Duumuiri pduellionis iudicēt: ſi a duūuiris prouocarit, prouocatione certato: ſi vincent, caput obnubito, infęlici arbori reſtę ſuſpēdito: verberato vel intra pomeriū, vel extra pomeriū.

Poſtrēmo deuictis Sabinis, cùm in magna glia, magnisq; opibus regū Tulli ac tota res Romana eſſet, Tullus oēm aīum ſacris dedit, & oībus magnis paruisq; ſuperſtitionib. obnoxius factus eſt. Cumq; nō ritè ſacrū Ioui Elicio curaſſet, ira Iouis ſollicitati praua religione, fulmine ictus cum domo flagrauit. Liu. li. 1. Dionyſius Halycarnaſſ. lib. 3. Solin. capit. 2. Imperauit annos 32. Circa eius obitum Manaſſes in carcere pęnituit, & in regnum reſtitutus eſt. Tulli hiſtoriam Virgilius ſic deſcribit lib. 8.

Poſt ijdem inter ſe poſito certamine reges
Armati Iouis ante aras, paterasq; tenentes
Stabant, & cæſa iungebant fœdera porca.
Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant (tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; viri mendacis viſcera Tullus
Per ſyluam; & ſparſi rotabant ſanguine vępres.

ANCVS MARTIVS.

MOrtuo Tullo, res, vt inſtitutū iam inde ab initio in vrbe Romana erat, ad Patres redierat: hique interregē nominauerant. Quò comitia habente, Ancum Martium regē populus creauit, cui rei patres fuere autores. Regnare cępit anno mundi 3327. anno 23. Ioſiæ regis, ſub quo Ieremias prophetare incępit. Libri Moyſis deperditi, repti ſunt anno ab Vrbe cōdita 114. ante natū Chr̄m 636. Fuit hic ītitutorū Numæ & Romuli memor: ideoq; tam belli quàm pacis ſtudijs gloriā ſibi & laudem parare conatus eſt. Cùm. n. ſine iniuria ocium haud facilè haberi poſſit, & patientia tēperata ſemper cōtemnat, nullas bellorum occaſiones refugit. Deinde quoq;, vt Numa in pace religiones inſtituerat, ita Ancus bellicas ceremonias prodidit: quibus nō tm̄ bellum gereret, ſed aliquo ēt ritu indiceret, deſcribens ius ab antiqua gēte Aequicolis. Ritum aūt indicendi belli refert. Liu. lib. 1. Bellum conſenſu fieri ſolitū, denunciabat fœcialis hac rōne. Fœcialis haſtam ferratam, ſanguineā, aut præuſtam, ad fines eorū ferret, & non minus tribus puberibus præſentibus diceret: Quod pp̄li priſcorum Latinorum, hoīesve priſci Latini aduerſus populū Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, qđ populus Romanus Quiritium bellum cum priſcis Latinis iuſſit eſſe, ſenatusq; populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſciuit, vt bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eā rem ego, populusq; Romanus, populis priſcorum Latinorum, hominibusq; priſcis Latinis bellum indico, faciosque. Id vbi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat.

Primum bellū geſſit cum Latinis, qui eum vt ignauū, & adminiſtrādo bello minus idoneū ętempſerāt: Politoriū, vrbem Latinorum, ui cępit: ſequūtus morē regum priorum, qui rē Romanā auxerant: multitudinē oēm Romā traduxit, & Auentinum nouæ multitudini habitandū dedit. Recepit Medulliā, quæ tribus annis à Latinis poſſeſſa his erat: Ficulneā euertit. Sępius fęliciter duce Tarquinio, q deinde in Anci locū ſuffectus eſt, cū Latinis acie pugnauit. Fidenates ob defectionē expugnauit, & eorum vrbē diripuit ac incēdit. Victis & ſuperatis Veientibus, triumphum egit. Volſcos obſedit, & Velitras: ac Sabinos tumultuātes, & bellū Romanis inferentes deuicit, caſtris & oī præda exuit, ac mandata facere coegit. Res pace geſtæ hæ ſunt: Primò intermiſſum cultum deorū renocauit: docens, à contēptis numinibus morbos, peſtilētias, aliasq; calamitates innumeras vrbi immiſſas, quib. magna pars pp̄li cōſumpta: & q⁹ ipſe Hoſtilius ob neglectas religiones diu multumq; cū varijs morbis cōflictatus ſit: poſtremò, ne mente quidē ſanus, ſed vtraq; ſui parte laborās, miſerabili exitio cum tota familia perierit. Deinde cōmentarios, quos Numa de ſacris conſcriptos reliquerat, à pontificib. ſumpſit, & ī tabulas quernas tranſcripſit, ac in foro legendas quibuslibet propoſuit. Præterea vrbē nō mediocriter auxit. Auentinū n. adiecit, & ijſdem mœnibus cōplexus eſt. Carcerem ad terrorē increſcentis audaciæ, media vrbe ædificauit. In ora Tyberis Hoſtiam vrbem condidit. Salinæ circa factæ. Aedes Ioui Feretrij amplificauit: Ianiculum mōtem in aduerſa ripa imminentem Tyberi muniuit, & præſidium contra Hetruſcos collocauit. Sublicium pōtē Tyberi impoſuit. Regnauit quatuor & viginti annos: cuilibet ſuperiorum regum belli pacisq; artibus & gloria par. Fuit huic Anco coætaneus in Babyloniorū regno Nabuchodonoſor, in Iudęa Ioakim: 4. Regū 24 qui deuictus à Nabuchodonoſore, in Babylonē deductus eſt, & inter reliquos etiā Daniel cum ſodalibus: quarto Regum

vigeſi-

Source : BIU Cujas

vigesimoquarto: secundo Paralipom.trigesimosexto:& Danielis primo. De Anco sic scribit Virgilius:

—Quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris.

L. TARQVINIVS PRISCVS.

L Tarquinius Priscꝰ, Demarati Corinthii ex familia Bachidarū,filiꝰ:ob seditiones domo profugus, Tarquinijs,Italię oppido, cōsedit: vxore ibidē ducta,ex qua duos filios genuit vnum Aruntē,Hetrusca lingua: alterum Lucumonē appellauit. Aruns diem ante pr̄em obijt,relicta vxore,q̄ vterū gerebat. Posthumus Aruntis,ab auo ob ignorātiā neglectus,in causa fuit, vt ad Lucumonē tota hr̄ditas,eaq; ampliſſima, pueniret. Duxit deinde Lucumo Tanaquillā,summo loco natā,in vxorē. Vtraq; res fecit, vt aīum gereret altū,& principē apud suos locū affectaret. Cùm aūt à suis spernereꝰ & ꝓtemnereꝰ, neq; eā indignitatē ferre posset,ꝓsilium migrandi ab Tarquinijs cępit. Roma est ad id potiſſimùm visa. In nouo ppl'o,vbi oīs repentina, atq; ex virtute nobilitas fit,locū forti ac strenuo viro fore pſuadet. Romā igit̄ iter instituit,cui ad Ianiculū applicanti omen fęlix apparuit. Aquila eñ suspensis demissa leniter alis,pileū aufert, superq; carpentū cum magno clangore volitans, rursus velut ministerio diuinitùs missa,capiti aptè reponit. inde sublimis abijt. Romā veniēs,cùm Grę cum ingeniū Italicis artibus imbuiſſet,breui & munificētia & fortitudine tm̄ effecit,vt à populo regnare iussus sit. Pro Lucumone igit̄ Lucij nomē adsumpsit. Tarquiniū à Tarquiniis,vbi educatus erat,se appellauit: Priſci cognomē inuenit, ꝙ natu maior esset. Dionysius aliter de hoc Tarquinio scribit: Demaratus cū Corintho pr̄ia per seditionē pulsus,in Italiā cōmigrasset, Tarquiniis Etruriæ vrbe oīum fortunarū suarum sedē collocauit,ibiq; filios procreauit, Aruntem & Lucumonē. Demarato aūt, & Arunte mortuis, Lucumo,neglectis Tarquinijs,cū magna clientū manu Romā veniens,seq; pro Lucumone Luciū, & Tarquiniū à Tarquinijs,vbi educatus erat,appellās,ab Anco rege in ciuiū,& in patriciorū ac senatorū numerū ascitus,post eo mortuo dignus q ei in regni administratione succederet,habitus est. Hic filias duas reliquit,quarū vna Ser. Tullio regi nupsit,altera M. Iunio, Bruti patri: itemq; filiū,qui viuente pr̄e mortuus est, relictis filijs duobus, Arūte & Lucio. Ex quibus Lucius post Superbi cognomine inuēto, Romæ regnauit. Factū. i. anno mundi 3350. anno 12. regni Nabuchodonosoris: quo anno Ezechiel prophetare incępit in Babylone,ab Vrbe condita 138. ante natum Christum 612.

Studia eius bello magis,quàm paci dedita fuerunt. Bellum primum cū Latinis gessit. Eos vicit,& oppidum Appiolanos militibus diripiendū dedit. Deinde Crustumerium,qd̄ defecerat,& Numantium Collatiamq; recepit. Collatię fratruelem Aruntis Tarquinium præfecit,qui Egerius dictus fuit ob paupertatem. Bello hoc deniq; Sabino perfecto, triumphās Romam rediit. Inde priscis Latinis bellum fecit,& omne nomen Latinum domuit.

A bello dum quiesceret, oēm animum ad ornandam ciuitatē adiecit: forum officinis, tabernisq; & alijs splēdidis ædificijs exornauit. Cloacas ad euehēdas sordes in Tyberim fieri fecit Muros vrbis, lapide secto ad regulam constituit. Circo maximo locū designauit: loca patribus diuisit, equitibusq;. Senatus maiestatem centum uiris ampliauit. Centurias equitum duplicauit. Capitolium inchoauit: filiū ꝙ tredecim annos natus hostem peremisset, prætexta & bulla decorauit. Inde prætexta & bulla ingenuorum puerorum insignia esse cœperunt.

Primum hunc Romæ triumphasse, Messala, Eutropius & Florus scribūt: ter autem triumphasse, autor est Dionysius: primùm de Latinis, iterum de Etruscis, tertiùm de Sabinis.

Tandem dolo filiorum Anci Martii, postquam regnasset annos 38 interfectus est.

Habuit hic Priscus Tarquinius duo, quę imperaturis adesse debent: in bello vires, in consilijs prudentiam. Deinde clementiam addebat: quibus sibi ēt hostium animos deuinxit. quę quidem animi moderatio in victoria maximum est & præcipuum boni imperatoris decus. Testatur id victoria in Crustuminos, Numentanos, Latinos & Tarquinios. Refert Dionysius Halycarnass. oīonem Tarquinij ad Tarquinios: Audite nunc, inquit, cōditiones, & quam vobis pro ista vestra voluntate repono gratiam.

„ Ego neminem Hetruscū occisurus sum, aut exilio pecuniave
„ mulctaturus: ciuitates ipsas sine prę̄sidijs, sine exactionib. permit-
„ to suis legib. viuere, nihil mutato statu Reipublicæ. Pro his om-
„ nibus, quæ vobis conceduntur, vnum postulo, vt me vestrarum
„ ciuitatum principem agnoscatis. Quod etiam inuitis vobis futu-
„ rus sum, quamdiu ero armis superior: malo tamen id consequi à
„ volentibus. Hæc referre vestris ciuitatibus. Ego interim dum huc
„ reuertimini, vobis inducias polliceor.

Tarquinij tpe hæc contigerunt. Hierosolyma obsessa fuit à Nabuchodonosore. 4. Regum 25. Ieremiæ 34. & 52. Deinde desolata,& captiuitas Babylonica subsequuta, quę incidit in annum nonum Tarquinij: in annū 17. incidit somnium Nabuchodonosoris de quatuor regnis mundi. Danielis secundo. Iosephus li. 10. cap. 11. Anno 21. Ezechiel prophetare incœpit: Ezechielis capite quadragesimo. Quo anno Massilia ciuitas Galliæ condita est, vt testatur Iustinus lib quadragesimotertio,& Eusebius. Aurea columna circa hoc tempus à Nabuchodonosore erecta: Danielis quarto. Ob quam idololatriam triennio pòst ad insaniam redactus, septem annis cū feris egit. Anno 27. Nabuchodonosor cognoscens Deum, in regnum restitutus est. Daniel. 4.

SERVIVS TVLLIVS, SEXTVS ROM. REX.

H Abuit hic Seruius Tullius pr̄em Tulliū Corniculanum, & Ocretiā mr̄em seruā. Ei puero, & dormiēti caput arsisse ferunt. Quo miraculo mota Tanaquil Tarquinij vxor, oībus eum artibus, qb. ingenia ad magnæ fortunę cultū excitant, erudiri ac instituī curauit. In charitate, deniq;, atq; honore semp, nō modò apud Tarquniū, sed apud Pr̄es plebēq; habitus fuit, ita vt Tarquinius filiā ei suā despōderit. Peruenit ad regnū astutia Tanaquilis. Hæc eñ occiso rege, ex alto ad pp̄m despiciēs, Priscū maritū ne letha leqdē vulnus accepisse dicit. Interim dū ꝙualescеret, Seruio Tullio iubere pp̄m dicto audientē esse eū iura redditurū, obiturūq; alia eius munia esse. Itaq; p aliquot dies cùm iā expirasset Tarquinius, celata morte p spēm alienę fungendę vicis, suas opes firmauit. Deinde p̄sidio firmo munitus, primus iniussū pp̄i, voluntate pr̄um regnauit: & duas filias iuuenib. regijs, Lucio atq; Arūti Tarquinijs iūxit. Primū bellū suscepit ꝰ Veiētes & Hetruscos, quos domuit. Inde pacis tpe opus lōgè maximū aggressus est. Quēadmodū n. Numa diuini iuris autor fuerat, ita hic oīum ordinū ī ciuitate ꝓditor. Instituit. n. cēsum, classes, cēturiasq;, vt latè refert Liuius lib. 1. ab vrbe cōdita, Dionysius lib. 4. Primo lustro cēsa ciuiū dicunt̄ millia 80. Vrbē in quatuor partes diuisit,& à collibus cognominauit, Palatinā, Suburranā, Collinā, Aesquilinam: ciuitati adiecit duos colles. Quirinalē & Viminalē. Aesquilias, vrbē aggere, fossis & muro auxit. Templū Dianæ constituit. Leges tulit de ꝰctib. & iniurijs, nu. 50. quę nō extāt. Seruis manumissis ius ciuiū cōicauit,& libertinos ad oīa plebeiorū munia admisit. Tādē à L. Tarqnio, Tarquinij Priſci filio, post quatuor & xl. annos, postquā regnū acceperat, interfectus est, anno mundi 3431. anno tertio, se xagesimæ primæ Olympia. Paulo ante eius obitū fundamēta tēpli Hierosolymitani cępta sunt: primo Esdrę tertio. Sub hoc Seruio primùm in Italia oliuæ plātatę sunt. Plin. lib. 15. cap. 1. Deinde primus post vrbem cōditā æs signare cępit. Plin. lib. 33. repetita veteri signandi ꝙsuetudine, ab Iano gemino, rege primo Italię, introducta: qui vna nūmi parte sui capitis effigiē altera nauē, qua aduectus in Italiā Saturnus fuerat, expressit. Macr. lib. 1. Saturnaliorū.

L. TARQVINIVS SVPERBVS.

L Tarquinius, Priſci Tarquinij nepos, regnū scelere & incestu adeptus est. Erant Tullio duæ filiæ ex vxore Tarquinia, quā ei rex ipse in mr̄imoniū collocauerat. Has puellas iā nuptijs maturas iunxit cōsobrinis earū, Tarquinii nepotibus: maiorē maiori, iuniorē iuniori: benè ita cōparatos existimans. Sed fortè fortuna vterq; gener morib. suis dissimilē nactus est. Lucio n. natu maiori, audaci, arrogāti, naturaq; tyrāno, proba, modesta,& erga patrē pia vxor contigit: contrà Arunti iuniori, miti, & bono ingenio prædito, scelesta, infensa patri, nihil non ausura fœmina.

Hæc igitur cū fratre mariti sui L. Tarquinio sceleratissimas celebrauit nuptias: cum illa Aruntē Tarquiniū virum optimū, hic vxorem virtutis amantissimā veneno peremisset. Contraxit celeriter similitudo eos, vt ferè fit, malū malo aptissimū. Hic Tarquinius Seruium socerum elatū è curia, in inferiorē partem, per gradus deiecit, deinde fugientē interfici iussit. Fertur, Tulliam filiam per patris corpus carpentum egisse, partemq; sanguinis ac cædis paternæ cruento vehiculo contaminatam ipsam, respersamque ad penatos suos tulisse. Ipse Tarquinius gener socerum sepultura prohibuit: primores patrum, quos Seruij reb. fauisse credebat, interfecit. Cumq; ad ius regni nihil quicquam præter vim haberet, armatis corpus circumsepsit. Primus regum morem de omnibus senatum consulendi soluit: Rempub domesticis consilijs administrauit: bellum, pacem fœdera societatesq; per se ipse, cū quibus voluit, iniussū populi ac senatus fecit, diremitq;. Latinorū sibi gentem maximè conciliauit, vt peregrinis opibus tutior inter ciues esset. Veteres leges sustulit nouas fixit: omnia denique pro libidine egit. Cognitiones capitaliū rerum sine consilijs per se solus exercuit, perq; eā causam occidere, in exilium agere, bonis mulctare poterat, non suspectos modò, aut inuisos: sed ob nihil aliud, quàm vnde prædam sperare posset, inde nomen Superbi, ꝙ omnes leges omnemq; iusticiam contemneret, ac oīa pro libito faceret, meruit. Res bello gestæ hæ sunt, Gabios per S. Tarquinium filium domuit, Volscis Suessam & Pomerium eripuit: domi cloacam grandem, & lacus in circo composuit: primus ferias Latinas adinuenit: vincula excogitauit, taureas, fustes, compedes, cathenas, exilia & metalla: templum Ioui in Capitolio ædificauit Tādem ob stupratam Lucretiam à S. Tarquinio filio, vnà cùm liberis in exilium pulsus est. S. autem Tarquinius filius Gabios, tanquam in suum regnum, profectus, ab vltorib. veterum simultatum, quas sibi ipse cædibus tapinisque concitauerat, interemptus est. Regnauit L. Tarquinius annos 45. Tulit, vt Liuius inquit, Romana regia sceleris tragici exemplum, vt tędio regum maturior veniret libertas, vltimumque regnum esset, quod scelere partum foret.

Source : BIU Cujas

MVTATIONES INSIGNES MAGISTRATVVM In Rep. Rom. & Catalogus legum quæ ſub ſingulis mutationibus, ſecundùm ſeriem annorum Vrbis, latæ ſunt.

PRIMA MVTATIO.

CONSVLES CREATI.

IECTO, pulſoq; Tarquinio Superbo, cùm pp regis impotentiam, tum propter ſtuprum Lucretiæ à regis filio illatum: & deleto omni prorſus regio nomine, ac libertate vindicata & recuperata, de noua Reipub. forma cogitare cœperunt.

Quare cùm nihil nocentius eſſe ciuitati, quàm tyrannide & crudeli dominatu premi, proprio malo didiciſſent, imperium duob viris annuum mandatum eſt: qui poſtea, ꝙ Reipublicæ conſulerent, Conſules nominati ſunt. His oĩa iura, omniaq; inſignia regum contulerunt: id modò cautum eſt, ne ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur.

Primum itaq; Conſulatum Romæ geſſiſſe L. Iunium Brutũ, & L. Tarquinium Collatinum, ab oĩbus ſine dubio traditum eſt: quo verò vrbis anno, & quo anni tpe reges expulſi ſint, & primi conſules inierint, dubitatum variatumq; eſt ſnĩjs. Liuius & Dionyſius anno poſt Romam cõditã CCXLV. id factum eſſe ſcribunt: alij anno CCXLIIII. Quorum opinionem Carolus Sigonius, vir lõgè doctiſſimus, ſequitur. mouetur in primis autoritate Macrobij lib. 1. Satur. Nonnulli, inquit, putauerunt Iunium mẽſem à Iunio Bruto, qui primus Romæ conſul factus eſt, nominatum, ꝙ hoc menſe, ideſt, Cal. Iun. pulſo Tarquinio, ſacrum Carnæ deæ in Cœlio monte voti reus fecerit, &c. Adfert alias haud obſcuras rationes, quibus ſuam opinionem firmat, aduerſantium conuellit.

Primi igitur Coſs. ex Patricijs, penes quos tum vniuerſa Reipub. gubernatio erat, creati ſunt L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, à Sp. Lucretio, Lucretiæ patre, interrege, comitijs centuriatis, ex commentarijs Seruij Tulli regis, anno Vrbis CCXLV. IX. cal. Iun.

BRVTVS.

BRutus itaque, qui non acrior vindex libertatis fuit, quàm deinde cuſtos, populum iureiurando adegit, neminem regnare paſſurum, ne eſſet, vnde periculum libertati foret, id ſumma ope tuendum eſſe: neq; vllam rem, quæ eò pertineat, contemnendam. Deinde quo plus virium in Senatu etiam frequentia ordinis faceret, cædibus regis diminutum pr̃um numerum primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam expleuit. traditumque inde fertur, vt in ſenatum vocarentur, qui patres, quique conſcripti eſſent. Conſcriptos videlicet nouum ſenatũ, appellabant Lectos. Rerum deinde diuinarum habita cura, regẽ ſacrificulum à regibus creatum, pontifici ſubiecit, ne addictus nomini honos, aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret. Leges Tulli de contractibus reuocauit. Reduxit comitia, ſuffragiaque de rebus maximis. Præterea ex ſenatuſconſul. ad populum tulit, vt omnes Tarquiniæ gentis exules eſſent. Edidit inſigne exemplum ſeueritatis in proprios liberos, de quibus, quòd contra libertatem conſpirauerant, ſupplicium ſumpſit: conſpectius eo, quòd pœnæ capiendæ miniſterium patri de liberis, conſulatus impoſuit: & qui ſpectator erat amouendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicij dedit. Nam inter omne tempus dum virgis cẽduntur, ſecuriq; feriuntur, vultus & os eius ſpectaculo fuit eminente animo patrio inter publicæ pœnæ miniſterium: legum & iuriſiurandi maiorem rationem habens, quàm affectuum.

Interfectus eſt Brutus bello contra Veientes ab Arunte Superbi regis filio, pridie Cal. Martias. Matronæ annum vt parẽtem luxerunt eum, quòd tam acer vltor violatæ pudicitiæ fuiſſet. De eo ſic ſcribit Virgilius:

—Animamq; ſuperbam
Vltoris Bruti facesq; videre receptos.
Conſulis imperium hic primus, ſæuasq; ſecures
Accipiet, natosq; pater noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infœlix: vtcunq; ferent ea fata minores,
Vincet amor patriæ, laudumq; immenſa cupido.

L. TARQVINIVS COLLATINVS.

MAgiſtratu ſe abdicauit. Abdicationis diuerſæ à multis traduntur cauſſæ, quæ quidem diuerſitas facilè excuſari poteſt. Priſcis enim temporibus Romani armorum magis quàm literarum ſtudio occupati, deditiq; fuerunt: quæ res effecit, vt eo minus certi aliquid de rebus ipſorum poſterioribus conſtare potuerit. Liuius itaque & Plutarc ſcribunt, L. Tarquinium Conſ. ne nomen Tarquiniorum populo infenſum in vrbe eſſet, hortatu Conſ. Bruti depoſito magiſtratu, ſpõte vrbe ceſſiſſe. Idem ſcribit L. Piſo apud Gellium, lib. 15. L. Tarquinium collegam ſuum, quia Tarquinium nomen eſſet, metuere: eumq; orat, vti ſua voluntate Roma contendat. Quæ opinio ita Dionyſio diſplicet, vt eam pro ridiculo habeat. ſcribit igitur: Poſtquam Brutus de propriis liberis, qui de recipiendis in vrbem regibus conſilia habuerant, ſupplicium ſumpſiſſet, & pariter in ſororũ Collatini filios, eius coniurationis ſocios animaduerti vellet. Quos pro pari poteſtate, qua prẽditus erat, eximere pœna Collatinus vellet, ortam eſſe diſſenſionem inter eum & Collatinũ, Brutum, miſſo in ſuffragia populo, ei magiſtratum abrogaſſe: Dionyſius, Cice. lib. 3. Offic. & Zonaras. Collatino ſuffectus eſt L. Valerius, patre Voluſo ortus. Poblicolæ nomen ipſi inditum eſt, ꝙ leges populares tuliſſet, populumq; coleret, & vt Dionyſius tradit, δημοκηδὴς eſſet. Valerius Poblicola, interfecto Bruto, collegã ſibi adſciuit Sp. Lucretium, Lucretiæ patrem, quo interrege primi coſs. creati erãt, eiq; vt natu grandiori, prius faſces dedit: Dionyſius, Liuius, Plut. quo mortuo iterum Horatium Puluillũ collegam ſibi ſumpſit: ita primus annus quinque Conſules habuit: Eutropius. Tulit autem plurimas leges, quarum hæ extant.

I. Vt à coſs. ad populum prouocatio eſſet, neve ſine iuſſu populi in caput ciuis Romani animaduerti poſſet, ſola eis relicta eſt coercitio, vt in vincula duci iuberent: Plutarchus. Pomponius verò. Bruto eam tribuit.

II. Ne quis Romæ gereret magiſtratũ, iniuſſu populi, mortis pœna propoſita, qui contrà fecerit: & impunitate, qui talẽ occiderit.

III. Ne quis magiſtratus ciuem Romanum aduerſus prouocationem verberaret, aut necaret: & de ſacrando cũ bouis capite, eius qui regni occupandi conſilia inijſſet.

IIII. Conſulibus non parentes boum quinque, & duarum ouium precio mulctari iuſſit. Erat verò precium ouis, oboli decem: bouis autem centum.

V. Pauperibus proſpexit, & ciuium vectigalia ſuſtulit.

VI. Ne Conſul, ſi vir acer & ſtrenuus eſſet, quæſtorijs occupationibus à cura rerum maiorum occuparetur: nec, ſi improbus, rebus pecunijsque permiſſis, occaſionem ſibi ad inferendam iniuriam oblatam eſſe exiſtimaret: Liuius libro ſecundo, Dionyſius libro quinto, Plutarchus in vita Poblicolæ, Valerius Maximus libro quarto, capite primo.

Hæ leges, & aliæ quæ non extant, latæ ſunt ab anno Vrbis 245. vſq; ad annum 250. Conſulatum ter geſſit. Primò, conſul de Veientibus & Tarquinienſibus triũphũ egit: Dionyſius lib. 5. Liuius lib. 2. Plut. in Poblicola: vbi addit, primum hunc fuiſſe, qui quadrigis vectis triumphauerit. Triumphum autẽ eſt Cal. Mart. quia Dionyſius ait, poſtridie quàm pugnatum erat, triumphum eſſe actum. Pugnatum aũt eſt. Plutarcho autore, pridie Cal. Mart. Secundò conſul, cenſum egit. Cenſaq; eſſe ciuium capita CXXX. millia, Dionyſius ſcribit. Tertiò conſulatu ædes Iouis Capitolini à M. Horatio coſ. dedicata eſt, & Etruſco bello finis, pace cum Porſenna facta impoſitus.

Quæ fuerit Conſulum dignitas & poteſtas.

Creabantur Conſules Centuriatis comitijs, 6. cal. Sextileis. Cicero in Philip. 2. & Plut. in vita Ciceronis. Qui verò ritus illis comitijs, quæ magiſtratuum creandorum, & legum ferendarum, & iudicij exercendi cauſſã inſtituebantur, in uſu erant, tradit Nicolaus Gruchius in lib. de Comitijs. Obſeruabatur autem in primis conſularis ætas, qua ad conſulatum aſpirare legib. Annalibus licebat. Nam annus tertius & quadrageſimus ad Cõſulatum conſtituebatur. Cicero pro Planco: Deſignati deinde in Comitiis, domum ingenti hoĩum multitudine & maxima pompa deducebantur. Inibant autem Conſulatum Cal. Ianua. & antequam inirent, Iunoni ſacra faciebant. Cicero pro Flacco: Cum bellũ iam gerente Catilina, omnes me autore duos Coſs. Cal. Ianuarijs ſcirent eſſe oportere. Et pro Murena: Iuno Soſpita, cui omnes Coſs. facere neceſſe eſt. Et Ouid de Ponto:

Ergo vbi Iane biceps longum reſeraueris annum,
Pulſus & à ſacro menſe December erit,
Purpura Pompeium ſummi vetabit honoris,
Ne titulis quidquam debeat ille ſuis.
Cernere iam videor rumpi penè atria turba,
Et populum lædi deficiente loco.
Templaq; Tarpeiæ primùm tibi ſedis adiri,
Et fieri faciles in tua vota deos.
Colla boues niueos certæ præbere ſecuri,
Quos aluit campis herba Phaliſca ſuis.
Curia te excipiet, patresq; ex more vocati,
Intendent aures ad tua verba ſuas.
Inde domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.

ELEGIA IX.

Dumq; latus cinget ſancti tibi turba Senatus,
Conſulis ante pedes ire iuberet eques.
Et quanquàm cuperem ſemper tibi proximus eſſe,
Gauderem lateris non habuiſſe locum.
Nec quærulus, turba quamuis eliderer, eſſem,
Sed foret à populo tum mihi dulce premi.
Proſpicerem gaudens, quantus foret agminis ordo,
Denſaq; quàm longum turba teneret iter.

Quoq;

Source : BIU Cujas

Quoq; magis noris, quàm me vulgaria tangant,
Spectarem qualis purpura te tegeret.
Signa quoq; in sella nossem formata curuli,
Et totum Numidiæ sculptibile dentis opus.
At cùm Tarpeias esses deductus in arces,
Dum caderet iussu victima sacra tuo,
Me quoq; secreto grates sibi magnus agentem,
Audisset, media qui sedet æde, Deus.

Quanta verò fuerit Cons. dignitas, & ptās, facile ex multis scriptorum locis cōstat. Cicero lib. de Legibus 3. sic scribit: Regio imperio duo sunto: ijq; preeundo, iudicando, cōsulendo, Prętores, Iudices, Consules appellantor. Militiæ summū ius habēto, nemini parento. Ollis salus populi suprema lex esto. Et in Orat. con. Rull. & pro Planco: Honorū populi finis est ↄsulatus, quē magistratū iam octingenti ferè cōsequuti sunt. Et Polyb. lib. 6. Cōsules antequā ex vrbe legiones educant, vrbanarū rerū oīum ius atq; imperiū hñt. His etenim cæteri oēs magistratus, prætor, tribunus pleb. parent ac subiecti sunt. Hi legationes in curiā introducebant: quę celeriter statuenda sunt, decernūt: quæ & deliberāda sunt, ad senatū referūt. Quę verò a senatu decreta sunt, ea vt perficiant, ipsorū officiū est. Quinimò, & quę de Rep. per popolū trāsigenda & pficienda sunt, eorū officiū est perpēdere, ac diligenter examinare: concionē, quoties opus est, aduocare: senatusconsulta ad populū referre: quidquid maior pars iusserit, exequi. Quin ēt in his quę ad belli apparatum, & castrensem disciplinā pertinēt, hi summū imperiū hñt. His ius est, ſocijs, quidquid visum fuerit, imperare. Tribunos militum creare, delectum hre. Ad hæc, de ijs qui sub imperio eorū sunt, in castris arbitratu suo suppliciū sumete. His pręterea licet, eos comitante quæstore, ac sedulò imperata faciente, publici æris, quantū res ipsa tulerit, impēdere. Hæc Polybius. Et Cassiodorus: Priscorū iudicio, inquit, qualis sit consulatus, hinc oīno datur intelligi, qñ inter mundi dignitates eximias, solus meruit hre palmatas vestes, quas felicitas dabat, præmia vincentium, nomen annorū, compensatio sola, cui debebantur oīa, statum Reipub. Rom. viri fortis dextera tuebatur, fortunas oīum ac liberos huius consilia vindicabant: & tot magnis debitis, sola erat huius retributio dignitatis, reperta in libertatis ornatum, inuenta ad generale gaudiū: per illā nimirum status Imperij iugiter creuit, illā semper felix Roma suscepit. Meritò quidē genus habebatur Imperij, meritò supra oēs ciues poterat, qui ab hoste patriam vindicabat, vtilitates publicas sub ęquitate disponens, ius dicebat ēt capiti: sed tutò illi commissa est ptās necis, qui fuerat author salutis. hinc est, ↄ ēt fasces atq; secures tātę ptāti prępcepti sunt illigari, vt cum tardius soluerentur, moram deliberationis acciperent, si de cæde aut nece hoīs aliquid censuissent, ita vt cùm omnia eius traderentur arbitrio, ne insolesceret animo, Cōsul dictus est, a cōsulendo. Hinc tanta largitas profluebat, vt illa dextra, quæ sanguinē copiosè fuderat hostiū, vitę auxiliū ciuibus manaret irriguum. sic quos fęlices p bella fecerat, studio largitatis explebat: in argumentum ēt publicæ gloriæ soluebat famulos iugo seruili, qui libertatē tātæ dederat ciuitati, &c. Quamuis aūt primis tpib. honorū populi finis fuerit consulatus, ampliſſimaq; eius ordinis dignitas tū extiterit: ptātem tñ ipsorum, ne vllus in posterum tyrannidis metus esset, P. Valerius Poblicola lege centuriatis comitijs lata cohibuit, ac frenum quasi eis iniecit: Vt ciui Romano prouocare liceret, & ne quis magistratus ciuē Romanum aduersus prouocationē verberare, aut necare vellet. Post Augusti deinde tēpora ptās Coss. paulatim inclinare, concidere & attenuari, solaq; iuris dicēdi facultate circūscribi cępit: qua Adriani seculo adhuc vsos liberè fuisse, ex Dione liquet, qui Adrianū memorat cōsulib. sæpe assedisse, cùm iudicarent. Tandē in nomē honoris sine aliqua ptāte Cōsulatus trāsijt. Sic Cassiodorus: Pinge, inquit, vastos humeros, vario colore palmatos, validā manū victoriali scipione nobilitatā: Lares proprios, ēt calceis auratus egredere, sellam curulē pro sua magnitudine, multis gradibus enisus, ascende, vt in ocio subiectus merearis, qđ nos per maximos labores assumimus imperātes. Rē victoriarū agitis, qui bella nescitis: nos, iuuante Deo, reginus, nos consulimus: & vestrū nomē annū designat: vicistis fęlicitate principes, qui & honores summos geritis: & dñationis tædia non habetis. Quapropter erige confidentiā mentis tuæ cōsules esse magnanimos decet: opes priuatas non cogites, qui gratiā publicā donando hre decreuisti. Hinc est. n. ↄ alios iudices, ēt non rogantes, euehimus. Consules aūt sperantes tantummodò promouemus, vt soli ad has largitates eueniatis, qui vos pares esse tātis expēsis cognoscitis: alioqui onera essent potius, nō honores, si supra vires aliquid imponeremus inuictis. Fruere igitur decenter optatis: hic est ambitus, q probat. Esto mundo clarus, tibi prosperimus, tuis aūt posteris fęliciter imitandus. Valentinianus verò ordinem consulatus ad antiquam reduxit sanctionē: vtilitatem tñ spargendi, erroremq; perdendi prohibuit. Et id quod incompetenter proijciendum erat, ad restaurationem aquęductuū vrb. Rom. centena pondo auri præstari per singulos consulatus sanciuit. Iustiniani temporib. Consulatus ad nihilū redactus fuit. Honorarij enim tantum, & plures Coss. fieri cœperunt, consulatusq; codicillis passim impetrabatur. l. 8. C. de decurionibus.

SECVNDA MVTATIO, QVAE CONTIGIT

Anno vrbis CCLIIII. ab eiectis regibus anno IX. authore Dionysio, Eusebio in Cronicis, & Eutropio libro primo De gestis Romanorum.

DICTATOR CREATVS, ET Magister Equitum.

Causa & occasio.

M. Valerij Poblicolę lex, quùm plebis potestatem augeret, Senatus & magistratuum imminueret, propterea ↄ sniās consulum irritas faciebat, ni populi Romani iudicium accederet, permissa reis prouocatione ad plebis suffragia, ansam cāmq; dabat, vt ad nullam munia per magistratus cogi possent inopes: sublato nimirum omni prorsus supplicij metu.

Cùm itaq; Latini, S. Tarquinio & genero eius Octauio Manilio ducibus, prędesq; Aricinię vrbis, & Latini generis participes, communi cōsilio, auxilioq; aduersus Romanos bellum susciperent: Romani verò paratis omnibus rebus ad bellum necessarijs, legiones inciperent scribere, summa difficultate & durissima cōquisitione colligere exercitum potuerūt, non eandē exhibentib. oībus ad operam promptitudinem. Vitæ. n. tenuis hoīes, & præcipuè qui æs alienum dissoluere nequaquam poterāt, multi admodum ad arma vocati, minimè obtemperabant: neq; esse cum Patricijs participes alicuius operis volebant, nisi eis ille decernerent pecuniæ debitæ dissolutionem. quin & vrbem relicturos se, eorū aliqui prædicabant: cohortabāturq; alter alterum, ne in vrbe habitare cuperēt. Primùm igit cohortari eos Patricij, dissuadereq; ista eis nitebantur: postea verò q̄ nihilo illi moderatiores fierent, incassumq; laborarent, acerrima & attentissima cogitatione Senatus consilium inijt, qua ratione vrbem perturbatione hac liberaret. Quumq; variæ dicerentur snīæ, vicit ea: Nullum fieri in prę sentia Senatusconsultum de ijs rebus: cùm verò finem caperent præclarum bella, tunc referrent ad Senatū consules, exquirerētq; ab ijs snīas: nullumq; interim fieri exactionē contractus alicuius, siue vadimonij, siue cōdēnationis: intermittiq; alias disceptationes oēs, iustitiūq; indici: neq; cognoscere magistratus de aliquo, præter ea quæ ad bellum pertinerent. Hoc Senatusconsultū datū in plebē, diminuit quidem aliquid ciuilis perturbationis, non tñ oēm & vrbe sustulit seditionē. Erāt enim mercenariæ multitudinis aliqui, quibus minimè sufficiēs auxilium videbatur spes a Senatu ipsis facta, quùm clari certiq; haberet nihil. Ex duob. itaq; alterum postulabant Senatū facere: aut dare eis iamiam debitæ pecunię dimissionē, si eos socios hre vellet periculorū: aut non verba eis dātem, rē oēm ipsum in alia differre tpa. Non. n. sensus eosdem esse hoīum, cùm indigent: & cum oībus quorūcunq; indigebant, sunt expleti. In tali Reipublicæ constitutione Senatus diligentius rem cogitans & perpēdens, oī cura in id incumbebat, ne plebs amplius moliretur res nouas. Tollendam itaq; esse cōsularem ptātem, in præsentia iudicauit: aliquemq; alium magistratū esse creandum, belli, pacis, reiq; omnis dñm, Imperatorem, neq; obnoxium rationi reddendę alicuius eorū quę vellet, aut ageret. Esse verò ptātis tempus magistratui nouo moderatum, sex menses: postq; tps illud semestre, imperare rursus Consules: quæ verò Senatum cogebant ad tyrannicum dissoluendum bellum, vltroneam tolerare tyrrannidē, multa quidē erant alia. Super oīa verò lex, quā alter cōsulū sanxerat, P. Valerius Poblicola, de qua prius dixi, quæ lex snīas consulum ad puniendū Romanorū quenquā ante causliæ dictionem inualidas faciebat, dū permitteret, & cōcederet eis, qui ducebātur ad supplicia, prouocare, & cognitionem causlæ a magistratib. ad populum deferre: qua re efficiebatur, donec populus de corporib. corū vitaq; suffragium ferret, vt essent in tuto. Cogitabat igitur, hac lege stante, minimè obtēperaturos esse coactos a magistratibus pauperes, despicientes (vt verosimile erat) supplicia, quę non statim subituri essent, sed cùm eos condēnasset populus. Abrogata verò hac lege, in multā adduci oēs necessitatem, vt inussa facerēt. Ne ergo pauperes aduersarent, si quis hanc legem palàm abrogaret, statuit parem tyrannidi magistratum ad res gerēdas, qui magistratus leges oēs sub se hret, scribitq; Senatusconsultum, per quod quidē decipiens pauperes, legē quæ eis libertatem confirmabat, sustulit. Erat aūt S.C. tale, vt Largius & Cloelius tunc coss. ptātem deponerent. Et si quis alius magistratum hret, aut publicarum rerum procurationem: vnusq; vir, quemcunq; senatus eligeret, populusq; cōfirmaret, rerum oīum ptātem adsumens imperaret, non plus semestre tempus, maiorē habens q̄ coss. ptātem. Hoc quam hret vim ignorans plebs decernit, firma esse, quę Senatui viderentur. Erat igitur magistratus hic maior tyrannide secundùm leges, electionemq; futuri magistratus Senatui ipsi concedunt consultanti per sese facere. Post hæc multa affuit primoribus senatus inquisitio atq; prouidētia, de viro qui esset ad Imperium suscipiendus. Videbant. n. sibi, viro prōpto & alacri opus esse ad res gerendas, quiq; militaris rei peritia

singulari

Source : BIU Cujas

ſingulari inſtructus eſſet, pari coniuncta prudentia, animiq; moderatione, qui & cõſtantes imperaret: & in contumaces nõ lenis, nec mollis eſſet, nec ptãtem in tyrannidẽ verteret. Videntes itaq; omnia hæc in altero Coſ. T. Largio eſſe: quamuis enim Cloedius virtute ipſi par erat, clemens tñ erat vltor non parentiũ: cùm in altero bellicũ, imperatoriumq; emineret ingenium: Cloelio itaque cõſuli negocium datum dictatoris dicẽdi. Cloelius T. Largiũ, vel, vt aliqui ſcribunt, Lartium dictatorem pronunciat, qui cẽſu populi habito, Latinis bellum fecit, ac Latinorũ vrbibus per legatos ab armis deterritis, quoſdam ex Maniliano exercitu agrũ Romanum populantes partim cæcidit, partim cepit: ac diſſolutis Latinorum copijs, annuas vrbibus inducias dedit.

Creatus eſt igitur primus hic Romę princeps vnicus, belli paciſq; rerumq; cæterarum Imperator: nomenq; ei impoſitum eſt Dictator, ſiue propter poteſtatem iubendi dictãdiq; quod vellet, & quæ iuſta pulchraq; cęteris, quemadmodum ei videretur (nam præcepta & præſcriptiones iuſtorum & iniuſtorum Romani edicta vocant) ſiue, vt quidam ſcribũt, propter eam quę tunc fiebat dictionem: quandoquidem non a populo magiſtratum inuentũ more patrio habiturus erat, ſed ab vno viro dictus. Neq; n. oportere putabant inuidioſo etiam nomine grauati eum magiſtratũ, qui liberam' adminiſtraret ciuitatem, cùm parentium ipſorum cauſſa, ne odioſis appellationibus perturbarẽtur: tum ad ſuſcipiẽtium etiam magiſtratus prouidentiam, ne laterent patientes delictum aliquod ab alijs, aut iniuſtè ijdem in proximos, quę tales ferre ſolent potentiæ: quandoquidem magnitudo poteſtatis quam habet dictator, minimè declaratur nomine. Tyrannis enim electa eſt Dictatoria poteſtas.

Videntur autẽ Romani ſumpſiſſe etiam hoc inſtitutum a Grę cis. Nam qui ὡσὶν μύνται vocati ſunt apud Gręcos antiquitùs, vt in libris Hiſtoriæ de Regno ſcribit Theophraſtus, electi quidam tyranni erant: eligebantq; eos ciuitates, non in tempus infinitum, neq; ſemper: ſed in tempore quando eis expedire videretur, & ad quantũ temporis: ſicut etiam Mytilenęi elegerunt aliquãdo Pittacum aduerſus exules, qui cum Alcæo poeta erant. Venerũt autem ad hoc primi, experimento docti, hoc eſſe vtile. A principio enim Regibus ſuberat vrbs quæq; Gręca, nõ vt Barbarę gẽtes tyrannicè: ſed ſecundum leges quaſdam, conſuetudinesq; patrias. Eratq; oĩum clariſſimus is, q iuſtiſſimus, legumq; ſtudioſiſſimus, nihil ſtatuens extra mores patrios. Videntur itaq; Romani ſumpſiſſe, vt dixi, hoc exemplum a Græcis. Licinius autem putat, nos dictatorem ab Albanis ſubſiſſe: dicens illos, primos poſt Amulij Numitorisq; mortẽ, deficiente Regia cognatione, annuos creaſſe magiſtratus, poteſtatem habentes eandem quam reges antea, vocaſſeq; eos Dictatores. Dionyſ. lib. 5.

A quibus, & ex quo ordine creari potuerit: & quæ fuerit ipſius poteſtas.

Initiò dicam quis potuerit creare Dictatorẽ, & ex quo ordine. Dictator itaq;, vt Plutarchus ait, non a populo, aut a patrib. creari põt: ſed alter Coſs. quem vult dictatorem dicit. Dioniſius verò S.C. factũ ſcribit, vt Coſs. qui tũ erãt, magiſtratusq; reliqui ſe abdicarent: vnusq; vir, quem Senatus nominaret, populus ſciſceret, haud amplius quàm per ſex menſium ſpacium, ſine prouocatione, & maiore quàm Coſs. poteſtate imperaret. Nõnunquam & Senatus populum rogari decernebat, vt quem vellet dictatorem iuberet, qui deinde a cõſule diceretur: extat exemplum apud Liuium, libro vigeſimoſeptimo.

Appian. lib. j. de Bell. ciuil. tradit, L. Cornelium Syllam dictatorem a L. Valerio Flauio interrege dictum eſſe. Plutarchus in vita Cæſaris ſcribit, Senatum creaſſe C. Iulium Cæſarem dictatorem. Videndum iam eſt, ex quo ordine creari potuerit. Patricij quidẽ primi dictatores creati ſunt: poſt cẽteſimum verò & quinquageſimum ferè annum hic magiſtratus plebi patere cępit. Vt autem è conſularibus fierent, lege prouiſum tradit Liuius.

Poteſtatem verò & Imperium Dictatoris ſic exponit Dionyſ. οὗτος πρῶτος ἐν ῥώμῃ μόναρχος ἀπεδείχθη πολέμουτε καὶ εἰρήνης, καὶ παντὸς ἄλλου πράγματος αὐτοκράτωρ. ὄνομαδ' αὐτῶν τίτενται δικτάτωρα, εἴτε διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν, διατάττειν ὅ, τι θέλει: τάτε δίκαια καὶ τὰ καλὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐν αὐτῷ δοκῇ.

Et Cicero lib. 3. de Legibus: Aſt quando duellum grauius, ne amplius ſex menſes, ſi Senatus creuerit, idem iuris quod duo Cõſules teneto, isq; aue ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto. Et Põp. in l. 2. D. de orig. iuris. Populo deinde aucto, cũ crebra orirentur bella, & quædam acriora a finitimis inferrentur, interdum re exigente placuit maioris poteſtatis magiſtratũ conſtitui Itaq; dictatores proditi ſunt, a quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus ẽt capitis animaduerſio data eſt. Hunc magiſtratum, quoniam ſummam ptãtem habebat, non erat fas vltra ſextũ menſem retinere. Primus C. Iul. Cæſar dictator perpetuus factus eſt. Cicero de Fin. C. Cęſari dictatori ppetuo M. Antonius Coſ. iuſſũ populi regnũ detulit. Et Feſtus lib. xij. Optima lege cùm dicebatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgò Dictator appellatur, q̃ pleniſſimũ poſſet ius eſſe, ſignificabatur: vt fuit M. Valerij, M. F. Voluſi nepotis, q primus magiſter populi creatus eſt. Poſtquam verò prouocatio ab eo magiſtratu ad populũ data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici, vt optima lege, vtpote imminuto iure priorũ magiſtratuum. Hæc ille. Et Liuius lib. 8. Optare, inquit, ne poteſtas tribunicia inuiolata ipſa violet interceſſione ſua Romanum imperium: neu populus Romanus in ſe potiſſimùm dictatorẽ, & ius dictaturæ extinguat: quod ſi feciſſet, non L. Papyrium, ſed Tribunos, ſed prauum populi iudicium nequicquam poſteros accuſaturos: cũ polluta ſemel militari diſciplina non miles centurionis, nõ cẽturio Tribuni, nõ tribunus legati, nõ legatus Coſs. nõ magiſter equm Dictatorũ pareat imperio. Dictatura itaq; ſummus erat magiſtratus belli paciſq; tpe, hẽbaturq; in ſummo periculo vltimũ remedium. Duæ ſecures Dictatorẽ præcedebãt: ab eo ad populũ ꝓuocare nõ licebat. Et erat ei animaduerſio in caput data, vt hoc modo plenam rei gerendæ facultatẽ hr̃et, & concitationẽ plebis ad ſeditionẽ pro ſua autoritate ſedaret, & cõpmeret. Tpis deinde ſucceſſu aliæ acceſſere cauſæ: vt Claui figẽdi, Liuius lib. 7. Ludorũ faciẽdorum, feriarũ Latinarũ, comitiorum habendorũ, Senatus legendi, & Reipublicæ conſtituendæ. Summũ aũt magiſtratũ maxima cũ modeſtia primos Dictatores geſſiſſe, Dionyſius ſcribit. Huius aũt rei æmulatio, inquit, ab illo viro incipiens, permãſit oĩbus accipientibus eam ptãtem, vſq; ad tertiam ante nos ętatem. Etenim neminẽ ex Hiſtoria accepimus, qui non ea moderatè ciuiliterq; vſus fuerit, coacta ſæpe vrbe magiſtrat⁹ legitimos diſſoluere, ſub vnoq; res oẽs facere: & ſi quidem in externis belli tantũ fuiſſent, qui Dictaturam ſuſcipiebant pręſides patriæ egregij, nec imperij corrupti magnitudine, minus vtiq; mirãdum eſſet. Nũc verò ẽt in ciuilibus ſeditionib. multis & magnis, Regũq; eiectione, ſuſpicioneq; tyrannidis, aliarumq; calamitatum plurimarum prohibitione, quicunq; tanta potiti ſunt poteſtate, irreprehenſibiles, & primò Imperiũ hoc aſſumenti ſimiles ſeipſi omnes exhibuere: ita vt omnibus confirmata fuerit hæc opinio, ꝙ inſanabilis mali omnis vnicum remedium, ſpesq; ſalutis vltima, cum reſcindũtur omnia, aliquibus temporibus ſit Dictatorius magiſtratus. Patrum verò noſtrorum ætate elapſis annis fermè quadringentis, a T. Largij dictatura, calumniæ habita, odioſaq; res omnibus hominibus apparuit, L. Cornelio Sylla primo & ſolo amarè crudeliterq; ea poteſtate vſo: ita vt tũc primũ ſenſerint, id qđ antea per omne tempus ignorauerant Romani, tyrannidẽ eſſe Dictaturam. Hęc Dionyſius. Liuius lib. 8. de Fabio ſcribit: Se quoq;, inquit Fabius, dictatorẽ Romæ fuiſſe: nec a ſe quenquã, nè plebis quidem hominem, non centurionem, non militẽ violatum: Papyrium, tãquam ex hoſtium ducibus, ſic ex Romano Imperatore victoriam & triumphum petere. Quantũ intereſſe inter moderationem antiquam, & nouam ſuperbiam, crudelitatemque.

MAGISTER EQVITVM.

Magiſtri equitũ, vt Pomp. l. C. ait, ita Dictatoribus ſunt iuncti, vt Regibus Tribuni Celerũ. Paucis igitur, qui Celeres fuerint referam. Romulus, ut Liuius ſcribit, trecentos armatos ad cuſtodiam corporis. quos Celeres appellauit, non in bello ſolum, ſed pace elegit: cui reliqui obedirẽt, tribunum Celerum appellauit. Et Feſtus lib. 3. Celeres, inquit, antiqui dixerũt, quos nũc Equites dicimus a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo ijs præpoſitus fuit, qui primitùs electi fuerunt ex ſingulis decurijs deni: ideoq; oĩno trecenti fuere. Et Dionyſius lib. 2. ſcribit: Celerũ alios equites, alios pedites fuiſſe: eorũ tribuno tres ſubiectos centuriones fuiſſe, rurſusq; his alios: oẽsq; per vrbẽ haſtatos Regẽ comitatos eſſe, eiusq; mandata obijſſe. In militia verò anteſignanos fuiſſe, primos pugnã iniſſe, poſtremos diſceſſiſſe: Equites quidem in planicie, pedites verò in aſperis & inæqualib. locis pugnaſſe. Põponius l. C. paulò aliter: Regũ tpibus, inquit, tribunũ Celerũ fuiſſe cõſtat: Is aũt erat, qui equitibus præerat, & veluti ſecundũ locum a Regibus obtinebat: quo in numero fuit Iun. Brutus, qui autor fuit Regis eijciendi. Ouid. Lib. 4. Faſtorum:

Hoc Celer vrget opus, quem Romulus ipſe vocarat:
Sintq; Celer, curæ, dixerat, iſta tuæ.
Neve quis aut muros, aut factam vomere foſſam
Tranſeat: audentem talia dede neci.

Cum igitur in Dictatorem ſumma planeque regia eſſet collata autoritas, & inſtitutus ſit Magiſtratus hic rei gerẽdæ & ſeditionis comprimendæ gratia', neceſſe fuit eum munire & firmare præſidio quodam. Quomodo igitur Tribuni Celerũ Regibus, ita Dictatoribus, Magiſtri equitũ iungebãtur. Statim igitur atq; T. Largius dictaturam aſſumpſit, Magiſtrum equitum S. Caſſium deſignauit. Quæ conſuetudo ſemper deinde cuſtodita eſt: nec Dictator vllus creatus ſine Magiſtro equitum dictaturam geſſit. Dionyſ. lib. 5. Vnde Furium Camillum quartò Dictatorem creatum, in hęc verba Valerium magiſtrũ equitum nominaſſe, autor eſt Liuius lib. 6. Te Valeri ſocium Imperij, conſilijq;, legiones mecũ aduerſus Antiaten hoſtem ducere placet: quamuis Senatus populusq; Rom. Dictatorem, & vnà Magiſtrum dixerit. Sic ſecundo Punico bello, cùm acerrimo prælio & maximo Reſpub. conflictaretur, nouo exemplo populus ſine Patribus (quod nunquam factũ antea) Fabium Dictatorem, & eundem Q. Minutium magiſtrum equitum dixit. Republica Rom. in monarchiam redacta, Magiſtris equitum ſubſtituti ſunt Præfecti prætorio.

Source : BIU Cujas

ERTIA MVTATIO, QVAE CONTIGIT Anno vrbis CCLXI. ante IIII. Idus Decembris: vt tradit Dionys. & Liuius lib. 39. Quamuis Cicero pro Cornelio scribat, ann. xvj. post Reges exactos, Tribunos plebis creatos: cui Pompon. annum addit, & xvij. anno id factum esse putat.

TRIBVNI PLEBIS CREATI.

Causa & occasio.

IMMINENTE bello Volsco, ciuitas secùm ipsa discors, intestino inter patres plebemque flagrabat odio, maximè pp nexos ob æs alienum. Fremebāt, se foris pro libertate & Imperio dimicantes, domi a ciuibus captos & oppressos esse: tutiorēq; in bello q̄ in pace, inter hostes q̄ inter ciues libertatem plebis esse: inuidiamq; eā sua sponte gliscentē, insignis vnius calamitas accendit. Magno natu quidam, cum oīum maiorum suorū insignibus se in forum proiecit: obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie perempti: ad hoc promissa barba, & capilli, efferauerāt speciem oris: noscitabat tñ intacta deformitate, & ordines duxisse aiebant: aliaq; militiæ decora vulgò miserātes eū iactabāt, ipse testes honestarum aliquot locis pugnarū, cicatrices aduerso pectore ostentabat. Sciscitātibus vnde ille habitus? vnde deformitas? cum circumfusa turba esset propè in concionis modū: Sabino bello ait se militantem, quia pp populationes agri nō fructu modò caruerit, sed vt illa incēsa fuerit, direpta oīa, pecora abacta, tributū iniquo suo tpe imperatum, æs alienū fecisse. Id cumulatū vsuris, primò se agro paterno, auctoq; exuisse: deinde fortunis alijs, postremò velut tabem peruenisse ad corpus. Ductū se ab creditore non in seruitium, sed in ergastulum & carnificinam esse: inde ostentare tergum fœdū recentibus vestigijs verberum. Ad hęc visa auditaq; clamor ingens oritur: nō iam foro se tumultus cōtinet, sed passim totā vrbem peruadit: nexu vincti, solutiq; se vndiq; in publicum proripiūt, implorant Quiritium fidē. Nullo loco deest seditionis voluntarius comes: multis passim agminibus per oēs vias cum clamore in forū curritur, magno cū periculo suo. Qui fortè patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt: nec temperatū manibus foret, ni properè Cos. P. Seruilius & Appius Claudius ad cōprimendā seditionē interuenissent. At in eos multitudo versa, ostentare vincula sua, deformitatēq; aliā: hæc se meritos dicere, exprobrantes suam quisq; alius alibi militiā: postulare minaciter magis, q̄ suppliciter, vt Senatum vocarēt: curiamq; ipsi futuri arbitri, moderatoresq; publici consilij, circūsistunt. Pauci admodum patrum, quos casus obtulerat, contracti ad Consules: cæteros metus nō curiæ modò, sed ēt foro arcebat: nec agi quicquā per infrequētiā poterat Senatus. Tum verò eludi atq; extrahi se multitudo putare, & patrū qui abessent, non casu, non metu, sed impediendæ rei cā abesse, & Consules ipsos tergiuersari: nec dubiè ludibrio esse miserias suas. Iam propè erat, vt ne Cōsulū quidē maiestas coerceret iras hoīum, cùm incerti, morando an veniendo plus periculi contraherent, tandē in Senatū veniunt: frequentiq; tandē curia non modò inter patres, sed ne inter Consules quidē ipsos, satis conueniebat. Appius, vehementis ingenij, imperio consulari rem agendā censebat: vno aut altero errepto, quieturos alios. Seruilius, lenibus remedijs aptior, cōcitatos animos flecti q̄ frangi, putabat, cùm tutius, tū facilius esse. Inter hęc maior alius terror. Latini equites cū tumultuoso aduolant nūcio, Volscos infesto exercitu ad vrbē oppugnandā venire. Quæ audita (adeò duas ex vna ciuitate discordia fecerat) longè aliter patres ac plebem affecere: exultare gaudio plebes, vltores superbię patrū adesse: dicere deos, alius aliū confirmare, ne noīa darent, cùm oībus potius q̄ solos perituros: patres militarent, patres arma caperent, vt penes eosdē pericula belli, penes quos præmia, essent. At verò curia mœsta & trepida ancipiti metu, & ab ciue & ab hoste, Seruilium consulē, cui ingenium magis popularе erat, orare, vt tantis circumuētā terroribus expediret Remp. Tū Consul misso Senatu, in cōcionem prodit: ibi curæ esse patribus ostendit, vt consulatur plebi. Cæterùm deliberationi de maxima quidem illa, sed tñ parte ciuitatis, metū pro vniuersa Republica interuenisse: nec posse, cū hostes pp ad portas essent, bello præuertisse quidquā: nec si sit laxamēti aliquid, aut plebi honestū esse, nisi mercede prius accepta, arma pro patria nō cępisse: neq; Patribus satis decorum, per metū potius, q̄ postmodùm voluntate, afflictis ciuium suorū fortunis consuluisse. Concioni deinde edicto addidit finem: quo edixit, Ne quis ciuem Romanū vinctū aut clausum teneret, quo minus ei nominis edendi apud Cōsules potestas fieret: ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut venderet, liberos, nepotesve eius moraretur. Hoc proposito edicto, & qui aderāt nexi profiteri extēplo noīa, & vndiq; ex tota vrbe proripientium se ex priuato, cū retinendi ius creditori non esset, concursus in forum, vt sacramento dicerēt, fieri: magna ea manus fuit. Neq; aliorū magis in Volsco bello metus atq; operā cōtituit. Appius & insita superbia animo, vt collegæ vanā faceret fidē, q̄ asperrimè poterat, ius de creditis pecunijs dicere: deinceps, & q̄ antè nexi fuerāt, creditoribus tradebant, & nectebant alij: q̄ vbi cui militi incidérat, collegā appellabat: cōcursus ad Seruiliū fiebat, illius promissa iactabāt, illi exprobrabāt sua q̄sq; belli merita, circatricesq; acceptas: postulabant, vt aut referret ad Senatū: aut vt auxilio esset Consul ciuibus suis, imperator militibus. Mouebant Consulē hæc, sed tergiuersari res cogebat: adeò in alterā caussam collega non solū præceps ierat, sed oīs factio nobiliū: ita mediū se gerēdo, nec plebis vitauit odium, nec apud patres gratiā inijt. Patres mollē Consulē & ambitiosum rati, plebs fallacē, breuiq; apparuit, æquasse eum Appij odiū. Sæuire inde vtiq; Cōsulū alter, patresq;: sed plebi creuerant animi, & lōgè alia q̄ primò instituerant, via grassabantur. Desperatò enim Cōsulū Senatusq; consilio, cū in ius duci debitorem vidissent, vndiq; conuolabāt, neq; decretū exaudiri Consulis præstrepitu & clamore poterat: neq; cū decreuisset, quisquā obtemperabat. Viagebatur: metusq; oīs & periculū libertatis, cum in conspectu Cōsules singuli a pluribus violarentur, hinc in creditores a debitoribus verterant. Super hæc timor incessit Sabini belli: delectuq; decreto, nemo nomen dedit furente Appio, & insectante ambitionē collegæ, qui populari silentio Rempub. proderet: & ad id quod de credita pecunia ius non dixisset, adiiceret, vt ne delectum quidem ex Senatusconsl. haberet: non esse tū desertam oīno Rempub. neq; proiectum Cōsulare imperium: se vnum & suæ & patrū maiestatis vindicem fore. Cum cirunstaret quotidiana multitudo, licētia accēsa, arripi vnū insignē ducē seditionis iussit. ille cum a lictoribus iā traheretur, prouocauit: nec cessisset prouocationi Cos. quia non dubium erat populi iudiciū, nisi ęgrè victa pertinacia foret, consilio magis & autoritate Principum, q̄ populi clamore. adeò superārat animi ad sustinēdam inuidiam. Crescere inde malū in dies, nō clamoribus modò apertis: sed quod multo pernicioſius erat, secessione, occultisq; colloquijs. Tandem inuisi plebi Cos. magistratu abeunt: Seruilius neutris, Appius patribus mirè gratus.

Anno verò insequenti, Veturio Virginioq; Cos. plebs incerta quales habitura Consules esset, cœtus nocturnos, pars in Esquilijs, pars in Auētino facere, ne in foro subitis trepidaret cōsilijs, & oīa temerè ac fortuitò ageret: eā rem Cos. rati, vt erat, perniciosam, ad patres referunt. Tres fuēre snię. P. Virginius rem non vulgabat: de ijs tantum qui fidem secuti P. Seruilij consulis, Volsco, Aurunco, Sabinoq; militassent bello, agendum censebat. T. Largius, non id tempus esse, vt merita tantūmodo exoluerentur: totam plebem ere alieno demersam esse: nec fisti posse, ni oībus ꝙsulatur: quin si alia aliorū sit conditio; accendi magis discordiam, q̄ sedari. Appius Claudius & natura immitis & efferatus, hinc plebis odio, illinc patrū laudibus: Nō miserijs, ait, sed licentia tū cōcitum turbarum: & lasciuire magis plebē, q̄ sauire: id adeò malū ex prouocatione natum: quippe minas esse consulum, nō Imperium, vbi ad eos qui vnà peccauerint, prouocare liceat. Agedum inquit, Dictatorē, a quo prouocatio non est, creemus: iā hic, quo nunc oīa ardēt, conticescet furor. pulset tum mihi lictorem, qui sciet ius de tergo vitaq; sua penes vnū illum esse, cuius maiestatē violauit. Multis, ut erat, horrida & atrox videbat Appij snīa: rursus Virginij, Largijq; exemplo haud salubres, vtiq; Largij putabāt snīam, quæ totam fidē tolleret: medium maximè & moderatum vtroq; consiliū Virginij habebatur. sed factione respectuq; rerū priuatarū, quæ semper offecere, officientq; publicis consilijs, Appius vicit: ac propè fuit, vt Dictator ille idē crearet. Quæ res vtiq; alienasset plebē periculosissimo tpe, cùm Volsci, Aequiq; & Sabini fortè vnà oēs in armis essent. Sed curæ fuit Cōsulib. & senioribus patrū, vt Imperiū suo vehemens mansueto permitteretur. ingenio M. Valeriū Volesi filiū creant. Plebs etsi aduersus se Dictator creatum videbat, tñ cū prouocationem fratris legę hēret, nihil ex ea familia triste, nec superbū timebat. Edictū deinde a Dictatore propositū, confirmauit animos, Seruilij ferè Cōsulis edicto conueniens. Sed & hoī & ptāti melius rati credi, omisso certa mine noīa dedere. Quantus nunquā antè exercitus, legiones decem effectæ: ternæ inde datę Consulibus. quatuor Dictator vsus. Postquam igitur M. Valerius Dictator plebem eadē de caussa militiā detrectantē promissis mitigasset, & in hostes eduxisset, & parta victoria per Senatum promissa præstare nō posset, Dictaturą se abdicauit. Nā Valerius post Vetusij consulis reditū, oīum actionū in Senatu primā habuit pro victore populo, retulitq; quid de nexis fieri placeret. Quæ cū reiecta relatio esset, Non placeo (inquit) concordię autor: optabitis mediusfidius propediem, vt mei similes Romana plebs patronos hēat. Quod ad me attinet, neq; frustrabor vltrà ciues mēs, neq; ipse frustra Dictator ero: discordiæ intestinæ, bellū externū, fecere vt hoc magistratu egeret Respub. pax foris parta est, domi impeditur. Priuatus potius q̄ Dictator seditioni interero. Ita curia egressus, dictatura se abdicauit. apparuit caussa plebi, suam vicem indignāti, magistratu abisse. Itaq; velut persoluta fide, qm̄ per eum non stetisset quin præstaretur, decedētem domū cum fauore ac laudibus pro sequuti sunt. Post aūt cùm p cām renouati ab Aequis belli educi ex vrbe legiones iussissent, q̄ in Cōsulum verba iurassent, & sacramēto tenerent: primò agitatū dē de Consulū cæde, vt soluerent sacro. Docti deinde, nullam scelere religionem exolui, Sicinio quodam autore

iniussu

iniuſſu Cõſulũ in Sacrũ mõtem ſeceſſerunt trans Anienẽ amnẽ, tria ab vrba millia paſſuũ. Ibi ſine vllo duce, vallo foſſaq; cõmunitis caſtris, quieti, rẽ nullã niſi neceſſàriam ad victũ ſumẽdo, per aliquot dies neq; laceſſiti, neq; laceſſentes, ſeſe tenuere. Pauor ingẽs in vrbe, metuq; mutuo ſuſpenſa erãt oĩa. timere relicta ab ſuis plebs violẽtiã patrum: timere patres reſidẽ in vrbe plebẽ: incerti, manere eam, an abire mallent. Quemadmodũ aũt trãquillã, quæ ſeceſſerit, multitudinẽ fore? quid futurũ deinde, ſi quod externũ interim bellũ exiſtat? nullã profectò niſi in cõcordia ciuiũ, ſpem reliquam ducere. eam per æqua, per iniqua reconciliandã ciuitati eſſe. Placuit igitur oratorem ad plebẽ mitti, Meneniũ Agrippã, facundum virum: & ꝙ inde oriũdus erat, plebi carum. Is intromiſſus in caſtra, priſco illo dicẽdi & horrido modo, nihil aliud q̃ hoc narraſſe fertur. Tpe, quo in hoĩe non vt nunc, oĩa in vnũ conſentiebant, ſed ſingulis membris ſuum cuiq; cõſiliũ, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore ac miniſterio ventri oĩa quæri, ventrẽ in medio quietũ nihil aliud q̃ datis voluptatibus frui. Conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibũ ferrẽt: nec os acciperet datum, nec dẽtes. Hac ira dum vẽtrẽ fame domare vellent, ipſa vnà membra, totumq; corpus, ad extremã tabem veniſſe: inde apparuiſſe, ventris quoq; haud ſegne miniſteriũ eſſe: nec magis ali, q̃ alere eum, reddẽtẽ in oẽs corporis partes hũc, quo viuimus, vigemusq;, diuiſum pariter in venas, maturũ confecto cibo ſanguinẽ. Comparãdo hinc, q̃ inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in patres, flexiſſe mentes hominem. Agi deinde de concordia cœptum: conceſſumq; cõditiones, vt plebi ſui magiſtratus eſſent Sacroſancti, quibus auxilij latio aduerſus Conſules eſſet: neve cui patrum capere eum magiſtratum liceret.

QVOT TRIBVNI PLEBIS INITIO fuerint creati, & ad quem numerum aucti.

TRibuni dicti ſunt, ꝙ olim in tres partes popul⁹ diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabatur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur. Pomp. in l. 2. de origine iuris: Cum itaq; ob fœneratorum impotẽtiam, qui plebẽ ære alieno obſtrictam in vinculis tenebant, ſeditio exorta eſſet, & edicto Seruilij ſedata, & anno poſt denuò exorta, ac ſeceſſio in montem Sacrum trans Anienẽ autore Sicinio facta: plebs ſibi quoſdã ſciuit, quos Coſs. opponerẽt. Initio aũt duo creati ſunt: deinde tres adiecti, vt quinq; eſſent. Sic Liuius ex Piſonis ſnĩa: quamuis Dionyſius & Plutarchus quinq; primùm factos ſcribant. Illud aũt conſtat, cum anno CCXCVI. Horatio & Minutio Coſs. quinq; additis decem effecti ſint, qui numerus deinde ſtante Rep. in perpetuũ conſeruatus eſt: primos duos creatos Liuius C. Licinium, L. F. Bellutũ, L. Iunium, C. F. Paterculum: Dionyſ. C. Sicinium Bellutũ. Suidas in voce δὶ μαρχοι, Sicinium & Brutũ. ex tribus reliquis vnum Siciniũ nominat Liuius, de reliquis parum ait conuenire. Dionyſ. aũt eos C. & P. Licinios, & C. Iciliũ Rugam vocat. Diem quo primi tribuni inierunt, ante IIII. idus Decemb. nominat Dionyſ. eumq; ſolennẽ fuiſſe vſq; ad ſua tpa ineundo tribunatui tradit. De hiſce tribunis Cicero pro Cornelio ſic loquitur: Tãta igitur in illis virtus fuit, vt anno XVI. poſt Reges exactos, propter nimiam dominationem potentiũ, Leges ſacratas ipſi ſibi conſtituerent, duos Tribunos crearent, montem illũ trans Anienẽ, qui hodie mons Sacer noĩatur, in quo armati conſiderant, æternæ memoriæ cauſſa conſecrarẽt.

Quæ fuerit poteſtas Tribunorum.

Plutarchus in Problematibus, negat Tribunos magiſtratuum nomine contineri: quia ex ſella curuli, vt magiſtratus, iis nõ rederent: & ideò purpuram nõ geſtare, cùm cæteri magiſtratus purpurati incedant, Nam nec, inquit, lictores habet, nec ſellã curulẽ, nec creato Dictatore ptãtem deponit: ſed cùm oĩs ptãs ad Dictatorẽ redeat, ſolus tribunus ſuã retinet, quaſi Imperium nullũ gerens. Refert idem, moribus Romanorũ cõſtitutũ eſſe, vt domus tribunorũ noctu ne clauderetur: quod & Macrobius lib. 1. Satur. confirmat: ſed interdiu noctuq; indigenti cuiq; eorũ auxilio paterent, quaſi portus quidam & præſidium periclitantiũ. Maiores enim cõem tribunum eſſe voluerũt, & tanquam aram oĩ acceſſibilem: proinde honore quidem ſacroſanctos eos eſſe voluerũt, nec ſine inexpiabili ſcelere violabiles. Cicero lib. 3. de Legib. Ptãtem eorũ ſic declarat: Plebes, quos pro ſe contra vim auxilij ergò decem creaſſit, tribuni eius ſunto: quodq; ij prohibeſſint, quodq; plebem rogaſſint, ratum eſto: ſanctiq; ſunto: neve plebem orbã tribunis relinquunto. Erat enim magiſtratus ſacroſanctus.

Liuius lib. 2. Tribunus, inquit, viatorem mittit ad Conſulẽ. Cõſul lictorem ad tribunum, priuatum eſſe clamitãs, ſine Imperio, ſine magiſtratu. Tribunatus. n. Imperio & magiſtratui obiiciebatur, magis ad impediendũ (vt inquit Plutarchus in vitis Gracchorum & Vticenſis) q̃ ad agendũ creatus. Et Liuius lib. 3. Ipſis quoq; Tribunis, vt ſacroſancti viderentur, cuius rei propè iam memoria aboleuerat, relatis quibuſdam ex magno interuallo ceremoniis, renouarunt. Et tũ religione inuiolatos eos: tum legem ẽt fecerunt, ſanciẽdo, vt qui Tribunis plebis, ædilibus, iudicibus, decẽviris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet: familia ad ædẽ Cereris, Liberi Libereq; venũ irẽt. Idem ſcribit Dionyſius lib. 6. Ij viatorem quidem & prehẽſionem habebãt, vocationẽ verò nequaquã. Nam, vt ait Gellius, antiquitùs creati vñr non iuri dicundo, nec cauſſis querelisq; de abſentib⁹ noſcẽdis: ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent, vt iniuria, quæ coram fieret, arceretur, ac propterea ius ad ſe vocandi ademptum: qñ vt vim fieri vetarent, aſſiduitate eorũ & præſentiũ oculis opus erat. Hæc Gel. lib. 13. ca. 13. Et deinde lib. 15. cap. 27. Tribuni, inquit, neq; aduocant patricios, neq; ad eos referre de vlla re pñt. Ita ne leges q̃dẽ propè, ſed plebiſcita appellant, quæ Tribunis plebis ferrẽt accepta &c. Tribuniciæ itaq; ptãtis ea erat vis, eaq; facultas, vt intercederent aduerſus magiſtratus potentiam. Cõtra ẽt Dictatoris Imperium Tribunus intercedendi ptãtem fuiſſe, quidam cõtendũt: Q. Fabij exemplo: qui cum magiſter equitũ eſſet, & in eum ꝙ cõtra vetitũ pugnaſſet, L. Papyrius Dictator animaduertere vellet: M. Fabius pater, qui ter conſul dictatorq; fuerat, Tribunos plebis & populum appellauit: qui interceſſione ſua, etſi precariam præſtitiſſent opem, reum tñ ſupplicio exemere. Ab vno quoq; tribunorum ad reliquos Tribunos prouocare licuiſſe, ipſosq; intercedere potuiſſe, ſine cõtrouerſia eſt. Neq; enim leuis erat vnius Tribuni in prohibendo ptãs. Siquidẽ vno aliquid fieri negante, nihil cæteri, etiamſi plures numero eſſent, decernebant. Præterea Tribunis, quoties oportere viſum eſt, ptãs fuit habendi & diſſoluendi Senatus, intercedendiq;. Ipſis tñ, cum frequẽs haberetur Senatus, intra limites curiæ adeſſe nõ licebat: ſed poſitis ante curiæ fores ſubſelijs, quæ ad populum pertinerent, Senatuſconſulta excipere: & ſi probarent, T litera ſubſcribere ſolebant. Si aũt minimè rata eſſe vellent, poterat Senatuſconſultũ per interceſſiones tribunitatis impediri. Tametſi æuo poſteriore tribunũ frequẽti curia, de his quæ ad populum pertinerent, Senatũ ſæpe conſuluiſſe, ibiq; ſubſellia habuiſſe, exẽpla in aperto ſint, donec Attinio plebiſcito Tribuni plebis Senatores effecti ſunt: hoc eſt, vt quẽ Tribunum plebs creaſſet, is hoc ipſo in poſterum Senator eſſet. Sed & de publicis criminibus tribunos quęſiuiſſe, & cũ cõſilio cognouiſſe, exempla oſtẽdunt. Nam C. Norbanus tribunus plebis, incitato in Q. Cæpionẽ populo, qa malè pugnaſſet, ei Imperiũ abrogauit: & Gn. Domitius in tribunatu M. Scauro diẽ dixit ad populum, & ei mulctã irrogauit, ꝙ eius opera ſacra multa populi Romani eſſe diminuta diceret. Saturninus quoq; tribunus plebis de Q. Metello Numidico, ꝙ in legẽ ſuam iurare noluiſſet, tulit, vt ei aqua & igni interdiceretur. Et M. Virgilius in tribunatu L. Syllæ Imperatori diem dixit. Ac deniq; P. Clodius tribunus plebis lege ad populũ lata, Ciceroni, ꝙ ciues in dicta cauſſa dãnaſſet, aqua & igni interdixit. Reperitur quoq; apud Liuiũ lib. 4. Conſules a Tribunis plebis in vincula duci potuiſſe. Et lib. 9. Cenſorem Appiũ a P. Sempronio trib. plebis prehendi, & in vincula duci iuſſum eſſe. Et lib. 5. Tribunos plebis minitari, ſe iuſſuros eſſe in vincula Tribunos militum duci. Et Dionyſius ſcribit, Metellum Conſulem a L. Flauio tribuno pleb. in carcerem ductum eſſe.

LEGES SACRATAE.

NOmen acceperunt, ꝙ in Sacro monte latæ ſint: vna verò, vel plures fuerint, in dubio eſt. Vna tamẽ dici poteſt, quia reuera vna ſit: plures, quia pluribus partibus eodem ſpectantibus conſtet. Feruntur igitur hæc capita.

I Vt plebi ſui magiſtratus eſſent, ijq́ue Sacroſancti, quibus auxilij latio aduerſus Conſules eſſet, neve cui patrum capere eum magiſtratum liceret.

II Tribunum inuitũ nemo, vt vnum e vulgo, quicquam facere cogito, nec verberato, nec aliũ verberare iubeto: nec occidito, nec occidere iubeto. Si quis contrà fecerit, ſacer eſto. Et ne in poſterũ plebi ptãs eſſet abrogare hanc legẽ, ſed perpetuò maneret immobilis, adacti ſunt oẽs ciues iurare per ſacra oĩa, vtiq; vſuros hac lege in ſempiternũ, & ipſos, & poſteros: additaq; imprecatio, vt ita ei⁹ ꝙfirmatores ſuperos ac inferos hñent ꝓpitios: trãſgreſſores verò iratos vtroſq;, vt obligati grauiſſimo ſcelere. Liuius li. 2.

III Refertur à Dionyſio Halicarnaſẽo libro 7. Tribuno, inquit, ad populũ concionanti, ne quis ꝓtradicito, neve eũ interpellato. Qui contrà faxit, prædes tribunis dato, ſe mulctã quã ipſi irrogabũt, ſoluturũ. Qui prædes nõ dederit, capitalis eſto, familiaq; eius ſacra eſto. Si quid ei in mulctis controuerſiæ, populi iudiciũ eſto.

Anno vrbis 267. Proculo Virginio Trigoſto, & Sp. Caſſio Viſcellino tertio Coſs. quo anno Xerxas Perſarũ monarcha Aegyptum recepit, lata eſt a Sp. Caſſio lex Agraria. Cum. n. eo tpe fœdus cum Hernicis ictum fuiſſet, & ijs agri partes duæ ademptæ eſſent, tulit legẽ Sp. Caſſius, vti ex eo agro dimidium Latinis, dimidium plebi diuideret. Huic largitioni adijciebat agri aliquantũ, quem publicum poſſideri a priuatis criminabatur. Id multos qui dẽ patrum, ipſos poſſeſſores, periculo rerum ſuarũ terrebat. Sed & publica Patribus ſollicitudo inerat, largitione conſulẽ periculoſàs libertati opes ſtruere. Tum primùm lex Agraria promulgata eſt, nunquam deinde vſq; ad eam memoriã ſine maximis motibus rerũ agitata. Conſul alter largitioni reſiſtebat, autorib. Patribus, nec oĩ plebe aduerſante: quæ primò cęperat faſtidire munus vulgatũ, a ciuibus iſſe in ſocios. Sæpe deinde & Virginiũ conſulẽ in concionibus, veluti vaticinantẽ audiebat: peſtilẽs collegę munus eſſe, agros illos ſeruitutẽ iis qui acceperint laturos, regno viã fieri. Quid ita. n. aſſumi ſocios, & nomen Latinum? Quid attinuiſſe Hernicis, paulo antè hoſtibus, capti agri tertiã partẽ reddi? nil,

vt hæc

Source : BIU Cujas

vt hæ gentes pro Coriolano duce, Cassium hẽant? Popularis iam esse dissuassor & intercessor legis Agrarię cęperat. Vterq; deinde Consul certatim plebi indulgere: Virginius dicere, passurũ se assignari agros, dũ ne cui, nisi ciui Romano assignentur. Cassius, quia in agraria largitione ambitiosus in socios, eoq; ciuib. vilior erat: vt alio munere sibi reconciliaret ciuiũ animos, iubere pro Siculo frumẽto pecuniã acceptã retribui populo. Id verò haud secus q̃ præsentem mercedem regni aspernata plebs: adeò pp suspicionem insitam regni, velut abundarent oĩa munera eius in animis hoĩum, respuebantur. Quem, vbi primùm magistratu abijt, damnatum necatumq; constat. Sũt qui patrem autorem eius supplicij ferant: eum cognita domi caussa verberasse, ac necasse, peculiumq; filij Cereri consecrasse, Liuius Dec. 1. lib. 1. refert.

ANNO VRBIS 282. quo tempore Sophocles & Euripides claruerunt, lata est a Volerone Publilio Philone lex, quæ ab auctore Publilia dicta est, vt Plebeij magistratus, qui antea Curiatis comitijs fiebant, deinceps remotis patribus, tributis comitijs crearentur: Liuius lib. 2. Dionys. lib. 2.

ANNO VRBIS 290. Lucretio, Veturio Cos. C. Terẽtius Arsa Trib. pl. legem tulit, vt quinq; viri crearẽtur Legibus de Imperio consulari scribendis, ne ipsi libidinẽ ac licentiam suam pro lege haberent. Dionys. lib. 10. Liuius lib. 3.

ANNO VRBIS 297. quo tpe Empedocles & Parmenides floruerũt, lata est lex, a L. Icilio tribuno plebis, de mõte Auẽtino publicando: hoc est, vt mons ad ædificia populo cõcederetur. Liuius lib. 3. Dionys. lib. 10. clarius: ὅσα μὲν ἰδιῶταί τινες εἶχον ἐκ δικαίου πρίασάμενοι ταῦτα τοὺς κυρίους κατέχειν: ὅσα δὲ βεβιασμένοι τινὲς ἢ κλοπῇ λαβόντες οἰκοδομήσαντο, ἀποτιμήσαντας τὰς δυναπάνας ἐς ἂν οἱ δικασταί γνῶσι, τῷ δήμῳ παραδιδόναι. τὰ δὲ ἄλλα ἴτα ἂν ᾖ δημόσια, χωρὶς ὠνῆς τὸν δῆμον παραλαβόντα διελέσθαι. hoc est: Quæ priuato quidã iure q̃sita possidebant, ea pro domino possiderent: quę verò, vel vi, vel clàm accepta ædificijs occuparãt, ea recuperatis impẽsis, quas arbitri statuissent, populo redderent. Cætera verò, quæ publica essent, ea populum sine precio recipere, & inter se diuidere.

ANNO VRBIS 298. lata est lex a Sp. Tarpeio Capitolino, & ab Aterino Fontinali, vnde Aterina & Tarpeia ab autoribus vocatur: Vt omnibus magistratibus mulctæ dicendæ ius esset, cũ antea solis Cos. id liceret: ita tamen, ne vel duos boues, vel triginta oues excederent. Dionys. lib. 10. Gellius lib. 2. cap. 1.

ANNO VRBIS 301. T. Menenius & Publius Sextius Cos. legem tulerunt, Vt in mulctis bos centussis, ouis decussis æstimaretur. Festus lib. 14.

QVARTA MVTATIO REIPVB. ROMANAE, quæ contigit Anno vrbis 302.

DECEMVIRI CREATI.

Causa & occasio.

INTER Patres & tribunos, pro legibus ferẽdis, magna sæpe contentio erat: tribuni finem certaminũ facere polliciti sũt, si legũlatores & ex plebe & ex patribus crearẽtur, qui leges cões vtrisq; vtiles ferrent, quib. patres, in legibus ferendis, nõ in latore assenserunt: qĩn daturũ neminẽ, nisi ex patribus, aiebãt. Vnde, ne quis esset inuidiæ locus, leges extraneas hĩe placuit. Missi igit̃ legati sunt Athenas, Sp. Posthumius Albus, T. Manlius, P. Sulpit. Camerinus, iussiq; inclytas leges Solonis describere, & aliarum Grẽcię ciuitatũ institutas, mores iuraq; cognoscere. Postquam iam redijssent legati cum Atticis legibus, intentius instabant Tribuni, vt tandem scribendarum legum initium fieret. Placuit igitur creari Decemuiros sine prouocatione.

ANNO itaque Vrbis 302. q̃ condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis, ab Cos. ad Decẽuiros, quemadmodum ab Regibus antè ad Consules venerat, translato Imperio. Minus insignis, quia non diuturna, mutatio fuit. Læta. n. principia eius magistratus, nimiũ luxuriauere: eo citius lapsa res est: repetitũq; duobus vti mandaret̃ consulũ nomẽ Imperiumq;. Sunt igitur Decẽviri creati, Appi⁹ Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, A. Mãli⁹, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Posthumius. Hi itaq; ingenti hoĩum expectatione propositis decem tabulis, populum ad concionẽ aduocauerũt: & quod bonũ, fausttũ, fẽlixq; Reipub. ipsis, liberisq; eorum esset, ire, & legere leges propositas iussere: se, quãtũ decẽ hoĩum ingenijs prouideri potuerit, omnibus summis infimisq; iura æquasse. Centuriatis itaq; comitijs decem tabularum leges perlatæ sunt. Deinde cũ legibus Græcis aliquid deesset, duas adiecerũt, quibus propriæ Romanorum leges continebantur. Inde corpus omnis Romani Iuris.

LEGES XII. TABVLARVM.

De cultu Deorum.

Ad diuos adeunto castè: pietatem adhibento: opes amouẽto. Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.

De templis & lucis.

Separatim nemo habessit deos: neve nouos, sed ne aduenas, nisi publicè ascitos, priuatim colunto.

Constructa a patribus delubra habento, lucos in agris habento: & Larium sedes, ritus familiæ patriæq; seruanto.

De duplici deorum genere.

Diuos, & eos qui cœlestes semper habiti, colunto:

Illos quos in cœlum merita vocauerunt, Herculẽ, Liberum, Aesculapiũ, Castorem, Pollucẽ, Quirinũ. Et illa, propter quæ datur huiusmodi ascensus in cęlũ: Mentẽ, Virtutẽ, Pietatem, Fidem earũ laudũ delubra sunto: nec vlla vitiorũ sacra solẽnia obeũto.

De ferijs.

Ferijs iurgia amouẽto: easq; in famulis operib. patratis habẽto.

Itaq; vt ita cadat, in annuis anfractibus descriptum esto.

Certasq; fruges, certasq; baccas sacerdotes publicè libanto.

Hoc certis sacrificijs, ac diebus: itemq; alios addes.

Vbertatem lactis, fœturæq; seruanto.

Idq; ne committi possit, ad eam rem & rationem cursus annuos sacerdotes finiunto.

De hostijs & officijs sacerdotum.

Quæq; cuiq; diuo decoræ, gratæ sint hostiæ, prouidento.

Diuisq; alijs alij sacerdotes: omnibus pontifices: singulis flamines sunto.

Virgines Vestales in vrbe custodiũto: ignẽ foci pub. sẽpiternũ.

Quoq; & priuatim & publicè modo rituq; fiant, discũto ignari a publicis sacerdotibus.

De duobus sacerdotum generibus.

Eorum autem duo genera sunto: vnum, quod præsit ceremonijs & sacris: alterum, quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita, cum Senatus populusq; asciuerit.

Interpretes autem Iouis opt. max. publici augures, signis & auspicijs postea vidento, disciplinam tenento.

Sacerdotes vineta, virgetaq;, & salutẽ populi augurãto: qq; agẽt rẽ duelli, quiq; populare auspiciũ, pmonento, illisq; obtẽperãto.

Diuorumq; iras prouidento, ijsq; parento: cœliq; fulgura, regionibus ratis temperanto.

Vrbemq; & agros, & templa liberata & effata habento.

Quæq; augur iniusta, nefasta, vitiosa, dirave dixerit, irrita infestaque sunto.

Quiq; non paruerit, capitale esto.

Federum, pacis, belli, inducíarum, oratores, fœciales, iudicesve ne sunto.

Bella disceptanto: prodigia, portenta, ad Hetruscos & aruspices, si Senatus iusserit, deferunto.

Hetruriæq; principes disciplinam docento.

Quib. diuis creuerint, pcurãtor: ijdẽq; fulgura & oscina piãto.

De nocturnis mulierum sacrificijs ac ludis.

Nocturna mulierũ sacrificia ne sunto, pter illa quæ pro populo ritè fient: neve initiantor: nisi (vt assolet) Cereri Græco sacro.

Sacrũ cõmissum, qđ neq; expiari poterit, impiè cõmissum est.

Qđ expiari poterit, publici sacerdotes expianto: ludis publicis, siue curriculo, siue certatione corporis fiant, populare læticiã in cantu, & fidibus, & tibijs moderãto, eãq; cũ diuũ honore iungito.

De sacrilegio, periurio, incæstu.

Ex patrijs ritibus colunto optima.

Pręter Ideę matris famulos, eosq; iustis dieb. ne qs stipẽ cogito.

Sacrũ, sacrove cõmẽdatũ, q clepserit, rapseritq;, parricida esto.

Periurij pęna: diuina exitium, humana dedecus.

Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto.

Impius ne audeto placare donis iram deorum.

Sanctè vota reddunto, pęna violati Iuris esto.

Quocirca ne quis agrum consecrato.

Auri, argenti, eboris sacrandi modus esto.

Sacra priuata, perpetua manento.

Deorum manium iura, sancta sunto.

Hos lęto dato, diuos habẽto: sũptũ in illos, luctũq; minuunto.

De sumptibus funerum, & sepulchris.

In vrbe ne sepelito, neve vrito: ne facito rogũ: asciane polito.

Mulieres genas ne radunto: neve lessum funeris ergò habẽto.

Homini mortuo ne ossa legito.

Rogum bustumve nouum, inuito domino, ne propius ædes alienas sexaginta pedes adducito.

Vestibulum sepulchri, bustumve, ne vsucapito.

Ploratus & lamentationes in funere suo latæ sunto.

De Magistratibus ciuilibus.

Iusta ĩperia sũto, ijsq; ciues modestè ac sine recusatione parẽto.

Magistratus nec obedientem, & nocuum ciuem, mulcta vinculis verberibusve coercento: ni par maiorve potestas populusque prohibescit, ad quos prouocatio esto.

Cum magistratus iudicassit, irrogassitve, per populum, mulctę, pœnæ, certatio esto.

Quodcunq; postremum populus iusserit, id ius ratumq; esto.

De Magistratibus militaribus.

Militiæ ab eo, qui imperabit, prouocatio ne esto.

Quodq; is qui bellum gerat imperassit, ius ratumq; esto.

Minores magistratus petiti Iuris, plures in prælio sunto.

Militię, quibus iussit erũt, imperãto, eorumq; Tribuni sunto.

Domi

Source : BIU Cujas

Demi pecuniam publicam cuſtodiunto.
Vincula fontium ſeruanto, capitalia iudicanto.
Aes, argentum, aurum publicè ſignanto.
Lites contractas iudicanto.
Quodcunq; Senatus decreuerit, agunto.

De Aedilibus.

Suntoq; ædiles, curatores vrbis, annonæ, ludorumq; ſolenniũ.
Ollisq; ad honoris amplioris gradum, is primus aſcenſus eſto.

De Cenſoribus.

Cẽſores populi, ciuitates, ſoboles, familias, pecuniasq; cẽsẽto.
Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento.
Populiq; partes in tribus diſtribuunto.
Exeinde pecunia, ciuitatis ordines partiunto.
Equitum, peditumq; prolem deſcribunto.
Cœlibes eſſe prohibento.
Mores populi regunto.
Probrum in Senatu ne relinquunto.
Bini ſunto: magiſtratus quinquennium habento.
Reliqui magiſtratus annui ſunto, eaq; poteſtas ſemper eſto.

De Prætoribus.

Iuris diſceptator q priuata iudicet, iudicarive iubeat, p̃tor eſto.
Is Iuris ciuilis cuſtos eſto: huic poteſtati parento.
Quodcunq; Senatus creuerit, populusve iuſſerit, tot ſunto.

De Dictatoribus.

Regio Imperio duo ſunto: iiq; præcundo, iudicãdo, conſulendo, Prætores, Iudices, Conſules appellantor.
Militiæ ſummum ius habento: nemini parento: ſalus populi, ſuprema lex eſto.

De temporibus magiſtratuum.

Eundem magiſtratum, ni interfuerint x. anni, ne quis capito.
Ciuitatem annali lege ſeruanto.

De Dictatoris officio.

At ſi quando duellum grauius, diſcordiæ ciuium fuerint, eſtone amplius ſex menſes, ſi Senatus creuerit.
Idem iuris, quod duo Conſules tenento.
Isq; aue ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto.
Aequitatem, quicũq; regat, habeto pari iure cum eo, quicunque erit iuris diſceptator.
Aſt quando Conſulis eſt, magiſtratusve populi, reliqui magiſtratus, ne ſunto.

De auſpicijs, electionibus, alijsq; ritibus.

Reipublicæ auſpicia patrum ſunto, ollicq; ex ſe produnto, qui comitijs creare Conſules ritè poſſunt.
Imperia, poteſtas, legationes, cum Senatus creuerit, populuſve iuſſerit, ex vrbe exeunto.
Duella iuſta, iuſtè gerunto.
Sociis parcunto: ſe & ſeruos continento.
Populi ſui glo iam augento, domum cum laude redeunto.
Rei ſuæ ergò, ne quis legatus eſto.

De Tribunis plebis.

Plebes, quos p̃ ſe ꝯ vim auxilij ergò creaſſit, Tribuni eiꝰ ſunto.
Quodq; hi prohibeſſint, quodq; plebem rogaſſint, ratum eſto.
Sanctiq; ſunto: neve plebem orbam tribunis relinquuntor.

De Senatu.

Omnes magiſtratus auſpicium, iudiciumq; habento.
Exq; iis Senatus eſto: eius decreta rata ſunto.
At ſi poteſtas par, maiorve prohibet, S.C. præſcripta ſeruanto.
Is ordo vitio vacato, cæteris ſpecimen eſto.

De ſuffragijs.

Creatio magiſtratuum, & iudicia, populi iuſſa, vetita, cũ Senatus ſuffragio conſciſſentor: optimatibus nota, plebi libera ſunto.

De Quæſtoribus.

At ſi quid erit, quod extra magiſtratus coærario æſſiuſſit, qui coæret, populus creato, eiq; ius coærendi dato.

Quibus ius ſit cum populo agendi, aut cum Senatu.

Cum populo patribusq; agendi, ius eſto Conſuli, Prætori, Magiſtro populi, Equitumq;: eiq; quem produnt Patres, Conſulum rogandorum ergò.
Tribunisq; quos populus rogaſſit, ius eſto cum patribus agẽdi, Iidem ad plebem, quod cenſuerint, ferunto.

Præcepta Iuris de Magiſtratu.

Quæ cum populo, quæ cum patribus agentur, modica ſunto.
Senator qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto.
Loco Senator, & modo Orator, cauſas populi tenento.
Vicini populi abeſto.
Par, maiorve poteſtas, plus valeto.
Aſt, qui turbaſſit in agendo, fraus autoris eſto.
Interceſſor rei malæ ſalutaris ciuis eſto.
Qui agent, auſpicia ſeruanto.
Auguri publico parento.

De promulgatione legum; de priuilegijs, de ſingulis rebus agendis.

Promulgata, propoſita in ærario, cognita ſunto.
Nec plus quàm de ſingulis rebus ſemel conſulunto.
Rẽ populũ docẽto: doceri a magiſtratib. priuatisq; patiuntor.
Priuilegia ne irroganto.

De capite ciuis, niſi per maximum comitium, ollosque quos cenſores in partibus populi locaſſint, ne ferunto.
Donum ne capiunto, neve danto, neve petenda, neve gerenda, neve geſta poteſtate.
Quiſquis earum rerum migraſſit, noxiæ pœna par eſto.
Cenſores, fide legem cuſtodiunto: priuati ad eos acta referunto, nec eo magis lege liberi ſunto.

De iure perſonarum, De patria poteſtate, De tutoribus & curatoribus.

Vendendi filium, patri poteſtas eſto.
Tutores liberis in poteſtate, teſtamento parentes danto.
Si non ſint dati: agnati qui ſucceſſionẽ ſperant, tutores ſunto.
Sed ſi aliqua ſit inſidiarũ ſuſpicio, apud alios pupillus educator.
Tutor cum pupillorum matre ne habitato.
Prodigo bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſto.
Si furioſus exiſtet, agnatorum, gentiliumq; in eo, pecuniaque eius poteſtas eſto.
Suſpecti tutores remouentor.
Filius arte carens, patris incuria, eidem vitæ neceſſaria ſubſidia ne præſtato.
Alioqui parentes educare cogitor.
In x. menſe legitimus infans naſcitor.
Vendendi ſtatuliberos ius poteſtasq; eſto.

De ſuis & legitimis hæredibus.

Inteſtatorum hæreditates, primò ſuorum hæredum, velint, nolintve, ſunto.
His deficientibus, adgnatus proximus familiam habeto.
Si libertus ab inteſtato moriatur, nullũ hæredem ſuum relinquens, patronus ei ſuccedito.

De ſucceſſione teſtamentaria, & de legatis.

Hæreditates in teſtamento iurè facto datæ, ratæ ſunto.
Vti quiſq; legaſſit ſuæ rei, ita ius eſto.
Qui erit teſtator, libripẽsve fuerit: ſi graui crimine damnetur, teſtimonium feriatur, improbus, inteſtabilisq; eſto.

Familiæ erciſcundæ,

Cohæredes a communione diſcedere volentes, agunto.
Pro hæreditaria parte, debitores hæredibus obligati ſunto.
Pro portionibus hæreditarijs, hæredes tenento.

De iudicijs, De in ius vocando, De dilationibus.

Iudicem, arbitrumve iure datum, qui ob rem dicendam acceptiſſe pecuniam conuictus eſt, capite punito.
Ioue tonante, fulguranteve, comitia ne ſunto.
Si quis in ius vocatur, ſi morbus, æuitasve vitium extitit, qui in ius vocabit iumentum dato: ſi nolit, arceram ne ſternito.
Si ſtatus dies ſit, cum hoſte venito.
Aduerſus hoſtem æterna autoritas eſto.
Si iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, dies iudicij diffuſus eſto.

De re iudicata.

Aeris confeſſi, rebusq; iure iudicatis, triginta dies iuſti ſunto.
Pòſt deinde manus iniectio eſto: ī ius ducito, ni iudicatũ facit.
Aut q̃ pſeudo eo ī iure vim dicit, ſecũ ducito, vincito aut neruo, aut cõpedibus 15. põdo: ne minore, aut ſi volet, maiore vincito.
Si volet, ſuo viuito.
Ni ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato: ſi volet, plus dato.
In vinculis, ſexaginta dies habeto.
Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producito: quantæq; pecuniæ iudicatus erit, prædicato.
Tertijs autem nundinis, ſi interea pactus non ſit, capitis pœnas dato: aut trans Tyberim peregrè venum ito.
Et ſi plures forent quibus reus eſſet iudicatus, tertijs nundinis partes ſecanto.
Si plus minusve ſecuerunt, ſine fraude eſto.
Qui falſum teſtimonium dixiſſe conuictus erit, è ſaxo Tarpeio deijcitor.

De emptione & venditione, De vſucapionibus.

Venditæ res, & traditę, poſt precium ſolutum, aut ſi alio modo ſatisfactum exiſtat, emptori adquiruntor.
Furtiuæ res non vſucapiuntor.

De ſeruitutibus, & finibus regundis.

Viæ latitudo in porrectum octo pedes: in anfractum, ideſt, vbi flexum eſt, ſedecim habeto.
Si qui ſepem vel maceriam, iuxta alterius regionem effoderint, terminum ne excedunto.
Si autẽ murum, pedẽ vnũ: ſi domum, duos pedes relinquunto.
Si verò ſepulchrum, aut foueam effoderint, quantum ſit profundum, tantundem relinquunto.
Si puteum, paſſum.
Oliuã aũt, aut ficũ, nouẽ pedes ab extranea regione plantãto.
In cæteris autem arboribus, quinq; pedes ſeruanto.
Si in agrum alterius arbor impendeat, vſq; ad 15. pedes a terra altius coercito.
Et ne vmbra arboris vicino prædio noceat, 16. pedes altius ramos arboris circumcidito.

Glandem

Source : BIU Cujas

Glandem in alienum fundum procidẽtem, colligere fas eſto.
Si aqua pluuia nocet,arceſto.

De iniuriis,aliiſq́, delictis.

Defuncti iniuria non afficiuntor.
Si iniuriam alteri faxit,xxv.aſſes æris pœnę ſunto.
Re, perſona,tempore,loco,atrociores iniurię iudicantor.
Si membrum ruperit meum,è pacto talio eſto.
Propter os verò fractum,nummariæ pœnæ conſtitutæ ſunto,
Vim ingenuæ virgini inferre,aut eam ſuaſione in tuam ſententiam trahere caueto.
Sororem aut filiam in ſtupro deprehenſam,vendito.
Si puerũ qs caſtrauerit,licet p̃cioſiorẽ fecerit, padruplũ p̃ſtato.
Qui fruges excantaſſet,pœnas dato: neve alienam ſegetem pellexeris excantando.
Ne incantato:ne agrum defruganto.
Ne frugem aratro quæſitam,nocte furtim depaſcunto.
Puberes,ſi ſecanto,Cereri eos ſuſpendunto.
Impuberes arbitratu Prætoris verberanto, ac noxam duplionemve decernunto.
Qui ſecus faxit,& terminũ exaraſſit, ipſus & boues ſacri ſunto.
Matrimonia inter patres & plebeios ſeparata ſunto.
Qui hoſteis concitauerit,quive opem hoſti tradiderit, pœnam capitis dato.
Mœchum in adulterio deprehenſum necato.
Aſſiduo vindex aſſiduus eſto.
Prolætario ciui,quiuis volet,vindex eſto.
Si quadrupes pauperiem fecerit, animal quod commiſit noxam dato,aut noxæ æſtimationem ferto.

De furtis.

Furem qui manifeſto furto prehẽſus erit, ſi furtum aut noctu faciat,aut interdiu,cũ prehẽderetur,ſi telo defendat, occidito.
E cæteris manifeſtis furibus,liberos verberato:& ei cui luci factum furtum erit,ſi ſe telo non defendant,addicito.
Seruos autem manifeſto furto prehenſos,verberibus afficito, & è ſaxo præcipitato.
Pueros impuberes Prætoris arbitratu verberato,noxamq́; ab his factam ſarciri facito,
Furta q̃ p̃ lãcẽ liciumq́; ꝯcepta erũt, ſicut manifeſta vindicato.
Tignum alienum furtiuum ædibus vel vineis ſuis iniunctum, nequis eximere cogitor:ſed duplum pro eo, per actionem de tigno iniuncto,præſtare compellitor.
Si tibi furtim arbores cęſæ ſint,agito.
Hactenus leges duodecim Tabularum relatæ ſunt.
Eodẽ anno trecẽteſimo & altero *lata eſt lex* Clodia de liberali cã:vt cùm quis in ſeruitutẽ aſſereret,vindiciæ ſc̃dm libertatẽ darentur.Autor fuit Appius Claudius, vt teſtatur Dionyſ.lib.10.

Finis Decemuiratus, & cauſſa.

Poſtquam Decemviri leges x i i. Tabularũ,corpus omnis Romani iuris propoſuiſſent,& reſtaret vt Coſs.creandis comitia indicerent:Decemviri nulla comitiorũ mẽtione facta, ſtipati iuuenũ caterua, Idibus Maijs, qui dies ineundo Cõſulatui ſolennis tũ erat,in publicũ prodierunt, & Decemviratũ cum magna populi indignatione,nullis ſubrogatis magiſtratibus continuarunt, ſuperbè impotenterq́; ſe geſſerũt. Appius.n.Claudius ſuo iam inde viuere ingenio cœpit, nouosq́; collegas iam, priusq̃ inirẽt magiſtratũ,in ſuos mores formare.quotidie coibant,remotis arbitris: inde impotentibus inſtructi conſilijs, quæ ſecretò ab alijs coquebant,iam haud.diſſimulando ſuperbiã, rari aditus, colloquentib. difficiles,ad idus Maias rem perduxere.Idus tũ Maiæ ſolennes ineũdis magiſtratibus erant. Initiò igitur magiſtratus primũ honoris diem denunciatione ingentis terroris inſignẽ fecere. Nã cùm ita priores Decemviri ſeruaſſent,vt vnus faſces hr̃et, & hoc inſigne regium in orbẽ ſuã cuiuſq; vicẽ per oẽs iret, ſubitò oẽs cum duodenis faſcibus prodiere. Centum viginti lictores forũ impleuerant:& cum faſcibus ſecures illigatas præferebant:nec attinuiſſe demi ſecurim,cũ ſine prouocatione creati eſſent,interpretabãtur.Decẽ regum ſpecies erat,multiplicatusq́; terror,non infimis ſolùm, ſed primoribus patrũ, ratis cædis cãm ac principiũ quæri: vt ſi quis memorẽ libertatis vocem aut in Senatu, aut in populo miſiſſet, ſtatim virgæ, ſecuresq́; ẽt ad cæterorũ metũ expedirent. Nam præterq̃ quod in populo nihil erat præſidij, ſublata prouocatione, interceſſionẽ quoq; conſenſu ſuſtulerant: cùm priores Decemviri appellatione collegæ, corrigi reddita ab ſe iura tuliſſent:& quædam, quæ ſui iudicij videri poſſent, ad populum reiciſſent,aliquãdiu ęquatus inter oẽs terror fuit.paulatim totus vertere in plebẽ cœpit:abſtinebatur a patribus: in humiliores libidinosè crudeliterq́; conſulebat: hoĩum, non cauſarũ toti ſoli erãt: vt apud quos gratia vim æqui hr̃et. iudicia domi conflabãt: pronunciabant in foro.ſi quis collegam appellaſſet,ab eo,ad quẽ venerat,ita diſcedebat,vt pœniteret nõ prioris decreto ſtetiſſe.Opinio ẽt ſine autore exierat,non in pręſentis modò tpis eos iniuriã conſpiraſſe, ſed fędus clandeſtinum inter ipſos iureiurando ictũ, ne comitia hr̃ent,perpetuoq́; Decemviratu poſſeſſum ſemel retinerent Imperiũ. Huic inſolentiæ ac ſuperbiæ Appius Claudius aliud nefas addit,haud minus fœdo euẽtu,q̃ quod per ſtuprũ Lucretię vrbe regnoq́; Targnios expulerat: vt nõ finis ſolũ idẽ Decemviris, qui regibus, ſed cauſſã ẽt eadem amittẽdi Imperij eſſet. Cum.n.alij collegę in Aequos,alij in Sabinos exercitũ duxiſſent, & Appius vrbis præſidio maneret:cępit eum virginis plebeię ſtuprandę libido,quã forma excellentẽ amore ardens,precio ac ſpe pellicere adortus,poſtq̃ oĩa pudore ſepta animaduerterat,ad crudelẽ ſuperbamq́; vim animum ꝯuertit. M.Claudio clienti negocium dedit,vt virginẽ in ſeruitutẽ adſereret.Pater Virginius cùm oĩa vi peragi,neq; aliud auxilij videret,ab lanio arrepto cultro,pectus,puellæ transfigit:ac hoc vno modo,quo potuit, filiam in libertatẽ vindicat,& libidini App. Claudij eripit: ac recta via ferro facta, ad caſtra citato curſu tendit. moxq́; cõmilitones appellãs, orat,ne quod ſcelus Appij Claudij eſſet, ſibi attribuerent, neu ſe vt parricidam liberùm auerſarẽtur: ſibi vitã filiæ ſuæ cariorẽ fuiſſe,ſi liberè ac pudicè viuere licitũ fuiſſet: cũ velut ſeruã ad ſtuprũ rapi videret,morte amitti melius ratũ,q̃ contumelia, liberos:miſericordia ſe in ſpeciẽ crudelitatis lapſum:nec ſe ſuperſtitẽ filiæ futurũ fuiſſe, niſi ſpẽ vlciſcendæ mortis eius in auxilio cõmilitonũ habuiſſet.Illis quoq;.n.filias,ſorores,coniugesq́; eſſe: nec cũ filia ſua libidinẽ Appij Claudij extinctã eſſe: ſed quo impunitior ſit, eo effrenatiorẽ fore:aliena calamitate documẽtũ datũ illis,cauẽdę ſimilis iniurię.quod ad ſe attineat, vxorẽ ſibi fato ereptã:filiã, quia non vltrà pudica victura fuerit,miſerã,ſed honeſtam mortẽ occubuiſſe:non eſſe iam Appij libidini locũ in domo ſua:ab alia violentia eius,eodẽ ſe animo ſuũ corpus vindicaturũ,quo vindicauerit filiæ:cæteri ſibi ac liberis ſuis cõſulerent.Facinus itaq; hoc ſeditionẽ maximã in caſtris excitat: ſucclamatq́; multitudo, nec illius dolori,nec ſuæ libertati ſe defuturos.ad arma ꝯclamant, ſigna vellunt: eunt agmine ad vrbẽ,& Auẽtinũ inſidũt.Paulo pòſt in montẽ Sacrũ a Decemviris ſeceſſerunt.Placata deinde per patres plebs,ſe rediturã eſſe profeſſa eſt,ſi Decemviri inſignia magiſtratus deponerent,& Conſularis ptãs reuocaret̃,& Tribuni plebis reſtituerentur.Quibus conditionibus a Senatu acceptis,& facto SC.vt Decemviri ſe primo quoq; tpe magiſtratu abdicarent: abdicatis his tribuniplebis decem iterũ creant̃. Sexageſimo hoc poſt reges exactos anno factũ eẽ,ſcribit Cicero de Finib.inquiẽs: L. Virginius ſexageſimo anno poſt libertatẽ receptã Virginiã filiam ſuã manu occidit potius, q̃ ea Appij Claudij libidini; qui tũ erat ſummo in Imperio, dederet̃. Comitijs porrò, vt ait Liuius, Conſularibus habitis,per interregẽ Conſules creant̃, L.Valerius Potitus, & Horatius Barbatus. Iidem magiſtratum ſtatim occœperunt. Decemviri itaq;, autore Liuio, in tertium annum continuarunt,& poſt tertium annum Conſules denuò inierunt. Rurſus enim tantùm per biennium Decemviros reipub. præfuiſſe: Tacitus Decemviralem poteſtatem non vltrà bienniũ valuiſſe, tradit.Abdicare igitur Imperio iuſſi ſunt anno ccc i i i i. minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit. Lęta.n.principia magiſtratus eius nimiũ luxuriauere,eò citius lapſa res eſt: repetitumq́; duobus vti mandaretur Conſulum nomen,Imperiumq́;.

ANNO VRBIS 304. L. Valerius,& M. Horatius Coſs.leges pro populo tres tulerunt.

Cum enim in controuerſia eſſet, Patreſne plebiſcitis tenerentur: legem Centuriatis comitijs tulerunt, vt quod plebs tributim iuſſiſſet,populum teneret. Qua lege Tribunitijs rogationi bus telum acerrimum datum eſt.

Secunda fuit de prouocatione, quæ antea Decẽvirali poteſtate euerſa erat: ne quis vllum magiſtratũ ſine prouocatione crearet.Quòd ſi aliquis creaſſet,eum occidi ius faſq́; eſſet, neve ea cædes capitali noxæ haberetur.Liuius lib.3.Dionyſ.lib.10.

Tertia ad Tribunitiã ptãtẽ ptinebat. Sũxerunt.n.vt caput eius, qui Tribunis plebis, Aedilibus, Iudicibus nocuiſſet, Ioui ſacrum eſſet:& familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæq́; venum irent.

Inſtitutum etiam eſt ab ijſdem Coſs.vt Senatuſconſulta in ędẽ Cereris ad ædiles plebis deferrẽtur: quæ antè arbitrio Conſulum ſupprimebantur,vitiabanturque.

His etiam Coſs. M. Duilius tribunus plebis, plebem rogauit, plebsq́; ſciuit:qui plebẽ ſine Tribunis reliquiſſet,quiq́; magiſtratũ ſine prouocatione creaſſet,tergo ac capite puniretur. Hac igitur Tribunitia poteſtate fundata, Tribuni aggredi ſingulos tutũ maturumq́; iam rati, accuſatorem primùm Virginium & Appium reum delegerunt.Liuius lib.3.Dionyſ.lib.10.

ANNO VRBIS 305.Herminio,Virginio Coſs.L.Trebonius Trib.pleb.legem tulit, vt qui plebem Romanam Tribunos plebis rogaret,is vſq; eò rogaret, dum decem Tribunos plebis faceret.Qua lege Tribunorum cooptatio collegio adempta,in populum Romanum tranſlata eſt.Liuius lib.3.& 5.

ANNO VRBIS 309. M. Genutio & P. Curiatio Philone Coſs. Canuleius Tribunus plebis contra Decẽviralem legẽ, qua ſancitum erat,ne liceret patricijs cõnubio iungi cum plebeijs, legem cõtrariam tulit, vt connubia promiſcua eſſent patribus plebiq́;.Neq; enim liberę ciuitati conſentaneũ eſſe maximam partẽ ciuium,veluti contaminatam,indignam connubio haberi. Contra hanc legem acerrimè patres dimicabant. Contaminari enim ſanguinem ſuum, confundiq́; iura gentium exiſtimabant: vnde ſequeretur perturbatio priuatorum auſpiciorum, & publicorũ

Cùm

Source : BIU Cujas

Cùm autẽ eodem tempore lex promulgata eſſet, vt alter Cõſul ex plebe crearetur,& plebs in hoc acriter incũberet,veriti patres,ne ſi Canuleiam rogationem non concederent,alteri aſſenſum præbere cogerentur: vt lex de connubio ferretur,conceſſere. Liuius lib. 4. Auguſtinus lib. 3. cap. 17.de ciuitate Dei: vbi tertiam cauſam diſcordiæ inter plebem & patricios dicunt fuiſſe hanc matrimoniorum indignitatem.

QVINTA MVTATIO REIPVB. ROMANAE, quæ contigit Anno vrbis 310.

TRIBVNI MILITVM CONSVLARI poteſtate præditi, creati.

Cauſa & occaſio.

C Canuleius tribunus pleb. poſt abrogatã legẽ Decẽviralem de maritandis ordinib. mẽtionẽ ſenſim intulit, vt alterũ ex plebe Cõſulem liceret fieri: eò proceſſit deinde, vt rogationem nouẽ Tribuni promulgarẽt, vt populo ptãs eſſet, ſeu de plebe, ſeu de patribus vellet, Cõſules faciẽdi. Quam rem Patres ægerrimè tulerũt. Nam nõ vulgari modò cum infimis, ſed prorſus auferri a primoribus ad plebẽ ſummũ Imperiũ credebãt, colluuione gentiũ ꝑturbationẽ auſpiciorũ publicorũ priuatorũq; afferri, ne qd ſinceri, ne qd incõtaminati ſit, vt diſcrimine oĩ ſublato, nec ſe qsq̃, nec ſuos nouerit. Quã. n. aliã vim cõnubia promiſcua hr̃e, niſi vt ferarũ propè ritu vulgentur cõcubitus plebis, patrumq; : vt qui natus ſit, ignoret cuius ſanguinis, quorũ ſacrorum ſit: diuidius patrũ ſit, dimidius plebis, ne ſecum quidẽ ipſe concors. Parũ id videri, ꝙ oĩa diuina humanaq; turbent̃ : iam ad Conſulatũ vulgi turbatores accingi. Et primò, vt alter Cõſul ex plebe fieret, id modò ſermonibus tẽtaſſe: nunc rogari, vt ſeu ex patribus, ſeu ex plebe velit, populus Cõſules creet : & creaturos haud dubiè ex plebe ſeditioſiſſimũ quẽque. Canuleios igitur, Iciliosq; Conſules fore. ne id Iupiter optimus maximus ſineret, Regię maieſtatis Imperiũ eò recidere: & ſe millies morituros potius, q̃ vt tm̃ dedecoris admitti patiant̃. Certum hr̃e, maiores quoq;, ſi diuinaſſent, ꝓcedendo oĩa non mitiorem in ſe plebem, ſed aſperiorẽ, alia ex alijs iniquiora poſtulãdo, cùm prima impetraſſet, futuram: primò quãlibet dimicationem ſubituros fuiſſe potius, q̃ eas leges ſibi imponi paterent̃. Quia tũ conceſſum ſit de Tribunis, iterũ conceſſum eſſe. Finẽ nõ fieri poſſe: in eadẽ ciuitate Tribunos plebis eſſe, & patres: aut hũc ordinẽ, aut illũ magiſtratũ tollẽdũ eſſe: potiusq; ſerò q̃ nunquã, obuiam eũdum audaciæ temeritatiq; illi, ne vt impunè primò diſcordias ſerẽtes, cõcitent finitima bella. Cum maximè hæc in Senatu agerentur, Canuleius pro legibus ſuis, & aduerſus Conſules ita diſſeruit: Patres contẽnere plebẽ, indignos iudicare, vt ſecũ vnà in vrbe intra eadẽ mœnia viuant: etſi non eaſdẽ opes hẽant, eandẽ tm̃ patriam incolere. Plebi cum patribus connubiũ ſe petiiſſe, qđ finitimis externisq; dari ſolet. Altera lege nihil noui latũ eſſe : ſed id quod populi eſt, repetitũ atq; vſurpatum, vt quibus velit populus Romanus honores mandet. Nõ igit̃ præſcindi ſpem plebeio, adfert exẽpla. Numa Põpilius nõ modò nõ patricius, ſed ne ciuis, ex Sabino agro accitus, populi iuſſu, patribus auctoribus Romæ regnauit. L. Tarquinius non modò Romanę, ſed ne Italicę quidẽ gentis incola, ab Tarquinijs, viuis liberis Anci rex factus eſt. Seruius Tullius matre ſerua, ingenio & virtute regnum tenuit. Ergo dum nullũ faſtidit̃ genus, in quo eniteret virtus, creuiſſe Romanũ Imperiũ ait. Deinde in maximã plebis contumeliã redũdare, ne connubium patribus cũ plebe eſſet, diſſerit. Nihil. n. aliud eſſe, q̃ exilium intra eadẽ mœnia, q̃ relegationẽ pati, ne affinitatibus, ne propinquitatibus immiſceantur. Multa alia in hanc ſnĩam dixit. Cùm itaq; Tribunum acerrimum autorẽ plebs nacta eſſet, & ipſa cũ eo pertinacia certaret, & appareret aut hoſtibus aut ciuib. de victoria cõcedendum eſſe: res eò deducta eſt, vt Tribunos militum Cõſulari ptãte promiſcuè ex patribus ac plebe creari ſinerent: de Conſulibus creandis nihil mutaret̃. Eo cõtenti Tribuni, contenta plebs fuit. Anno itaq; trecẽteſimodecimo, q̃ vrbs Roma condita erat, primum Tribuni militũ pro Conſulibus magiſtratũ ineunt, A Sempronius Atratinus, L. Attilius, T. Cæcilius, quorũ in magiſtratu cõcordia domi, pacem ẽt foris præbuit. Nõ tamen pro firmato iam ſtetit magiſtratus eius ius: quia tertio mẽſe quàm inierant, augurũ decreto perinde ac vitio creati, honore abiere : ꝙ C. Curiatius, qui comitijs eorum præfuerat, parum. rectè tabernaculum cœpiſſet. Liuius lib. 4.

Plurimùm autem hi a Tribunis miſitũ in legionibus differũt. Nam horum officium eſt, milites in caſtris continere, ad exercitationẽ producere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdũ circumire, frumentationibus cõmilitonum intereſſe, frumẽtũ probare, menſorum fraudẽ coercere, delicta ſm̃ ſuæ autoritatis modũ caſtigare, principijs frequenter intereſſe, querelas cõmilitonũ audire, valetudinarios inſpicere. Illi verò & Imperio & inſignib. Conſularibus vtebantur. Pedian. in Verr. de Tribunis legionarijs ſic loquitur: Tribunorũ, inquit, militarium duo ſunt genera. Primum eorũ qui Rufuli dr̃ : hi in exercitu creari ſolent. Alij ſunt comitiati, qui Romæ comitijs deſignantur. Et Polyb. lib. 6. de Repub. Deſignatis Cõſulibus, poſtea Tribunos militum creuit, qui hn̄t annua quinq; ſtipẽdia. His deinde adijciunt decẽ, quos creãt ex ijs, q ſupra quinq;, vſq; ad decẽ hn̄t annua ſtipẽdia: pedites aũt, qui ſex & eo amplius habent annua ſtipendia. Faciunt horũ mentionem multis in locis Liuius, Suetonius, Plutarchus, Plinius.

CENSORES CREATI.

ANnus ccc x. initium dedit Cenſoribus. Ortum aũt eius rei initiũ eſt, vt Liuius ſcribit, ꝙ in populo per multos annos incenſo, neq; differri cenſus poterat, neq; Cõſulibus, cùm tot populorum bella imminerent, operæ erat id negociũ agere. Mẽtio illata ab Senatu eſt, rem operoſam, & minimè conſularem, ſuo proprio magiſtratu egere, cui ſcribarũ miniſteriũ, cuſtodiaq; & tabularũ cura, cui arbitriũ formulę cenſendi ſubijceret̃. Et patres, quanquã rem paruam, tm̃ quò plures patricij magiſtratus in Rep. eſſent, læti accepere, id quod euenit: futurũ rati, vt mox ope eorũ qui præeſſent, ipſi honori ius maieſtatemq; adijcerent. Et Tribuni, id quod tunc erat, magis neceſſariam q̃ ſpecioſi miniſterij procreationẽ intuentes, haud ſanè retendere. Hæc Liuius. Addit, Cẽſores dictos a cenſendo. Varro ait dictos eſſe, ad quorũ cenſionẽ, ideſt arbitrium, populus cenſeretur. Feſtus cenſores nuncupatos ſcribit, ꝙ rem ſuam quiſq; æſtimare tanti ſolitus eſſet, quantũ illi cenſuiſſent. De horum officio ſic loquitur Cicero lib. 3. de Legibus: Cenſores populi ætuates, ſoboles, familias, pecuniasq; cẽſento. Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuẽto: Equitum, peditumq; prolem deſcribunto. Cœlibes eſſe prohibẽto. Mores populi regunto. Bini ſunto. Magiſtratũ quinquennem habento: eaq; ptãs ſemper eſto. Plutarchus in vita Catonis Cenſorij ſic ait: Annos decẽ Cato poſt conſulatũ cẽſurã ambiuit: quę cùm oĩum magiſtratuũ facilè princeps ſit, vniuerſæ rei ſupremũ & perfectiſſimum locum habet. Hęc cùm alias res, tum verò vt mores vitaſque diſcutiat, plurimo Imperio ac ptãte eſt, vt quæ de nuptijs, de liberorũ procreatione, de viuẽdi rõne, de conuiuijs diligẽter inquirat. Nullã denique oĩum cupiditatũ ac inſtitutionũ eſſe, quam adoriri ac indagare non oporteat. His. n. putabant longẽ facilius, q̃ publicis muneribus, aut ijs quæ in oculis hoĩum fiunt, hoĩum mores eum poſſe deprehendere, qui ſeueritate diſciplinę, ne quis ad voluptatẽ verteret̃, cuſtodiret: & accerrimè coerceret, ne quis patriã ac conſuetã viuendi diſciplinã trãſgrederetur. Ad hoc igit̃ munus alter patricius, alter verò plebeius deligebantur, quos Cẽſores appellabant. His licebat & integrum erat, è Senatu eos ejicere, & illis equum adimere, qui flagitioſè ac intemperãter degerẽt. Ipſi quoq; ſacrificiorũ precia curabant, & deſcriptionibus genera & Reipub. officia diſtinguebãt. Hæc Plutarchus. Liuius lib. 40. Comitijs perfectis, Cenſores in campo ad arã Martis in ſellis curulibus conſederunt. Eorum aũt officium erat, legere Senatum, recenſere equites, agere cenſum, luſtrum condere. In oĩbus precationibus hęc verba nũcupabẽt: Vt ea res mihi collegæq; meo bene & fęliciter eueniat. Solebant aũt Cenſores quinto quoq; anno creari. Mani. Aemilius deinde legem tulit, vt cenſura, quæ antea quinquennalis fuerat, annua & ſemeſtris eſſet. Pedian. in Diuinat. Hi prorſus ciues ſic notabant, vt qui Senator eſſet, eijceret̃ Senatu: q eques Romanus, equũ publicũ perderet : qui plebeius, in Ceritũ tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ, ſed ad hoc eſſet ciuis tantùm, vt pro capite ſuo tributi nomine ęra penderet. Iidem completo quinquennio vrbem luſtrabant, & Suouetaurilia ſacrificia de ſue, oue, tauro faciebant. Eorum notam ſucceſſores plerumq; ſoluebant.

Anno Vrbis 320. Manilius Aemylius dictator legem tulit, ne plus q̃ annua ac ſemeſtris cenſura eſſet, cùm vetere inſtituto vel 12. Tab. lege hic magiſtratus quinquennio duraret. indignum. n. eſſe Aemylius putauit, cum alij magiſtratus annui eſſent, magnus magiſtratus quinquennium duraret. Libertatis etiam maximam eſſe cuſtodiam dixit, ſi magna imperia diuturna non ſint. Liuius lib 4. & lib. 9. Floruit hoc tempore Socrates.

Anno Vrbis 322. L. Pinarius tribunus plebis legẽ tulit de ambitu, ne cui album veſtimentum addere petitionis cauſa liceret. Quæ tamen lex non tenuit. Liuius lib. 4.

Anno Vrbis 324. L. Papyrius & L. Iulius Coſs. legem tulerunt de mulctarum æſtimatione, valde quidem populo gratam, cũ ea a Tribunis parari, vnius ex collegio proditione excepiſſent. Liuius lib. 4. Secundò tulit legem, vt aſſes eſſent ſemũciales: cũ olim vario diuerſoq; pondere pro ratione ſtatuq; Reipub. cuderẽtur. Plin. lib. 33. cap. 3. Feſtus lib. 3. in voce Seſtertius.

Anno Vrbis 370. L. Cornelius tribunus militũ, cum collegis legem tulit, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret. Liuius lib. 4. Dionyſ. lib. 4. Biennio antè Roma a Gallis capta eſt.

Anno Vrbis 376. & ſequenti, C. Licinius tribunus plebis quatuor leges tulit. Vnam agrariam: Ne quis plus quinquaginta iugera agri, centum pecoris maioris capita, quingenta minoris poſſideret. Liuius lib. 6. Varro in lib. de re ruſtica. Appian. in li. 1. de bello ciuili. Gellius lib. 20. cap. . . Velleius li. 2. Plutarchus in Camillo, & Gracchis. Secundã, quæ tm̃ primùm promulgata eſt, de ære alieno minuẽdo: vt deducto eo de capite, quod vſuris pernumeratũ eſſet,

Source : BIU Cujas

essет,id,qđ supereſſet, triennio æquis portionibus perſolueretur. Hæc lex maximè plebi placuit, exhauſtæ fœnore, atq; ære alieno obrutę. Liuius lib.6. Tertia lex fuit,renouatio legis Canuleiæ,quę lata eſt anno Vrbis 309. vt alter Cōſul ex plebe crearetur. Liuius lib. 6. Soli enim patricij in maiorum magiſtratuum poſſeſſione erant:quæ res plebis potentiam vehementer debilitabat.

Omniū igitur ſimul rerū,quarū immodica cupido inter mortales eſt,agri,pecuniæ,bonorū diſcrimine propoſito,cōterriti patres,trepidarūt initiò,& pertinaciſſimè ꝓtra hanc legē pugnarūt. Contentiones refert Liuius. Tandē victi,legē perferri paſſi ſunt: & L.Sextius de plebe primus Cōſ.factus eſt. Hæ aūt tres leges ciuitatē diſcordia laborantē,ꝓp ordinum diſſidia in concordiā reduxerūt: ſimulq; & pr̄um nimiam potentiam caſtigarūt,& plebeiā humilitatē ita extulerunt, vt deinde plebs a patribus contemni deſierit. Quarta fuit, Ne Tribunorum militum comitia fierēt,ſed Conſulum,& vtiq; alter ex plebe crearetur. Liuius lib.6.

Anno Vrbis 386. M.Furius Camillus dictator tulit,vt duo ædiles ex patribus crearentur, quemadmodum tribunitia lege alter Conſulū ex plebe. Liuius lib. 6. Hoc anno bellatū eſt cū Gallis ad Anienem flumen:fugati cęſiq; amiſſis caſtris Galli, Dictatore Camillo,& victoria ingenti relata. ei Senatus plebis conſenſu triumphum decreuit. Plutarchus in vita Camilli. Polybius tamen lib. 1. Camillū cum Gallis dimicaſſe ad Albā autor eſt, anno poſt Romam captam 30. Plutarchus & Polięnus anno 13. cùm tamē 23. annus hic ſit, ex quo vrbs capta eſt. Liuius pugnam ad Anienem cum Gallis,in annum 392. reijcit: Liuium ſequitur Zonaras.

SEXTA MVTATIO REIPVB. ROMANAE, quæ contigit Anno Vrbis 387.

PRAETOR CREATVS, ET Aediles Curules.

ANNVS hic,vt Liuius inquit,inſignis fuit noui hominis Conſulatu, inſignis nouis duobus magiſtratibus: Prætura,& Curuli ædilitate. Hos ſibi patricij quæſiuere honores,pro conceſſo plebi altero Cōſulatu. Plebes Conſulatum L.Sextio, cuius lege partus erat, dedit: patres prætura Sp.Furio M. filio Camillo, ædilitatem Cn. Quinctio Capitolino & P. Cornelio Scipioni, ſuarum gentium viris,gratia campeſtri cęperunt. L. Sextio collega ex patribus datus L.Aemilius Mamercus. Hæc Liuius lib.7. Quę aut̄ fuerit cauſa creandi prætores,quod fuerit ipſorum officiū,qua ratione auctus fuerit numerus prætorū,tradetur lib.2.vbi & de Senatuſcon. & de prudentum reſponſis dicetur.

Anno Vrbis 390. C.Genutius, & L.Aemylius legem tulerunt ex Senatuſcōſulto,quę ab auctoribus Genutia Aemylia dicta eſt, & pertinet ad officiū & munus Prætoris: vt qui Prætor maximus ſit,idibus Septemb.clauū pangat. Clauus autem, quia raræ per ea tpa literæ erāt,nota numeri annorū fuit. Quæ lex Mineruæ tēplo dicata fuit,qa numerus a Minerua inuētus ſit. Liuius li. 7. Decad. j.

Anno Vrbis 395. lata eſt lex Pætilia, C. Fabio Ambuſto & C. Plautio Proculo Coſs. Vocata eſt Pętilia, a C.Pętilio tribuno plebis. Ea rogatione non largitio aliqua vindicata eſt, ſed præpoſtera ambiendi ratio coercita,cùm noui quidā homines,præter morem nundinas & cōciliabula obirent, ſibiq; hominum fauorem conciliarent,ſuffragiaq; peterent. Liuius lib.7.

Anno Vrbis 396. lata eſt lex Manlia,de viceſima,a Cn. Manlio Capitolino,& C.Manlio Rutilio,vt viceſima eorū,qui manumitterentur,ad ærarium pertineret. Liuius lib. 7. Quæ lex multiplicibus viceſimis & alijs partibus exigendis occaſionem præbuit.

Eodem anno facta eſt rogatio a tribunis Duillio & Menenio: & duæ leges latæ. Vna,de fœnore, Ne maius vnciario exerceret: quā rogationē plebs aliquāto cupidius ſciuit, accepitq;. Liuius li. 7. Quāuis Tacitus lib. 5. fœnus vnciarum duodecim Tabularum legibus conſtitutū fuiſſe tradat. De quo tñ fœnore multæ deinde leges latæ ſunt poſterioribus temporibus,vt dicetur. Altera, Ne quis populū ſeuocaret. Quis hoc faxit,capitale eſſet. Liuius lib.7.

Anno Vrbis 411. C.Martio Rutilio 4.& Q.Seruilio Coſs. L.Genutius tribunus plebis duas leges tulit. Vnam,ne fęnerare liceret: alterā, ne quis eundē magiſtratū intra decem annos caperet: nec duos magiſtratus vno anno gereret, & vt ambos Coſs. plebeios creari liceret. Hæc tñ lex ſæpius obſeruata nō eſt. Marius enim,vt Cymbros & Teutones debellaret,quinq; Cōſulatus ꝓtinuos geſſit, cùm alius ad id bellum conficiendū magis idoneus non inueniretur:& C.Licinius Stolo & L.Sextus decimū tribū: deinde Iulius Cęſar continuum Conſulatum,perpetuam Dictaturam,Prefecturamq; accepit, Auguſtus perpetuā Tribunitiā in ſe recepit.

Eodem anno lata eſt lex Sacrata militaris a M.Valerio Corui no Dictatore. Cū.n.milites adimendæ Cāpanis Capuæ cōſilia iniiſſent,atq; ſeceſſiſſent, vt reconciliarētur, M. Valerius Coruinus Dictator legē ſacratā militarē tulit, ne alicuius militis ſcripti nomē,niſi ipſo volente,deleret:& ne quis,vbi Tribunus militū fuiſſet,poſtea ordinū ductor eſſet. Liuius lib.7.vbi ait, ſe inueniſſe nō Valeriū dictatorem dictū, ſed per Conſulē rem oēm actam. atq; non T.Quinctium, ſed C.Māliū duces ſibi milites depoposciſſe.

Anno Vrbis 414. Q.Publilius Philo Dictator tres leges ad uerſus Senatum tulit: vnam,ut Plebiſcita omnes Quirites tenerent:alteram, vt legum quę Cēturiatis comitiis ferrent̄,ante initum ſuffragium,patres autores fierent:tertiam, vt alter vtique ex plebe,cum eò ventum ſit,vt vtrumq; plebeium fieri liceret.

Occaſio harū legum,quæ plebi ſecundiſſimę,nobilitati aduerſæ fuerunt,hæc fuit. Aemylius Conſul bello Pedanorū infecto, repentè omiſſo,quia collegæ decretū triumphū audiuit:ipſe quoque triūphi ante victoriam flagitator, Romam redijt. Qua cupiditate offenſis patribus,negātibusq;, niſi Pedo capto, aut dedito, triumphū hunc,alienatus ab Senatu,ſeditioſis Tribunatibus ſimilem Conſulatum geſſit. Itaq; poſtquā Senatus finire Imperium Conſulibus cupiēs, Dictatorem aduerſus rebellantes Latinos dici iuſſit: Aemylius,cuius tum faſces erant, collegam Dictatorē dixit:ab eo Magiſter equitū Iun.Brutus dictus. Hæc Liuius lib.8.

Anno Vrbis 427. C.Pętilius & L.Papyri⁹ Mugillanus ſiue Curſor,legē ad pp̄m tulerunt:vt nullus,niſi qui noxā meruiſſet, donec pęnā lueret,in cōpedibus aut neruo teneret̄, neq; ob æs alienum necteret̄: ſed pecuniæ creditæ, bona debitoris, non corpus obnoxiū eſſet. Qua lege emēdata fuit legis duodecim Tabularū ſanctio. Ex iure enim duodecim Tabularū conſtitutū fuit, vt debitores,ſi ſoluēdo non eſſent,creditori ſeſe nexum dare cogerentur,vt miſer.ſ.debitor,qđ in ære nō hēret,lueret in corpore. Nexorum aūt miſerrima erat cōditio,cùm ad oēs iniurias contumeliasq; creditorū expoſiti eſſent,eatenus cōſtricti multis laborib⁹, vt quaſi ſerui attererent̄. Mutatum verò hoc ius xii. Tabularū eſt ob vnius fœneratoris libidinē,& ſimul crudelitatē inſignē. L.eiñ Papylius fœnerator,cui cū ſe C.Publius, ætate formaq; præſtans adoleſcens,ob æs alienum paternum, nexum dediſſet: erga eam ætatem & formā,quæ miſericordiā elicere poterat, libidine & cōtumelia accenſus,primò pellicere adoleſcentē ſermone inceſto, & de turpiſſimo obſequio appellare auſus eſt. Cuius Publij adoleſcentis aures cum flagitiū aſpernarent̄,minis territare,atq; idem admonere fortunæ cępit. Poſtremò, cū ingenuitatis magis quàm pūtis cōditionis memorē videret,tractari iuſſit, verberaq; afferri. Quibus laceratus iuuenis, cùm ſe in publicum proripuiſſet,libidinē crudelitatemq; conquerens fęneratoris,ingēs vis hoīum cùm ætatis cōmiſeratione atq; indignitate iniuriæ accenſa,tum ſuæ cōditionis liberumq; reſpectu,in forū, atq; inde agmine facto ad curiā cōcurrit. Et cùm Coſs.tumultu repētino coacti Senatū vocarēt,introeuntibus in curiā Patribus,laceratū iuuenis tergū,procumbentis ad ſingulorū pedes oſtentabant. Victum eo die,ob impotentē iniuriā vnius, ingēs vinculū fidei:iuſſiq; Coſs. ferre ad pp̄m. Ne quis,niſi qui noxā meruiſſet,donec pœnā lueret,in compedibus aut in neruo teneretur. Pecunię creditæ bona debitoris,non corpus obnoxium eſſe. Ita nexi ſoluti:cautumque in poſterum ne nectęrentur. Liuius libro octauo.

Anno Vrbis 430. Sulpit. Aemylio Coſs. M. Flaui⁹ tribunus pl. legē tulit,vt in Tuſculanos aīaduerteret̄,quorū ope ac ꝓſilio Veliterni Priuernatesq; populo Rom. bellum feciſſent. Polyb. lib. 2.

Anno Vrbis 435. Foslio & Plautio Coſs. L.Furius prætor legē tulit de iure Campanorum. Liu. lib. 9.

Anno Vrbis 442. C.Iunio. Bruto Bubulco III.& Q.Aemylio Barbula II. Coſs. L.Aelius & C. Martius tribuni plebis legē tulerunt, vt Tribuni militū ſemideni in quatuor legiones à populo crearent̄: quæ antea perquàm paucis ſuffragio populi relictis locis, Dictatorum & Conſulum fermè fuerant beneficia. Liu. lib. 9.

Eodē anno M. Decius tribun⁹ plebis alterū plebiſcitū tulit, vt Duūuiros nauales claſſis ordinādę reficiendęq; cā, pp̄s iuberet.

Anno Vrbis 453. M. Valerius Coſ. cum Q. Apuleio legem de prouocatione tulit: qua eū, qui prouocaſſet, virgis cædi, ſecuriq; necari vetuit. Si quis aduerſus eā feciſſet, nihil vltrà quàm improbè factū adiecit. Liuius lib. 10. Hæc lex ab eadē familia ter lata & repetita eſt: à Pub. Valerio Publicola primùm: ſecundò à L. Valerio ſtatim poſt XII. Tabulas. tertiò à Marco Valerio, de quo hic loquimur. Cauſam huius legis ſępius renouandæ, Liuius lib. 10. refert: ꝙ plus paucorum opes,quàm libertas plebis poterant.

Eodem anno 453. Q.& Cn. Ogulnij tribuni plebis rogationē promulgarunt,vt cùm quatuor Augures,quatuor Pontifices eo tempore eſſent, placeretq; augeri Sacerdotū numerū: quatuor pontifices,quinq; augures; de plebe oēs adlegerētur: cùm antea more à Regibus tradito, ſolis patricijs capere ſacerdotia liceret. Itaq; patres cum hoc ius,cęteris per plebem ablatis,iam ferè ſolū retinerent,quaſi prærogatiuā quandā dignitatis ſuæ, aliquādiu rogationi aduerſati ſunt: nec tñ animi ardore,quanto ſuperioribus annis decertatū eſt,patrib. iam vinci aſſuetis. Vn⁹ Appius Claud. vir vehemens & diſertus, propugnatorq; nobilitatis acerrimus, de ea rogatione grauiter cum viro fortiſſimo P.Decio contendit. Vicit tamen ad extremum pertinacia plebis.

Anno Vrbis 455. M. Curius Trib. pleb. M. Fuluio & T. Manlio Coſs. legem tulit,vt ante comitia magiſtratuū patres autores fierent. Liuius lib. 10. Cicero de Clar. orat. Probus de Viris illuſt.

Anno Vrbis 467. Q. Hortenſius Dictator legem tulit, vt eo iure quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur, quibus

Source : BIU Cujas

rogationibus antè Patricij non tenebantur. Gell. lib. 15. cap. 27.

Extat alia lex Hortensij de nūdinis: vt nundinæ, quę prius erāt, feriæ, fastæ essent: vti rustici, qui nundinandi causa veniebant, lites componerent. Macrob. lib. Saturn. 1. cap. 16.

Anno Vrbis 499. Tatius Labienus tribunus plebis legē tulit, vt populus sacerdotia, quemadmodum olim lege Domitia, mādaret: quum antea sacerdotes lege Cornelia a Pontificum collegio crearentur. Dion lib. 37.

Anno Vrbis 504. M. Claudius Glitia Dictator legem tulit de testamētis. Hanc legem interpretatus est Caius I. consultus: & citatur in l. 4. ff. de inofficioso testamento.

Anno Vrbis 521. C. Flaminius tribunus plebis legem tulit, vt ea regio Gallię, quę Picenum vocatur, vnde Senones expulsi fuerant, militibus Romanis diuideretur. Polybius lib. 2.

Anno Vrbis 535. Q. Claud. trib. pleb. legem tulit, adiuuante ex patricijs C. Flaminio: Ne quis Senator, quive Senatoris pater fuisset, maritimā nauē, quæ plus q̄ trecentarum amphorarum esset, hr̄et. Liuius lib. 21. Huius legis mentionē facit Cicero in Verrina: Noli, inquit, metuere, Hortensi, ne quærā, quin licuerit nauē ædificare Senatori. Antiquæ sunt istæ leges, & mortuæ: quemadmodum tu soles dicere, quæ vetant. Fuit ista Respublica quondā, fuit ista seueritas in iudicijs, vt istam rē accusator in magnis criminib. obijciendam putarit. Hanc deinde legē Iulius Cęsar in legem Iuliam de Repetundis trāstulit. Nā ex lege Iulia repetundarū naues hr̄e Senatoribus non licuit. Scæuola in l. his qui naues. ff. de vacatione & excusatione muner. Refert Suetonius in Domitiano, aliud huius legis Claudiæ caput: Scribas Quæstorios, negociātes ex ꝯsuetudine, sed ꝯtra Claudiā legē, venia in præteritū donasse.

Anno Vrbis 540. C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio Maximo, & Tib. Sēpronio Giaccho Cos. in medio belli Punici legē tulit, de coercēda mulierū luxuria: ne qua mulier plus semunciā auri hr̄et, neu vestimento versicolori vteretur: neve iuncto vehiculo in vrbe, oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum cā, veheretur. Quæ lex deinde a M. Portio Catone Consule, iussu populi, ingenti fœminarū gaudio antiquata est, vicesimo anno postquàm lata erat. Liuius lib. 34. Tacitus li. 3.

Anno Vrbis 543. Claudio, Valerio Cos. L. Atilius trib. pleb. tulit: Oēs Cāpani, Attellani, Calatini, Sabatini, qui se dediderunt in arbitriū ditionemq; populi Romani, Fuluio procōsuli, queq; vnà secum dediderūt: de his rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites. Plebs sic iussit: Quòd Senatus maxima pars censeat, qui adsidetis, id volumus, iubemusque. Liuius lib. 26.

Anno Vrbis 546. Cos. M. Claudio Marcello, & T. Quintio, P. Licinius Varus, prætor vrbanus legē tulit, vt ludi Apollinares, qui die incerta fiebant, in perpetuū in statā diem vouerent̄. Itaq; ipse primus ita vouit, fecitq; ante diē 3. Nonas Quintiles. Liuius li. 27.

Anno Vrbis 549. lata est lex Cincia, a M. Cincio tribuno plebis, M. Cornelio Cethego & P. Sēpronio Tuditano Cos. Legē suasit Q. Fabius Maximus Verrucosus, vt patrocinia, q̄ tenuiorib. præstabant̄, gratuita essent: cùm eo tpe causarū patroni plebē occasione munerū & donorū exhaurirēt. Liuius lib. 34. Tacit. li. 13. Vnde & Cincius legislator lepidè in C. Centonem iocatus est, vt refert Cicero in lib. 2. de Orat. Cum. n. ea die qua legē laturus erat Cincius, prodiisset Cento, & satis ꝯtumeliosè, Quid fers Cincie: quęsisset: Vt emas (inquit) Cai, si vti velis. Cām ferendę legis recenset Liuius lib. 34. his verbis: Quid legem Cinciam excitauit de donis & muneribus, nisi quia vectigalis iam & stipendiaria plebs esse Senatui cęperat? Et Tacitus lib. 15. Sic Oratorū licentia Cinciā rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, magistratuū auaritia Calphurnia scita pepererūt. Ad hanc legē scripsit Iulius Paulus. Festus, legem Cinciam munerale a Plauto appellari ait;

Neq; muneralem legem, neq; lenoniam,
Rogata fuerit, necne, flocci æstimo.

Lege Titia idem ferè renouatū est. Nā & hac cauebatur, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve acciperet: autore Tacito lib. 6. Et Ausonius quoq; huius legis facit mentionem;

Iurisconsulto, cui nubit adultera coniunx,
Papia lex placuit, Iulia displicuit.
Quæritis vnde sit hæc distantia? semivir ipse,
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

Ludit autem hisce versibus Ausonius in quēdam, qui Iurisconsultus haberi volebat. Cū enim Papia lege proposita essent prēmia ijs, qui vxores duxissent: placebat ea lex I. cōsulto, q̄ iuxta legis voluntatem maritus erat. Sed vicissim Iulia lex de adulterijs eos, qui adulteras ducebāt, puniebat, infamabatq;. Hac igitur ratione hæc lex Iurisconsulto incommoda erat. Deinde, cùm hic Iurisconsultus parū pudicè viueret, pœnis legis Scantiniæ, quæ eos prosequebatur, qui muliebria patiunt̄, obnoxius erat: & propterea eā metuebat. Præterea, cū propter imperitiam nemo vti vellet eius patrocinio, nō erat q̄ metueret legem Titiam, cùm muneribus & donis a nemine coleretur. Quāta autem salaria patronis fuerint cōstituta, tradit Tacitus lib. 6. Plinius lib. Epistolarum 5. ad Rufum, Vlpianus in l. 1. ff. de variis & extraordinarijs cognitionibus.

Anno Vrbis 553. Cos. P. Aelio Pæto I. consulto, & L. Cornelio Lentulo, Q. Minutius & M. Acilius tribuni plebis legem tulerunt: Vellentne, iuberentne, Senatū decernere, vt cū Carthaginē sibus pax fieret: & quē eam pacē dare, quēq; exercitus ex Aphrica deportare iuberent. De pace, vti rogatū, oēs tribus iusserūt: Pacē dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare. Liuius lib. 30.

Anno Vrbis 556. Cn. Cornelio Cethego, & Q. Minutio Cos. C. Acilius, superioris fortasse filius vel frater, legem tulit, vt quinque colonię in oram maritimam deducerentur: duę ad ostia fluminum Vulturni, Literniq;: vna Puteolos: vna ad castrum Salerni. His Bruxentum adiectū. Tricinæ familiæ in singulas colonias iubebantur mitti. Liuius lib. 32.

Anno Vrbis 557. L. Furio & M. Marcello Cos. P. Manlius tribunus plebis legē de sacerdotijs tulit, vt pp sacrificiorū multitudinē tres viri ꝯpulones crearent̄. Liuius li. 33. Cic. in li. 3. de Oratore.

Anno Vrbis 558. Cornelio & Sempronio Cos. Q. Aelius Tubero legem tulit, vt Latinæ coloniæ duæ, vna in Brutios, altera in Thurinum agrum deduceretur. Liuius lib. 35.

Anno Vrbis 562. duæ leges latæ sunt. Vna, a L. Cornelio Scipione Asiatico, de bello Antiochi. Vellent, iuberentve cū Antiocho rege, quiq; sectam eius sequuti essent, bellū iniri. Liuius li. 36. Altera lata est a M. Acilio Glabrione, q̄ vir optimus iudicatus est a Senatu. Is legē tulit de pecunijs repetūdis. De hac lege Cicero in 2. Verrina sic ait: Fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mētē, qua lege populus Romanus de pecunijs repetundis, optimis iudicijs, seueriss̄imisq; iudicibus vsus est. Et Actione tertia: Ego tibi illam Aciliā legem restituo, qua lege multi accusati, dicta cā, semel auditis testibus, ꝯdemnati sunt. Et Pedianus: Acilius, inquit, Glabrio legē tulit de pecuniis repetundis seueriss̄imam, in qua nec cōperē dinari quidem reū licet. Fuitq; hæc primò a Glabrione lata, quem admodum etiam Beroaldus existimauit: licet imprudēter Zasius eum reprehendat. Post hāc Calphurnia sequuta est, & reliquę, vt in serie annorū dicet̄. Huius Glabrionis ꝯsulatus ēt insignis fuit, ob deuictos Gallos & Boios, de quibus triūphauit. Liuius lib. 7.

Anno Vrbis 570. Q. Fabio Labeone & M. Claudio Marcello Cos. C. Orchius tribunus plebis legem de sumptibus conuiuiorum omnium primus tulit. Prima Romanorum tempora q̄ longissimè ab omni luxu intemperantiaq; abfuere. Optimū enim & in priuatis familiis, & in Repub. vectigal putarunt esse, parsimoniam & frugalitatem: cùm res familiaris cōseruetur diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeatur. Si quid tamē luxuriosius actum videretur, cēsoria id notabatur & corrigebat̄ animaduersione. Deinde subactis exteris nationibus, & ꝯfectis bellis Punicis & Macedonicis, mores simul harum gētiū addidicere, ratio nemq; viuendi Romam transduxere; vt ferè homines nouarum rerum cupidi sunt, facilè mores non bonos arripiunt & induūt. Initiò itaq; milites luxuria & voluptatibus tanquā contagio quodam infecti, paulò pòst eędem plebem inuaserunt: & ita quidem, vt Roma Asiam magistrā luxuria & voluptatibus longè superaret ac antecederet. C. Orchius itaq; Catonē, seueriss̄imū & frugaliss̄imū virum, ac cēsorē, tertio anno subsequutus, de Senatus sententia legē tulit, quæ numerū conuiuarū præscribebat, & vt patētibus ianuis cęnitaretur edixit. Quæ quidē lex sæpius deinde repetita est, vt in serie annorū dicet̄. Macrob. lib. 3. ca. 17. Festus lib. 13.

Anno Vrbis 572. P. Cornelius & M. Bębius legem tulerunt, de ambitu. Liuius li. 40. quæ deinde lex sæpius repetita est.

Anno Vrbis 576. C. Claudius Cos. cum T. Sempronio legem tulerunt, vt qui socii, ac nominis Latini censi essent, oēs in suam quisq; ciuitatem ante Cal. Nouemb. redirent, vt Dictator, Cōsul Interrex, Censor, Prætor, qui nunc esset apud forū, darent operā, vt qui manumitteret̄, in libertatē vindicaretur: iusiurandū daret qui eū manumitteret, ciuitatis mutādæ causa manu nō mitteret. Qui id non iuraret, eū manumittendū non censuerūt. Liu. lib. 41.

Anno Vrbis 583. C. Hostilius & C. Attilius legem tulerunt, vt liceret agere furti, eorū nomine qui apud hostes essent, aut Reip. causa abessent, quive in eorū, in cuius tutela essent. §. præterea. Instit. per quos agere possumus. Facit huius legis mentionem Cicero in lib. 1. de Orat. Et credo, inquit, in illa militis causa, si tamen aut hæredē, aut militē defendisset, ad Hostilianas te actiones, non ad tuam vim & oratoriam facultatem cōtulisses. Celebratur horum Consulatus ob L. Actii poetæ natalem.

Anno Vrbis 586. Q. Aelio Pęto I. consulto & M. Iunio Cos. Q. Cassius prætor legē tulit, vt Paulo Anicio & Octauio ex bello Macedonico cū victoria redeuntibus, quo die vrbem triumphātes inueherentur, Imperium esset. Liuius lib. 45. Eodē anno 586. Q. Aelius & M. Iunius legē tulerunt, vt quoties cū populo agere tur, augures de cœlo seruarent. Magistratus & obnunciādi, & intercedendi ptātē hr̄ent. Obnūciare āt, teste Donato, est, cū malū aliqđ sęuumq; omē nūciat: vt cū tonuisset, aut fulmē visum esset. Quare cū tale aliquid a collegio Augurum, aut Consule ꝑtore ve nunciatū esset, conciliū populi dirimebatur, nihilq; eo die agi fas erat. Durauit aūt hæc lex plus q̄ centum annis. Cicero in Pison.

Anno Vrbis 592. M. Val. Messala, & Fannio Strabone Cos. lata est lex Fannia de sumptib. Secūdò, Ne quis plus quàm vicenos asses insumeret, & id ludis tantum Rom. plebeiis, & Saturnalibus aliisq; quibusdā statis diebus. Decem deinde aliis dieb. in singulos menses triceni æris in cōuiuiorū sumptus ꝓcessi erāt. Cęteris aūt

diebus

Source : BIU Cujas

diebus plus q̃ denos insumere lex vetabat. Cautum etiã erat, ne quid volucrum poneretur, præter vnam gallinam, quæ non esset altilis. Plin. lib. 10. cap. 50. Gell. lib. 2. cap. 24. Athen. lib. 6. in f.

Anno Vrbis 605. Sp. Posthumio Magno: & L. Calphurnio Pisone Cos. Lata est lex de repetundis, ad coercendam magistratuum auariciam: vt quibus in prouincijs magistratus populi Romani, eorumve comites, pecunias, contra leges cepissent, earum prouinciarum homines, iudicio Romę constituto, suas pecunias repeterent. Ita Cicero in li. 2. de Offic. & in Action. 4. in Verrem. Et Tacitus lib. 15. Cicero hanc legem Socialem vocat: ipsum iudicium, arcem sociorum.

Cæterùm hac lege primò omnium quęstiones perpetuæ constitutæ sunt: vt inquit Cicero in Bruto, cum nullæ antea fuissent. Quæstiones autem perpetuæ idcirco dicebãtur, q̃ perpetuò exercebantur, quarumq; causa Prætores singulis annis creabant, quos Quæstores vocabãt. Eiusmodi sunt quæstiones ex l. Calphurnia, ex legibus Corneliis de falso, de sicarijs, de iniuriis. Lex autẽ Repetundarum sæpius fuit renouata, vt in serie annorum dicetur.

Anno Vrbis 610. Appio Claudio & Q. Metello Cos. Didius tribunus plebis legem tulit, vt non modò vrbs Romana, sed vniuersa Italia lege Fannia sumptuaria teneret: vt nõ soli, qui prãdia cœnasve maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocati essent, atq; omnino interfuissent, pœnis legis tenerentur. Macrob. lib. 3. cap. 17. Lata est hæc lex decem & octo annis post Fanniam: in tam paruo tẽpore luxuria denuò ita creuit, vt nouam legem ferre, pœnam augere, atq; ad socios extendere oporteret.

Anno Vrbis 611. lata est lex de Statellis: vt qui ex Statellis Liguriæ populis deditis in libertatem restitutus ante cal. Sextiles primas non esset, cuius dolo malo is in seruitutẽ venisset, vt iuratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret, animaduerteretq;.

Anno Vrbis 614. Q. Voconius tribunus plebis legem tulit, ne quis census, hoc est pecuniosus, hæredem vnicam filiam relinqueret. Erat autem census ille, qui centum millia sestertiùm in professione detulisset. Verùm hoc plebiscitũ, vt Gellius lib. 20. refert, in vsu esse desijt. Alteram quoque tulit, ne quis virginem, neve mulierem hæredem faceret. Vtramque legem M. Cato oratione luculenta suasit. Tandem, quemadmodum Tribuni plebis mulierum successionem diminuerunt: ita Iustinianus eas adauxit. Parem enim masculorum & fœminarum conditionem in successione ab intestato fecit. Facit huius legis Voconiæ mentionem Cicero in 3. Verrina, in libro de Senectute, in lib. 2. de Finib. Dion lib. 56. Gellius lib. 17. cap. 5. Augustinus in libro de Ciuitate Dei 3. Florus in Epitome libro 41.

Anno Vrbis 614. Pisone & Popilio Cos. Gabinius trib. pleb. legem tulit, vt Comitijs quibus magistratus crearent, populus nõ voce, sed tabella suffragium ferret. Et quo id liberius esset, cautũ est, ne quis inspiceret tabellã, ne rogaret, ne appellaret. Ita ab omni parte liberum iudicium suum in magistratibus creandis populus haberet. Cicero lib. 3. de Legib. & in lib. de Amicitia. Hæc lex vt intelligatur, sciendum est, populum Romanũ suffragium primò voce tulisse, & in magistratibus creandis, & in iudicandis reis, legibusq; sanciendis, vel abrogrãdis. Hæc ratio suffragij cum patribus obesset data est populo tabella, quæ (vt inquit Cicero pro Plãcio) frontes hominum aperit, mentes detegit, eamq; libertatem dat, vt quod velint faciant: promittant autem, quod rogantur.

Anno Vrbis 616. Cassius tribunus plebis, & homo nobilis, legem tulit, vti in iudicijs populi de damnando vel absoluẽdo reo, quemadmodum & in creandis magistratibus, tabularetur: in his ẽt populus ipse duntaxat, quum de multis iudicaret, non de capite: nimirũ in perduellionis iudicio. Facit eius mentionẽ Cicer. in Lęlio, & in Bruto, vbi scribit: Cassiũ multũ potuisse, nõ eloquentia, sed dicendo tñ: hoiemq; fuisse eũ non liberalitate, vt alij, sed ipsa tristitia & seueritate popularem. Ascon. in Cornel. & Verr. 2.

Anno Vrbis 617. P. Fur. cum S. Attilio Cos. legẽ tulit, vt certis diebus, qui tamen fasti, essent, agi cum populo non liceret. Cicero in Sextiana, & in Oratione post reditum.

Anno Vrbis 621. C. Papyrius Carbo tribunus plebis, homo seditiosus, & improbus ciuis, legem tulit, vt in iubendis legibus, aut vetandis populus tabella suffragiũ ferret. Cic. in lib. 3. de Legibus.

Anno Vrbis 630. Cælius tribunus plebis iterum legem de suffragiis tulit. Cum enim Cassius perduellionis iudiciũ excepisset, quod iniquum ipsi videbatur in ciuis Romani vitæ bonorumq; omnium discrimine, tabellarum licentię locum dare: Cęlius legem tulit, vt etiam in perduellionis iudicio, populus non voce, sed tabella sententiam ferret. Cicero lib. de Legib. 3.

Anno Vrbis 631. M. Liuius Drusus tribunus plebis legem tulit, vt duodecim coloniæ deducerẽtur, & singulis tria ciuium millia adsignarentur. Plutarchus in Graccho.

Anno Vrbis 634. C. Marius tribunus plebis legem tulit, vt põtes, per quos suffragia in comitijs ferebantur, angustiores fierẽt: ne quis illic, qui suffragium ferret, ad rogandum subsistere posset. Plutarchus in Mario: Cic. lib. 3. de Legibus.

Anno Vrbis 635. Antistius tribunus plebis legem tulit, vt Satricanis ciuibus ius ferendæ legis esset. Liuius lib. 26.

Anno Vrbis 650. Cn. Domitius Aenobarbus legẽ tulit, vt sacerdotum collegia, non quem vellent adoptarẽt, vt antea facere poterant, sed populi beneficium id esset. Cum autem sacerdotes ab vniuerso populo creari nõ possent, rogauit, vt minor pars populi, idest, tribus septemdecim vocarentur: ab ea parte, qui esset factus, is a collegio cooptaretur. Ita nec collegijs cooptionẽ ademit, & populo ptãtem mãdandorũ sacerdotiorum dedit. Cic. in Agraria, & in lib. 1. Epist. fam. 5. Velleius Paterc. li. 2. Dion lib. 37.

Anno Vrbis 651. Q. Luctatius Catulus, & C. Marius legem tulerunt, vt de seditiosis ciuibus, qui armati Senatum obsederãt, & magistratui vim intulerant, quotidie etiam diebus festis, ludisque quæreretur. Cic. pro Cælio.

Anno Vrbis 653. L. Apuleius Saturninus tribunus plebis, C. Mario nepote VI. & L. Valerio Flacco Cos. legẽ tulit, vt in singulas colonias Latinas C. Marius ternos ciues Romanos facere posset. Tulit idẽ Apuleius in gratiã Caij Marij, vt quẽ agrũ C. Marius Cos. Gallia pulsis Cymbris, in deditionẽ populi Romani redigisset, is populo Romano diuideret. Et si ita lex sciuisset, intra diem quintũ a singulis Senatorib. in eã iurarẽt. Qui non iurasset, ei multa pœna esset. Appian. lib. 1. de Bellis ciuilibus. Deinde cũ Q. Metellus Numidicus legi non paruisset, aqua & igni, ut ei interdiceret, legẽ tulit. Appian. in d. li. j. Cic. pro Sextio. Hic C. Marius, Apuleij Tribuni auxilio, optimates in foro trucidari iussit. Valer. li. 3. c. 2.

Anno vrbis 654. C. Mario & C. Flauio Fimbria Coss. C. Cassius L. F. Longinus tribunus plebis legẽ tulit, q̃ ad diminuendam nobilitatis potentiam pertinebat: vt quem populus dãnasset, cuive imperium abrogasset, in Senatu ne esset. Ascon. in Cornel.

Anno Vrbis 655. Q. Cæcilius Metellus, & T. Didius legẽ de legib. tulerunt, vt de singulis rebus separatim, nõ de pluribus cõiũctim ad populũ ferretur. Præterea vt leges trinundinũ rogarent. Cic. 5. Philippica, & pro Domo. Cã ferendæ legis hæc fuit. Tribuni plebis, & ij quibus rogare legẽ fas erat, plura sub vnius rogationis noïe ad populũ ferre, & plerũq; pnicioſa bonis commiscere solebãt. Ne igit populo necesse esset in coniunctis reb. cõplurib. aut id qd̃ nollet accipere, aut id qd̃ vellet relinquere, hæc lex lata est. Exemplum refert Liuius lib. 6. Inter priorem, inquit, Dictaturam abdicatam, nouamq; à Manlio initam, ab tribunis velut per interregnũ ꝯcilio plebis habito, apparuit, q̃ ex promulgatis plebi q̃ latoribus gratiora essent. Nam de fœnore, atq; agro rogationes iubebant, de plebeio consulatu abdicabant. Et perfecta vtraq; res esset, ni tribuni se in omnia simul consulere plebem dixissent.

Anno Vrbis 656. P. Licin. Crassus diues legẽ sumptuariã post Orchiã Fãniã Didiãq; tulit. Prima. n. vt Macrob. inqt, oĩum de cœnis lex ad populũ Orchia puenit: sequuta est Fannia, q̃ in eo superabat Orchiã legẽ, q̃ in superiore numerus tm̃modo cœnantium cohibebatur, licebatq; vnicuiq; ꝑm eã bona sua inter paucos consumere: Fannia modũ sumptib. fecit, assib. 100. Post ann. 18. cõsequuta est Didia: vt vniuersa Italia, nõ sola vrbs, lege hac vteretur. Post Didiã Licinia lata est, vt cal. non. nũd. Rom. cuiq; in dies singulos 30. asses edundi cã consumere liceret. Deinde carnis aridæ & salsamentorum certũ pondus in dies singulos cõstituit. Aridæ põdo tria, salsamentorum pondo libram. Ea aũt quæ terra, arbore, vite nata essent, impunè consumere concesit. Macrob. li. 6. c. 17. Gell. lib. 2. ca. 24. Ab hac lege Cœnæ centuriatæ dici cœperunt, q̃ in his non plus centussibus impendebatur. Festus lib. 3.

Anno Vrbis 658. S. Licinius Crassus, & Q. Mutius Scæuola I. cõsultus, Cos. legẽ tulerũt, qua sociorũ vnusquisq; in suę ciuitatis ius redigebat: qõne in eos constituta, q̃ cum nõ ciues esset, pro ciuibus tñ se gererent. Vnde Cic. in lib. 3. Offic. ait: Nã esse pro ciue, qui ciuis nõ sit, rectũ est nõ licere: quam legem tulerunt sapientissimi Coss. Crassus & Scæuola. Quæ quidem lex admodum austera fuit. Nõ solum enim ij qui in ciuitatem se insinuauerant, sed & ij qui nati Romæ erunt, quorum tñ parentes iuris Italici fuissent, arcebant. Facit p̃terea eius mentionem Cicero in Bruto, & pro Cornel. Balbo. Tandem Antoninus Pius Imperator, omnes q̃ in orbe & Imperio Romano essent, ciues Romanos esse iussit: vt tradit Vlpia. in l. in orbe. D. de sta. hom. & Modestinus in l. Roma. D. ad municip. Aug. de Ciu. Dei. lib. 5. cap. 17.

Anno Vrbis 662. M. Liuius Drusus tribunus plebis legem tulit iudiciariam: vt iudicia ęqua ex parte penes Senatum & equestrẽ ordinem essent. Asconius in Corneliana: Cic. in lib. 3. de Orator. Florus in Epitome 71. Appian. lib. 1. de bellis ciuilibus.

Eodem anno S. Iul. Cæsar Cos. legem tulit, vt ciuitas socijs & Latinis omnibus daretur. Gell. lib. 4. cap. 4.

Anno Vrbis 664. M. Plautius Siluanus tribunus plebis, Cn. Põpeio Strabone & L. Portio Catone Cos. secundo anno belli Italici, leges tulit tres: quarum prima iubebat, vt tribus singulæ ex suo corpore quinos denos suffragio crearẽt, qui eo anno iudicarẽt. Ex quo fiebat, vt Senatores quoq; in eo numero essent, & q̃dã ẽt ex ipsa plebe. Fuerũt itaq; iudices 450. cum tribus essent 35. & singulæ quinos denos darent. Hanc legem statim consequutũ est bellũ ciuile atrox atq; multiplex, ĩ quo iudicia omnia omissa esse, lessesq; tacuisse, Cicero in Bruto autor est. Secundò tulit legem vtilẽ, vt de ijs qui vim publicã armatis hominibus fecissent, quæstio constitueretur. Deinde, ne rẽ vi possessam vsucapere liceret. Meminit Cicero pro Milone, pro Cælio, ad Q. fratrẽ, ad Atticum

Source : BIU Cujas

ticum 4. Saluſtius in Catil. Iulianus in l. non ſolum. 13. §. 2. D. de vſucapio. & Iuſtinianus in §. furtiuæ: Inſtit. eo. tit. Lege itaq; Plautia de Vi, tenebātur omnes qui armati Senatum obſediſſent, magiſtratibus vim attuliſſent, Rempub. oppugnaſſent. Item ſi quis cum telo in publico fuiſſet, aut pugnæ cauſa loca ſuperiora occupaſſet, alienisve ædibus, ſaxis, ignibus, aut ferro cladem intuliſſet. Tertiò tulit legem, cū C. Papyrio Carbone tribuno plebis, vt ciuitas iis daretur, qui fœderatis ciuitatibus aſcripti fuiſſent: ſi &, cùm lex ferebatur, in Italia domicilij habuiſſent, & ſexaginta diebus apud Prætorem eſſent profeſſi. Cicero pro Archia.

Anno Vrbis 665. P. Sulpitius tribunus plebis legē tulit, vt exules reuocarentur: noui ciues libertiniq; diſtribuerentur in tribus. Plutarch. in Sylla, Flor. in Epitom. 77.

Anno Vrbis 666 L. Cornelius Cinna Cos. cum Cn. Octauio legem tulit, vt C. Marius, qui a L. Sylla oppreſſus profugerat, in vrbem reciperetur.

Anno Vrbis 673. cum ob bellū C. Marii iudicia omiſſa eſſent, legesq; tacuiſſent, L. Cornelius Sylla Cos. qui aſſertor fuit dignitatis optimatiū, & ſe Mario oppoſuit, iudicia legesq; iterū & reuocare & conſtituere cępit. Cumq; antea populus Romanus rerum capitaliū cognitionē ſibi reſeruaſſet, ac in inquirendis ciuiū facinoribus Quæſtores ꝓſtituiſſet, Cornelius Sulla quęſtiones publicas ac perpetuas cōſtituit, atq; ideo Prætorum numerū auxit. Secundo legem iudiciariā tulit, vt iudicia equeſtri ordini adępta, in ſolum ordinem Senatorium transferrentur. Equites enim a lege Sempronia ad annos quadraginta iudicarant. Flor. in Epit. 89. Tertiò, legem repetundarum confirmauit: nempe vt in repetundarum iudicio reus omnino cōperendinaretur: vt certi dies prouincialibus magiſtratibus, quibus ſucceſſum eſſet, decedendi cā, præſtituti eſſent: vt accuſatori liceret omnibus teſtimoniū denūciare, præterquam defenſori. Cicero in Verr. 3. & 4. & ibi Aſcon. Quartò, tulit legem Agrariā, vt proſcriptorū agri publici eſſent. Cicero contra Rullum: Saluſt. in Catil. Quintò, tulit legem Sumptuariam, vt Calendis, Idib. Nonis, diebus ludorum, & ferijs quibuſdam ſolennibus, HS. tricenos in cęnā inſumere ius poteſtasq; eſſet: cæteris autem diebus aliis omnibus, nō amplius ternos. Gellius lib. 2. cap. 24. Macrob. lib. Saturnal. 3. cap. 17. Plutarch. in Sylla. Eſtq; hæc quarta lex ſumptuaria. Sextò, legem tulit de magiſtratibus: vt qui cum Imperio in prouinciam profectus eſſet, tamdiu illud Imperium retineret, quoad in vrbē reuerteretur. Deinde, vt triginta tantum dies, poſtq; ſucceſſor miſſus eſſet, magiſtratui ad decedendum concederentur. Cic. epiſt. 9. ad Lentulū, & lib. 3. Epiſtol. 8. Septimò, tulit legem de ſumptibus funerum. Plutarch. in Sylla. Octauò legem tulit, ne tribunis plebis ferendarum legum cōcionandive ius eſſet, neve ad eos prouocatio eſſet: vt ne iis intercedere liceret: neve iis qui tribuni plebis fuiſſent, alios poſtea magiſtratus capere liceret. Cicero de Leg. lib. 3. Plutarch. in vita Syllæ. Et ita auctoritatē tribunorū diminuit. Nonò, quia lege Domitia populo ius creandorum ſacerdotum datum erat, L. Cornelius Sylla hoc ipſum ius populo ademit, & in collegiū ſacerdotū denuò tranſtulit. Dion lib. 37. Decimò tulit legem, vt viginti quæſtores ſupplendo Senatui crearentur, cui iudicia traderet. Tacitus lib. 2. Vndecimò, leges de maleficiis plurimas promulgauit: nempe legem Corneliam maieſtatis, Ne qui cū Imperio prouincias obtinerent, populi Senatusve iniuſſu exercitum de prouincia deportarent, bellumve ſua ſponte gererēt. Cicero in Piſonem. Fuerunt & alia capita, quę referuntur ab Aſconio in Cornelliana. Fuit & hoc vnum, vt a quæſtionibus vel cruentis nullius dignitas exciperetur, Ammian. Marcellinus lib. 19. Duodecimò, legē tulit de ſicariis & veneficis, cuius legis capita ſic refert Martianus ſub l. 1. D. ad legem Cornel. de ſicariis: Lege Cornelia de ſicarijs & veneficis tenetur, qui hoīem occiderit, cuiusve dolo malo incendiū factū erit: quive hominis occidendi, furti faciendi cā, cū telo ambulauerit: quive cū magiſtratus eſſet, publicove iudicio pręeſſet, operā dediſſet, quo quis falſum iudicium profiteretur, vt quis innocens circumueniretur, & condemnaretur. Præterea tenetur, qui hominis necādi cā venenum cōfecerit, dederit: quive falſum teſtimoniū dolo malo dixerit, quò quis publico iudicio rei capitalis damnaretur: quive magiſtratus iudexve quæſtionis ſub capitalem cauſam pecuniā acceperit, vt publica lege reus fieret: & qui hominem occiderit, punitur, non habita differentia cuius conditionis hominē interemit. Quamuis autem ante hanc Syllæ legem quæſtio de ſicariis habita fuerit: non tñ fuit ea perpetua, ſed extra ordinem Prætoribus: vel ex Senatuſconſulto, vel ex plebiſcito mandabatur. Decimotertiò, legē tulit de crimine falſi. Capita huius legis ſimiliter recēſet Martianus ſub l. 1. D. ad l. Cornel. de falſis. Pœna legis Corneliæ irrogatur ei, qui in falſas teſtationes faciēdas, teſtimoniave falſa inuicē dicēda, dolo malo coierit. Item qui ob inſtruendam aduocationem, teſtimoniave pecuniam acceperit, pactusve fuerit, ſocietatē coierit ad obligationē innocentium, ex Senatuſconſulto coercet. Sed & ſi quis ob renūciandum remittendumve teſtimoniū dicendū vel non dicendū, pecuniam acceperit, pœna legis Cornelię adficitur: & qui iudicē corruperit, corrumpendumve curauerit. Sed & ſi iudex conſtitutiones principum neglexerit, punietur. Qui in rationibus, tabulis cereisve, vel aliqua re ſine cōſignatione falſum fecerint, vel rem amouerint, perinde ex his cauſis atq; ſi erāt falſarii, puniuntur. Sic & diuus Seuerus lege Cornelia de falſis damnauit pręfectū Aegypti, ꝙ inſtrumentis ſuis, cū præerat prouinciæ falſum fecit. Is qui peruertit viui teſtamentum, legis Cornelię pœna tenetur. Is qui depoſita inſtrumenta apud alium, ab eo prodita eſſe aduerſariis ſuis dicit, accuſare eum falſo poteſt. Facit huius legis mentionem Cicero in 3. Verrina, & in lib. 2. de Natura deorum: Suetonius in Auguſto, Pomponius in l. 2. de Orig. iur. Et l. cōſulti ſub titulo in Pandectis, ad l. Corneliam de falſis. Decimoquartò, legem tulit de iniuriis. Verba huius legis refert Vlpianus, ſub l. lex Cornelia. D. de iniuriis. Lex Cornelia de iniuriis cōpetit ei, qui iniuriarum agere volet ob eam rem, ꝙ ſe pulſatū, verberatumve, domumve ſuam vi introitā eſſe dicat. Qua lege cauetur, vt nō iudicet, qui ei qui agit, gener, ſocer, vitricus, priuignus, ſobrinusve eſt, propiuſve eorū quēquā ea cognatione affinitateve attinget: quive eorū eius, parentisve, cuius eorū patronus erit. Decimoquintò, tulit legem de parricidiis, quæ ꝙ a Pōpeio emendata eſt, Pompeii nomen ſortita eſt. Nunc vocatur lex Pompeia de parricidiis. Decimoſextò, legem tulit de teſtamentis, vt eorum teſtamenta, qui in hoſtium ptāte eſſent, perinde rata eſſent, ac ſi hi qui ea feciſſent, in hoſtiū poteſtatem non peruenisſent, & hæreditas ex his eodē modo ad vnumquenq; pertineret. l. 12. D. qui teſtamenta facere poſſunt. l. 15. D. de iniuſto rupto & irrito facto teſtō. Et Iuſtinian. ī Inſtit. tit. quemadmodum teſtamēta rumpātur: Si is, inquit, qui teſtamentum fecit, ab hoſtibus captus ſit, teſtamētum eius valet, ſi quidem reuerſus fuerit, iure poſtliminii: ſi ibi deceſſerit ex lege Corneliā, quæ perinde ſucceſſionē eius cōfirmat, atq; ſi in ciuitate deceſſiſſet. Decimoſeptimò, tulit quoq; legem de luſu, ne quis in pecuniā luderet: ſponſionemve in ludo, niſi qui corporis exercendi cā ſuſceptus eſſet, faceret: veluti, haſta, pilove iaciendo, currendo, ſaliendo, luctando, pugnādo. Martianus ſub l. 3. D. de aleatoribus. Multas igitur bonas leges Cornelius Sylla tulit, primuſque Romanorum morte mulctauit. Depoſito tandem magiſtratu priuatus vixit, & commentarios ſcripſit, Luculloq; dedicauit.

Anno deinde Vrbis 676. mortuus eſt phthiriaſi, & honorifico funere in campo Martio exuſtus, & ſepultus eſt. Tātam a matronis vim odorum allatam eſſe dī, vt præter eos odores qui in lectis decē atq; ducentis cōportabātur, q̄dā iuſtæ magnitudinis imago Syllę formaret, & thure cinnamomoq; ingētis p̄cij lictor formaret. Inſcriptionē ſepulchro ipſe ſibi hāc feciſſe dī: NEMO me amicus beneficentia, nemo inimicus inferenda iniuria ſuperauit.

Anno Vrbis 675. M. Aemylius Scaurus Cos. legē tulit ſumptuariam, non quo ſumptu, ſed quibus cibis cœnę inſtruerentur. Sorices enim condi ſolebant, ſicuti glires, vt autor eſt Nigidius: quos cenſorię leges & M. Scaurus non aliter cœnis ademere, quàm cō chilia, aut ex alio orbe aduectas aues. Gellius lib. 2. cap. 20. Macrobius Saturnalium lib. 3. cap. 17. Plin. lib. 8. cap. 57.

Anno Vrbis 678. C. Aurelius Cotta & L. Octauius legem tulerunt, vt trib. pleb. liceret poſtea alios magiſtratus capere, quod Cornelius Sylla ipſis ademerat. Pedian. in Verr. 1. Vell. lib. 2.

Anno Vrbis 683. idē C. Aurelius Cotta, homo (vt Cicero ait) nobiliſſimus, qui tū Prætor erat, legē iudiciariā tulit, & tribus ordinibus iudicia cōmiſit, Senatoribus, Equitibus, & Tribunis ærarijs, q̄ & ipſi de corpore Romanorū equitū erāt. Plin. li. 33. cap. 2. Velleius Paterculus lib. 2. Per idē (inquit) tp̄s Cotta iudicandi munus, qđ C. Gracchus ereptū Senatui ad equites, Sylla ab illis ad Senatū tranſtulerat, æqualiter inter vtrūq; ordinē partitus eſt. Idem verò antea tentauerat M. Liu. Druſus, cuius tamē leges citò interierūt.

Anno Vrbis 686. C. Calphurnius Piſo legem tulit de ambitu. Sciendum autem eſt, ambitum duplicem eſſe. Alter quidē cōceſſus & laudatus, quem popularem Cicero vocat, in oratione ꝓ tra Saluſtium: cùm quis operam ſuam, magiſtratū, aut curationē petendo, Reip. offert, iudiciumq; de ſe faciēdum populo permittit abſq; dolo malo. Et hoc ambitionis genus legibus nullis prohibet, verùm a maximis quibuſq; ſemper viris appetitum eſt. Alterum genus infame eſt, ac legum ſeueritate notatum: aliquādo vi, nonnunquam dolo graſſat. vnde homicidia, largitiones, ac varię corruptelæ naſcuntur. Hoc genus ambitus vt coerceretur, variæ leges latæ ſunt. Primus de hac re ad populum tulit C. Petilius tribunus pleb. anno Vrbis 398. Hunc ſubſequutus eſt lōgo interullo M. Bæbius, deinde C. Calphurnius Piſo Coſs. anno Vrbis 686. cum iam Reſpub. & Imperij dignitate, & opū magnitudine, magnam & ambiendi & largiendi materiam præberet. Eādem repetit, addita pęna, vt ambitus damnati, omni honoris petitione prohiberētur, certaq; pecunia mulctarent. Dion lib. 26. Cic. pro Murena, & pro Cornelio. Hanc legē cum ferret Piſo conſul ex Senatuſcōſulto ad populum, a multitudine eorū qui ex ambitu paſti, & ſaturati erāt, è foro pulſus eſt. Maiori deinde manu ſtipatus, in forū deſcendit, clamās: Qui rē ſaluam eſſe vellent, vt ad legē accipiendā adeſſent: eaq; ratione exterritis ijs, qui aduerſabant, legē pertulit: quæ quidē lex obſeruata eſt. Sequenti enim anno Coſs. deſignati P. Sylla & P. Antonius, lege hac interrogati, & ꝺdemnati pœnas dederunt. Deinde M. T. Cicerone Coſ. Senatuſconſultum factum eſt, quo cauebatur, ne quis biennio, quo magiſtratū

petat,

Source : BIU Cujas

petat, petiturusve sit, gladiatores daret, nisi ex testamẽto præstitu ta die. Item, ne quis mercede cõductus, obuiam cãdidatis iret, aut conductus sectaretur. Præterea, ne quis prandia vulgo daret. Qui eorum quid fecisset, contra legem Calphurniam factum videri. Adiecta est etiam pęna asperior q̃ antea, nempe exiliũ: cum antea damnati in ciuitate remanerent. Hanc aũt legẽ Cicero saluis auspicijs tulit: vnde lex Tullia dicitur. Lata fuit circiter hæc tẽpora & alia lex de ambitu, vt Cicero refert in lib. 1. ad Atticũ, a Lurcone tribuno plebis: in qua noui hoc fuerit, vt qui nummos in tribu pronũciauerit, si nõ dederit, impune sit: sin dederit, vt quoad viuat singulis tribus ʜ s. ccccxxxv. debeat.

Anno Vrbis 680. M. Terentio Lucullo & C. Cassio Cos. lata est lex frumentaria, qua constitutum erat, vt frumentum in penuria annonæ populo emeretur: Cicero in actione 5. & 7. in Verrẽ. Hæc largitio q̃ ærario damnosa fuerit, ostendit Cicero. ait enim: tribus illis annis quibus Siciliam Verres obtinuit, ʜ s. cẽties & tricies in solam emptionem Siciliẽsem fuisse erogata: quæ summa in Gallica moneta conficit 325. coronatorum millia.

Anno Vrbis 681. L. Gellius Publicola legẽ tulit, vti ciues Romani sint ij, quos Cneus Pompeius de consilij sententia sigillatim ciuitate donauit. Cicero pro Balbo.

Anno Vrbis 683. M. Crasso C. Põpeio 1. Cos. C. Aurelius Cotta p̃tor legẽ tulit, vt iudicia q̃ penes solos Senatores erãt, inter Senatores & equestrẽ ordinẽ, & tribunos ęrarios cõicarent. Cicero in Verr. Flor. Epit. lib. 37. Vell. lib. 2. Ascon. in orat. pro Cornelio.

Anno Vrbis 685. Metello & Martio Cos. A. Gabinius tribunus plebis legẽ tulit, vt Pompeio bellũ Piraticũ decerneretur in triennium: vt toto mari qđ est intra colũnas Herculis, & in maritimis prouincijs, vsq; ad quadringentesimum a mari stadium, potestatem haberet imperandi regibus, prędidibus, ciuitatibus, vt se rebus omnibus ad eius belli administrationem iuuarẽt. Velleius lib. 2. Plutarchus in Pompeio: Cicero pro lege Manilia.

Tulit idem Gabinius legem de fœnore, Ne ius diceretur de fęneraticia pecunia, p̃ter amissam sortẽ: & pęnã addebat. Cic. li. 6. ad Atticũ, vbi refert exẽplũ de Salaminijs, a q̃b. Scapti⁹ quatuor cẽtesimas, terrore militari obsesso & afflicto ipsorum Senatu, exegit.

Tulit idem legem de Senatu cogẽdo, vt ex cal. Februar. ad cal. Martias quotidie Senatus cogeretur, & legatis exterarum nationum daretur. Cic. ad Q. Fratrem lib. 1. epist. 11.

Tulit idem legẽ, vt qui ꝓciones vllas clandestinas in vrbe ꝓflauisset, more maiorũ capitali supplicio mulctaret. Porc. Lat. ĩ Cat.

Anno Vrbis 689. Tit. Atius Labienus tribunus plebis, L. Iulio, C. Martius Cos. legẽ tulit, vt populus sacerdotia, quemadmodũ olim lege Domitia, mandaret, quum antea sacerdotes lege Cornelia a Pontificum collegio crearentur.

Anno Vrbis 690. M. Tullio Cicerone & C. Antonio Cos. Titus Labienus tribunus plebis legem tulit, vt ius creãdorum sacerdotum penes populum esset, ex veteri lege Domitia, quę abrogata erat a Cornelio. Dion lib. 37. Insignis hic annus fuit ob bellũ Catilinæ & Antonij: deinde ob subactam Iudæam: ea enim hoc anno in potestatem Romanorum omnium primùm redacta est a Pompeio. Ioseph. lib. 14. Plutarchus in Pompeio.

Eodem anno P. Seruilius Rullus, vnus ex tribunis plebis, legẽ tulit Agrariã: vt quæ post C. Marium C. Carbonẽ Cos. publicè data, adsignata, vendita, concessa essent, ea oĩa eo iure forent, vti quæ optimo iure priuata sunt: vt Decẽviri cum summo Imperio crearentur, qui totius Italiæ, Syriæ, Asiæ, Libyæ, & prouinciarum quæ nuper Pompeius subegerat, venderẽt ex eaq; pecunia agros colonis, quos arbitratu suo quò vellent deducerent, mercarent: Anno Vrbis 691. L. Iunius & L. Licinius Murena Cos. legem tulerunt de legibus ferendis: vt leges trinundino antè promulgarentur, q̃ ad populũ ferrentur. Cic. Philip. 5. Contra transgressores autẽ pęnæ constitutæ erant. Cicero ad Atticum lib. 4. Et eius erat auctoritatis, vt omnes leges contra hãc latæ inualidæ essent. Cicero in orat. pro Domo: & Quintil. lib. 2. vbi ait: Aut enim de iure dubitari potest eius qui rogat, vt P. Clodij, qui non ritè tribunus creatus esse arguebatur: aut de ipsius rogationis, quod est varium, siue non trino fortè nundino promulgata, siue nõ idoneo die, siue ꝓtra intercessiones vel auspicia, aliudve quid quod legitimè obstat, dr̃ lata esse, vel ferri. Hanc legem P. Clodius in tribunatu sustulit. Cic. in Oratione pro Sestio: Mitte, inquit, eã legẽ quæ omnia iura religionum, auspiciorum potestatẽ, omnes leges quę sunt de tempore legum rogandarum, vna rogatione sustulit.

Anno Vrbis 693. T. Ampius & T. Labienus tribun. plebis, Metello & Afranio Cos. legem tulerunt, vt Cn. Pompeius Victor ex Asia, ludis Circensibus corona aurea, & omni cultu triumphãtium vteretur: scenicis autem prætexta, coronaq; aurea.

Anno Vrbis 694. C. Cæsare & M. Bibulo Cos. cum in tributis comitijs suffragia confunderentur, Q. Fusius prætor legem tulit, vt singula genera suffragium seorsim ferrent, quò sententię internosci possent. Dion lib. 38.

Anno Vrbis 695. Pisone & Gabinio Cos. P. Clodius tribun. pleb. & inimicus Ciceronis, leges plurimas tulit: quarũ quatuor Reipub. in primis perniciosæ fuerunt. Vna, de annona: vt frumentum populo, quod antea semis ęris ac trientibus ciuibus in singulos modios dabatur, gratis daretur. Et Sex. Claudio frumentaria procuratio mandaretur. Ascon, in Pis. Cicero pro Sestio. Secunda, de Comitijs: ne quis per eos dies, quibus cũ populo agi liceret, de cęlo seruaret. qua lege obnũciatio soluta est, cõtra legẽ Aeliã & Iuniam. Dion li. 38. Tertia fuit de collegijs restituẽdis, nouisq; instituendis. Collegia omnium primò a Numa instituta sunt, vt refert Plutarchus in vita Numæ: Ex pleriſq;, inquit, eius institutis distributio multitudinis per artificia, maximè admiratione digna habetur. Nam cum ciuitas ex Sabinis & Romanis constaret, essentq; inter eos crebræ contentiones, statuit eos Numa in plures partes secare, vt magnas illas duas factiones in plures & minutas partes dissectas, penitùs tolleret. Fuit autem hęc distributio ex ratione artificiorũ facta, vtpote tibicinum, aurificum, architectorum, tinctorum, cerdonum, coriariorum, fabrorũ, figulorũ, eademq; ratione reliquorum artificũ: atq; ijs cùm certos cõuentus, tum ẽt deos quos colerent pro dignitate cuiusq; attribuit. Tum primùm factiones illę ex vrbe sublatæ sunt, vt alij Sabini, alij Romani, alij Tatij, alij Romuli ciues, inuidiosis nominibus, dicerentur. Hæc Plutarchus. Et meminit collegij tertij ærariorũ fabrùm Plin. li. 34. cap. 1. & collegij Capitolinorũ Cic. lib. 2. Epist. ad Q. Fratrẽ: & collegij Merculialis Liuius lib. 2. & collegij tibicinũ, quod collegium sacrorum causa constitutũ fuit, Valer. Max. lib. 2. cap. 1. & collegij viatorũ, Gellius lib. 12. cap. 3. Hæc collegia iura multa singularia habuerũt, vt refert Caius in l. 1. D. quod cuiusq; vniuersit. nomine. Collegia, inquit, Romæ certa sunt, quorũ corpus Senatusc̃osultis, atq; constitutionibus principalibus confirmatũ est, veluti pistorum, & quorundam aliorũ, & nauicul ariorũ, qui & in prouincijs sunt. Quibus autẽ permissum est corpus habere collegij societatis, siue cuiusque alterius eorum nomine: propriũ est, ad exemplum Reipub. habere res cões, arcã cõem, & actorẽ, siue syndicum, per quem tanquam in Repub. quod communiter agi fieriq; oporreat, agatur, fiat. Quòd si nemo eos defendat, qđ eorum commune erit, possideri: & si admoniti non excitentur ad sui defensionem, venire se iussurum, Proconsul ait. Et quidem non esse actorem vel syndicũ tũc quoq; intelligimus, cùm is absit, aut valetudine impediatur, aut inhabilis sit ad agendum. Et si extraneus defendere velit, vniuersitatẽ permittit Procõsul, sicut in priuatorũ defensionibus obseruat: quia eo modo melior vniuersitatis cõditio fit. Poterant hęc quoq; collegia manumittere, & legatum capere, & leges sibi ferre, dummo ne quid ex publicis legibus corrumperetur. Scæuola in l. pater filium. ff. de leg. lib. 3. Paulus in l. cum Senatus. D. de rebus dubijs. Habebant & concessas immunitates. Callistratus in l. semper. D. de immunitatibus.

Deinde cùm multæ pernicioſorum hoĩum collegia fierẽt, factum est Senatusc̃osultum, L. Luctatio & C. Mario Cos. quo collegia sublata sunt, quæ aduersus Rempub. esse videbant: cõseruatis paucis, cuiusmodi sunt fabrorum, lictorũ, vt scribit Asconius in Pisoniana & Corneliana. Clodius itaq; legem tulit, vt conuentus artificũ a Numa instituti, & magna ex parte partim legibus, partim Senatusconsultis sublati, restituerentur, multiq; alij cõstituerent. Cicero in Sextiana, Pisoniana, pro Domo, p Cornelio: Dion lib. 38. Quæ Clodij lex Q. Cornelio Lentulo & Q. Cæcilio Metello Cos. per Senatusconsultum sublata est: nempe vt oẽs sodalitates & Decuriati discederent. Qui non discessissent, ea pœna q̃ est de vi tenerent. Quæ pœna postea ad illicita collegia translata est. Vlpian. in L. Quisquis. D. de Collegijs & corporib. illicitis.

Quarta lex fuit de cẽsoribus: Ne quis a cẽsoribus in Senatu legendo pręteriretur, neve qua ignominia adficeret, nisi quis apud ipsos accusatus, & vtriusq; censoris iudicio condẽnatus esset. Asconius in Pison. Hac autẽ lege censoriæ potestatis ius imminutũ est, quod quadringentis annis in Repub. vt Cic. in Pisonẽ ait, retentum fuerat. Antea enim censoribus notã apponere licuit, nõ accusatis: & qđ vnus statuisset, nisi alter disertè intercessisset, aut notatũ liberasset, tãtundẽ erat, ac si vtriusq; iudicio esset dãnatus.

Quintò legẽ tulit contra Scribas quęstorios, qui quidem ordo Romę cùm gratia tum autoritate plurimùm pollebat: & post Senatores, equites & tribunos ærarios facilè primùm locum obtinebat. Scribit Plin. li. 26. cap. 1. equites Romanos scribarũ officio functos. Erat enim hic ordo industriæ propositus, & dignitati, & eorum hominum fidei (vt inquit Cicero actione in Verrẽ 5.) tabulæ publicæ & magistratuum pericula committebantur. Habebant igitur hi, quemadmodũ iudices, suas decurias: & ex ijs sorte ducebantur, qui partim vrbanis magistratibus, partim prouincialibus in ministerio erant. In decurias aũt a magistratibus legebãtur, Quæstorij quidẽ a quæstoribus, Prætorij a prætoribus, Aedilitij ab ædilibus. Clodius itaq; legem tulit, ne scribę negociarẽtur. Quare Suetonius in Domitiano ait: Scribas quæstorios negociãtes ex consuetudine, sed contra legem Clodiam, venia in pręteritũ donauit. Quamuis Hotomanus Claudio hanc legem tribuat.

Tulit idem Clodius legem de vi: vt de ijs, qui ciues Romanos sine iudicio populi, indictaq; causa necassent, quæstio haberetur. Quam legem ob Ciceronem, & alios a quibus necati erant Catilinarij, tulit. Cic. ad Attic. 3. Velleius lib. 2. Dion lib. 38.

Tulit quoque legem contra M. Tullium Ciceronem: vt Ciceroni, q̃ falsum S. consulatum retulisset, quòd ciues Romanos

Source : BIU Cujas

indẽnatos necaſſet, aqua & igni interdictũ eẽt: neve ei intra quingẽta paſſuũ millia liceret eſſe: ne quis de ipſius reditu ad Senatũ referret: ne quis ſnĩam diceret, ne diſputaret, ne loqueret, ne pedibus iret in ſnĩam, ne ſcribendo adeſſet. Cic. ad Attic. li. 3. Dion. lib. 38.

Tulit legẽ de prouincijs, vt Gabinio Syria, Babylon, Perſę: Piſoni Macedonia, Achaia, Theſſalia, Græcia, omnisq; Bœotia pro ꝓſulari Imperio mãdaret, ijsq; cũ exercitu ĩ eas ꝓuincias iuris pecunia ex ærario attribueretur. Cicero pro Domo, & in Sextiana.

Tulit legem de regno Cypri, vt Cyprus inſula in prouinciæ formam redigeretur: vt Ptolemęus rex Cypri ſedens cum purpura & ſceptro, in illis inſignibus Regijs præconi publico ſubijceretur, & cum bonis omnibus publicaretur. Cicero pro Domo, & pro Sextio: Velleius lib. 2.

Tulit legem de Peſſinuntio ſacerdotio: vt Peſſinuntius matris magnæ ſacerdos, ſuo ſacerdotio ſpoliaretur, fanumq; illud Brogitaro Gallogræco attribueretur. Pro Sextio.

Tulit legem de moneta. Nam antea aſſes tantũmodo, & bigati quadrigatiq;, a notis bigarũ & quadrigarum, in vſu erant. Plin. lib. 33. cap. 2. Lege igitur Clodia Victoriatus nũmus percuſſus eſt. Eſt aũt ſignat⁹ victoria. Victoriatus verò ſemis eſt denarij. Varro lib. 3. de Analogia. Nam quã rõnem, ait, duo ad vnum hñt, eandẽ hñt viginti ad decem in nummis. In ſimilibus, ſicut eſt ad vnum Victoriatũ denarius, ſic ad alterum Victoriatum alter denarius.

Anno Vrbis 697. P. Cornelius cum Q. Metello, & cum oĩbus magiſtratibus, præter vnũ prætorẽ App. Claud. P. Clodij fratrẽ, & duos tribunos plebis S. Attilium Soranũ & Numeriũ Quinctiũ, pridie nonas Sextileis legẽ tulit, vt M. T. Ciceroni redire in ciuitatẽ, venireq; in Senatum liceret. Cicero pro Domo, pro Sextio.

LEGES A POMPEIO LATAE.

CN. Pompeius Magnus Coſ. cum M. Craſſo legem tulit, vt ad tribunos plebis prouocãdi ius eſſet, quod lege Cornelia prohibitum fuerat: omniaq; omnino quæ tribunis plebis Sylla ademerat, ipſis reſtituerentur. Plutarchus in Pomp. Aſcon. in Verr. 1. & 2. Cæſar lib. 1. de Bello ciuili.

Anno ſequenti tulit legem iudiciariam, vt ſcilicet ex ampliſſimo cenſu, aliter atq; antea lecti iudices, ęquè tamen ex illis tribus ordinibus iudicarent. Cicero in Piſonem, & ibidem Aſcon.

Paulò pòſt legẽ tulit iudiciariam tertiò, vehementẽ quidẽ atq; acrem, in qua de ordinibus, qui tũ iudicabãt, nihil mutauit: ipſam aũt iudiciorũ formã vehemẽter circumcidit. Iubebat. n. lex, teſte Aſconio, vt prius q̃ cauſa ageretur, teſtes per triduum audirẽtur: dicta aũt eorũ iudices confirmarent: quarta die adeſſe oẽs in poſterum iuberent, & coram accuſatore & reo pilæ, in quibus iudicũ noĩa inſcripta eſſent, æquarent. Deinde rurſus poſtero die ſortitio iudicũ fieret, vnius & octuaginta. Qui numerus cũ ſorte obtigiſſet, ij protinus ſeſſum irent: tũ ad dicendũ accuſator duas horas, reus tres hñret: eodemq; die illo res iudicaret. Prius aũt q̃ ſnĩa ferretur, quinos ex ſingulis ordinibus accuſator, totidẽ reus reijceret, ita vt numerus iudicum relinqueretur quinquageſimus & vnus. Hęc lex, vt ex Aſconio colligitur, magis ob potentiã Pompeij, qui armis eam ſe defenſurum dicebat, q̃ vtilitatem, accepta eſt. Poſt hanc enim legem omnis penè Oratorum dignitas & cõtentio collapſa eſt, quam indignitatem commemorat ẽt Cicero in Bruto: Maximè verò, inquit, perſpecta eſt vtriuſq; noſtrũ exercitatio, paulò antè q̃ perterritum hoc armis ſtudiũ, Brute, noſtrũ conticuit ſubitò, & obmutuit, cum lege Pompeia ternis horis ad dicendũ datis, ad cauſas ſimillimas inter ſe, vel potius eaſdẽ, noui veniebamus quotidie. Quibus quidem cauſis, tu ẽt Brute præſto fuiſti: cõpluresq; & nobiſcũ, & ſolus egiſti. Et Tacitus in dialogo de Oratoribus: Tranſeo, inquit, ad formã & conſuetudinẽ veterũ iudiciorum, quæ etſi nunc actior eſt, ita tñ eloquentiã tanto illud forũ magis exercebat, in quo nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur, & liberæ comperendinationes erant, & modũ dicendi ſibi quiſq; ſumebat, & numerus neq; dierum neq; patronorum cauebatur. Primus tertiò Cos. Cn. Põpeius adſtrinxit, impoſuitq; veluti frænum eloquentiæ, ita tñ, vt in foro oĩa, & legib. omnia apud Prætores gererentur. Apud quos quãto maiora negocia exerceri ſolita ſint, quod maius argumentum eſt, q̃ qđ cauſæ Centumvirales, quę nunc primum obtinent locum, adeò ſplẽdore reliquorum iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Cæſaris, neque Bruti, neque Cælij, neque Calui, non denique vllius Oratoris magnus liber apud Centumviros dictus legatur? Addit præterea Plutarchus in vita Pompeij, hac lege cautum fuiſſe, ne cui reum in iudicio laudare liceret.

Eodẽ anno legẽ tulit de pecunijs ob rem iudicãdam captis, vt de ijs qui a ſcđo ſuo ꝓſulatu ad hunc vſq; diẽ ob rẽ iudicãdã pecunias cepiſſent, queſtio cõſtitueret. Appianus de Bello ciuili lib. 2.

Tulit deinde legem de parricidijs. Primis enim tẽporibus nunquam parricidij quæſtio certa fuit. Romulus enim primus orbis conditor, nihil ſancire de hoc crimine immani voluit, ꝙ putaret neminem ad tantam impietatem ac crudelitatem dilabi poſſe: & propterea admonere hoĩes facinoris inuſitati noluit. ſed nihil tã aut natura ſanctum, aut legibus munitum eſt, ad quod profanandum, euertendumq; humana audacia non aſpiret. Nam vt Plutarchus ait, poſt annum Vrbis conditæ ſexcenteſimum, L. Oſtius patrẽ occidit. Deinde P. Malleolus poſt bellum Cymbricum, C. Mario, L. Valerio Flacco Coſs. matrem interemit.

Graſſante itaq; eiuſmodi ĩpietate ac immanitate, Sylla primus de parricidijs qõnem ꝓſtituit: quã deinde Põpeius emendauit: nouamq; legẽ tulit, qua cautum fuit, vt nõ ſolũ qui patrẽ vel matrẽ, ſed ẽt qui cognatos atq; patronos necaſſent, parricidij tenerẽtur. l. hos accuſare. §. item. D. de accuſationibus & inſcriptionibus.

Pœna verò legis Põpeiæ de parricidijs duplex fuit. Nã qui perſonam aliquã extra patrẽ aut matrẽ, auum aut auiã occidiſſet, pęna legis Corneliæ de ſicarijs, vt ſcribit Martianus, tenebatur. Qui aũt patrẽ vel matrẽ, aut ex aſcendentibus aliquẽ necaſſet, ea pœna quæ more maiorum ꝓſtituta erat, adficiebatur. Ea hmõi fuit: Iudicato ſtatim folliculo lupino os obuoluebat, & ſoleę lignęę pedibus inducebantur: deinde in carcerẽ vſq; ad ſupplicij ſumendi tps cõijciebat. Productus deinde, virgisq; primùm ſanguineis verberatus, culeo inſuebat: idq; more maiorũ, vſq; ad Ciceronis tpa. Quod genus ſupplicij primus oĩum inueniſſe dr Tarquinius rex, qui M. Tullium duum virum, ꝙ librum ſecreta ciuilium ſacrorũ continentẽ, cuſtodiæ ſuæ cõmiſſum, corruptũ Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mari abijci iuſſit. Valer. Max. lib. j. cap. 1. Dionyſ. li. 3. Deinde pp atrocitatẽ inſuti vnà ſunt ſerpentes & ſimia. Tandẽ Cõſtantinus canem & gallum gallinaceum adiecit. Cum ſerpente igitur nunc, & ſimia, & cane, & gallo gallinaceo inſutus, in profundũ mare iactat: aut ſi mare propinquũ nõ eſt, in profluentẽ. Huius ſupplicij vim & atrocitatẽ deſcribit Cicero pro Roſcio Amerino. Quid. n. tam cõe, q̃ ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? Ita viuunt dũ pñt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriũtur, vt eorum oſſa terram non tangant: ita iactant fluctibus, vt nunquã alluantur: ita poſtremò eijciuntur, vt ne ad ſaxa quidẽ cõquieſcãt.

Tulit quoque legem de Magiſtratibus, anno 701. Ne cuius abſentis in magiſtratuum comitijs ratio haberetur, vno Cæſare excepto. Dionyſ. lib. 40.

Extat etiam lex de Magiſtratibus Bithyniorum, Ne quis annis xxx. minor magiſtratum caperet, in Senatuve eſſet: vt qui magiſtratum cæpiſſent, eis in Senatu eſſe liceret: Ne decuriones in curiam a cenſoribus lecti, pecuniam pro introitu darent: Vt Senatores certis de cauſis a cenſoribus ordine mouerentur: Vt Bithinicis ciuitatibus adſcribere ſibi quos vellent ciues liceret, dum ne ciuitatis eſſent alienæ, ſed earum quiſq; ciuitatum quæ eſſent in Bithynia. Plin. lib. 10. Epiſt. 84. & 117.

Anno Vrbis 701. Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius, Scipio Cos. cum Pompeio tulerunt, vt cenſoria poteſtas, quam P. Clodius trib. pleb. imminuerat, reſtitueretur.

SEPTIMA MVTATIO REIPVB. ROMANAE, quæ contigit anno Vrbis DCCVIII.

MONARCHIA CONSTITVTA.

Cauſa belli ciuilis, & euentus.

CAIVS Iulius Cæſar rebus bellicis feliciter geſtis, a ſuis militibus Imperator ſalutatus eſt. Mos erat, vt triumphum ducturi extra vrbem aliquandiu morã protraherent: qui verò conſulatũ peterent, neceſſariò in vrbe præſentes adeſſent. Cæſar itaq; in hmõi conſtitutus ambiguitatibus, qm̃ comitijs Conſularibus aduentarat, abſentis rationem haberi, & ſe Conſulem declarari petijt. Cũ enim magnę ipſi, veteresq; cũ multis inimicitiæ eſſent, verebat, ſi rectà Romã tanquam priuatus reuerteret, ne eum inimici inſtituta accuſatione opprimerent. Literis igitur Cõſulibus redditis, ægrè ab his impetratum, eſt, ſumma tribunorum ꝓtẽtione, vt in Senatu recitarent. Vt verò ex literis ad Senatũ referret, impetrari non potuit. Poſtq̃ a multis ſnĩæ dicerent, Scipionis vicit: vti ante certam diẽ Cęſar exercitum dimittat: ſi non faciat, eum aduerſus Remp. facturum videri. Huic Senatuſconſulto M. Antonius & Q. Caſſius tribuni plebis ſe opponunt, & intercedũt. Ad ius comitiorũ tribunos plebis C. Curio euocat. Oẽs amici Conſulum, neceſſarij Põpeij, atq; eorum qui veteres inimicitias cũ Cęſare gerebant, in Senatum coguntur: quorum vocibus & concurſu terrent infirmiores, dubij confirmãtur, pleriſq; verò liberè decernẽdi ptãs eripitur. Ipſe Pompeius ab inimicis Cæſaris incitatus, & ꝙ neminem dignitate ſecum exæquari volebat, totũ ſe ab eius amicitia auerterat: & cum cõmunibus inimicis in gratiam redierat: & duabus legionibus ad ſuam potentiam dominatumq; conuerſis, rem ad arma deduci ſtudebat. His de cauſis agũtur oĩa raptim atq; turbatim, neq; docẽdi Cęſaris propinquis eius ſpatium dat, nec tribunis plebis ſui periculi deprecandi, neque etiam extremi iuris interceſſionem retinendi. Decurritur ad illud extremum atq; vltimum S. C. Dent operam Cõſules, Prætores, Tribuni plebis, quique Conſules ſunt ad vrbem, ne quid Reſpub. detrimenti capiat. Hæc S. conſulto perſcribuntur ad 7. id. Ian. & de Imperio Cæſaris, & de ampliſs. viris Trib. pleb. grauiſſimè acerbiſſimeq; decernit. Profugiunt ſtatim ex vrbe Tribuni plebis, ſeſeq; ad Cęſarem,

Source : BIU Cujas

ſarem,qui Rauennæ erat,ꝓferunt.De reliquis rebus ad Senatū referṫ.Prouinciæ priuatis decernunṫ,duæ Conſulares,reliquæ prætorię.Scipioni obuenit Syria,L.Domitio Gallia.Conſules ex vrbe proficiſcunṫ: tota Italia delectus hṫ, arma imperanṫ, pecuniæ a municipijs exigunṫ,& e fanis tollunṫ,oīa diuina humanaq; iura permiſcenṫ.Quibus rebus cognitis, Cæſar apud milites ꝓcionaṫ: hortaṫ, vt eius exiſtimationē dignitatemq; defendāt. Milites ſeſe paratos eſſe, Imperatoris ſui Tribunorumq; iniurias defendere, conclamant.Cognita igiṫ militū voluntate Ariminū ꝓtendit,ꝓditionesq; ꝓponit:Proficiſcaṫ Pōpeius in ſuas ꝓuincias, ipſi exercitus dimittaṫ:diſcedāt in Italia oēs ab armis,metus è ciuitate tollaṫ:libera comitia, atq; oīs Reſp. Senatui populoq; Romano ꝓmittaṫ.Hæc quo facilius certisq; ꝓditionibus fiant, & iureiurādo ſanciantṫ,aut ipſe propius accedat,aut ſe patiaṫ accedere : fore vti per colloquia oēs ꝓtrouerſiæ cōponantur.Conſules rṁdent:Cęſar in Galliam reuertereṫ,Arimino excederet,exercitus dimitteret:quæ ſi feciſſet,Pōpeium in Hiſpanias eſſe iturū:interea quoad fides eſſet data Cæſarē facturū quæ polliceret,non intermiſſuros Cōſules Pōpeiumq; delectus.Quæ cōditio iniqua cū deſperationem pacis adferret.Cęſar Piſaurū,Fanum,Anconā occupat:Auximum recipit.Quibus rebus Romam nunciatis,ſummus repente terror inuaſit.Cæſar.n.iamiam aduētare,& eius equites adeſſe, falsò nunciabatur.Lentulus itaq; ex vrbe profugit,hunc Marcellus collega & pleriq; magiſtratus ꝓſequuti ſunt. Cn.Pōpeius pridie eius diei ex vrbe ad legiones in Apuliam profectus erat.Auximo Cęſar progreſſus,oēm agrum Picenū percurrit.Cunctę earū regionū præfecturæ libentiſſimis animis eū recipiunt, exercitūq; eius oībus rebus iuuant.Sulmonēſes quoq; portas Antonio,quē eò cum quinq; cohortibus miſerat,aperiunt:in ptātem ſuā deinde redigit Lentulum,Domitium,Quintilium Varum aliosq; cōplures adoleſcentes, & magnum numerū equitū Romanorū & Decurionum. Deinde in Apuliam rectà contendit. Pōpeius his rebus cognitis,quæ erant ad Corfinium geſtæ,profiſcitur Brūduſium:vbi exercitus, quantos potuit, ex Græcia & Aſia contraxit. Cæſar relicta vrbe, Pompeium,ne ſe in dies maiorib.auxilijs ꝓfirmaret,ꝓſectaṫ:Brunduſiumq; circumſidet.Sed clā noctu diſcedēte Pompeio, Brūduſini Pompeianorū militū iniuriis,atq; ipſius Pompeij contumelijs permoti,Cæſari ſe dediderūt.His rebus ꝓfectis,Cæſar,etſi ad ſpem cōficiendi negocij maximè pertinebat, coactis nauibus mare tranſire,& Pompeium ſequi:quia tñ Pompeius præſentem facultatē inſequendi ſui ademerat, in Hiſpaniā proficiſci conſtituit.Cæſar itaq;,vt reliquū tempus a labore intermitteret,& milites in proxima municipia deducit:ipſe ad vrbē ꝓficiſciṫ.Coactoq; Senatu,inimicorū iniurias cōmemorat. docet ſe nullū extraordinariū honorem appetiſſe:ſed expectato legitimo tpe Cōſulatus,eo fuiſſe contentū: qđ omnibus ciuibus pateret,patientiam ſuam proponit,acerbitatē inimicorū docet,iniuriā in eripiēdis legionibus,crudelitatē & inſolentiā in circumſcribēdis Tribunis plebis . Orat ac poſtulat,vt Rēp.ſuſcipiāt,atq; vnà ſecum adminiſtrent, & legatos ad Pōpeium mittant. Ipſe, ne tps omitteret,ab vrbe proficiſciṫ,& in vlteriorē Galliā venit,ac inde in Hiſpaniam ad Pōpeij exercitum properat. Vrbē Romam interea Lepido cōmendat,M.Antonio Italiā.Poſtquam in Hiſpaniā veniſſet,exercitū Pompeii fame ad deditionem coegit:M.Varro legatus Cæſari quoq; ſe dedit.Diebus igitur x l.quibus in conſpectum aduerſariorū venit Cæſar,in Hiſpania,duos depulit exercitus,duos ſuperauit duces,duas recepit prouincias.Interea M.Lepidus prętor Dictatorē eum dixit.Rediens igitur Romā,comitia habuit:ac multa de iudiciis, de frumēto aduehēdo in vrbē, de ſacerdotiis, de fęnore & aliis reb. ordinauit. Depoſita poſt vndecimū diē Dictatura,vnà cū Seruilio ꝓſulatū iniit : & ab vrbe proficiſcitur,Brunduſiumq; venit:eò legiones duodecim, equitatum oēm venire iuſſerat.Pompeius anni interea ſpatium ad cōparandas copias nactus, magnā ex Aſia,Cycladibusq; inſulis,Corcyra. Athenis,Ponto,Bithynia,Syria,Cilicia, Phęnice & Aegypto claſſem coegerat,magnā pecuniā exegerat, frumēti vim maximam comparauerat. Hyemare Dyrrachii,Apolloniæ,oībusq; oppidis maritimis cōſtituerat,vt mare Cæſarē tranſire prohiberet. Cæſar certa militibus de victoria ſpe facta,mancipia, atq; impedimenta in Italia relinquere,vt expediti naues ꝓſcederēt, iuſſit.Pridie itaq; nonas Ianuarias,naues ſoluit.poſtridie terrā attingit Greęcorū,ad eum locum qui appellaṫ Pharſalia, oībus nauibus ad vnam incolumibus milites exponit.L.Vibulum ad Pompeiū mittit,ac mandata dat,quorū hęc erat ſumma:Debere vtrumq; pertinaciæ finē facere,& ab armis diſcedere,neq; amplius fortunā periclitari : ſatis eſſe magna vtrinq; incōmoda accepta,quæ pro diſciplina & p̄ceptis hṫe poſſent,vt reliquos caſus timerēt:ꝓditiones pacis, qm̄ antea cōuenire non potuiſſent,Romæ a Senatu & a populo peti debere:ſi vterq; in cōcione ſtatim iurauiſſet, ſe triduo proximo exercitū dimiſſurum,iudicio populi vtrumq; fore contentū . Vibullus de mandatis Cæſaris agere incipiens,interpellatur a Pompeio,& loqui plura prohibetur : Quid mihi, inquit,aut vita, aut ciuitate opus eſt,quā beneficio Cęſaris hṫe videbor?cuius rei opinio tolli non poterit,niſi cum Italiam,ex qua profectus ſum, reductus exiſtimabor bello perfecto.Nihilominus Cęſar adhuc de pace agere non deſtitit.Inſtituitur colloquium inter Cæſarianos & Pōpeianos:deputātur ad id P.Vatinius & A.Varro. Inter bina enim caſtra Pōpeij & Cæſaris vnum flumen tātum intererat Apſus:orationem mediam interrumpunt ſubitò vndiq; tela immiſſa.Tum Labienus: Deſinite ergo de cōpoſitione loqui. nam nobis,niſi Cæſaris capite relato,pax nulla eſſe pōt.Deſperata itaque pace,eodem die,diuerſis tamen conſilijs,ex caſtris ſtatiuis a flumine Apſo exercitum educunt.Cæſar vt quamprimum ſe cū Antonio cōiungeret,palàm & interdiu caſtra ſoluit.Pōpeius vt veniētibus ſe in itinere opponere, & ſic imprudētes ex inſidijs adoriri poſſet,clàm & noctu.Cæſari maiori circuitu iter erat longius aduerſo flumine,vt vado tranſire poſſet:Pōpeius quia expedito itinere flumen ei tranſeūdū nō erat, magnis itineribus ad Antoniū contendit.Sic ſe interea Cæſari cōiungit:cuius aduentu cognito, Pompeius,ne duobus circūcludereṫ exercitibus,ex eo loco diſcedit,oībusq; copijs ad Aſparagum Dyrrachinorum peruenit. Cæſar Antonij exercitu coniuncto,poſtquam Pōpeium ad Aſparagum eſſe cognouit,eodē cū exercitu profectus: & expugnato in itinere oppido Parthinorū,in quo Pōpeius pręſidiū habebat,tertio die in Macedoniam ad Pompeium peruenit,iuxtaq; eum caſtra poſuit:& poſtridie eductis omnibus copijs, acie inſtructa decertandi poteſtatem Pompeio facit.vbi illū ſuis locis tenere animaduertit,reducto in caſtra exercitu, poſtero die omnib⁹ copijs magno circuitu, difficili anguſtoq; itinere Dyrrachiū profectus eſt,ſperās Pompeium,aut Dyrrachium compelli,aut ab eo intercludi poſſe. Pompeius de Cæſaris conſilijs per exploratores certior factus,poſtero die caſtra mouit, breuiori itinere ſe ei occurrere poſſe putās:verùm a Cæſare p̄uentus, Dyrrachioq; interclusus, in edito loco caſtra ponit, & vigintiquatuor caſtellis cōmunit:mareq; circumcirca,vt oīum rerū copia abundare poſſet,occupat.Cæſar aūt conſumptis oībus longè lateq; frumentis, ſummis erat in anguſtijs.Premebat verò Pompeium,ꝙ oēs riuos qui ad mare ꝓtinebant,Cæſar aut auerterat,aut magnis operibus obſtruxerat.Vnde Pompeiani non bona vtebātur valetudine,cum anguſtijs loci & odore tetro ex multitudine cadauerū, & quotidianis laboribus,in ſueti operum,aquę ſumma inopia afficerenṫ. Facta igitur eruptione, pugnatum eſt & vno die ſex prælijs factis, tribus ad Dyrrachium,tribus ad munitiones,duo millia Pōpeianorum ceciderunt:ex Cæſarianis viginti tantum deſiderati. Hæc cùm in Achaia atq; apud Dyrrachium gererenṫ, Scipionemq; in Macedoniam veniſſe conſtaret,non oblitus priſtini inſtituti Cęſar,mittit ad eum Clodium,ſuum atq; illius familiarē:huic dat literas,mandataq; ad eum,quorū hæc erat ſumma: Seſe omnia de pace expertum,nihil adhuc arbitrari vitio factum eorū quos eſſe autores eius rei voluiſſet, quod ſua mādata perferre opportuno tpe ad Pompeium vererentur : Scipionem ea autoritate eſſe, vt non ſolum liberè, quę probaret exponere, ſed ēt magna ex parte compellare,atq; errātem regere poſſet: præeſſeq; ſuo nomine exercitui,vt præter authoritatem vires quoq; ad coercendum haberet.quod ſi feciſſet,quietem Italiæ, pacē prouinciarum, ſalutē Imperij vni oēs acceptam relaturos.Hęc ad eū mandata Clodius refert,ac primis diebus,vt videbatur,libenter auditus, reliquis ad colloquiū nō admittiṫ . Pompeius interea ob ſummā pabuli inopiā,adeò vt folijs ex arboribus ſtrictis,& teneris arundinū radicibus contuſis equos alerent, eruptionē, per Allobroges perfugas de rebus Cęſarianis certior factus,fecit magnūq; Cęſari attulit dānum,ꝙ oībus primæ cohortis centurionibus interfectis, oīa erāt tumultus,timoris,fugæ plena:adeò,vt cùm Cęſar ſigna fugientiū manè prehenderet,& conſiſtere iuberet,alij dimiſſis equis eundē curſum conficerent,alij ex metu ēt ſigna dimitterent, neq; quiſquam oīno conſiſteret.Deſiderati ſunt ex Cęſarianis milites nōgenti & ſexaginta,& equites Romani quadringenti. His rebus tātum deinde fiduciæ ac ſpiritus Pompeianis acceſſit, vt non de ratione belli cogitarent,ſed viciſſe iam ſibi viderētur: nec cōes belli caſus recordarentur, neq; putarent commutationem rerū poſſe accedere , verùm per orbem terrarum fama ac literis eius diei victoriā celebrarent.Cęſar a ſuperioribus conſilijs depulſus,omnem ſibi cōmutandam belli rationem exiſtimans, habuit ad milites concionem:qua hortabatur,ne ea quæ accidiſſent , grauiter ferrent,neve his rebus terrerentur: multa ſecunda prælia cogitarent:culpam in ſe non conijcerent , ſed hoc ipſorū vel perturbationi,vel errori,vel fortunæ darent: conarentur acceptum incōmodum virtute ſarcire . nōnulliſq; ſigniferis ignominia notatis, ac loco motis,non pugnandū eſſe putauit,ſed ſpatium ad recreādos milites interponēdū cēſuit:relictiſq; munitionib⁹,magnopere rei frumentariæ timebat.Educto igitur paulatim exercitu,& p̄miſſis Apolloniam ſaucijs, nouiſſimū agmen conſequutus, ipſe celeriter è cōſpectu caſtrorum diſceſſit, quem etſi Pompeius inſequebatur, expedito tñ itinere antecedebat. Confecto iuſto itinere eius diei,traductòq; exercitu per flumē Genuſum,veteribus ſuis in caſtris contra Aſparagum cōſedit . Similiter & Pompeius vetera caſtra repetijt.Inde vt ſuis eſſent auxilio, & ad opprimendos aduerſarios,ne occaſioni temporis deeſſent,vterque eorum celeritati ſtudebat.Pompeius enim ad Scipionem ſibi properandum exiſtimauit,vt ſi Cæſar iter eò haberet,ſubſidium ipſi ferret.

Source : BIU Cujas

Cæſar quoq; timens Domitio, ne aduētu Pompeij præoccuparetur, ad eum omni celeritate & ſtudio incitatus ferebatur: ipſiq; ad Egiū, cum Domitius vix quatuor horarum ſpacium hoſtiū periculum vitaſſet, occurrit. Cōiuncto exercitu, Cæſar Gomphos p̄uenit: quos, quia ſe ab amicitia ſua auerterant, expugnat. Pōpeius Cæſarē inſequitur: paucisq; poſt diebus in Theſſaliam peruenit. Habita concione, militibus gratias agit: ſuum cum Scipione partitur honorē. triumphum ante victoriam decernūt, alij domos, bonaq; eorum q̄ in caſtris erant Cæſaris, petebant: poſtremò, oēs aut de honorib. ſuis, aut de p̄miis pecuniæ, aut de perſequēdis inimicis agebant. Nec quib. rationib. ſuperare poſſent, ſed quemadmodū vti victoria deberent, cogitabant. Tētandum tandē Cæſar exiſtimauit, quidnā Pōpeius p̄poſitis, aut volūtatis ad dimicandū hēret. Itaq; exercitum è caſtris eduxit, aciēq; inſtruxit. Pompeius nimia ſpe fretus, dixerat paucis dieb. ante: priuſq̄ cōcurrerēt acies fore vt exercitus Cæſaris pelleret. Dictis fidē addit: Perſuaſi, inq̄t, equitib. nr̄is, id qđ ſe mihi facturos cōfirmauerunt, vt cū propius ſit acceſſum, dextrū Cæſaris cornu a latere aperto aggrederētur, vt circumuenta a tergo acie, prius p̄turbatū exercitum pellerēt, q̄ a nobis telū in hoſtē iacerēt. Hunc Labienus excepit, deſpectisq; copiis Cæſaris iurauit, ſe niſi victorē in caſtra nō reuerſurum: reliquosq; vt idē facerent hortatus eſt. Inſtructis itaq; vtrinq; acieb. Cæſar ſuos milites ad pugnā cohortatur, & ſua officia perpetui tp̄is in eos p̄dicat. In primis commemorat, teſtib. ſe militibus vti poſſe, quāto ſtudio pacē petiiſſet, q̄ p̄ Vatinium in colloquiis, q̄ p̄ Clodium cum Scipione egiſſet: quib. modis ad Oricū cū Libone, de mittēdis legatis cōtendiſſet: neq; ſe vnq̄ abuti militum ſanguine, neq; Rempub. alterutro exercitu priuare vóluiſſe. Hac habita oratione, expoſcētib. militibus, & ſtudio pugnæ ardētibus, tuba ſignū dedit. Cōmiſſum eſt itaq; p̄lium: longèq; aliter conſilia Pompeij, atq; putarat, cecidere. Tanta. n. vi in equites Pōpeij, in q̄b. ipſe certā victorię ſpem poſuerat, īpetus factus eſt, vt nō ſolū loco excedere, ſed incitati fuga montes altiſſimos petere coacti ſunt. Pōpeius, vt equitatū ſuū pulsū vidit, atq; eā partē cui maximè cōfidebat, perterritā aīaduertit: aliis q̄ maximè diffiſus, acie exceſſit, protinusq; ſe in caſtra equo cōtulit. Reliq deſtituti eq̄tatu, fugæ ſe cōmiſerunt, intraq; vallū ſe receperunt. Cæſar p̄territis nullū ſpaciū dari oportere exiſtimās, caſtra oppugnat, & occupat. In caſtris videre licuit triclinia ſtrata, magnum argēti pondus expoſitum, recentib. ceſpitib. tabernacula conſtrata. L. ēt Lentuli & nonnullorum tabernacula protecta edera: multa p̄terea quæ nimiā luxuriam, & victoriæ fiduciā deſignarēt, vt facilè exiſtimari poſſet, nihil eos de euentu eius dici timuiſſe, quin non neceſſarias cōquirerent voluptates: atq; hi miſerrimo, ac patientiſſimo exercitui Cæſaris luxuriem obiiciebāt, cui ſemp oīa ad neceſſarium vſum defuiſſent. Pompeius iam, cum intra vallum noſtri verſarent, equū nactus, detractis inſignib. Imperatoriis, Decumana porta ſe ex caſtris eiecit: protinusq; equo citato Lariſſam cōtēdit. & nocturno itinere nō intermiſſo, vna cùm paucis ſuis ad mare peruenit, nauemq; frumentariā conſcendit, & Mytilenas paucis dieb. venit, vbi coniunx eius Cornelia erat. Mytilenei Pōpeio ſalutato, eū vt ingrederet petiuere. Quib. nō annuit, ſed eos victori parere ſuaſit, inq; eo fidere. clementē enim, æquumq; eſſe Cæſarē. Inde ad Cratippum in hortum diuertit, apud quem cùm de fortuna quereretur, diſputauit an ſit prouidētia, cū in cauſſa meliore victus eſſet. Cui rñdit Cratippus, Fatales eſſe imperiorū periodos, & iam cōuerti Romanā Rēpub. in monarchiā. Biduū tēpeſtate retētus, nauibusq; aliis additis actuariis, in Ciciliā, atq; inde Cyprū p̄uenit. Inde depoſito adeundæ Syriæ cōſilio, pecunia ſocietatis ſublata, & a q̄buſdā priuatis ſumpta: duob. millib. hoīum armatis, partim quos ex familiis ſocietatū delegerat, partim a negociatorib. coegerat, quoſq; ex ſuis quiſq; idoneos exiſtimabat, Peluſium p̄uenit: vbi ad regē Ptolemæū, puerum ætate, miſit: & petiit, vt pro hoſpitio, atq; amicitia patris Alexandria reciperetur, atq; illius opib. in calamitate tegeretur: exiſtimans ſe ibi tutū futurū, & nouos exercitus contrahere poſſe. Quia verò Ptolemæus alienis regebatur pp̄ ætatem conſiliis, amici regis (inter quos Photinus eunuchus, & Theodorus Chius præceptor adoleſcentis, & Achillas p̄fectus regius) an recipiendus Pompeius eſſet, deliberarunt. Re diu diſputata, ſuaſit Theodorus p̄ceptor regis, Pompeium è medio, tollēdū eſſe: ſiue timore adductus, ne ſollicitato exercitu regio Pompeius Alexādriā Aegyptumq; occuparet: & ne moles belli eò attraheretur, ſi Cæſar Pompeium perſequeretur: ſiue deſpecta eius fortuna, vt plerumq; in calamitate ex amicis inimici exiſtunt. addens dictum, νεκρὸς οὐ δάκνει. Et apud Lucanum Photinus inquit:

—Exeat aula,
Qui vult eſſe pius—
Nulla fides vnquam miſeros elegit amicos.

Ipſi clā p̄ſilio inito, Achillā præfectum regiū, ſingulari hoīem audacia, & L. Septimium tribunum militum, ad interficiendū Pōpeium miſerunt. Ab his liberaliter ipſe appellatus, & quadam notitia Septimij productus, p̄ bello prædonum apud eum ordinem duxerat, nauiculā paruam conſcendere iubetur. limum enim eſſe q̄ multum, nec profundum, quod triremi ad nauigandum ſuppetat. Pompeius cum vltimò complexus eſſet Corneliā, cum duobus Centurionibus & liberto Philippo nauiculam ingreditur, & ad vxorem filioſq; Sophocleum illud profert:

ὅστις δ' ἄνδρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου ἐσὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Agnoſcit deinde Septimium, & alloquitur: Nō ego te, inquit, cōmilitonē meum agnoſco? Ille nulla ſalutatione data capite tm̄ innuit, cūq; legeret orationē Greçā, qua alloquuturus erat Regē, & littori appropinquaret, ac ſurrecturus, Philippi manu apprehē ſa ſe ſubleuare vellet: Septimius tergo inſtās, prior enſe eū transfigit: inde Salmus & Achillas gladios nudauere. Pōpeius vtraq; manu toga frōtē obducēs, nihil ſeipſo indigno, aut loquutus eſt, aut fecit: ſed tm̄ ſuſpirās, ſe interficiēdū p̄buit. Coniux eius Cornelia cū miſerrimā mariti cædē ex naui, qua vnà cū eo vecta fuerat, videret, mox cū filiis in Cyprū ſecūdis vētis delata eſt. īde eos ī Afrīcā miſit ad Scipionē & Catonē. Pōpeio trucidato, caput auulſum eſt: reliquum corpus nudū in litus eiectū, ſpectaculo omnib. fuit. qđ deinde libertus Philippus ſua tunica īuolutū, pyræ ex reliquijs paruæ ſcaphæ tradidit. Interfectus eſt Pōpeius prima die Octobr. cum inchoaret annum nonum & quinquageſimum. Conſiderari autem debet inſigne hoc mutationis fortunæ exemplum: q̄ ſimul oſtēdit, ſapientum magna & triſtia errata eſſe. Sicut dicitur:

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐσὶν ἅπαντα σοφός.

Nec Cæſar quidquam durius ei obiicit, quàm quòd bellū non neceſſarium mouerit.

Cæſaris profectio in Aegyptum.

Cæſar paucos dies in Aſia moratus, cū audiſſet Pōpeiū ex Cypro in Aegyptū iter hr̄e p̄p̄ neceſſitudines regni, reliquasq; eius loci opportunitates, Alexādriā cōtendit. Alexādriæ de Pompeij morte cognoſcit: & cū gemmā Pōpeij videret, illachrymauit. deinde regē Ptolemęū, & Cleopatrā, exercitus dimittere iuſſit, & de cōtrouerſiis iure apud ſe potius, q̄ inter ſe armis diſceptare. Photinus autor cædis Pōpeianæ inter ſuos q̄ri & indignari cępit, Regē ad dicendā cām euocari: deinde adiutores quoſdā conſcios ſui nactus ex regiis amicis exercitū a Peluſio clā Alexādriā euocauit, & Achillā omnib. copiis præfecit, ac ſubitò & improuiſo Cæſarem adoriri conatus eſt. Cæſar cōmonefactus de regio exercitu, Dioſcoridē & Serapioué, q̄ legati Romæ, & in magna apud patrē Ptolemæū autoritate fuerāt, legatos ad Achillā mittit: quos ille cū in cōſpectum eius veniſſent, priuſq̄ audiret, aut cuius rei cā miſſi eſſent cognoſceret, corripi ac interfici iuſsit. Quorū alter accepto vulnere occupatus, p̄ ſuos p̄ occiſo ſublatus, alter interfectus eſt. Cū itaq; Cæſar cōfiſus fama rerū geſtarū, infirmis auxiliis Alexandriā veniſſet, & impetum Achillæ difficulter ſuſtinere poſſet, ne claſſe erepta & occupato mari, commeatu auxiliiſq; prohiberet: ad Pharum inſulam, Alexādriæ obiectam milites exponit, ac præſidium collocat, & loca maximè neceſſaria cōplexus p̄munit, & inſequentibus dieb. auget, vt p̄ muro obiecta facilè haberet. Interea Photinum capit, & interficit. Achillæ verò filia minor Ptolemæi regis, vacuam poſſeſſionem regni ſperās, ſe coniunxit, vnaq; bellū adminiſtrare cæpit. Orta verò paulo poſt diſſenſione inter Achillā (qui veterano exercitui prçerat) & Arſinoen regis Ptolemęi minorem filiā, cum vterq; vtriq; inſidiaretur, & ſummā Imperij ipſe obtinere vellet, p̄occupat Arſinoe p̄ Ganymedem eunuchum nutricium ſuum, atq; Achillam interficit. Hoc occiſo ipſa ſine vllo ſocio & cuſtode oē imperiū obtinebat: exercitus Ganymedi traditur. Interea ex Aſia & Syria copiæ ad Cæſarē peruenīunt: quibus iunctis, feliciſsimè celerrimeq;, naualibus terreſtribusq; prœliis Aegyptum ſubegit: & Reges conſtituit, quos Ptolemæus teſtamento ſcripſerat: ſolaq; legione ſexta ſecum reducta, cæteras ibi reliquit, quo firmius eſſet eorum regum imperium.

Cæſaris profectio in Aphricam, & victoria.

Fugato itaq; Pōpeio, Aegypto ſubacta, Pharnace ſuperato, extremo anno quo Dictator iterū fuit, Romā rediit: atq; haud ita multo poſt media hyeme, quarto Calē. Ian. cōtra Scipionē & Iubā Mauritaniæ regē in Aphricā exercitum duxit, in quā poſt pugnā Pharſalicā P. Scipio & M. Cato ſe receperant, ad quos Cornelia vxor Pompeij filios quoq; miſerat. Peruenit Cæſar xiiij. Calē. Ian. Lilybæū: inde nauē cōſcendit vj. Cal. Ian. poſt diē quartū ventō certo, celeriq; nauigio vectus dum longis paucis nauib. in conſpectum Aphricæ venit. Et ante portum commoratus, dum conuenirēt reliquæ naues, exponit exercitum: cuius numerus in præſentia fuit peditum trium millium, equitum centum quinquaginta. P. Scipio Imperium in Aphrica tum teuebat, Vticæ autem tutela & cuſtodia M. Catoni mandata erat. Pugnauit quidē Scipio aliquoties feliciter: qua re efferebatur. Tādem a Cęſare, cuius nomen authoritasq; ex parte exercitui Scipionis minuebat audaciā (cum Cæſar animum altum & erectum præ ſe gereret ſemper) ad Thapſum victus fugatusq; eſt: & milites Scipionis cum fidem Cæſaris implorarent, inſpectante ipſo Cæſare, & a militib. deprecante, vti eis parcerent, ad vnū ſunt interfecti. Deinde protinus Vticam peruenit, vt viuum Catonem in poteſtatem adduceret. Cato igitur audita ſuorum non tm̄ clade, ſed internecione, omnib. rebus diligentiſsimè prius conſtitutis, liberis ſuis L. Cæſari, qui tū ibi pro Quæſtore fuerat, commendatis, & ſine ſuſpicione, vultu atq; ſermone quo ſuperiore tpe vſus fuerat, cum dormitū iſſet,

ferrum

Source : BIU Cujas

ferrum intro clàm in cubiculũ tulit,atq; ita ſe traiecit. Qui dũ anima nondum expirata concidiſſet, impetuq; facto in cubiculũ ex ſuſpicione,medicus familiaresq; continere,atq; vulnus obligare cępiſſent,ipſe ſuis manibus vulnus crudeliſſimè diuellit, atq; animo p̃ſenti ſe interimit. Poſt pręliũ Iuba ab oĩbus ciuitatibus excluſus,deſperata ſalute,cum iam conatus eſſet cum Petreio, vt p virtutem interfecti eſſe viderentur,ferro inter ſe depugnant:atq; firmior imbecilliorẽ, Iuba Petreiũ facilè ferro conſumpſit. Deinde ipſe ſibi cũ conarẽt gladio traijcere pectus,nec poſſet, a ſeruo ſuo imperauit,vt interficeret,idq; obtinuit. Fauſtus & Affranius capti interficiunt̃.Scipio in naue circũuentus,honeſtæ morti vocẽ adiecit.Quærentibus.n.hoſtibus Imperatorẽ,dixit:Imperator benè ſe hẽt. atq; ſe percuſſum fluctibus ſubmerſit. Hæc triſtia exẽpla dũ legimus, ſimul cogitandũ nobis eſt, ne extra officij metas ruamus, & non neceſſaria moueamus,vt Euripides inquit:

εἰ τὶς δὲ μεγάλα διώκων, τὰ παρόντα οὐχὶ φέρει μαινομένων οἵδε πρόποι.

CAESARIS TRIVMPHI.

Cæſar parta victoria ante diem 111.cal. Quintilis naues cõſcẽdit,& duodetrigeſimo die ad vrbẽ Romã venit, & quatuor triũphos in vrbẽ inuexit:vt Dio, Appianus, Plutarchus & Suetonius autores ſunt.Triumphauit aũt ex Gallijs,ex Aegypto,ex Ponto, ex Aphrica.De Gallico triũpho ſic Suetonius:Primũ & excellentiſſimũ triũphũ egit Gallicũ,cuius die Velabrũ præteruehens,penè curru excuſſus eſt,axe defracto.Et Florus:Primũ de Gallia triũphũ trãſmiſerat Rhenus & Rhodanus,& ex auro captiuus Oceanus. Tradit Dio, Vercingetorigem Gallorũ regẽ in triũpho ductũ: pòſt necatũ ait. In triumpho aũt Aegyptio grauiter animos populi Romani affeciſſe Arſinoen reginã ductã,quanquam pòſt a Cæſare fratrũ rogatu dimiſſam. in triumpho Põtico titulũ præ ſe tuliſſe his verbis,VENI, VIDI, VICI cum celeritatẽ victoriæ notare vellet.Ex Aphrica triumphauit de Iuba:& imagines ciuiũ Romanorũ q victi fuerãt, Catonis videlicet, Scipionis, Aſtranij, & aliorũ, & eorũ caſus in triumpho geſtari iuſſit: qđ pop.Rom. ægrè tulit.Vltimo triũphi die, poſtq̃ cęnatũ eſt, ipſe in ſuũ forum ualceatus,& varijs floribus coronatus venit:atq; inde domũ vniuerſo populo proſequente, & multis elephantis lãpadas ferẽtib. ſe recepit. & multa de hoc triũpho paſſim ſcribũt Dio, Velleius, Paterculus,Plutarch⁹, Appian.Sueton.Facta hæc ſunto anno Vrbis 707. Decreti præterea ei a Senatu multi honores ſunt: in primis ſupplicatio per quadraginta dies,triumphi quatuor,Dictatura in decẽniũ,atq; vt moribus præfectus eſſet in triẽniũ.Egit itaq; cenſum:ac pro ccccx x.millibus ciuiũ,quæ ante ciuile bellum cẽſa eſſent,c l.millia tantum,reliquis bello ciuili confectis,inuenit. Cum aũt ipſe ciuium paucitatem ex cenſu cognoſceret, præmia ijs qui liberos multos procrearũt,propoſuit.Appian.& Zonaras.

Anno Vrbis 708.creatus eſt Dictator 111.cum M.Lepido magiſtro equitum,vt conſtat ex tabulis Capitolinis:a quibus diſſentit Dio,qui hoc anno Cæſarem Dictatorem 1111. Lepidum magiſtrum equitũ 11.tradit:Aul.Hircius tertiò Dictatorẽ fuiſſe ſcribit,deſignatũ quartò.Ex hoc anno honorarij Conſules creari cępti ſunt.Nam Cęſar cum neq; in annũ,neq; in reliquum anni ſpatium Conſulatum geſſiſſet,atq; auſpicijs coactus abdicaſſet: aliũ, honoris eius duntaxat gratia,ſibi ſubrogauit,quo exemplo multi alij inſequentibus deinceps annis,non in totum annum,pręter paucos,ſed alij in plures,alij in pauciores,aut mẽſes,aut dies creati ſunt.ex quibus qui cal. Ian.inierunt, ij tantum nomẽ anno dederunt:reliquorũ qui in parte anni fuerunt,niſi fortè memorabile aliquid geſſerunt, vix vlla conſeruata memoria eſt. Hæc Dio.

Cæſaris profectio in Hiſpanias.

Pharnace ſuperato, Aphrica recepta,qui ex his prælijs cũ adoleſcente Pompeio profugerãt,dum Cæſar in Italia diſtinẽt, in fidem cuiuſq; ciuitatis cõfugientes,partim precibus,partim vi magna comparata manu,Hiſpaniam vaſtare cęperũt. C.Cæſar itaq; magnis itineribus in Hiſpaniam cum exercitu,ſpatio dierũ viginti ſeptem,venit:adductoq; ad Cordubam,quę a S.Pompeio tenebat̃,exercitu,Cneũ ab Vlla quã propè cęperat,auocauit: ipſe Ategnam circumuallatam obſedit,eò Pompeius accurrens,equitatũ Cęſaris circumuentum propè concidit.Ategna pòſt a Cæſare capta eſt,ad 11.calend.Mart. ipſe Imperator appellatus eſt, deinde Corduba,pòſt Hiſpalis:poſtremò Munda, pridie id. April. in poteſtatem Cęſaris peruenerunt.Is vltimo pręlio ad Mundã deſperatis rebus, etiam de nece cogitaſſe dicitur. Cn. Pompeius cũ ex prælio effugiſſet,deprehenſus ac interfectus eſt.Cæſar vniuerſa recepta Hiſpania,ac bellis ciuilibus omnibus confectis, Romã conceſſit.Decretę ſunt ei ob hanc victoriã quinquaginta dierum ſupplicationes, atq; triumphus v. quo triumpho nihil populo Romano potuit eſſe grauius. etenim de ciuib. actus eſt, nõ de Hiſpanis.Dio, Appian.Hircius,Plutarch.Alij poſt Cæſarem triumpharunt.Q.Fabius Max.3 id.Octob.& Q. Pedius idib. Decemb.

Cæſar Imperator & monarcha.

Victis Pompeij filijs,& confectis bellis ciuilibus, Senatus Cæſari ſingulares honores decreuit:in primis autem, vt Pater patriæ diceretur, Conſul in decennium, Dictator in perpetuum, Sacroſanctus haberetur, Quinctilis menſis a ſuo nomine Iulius appellaretur, comitia etiam tributa in poteſtate haberet, in acta ſua magiſtratus ineũtes iurarent:poſtremò etiam, vt Imperator appellaretur,potentiam auctoritatemq; in Rep. ſummam obtineret.Ex eo factum eſt,vt qui ſummum ius in Republica haberent, Imperatores dicti ſint.

Mors Cæſaris.

πρὸς τὸν ἔχοντα ὁ φθόνος ἕρπει. hoc Cæſari quoq; contigit.Singulares.n.ac maximi honores ipſi à Senatu decreti, ĩuidiã ei, odiũque apud ciues pepererũt.Cui acceſſere aliæ cauſæ.Senatui enim, ſe cũ plurimis honorificẽtiſſimis decretis adeũti, nõ conſurrexit. Deinde,q̃ diadema à M.Antonio cõſule,collega ſuo, inter Lupercos currẽte,capiti ſuo pro roſtris ĩpoſitũ,in ſella repoſuit. Prę terea,q̃ Epidio Metello & Ceſettio Flauo tribunis plebis inuidiã tanq̃ regnũ affectãti mouẽtibus,ptãtẽ abrogauit Denique,q̃ proximo Senatu p̃rebuerat,L.Cottã q̃ndecim virũ, ſnĩam dicturũ, vt qĩñ libris fatalib. p̃tineret, Parthos niſi à rege nõ poſſe vinci, ipſe rex appellaret.His de cauſis p̃ſpiratione in eũ facta,cuius autores fuerũt M.Brutus,& C.Caſſius, & ex Cęſaris partib. D.Brutus,ac C.Trebonius idib.Mart.in curia P̃ompeii 23.vulneribus occiſus eſt:anno ętatis ſexto & q̃nquageſimo:anno belli ciuilis à fuga Põpeii ex Italia ſexto:occupatũq; ab interfectorib. eius Capitoliũ. Reliqua vide apud App.Dionẽ,Plutarchũ,alios.Necẽ eius Octauius Cęſar & Antonius vindicati ſunt,belloq; Brutũ & Caſſiũ pſequuti.Caſſ⁹ ſibi ipſe mortẽ p̃ſciuit:Brutus poſtea quoq; ſe interfici à Stratone iuſſit,cũ aliquanto antè hũc versũ recitaſſet.

Ζεῦ μὴ μάθω σε τῷδε ὃς αἴτιος κακῶν.

Paulo pòſt Antonius ab Octauio interfectus quoq; eſt.

LEGES A C. IVLIO CAESARE LATAE.

Lex de annona,ſemper quidem perneceſſaria fuit, ob tumultus pp̃li euitandos. Neq; eĩñ facilè maiores tumultus plebs excitauit,quàm cũ fame,quaſi rabie quadã,agitata eſſet. Vulgatũ eſt enim prouerbiũ,Ventriculũ auribus carere. Inſtitutus igitur eſt magiſtratus,cui annonæ cura incũberet. Iulius itaq; Cæſar poſtq̃ ad Conſulatũ peruenĩſſet,legẽ tulit de annona.Qua lege Iulia de annona,vt Vlpianus ait,pœna ſtatuitur aduerſus eũ, qui ɔ annonam fecerit,ſocietatemve coierit quò annona carior fiat.Eadem lege continetur,ne quis nauem nautamve retineat,aut dolo malo faciat quo magis detineatur.Et pœna viginti aureorum ſtatuitur.l.2.ff.ad l.Iuliam de Annona. Eos autem qui annonam grauabant,veteres Dardanios vocabant.l.Dardanij. D.de extraordinar.criminibus.l.Dardanarios.D.de pœnis.

Secundò tulit legem de ſacerdotiis. Plurimæ aũt de ſacerdotiis leges fuerunt latæ, vt in ſerie legum dictum eſt. Prima ab Ogulnio tribuno plebis,anno Vrbis 453. vt cum quatuor augures,& quatuor pontifices eo tempore eſſent,placeretq; augeri ſacerdotum numerum,quatuor Pontifices, quinque Augures,de plebe omnes allegerentur,cum antea more à regibus tradito,ſolis Patriciis capere ſacerdotia liceret.Deinde multis annis poſt lata eſt lex à L.Romuleio,qua lege Epulones creati ſunt, atq; Epulonum collegium inſtitutum. Liuius libro 3.Dec.4. Cice.libro 3.de Oratore.

Poſt hanc lata eſt lex Licinia,anno Vrbis 609. Sententia legis erat,vt ſacerdotes non à collegiis cooptarent̃, ſed per populum fierent.Cic.de Amicitia,Suetonius in Nerone, Paterculus lib.2.

Deinde,poſt hanc quoq; C.Iulius Cæſar dictator legem tulit, vt cuiuſvis ratio haberetur.Cic.in Epiſt.ad Brutum.

Tertiò, tulit legem de fœnore. Propter ſeriem temporum breuiter ſimul recẽſebo,quæ leges de fœnore latæ, quid ſucceſſiuè in ijs additum,immutatumve ſit. M.Duillus & Menenius,anno Vrbis 397.primi oĩum legẽ tulerunt de fœnore vnciario. Liuius lib.7.Quamuis Tacitus lib 5.duodecim Tabularum legib id tribuat.Decenniò pòſt, fœnus ex vnciario ſemiunciarium factum eſt.Deinde noĩa cœperũt tranſcribere in ſociòs ciuitatis Romanæ,qui ſocii hiſce legib. non tenebantur. M. Sempronius tribunus plebis legem tulit,vt idem ius pecuniæ creditæ cũ ſociis eſſet, atque cum ciuibus Romanis. Lata eſt hæc lex anno Vrbis 560. Tandem C.Iulius Cæſar legem tulit, referente Suetonio in vita Cæſaris,vt diſiecta tabularũ nouarũ expectatione,debitores creditorib. ſatisfacerẽt per æſtimationem poſſeſſionũ, quãti quaſq; ante ciuile bellum comparaſſent: deducta ſumma æris alieni, ſi quid vſuræ nomine numeratum & præſcriptum fuiſſet.Qua conditione quarta ferè pars debiti deperibat. Suet.in Cæſare: Cæſar lib.3.Tacit.li.5.Ex qua lege beneficium ceſſionis bonorum promanauit:quo tamen duntaxat ciues Romani vtebãtur, ſi ſoluendo non eſſent.l.4.C.qui bonis cedere poſſint.& in Cod.Theodoſiano lib.4.tit. qui bonis cedere poſſint ex lege Iulia. Poſtea autem ex conſtitutione Diuorum fratrum, etiam prouinciis conceſſum.l.legis.C.qui bonis cedere poſſint.

Quartò,tulit legem de libertatibus: vt Imperator, cũ ſeruum manumitteret,non vindictam imponat,ſed ſimpliciter liberum eſſe iubeat.l.apud eum.D.de manumiſſionib. Qua lege tam manumiſſoris,quàm manumiſſi ætatem definiuit, iuraq; quibus patroni aduerſus libertos vterentur cõſtituit.Dion.lib.55. Iuſtinianus hoc diſcrimen ætatis,loci, ſexus ſuſtulit. §. inde adeò autem. Auth ut liberti decẽtero aureo annulo non indigeant.

Quintò, unà cum Bibulo conſul tulit, ut Achaia, Theſſalia,

cuncta

Source : BIU Cujas

cuncta Græcia liberæ eſſent,neq; in iis magiſtratib.pop.Rom. ius dicere liceret,Cic.pro Domo,in Piſonem.Item vt magiſtratibus tranſeuntibus, eorumq; comitibus, fœnum aliaq; ab oppidis, & vicis ſubminiſtrarentur. Cicero ad Attic.lib.5. Item,duabus in ciuitatibus prouinciæ ſuæ magiſtratus decedentes,rationes ſuas relinquerent,eaſdemq; totidem verbis ad ærariũ referent. Cicero Epiſt.fam.lib.5.epiſt.20. Item, ne coronarium aurum iis qui prouincias obtinerent, vel decerni, vel ab iis accipi liceret,niſi decreto triumpho. Cicero in Piſon. Ne quis aut de prouincia exercitus deduceret, aut bellum ſua ſponte iniuſſu populi aut Senatus gereret. Cicero in Piſon.

Sextò, tulit legem Agrariam, cuius duo reperiuntur capita. Primum: Vt ager Stellas,maioribus conſecratus,itemq; Campanus ad ſubſidia Reipub.vectigalis relictus plebi,diuiderentur. Diuiſit extra ſortem xx.millibus ciuium, quibus terni pluresq; liberi eſſent.Vell.lib.2.Plut.in Pomp.& Cæſare. Secundum caput refert Calliſtratus ſub l.3.D.de termino moto: Vt qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum finesve dolo malo mouerint,quinquaginta aureos dare in publicum damnentur: eiusque rei actio,petitio,ei qui volet detur.

Septimò, tulis idem Dictator: Ne prouinciæ prætoriæ plusq̃ annum,neu plus q̃ biennium Conſulares obtinerentur.

Octauò tulit,vt ei qui in ſuas leges non iuraſſet, capitale eſſet. App.lib.2.de Bell.ciuil.

Nonò,tulit legem repetundarum,vel potius priores repetiit: Huic legi occaſionem dedit auaritia magiſtratuum:repetita itaq; ſæpius,& aucta eſt. Primò omnium L.Calphurnius Piſo legẽ tulit de repetundis,bello Punico tertio, Coſſ.Cenſorino & Manilio:vt Cic.lib.de Officiis ſecundo,& in Bruto docet. Legem Calphurniam ſubſequuta eſt lex Cæcilia,cuius meminit Valer.Max. li.6.cap.11.Proxima deinde fuit lex Seruilia, quam tulit Seruilius Glaucia.Cicero pro Scauro:Valer.Max.lib.8.cap.1. Is cum de repetũdis rogationem ferret,nouum de comperẽdinatione caput primus intulit,intraq; ſpacium hoc iudicij tempus cõcluſit, vt accuſatori dies viginti ad agendum,totidem defenſori ad defendendum darentur. Comperendinatio verò,vt obiter dicam,vtriuſq; partis recitatio eſt. Differt ab ampliatione: quia comperẽdinatio ex vna tm̃ re dabatur,cũ cãm iudex non intelligeret:& omnino, ſi videbatur iudicibus bona cã, abſoluebant reũ:ſi mala, non ſtatim damnabant,ſed hac excuſatione parcebant. Nam cũ cõdemnandi nota eſſet C littera,abſoluendi A,ampliandi ſignum N.L. dabant, quò ſignificabant, non liquere:vnde ampliatio naſcebatur.In ampliatione itaq; aut accuſator ſolus,aut defenſor iterum cãm agebat. Inde Aſcon.ait: Ante legem Glauciæ de comperendinatione, aut ſtatim ſnĩa dicebatur, ſi abſoluẽdus eſſet reus: aut, Amplius pronunciabatur,ſi videretur eſſe damnandus,cum dixiſſent iudices,Non liquet,hoc eſt,obſcura eſt. Itaq; ea pars interpoſita dilatione,dicebat,in cuius peroratione videbatur obſcuritas. Hæc Aſcon. Poſt Seruilium, tulit L.Acilius Glabrio,pr̃ eius, qui Verris in cã prætor fuit,& poſt biennium cum Calphurnio Piſone Conſulatum geſsit, vt comperendinatio cum ampliatione (quæ vtraque rei potius cã,q̃ accuſatoris vr̃ eſſe ꝓſtituta) oĩno antiquata eſſet,ac ſublata.Seueriſſima igit̃ fuit,in qua ne cõperẽdinari quidẽ,aut ampliari liceret reũ. Cic.lib.1.in Verr. Sed & L.Sylla tulit de repetundis legẽ,in qua primũ de ipſo proconſulum,ac p̃torũ officio cautũ fuit. Hac lege cõperendinationẽ, lege Acilia ſublatã,reſtituit. Deniq; C.Cæſar conſul nouam de repetũdis legem rogauit.Huius legis Iuliæ de repetundis hæc inuenio capita.

De Magiſtratibus Vrbanis.

Nequis ob ſnĩam in Senatu conſiliove publico dicendam pecuniam accipiat,vel ob accuſandum,vel non accuſandum: Vtq; vrbani magiſtratus ab omni ſordes ſe abſtineant: neue plus doni munerisve in anno accipiant,q̃ ſit aureorum centum.L.6.§.fi.D. ad legem Iuliam repetund.

Secundum caput recenſetur a Macrob.lib.1. iudiciorum: & vtrique magiſtratui, tam vrbano, q̃ prouinciali, commune eſt: Ne quis ob iudicem, arbitriumve dandum,vel mutandum,iubẽdumve vt iudicet: neve ob non dandum,nõ mutandum, nonve iubẽdum vt iudicet: neve ob hominem in vincula publica coniiciendum,vinciendum,vincirive iubendum, exve vinculis dimittendum:neve quis ob hominẽ condemnandum,abſoluendũve: neve ob litem eſtimandam, iudicium capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum,aliquid accipiat. Illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentũve publicè dandum,præbendum,approbandum,ſarta recta tuenda, antequam perfecta, probata,præſtita lege erunt.

De Magiſtratibus prouincialibus.

Quia ſemper ferè fieri ſolet,vt ij qui extra patriam,& rebus ad quotidianum vitæ vſum neceſſariis deſtituti,cũ poteſtate mittuntur,importunius aliquid à ſubditis efflagitare,imperareve ſoleãt: hanc efflagitationem ſimiliter coercuit, ne ea in re ſociis grauius aliquid contingeret. quod & Solymanorum inſtituto ſeruatur. Tulit itaque: Ne cui, qui in prouincia, cum poteſtate imperiove eſſet, pecuniam capere, cõciliare liceret: extra q̃ ſi ad templum, monumentumq; capiat. Item,vt tranſeũtibus magiſtratibus,eorumq; comitibus, fœnum aliaq; ab oppidis & vicis ſubminiſtrarentur. Quod præſidibus deinde plebiſcito interdictum fuit: his enim oſculẽtum,poculentumve tm̃ accipere licebat. Plebiſcito, inquit Modeſtinus, cõtinetur, vt ne quis præſidũ munus donũve caperet,niſi eſculentũ,poculentumve,quod intra dies proximos prodigatur.l.plebiſcito.D.de officio præſi.Diu.Seuerus & Antoninus Xeniola proconſuli permiſerunt. verba epiſtolæ ſunt.Quãtum ad xenia pertinet, audi quid ſentimus. Vetus prouerbiũ eſt, *cũ τε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων.* Nã valde inhumanũ eſt, à nemine accipere: ſed paſſim,viliſſimũ: & omnia,auariſſimum. Et quod mandatis continetur,Ne donum vel munus ipſe procõſul,vel qui in alio officio erit,accipiat,ematve quid,niſi victus cottidiani cauſa: ad xeniola non pertinet, ſed ad ea quæ edulium excedant vſum. Sed nec xenia producenda ſunt ad munerum quãtitatem. De qua re paulo aliter Lamprid. in vita Alexãdri ſcribit: Iudices cùm promoueret exemplo veterum,vt & Cicero docet, argento & neceſſariis inſtruebat,ita vt præſides prouinciarum acciperent argenti pondo vicena,phialas ſenas,mulas binas,equos binos, veſtes forenſes binas,domeſticas ſingulas,balneares ſingulas,aureos cẽtenos,cocos ſingulos:& ſi vxores non haberent,cõcubinas ſingulas, ꝙ ſine his eſſe non poſſent: reddituri depoſita adminiſtratione mulos,mulas,equos,muliones & cocos: cætera ſibi habituri, ſi bene egiſſent: in quadruplũ reddituri,ſi malè.Præterea eadem lex venditiones omnes, locationes eius rei cã pluris minorisve factas, irritas facit: impeditq; vſucapionem, priuſquã in poteſtatem eius,à quo profecta res ſit,hæredeve eius, veniat.l. pen.D.de repetund.Et Martianus: Non licet ex officio,quod adminiſtrat quis vel per ſe, vel per aliam perſonam,emere qd: alioquin non tm̃ rem amittit, ſed & in quadruplum conuenitur,ꝫm conſtitutionem Seueri & Antonini. Et hoc ad procuratorẽ Cæſari quoque pertinet. Id quoque à maioribus ſancitum fuiſſe,Cicero in Verr.ſexta ſcribit.

Præterea eadẽ lex venditiones omnes, locationes,eius rei cã pluris minorisve factas,irritas facit:impeditq: vſucapionẽ,priuſq̃ in ptãtem eius,à quo profecta res ſit,hæredeve eius, veniat.l.pen. D.de repetund.Quod à maioribus quoq; ſancitum fuiſſe,Cicero refert in Verrina 6.Videte,inquit,dum maiorum diligẽtiam, qui nihildum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabantur,veruntm̃ ea quæ paruis in rebus fieri poterant,prouidebant: nemine qui cum poteſtate, aut legatione in prouinciam eſſet profectus, tam amentem fore putarunt,vt emeret argẽtum, dabatur enim de publico: vt veſtẽ, præbebatur enim legibus. Mancipium putauerũt,quo & omnes vtimur, & non præbetur à populo. Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum. Et Act.7. Vbi muli,inquit, vbi tabernacula, vbi tot tantaq; ornamenta magiſtratibus, & legatis à Senatu populoq; Romano data & permiſſa? Adeo veteres neminem in prouincia domum ſuam inſtruere volebant,tãtaq; diligentia magiſtratus ab emptionibus remouebant,ꝙ putabant ereptionem eſſe,non emptionem, cum venditori pro arbitratu vẽdere nõ liceret.Neq; ſolũ venditiones,donationesve irritæ reddebantur:ſed principalib. quoq; conſtitutionib. vt Modeſtinus ſcribit,cauetur,ne hi,qui prouinciã regunt,quive circa eos ſunt,negocientur,mutuamve pecuniã dent,fœnusve exerceant: l.principalibus.D.ſi certum petatur.

Qd̃ plus eſt,ſi quis officiũ in aliqua prouincia adminiſtrat,inde oriundã,vel ibi domicilium hñitem, vxorem ducere non põt, quamuis ſponſare non prohibeatur: ita ſcilicet, vt ſi poſt officiũ depoſitum noluerit mulier nuptias ꝫhere,liceat ei hoc facere artis tm̃modo redditis, quas acceperat. l.ſi quis officium. D. de ritu nup.Item: Si quis contra mandata duxerit vxorem ex ea prouincia, in qua officium aliquod gerit, qd̃ ei ex teſtõ vxoris adquiſitũ eſt:diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt,retinere eũ non poſſet,tanquam ſi tutori pupillam ꝫ decretum ampliſſimi ordinis in domum ſuam duxiſſet.l.2.D.de his quib.vt indig.

Lege Iulia peculiariter circa magiſtratus prouinciarum ſancitum erat,Ne ijs in liberos populos de pecuniis creditis ius dicere liceret. Item: Ne quis de prouincia exiret, aut exercitum inde ſua authoritate duceret: bellum ſua ſponte gereret:in regnũ alienum iniuſſu Senatus,ac populi accederet. Modus præterea diplomatum,nauium,frumentumq; exigendi conſtitutus erat. Cautũ etiam,vt libertas ſociis,ac præmia ob merita in Rempub.data, in tegra eſſent.Cic.in Piſon.& de Proninc.conſul.

Lege Iulia repetund.intercedebatur,Ne cuiquam aurum coronarium aut imperare,aut accipere liceret,niſi cui decretus a Senatu eſſet triumphus:vt inquit idem Cicero in orat.in Piſonem. Quid autem fit aurum coronarium,declarat Gell.li.5.cap.6.Cãm huic rei præbuit vel ſuperbia,& gloriæ quædam cupiditas,cui præcæteris gentibus Romani dediti addictiq; fuerunt:vel auaritiã,vt quaſi triumphaturi aurum coronarium à prouinciis peterent,& eo omiſſo,in priuatos vſus conuerterent.

De referendis rationibus cautum fuit:Primum,vt prouinciarum rectores,rationes,priuſquam decederent,apud duas in prouincia ciuitates deponerent.Cic.lib.5.epiſt.20.& li.6.Epiſt.ad Attic.Deinde,ne quis Procos, aut prætor legatum ſuum ante ſe, de prouincia dimittat.l.meminiſſe.D.de off.proconſ.

Quartum

Source : BIU Cujas

Quartum caput legis Iuliæ de repetundis, versatur circa eos q̃ nulla præditi sunt potestate, sed curationem tantum sustinēt, vel legationem: vel quod aliud officium, munus, ministeriumve publicum habent, vel qui ex cohorte eorum sunt. l. 1. D. hoc tit.

Quintum caput ad priuatos pertinuit, qui ob negociū faciendum, aut non faciendum, per calumniam pecuniam accepit: siue ante iudicium, siue post iudicium cœptum. l. 1. D. de calumniantibus. Item, eadem lege tenentur, qui ob denunciandum, vel non denunciandum testimonium, pecuniam acceperint.

LEGES AB ANTONIO LATAE.

Antonij ortum & res gestas latè refert Plutarchus in vita eius: tulit verò leges aliquot: Primò de re iudiciaria, qua lege in tertiā decuriam, quæ Tribunorum ærariorum fuerat, centuriones atq; alaudas coniecit. Cic. in Phil. 1. & 5.

Secundò, tulit legem de Dictatura, ne quis vllā ob causam de Dictatore creando referret, neve dictaturam oblatam acciperet. Qui secus faxit, eū vt necare iusq; fasq; sit. Appian. de Bel. ciuil.

Tertiò tulit legem de noīe mensis Iulij, vt qui mensis Quintilis antea vocabatur, q̃ à Martio, qui priscis temporibus primus fuerat, quintus esset: is à C. Iulij Cęsaris nomine Iulius deinceps diceretur, quòd in hoc mense ad quartum idus Quintilis Iulius natus esset. Macrob. lib. Saturnal. 2. cap. 12.

Quartò tulit legem de sacerdotiis, vt ius cooptandorū sacerdotū à pp̃lo ad illorum collegiū iterum transferret. Dion lib. 37.

Circa tpa Iulij Cęsaris, Antonij & Ciceronis latæ sunt multæ aliæ leges, inter quas pręcipua est lex Aquilia. Tulit hanc legē C. Aquilius Gallus tribunus plebis, & iurisperitissimus. Eius laudes refert Cicero in Oratore, & in Topicis ad Trebatium. Tulit autem de damno iniuria dato: quæ lex, vt Vlpianus ait, omnibus legibus quæ ante se de damno iniuria loquutæ sunt, derogauit, siue duodecim tabulis, siue alia quæ fuit.

Huius legis tria fuerūt capita. Primum & tertium ab Vlpiano referuntur. Lege Aquilia primo capite cauetur, vt qui seruū seruamve, alienum alienamve, quadrupedē vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs domino dare damnas esto. Tertio autem capite ait: Cæterarum rerum prę ter hominem & pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quidve vsserit, fregerit, ruperit iniuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas est. Exempla vtriusq; capitis plurima recensentur ab Vlpiano & Paulo in tit. Pandectarum ad l. Aquiliam.

Secundò formulam instituendi posthumos tradidit L. Gallus Aquilius. D. de lib. & posthum. hæred instit.

Extat quoq; lex Cassia, quam tulit C. Cassius prætor, dictatore Iulio Cæsare, de Senatu supplendo, & patricijs allegendis: de Prętorum, Aedilium, Quæstorū, minorum ēt magistratuum numero ampliando. Suet. in Iulio Cæsare. Fertur & lex Fabia, de ambitu. tulit, vt certus numerus sectatorum esset: ideſt, eorum qui candidatos in campum deducerent. Cic. in Muræniana.

A. Hircius quoque tulit, vt Pompeiani ad dignitates non admitterentur. Philip. 13.

Legitur quoq; lex Lætoria de minoribus, vt ijs qui furiosi vel prodigi essent, curatores darentur: & vt ij qui adolescētem furiosum, quiq; suę autoritatis non esset, circūscripsissent, fraude dolove malo, iudicio publico teneretur. Cic. lib. 3. de Off. de Natura deorū. Inde, tot iudicia de fide mala, tutelę, mādati, p̃ socio fiducię, nec nō cętera quę ex empto, vēdito, cōducto, aut locato p̃ fidem fiunt: inde iudicium publicum rei priuatę lege Lectoria.

Aliud caput legis Lectoriæ fuit: Ne à minoribus xxv. annis stipulari liceret. De hac lege, vide Alciat. lib. Parerg. 6. cap. 16.

LEGES AB OCTAVIO CAESARE LATAE.

C. Octauius p̃em habuit C. Octauium, virum prætorium: matrem Atiā, quæ ex Iulia Cæsaris dictatoris sorore, & M. Atio Balbo genita fuerat. Itaq; ipse Cæsaris neptis filius, Cæsar ipse maior eius auunculus fuit, vt Suet. & Vell. tradunt: adoptatus à Cęsare, & hæres relictus, Octauianus dictus est. Nat⁹ est aūt 9. Cal. Octob. consule Cicerone. Anno ætatis 20. vel, vt alij scribunt, pridie q̃ viginti annos impleret, 10. cal. Octob. Consulatum inijt. Bellū gessit cum Antonio: quo fugato, Senatū grauissimè offendit, q̃ supplicationē sexaginta dierum, ac triumphum, & bellum p̃ Antonium Bruto, qui pugnam è męnibus ociosè spectauerat, decerni: se aūt, qui Rempublicā liberasset, primùm oīno præteriri, deinde verò Consularibus ornamentis affici, & vt prætor fieret ac cōsul, ante decem annos, quàm per leges liceret, sibi tantum permitti videret. Itaq; cum à Senatu vt in locum Consulum occisorum sufficeretur, impetrare non potuisset: quod precibus nequiret, id sibi armis tentandum putauit. Reconciliata enim cum M. Antonio, & M. Lepido, qui iam Antonium fugientem receperat, gratia, exercitu Romā adducto, Consul annos tm̄ viginti natus creatus, Q. Pędium sibi collegam subrogauit. Hæc Dio, & App. Suetonius sic scribit: Cæsar cōsulatum xx ætatis anno inuasit, admotis hostiliter ad vrbem legionibus, missisq; qui sibi exercitus noīe deposcerent. cùm quidem, cunctante Senatu, Cornelius cēturio princeps legationis, reiecto sagulo, ostendens gladij capulum, nō dubitasset in curia dicere: Hic faciet, si vos non feceritis. Et Velleius sic: Omnia, antequam fugaretur Antonius, honorificè à Senatu in Cæsarem exercitumq; eius decreta sunt, maximè autore Cicerone: sed vt recessit metus, erupit voluntas: protinusq; Pompeianis partibus redijt animus. D. Bruto, q̃ alieno beneficio viueret, decretus triumphus. Pansæ atq; Hircij corpora, publica sepultura honorata. Cæsaris adeò nulla habita mentio, vt legati qui ad exercitum eius missi erant, iuberentur summoto eo milites alloqui: negauere milites, sine Imperatore suo, vlla se audituros mandata. Hoc tempore Cicero Cæsarem laudandū, & tollendū censebat: cùm aliud diceret, aliud intelligeret. Post inter Antoniū & Cæsarem concordia composita est, & affinitas cōtracta, desponsa priuigna Antonij, Clodia Cæsari: consulatumq; inijt Cęsar pridie quàm xx. annos implerat 10. cal. Octob. cū collega Q. Pędio. Hæc Velleius. Præcipua deinde bella in Pannonia & Norico gessit per Tyberium: in Rhetia & Vindelicis per Drusum Germanicum. Iudæam in prouinciā redegit, & Coponem rectorē dedit: cōcessa tū genti αὐτον ὁμω in religione, & iurisdictione inferiori. Anno Imperij Augusti 42. natus est ex virgine Maria filius Dei, Dns noster IESVS CHRISTVS. Non tm̄ aūt hic D. Augustus qualēcunq; pacem restituit, sed multas salutares quoq; leges tulit.

PRIMO, de maritandis ordinibus: cuius legis varia fuerunt capita. Cum enim pleriq; diuites, ob euitanda matrimonij onera, vxores non ducerēt, cumq; nullos liberos suosq; hæredes haberent, in magno propter diuitias atq; opes honore habebantur ab ijs qui ad successionem eorū adspirabant: captabanturq; nō solum à propinquis, sed etiam alienis. Quæ res multipliciter Reip. damnosa fuit. Nā & crimini ambitus facile locū aperiebat, & legitima sobole ciuitas destituebaī, & multa testamēta improba fiebant. Diuus itaq; Augustus, vnus ex bonis, sapientib. & salutarib. principibus generi humano cōcessis, multiplicibus præmiis, immunitatibus atq; honoribus eos ad mr̄imoniū inuitauit. Cęlibatum aūt & orbitatem vicissim pœnis subiecit, quæ oēs ad locuplectandum ærarium institutæ & excogitatæ erant. Cumq; noui vectigalis magnam ad populū inuidiam esse cerneret, se excusauit, q̃ ex diui Iulii (quem populus vehementer & viuum dilexerat, & mortuum vindicauerat) commentariis edoctus esset.

Capita huius legis de maritandis ordinibus, hæc ferè sparsim reperiuntur. Primùm, vt priori ex Coss. fasces sumendi potestas sit, qui plures liberos quàm collega, aut in sua potestate hēt, aut bello amisit: sed si par vtriq; numerus liberorū esset, maritus, aut qui in numero maritorum est, præferatur: si verò ambo & mariti & p̃stes totidem liberorum sunt, tū ille pristinus honos instauretur: & qui maior natu est, prior fasces sumat. Gell. lib. 2. cap. 15.

Secundum caput erat de libertis: Si libertus duos filios, vel diuerso tempore in potestate habuisset, obligatione operarum liberabatur lege Iulia, de maritandis ordinibus: vt rescripsit Alexander Seuerus sub l. nec patronis. 6. C. de operis libertorum.

Tertium caput refertur à Paulo in lib. 2. ad l. Aeliam Sentiam: Lege Iulia, inquit, de maritandis ordinibus remittitur iusiurandum, quod liberto in hoc impositum est, ne vxorem duceret, libertæve ne nuberet, si modo nuptias contrahere rectè velint. l. adigere. in fin. D. de Iure patronatus.

Quartum caput erat, de vicesima parte fisco relinquenda: vt quę hereditates, legata & donationes mortis causa ad alienos, aut locupletes peruenirent, earum pars vicesima ad fiscum p̃tineret. de qua re vide Alciat. lib. Dispunct. suarum 3. cap. 6.

Quintum caput erat, vt fœminæ à morte viri anni spacium, à diuortio sex mensium, liberū à cęlibatus pœna obtinerent. Quēadmodum lex Papia à morte viri biennii, à repudio anni & sex mensium. Vlpianus in Instit. tit. 14. Quam legem denuò repetiit Theodosius in l. si qua mulier. C. de secundis nuptiis.

Sextum caput refert Paulus I. consultus in l. 44. D. de ritu nuptiarum: Lege Iulia, inquit, ita cauetur: Qui senator est, quive filius, nepos, proneposve ex filio, vel ex filia natus, cuius eorū est, eritve, ne quis eorum sponsam, vxoremve sciens dolo malo habeto libertinam: aut eam, quæ ipsa, cuiusve pater, materve artē ludicram facit, fecerit: neve senatoris filia, neptisve ex filio, proneptisve ex nepote filio natæ nato, libertino, eive qui ipse, cuiusve p̃ materve artē ludicrā facit, fecerit, sponsa, nuptave sciens dolo malo esto: nevè quis eorū dolo malo sciens, spōsam, vxoremve eā habeto. Et in fin. Eas quas ingenui cæteri prohibent ducere vxores, Senatores nō ducēt: cęteri autem ingenui prohibētur ducere lenā, à lenone lenave manumissam, & in adulterio deprehensam, & iudicio publico damnatam, & quæ artē ludicram fecerit.

Septimum caput refert Martianus in l. 19. D. eod. tit. Qui liberos, quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere vxores, vel nubere, vel qui dotem dare non volunt, coguntur in matrimonium collocare, & dotare.

SECVNDA lex p̃tinet ad testamenta. Eius multa fuerunt capita. Primū, vt testamēta in coloniis, municipiis, oppidis, præfectura, vico, castello, cōciliabulo facta, ī foro vel basilica, pręsentibus testibus vel honestis viris, inter horam secundam & decimam diei recitentur: exemploq; sublato, ab iisdem rursus magistratibus obsignato, quorum præsentia constat apertum.

2. Caput: Vt testamētum statim post mortem testatoris aperiatur:

Source : BIU Cujas

riatur: hoc eſt, à præſentibus intra triduum, vel quinque dies: ab abſentibus quoq; intra eos dies, cum ſuperuenerint.

3. Caput: Vt teſtes, vel maxima pars eorum, adhibeantur, qui ſignauerunt teſtamentum, ita vt agnitis ſignis, rupto lino aperiatur, & recitetur: atq; ita deſcribendi exempli fiat poteſtas, ac deinde ſigno publico obſignatum in archiuum redigatur, vt ſi quando exemplum eius intercideret, ſit vnde peti poſſit. Dion lib. 38. Paul. lib. Sententiarum 4. tit. 6.

4. Capite continetur, vt coniugi ſuperſtiti legatum ſibi à demortuo ea lege, ne matrimonium aliud contraheret, ita capere ius eſſet, ſi intra annum iuraret, ſe liberorum quærendorum cauſa nubere. Iuſtinian. in tit. de indicta viduitate tollenda, lib. C. 6. tit. 40. & Nouella conſtit. 22.

TERTIA lex ad Bonorum poſſeſſiones pertinet, ſi nemo ſit ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit: aut ſit quidem, ſed ius ſuum amiſerit, populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria. Vlpian. in tit. 28 de poſſeſſionibus dandis. & in l. 4. §. eodem. D. de fideicommiſſar. libertatibus. Et meminit eiuſdem legis Iulianus, l. 96. §. j. D de leg. lib. 1.

QVARTA lex de iudicijs eſt, quæ videlicet in iudicijs tum priuatis tum publicis forma obſeruari debeat. Cuius hæc ferun tur capita.

1. Vt qui nomen alicuius deferrent, locum, annum & mẽſem, quo crimen admiſſum eſt, deſignent. l. 3. D. de accuſat.

2. Caput: Ne eodem tẽpore de duobus reis quæratur, niſi ſuarum iniuriarum cauſa. l. 12. D. eod.

3. Caput: Ne inuito denuncietur, vt teſtimonium dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinã, ſobrino natum, eosve qui priore gradu ſint. Item, ne liberto ipſius, liberorum eius, parentum, viri, vxoris: item patroni, patronæ aduerſus libertos: neq; liberti aduerſus patronum, cogantur dicere teſtimonium l. 4. D. de teſtibus.

4. Caput: Vt inter priuatos, qui in iudicium conſenſiſſent, iuris dicendi ei iudici poteſtas eſſet. l. 2. §. 1. D. de iudicijs.

5. Caput: Ne qui iudex ſit, arbitrium recipere eius rei, de qua iudex eſt, neve ſe promitti iubeat. l. 9. D. de arbitris.

6. Caput: Ne minor annis vigintiquinq; iudicare cogatur. l. cũ lege 41. D. de arbitris.

QVINTA lex fuit de ſumptibus: Vt profeſtis dieb. ducentos nummos in conuiuijs conſumere liceret: Calendis, Idibus, Nonis, & alijs quibuſdam feſtiuis, trecentos: Nuptiis autem & repotijs, HS millies. Gell. lib. 2. cap. 28.

SEXTA lex fuit de ſeſſionibus: Vt equitibus Romanis, quibus ipſis, parentibusve, equeſter cenſus vnquã fuiſſet, in quatuordecim ordinibus, lege Roſcia theatrali conſtitutis, conſidere liceret. Suetonius in Auguſto, Plin. lib. 33. cap. 2.

SEPTIMA lex fuit de manumiſſionibus: Vt Imperator, cũ ſeruum manumittit, non vindictã imponat, ſed ſimpliciter liberũ eſſe iubeat. Paulus in l. apud eum 14. D. de manumiſſionibus.

OCTAVA lex fuit de ceſſione bonorum: Vt qui ſine dolo malo ſuo æri alieno ſatisfacere non poſſet, bonis ſuis cedendo liberaretur. l. 4. C. qui bonis cedere poſſint. & in C. Theodoſiano lib. 4. tit. qui bonis ex lege Iulia cedere poſſint.

NONA lex fuit de limitibus: Vt per actuarios limites ppſo eũdi ius eſſet, ſicut p viã publicã Higinius in libello de Limitibus.

DECIMA: Ne maritus dotale prædiũ inuita vxore alienet, neve id ẽt eius voluntate oppignoret. Paulus libro ſecundo Sententiarum, cap. 22. Inſtit. ſub tit. Quibus alienare licet.

DEINDE de maleficijs plurimas quoq; leges tulit. Et primò quidem legem de adulterijs & ſtupro, de qua lege extat totus tit. in Pandectis lib. 48. ad l. Iuliam, de adulterio & ſtupro.

LEGIS IVLIAE DE ADVLTERIIS CAPITA, vt Briſſonius tradit.

1. Ne quis poſthac ſtuprũ, adulterium facito ſciẽs dolo malo.

2. Qui ſtuprum, adulterium ſciens, dolo malo fecerit, in inſulam relegator.

3. Patri qui in poteſtate habet adulterum quemlibet, quem in filia deprehenderit domi ſuę, generive ſui, occidere ius eſto, dum vnà cum eo incontinenti filiam occidat.

4. Viro deprehenſum domi ſuæ in vxore ſua adulterium, qui leno fuerit, quive artem ludicram fecerit, vel in ſcęnam ſaltandi cantandive cauſa prodierit, iudiciove publico damnatus, neq; in integrum reſtitutus erit, quive libertus eius mariti, vxorisve, patris, matris, filij, filiæ, vtriuſq; eorum fuerit, propriusve eorum, vel cum alio communis, quive ſeruus erit, occidere liceto. Qui eorũ aliquem occiderit, vxorem ſine mora dimittito.

5. Viro adulterum cum vxore ſua deprehenſum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, retinere per horas diurnas nocturnasq; non plus quàm viginti, teſtandæ eius rei gratia, vt vti ſine fraude, iure ſuo poſſit, liceto.

6. Viro, patriq;, qui in poteſtate hẽt, ſexaginta dies vtiles ad accuſandum dantor, intraq; eos dies cuilibet præferuntor. Poſt eos dies patri maritoq; lapſos extranei quilibet admittuntor.

7. Ne quis inter reos, eum qui tunc ſine detrectatione Reipub. cauſa aberit, referto.

8. Minoribus xxv. annis adulterii accuſare ne liceto.

9. Si ſeruus adulterij accuſetur, & cõnem in eo haberi accuſator poſtulet, iudices ſeruum æſtimanto: & quantũ æſtimauerint, tantam pecuniam, & alterum tantum eum qui nomen eius ſerui detulerit, ei ad quem ea res pertinet, dare iubento.

10. Qui poſt maritum & patrem accuſare poſſunt, ſi ad accuſandum plures ſimul profiluerint, is cuius de ea re notio eſt, de iuſto accuſatore conſtituito.

11. Reos adulterii marẽ & fęminam ex eadem cauſa ne facito.

12. Si mulier ante denuuciationem nupſerit, qui accuſare volet, ab adulterio incipito. Nec antè ad mulierem quiſquam peruenito, quàm adulterùm reum peregerit.

13. Adultero abſoluto, quæ nupſit, quamdiu nupta erit, aduerſus omnes ſecura eſto.

14. Si vir, qui vxori adulteræ repudium miſit, vel extraneus quis mulieri, antequam nuberet, adulterij ſe acturos denunciauerint, eaque poſt denunciationem nupſerit, ab ea incipere accuſare volent, ius eſto.

15. Si vidua ſit, de cuius adulterio agiẽ, accuſator. Liberũ arbitriũ, adulterũ vel adulterã, vtrum prius velit, poſtulandi habeto.

16. Qui domũ ſuã præbuerit, vt ſtuprũ, adulteriũve cũ aliena matrefamiliàs, vel cum maſculo fieret, ſciens, hac lege tenetor.

17. Qui pro comperto ſtupro precium acceperit, quæſtumve ex adulterio vxoris ſuæ fecerit, hac lege tenetor.

18. Damnatam adulterii, ſi quis ſciens vxorem duxerit, hac lege tenetor.

19. Qui deprehẽſum in domo ſua adulterum dimiſerit, vxoremve in adulterio deprehenſam retinuerit, hac lege tenetor.

20. Mulieri accuſandæ ſex menſes vtiles dantor, poſtea accuſare ne liceto.

21. Adulterum, adulteramve poſt quinquennium continuum quàm commiſſum eſſe adulterium dicetur, accuſare ne liceto: eaq; præſcriptio adultero, adulteræq; vtilis eſto.

22. De ſeruis ancillisve eius, de quo vel de qua quæretur, parentisve vtriuſq; eorum qui eis ad uſum à parentibus dati ſint, ſi accuſator poſtulet, quæſtionem habeto.

23. Quæſtioni reus, reave, patronive eorum, & is qui crimen detulit, interſunto. Patronis interrogandi facultas eſto.

24. Seruus, de quo quæſtio habita fuerit, publicus eſto.

25. Si reus vel rea abſoluti fuerint, ſeruorũ damnũ iudices æſtimanto: ſiue mortui fuerint, quãtę pecunię ante cõnẽ fuerint: ſiue ſalui, quãtæ pecunię in his damnum datũ fuerit, factumve erit.

26. Serui qui quæſtioni poſtulari poſſunt, intra ſexaginta dies, ex die diuortij ne manumittuntor, neve alienantor.

27. Adulterij dãnato, damnatæve, teſtimonii dictio ne eſto.

28. Diuortia ſeptem ciuibus Romanis puberibus, teſtibus adhibitis, præter libertum eius, qui diuortium faciet, poſthac faciũto. Aliter facta pro infectis habentor.

29. Dotale prędium Italicum, maritus inuita vxore ne alienato, neq; conſentiente ea obligato.

SECVNDO tulit legem de ambitu, vt qui petiturus magiſtratum, vel prouinciam, vel ſacerdotium, turbam ſuffragiorum cauſa conduxerit, ſeruos aduocauerit, alienamve quam multitudinem conduxerit, conuictus, vt vis publicæ reus in inſulam deportetur. Suet. in Auguſto. Item: Et ſi quis reus, vel accuſator domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit: ideſt, aureos centum fiſco inferre iubetur. Ita Modeſtinus in l. vnica. D. ad l. Iuliã, de ambitu, vbi ait: Hæc lex in vrbe hodie ceſſat, quia ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem. Quòd ſi in municipio contra hanc legem magiſtratum, aut ſacerdotium quis petierit, per Senatuſcõſultum centum aureis cum infamia punitur. Qua lege damnatus, ſi alium conuicerit, in integrum reſtituitur: non tamen pecuniam recipit. Item, Is qui nouum vectigal inſtituerit, ex Senatuſconſulto hac pœna plectitur.

TERTIO, tulit legem de peculatu, ſacrilegis, & de reſiduis. Lege Iulia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia ſacra, religioſa, publicave auferat, neve intercipiat, neve in rem ſuã vertat: neve faciat quò quis auferat, intercipiat, uel ĩ rem ſuam uertat, niſi cui utiq; lege licebit: neve quis in aurum, argentum, ęs publicũ, quid indat, neve immiſceat: neve quò quid indatur, immiſceaẽ faciat ſciẽs dolo malo, quo id peius fiat. Labeo uerò peculatum definit, pecuniæ publicæ, aut ſacræ furtum, nõ ab eo factum, cuius periculum fuit. Et ideo ædituum in his, quæ ei tradita ſunt, peculatũ non admittere. Eodem capite ſcribit, non ſolum pecuniam publicam, ſed etiam priuatam, crimen peculatus facere, ſi quis, quod fiſco debetur, ſimulans ſe fiſci creditorem, accepit, quamuis priuatam pecuniam abſtulerit. Eum quoq; qui pecuniam publicam in vſus aliquos retinuerit, nec erogauerit, hac lege teneri, idem Labeo ſcripſit. Hac quoq; lege tenetur, qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quàm quid uenierit, aut locauerat, ſcripſerit, aliudve qd fiſci commiſerit. Ita Martianus: Similiter is qui prędã ab hoſtib. captam ſurripuit, lege peculatus tenetur, & in quadruplum damnaẽ. Ita Modeſtinus. Item: Qui perforauerit muros, vel inde aliquid abſtulerit, peculatus actione teneẽ. Ita Vlpianus.

Item:

Source : BIU Cujas

Item: Qui tabulam æneam, leges formamve agrorū, aut qd aliud cōtinentem refixerit, vel quid inde mutauerit, lege Iulia peculatus tenetur. Eadem lege tenet, qui quid in tabulis publicis deleuerit, vel induxerit. Ita Venuleius ſub l. 8. Peculatus pœna varia eſt. Qui enim prædam ab hoſtibus captam ſurripuit, in quadruplum damnatur: ceteris aqua & igni interdicitur. Quam pœnam deinde deportatio ſequuta eſt, in quem ſtatum deducti, ſicut omnia priſtina iura (inquit Vlpianus) ita etiam bona amittunt. l. 3. l. 6. D. ad l. Iuliam de peculatu.

Acceſſerunt & conſtitutiones & mandata principum, quibus extraordinariæ pœnæ ſancitæ ſunt, & pecuniæ fiſcalis peculatus introductus, & quadrupli pœna cōſtituta eſt. l. 9. §. 1. l. penult. Paul. lib. 5. Senten. Iudices aūt, hoc eſt, præſides, rectores prouinciarū, ſi tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint, capitali animaduerſione tam ipſi, quàm miniſtri eorum, & cōſcij puniuntur: idq; ex conſtitutione Theodoſij, l. 6. & l. 9. C. de crimine ſacrilegii. Et Iuſtinianus in §. item lex Iulia peculatus. Inſtitu. de public. iud. & l. vnica. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet. Alexāder Seuerus fertur iudices hoc crimine aſperſos proſequutus adeò, vt quoties talis ei occurreret, paratum haberet digitū, vt illi oculum erueret. Lampridius in Alexandro.

Secundum crimen eſt, de reſiduis. Pecuniæ verò reſiduæ dñr, quæ delegatæ in vſum publicum, nec in eum vſum conſumptæ, apud aliquem reſederūt. Qui igitur talem pecuniam in vſum publicum delegatam retinuit, neq; in eum vſum cōſumpſit, l. Iulia tenetur. l. 2. D. ad l. Iuliã, de reſiduis. Martianus exempla adfert: *Lege Iulia*, inquit, de reſiduis tenetur is, apud quē ex locatione, emptione, alimētaria rōne, ex pecunia, quam accepit, aliave qua ex cauſa, pecunia publica reſedit. l. 4. D. eod. tit. Pœna eſt, vt præter pecuniam quam debet, tertiam partem eius pecuniæ dependat. d. l. 4. Exempla de reſiduis, recenſentur apud Liuium lib. 33. apud Ciceronē pro Cluentio, pro Rullo, Aſcon. in Corneliana.

Tertium caput huius legis fuit de ſacrilegio. Sacrilegium autē furti ſpecies eſt, & eſt furtū ſacræ rei. l. 4. l. 6. D. eo. Sacrę aūt res intelliguntur publicæ, non priuatæ. l. 9. D. eod. tit. Itaq; ad hanc legē non pertinet furtū rei priuatæ, quæ in æde ſacra depoſita erat: ſed furti actio dabitur. l. 5. D. eod. tit. Quāuis negari non poſſit, ſacrilegium rectè dici, qui ex loco ſacro quid ſubtrahit. Ita Cicero lib. 2. de Legibus. Quintil. lib. 7. cap. 4. Exempla inſigniū ſacrilegorum apud Romanos, extant in Pleminio Scipionis legato, C. Verre Siciliæ prætore. Pœna ſacrilegij ex ſententia Vlpiani, pro modo & qualitate aliquando ſeuerius, nonnunquam remiſſius adhibetur. Quare iudicis eſt cognoſcere, inſpecta conditione rei, temporis, ætatis, ſexus. Ideo ſe meminiſſe ait, aliquando aliquos ad beſtias damnatos, aliquando viuos exuſtos, aliquos in furca ſuſpenſos. l. 6. D. eod. Paulus verò ait, vniuerſaliter ſacrilegos capite puniri. l. 9. D. eod.

Quartò, tulit legem de repetundis pecuniis. Lex hæc in primis neceſſaria eſt in Repub. vt magiſtratus qui ſemp ad auaritiā proclines ſunt, coerceantur. De pecuniis repetundis primam legem tulit L. Calphurnius Piſo, L. Martio Cenſorino & M. Manlio Coſs. Triennio poſt eadem lex denuò reuocata eſt. Hanc ſubſequuta eſt lex Seruilia: deinde Acilia, anno Vrbis 612. Lucius ēt Sylla legem de repetundis tulit. Ita Cicero in lib. 1. Epiſto. fam. ad Lentulum. Et in lib. 3. ad Appium, & in oratione pro Rabirio. Poſtremò C. Iulius Cæſar in cōſulatu quem cum M. Bibulo geſſit, legem de repetundis, quæ quidem multò ſeuerior antiquis legibus erat, tulit. Cic. in lib. 2. Offic. in lib. de Diuinatione, in Bruto, in 2. Verr. in epiſt. 5. lib. 10. Epiſt.

Leges Iuliæ capita recēſentur à Iuris autoribus. Martianus ait: Lex Iulia repetūdarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, ptāte, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſterioue publico cępit, vel cū ex cohorte, cuius eorū eſt. l. 1. Macer ſic: Lege Iulia repetundarum tenetur, qui cū aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandū, decernendumve acceperit. l. 3. Et deinde: In comites quoq; iudicum ex hac lege iudicium datur. l. 5. Et iterum: Lex Iulia de repetundis prēcipit, ne quis ob iudicem, arbitrumve dandum, vel mutandum, iubendumve vt iudicet, neve ob non dandum, non mutandum, nonve iubendum vt iudicet: neve ob hoīem in vincula publica coniiciendum, vinciendū, vincirive iubēdum, exve uinculis dimittendum: neve quis ob hoīem condemnandum, iudicium capitis pecuniæve faciendum, vel non faciēdum aliquid accipiat, &c. l. 7. Excipiuntur tamen ex hac lege ſobrini, propioreve gradu coniuncti. l. 1. in fin.

Præterea lege Iulia repetundarum conueniri poſſunt magiſtratus, cum de prouincia decedunt, vt rationes in duabus ciuitatibus prouinciæ, quæ ipſis maximè videbantur, relinquant, & totidem verbis ad ærarium referant Cicero pro Poſthumo, & in libro 5. Epiſt. 20. & in oratione pro Flacco.

Pœna huius iudicij extraordinaria eſt, ſiue arbitraria: hoc eſt, vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiſerunt. Iudex enim, qui pecuniam acceperit, vt innocentem, vel quem punire non debuerat, capite puniret, capite plecti debet, vel certè in inſulam deportari. l. 7. Accedit & pœna pecuniaria quadrupli. l. 1. C. eod. l. 3. C. de aſſeſſoribus.

Singularia huius iudicij ſunt, vt lite ante mortem non cōteſtata, nihilominus ꝑ hæredem agatur, nec morte rei accuſatio finiatur. l. ex iudiciorum. D. de accuſationibus. l. 2. C. eod. Præterea ſuſcipitur iuſiurandum ab ijs qui munera publica capeſſunt. l. vlt. C. eod. Deinde, quod contra legem repetundarum datum eſt proconſuli, vel prætori donatum eſt, vſucapi non poteſt. Eadem lex venditiones omnes, locationes eius rei cauſa pluris minorisve factas, irritas facit, impeditq; vſucapionem. l. 10. D. eod. Referenda hæc ſunt ad legem Iulij Cæſaris, de Repetundis.

QVINTO, tulit legem Iudiciariam, ut iudicia ad duo genera iudicum redigerentur, Equeſtris ordinis & Senatorii: Tribuni ærarij, quod erat tertium, tollerentur. Gell. lib. 14. cap. 2. Dion lib. 43. Suet. in Cæſ.

SEXTO, tulit legem de ui. Quia verò duplex eſt vis, priuata & publica: duplicem quoq;, unam de ui publica, alteram de ui priuata. Vis publica dicitur, quæ armis fit. Lege igitur Iulia de ui publica tenetur, qui arma, tela, domi ſuæ, in agrove, in uillave, præter uſum venationis, uel itineris, uel nauigationis coegerit. In eadem cauſa ſunt, qui turbæ, ſeditionisve faciendæ conſiliuu inierint, ſeruosq; aut liberos homines in armis habuerint: In eadem cauſa ſunt, qui peſſimo exemplo, cōuocata ſeditione, uillas expugnauerint, & cum telis & armis bona rapuerint. Item tenetur, qui ex incendio rapuerit aliquid præter materiam. Præterea punit hu ius legis pœna, qui puerum, uel fœminam, uel quenquam p uim ſtuprauerit: ſed & qui in incendio, cū gladio aut telo rapiēdi cauſa fuerit, uel prohibendi dñm res ſuas ſeruare, eadem pœna tenet. Eadem lege tenetur, qui hominib. armatis poſſeſſorem domo, agrove ſuo, aut naui ſua deiecerit, concuſſerit, expugnauerit. Lege Iulia de ui publica tenetur, qui cum Imperium poteſtatemve haberet, ciuem Romanum aduerſus prouocationem necauerit, verberauerit, iuſſeritve quid fieri, aut quid in collum coniecerit, vt torqueatur. Item, quod ad legatos, oratores, comitesve attinebit, ſi quis eorum quem pulſaſſe, ſiue iniuriam feciſſe arguetur. Item lege Iulia de ui publica cauetur, Ne quis reum vinciat, impediatve quo minus Romæ intra certum tempus adſit. Item, qui dolo malo fecerit, quo minus iudicia tutò exerceantur: aut iudices, ut oportet, iudicent: uel is qui poteſtatem imperiumve habebit, aliter quàm ei ius erit, decernat, imperet, faciat. Item, qui ludos, pecuniamve ab aliquo inuito polliceri publicè priuatimve per iniuriā exegerit. Coercentur eadem lege, qui noua uectigalia imponunt. l. fin. D. ad l. Iul. de ui publica. Sic P. Feſtus & M. Fontanus de ui publica rei facti ſunt, quòd portorium per uim inſtituiſſent. Hoc crimen Cicero Viuarium uocat.

Lege autem Iulia de ui priuata tenetur, ſi quis ui cōuocatis hominib. uim feciſſe dicetur, neq; is homo occiſus erit, prēter infamiam publicatio tertię partis bonorum pœna eſt. Eadem pœna tenetur, qui ex naufragio aliquid dolo malo rapuerit: quive ſine iudice res debitoris occupauerit: quive cętū, concurſumve fecerit, quo minus quis in ius produceretur: quive quæſtionem de alieno ſeruo habuerit, tit. D. & C ad l. Iuliam, de ui priuata.

SEPTIMO, tulit legē de crimine maieſtatis. Ante hanc legem multę de eodem crimine, quod ſacrilegio proximum eſt, latæ ſunt. Primam tulit L. Apuleius in C. Norbanum, ciuē improbum, ac ſeditioſum. Secundam tulit Q. Vārius Sucronenſis, Tribunus plebis & orator ſui temporis non uulgaris. Iubebatur hac lege, ut quæreretur de ijs, quorum ope conſiliove ſocij arma contra Rempublicam Romanam ſumpſiſſent. Tertiam tulit L. Cornelius Sylla dictator. Cicero in Piſonem, & Aſcon. in Corneliana. Quartam tulit Octauius Cæſar.

Maieſtas aūt, ut Victorinus Ciceronis interpres ait, amplitudo & magnificētia eſt, in qua ius totius ciuitatis conſiſtit. Hæc olim in populo Romano erat, quemadmodum autoritas in Senatu. Inde Cicero ait: Minuere maieſtatem eſt, de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum, quibus populus poteſtatem dedit, aliquid derogare. Et deinde in lib. 3. de Oratore: Populi maieſtatem minuit, ſi quis exercitū populi Romani tradidit, aut ſi legionem, uel exercitum iniuſſu populi, aut Senatus ſollicitauerit, delectumve habuerit. Vlpianus crimen læſę maieſtatis ſic definit: Maieſtatis autem crimen illud eſt, quod aduerſus populum Romanum, uel aduerſus ſecuritatē eius committitur: quo tenetur is, cuius opera dolo malo cōſilium initum erit, quo obſides iniuſſu Principis intercíderent: quo armati homines cum telis, lapidibusve in vrbe ſint, conueniantq; aduerſus Rempub. locave occupentur, uel templa, quove cœtus conuentusve fiat: hominesve ad ſeditionem conuocentur: cuiusve opera & conſilio, dolo malo conſilium initum erit, quo quis magiſtratus populi Romani, quive imperium poteſtatemve habet, occidat: quove quis contra Rempub. arma ferat: quive hoſtibus populi Romani nuncium literasve miſerit, ſignūve dederit, fecerítve dolo malo, quo hoſtes populi Romani cōſilio iuuentur aduerſus Rempub. quive milites ſollicitauerit concitaueritve, quo ſeditio tumultusve aduerſus Rempublicam fiat. l. 1. D. ad legem Iuliam maieſtatis.

OCTAVO, tulit legem: Ne prouinciæ Prętorię plus quàm annum,

Source : BIU Cujas

annum,neu plus quàm biennium Conſulares obtinerẽtur. Cic. in Philip.1.& in Piſonem: Dion lib.43.

NONO, tulit legem de coloniis, ut ager Campanus viginti millibus ciuium extra ſortem diuideretur, eoq; colonia deduceretur Suet.in Iulio & Auguſto.

Fertur & alia quædam lex de infamibus, quæ quidem Auguſti tempore lata eſt,ab eone,an à Senatu,aut a Tribunis plebis, ignoratur. Cum poetæ abuti licentius ſtylo,& paſſim lædere ex libidine cœpiſſent plures bonos, ne quiſquam in alterum carmen infame proponeret: lege lata ſiluere.

— Lex eſt accepta,chorusq;
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.

Hæc Donatus in Terentium,ex Horatij libro de arte Poetica. Et meminit Horatius eiuſdem legis,ad Auguſtum:

— Quin etiam lex
Pœnaq; lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi: vertere modum,formidine fuſtis,
Ad bene dicendum delectandumq; redacti.

CONFIRMATIO MONARCHIAE, & ordinatio & tituli.

COctauius Aug.latis multis legibus, & pacato ferè toto terrarũ orbe,ita vt propterea Ianum tertiò clauderet, atq; ſalutis auguriũ faceret, quæ niſi quieto prorſus tranquillove imperio fieri aſſueuerãt:conſiliũ de Repub.reddenda & imperio deponendo habuit.Mœcenatis tñ ſentẽtia reuocatus, animum ad imperium lege firmandũ adiecit.Egit itaq; cenſum:edixit, ne qs Senator extra Italiam eſſet: & ne in ciues, qui Antonio adhęſerãt, tãquam ſibi ſuſpectos,aliquid moliri videtur, oẽs literas ad Antoniũ ſcriptas cremauit:pro more veteri collegæ faſces dedit, Senatus principem legit,populum muneribus & ludis delinitum, Senatores pecunia iuuit, ærarium publicum pecunia priuata ſuſtentauit:noĩa eorũ, qui in ærario deberent, publicis incenſis tabulis deleuit.Quæcunq; p̃ ius à Lepido & Antonio conſtituta erãt, ea oĩa vno edicto ſuſtulit. Quibus rebus cùm maximã gratiã apud populum ſibi conciliaſſet, aliam animi magnitudinẽ addere voluit.Conuocatis enim Senatoribus,& habita oratione, ſe imperio abdicare,idq́ue Senatui & pp̃lo tradere dixit.Tum Senatores, alij,q̃ parum fidei dictis eius haberent:alij,q̃ damna ex populari ſtatu extimeſcerent: alij,q̃ eius animi offenſionẽ,ſi aliter facerẽt, metuerent:precibus petentes coegerunt,vt imperium ipſe vnus retineret, ac S.conſulto ſatellitibus & cuſtodibus eius ſtipẽdium duplicarunt,vt diligentiorem cuſtodiam corpori eius adhiberẽt. Stabilitis hoc modo opibus,vt popularis videretur,totius Imperij gubernationem ipſe ſolus depoposcit: prouinciarum adminiſtrationem cum Senatu & populo cõicauit.Nam Senatui populoq; Aphricam,Numidiam,Aſiam, Græciã, Epirum, Dalmatiã, Macedoniam, Siciliã, Cretam cũ Cyrene, Bithyniam, Pontum, Sardiniã & Beticam,quæ pacatiores erant,tradidit.Sibi verò ſumpſit reliquam Hiſpaniam & Tarraconenſem,& Luſitaniã:& Galliam omnem,Narbonenſem,Lugdunenſem,Aquitanicam, Celticam,& corũ colonias,ut Germaniã,Cœlem Syriam, Phœnicẽ, Ciliciam,Cyprum & Aegyptum.Pòſt aũt Cyprum & Galliã Narbonenſem populo dedit,ab eo verò Dalmatiam accepit. His rebus actis,vt ab omni monarchiæ ſuſpicione alienus eſſet, ĩ decennium poteſtatem oĩum rerum ſibi ſumpſit.Tranſacto decennio in quinquẽnium,ac deinde in alterum quinquennium,poſt iterũ in decẽnium,eo lapſo in tertium decẽnium & petijt,& obtinuit. Multi honores ipſi à Senatu decreti ſunt,& habiti.Laur⁹ ante regiam eius,cum corona querna,q̃ hoſtes viciſſet, & ciues conſeruaſſet,poſita:regiæ eius palatij nomen datum: Auguſtus noĩatus, quaſi qui maior eſſet homine.Omnia enim quæ maximo honore digna & ſacra ſunt.Auguſta dicuntur. Dio, Suetonius,Eutropius.Poteſtate itaq; omni, quam & Senatus & populus obtinuerat,ad Auguſtũ delata, ab eo certiſſimæ monarchiæ initia ducta ſunt.Quia verò Monarchę,Regis,& Dictatoris nomẽ populi auribus graue:& illud Brutij hoc Antonii lege è Republica ſublatũ erat, Cæſaris,Auguſtiq; nomen adſumpſit:quibus nulla ipſi poteſtas addebatur:Illo enim generis ſucceſſio, hoc dignitatis ſplendor & amplitudo indicatur: quæ deinde nomina Imperatorum Romanorum propria facta ſunt.

LEX REGIA.

Anno Vrbis 729.C.Cæſare Auguſto 10. & C.Norbano Coſs. lata eſt lex Regia,atteſtante Dione lib.53.& Tacito in Annalib⁹. Lege hac ſumma & regia poteſtas, quam ſibi populus Rom. ab eiectis regibus ſumpſerat,in vnum principẽ translata eſt: vt is quidem ipſe nulla legis neceſſitate teneretur, omniq; ſcripto iure ſolutus eſſet:ei verò parerent oẽs. Quod igitur, vt Arcadius I.C. ait,principi placuit,legis habet uigorẽ. Ab eo itaq; tempore Imperatores conſtitutiones edere, & reſcribere ad propoſitas facti qõnes cœperunt:idq; nõ ſine Senatus,vel iuriſperitiſſimorum uirorum conſilio.Auguſtus enim Antiſtium Labeonem,celeberrimũ tum Iureconſultũ,ſibi adhibuit:Adrianus, Senatũ:inſequuti,alios.Alexander nullã conſtitutionem ſacrauit ſine viginti Iuriſperitis, & doctiſſimis ac ſapientiſſimis viris:ijs deniq; diſertiſſimis non minus quinquaginta,vt non pauciores in conſilio eſsẽt ſententiæ,quàm quot Senatuſconſultum conficerent. Et id quidem ita,vt iretur per ſententias ſingulorum,ac ſcriberetur, quid quiſque dixiſſet. Dato tamen ſpacio ad diſquirendum, cogitandumq́ue. Sic reliqui Principes,alios ſemper ſibi adiunxerunt doctiſſimos conſultiſſimosq; viros, quorum autoritate iudicioq́ue leges facerent:petentibusq; de Iure reſponderi,reſcriberẽt. Quæ deinde Principum conſtitutiones,nec non reſcripta, ab Adriani temporibus ad Iuſtinianum vſque, eius mandato in vnum codicem congeſta ſunt. A Cæſaris enim Auguſti temporibus vſq; ad Adrianum nullæ fermè conſtitutiones extant,niſi vel ab hiſtoricis,vel ab Iureconſultis referantur.

Anno Vrbis 714. P.Falcidius tribunus plebis legem Falcidiam tulit,cuius capita referuntur ſub tit.Pandectarum,ad legem Falcidiam: & ab Iuſtiniano in Inſtit.tit.eodem.

Anno Vrbis 752. P.Furius Camillus, C.Caninius Gallus legẽ de manumiſſione tulerunt.Extant huius legis capita apud Vlpia. in Inſtit.& Paul.lib.4.Senten.& Caium in Inſtit. & apud Iuſtinianum in Inſtitut.Quam legem præceſſit Furia,de teſtamentis: Ne cui,niſi manumiſſoris cognato, certisq; aliis perſonis ſupra mille aſſes legare,mortisve cauſa donare liceret. Quòd ſi quis maiorem ſummam ſibi legatam accepiſſet,quadruplum eius,quo plus quàm licebat accepiſſet,redderet. Cicero pro Balbo, & in Verr. Iuſtinianus in Inſtit.de lege Falcidia: Vlp.Inſti.cap.1.& 28. Hanc ſubſequuta eſt Aelia Sentia.

Anno Vrbis 756. S.Aelius & C. Sentius legẽ tulerunt: vt qui ſerui pœnæ cauſa vincti à domino,quibusve iniuſtæ notæ fuerãt, quive propter noxam torti,nocentesve inuenti, quive traditi vt ferro,aut cum beſtijs depugnarent,quive in cuſtodia fuiſſent,ij ſi manumitterentur, nõ ciues Romani, ſed dedititiorum numero eſſent:ideſt,vt neq; connubium,neq; commercium,neque teſtamenti factionem haberẽt: vt minorem triginta annorũ ſeruum vindicta aut teſtamẽto, niſi cauſa apud conſiliũ probata, manumittere non liceret.Nec dñs xx.annis minor, ſeruum, niſi cauſa apud conſilium probata,manumitteret: vt ſeruus ab eo dño qui ſoluendo nõ eſt,teſtamento liber eſſe iuſſus, & hæres inſtitutus, & ſi minor ſit xx.annis,vel in ea cauſa ſit vt dedititi⁹ fieri debeat, ciuis Romanus & hæres ſit, ſi tñ alius ex eo teſtamento hęres nõ ſit.Quòd ſi duo,pluresve liberi hęredesve eſſe iuſſi ſunt,primo loco ſcriptus liber & hæres ſit. Vt ſi patronus libertum inopem nõ aluerit,primum libertatis cauſa impoſitis tã ipſe, quàm is ad quẽ ea res pertinebit,mulctetur: deinde ipſius hęreditate tum ipſe,tũ ipſius liberi priuentur,niſi hæres inſtitutus ſit. poſtremò à bonorum poſſeſſione remoueatur,præterquã ſecundum tabulas. Ne dominus in manumittendo ſeruo,ſeruave,legẽ ei de contrahendo matrimonio,quæ ciuis Romani libertatem imminuat, imponat. ſi ſecus faxit,ad eius legitimam hæreditatem ne admittatur. Vlp.& Iuſtin.in Inſtitu.Iulian.in l.42.& Paulus in l. 55. 57.60.83. D.de hæred.inſtit.& l.70.D.de verb.obl.

Anno Vrbis 771. M.Iunius Silanus L. Norbanus Balbus legẽ de ſtatu libertinorum tulerunt. Capita ſunt: Vt ij ſerui,qui neq; cenſu,neque vindicta,neq; teſtamento,ſed aut per epiſtolam,aut inter amicos,aut conuiuij adhibitione liberi fierent,nõ ciues Romani,ſed eodem iure quo Latini coloni eſſent. Vt ſi Latinus ciuẽ Romanã vel Latinam vxorẽ duxerit,teſtatione interpoſita,q̃ liberorum quærendorum cauſa vxorem duxerit: poſtea filio filiave nato,natave,& anniculo facto,poſſit apud prætorẽ vel præſidem prouinciæ cauſam probare,& fieri ciuis Romanus, tam ipſe quàm filius, filiave eius, & vxor,ſcilicet ſi & ipſa Latina ſit. Vt Latinorũ legitimę ſucceſſiones nullæ prorſus eſſent:ſed eorũ bona manumiſſores,tanquã ſeruorũ peculia ſibi haberẽt.Vt libertius ciuitatis Rom.non antè hẽrent, quàm ius aureorũ annulorũ, aut nataliũ reſtitutionẽ à principe impetraſſent.Vlp.in fragm. & Iuſtin.in tit.de ſucceſſ.libert.& Nouella 78.Hæc autẽ lex,primùm S.conſulto Largiano, deinde D.Traiano edicto ſublata eſt. poſtremò Iuſtiniani conſtitutione tota abrogata: qua conſtituitur, ut omnes libertini,ſublatis antiquis differentijs, ciues Rom.ſint. §.ſed hęc de libertinis.Inſt.de ſucceſſione libertorum.

Feruntur & aliæ incertis autoribus leges: Vt neq; libera, neq; ſerua biberet vinum, neq; verò clarorum virorum quiſpiam à pube vſq; ad 35.annum.Aelian.

Item: Ne duo ex eadem gẽte idem ſacerdotiũ haberẽt. Dion

Item:Ne Dictatori equũ conſcẽdere liceret. Plutarc.in Fabio.

Item:Vt ciues Rom.annos x.cum vſus Reip. poſtularet, militarent.Plutarch.in Gracchis.

Item: Vt is qui ciuem ab hoſte liberaſſet,querna corona donaretur.Plutar.in Coriol.

Item lex de triumpho: Ne quis triumpharet,niſi qui hoſtium quinque millia vna acie cecidiſſet. Val.Max. lib.2. cap.3.Vt ſolis Conſulibus & Ducibus triumphare liceret. Plutarc.in Pomp. & Catone Vtic.Ne qui triumphaturus erat, ante triumphũ vrbem ingrederetur.Plut.in Pomp.

Item lex,quæ ſumptum ſepulchrorum definiebat:Vt qui eum modum ſperaſſet,tanta pecunia,quãtam prẽter modum impendiſſet,mulctaretur.Cicero ad Att.lib.12.epiſt.33.

Itẽ lex:Vt ijs magiſtratibus, qui à Dictatore creati eſsẽt, lictoribus

ribus,curuli ſella,& prætexta toga vtendi ius eſſet . Dion lib.43.

Item lex caſtrenſis: quæ pro deſertore habet,ſi quis vlterius ſecedat quàm vnde ſigna videri poſſint.App.in Libyco.

Item lex de comitijs: Ne is qui comitiis præeſſet,ſui rationem in magiſtratu petēdo haberet.Liu.lib.10.Ne quis inſpiciat tabellam,ne roget,ne appellet.Cic.de Leg.lib.3.

Item lex de liberis: Vt numerus liberorum in candidatis præpolleret.Tacit.lib.2.Quæ lex pars legis Iuliæ Popeæ fuit.

Item lex de trigeminis: Vt quibus trigemini liberi nati erant, iis ad alendos pueros ſumptus de publico ſuppeditetur. Dion libro 3.

Hæ ferè ſunt leges,tam ad publicum,quàm priuatum Reipub. Rom.ſtatum pertinentes: quæ paſſim apud Romanæ hiſtoriæ ſcriptores extant. Videndum iam erat, qui legum ferendarum poteſtatem habuerint: quo in loco,quo tempore,quib. de cauſſis: quæ omnia cùm diligentiſſimè doctiſs. vir Paulus Manutius in lib.Antiquitatum tradiderit,volui Lectorem eò potius remittere,quàm doctiſſimum virum hac in re, ſi meum Opus eius labore augerem,offendere. Quamuis non dubitem,publici eum commodi hac quoq; in re rationem habiturum eſſe.

HISTORIAE IVRIS CIVILIS

LIBER SECVNDVS.

DE PRVDENTVM RESPONSIS,

De Senatuſconſultis, De prętorum edictis.



VEMADMODVM Romanum Imperium à regibus cœpit: ita eorūdem legibus gubernatum initiò,& adminiſtratum fuit.Pulſis deinde eiectisq; regibus, leges quoq; eorum in deſuetudinem abiere.Tota itaq; gubernatio ad Conſules delata eſt,à Cōſulibus ad Tribunos peruenit.Inde orta contentione inter Patres & Tribunos pro legibus ferēdis, leges extraneas habere placuit. Anno itaq; Vrbis 302.quàm condita erat,Decemuiri creati: qui ingenti hominum expectatione,propoſitis decem Tabulis, omnibus ſummis infimisq; iura ęquarunt.Verùm lęta eius Magiſtratus initia nimiū luxuriauere: & eo citius lapſa res eſt,repetitumq; duobus vti mandaretur Conſulum nomen, Imperiumque. Decemuiratus igitur biennio tm̄ durauit. Tādem itaq; explicatio legum ad prudentes delata eſt,& peruenit. Iuris ciuilis autem ſcientiam plurimi & maximi viri profeſſi ſunt,quos,Pomponium I.conſultum ſequutus,ordine referam: & quantum in compendioſo ſcripto fieri poteſt,vitas eorum perſtringam. Fuit verò primus Iuris ciuilis peritus Papyrius: ab eo itaque tanquam fonte ordiar.

PAPYRIVS.

PApyrius, vel (vt veteres Romani loquebantur) Papyſius, ex gēte patricia oriūdus,honeſto ocio & quieti deditus, primus rex ſacrificiorum creatus eſt.Hic in primis Iuris peritus fuit, & leges oēs regias in vnum contulit.Nam cum antea Ancus Martius rex Rom.leges ſacras à Numa latas,in deſuetudinem iam abeuntes,reduxiſſet in ciuitatem: easq; ex commentarijs Pontificū exſcriptas,in foro tabulis quernis ſculptas propoſuiſſet:eiectis inde regibus,Papyrius hic ſacras omnes profanasq; leges, à regibus latas,in vſum publicum deduxit, conſcripto codice,quem poſtea ius ciuile Papyrianum appellarunt: nō ꝙ ibi quidquam Papyrius de ſuo adiecerit,ſed ꝙ leges varijs temporibus latas,& ſine ordine apud Pontificum commentarios deliteſcēs, in vnum corpus compoſitas inuulgauerit.Eæ paulò pòſt, cum duodecim Tabulæ ferrētur,Tributa lege abrogatæ ſunt. Vrbe inde à Gallis Senonibus capta,atq; incenſa,ſimul cum cęteris ex illo incendio cōquiſitę,& in vulgus editę, niſi ſi quę ad ſacra pertinerent. Illę enim à Pontificibus maximè, vt religione obſtrictos haberent multitudinis animos,ſuppreſſę ſunt. Hunc aūt Papyrij librum ad ętatem Pomponij peruenisſe, facilè ex eo conſtat.Vixit hic Papyrius ſub Tarquinio Superbo.Ex quo apertè Zaſij error detegitur, qui Papyrium putat eum eſſe, quem Prętexatū vocant. Nam vt Dion ſcribit,primus rex ſacrificulus creatus fuit, quē Maniū appellat.

APPIVS CLAVDIVS DECEMVIR.

CLaudiorū familia ex Sabinis originē traxit.Cùm enim Sabini bellū in Romanos molirent̄,Claudius quidā huius Appij auus,& inter ſuos honorato loco natus,pacis autor fuit.Quę res effecit,vt à turbatorib.premeretur. Cūq; factioni par non eſſet, collecta magna clientū manu,Romā ſexto anno poſt exactos rēges,Regillo fugit,vbi receptus eſt. Huius filius Cōſul factus,reliqt hunc Appiū Claudium,hoīem acri quidē ingenio, verùm plebi infeſto:& qui familiā deinde magis afflixit,quàm honeſtauit. Primùm igitur cū plebē Patrum decretis nimiū premi videret (Patres.n.plebiſcitis teneri minimè volebāt) ipſe autor fuit populo Rom.vt à Græcis leges peterent. Ceperat.n.Appiū cupido extraordinarij magr̄atus,quò leges pr̄iæ daret, quæ eſſent ciuilis cōcordiæ ac pacis,iā primùm inter ordines labefactatę,ppetuū ſtabilimentū.Præclaro ſanè cōſilio,ſi non mox ptātis magnitudine nimiū delectatus,aīum ad tyrannidē conuertiſſent.Dictis itaque in vtramq; partē ſnīs,cùm alij peregrinas leges reſpuerēt, & patriis inſtitutis manendū eſſe cēſerent,vicit tm̄ Appii ſnīa. Placuit igit̄ ſtatim Decēuiros creari,ſine prouocatione,qui cōfeſtim magr̄atū inirent:& ne quis eo anno alius magr̄atus eſſet: vtq; ij ex pr̄iis inſtitutis,Græcisq; legibus optima quæq; diligenter interpretantes,Reip.futuræ cōmoda iura cōderent. Qua aūt rōne allatę ſint leges duodecim Tabularum,& publicè pro roſtris propoſitæ,ſuprà lib.1.dictum eſt. Tandem hic Appius Claudius ob attentatā Virginii filiam,nec non vindicatā filiam à patre per necem, ſibi manu laqueoq; mortem conſciuit: quemadmodū longa narratione Liuius recitat.In cauſa fuit,vt Decemuiri abdicarētur. Reliquit filium, qui pòſt aliquot annis præfectus vrbis fuit: & eodē prēnomine nepotem,cognomine Craſſum,vel patrem, uel auū Cæci.Pomponius hunc Appium decemuirum ſcripſiſſe librū de vſurpationibus refert, qui ad ſua tamen tempora non peruenit.

HERMODORVS.

HIc Epheſius Iurecōſultus fuit.Interpretatus eſt leges xii.Tabularum,quas legati ex Græcia attulerant, ob eamque cauſam ſtatua ei in comitio dicata eſt.Plin.lib.34.cap.5.Strabo li.14. & Pompon.in l.2.de origine iuris.

APPIVS CLAVDIVS CAECVS.

HIc Appius Claudius Cęcus,pronepos Appij Claudij decēuiri fuiſſe exiſtimatur.Functus eſt cenſura anno Vrbis 441.M. Valerio Maximo & P.Decio Coſs.Liuius,Eutrop.Caſsiod.Frontinus, Cicero in Catone.Quo in numero quidā vir doctus errat, qui cenſorem eum ponit,Sempronio & Sulpitio Coſs.anno Vrbis 449. Eius quidē cēſura celebris maximè & clara ad hodiernū diē eſt.Viā enim Capenam,Roma Capuā vſque, centū triginta quinq; millib.paſſuum muniuit:eiusq; partē plurimam, lucis qui eminerent exciſis, vallibus cauisque per opportuna explementa cōplanatis,ſolido lapide ac ſilicib.longè cōuectis, quadratisq; ac leuigatis,atq; inter ſe coagmentatis cōſtrauit.In quo ope prouētus oēs publicos inſumpſit,æternum ea ſui publici cōmodi curatione monumentum relicturus.Siquidem ea deinde via Brundusium vſq; ſtrata, itinere in Græciā atq; Oriētem maximè frequentata eſt:ab Appio tamē vltra Capuam non perfecta. Diod.Sicul. Viæ latitudo patuit,ut plauſtra duo ſibi occurrentia latè peruaderent.Ab Appio via Appia dicta eſt,& ad hodiernū vſq; diem durat. Præterea, cùm populus Romanus p annos quadringentos quadraginta amplius,Tyberinis aquis, aut puteorū, aut fontium vſus fuiſſet, Appius ſimiliter populo rem gratam facturus, aquā Appiam in vrbem inuexit: ea aqua,decem millib. amplius, procul vrbe petita eſt. Deinde hic Appius nobilitati, auito exēplo, infenſus,in legendo Senatu plebeios libertosq;ue,vel (vt Sueton. tradit) libertinos ingenuos ex manumiſſis ortos, multos immiſcuit nobilibus honeſtisq; ciuibus:infamem nullum Senatu mouit,quod facere Cenſores ſolebant.Cuius inuidiæ ucrecundia victus collega,magiſtratu ſeſe abdicauit.

Conſules itaq; inſecuti,initio anni,queſti ſunt apud populum deformatum ordinē praua lectione Senatus eſſe , qua potiores aliquot lectis prætereti eſſent.Negauerunt eā lectionē ſe, quę ſine recti prauiq; diſcrimine ad gr̄am ac libidinem facta eſſet,obſeruaturos:& Senatū extemplò citauerunt.Verùm Appius, cum eam lectionem à nemine ratam haberi videret, nec in curia adeptus eſſet,quas petiuerat opes vrbanas,nouo exēplo,humilib.per oēs tribus diuiſis, forum & campum corrupit: poteſtatemq; omnibus,in qua quiſq; tribu poni,& vbi cenſeri vellet,effecit.Quæ comitia tantum indignitatis habuerunt, vt pleriq; nobiliū annulos aureos deponerent,& phaleras. Ea forēſi factione,quinto anno pòſt,C.Flauium,Cnei filium, ſcribam , ædilem curulem creauit.

His igitur rebus, conflatā ſibi apud clariſſimos viros inuidiam ſentiēs Appius,cauit ne quem aliorū ciuium offenderet . Voluit enim ſibi propugnaculum aduerſus odia nobilium , in vulgariū beneuolentia collocare. Recenſendis itaque equitibus, nemini equum ademit. Tibicines tm̄ prohibuit in æde Iouis veſci:quod traditum antiquitùs erat.Illi ægrè paſſi , Tibur vno agmine abierūt:vixq; per ſomnum in plauſtris reuecti, reſtituto iure, auctaq; licentia retenti ſunt . Extat quoq; in eius cenſura inſigne exeplū pœnæ diuinæ ob mutatam religionē.Appio enim authore, corrupta precio quinquaginta millium grauis æris Potitia gēs(cuius ad aram maximam,Herculis familiare ſacerdotium,iam inde ab Euandro, dono Herculis ipſius, multis ante vrbē cōditam annis fuerat) ſeruos publicos, miniſterii delegandi cauſa , ſolēnia eius ſacri docuerat. Traditur inde dictu mirabile, & quod dimouendis ſtatu ſuo ſacris religionem adferre facilè poſſit.

Cum duodecim familiæ ea tēpeſtate Potitiorum eſſent,puberes ad triginta,omnes intra annū, trigeſimumq; adeò intra diem cum ſtirpe extinctos:nec nomen tantū Potitiorum interiiſſe,ſed cēſorem etiam Appium, memori Deùm ira poſt aliquot annos

luminibus

Source : BIU Cujas

luminibus captum.Liuius lib.9. Quamuis quidam cum expleto magiſtratu,vt Senatus inuidiam declinaret,cæcitatem ſimulaſſe, ac ſe domi continuiſſe,authores ſint.

Permulti quoq; anni erant, cum inter patricios magiſtratus, Tribunosq; nulla certamina fuerant.ex ea tñ familia,quæ velut fatalis Tribunis, ac plebi erat,certamen ortum.Nam Appius Claudius cenſor,circumactis decem & octo menſibus,quod Aemilia lege finitum cenſuræ ſpacium tpis erat, nulla vi ad deponendum eum magiſtratum compelli potuit. Quæ res effecit,vt P.Sempronius Sophus, qui tum tribunatum gerebat, longa oratione habita,minimè parentē Appium prehendi,ac in vincula duci iuberet. Approbantibus tñ tribus tribunis Sempronij actionem, reliqui collegæ tribuni Appio auxilio fuerunt. Summa itaq; inuidia omnium ordinum ſolus cenſuram quinquennio(quod initio ſpatiū eius honoris fuerat) geſſit. Vt igitur tandem cenſura dimoueretur,cùm L.Volumnio anno Vrbis 446. conſul eſt factus. Liuius, & Cicero in Catone.Verùm in eo magiſtratu memoria dignum ab eo geſtum nihil traditur.

Sexto anno poſt, cum Tribuni legem ferrent de communicādis facerdotiis, plebeiis hominibus, quæ ſacerdotia ad eam diem propria nobilium manſerant: Appius acerrimè ſe oppoſuit, ad extremum verò Decius Mus obtinuit,vt plebs quoq; in partē ſacerdotiorum admitteretur:ſicuti antea conſulatus,cenſurę,dictaturæ ius impetratum fuerat.

Proximo anno Appius comitiorum gratia interregnū geſſit. Sic Cicero in Bruto ait: Interrege Appio Cæco,diſerto homine, comitia ꝫ leges habente, cùm de plebe Conſulem non accipiebat,M.Curium tribunum Patres ante autores fieri coegiſſe.

Triennio iterum poſt, hoc eſt,anno Vrbis 457.nouæ factionis author extitit. Cum enim Q.Fabius,vir nobilis ſummo ſtudio a cunctis centuriis Conſul crearetur. Appius quoq; vir acer & ambitioſus,non ſui magis honoris cā,q̄ vt patricij recuperarent duo conſularia loca,cùm ſuis,tum totius nobilitatis viribus incubuit, vt ſe cum Q.Fabio conſulem dicerent. Cum autem Fabius conſulatum recuſaret, L.Volumnius de plebe cum Appio Claudio Conſul eſt factus,priore item conſulatu inter ſe comparati.Q.Fabius pro ea modeſtia hoc reportauit, vt nobilitas diceret, fugiſſe eum,ne Appium collegam haberet: cum eloquentia ciuilibusq; artibus haud dubiè Appius eum ſuperaret.

Hoc igitur cōſulatu concitati ſunt quatuor maximi ea tempeſtate per Italiam populi,Samnites,Hetruſci,Galli & Vmbri.Huic bello præfectus eſt Appius Claudius. Secutæ ſunt eum duæ legiones Romanæ,prima & quarta,& ſociorum duodecim millia. Ipſe Appius nihil ſatis ſcitè,aut fortunatè geſſit.Accerſitus igitur eſt ex Samnio L.Volumnius: Appio abnuente literas miſſas,Volūnio affirmante Appij ſe literis accitum. Appius enim ſi nihil ſcripſerat,haud dubiè iratum animum habebat: ſi verò egerat ope, illiberali & ingrato animo diſſimulabat: vix enim ſalute mutua reddita,cùm obuiam egreſſus eſſet.Satin ſaluæ,inquit,Luci Volūni: vt ſeſe in Samnio res habent?quæ te cā,vt prouincia tua excederes,induxit? Volumnius, in Samnio res proſperas eſſe ait, literis eius accitum veniſſe:quæ ſi falſæ fuerint,nec vſus ſui ſit in Etruria,extemplò conuerſis ſignis abiturū.Tu verò abeas,inquit,neq; te quiſquam moratur. Etenim minimè conſentaneum eſt, cùm bello tuo forſitan vix ſufficias,hic te ad opem ferendam aliis gloriari veniſſe. Bene Hercules verteret,dicere Volumnius: malle fruſtra operam inſumptam, q̄ quicquam incidiſſe,cur nō ſatis eſſet Hetruriæ vnus Conſularis exercitus.

Digredientes iā Coſs. legati tribuniq; ex Appiano exercitu circumſiſtūt:pars Imperatorem ſuum rogare,ne collegæ auxilium, quod vltrò accipiendum fuerit,ſua ſpōte oblatum ſperneret. Plures abeūti Volumnio obſiſtere, atq; obteſtari,ne prauo cum collega certamine Rempublicam perderet. Si qua clades incidiſſet, deſertori magis,q̄ deſerto noxę fore:eò rem adductam,vt omnis rei benè,ac ſecus geſtæ in Hetruria decus dedecusq; ad L.Volumnium ſit delegatum:neminem quæſiturum,quæ verba Appij,ſed quæ fortuna exercitus fuerit: Dimitti ab Appio eum,ſed a Republi. & exercitu retineri: experiretur modò voluntatem militum. Hæc monendo obteſtandoq; prope reſtitantes Coſs. in concionē pertraxerunt. Ibi orationes longiores habitæ,in eandē fermè ſnīam,in quam inter paucos certatum verbis fuerat.Et cū Volūnius cā ſuperior, ne infacūdus quidem aduerſus eximiam eloquētiam collegæ viſus eſſet:cauillansq; Appius ſibi acceptum referri diceret debere,ꝙ ex muto,atque elingui facundum ēt Coſſ.haberent:priore ꝯſulatu, primis vtiq; menſibus hiſcere eum nequiſſe, nunc iā populares oīones ſerere.Quā mallē (inquit Volumnius) tu à me ſtrenuè facere, q̄ ego abs te ſcitè loqui didiciſſem. Poſtremò conditionem ferre,quæ decretura ſit,non orator (neq; id deſiderare Rempub.) ſed Imperator vter ſit melior. Hetruriam & Samnium prouincias eſſe:vtram mallet,eligeret:ſuo exercitu ſe, vel in Hetruria,vel in Samnio rem geſturum. Tum militum clamor ortus,vt ſimul ambo bellum Hetruſcum ſuſciperent. Quo animaduerſo conſenſu, Volumnius:Qm̄ in collegæ voluntate interpretanda,inquit,erraui,non cōmittam, vt quid vos velitis obſcurum ſit: manere an abire me velitis,clamore ſignificatæ. Tum verò tantus clamor eſt exortus,vt hoſtes ex caſtris exciret. Armis ereptis in aciem deſcendunt:& Volumnius ſigna canere, & vexilla efferri è caſtris iuſsit.Appium addubitaſſe ferunt,cernentē, ſeu pugnante ſeu quieto ſe,fore collegæ victoriam:deinde veritū, ne ſuæ quoq; legiones Volumnium ſequerentur:& ipſum flagitantibus ſuis ſignum dediſſe.Ab neutra parte ſatis commodè inſtructi fuerunt.Samnitium enim dux Gellius Egnatius,pabulatum cum paucis cohortibus ierat,& milites ſuo impetu magis, q̄ cuiuſquā ductu,aut imperio pugnam capeſſebant. Romani quoq; exercitus,nec pariter ambo ducti,nec ſatis tpis ad inſtruendum fuit. Pugnatum tamen eſt,fuſi fugatiq; hoſtes, ſeptem millia, ac trecenti occiſi,duo millia & centum viginti capti. In medio pugnę diſcrimine Appius,Bellonæ,ſi ſibi victoriam daret,templum vouit.Ea parta,Bellonam victricem celebrauit.

Ex Conſule factus eſt prætor anno Vrbis 458.Videbatur enim ad verborum linguæq;, quàm armorum certamina, paratior: cū eſſet callidus ſolersq; iuris,atq; eloquentiæ conſultus. ideoq; iuri ac foro magis idoneus, quàm ad bella gerenda aptus Bello itaq; præfectus eſt Fabius.

Eodem tñ anno,mortuo Fabio Coſ.& reintegrato bello cum Samnitibus, aduerſus eos Appius Claudius prætor cum exercitu mortui conſulis miſſus eſt, & pugnauit in agro Stellati infeſtiſſimis animis:hinc ira ſtimulante aduerſus rebellantes toties, illinc ab vltima iam dimicantibus ſpe: Cæſa ergo Samnitum ſedecim millia trecenti: capta duo millia ſeptingenti. Ex Romano exercitu ceciderе duo millia ſeptingēti. Victoriam Fabianam deſcribit Oroſ.Flor.Cic.in 2.de Fin.& in Catone maiore.

Poſt ſex deinde annos, nempe 464.M.Valerio Coruino & Q. Seditio Noctua Coſſ.Pyrrhus Epiri rex,Alexādri Magni ſucceſſorum opibus adiutus,per ſpeciem ferendi Tarentinis auxilij bellū in Romanos gerens, cum eos ita profligaſſet,vt Præneſte vſque milliario fermè ab vrbe vigeſimo proceſſiſſet,admiratus Fabricij cæterorumq;,vt ferunt,conſtantiam,legatum Cyneam nomine miſit,qui pacem ita peteret atq; offerret,vt partem Italiæ, q̄ iā armis occupauerat,retineret.Senatus clade perterritus,& grauiora metuens,ad pacem ſocietatemq; iam prope modum inclinabat. Appius itaq; vir ampliſſimus quidem,cæterùm ſenectute & orbitate oculorum a Reipub.muneribus vacans,auditis iis quę a rege nunciabantur,ac rumore obtinente,Senatum pacem eſſe decreturum,tolerare non potuit, ſed in curiam ſe deferri iuſſit. Latus igitur in lectica per forum,vbi ad ianuā curiæ peruenit, filij ſimul & gener ſuſcipiētes ipſum,ſtipantesq; in Senatum duxerunt. Cū patres ad conſpectum tanti ſenatoris obmutuiſſent, ille, vbi ſuo loco conſtitit,ita dicere eſt orſus:Equidem antea P.C.meam hāc oculorum fortunam permoleſtè ferebam:nunc autē doleo,atq; angor,ꝙ non vltra cæcitatem ipſam,ſurdus etiam ſim, ne turpes conſultationes ac ſententias veſtras, quæ huius vrbis gloriam ſubuertunt,audire compellerer.Vbi enim illa eſt ferocia,quā crebro verbis vſurpare ſoletis,affirmantes: Si Magnus Alexander in Italiam profectus,nobiſcum adoleſcentibus,aut cum patrib.noſtris tum florentibus,geſſiſſet bellum,nequaquam eum tunc, vt inuictum, gloriam relaturū:ſed aut fuga, aut morte ſua,maiorē huic vrbi gloriam,nomenq; relicturum fuiſſe?Hanc igitur verborum inſolentiam,nunc rebus oſtendite. Chaones & Moloſſos,q ſemper Macedonum præda fuere, & Pyrrhum regem eorum formidatis:qui vnum ex Alexādri ſatellitibus ſemper ſecutus eſt,ac coluit. Et nunc,non tñ Tarentinis auxilium ferens, q̄ hoſtes domi fugiens,in Italia verſatur,auſus profiteri principatum in Italia:cū potentia,quæ ad exiguam Macedoniæ partem conſeruandā ſufficere non valuit. Itaq; nō hunc remouebitis, ſi amicum feceritis: ſed alios cōtemptu noſtri inuitabitis,quaſi ſuperare nos facilè ſit, ſi Pyrrhus abeat,nō modò pœna non data eorum quæ ꝫ nos geſſit:verùm etiam mercede accepta fœderis eo authore cum Tarētinis Samnitibusq; recipiendi.

Itaq; acerba in Patres oratione inuectus,pacem vt inſalubrem diremit, & ad belli ſtudium animos traduxit. Neq; id modo: ſed ēt admitti in vrbem Pyrrhum,inſpiciendi amicè gratia id orantē vetuit. Renunciatum eſt igitur Pyrrho a Romanis,eum cum Romanis,niſi ex Italia decederet,pacem hſe non poſſe. Et quod in armis eſſet,populum Romanum in eum geſturū bella,vel ſi mille Coſ.viciſſet.Itaq; Cyneas legatus admiratione plenus,reuerſus quærenti Pyrrho reſpondit: Regum ſe patriam & confeſſum vidiſſe: talesq; Romæ eſſe oēs ſigillatim, qualis vnus Pyrrhus apud Epirum & reliquam Græciam putaretur: & aduerſus Lernæam quandam hydram pugnari, tñ eſſe & militum & populi numerum. Salubre Appij conſilium euentus comprobauit: nam paulo poſt Pyrrhus vi victus, atq; Italia expulſus eſt. Eius orationis initium Ennius in Annalibus ita expreſſerat:

Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant
Antehac, dementi ſeſe flexère ruina?

Hæc de rebus eius geſtis tam bello, q̄ pacem. Non minorē aūt in Iuris ciuilis peritia,& eloquentiæ ſtudio celebritatem cōſequutus eſt. Nonnullæ enim mortuorum laudationes vſq; ad Ciceronis extremam ętatem peruenere:quæ ita probatę ſunt,vt inuenti ſint qui Appium, q̄ Catonem,magis imitarentur. Legitur & car-

men

Source : BIU Cujas

men quoddam ab eo relictum, a Pythagoreorum institutis non abhorrens: quod Panętius Stoicus philosophus in quadam ad Q. Tuberonem epistola valde laudauit. Pomponius verò refert, eũ actiones scripsisse: & affirmat, Appium vsum R literæ, ad multa nomina quæ prius per S enunciabantur, traduxisse, vt pro Valesiis Valerii, pro Fusiis Furii dicerentur.

Fertur eius dicterium: Negocium populo Romano melius esse, quàm ocium.

Vita functus est decrepita prorsus ætate, cùm multos antea annos sine luminibus exegisset. Reliquit quatuor filios, & quinq; filias. Ita vixit, vt nec priuato commodo, nec publico muneri defuerit. Exemplum de insolentia filię refert Gel. lib. 10. cap. 6. Quæ ob verba improba ac inciuilia mulctam dedit æris grauis xxv. millia. Ab Appio originem ducunt, Tiberius, C. Caligula, Claudius Drusus Germanicus.

C N. F L A V I V S.

ORtus est patre libertino, & humilis fortunę homine. Appij Claudii Cęci scriba factus, clam Ius ciuile, in pontificũ pene tralibus repositum, furatus est, & euulgauit. Vnde apud plebem eam gratiam consequutus est, vt Aedilem curulem eligeretur.

P. SEMPRONIVS SOPHVS.

SEmproniorũ familia inter patricias familias antiquas nõ incelebris fuit. Ex hac originẽ habuit Sẽpronius: cui populus Romanus ob insignem sapientię laudẽ, Sapientis cognomẽ indidit.

Primùm factus est Tribunus plebis: In Tribunatu dixit contra Appium Claudium, qui circumactis decem & octo mensib. censuram deponere recusauit. Quæ actio nõ popularis magis quàm iusta, nec ĩ vulgus quàm optimo cuiq; gratior fuit. Nitebatur Sophus lege Aemilia, cuius author fuit Aemilius Mamercus dictator, qui quinquennalẽ ante cẽsuram, & longinquitate potestatis dominantem, intra sex mẽsium & anni coegerat spaciũ. Contrà Appius negabat, interrogationẽ Tribuni magnopere ad causam pertinere suam. Nam etsi tenuerit lex Aemilia eos censores, quorum in magistratu lata esset: quia post illos censores creatos eam legẽ ppl's iussisset, quodq; postremũ iussisset, id ius ratumq; esset: non tñ aut se, aut eorũ quenquam qui post eam legem latã creati censores essent, teneri ea lege potuisse. Cui rñdit Sempronius Sophus ĩ hęc verba: En, inquit, Quirites, illius Appii progenies, qui Decemuir in annum creatus, altero anno seipse creauit: tertiò, nec ab se, nec ab vllo creatus, priuatus fasces & imperium obtinuit: nec ante continuando abstitit magistratu, quàm obruerẽt eum male parta, male gesta, male retenta imperia. Hęc est tãdem familia, Quirites, cuius vi atq; iniuriis cõpulsi, extortes pñia Sacrũ montem cępistis. hęc, aduersus quam Tribunitiũ auxilium vobis comparastis. hęc, propter quam duo exercitus Auentinum insedistis. hęc quę fœnebres leges, hęc quę Agrarias semp impugnauit: hęc, connubia patrum, & plebis interrupit: hęc, plebi ad curules magistratus iter obsepsit. Hoc est nomẽ multo quàm Tarquiniorũ infestius vestræ libertati. Itane tandem, App. Claudi, cum centesimus iam annus sit a Mamerco Aemilio dictatore, tot censores fuerint nobilissimi fortissimiq; viri, nemo eorũ duodecim Tabulas legit? nemo id ius esse, qđ postremò ppl's iussisset, sciuit? Immo verò oẽs sciuerunt: ideò Aemilię potius legi paruerunt, q̃ illi antiquę, qua primùm censores creati erant: quia hanc postremùm iusserat populus: & quia ubi duę p̃rię leges sunt, semp antiquam abrogat noua. An hoc dicis Appi, nõ teneri Aemilia lege populum? An populum teneri, te vnum extra legẽ esse? Tenuit Aemilia lex violentos illos censores, C. Furium & M. Meganiũ: qui, quid iste magistratus in Repub. male facere posset, indicarũt: cũ ira finitę ptãtis Mamercum Aemilium, principem ętatis suę belli, domique, ęrariũ fecerunt: tenuit deinceps oẽs cẽsores intra centũ annorũ spacium. tenet C. Plautium collegam tuum, iisdẽ auspiciis, eodẽ iure creatũ. Ad hunc non, vt qui optimo iure censor creatus esset, ppl's creauit? Tu vnus eximius es, in quo hoc prę cipuũ ac singulare valeat? quem tu regẽ sacrificiorum crees? amplexus Regni nomen, vt qui optimo iure rex Romę creatus sit, creatum se dicet: quem semestri dictatura, quẽ interregno quinq; diebus contentũ fore putes? quẽ claui figendi aut ludorũ causa dictatorem audacter crees? q̃ isti stolidos ac socordes videri creditis eos, qui intra vicesimũ diẽ, ingentib. rebus gestis, dictatura se abdicauerunt? aut qui vitio creati, abierunt magr̃atu? Quid ego antiqua repetã? Nuper intra decẽ annos C. Męuius dictator, quia cum qõnes seuerius quàm quibusdã potẽtibus tutum erat, exerceret, contagio eius quod quærebat, ipsi criminis obiectata ab inimicis est: vt priuatus obuiam iret crimini, dictatura se abdicauit. Nolo ego istam in te modestiã, ne degeneraueris a familia imperiosissima & superbissima: non die, nõ hora citius quàm necesse est, magistratu abieris: modò ne excedas finitum tp̃s, satis est aut diẽ aut mensem cẽsnræ adijcere. Trienniũ, inquit, & sex menses, vltra q̃ licet Aemilia lege, censurã geram, & solus geram. Hoc quidẽ iam regno simile est. An collegã subrogabis? quẽ ne indemortui quidem locum subrogari fas est. Pœnitet enim, quod antiquissimũ, solenne, & solum ab ipso cui fit institutum Deo, ab nobilissimis antistibus eius sacri, ad seruorũ ministeriũ, religiosus censor deduxisti. Gens antiquior originibus vrbis huius, hospitio deorum immortaliũ sancta, pp te ac tuã censurã, intra annũ ab stirpe extincta est: nisi vniuersam Rempub. eo nefario obstrinxeris, quod ominari-ẽt reformidat animus. Vrbs eo lustro capta est, quo demortuo collega C. Iulio censore, L. Papyrius Cursor, ne abiret magr̃atu, M. Cornelium Maluginensem collegã subrogauit: & quanto modestior illius cupiditas fuit, q̃ tua, Appi? nec solus, nec vltra finitum lege tp̃s, L. Papyrius censurã gessit: tñ neminẽ inuenit, qui se postea authorem sequereẽ. oẽs deinceps censores, post mortem collegę, se magistratu abdicarũt. Te, nec ꝓ dies exiit censurę, nec ꝓ collega magr̃atu abijt, nec lex, nec pudor coercet: virtutem in superbia, in audacia, in contemptũ deorum hoĩumque ponis. Ego te Appi Claudi, pro istius magistratus maiestate ac verecũdia, quem gessisti, non modò manu violatum, sed ne verbo quidẽ inclemẽtiori a me appellatum vellem. Sed & hæc quę adhuc egi, peruicacia tua & superbia coegit me loqui. Et nisi Aemiliæ legis parueris, in vincula duci iubebo. Nec, cum ita comparatum a maiorib. sit, vt comitiis censoriis, nisi duo cõfecerint legitima suffragia, nõ renũciato altero, comitia differanẽ: ego te, qui solus cẽsor creari nõ possis, solũ censurã gerere patiar? Hęc, taliaque cùm dixisset, prehendi censorem, & in vincula duci iussit.

Anno Vrbis 449. in Consulem creatus est hic Sẽpronius Sophus. Collegam habuit P. Sulpitium Auerrionem. His Coss. fœdus antiquum, post annorum circiter xx. bellum Samnitib. redditum. Pugnatum est quoque cum Aequis: quam pugnam Liuius describit.

Anno Vrbis 451. cùm post magnam cõtentionem obtinuisset plebs, vt sui ordinis hominibus sacerdotia quoq; cõicarẽtur. Sempronius pontifex creatus est: & proximo anno censor, cum eo quem in Consulatu collegam habuerat. Post pontificatũ duobus annis, præturam adeptus est. Nã, nec post maiores magistratus his honos, tum spernebatur. In prætura cum nunciatũ esset, Etruscos, Vmbros, Samnites, Gallos ẽt in armis esse, & iam vrbi minitari, summæ rerum a Senatu præpositus iustitiũ indixit. Delectum oĩs generis hominum habuit: nec ingenui modò, aut iuniores sacramẽto adacti sunt, sed seniorum etiã cohortes factæ.

P. SEMPRONIVS TVDITANVS.

FIliusne prioris Sẽpronij fuerit, ignoratur: ex posteris tñ fuisse, verisimile est. Hic Sẽpronius Tuditanus, initiò Tribunus militũ factus est. Liuius lib. 2. Decade 3. Refert Liuius eius orationem ad milites, in bello Punico secundo, Cannensi acie afflictis Romanis. Capi ergo mauultis, inquit, ab auariss̃imo & crudelissimo hostẽ æstimariq; capita vestra precio? & exquiri ab interrogantibus, Romanus ciuis sis. an Latinus socius? Vt ex tua cõtumelia & miseria alteri honos quęrat̃, nõ tibi? Nõ vos quidẽ L. Aemilij, qui se bene mori, q̃ turpiter viuere maluit, & tot fortissimorũ virorum qui circa eũ tumulati iacent, similes estis? Sed antequã opprimat lux, maioraq; hostiũ agmina obsepiant: inter, per hos qui inordinati atq; incomposiṭi obstrepunt, portis erumpamus. Ferro atq; audacia iter fiat, quãuis per cõfertos hostes. Cuneo quidem hoc laxum atq; solutũ agmen, ac si nihil obstet, trãsibimus. Itaq; ite mecum, qui & vosmetipsos & Rẽp. saluã vultis. Hæc vbi dicta dedit, stringit gladiũ: cuneoq; facto, p̃ medios vadit hostes.

Quarto inde anno Curulis ædilis factus est: & in sequentem annum Prætor designatus. Obuenit ei Ariminũ prouincia, nunc Cisalpina Gallia.

Biennio pòst censuram obtinuit, cum M. Cornelio Cethego, anno Vrbis 544. De his sic Liuius: Hoc etiã anno inquit, M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus, censores creati ambo, qui nondum consules fuerant, Senatum, & Senatus principẽ Q. Fabium Maximum legerunt, quæq; locanda erant locarũt. Cęterùm anno sequenti lustrum cõdiderũt, censa sunt ciuium capita 127. millia, 107. De his Ennius in Bruto Ciceronis:

> Additur orator Cornelius suauiloquenti
> Ore Cethegus, Marcus Tuditanus collega,
> Marci filius.

Quadriennio iterùm pòst absens, cùm prouinciam Græciam haberet, creatus est in insequentem annum Cõsul. Liuius, Cassiodorus, Fasti Capitolini. Inconsulatu hæc gessit: Primò conditiones pacis inter Epirotas & Romanos dixit. Deinde per ęstatem in agro Crotoniensi cũ Hannibale, in ipso itinere, tumultuario prę lio conflixit, quo conflictu agminibus magis q̃ acie pugnatum est. Tandem verò Pęnos fudit, fugauitq;: supra quatuor millia armatorum cæsa, paulò minus trecenti viui capti, & equi quadraginta, & vndecim militaria signa. Liuius, App. alij. Quæ victoria in causa fuit, vt in insequẽtem annũ ei Imperium prorogaretur, ita vt in locum P. Licinij succederet. Reuocatus ex Brutijs, aut Calabria (vt nunc vulgò vocatur) Romam, biennio pòst cum duobus collegis ad Ptòlemæum regẽ Aegypti missus est, vt annuncia rent victum Hannibalẽ, Pœnosq; fusos: & gratias agerent regi, ꝓ in rebus dubijs, cùm finitimi etiam socij Romanos desererent, in fide mansisset: & peterent, vt si coacti iniurijs bellũ aduersus Philippum Macedoniæ regem suscepissent (quod futurum videbat̃) pristinum animum erga populum Romanũ conseruaret. Sẽpronius itaq; bello quoq; bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur, congestis omnib. huma-

Source : BIU Cujas

nis à natura fortunaq; bonis, nobilis idem ac diues erat, forma viribusq; corporis excellebat: facundissimus habebatur, sed cā oranda, seu in Senatu & ad populū suadendi ac dissuadēdi locus esset: Iuris pontificii peritissimus: super hæc bellicæ quoq; laudis consu latus compotem fecerat. Liuius lib. 30.

Fertur de eo insigne exemplum seueritatis. Coniugem enim repudij nota affecit: quæ nihil aliud egerat, quàm ꝙ se ignorante ludos spectare ausa fuerat.

T. CORVNCANVS.

FVitoriundus ex antiqua Coruncanorū familia, q̄ Camerii celebris olim erat. Hic omniū primus ius professus est, cū superiores veluti in latenti id retinuissent: solumq; ꝓsultoribus vacantes, haud discere volentibus sui copiā fecissent. Pōpo. in l. 2. D. de orig. iur. Fuit autem vnus, qui sapientiā cū eloquentia, quantum illa ferebant tpa, coniunxit. Dedit se ad Rempubl. gerendam: & vt ad eum de omnibus diuinis, atq; humanis rebus referretur, cōcessit. Idemq; & in Senatu, & apud populum, & in causis amicorum & domi & militiæ, consilium snum fidemq; præstabat. Quotidie transuerso deambulabat foro: quod erat insigne, eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus liberaliter consilij sui copiam.

Factus est Coss. anno Vrbis 473. collegā habuit P. Valer. Leuinū. Florus, Orosius, Eutropius, Epitome, oēs demū præter Plutarchū. Valerio Tarētini, Coruncano Etrusci, quæ duæ hoc tpe ꝓsulares prouinciæ erunt, obtigerunt. Hoc anno ineunte Pyrrhus in Italiam venit, & primus viginti elephantis (quæ animalia non ante in Italia cōspecta erant) admirationem ac terrorē hominibus attulit. Plin. li. 8. Pausan. in Attic. De Lyrrhi porrò aduentu & bello loquūtur, Plutarchus, Iustinus, Eutropius, & præ cæteris Zonaras, Flor. Et Ennius apud Cicer. lib. 1. de Officiis. Triumphauit T. Coruncanus de Vulsiniēsibus & Vulcientibus: vt tradūt Capitolini scriptores, & Velleius lib. 2. Factus est census, & censa sunt ccIxxvij millia, ccxxij. Huius verò Coruncani scripta nulla ad suam ętatem peruenisse, tradit Pomponius. Deinde pontificatum adeptus est, quingentesimo circiter ab Vrbe condita anno.

Q. FABIVS PAMPHILVS.

FAbia gēs, ab ipso Hercule originē suā repetit: & multa multorum Fabiorum præclara, atq; egregia in Rempublicam merita extant. Fuitq; familia frequentissima. vna enim acie trecēti Fabij cæsi. Ea hac stirpe genus duxit Q. Fabius, quē Pōponius Q. Mutiū falsò vocat. Q. Fabius igitur omniū primò functus est legatione ad Hannibalem, qui Saguntur, Hispaniæ vrbem, contra fœdera Romanorum & Carthaginēsium, violaturus videbatur. Quę qui dem legatio vana & irrita fuit. Expugnauit. n. Hannibal Saguntū, neglecto fœderum iure. Polyb. Anno deinde post missus est in Aphricam, tanquā dux legationis, ad percunctādos Carthaginēses, publicone ꝓsilio factū: & vt peteret, vt vel Hannibal in pęnā rupti fœderis dederetur Romanis, vel indiceret populo Carthaginensi bellum. Fertur insigne exemplū magnitudinis animi de illo. Cùm. n. legatis, postquam Carthaginem venissent, Senatus datus esset: & Q. Fab. nihil vltra quàm vnum, quod mandatum erat, nō sine Carthaginēsiū indignatione percontatus esset: Anno aūt factionis Barsinæ princeps, Hannibalis fautor, longa oratione de iure fęderū disseruisset, ad extremūq; ita poraſſet: Proinde omitte Romani mētionē Sagunti, atq; Iberi facere, & qđ diu parturit animus vester, aliqñ pariat: tū Fabius, legatotū natu maximus, cū eā de iure fęderū disceptationē, vt alienā dignitate populi Romani, atroci oratione respuisset, eā ita tolerari posse inquiens, si res Saguntinorū integra esset: nūc verò exciso Sagunto, violatisque iniqssimè fęderibus, vel patratorē sceleris dedēdū Romanis, vt appareret Saguntū publico Carthaginēsiū ꝓsilio minimè oppugnatum: vel si id nollent, ac suo ꝓsilio expugnatā vrbē faterentur, vt se ad bellū pararent. Vbi tergiuersantes Pęnos animaduertit, verbū non addidit: sed sinum è toga factum, Senatui ostendens: Hic (inquit) vobis bellū pacemq; portamus, vtrum & eligitis, vtrum placet sumite. Sub hāc vocem, haud minus ferociter, Daret vtrū vellet: vel (vt alij tradunt) Bellum, succlamatū est. Fabius interim effuso in media curia sinu, Bellum dare se dixit: nō sine horrore, quasi planè id in sinu ferret. Accipere se illi omnes, alacri vultu respōderunt: & quibus acciperent animis, ijsdem esse gesturos. Ab Carthagine in Hispaniam traiecit, & ad Volsianos legationis munus subijt: ab ijs tñ ęquè ferox rñsum retulit. Cum. n. a Q. Fabio in societatem sollicitati & pellecti essent, maximus natu è Volsianis in consilio rñdit: Quæ verecundia est, Romani, vos postulare, vti vestram Carthaginensium præponamus amicitiæ? cū qui id fecerunt, Saguntinos, crudelius, q̄ Pœnus hostis perdidit, vos socij prodideritis? Ibi quæratis socios, censeo, vbi Saguntina clades ignota est. Hispanis populis sicuti lugubre, ita insigne documentum, Sagunti ruinæ erunt, ne quis fidei Romanæ, aut societati confidat. Inde extemplo abire finibus Volsianorum iussit. ab nullo deinde consilio Hispanię benigniora verba tulere.

Quidam existimant, hūc Fabium eum esse, cuius vitam Plutarchus describit, nempe Q. Fabium Maximum, quinquies consulē, qui Verrucosus & Ouicula est dictus, Horum opinionem si qui sequi velint, poterunt apud Plutarchum splendidè vitam eius descriptam legere.

P. AELIVS PAETVS.

GEns Aeliorum plebeia fuit: & Consulem in familia sua nō prius vidit, nisi cētesimo & trigesimo ab exactis regibus anno. Nomen autem familia cœpit a petulantia, & oculorum lasciuia. Fuit gens magna. inde Festus ait: Gentem Aeliam appellari, quæ ex multis familijs conficiatur.

Pætus itaq; noster patrem habuit Pontificem Maximum, qui in Cānensi pugna cecidit. Factus est initio Aedilis, deinde Prętor, anno Vrbis 550. Cn. Seruilio Cepione & Gemino Coss.

Eo anno Scipio, qui post Aphricanus Maior dictus est, ī Aphrica Syphacis regis castra incendit, eaq; vna cum castris Asdrubalis deleuit: cęsa aut flammis hausta ad xl. millia hominum sunt: capti supra vj. millia. neq; haud ita multo post, in magnis campis, cum ijsdem qui exercitu reparato bellum redintegrabant congressus, eos fugauit, atq; ciuitates circū oēs partim vi partim metu subegit. Quo terrore compulsi Carthaginēnsēs, legatos qui Hannibalem cum exercitu eius in Aphricā ex Italia ad patriæ defensionē reuocarent, miserunt. Lælius Masiniſſam sibi cōiungit, ac acie cū Syphace cōgressus, eum in prælio viuum cæpit, atq; Masiniſſæ paternum regnum restituit. Masiniſſa Sophonisbam, vxorē Syphacis, filiam Asdrubalis, postq̄ adamare cœpisset, ac matrimonio sibi eam copulasset, à Scipione castigatus, venenum ad eam misit, quo hausto extincta est. His rebus perculsi Chartaginēses, oratores ad pacem petendam mittunt, triginta seniorum principes. Pacis conditionibus à Scipione latis, induciæ, dum ad Senatum Romam legati mitterentur, factæ sunt. Missus est interea Romam à Scipione Lęlius, cum captiuo rege Syphace: cui se adiunxerūt legati Masiniſſę. P. Aelius Pętus prętor tum, coactu Senatu Lęlium quæ in Aphrica gesta essent, patribus exponere iubet. Et aduocata concione, pro rostris multitudini publicum hoc gaudiū significat. Deinde extemplò edixit, vti ędituī ędes sacras omnes tota vrbe aperirent: circumeundi salutandiq; Deos, agendiq; gratias p totum diem populo potestas vt fieret. Postero die legatos Masiniſſę in Senatum produxit: qui & gratulati sunt. Senatui de rebus prosperè à Scipione gestis: & gratias egerunt, ꝙ Masiniſſam non modo regem nominasset, sed fecisset: petieruntq; vt Senatus regium nomen & reliqua in Masiniſſam a Scipione collata beneficia confirmarent. Quibus rñdit Senatus, rerum in Aphrica, prosperè gestarum communem sibi cum regem gratulationem esse: ea quæ Scipio cōtulisset beneficia, Senatui placere, eiq; probari plurimum. Per prætorem munera mittunt, dolensq; in Aphricā legatorū iussū reuertitur. Hannibal de suorum clade certior factus, in Italiam discedit. Refert itaq; P. Aelius prætor, de gratijs dijs habendis, decretum est, vt quinq; dies circum omnia puluinaria supplicaretur, victimæq; maiores immolarentur. Centum viginti legati Carthaginenses postquam Romā veniſſent, pace infecta, ac prope sine responso dimissi sunt: ꝙ speculatores, non legati veniſſe arguerentur. Polybius, Liuius, Appianus, Florus, alij.

Anno sequenti Rutilius Aelium magistrum equitum fuisse cō memorat, dictatore Gn. Seruilio. Verū errat: nam Pub. Sulpitius dictator Gn. Seruilium magistrum equitum creauit. Liu. lib. 45.

Anno Vrbis 552. Cōsul creatus est cū Cornelio Lētulo. Huic classis, illi Italia ꝓuincia obuenit. Eo anno finitū est bellū Punicū ꝑm cum Carthaginēsibus his ꝓdōnibus, vt liberis suis legibus viuerent: quas vrbes, quosq; agros, quibusq; finibus ante bellum tenuissent, tenerent: perfugas & fugitiuos & captiuos oēs, & naues rostratas, ꝓter viginti triremes, traderent: elephantosq; quos haberent domitos, neq; domarent alios: bellum neq; in Aphrica, neq; extra Aphricam iniusiū pop. Roma. gererent: Masiniſſæ res redderent, fœdusq; cum eo facerent: decē millia talētū argenti descripta pensionib. ęquis, in anno quinquaginta soluerēt: obsides centū arbitratu Scipionis darent. Liuius, Appianus, alij. Ipse P. Aelius Pętus ꝺ Boios, qui incursiones in agros sociorū in Gallia faciebant, profectus est. Verum infeliciter pugnauit. Improuiso enim impetu C. Appius præfectus cum frumentatorib. est circumuentus, & ad septē millia hominū palata per segetes, sunt cęsa: inter quos ipse C. Appius præfectus. Sub exitum anni, cū crearētur Decemuiri, qui agrum Samnitem, atq; Apulum, qui publicus populi Romani erat, metirentur, & militibus qui cū Scipione bellum Punicum fecerant, diuiderent: inter hos & P. Aelius creatus est. Decretumq;, vt quot quisq; miles in Hispania, vel Aphrica militasset annos, ī singulos annos bina iugera acciperet.

Post prætoram censor factus est. Deinde vnà cum decem legatis missus in Macedoniam, ad dirimendas controuersias inter Antiochum Syriæ & Ptolemæum Aegypti regē, vndeuigesimo deinde anno ad Triumuiratum peruenit: & sequenti anno cum augur esset, pestilentia obiit.

SEX. AELIVS.

FVit hic Publij frater, & ędilis curulis cū M. Claudio Marcello, Anno ab Vrbe ꝺdita 541. In ędilitate frumenti vim magnā ex Aphricam aduectā, binis ęris in modios populo diuisit: & ludos Romanos cū magno apparatu fecit. Diem vnū instaurauit, signa ęnea quinq; ex multaticio argento in ęrario posuit.

Proximo anno post Cōsulem creatum Rutilius scribit: qua in re errat, vt Fasti omnes comprobāt. Factus est autem Consul anno 555.

Source : BIU Cujas

no 555.cum T.Quinctio Flaminio.Liuius,Cassiodorus, Capitolinæ tabulæ,Plutar.in Quinctio.Aelio Italia, Quinctio Macedonia obuenit.In bello memorabile nihil gessit. Quincti⁹ aduersus Philippum in faucibus Epiri prosperè pugnauit, fugatumq; coegit in regnum reuerti. Anno Vrbis 559. cum Cornelio Cethego censor factus est:censa sunt ciuium capita cxliij.millia, septingenta quatuor.Liuius,Pedian.in Cornel.Capitol.tabulæ.

In censura hoc egit. Ludis Romanis imperauit Aedilibus curulibus,authore Aphricano Cos.vt loca Senatoria secernerēt à populo:nam antea in promiscuo spectabant. Itaq; Senatus tum primùm secretus à populo ludos spectauit, cū magna plebis indignatione,nec sine Aphricani authoris pœnitentia.

Hic Aelius vnus ex illis fuit, qui more veteri transuerso foro ambulantes,ciuibus omnibus consilij sui copiam faciebant. Habitus est nō modò omnium æqualium suorum iuris peritiss. sed etiam ad dicendum paratus.Eum Ennius ita laudat,

Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus.

Huius Aelij Cic.sæpissimè facit mentionem in lib. de Orat. in Topicis,& in lib.ad Trebatium. Pomponij tpibus extabat liber eius,qui Tripartita inscriptus erat: ꝙ legibus xij.Tabul.proposita iungebatur interpretatio,dehinc subtexebatur legis actio.Hic liber quasi cunabula iuris continebat,& ius Aelianum appellabat: ex quo non difficulter apparet,Aelii scripta vehementer à vetustate approbata fuisse.Anno antequā censor fieret,prætores duo additi sunt,vt essent sex. Plin.

AELIVS PAETVS FILIVS.

PVblijne,an Sexti hic filius fuerit,dubitatur. Pomponius eñ, solummodò filium fuisse Aelij refert.Inueniunt enim in Liuij annalib.duo iuniores,C.Aelius,& M.Aelius. Caius quidē Aelius ædilitatem cōsequutus est P.Cornelio Lētulo & P.Iulio Appulo Cos.Deinde Prætor factus Galliā,Insubrium prouinciam, sortitus est. M.verò Aelius anno pòst Aedilis plebis cū fuisset,in insequētem annū creatus est prætor.Eoq; anno primùm sex prætores creari cœpti,crescētibus iam prouincijs, & patescēte Imperio. Ego existimo Pomponium loqui de Q.Aelio Pęto,cuius cōsulatus incidit in annum ab Vrbe 586.& qui collegam habuit M. Iunium Pennam:cuius temperantiam Plinius celebrat li.33.cap. 11.Liuius,Eutropius,alij.

Anno ante Pęti consulatū,Gentius rex Illyrici sese dedidit: & triumphi decreti L.Aemilio Paulo proconsuli,& Cn.Octauio, de rege Perse ex Macedonia:L.Anicio Gallo,de Gontio.

Facta quoq; est insignis eclipsis Lunæ,cuius meminit Plutar.in vita Aemilij.Hāc Sulpitius Gallus tribunus militum,postea consul factus,reddita causa,prædixit.

ATTILIVS SAPIENS.

TRaxit hic originem ex familia quidē plebeia, præstantiū tm virorum feraci.Habuit enim M.Attilium Regulū,L.Attiliū I.consultum,& Regulum Serranum bis Cos.cuius singularē constantiam & fidei obseruantiam refert Cic.lib.1.Offi. Regulus eñ Serranus primo Punico bello captus à Pœnis, cū de captiuis cōmutandis Romam missus esset,iurassetq; se redituru:primùm vt venit,captiuos reddendos in Senatu non censuit.Deinde cùm retineretur à ppinquis & amicis, ad suppliciū redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere. Et in oratione in Pisonem: M.Regulus,inquit, quem Carthaginēses resectis palpebris ligatum in machina,vigilādo necauerunt,supplicio videtur affectus. Ex hac itaque familia & noster Attilius celebris euasit. De eo sic scribit Cicero in Cęlio: Scimus L. Attilium apud Patres nostros appellatum esse Sapientem,quia prudens esse in Iure ciuili putabatur.

P. CORNELIVS SCIPIO NASICA.

COrneliorū familia inter patricias celebris fuit, & multos claris.viros ptulit:veluti Scipiones,Scapulas,Barbatos,Lentulos,Dolabellas,Ruffinos,Merendas,Blesos,Cethegos, Merulas, Cinnā,Syllā.Ex Scipionū itaq; progenie noster Nasica ortus est. Prem habuit Gn.Corneliū Scipionē Caluū,qui in Hispania occisus est,prope Tarraconā,& fuit frater patruelis Africano maiori.

Adolescens in summa fuit apud Romanos existimatione, ob probitatis & cōtinentiæ laudem. Cùm enim Idæa mater magna deùm Cybele,è Phrygię oppido Pessinunte Romā aduecheretur, ac iam Tarracinam aduenisset, & recipi eam hospitio optimi in ciuitate viri,consecrariq; ex oraculo Pythio oporteret,haud paruæ rei iudicium Senatu tenebat, qui vir optimus in ciuitate esset. Verùm certè victoriā eius rei sibi quisque malebat, quàm vlla imperia,honoresve suffragio seu plebis,seu patrum delatos. Patres Conscripti igitur iurati, P.Scipionem Nasicam adolescentem nondum Quęstorium,iudicauerunt in tota ciuitate optimū esse Quæ laus vnico huic à condito æuo contigit.

Cum oībus igitur matronis Hostiā ire obuiam deæ, isq; eam de naue accipere, & in terram delatam tradere referendam matronis, iussus est. Postquam nauis ad ostiū amnis Tyberini accessit,sicut erat iussus,in salum naue euectus,ab sacerdotibus deā accepit,extulitq; in terram.Lapis erat,quem Matrem deùm incolę dicebāt,ab Attalo rege Asię Romanis traditus.Matronæ primores ciuitatis,inter quas vnius Claudiæ Quintiæ insigne est nomē, accepere:cui dubia,vt traditurantea fama, inducta Romā deorū matre, cum nauem aūt qua vehebatur aduerso Tyberi, repentè in vado remoratā, & nullis viribus mobilem, zona pertraxisset, precata deam,vt si pudicam se sciret,sequeretur:clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit. Eæ per manus succedētes deinde aliæ alijs,omni effusa ciuitate obuiā, thuribulis ante ianuas positis,quà præferebatur: atq; accenso thure precantibus,vt volēs propitiaq; vrbem Romam iniret, in ędem Victoriæ,quæ est in palatio,pertulere deam,prid.id.April.

Decennio pòst,hoc est Anno 559.Scipio Nasica p̄tor factus vlteriorem Hispaniam sorte obtinuit, ibiq; trans Iberum multa secunda prelia fecit.Quo terrore non minus quinquaginta oppida ad eum defecerunt.

Postero anno proprætor pugnauit cū Lusitanis,incerto euentu.In hoc itaq; discrimine ludos Ioui, si vi funderet, excideretq; hostes,vouit.Vicit deinde,duodecim millibus hostium cæsis, captis quingentis quadraginta,& signis militarib.cētū triginta quatuor.De exercitu Romano septuaginta & tres amissi & desidera ti sunt.Romam deinde reuersus, cōpetitores habuit L.Quintiū Flaminiū,& C.Manliū Volsonem.Verùm Quintius ipsi prelatus est,& antepositus,& cū Gn.Domitio Aenobarbo consul factus. Sequentis tm anni consulatū in magna rursus cōpetitorū contentione accepit:vt delatū priore anno tali viro,nō negatū honorē appareret.Cōsul itaq; factus est anno Vrbis 562.cum Acilio Glabrione:non 559.vt Hotomanus putat,qđ ꝑstat ex Liuio,Cassiodoro,Capitolinis fastis,Plutar.ī Quinctio, Appiano in Syriaca historia. In eius consulatu duo grauissima bella a Senatu decreta sunt:vnū ꝑ Antiochū Syrię regē:alterum ꝑ Boios.Et adeò in apparatū curamq; eius belli ciuitas intēta fuit, vt P.Cornelius Cos. ediceret,Qui Senatores essent,quibusq; ī Senatu sn̄iam dicere liceret,quiq; minores magr̄atus esset, ne quis eorū ab vrbe Roma abiret,quàm vnde eo die redire posset:neve vno tpe quinque Senatores ab vrbe Roma abessent. Ipse ī agrum Boiorū legiones induxit:ac duob.ferè mensibus pòst cum Boiorū exercitu signis collatis,egregiè pugnauit.Duodetrigīta millia hostiū cæsa, capta tria millia & quadringenti.Signa militaria 123. equi mille ducēti triginta,carpenta ducenta quadragintaseptem.Ex victoribus mille quadringenti octoginta quatuor ceciderunt.Eius victoriæ causa supplicatio decreta est ab Senatu,victimęq; maiores cæsę.Inde primò obsidibus à Boiorum gente acceptis, agri parte ferè dimidia eos mulctauit:quò, si vellet, P.Rom. coloniā mittere posset. Romā reuersus, de Boiis triumphauit. In eo triumpho Gallicis carpentis,arma signaq; & spolia oīs generis transuexit, & vasa ænea Gallica:& cum captiuis nobilibus, equorum quoq; captorū gregem traduxit,aureos torques transtulit 1470.ad hæc auri pondo 245.argenti infecti factiq; in Gallicis vasis nō infabrè suo more factis,duo millia & 340.pondo.Bigatorum nummum 234.Militibus qui currum sequuti sunt,centenos,vicenos quinos asses diuisit:duplex centurioni,triplex equiti. Liuius,Appianus.

Biennio inde censuram cum multis magnæ dignitatis viris cū petijsset,repulsam tulit:iterumq; quinquēnio pòst, petitam cum octo competitoribus,haud obtinuit.

Anno proximo triumuir ad Aquileiam coloniam Latinā deducendam creatus est. Antequam verò deduceret coloniam, cū T.Quintio Flaminio,ac L.Scipione Asiatico, ad Prusiā Bithyniæ regem est missus: apud quem contendente legatione effectū est, vt Hannibal Pœnus Imperator,qui apud eū fortè tum erat, obseptis præsidio militum omnibus cubili exitibus, sumpto veneno occumberet.

Biennio pòst, Nasica cum collegis coloniam Aquileiam deduxit, tria millia peditum. Quibus data quinquagena iugera, centurionibusque centena: centena quadragena equites acceperunt.

Demum cum M.Portio Catone citerioris Hispanię patronus factus est,aduersus Romanos magistratus, qui Hispanos spoliarant,& miserè vexarant.

Hæ ferè sunt res ab eo bello gestæ.Domi ob iuris prudentiam præcipuè clarus fuit, ita vt ipsis publicè domus in Sacra via data sit,quo facilius consuli posset.

Celebratur dictum eius facetum. Cum enim ad Enniū uenisset,eiq; ab ostio Ennium quærenti,ancilla dixisset, domi non esse:Nasica sensit illam domini iussu dixisse,& illum intus esse.Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius, & eum à ianua quæreret:exclamat Nasica,se domi non esse.tum Ennius: Quid? ego non cognosco,inquit,vocem tuam? Hic Nasica: Homo es, inquit,impudens.Ego cum te quærerem, ancillæ tuæ credidi, te domi non esse: tu mihi non credis ipsi.

Fert insigne parsimoniæ ac frugalitatis veteris Romanę exemplum.Habuit sororem,cuius iam adultæ virginis dotem,cùm pater Hispaniæ præfectus Senatui scripsisset,sine se expediri nō posse: ac proinde peteret vt sibi successor mitteret, Senatus, ne Respublica bono duce careret, patris sui partes desumpsit:cōsilioq; vxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote, summam eius ex ærario erogauit,ac puellā nuptui dedit:dotis modus,quadraginta millia æris, hoc est quadraginta coronati Romani fuere.Sic Valer.Maximus.

Source : BIU Cujas

L. CORNELIVS SCIPIO APHRICANVS.

FVit hic L. Cornelius, P. Cornelij Scipionis Naſicæ filius, vt rectè monet Bernardus Rutilius: qui Plinium, Pomponium, itemq; Valerium, non ſine cauſa, erraſſe oſtendit. Nam hi oēs, P. Cornelio Scipioni oīa attribuunt, quæ poſterioribus temporib. geſta & acta ſunt. Quorum opinio ex temporum ſerie reuelli facilè ac euerti poteſt. Nā P. Scipio Naſica, qui optimus à Senatu iudicatus eſt, & qui Boios deuicit, ad Cōſulatum peruenit anno Vrbis 562. Ea verò quæ de Scipione refert Plinius & Valerius, geſta ſunt anno Vrbis 608. Hic itaq; L. Cornelius Scipio cōſul creatus eſt Anno Vrbis 607. Inſignis eius conſulatus fuit, ob captam Carthaginem. Occaſio aūt captæ & deletæ Carthaginis hęc fuit. Cùm in finib. Carthaginenſiū maximus Numidarum exercitus Archobazane duce Syphacis nepote, diceretur eſſe, & M. Cato ſuaderet, vt Carthaginenſibus, qui exercitum, ſpecie p̄ Maſiniſſam regem, ſed reuera p̄ Romanos accitū, in finibus hērent, bellum indiceretur: cōtradixit Naſica, tantumq; effecit, vt legati mitterent̄ Carthaginem, qui ſpecularent̄, quid ageret̄. Quibus miſſis, neque ſatis benignè acceptis, cum Guluſſa Maſiniſſæ filius denunciaſſet Carthagine delectus agi, claſſem cōparari, & haud dubiū bellū ſtrui: Catone ſuadente vt ijs bellum indiceretur, Naſica dixit, Nihil temerè faciūdum. Itaq; rurſum legati exploratū miſſi: qui cùm reuerſi legationem retuliſſent, Catone & alijs principibus Senatus ſuadentibus, vt in Aphricā confeſtim trāſportaret̄ exercitus, Naſica ſnīam dixit: Nōdū ſibi iuſtā cauſam belli videri, quamuis exercitus & claſſis Carthagine deprehenſa eſſet. Itaq; placuit, vt bello abſtineret̄, ſi Carthaginenſes claſſem exuſſiſſent, & exercitum dimiſiſſent: ſin minus, proximi Coſs. de bello referrent. Deinde, cū Cato non deſiſteret, quacunq; de re agereret in Senatu, ad extremū ſnīæ exclamare, delendā eſſe Carthaginē: Naſica diſſentiens, inſtitit in hunc modū p̄riam tueri ſniam: è Repub. ſibi videri, Carthaginem non euerti, potiſſimùm, qm̄ populus Romanus ſecundis rebus elatus & inſolens, à multis iam ſceleribus contineri nō poſſit: qui proſperitate rerū adeo luxuriaret, ut quò impetus animorum ferret, eò per vim atq; impotentiam graſſaretur. Hunc ergo metum moderatorem & ſalutarem, quaſi frēnum quoddam temeritati multitudinis, retinendum cenſebat.

Carthaginenſes enim, quemadmodū Romanos ſuperare non poſſent: ſic ſatis eſſe, ad populum Romanum, intra moderationis terminos continendum.

Quamuis hæc & moderatè ac ſapienter à Scipione Naſica dicerentur, peruicit tamen Catonis ſnīa. Placuit igitur, vt Carthago caperetur, incenderetur, ac loco moueretur. Scipio igitur, qui ad interitum Carthaginis natus erat, vt Cicero ait, eam cepit, ſpoliauit, & incendit.

Dicitur deinde Scipionem Naſicā incendium ſpectantem, illachrymaſſe, ac dixiſſe: Nihil eſſe in rebus humanis p̄ſtans & firmū: ſe non tm̄ Carthaginis vicem dolere, q̄ opib. ac imperio florēs, ſpoliata igne conſumatur: ſed ēt de Romanæ vrbis fato cogitare, & vereri ne & hæc ſimili calamitate aliqm̄ periret. Romæ gaudium ingens ortum, hac Scipionis victoria cognita: ſupplicationes, ſacrificia dijs immortalibus facta ſunt: ludi & certamina edita. Decem legati ex more in Aphricam miſſi, qui cum Scipione Aphricam prouinciam conſtituerent. his mandatū eſt, vt ſi quid ſupereſſet vrbis, diſturbarent: quæ ciuitates Pœnorum rebus ſtuduiſſent, earum oppida diruerēt: quæ pro Romanis ſtetiſſent, prę mijs agriſq; donarent. Quibus rebus perfectis, tranſportato exercitu Romā, permiſſu Senatus de Carthagine & Aſdrubale triumphum egit, auro, ſtatuis, omnibusq; monumentorum generibus ornatiſſimum: argenti quater millia', quadringenta & ſeptuaginta millia pondo præ ſe eum tuliſſe, ſcribit Plin. lib. 33. Carthagine & Aphrica in ptātem redacta, Aphricani nomen ſibi vendicauit.

Fuit huius Scipionis tanta ſapientia & integritas, vt Maſiniſſa moriens, filiorū curam ei commiſerit. Nec minor fuit religionis in eo obſeruatio. Scipio enim & Figulus Coſs. q̄ Augures iudicaſſent eos vitio creatos eſſe, magiſtratu ſe abdicauerunt.

Docuit libris ſex optimam Reip. rationem: & perpaucis ante mortem diebus, triduum diſſeruit de Republica. Reliquit filium P. Scipionem Naſicam Serapionem, qui conſul creatus eſt anno Vrbis 616. Factus deinde eſt Pontifex maximus.

Fertur de eo exemplum p̄ laſciuiam & luxuriam. Cum enim cenſores theatrum lapideum in vrbe, ad Floraliū cęterorumq; ludorum ſpectacula locaſſent, id ne fieret, grauiſſima oīone obſtitit: perſuaſitq;, ne Græcam luxuriam humilibus patriæ moribus paterentur obrepere: inimiciſſimum hoc fore inquiēs bellatori populi ad nutriendā deſidiam laſciuiamq; commentum. adeoq; authoritate ſua mouit Senatum, vt nō ſolum vendi oīa theatro comparata iuſſerit, ſed etiam ſubſellia, quibus ad breue horę ſpacium cōgeſtis in ludorum ſpectaculo iam vti ciuitas cęperat, poni intra vrbem, propiusve mille paſſus prohibuerit.

Q. FABIVS LABEO.

FAbiorū familia, vt ſuprà dixi, ampla & illuſtris fuit: multosq; inſignes viros, qui ſummis in magiſtratu officiis prefuerūt, produxit: velati C. Fabium interregē, magiſtrū equitum, trib. mil. Cn. Fabium Buteonem prætorem, L. Fabium duumuirū, M. Fabium interregem, dictatorem, quæſtorē, tribunum, triumuirum, M. Fabium Ambuſtum, interregem, cōſulem, magiſtrū equitum, trib. milit. M. Fabium Buteonē, ædilem cur. & prætorem, Q. Fabiū cenſorem, conſulem, dictatorem, principem decemuirorum, Q. Fabium Ambuſtū, conſulem, magiſtrum equitum, trib. milit. Q. Fabium Buteonem prætorem, triumuirū, quinqueuirū, Q. Fabium Cunctatorem augurem, pontificem maximū, Q. Fabiū Maximū augurem, pontificem, prętorem, Romanę ciuitatis principem, & noſtrum Q. Fabium, qui primus Labeonis nomen in familiā intulit. Factus eſt primùm quæſtor, cū L. Aurelio, anno Vrbis 558. Fuit ipſi eo anno magnum cum omnibus ſacerdotibus certamē de pecunia in bellum collata, perſoluenda. Liuius lib. 33.

Anno Vrbis 564. denuò prætor, claſſis præfectus in Cretā nauigauit, & cū Cydoniatę bellū aduerſus Gortinios & Gnoſios gerent, & captiuorum Romanorū atq; Italici gnis magnus numerus in ſeruitute eſſe diceret̄, imperauit: vt armis abſtinerent, & captiuos reducerēt. Soli Gortinij ad quatuor millia reddiderūt: reliquos nihil mouit Fabij mādatum. Fuit hæc ſola cauſa, vt Senatus triumphū nauali ei decerneret. Liuius lib. 37. & 38. Triumphatū eſt eo anno ter: bis de Antiocho rege a L. Aemilio Regillo, & L. Scipione Aſiatico, & à Q. Fabio Labeone de Creta.

Anno Vrbis 569. cōſulatum petijt. verùm ab Appio Claudio, quantumuis oīum opinione deſtinatus eſſet, deiectus eſt. Liuius lib. 49. In inſequentem tm̄ annum creatus Conſul eſt, cū M. Claudio Marcello, & vterq; Ligures ſortitus eſt. Marcellus tamen in Galliam aduerſus Gallos Tranſalpinos, qui in Italiam tranſgreſſi, oppidum in agro Aquileienſi ædificabāt, Gallis ex prouincia exactis, Iſtricum bellum moliri cœpit, literis ad Senatum miſſis, vt ſibi liceret in Iſtriam legiones ducere. Id Senatui placuit. In Ligu ribus nihil memorabile à Q. Fabio geſtum. Marcellus ex Iſtria reuocatus, exercitu dimiſſo Romam comitiorum cauſa redijt. Liuius lib. 49. Zonaras.

Anno Vrbis 571. triumuir factus, Saturniam coloniā ciuium Romanorum in agrum Caletianum deduxit. iugera in ſingulos data decem. Liuius lib. 39. in fine. Prorogatum eſt ei imperium in Liguribus, & M. Marcello in Gallia. Ligures ſine prelio in deditionem accepti.

Anno Vrbis 574. cùm peſtilentia eius anni multos ſacerdotes abſumpſiſſet, & inter alios L. Valerius Flaccus pont. mortuus eſſet, in eius locum ſuffectus eſt Q. Fabius Labeo. Actus eſt eo pontifice cenſus quinquageſimus: cenſa ſunt ciuium capita CCLXXII, millia, CCXLIII.

Traditur de hoc Fabio: Cùm à Senatu arbiter datus eſſet Nolanis & Neapolitanis, qui de finibus certabant, & ad locum veniſſent, ſeparatim cum vtriſq; loquutū, ne quid cupidè agerent, nec appeterent, atq; vt regredi quam progredi mallent. Id cùm vtriq; viri autoritate moti feciſſent, aliquantum agri in medio relictū eſt. Itaq; illorum fines, ſicuti ipſi dixerant, terminauit: in medio quod relictum erat, pop. Rom. adiudicauit. Cic. lib. 1. Offic.

Q. FABIVS PICTOR.

FVit & hic ex Fabiorum familia. Duo verò cognomen Pictoris conſequuti ſunt, M. Fabius Pictor, qui flamen Quirinalis fuit, & mortuus eſt Anno Vrbis 587. & Q. Fabi⁹ Pictor ſic dictus, q̄ primus Romæ ædem Salutis pinxit. Plinius lib. 35. cap. 4. Cicero in Tuſcul. 1.

Anno Vrbis 538 Delphos ad oraculum miſſus eſt. Præter cęteras clades quæ pp̄lo Romano illatæ erant, prodigium acceſſit. Duæ Veſtales eo anno, Opimia atq; Floronia, ſtupri compertę, & altera ſub terram, vt mos eſt, ad portam Collinam necata fuerat: altera ſibimetipſa mortē conſciuerat. L. Cantilius ſcriba pontificum, qui cum Floronia ſtuprum fecerat, à Pont. Max. eouſq; uirgis in comitio cęſus erat, ut inter verbera expiraret. Hoc nefas cū inter tot clades in prodigium verſum eſſet, Decēuiri libros adire iuſſi ſunt. Et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculū miſſus eſt, ſciſcitatum quib. precibus ſupplicationibusq; deos poſſent placare, & quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalib. libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta: iter quæ Gallus & Gala, Græcus & Græca, in foro Boario viui ſub terra demiſſi ſunt, in locum ſaxo cōſeptum, ibi antè hoſtiis humanis minimè Romano ſacro imbutū. Legatus à Delphis Romā rediēs, rñſum ex ſcripto recitauit (Diui quoq; in eo erāt, quibus quoq; modo ſupplicaretur) Tum ſi ita faxitis Romani, veſtræ res meliores, facilioresq; erunt: magis ex ſnīa Reſp. veſtra vobis procedet, victoriaq; duelli populi Romani erit. Pythio Apollini R. P. veſtra bene geſta, ſeruataq̄ue, lucris meritis donum mittitote, deq; præda, manubiis, ſpolijſq; honorem habetote. Liuius lib. 33.

Anno Vrbis 565. flamen Quirinalis inauguratus eſt: & Prætor factus Sardiniam prouinciam nactus eſt. Prius quàm in prouinciam iret, certamen cū P. Licinio Pont. Max. habuit. Nam P. Licinius ne in Sardiniam proficiſceretur, tenuit. & ī Senatu, & ad populum magnis contentionibus certatum eſt, & imperia inhibita vltro citroq̄ue, & pignora capta, & mulctæ dictæ, & tribuni appellati, & prouocatum ad populum eſt. Religio ad poſtremum vicit, & dicto audiens eſſe flamē Pontifici iuſſus, & mulctæ ex iuſſu populi remiſſæ: ira prouinciæ ereptæ prætorē magiſtratu abdicare ſe

Source : BIU Cujas

re se conantem, patres autoritate sua deterruerunt, & vt ius inter peregrinos diceret, decreuerunt. Delectibus deinde intra paucos dies (neq; enim multi milites legendi erant) perfectis, Coss. pręto resq; in prouincias proficiscuntur. Liuius lib. 37. Conscripsit Annales, in quibus cętera breuiter, sui verò temporis res gestas latius narrauit. Nunc circumferuntur eius fragmenta.

M. PORTIVS CATO.

GEnus traxit Cato ex Tusculano. Antequã ad militiã & Rem pub. se conferret, in agro paterno circa Gabinos vixit. Fuit specie subruffus, & glaucus, vt Poeta quidam de eo scribit:

Portius hic mordax, glaucis subruffus ocellis,
Plutonia moriens exulat arce miser.

Iuuenis statim se contulit ad ea exercitia, quibus maximũ vitæ præsidium, maximamq; sibi laudẽ & gloriã parari posse arbitrabatur. Orationem itaq; tãquam alteram personam, magno studio, magna cura cõponebat: quasi omnibus qui grauibus in reb. non per socordiam, sed cum dignitate versarẽtur, necessariũ id instrumentum esset. Quare passim per vicos & castella se dicendo exercebat: quiq; sua indigebant opera, deerat nemini. Qua in re tantũ valuit, vt primùm promptissimus disceptator, postea eloquentissimus orator iudicatus sit. Oẽs præterea quibus cum viuebat, tantam in eo morum grauitatem & animi magnitudinem animaduertebant, vt magnis operibus magnificentissima quadã Rep. dignum arbitrarentur. Non solum. n. forensibus in causis ab opera mercenaria se liberauit: sed nec eã gloriã magnificere visus est, quam ex huiusmodi contentionibus consequi posset. Longè verò magis cum adhuc esset adolescens, ex pugnis, quibus cũ hoste magnũ conferret, & bellicis artibus laudẽ sibi conciliare cupiẽs, multis aduersis vulneribus cõfossum corpus habuit. Ipse enim se septem & decem annos natum, prima tum meruisse stipendia dicit, cùm Hannibal secundis prælijs vsus incendebat Italiam. Interdimicandũ aũt talem se præstitit, vt manu quidem pugnator egregius, in stataria verò pugna immobilis ac cõstans: oculis, fronte, vultu terribilis, verbis minax esset, asperitate propterea vocis vtebatur, cum & sibi rectè suasisset, & cæteros admoneret: plerumq; huiusmodi res hostibus maiorem terrorẽ inferre, q̃ enses. Cùm iter faceret, ipsemet arma, vno subsequente ministro, ferebat, qui secum ea quæ vitæ necessaria erant comportaret. Huic vel prandium vel cœnam ministranti, nunquam Catonem succensuisse, aut maledixisse, quin eũ plurimũ iuuisse, & vnà minima quoq; parasse, si quando a militia vacatio illi libera esset data, proditũ est. In exercitu ferè semper aqua vtebatur. Quòd si quando vehemẽti calore percitus sitiret, aceto frequenter hausto sitim sedare: vel si quando vires pristinas desiderasset, vegetandi corporis causa leuiusculi nonnihil vini delibare consueuerat.

Penes agrum suum, ciuis M. Curtij villa fuit, qui tertiùm triũphauit. Hanc cùm sæpenumero peteret, & tenuitatẽ agelli & domicilij frugalitatem contemplaretur, cœpit eum illius viri cogitatio: qui tametsi princeps inter Romanos esset, & ferocissimas gentes subegisset, Pyrrhumq; de possessione Italiæ eiecisset, agellũ tñ hunc foderet, & post tres honestissimos triumphos ædiculã hanc incoleret. Et p̃ is, cum eum ad focum sedentem, & rapas coquentem legati Samnitium offendissent, ac magnũ auri pondus obtulissent: id quamprimùm repudiasset, inquiens illis auro minimè opus esse, quibus cœna huiuscemodi satis esset, quiq; aurũ habentes vincere longè pulchrius q̃ aurum habere iudicarent. Hęc secum animo versans Cato, discedebat domum suam, vbi agros, seruos, & vitæ formulam diligenter intuens, in opere faciundo studiosior erat, & luxum etiam atq; etiam omni ex parte circumcidebat, veteris disciplinæ recordans. Cùm enim adhuc admodũ adolescens, sub Fab. Max. qui Tarẽtũ recepit, militaret: Nearcho Pythagoreo philosopho & hospite familiariter vsus est, a quo & cõplura accepit quæ a Platone vsurpabantur: qui voluptatẽ maximam malorũ escã appellabat: & primariã aĩo nostro calamitatẽ accedere, cũ corpori cõiungitur: deputationem aũt, & dissolutionem assequi, cùm cogitationes eam a corporis cupiditatibus separant atq; disiungunt. His ab ipso planè perceptis, Cato longè magis frugalitatem ac continentiam animo complexus est.

Eum ferò Græcas literas perdidicisse, pleriq; authores sunt. In summa enim senectute Græcos libros in manũ sumẽs, breues ex Thucydide cõmentariolos, plures autem ex Demosthene confecit: quos in causis orandis magno eo vsui fuisse p̃stat. Scripta quoque sua Græcis & sententiis & historiis distincta frequenter exornauit, ac pleraq; grauiter & sapiẽter ad verbũ è Græco in Latinũ traduxit. Et quia eloquentia plurimùm poterat, vulgò Romanus Demosthenes dicebatur. In victu ac vestitu fuit frugalissimus nũ quã veste maiore centũ drachmarũ sumptu, vsum se fuisse refert. Consul & Imperator eodẽ vino, quo & operarii vtebantur, p̃tentus fuit. Pulmentum ad cenã assibus triginta comparare solebat.

Cum Babylonia supellex hæreditatis iure fortunatis suis accessisset, vt quamprimùm venũdaretur curauit. Nullam eius villã tectorium habuisse, nec vllum mancipium vltra mille quingentas drachmas emisse dicit: quasi nõ delicatis & formosis, sed colonis & robustis, & stabularijs & bubulcis sibi opus esset: quos deinde senectute confectos, non pasci, sed inutiles vẽdi debere iudicauit.

Præterea nihil benè constare, quod superfluum esset: adeoque quocunque non esset opus, id etiam minimo si redimi posset, nimium esse adseuerabat. Pascuum & seminarium agrum, quàm floreum & irriguum, maluit.

In oratione verò Cato grauis & sapiens habebatur: qui si exterius in congressu spectaretur, nullius dignitatis imaginẽ, sed Satyricum carpendi studium præ se ferebat: sin interius, seriis & dignitate rerũ refertus erat, vt iis quibus cum loqueretẽ, lachrymas mouere, & animum trahere quò vellet, posset. Referuntur aliquot eius sermones, ex quibus cognosci hæc facilè possunt. Solet eñ oratio mentis esse character: & apertius ex sermonibus, q̃ lineamentis, animi cognoscuntur. Cùm populum Romanum importunè tumultuantem, a partiendo ac diuidẽdo frumento auertere statuisset, hunc in modum orsus est: Difficile quidem est, Quirites, ad carentem auribus ventrẽ verba facere. Ciuitatis rursus mores increpans, dixit: Laboriosum est illam Rempub. saluam fore, vbi piscsiculus pluris q̃ bos venit. Romanos etiam multis pecudibus conferre solebat: nam & illæ singulę nemini obtemperant, vniuersæ autem gregis principem sequũtur. Sic & vos, inquit, ab iis quos priuatim nequaquam consiliarios habere velletis, hic frequentes coacti, agi æquo animo permittitis.

De vxoria potestate sic loquutus dicit: Omnes homines vxoribus imperant, nos omnibus hominibus, nobis autem vxores. Quod a Themistocle desumpsit: nam cum sibi filius matris interdictione pleraq; iuberet: O vxor, inquit, Athenienses Græcis imperant, ego Atheniẽsibus, tu mihi, tibi filius. Pópulum Romanũ Cato non modò purpuræ, sed studijs atq; exercitationibus magistratus contulit. Quemadmodum enim tinctores, eũ maxime inducunt colorem, quo maxime delectari mortales intuentur: sic adolescentes ea magno studio discunt, & consequi cupiũt, q̃ vos honore & laude digna iudicatis. Exhortabatur eos, vt si quidẽ virtute & moderatione magni facti essent, ne ad deteriora se cõuerterent: sin incontinentia ac improbitate amplitudinem essent p̃sequuti, ad meliora se conferrent. Qui summa cura ac diligentia magistratus sæpe ambirent, eos velut ignaros viæ, dicere solebat: Ne errarent, lictores quibus cũ incederent, semper quæritare. Ciues grauiter increpabat, qui eosdem frequenter publicis muneribus præficerent. Sic enim, ait, vel non multi principatum facere videmini: vel non multos, qui principatu digni sunt, existimatis. Ex inimicis, cùm quispiã turpiter ac ignominiose viueret: Huius mater, inquit, cum deos immortales precatur, vt hic sibi vita functæ superstes sit, execrari, nõ orare se putat. Paternum quidã fundum maritimum venundederat, quo facto, Cato magis atq; magis se mirari simulauit, p̃ longè amplius ipse, q̃ mare, potuisset. Nam quæ vix pontus alluebat, iste facile absorbuit. Cùm Eumenes rex Romam venisset, ac a Senatu comiter & honorificẽtissimè susceptus esset, & clarissimorum circa eum ciuium frequẽtia certatim versaret: Cato non obscure tm̃ erga regem studium suspectum habens, eum declinabat. Dehinc cum ipsi diceretur, Eumenem frugi virum amicissimo animo in Rempub. Romanam esse: Esto, inquit, cæterùm hæc ipsa belua, Rex & carniuora est. Neminem ex regibus qui beati reputantur, inuenies, quẽ Epaminondæ, Pericli, Themistocli, M. Curtio, & Hamilcari cognomẽto Barchæ, optimo iure conferre possis. Inimicos inuidia sibi effectos dictitabat, quia quotidie noctu exurgens, rei suæ familiaris rationes negligeret, vt reipub. dignitati ac commodis, omni cura violentiaq; consuleret. Dicere quoq; solebat, se gratia q̃ ex benefactis expectaret, priuari malle, q̃ pœnam non dare, quę ex malefactis sibi deberetur. Omnibus qui ex beneficio destitissent, se dũtaxat excepto, facile ignoscendum esse iudicabat.

Posteaquam tres in Bithyniã legati Romæ delecti erant, quorũ vnus podagra, alter capite vulneribus confossus, tertius vecordia laborare videbatur, ridens Cato: Populus Romanus, inquit, legationem emittit, quæ nec pedes, nec caput, nec cor habet.

Scipio Polybii gratia, super iis qui ex Achaia relegati fuerant, cũm Catone collocutus est. Postea cum multus sermo de illorũ reditu in Senatu haberetur, & alii quidem reditum in patriã ipsis decernerent, alii verò accuratius q̃ par erat contradicerent, hunc in modum Cato disseruit: Quasi nil habeamus quod dignũ factu sit, vniuersum diem de Græculis senibus altercando cõsumimus: ac si multũ interfit, vtrũ penes nos, an in Achaia sepeliãtur. Quibus simulac ex Senatusconsulto domũ reuerti cõcessum est, Polybius in Senatum introduci moliebatur, vt exulibus illis qui grauissimi ordinis decreto in patriam redibant, pristinos honores & magistratus restitueret. Qua de re cum Catonis sententiam rogaret, subridens Cato respõdit: Polybium, quemadmodũ Vlysses in spelũcã Cyclopis, redire velle, vt pileũ & cingulũ quæ illic obliti erat, repeteret. Affirmabat præterea, stultos prudentibus viris maiori emolumento esse, quàm prudentes stultis: nam qui prudentia valent, illorum errata facile deprehẽdere, ac vitare: stultos verò quæ a prudentibus recte facta sunt, imitari non posse. Se quoq; longe plus adolescentibus delectari, quorum vultus rubore prius quàm pallore perfunderetur. Eo milite sibi opus nõ esse, qui inter eundum manus, inter confligendũ pedes agitaret: quiq; stertendo, quàm hostibus inclamando, longius sentiretur. Cum

Source : BIU Cujas

in pinguem aliquem acerbè maledictis inueheretur, Quibus in rebus huiuſcemodi corpus ciuitati fructuoſum ac cõmodũ eſſet, rogabat, cuius inter guttur & inguen cuncta ſub ventris ditione poſita forent. Libidinoſo cuidã, inter familiares ſuos eſſe cupienti, conceſſurum ſe negauit: qñ cum eo viuere non poſſet, qui melius ac ſubtilius palato, quàm corde ſentiret. Animum eius qui amoribus teneretur, in alieno corpore viuere dicebat.

Tribus item in rebus, per oẽs vitæ ſuæ partes, pnĩam egiſſe ſe dicebat. Primũ, ſi mulieri quicquã arcanum aliqñ credidiſſet. Secundo, ſi aliquo naui trãſiſſet, quò pedeſtri itinere ſibi proficiſci licuiſſet. Tertium, ſi qua dies ei per incuriam inanis effluxiſſet.

Deprauatum quoq; qñq; ſenem conſpicatus: Te magnopere, inquit, rogo, vt cum pleraq; turpia ſenectutem circumueniãt, deſoperam, ne te autore malignitatis acceſſio fiat.

Ad Tribunum plebis, qui in ſuſpicionem veneficij venerat, ini quam legem ferentem: Adoleſcens, ait, nondum ſcio vtrum haurire quod miſces, an approbare quod ſcribis, deterius ſit.

Cato cuiuſpiã, q multis intẽperantiæ, ac impotentiæ notis iniuſtus erat, probris vexatus: Impar mihi tecũ, ait, certandi conditio eſt. Nã vt & male audire, & maledicere tibi facillimũ ſimul, ac prõptiſſimũ ẽ: ſic mihi maledicere inſuaue, & male audire inſuetũ eſt.

Res eius bello geſtæ, multæ præclarè recenſentur a Plutarcho in vita eius. Poſtquam enim ſub M. Cornelio Cethego & P. Sempronio quæſtor fuiſſet, anno Vrbis 550. Conſul deinde deſignatus eſt cum Valerio Flacco, & citeriorem Hiſpaniam ſortitus eſt. Quid in conſulatu geſſerit, recitat Liuius lib. 4. Dec. 4. & Plutarch. in vita eius, vbi ſingulare moderationis, ac abſtinentiæ exemplũ de Catone recenſet. Ex captiuis enim hoſtium rebus, præter cibũ & potum nihil retinuit. Neq; ſeipſum modò, ſed etiam miniſtros ſuos ab omni prædæ noxa liberos ſeruabat.

Deinde cum Mãlio Attilio tribunus militum, aduerſus Antiochũ Græciæ regẽ, factus eſt. Domum reuerſus, cenſurã petiuit: verũ in petitione cẽſuræ, nobiliſſimi & primores patrũ Catoni obſtiterunt. Patricij quidẽ inuidia ſtimulati, cũ hoc pacto nobilitati maximè detractum iri putarẽt, ſi ignobili loco nati quamprimũ ſummũ honoris gradum obtinerent, tum ẽt vehementer cõmouebantur: quib. ex multorum malefactorum cõſcientia, & priſci moris tranſgreſſione, viri auſteritas terrori erat: quam difficilem & inexorabilem fore ſibi perſuadebãt, ſi cẽſorij muneris ius & authoritas ipſi accederet. Idcirco ſtudiis partiũ ex compoſito paratis, ſeptem candidati in campũ deducti, cũ Catone magna contẽtione petierunt: hi quidẽ bona ſpe multitudinẽ colere, vt q̃ mollẽ & voluptuoſum iam magiſtratum expeteret: ꝙ Cato aliam petẽdi rõnem ingredi, nullam facilitatis, aut comitatis ſignificationẽ præ ſe ferre: verùm potius ex ſuggeſtu in improbos minitabundus, apertè & palam teſtari, ciuitati maxima expiatione opus eſſe. Hunc in modũ populum rogare, vt ſi prudentes eſſent, non blandiſſimum, ac aſperrimum medicum deligerent. ſe quidẽ illũ eſſe: alterũ verò ex patriciis Valeriũ Flaccũ, quo vno collega delicias, atq; molliciem velut hydrã exſcindens, atq; ꝯcremana, vt opinio ſua ferebat, operæprecium quid facturus erat. Cum cæteris verò ſibi minimè liberum fore, pro dignitate Reipu. adminiſtrare: qñ optimos præceptores formidarent. Qua quidẽ in re populus Romanus, magnis ſanè principibus dignus, ſic excelſo animo fuit, vt nec rigidos, nec elatos Catonis mores eximeſceret: verùm cæteris omnibus popularibus, & qui cuncta ad gratiam facturi videbãtur, repulſis, cum Catone Flaccum cenſorem deſignarit: cui non velut candidato, ſed iam principi & imperitanti paruit.

Reliquit filios duos: quorum priorẽ Pomponius in numerum iuriſprudentiũ refert. Hunc Cato ipſe pater inſtituit, ipſe leges docuit: ipſe exercẽdi corporis magiſter, non modò iaculandi, tractãdi arma, equitandi, ſed ẽt pugna dimicandi, & calorẽ & frigus tolerandi, ac rabidos gurgites & aſperrimos fluuios tranſeundi, artes edocuit. Ipſe ẽt propria manu hiſtorias maiuſculis literis exaraſſe teſtatur, vt domi maiorum virtutis exemplo filiolo vſui & adiumento forẽt. A verborũ turpitudine, præſente puero, ſic temperauit, quaſi Veſtalibus virginibus arbitris loquuturus eſſet. nec cũ eo vnquam latuit: id quod a priſcis Romanis factitari eſt ſolitum. Generos n. cum ſoceris balneum ingredi, vitio dabant: qñ membrorum nudarionem inſpectantibus illis, cum decore fieri non poſſe iudicarent. Poſtea cũ à Græcis Romani nudari didiciſſent: ipſi ſubinde Græcos, vt id cum vxoribus vſurparent, docuerunt. Omnia igitur quæ ad ingenium & inſolertiam pertinerẽt, Cato, qui filium perinde ac pulcherrimũ quoddam opus ad virtutẽ formabat & effingebat, ex ſnĩa perfecit. Cũ verò corpus natura mollius q̃ vt laboribus ſufficere poſſet, appareret, ſtrictè ac caſtigatè leges viuendi ei remiſit. Filius itaq; etſi natura talis eſſet, ſtudio tñ, & induſtria adeò in re militari ſtrenuus fuit, vt in ea pugna qua P. Aemilij auſpiciis aduerſus Perſea dimicatum eſt, maxima cũ laude certauerit: vbi, cum ictu pugio reiectus ob ſudorem manu excidiſſet, mœrore adfectus, ad familiares & contubernales conuerſus, atq; inclamitans, cum eis in cõfertiſſimos hoſtes ſe coniecit. Tum magna dimicatione, magna vi nudato loco, inter armorũ & cadauerum, quę vtrinq; ceciderant aceruum, gladium vix inuenit, non ſine magna P. Aemilij admiratione.

Illud p̃terea qđ ad rẽ militarẽ attinet, de eo tradit. Cũ in exercitu Popilij Imp. hic filius Catonis tyro militaret, viſumq; Popilio eſſet, legionẽ, ĩ qua Cato militabat, dimittere, eũ inter alios exaurorauit. Sed cũ is amore pugnandi in exercitu remãſiſſet, ſcripſit ad Popilium Cato pater, vt ſi filium ſuum pateretur in exercitu remanere, ſecundo obligaret eũ militiæ ſacro: quia priore remiſſo, cũ hoſtibus iure pugnare non poſſet. Scripſit præterea ad filiũ, ſe audiſſe eum miſſum factum eſſe a Conſ. cũ in Macedonia bello Perſico miles eſſet: monebat igitur, vt caueret, ne præliũ iniret. Negabat enim ius eſſe, qui miles non ſit, pugnare cũ hoſte. Adeò ſumma erat populi Romani obſeruatio in bello mouendo.

Poſt aliquot annos filius deſignatus eſt Prætor. Reliquit & hic filium, qui non leuis orator fuit, multasq; orationes ad exemplũ aui ſcripſit. Qui quoq; clariſs. ac potentiſs. Conſ. cum Q. Martio rege in Africam profectus, & ibi extinctus eſt.

Scripſit filius Catonis ſenioris multos egregios libros de Iuris ſciẽtia, vt refert Cic. in Orat. & extat hodie in lib. Pandectarũ Regula Catoniana, ad legata pertinens, & de Diuidendis ſtipulationibus ſubtilis doctrina, aliæq; aliquot eius ſententiæ. Traditur de hoc filio inſigne exemplum reuerẽtiæ in patre. Cum enim Cato ſenior vxorem primã amiſiſſet, & filio vxorem tradidiſſet Pauli Aemilij filiam, Scipionis ſororem: ipſe cuiuſdam coloni ſui cliẽtiſq; filiæ coitu, q̃ ad eum ventitabat, vtebatur, id facilè per angũſtias domus pceptum eſt. Filius cum mulierculam impudentius, ac tumultuoſius ad patris thalamum prõfectam intellexiſſet, verbum nullũ fecit: ſed quaſi rei turpitudine affectus, grauius in eam oculos coniecit. Qđ ſimulac cognouit pater, nulla ex parte quæſtus, vultu ac fronte nullum veſtigium doloris expreſſit. Cæterũ cùm ex amore, grege amicorum ſtipatus in forum deſcenderet, à Salonio ſcriba, qui cùm cæteris eum domo deducabat, magna voce accito, ſciſcitatus eſt, vtrum filiolã marito collocaſſet: Quo, nihil adhuc actum eſſe, nec ſe niſi ex conſilio ipſius facturum, reſpõdente: Videor, inquit, idoneũ tibi generũ inueniſſe: cuius niſi grandiorẽ ętatem repudies, cætera, vt ſpero, facilè probabis. Tum Salonius Catonem cohortatus eſt, quo puellæ cogitationẽ ſuſciperet, & arbitratu ſuo collocaret: quæ in clientelã ipſius recepta, gratia, fide, opera ipſius indigebat. Nihil tardius Cato, ſe eam ſibi cõiugẽ expetere indicauit. Quocirca Salonius non minus primũ obſtupuit, q̃ poſtea lætatus eſt. Catonis. n. ętas annis iam grauis, & familiæ dignitas, quæ conſulares ac triumphales imagines præferret, à puellæ ſuæ nuptiis aliena videbãtur. Verùm Catonem ſeriò locutum perſpiciens, libenter ei filiam deſpondit. Deinde in forum procedentes, mox ſponſalia ritè fecerunt. Hæc res vbi ad Catonem filium perlata eſt, accerſitis ſocijs patrem conuenit: rogauitq;, num qua in re offenſus, indignabundus ſibi nouercam induxiſſet? Cui Cato: Meliora dic, inqt, fili cariſſime. Omnia ſane tua, iucunditate me quadam afficiunt: & quod tibi ſuccenſeam nihil eſt: ſed huius rei conſilium cępi, cum multos mihi quidem natos, patriæ verò tibi perſimiles ciues relinquere cuperem.

De Catone Liuius lib. 39. ſic loqtur. In hoc viro tãta vis animi ingenijq; fuit, vt quocũq; loco natus eſſet, fortunã ſibi ipſe facturus fuiſſe videretur. nulla ars neq; priuatæ, neq; publicę rei gerendæ ei defuit. Vrbanas, ruſticasq; res pariter callebat. Ad ſummos honores alios ſcientia iuris, alios eloquẽtia, alios gloria militaris euexuit: huic verſatile ĩgeniũ ſic pariter ad oĩa fuit, vt natũ ad id vnũ diceres, quodcũq; ageret. in bello manu fortiſſimus, multisq; inſignib. clarus pugnis: idẽ poſteaq̃ ad magnos honores peruenit, ſummus Imperator. idẽ in pace, ſi ius cõſuleres, peritiſſimus: ſi cã orãda eſſet, eloquẽtiſſimus. nec is tñ, cuius lingua viuo eo viguerit, monumentũ eloquẽtiæ nullũ extet: viuit imò, vigetq; eloquẽtia eius, ſacrata ſcriptis oĩs gñis. Orationes & pro ſe multæ, & pro aliis, & in alios. Nã non ſolũ accuſando, ſed ẽt cãm dicendo fatigauit inimicos. Simultates nimio plures & exercuerũt eum, & ipſe exercuit eas. nec facile dixeris, vtrũ magis pręſtiterit cũ nobilitas, an ille agitauerit nobilitatẽ. Aſperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ & immodice liberę fuit: ſed inuicti cupiditatibus animi, & rigidæ innocẽtiæ, contemptor gratiæ, diuitiarum: in parſimonia, in patientia laboris periculiq; ferrei prope corporis animiq;, quẽ ne ſenectus quidem, quæ ſoluit omnia, fregerit: qui ſextũ & octogeſimum annum agens, cãm dixerit, ipſe pro ſe orauerit, ſcripſeritq;: octogeſimo anno S. Galbam adduxerit in iudiciũ. Reliqua, quæ ad eius familiam pertinent, tradit Gell. lib. 13. cap. 18.

M. PORTIVS CATO. M. F.

CAto ſenior duos reliqt filios, ex duab. nuptiis. Primus p̃tor deſignatus, viuo pre mortuus ẽ: & Iuris peritiſſimus habitus, ſcripſit multos ad ius ciuile libros. Gel. lib. 13. c. 18. ex quib. ſenior Cato multa ſibi vindicauit, atteſtante Pomponio. Creditur eius eſſe regula Catoniana, vt legatum quod non valeret, ſi teſtũ facti tpe teſtator deceſſiſſet, qñcunq; is decedat, non valeat. Extat præterea eius de diuiduis & indiuiduis ſtipulationibus diſputatio. l. 4. D. de verb. oblig. Citatur à Iuſtiniano lib. 1. Inſtit. tit. de adopt. & à Paulo. l. 44. D. ſol. mat. Vlp. l. 10. D. de ædil. edicto. Celſo. 18. D. de verbor. ſign. Poſterior Stoicæ ſectæ addictus fuit, & Vticæ periit, vnde Vticenſis dictus. Multa de vtroq; vide apud Plutarchum, in vita vtriuſque Catonis.

M. MA-

Source : BIU Cujas

M. MANILIVS.

MAnliorum familia ĩter patricias oẽs vna eminuit, extititq; in primis, tum pp magr̃atus, quos decimo inde ab electis regibus anno gesserũt: tum quoq; pp multa præclara erga Rẽpub. bello paceq; præstita studia. Primus in hac familia consũlatũ gessitq; M. Manlius Tullius, Anno Vrbis 254. Hũc insequuti sunt multi alij: Cn. Manlius, cũ M. Fabio consul Anno Vrbis 274. C. Manlius, cum L. Furio consul Anno Vrbis 280. & prætor: M. Manlius interrex, & qui plebem in pres concitauit, ac ob seditionem de saxo Tarpeio deiectus est, Anno Vrbis 371. A. & T. Manlius, M. fratres, quorum ille Cõsul fuit, decemuir, Romanorum ad Apollinem legatus, tribunus militum, triũuir: P. Manlius dictator: T. Mãlius, cui torquis hosti Gallo detractus, Torquati nomẽ dedit, Anno Vrbis 394. qui deinde cõsulatum gessit, dictator, ciuitatis princeps, Pont. Max. factus est: & qui de filio, qꝑ ꝯ imperium consulare, & maiestatem pr̃iam, aduersus edictum extra ordinẽ pugnasset, capitale supplicium sumpsit, Anno Vrbis 415. L. Mãlius Torquatus, legatus, pontifex, & ludorũ faciendorum causa dictator: L. Manlius Volso, prætor, & consul: P. Manlius Volso, prætor & dictator: L. Manlius Acidinus, consul, prętor, triumuir, Scipionis in Hispania successor: L. Manlius Capitolinus: Cn. Manlius Volso, ædilis, tribunus, consul: & noster M. Manlius, qui à Torquato originem duxit, vnde M. Manlius Torquatus dicitur.

Factus est Cõsul Anno Vrbis 604. Cassiodorus, Cicero in Lucullo, olle gam habuit L. Marcium: Appianus in Libyco, Cẽsorinus de die Natali. Vtriq; Aphrica prouincia decreta est. His Cõsulibus, Prusias rex Bithyniæ à Nicomede filio, adiuuãte Attalo rege Pergami, occisus est. Cùm legatos ad pacẽ faciendã, inter Nicomedem & pr̃em Prusiã Romani misissent, & vnus ex ijs caput multis cicatricib. fartum haberet, alter pedibus æger esset, tertius socors habebat: Cato dixit, eam legationẽ nec caput, nec pedes, nec cor habere. Appianus. Sub hoc M. Manilio cõsule ortum est bellum Punicum tertium, quod paulo pòst Carthagini excidiũ attulit. Quia verò in hac ipsa Carthaginis euersione insigne exẽplum inconstantiæ rerum humanarum cõspiciẽ, & initia quoq; huius belli a M. Manlio posita sunt, & collocata, breuiter historiam huius tertij Punici belli & excidii Carthaginensis referam.

RES EIVS BELLO GESTAE, ET CAVSA ac euentus tertij Punici belli.

Anno Vrbis 600. Q. Fuluio & T. Annio Cõsulibus, legati Carthaginem, ad disceptandum de agro inter Masinisã & Carthaginenses ꝓtrouerso missi, inter quos fuit M. Cato, Carthagine vim ingentem naualis materiæ se deprehendisse renũciarunt, quę vniuersum Senatum valde cõmouerunt. Sequenti itaq; anno, cùm in finibus Carthaginensium maximus Numidarũ exercitus, Archobarzane duce, Syphacis nepote, diceret esse: M. Cato suasit, ut Carthaginẽsibus, qui exercitum specie ꝯ Massanisam regem, sed reuera ꝯ Romanos accitum, in finibus haberent, bellum indiceret. Contradicente P. Cornelio Nasica, placuit legatos mitti Carthaginẽ, qui specularent quid agerent. Castigato Senatu Carthaginensium, qꝑ ꝯ fœdus exercitum & nauales materias hẽrent, pacem inter eos & Massanisam facere voluerũt: Massanisa agro, de quo lis erat, cedẽte. Sed Gisgo Amilcaris filius, homo seditiosus, qui tunc in magr̃atu erat, cùm Senatus pariturum se iudicio legatorum dixisset, ita bellum aduersus Romanos suadendo concitauit, vt legatos quo minus violarentur, fuga explicuerit. Id nũcientes, infestum iã Senatum Carthaginensibus, infestiorem fecerũt. Lucullo aũt & Albino cõsulibus, Gulussa Massanisæ filius denunciauit Carthagine delectus agi, classem cõparari, & haud dubium bellum strui. Cum Cato suaderet, vt ijs bellum indiceretur: Nasica dicente, nihil temerè faciũdum: placuit decẽ mitti legatos exploratum. Acilio aũt & Quinctio consulibus, cũ legati ex Aphrica cum Carthaginensium oratoribus & Gulussa rediissent, dicerentq; se & exercitum & classem Carthagine deprehẽdisse: perrogari snĩas placuit, Catone & aliis principib. Senatus suadẽtibus, vt in Aphricã confestim transportaret exercitus: qꝑ Nasica dicebat nondum iustam sibi cãm bellandi videri, placuit ut bello abstinerent, si Carthaginẽses classem exussissent, & exercitum dimissent. Sin minus, pximi Cõsules de bello Punico referrẽt. Quo factum est, vt Cato sic loquat̃ apud Ciceronẽ, illo anno: Ego Senatui quæ sunt gerenda p̃scribo, & qũo Carthagini malè iamdiu cogitanti bellũ inferat̃, multò ante denuncio. Martio autẽ & Manilio cõsulibus, inter Catonem & Nasicã variis certatum est sententijs: Catone suadẽte bellum, vt tolleret̃ Carthago: Nasica dissuadente. placuit tñ, & qꝑ ꝯ fœdus naues haberent, & extra fines exercitũ eduxissent: quodq; socio Massanisę arma intulissent: & qꝑ filium eius Gulussam, qui cũ legatis Romanis erat, in oppidum non recepissent, bellũ ijs indici. Consulib. ambobus Aphrica prouincia decreta, & vt bellũ cum Carthaginensibus gererent, atque Carthaginem excinderẽt: quorum Manilius pedestribus copijs, Cẽsorinus classi præfectus est. Prius quàm vllæ copiæ in naues imponerent̃. Vticenses legati Romã venerunt, se suaq; oĩa dedẽtes. Ea legatio velut maximũ belli omen, grata patribus, acerba Carthaginensibus fuit. Legati triginta Romã venerũt, per quos Carthaginenses se debebant. Catonis sententia peruicit, vt decreto perstaret̃, & vt Cõsules quàm primùm proficiscerent̃ ad bellum. Peractis itaq; vsitatis sacris, è Sicilia soluentes, Vticam versus nauigant, quinq; remes quinquaginta, sexquiremes centum vna. Has onerariæ & rostratæ naues quàm plurimæ sequebant̃, quæ octoginta millia peditum, equitũ quatuor millia, ex habitis vndecunque delectib. secum uehebãt, cùm oẽs fermè ciues, oẽs socii, veluti ad insignem quandã militiã & speratã victoriam vltro accederent. Quibus reb territi Carthaginenses, ad Cõsules legatos mittunt. Consules in edito quodã loco consedere, ducibus ac tribunis eos circumstantibus. quos vniuersus deinde exercitus longo ordine insignibus obibat armis: vexilla recta stetere, vt coram legati multitudinẽ copiarum intuerent̃. Postremò Consules indicto p tubas silentio, accedere legatos p tubicinẽ iussere. Illi p ingentia profecti agmina, neutiquã ad Cõsulũ tribunal admissi sũt: sed eo tabernaculo, qđ ĩ medio sitũ erat, perstitere, inde si qd vellent, iussi fari. Miserabili & lõga id fecere or̃one. Consules primũ arma tradere, classemq; cõburere: mox eos iussa diligentissimè facientes, procul à mari passuum decẽ millib. cõsidere vrbe relicta iubent. Iis imperatis, quippe quę crudelissima essent, Carthaginẽses incensi, cũ oĩno aut vrbẽ defendere, aut vnà cũ ea pugnãdo cadere statuissent, apparant̃ ad bellũ. Itaq; protinus & Asdrubalẽ toti bello, imperioq; præficiunt: & nõ ferrea solũ & ænea arma, sed ẽt ea deficiente materia, aurea atq; argentea faciunt. Cùm ergo Carthaginẽsiũ hoc loco res essent, magnaq; in ipsa vrbe trepidatio veraret̃, tum Consules, vrbem ipsam, qꝑ infirmis adhuc Pœnorum opibus ea se facilius potituros esse sperarent, oĩ conatu extẽplò oppugnare aggressi sunt. Verùm cum re sæpius tẽtata, nihil adhuc efficere potuissent, tandẽ cõmodissimũ rati futurum, si p quandã murorum partẽ, quæ paulò antè deiecta, nondũ probè fuerat restituta, inuaderẽt, ea oĩno ex improuiso irrũpere constituerãt. At verò Scipio Aemilianus, qui tribunus militum M. Manilio ad quartã legionẽ venerat, cùm Pœnos cognito Cõsulũ cõsilio, suos ita dispositisse audissent, ut alii armati Romanorũ impetum sustinerẽt, alii inermes ligna & lapides in eos ingredientes ex loco superiore coniicerent: maximũ, qđ Romanis militib. imminere periculũ prouidebat, sibi esse propulsandum cẽsuit. Itaq; cum cohortes suas in plures partes distribuisset, easq; non procul à muris ex interuallo cõstituisset, datis mãdatis effecit, vt non eos solùm qui in vrbem irrumpere, sed illos ẽt qui lacessentibus instare hostib. cuperẽt, à certamine cohiberet. Ad hæc verò, cũ Censorini discessiũ, qui Romã comitiorum causa decesserat, maioribus animis Pœni sumptis, summa vi ex vrbe silẽtio noctis egressi, castra Romanorũ infesta redderent; Scipio è portis castrorũ egressus, iis quæ longius à prelio aberãt, cùm impetum in Carthaginẽses fecisset, eos tum repẽtina eruptione adeò exterruit, vt extemplò castra Romanorum reliquerint, & ĩtra mœnia se receperint. Paucis ẽt pòst diebus, cum Carthaginẽses Romanarum nauium præsidium inuasissent, simulq; ciues in vrbe ad arma ꝯclamauissent: Scipio, Manilio se, qꝑ clamoris cãm ignoraret, castris tenẽte, magno aĩo trepidãtes cohortes suas educit: tum quosdã eum accensis, facibus prę ire iubet, nõ vt p noctẽ acie dimicaret, sed vt illis tumultuosius oĩa peruagantib. maioris spẽm multitudinis offerret, atq; terrorẽ hostib. incuteret. Quo facto hostes perterriti, statim nauiũ oppugnatione omissa, in vrbẽ refugerũt. Interea M. Manilius castra ꝯ Asdrubalẽ mouere cùm statuisset (is tũ ad Nepherim vrbẽ cum exercitu erat) peregrè id Scipio patiebat̃. Videbat̃ enĩ Imperatori, p angusta ac difficilia quædã loca exercitum esse ducendum. Cùm autẽ promotis copiis, ad ipsa Asdrubalis castra p tria ferè stadia puenissent, ac flumẽ quoddã traiiciẽdum esset, de receptu suorum cogitãs, se anxio esse aĩo dixit. Ea verò res sollicitũ Scipionẽ habebat, qꝑ alio tpe atq; alio ordine in Asdrubalẽ mouẽdum fuisse cẽlebat. tribunis aũt reliquis repugnãtibus, minimeq; vicino iã hosti cedẽdum arbitrantibus, ne si pedẽ referrent, ab hostib. quasi metu fugientes, à tergo inuaderent̃: monuit Cõsulẽ Scipio, vt se saltẽ ante fluuiũ ualli p̃sidio cõmuniret: quo se, si fortẽ pelleret̃, recipere statim ac sine periculo posset. Quod ꝯsiliũ ita ab illis irrisum est, vt quidã ẽt ex iis gladiũ se abiecturũ esse diceret, si Scipio, non Manilius imperaret. Eorũ ergo auctoritatẽ sequutus Manilius, fluuiũ traijcere statuit. Quo facto, repẽtè cum occurrente sibi Asdrubale ad manus venit. Asdrubal aũt, postquã vario vtrinq; prelio dimicatum est, suas in castra copias, vbi a Romanis legionibus nihil accipere detrimenti poterat, sibi reducendas, nullamq; Romanis copiã dandam esse pugnæ putauit: ratus, id quod res monebat, Romanos inopia cõmeatus ex ijs locis mouere se coactos, sibi in ipso flumine traiiciendo occasionẽ ad eos adoriendos vel maximam daturos. Itaq; obseruato diligenter eo tpe, quo ipsi pedem referentes in ipso tranãdo flumine impediti essent, atq; ordines propter angustias vadorũ interrupissent, eductis copiis, vndiq; eos incautos inuadit, eosdemque secũ dimicare vel iniquissimo loco compellit. Scipio aũt, cũ rem Romanã in summo discrimine versari videret, haud sibi moram interponendã, ad suos quoquo modo posset subleuandos, ratus, satis, vt in re trepida potuit, salutare consilium cępit: ad trecentos equites, quos secum habebat, aliis quos maximè potuit conuocatis, omnes in duas partes distribuit, mãdauitq; vt alii iacula, sagit-

Source : BIU Cujas

tasq; in hoſtes conijcerent: alij interim ijs qui deſeſſi iaculādo eſſent, recētes integriq; ſuccederēt. atq; ita orbe quaſi quodam mutua pugnantiū cōmutatione prelio certaretur: ipſe ad oēs partes adequitans, oēm pugnā fortitudine atq; cōſilio ſuſtinebat. Cùm iuſſa diligētiſſimè fortiſſimeq; ab oībus fierent, grauiusq; premi iā Aſdrubal videret, eos qui flumē tranſibant, relinquere coactus, ſe totū in Scipionē cōuertit. Ita illis cōmodè fluminis traijciendi ſpaciū datū eſt. Scipio pòſt, ſe fortiſſimè ab Aſdrubalis impetu liberauit. In ea pugna multi Romani deſiderati ſunt: iter quos tres potiſſimùm tribuni, ex ijs quib prelij maximè committi placuerat, ceciderunt. Interea Romanis, poſtquàm in caſtra puentū eſt, cohortes octo, quæ ſe à flumine prelii eius initio, in editū collem quendā ſubduxerant, ab Aſdrubale obſideri, magnoq; in periculo poſitas eſſe renunciatū eſt. Oībus eo nuncio grauiſſimè perturbatis, cùm quidnā opus facto eſſet cōſultaret, cęteri quidē deſerēdos eos, nec paucorū cōſeruandorū gra plurimos tantis periculis obiiciēdos cēſebant. At Scipio monens, in ſuſcipiēdis prudentia, in adeundis periculis animi magnitudine opus eſſe: ſe quidē nunquam paſſurū eſſe dixit, viros fortes ſubſidii inopia in manus hoſtiū puenire: ſed ſemetipſum ad eos eximendos obſidione, ſi poſſet, aduolaturū. quare paucis equitib. delectis, & cōmeatu paucorū dierū ſumpto, pollicitus ſe aut victorē in caſtra reuerſurū, aut pugnādo vnà cū cęteris periturū, ad hoſtes cōtendit. Cùm autē in collem eū in quo cohortes obſidebantur, pueniſſet, cliui ſumma cōtento curſu ſuperat: ſic, vt tantūmodo vallis inter ſe & hoſtes intercederet. Inde oīa cōtēplatus, in Pœnos, qui iā acrius Romanos obſidione vrgebant, diuerſis è partib. impetu facit. Ij cùm ſe repentè vndiq; circūuentos viderent, fuga ſalutē petere ꝓtenderunt. Eos fugiētes Scipio, ſuos lōgius ꝓſequi vetuit: & q ꝑ ſe equitū numero inferiorē eſſe non ignorabat: & q ꝑ ſatis ſibi eſſe putabat, ſuos ſe è maximis obſidionis periculis ⁊ ſpem oīum facilè eripu ſſe. Angebat interim ea cura pleroſq;, q occiſorū tribunorū corpora ſine ſepultura iacerēt: eiusq; rei procuratio requiri à Scipione, tacitis ferè vocibus oīum uidebat. Id ſentiēs Scipio, quendam ex captiuis Carthaginenſiū dimiſſum ad Aſdrubalem miſit, ſepulturāq; petijt. Aſdrubal, q humanitatis id eſſe putaret, & Scipionē metuens, ei quoq; obſequi vellet, Tribunorū ex aureis annulis, cū reliqui ferreos geſtarent, cognita, diligentiſſimè ſepelienda curauit. Cùm aūt legati à Senatu ad res in Aphrica inuiſendas aduenijſſent, M. Manilius totusq; exercitus de Scipionis fortitudine retulerūt: vt incredibile videret, virtutem cuiuſquā, aut maioribus, aut grauiorib. poſſe laudibus celebrari. Quæ eadem cum legati Romæ referrent, factum eſt, vt proximis comitijs conſul à complurib. tribubus diceretur. Hæc ex Appiani Libyca hiſtoria, Epitomis, Oroſio, Eutropio, Strabone, alijs.

Anno deinde Vrbis 605. M. Manilio in Aphrica Imperiū ꝓrogatū eſt. Val. Max. li. 5. & Epit. 9. & Appian. Nōnullas tum vrbes circū poſitas Carthagini expugnauit. Audiēs deinde Piſonem ſibi ſucceſſorē venire, Scipionem cū Phamea Romā dimiſit: q incredibili dolore militū profectus in vrbē, honorib. muneribusq; à Senatu, vt Phameas excipereť, effecit. Manilius paulo pòſt & ipſe tradito Piſoni imperio, cum præter res ſuperius expoſitas, Tēzagā vrbem cæſis duodecim millibus Aphrorum, ſex millibus captis expugnaſſet, atq; diripuiſſet, Romam ex prouincia deceſſit.

Excidium Carthaginis.

Reuerſo M. Manilio Iurecōſulto & conſule, qui bellum Punicum tertiū inchoauit, Romam: cùm ppls Rom. bellum in Pęnos ignauia Piſonis & Mancini longius protrahi, & Pœnos ex aduerſis eorū prelijs animos recipere, & acrius ſe ad bellum inſtruere animaduerteret, oēm in unum Scipionē cogitationem ſuā conjecit: facileq; bellum hoc ꝑ eum cōfici poſſe exiſtimauit, tum ꝓp res quas in Hiſpania legatus præclarè geſſerat: tum quoq; ꝓp inſignem animi magnitudinē & fortitudinem, quam Tribunus plebis in initio belli huius ſatis oſtenderat. Petiturus itaq; ędilitatem curulem, ppli fauore, aduerſantibus ēt patribus, qui longius eum à conſulari ætate abeſſe oſtendebant, Conſul declaratus eſt: clamante ppło, Ex lege Romuli & Tullij penes ſe comitiorū ius eſſe, ita vt cui vellet, mandare: cui nollet, abrogare magiſtratum ſuo iure poſſet. Collega ei additus eſt C. Liuius Druſus. Appian. Epitomæ, Velleius, Plutarchus, Val. Max. lib. 8. Caſſiodorus, Faſti Siculi, Faſti Capitolini. Inito magiſtratu, de prouincijs relatum eſt. Druſus Scipionem poſt ſe debere ſortiri prouinciā cōtendebat. Ppls reclamans tum quoq;, & mandandarum prouinciarum ius ſibi eſſe dicens, Scipioni Aphricā ac totū bellum ſine ſorte cōmittit: atq; exercitum ei tū, quantus ante ſuperiores clades fuerat, habendi: itemq; à ſocijs & à regibus & à ciuitatibus, quot vellet, & quos ipſe probaret, educendi facultatem dedit. Comparatis ergo oībus rebus ad bellum neceſſarijs, in Aphricam proficiſcitur, & Vticam aduehitur Piſo, qui M. Manilio Iureconſulto ſucceſſerat in Imperio, educto ex Hybernis exercitu, Carthaginis partē eam quæ continentem ſpectat, oppugnabat Mancinus ex altera parte, quæ rupibus aſperis & inuijs continebatur, vrbem ingredi conabatur. Iamq; perterritos Pœnos inſequens, portam vrbis intrauerat. Contemplatus deinde rerum inopiam, & imminens periculum, nuncios ad Vticēſium principes mittit, quanta ꝑ commeatuum penuria cōflictēť docet, eosq; vt quàm celerrimè ſubſidio ſibi ſint rogat. Scipio forte veſpere tum Vticā applicuerat, nunciant illi hæc. Quibus cognitis, milites tuba vocat, & adoleſcentes Vticenſiū cōmeatum ad naues cōportare iubet. Dimittit cōfeſtim captiuos quoſdā Carthaginenſes, ac mādat vt ſuis ſignificent, Scipionē mox affore inde equitib. aliis ſuper alios miſſis, q Piſonē ad opem Mancino ferendā excitent: ipſe militib. in naues impoſitis Vtica ſoluit. Mancinus prima luce Carthaginēſibus ex omni parte vrgētibus, quingētos, quos ſolos ī armis habuit, duobus hoſtiū millib. a frōte oppoſuit, iamq; vulnere accepto a muris pulſus, profligari videbatur: cùm ſubitò Scipionis naues citato curſu in Pœnos cōtendentes apparuere. Quibus cōſpectis Carthaginenſes, qui a captiuis de Scipionis aduētu edocti erant, ſubſtitere. Exercitū ſtatim Scipio exponit, & nō procul Carthagine caſtra metať. Pœni ex muris ꝑ ſtadia quinq; progreſſi, vallum iaciunt: in eoq; ſpacio Aſdrubalē & Bythiā collocant, quorū vnus ſex millia peditū hēbat, alter mille equitib. inſtructus erat. Scipio aūt cum exercitū a Piſone acceptū, luxui, auariciæ ac deſidiæ deditum videret: ante, eum ſibi emendandū cōſtituit, q̄ cum hoſtibus ad pugnā aliqua rōne deſcenderet. Poſt aūt inſidijs ꝑ noctē poſitis, Megara qui locus vrbis eſt ampliſſimus, aggreſſus eſt, & cæpit. Poſtridie eius diei Aſdrubal Megarā captā indigne ferens, captiuos oēs Romanorum in muris ſtatuit, eo maxime in loco, quo à ſuis facile videri poſſent: eosq; ibi crudeliter ꝑ contumeliam Romanorū varijs gñibus tormentorum excruciatos interfecit. Quibus cōfectis, Scipio ratus Carthaginem, niſi obſidione expugnari non poſſe, eā quoad potuit circūuallauit: & Iſthmū oēm complectens a mari vſq; ad mare, per iactum teli foſſā muniuit. ea perfecta, alterā eregione cōtinentē verſus eduxit, duas alias ſiſes a lateribus addidit, in medio turrim excitauit, vt inde quæ in vrbe fierent, proſpiceret. Quibus cōparatis, Scipio intra ſpacium illud copias deduxit, ita vt vno tpe & caſtra metareť, & hoſtes obſidēs oī cōmeatu terra mariq; intercluderet: atq; hinc malorū oīum fons in Carthaginēſes manauit. Nā cùm maxima ex agris in vrbē multitudo refugiſſet, neq; cōmeatus quidquā, aut terra ꝓp munitiones, aut mari ꝓp claſſem Romanorū ſupportaretur, res eos frumētaria deficere cœpit. In has neceſſitates conjecti, mari omnino intercluſi & prohibiti ſuis rebus diffidere cœperunt. Haud tñ his caſibus fracti animum abiecerūt, ſed portum alterum ex contraria parte magno mulierum & puerorum vnà perpetuò laborantium ſtudio ſuffoderunt: ac triremes, quinqueremes, aliaque cōplura paratiſſima nauigia, atq; oī gñe armorū inſtructiſſima in mare eduxerunt, nō ſine magno Romanorū terrore. Ab vtraq; itaq; parte cōcurſum eſt: eaq; pugna, cùm remigū vtrinq; ac gubernatorū, militumq; virtus atq; audacia eniteret, ad Solis vſque oceaſum magna cōtentione perducta eſt. Eo prelio ad noctem dirempto, Carthaginenſiū naues, quotquot incolumes fuere, vrbem petierunt. Lembi verò regredientes, cùm nauigandi ſe velocitate interclusiſſent, a maioribus Romanis nauibus occupati, cū progredi non poſſent, aggerem petiere. Is locus ante mœnia vrbis fuit ampliſſimus, in quo pacatis rebus negociatores onera ſua exponere cōſueuerāt. Verùm imminente bello in anguſtiorem formā redactus fuerat, ne hoſtes patenti in loco ſub muris aliqſi verſarent. Huc ergo ob portus inopiā delati, cōuerſo impetu prelium inſtaurarūt, cùm alii ab aggere, alii e nauibus pugnarent, ac Carthaginenſib. quidē cōſiſtētibus & leuis nauigatio, & facilis pugna Romanis erat. Cùm aūt regrederent, difficili grauiorum nauium ſuarū agitatione magna ſępe incōmoda a circūcurſantib. Pœnis accipiebāt. Scipio itaq; poſtridie aggerē aggreſſus, & adhibitis machinis partem muri deturbauit. Pœni & multis malis defeſſi, & in ſummam inopiā rei frumētariæ adducti ac conjecti, extrema quæq; tentāda ſibi eſſe putantes, è muris adipſas munitiones Romanorū incendendas erūpunt. Rea Romanis pcepta, fit atrox prelijū, cū ab vtraq; parte multi & vulnerarent & caderent. Pœnorū aūt virtus incredibilis, atq; animi magnitudo excellētiſſima fuit, quorū cū in ora pectoraq; aduerſa gladii eſſent, telaque multa cōjecta, nonſante tñ pugnare deſtiterunt, q̄ aut opa ſuccenſa, aut pulſos loco Romanos cōſpexerūt. Turbatis igit ex hoc tumultu rebus, & orta tali in caſtris trepidatione, qualis nūquā antea extitiſſet: Scipio equo accurrēs, ac terrorē mortis terga vertēntibus iniiciēs, plurimos cōſeruauit. Pœni incēſis operib in vrbē ſe recipiunt: poſtridie murū, q labefactatus erat, inſtaurāt, turresque plurimas ſup ipſum ædificant. Romani ēt alias machinas comparant, aggerē validiſſimum ⁊ turres extruunt. Aggere Pœnorum potitus Scipio, eum foſſa & muro lapideo ſepſit: in eoq; quatuor millia hominum ſtatuit, qui hoſtium incurſiones reprimerent, quorum multa cum ijs e muris dimicantib. prelia extiterunt. Atque hoc modo æſtas ab vtriſque traducta eſt. App. Florus.

Anno Vrbis 607. ineūte hyeme, cùm plurimi in Aphrica Pœnos cōmeatu cęterisq; rebus iuuarēt, Scipio eos e medio tollendos ſtatuit. Dimiſſis itaq; in hyberna militibus, ipſe in Diogenē, q Aſdrubali fauebat, Nepherim verſus per ſtagnum contendit: & poſitis ab eo caſtris, ad ſtadia duo Guluſſam ijs præfecit, qui cum Diogene dimicaret, ipſe interea modò Carthaginē, modò Nepherim petēs, bellū ſumma ſapiētia adminiſtrabat. Pugnat paulo pòſt

Source : BIU Cujas

lo pòst ad Nepherim, Diogenemq; castris exuit, & Pœnos in fugam pellit: eo prælio ad septuaginta millia hominum cum inutilibus cæsa dñr, decem millia capta, quatuor euaserunt. capta inde Nepheris est, post duos & viginti dies, postq̃ obsideri a Scipione cœpta esset. Qua victoria cum complures Libycæ ciuitates ad eũ deficerent, ad Carthaginem expugnandam accensus est: quæ iam viribus attenuata, & media ferè consumpta erat. Cothonẽ portum, ex quo totã expugnationẽ instituisse putabat, aggressus, Asdrubale quãtumuis se opponente, occupat: & pœnos partim cædit, partim capit. Pauci in vrbem se conijcientes, vix mortis periculum euitarunt. Cothone occupato, oẽm prorsus commeatum intercipit. Post hæc, ꝙ nox suberat, & milites ex superioris diei labore fatigati erãt, sub armis tota nocte quieuit. Vbi illuxit, facta in muros vrbis qua parte ceciderant, impressione, vrbẽ frustra remittentibus Pœnis ingreditur, cum grauioris armaturę militũ quatuor millibus. Irruptione eius in vrbem, magna Carthaginensium pars in Byrsam arcẽ confugit, & pugnare incipit. Scipio tribus partibus illato incẽdio vrbem vastat. Vrbis autem interea deflagrãtis, cùm per se satis miser, tùm verò miserior ac terribilior aspectus erat, ꝙ igne oĩa peruagante, ædes sæpè finitimæ incendium præuertentes, sua sponte corruebant, suaq; ruina ingentem fragorem edebant: cumq; ijs senes, pueri, mulieres, cæteraq; turba eorum qui pauore se intra tecta coniecerãt, aut semianimes, aut saucij, aut afflati incendio procumbebãt. Rem multo acerbiorem effecit, ꝙ fossæ reliquaq; depressa vrbis loca mortuis viuentibusq; sine discrimine summa crudelitate replebantẽ. Atq; hæc sex quidem dierũ spatio gesta sunt. Interea qui in arce erant, & ira deùm & direptione vrbis perculsi, legatos ad Scipionẽ de deditione mittũt: & ad pedes eius se abiicientes, fidẽ & misericordiam implorant. Scipio habitu & precibus supplicãtium motus, omnibus præterquam fugitiuis ac trãsfugis copiam exeũdi fecit. Egressa sunt ad quinquaginta millia hominũ. primum agmẽ mulierum in primis miserabile fuit, ad xx. millia: alterum virorũ, ad xxx. millia. Orosius 11. Transfugæ Aesculapij templum occupãt, & salute desperata incendunt, ac se in ignem cõijciunt. Asdrubal confugiens, Scipioni, supplex factus & ꝑseruatus, paulò pòst mortem sibi consciuit. Vxor eius prius interfectis tribus liberis, & in ignem coniectis, se flamma quoq; cõsumpsit. A multis traditum est, decem & septem dies arsisse. His rebus gestis Scipio nauẽ spoliis ornatam Romam, nunciatum victoriam misit: post hæc sacrificia ludosq; fecit, ac fugitiuos oẽs, quos capere potuit, bestijs dilaniãdos obiecit. Romæ hac victoria audita, ingens gaudiũ ortũ: supplicationes, sacrificia dijs immortalibus facta sunt: ludi & certamina edita. Missi decem legati, qui cum Scipione Aphricã prouinciam constituerent: & si quid esset vrbis, disturbarent. Quibus rebus perfectis, Scipio Romam transportato exercitu, triumphũ egit, auro, statuis, omnibusq; monumentorũ generibus ornatissimum: argenti quater millia, quadringenta & septuaginta millia pondo præ se tulit. Plin. lib. 13. Et Aphricani nomen, vt auus eius fecerat, sibi vindicauit: hauddubiè ad interitũ Carthaginis natus. Hæc oĩa ex Appiano, Orosio, Floro, Eutropio, Epitomis, aliis. Quartodecimo anno post deletam Carthaginem, vrbem Numãtiam in Celtiberia sitam, ad quã Romani exercitus aliquoties trucidati fuerant, excidit: nõ minori terrore, q̃ Carthaginem. Ciues enim, inopia rei frumentariæ consumpti ferè ne superstites vrbe rebusq; omnibus perditis & amissis manerent, incendio se cum vrbe perdiderunt: vtraq; insigne inconstantiæ fortunæ, rerumq; humanarum mutationis exemplum relinquens. Deleta est autẽ Carthago septingẽtesimo anno, q̃ erat cõdita. Liuius lib. 51. Solinus dicit anno 737. Euseb. anno 668. Condita verò fuit 72. annis antè q̃ Roma. Iustin. lib. 9. De hoc excidio Carthaginis refert Valerius dixisse Q. Metellũ, illã victoriã, qua Carthago deleta est, nescire, bonìne plus an mali attulisset. Val. cap. 2. lib. 7. Vide Ciceronem lib. 1. Offic. Plin. ca. 9. lib. 7. & c. 18. li. 15. Plutarch. in Catone: & August. cap. 30. lib. 1. de ciuitate Dei. Hoc bellum Punicũ tertium describunt Florus, ca. 48. & 49. Appian. in Lybic. August. cap. 21. lib. 3. de ciuitate Dei. Plutarchus in vita Catonis Censorii. Eutrop. 3. 4. Orosius ca. 22. & 23. Plin. c. 58. de Viris illustrib. Iustin. lib. 18. & 19. De bello Numantino, vide Flor. 55. & seq. Oros. ca. 6. lib. 5. Eutrop. cap. 3. libri 4. Val. cap. 2. lib. 2. c. 2. lib. 3. ca. 6. lib. 7. August. cap. 21. lib. 3. de ciuitate Dei. Front. in cap. 1. libri quarti.

De rebus gestis domi.

Domi habitus fuit iuris peritissimus. Fuit enim ex his qui transuerso foro ambulabant, & consilii sui copiã omnibus faciebant. Scripsit libros tres de Iure ciuili, ex quibus multa, præsertim de venalium vendendorum legib. & actionibus, ac veterũ verborũ proprietatibus, a Cicerone & Varrone citantur. Præterea orator prudens est habitus. Deniq; prẽter egregia multa, raræ dignitatis, sacrorum etiam Pontificalium peritissimus fuit.

Refert Valerius Maximus insigne seueritatis paternæ exemplum de eo. Nam cum ad Senatum Macedonia de filio eius detulisset, ꝙ pecunias cæpisset a P. conscriptis pater Manlius rogauit, ne quid statuerent, antequam & Macedonum & filii causam audiuisset. Summo deinde tum amplissimi, tum etiam eorum qui quæstum venerant consensu, cognitione suscepta, domi cõsedit: solusq; vtriq; parti per totum biduum vacauit. Tertio die plenissimè diligentissimeq; auditis testibus, ita pronũciauit: Syllanum filium meum, pecunias a sociis accepisse, mihi probatum cũ sit: neq; talẽ fuisse ĩ Imperio, quales maiores mei fuerint: & Rep. eũ, & domo mea indignũ iudico, ꝓtinusq; a ꝙspectu meo abire, nec redire vltrà iubeo. Tam tristi patris sñia perculsus filius, lucẽ vlterius intueri non sustinuit, suspendioq; se ꝓxima nocte ꝙsumpsit.

M. BRVTVS.

INter Romanas familias, antiquitate, Iunia nullis cedit. Iliò enim oriundi Iunij, cũ Aenea profugo Italiã petiere: ab eoq; semper tpe in magna fuisse auctoritate, dubium nõ est. Nã L. Iunius Tarquinia, Tarquinij Prisci regis filia, natus est: primusq; cõsulatu familiam illustrauit. Hic sumpto de suis filijs supplicio, finẽ familiæ dedisse existimatur. Iuniosq; & Brutos, qui postea extitorint, plebeios fuisse, sunt qui tradunt. Post primum consulẽ Brutum, vsq; ad annum Vrbis 414. nulli huius nominis, vel ob rei mi litaris peritiam, vel magistratus initos clari fuere. Primus D. Iun. Brut. celebritatẽ genti denuò attulit: nam & magister equitũ fuit Q. Publilio Philone dictatore: & Cõsul fact⁹ est anno Vrbis 427. Hunc insequuti sunt plurimi: Iunius Brutus Bubulcus, Libones, Peræ, Pulli, Syllani: & noster M. Brutus Iureconsultus. Gessit hic præturam solummodò, & ideo nihil celebre aut insigne de eius gestis fertur. Scripsit de Iure ciuili libros tres, vt testatur Cicer. in lib. 2. de Orat. De his sic ait Cicero: Verũ hoc, vt dixi, nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos, Cotta noster, & Sulpiti, quomodo nunc se istorum artes hñt, pertimescenda est multitudo causarũ: est enim infinita. Si in personis ponit, quot hoĩes, tot causæ: sin ad generũ vniuersas quæstiones referuntur, ita modicæ & paucæ sunt, vt oẽs eas diligentes & memores & sobrij oratores, percursas animo, & propè decantatas hĩe debeant: nisi fortè existimatis a M. Curio cãm didicisse L. Crassium, & ea re multa attulisse, quamobrem posthumo nõ nato, Curium tñ hæredem Coponij esse oporteret. Nihil ad copiã argumẽtorũ, neq; ad causæ vim ac naturã nomen Coponij ac Curij pertinuit: in genere erat vniniuerso rei negociiq;, non in tpe ac nominibus oĩs quæstio, cùm scriptũ ita sit: Si mihi filius gignit, isq; prius moritur, & cætera, tum vt mihi ille sit hæres. Si natus filius nõ sit, videaturne is qui filio mortuo institutus hæres sit, hæres esse? Perpetui iuris & vniuersi generis quæstio, non hoĩum nomina, sed rõnem dicẽdi, & argumentorũ formas desiderat. In quo ẽt isti nos Iurisconsulti impediunt, a discendoq; deterrẽt. Video.n. in Catonis & Bruti libris noĩatim ferè referri, quid alicui de iure viro, aut mulieri rñderint: Credo, vt putaremus, in hoĩbus, non in re, cõsultationis aut dubitationis cãm aliquã fuisse: vt ꝙ hoĩes essent innumerabiles, debilitari a iure cognoscendo, voluntatem discendi simul cũ spe perdiscendi abijceremus. Hæc Cicero.

Præterea sedulitatem adhibuit, vt multa verba quæ iam maioribus fugitiua obliuione prærepta fuerant, retraheret. Filium habuit qui magistratus non petiuit, sed accusator fuit vehemens & molestus: vt facilè cerneres, naturale quoddam stirpis bonũ degenerauisse vitio deprauatæ voluntatis. Hunc filium mirificè vexauit Crassus, vt Cicero refert in lib. 2. de Orat. Nam cum Brutus duos lectores excitasset, & alteri orationem Crassi de colonia Narbonensi legendam dedisset, alteri de lege Seruilia: & cùm contraria inter se de Repub. capita contulisset, Crassumque ꝙ primus peregrini marmoris columnas ad Palatinas ædes suas instruendas aduexerat, Venerem Palatinam appellasset: Crassus facetissimè tres patris Bruti de iure ciuili libello, tribus lectoribus legendos dedit.

In libro primo ita erat: Fortè euenit, vt in Priuernati essemus. tum Crassus: Brute, testificatur pater se tibi Priuernatem fundũ relinquisse. Deinde ex li. 2. In Albano eramus ego & M. filius. hic Crassus: Sapiens videlicet homo cùm primis nostræ ciuitatis, norat hunc gurgitem: metuebat, ne cum is nihil haberet, nihil ei esse relictum putaretur. Tum ex libro tertio: In Tiburti fortè aslẽdimus, ego & M. filius. Crassus hoc loco: Vbi sunt ij fundi Brute, quos tibi pater publicis cõmentariis consignatos reliquit? Quod nisi puberem te inquit, iam haberet, quartum librum composuisset, & se etiam in balneis locutum cum filio, scriptum reliquisset. Nam fortè nuper Brutus filius balneas paternas vendiderat: vnde ille etiam eiusdem Crassi iocus. Cùm enim se Brutus sine causa sudare, in facili & aperta causa diceret: Minimè mirum, inquit Crassus, modò enim existi de balneis.

M. BRVTVS, M. BRVTI, QVI Cęsarem interemit, pater.

CIcero non modò hunc acutum oratorem fuisse narrat, sed etiam Iuris publici & priuati peritissimum: Marianus sequutus est partes, & cum Pompeio adolescẽte confligit. Deinde prætor factus: & Marianas adhuc partes sectatus, a Pompeio cõprehensus, ad Rhegium interfectus est. Vide res gestas & historiã huius belli apud Flor. lib. 77. & seq. Eutrop. lib. 5. per totũ. Oros. c. 19. lib. 5. Appian. lib. 1. Belli ciuilis. Solin. cap. 40. Val. lib. 1. cap. 3. & 5. Plutarc. inuitis Marij & Syllæ. August. cap. 27. & 28. lib. 3. de ciuitate Dei. Lucan. lib. 2. Plinium ca. 67. & duob. seq. de Viris illust. Cicer. lib. 2. Officiorum.

P. MV-

Source : BIU Cujas

P. MVTIVS SCAEVOLA.

APud Romanos moris fuit, vt ſe noïarent, vel a nominibus Aboriginum, vel Troianorũ, vel aliorum eiuſmodi populorum: veluti Fabij, a Fabio Herculis filio: Pomponij, a Põpone, Numę regis filio. Aliàs a prænominibus, nominibus & cognomi nibus: veluti Lucilii, a Lucio. Aliàs a locis, vrbibus, populus: aliàs a re alia. Sic Mutiorum familię, Scęuolæ cognomen inditũ, a Mutio quodã, qui Porſennã regem interfecturus, occiſo ſcriba, quẽ regem eſſe putabat, comprehẽſus, impoſitam altaribus manũ, in quib. ſacrificatũ erat, exuri paſſus, & ob id Scæuola dictus eſt. Scęua enim ſiniſtrã manũ ſignificat. Liuius lib. 2. Dionyſ. lib. 6. Plin. cap. 11. & 12. de viris illuſtribus. Eutrop. ca. 1 : lib. 1. Plutarch. ca. 4. Paral. Auguſtin. cap. 18. lib. 2. & cap. 20. lib. 4. de ciuit. Dei. Lactan. cap. 5. lib. 5. Valer. lib. 3. cap. 3. Martial. lib. 1. Sil. in 8.

Ex hac itaq; familia non tm̃ multi prẹſtantiſſimi viri, quorum vſus in adminiſtratione Reipub. fuit, prodierunt: verùm celeberrimi quoq; in ciuilis iuris peritia extiterunt, quam ſibi quaſi eius gẽtis propriam ſingularemq; vindicauere. Ptimus autem ex hac gente P. Mutius Scæuola gloriam in Iuris ſcientia cõſequutus eſt. Fuit verò filius P. Scæuolæ conſulis, Anno 577. Cicero in Bruto. Ipſe conſulatum iniit Anno Vrbis 620. Collegam habuit L. Calpurnium Caſſiod. Faſti Sicul, Velleius. His Conſulibus Reſp. Romana, ſeditione a Tito Graccho tribuno pleb. excitata, vehemẽtiſſimè perturbata eſt. Tit. Sempronius Gracchus, clariſſima familia, atq; optimis maiorum exemplis tribunus pleb. ad aucupandã popularem aurã legem tulit inuitis Senatoribus atque equitibus: Ne quis ex agro publico plus q̃ 500. iugera poſſideret. Cui cũ M. Octauius collega, cãm diuerſæ partis defendenti intercederet, in eum furorẽ exarſit, vt ei ptãtem lege lata abrogaret: ſeq; & Caiũ fratrem, & App. Claudium ſocerum, triumviros ad diuidundum agrum crearet. Promulgauit & alteram legem, ſi quis latius agrũ patefaceret, vt iidem triumviri iudicarent, quà publicus ager, quà priuatus eſſet: deinde cùm minus agri eſſet, q̃ quod diuidi poſſet ſine offenſa ẽt plebis, qũ eos in ſummam ſpem opum erexerat, legẽ ſe promulgaturum oſtendit, vt iis qui Sempronia lege agrũ accipere deberent, pecunia, quæ regis Attali fuiſſet, diuideret. Hæredem aũt populũ Rom. reliquerat Attalus rex Pergami, Eumenis filius. Tot igitur indignitatibus cõmotus grauiter eſt Senatus, & ante oĩa P. Mutius Scæuola, qui cũ ĩ Senatu Gracchũ peroraſſet, raptus ab eo ad populũ, rurſus in eum pro roſtris cõcionatus eſt. Cùm aũt iterum creari Tribunus plebis vellet, quod cũ ſummo Reip. exitio futurũ optimates arbitrabãtur: auctore P. Cornelio Naſica in Capitolio ab optimatibus occiſus eſt, ictus fragmentis ſubſelliorũ: & inter alios, qui in eadẽ ſeditione occiſi ſunt inſepultus eſt in flumẽ proiectus. De P. Mutio Cicero ſic loquit̃ pro Domo: P. Scipionis factũ ſtatim P. Mutius conſul, qui in gerenda Rep. putabatur fuiſſe ſegnior, multis Senatuſconſultis nõ modò defendit, ſed ẽt ornauit. Et pro Plancio: P. Mutius arma, quæ priuatus P. Scipio ſumpſerat, ea Ti. Graccho interẽpto, iure optimo ſumpta eſſe defendit. De rebus huius ꝯſulatus vide Liuiũ li. 60. & 61. App. lib. 1. belli ciuilis. Et Velleium, Plutarc. in vita Gracchor. Oroſ. cap. 12. lib. 5. Flor. 58. Val. Max. lib. 1. cap. de ſomniis, & multis aliis cap. Gell. cap. 13. lib. 11. Plin. lib. 33. cap. 2. & Plin. iun. ca. 65. de viris illuſtrib. Auguſt. cap. 24. lib. 3. de ciuitate Dei.

Poſt Conſulatum Pontifex Maximus factus eſt. Huius negligẽtiam tacite incuſare videtur Cicero in lib. 2. de Orat. Erat enim hiſtoria nihil aliud, niſi Annalium confectio: cuius rei memorię q̃ publicæ retinendæ cauſa, ab initio rerum Romanarum, vſq; ad P. Mutium Põtificem Maximum, res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Max. efferebatq; in album: & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi, qui etiam nunc Annales maximi nominantur.

Traditur aliud quoq; exemplum, ex quo, qua in auctoritate apud Senatum fuerit, facilè colligi poteſt. Licinia virgo Veſtalis, ſummo loco nata, & ſanctiſſimo ſacerdotio credita, aram & ędiculam & puluinar ſub loco ſacro iniuſſu populi dedicauerat. Hic itaq; P. Scæuola pontifex maximus reſpondit: Quod in loco publico Licinia dedicaſſet, ſacrum non videri.

Recitat Cicero ad Herennium de eo, ꝙ iudex iniuriarum condemnauerit eum qui L. Auſum poetam lędẽdi gratia in ſcena nominauerat: cum C. Cęlius abſoluiſſet eum, qui Lucilium poetam in ſcena nominatim læſerat. Deinde hũc P. Scęuolam memoria plurimũ valuiſſe, in lib. 1. de Oratore refert. Pila quoq; & duodecim ſcruptis atq; alea optime luſiſſe ſcribit̃: ita vt illo duodecim calculorum luſu tanta diligentia fuerit, vt cùm aliquãdo calculũ promouiſſet, eſſetq; victus: dũ rus tenderet, repetito totius certaminis ordine, quoq; loco erraſſet recordatus, redierit ad eum qui cum luſerat. Hæc Valer. Maximus falsò Q. Mutio attribuit.

Scripſit libros x. de Iure ciuili. Præter iuris ſcientiam, nonnullum quoq; locũ inter Oratores habuit. Dicebat enim valde prudenter, & acutè: & paulò etiam, q̃ multi æquales ſui, copioſius. P. Craſſum Mutianum oratorem, & fratrem adoptiuum, in Iuris ſcientia inſtituit ita, quantum neceſſarium eſſe putabat oratorio muneri, nihil vt in eo deſideraretur. Eam autem iuris peritiã habuit, vt Cicero Iureconſultum definiens, ſic ſcribat: Sin autẽ quęreretur, quiſnam Iuriſconſultus vere nominaretur, eum dicerẽ, qui legum, & conſuetudinis eius qua priuati in ciuitate vterẽtur, & ad rñdendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus eſſet. Et ex eo genere S. Aelium, M. Manlium, P. Mutium nominarẽ, &c.

P. LICINIVS CRASSVS MVTIANVS.

LIcinia familia plebeia quidẽ, ampliſſima tamen ob magiſtratus perfunctos extitit. Primus in ea P. Licinius Caluus, tribunus militum, nõ petens, a patribus creatus fuit, Anno Vrbis 359. Hunc inſequuti ſunt, C. Licinius Stolo conſul, Anno Vrbis 392. qui primus de plebe magiſter equitum factus eſt: Licinius Menenius, Licinius Caluus cõſul, L. Licinius prætor, trib. milit. M. Licinius trib. milit. P. Licinius, qui in Brutios profectus eſt, & cõtra Hannibalẽ miſſus, & Pont. Max. fuit. P. Licinius cenſor, magiſter equitum, præter, & tribun. milit. P. Licinius Varus, ædilis curulis, prætor: & noſter P. Licinius Craſſus Diues Mutianus, ſic dictus, ꝙ adoptione in Mutiam familiam tranſierat. Vnde Scæuolæ frater dr̃ a Cicerone, in lib. de Oratore, & in Bruto: & Velleius li. 2. Mutianum eũ vocat. Factus eſt initio quæſtor, deinde functus eſt ędilitio munere. primus argento auroq; folia imitatus, coronas dedit. acceſſerunt lemniſci quoq;, quos adijci ipſarũ coronarũ honos erat, pp Hetruſcas, quibus iungi niſi aurei debebant. Tiberio Graccho, quem affinitate contigebat (nã C. Gracchus, T. frater, Craſſi filiam in matrimonio hẽbat) dr̃ in conſilio fuiſſe. Cõſulatũ inde cũ L. Valerio Flacco adeptus eſt, Anno Vrbis, cum idẽ Põtifex Max. eſſet, 620. His Conſulibus ortũ eſt cum Ariſtonico, Eumenis filio ex pellice, bellum: qui Ariſtonicus poſt mortẽ Attali, velut paternũ regnum inuaſit Aſiam, cum teſtõ Attali regis legata populo Romano, libera eſſe deberet. Aduerſus eũ P. Licinius Craſſus cõſul, cum idem Pontifex maxim. eſſet, qd̃ nunquã antea factum erat, extra Italiã profectus, prælio victus & interemptus eſt Epit. 59. & Strabo lib. 14. Iuſtinus verò lib. 37. paulo aliter obitum eius deſcribit. Aſia Licinio Craſſo cõſuli decernitur, qui intentior Attalicæ prædæ, cùm extremo anni tpe inordinata acie prælium cõmiſiſſet, victus, pęnas incõſultę auaritiæ ſanguine dedit. Eutropius tradit Craſſum interfectum, caput eius Ariſtonico oblatũ, corpus Smyrnæ ſepultum. Hunc aũt nõ in conſulatu interfectũ eſſe, ſed ſequenti anno, tradit Obſequens, & Vell. qui ſcribũt, Craſſum ex Aſia decedentẽ pro conſule interemptũ. Multa de eius nece & fortitudine, vide apud Val. lib. 8. cap. 6. Plin. ca. 28. lib. 5. Et de bello Aſiatico hoc, vide Flor. 59. Iuſtin. li. 36. Strabon. lib. 14. Plin. cap. 11. lib. 33. Val. cap. 2. lib. 5. Eutrop. c. 3. lib. 4. Oroſ. cap. 7. lib. 5. App. in Mithrid. Auguſt. cap. 11. lib. 13. de ciuitate Dei. Acronẽ Ode 18. li. 2. carmin. Ciceron. in Philip. 9. Vell. & Obſeq. Euentus belli fuit, vt Andronicus a Craſſi ſucceſſore Perpẽna captus, & Romam deductus, in carcere ſtrangulatus ſit.

Fuit autẽ hic P. Licinius Craſſus iuris peritiſſimus. didicit iuris ſcientiam a P. Mutio fratre: ad cuius libros, cũ differendo par eſſe ſummo oratori Galbæ non poſſet, ſemper cõfugit. Tradit de eo Gellius lib. 1. cap. 13. ꝙ multis ac præcipuis bonis ornatus fuerit, quinq; prẹſertim: ꝙ eſſet ditiſſimus, ꝙ eloquentiſſimus, ꝙ nobiliſſimus, ꝙ Iuriſconſultiſſ. ꝙ Pont. Max. Facit ius mentionem ſæpiſſimè Cicero in lib. 1. de Oratore, in Bruto, in Academicis quęſtionibus. In Bruto præcipuè ait: P. Craſſum valde probatum oratorem, ijſdem ferè temporibus accipimus, qui & ingenio valuit, & ſtudio, & habuit ẽt domeſticas quaſdã diſciplinas. Et in Oratore: P. Craſſus idẽ eloquens & Iureconſultus. & deinde. P. Craſſus Diues, P. Scæuolæ frater, orator & Iureconſultus. Maximi tm̃ animi vir ſuapte manu interfectus eſt: in li. 3. de Oratore. Reliqua quæ ad eius vitam, eruditionem & eloquentiam pertinent, vide apud Ciceronẽ paſſim in libris de Oratore, & in Bruto. Pomponius ſcribit, a Cicerone dici hunc Iureconſultorum diſeritiſſimum. qua in re labitur. Nam Cicero in Bruto loquitur de L. Craſſo M. Antonij æquali, Celebrat̃ præterea huius P. Licinij Craſſi memoria.

C. LIVIVS DRVSVS.

ORiundus fuit ex Liuiorum familia, quæ quidem plebeia, ob magiſtratus tm̃ tam conſulares, q̃ cenſorios, ſæpiſſimè adminiſtratos, ſatis illuſtris extitit. Ciceronis tẽporibus tres præcipuè oratores in hac familia floruerunt: M. Druſus, C. F. qui in tribunatu C. Gracchum collegam, iterum tribunum fecit (fuit autem vir & oratione grauis, & auctoritate) C. Druſus frater, & M. Druſus auunculus magnus M. Bruti, eius qui Cæſarem occidit.

Ex his his igitur tribus, ob iuris peritiã præcipuè celebratur C. Druſus, quamuis Pomponius eũ inter Iuriſconſ. minimè referat.

Celebrat aũt iuris ſcientiã eius Valer. Max. Ea namq; induſtria & ſtudio fuiſſe hoïem tradit, vt & ætatis viribus & acie oculorũ defectus, ius ciuile populo benigniſſimè interpretatus ſit, vtiliſſimaq; diſcere id cupientibus monumenta cõpoſuerit. Nã vt ſenẽ illũ natura, & cæcũ fortuna facere potuit: ita neutra interpellare valuit, ne nõ animo & videret, & vigeret. Et Cicero in Bruto ait: Domũ eius, vt acceperit, compleri cõſultoribus ſolitam: & cùm quorum res eſſet, ſua ipſi non viderent, cęcum adhibebanr ducẽ.

P. RVTILIVS RVFFVS.

REpetunt Rutilij originem ſuam ex Nautia familia, quæ euerſa Troia Aeneæ profugo ſe adiunxit. In Catalogo conſulũ Romanorum & cẽſorum plurimi inueniunt̃ Rutilij, quorũ nomina

Source : BIU Cujas

mina & res gestæ, in eo, quem de Familiis Romanis instituimus libro, copiosè enumerabuntur. Adolescens audiuit P. Mutiũ Scævolam, ab eoq; & iuris scientiam, & morum innocẽtiæq; opinionem hausit. Prouectiore ætate Tribunus plebis factus est. In tribunatu C. Mancinum procos. qui cum Numantinis proditoriè fœdus inierat, domum reuersum, & in Senatum ire ausum, extrahi iussit. Negabat enim eum ciuem esse, cùm memoriæ proditũ esset: ei, quem populi Romani iussu pater patratus dedidisset, nullũ esse ius postliminij. Deinde consulatum cum M. Aemilio Scauro, acri homine, & vehementi, petiit: verũ repulsus, Scaurum ambitus accusauit. Sed a Scauro absoluto vocatus est ipse in iudiciũ. Paulo tamen post, cùm C. Mallio cõsulatum obtinuit, Anno Vrbis 652. Cicero in Bruto, & pro Plancio. vbi repulsa in tribunatu accepta, consulatum se ait esse adeptum. In eo consulatu armorum tractãdorum rõnem militibus tradidit: ac nullius ante se Imperatorum exemplo secutus, ex ludo C. Aurelij Scauri doctorib. gladiatorum accersitis, vitandi atq; inferẽdi ictus subtilitatem, ac rationem legionibus ingenerauit: virtutẽq; arti, & artem rursus virtuti miscuit: vt illa impetu huius fortior, hæc illius sciẽtia cautior fieret. Hisce Coss. tumultus Cimbricus ortus est. Cimbri. n. Teutones, Tigurini, & Ambrones, ad Romanum Imperiũ extinguendum conspirauerant; quibus se opposuit M. Aurelius Scaurus legatus consulis. pugnatum est, victi sunt Romani. M. Aurelius consularis captus, & interfectus est: duo filij consulis Mallij cæsi. lxxx. millia Romanorum, sociorumq; trucidata: lx. millia calonum, atq; lixarum interfecta: decem ex omni penitus exercitu perfuerunt. hostes binis castris, atq; ingẽti præda potiti, omnia pessundederunt: maximus non solum luctus, sed metus etiã fuit, ne confestim Cimbri Alpes transgrederẽtur; Italiamq; delerent. Pugnatum est non. Octob. Plutarchus in Lucullo, in Camillo, in Apophtheg. De hoc bello Flor. 67. & 68. Plutarc. in Mario: & ca. 37. Paral. App. in Celtico. Eutrop. cap. 1. lib. 5. Oros. capit. 16. lib. 5. Euseb. Frontin. cap. 5. lib. 1. & cap. 2. lib. 2. Valerius Maximus ca. 8. libri 5. Plin. de vir. illust. cap. 67. Plin. de hist. multis in locis. Salust. in Iugurt. Tacitus, alij.

Præter iurisperitiam, nõ obscurum quoq; locum inter Oratores tenuit: sed in quodam tristi, ac seuero dicendi genere versatus est, & natura acer & vehemens. De eo sic ait Cicero in Bruto: De Scauro & P. Rutilio breuiter licet dicere. quorum neuter summi oratoris habuit laudem, & vterq; in multis causis versatus erat. Ex quo facilè colligi potest, maiorem eius industriam in iure rẽdendo, q̃ in oratione & dicendo fuisse. Præterea Stoicæ doctrinę in primis addictus fuit. Præceptorem habuit Panætium, qui & ipse disputãdo plus, q̃ dicendo valuit. Omnes enim ferè Stoici prudentissimi in dicendo erant, & id arte faciebãt vt architecti pene verborum essent. Inde factum est, vt a disputando ad dicendum traducti, inopes prorsus reperti sint: vt testatur Cicero in libro de Claris oratoribus. Extant duo insignia exempla innocẽtiæ & constantiæ in eo. Cùm enim in iudicium, magis ordinum dissensione, q̃ sua culpa reus à M. Scauro repetundarum noĩe vocatus essent, conspirantibus in eum publicanis, ppea q̃ legatus C. Marij proconsulis, ab eorum iniuriis Asiam defenderat: tum nõ modò supplex iudicibus esse noluit, sed nec ornatius, ac liberius causam dici suã passus est, q̃ simplex ratio veritatis ferebat. Qua in re imitatus est homo Romanus & Consularis, veterem illum Socratem, qui cùm omnium sapientissimus esset, sanctissimeq; vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, vt non supplex aut reus, sed vt magister, aut dñs videretur esse iudicum: quin etiam cũ ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, q̃ si ei videretur edisceret, vt ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commodè esse scriptam dixit: sed, inquit, vt si mihi calcios Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Ideoq; Cicero appellabat hunc Rutilium Iurecons. exemplum innocentiæ: eoq; neminem, neq; integriorem in ciuitate, neq; sanctiorẽ fuisse dicit. Idem Rutilius Q. Seruium Galbam, quem hominem probe nosse & commeminisse se aiebat, pergrauiter reprehendere solebat: q̃ is L. Scribonio, quæstionem in eum ferente, populi miseri cordiam concitasset: cùm M. Cato Galbæ grauis, atq; acer inimicus, asperè apud populũ Romanum, & vehemẽter esset locutus. Quam orationem in Originibus suis exposuit ipse. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, q̃ is C. Sulpitij Galli, propinqui sui, Q. Pupillum filium ipse penè in humeros suos extulisset, qui patris clarissimi recordatione & miseria fletũ populo moueret, & duos filios suos paruos tutelæ populi commendasset, ac se, tanq̃ in procinctu testm̃ faceret, sine libra atq; tabulis, pop. Rom. tutorẽ instituere dixisset illorum orbitati. Itaq; cùm & inuidia & odio populi tum Galba præmeretur, his quoq; eum tragediis liberatum ferebat. Quod item apud Catonem scriptum esse video: Nisi pueris & lachrymis vsus esset, pœnas eum daturum fuisse. Hæc Rutilius valde vituperabat, & huic humilitati dicebat, vel exilium fuisse, vel mortem anteponendam. Neq; verò hoc solum dixit: sed ipse & sensit, & fecit. Deinde admirabile quoq; exemplum sinceritatis & candoris præbuit. Cùm enim aliq̃ amici cuiusdam iniustæ rogationi resisteret, isq; indignatus dixisset. Quid ergo mihi amicitia tua, si nihil abs te impetro, opus est? Respõdit Rutilius: Imò quid mihi tua, si pp te inhonesti aliquid facturus sum? Tandẽ hic Rutilius cũ multa, tametsi falso, de se audire cogeretur, vir totius ævi, non modò sui seculi, sanctissimus, innocentissimus & temperatissimus, ab ingrata ciuitate, magno & forti animo in exilium secessit. Ira enim damnationem suam tulit, tanquam illi nihil molestum esset aliud, quàm quòd falso de eo iudicatum esset. Verũ exilium minimè ipsi graue euenit. Multæ enim in Asia ciuitates legatos ei obuiam miserunt, orantes pro se quæque, vt tanti viri hospitio, atque exilio ornarentur. Smyrnam igitur concessit. A Sylla deinde reuocatus, Romam redire recusauit. Literarum igitur studiis vacans, Smyrnæ consenuit: ibiq; ciuitatis dono affectus, ciuis Romanus esse desiit.

Q. AELIVS TVBERO.

TVberorum familia ab Aeliis originem traxit: & ita tenui fuit patrimonio, vt sex & decem viri ex hac familia, simul vnis ædibus, & quidem modicis, cum coniugibus & liberis habitarẽt. Erat iis vnus in agro Veiente fundus, multo pauciores cultores desiderans, q̃ haberet dominos. Ex hac familia oriundus fuit hic Aelius Tubero. Habuit patrem C. Aelium Tuberonem, cuius paupertatem recenset Valer. lib. 4. in loco de Paupertate. Eadem enim gẽs nullum antea scrupulum argenti habuit, quàm Paulus Perserege Macedonico deuicto, Q. Aelio Tuberoni, genero suo quinque pondo argenti phialam ex præda donaret. Quamuis P. Aemilius ciuitatis princeps, filiã ei nuptui collocauerit: ipse quoque gloria, quàm pecunia ditior.

Refert idem Valerius exemplum fragilitatis, & continentiæ. Cùm enim in expeditione contra Persem comitatus esset socerum suum P. Aemilium, dedenti se Perseo, & in castra Romana proficiscenti, obuiam missus est à Paulo: Tuberoniq; custodiendus traditus est rex. Eidem deinde consulatum gerenti, in quem socero successerat, cùm Aetolorum rex, omnis vsus vasa argẽtea magno ponderi; exquisita arte fabricata, per legatos misisset, qui superiori tempore gratulandi causa ad eum profecti, retulerant fictilia se in eius mensa vasa vidisse, monitos ne cõtinentiæ quasi paupertati succurrendum putarent, cùm suis sarcinis abire iussit. Hoc itaq; patre genitus est hic Q. Aelius Tubero: qui à patris moribus minime recessit. Fuit enim & ipse seuerus & durus, congruãq; vitam cum Stoica doctrina, quam profitebatur, gessit. Visus est iuuenis Panętio præceptore. Eloquentiæ laudem prorsus nullam inter suos homines assecutus est. Oratio enim eius vitæ nõ absimilis fuit, præsertim cùm & asperitas & ariditas Stoica accederet. Fuit itaq; in dicendo durus, incultus, horridus, in disputãdo verò doctissimus: qd̃ omnibus Stoicis in arguta & arida Dialectica commune erat. Quantum verò eloquentia impar erat maioribus, tantum iuris peritia præcellebat.

Cõsul factus est, ex opinione Pomponij: quamuis in Catalogo Coss. minimè reperiatur. Recitat Valerius Maximus lib. 7. cap. 5. insigne ẽt exemplum frugalitatis. & Cic. in oratione p Murena: Cum epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est a Maximo Q. Tubero, vt tricliniũ sternere, cùm esset eiusdem Africani sororis filius. Strauit itaq; homo eruditissimus quidem, & Stoicus, hœdinis pelliculis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia: quasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus, & non diuini hominis Africani mors honestaretur. Quem cùm supremo eius die Màximus laudaret, gratias egit dijs immortalibus, q̃ ille virĩ hac Repub. potissimum natus esset. Huius igitur in morte celebranda grauiter tulit populus Romanus hanc peruersam sapientiam Tuberonis.

Tuberonis scripta nulla extant, quamuis historias scripserit: vnde multa citãt Liuius, Dionysius, Gellius. Ob insignem autem eruditionem & vitæ integritatem, multi ad eum scripserunt: nẽpe Hecaton Rhodius libros de Officijs: item Panætius præceptor librum de dolore patiendo.

PAVLVS VIRGINIVS.

POmponius hunc inter Iurecons. recensẽt. Verùm neq; de vita, neq; de libris eius aliquid legitur, aut constat.

SEX. POMPEIVS.

FVit hic Cn. Pompeij Strabonis consulis, & patris Põpeij magni frater. Cõtulit ingenium præstantissimum ad Iuris ciuilis scientiam, & ad perfectam Geometriæ ac rerum Stoicarum sciẽtiam. Cicero in Bruto. Hunc Cicero adolescens vidit. Narratur ab eo remedium p̃ podagram tentatum. Cùm enim in horreis suis ventilandis præsideret, & dolore podagræ corriperetur, mersit sese in triticum, supra genua: leuatusq;, siccatis pedibus mirabili modo, hoc postea remedio vsus est.

L. CAELIVS ANTIPATER.

VIxit hic tpe Ciceronis, & Crasso familiariter vsus est. Maiorem ex eloquentia, q̃ Iuris ciuilis peritia, laudem meruit, & assecutus est. De hoc sic ait Cic. in Bruto: L. Cælius Antipater, scriptor (quemadmodum videtis) fuit, vt tpibus illis, luculentus, Iuris valde peritus: multorum etiã, vt L. Crassi, magister. Et Quintilianus lib. 10. de eo sic ait: Multum ingenij in Cælio, & præcipuè in accusando, multa vrbanitas: dignusq; vir, cui & mẽs melior, &

vita

Source : BIU Cujas

vita longior contigisset. Inueni qui Cælium præferrēt omnibus: inueni qui Ciceroni crederent, eum nimia ꝯ se calumnia, verum sanguinem perdidisse. Sed est & grauis & sancta oratio, & castigata, & frequenter vehemens quoque. Imitator autem est Atticorum: fecitq; illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus, non si quid detracturus fuit. Hæc Quintilianus.

Q. MVTIVS SCAEVOLA AVGVR.

QVamuis Val. Max. & alij scriptores, hunc Scęuolam augurē, & Scæuolam Pont. Max. confundant: officio tñ, ac dignitate, & rebus gestis distinguit, diuersosq; esse, haud difficulter patet. Fuit autem filius C. Scæuolę consulis, anno 579. Ipse Cōsul factus est anno vrbis 636. cum Lucio Cæcilio. Scæuola itaq; Augur, familiaris fuit Ciceroni. Docuit enim eum & L. Crassum ius ciuile. Vnde in lib. de Orat. facit eum L. Crasso differentem. vbi Scæuola eloquentiā ciuitatibus pernicioſam esse contendit, & plurima detrimenta rebus publicis per homines eloquentissimos importata ostendit. Et in Dialogo de Amicitia facit eum disputantem.

Iuuenis Panętium audiuit, à quo Stoicam philosophiā hausit. Deinde Iuris prudentiæ se dedidit: in qua præ cęteris suis hominibus laudem est cōsequutus. Domus enim eius quotidie maxima consulentium frequentia, & maximorum hominum splendore celebrabatur. Ita, vt propè habita sit totius ciuitatis oraculum.

Deinde in collegium Augurū cooptatus est à Lelio socero, C. Vannio altero genero præterito. Consulatum gessit anno Vrbis 636. Collegam habuit C. Cęcilium, Cōsulatus eius celebris est, ob natalem M. Terentij Varronis, & triumphum ex Dalmatis.

Laudatur in eo grauitas, sapientia, & animi magnitudo. Cùm enim Sylla Rempub. occupasset, Senatumq; armatus coegisset, vt Marium hostē patriæ iudicaret, nec quisq̄ Senatorum voluntati eius resistere auderet: solus Scæuola interrogatus, rñdere noluit. cumq; truculentius minitaretur Sylla, in hæc verba prorupit: Licet, inquit, agmina militum, quibus curiam circumsedisti, mihi ostentes: licet mortem identidem miniteris, nunquam tñ efficies, vt pp exiguum senilemq; meum sanguinem, Reipub. hostem Marium iudicem, à quo vrbs & Italia conseruata est.

Bello etiam Marsico, cùm esset summa senectute, & perdita valetudine, quotidie simulatq; lucebat, faciebat omnibus conueniē di sui ptātem: neq; eum quisquam illo bello vidit in lecto, senexque & debilis primus veniebat in curiam. Idem confectus senectute, & morbo præpeditus, mācus, & membris omnibus captus ac debilis, cùm pp Saturnini tumultum Senatus capienda esse arma decreuisset: hastili nixus, & animi vim ac infirmitatem corporis ostentauit, nec patriæ ne extremo quidem in spiritu defuit. In hunc Mutium sæpissimè lusit Lucilius poeta Satyricus:

Quàm lepidè lexeis compostæ, vt tesserulæ omnes,
Arte, pauimento atq; emblemate vermiculato:
Crassum habeo generum, ne Rhetoricoteros tu sis.

Q. MVTIVS SCAEVOLA Pontifex Maximus.

HIc Mutius patrem habuit P. Mutium Pontif. Max. Cuius vitam superius recitauimus. Tribunatum initio gessit: deinde Coss. factus est cum Crasso, viro illo eloquentissimo, anno Vrbis 658. His Coss. natus ē Lucretius poeta. Deinde lex lata est Mutia Licinia, de regendis in sua ciuitate sociis. Cum. n. summa cupiditate ciuitatis Romanæ Italici populi tenerētur, & ob id magna pars eorū pro ciuibus Romanis se gereret, necessaria lex visa est, vt in suę quisq; ciuitatis ius redigeretur. Verùm ea lege ita alienati sunt animi principū Italicorum populorum, vt ea vel maxima cā belli Italici fuerit, qđ post trienniū exortum est. Pędian. in Cornelianam, & Cic. de Officiis. Esse pro ciue, qui nō sit ciuis, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissimi Consules, Crassus & Scæuola. Licinio Gallia, Mutio Asia obuenit. Anno in sequenti L. Crassus proconsul in Galllia res quasdam gessit: triumphum postulans, non impetrauit. Cic. lib. 1. de Inuentione. Pędiata in Pisonianam: Crasso collega fuit Q. Scæuola Pont. Max. qui cum animaduerteret Crasso, pp summam eius in Repub. potentiam ac dignitatem, Senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitauit Reip. magis q̄ collegæ hñe rōnem: ac ne fieret S. C. interceſſit & apud Val. lib. 3. L. Crassus cum ex consulatu prouinciam Galliam obtineret, atq; in eam Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad speculāda acta sua veniſſet, non solum inde eum non summouit, sed insuper locum ei in tribunali assignauit, nec vlla de re nisi eo in ꝯsilium adhibito cognouit. Asiam porrò consul Scæuola rexit. Eius administrationis illustria extant monumēta. Val. lib. 8. sic scribit: Q. Scæuola, quem L. Crassus collegā in cōsulatu habuit, Asiam tam sanctè & tam fortiter obtinuit, vt Senatus deinceps in eam prouinciam ituris magistratibus exemplum, atq; formam officij Scæuolæ, decreto suo proponeret. Pædianus autē in Pisonianam ait: Scæuolam Asiam prouinciam deposuisse, ne sumptui esset erario. & in Verrinas: Q. Mutij Scæuolæ q̄stor Rutilius Rufus damnatus, cp cum prætore consenserit suo, ne publicani aliquid agerent in prouincia sua. quo cognito equites Roma. (nam tum ante Syllana tpa iudicabant) damnauerunt eum. Hic est Mutius, in honore cuius Asiani festum Mutia noïabant. Et in Epit. 70. P. Rutilius vir summæ innocētię, qui legatus Q. Mutij procon. à publicanorum iniurijs Asiā defenderat, inuisus equestri ordini, penes quem iudicia erāt, repetundarum damnatus in exilium abiit. Senatusconsultum præterea factum, ne homo imolaretur: quod antea religiosissimum erat. Plin. lib. 30.

Iuris aūt peritissimus habitus est: nec in minore existimatione & laude fuit, ob insignem eloquentiam. De eo sic inquit Cicero in Bruto: Ita enim multa tum ꝯ scriptū pro ęquo & bono dixit, vt hoïem eloquētissimū Q. Scęuolā, & in iure, in quo illa cā verte batur, peritissimū, obrueret argumentorū exēplorūq; copia, atq; ita tū ab his patronis ęqualib. ēt ꝯsularibus, cā illa dicta est, cū vterque ex ꝯria parte Ius ciuile defenderet: vt eloquentiū iuris peritissimus Crassus, iuris peritorū eloquentissimus Scæuola putaretur. Qui quidem cū peracutus esset, ad excogitādū quid in iure, aut in ęquo verū esset, aut nō esset: tū verbis erat ad rem, cū summa breuitate mirabiliter aptus. Quare sit nobis Orator in hoc interpretandi, explanandiq; & differendi genere mirabilis, sic, vt simile nihil viderim: in augendo, in ornando, in refellēdo, magis existimator metuendus, q̄ admirandus orator. Et dicebat ipse Scæuola, vt ex patre audiuisset: Pontificem neminē bonū esse, nisi qui ius ciuile cognosceret: Dixit ꝯ Albutiū de pecuniis repetundis. In dicēdo habitus ē per comis & facetus. Cū. n. Albutius ad ineptias vsq; affectaret Græcū sermonē, ait: Græcū te, Albuti, q̄ Romanū, atq; Sabinum, municipem Ponti, Titi, Anni, centurionum, præclarorum hominum ac primorū, signiferumq; maluisti dici. Græcè ergo prætor Athenis, cp id maluisti, te, cum ad me accedas, saluto. χαῖρε inquam Tite: lictores, turba oīs, cohorsq; χαῖρε. Clarissima eius oratio fuit in' iudicio 'M. Curij, & Coponij apud cētū viros. cum enim ita substitutus esset Curius posthumo, si is antea moreretur, q̄ in suam tutelam peruenisset, Scæuola Coponium ab intestato hæreditatē petentem defendit: negauitq;, si posthumus natus non esset, locum substituto factum. Ita enim scriptum esse, vt & nasci eum oporteret, & pupillum decedere. Cōtra collega eius L. Crassus, ex bono & ęquo substitutum esse admittendum contendit, etiam non nato posthumo: cp id sensisse testator videret, vt ēt si non natus esset posthumus, admitti tñ substitutum vellet. Vterq; verò in ea cā ita se iactauit, vt omnium iudicio laudatissimi discesserint. Multa in ea Oratione de testamentorum iure dixit, de antiquis formulis quemadmodum scribi oportuissent. Si ēt non nato posthumo substituere testator Curium voluisset, qđ scriptum esset, negligi, & opinione quæri voluntates, & disertorū interpretatione scripta simplicium hominum euerti. Multa etiā de authoritate patris, qui semper id iuris esse defenderat: Multa quoq; de conseruando iure ciuili. Quæ quidem omnia tam peritè, scienter, breuiter, presse, ornatè explicuit, vt nemo in populo fuerit, qui aut expectaret, aut dici posse melius putaret.

Præterea quoq; formulā iurisiurandi ꝯdidit, quo iureiurando in arrogationibus vteretur. Et dicere solitum ferunt, nō esse vsurpatam mulierem, quę cum cal. Ianuarij apud virum matrimonij cā esse cępisset, ad diem quartum cal. Ianuarij sequentis anni vsurpatam esse. Non enim posse impleri trinoctium, quo abesse à viro vsurpandi causa ex 12. Tabulis deberet: qm̄ tertiæ noctis posteriores sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex cal.

Fidei bonæ nomē arbitrabatur patere latissimè: idq; versari debere in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, vēditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas cōtinetur: in his magni esse iudicis statuere, præsertim cum in plerisq; essent iudicia ꝯria, quid quemq; cuiq; præstare oporteret.

Refertur de eo: cum aliquādo postulasset, vt sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur: idq; venditor ita fecisset, dixit se pluris ęstimare, addidit igitur centum millia, adeò à viri boni officio non discedebat.

Hic igitur vir sapientissimus & iurisperitissimus & optimus, ante simulachrum Vestæ, Marij iussu, quem seruauerat, trucidatus est: & caput eius in Tyberim proiectum, vt scribit Cicer. in li. 3. de Nat. deorum. De hoc sic Lucanus:

Te quoq; neglectum violatæ Scæuola dextræ,
Ante ipsum penetrale deę, semperq; calentes
Mactauere focos: patrum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo, flammisq; pepercit.
Septimus exequitur repetitis fascibus annus,
Ille fuit vitæ Mario modus.

Idemq; Appianus scribit lib. 1. Velleius lib. 2. Florus lib. 3. ca. 23. Valer. lib. 8. & 9. Cic. in lib. 3. de Natura deorum.

Nunc in Iure ciuili aliqua ex eius libris extant. Ex libro singulari ὁρῶν desumpta est l. 64. ff. de acquirēdo rerum domi. l. 8. de aqua quot. & æsti. l. 241. ff. de verborum signific. l. 73. ff. de reg. iur. Et citatur Q. Mutius in l. 3. ff. de pœn. legat. l. 27. ff. de auro argent. lega. l. 55. ff. de legat. 3. l. 30. ff. pro socio. & l. 2. ff. de origi. iuris. l. 4. ff. de vsu & habitatio. l. 1. ff. si quadrupedes pauperiem fecisse dicatur. l. 31. ff. ad l. Aquil. l. 5. ff. commodati. l. 48. ff. mandati. l. 1. ff. pro socio. l. 59. de contrahen emptio. & in l. 66. eod. tit. l. 3. ff. de in diem addictio. l. 75. ff. de euictio. l. 3. ff. de tutelis. l. 35. ff. de hæred. instituendis. l. 25. ff. de legatis 3. l. 7. ff. de annuis lega. l. 9. ff. de optio. legat. l. 1. ff. de auro argento leg. l. 34. ff. eod. l. 1. ff. de aqua pluuiali arcenda. l. 23. ff. de liberali causa. l. 30. ff. de acquirē. possess. l. 1. ff. quod vi,

aut

Source : BIU Cujas

aut clam.l.3.eo.l.115.ff.de verb.obl.l.76.ff.de furtis.l.17.ff.de obl. l.25.ff.de verb.signif.l.98. ff.eod.

C. AQVILIVS GALLVS.

ORiundus fuit ex nobili Aquiliorū apud Romanos familia. primꝰ C.Aquilius ꝓsulatū in hac familia iniit, Anno Vrbis 266.Et qa Hernici deuicti,cū Volscis equo marte discessum erat, cū collega triumphauit,Sicinius:quia maiore periculo vrbē liberauerat,laureatus:Aquilius,quia leuius prælium fecerat, ouās ingressus:hūc subsequutus est L.Aquilius Caruus trib. militum, L. Aquilius Pætꝰ augur,Anno Vrbis 547.L.Aquilius Gallus prætor in Siciliā missus,558. Hoc haud dubiè vel auo, vel patre natus est C.Aquilius Gallus. Prætura functus est cum Cicerone,vt Cicero in oratione pro Cluentio testatur.Didicit ius a Q.Mutio Scæuola.Docuit verò Seruium Sulpitium. Fuit homo acutus & exercitatus,prompta in agendo & rīdendo celeritate præditus. Qua in authoritate ob insignes virtutes fuerit,facilè cōstat ex Cicerone, qui C.Aquilio familiarissimus fuit. Ait Cicero in oratione ꝓ Cecinna:Hoc loco percōmodè accidit,qꝺ non adest is qui paulo antè adfuit,& adesse nobis frequenter in hac causa solet,vir ornatissimus C.Aquilius:nam ipso præsente, de virtute eius & prudētia timidius dicerem: qꝺ & ipse pudore quodā adficeretur ex sua laude,& me similis ratio pudoris a prēsentis laude tardaret:cuius autoritati dictum est,ab illa causa cōcedi nimium nō oportere. Vereor de tali viro ne plus dicā,q̄ vos aut sentiatis, aut apud vos cōmemorari velitis.Quapropter hoc dicam,nunquam eius authoritatem nimium valere, cuius prudentiam populus Romanus in cauendo,non in decipiendo perspexerit.Qui iuris ciuilis rationē nunquam ab æquitate seiunxerit: qui tot annos ingeniū, labore, fidē suam populo Romano promptam expositamq; præbuerit: qui ita iustus & bonus vir est,vt natura, non disciplina consultus esse videatur:ita peritus ac prudens,vt ex iure ciuili,nō scientia solùm quędam, verùm ēt bonitas nata videatur. Cuius tantum est ingenium,ita prompta fides,vt quidquid inde haurias, purum liquidumq; te haurire sentias. Eiusdem iudicij & æquitatis singularis exemplū celebre fertur C. Visellius Varro.graui morbo correptus, trecenta millia nummum ab Octacilia Lateranensi,cum qua cōmercium libidinis habuerat, expēsa ferri sibi passus est: eo cōsilio,vt si decessisset, ab hæredibus eam summam peteret, quā legati genus esse voluit:libidinosam liberalitatem debiti noīe colorādo.Euasit deinde ex ea tempestate, aduersus vota Octaciliæ: quę offensa, ꝓ spem prædæ suæ morte non maturasset,ex amica obsequenti subitò districtam fęneratricem agere cępit,nummos petendo,quos vt fronte inuerecūda,ita inani stipulatione captauerat.De qua re C.Aquilius,vir magnæ authoritatis, & scientia iuris ciuilis excellens,iudex adductus,& adhibitis in consilium principibus ciuitatis,prudentia & religione sua mulierē repulit.Quòd si eadē formula & Varro dānari, & aduersaria absolui potuisset, eius quoq; non dubito quin turpem & incōcessum errorem libēter castigaturus fuerit: hanc priuatæ actionis calumniam ipse cōpescuit,adulterij crimen publicæ quæstioni iudicandum reliquit.

De dolo quoq; malo formulas protulit, cuerriculum omniū malorum,vt Cicero ait in lib.3.de Natura deorum:& in lib.3.de Officijs.Et extat nunc eius formula de posthumis hæredibus instituendis,sub l.Gallus Aquilius. ff.de lib. & post. De eo hoc quoq; Cicero in Topicis tradit:Si quis ad eum qui tale retulerat,vt de facto quæreretur,ad Ciceronem inquibat: significans, Iureconsultos non de facto, sed de iure consuli oportere.

Et refert idem Cic. Cū Gallus Aquilius interrogaretur ab eo, quid esset dolus malus? respondit:cùm aliud est simulatum,aliud actum. Præter singularem igitur in iure peritiam,prudentiā,laborem & fidem, hoc quoq; ipsi accessit, ꝓ inter suæ ætatis iureconsultos locupletissimus fuerit. Inhabitauit enim ædes, quæ ducentis circiter millibus Venetorum ducatorum æstimabantur.

L. LVCILIVS BALBVS.

PRodijt & hic ex Q.Mutij Scæuolę Pontificis max.schola.Deditus in primis fuit Stoicæ philosophiæ: in qua tātos progressus fecit,vt cùm excellētib.in eo genere Græcis cōpararetur.Scripsit ad eum Antiochus Græcus opus suum,ex quo Cicero Balbū partes Stoicorum in suis libris defendētem fecit.In Bruto, vocat eum hominem doctum & eruditum: & tum in agendo, tum in respondendo, considerata tarditate præditum. Facit quoq; eius mentionem in Epistolis ad Atticum, & in libro de Natura deorum.Huius Lucilij scripra ad nos nulla peruenerūt. Solius Seruij auditoris excellentia illustratus est.Huius nominis quoq; fuit Lucilius poeta,ętate superior:cuius Cicero facit mentionem in 2.& 3.de Orat.& in 1.& 2.ad Herennium.

P. OCTAVIVS BALBVS.

POmponius inter multos hunc quoq; omittit. Cicero tamen in oratione pro Cluentio,iuris peritissimum,ingenio prudētissimum,fide,religione,officio diligentissimum nominat.

MVLTI ALII A CICERONE relati, a Pomponio neglecti.

CIcero sparsim multos enumerat iuris scientia pstantes,quos Pomponius omisit.Scripta,quæ nulla extāt,eorum memoriam fortassis minuere.Recensetur itaq;,C.Aculeo,Crasso familiaris:& filius eius:Visellius Varro,cōsobrinus Ciceronis: C.Fimbria: Q. Lucretius Vispillo: C.Bilienus, P.Quintilius,M.Marcellus:L.Valerius,vir facetus,& Ciceroni familiaris: P.Consa,quem Cicero irrisit. Interrogatus de re quadā testis, negauit se quidquā scire.respondit Cicero: Fortasse de iure interrogari te putas. Præter iuris ciuilis peritiam, clari in augurali scientia habiti sunt multi:Appius Claudius, L. Posthumius,alij,quos omitto.

C N. AVFIDIVS.

POmponius hunc omisit,Cicero verò eū inter Iureconsultos refert.Quamuis ęcus esset,in Senatu tñ sententiam dicebat, cùm esset prætorius. Nec amicis deliberātibus deerat.Facit huius mentionem Cicero in oratione pro Domo, itemq; pro Flacco.

C. IVVENTIVS.

VSus est hic quoq; Q.Mutio Scęuola Pont.max.pręceptore. Deinde Seruius Sulpitius sub hoc Iuri operam dedit. Facit eius mentionem Cicero, & ait:multum nimis eum fuisse lētum in dicendo,& penè frigidum: sed & callidum,& in capiēdo aduersario versutum.& pręterea nec indoctum,& magna cū iuris ciuilis intelligentia.Familiæ Iuuentianæ res gestas omitto.

C. ORBIVS.

IVuentij,auditor in dicendo non nimis exercitatus:in iure autem ciuili non inferior,quàm magister fuit.

SEX. PAPYRIVS.

ORiginem habuit ex Papyrorum familia,celebri quidē & antiqua,verùm quæ tandem paulatim cōsenuit.Quod in omnibus etiam florentissimis rebus euenire solet.Quo.n.maiore initio cęperunt,eò ferè minore desinunt.Habuit Q.Mutium Scæuolam in iure discendo præceptorem.Scriptis celebritatem nullam consecutus est,sōlius Seruilii auditoris citatione illustratus.

P. SERVIVS SVLPITIVS RVFFVS.

SVlpitiorum familia vetustate nulli cessit Romæ. Camerio.n. primò oriunda fuit,vnde & Camerini dicuntur. Originē suā a Ioue & Minoe referunt.Horum facta in familiarum Romanarum commentario extabūt. Habuit noster Sulpitius patrem Q. Seruium,equestri loco natū.Ipse adolescēs cum Cicerone Rhodum profectus est,& ibi eloquentiæ exercitationibus ac phylosophiæ tempus impendit. Deinde cùm se videret esse imparem Ciceroni in eloquētia,& facilè ab eo vinci ac superari posse, maluit in iure ciuili primū potius locum q̄ in eloquentię laudibus secundum obtinere.Quamuis enim, qui cum pręcedebant magni nominis viri, Scæuolæ,& alii multi, magnū iuris ciuilis vsum haberent: Seruius tñ disciplinę iuris oīum primus artem adhibuit.Dialectica enim ratione ius pertractabat,ac rem vniuersam in partes distribuebat:latentem eefiniendo explicabat,obscuram interpretādo explanabat:ambiguā primùm videbat,deinde distinguebat: postremò adhibebat regulā,qua vera & falsa iudicaret,& quę quibus propositis essent,quibus non essent consequentia. Hic igitur attulit Dialecticam,oīum artium maximam,quasi lucē,ad ea quę confusè ab aliis aut respondebantur, aut agebantur. Adiunxit ꝑterea literarum scīam,& loquendi elegantiā: quæ ex scriptis eius, quorum simulia nulla sunt, facilè perspici pōt. Cumq; dicendi cā duobus peritissimis operā dedisset, L.Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo,Galli hoīs acuti & exercitati prōptam & paratā in agendo & rīndendo celeritatē subtilitate diligentiaq; superauit: Balbi,docti & eruditi hoīs, in vtraq; re consideratam tarditatē vicit,expediendis ꝙficiendisq; rebus:sic & habuit qđ vterq; eorū habuit, & expleuit qđ vtriq; defuit.Itaq; vt Crassus vī sapiētius fecisse,q̄ Scęuola,(hic.n.causas studiosè recipiebat,in quib. a Crasso superabatur:ille se cōsuli patiebatur, ne qua in re inferior esset q̄ Scęuola) sic Seruius sapientissimè.Cùm enim duę ciuiles artes,ac forenses, plurimū & laudis hīrent,& gratiæ,pfecit,vt altera pręstaret oībus: ex altera tñ assumeret,quātum esset & ad tuendū ius ciuile, & ad obtinendā consularem dignitatē satis.Quamuis aūt facilè principē locū in iuris disciplina inter suæ ætatis hoīes obtinuit,ad summas insuper dignitates euectus est:ita quidem, vt dubitare possis, iurisne scientia,maiorē laudem,an ex honoribus & Reip.administratione dignitatem consequutus sit.Quæsturā itaq; cū L.Murena petiit,priorq; renūciatus est, & sortitus prouinciā Hostiēsem, quę quidem ipsi non tā gratiosa quàm molesta & negociosa fuit.

Deinde præturam longo interuallo pòst, cùm eodem Murena petiit:quam & obtinuit.

In insequentem annum Cōsulatum petiit: quem cùm obtinere non posset,& Murenam sibi anteponi & pręferri videret,accusationem ambitus in Murenā per filiū instituit.Murenę verò defensionem Cicero suscepit:neq; rationē ea in re habuit hominis amicissimi,Seruii Sulpitii. Ita tamē defendit, vt Seruius plus gloriæ ex repulsa,quàm corruptores ex adepto consulatu, retulerit.

Octennio pòst turbata prorsus Repub. & nullis Cos. creatis, interrex factus est, authore Senatu: tumultus sedādi causa operā dedit,vt Cn.Pompeius Magnus solus Cos.crearetur: ipsumq; ad 5.cal.Mart.mense intercalario consulem renunciauit.

Anno Vrbis 702. Cos. factus est cum M. Marcello. Cassiodorus, Appian.Fasti Siculi. In consulatum eius inciderunt initia belli ciuilis:quod deinde causam præbuit, vt Romana monachia laberetur indies,& attenuarēt. M.Marcelius collega eius, & Cęsaris imi-

Source : BIU Cujas

ris inimicus, Iulio Cæſari adimere prouinciã Galliã ante tempus volebat, cõtra legem Pompeij & Craſſi. idq; ad Senatũ referebat: neve abſentis in petendo cõſulatu ratio haberetur, rogabat: & vt is exercitũ dimitteret, & vt colonis, quos ille rogatione Vatinia Nouocomum deduxiſſet, ciuitas adimeretur. Seruius, qui bellũ ciuile hac Marcelli acerbitate cõmoueri intelligebat, obſtitit: Senatumq; accuratiſſimè monuit, collectis omnib. bellis ciuilibus, vt & illa timerent, quę ab alijs inflicta Reip. vulnera inteſtinis ſeditionibus meminiſſent: ſcirentq;, cùm ſuperiores nullo tali exẽplo antea in Rep. cognito, tam crudeles fuiſſent, quicunq; poſtea Rempub. oppreſſiſſet, armis multo intolerabiliorem futurũ: qđ enim exemplo fieret, id etiam iure fieri exiſtimari. Addi prẽterea, afferriq; a nouis, multa de ſuo. Nihil tñ huius viri ſapiẽtia profuit: verùm vel fatum Reipub. Rom. vel dignitas vicit. Factumq́ue eſt Senatuſconſ. pridie cal. Octobris, vt proximo anno circiter cal. Martias, de prouinciis ageretur. Item Senatuſcõſultum factũ eſt, ne quis eorum qui poteſtatem habent intercedendi, impediendi moram afferret, quo minus de Rep. q̃ primùm ad Senatum referretur, & Senatuſcõſ. fieri poſſet: qui impediſſet, eum Senatum exiſtimare contra Rempub. feciſſe. In his itaq; motibus & bellis ciuilibus eam moderationẽ ſequutus eſt, vt quoad licuerit, a bello abeſſet. Interea tamen pacis & cõciliationis autor ſemper fuit, & quantum potuit Rempub. defendit.

Poſtquam verò Pharſalico prælio Cæſar Pompeium viciſſet, & rerum potitus eſſet, Seruius in Græciam ſe cõtulit. Ibi ſe initiò Athenis, deinde Sami, aliisq; Græciæ locis continuit, ſolatia mali a ſtudiis petens, cùm ibi in ſcholis Grẽcis de Iure pontificio diſputaret. Cæſare reuerſo in Italiam, Seruius non modò reſtitutus eſt ab eo, ſed Græciæ quoq; præfectus eſt: quã adminiſtrauit ſumma moderatione, ſumma iuſticia, ac prudẽtia ſingulari. M. Marcello, qui collega eius in cõſulatu fuerat, & author belli inteſtini, interfecto a Magio Chilone cliente, funus nobiliſſimum, monumentumq; Athenis in Academię gymnaſio fieri curauit.

Deinde Cæſare interfecto in Italiã reuerſus eſt: & autor Senatui fuit, ne qua tabula poſt idus Martias, quo die cẽſus Cæſar fuerat, vllius decreti Cæſaris, aut beneficij figeretur.

Tãdem cum M. Antonius triumvir in Rempub. bellum renouaret, creatus eſt a Senatu Seruius legatus, cum Lucio Phylippo, & L. Piſone Coſs. vt Marcum Antonium, ſi fieri poſſet, a perditis cõſilijs ad ſanitatẽ pacemq; reducerent. Legationis eius curã, quo ad potuit, valetudinis excuſatione vehementer deprecatus eſt. Quod cùm non impetraſſet, itinere iam, ſed nondum legationis munere cõfecto, ingraueſcente morbo extinctus eſt. Mortuo Cicero pedeſtrem ſtatuam faciendam curauit. Extat oratio Ciceronis de laudibus Seruij, in Philip. 9. vbi inter cætera ait: Reddite igitur P. C. ei vitam, cui ademiſtis. Vita enim mortuorum in memoria viuorum eſt poſita. Perficite, vt is quẽ vos ad mortẽ inſcij miſiſtis, immortalitatem habeat a vobis. Cui ſi ſtatuã in roſtris decreto veſtro ſtatueritis, nullam eius legationem poſteritatis obſcurabit obliuio. Nã reliqua Seruii Sulpitij vita, multis erit præclarisq; monumentis ad oẽm memoriam cõmendata. Semper illius grauitatẽ conſtantiam, fidem, præſtantiam, in Rep. tuenda curam atque prudentiam, oĩum mortalium fama celebrabit. Nec verò ſilebitur admirabilis quædã, & incredibilis, & penè diuina eius in legibus interpretandis, æquitate explicanda, ſcientia. Oẽs ex omni ætate, qui in hac ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, ſi vnum in locum conferatur, cum Seruio Sulpitio non ſunt comparãdi. Neq; enim ille magis iuris conſultus, q̃ iuſtitiæ fuit. Itaq; quę proficiſcebantur a legibus & a iure ciuili, ſemper ad facilitatem ęquitatemq; referebat: neq; cõſtituere litiũ actiones malebat, q̃ ꝯtroverſias tollere. Ergo hoc ſtatuæ monumento nõ eget: habet alia maiora &c. Reliquit filiũ S. Sulpitium, ſtudijs deditiſſimũ, & effigiem ac exemplũ virtutis paternæ, conſtantiæ, pietatis, & ingenij.

Scripſit Ser. Sulpitius pater de iure ciuili libros centũ & octuaginta. De Seruio Sulpitio ſic loquitur Pomponius: Seruius autẽ, cùm in cauſis orandis primum locum, aut certè poſt M. Tullium obtineret, traditur ad ꝯſulendũ Q. Mutium de re amici ſui perueniſſe. Cumq; eum de iure rñdentem parum intellexiſſet, & iterũ Quintium interrogaſſet: & a Quintio reſpõſum eſſet, nec tñ percepiſſet: ita obiurgatum a Q. Mutio. Namq; eũ dixiſſe: Turpe eſſe patricio & nobili viro, cauſas exorãti, ius in quo verſaretur ignorare. Ea velut contumelia Seruius tractus, operam dedit iuri ciuili. & plurimum eos de quibus loquuti ſumus audiuit: inſtructus a Balbo Lucilio: inſtructus aũt maximè a Gallo Aquilio, qui fuit Cercinnæ. Itaq; libri eius cõplures extant Cercinnæ confecti. Hic cùm in legatione periiſſet, ſtatuã ei populus Romanus ꝓ roſtris poſuit: & Hoſtiæ extat ꝓ roſtris Auguſti. Huius volumina cõplura extant. Reliquit autem propè centum & octuaginta libros.

C. TREBATIVS TESTA.

Hic ad celebritatẽ nominis ex natalibus nihil attulit: verùm eruditio eũ eò prouexit, & ſingularis memoria, & ſumma in iure ſcientia. Adoleſcẽs in familiaritatem Ciceronis peruenit, eoq; dum vixit patrono & fortunarum & honoris vſus eſt. Ciceronis commendatione, vt in familiaritatem intimã Cæſaris perueniret, effectum eſt. Orto deinde bello ciuili, autor fuit Ciceroni, vt partes Cæſarianas ſequeretur: aut ſi nec id vellet, propter ſenium ſe in Greciam, longè a bellis, & ad ocium conferret. Interea Cæſar cum Cicerone per Trebatij literas egit.

Fertur exemplum candoris de Trebatio. Cùm Senatus Romanus Cæſarẽ ſemel adiret, noluit Cæſar Senatui adſurgere. Admonitus a Trebatio, vt id faceret: toruo vultu, ſubiratus, eũ aſpexit. Quæ quidem conſpecti Senatus cõtumelia in cauſa fuiſſe dicitur. vt de Cæſare tollendo conſpirarent. Fuit Trebatius familiaris & iocoſus, vt ex multis epiſtolis Ciceronis ad eum conſtat; quẽ prę cæteris familiarem habuit: a quo etiam impetrauit, vt Ariſtotelis Topica in Latinum verteret, & ſibi dicaret.

Peruenit Trebatius ad tempora Octauij, vt Horatius teſtatur. Eius ſuaſu codicillorũ vſus primùm ab Octauio introductus eſt: ꝯ diceret vtiliſſimum & neceſſarium hoc ciuibus eſſe, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres erant: vbi ſi quis teſtamentum facere non poſſet, tamẽ codicillos poſſet. Habitus eſt iuris peritior, quàm eloquentior. Scripſit libros plurimos de iure ciuili, de religione verò libros nouem. Reliquit celebrem diſcipulum, Antiſtium Labeonem.

A. OSSILIVS.

Audiuit Seruium Sulpitiũ, & ſub Octauio maximè floruit. antea Cęſari perfamiliaris fuit. Traxit originẽ ex equeſtri ordine. Facit eius mentionem Cicero in lib. 7. & 16. Epiſt. Fam. & 13. ad Atticum. Floruit tẽporibus Trebatij: habitus eſt eo & Caſſelio doctior. Scripſit libros de iure ciuili plurimos. Præ cæteris celebrabatur tempore Pomponij, liber de Legibus viceſimæ, & liber de Iuriſdictione. Prẽterea, hic omnium primus edictum prętoris diligenter compoſuit. Hunc fortaſſis deinde imitatus eſt Saluius Iulianus, Mediolanenſis.

A. CASSELIVS.

Hic ex equeſtri familia genitus eſt, & æqualis Trebatio atq; Offilio fuit: a quibus iuriſperitia ſuperabatur, ipſe verò eloquentia antecedebat. Quintilianus venuſtum eum appellat. nam conſultus a mercatore, qui nauẽ cum ſocio diuidere volebat, rñdit: Perdes. ex ambiguitate iocatus, ꝯ diuiſæ nauis perdatur vſus. Extat alius eius iocus. Lapidatus eñ Vatinius a populo, cùm gladiatorium munus ederet, impetrarat, vt ædiles ediceret, ne quis in arenã aliud q̃ poma mitteret. Cõſultus itaq; Caſſellius, an nux pinea pomum eſſet? reſpondit: Si in Vatinium miſſurus eſſet, pomum eſſe. Facit huius mentionem Horatius:

O maior iuuenum, quamuis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te ſapis, hoc tibi dictum
Tolle memor, certis medium & tolerabile rebus
Recte concedi: conſultus iuris & actor
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti.
Meſſalæ, neſcit quantum Caſſelius Aulus,
Sed tamen in precio eſt: mediocribus eſſe poetis,
Non dij, non homines, non conceſſere columnæ.

In Reipublicæ adminiſtratione ſolùm quæſtorio munere perfunctus eſt. Cùm multa liberius de temporibus Cæſaris loquerentur, & ne id faceret, ab amicis admoneretur, ait: Duas res, quæ hominibus amariſſimę viderentur, magnam ſibi licẽtiam prębere, ſenectutem, & orbitatem. Eius nominis etiam fuerunt Furius & Caſſellius Prędiatores: quorũ Cicero pro Balbo meminit, & Valerius lib. 8. ca. 13. Verùm longè ſuperiores hoc fuerunt: Ciceronis enim tempore floruerunt.

Q. AELIVS TVBERO.

Hic Tubero alius eſt a Q. Aelio Tuberone, vitã cuius ſuprà retulimus. Natus eſt hic ex illuſtri patricia familia. Patrẽ habuit virum doctum ac ingenioſum, qui bello Cęſariano pene inuitus Põpeio adhęſit. In Aphricam igitur profectus, cùm prohiberetur a Q. Ligario, filius cõtra Ligarium dixit, eumq; accuſauit, ꝯ patrem ſuum cũ Imperio proficiſcẽtem in Aphricã repuliſſet. Quę quidem accuſatio Ligario ideo magis nocebat, ꝯ cum Rep. contra Cęſarem ſenſerat. Ligarii defenſionem ſuſcepit Cicero: tantumq; effecit, vt ipſius facundia & preces apud Cęſarem plus valerent, quàm crimen Ligarii, aut oratio Tuberonis.

A cauſis dicendis ad ius ciuile ſe trãſtulit. Pręceptorem habuit A. Offilium, tum temporis iuris publici priuatique doctiſſimum. Prẽterea Stoicę quoq; doctrinę in primis deditus fuit. Vnde vita ſeuerus, & congruẽs cum ea diſciplina quam colebat, paulò etiã durior fuit: & vt vita, ſic oratione durus, incultus, horridus. Fuit autem conſtans ciuis, & fortis. Ita Cicero in Bruto. Pomponius verò ſic de eo ſcribit: Tubero doctiſſ. quidem eſt habitus iuris publici & priuati, & complures vtriuſque operis libros reliquit. Sermone etiam antiquo vſus affectauit ſcribere, & ideo parum libri eius grati habentur.

P. ALPHENVS VARVS.

Originem traxit Cremona, vbi ſutrinam diu exercuit: tandẽ abiecto inſtrumento artis, clauſaq; taberna, Romam ſe cõtulit, & Seruio operam dedit. Tantũ itaq; ſub eo profecit, vt propter iuris cognitionem ad Cõſulatum eueheretur, Anno tertio poſt natum Chriſtum. Scripſit libros Digeſtorũ triginta & quatuor: item Collectaneorum.

CAIVS

Source : BIU Cujas

CAIVS.

PRodiit ex Sulpitij schola, vt Pomponius refert. Citatur a Boetio in Topicis, Præter nomen, nihil de eius vita & genere scitur. Quidam sub Caracalla eum floruisse asserunt. Scripsit quidã Caius, quisquis is fuerit, ad Edictum prouinciale libros duos & triginta: ad leges quindecim, ad Edictum publicum quindecim, Aureorum septem: δώδεκα δελτῶν, hoc est duodecim tabularum sex, Institutionum tres, Fideicommissorum duos, De caelibus vnum, Regularum vnum, Dotalitiorum vnum, Hypothecariæ vnum. Nunc *libri* duo Institutionũ, Caij nomine circũferuntur. Plures Caios in iuris ciuilis peritia claros fuisse, dubium non est: temporum verò iniuria non dinoscuntur.

TITIVS CAESIVS.

ENumeratur hic ẽt inter Seruij Sulpitij auditores. Referuntur à Cicerone Titij duo, S. & C. & ab eo in Oratorum numero collocantur. Verùm ad hunc Titiũ non pertinent. Caium Titiũ ait Cicero eo peruenisse, quo potuit ferè Latinus orator sine Græcis literis, & sine multo vsu peruenire. Eius orationes tĩn argutiarum, tĩn exemplorum, tĩn vrbanitatis habebant, vt pene Attico stylo scriptæ viderentur. Sext. verò Titium loquacem facit, satis tĩn acutum: sed tam solutum & mollem in gestu, vt saltatio quædam, nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset. Reliqua de Titiis, accuratius in commentario Familiarum.

AVFIDII DVO.

FVerunt Seruij auditores, vt refert Pomponius. Cicero cuiusdam T. Aufidij mentionem facit, & eum ad summã senectutem peruenisse scribit. Præterea fuisse virum bonum, & innocentem, sed parum dixisse. In iuris autem intelligentia callidum extitisse, refert. Familiam eius omitto.

C. ATTEIVS PACCVVIVS.

DE eo, præter quàm quòd Seruij auditor fuerit, nihil extat.

FLAVIVS PRISCVS.

PRęceptoris Seruij fama hunc quoq; notum ac celebrem reddidit. De huius natalibus nihil prorsus extat. Non enim existimaudum est, Flauium hunc ea familia oriundum esse, quæ Vespasiano, Tito, Domitiano illustrata est.

CINNA.

FVit hic quoque auditor Seruij Sulpitij, & familia Cornelia oriundus. Cinnæ verò multi fuerunt: vnus poeta, quem celebrant Catullus & Vergilius: alter Lucretius Cinna, qui fuit Coss. anno Vrbis 725. C. Cinna, qui septimo anno post natum Christum ad consulatum euectus est.

P. CAECILIVS.

DEdit hic quoque Seruio operam. Natalibus ortus est illustribus. Multi enim Cæcilij, qui consulatum gesserunt, reperiũtur, De hoc Cæcilio refert Macrobius iocum. Nam cum C. Cæsar cæteris collusionibus suis pilæ centena sestertia dari iussisset, soli Cælio quinquaginta: Quid ego, inquit, vna manu ludo, vt nequeam tantundem capere? Fuit deinde & alius Cæcilius, qui vixit in Traiani & Hadriani principatu, & in disciplina iuris ac legibus. P. R. noscendis, interpretandisq; scientia vsu atque authoritate illustris habitus est. Cuius disputatio de duricie legis xij. Tab. extat apud Gell. lib. 20. cap. 1.

ANTISTIVS LABEO, PATER ET FILIVS.

ANtistiorum familia ex Antio oriunda fuit. Legitur Petron. Antistius, tpibus S. Tarquinij regis. Deinde L. Antistius tribunus militum, M. Antistius ad Flaminium legatus: Sextus Antistius: & Labeo Antistius Cinna, qui Sylla & Pomp. Coss. tribunus plebis fuit, ob iuris prudentiam celebratur. De eo sic Cicero in Bruto: Rabula, inquit, sanè probabilis, qui multos cum tacuisset annos, neq; contemni solùm, sed irrideri etiam solitus esset, in tribunatu primùm, ꝯ C. Iulij illam consulatus petitionem extraordinariam. veram causam agens est probatus. Itaq; post tribunatũ primò multæ ad eum causæ, deinde omnes maximæ quæcunque erant, deferebantur. Hæc Cicero. Sequutus deinde semper est partes Pompeianas: tandẽ interfectoribus Cæsaris se adiunxit, eiusdemq; facinoris se reum fecit. M. Bruto itaq; ab Octauio, & Antonio superato, morte a seruo impetrata, obiit. De eo sic Appian. lib. 1. Belli ciuilis: Labeo verò doctrina & prudentia clarus, pater Labeonis, qui pp iuris ciuilis peritiam hodieq; celebratur, cũ fossam in tabernaculo suo pro corporis sui magnitudine fodisset, mandataq; suis seruis cæteris de rebus dedisset, vxori ac liberis, vt voluit, prospexit, literasq; seruis ad eos dedit. Tum eorum fidelissimum dextra prehẽsum circumegit, vt mos est Romanis manumittere, conuersoq; gladium tradidit, & iugulum præbuit, & ita tabernaculum pro sepulchro habuit.

Reliquit filium Labeonem, qui patris gloriam adauxit. Is philosophiæ in primis operã dedit. Deinde ad iuris scientiam se transtulit, quam à Trebatio hausit.

Eo erga studia animo fuit, vt Consulatũ quẽ ipsi Augustus obtulerat, studiorum gratia recusarit. Dĩ ita operam dedisse studiis, vt totum annum diuideret, ac Romæ sex mensibus cum studiosis esset: & secederet sex mensibus, & conscribendis libris operam daret. Itaq; quadraginta volumina teliquit, ex quibus plurima in manibus posterorum versata sunt. Is primus veluti sectam quandam iuris cum Atteio Capitone exercuit. Nam hoc in veteribus præceptis permanente, Labeo doctrina atq; ingenio fretus, multa innouare conatus est. De Labeone fiio sic ait Gell. lib. 13. c. 12. In quadam epistola Attei Capitonis legimus, Labeonem Antistium legum, atq; morum populi Romani, iurisq; doctum appri mè fuisse. Sed agitabat, inquit, hominem libertas quædam nimia atq; vecors, vsq; eo, vt D. Augusto iam principe, & Rempub. obtinente, ratum tamẽ pensumq; nihil haberet, nihil quod iustũ sanctumq; esse in Romanibus antiquitatibus legisset. Et Suetonius in Augusto: Antistius Labeo Senatus lectione, cum triumuirum legeret M. Lepidum, hostem olim eius, & tunc exultãtem, interrogatus ab eo, An non essent alij digniores? Suum quemque iudicium habere, respondit. Nec ideo libertas, aut contumacia cuiquam fraudi fuit.

Obseruandum autem est, plurimos eius nominis fuisse. Apud Senecam inter Oratores refertur quidam Labeo: & Macrobius Cornelium Labeonem citat.

C. ATTEIVS CAPITO.

PAtrem habuit Tribunum. Dion. lib. 39. Gellius priuati & publici iuris peritissimum eum fuisse dicit. Audiuit Offilium, in cuius præceptis atque sententiis perseuerabat: dissidebatq; à Labeone non modò disciplinæ exercitatione, sed moribus etiam & toto vitæ genere. Labeo enim contumacia certabat: hic obsequiosus dominantibus, in adulatione vsque erat. Tacitus libr. 3. refert, Capitonem principem locum studiis ciuilibus assequutũ. Adulationis eius exemplum fertur. Cum Tiberius edicto quodam verbum parum apud Latinos vsurpatum, ac vetus, inscripsisset, eiusq; recordatio noctu principi subisset, cõuocatis postridie quotquot Romæ grammaticam aut verborum interpretandorum scientia profiterentur, Pomponio grammatico verbum reprehendente: Capito affirmauit, & esse illud antiquum: & si nõ esset, futurum certè iam inde, & ciuitatem in gratiam Cæsaris id verbum inter antiqua relaturam. Quòd adeo tacitum non tulit, vt Pomponius grammaticus ad Tiberium conuersus, Mentitur Capito, responderit. Tu enim Cæsar ciuitatem Romanã dare potes hominibus, verba & linguæ Latinæ vsum non potes. Reliquit libros nõ paucos, quorum testimonio sæpe Gellius, interdum & Macrobius & Frontinus, vtuntur: nempe cõmentaria ad xij. Tab. libros: ducentos sexaginta Collectaneorum: septem de Pontificio iure, & librum singularem de officio Senatorio: de Iure sacrificiorũ decem. In Reipub. administratione nihil dignum gessit, quamuis Consul fuerit cum Germanico Cæsare. Mortuus est sub Tiberio, post natum Christum anno 23. Quo anno mortuus est Arminius, Germanicorum Cheruscorumq; Imperator, cum explesset annos 37. Vide de Atteio Gellium, Frontinum, Dionem, Macrobium, Festum, Nonium.

COCCEIVS NERVA, PATER ET FILIVS.

COcceius Nerua Labeonis sectam excepit, & dissensiones. Capitonis adauxit. Is omnis diuini atq; humani iuris sciẽs, eaq; cognitione illustris, familiarissimus atq, adsiduus Tiberio Cæsari fuit. In curatione aquarum, ꝙ munus principibus in ciuitate viris dari consueuerat, Satrio Ruffo successit. Cùm Tiberius omnia cædibus ac libidine repleuisset, vir priscæ probitatis Nerua, eius consuetudinis impatiens, integro statu, illæso corpore, moriendi cõsilium cæpit. Quod vt Tiberio cognitum est, adsidere Neruæ, & causas requirere, addere preces: fateri postremò cœpit, graue conscientiæ, graue famæ suæ, si proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret: auersatus sermonem Nerua, cũ diu nullis precibus elici ab eo responsum potuisset, abstinentiam cibi continuauit, atq; ita vitam finiuit. Causæ mortis prẽcipuę ferebantur à gnaris cogitationum eius, ꝙ quãto propius mala Reipub. intueretur, prę metu & ira, dum integer, dum intẽtatus esset, honestum finem voluerit. Alij, præter alias hanc addunt: ꝙ leges à Cæsare positas de condemnationibus reperiret, vnde infidelitatis plurimum ac tumultus prouenire oporteret.

Cæterùm àdeò exacerbatus est tacito mortis eius cõuicio Tyberius, vt confestim ad mitigandas vsuras xxv. sestertiorum millia in publicum protulerit, vnde gratuito indigentibus in triennium mutuò daretur: & celeberrimos ac notissimos quosq; accusatores iusserit vno die interfici. Reliquit filium Neruam, eadẽ iuris cognitione celebrem, qui libros de Vsucapionibus scripsit. Ex hoc deinde natus est Nerua, qui Romanum Imperium omnium optimè gessit.

MASVRIVS SABINVS.

QVemadmodũ Nerua Labeonis tradita sequebatur, ita Massurius Sabinus Capitoni successit. Fuit igitur hic Massurius Sabinus ęmulus Neruæ: qula verò facultatibus perexiguis erat instructus, sustentabatur ab auditoribus. Cùm autem ante tpa Augusti, publicè rñdendi ius non à principibus daretur, sed qui fiduciam suorum studiorum habebant, de iure rñderẽt: primus Octauius Augustus, vt maior haberetur iuris authoritas, constituit, vt ex authoritate eius responderent. Elegit igitur inter cæteros, & hunc Masurium Sabinum. Qui mos sub C. Caligula esse desiit. is enim inter cætera liuoris ac malignitatis in omnes claros viros

scelera,

Source ; BIU Cujas

scelera, de Iuris quoq; consultis, quasi scientiæ eorum oẽm vsum aboliturus, iactauit, se effecturum, ne quid respondere possent præter eccuum. Persius de Masurio sic scribit:

Vindicta postquam meus a prætore recessi,
Cur mihi non liceat, iussit quodcunq; voluntas,
Excepto si quid Masuri Rubrica notauit?

Scripsit libros Memorabilium XII: iurisq; ciuilis tres cẽturias, de Indigenis, & librum cui titulus est, De furtis.

CASSIVS LONGINVS.

DVo recensentur a Pomponio Cassij Longini, iuris consulti: vnus, qui ex equestri ordine ad Præturam peruenit: alter, qui Consulatum gessit anno Vrbis 782. Christi 32. anno Imperij Tiberij Cæsaris 17. Biennio post eius consulatum, IESVS CHRISTVS pro peccatis nostris mortuus est.

Hic Cassius Longinus natus est ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis S. Sulpitij. Pomponius plurimum eum in ciuitate authoritatis habuisse scribit, eò vsq;, vt Cęsar eum ciuitate pelleret. Fuit prę fectus in Syria, breui ante Hierosolymam captam. Primus stolã sacerdotalem pontificis Iudęorum, magno sumptu elaboratam, in custodiam Romanorum redegit. Ea enim cùm vsq; ad Tyberij tępora in turri seruaretur, quam Barin Iudæi vocabant, ita vt pridie sacrificiorum adhibito pontificis Iudæi sigillo, & ducis prę sidij Romani promeretur, & peractis sacris eodem inspiciẽte cõderetur: eam deinde stolam Tyberius in gratiam Agrippæ regis, potestati Iudæorum commisit. Hanc igitur Cassius, cum Cuspio Fado procuratore Iudææ, in Antonianam (sic enim turrim, quæ prius Baris dicebatur, in Antonij gratiam Herodes rex vocari iusserat) turrim deponi iussit. Romanos enim, vt prius, principes esse oportere: neq; de veteri iure quidquam detrahi. Id enim petiturus de Iudæis Cuspius, veritus ne non obtemperaret gens religionis & sacrorum tenacissima, cui tum ipse præerat, Cassium cũ magnis copijs acciuerat. Roganti igitur populo vt prędides spatiũ indulgerent, legatos ad Claudium Cæsarem super ea re mittẽdi, concessum est, acceptis filijs obsidibus: tandemq; res a Cæsare impetrata. Præeminebat igitur Cassius ea tępestate & peritia legũ, & militaribus artibus: vt scribit Tacitus. li. 12. & li. 14. insignẽ eius orationem refert. A Nerone luminibus orbatus est, qp inter imagines maiorum etiam C. Cassij effigiem coluerit, cum inscriptione, Duci partium. Deportatus est ex Senatusconsulto in Sardiniam. Induxerat enim aliquos Nero, qui in Lepidam Cassij vxorem, amitam Syllani, incestum cum fratris filio, & diros sacrorũ ritus confingerent. Syllanus quoq; relegatus paulò pòst, iussu Neronis interficitur: tandem a Vespasiano reuocatus, vitam Romæ finijt. Reliqua de Cassij familia, seorsim in Familiarum Romanarum commentario extabunt.

Romę repertum est epitaphiũ libertorum Longini: C. Cassius verecundus fecit sibi & Cassiæ Damalidi libertæ carissimæ & benemeritæ. idem coniugi, & C. Cassio Cotino, & Cassiæ Moschidi parentibus suis, iisdem patron. libertis C. Cassij Longini, & libertis suis, libertabusq;, posterisq; eorum.

AMINIVS REBIVS.

A Tacito inter Iur. cons. numeratur: verùm nihil de eius scriptis extat. Ditissimus fuit, luxui ac libidinib. ad infamiam deditus. Interfectus est a Nerone anno Imperij tertio, missò per venas sanguine.

PROCVLVS.

PRoculi plures celebrantur. Proculus Spiculator, cuius mẽtionem Tacitus facit. Apud Plinium recẽsetur etiam Proculus quidã inter poetas. Proculus verò noster sub Othone præfectus prætorio, & intima illi familiaritate iunctus fuit, tali quidem, vt in eũ plurimũ spei & fiduciæ Otho collocaret, ac peditũ equitumq; copiis præficeret. Eius tamen imprudẽtia & temeritate exercitus profligatus: ipse deinde Vitellio supplex factus, proditionẽ vltrò sibi imputauit, & in fidẽ Vitellij receptus est. Tacitus lib. 18. In iuris sciẽtia plurimùm potuit. nam Vlp. in l. diui. ff. de iure patronatus, non leuem iuris auctorem hunc appellat. Fuit accerrimus defensor acceptorum a Labeone, & Nerua patre. Et quia præ cæteris authoritate supra omnes sui temporis Iureconsultos valuit, Cassio defendẽti Capitonis tradita se opposuit: vnde partim Cassiani, partim Proculiani appellati sunt.

COELIVS SABINVS.

HIc Cassio Longino, qui Capitonẽ defendebat, successit. Cõsul fuit cũ Flauio Sabino. Floruit maximè sub Vespasiano, apud quem plurimum potuit: fortassis, quia Vespasianus initium Imperij primo eius consulatus die, cal. ipsis Sextil. fœliciter occœperat. Librum de Edicto ædilium curulium conscripsit. Tacitus lib. 17. Gell. lib. 7. cap. 4.

SEX. PEDIVS.

QVis fuerit, ignoratur. Libri eius referuntur, de Stipulationibus: item, ad Edictũ quinq; & viginti. Facit eius Pedij mẽtionem Persius, & Horatius.

PEGASVS.

HIc Proculum sequutus est. Cõsul fuit sub Vespasiano, cũ Pusione. Factum est eo autore S. cõs. vt ei qui rogatus esset hæreditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, sicut per legem Falcidiam ex legatis retinere pridẽ licuerat. Ex singulis quoq; rebus per fideicõmissum relictis, eadem permissa retentio est. Illud quoq; eodem S. consulto cauebatur, vt si recusasset scriptus hæres adire hæreditatem, quasi suspectam atq; dãnosam, desiderante fideicommissario, iussu prætoris adiret, & restitueret hæreditatem. Cuius decreti multa abrogauit Iustinianus, multa in Senatusconsultum Trebellianum trãstulit. Deinde Præfectus vrbis factus est, quod Iuuenalis scribit:

— Rapta properabat abolla
Pegasus, attonitæ positus modo villicus vrbi:
An ne aliud tum præfecti, quorum optimus atq;
Interpres legum sanctissimus, omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat, inermi
Iustitia. —

IVRECONSVLTI, QVI SVB Adriano, Antonino, ac sequentibus floruerunt.

ADriani & Antonini tẽpora, vt pacata & iusta fuerũt, ita multos iuris consultos protulerunt. Adrianus enim ipse oĩum disciplinarum capax fuit, & plus q̃ bonum erat, suapte natura deditus: ita vt inuidia concitatus magis, q̃ æmulatione quosdam celebres & excellẽtes artifices, quibus eruditione & ingenio par esse non poterat, interfecerit: ea contentione in studia incumbẽs, vt reliquos omnes vincere & superare contenderet: quemadmodum refert Dion exempla de Fauorino Gallo, & Dionysio Mylesio sophista, ac Apollodoro architecto.

Quantum itaq; ad administrationem, quãtum ad eruditionẽ, quantum ad ædificiorum extructionem, quãtum deniq; ad omnia pacis belliq; studia attinet, post Augustum Romano Imperio æquè vtilis Imperator non contigit. Initio grauiter persecutus est Christianos: deinde a viris doctis mitigatus est, vt neminẽ deinde religionis causa comprehendi, aut supplicio affici iusserit.

Adrianum subsecutus est M. Antonius Pius: qui, vt Iulius Capitolinus ait, fuit vir forma conspicuus, ingenio clarus, moribus clemens, nobilis vultu, & placidus ingenio, singularis eloquentię, nitidæ literaturæ, præcipuè sobrius, diligens agri cultor, mitis, largus, alieni abstinens: & hęc omnia cum mensura, & sine iactantia: in cunctis præterea laudabilis, & qui meritò Numæ Pompilio ex bonorum sententia comparatus sit. Sub his igitur Imperatoribus plurimi floruerunt.

IVVENTIVS CELSVS, PAter & filius.

VTerq; Pegasianam sectam sequutus est. Pater apud Traianum in magno honore habitus est: deinde Adriano inter iudicandum præcipuè in consilio fuit. Filius Iuuentius Celsus, Iuris scientia patri non inferior extitit. Consulatum bis gessit: nempe anno Vrbis 865. quo anno Iudæi, qui Cyrenen incolebant, Romanos, & Græcos sine discrimine obtruncarunt: vt testatur Dion: & Anno Vrbis 881. Sub eius consulatum Barcochabas, Iudaicæ factionis princeps, Christianos, nisi negarent Christum, ad supplicia traxit. Reliquit hic libros Digestorum 39. Institutionum 20. Epist. 13.

NERATIVS PRISCVS.

ERat & hic quoq; Pegasianæ doctrinæ addictus. Traiano optimo Imperatori tam probatus fuit, vt frequens opinio fuerit, eum in animo habuisse Neratium, non Adrianum successorem Imperij relinquere, multis id ei amicis adsentientibus: vsq; adeò, vt Prisco aliquando dixerit: Commendo tibi prouincias, si quid fatale mihi contigerit. Sed tamen Hadriano, seu fauore Plotinę, propter suspicionem a Palma & Celso inimicis eius, contra Traianum, tyrannidis, in adoptione atque Imperij successione promoto, Neratius inter prędipuos in iudiciario consilio adfuit. Consul quoque fuisse fertur: quod tamen in Chronologia non reperio: nisi Neratium Priscum putes esse Neratium Marcellinum, cuius consulatus incidit in annum Vrbis 881. Libros reliquit Membranarum septem, Quæstionum tres, Responsorum quinque, è Plautio decem, quatuor Epistolarum, Regularum quindecim: vnum de Nuptijs, vnde Gellius morem sponsaliorũ Latinorum annotat. Obseruandum autem est, fuisse & quendã Neratium Nequam, qui pro oblectamento habebat os hominis liberi sua manu verberare, sequente seruo cum loculis plenis assium: & quemcunque depalmauerat, numerari statim ex XII. Tabulis asses 25. iubebat. Propterea Prætores edixerunt, se iniuriis ęstimandis Recuperatores daturos: atque ita lex paulatim desuetudine abolita est. Non igitur hoc de Neratio Prisco, viro integerrimo & probatissimo, intelligendum est.

DOMITIVS LABEO.

FLoruit & hic Adriani temporibus. Longe verò alius est ab Antistio Labeone, cum ille ab hoc citetur: ex quo error Politiani deprehenditur. Scripsit libros Epitomatum, Epistolarum complures.

T. ARISTO.

POmponius hunc inter iureconsultos nõ recenset. Gellius verò ait, fuisse eum Iureconsultum & doctũ, & priuati iuris ac publici peritissimum: in cuius libro, furta oĩa apud veteres Aegyptios fuisse licita & impunita, se legisse scribit. Facit eius quoque mentio-

mentionē Plinius Cęcilius in quadam epistola. Cōsulit.n.hominē de obscuro quodam iure senatorio: An sentētias diuidi,an iri in singulas oportuerit.aitq;, Aristoni in omniū penè negligētia, & temporū Domitiani iniquitate semper fuisse curæ, sic iura publica vt priuata,sic antiqua vt recentia,sic rara,ut assidua tractare. Scripsit volumina de Decretis Fronianis.

PRISCVS IABOLENVS.

ATtigit hic Antonini tempora:fuit enim ei a consiliis. Prętera pubicè de Iure respōdit.Reliquit e Cassio quindecim libros:Egistolarum quatuordecim,quinq; ad Plautium.

PLAVTIVS.

DE vita huius nihil constat:citatur tamen sæpe, multiq; iuris peritissimi scripta eius commentariis illustrarunt.

EX SCHOLA IABOLENI prodierunt multi.

ALBVRNIVS VALENS, Antonino Pio a cōsiliis, reliquit libros Fideicommissorum septem: Scripsit ad eum aliquoties Plinius Cæcilius.

VINDIVS VERVS: Capitolinus hunc quoq; inter consiliarios Antonini recenset.

VLPIVS MARCELLVS,fortassis ex Marcellorum antiqua Romana familia oriundus.Floruit sub Seuero.Scripsit libros Digestorū vnū, vel(vt alii tradūt) octo & triginta: Rōsorū vnū,sex ad Leges,Qōnū 29.de Iure militari duos,qnq; de Officio ꝓsulis.

ARRIANVS,fuit initiò Senator: deinde studiorū amore ad ocium sē contulit.Scripsit librū de re militari. Extant aliquot ad eū Plinii Cæcilii epistolæ,in quibus ipsi nō iuris peritiā modò attribuit,verùm in oratoria Demostheni & Caluo parē facit.Versatur in manibus historia Arriani:huiusne sit, an aliū huius nominis autorem habeat,in incerto est.

TERTVLLIANVS,Consul Romanus,& scriptor Ecclesiastícus,cuius opera in Theologia edita extāt.Vitā eius vide apud D. Hieroonymū,Trithemium,alios. In iure reliquit libros Quæstionum quatuor,de Castrensi peculio vnum.Factū est sub hoc S. C. Tertyllianum,de quo in Pandectis & Instit.

SALVIVS IVLIANVS.

SAluius Iulianus,ex nobili apud Mediolanos familia oriūdus, Iuris peritissimus fuit,quam cognitionē a Iaboleno inter cæteros quoq; hausit.Romæ vrbis prętecturam consequutum esse, & ꝓsulatum bis gessisse,Riuallius,Spartianū sequutus,refert:cùm tñ minime in catalogo Cos.reperiatur. Sub Adriano præcipue claruit,anno post natū Christum 134.Perpetuum edictū compo suit.Prætorum omnia edicta vage dispersa collegit, & in ordinē certosq; titulos digessit: ex quibus Edictum perpetuum composuit,quod cētum & nonaginta libris est interpretatus,quos Digestorum nomine appellauit, in quibus nihil esset suū præter digestionem.Scribit hæc Eutropius:& meminit Iustinianus in l.2. C. de veter.iur.enuc.Fuit verò huius Edicti tāta autoritas, vt si ex eo aliquid decerneret,quo minus id fieret,appellare nō liceret.l.fin. ff.de appella.recipiend. De ambiguitatibus vnum, ad Minutium sex,ad Vrseium quatuor.Sub Commodo Imperatore,cū aliis viris clariss. cæsus, & sepultus est in via Labicana, miliari ab vrbe quinto.Fertur huius viri memorabilis vox: Etsi vnum pedem in sepulchro haberem,adhuc tamen addiscere vellem.

L. VOLVSIVS METIANVS.

IVlius Capitolinus scribit,Antoninū Pium Volusio cōsiliario vsum esse,& magistro.Lampridius in vita Alexādri, Metianū quendam recensет,qui discipulus fuit Papiniani, & Alexandri familiaris,& in consilio socius.Fuit fortassis Volusii Metiani filius. Metiani hæc ferūtur:Liber quæstionum,Fideicommissorū sedecim:Publicorum quatuordecim,ex L.Rhodia.

SERVIDIVS SCAEVOLA.

SEruidio Scæuola iuris perito & in sanciendis legibus,& in cōsilio vsus est M.Antoninus. Docuit Septimium Seuerū, qui post Pertinacem magna virtute Imperiū sibi parauit. Docuit & Papinianum.Huius hoc dictū fertur:Vigilantib.iura subueniunt. Scripsit viginti libros Quæstionum,Respōsorum sex,quadraginta Digestorū,& Regularum quatuor,de Quæstione familiæ vnū, & vnum librum Quæstionum publice tractatarum.In responsis eam semper cautionem adhibuit, vt ius ad facti conditionē qualitatemq; accōmodaret.itaq; semper ea clausula vtitur, Secundū ea quæ proponerentur.

AEMILIVS PAPINIANVS.

EX Seruidii schola prodiit Papinianus. Hic sub Seuero tanq̃ stella quædam iuris clara & insignis nitere ac effulgere cępit. Natus est Hostilio Papiniano & Eugenia Gracili, parentibus:vir excelsi & iusti iudicii,ac omnium iureconsultorum acutissimus, Ideò Aelius Spartianus in Seuero, eū iuris asylum vocat, doctrinæq; legalis thesaurū:sic,vt ab illo legū studiosi qui profecissent, Papinianistæ appellati fuerint: quemadmodū ipse Iustinianus in præfatione Digestorum testatur. Fuit amicus Seueri sumus,tùm propter communia studia,& ꝙ eodem vsi erant præceptore: tū quoque, ꝙ per secundam vxorem Seuerus eum affinitate attingebat. Factus est Septimio Seuero in administratione Fisci successor:deinde Præfectus prætorio. Deniq; in ea apud eum existimatione integritatis,prudentiæ & sapiētiæ fuit,vt moriturus nulli alij magis filios suos, q̃ Papiniano, cōmendarit.Tandē verò ab Antonino Bassiano,Seueri filio,Imperatore crudelissimo, incestuoso & parricida, militum gladiis obiectus, & securi percussus est:cum parricidium ob interfectum fratrem Getam defendere noluisset, & antea quoq; Getæ fratris partes fouisset. Scripsit vndeuiginti libros Responsorū,Quæstionū sex & triginta,duos Definitionum libros,& de Adulteriis: Aedilium quoq; curuliū singularem librum,& viginti Digestorum.

Fertur hominis epitaphiū duplex. nam Socinus filius scribit, ætate sua(vt ex patre audierit) vrnam argenteam a quodam rustico Romæ inuētam,ossaq; inde in Tyberim proiecta, vbi hic titulus fuerit:Aemilii Papiniani,& præfecti prætorio, requiescūt hic ossa:cui infœlix pater & mater sacrum fecerunt, mortuo anno suæ ætatis 38.Alterum ex marmoribus:

D. M.

Aemilio Paulo Papiniano, præfecto prætorio, iurisconsulto, qui vixit annis XXXVI.diebus X. Menses IIII. Papinianus Hostilius,Eugenia Gracilis,turbato ordine,in senio,heu parentes fecerunt,filio adoptiuo.

Quanta autem ingenii vis,quanta iudicij dexteritas, quanta in Iure peritia, quātus deniq; iusticię amor in Papiniano fuerint:facilè ex summis dignitatibus,immēsa negociorū mole,ac ex libris ab eo conscriptis colligi pōt.Quæ ideo etiam eo diligentius considerанda sunt, vt de incostātia fortunæ, & ignauorū principum ingratitudine,& tyrannide admoneamur,&c.Eius autem authoritatis in Iure est, vt si discrepantes sententiæ iureconsultorū inueniantur,ea verior existimetur,in quam Papinianus inclinat:vt Theodosius sanciuit,quæ sanctio extat in Codice Theodosiano.

Impp.Theodosius & Valentinianus, A A. ad Senatum vrbis Romæ. Post alia:

Papiniani, Pauli,Caii, Vlpiani atq; Modestini scripta vniuersa firmamus:ita vt Caium atq; Paulum,Vlpianum & cæteros comitetur authoritas lectionis,quæ ex omni eius opere recitentur.Eorum quoq; scientiam, quorū tractatus atq; sentētias prædicti omnes suis operibus miscuerūt,ratam esse censemus:vt Scæuolæ,Sabini, Iuliani atq; Marcelli, omniumq; quos illi celebrarunt: si tñ eorum libri propter antiquitatis incertū, Codicū collatione firmentur.Vbi autem diuersæ sñiæ proferūtur,potius numerus vincat autorum: vel si numerus æqualis sit,eius partis præcedat authoritas,in qua excellētis ingenij vir Papinianus emineat: qui vt singulos vincit,ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atq; Vlpiani in Papiniani corpus factas,sicut dudum statutum est,pręcipimus infirmari.Vbi autem pares eorum sententiæ recitantur, quorum par censetur authoritas,qd sequi debeat,eligat moderatio iudicātis.Pauli quoq; sententias semper valere præcipimus, &c. Dat.6. idus Nouembris,Theod.Aug.7.& Valentiniano 2. Cos.

DOMITIVS VLPIANVS.

ORiundus fuit ex Phœnice vrbe Syriæ,& vnà cū Iulio Paulo Papinianum docentē audiuit: a quo edoctus, eidem Prętecto prætorio assedit,& in cōsilio fuit.Sacrorum deinde scriniorū Alexandri principis magister factus, mortuo Papiniano in locū eius successit.Fuit quoq; præfectus annonæ.l.4. C.de contrah.stipulat.Cùm autem Alexander causas omnes,negociaq; a scriniorum principibus & doctissimis Iureconsultis, quibus plurimùm fidebat,tractari,ordinari,atq; ad se referri præciperet, leges deinde plurimas de iure populi & fisci sanciret,neq; vllam cōstitutionem sacraret sine viginti iurisperitis doctissimis,ac sapiētissimis, iis denique disertissimis non minus quinquaginta: vt non minus essent in consilio sententiæ,quàm quot Senatusconsultum conficerent:& id quidem ita, vt iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quid quisque dixisset:dato tamen spacio ad disquirendum cogitandumque prius,quàm dicerent,ne de rebus maximis improuisi,minusque considerati dicere cogerentur. Inter omnes itaque hos principem semper præcipuumq; Vlpianus obtinuit locum: inq; ea apud omnes erat autoritate, vt familiaris ac socius Imperatoris diceretur.

Idem Alexander Seuerus cū in animo haberet omnib.officiis genus proprium vestiū dare,& omnibus dignitatibus, vt a vestitu dignoscerent:& omnib. seruis, vt in populo possent agnosci, ne quis seditiosus esset,simulq; ne serui ingenuis miscerent:id Vlpiano Pauloq; displicuit,dicentibus, plurimarum rixarū causam fore,si abiecti homines iniuriis exponerētur.Refert idem Lāpridius,Alexandrū,cum post epistolas simul omnes amicos soleret admittere,cum omnibus pariter loqui,nec vnquam solum quēquam excipere:Vlpianum modò præfectum, & adsessores suos, remotis arbitris se accedere passum esse: & si quis cū illis adhibēdus esset,Vlpianum semper rogasse:neq; vllum vnquam aliū,ne ex domesticis quidem,solū in palatio,q̃ Vlpianum,vidisse.Prætea cum Alexander inter suos conuiuaretur,Vlpianum frequenter accersebat:cum quo lireratos aliquos sermones,quibus se recreari & pasci dicebat, habebat. Deniq; eum pro tutore habuit, primùm repugnante Mammea matre,deinde gratias agente:eūdem sæpe a militū ira, obiectu purpuræ summe defendit. Idcoq; summus Imperator extitit, ꝙ Vlpiani, aliorumq; doctissimorū

Source : BIU Cujas

virorum conſilio Rempublicam adminiſtraret: cum ante eũ Caligulæ, Claudii, Nerones, Galbæ, Othones, Vitellii, Commodi, Iuliani Imperatorium nomen, dignitatemq; fœdaſſent. Hæc Lãpridius. Xiphilinus è Dione ſcribit, Vlpiano ab Alexandro præfectu ram Prætorianorum datam: cæteraq; quæ ad Imperij adminiſtrationem pertinent, ei permiſſa fuiſſe. cum autem Vlpianus multa quæ non rectè a Sardonapalo facta erant, emendaſſet: ipſum nõ multo pòſt a Prætorianis, qui de nocte eum inuaſerũt, interfectũ eſſe: quanquam ad Imperatorem, eiusq; matrem confugeret. Eũdem ob iuſtitiæ amorem cum Papiniano exitum ſortitus, relinquens inſigne integritatis exemplum.

Summam in Iuris ſcientia poſt Papinianum laudem cõſequutus eſt. Modeſtinus eum in libro de Excuſationibus, præſtantiſſimum, & cum Scæuola & Paulo iureconſultorum Coryphęũ vocat, & principem. Diocletianus autẽ in l. Diuo Marco. C. de quæſtionibus, prudentiſſimum: Iuſtinianus in l. vlt. C. de Inſti. vel ſubſtit. diſertiſſimum: in l. vnica. §. ne autem. C. de caducis tollendis, ſummi ingenii virum.

Libros quamplurimos reliquit. Decem libros pro Tribunali, totidem de Officio procoſs. ad Edictum tres & octoginta, viginti ad Leges, ſeptem Regularum, Fideicommiſſorum ſex. Eius præterea libri quinq; de Adulteriis ferũtur, de Appellationibus quatuor, ad Sabinum vnus & quinquaginta, Opinionum ſex, de Officio conſulis tres, Reſponſorũ duo, ſex de Cenſibus, Inſtitutionũque duo. Septem etiam libros Singulares cõpoſuit, quos ſcripſit de Sponſalibus, de Officio præfecti vigilium, de Officio prætoris tutelaris de officio quæſtoris, Regularũ rurſus: de Officio præfecti vrbis, de Officio curatoris Reipub. Libros publicarũ ſuſceptationum, ad perennem ſciẽtiam & memoriam pariter cõpoſuit.

IVLIVS PAVLVS.

PAtauio oriundus fuit, vbi & hodierna die ſtatua eius viſitur. Fuit vnà cum Vlpiano aſſeſſor Papiniani. l. lecta. D. ſi certum petatur. deinde Prætoram & Conſulatum ꝙ ſequutus eſt: demùm Vlpiano vita functo, in eius locũ ſubrogatus, & præfectus prætorio factus eſt: autoritate quidem Vlpiano par, librorum multitudine ſuperior. Scripſit tres & viginti Reſponſorum libros, cõſcripſit Quæſtionum ſex ſupra viginti, ad Edictum octoginta tres, & viginti Breuium, ad Plautiũ duodeuiginti, ad Sabinum ſexdecim, decem ad Leges, Regularum ſeptem, Sentẽtiarum vel factorum ſex, Sententiarum rurſus quinq;, ad Vitelliũ quatuor, ad Neratiũ quatuor, Fideicommiſſorum tres, de Adulteriis tres, Decretorũ tres, Manualium tres, de Officio procos. duos, ad l. Iuliã duos, Inſtitutorum duos, de Iure fiſci duos, ad l. Aeliam Sentiam tres. Libros prętera Singulares reliquit, Regularum rurſus tres, de Officio prefecti vigilum, de Pœnis paganorum, de Officio prefecti vrbi, de Pœnis militum, de Vſuris, de Iure codicillorum, de Officio prætoris tutelaris, de Pœnis omnium legum, de Gradibus & affinitatibus, de Excuſationibus tutelarum, ad S. C. Orficianũ. ad S. C. Tertulianum, ad S. conſ. Velleianum, ad S. conſ. Libonianũ, ſeu Claudianum, ad S. cõſ. Syllanianum, ad Regulam Colonianã, de Extraordinariis criminibus, de Hypothecaria, ad Municipalẽ de publicis iudiciis, ad Orationem D. Seuerini, de Inofficioſo teſta. de Secundis tabulis, ad Orationem D. Marci, de Tacito fideicommiſſo, de Septemuiralibus iudiciis, de Iuris & facti ignorantia, de Iure ſingulari, ad l Facidiam, ad l. Velleiam, ad l. Cinciam, de Portionibus quæ liberis damnatorum concedũtur, de Adulteriis, de Iure bellorũ, de Iure patronatus, de Teſtamentis, de Inſtructo & inſtrumento, de Appellationibus: de Iure patronatus, quod ex l. Iulia & Papia venit: de Actionibus, de Interceſſionibus fœminarũ, de Concurrẽtibus actionibus, de Legibus, de Libertatibus dãdis, de Donationibus inter virum & vxorem, de Legitimis hęreditatibus, & de S. C. Librum etiam ſingularem, cui eſt titulus, de Variis cognitionibus, & octo Digeſtorum libros.

POMPONIVS.

FVit hic quoq; vnus ex Alexandri conſiliariis: prodiitq; cũ Vlpiano, Paulo & aliis, ex ſchola Papiniani. Exiſtimabat is, vnã optimam viuendi rationem conſiſtere in ſtudio, quam quidẽ rationem in octauum ſupra ſeptuageſimum ætatis annũ perduxit. Libros plurimos reliquit: nempe viginti Epiſtolarum, ad Aedẽ octoginta, ad Edictũ quatuor & octoginta: inſuper vndequadraginta libros Lectionum ad Q. Mutium ſcripſit, ad Sabinũ quinq; ſupra triginta, Variarum lectionum quindecim: librum ſingularem Regularum etiam reliquit, quadraginta Digeſtorum, de Stipulationibus decem & ſeptẽ, ſenatuſconſultorũ quinq;, ad Plautium ſeptem, Enchiridii duos, & quinq; Fideicommiſſorum.

HERENNIVS MODESTINVS.

RVtilius auditorem eũ Papiniani fuiſſe ſcribit, eiſdemq; honoribus cũ Vlpiano & Paulo vſum. exiſtimarẽ ego Vlpiani diſcipulũ fuiſſe. l. ſi quis, D. de furtis. Conſulatum Alexandri tẽporibus geſſit cum Probo, Anno Vrbis 980. His Cõſulibus Alexander Imperator de Perſarũ rege triumphum egit. Docuit Modeſtinus iuniorem Maximum, qui ad Imperiũ poſt Alexãdrum cũ patre euectus eſt, Anno Chriſti 238. Vocatur a Gordiano, non contemnendę autoritatis iureconſultus, l. 5. C. ad exhibendum. Tranſtulit librum de Excuſation. tutorum, è Greco in Latinum. Cõſcripſit libros Regularum, deinde Excuſationum ſex, duodecim Pandectarum, Differentiarum nouem. Eius præterea eſſe vn deuiginti Reſponſorum libri dñr. De pęnis quatuor ſingulares, de Præſcriptionibus, de Legatis, de Fideicommiſſis, de Teſtamẽtis, de Ritu nuptiarũ, de Enucleatis caſibus, de Differentia dotis, de Manumiſſionib⁹, de Inofficioſo teſtamẽto, & de Enematicis.

Alexandri, & ſuperiorũ Seueri & Antonini temporibus, multi alii floruerunt, q oẽs operã dederũt Papiniano: Hermogenes, Alphenus iunior, Metianus iunior, Proculus, & Iunius Frõtinus. Prẽter hos recenſenẽ alii. Tarruntius Paternus, qui ſcripſit libros Militariũ quatuor: Macer, Militariũ publicorũ, de Officio pſidis, Eicaſton, de Appellationibus binos. Terẽtius Clemẽs, ad Leges 20. Menander, Militariũ quatuor. Archadius, vnum de Teſtibus. Ruffinus, Regularum 12. Papyrius Fronto, quatuor Rñſorũ. Anthius, vel Publius Furius Anthianus, partis edicti quinque. Maximus, ad legẽ Falcidiã. Hermogenianus, Epitomatũ ſex. Aphricanus, Quæſtionũ nouẽ. Florẽtinus, Inſtitutorũ duodecim. Triphonianus, Diſputationũ 21. Iuſtus, Cõſtitutionũ 20. Calliſtratus, de Cognitionibus 6. de Iure fiſci 4. Inſtitutorũ tres. Qõnum 3. Edictorũ monitoriorũ 6. Venuleius, Stipulationũ 19. Actionũ 10. vnũ de Pęnis paganorũ. 3. Publicorum, de Interdictis 6. quatuor de Officio procoſ. Celſus, cariſſ. Alexandro, viginti tres ad Sabinũ Digeſtorũ libros, Queſtionum viginti vnum. Hos ſubſequuti ſunt alii incertæ ætatis: Saturnius, qui decem libros ad Edictũ reliquit: Adrianus totidẽ de Interdictis ſcripſit: Puteolanus Adſeſſorum aliquot. Horum memoria ſolis libris, ab ipſis conſcriptis, conſeruata eſt, de vita eorum nihil ferè extat.

DE IVRECONSVLTORVM VETERVM munere & officio.

IVRECONSVLTORVM veterum munus in quatuor præcipuè rebus poſitũ, collocatumq; fuit. Primò. n. iudiciorũ, ideſt, oĩum actionũ, quæ & Legis dicebanẽ, formulis præerant. l. Barbarius Philippus. D. de officio prætoris. Præſcribebãt quoq; & exprimebant extraordinariarum & priuatarũ actionũ formulas. Hinc formula Aquiliana a Gallo Aquilio Iureconſ. expreſſa. l. Gallus Aquilius. D. de liberis & poſthumis hæred. inſti. Hinc formula fiduciæ, vt inter bonos bene agier oporteret. ita Cicero in Trebatio. Hinc etiam formula ſponſionis, de qua Cicero pro Roſcio. Omnibus enim de rebus formulæ ferè a Iureconſultis conſtitutæ ſunt: vt Cicero ait libr. 3. Epiſtolarum, epiſt. 46.

SECVNDO cauebant, hoc eſt, conſilium cliẽtibus ſuis fidele dabant: vt in contractibus eo ſecuriores, eoq; tutiores eſſent. Et amicũ conſilio ſuo indemnem ſeruabant. Sic Scæuola ipſe cautè ſemper loquens, cautionem interpretatur. l. 3. D. de trãſactionib. l. 53. §. 1. D. de action. emp. Hinc ſtipulationes cautionales Vlpianus vocat, ꝙ id ſtipulatione agaẽ, vt cautior quis & ſecurior reddatur. l. 1. D. de prætoriis ſtipulat. Inde quoq; tam varię cautiones a Iurecõſultis introductæ ſunt: veluti cautio moratoria. l. 5. §. vlt. D. de cenſib. Cautio indemnitatis. l. 32. §. 1. D. de negociis geſtis. Cautio fœneraticia. l. 11. C. de pactis dotalib. l. 25. C. de adminiſt. tutelę. Cautio dotalis. l. vlt. §. fi. D. de legatis 2. Cautio pollicitationis. l. 9. §. ſed ex facto. D. de eo quod metus cauſa. Cautio ſolutæ pecuniæ. l. 2. C. qui accuſare non poſſunt. Et multæ aliæ.

TERTIO, Si lex legi obſtabat, hoc eſt, quando caſu & euentu inter ſe confligebant & collidebãtur, vt Quintilianus ait: vel ſcripta lex nimis dura erat, & æquitati aduerſabatur: vel cũ more maiorum & conſuetudine ꝓtendebat, ipſi interpretabantur & cõciliabant. Teſtamẽtorũ etiam ſententias, ſi obſcuræ eſſent, vel ambiguæ, eas interpretabantur, & explicabant.

POSTREMO, ſi neq; lex extabat, neq; teſtamenta, vel pactiones eſſent, ipſi de iure, quid æquum bonumq; eſſet interrogati, reſpondebant. Hinc Cicero Iureconſultum definit: Iureconſultus eſt (inquit) qui & legũ & ꝓſuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vtuntur, & ad reſpondendum, & ad agendũ, & ad cauẽdum peritus eſt. In hoc autem poſtremo reſpondendi munere primi iurecõſulti verſati ſunt: veluti, Papyrius, Appius Claudius, Scipio Naſica, Q. Fabius, & alii. Hi ſui adeundi copiam faciebant, vel publicè trãſuerſo foro deambulãdo: vel priuatim in ædibus, & de iure interrogati reſpondebant. Reſpondebant verò non de facti quęſtione, ideſt de ea, cuius ſtatus coniecturalis eſt, & vbi coniectura verum quęritur: ſed de iuris quęſtione, ideſt negociali. Ita Cicero in libro ſecundo de Inuẽtione: Negocialis ſtatus eſt, in quo quid iuris, ex ciuili more & æquitate ꝓſideraẽ, cui diligentiæ ꝑeſſe apud nos Iureconſulti exiſtimanẽ. Et in Topic. Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem inquibat Gallus noſter: ſi quis ad eũ quid tale retulerat, vti de facto rñderet. Probaẽ idem ex Vlpiano, in l. ſtipulatio iſta. 38. §. hi qui ſunt. D. de ver. obl. & in l. nec ſeruus. 41. D. de peculio. Itemq; ex Paulo in l. ſi tibi decem millia. §. ſi pactus. D. de pactis.

Hinc de voluntatis quęſtione, quæ facti eſt, Iureconſulti non reſpondent. l. 3. D. de auro & argent. legato. l. 8. D. quibus mod. pignus vel hypotheca ſol. l. 44. & 94. D. de verbor. obli. l. 122. D. de verborum ſignificationibus.

Profeſſio

Source : BIU Cujas

Professio verò iuris a Tito Coruncano cępit: eius tamen scriptum nullum extat, vt Pomponius ait.

IVRISCONSVLTI QVI SCRIPSERunt, in quotuplici ratione vel Iuris genere versati sint.

IVreconsulti in triplici ratione Iuris tradendi versati sunt. Aliqui.n. in eo iuris genere excelluerunt, qđ pragmaticũ, vel practicum dr: videlicet in Epistolis perscribẽdis, in Quęstionibus tractandis, in Responsis dandis. Tali ratione vsi sunt Papinianus, qui Quæstionum libros septem. Responsorum libros nouem composuit. Sabinus libros Respõsorum duos edidit, Proculus libros Epistolarum octo, Neratius Responsorum tres, Pomponius Epistolarum libros viginti. Alij animum adplicarunt, vt ius in artem redigerent, & in vnum corpus colligerent. Hi libros Pandectarum, vel speciales, vel vniuersales ediderunt. veluti Iulianus, Digestorum libros nonaginta, de Ambiguitatib. librum singularem, Alphenus libros quadraginta, &alij. Tertij, explicationem vel ad leges duodecim Tabularum, vel ad Prætorũ edicta addiderunt: vel breuiaria, vel notas conscripserunt. Eo in genere excelluerũt Vlpianus, Paulus, Modestinus, Caius, Marcellus, Florentinus, Marcianus: & alij: quemadmodum, quid quisq; ad ius attulit, ex superioribus facilè cognosci potest.

CONCLVSIO.

Vitas Iureconsultorum, qua potui breuitate, perstrinxi. Quia verò ex clarissimis ferè sũt orti familijs, neq; tm̃ iuris cognitione, sed bellorũ magis studio clari fuere: iõ singulari de Familiis cõmẽtario, copiosior huius rei tractatio (Deo auxiliãte) breui extabit.

DE SENATVSCONSVLTIS.

PRIVSQVAM dicam quid & quotuplex Senatusconsultum fuerit, paucis præmonebo, qua ratione Senatus lectus sit: quis Senatorum numerus fuerit: quamdiu ipsorum munus durauerit: & qui potestatem conuocandi Senatum habuerint: & quas ceremonias, quosve ritus obseruauerint.

Quis instituerit Senatum Romanum, & penes quos legendi munus fuerit.

Primus omniũ Senatum instituit Romulus. Dionys. lib. 2. Initiò quoq; arbitrium legendorum Senatorũ penes reges erat: deinde huius ordinis & totius ciuitatis Romanæ disciplina Censoribus commissa est, lege Ouini. Festus. Paulo pòst extra ordinem a Consulibus quoq; adlegi cęperũt. Appian. Deniq; Principes sibi hanc legendi potestatem sumpserunt.

Quomodo legebantur, & quę in legendis personis obseruabantur.

Dionys. lib. 2. hac ratione & hoc modo Senatum lectum a Romulo tradit: Centum, inquit, viros ex patricijs ita secreuit. Vnum ex omnibus præstantissimis ipse declarauit, quẽ voluit præesse rebus vrbanis, si quãdo ad bellum proficisceretur. Deinde iussit singulas tribus tres viros, ętate, prudentia & genere pręcipuos seligere. Post hos nouem singulas curias iussit denuò tres viros è patricijs maximè idoneos deligere. Adiectis ad illos nouem his x c. quos curiæ crearant, & illo prefecto quem ipse antea decreuerat, centum Senatorum numerum expleuit. De aliis regibus & consulibus tradit Festus, eos legisse: sublegisseq; sibi, quos maximè dignos censebant, vel amabant, Senatores.

In lectione autem considerabatur, Primo, vt CIVIS ESSET. Ciuis verò is esse poterat, qui aut Romæ natus esset: aut in eo municipio, ꝙ nõ modo munere honorario cum populo Romano vteretur, sed & ciuitate & suffragij latione. Qui mos ad annũ 662. durauit. Sociali enim bello, quod cũ Italicis gestum est, propter denegatam ciuitatem, cuius ipsi summa cupiditate flagrabãt, maximæ parti Italiæ ciuitas data est. Tandem innumerabiles peregrini Senatores facti sunt: nam C. Cæsar quosdã è Semibarbaris Gallorum recepit in curiam: de qua re vide Suetonium. De bello sociali vide Flor. lib. 71. & seq. Appian. lib. 1. de Bello ciuili. Plin. cap. 63. 75. de Viris illust. Val. cap. 6. lib. 8. August. cap. 17. & 26. lib. 3. de ciuitate Dei. Plin. ca. 1. lib. 33. Natural. hist. Eutrop. ca. j. lib. 5. Oros. cap. 18. lib. 5. Strab. lib. 5. Solin. cap. 2. Plutarch. in Sylla.

2. FAMA: Quia hominibus turpi iudicio damnatis, in perpetuum neq; vllum ad honorem, neq; in curiã aditus erat. Cicero pro Cluentio. Qui autem turpi iudicio dãnentur, traditur in Pandectis, de his qui notantur infamia.

3 GENVS: Idq; tribus modis spectabatur, Vno, vt solum patricii. Sex. Pomp. Dionys. Liuius, Suetonius, Zonaras, a reliquis discrepãs. Altero, vt quãdo iam patebat curia plebeiis, ingenuo saltem non libertino sanguine procreati legerentur. Tertio, ꝙ a Syllæ dominatione ad Cæsaris dictaturam custoditum est, Ne proscriptorum filii cooptarentur.

4 ORDO: Quia oportebat eum equitem fuisse. Equester enim ordo quasi gradus ad Senatoriũ erat: &, vt Liuius lib. 42. ait, seminarium Senatus. Ad hunc autem ordinem admittebantur, qui erant ex infimo ordine, & è plebe: sed rarius, & ægrius. Festus, & Lamprid. in vita Alexandri Seueri.

5. AETAS: Non enim quauis ætate in Senatũ cooptari poterant. Cicero pro lege Manilia, Plutarchus in Pompeio. Dionys. lib. 6. Nam Prisci Romani senes eligebãt, vnde & Senatui nomẽ inditũ, & ipsi Patres vocati sunt. Sic Salustius in Catilina: Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validũ erat. Reipub. consultabant. Cicero in Catone, Ouid. in Fastis. Quintil. cap. 6. lib. 1. Florus, Plutarchus, Eutrop. Dionysius, qui eos γέροντες appellat. Deinde iunioribus quoq; aditus patere cępit. Putat igitur Sigonius, vir doctissimus, annum senarium eum qui sequeretur quæsturã, idoneum fuisse ad Senatoris lectionẽ. Quæstura autem geri potuit anno ætatis 27. Quod nõ multũ discrepat a lege quam de Senatu cooptãdo Halesinis C. Claudius, & Bithynijs Cn. Pompeius dedit: Ne quis 30. annis minor in Senatu esset.

6. MAGISTRATVS: Per gradus enim magistratuum, ad amplissimum ac summum in vrbe locum perueniebatur. Liuius, Dion lib. 54. Gell. lib. 3. Sueton. in Augusto.

7. CENSVS: Nam ante Augustũ census Senatorius fuit octoginta millia Ꝃ s. hoc est. 24. millia coronatorum. & post Augustũ duo decies. Sueton. in vita Augusti, Dion lib. 45. Ascon. in Verr. Seneca in lib. de Beneficiis, Arnob. lib. 4.

8. QVAESTVS: Non enim cooptabãtur in Senatorium ordinem, qui quæstum turpem & sordidũ exercuerant. Sic Cicero in Verrinis dixit, Claudium Pulchrum prætorem ex S. C. Halesinis de Senatu cooptando conscripsisse: in quibus alia multa, tum de quæstu sanxisse, quem qui feciſſet, ne legeretur.

Censores itaq; penes quos quandoq; lectio Senatorum erat, singulis lustris totum Senatorium ordinem diligenter examinabant: & in demortuorum locum, vel eorum quos mouerant, nouos sublegebant. Liuius lib. 40. Expleto aũt Senatorum legitimo numero, & omniũ nominibus in tabulas relatis, suo quemq; loco iubebant recitare. Liuius lib. 39. Et qui primus legebatur (legebatur autem ex censorio gradu) princeps erat Senatus. Post principem vero Senatus, discrimine graduum, ætatum seruato, cæteri Senatores & scribebantur, & recitabantur. Cic. pro Domo.

De numero Senatorum.

Senatorum numerus non semper vnus & idem fuit, sed pro tẽporum ratione interdum auctior, interdum rarior. Romulus. n. condita Vrbe, centum creauit ex Albanis Senatores: deinde centum, vel (vt alii tradunt) quinquaginta ex Sabinis. Sic Dionysius. diuersum Liuius scribit. Regnante Tarquinio Prisco, ducentos tantum fuisse: centum ab illo lectos, & priores Romuli centum.

Brutus, liberata Rep. ex equestri gradu patrum numerum ad trecentorum summã expleuit: vel, vt Festus ait, regibus vrbe pulsis, P. Valerius consul, propter inopiam patriciorũ, ex plebe adlegit in numerũ Senatorum, centũ sexaginta & quatuor, vt expleret numerum Senatorum trecẽtorum. Hi veteres priscis tẽporibus Patres, in nouum conscripti, lecti appellabantur. Plutarchi seculo Senatores a Romanis Patres cõscripti, ab exteris Principes vocabantur. Liu. App. Dion, Flor. Cic. Et hic numerus perdurauit vsq; ad annũ Vrbis 692. Nam M. Valerio Messala, & L. Puppio Pisone Cos. omnes ij qui magistratus gesserant, a Cẽsoribus supra legitimum numerum, in Senatũ lecti sunt. Sic Dion. Numeri autem mẽtionẽ facit Cicero, itemq; Appianus. Cicero in epistolis ad Atticum: Homines ad xv. Curioni nullũ S. C. facienti adsenserunt, facile ex altera parte C. D. adfuerunt & in oratione ad Senatũ: Quo quidẽ die cum c dx. Senatores essetis, & Appianus: Cum retulisset Curio, ecquid censerentne patres & Cæsarem & Pompeium Imperium deponere, xxii. in alia omnia, trecenti autem & septuaginta in Curionis sententiam pedibus iuerunt.

Paucos post annos C. Iul. Cęsar dictator 900. legit. Dion lib. 43. post mortem Cæsaris, Antonius & triumuiri 1000. Sueton. Quẽ numerum, quia promiscua turba eo confluebat, Augustus diminuit, & ad D C. redegit. Dion lib. 45.

Quotuplex fuerit Senatus.

Senatus aut legitimus erat, aut erat indictus. Senatus legitimus statis dieb. agebatur. Capitol. in Gord. Nõ legitimo, inquit, sed indicto Senatus die, consul domi conuentus, cũ prætorib. tribunis & ædilib. in curiã venit. Et Suet. in August. Sanxit, inquit, ne plus q̃ bis in mense Senatus legitimus ageretur: scilicet cal. & idib. Neve Septembri Octobrive mense vllos adesse alios necesse esset, q̃ sorte ductos, per quorũ numerum decreta confici possent. Et Spart. in Adrian. Senatui legitimo, cũ in vrbe, vel iuxta vrbẽ esset, semper interfuit. Edictus aũt vel indictus erat, qui ob negocia incidentia repentè indicebaṫ. Sueton. in Cæs. Sic apud Atheniẽses: νόμιμος ἐκκλησία dicebaṫ, ἥ κυρία καὶ ὡρισμένη τρὶς τοῦ μηνός. σύγκλητος δ', ἣ ἐξαίφνης γενομένη διά τι κατεπεῖγον: Legitima concio dicebatur, fixa stataq; concio, quæ ter in mẽse habebatur: cõuocata aũt & indicta, quę repentè noua quadã de causa fiebat. Suidas, & interpretes Demosthenis in oratione περὶ παραπρεσβείας. Et App. lib. 1. de Bell. ciuili. Consulum alter Opimius nomine, vt in trepidatione mos est, nonnullos cum armis in Capitolium festinare iubet, Senatumq; per pręconem conuocari.

Quamdiu Senatorium munus durauerit.

Qui semel in Senatũ lectus erat, per omnẽ ætatẽ in eo ordine permanebat, nisi aut Senatus remouẽdũ cẽsuisset: aut qui turpi de crimine, aliquo aut de ambitu quictus, aut a populo dãnatus, aut censoria aũaduersione notatus esset. Sic Cic. in orat. pro Flacco:

Source : BIU Cujas

Lyſanias adeptus eſt ordinē Senatorū, ſed cū Rēp. nimiū cōplectereť, peculatus dānatus & bona & nomen Senatoriū amiſit. Et Zonaras: Poſt ꝯſtitutū eſt, ut qui ſemel in Senatū lectus eſſet, per oēm ętatē in eo ordine permaneret, niſi aut turpi iudicio damnareť, aut ob uitæ dedecora pelleretur. Et extat lex Caſſia, q̄ C. Mario, & C. Flauio Coſs. Caſſius Lōginus tulit: ut quē populus damnaſſet, cuiue imperiū ābrogaſſet, in Senatu ne eſſet. Et Plutarchus in Paulo Aemilio: Habent cenſores poteſtatē mouendi Senatu, q̄ impurè ac flagitioſe uiuunt: Senatus principem legendi, iuuenes immoderatos & intēperātes adēpto equo notādi. Et Liu. lib. 39. Patrum memoria inſtitutū erat, ut cenſores motis è Senatu adſcriberent notas. Notam aūt adſcribere nihil aliud fuit, q̄ cauſam infamē & ignominioſam in aliquē edere. Et differebant inter ſe, notare, ac ordine mouere: quia ob leuiores cauſas mouebant tm̄ cenſores, grauioribus aūt pollutos ſceleribus notabāt. De his notis ſcribit Vlpian. in l. 1. D. de his qui notanť infam. Verùm licet Senatu mouerentur, nihilominus tm̄ iudices eſſe poterāt: itemq̄; ærarij. Liuius lib. 42. & Cicero in oꝝone pro Cluentio: Prætores urbis qui iurati debēt optimum quemq̄; in ſelectos iudices referre, nunquā ſibi ad eam rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe duxerunt. Et in eadem Oratione: Atq̄; etiam ipſi inter ſe cenſores iudicia tanti eſſe arbitrantur, ūt alter alterius iudicium non modò reprehendat, ſed ēt reſcindat: ut alter de Senatu moueri uelit, alter retineat, & ordine ampliſſimo dignum exiſtimet. Sic Mamercus, ꝯ cenſuram annuā ac ſemeſtrā feciſſet, quæ quinquennalis fuerat, tribu motus eſt: cauſa ignominiæ addita, ꝯ magiſtratū P. R. imminuiſſet. Liuius lib. 5. Sic Antonius Senatu motus eſt, ꝯ quam virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet, nullo amicorū in conſilio adhibito. Val. lib. 2. Et multa alia apud Ciceronem & Liuium, & Senecam & Plinium ac Velleium Paterculum inueniuntur exempla. Inſigne fertur exēplum de Manilio: qui ideo motus eſt, ꝯ is præſente filia interdum uxorē eſſet oſculatus: cum Cato cenſor diceret, Nunquam mulierem in ſuū complexum ueniſſe, niſi cum uehemens tonitru extitiſſet: ſeq̄; ioco ſolitum dicere, Ioue tonante ſe fœlicem eſſe. Plutarchus in præceptis connubialibus, & in uita Catonis.

Quibus in Senatum uenire licuerit.

Quia Senatores ſenatum conficiebant, ideò præter Senatores eò uenire poterant omnes magiſtratus, ad quæſtorem uſque. Plutar. in uita Catonis: Cato quæſtor in Senatum, quoties haberetur, ſemper uenit, & omnes qui honores geſſerant. Tribunis tamen plebis priſcis temporibus curiam ingredi non licuiſſe, ſed ante ualuas poſitis ſubſelliis decreta patrum attentiſſima cura examinaſſe, autor eſt Valerius lib. 2.

Zonaras aūt, poſt & in curiā, & in Senatoriā dignitatē admiſſos eſſe, ſcribit. Præterea ùrbis præfectum nec ſentētiæ ius habuiſſe, Mutius apud Gellium ait. Itemq̄; Pontifices, Augures, & alij quouis ſacerdotio publico prædīti ciues, niſi quē habuiſſent magiſtratum, aut à cenſoribus lecti eſſent, in Senatū non ueniebāt.

Qui habuerint poteſtatem conuocandi Senatum.

Gellius lib. 13. ex libro quodam Varronis enumerat eos magiſtratus, per quos more maiorē Senatus olim haberi ſolitus eſt: & fuerunt hi, Dictator, Conſul, Prætor, Tribunus pleb. Interrex, Prę fectus urbis: neq̄; alius prēter hos. Quoties autem uſuueniſſet, ut oēs iſti magiſtratus Romæ eſſent, tum quo ſuprà ordine ſcripti eſſent, qui eorū prior aliis eſſet, ei potiſſimum Senatum cōſulendi ius fuiſſe. Addit, deinde extraordinario iure tribunos quoq̄; militares, qui pro conſulibus fuiſſent: item Decemuiros, quib. imperium conſulare tum eſſet: item triumuiros Reipub. conſtituendę cauſa creatos, ius conſulendi Senatum habuiſſe.

Obſeruandum autem eſt, conuocare Senatum adeò ad conſulum munus pertinuiſſe, ut abſentibus ijs, non ita ſæpè ſupremum conſiliū iniretur. Cic. lib. 12. Epiſt. Et quia Conſulum æqualis erat & par planè poteſtas, facilèq̄; alter intercedere poterat, ſi eo inuito collega aliquid ageret: ideò non difficulter concluditur, Senatum nunquam, niſi utriuſq̄; cōſenſu habitū. Eodemq̄; modo credibile eſt, Tribunos militares & triumuiros, ſi oēs adeſſent, cōi edicto patres citare ſolitos. Minores autem magiſtratus, & priuati, ac quoties opus erat, Conſules, aut eos quos enumeraui adire ſolebant, & ab iis Senatus cognitionē petere, ipſi per ſe nūquam conuocabant. Liuius lib. 3. Senatum in diē poſterū indicunt, qui aliqñ ſpe ipſorum frequenter conuenit. quo facto, proditam à patribus plebs libertatem rata, ꝯ iis qui iam magiſtratu abiiſſent, priuatiſq̄; ius abeſſet, tāquam iure cogentibus Senatus paruiſſet.

Primus uerò oīum C. Iulius Cæſar, poſt decennalem dictaturam, & perpetuā tribunitiam poteſtatem adeptam, Senatū ſolus conuocauit, qui honos Auguſto M. Aemilij Lepidi & L. Aruncij conſulatu decretus eſt, nouo modo: hoc eſt, ut etiāſi nullū magiſtratum haberet, Senatum tamen legere poſſet. Quo exemplo inſequentes Imperatores id iuris ſibi uſurparunt.

Quæ fuerit ratio conuocandi.

Conuocabantur Senatores aut edicto à Coſſ. aut ab alio magiſtratu propoſito: aut Præconis uoce. Edicto, quoties de re graui deliberandū erat: Præconis uoce, cū aliquid incidiſſet, de quo propere & ſine mora cōſulendi eſſent Patres, neq̄; operæ uideret id in aliud tempus differre negociū. Liuius, de Decemviris. Appian. lib. 1. de Opimio. Cicero in 6. ad Brutū epiſtola, & li. 19. ad Attic. & in 3. Philipp. Edicti verò clauſula hæc fuit: Senatores, quibuſq̄; in Senatum ſnīam dicere licet. Priſcis autem temporibus, cum in agris adhuc habitarent Senatores, ad eos accerſendos uiatores mittebantur. Cicero in Catone Maiore, Columel. lib. 1.

Senatoris conuocati, adeſſe cogebantur.

Quomodo autem Senatores in Senatum ire cogebantur, Cicero Philipp. 1. docet. Quid autem, inquit, erat cauſæ, cur in Senatum heſterno die tam acerbè cogerer? ſolusne aberam? an nō ſæpe minus frequentes fuiſtis? an ea res agebatur, vt etiam ægrotos deferri oporteret? Hannibal credo, erat ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur? ad quam cauſam etiam Appium illum, & cæcum, & ſenem, delatū eſſe, memoriæ proditū eſt. De ſupplicationibus referebatur? quo in genere Senatores deeſſe nō ſolent. Coguntť enim non pignoribus: ſed eorū, quorum de honore agitur, gratia. Quod idem fit, cum de triumpho refertur: ita ſine cura Cōſules ſunt, vt penè liberum ſit Senatori, non adeſſe. Et paulo pòſt: Quis autem vnquam Senatorem tanto dāno coegit? aut quid eſt vltra pignus & mulctam? Verba ſunt Ciceronis, conquerētis iniuriam Antonij conſulis, qui nō cōtentus pignoribus captis, aut mulcta dicta cogere in Senatum venire Ciceronem: minatus eſt ēt frequentiſſimo Senatu, cum Fabris ſe venturum ad diſturbandam ſubuertēdamq̄; domum eius. Idem lib. 3. de Oratore, de iurgio Philippi Cōſulis in Senatu, & L. Craſſi, magni illius oratoris, loquens: Hic, cū homini & vehementi, & diſerto, & in primis forti, ad reſiſtēdum Philippo, quaſi quaſdam verborū faces Craſſus admouiſſet, non tulit ille, & grauiter exarſit: pignoribusq̄; ablatis, Craſſum inſtitit coercere.

Pignora autem capere, vel auferre, eſt, quod nunc dicimus captionem bonorū. Coercere igitur pignoribus captis, Cicero dixit: qđ nos, cogere per bonorū captionē dicimus. Demoſt. ἀφαιρεῖσθαι τῆς χρημάτων dicit, quaſi manū facultatib. inijcere: quod ēt Grę cè τὸ ἐνεχύρων λαμβάνεσθαι dī, hoc eſt, pignora capere. Gell. lib. 7. pignoris capionem hinc eſſe dictā ab antiquis affirmat, vt vſucapionem. Prehendere verò eſt apud eos, id qđ nos corpore prehēdere dicimus: cuius exemplum ſtatim ſubijciemus. Quibus autem modis venire in Senatum, iiſdem ēt cenſere cogebantur, niſi Tribuni intercederent. Liuius lib. 8. ſecundi belli Punici: Itaq̄; Q. Fuluius poſtulauit a Conſule, vt palàm in Senatu diceret, Promitteretne patribus, vt in prouinciis decernerent: ſtaturusq̄; eo poſſet, qđ cenſuerint: an ad populum laturus? Cum Scipio reſpondiſſet, Se ꝯ è Repub. eſſet, eſſe facturū: tum Fuluius, Non ego (inquit) ignarus quid reſponſurus facturusve eſſes, quæſiui: quippe cùm præ te feras tentare magis q̄ conſulere Senatū. Itaq̄; a vobis Tribuni pleb. poſtulo, vt ſententiam mihi ideo non dicenti, ꝯ ſi in meam ſententiam diſcedatur, non ſit ratū habiturus conſul, auxilio ſitis. Inde altercatio orta, cùm Conſul negaret æquū eſſe, quominus ſuo quiſq̄; loco Senator rogatus ſentētiam diceret: Tribuni decreuerunt, Si Cōſul Senatū de prouinciis permittit, ſtari eo qđ Senatus cenſuerit, nec de ea re ferri ad populum patiemur: ſi non permittit, qui de ea ſnīam recuſabit dicere, auxilio erimus. Conſul diem ad colloquendū cum collega petiit. poſtero die pmiſſum Senatui eſt, prouinciæ ita decretę. Prehendi verò Senatores iuſſu Conſulis poterant. ita Valer. lib. 2. L. verò Philippus conſul, aduerſus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit: nam ſegnitiem pro Roſtris exprobrās, alio ſibi Senatu opus eſſe dixit. Tantumq̄; a pęnitentia dicti abfuit, vt ēt L. Craſſo, ſummæ dignitatis & eloquentiæ viro, id in curia grauiter ferenti, manum iniici iuberet. Ille reiecto lictore: Non es, inquit, mihi Philippe conſul, quia nec ego tibi Senator ſum: id eſt, quia dixiſti te aliū Senatum quærere. Et Gell. lib. 4. Capito Atteius, in lib. quē de officio Senatorio cōpoſuit, ſcriptū hoc reliquit. C. Cæſar, inquit, Cōſul M. Catonem ſentētiam rogauit. Cato rē quam conſulebatur, qm̄ non è Repub. videbatur, perfici nolebat. Eius rei gratia ducēdæ longa oratione vtebatur, eximebatq̄; dicendo diem. Erat em̄ ius Senatori, vt ſententiam rogatus, diceret antè quidquid vellet alius rei, & quoad vellet. Cęſar conſul viatorem vocauit, eumq̄;, cum finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem duci iuſſit. Senatus conſurrexit, & proſequebatur Catonem in carcerem. Hac, inquit, inuidia facta, Cæſar deſtitit, & mitti Catonem iuſſit. Hactenus ille. Quid ſit autem prehendere, & qui magiſtratus prehenſionem, quiq̄; vocationē habuerint, aut qui vtrumq̄;, aut etiam neutrum, Gellius lib. 13. docet. Vocationem, inquit, habent Conſules, & cæteri qui habent Imperium. Prehenſionē, Tribun. pleb. & alii qui habēt viatorem, neq̄; vocationē, neq̄; prehēſionem, vt Quæſtores, & cæteri, qui neq̄; lictorem habent, neque viatorem. Qui vocationem, ijdem prehendere, tenere, abducere poſſunt. Qui autem iure prehēdi, is etiam in vincula duci poteſt. Sed quærentibus nobis, inquit, quā ob cauſam Tribuni, qui haberent ſummā coercendi poteſtatem, ius vocandi nō habuerint: illud occurrit, ꝯ Tribuni plebis antiquitus creati videntur, non iuri dicendo, nec cauſis querelisq̄; de abſentibus noſcendis, ſed intercęſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent, vt iniuria, quę coram fieret, arceretur, ac propterea ius ad ſe vocandi ademptū:

quoniam

Source : BIU Cujas

quoniam vt vim fieri vetarent, assiduitate eorum & præsentium oculis opus erat. Labeo igit Antistius, legū morumq; populi Romani peritissimus, per viatorem Tribunorū pleb. vocatus, eodē Gellio autore, rndit: Ius eos non habere, neq; se, neq; aliū quemquam in causa vocandi: cum moribus maiorū Tribuni pleb. prehensionem haberent, vocationem, non haberēt. Posse igitur eos venire, & prehendi se iubere: sed vocandi absentē, ius nō habere.

Qui excusentur, ne adsint.

Superius dixi, sexagenarios excusari. Præterea datur quoq; excusationis venia illis, qui iudicijs operā nauant. Dion lib. 55. Propterea Augustus, cum certos dies, quibus Senatus haberetur, cōstituisset: cauit, ne ijs diebus ius dicere, vel aliud id genus publicū negocium, qđ Senatores impedire posset quo minus in Senatū venirent, attingere fas esset. Tertiò excusabantur, qui familiaris funeris procuratione abessent. Sic Cicero pro Rabirio. Quartò, qui morbo laborarent. Cicero in Philipp. vt supra. An ea, inquit, res agebatur, vt etiam ægrotos deferri oporteret?

De loco, quo habebatur Senatus.

Locus, in quem Senatus conueniebat, Curia appellabatur: Festus Senaculum vocat. Liuius autem lib. 45. & Varro lib. 4. & Valerius lib. 2. Senaculum dicunt fuisse locum quēdam ante curiā, in quo Senatus aut seniores ꝓsisterēt, dictū vt γηρουσίαν apud Grecos. Hic autem locus publicus erat, & per Augures consecratus. Iustū enim S.C. vt autor est Gell. esse non poterat, nisi quod in loco per Augures cōstituto, quod templū appellaretur, factū esset.

Propterea & in curia Hostilia, & in Pompeia, & pòst in Iulia, cum prophana ea loca fuissent, tēpla esse per Augures constituta refert, vt in ijs iusta Senatus cōsulta fieri possent. Scriptumq; Varronem reliquisse, non omnes ædes sacras templa esse. Et Seruius in illud Aeneid. lib. 11. Alta infra limina cogit: Quæritur, inquit, cur ad priuatam domū vocetur Senatus, qui non nisi ad publica & auguratò condita loca conuenire cōsueuit. Sed scimus domū Latini auguratò conditam: & eandem tam templum fuisse, q̄ curiam. Namq; in superioribus legimus, tectum augustum, idest, augurio conditum. Et paulo pòst:

Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces.
Regibus omen erat: hoc illis curia templum.

Meritò ergo ad domum regis, quasi ad locum publicum conuocatur Senatus. nam, vt ait in 7.

Tale intus templo diuum, patriaq; Latinus
Sede sedens. —

Idcirco etiam in Palatij atrio, quod auguratò cōditū est, apud maiores consulebatur Senatus: vbi ēt arietes imolabantur, quod (vt in septimo dicimus) Virgilius ad Latini transtulit domū. Multi dicunt, peritè Virgilium nec templi nec curiæ hoc loco fecisse commemorationem: sed tm̄ dixisse, Intra tecta regia: vt ostenderet cōsilium, qđ initur, non esse cōprehendendū: quia nec rectè non est inchoatum. Ea enim quæ dicet Latinus, effectu carebūt. Hæc Seruius. Et Nicostratus in libro qui inscribitur, De Senatu habendo, de Senaculo loquens, inquit: Vbi nunc est ędes Cōcordiæ, inter Capitolium & focum: alterum ad portam Capenā: tertium infra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in vrbem admitti nolebant, Senatus dabatur.

Templi autem appellatio non tm̄ ædes dijs consecratas significat, sed & oēm locum, modò per Augures constitutus sit, licet campus sit. Liuius: Propterea bello Hannibalis cum Flaccus castra intra portam Esquilinam Collinamq; composuisset, Consules eò Senatusq; ꝓuenerūt, & ibi de Rep. ꝓsultarūt. Et Properti⁹.

Buccina cogebat priscos ad verba Quirites,
Centum illi in prato sæpè Senatus erat.

QVO TEMPORE SENATVS AGERETVR.

Senatum duplicem fuisse, dixi: Legitimum & indictū. Legitimus erat, q vel lege, vel more, statis semper ac certis diebus habebatur, cal. nonis, idib. maximè aūt insignes, cal. Ian. Et antea idib. Martij fuerunt. Bis deinde D. Augustus sanxit, ne plus in mēse legitimus Senatus haberet, scilicet cal. & id. neve Septēbri, Octobrive mense vllos adesse alios necesse esset, quàm sorte ductos.

Indictus, qui reliquis diebus, modo Comitiales nō erāt, vocatu magistratus cogebatur. Comitiales aūt definit Festus, cum in Comitio conueniebant. Si igit indicta erant Comitia, ad 3. non. Mart. quo die legē ferre, aut magistratus creare licuit, non potuit ad eam diem, vt Senatus adesset, Cōsul edicere, ne Senatores vel a petitione, vel a suffragiis auocarentur. Ferebant enim suffragia etiam tributis Comitijs. Si tm̄ res incidisset grauior, quæ Senatus desideraret cognitionem, Comitia ex S.C. dilata sunt. Cic. pro Murena: His reb. auditis, meministis fieri S.C. referēte me, ne postero die Comitia haberent, vt de his rebus in Senatu agere possemus. Et Liuius lib. 48. Consul dimissis comitijs, Senatum vocauit. Censuerunt frequentes ad populum, cum Flacco agendum. Præterea, vt Gellius inquit, Senatusconsultum nec antè exortū, nec post occasum solis factum, ratum fuit. Opus etiam Cēsoriū fuisse existimatos, per quos eo tempore S.C. factum esset: quin & mensem totum Februariū, legationibus exterarū gentiū audiendis attributum fuisse, multis ex locis constat. Cicero ad Lentulū: Senatus haberi Februario toto non potest, nisi perfectis aut reiectis legationibus. Et ad Quintum Fratrem lib. 2. epist. 11. Et q̄ Gabinia lege sanctum sit, ex cal. Feb. vsque ad cal. Martias, legatis Senatum quotidie dari.

De ritibus & ceremonijs in habendo Senatu.

Magistratus, qui Senatum habiturus erat, primùm oīum imolabat hostiā, auspicabaturq; sic lex XII. Tab. Omnes magistratus iudicium, auspiciumq; habēto. inde Appianus scribit: Est autem mos, inquit, in curiā ingressuris, prius vti haruspicina. ac rursum: In Cæsaris victima cor, vel (vt alii dicunt) caput extorum non est inuentum. Octauius Imperator decreuit, vt Senatores thure ac mero supplicarent illi Deo, in cuius templo Senatus habebatur. Dion lib. 54. Post hæc Augustus in aliud quinquenniū præfectus morū factus, sanxit, vt Senatores, quoties in curiam ꝓuenire, aut ad se accedere vellent, suffimentum adolerent. Eo & religionis studium inculcabatur, & signum conueniendi facilius dabatur. Et Sueton. in vita Augusti: Quo aūt lecti probatiq; & religiosius, & minori molestia Senatorio munere fungerent, sanxit, vt priusquam consideret, quisquam thure ac mero supplicaret apud arā eius Dei, in cuius templo coiretur. Postquam iam de rebus diuinis actum esset, tum Patres consulebant, non solum ij qui habebant Senatum, verùm & alii magistratus: vt ex multis locis apud Ciceronem, Liuium, Dionem colligitur.

De rogandis sententijs.

Senatusconsulta duobus modis fiebant, inquit Gellius lib. 14. Aut per discessionē, si consentiretur: aut si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas. Vide Gellium. In Senatusconsulto autem per discessionem, Preco dicebat: Qui hoc cēsetis, illuc transite: qui alia omnia, in hāc partem. Ominis aūt causa sic preibat, ne diceret, Qui non censetis. De hoc Senatuscōsulto, per discessionem, sic scribit Sueton. in Tyberio: Cum Senatusconsultū per discessionē fortè fieret, trāseuntem eum in alteram partē, in qua pauciores erāt, sequutus est nemo. Cic. Philip. 3. Cum de Repub. relaturus fuisset, allato nuncio de Legione quarta, mente cōcidit. Effugere festinās, Senatuscōs. de supplicatione per discessionem fecit, cum id factum esset antea nunq̄. Gel. lib. 3. cap. 18. Non pauci sunt, inquit, qui opinant pedarios Senatores appellatos, q sententiam in Senatu non verbis dicerent, sed in alienam sn̄iam pedibus irent. Quid igitur, cum Senatusconsultū per discessionē fiebat: nonne vniuersi Senatores sn̄iam pedibus ferebant? Atqui hæc etiam vocabuli istius ratio dicitur, quam C. Bassus in cōmentariis suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in veteri ætate qui curulem magistratū gessissent, curru solitos in curiā honoris gratia vehi: in quo curru sella esset, supra quam desiderēt, quæ ob eam causam Curulis appellaret. Sed eos Senatores qui magistratum curulem nondum cęperant, pedibus itauisse in curiam. Propterea Senatores nondū maioribus honoribus functos, pedarios nominatos. M. autem Varro in Satyra Menippea, quæ ἱππικῶν inscripta est, Equites quosdam dicit pedarios appellatos: videturque eos significare, qui nondum a Consulib. in Senatū lecti, Senatores quidem non erant: sed quia honoribus populi vsi quidem erant, in Senatum veniebant, & sententiæ ius habebant. Nam vt ciuilibus magistratibus functi, qui nondum a Cēsoribus in Senatū lecti erāt, Senatores nō erant: & quia in postremis scripti erāt, non rogabantur sententias: sed quas principes dixerāt, in eas descendebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoque Cos. cum Senatores in curiam vocant, seruandę consuetudinis causa trāslatitio vtuntur. Verba edicti hæc sunt: Senatores, quibusque in Senatu sententiam dicere licet. Versum quoque Laberij, in quo id vocabulum positum est, notari iussimus, quem legimus in Mimo, qui Scriptor inscriptus est:

Caput sine lingua, pedaria sententia est.

Hoc vocabulum a pleriscq; barbarè dici animaduertimus: nā pro pedariis, pedaneos appellant. Hæc Gellius. Ex quibus Gellij verbis facilè intelligimus, non frustra ab Vlpiano in lege vltima. D. de Senatorib. præfinitam, circumscriptamque Senatorum appellationem esse. Senatores autem, inquit, accipiendum est eos, qui a Patriciis & Consulibus, vsque ad omnes illustres viros descendunt: quia & hi soli sententiam dicere possunt. Et Cicero ad Atticum libro primo, epistola 15. Et raptim in eam sententiā pedarij cucurrerūt. Et eodem libro: Et illud Senat. cons. summa pedariorum voluntate, nullius nostrum autoritate factum. Liuius libro quinto: Primores patrum censuere, non expectandum iustum tempus comitiorum, sed exemplo nouos tribunos militū creandos esse, qui a calendis Octobribus magistratum acciperēt: in quam sententiam cum pedibus iretur, cęteri tribuni militū nihil contradicere. At enimuero Sergius, Virginiusque, propter quos pęnitere magistratuum eius anni Senatum adparebat, primo deprecari ignominiam: deinde intercedere Senatus cōsulto. Idem libro nono: Cum omnes laudibus modo prosequentes virum, in sententiā eius pedibus irent, tentata paulisper intercessio est a L. Liuio, & Q. Melio trib. Plin. lib. 2. Epist. Sed cum fieret discessio, qui sellis Curulibus adstiterant, in Cornuti sententiam ire cœperunt. Tum illi qui se collegæ adnumerari patiebantur, in diuersum transierunt.

Secunda Senatusconsulti species fuit, quādo singulorum sen-

Source : BIU Cujas

tentiæ exquirebantur. Hoc casu post comitia consularia Cōsules designati, primi sententias rogabātur: & eorum is prior, qui prio ri loco declaratus esset. Ante comitia verò, is q̄ è censoribus prin ceps Senatus lectus erat, ij deinde quos Consulibus videbatur: ita tñ, vt ne prætorium consulari, ædilitium prætorio, tribunitiū ædilitio anteferrent. Gellius libro quarto: Ante legem quæ nunc de Senatu habendo obseruatur, ordo rogandi sentētias varius fuit. Aliàs primus rogabatur, qui a censoribus princeps in Senatū lectus erat. Aliàs, qui designati Consules erant. Quidam è Consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti, quem ijs visum erat, honoris gratia extraordinem sn̄iam primùm rogabāt. Obseruatum tamen, cum extraordinem fieret, ne quis quenquam ex alio q̄ consulari loco sentētiam primùm rogaret. Et Dionys. Halicarnass. Deinde C. Iulij Cæsaris temporibus moris esse cœpit, vt quē ordinem rogandarum sn̄iarum Cōsul cal. Ianuarijs tenuisset, eādem toto anno vsurparet. Suetonius in vita Cęsaris: Post nouam affinitatem, inquit, Pompeium primum rogare sn̄iam cœpisse, cū Crassum soleret: essetq; consuetudo, vt quem ordinem interrogandi sn̄ias Consul cal. Ianuarijs instituisset, eum toto anno conseruaret. Octauius verò Augustus sententias de maiore negocio, non more atq; ordine, sed prout libuisset perrogabat, vt perinde quisq; animum intenderet, ac si censendum magis q̄ adsentiendum esset. Domitiani autem temporibus, in Imperatoris sn̄iam omnes ire, violentia tyrrannica cogebantur. Plinius in Panegyr. At quis, inquit, antea loqui, quis hiscere audebat, præter miseros illos, qui primi interrogabantur? Cæteri quidem defixi & attoniti, ipsam illam naturam, ac sedentariam adsentiēdi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? vnus solusq; censebat, quod sequerētur omnes, & omnes improbarent, in primis ipse qui censuerat.

Nullum aūt Senatusconsultū fiebat, vt Gellius testatur, in quo non discedebatur, quod & Dionys. tradit. Præponebantur Cōsulares, & Senatores in primis rogabātur sentētias. Qui verò iuniores erant, aut nō rogabātur: aut rogati nō dicebāt, sed discedebāt in Seniorū quā vellent sn̄iam. Arrogantis em̄ esse videbaṫ, illorū sn̄iæ quidquā addere velle, aut detrahere: iuuenib. præsertim, aut rerum imperitis. Quod omnib. etiam licuit facere, qui secūdo loco rogabantur, vt nihil censerent ipsi, sed aut verbo assentirētur, aut pedibus irēt in sn̄iam aliorum. Exemplum est apud Liuium. M. Liuius erat multis antè annis ex Consulatu, populi iudicio dānatus, Quam ignominiā adeò ægrè, tulerat, vt & rus migraret, & per multos annos & vrbe & omni cętu caruerit hominum. Octauo fermè post damnationē anno, M. Claudius Marcellus, & M. Valerius Leuinus consules, reduxerāt eum in vrbem: sed erat veste obsoleta, capilloq; & barba promissa, præferens in vultu habituq; insignem memoriam ignominiæ acceptæ. L. Veturius & P. Licinius censores eum tondere, & squalorem deponere, & in Senatum venire, fungiq; aliis publicis muneribus coegerunt. Sed tū quoq; aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sn̄iam ibat, donec cognati hominis eum causa, M. Liuij Macati cum de fama eius ageretur, stantem coegit in Senatu sententiam dicere.

Fiebat quoq; Senatusconsultum aliquādo, quod Tacitum vocabatur. Quod quale fuerit, & quare sic dictum sit, ostendit Capit. in Gord. Et si fortè aliqua vis ab hostibus immineret, quæ vel cogeret humilia suscipere consilia, vel aliqua ꝑstituere quę nō prius dici q̄ effici oporteret, Senatusconsultum tacitum fieret: ita vt nō scribæ aut serui publici, non censuales illis actibus interessent, sed Senatores exciperent, & omnium censualium scribarumq; officia complerent, ne quid fortè proderetur.

Fuit & aliud Senatusconsultū genus, ꝙ vltimæ necessitatis appellabatur: cū quid incidisset eiusmodi, vt pro re nata capiendum esset præsens consilium, nec imminens periculum daret de omnibus ad Senatum referendi spatium. Tum enim alteri Consulum, aut Dictatori, dabatur libere administrandæ rei potestas, vt quidquid feciſſet, autoritate factum Senatus videretur. Liu. lib. 3. Tacitum Hernici terrorem incussere Patribus, vt quę forma Senatusconsulti vltimę semper necessitatis habita est, Posthumo alteri Cōsulum negociū daretur, videret ne quid detrimenti Resp. caperet.

Senator itaq; sn̄iam rogatus, modicè respondebat. Sic in lege XII. Tab. Quæcunq; in populo, quæcunq; in patribus agētur, modica sunto. Quod Cicero lib. 3. de Legibus explicat: Senatori, inquit, iussa tria sunt: Vt adsit, nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est: Vt loco dicat, ideſt rogatus: Vt modo, ne sit infinitus: nā breuitas non modò Senatoris, sed ēt oratoris magna laus est in sn̄ia. Nec vnquam longa oratione vtendum, nisi aut spectāte Senatu, quod fit ambitione sæpissimè, cum nullo magistratu adiuuante tolli diem vtile est: aut cum tanta causa est, vt opus sit oratoris copia vel ad hortandum, vel ad docendum. Quorum generū in vtroq; magnus noster Cato est. Quodq; addit, Causas populi teneto: est Senatori necessariū, nosse Remp. idq; latè patet: quid habeat militum, quid valeat ærario, quos socios Respub. habeat, quos amicos, quos stipendiarios: qua quisque sit lege, conditione fœdere: tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla maiorum. Videtis iam genus hoc oē sc̄ientiæ, diligentiæ memoriam esse, sine quo paratus esse Senator nullo modo potest. Hęc Cicero. Senatori igit̄ modice dicendū esse, ait: nisi si forte è Rep. esse putarit, vt longiore oratione vtatur. Quod tum demum erit, cùm res in Senatu decernēda orationis copia, aut suadētis, aut docentis indiget. Aut cum ita tempus tulerit, vt mora decernendæ rei quærenda sit. id quod tum vsuenit, cum pernicioſæ alicui relationi nullus intercessor magistratus in pręsentiarū inueniri p̄t. Tunc enim tolli diem dicendo necesse est: quod & eximi diē, frequentius dr̄. Sic Gellius libro quarto. Capito Atteius in libro quē de officio Senatorio composuit, scriptum hoc reliquit: Caius Cęsar, inquit, Consul Marcum Catonem sn̄iam rogauit. Cato rem, quam consulebatur, qm̄ non e Republica videbatur, perfici nolebat. Eius rei gratia ducēdæ, longa oratione vtebatur, eximebatq; dicendo diem. Erat enim ius Senatori, vt sn̄iam rogatus, diceret ante, quidquid vellet alius rei, & quoad vellet. Cęsar consultatorē vocauit, eumq; cum finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem duci iussit. Senatus cōsurrexit, & prosequebatur Catonem in carcerē. Hac, inquit, inuidia facta, Cæsar destitit, & mitti Catonē iussit. Meminit huius historiæ Plutarchus in Cæsare. Pōpeius enim referebat de prouincia Galliarum & Illirici in quinquennium Cęsari decernenda. Quam relationem Reipub. perniciosam, vt discuteret Cato, diem dicendo eximebat: ideſt, per lōga oratione censendi tempus consumebat de industria.

Si sententiæ controuersæ erant, aut tres vel quatuor inueniebatur qua ratione tum S.C. fiebat.

Senatusconsultum hoc casu in eam fiebant partem, quam plures laudassent. Sic Liuius lib. 37. & Gell. lib. 5.

DE PRAETORVM EDICTIS.

Quando Prætura cęperit, & quot prætores fuerint.

ANNVS Vrbis 389. insignis fuit duobus magistratibus: Prætura, & Curuli ædilitate. Liuius lib. 7. Decadis primę. Occasio autem horum magistratuū instituendorum hæc fuit. Cū ex veteri instituto soli patricii ī maiorū magistratuū possessione essent, quę quidem res plebis potētiā vehemēter debilitabat: Canuleius trib. pleb. Anno Vrbis 309. legem tulit, vt alter Consul ex plebe crearetur. Patricij itaq; post hāc Canuleii legem, annis octaginta duobus, sibi denuò quæsiuere honores, pro concesso plebi altero cōsulatu: Præturam nempe, & ædilitatem curulem. Prætura autem ea fuit amplitudo & dignitas, vt euocatis belli causa Coss. penes Prætorem vrbanum, summum in iure dicundo esset Imperium: nisi cum ob Latinas ferias exibant singulis annis Consules. relinquebant enim tum præfectum Latinarum causa.

Initio aūt duo creati sunt Prætores: vrbanus: qui cùm nō suffi ceret, additus est peregrinus. Hi duo Prętores iudiciis priuatis prę erāt. Ille ciuibus inter se ius dicebat: hic inter ciues & peregrinos. Ac si actio priuata huiusmodi esset, vt de iure potius, q̄ de facto quæreretur, Prętor ad centum viros, veluti ad suum cōsilium, remittebat. Honoratior aūt semper fuit prętura vrbana, q̄ peregrina: quod ex Appiano & Dione non obscure apparet. Nā Appianus in lib. 2. de Bellis ciuilibus scribit, Brutum & Cassium prætores designatos, inter se contendisse, vter iuris dicundi inter ciues prouinciam obtineret. Et Dion lib. 42. narrat, prętorem Cęciliū indigne tulisse, ꝙ Cęsar eam prouinciam collegę Trebonio dedisset. Differebāt autem primò, ꝙ soli ciues Romani agere apud vrbanum poterant, peregrini non poterant. Deinde ꝙ apud illū lege agebatur, apud hunc autem nequaquam. Itaq;, vt est in oratione pro Flacco, cùm Gręcus homo Heraclides a C. Plotio Senatore mancipia quędam petiisset, & fore videret, vt iudex sumptus sn̄iam secundum reum diceret: & ab eo iudice abiit: & ꝙ iudicium lege non erat, causam totam reliquit. Postremò, prętor quoq; vrbanus edictū in Albo proponebat, quibus de rebus ius anno suo dicturus esset: cùm alter id feciſſe, nusquam reperiatur. Duo autem prętores tantum Romę fuerunt, per annos 139.

Anno deinde Vrbis 519. cùm in prouincię formam redactę essent Sicilia, Sardinia, Gallia Narbonensis, & Hispania, totidem prętores creati sunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus pręessent. Solin. cap. 21. & Liuius lib. 20. Pompon. in l. 2. ff. de origine Iuris.

Deinde Cornelius Sylla dictator, cùm eū prętorū numerum non satis esse videret, aucto a se Quęstionum perpetuarū numero, quatuor alios adiecit: atq; ita cęperunt decem prætores esse.

Iulius Cęsar iterū duos addidit, vt testatur Cornel. in lib. 1. Annalium, de Tyberio: Cādidatos præturæ, inquit, duodecim nominauit, numerum ab Augusto traditum. Et hortante Senatu vt augeret, iureiurando astrinxit, se non excessurum. Ex quo Cornelij loco, error Pomponij, qui octodecim constituit, detegitur.

Deinde Claudius Imperator duos, qui de fideicōmissis ius dicerent, adiecit. E quibus vnum Titus detraxit: & vnum, qui inter fiscum & priuatos ius diceret, Nerua addidit. De fideicommissario Vlpian. in ca. 25. Inst. Fideicōmissa, inquit, nō p formulā petūtur, vt legati: sed cognitio est Romæ qdē cōsulū, aut prætoris, qui Fidecommissarius vocatur: in prouincijs verò pręsidū prouinciarum. Facit eius mentionem alibi sub l. sicuti legatum. 92. D. de cōdit. &

Source : BIU Cujas

dit.& demon.& Pau.in l.quæsitum.78.§.pen.D.de legatis lib.3.& l.4.in fi.D.quib.ad libertat. proclamare.

Tandem M. Antoninus Philosophus tutelarem prætorē creauit,quemadmodū Iulius Capitolinus scribit:cùm antea tutores a Consulib.postularētur.Officium eorū erat,cogere tutores, & satisdare rem pupilli saluam fore,& delatam tutelam recipere.

De Prætorum munere,& officio.

Distinguendus est prætor Vrbanus a reliquis prætorib. Vrbanus enim iudicijs priuatis præerat.Primum eius & præcipuum officium fuit, vt ius diceret. Vt autem cuiq; notū esset, de qua re in anno suo dicturus esset,in albo proponebat: quod deinde a præcedente denunciatione,Edictum dici cępit. Secundò, dabat bonorum possessionem ex legibus,ex edicto suo,ex Senatusconsultis.Tertiò,dabat iudicium recuperatorium:itemq; arbitros,cum priuati postulabant. Quartò,dabat viam in formulis:Istam viam dico. Quintò,dabat tutores ex lege Attilia. Sextò restituebat in integrum.l.1.§.de qua autem.ff.de postulando.l.1.& 3.ff.de in integ.restit.Septimò,iubebat cauere,& mittebat in bonorum possessionem.Tit.vt legatorum vel fideicōmissorum nomine cauea tur.& tit.vt in possessione legatorum & fideicōmiss.& tit.de Carboniano edicto.& tit. de ventre in possessionem mittendo.Octauò,imponebat decreta super alienationibus bonorum immobi lium minorum:tit.de rebus eorum,qui sub tutela vel cura sunt.l. cum hi.§.si prætor.ff.de transactionibus.Nonò,dabat quoq; iudices,quos pro suo Imperio cogebat iudicare.l.eum qui.13.ff.de iurisdictione omnium iud.l.munerum.§. iudicandi.ff.de munerib. Idq; in causis quæ versabantur in iure actionis:vt depositi,locati, & similibus.Decimò,interdicebat cum de possessione,interdum etiam cum de proprietate ageretur.Vndecimò, ad prætorē quoque pertinebat indicere ferias.Gell.lib.10.ca.14.& Macrobius li. Saturnalium primo.Sueton.in Claudio: Obseruauitq; sedulò, vt quoties terra in vrbe mouisset, ferias aduocata concione prætor indiceret.Duodecimò,addicebat cùm in Iure cessio fiebat. Cicero de Legib lib.3.Iuris disceptator,q priuata iudicet,iudicarive iubeat, Prætor esto.Is Iuris ciuilis custos esto.Inde Polyb. & Plutarchus ei sex lictores datos tradūt, vnde ἀρχὴν ἐξαπελεκυν appellant. Prætoris itaq; vrbani summa erat in iure dicundo authoritas : & ea quidem,vt id quod ipse edicebat, ob eius honorem Honorarium vocaretur.Inde Papinianus Ius prætoriū definit, quod prætores introduxerunt adiuuandi,vel supplendi, vel corrigendi Iuris ciuilis gratia,propter vtilitatem publicam.

Reliqui,quotquot erant, præter Vrbanum & Peregrinum,publicis iudicijs præerant, itemq; quæstionibus perpetuis. Quæstiones verò perpetuæ dicebantur, q̄ lege certa quædam forma perpetua erat prescripta iudiciis, vt noua semper lege nō opus esset. Exercebant itaq; initio ex veteri instituto quatuor prætores iudicia publica:vt Repetūdarū, Ambitus,Maiestatis,Peculatus. Si verò aliquid accidisset,de quo extraordinem,primo quoq; tempore,q̄ criminis grauitatem aut nouitatem quęrendum videretur, ad populum ferebatur,vt quem vellet,ea de re primo quoq; tempore quęrere iuberet:cumq; veteri mori constitueretur quæstor (quemadmodum factum est lege Varia, vt quæreretur aduersus eos quorum ope socii aduersus Rempub.arma sumpsissent:& lege Manilia, vt quæreretur in eos quorū opera Iugurtha Senatus decreta neglexisset)tres quæstores creati sunt.

Quia autem L.Cornelius Sylla Quęstiones perpetuas adauxit, & quatuor quoq; prætores adiecit,inde octo publicis iudiciis prę esse cœperunt : idq; hac ratione.Duo inter sicarios ius dicebant: vnus de repetundis quærebat, alius de peculatu, alius de ambitu, alius de falso, alius de maiestate,alius de vi. Ita Cicero in Oratione pro Cluentio:vbi se vocat prætorem repetundarum, C.Aquilium Gallum ambitus,C.Orchium peculatus,Q.Nasonem de falso,aut de veneno,M.Pletorium & C.Flaminum inter sicarios.

Præterea hi prætores ad publicas quæstiones destinati, iudices cogebant: eorumq; sortitionem & subsortitionem faciebant ex iis decurijs,quibus tum iudicandi munus incumbebat. Reliqua, quę ad causæ cognitionem pertinebant, iudex quæstionis absoluebat.Nam præter eum prætorē,cuius iurisdictio erat, sorte creabatur ex numero iudicum vnus,qui & Quæstor,& Iudex quęstionis a Cicerone,& Princeps iudicum ab Asconio vocatur:vt in iudicio Oppianici,prætor erat C.Verres:quæsitor autem siue iudex quæstionis,C.Iunius.In iudicio Cluentii,prætor erat Q. Naso:iudex quæstionis, Q.Voconius. In iudicio Verris de repetundis, prætor erat M.Glabrio,iudex quęstionis fuit Q.Curtius:vt ex tertia Verrina constat.

Hoc autem casu Prætor ipse pro tribunali sedebat, ac pro Imperio iudices cogebat:vt colligitur ex oratione pro Cluentio, & pro Roscio Amerino.Iudex verò quęstionis in subsellijs cum cęteris iudicibus erat.

De potestate Prætorum: hoc est simplicemne iurisdictionem, an mixti & meri Imperij potestatem habuerint.

Quæstio hęc difficilis,& ab interpretibus valde agitata,vt intelligatur,præmittendum est, quid sit iurisdictio simplex : item merum & mixtum Imperium. Omnia iudicia inuenta sunt & comparata,vel distrahendarum ꝓtrouersiarum gratia, vel maleficiorum puniendorum causa. Qui dirimendis controuersiis præest magistratus,duplici præditus est potestate:iurisdictione,& Imperio mixto. Qui verò facinoribus coercendis præficitur, merum Imperium habere dicitur. Qui verò & delictis puniendis, & litibus componēdis destinatus est authoritate publica, is summum Imperium habere creditur.l.si in aliquam.§.pen.ff.de officio pro cons.Hoc est, iurisdictio nomē est generis & speciei.Generaliter & specialiter accipitur: vt adoptio quoq;, quod nomen quidem est generale,in duas autem species diuiditur.l.1.ff.de adoptionib. & multa alia.Iurisdictio itaq; cum generaliter sumitur,omnis est cognitio,& omne decretum,in quacunq; causa,siue ea sit ciuilis, siue criminalis:vt ius dicere magistratus dicatur tum,cū de re sibi exposita statuit,iusq; postulantibus reddit:siue iudicium distrahē dę controuersię, siue puniendi maleficii causā instituatur. Inde Accursiani,iurisdictionem hoc modo sumptam definiunt, vt sit potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & ęquitatis statuendę. Quę quamuis intellecta a multis nō sit,defendi tamē potest:vt intelligamus, iurisdictionem, cùm generaliter accipitur,potestatem esse, quę ab Imperio non distinguatur.l.potestatis.ff.de verb.significatione: & vt potestas sit publica iuris dicendi,& ęquitatis statuendę.

Iurisdictio verò specialiter accepta, ab Imperio distinguitur. Apertissima est hęc distinctio apud Vlpianum, cùm ait: Mixtum Imperium esse,cui iurisdictio inest l. Imperium.ff.de iurisdi. omnium iud.Quibus verbis ostendit, mero Imperio nullam iurisdictionem inesse,& ob id a mixto quoq; differre. Idem quoq; rursus tradit in l.iubere.ff.eodem tit.& Paul.in l.26. D. ad municipales.& in l.vlt.ff. de officio eius cui mandat. & Papinianus in l.1.§. qui mandatam.ff.eodem tit.Hoc est,hęc iurisdictio potestas quędam est publica,dirimendi lites ciuiles,iuxta legum prescripta, siue cognoscendo,siue iudicem dando:& exequendi, etiam litigatorem proteruum coercendi. Exequendi verò ideo, ut iurisdictio secernatur a notione,magistratus a iudice pedaneo & speciali:qui notionem tantum habet,non autem coactionem. Apparet igitur,iurisdictionem specialiter sumptam, ad ciuiles tantum causas pertinere. Qua in re a mero Imperio differt,quod ad causas criminales pertinet:cùm sit habere gladij potestatem, ad animaduertendum in facinorosos homines:quemadmodum quoque Asconius Pedianus tradit in oratione Ciceronis de prętura vrbana:vbi de Sicilienſibus loquens, diuidit orationes Ciceronis in Verrem, in quatuor capita. & ait, vnum librū scriptum esse de iurisdictione,quam exercuit in Sicilia Verres: secundum, de frumentis:tertium,de signis:quartum,de suppliciis.

Ergo animaduersio aliena prorsus,diuersaque est a iurisdictione, quę tantum in iure dicendo consistit. In vrbe enim Roma magistratus alii capitalibus quęstionibus pręerant, alii iuri dicundo destinati. Illi aut ex legis prescripto, aut ex Senatusconsulto, de capitalibus cognoscebant: iurisdictio verò specialis ad ciuiles tantùm causas pertinebat. Quod ex Cicerone manifestum ac cō spicuum est. Das, inquit, bonorum possessionem ei, qui non iurauit. Concedo, prętorium est. Adimis ei, qui iurauit? quo exemplo? Prescriptum iuuat, lex est, pœna est. Quid ad eum, qui ius dicit?Prętorium esse ait,dare possessionem, quia prętoris officio insit,ac inhęreat.

Animaduertere autem in eum,qui in legem Corneliam commiserat,proscriptum iuuando : id non ius dicentis esse, sed meri Imperii,ait.Significat igitur,mero Imperio nihil esse cum iurisdictione commune:contra verò, mixto Imperio magna est cū iurisdictione affinitas,cùm ad eius qui ius dicit officiū curamq; pertineat.Cum.n.in ciuilibus negociis hoc quoq; versetur Imperiū: magis tamē ad ius potestatis,& iussus naturam, quàm iurisdictionis accedat:mixtum Imperium meritò appellatur.

Imperium quoq; generaliter & specialiter sumitur, quemadmodum & iurisdictio.Quę quidē homonymia diligenter obseruanda est. Generaliter Imperium acceptum, non distinguitur a iurisdictione:quinimò,quę iurisdictionis sunt, dicuntur Imperio expediri.Scribit.n.Paulus Iureconsultus,eos iudicem dare posse, quibus id more cōcessum est propter vim Imperii.l. cum prętor. 12.ff.de iudiciis.At propriè iurisdictio est,iudicis dandi licentia. l. Imperium.ad fi.D.de iurisdi.Et Iulianus:Etsi prętor sit is,qui alienam iurisdictionem exequitur, non tamē pro suo Imperio agit. L3.ff.de officio eius cui mandata est iurisdictio.Et Caius:Generalis adoptio fit magistratus Imperio.l.2.ff.de adoptio. Cum tamē adoptio actus legitimus sit: quem ad iurisdictionem volūtariam pertinere,Martianus ait.

Huc pertinet id quod Celsus ait, Quod iussit vetuitve prętor, contrario Imperio tollere & remittere potest.l.quod iussit 14.ff. de re iudicata.Et Paulus Iurisconsultus inquit: Is qui aduersus edictum Prętoris ędificauerit, tollere ędificium debet:alioquin lusorium & inane prętoris Imperium erit.l.vltima.ff. ne quid in loco publico.& rursus in l.4.ff.de receptis arbitris.

Huc pertinet quoque id quod Martianus tradit in l. munus, 214.ff.de verborum significationibus.Munus,inquit Martianus, propriè est, quod necessariò obimus, lege, more, Imperiove eius qui iubendi habet potestatem. Specialius aliquando accipi-

Source : BIU Cujas

tur Imperium,& diſtinguitur a iuriſdictione,vt apparet ex l. Imperium. & l. iubere. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & l. ea quæ.26.ff.ad municipales.Ea quæ magis Imperij ſunt quàm iuriſdictionis,magiſtratus municipalis facere non poteſt.l.2. & vlt. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.

Hoc igitur Imperium ſpeciale reliqua omnis poteſtas eſt,præter veram illam ac propriam iuriſdictionem magiſtratus, faciendi ea quæ priuatus non poteſt. veluti in prætore Imperium eſt illud ius quod exercet prætor,præter iudicis dandi licentiam. Licet enim prętor Vrbanus iudicis dandi facultatem habeat,quę facultas iuriſdictio eſt:non tamen his finibus concluſa fuit,& coanguſtata vſquequaque prætoris poteſtas,vt nihil aliud quàm iudicibus a ſe datis,ius æquitatemque præſcribere poſſet.Præter hanc enim facultatem alia facere potuit, quæ non ſunt iuriſdictionis. Poterat enim animaduertere in ſicarium, poterat mulctam dicere in contumacem : poterat bonorum poſſeſſionem dare,vel ſecundùm tabulas,vel contra tabulas:poterat in poſſeſſionem mittere,poterat in integrum reſtituere,poterat in vincula duci iubere, & alia quædam exequi, quæ in Imperio quodam conſiſtere dicuntur,neque iuriſdictionis ſunt:modò iuriſdictionem intelligamus,iudicis dandi licentiam.

Imperij autem duplicem conſtituit Vlpianus ſpeciem.Nam ſi poteſtas illa a lege eſt,aut adeò ſi legis eſt,neq; ad ius dicẽtem pertinet,merum Imperium,quaſi purum & ſolum eſt, abſq; illa ſpeciali iuriſdictione. Sin ipſi per ſe ineſt magiſtratui, & vt Papinianus ſcribit.l.1.D.de officio eius cui mandata eſt iuriſd. iure magiſtratus mixtum appellatur, propter eam quam diximus iuriſdictionis,& huiuſce poteſtatis coniunctionẽ.Quia iuriſdictioni Imperium hoc mixtum & coniunctum eſt, pertinetq; ad officiũ ius dicentis,adeò vt,quiſquis habet iuriſdictionem, idem hoc quoq; Imperium habeat:& qui hoc Imperio vtitur, ius dicentis officio fungatur. Qua ratione dicitur transferri mandata iuriſdictio. l.5.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.

Meri autem Imperij exemplum Vlpianus adfert,habere poteſtatem animaduertẽdi in facinoroſos homines. Illa poteſtas animaduertendi in facinoroſos vel ex lege, vel ex cõſtitutione principis,vel ex S.C.meri eſt Imperii,prorſusq; a iuriſdictione,atq; ab officio ius dicentis ſeiuncta, atq; ſeparata.

Cum igitur magiſtratus qui publicum iudicium exercet,verbi cauſa,lege Cornelia de ſicariis reum aliquem pronunciat, aut in legem videri commiſiſſe,vel non commiſiſſe ius iudicat, ipſe nõ dicit. Quod enim eſt ius, ꝙ conſtituit? aut inter quos verò conſtituit? Quid ſi ex lege capite plectendum pronunciat? neq; tum quidem ius dicet.nihil.n. ad ius dicentem quæſtiones pertinent capitales:vt ex Cicerone de prętura vrbana conſtat.Verùm quicquid id eſt quod pronunciat,lege id antea conſtitutũ eſt. Neq; pro ſua id facit poteſtate:ſed potius ex legis præſcripto . Vnde non mandatur illud merum Imperiũ ab eo,cui lex id dederit. Cum enim Imperium hoc legis magis ſit, q̃ magiſtratus, quomodo a magiſtratu mandari poteſt? Lex enim iudicem fecit capitalis quæſtionis.alium ipſe facere non poteſt: cùm iudex datus, iudicem dare non poſſit. Cum autem vrbis prætor bonorum dat poſſeſſionẽ, quod prętorium eſt, facit: facit, quod iure magiſtratus,non legis cõceſſione poteſt.ex edicto enim facit ſuo.Cum creatus fuit prætor vrbanus Romę,permiſſum eſt ei bonorum poſſeſſionem dare.Vnde dicitur ex vi Imperii id facere,iure magiſtratus:ideſt,Cõpetit ei magiſtratui qui iuriſdictionẽ habet, qui iuriſdictioni præeſt. Nam conſiſtit in Imperio quodam, dare bonorum poſſeſſionem . Sed dicitur mixtum,quia competit iure magiſtratus,nec legi ſpecialiter defertur. Ex quo apparet, merum & mixtum Imperium nihil habere commune , ſed cõtraria eſſe. Ita enim merum ius gẽtium Triphoninus dicit,l.bona fides.ff.depoſiti:merum iudicis officium,Pomponius.l.5. ff. de verb. obl.& merum factum Paulus,l.qui res. 98.§. mihi Romæ. ff.de ſolutionibus. & meram conditionem,l.cum ſeruus.82.ff.de condit.& demonſtr.Cum autem iudex a prętore datus, Titium Mæuio in 10.aureos condemnat,ius non dicit:ſed iudicat ex eo iure quod prætor dixerat,cum iudiciũ daret.Priuati enim,vt ſępius diximus, ius non conſtituũt: hoc enim prætoris honori & dignitati conceditur.Vnde eius edicta,Ius honorarium appellantur.

Merum igitur Imperium Vlpianus ait eſſe,habere gladii poteſtatem,animaduertendi in facinoroſos homines : quod exempli cauſa ſolummodo dicit.Omnes n.facinoroſi gladio non puniũtur:ſed pœnæ vel exaſperantur,vel leniuntur, pro modo & qualitate delicti.hoc eſt, Merum Imperium publica eſt poteſtas, animaduertẽdi in facinoroſos, nullam ſuapte natura cũ iuriſdictione communionem habens.Publica autem poteſtas ideò , vt patria & herilis excludatur.Olim namq; pater in filium ius vitę necisq; habebat.l.in ſuis.ff.de liberis & poſth.l.vlt.C. de patria poteſtate.Exemplum refert Liuius de Horatio,in lib.j.decad.1.& Valer. Max.lib.5.cap. 8. Item dominus ſeruum ſuum ſupplicio afficere poterat. §.1.Inſt.de iis qui ſunt ſui vel alieni iuris.& l.1.ff.eodem tit.& Suetonius in Octauiano.

Animaduerſio autem in facinoroſos duplex eſt: Capitalis , & non capitalis:vnde diuiſio Imperij meri,in ſummum & nõ ſummum emegit.Summum merum Imperiũ nihil aliud eſt,q̃ quod capitalem pœnam adſcribit & irrogat.Et hoc Imperium olim a populo Romano,ſummam poteſtatem habente,duntaxat tenebatur,& exercebatur.Non ſummum,quod non capitalem pœnã infert,verùm leuiorem.Pœna verò capitalis eſt, per quam caput è ciuitate eximitur:hoc eſt,ciuis è ciuium numero exturbatur.l. 2.ff.de publicis iudicijs.l.4.ff.ſi quis cautionibus.l.capitalium. ff. de pœnis.l.2.ff.eo.l.eum.ff.de iure patronatus.l.qui cum. ff.de bonis libertorum.§.capitalia.Inſtit. de pub.iud. Quod fit nõ ſolùm morte naturali,ſed etiã ciuili:ideſt, maxima & media capitis diminutione.l.verũ.§.ſocietas.ff.pro ſocio.l. capitaliũ. ff. de pœnis.

Mixtum Imperium definit Vlpianus,vt ſit,cui etiã iuriſdictio ineſt. Affert exemplum de bonorũ poſſeſſione,vt oſtendat mixtum Imperiũ cohærere iuriſdictioni.Et quia dixerat,iuriſdictionem Imperio ineſſe,docet,quid ſit iuriſdictio,quæ mixto Imperio ineſt,& ſubijcit : Iuriſdicto eſt ẽt iudicis dandi licentia. quaſi diceret:Qui mixtum habet Imperium, bonorum poſſeſſionem dare poteſt:nec id tantùm,ſed & iudicem dare poteſt:quia iuriſdictionẽ habet,quæ eſt iudicis dandi licẽtia . vnde hæc particula ẽt aliò referri debet,q̃ referri conſueuit:quaſi iuriſdictionis ſit,& in poſſeſſionem mittere,& etiam iudicẽ dare. Hoc enim falſum eſt,niſi generaliter accepto iuriſdictionis vocabulo.Nam ſi ſimpliciter iuriſdictionem definire velimus,particulam,Etiam,minimè addi neceſſe eſt. Sed quia iuriſdictionem mixto ineſſe Imperio dixerat,& cohęrere cum mixto Imperio, ne illa indefinita maneret,ſubijcit,Iuriſdictionem etiam eſſe, &c.

His præmiſſis, rectè ad poteſtatem prætoris reſponderi poteſt.Primùm prætoris officium,quod in iudicibus dandis conſiſtit,ſimplicis eſt iuriſdictionis.Iudicem enim dabat, qui accepta formula & pręſcripto quodam iuris, de facto tantùm cognoſceret:præſcribebat ius iudicibus , quod in iudicando ſequerentur. Oſtendunt id omnia ferè Prætorum edicta, quæ in libris Pandectarum reperiuntur: in quibus iudicem ſe,aut actionem daturũ, non autem iudicaturum,pollicetur. Huc pertinet quod Vlpianus(vt iam dixi)de officio ius dicentis,ideſt prætoris, aut ſimilis magiſtratus differens, adfert. Qua etiam ratione prætoris officiũ ab officio iudicis,& ſtipulatio prætoria a iudiciali diſtinguitur.Hinc Cicero ad Quintum fratrem : Quid? prætor ſolet iudicare deberi? prætorem vrbanum legimus ius dixiſſe,decreuiſſe: iudicaſſe interpriuatos,non legimus. In cauſaq; Quintij ſedit C. Aquilius,non prætor:in cauſa Roſcij,M.Perpenna,non prætor: in cauſa Cecinnæ,recuperatores tres:qui ideo Recuperatores dicebantur,ꝙ per eos vnuquiſq; debitum recipiebat. tot enim dari ſolebant:ꝙ ex oratione Ciceronis in Verrem apertè intelligitur.Ius igitur in vrbe dicebat prætor vrbis , a quo iudices dabantur,qui de facto cognoſcebant tantùm:ius enim, ex quo iudicarent,iam habebant.Dabantur autem iudices homines priuati,in quos maximè conſenſerant ligatores : iubebanturq; intra certa tempora litẽ controuerſiamq; dirimere, vt ſcribit Vlpianus l.2. §.1.ff.de iudiciis. Hic iudex a prætore datus, aliquando arbiter.l. fundum.ff.familię erciſcun.aliquando recuperator, χαμαιδικάσης. itẽ pędanius,iudex datus, iudex delegatus, iudex priuatus, iudex ſpecialis,ſimpliciter ẽt iudex dicebatur.Hi iudices priuati erant: nullamq; iuriſdictionem,ne mandatam quidẽ, habebant,ſed notionem tm̃.l.ait prætor.ff.de iudiciis.Iudex enim ita a prętore datus,Titium Mæuio in aureos 10.condemnato,ius non dicit : ſed iudicat ex eo iure quod prætor dixerat,cum iudicium daret. Nã priuati ius nõ cõſtituunt:hoc.n.prętoris honori & dignitati cõceditur.Hinc prætorum edicta,Ius honorarium appellamus. Is igitur ſolus,qui ius dicit,iudices dat.Qui eũ de capitali fraude quærunt, iudices ipſi ſunt, & præſides quæſtionis: neq; alium iudicio exercendo præponere eis licet , niſi fortè lege ea qua quærunt id nominatim cautum ſit.l.j.de officio eius cui.Cum igitur in priuatorum negociis,quæ prætor decreto expedire nõ poteſt, iudices dare poſſit: qui verò merum habet Imperium , non poſſit : rectè hęc licentia iuriſdictionis eſſe dicitur : hoc eſt , eius qui ius dicit, non eorum qui legibus animaduertũt in facinoroſos homines.

Iuriſdictio igitur nihil aliud eſt, q̃ iudicis dandi , & iudicii conſtituendi licentia:hoc eſt, nihil aliud eſt, quàm æquitatis quędam præceptio & præſcriptio,ad quam qui de præuatorum cõtrouerſiis dantur a prætore iudices,ſuam dirigere & accommodare debent ſentẽtiam. Cuius quidem æquitatis magiſter & ſacerdos eſt prætor.Nam ꝙ ipſe quoque Prætor dicit, ꝙ ipſe in dicendo ſit ſequuturus,ad mixtum id Imperium,non ad propriam iuriſdictionem pertinet.Quale illud eſt,quo oſtendit,quemadmodum bonorum poſſeſſionem ſit decreturus, in quam rem propriè dicitur decernere,vt oſtendit Cicero: Poſſum,inquit,ſexcenta decreta proferre,quibus vt ego pecuniam nõ dicã interceſſiſſe,ipſa decretorũ nouitas iniquitasq; declarat,&c. Præterea & Aediles curules ius dicebant,iuriſdictionem de certis cauſis habebant, vt & prętores.Edicta etiam proponebant de quibuſdam cauſis,quę & ipſa iuris honorarii portio ſunt,vt inquit Iuſtinianus. §.prætorũ. Inſt.de iur.nat.gẽt.veluti de Aedilitio edicto.Huc pertinet,ꝙ Papinianus ait,in prætoriis ſtipulationib.cõtineri ædilitias. Nam & hæ a iuriſdictione veniunt.l.5.de verb.obligat. ideſt, a iuriſdictione Aedi-

Source : BIU Cujas

ne Aedilium, qui iurisdictionem quoq; hẽbant, ab Aedilitio edicto: ideſt, iuſſu eiuſdem, vel imperio, vt interpretatur Duarenus. Theophili interpres addit verbum Prætoris, & ita legit: Nam & tæ à iurisdictione prætoris. Quem ſequutus eſt Aemilius, quaſi Aediles prætores fuerint. Sed fallũtur, & expungenda eſt vox Prętoris. Hoc enim vult Pomponius, quod diximus de Prætoriis ſtipulationib. idem de Aedilitijs dicẽdũ eſſe: quia & hę à iurisdictione Aedilium veniunt, ſicut & illæ à iurisdictione Prætorum. Prætor igitur Romæ creatus fuit, vt ius diceret in Vrbe, de cauſis negotijsq; priuatis: vnde ius dicere prætor appellatur. l. ſi filius q patri. 12. ff. de vul. & pup. l. 2. ff. de iure deliberandi. l. 1. ff. de iuriſd. omnium iudic. Non vt animaduerteret in facinoroſos homines, qp ne conſuli quidem licuit. Populus enim, cuius ſumma poteſtas erat, quoties animaduerſio neceſſaria videbatur, Quæſitores, ſiue contracto vocabulo Quæſtores inſtituebat, qui aduerſus facinoroſos inquirerent: idq; extra ordinem, cùm nulli magiſtratu fungerentur. Quod alijs refragantibus exiſtimat Duarenus, cap. 53. Diſputationum.

Præterea prętor Vrbanus mixtum quoq; imperium habebat, qñ videlicet decreto dabat bonorum poſſeſſionem, decreto iubebat poſſidere, & ea deniq; decreto exequebatur, quę mixti ſunt imperij: & quæ, quanquam ſine cauſæ cognitione expediri non poſſint, ſine iudicis tamen ſententia poſſunt. Inde decretum prętoris nõ malè ſententia prætoris dici poteſt. ait enim Vlpianus, Ex eo decreto actionẽ in factum naſci, ſicuti ex re iudicata, l. miles. §. vlt. ff. de re iud. l. 4. §. ſi intra. ff. de damno infecto. Iudicis quoque officium deſcribens Vlpianus, id latiſſimum eſſe dicit.

Nam & bonorum poſſeſſionem, inquit, dare poteſt, & in poſſeſſionẽ mittere. l. 1. l. iubere. ff. de iuriſdictione omnium iud. Secundò: in decernendis quoq; cautionibus mixto vtitur imperio. Quæ cautiones prætoriæ a Pomponio dicuntur: & nõ ad iudicij cõfirmationẽ fiunt, ſed ad hoc tãtùm, vt quis cautior & ſecurior reddatur. Dicuntur cautionales ſtipulationes, qp tantùm cautionales ſint, non ẽt iudiciales, detracto vocabulo, quod alioquì latè patet. Huius generis ſunt, damni infecti ſtipulatio, rem pupilli ſaluam fore, legatorum nomine, tit. vt legatorum nomine. Ac nonnunquam de rato cautio, quæ & iudicialis eſſe poteſt. Duarenus in l. 5. ff. de verb. obli. Tertiò, aliquando etiam ipſe prętor & præſes cognoſcebat ob certarum cauſarum, aut perſonarum fauorem: quæ cognitio extraordinaria dicebatur, qp hunc ſolennẽ ordinem iudiciorum non ſeruaret. Et pertinet hæc extraordinaria cognitio ad mixtum Imperium. Exempla autem multa ſunt in tit. de extraordinarijs cognitionib. Vt cùm profeſſores ſalaria petunt, fauor cauſæ: & perſonæ poſtulat talem extraordinariam cognitionem.

Aliud exemplum huius extraordinariæ cognitionis eſt apud Vlpianum, ſub l. 1. §. per hãc. ff. de rei vend. Petuntur liberę perſonæ, & liberi noſtri, nõ per rei vendicationem: ſed aut pręiudicijs, aut interdictis, aut cognitione prætoria: ideſt, extraordinaria cognitione iudiciorum dandorum, non ſeruato ordine, quo prætor iudices dabat, prætor ipſe cognoſcit.

Aliud exemplum eſt apud Iulianum, cum prætor in abſentes pronunciat, ordine edictorũ peracto. l. ſi prator. 75. ff. de iudiciis. De quib. Vlpian. fuſè tractat in l. ad peremptorium 68. cum ſeqq. ff. de iudicijs. Iudex datus de hac re cognoſcere non poteſt: nondum enim cum illis iudicium acceptum fuit. At ante iudicium acceptum nullæ ſunt iudicis partes, ſed prætoris tantum.

Aliud exemplum huius cognitionis prætoriæ, eſt in reſtitutione minorum. Ex edicto prætoris nulla propriè actio vel cautio proficiſcitur. l. quod ſi minor. 24. §. vlt. ff. de minoribus. Totũ eñ hoc, inquit Paulus, proficiſcitur ex prætoris cognitione. Prætor enim in edicto de minorib. non ait, Iudicium dabo, vt in alijs ferè edictis: ſed ait, Animaduertam. l. 1. ff. de minorib. Ex quo oſtendit, ſe ea omnia cognitioni ſuæ reſeruare.

Idem de fideicommiſſario prætore dicẽdum eſt: nam & hic ipſe cognoſcit de fideicommiſſis. Fideicommiſſa, inquit Vlpia. non per formulam petũtur vt legata: ſed cognitio eſt Romę quidem cõſulum, aut prætoris, qui fideicommiſſarius vocatur: in prouinciis verò præſidum prouinciarum.

Quòd verò attinet ad reliquos prætores, præter Vrbanũ & Peregrinũ, hoc eſt, eos qui qõnibus publicis præerant: ſciẽdũ eſt, eos merum habuiſſe Imperiũ: hoc eſt, ptãtem animaduertendi in facinoroſos. Hoc. n. hñt nõ iure magſtratus, nec rõne iuriſdõnis, ſed lege ſpãli, vel S. cõſulto, vel cõſtitutionib. principũ. Qđ quidẽ imperium diu poſt creationẽ huius magſtratus lege delatum eſt prætori. l. 2. ff. de ori. iur. l. 1. §. qui mãdatam, ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſd. Nam non cuilibet magſtratui cõceſſum eſt ius gladii, imò ne cõſuli quidẽ, verùm illi ſolũmodo cui lex ſpãliter cõceſſit. Quare hęc quæ ſpãliter lege deferunt, diſtinguenda ſunt à iure magſtratus. Veluti, prætor initio iuriſdõnis gſa creatus eſt Romæ: & de more maiorũ cõparatũ eſt, vt iudices daret, interdũ & ipſe cognoſceret. Deinde ſubacta Aſia, & redacta in prouinciam, lata eſt lex, vt proconſul ea faceret, quæcunq; magiſtratus Romæ exequebatur. Lex igitur eam poteſtatem transfert in proconſulem, non tantum ei ſpecialiter tribuit.

HISTORIAE IVRIS CIVILIS LIBER TERTIVS.

QVO TRADITVR, IVS CIVILE, QVOD Nunc Pandectarum, Codicis, Inſtitutionum, & Nouellarum nomine continetur, quando & à quibus compoſitum, ac ex tam immenſa librorum multitudine collectum ſit: & qui in Iuris ciuilis peritia celebres præcipuè, & clari vſque ad noſtra tempora fuerint.

IVS Ciuile ante tẽpora Iuſtiniani conſtabat lege xij. Tabul. Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Prætorum edictis, Prudentum reſpõſis & libris, Principum conſtitutionib. ac reſcriptis. Quæ oĩa cùm vix poſſibile, nec homini datum eſſet per legere, tantũ abeſt plenè exacteq; cognoſcere, ac qualemcunq; Iuris ciuilis ideam menti imprimere: Iuſtinianus huic difficultati remedium poſiturus, & ſummos labores alleuaturus, cogitauit, qua ratione Iuris doctrinam, quæ propria ſua mole laborare cœperat, & quæ multis anfractib. ac perplexis diſputationib. inuoluta erat, & obſcuritate tecta, quàm poſſet optima ratione in certos locos, certaq; capita digereret. Quod & olim Pompeius Magnus, & Iulius Cæſar, vterque, niſi bellis impeditus fuiſſet, præſtitiſſent.

Anno igitur Imperij ſecundo, qui in annum Chriſti 528. incidit, priorem Codicẽ, ex tribus codicib. Gregoriano, Theodoſiano, & Hermogeniano colligi mandauit. Hi aũt tres codices continebant Imperatorũ cõſtitutiones: eorum verò maximè, qui ab Adriano & Antonino Pio, vſq; ad Iuſtiniani ætatem, ſummã gubernationis tenuerunt. A Iulij enim Cæſaris temporib. vſque ad Adrianum, nullę fermè cõſtitutiones ſuperſunt, niſi vel ab hiſtoricis, vel à Iureconſultis, in libris Pandectarum referantur.

Has igitur conſtitutiones Principum, vſq; ad Iuſtinianũ, quia maxima diſſimilitudine inter ſe pugnabant, & indifferenter ſine iudicio conſarcinatæ fuerant, diuus Iuſtinianus in vnum corpus redigi & digeri iuſſit. Demandata autem fuit hæc opera uiris tum in Iure peritiſſimis, Tribuniano Quęſtori, Dorotheo, Theophilo, & alijs. Poſtquam igitur annum in eo opere perficiendo cõſumpſiſſent, anno Imperii tertio, Chriſti 529. idib. Aprilis, priorẽ codicem iuſſu Iuſtiniani ediderũt. l. 1. C. de Iuſtinianeo codice cõfirmando. Anno Imperii quarto, anno Chriſti 530. Lampadio & Oreſte vv. cc. Coſs. indictione octaua, menſe Decẽbri, ex omni veteri iure Romano, quod legibus xii. Tab. Prętorum edictis, Senatuſconſultis, Plebiſcitis, Prudentum reſponſis, & libris continebatur, Pandectas colligi mandauit.

Deinde ne rudes & infirmi diſcentium animi multitudine ac varietate rerũ onerati, aut ſtudiũ iuris deſererent initio: aut incõparabili labore, & quotidiana diffidentia in eo verſarent: breues Inſtitutiones, quæ totius iuris præcipua & ſumma capita continerent, conſcribi iuſſit. Cùm enim ius ipſum in artem redigi & comprehendi mandaſſet, ſequutus ipſam docendi & vtiliſſimã & vſitatiſſimam rõnem, Inſtitutiones deinde iuuentuti proponi voluit, vt ex iis totius deinde artis iuris breuia & ſumma capita haurirent, ac præ oculis tanquam ducem quendam & mõſtratorem eas Inſtitutiones, in tam ampliſſimo & latè patenti ac vaganti ſtudio haberent. In compoſitione itaq; Pandectarum ac Inſtitutionum quatuor anni inſumpti ſunt. Anno igitur Imperii vii. Chriſti 533. mẽſe Nouembri, primò omnium inſtitutiones edidit: & eodem anno, menſe ſequenti pòſt, Digeſta promulgauit.

Anno deinde Imperii 8. Chriſti 534. menſe Nouembri, nouũ Codicem, priore antiquato, edidit. l. 1. C. de emendatione Codicis Iuſtiniani. Annis ſequentibus & præcedentibus quoq; Nouellas promulgauit, quę continentur in Authenticis, vel iure Iuſtiniani nouiſſimo. Quo autem anno quęlibet conſtitutio Iuſtiniani noua edita promulgataque ſit, facile ex ſubſcriptione colligi, cognoſciq; poteſt.

Etſi verò noſtra nunc, patrumq; memoria multi fuerunt, qui Iuſtinianum, qp huic Operi conficiendo manum admouerit, reprehenderunt: qp pulcherrimam illam, & tot librorum admirabilem Bibliothecam abrogari & ſupprimi iuſſerit: & quod coangu ſtatis libris, occaſionem nunc perpetuę obſcuritatis ac variarũ & inexplicatarum diſputationum cauſam præbuerit: arbitror tamẽ audacter magis id, & temere, quàm prudẽter & modeſte dici. Verum quidem eſt, mutilos tñ nobis, & imperfectos Iureconſultorum libros obtruſos, ac ex iis ſolummodò ſententias excerptas & deſumptas, ac Pandectis inſertas eſſe. Dubium tamen non eſt, maximã in illis colligendis, digerendisq; diligentiam & dexteritatem adhibitam fuiſſe: quod ex ipſa Pandectarũ compoſitione, & ordinis rõne, vel (vt vulgò dicitur) continuatione facile apparet.

Deinde impoſſibile, & vni homini datum non fuit, tantam librorum multitudinem, ſine certo ordine diſperſam, cũ iudicio percurrere: & quod, plus eſt, diſcrepãtes diuerſaſq; iuris authorũ

opiniones

Source : BIU Cujas

opiniones conciliare: & quę prior, potior, ac rationi magis consentanea sit opinio, animaduertere. id quod nunc mediocri studio ac iudicio fieri potest.

Putandum magis est, singulari Dei beneficio ac instinctu Iustinianum, ad hoc opus conficiēdum, impulsum & deductū fuisse. Cùm enim maximę deinde vastationes in Imperio Romano Iustinianū sequutæ sint, & omnes ferè boni libri vel disperditi, vel saltem mutili ac imperfecti à barbaris redditi: agēdæ potius Deo sunt gratiæ, ꝙ Iustinianum ad horum librorum diligentem Digestionem excitarit & impulerit: ac qualiscunq; Iustiniani voluntas agnoscenda, & accipienda est. Melius enim est optima quæq; & scelectissima ex tot prudentum voluminibus habere, quàm vnà cum his minora quoque deperdidisse.

Hucusq; de ortu & incremento Iuris ciuilis, necnō Pandectarum quoque, Codicis & Institutionum cōpositione, quàm breuissimè dixi. Nunc videndum est, quomodo horum librorū interpretationem iuuentuti proponi & tradi voluerit: deinde, per quos: tertiò, in quibus locis: postremò, quas ipse Iuris studiosis immunitates, & quæ priuilegia concesserit.

De diuisione Pandectarum.

PAndectę, quę vniuersum veteris prudentię ius complectunt, in 50. libros distributę sunt. Libri in certos titulos digesti sunt. Tituli verò leges continent. Pro subiecta tamen materia in septem partes à compositoribus diuisę sunt, & distributę, generali minusq; accurata diuisione.

Prima pars τὰ πρῶτα inscribitur: quę in quatuor libris sepositа est prioribus, & prolegomena quędam ac pręparatoria iudiciorum continet.

Secunda pars, à lib. 5. Pandect. incipit, & septem sequentibus libris absoluitur: continet autem ipsam iudiciorum tractationem.

Tertiam partem à libro duodecimo orditur: eamq; rebus creditis, hoc est, iis in quibus fidem alienam sequimur, attribuit, & octo libris absoluit.

Quarta pars, in lib. 20. de pignorib. & hypothecis incipit, & similiter octo libris perficitur.

Quinta pars tractationem ultimarum uoluntatum complectitur: & a libro 28. vsque ad librum 38. extenditur.

In sextam partem omnes bonorū possessiones posuit: & alia vt in Pandect. patet. incipit a libro 38. & finitur lib. 44.

Libro 45. septimam & vltimam partem exorditur, quę est de verborum obligationib. de delictis tam priuatis quàm publicis, de verb. sig. Accurationem Pandectarum diuisionem oīumque titulorum cohęrentiam vide apud Hopperum.

Quæ docendi Iuris ratio ante Iustinianum in vsu fuerit, & quam Iustinianus docendi discendiq; Iuris rationem obseruari voluerit.

Ante tempora Iustiniani, omnium primò proponebantur discētibus libri Institutionū Caii duo: & libri Singulares quatuor: primus, de veteri re vxoria: secundus, de tutelis: tertius, necnon quartus, de testamentis & legatis. Quos libros integros nō explicabant, sed multas eorū partes quasi superuacuas pręteribāt: neq; in ea explicatione ordinē Edicti perpetui obseruabant. Secundò anno prima legum pars, quę τὰ πρῶτα cōtinebat, eis tradebatur, quibusdam titulis exceptis. Post eorum verò lectionem, neq; illā cōtinuam, sed particularem, aliqui tituli ex illa legum parte, quę de Iudicijs nuncupatur: aliqui deinde ex illa, quę de Rebus appellatur, neglectis ferè iis, quę & maximè earum rerum propria & vtilissima erant. Tertio anno reliqua, quę secundo anno de iudiciis, itemq; rebus proposita non erant, adiungebant: quibus traditis, iter quasi pręmonstrabant ad Papiniani, viri excellentissimi, scripta. His igitur tantum à professoribus traditis, accedebāt deinde per semetipsos ad Pauliana responsa. Eratq; is omnis Iurisprudentię percipiendę in quartum annum finis: quo tempore vix quinquagesima iuris pars ipsis proponebatur. Totum enim Ius ante Iustiniani tempora continebatur duob. millibus librorum, versibus autem trecies centenis. Ea autem lectione ex tam immēsa legum multitudine vix versuum sexaginta millia, cosq; vacuę notionis perlegebant.

Hanc veterum Iureconsultorum docendi rationem, Iustinianus minus sufficientem, minusq; commodam, aut facilem cùm vidisset: prudentum & in iure peritissimorum virorum consilio aliam docendi profitendiq; iuris rationem tradidit, & obseruari mandauit.

Primo enim anno Institutiones, & quatuor priores Pandectarum libros, qui τὰ πρῶτα inscribuntur, proponi iuuentuti & explicari iussit: ita quidem, vt ab institutionib. initium sumeret: quidquid deinde temporis supereset, id vt priorum quatuor librorū explicationi tribueretur omne. Et hanc decreuit esse traditionem primi anni integri.

Cumq; dupondij, ridiculo cognomine, hi qui uno anno iuri operam nauassent, olim appellarētur: eos non dupondios, vt olim, verùm Iustineaneos nouos appellauit. Voluit eñ eos qui rudes ad iuris scientiā adspirare, & scita prioris anni accipere maluerunt, Iustiniani nomen mereri: & ꝙ Institutionum volumen, Iustiniano authore emanarit: & ꝙ leges clarè & dilucidè eo iubēte propositæ, cognomine quoq; mutato hosce fulgere deceat.

In secundo anno, vel de iudicijs libros septem, vel de rebus creditis libros octo, integros absoluiiubet. §. in secundo autem. in proœmio Digestorum. Quibus in finem anni singulares quatuor addi vult: nempe librum 28. de Dotibus: librum 27. de Tutelis: librum 29. de Testamentis: librum 30. de Legatis lib. 1. Vocabantur autem hi qui secundo anno in Iuris scientia versati erant, olim Edictales.

In tertio anno lectioni de iudicijs, vel rebus creditis denuò repetitis, tres alios singulares libros adhiberi mandat: nempè librū 20. 21. & 22. Et tertio anno auditores Papinianistas appellat: ꝙ in istis libris responsa Papiniani plurima contineantur. §. tertij insuper anni.

Quarto anno veteri & inusitato vocabulo λύτας vocat, ꝙ leges intelligere, & obscuritates per se explicare possint. De quibus vide Politianum Miscellaneorum cap. 93. Triennium enim, exēplo Pythagorici īstituti, iuris auditores, coercere voluit, ne temerè & audacter, re nondū bene cognita & ꝓcepta prosilirent. Hodie λύται, Baccalaurei appellantur. Legebant hi nihilominus libros singulares, à tit. de Pignoribus, vsque ad tit. de Bonorū possessionibus. Hoc igitur quadriennio, singulis Iuris professoribus quadragenos libros scholastica prælectione interpretandos constituit. Quatuor libros Institutionum, & 36. Pandectarum, vsq; ad tit. de Bonorum possessionibus. Hæc verò scholastica interpretatio in quatuor ferè consistebat. Primò, in indicib. vel in inuentariis colligendis, & verborum simplici explicatione. Deinde, quidam paratitla, hoc est, breuissimas ad singulos titulos annotationes scribebant. Tertij, παραφρασικῶς explicabāt. Quarti, commentarios vberiores addebant.

Quinti anni auditores, πρόλυται vocabantur: ideſt, qui solutorib. eruditione præstabant, quasi antecessores τῶν λύτων. Hi constitutionum codicem tam legere quàm subtiliter intelligere cogebantur. §. quibus si bene sese imbuerint. Hi hodie à licentia docendi, Licentiati appellantur.

Tempus itaque, quo iuris studio operam auditores nauare debent, antequàm vel ad docendum admittantur, uel causas forenses tractent, quinquennium à Iustiniano constitutum est. Quod & Romanus pontifex in reliquis disciplinis probauit, c. fin. extrà, de magistris.

Vbi Iura tradi voluerit, & à quibus.

Iustinianus octo iuris professores constituit: quorū duos Constantinopoli, duos Berinthi, siue in ciuitate Berinthensium, quatuor Romæ Iura docere & profiteri voluit. Cōstat autem, tpe Iustiniani Theophilum & Cratinum Cōstantinopoli docuisse: Dorotheū vero & Anatoliū Berinthi. l. 1. C. de veteri iur. enucleādo. Tria igitur tantum loca iuris studio assignat, Constantinopolin, Berinthum & Romam: octo autem professores. Ante Iustinianum verò Theodosius huic docendi muneri tam Romæ quàm Cōstantinopoli duos solum præfecit, l. vnica. C de studiis liberalibus lib. 11. Habent igitur adiutorium specialiter nostrum, in his primùm quos Romanæ eloquentiæ doctrina cōmendat, Oratores quidē tres numero, Grāmatici verò decem. In his etiam qui facundia grauitatis pollere noscuntur, quinque numero sunt Sophistæ, & Grāmatici æquè decem. Et quoniam non his artibus tīn adolescentiā gloriosam, aptamve institui, profundoris quoq; scientiæ atq; doctrinæ memoratis magistris simus auctores: vnū igitur adiungi cæteris volumus, qui Philosophiæ arcana rimetur: duos quoque, qui Iuris ac legum voluntates pandant: ita vt vnicuique loco specialiter deputata adsignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere, vel magistri: neve linguarum confusio permixta, vel vocum, aures quorundam, aut mentes à studio literarum auertat.

Doctores autem tempore Iustiniani in triplici erant ratione constituti: aliqui enim Regentes erāt, hoc est, in cingulo & actu docendi constituti: alij vacantes, qui docēdi munere functi erat. tertii honorarij, qui codicillos doctrinæ sine administratione acceperāt, exemplo aliorum honorum. Omnes, inquit Valentinianus, priuilegia dignitatum hoc ordine seruanda cognoscant, vt primo loco habeantur hi, qui in actu positi, illustres peregerint administrationes. Secundò, veniam vocantes, qui præsentes in comitatu illustris dignitatis cingulum meruerint. Tertium vero ordinem eorum prospicimus, quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis. Quartum, honorariorum: qui præsentes à nostro numine, sine cingulo, codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti sunt. Qnintum, eorum quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris cingula dignitatis. l. 2. C. vt dignitatum ordo seruetur, lib. 12.

Hodie ex priuilegio Pontificis Romani, & Augustissimi Imperatoris, Academiæ vel Gymnasia cōfirmant, & terni quaternive in singulis Academiis in vtroque iure doctores cingulo donant: atque exemplo magistratuum, nisi remoueantur, perpetui sunt.

Apud quos conueniri possint Iuris studiosi.

Compositis Pandectis & Institutionib. & collecto Codice, rationem docendi proposuit: deinde ibi, & à quibus iura tradi debeant: postremo magistratum certū Iuris studiosis adsignat, corā

quo

Source : BIU Cujas

quo conueniri aut accusari possint. Constantinopoli igitur, prę fectum vrbis iuris studiosis adsignat magȝatum: Berinthi, & præsidem Phœniciæ maritimæ, & episcopum, & legum professores. Ex noua verò Friderici cõstitutione, siue criminaliter, siue ciuiliter pulsentur, recusato magistratu seculari, Episcopum habent iudicem, aut magistratum suum. Authen. habita. C. ne filius pro patre. Hodie, quia Gymnasia vel Academiæ magistratum hñt proprium, quod in alijs quoq; professionib. & negotiationibus Anastasius Imper. concessit, l. fin. C. de iurisd. om. iud. animaduersio in studiosos ad Rectorem pertinet. Quamuis multi nunc hæc ipsa scholarium priuilegia, gratiæ captãdæ & maioris authoritatis cõparandæ causa, ita attenuent, vt longè iniquior studiosorum ferè sit conditio, quàm vilissimorum hoĩum. Quorum tñ, vt Fridericus ait, nemo non misereatur, qui amore scientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sæpè hominibus (quod grauiter ferendum est) corporales iniurias sine causa perferunt.

De priuilegijs Scholasticorum, tpe Imperatorum, extant plurimi tituli. Titulus 30. li. 12. C. de priuilegijs scholarium. Et tit. 52. lib. 10. C. de professoribus & medicis. & tit. 15. lib. 12. C. de professoribus vrbis Constant. Et noua constitutio Friderici Imperatoris, edita anno Christi 1158. mense Nouembri. Hodie pleręq; vniuersitates Scholasticæ & celebres, multis alijs Romanorum Pontificum, Imperatorũ & Principum priuilegijs Augustæ sunt. Quibus etiam vetus consuetudo multũ iuris tribuit: hẽt enim & hæc priuilegij vim. c. super. extrà, de verborum sign. Congessit multa priuilegia Ludouicus Bologninus in d. auth. habita. ac alij: quæ priuilegia summo labore, summoq; studio à nobis hinc inde collecta, breui (Deo auxiliante) extabunt.

IVRIS PROFESSIO, QVAE GOTHICIS, Vandalicis & Hunnicis irruptionibus in Italia extincta fuit, & deleta: quando, & à quibus restaurata, & qui in ea Iuris ciuilis Romani interpretatione celebres præcipuè, & insignes, vsq; ad nostra tempora fuerint.

IVstiniani temporibus Italia miserè à Gothis, Hunnis & Vandalis afflicta est. In quibus motibus, vt ferè fieri solet, omnia studia suppressa sunt: Iuris autem professio, præ cęteris disciplinis, cessauit omnino, & obmutuit. Voluerũt enim Barbari, vnà cũ Imperij Romani amplitudine & nomine, leges quoq; Romanas delere, suasq; interim supplantare ac ingerere. Postquam igitur ad quingentos ferè annos Iuris professio in Italia delituisset, singulari Dei consilio iterum reuocata, ac in lucem educta est.

IRNERIVS.

Primus itaq; Vuernerus, homo Germanus, & qui apud Mechtildam reginam in Italia, gratia plurimùm & autoritate tum pollebat, de hoc Iure ciuili, in quo amplissima sapiẽtia cõtinetur, prę cęteris bene meritus est. Libros enim Iuris ciuilis, qui ignoti nũc prorsus erant facti, è bibliotheca eduxit: vtq; in scholis proponerent, Lothario Saxoni author fuit, & suasor. Deinde ipse primus Iuris professionem, in Italia collapsam & extinctã, aperuit, & in lucẽ produxit. Incidit hęc reuocatio & restitutio Iuris ciuilis, in annum Christi 1150. Vsus est gñie docendi auditoribus quidem vtilissimo, ipsi verò difficillimo. Dispersas enim hinc inde leges, & discrepantes inter se Iureconsultorum sententias, acri iudicio conciliauit. Quantum igitur vtilitatis & commodi ea restitutione iuris ciuilis hic Vvernerus attulerit, facilè apparet. Hoc enim thesauro iuris ciuilis, certum quoddã & humanę rationi consentaneum maximè, conueniensq; ius vniuersæ Europę restitutum est. Quo iure tanquam amussi quadam, quę æquitati & honestati publicæ accõmoda est, oẽs regiones Europæ nunc vtuntur. Deinde hæ ipsæ Romanorum leges multa & infinita de communib. officijs huius vitæ, & optimis moribus præcepta tradunt. Postremò, puritas Latinæ linguæ, restituto iure iterum emergere, renasci & florere cœpit. Laudandũ est igitur vtriusq; Imperatoris studium: Iustiniani quidem, ꝙ colligi & componi mandauerit: Lotharij, ꝙ deperditum iterum in scholis proponi & tradi voluerit. Et maximæ Deo gratiæ agendæ sunt, ꝙ in tanta barbarie, in tãtis concursionibus, & Imperij Romani ruinis, hanc ipsam immensam legum sapientiam conseruauit, & ad hęc tempora nr̃a propagauit. Laudanda quoq; est voluntas Vuerneri, qui non tantum è Bibliothecis hoc ius eduxit, & quasi postliminio reuocauit: sed primus præterea interpretationem addidit. Quanta autem eruditione, quanto iudicio, quantaq; memoriæ promptitudine instructus fuerit, non difficulter ex eo colligi potest, ꝙ Responsa prudẽtum, singulari breuitate & grauitate scripta, dextrè explicauit. Quæ omnia præstari sanè non potuerunt, nisi à viro Latinæ linguæ peritissimo, prudenti, & vsu rerum publicarum exercitatissimo. Sine exercitatione enim forensi, ne possibile quidem fuisset leges Romanas cognoscere. Excessit è viuis hic Vuernerus, circiter annum Christi 1190. ac Bononiæ sepultus est.

GRATIANVS.

Dum Iuris ciuilis Romani professio iterũ reuocaẽ Bononiæ, GRATIANVS, patria Hetruscus, & S. Proculi apud Bononienses monachus, circa idẽ ferè tẽpus Decretorum volumẽ, ex libris Conciliorũ, & sanctorũ Patrum scriptis collegit, qua in re imitari voluit Iustinianum. Volumen tribus præcipuè membris distinguitur: quorum primum distinctiones centum & vnã continet: secundum, causas 36. tertium, de Consecratione inscribitur. Recitantur de hoc volumine vulgati versiculi:

Vna cum centum, distinctio sit tibi prima,
Ac triginta causæ, sunt parte secunda.
Hunc finit, & complet, dictio quinta.

Edidit aũt hoc opus anno Christi 1150. quemadmodum ipse testatur c. 27. §. ego ædituus. 2. q. 6. Idq; tradit etiam Calderinus, in proœmio Decretaliũ: & Cardinalis Alexãder in prefatione Decreti. Hoc opus Eugenius põtifex & approbauit, & in Academijs publicè proponi mandauit. Huius cõpositionis memoria ꝑserua tur Bononiæ apud D. Petronium, ad sacellum D. Sebastiani.

D. O. M.

Gratiani Clusini Cæsarei Iur. & Pont. enucleatoris propè diuini, qui monachus in martyrum Felicis & Naboris æde, absolutiss. ibidem opus Decretorum anno Gratiæ M.C.L I. compilauit, monumentum: quod illic carie ruderibusq; obsorduerat, hic magnificentius renouatum, Ioannes Franciscus Aldobrandus Bononiensis III I. Dictator ære publico instaurauit: Anno salutis M. CCCC. XCVIII. Idib. Iunij: Ioanne Bentiuolo II. P. P. Rempub. fœliciter gubernante.

Et in æde S. Fœlicis, vbi Gratianus edidit opus Decretorum, in saxo vetustissimo, quòd nunc in sacrario reconditur:

Hanc aue partem Lector reuerenter adito:
Namq; loci monachus Decretum hic condidit huius,
Diuinum Gratianus opus, quantumlibet arcto
Contentus septo: quod, reparando caducum
Et vetus hoc claustrum, tolli fuit inde necesse,
Id tamen Abbate constructum est Bartholomęo,
Mille trecentenis decies septem atq; quaternis
Annis à Christo, pura de Virgine nato.

PLACENTINVS.

Ex schola Irnerij multi doctissimi viri prodiere: Iurisq; studiũ non tam auditorum frequẽtia, quàm docentiũ multitudine crescere, ac sese efferre cępit: vt ferè nouæ res semp ad se animos trahunt, alliciuntq;. Præ cęteris verò claritudinem ijs temporib. adsequutus est Placẽtinus, qui primus Iuris professionẽ in Galliam propagauit. Scripsit Summam in Codicem & Institutiones. Floruit in monte Pessulo, vbi eius Epitaphium mutilum extat:

Iura Pontificia ac Cæsarea Placentinus præclarè docuit: lites placauit etiam dubias: & secundum eadem iura iustè vixit.

Cætera legi nequeunt.

BAGAROTTVS, docuit Bononię. Scripsit Summam notabilem, quam Cauillationum opus nominauit.

ROFREDVS.

Beneuento ortus, audiuit Kilianum & Azonem. Ob ingenij subtilitatem, & in soluendis Iurium quæstionibus dexteritatem laudatur: quas quidem res longa exercitatione sibi comparauit. Versatus est in methodica docendi ratione. Scripsit enim Summam ad Ius ciuile: edidit prẽterea volumen, continens Quęstiones iuris Ciuilis & Canonici. Extat etiã libellus Rofredi de Libellis, & allegantur passim eius Disputationes.

IOANNES Basianus: Vixit eodem tempore: sequutus coætaneos, Summam ad Ius ciuile edidit. Hanc Odofredus ventosam nominat: & scribit hunc Basianum Summam suã eo studio scripsisse, vt Placentinum excitaret. Fuit prẽceptor Azonis. Vita functus est Bononię, & sepultus in templo S. Antonij, vbi Epitaphium eius conspicitur:

Hoc tumulata iacent Basiani membra lapillo,
Quis sit metra docent quæ subscribuntur in illo.
Huic legum patuit victoria castris,
Nunc cedens fatis socialibus insidet astris.
Canonicę coluit Scripturæ plenius ortum,
Qua duce promeruit cœlestem cernere portum.
Hic erat Italiæ fidus, reuerentia fratrum:
Flos roseus patrię, decus orbis, gloria patrum.
Obsequiis promptus, & in omni dogmate certus,
Consiliis cautus, humilis, iocundus, apertus.
Si tres excipias annos de mille ducentis,
Terminus occurrit, quo mortis iura subiuit.
Inuidus è medio Basianum finis ademit:
Cuius membra breuis hic sita petra premit.

Summus

Source : BIU Cujas

Summus in alterutro Doctoris iure peregit
Hactenus officium, quem lapis iſte tegit:
Iura duo potuit naturæ ius ſuperare,
Hæc duo de proprio mors fugat ima dare:
Iſtius meruere ſinu duo iura locari,
Solus in Italia qui fuit abſque pari.
Non ſibi, ſed vitæ moritur, fons Iuris & artis:
Non is ea, ſed eo vita moderna caret.
Quiſquis in iſtius cathedram ſuccedere quærit,
Fontis reſpectu riuus ineptus erit.
Hunc ſociat ſummis Paulica conuerſio turmis.

Subſcriptum:

Magnę igitur virtutis eſt, & ſublimioris ingenij, ſub ſenſu animum retrahere: duce ratione generoſam erigere mentem, & diuinam ſublimare naturam, vt ad ſuperos inuiſibilis animus aduolare contendat. Nemo diuitiis, nemo faſcibus confidat: quia immortalem iſta non faciunt. Verùm illa eſt feliciſsima hominum hęreditas, iuſticiam, fidem & caritatem obſeruaſſe.

ANTONIVS LYVS.

Floruit Patauij. Scripta eius nulla extant: Epitaphio memoria ſolūmodo eius conſeruata. Conſpicit Epitaph. in æde D. Steph.

Iuris prudentum vertici Antonio Lyo, Patauinorum virorum opt. Obijt Anno Sal. M.CC.VIII.

BVLGARVS Piſis oriundus, Bononiæ iura docuit initio: deinde ibidem ab Imperatore Prefectus factus eſt. Induxit & defendit cōſuetudinem, qua vxori, cui vſusfructus omnium bonorum relictus eſt, ſola eminentia in domo & alimenta concedūtur. Bart. in l. Titia. §. Titia, D. de leg. 3. Scripſit gloſſas ad Ius ciuile. De morte eius nihil certi conſtat.

VGELINVS floruit tum quoq; Bononiæ. Commētarios nullos reliquit. Dicitur ſolūmodo Collationis decimę, & librorum de Feudis collector eſſe. Epitaphium eius extat Bononiæ apud S. Victorem, vbi Bartolus magnam partem librorum ſuorū emendauit, vt in procemio Pandectarum teſtatur:

Tranſijt, vt viuat, mundanæ legis alumnus:
Mors ſit ei requies, vltima vita Deus.
Vrbis honor, mundi ſpeculum, iacet hic Vgolinus:
Spiritus aſtra tenet, corpora ſignat humus.
Cui fortuna manum reuocans conceſſa tetendit,
Cui lex vberius vbera plena dedit.
Mens legum cecidit, reliqui latitant Fariſei:
Chriſtus, qui venit parcere, parcat ei.
Mens reſpondebat veraci conſona linguę,
Et par effectus cordis & oris erat.
Fraudis, nequitiæ, liuoris & ambitionis
Inter conciues vnicus hoſtis erat.
Mors voluit mundum ſub certa lege teneri:
Nam cinis eſt hodie, qui fuit ignis heri.

MARTINVS, eodē tpe celebris fuit. Scripſit gloſſas, quæ à poſteris in controuerſiam ſemper fuere reuocatæ, ac repudiatæ. Cinus in l. vnica. §. taceant. C. de rei vxor. act.

AZO.

Bononia originem traxit. Auditor fuit Ioannis Baſiani. Florere cœpit Anno Chriſti 1200. In patria primùm iura docuit. Inuidia deinde aliorum preſſus, in montē Peſſulum ꝛceſsit & ibi Placentino in profeſsione iuris ſucceſsit. Cùm autem in dies clareſceret, & celebritatem nominis maiorem conſequeretur, in patriam reuocatus, & in ſumma authoritate habitus eſt. Sequutus eſt in docendi genere Placentinum, ſcripſit Summam ad omnes titulos Codicis. Baldus vocat eum fontem legum & vas electionis. Cōfectus ſenio, rei diuinæ vacare cœpit: & Canonicus factus, Pontificium ius interpretatus eſt: Auditorem tum inter cęteros habuit Ioannem Andreæ. In patria è viuis exceſsit: quo genere mortis, in incerto eſt. Sepultus verò eſt in templo S. Seruatij, vbi extat eius Epitaphium.

TRINITATI.

Azoni Iureconſultorum, numini, Anno Grat. M.CC. hic tumulato: in ſepulchro vetuſtate collapſo, ac inter rudera vix agnito, Ioan. Franciſcus Aldobrandus Dictator & Conſ. Bonon. P. impenſa, conciui ſuo B. M. memoriam poſuerunt,
Anno Salut. M.CCCC.XVI. V. id. Octob.

ACCVRSIVS.

Florentia oriundus, fuit Azonis & Ioānis auditor, cum ageret annum 37. Tantam autem Iuris peritiam in ea ætate matura adſequutus eſt, vt reliqui oēs interpretes plus laboris & operæ in gloſſis eius explicandis, quàm in ipſis legibus interpretandis conſumpſerint. Præceptoris Azonis docendi rōnem reliquit, & Irnerium ſequutus eſt. Scripſit igitur ad ſingulas leges explicationes. Dubiū autem nō eſt, quin Accurſius ab Irnerio, Bulgaro, Placentino, Ioanne, Azone, & alijs pleraq; mutuatus ſit. Floruit ſub Friderico ſecundo, circiter annum Chriſti 1227. vt ipſe teſtatur in l. penult. C. de accuſationibus. Septēnium antè cōſumpſit in interpretatione Pandectarum & Authēticorum, vt conſtat ex his quæ dicit in Auth. vt præponatur nomen Imperatoris. circa principiū, in verb. Indictionis. Abſoluta interpretatione Codicis, vitam cum morte commutauit, annum agens ſeptuageſimūoctauum: anno Salut. 1229. vt quidam volunt. Sepultus eſt Bononię in monaſterio Minorum. Tanta autem eius fuit autoritas, vt cùm Bononiæ tum duæ eius artis factiones eſſent (quidam enim Bulgarum, quidam Martinum Geziam, dudum vita functos, ſequebantur) ipſe fama ſcientiæ vtramq; factionem ad ſuam ſcholam pertraheret. Ad hoc verò eruditionis culmen & faſtigium peruenit, ꝙ aeri præditus erat ingenio: & ꝙ omnibus aliis diſciplinis antequàm iuris cognitioni ſe dederet, inſtructus acceſſerat: tum denique, quòd in Reipub. gubernatione lōgo tempore verſatus erat. Reliquit duos filios, Franciſcum Iureconſultum, & Ceruottum, referente M. Mantua. Epitaphium ſimpliciſſima inſcriptione cum filio commune habet:

Sepulchrum Accurſij Gloſſatoris legum, & eius filij.

IACOBVS Balduini, ſucceſſit Accurſio in profeſſione, vir haud dubiè longè doctiſſimus, cùm Ioanni Blanaſco aliisq; celeberrimis Bononiæ uiris anteponeretur. Tanta dī aſſiduitate, tantoq; ſtudio docuiſſe, vt ruri exiſtens, à lectionibus nō vacaret. Relicta profeſſione Genuam euocatus, prætorē ibidē egit. In ea adminiſtratione, cùm ſeuerius in nobilē (qui patrio ſtatuto ſtrangulationis ignominia eximūtur) animaduerteret, prætura iuſſus eſt abire, addito ſtatuto: Ne in poſterum præturæ is, qui doctoratus dignitate cohoneſtatus eſſet, præficeretur. Alber. in l. 1. C. vbi Senatores. In iure nihil edidit: Odofredi auditoris citatione claret.

IOANNES de Blanaſco, natione Burgundus, non modò laudem claritatemq; in iuris peritia conſequutus, verùm philoſophus peracutus ſimul eſt habitus. Fuit collega Balduini, Bononię. Edidit cōmentarium in titulum de Actionibus, in quo Balduini ſæpiſſimè mentionem facit: nec nō Placentini, Rofredi, Azonis, Accurſij. Multa in libellis Rofredi notauit. Extat præterea liber eius de Ordine iudiciorum, & Variarum quæſtionum vnus.

GREGORIVS IX.

Paulò ante Accurſii obitum, hoc eſt, anno Chriſti 1217. Heinricus natione Anagninus, & nepos Innocentij tertij, Pontifex max. factus eſt, & Gregorius Nonus appellatus. Hic Decretales epiſtolas collegit, & in quinque libros digeſſit, vſus opera Raymundi Barcinonenſis, viri doctiſſimi.

BERNARDVS, prouincialis ordinis Minorum, cognominatus Dorna, Azonis auditor, varia ſcripſit quondam opuſcula: è quibus extat volumen inſigne de Libellorum conceptionibus.

INNOCENTIVS IIII.

Synibaldus ex celebri Fliſcarum apud Genuēſes familia oriundus, ob inſignem eruditionem & iuris peritiam, quàm ſub Azone, ſene, Accurſio, & Iacobo Balduino didicerat, Cardinalitia dignitate cohoneſtatus, & tandem Pōtifex max. factus eſt, ac Innocentius Quartus appellatus. Hic exemplo Accurſij & ſuperiorū, primus Annotationes ad ius Pōtificium ſcripſit: quas dicitur confeciſſe poſt ſynodum Lugdunenſem, in qua Fridericū Secundum Imperio abdicauit, cum ibidem longius moraretur.

Scripſit præterea librum de Iuriſdictione Imperij, & authoritate Pontificis ꝛ quendā Petrū Vineam, qui Imperij & oīum aliarū rerum arbitrium Imperatori attribuebat, pontificiq; autoritatē, quam ante vſurpauerat, adimebat. Scripta huius Innocentij in quanta habita fuerint autoritate, veneratione eq;, inde facilè conſtat, quòd pater & organum veritatis a multis iuris vtriuſque peritiſſimis viris appelletur. Quāuis autem pro ea qua pollebat poteſtate ſcriptis ſuis facilè autoritatem addere potuerit, eius tamē modeſtiæ fuit, vt veritatem autoritate non prægrauare, verùm liberum iudicium lectori relinquere voluerit. Primus Cardinalib. roſeum galerum, dignitatis inſigne & ornamentum addidit. Natalem Beatæ virginis Mariæ octonis diebus Eccleſiam celebrare iuſſit. Bononiam ſtudio priuauit, & Patauium trāſtulit. Mortuus eſt Neapoli, & ad S. Laurentium ſepultus, Anno Chriſti 1254. anno 12. Pontificatus.

ODOFREDVS.

Patria Beneuentanus, præceptorem habuit Iacobū Balduini. Docuit Bononiæ, & commentarios ad Codicem & Pandectas ſcripſit: preterea de Formulis actionum lib. 1. de Ordine iudic. lib. 1. de Arte notariatus li. 1. Mortuus eſt Bononiæ, anno 1265. hoc Epitaphio cohoneſtatus:

DEO TRI. VNI.

Pyramidē & ſepulchrū vetuſtate corruptā, quę Albertus genitori ſuo Odofredo legum parenti, Anno Dñi MCCLXVIII. nonas Decembris poſuerat, Laurentius Odofredus, Dominici Odofredi poſterioris filius, Alberti trinepos, ſua impenſa in meliorem faciem opere & cultu ſplendidiore reſtituit.
Anno Salutis M.CCCCXCVII. Cal. Septemb.

BERNARDVS.

Innocentii ſtudio prouocatus Bernardus Cōpoſtellanus preſbyter, & eiuſdem Innocentij capellanus, caſus Decretalium, & librum ſuper Decretalibus confecit: anno Chriſti 1245.

HOSTIENSIS.

HEINRICVS, Seguſiæ natus, archiepiſcopus Ebredunenſis, atq; inde Cardinalis Hoſtienſis factus, præſtantiſſimę in vtroq;

iure

Source : BIU Cujas

iure scientiæ vir habitus est. Scripsit super Decretales: & Summã edidit, q̃ vulgo Sũma Hostiẽsis vocat. Floruit anno Christi 1255. Hoc ꝓpriũ sibi sumpsit, vt Innocentij opiniones duras reprobet.

SPECVLATOR.

GVILHELMVS Duranti, Prouincialis ordinis Prędicatorum, audiuit Hostiensem. Conscripsit deinde Speculum iuris, quod edidit anno 1261. Fuit vir exercitationis forensis peritissimus, & ideo Pater practicæ vocatur. Pręter iuris cognitionem, maximam in Theologia celebritatem adsequutus est. Scripsit p̃terea librum de Concilio ab omnibus laudatum. Hoc solo nota tur, quòd multa veterum sibi adscripserit. Mortuus est iuuenis, annum trigesimum non ita multum egressus. Huius de re Sacramentaria fertur sententia hæc:

VERBVM AVDIMVS,
MOTVM SENTIMVS:
MODVM NESCIMVS,
PRAESENTIAM CREDIMVS.

BARTHOLOMAEVS Brixiensis: Vixit hic quoque eodem tempore. Scripsit Additiones ad decreti Glossas eo ordine, quo nunc habentur. Scripsit disputationes quasdam in Decretalibus, & Chronicon de rebus Italiæ.

ALBERTVS Galeotti Parmensis, sacrorum Canonum & legum professor, in consiliis plurimum valuit. Scripsit aliqua in Iure. Extat eius Summa, quę Margarita quæstionum nuncupatur: & liber vnus Declarationum.

IOANNES de Deo: Vtriusq; iuris professor, & doctor eximius, ac philosophus eruditus, docuit Bononię. Edidit Summam cauillationum, quæ continetur libris 7. Scripsit Tabulam Decreti, Tabulam Decretalium, Concordantiam Decreti & Decretalium, & Varias quęstiones.

IACOBVS de Bellouisu Bononiensis, circa hęc tpa in Iuris ciuilis, in primis verò in Feudorum interpretatione floruit. Scripsit Commentarios ad Nouellas constitutiones Iustiniani: & post q̃ septies Feudorum libros prælegisset, Commentarium quoq; ad eos edidit. Scripsit p̃terea Practicam iudiciariam in criminalibus, & librum Quæstionum.

IPHO.

Ex Britannia claris & opulentis parentibus ortus est. Lutetiam primùm literarum gratia missus, cõfirmatiore ętate Iuris cognoscendi causa Aureliam se contulit. Absoluto studiorum cursu in patriam reuocatus, ob excellentẽ eruditionem, & morum viteq; sanctimoniam, ab episcopo Trecorensi accersitus, & causis audiẽdis p̃fectus est.

Prefecturam eam tam sanctè, tam innocenter, tam clementer administrauit, vt nullius rei præter virtutem appetens fuisse videretur. Addidit ingenij dotibus, & virtutibus multis, miserationẽ erga pauperes, quos qua poterat ratione subleuabat, & iuuabat. Floruit sub Philippo Pulchro, Galliarum rege, cuius gubernatio incidit in annum 1285. Vita functus est, cum annum quinquagesimum expleuisset: Et non tñ vulgi iudicio, sed Pontificis quoq; authoritate inter duos relatus: & ipsius memorię festus dies vj. calend. Septemb. decretus est.

BONIFACIVS OCTAVVS.

Fuit natione Campanus, patria Anagninus, Benedictus antea vocatus: vir callido, malicioso q̃; ingenio. Pontifex creatus est anno 1295. Ad pontificatum autem hoc astu peruenit. Subornauit quendam, qui in cõclaue Cęlestini noctu se conferret: & ibi ficta angelica voce, Cęlestino insusurraret, vt si saluus esse vellet, pontificatu se abdicaret, cui voci Cęlestinus obtemperauit. Abdicatũ carceri mancipauit. Pontifex deinde vnicè in id incubuit, ne Italia in ocio & pace maneret. id q̃; vt faceret, dissidia Guelphorum, & Gibellinorum, q̃ posset studiosè aluit. Præterea Philippũ Pulchrum, Gallorum regem, excõmunicauit: & titulum regni Galliæ Alberto Imperatori concessit: vt his initiis Gallos & Germanos in mutua odia, & ad mutuas cędes incitaret, & compelleret. Verùm, malum consilium consultori pessimum fuit. periit enim eo malo, q̃ alteri intentauerat. Nam iussu Philippi regis, & opera Sarræ cuiusdã Columnensis, adiuuantibus Gibellinis, Anagnię in domo paterna captus, & Romam perductus, carceri mãcipatur: vbi vigesimaquarta die, ex captiuitate, vel veneno, vel dolore animi extinctus est. Nunc fertur de eo hoc: Intrauit vt vulpes, vixit vt leo, mortuus est vt canis. Res tñ aliquas bonas in pontificatu gessit. Sextum enim librum Decretalium, suo iussu à viris doctiss. in Italia collectum, publicauit, ad quam rem vsus est opera Ricardi de Petronibus S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis: & Dyni.

DYNVS MVGELLANVS.

Oriundus fuit Mugello, agri Florentini oppido. Bononię in Iure docendo primas inter suos collegas partes obtinuit, ac præ cęteris celebris & insignis habitus est. Simplicitate enim in docẽdo delectabatur: & instructus erat dicendi facultate, & promptitudine non vulgari. Postquam autem Bonifacius Octauus libri sexti collectionem instituisset, euocauit eum Bononia, vt labore & industria eius vteretur: non obscuram spem Dyno faciens de Cardinalatu consequendo, si pontifici Romano operam suam naaret. Profectus igitur eò, vnà cùm Ricardo de Petronibus, Sextũ Decretaliũ confecit. Verùm absoluto perfectoq; opere, spe inani sustẽtatus, iisdem quibus venerat honoribus domum reuersus est. In męrorem itaq; animi incidit, nõ quidem adhuc sine veneni suspicione: ex quo animi dolore vita functus est Bononię, Anno 1303. & sepultus in S. Dominici templo: sepulchro humili quidem, ob viri tamen memoriam notissimo: Proximè quidem iuxta ipsum Cynus: vt quos eruditio coniunxerat, idẽ quoq; solum complecteretur & haberet. Scripsit in Pandectas, in tit. de Actionib. in Instit. & super lib. 6. Decretalium.

IVRIS INTERPRETES, QVI FLORVERVNT ab anno 1300. vsque ad annum 1400.

HIc centenarius clarissimos & Iuris peritissimos viros, quam plurimos produxit: qui non modo prędecedentib. pares fuerunt, verum longo eos interuallo superarunt & antecesserũt. Vt enim iuris professio à prędecedentibus incępit, ac paulatim creuit: ita sub his ad summum fastigium euecta est, & peruenit.

Anno igitur 1300. floruit GVIDO de Baypho, archidiaconus Bononiensis. Commentarios scripsit ad Decretum Gratiani.

GANFREDVS de Trano. Apulię subdiaconus. Scripsit breues Notas ad singulos titulos Decretalium, in quibus Glossarum diuersitates indicauit: prętera Quęstiones varias.

Anno 1305. maximè clarescere cępit IACOBVS de Rauano, Lotharingus. Omnium primus hic, vt testis est Cynus, ea q̃ à maioribus perspicuè & simpliciter tradita erant, ad Dialecticum arguendi disputandive modum deduxit. Cum itaq; ante Romanũ duplici vsi essent docendi ratione (aut enim Glossas legibus addebant, quibus vel concordantes leges, vel discrepãtes indicabãt, quo genere docẽdi vsi sunt Irnerius & Accursius: aut leges in certos locos certaq; capita cõtrahebant & digerebant, quod fecerũt Azo, Placẽtinus, & multi alij supra enumerati) hic Rauanus vtrãque docendi rationem reliquit: & prout ingenio erat acri & contentioso, ad argutias & disputationes se contulit. Quam sophisticam & argutam docendi rationem ita reliqui ferè omnes sequuti sunt, & imitati, vt pleraque in Iure nostro disputationibus in dubium vocata sint, ac interpretatio Iuris in immensos Commentarios excreuerit.

PETRVS DE BELLA PERTICA.

Iacobum de Rauano statim subsequutus est Petrus de Bellapertica, origine Burgundus, & illustris Iurecons. singulari etiam ingenij vi preditus: iõ subtilẽ eũ Interpretes vocare solẽt. Docuit Aureliis, vbi & ædes eius extant. Plurimas scripsit Repetitiones.

In Digesto veteri.

Super l. 1. & l. argentarius. §. cum autem. ff. de edendo. l. beneficium. ff. de constitutionibus princ. l. si iudex. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. l. iurisgentium. ff. de pact. l. post mortem. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. l. more. ff. de iurisdictio. omnium iudic. l. ex quacunq;. ff. si quis in ius voca. non ierit. l. etsi post tres. ff. si quis cautionibus. & l. si defunctus. ff. de procur. l. si hostib. ff. ex quibus causis.

Super Codice.

L. 1. C. de summa Trin. l. siue apud acta. C. de transact. l. 1. l. exigẽdi. l. inutilis. C. de procuratoribus l. 1. C. de iurisdict. omnium iud. l. cum quo. C. de legib. l. qui tempore. C. de restitu. milit. l. etsi seuerior. C. ex quib. caus. infam. irrogetur. l. 1. C. ex delicto def. l. generaliter. C. de non numerata pecunia. l. acceptam. C. de vsur. l. donationes. C. de donationibus inter vir. & vxor. l. ex placito. C. de rer. permutationib. l. certi iuris. C. loca. l. si emancipati. C. de collat. l. quis in tantam. C. vnde vi. l. vti possidetis. C. vti possidetis. l. qñ. C. de euictionibus. l. si non conuicij. C. de iniur. l. falsus. C. de furtis. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo. l. fin. C. de edicto D. Adr. tollẽ. l. cũ quidam. C. de collatio. Scripsit & Singularia, & Comment. super Feudis, & Disputat. 547.

ROLANDVS PLACIOLA.

Docuit Patauij, extat eius Summa. Scripsit præterea Commẽ. in Feuda. Patauij vita functus est, & sepultus in templo D. Antonij, cum tali Epitaphio:

Rolandus de Placiola Patauino vico, pater Guidoni filio carissimo, iuueni, mausolum & sibi & suis.
Inde:
Hunc statuit poni tumulum mors atra Guidoni:
Cui stans sede throni, superi det gaudia boni.
In basi:
Rolando & Aycardę indolis optimæ
Rolandinus Placiola filijs sarcophagum.
Supra sepulchri pinnaculum:
Preter amare Deum, cùm cętera deleat ętas:
Hic fere, quod plena postmodò falce metas.

Floruit eodem tempore F. MAXIMVS, aliàs de S. Vrbano. Epitaphio solo memoria eius conseruata.

Fabij Maximi, aliàs de S. Vrbano.
Fama, fides, grauitas, celebres in honore labores,
Archetypos post hunc sollicitate viros.
Blandus is orator, vates, Doctor quoq; Legum,
In cunctis Fabius Maximus actor erat.
Virgo parens capias animam Deus optime parce.

Patauij,

Source : BIU Cujas

Patauij, in porticibus D. Antonij.

NICOLAVS Malumbra, ſepultus eſt Patauij apud D. Auguſtinum ante portam Eccleſiæ occiduam, marmoreo tumulo:

Edite nobilibus celſa Nicolae Malumbris,
Vrbe Cremonenſi, ſolers vtriuſque profeſſor
Iuris, cauſidicum doctiſſime, ſtrenuè fautor
Iuſticiæ, viuas oro per ſecula fœlix.

IACOBVS DE ARENA PARMENSIS.

Floruit hoc quoq; tpe. Laudatur in eo ſingularis iudicij dexteritas. Eius enim opiniones in explanandis Legibus, ſemp de mente Iuris extiterunt: vt Bart. ait. Scripſit ſuper Codice, & libris Pandectarum. Edidit præterea librum Diſputationū: & allegatur ab alijs Repetitio. l. 1. ff. ſi quis cautionibus. vbi dilationum materiā tradidit. Et tractatus de Exceptionibus, de Poſitionib. & interrogationibus, de Excuſſ. de Sequeſt. de Ceſſione.

NICOLAVS de Neapoli, ſcripſit ſuper Codice, Infortiato, & Inſtitutionibus.

FRANCISCVS, Accurſij filius, patris docendi genus ſequutus eſt, & paternis Annotationibus aliquid addidit.

MARTINVS Syluanus, ob vtriuſq; Iuris peritiam in magna authoritate fuit. Docuit Bononiæ. ab eo ius didicit Ioannes Andreæ. Scripta nulla extant.

MARTINVS de Sulmannis, docuit Bononię. Nihil ex huius ſcriptis, præterquam tractatus Feudalis, extat.

RICHARDVS MALVMBRA
Cremonenſis.

Vſus eſt præceptore Iacobo Arena. Docuit Patauij tēpore regis Roberti. Habitus eſt inter ſuæ ętatis Iure cōſultos doctiſſimus, atteſtāte Baldo, Bartolo, Alberico, Ancharano. Tandē incidit in crimen hæreſeos: de quo condēnatus fuit, intercedente fruſtra apud Pontificem collegio Bononiēſi. Cynus attribuit ei in docendo ſimplicitatis & facilitatis laudem, neglectis argutiis & diſputationib. Scripſit multa, pauca in lucē prodiere. Prēterea cōpoſuit, vel auxit, vel in ordinē digeſſit Reipub. Venetę leges. Quo genere mortis perierit, ignoratur. Sepultus verò eſt Venetijs in SS. Ioannis & Pauli cœmiterio, iuxta portam merid. inferiorem, tumba marmorea eleuata, ī qua Doctor octo diſcipulis prælegit, in margine inferiori hæc ſcripta tribus lineis, ſit. Barb. ma.

Vas iuris, legumq; iubar, ſine compare doctor,
Militis & Comitis merita ratione cathedræ
Dotatus titulis, Ricardus prole Malubra.
Malus eris Vmber, patræis decus atq; Cremonæ.
Quàm gratus Venetis iacet hic? Sed nuncia laudis
Viuet fama viri, nullum moritura per æuum.
Obiit Anno Domini M.CCC.XXXIIII. die 4. Iunii.

Supra tumbam in pariete, lit. Lat.

Bartholomæi Malumbra nati pientiſs. inſtaurarunt.
M. D. XXVIII.

LAMBERTINVS de Ramponibus, eodem tēpore illuſtris fuit. Scripſit ſuper ff. & C. Vſus eſt genere docendi breui: potius Notas quàm Commentarios ſcripſit. Bar. & Ioan. Andreæ valde eum extollunt.

GVILELMVS de Cumo, vel Cumenſis: non de Cuneo, vt vulgariter nominatur: origine Gallus, Ciuilis & Pontificii iuris cōſultiſſimus, ingenio ſubtilis, & eloquio clarus, docuit Aureliis. Scripſit ſuper ff. veteri, ſuper Codice. Citatur tractatus de Exemptionibus, de Muneribus, de Securitate.

GVILELMVS Abbas de Monte Landino, philoſophus, & iuris Canonici peritiſſimus: ſcripſit de Sacramentis librum vnū, Summā de Caſibus, Declarationes varias, & iuri Canonico gloſſas plurimas addidit.

IOANNES Andreæ, præ cęteris ſuis coętaneis eruditione inſignis & clarus euaſit pre Ioāne Andreæ, ciue initio, deinde preſbytero Mugulano, natus eſt Domi primùm apud patrem, literarum rudimenta percepit: deinde præceptorem habuit Bonifaciū Pergamenſem. Abſoluto eo ſtudiorū curſu, qui maiora appetenti ſatis fuit, Bononiam admodum adoleſcens venit. vbi ob paupertatem pædagogum egit, ac Scarpectam Maynardini Vbaldini filium inſtituit. Cuius viri auxilio & beneuolentia adiutus, iuri Pontificio ociosè vacauit: breuiq; effecit, vt in ea facultate facilè princeps haberetur. In iuris Ciuilis ſcientia audiuit Martinū de Sulmannis. Docuit annos 45. Bononiæ, tanta quidem laude, vt à præſtantiſſimis in Iure viris ſcripta eius non modò probentur, ſed prædicentur euehanturq; plurimum. Tāta dicitur fuiſſe abſtinētia, vt annos 20. pelle vrſina tectus, citra lecti delicias noctu cubaret. Baldus iuris Canonici fontem & tubam eū appellat. Et Ludouicus Romanus, oīum hominum præſtātiſſimi laudem ei attribuit. Non enim Iuris tātum peritia excelluit: verum & in aliorum bonorum authorum lectione apprimè verſatus fuit. In hoc ſolummodo à multis notatus & reprehenſus eſt, q̄ ex conſiliis Oldradi Laudenſis, autore diſſimulato, multa ſibi adſcripſerit. vnde idem Bald inſignem furem alienorum librorum eum appellare ſolitus eſt. Filium habuit Bonicontum nomine, cuius tractatus de Appellationibus extat: & filiam Bitinam, quam collocauit in matrimoniū Ioanni de S. Georgio, celebri tum apud Bononienſes Iuris profeſſori: Senex ex peſte vita functus eſt; anno Salutis 1348. ſepultus Bononiæ in templo ſancti Dominici, & Epitaphio magnifico cohoneſtatus:

Hic iacet Andreæ notiſſimus orbe Ioannes,
Primò qui Sextum Clementis, atq; Nouellas,
Hieronymi laudes, Speculi quoque iura peregit:
Rabi doctorum, lux, cenſor normaq; morum.
Occubuit anno prædiræ peſtis, M.CCC.XLVIII.
die VII. Iulij.

Inferius:
Deo trino & vni.
Sepulc. vetuſtate corruptum Ioanni Andreæ Iureconſultiſs. Principi, atauo, ac Ioanni abauo, & Gaſpari auo: Calderinus Iureconſultis & rariſſimis viris.
B. M. poſitum.
Calderinus Iaco. F Iuriſconſultus inſtaurari iuſſit.
Anno gratiæ M. D. I.

Ex Ioannis Andreæ, & Cyni ſchola multi pariter clariſſimi viri prodierunt, qui magnam ingenij & doctrinæ laudem, ac nominis celebritatem apud poſteros conſequuti ſunt. Extiterunt autem clari hi:

CYNVS, ex nobili Sygiſbaldorum apud Piſtorienſes familia: vir ingenioſus fuit, & diligens: audiuit in iure Dynum Muxellanum. Scripſit ſuper prima parte Digeſti veteris, vſque ad tit. Si ex noxali cauſa agatur. Et in 2 parte in tit. de Rebus creditis. Edidit Commentarios in Codicem, quos abſoluit anno 1313. in die Barnabæ. Inſcribendo breuis eſt, & accuratus. Prouectioribus igitur cogitandi materiam relinquit. Iuris Pōtificij interpretes exoſos habuit, quare ſæpiſſimè in eos inuehitur, qua de cauſa Panormitanus eum reprehendit in c. 1. de foro compe. ca. ſuper literis. de reſcriptis. Non tantum autem in iure celebritatem conſequutus eſt, ſed & in poeſi valuit, imitatus Frāciſcum Petrarcham coætaneum. Floruit anno M. CCC. XXXV. Mortuus eſt Bononiæ: & iuxta Dynum pari, hoc eſt, ignobili & vulgari ſepulchro terræ conditus.

ODOARDVS de Pōte, patria Laudenſis, floruit anno 1320. Fuit primum aduocatus conſiſtorialis Romæ, deinde auditor factus eſt: fuit in magna exiſtimatione apud Ioannem XXII. pontificem. Conſilia eius plena eruditionis extāt: alia eius opera interciderunt. Ab hoc multa mutuatus eſſe & tranſcripſiſſe Ioan. Andreę incuſatur: quo vitio ſolo ſe notandum prebuit.

IOANNES Monachi Cardinalis, ſcripſit Gloſſas ad librum ſextum Decretalium.

IOANNES Calderini, Bononienſis, eruditionem inſignē vitę integritate & probitate ornauit: ideo magnę ſcientię, & ſanctę vitæ doctor appellatur. Quæ quidem res effecit, vt Ioannes Andreę eum in filium, mortuo Boniconto, adoptarit. Bal. conſ. 226. vol. 1. Panor. conſ. 58. Scripſit repertorium Iuris, ſuper Decretalibus, de interdictio eccleſiaſtico, & Conſilia multa.

Mortuus eſt Bononię, & apud S. Dominicum ſepultus:
Præclaris equeſtris ordinis Comitibus ac legum interpretib. optimis, Calderini patri, Gaſpari ac Balthaſari filijs, patricijs Bonon. B. M. D. Calder. D. Gaſpari, D. Ioan. And. Nep. V. poſ.
V. Idus Martias. M. CCCC. LXXXVI.

IACOBVS de Butrigarijs, bis Codicem repetijt: ſcripſit ad titulum de Actionib. Diſputationes inſuper plurimas edidit, & tractatum de Oppoſitione compromiſſi, & alium de Renunciationibus Iuris ciuilis. Floruit anno 1320. Celebritatem maximam ex diſcipulo Bartolo conſequutus eſt.

FEDERICVS Petrucius Senenſis, docuit in patria, & Peruſij. Scripſit de Pluralitate beneficiorū, cum additionibus. Lapi à Caſtellione: item de Permutatione beneficiorum, & Cōſilia. Extat vtiliſſimus eius tractatus de Interpretatione legum.

REINERVS Foroliuienſis, omnes ſuæ ætatis I. coſs. doctrina anteceſſit. Hunc Bartolus præceptorem habuit præcipuū. Extāt Commentarii eius in aliquot Digeſti veteris & noui libros. Patauij vitam cū morte commutauit. Sepultus eſt in æde S. Antonij, vbi in circuitu vetus illius monumentum conſpicitur:

Liuia quem genuit Rainerius alma, quieſcit
Hoc ſaxo, legalis apex, venerabile lumen
Legibus in mundo, iuris ſummisq; monarcha,
Fidum conſilium dubijs, rationis amicus.
Hoc pereunte, perit legum veneranda poteſtas,
Virtus ſtrata iacet, cœlo viduata paterno.
Huc huc verte oculos lacrymans, hic ſponte queraris
Plebs ſtudioſa patrem: quia vix hanc paſſa ruinam;
Heu tantum ſeclo damnum releuare futuro
Compos eris, natumq; fleas Arſenda propago.

IOANNES Fabri, vltramontanus, magni & acuti ingenij vir. Extant eius Commentarij ad Inſtitutiones, & Codicem. Baldus vocat eum fundamentalem, Iaſon ſubtilem: vtrumque forenſi exercitatione, in qua tredecim annis verſatus eſt, parauit.

SIMON de Burſiano, Cardinalis Mediolanenſis.

PAVLVS de Eleazaris, Ioannis Andreę auditor, & Calderini condiſcipulus: ſcripſit ſuper Clementinis: & ſuper cap. Etſi vnanimiter,

Source : BIU Cujas

niter,de postulat.prælat.& super cap.nullus.de elect.super cap.1. & cap.pastoralis.de causa possess.& propriet.Super cap.finem litibus.de dolo.Super cap.1.cap.Iuris,de restitutione spoliato. super cap.nuncius.cap.testimonium.de testibus.Floruit autem circa annum Christi 1340.

LAPVS de Castellione, origine Florentinus. abbas S.Miniati,ordinis D.Benedicti.Extat opus Allegationum,Commentarij super Clementinis.Additiones quoq; fecit ad Petrucij librum,de Pluralitate beneficiorum. Citantur scripta quædam de Hospitalariis,de Canonica potestate, Consilium circa inquisitores & nuncios Apostolicos, q̃ sint exempti à iurisdictione ordinaria. Floruit anno 1354. temporibus Calderini,Butrigarij,Richardi Salyceti.vide Rom.sing.39.

IOANNES Palatensis Senensis, in patria Ius professus est. Fuit Baldi præceptor. Nihil ex eius scriptis extat. optimè tamen eum in textũ versatum fuisse, Alexand.refert in l.si fundus.D.soluto matrimonio.

ANDREAS de Isernia, Feudorum interpres summus,attestãte Iasone. Fuit Neapoli aduocatus consistorij Regij. Interfectus est à Gallo,cuius cãm ipse impugnauerat.Capil.decis.130.Scripsit super Feudis:item de iure protomyseos,& iure congrui.item sup Auth.habita.C.ne filius pro patre.

BARTOLVS.

Post plurimos vtriusque iuris peritissimos viros, Bartolus tanquam stella quædam effulgere cœpit. Natus est autem in Saxoferrato, Anno 1303. Iuuenis Grammaticam, Dialecticam, Rhetoricam à Petro Assisio,viro tum in humanoribus literis celebri, didicit. Tanta autem ingenij vi præditus fuit,vt anno 14. animũ ad Iuris ciuilis studium in vrbe Perusina applicuerit. Audiuit Cynũ, Iacobum Butrigarium, Raynerium Foroliuiensem, Petrum de Bellapertica. Postquàm verò septennium Iuri operam nauasset, Bononiæ summa cum laude de iure respondit,ac insignia doctoratus annum agens vnum & vigesimum consequutus est. Deinde cùm intelligeret,iuris studium non philosophico modo pertractandum, sed ad communem vsum & vitæ vtilitatem applicãdum & transferendum esse,ad forum se contulit. Tudertum igitur concessit,vbi Adsessoris officio in criminalibus causis functus est. In eo officio resipsi peracerba,& Iuris auditoribus deinde in primis salutaris accidit. Cùm enim duriorem sententiam aduersus reum,ad furcas immeritò condemnatum tulisset,& inde malè audiret: vel conscientia sua perturbatus,vel calumnia aliorum commotus,functionem hãc deseruit,& studiis totum se dedidit. Secessit itaq; in locum S.Victoris,non procul à Bononia, vbi integrum quadriennium Iuri vacauit:summaq; contentione operam dedit, vt diligentia ac sedulitate conceptam labem & maculam elueret ac deleret. Anno itaq; ætatis 25. Pisas,vt ius profiteretur, accersitus est: vbi summa cum laude respõsum Pauli I.C.sub l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.interpretatus est.

Relictis Pisis, Perusium se contulit: & vxore ibidem ducta, ac portu vitæ constituto,reliquum tempus docendo peregit.Tanta verò cum celebritate & admiratione Ius ciuile docuit,vt ad eum ob summam eruditionis & ingenij famam ac gloriam,vndequaque studiosorum turba confluueret. Quæ quidem res effecit,vt inuidia multorum præmeretur,calumniisq; incesseretur falsis. Solet enim inuidia doctrinam & virtutem non aliter,atque vmbra corpus, sequi: ὁμοῦ γὰρ τὸ ἔχοντα ὁ φθόνος ἕρπει. Desiderata igitur ab aliquibus firmitas memoriæ fuit,alij occultatorem eum fuisse alienæ laudis obiecerunt: propterea q̃ Francisci Tigrini opera sæpe vti solebat,eiusq; sibi industriam accommodaret. nõnulli veterum nomina eum tacuisse, & eorum inuenta sibi attribuisse, & vendicasse exprobrant. Verene ab his,& merito Bartoli,an verò calumniandi causa id dicatur, dubium est. Facile tñ excusari põt, cùm impossibile ferè sit,vt is qui multa scribit,in tanta scribentiũ multitudine ab aliquibus non aliquando aliquid mutuetur,& antea inuentis addat,adimatve. In declinante deinde ætate, summa adhuc fuit discendi in eo auiditas. Recordabatur enim illud Iuliani, qui se etiamsi alterum pedem in sepulchro haberet, addiscere velle dixit. Didicit igitur paulo ante obitum Hebræam linguam, & Mathemata,quorum vsum ad Iuris ciuilis interpretationẽ trãstulit. Postremò, non in Scholis tm̃ clarus,sed & in admiratione apud summos Principes fuit. Imperatoris enim Caroli IIII.consiliarius factus est: ac insigniis non modò pro eruditione,sed etiã virtute donatus. Nam illi,& toti eius posteritati, pro insigniis dedit leonem rubeum,cum duplici cauda,in campo aureo. Ad hãc autem eruditionem peruenit summo & ardenti studio: nã ad põdus comedit,& bibit,vt ingenium pariter dispositum,& nunquã alteratum haberet.

Refert de eo Baldus,semper eum opiniones quæ laicis consentaneæ maximè videbantur,amplexum esse, quòd ad intellectum communem & æquitatem propius accedere intelligeret:& existimaret, in obscuris iudicium potius rectæ rationis & æquitatis sequendum esse, q̃ nimiæ subtilitati studendum, aut inhærendum: cùm in quæstionibus de bono & æquo plerunq; sub authoritate scientiæ iuris periculosè erretur. Confecto tandem,absolutoque fœliciter vitæ cursu,mortuus est Petusij,anno Domini 1355.anno ætatis 46.Sepultus est ad aram maximam, in templo D.Francisci,humi in marmore ita inscripto:

Bartolus hic iacet.
Hic est Bartolus,ille iuris ingens
Lux,& commodus explicator hic est:
Quem mors ante diem abstulit maligna,
Heu mors inuida,& quo iniqua nostro,
Quæ leges iterum iacere cogis.

FRANCISCVS Tigrini, Pisanus, eodem tempore cum Bartolo in patria ius docuit: rerum & verborũ copia instructus fuit tanta, quanta eius ætatis nullus. Bartolus multa, quæ huius fuerunt,scriptis suis inseruit.

NICOLAVS Alexandrinus,Bartoli gener. Extat eius Repetitio in l.si quis ex argentariis.ff.de eden.quæ inter Bartoli scripta relata est,attestante Caccialupo,in tractatu de Modo studendi:& Alex.in l.iurisgentium.§.quod verò.ff.de pact.

NICOLAVS Spinellus Neapolitanus, in patria professionis munus initio sustinuit:factus deinde est cõsiliarius Ioannæ,Regis Roberti filiæ,Anno 1342.Scripsit in tres libros Cod. & Instit.

FRANCISCVS de Albergotis, Aretinus, Bartolo perfamiliaris fuit.

ALBERICVS Rosatus Bergomensis, in vsu forensi exercitatissimus,& aliàs quoq; insigniter doctus,vt Iason scribit,cui plusquam alteri Doctori deferunt aduocati Mediolanenses. Scripsit super Pandectis & Codice, item de Statutis volumẽ vnum: item Dictionarium in iure Ciuili,præterea Commẽtarium ad Comœdias Augustini Dantis.

SIGNOROLVS de Homodeis,Mediolanensis, eodem tempore celebris fuit:in primis verò ob insignem memoriã celebratur,vt Bald.ait in cap clerici.circa medium,extra de iud.& in consi.264.lib.1.Iacobus Aluarottus appellat eum profundum famosumq;,in tit.quis dicatur dux,marchio:in vsib.feud. Scripsit in l.si arrogator.ff.de adop.l.princeps ff.de legib. & in l.vbi ita donat̃.ff. de donat.cau.mort.& in l.si ego.ff.de iniusto rupto & irrito facto testam.& in l.si æstimatis.ff.solu.matrim.& in l.peto.ff.de legat.2. & in l.nemo.C.de sum.Trinita.& in Auth.ingressi.C.de sacrosanctis eccles.& in l.cùm quis.C.de iuris & facti ignorã.& in l.1.C.de instit.& substit.& in l.post mortem.C.de fiedicommiss.& in l.qui se patris. C.vnde liberi. Præterea scripsit de Præcellentia Doctoris & militis.

BALDVS.

BARTOLI nomẽ & famã excepit Baldus de Vbaldis, Perusinus. Patrem habuit Petrum de Vbaldis, nobilem Perusinum, Doctorem. Adolescens audiuit Ioannem Polagnensem, & Franciscum Tigrinum Pisanum, virum ob memoriam, & vitæ sanctimoniam celebrem. Tandem Bartoli auditor factus est, quem præ reliquis tanquam præceptorem suum extollit. Quanta autem in eo ingenij vis fuerit, inde facilè colligi potest, quòd annum decimum & septimum agens,responsum Pauli sub l.centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco, interpretatus est. Absoluto deinde legitimo studiorũ tpe, Doctoratus insignia recepit: quibus cũ ornatus esset,Bononiã docendi gratia concessit,anno 1344. Vbi indies ob insignẽ doctrinã,non tm̃ in iure Ciuili, verũ & Põtificio clarescere,ac maiorẽ famam & gloriã p̃sequi cœpit. Quæ res efficit,vt Ioannes Galeacius Mediolanensiũ dux, Ticinũ eum vocaret:vbi multis annis summa cum admiratione, & non minore laude tã ciuile, q̃ Pontificiũ ius docuit.De Baldo solebat dicere Iason,Nihil vnq̃ eum ignorasse.& Cattellianus Cotta ait, se audere sub religionis iuro affirmare, eũ qui Baldi scripta diligẽter præmanib.habuerit, q̃uis difficilem qõnem facilè diiudicaturum. Eruditionem sanè in Baldo nemo unquã desiderauit: constantiam aũt quamplures. Persæpe.n.priorum oblitus, p̃ria prorsusq; pugnãtia tradidit:qua in re & humana fragilitas (nihil enim facilius est,q̃ memoria labi) & tpum circunstantiæ eum excusare põt.Extant eius Commentarij amplissimi ad Ius ciuile,& allegantur quędã,quæ in impressis operibus non inueniuntur:nempe Liber quem Peculium inscripsit,& tractatus de Commemorationib.famosissimorum doctorũ in vtroq; iure.Qui liber si extaret, facilè hunc nostrum compensaret laborem.Ad extremam verò senectam docuit, nũquam pertæsus laborũ. Scribit in p̃fationib. Feudorũ:Quòd si ex parte,inquit,aliquid didicerim,tm̃ in comparatione latitudinis intellectus profectò nihil me intellexisse intelligo.Decrepita prorsus ætate diem obiit Ticini, anno 1420.4.cal. Maij.Sepultus in ęde Francisci,vbi hoc Epitaphium extat:

Vita,labor,studium,diuini cultus amoris,
Artes naturæ,regis fulgentia dicta,
Legales normæ,pastorum cœlica iura,
Ornaut Baldi animum,quem pandit dogmate claro
Quisquis: Nunc liquit mortalis pondera carnis,
Dulcia iam gustans auctoris pascua summi:
Clauditur hic Baldus Francisci tegmine fultus,
Doctorum princeps,Perusinaq; editus arce.

Et in alio saxo:

Baldus editiorem locum sortitus,
Hic octo & decem supra centum annis obdormiuit.

Ver-

Source : BIU Cujas

Verſatus eſt in profeſſione per annos quinquaginta & ſex. Reliquit duos filios, Zenobium equitem auratum, & Legum doctorem: & Franciſcum vtriuſq; Iuris doctorem inſignem.

ANGELVS DE VBALDIS.

ANGELVS de Vbaldis, Peruſinus, frater Baldi: vterque eodem tempore floruit, & ijſdem vſus eſt præceptoribus. Hic Angelus anno ętatis 23. Doctoratus inſigniis ornatus, Iura profiteri cœpit. Non minorem laudem aſſe quutus eſt, quàm frater: ingenio tamen inferior fuit, eruditione par, acri & ſolido iudicio ferè ſuperior. Vnus idemq; annus vtriq; fratri finem vitæ attulit, diuerſis in locis. Baldus enim Ticini vita functus eſt: Angelus Florẽtiæ diem obiit. Reliquit filium Alexandrum, Legum profeſſorẽ: ex quo Angelus ſecundus, nepos Angeli Peruſini, natus eſt. Hic à maiorum virtute minimè degenerans, in celebrem iuris profeſſorem euaſit, & longo tempore Patauij docuit. Demum ob probitatis & doctrinæ laudem, à Sixto pontifice Romam vocatus eſt, & inter aduocatos conſiſtorij Rom. adſcitus. Scripſit ſup Codice, ſuper Inſtitutis, Digeſto nouo, Digeſto veteri, Infortiato. Edidit quoq; tractatum de Sequeſtro, & Repetitionem ſuper l. q ſe patris. C. vnde liberi.

PETRVS de Vbaldis, tertius Baldi frater, Iuris vtriuſque Doctor factus eſt, Pontificio tamen iuri addictior, quàm ciuili.

IOANNES Ludouicus Lambertatius, Patauio ortus, ibidem ſumma cum laude docuit. Scripta nulla extant. Epitaphium eius legitur Pononiæ ante eccleſiam D. Blaſij, tumulo marmoreo:

Ecce Ludouici lapis hic tegit oſſa Ioannis,
Protulit inſignis quem Lambertatia proles,
Quiq; vtriuſq; tulit doctor diademata Iuris:
Orator mirus, facundo Tullius ore,
Occubuit prima Geminos qua luce ſubintrat
Sol decies octo poſt annos luſtra ducenta.

BONIACOBVS, valde celebris ijſdem tpibus fuit. Scripta verò eius interciderũt. Statua eius, ex cathedra in qua prælegit, marmorea conſpicitur, inſcriptione addita:

Hic diadema tulit legum vir ſtrennuus, ortum
Cui ſanctus Vitus ſtirps generoſa dedit.
Boniacobus dignè meruit re & nomine dici:
Nam bonitas totum propulit omne malum.
Iuſtitiam, rectumq; pius dilexit honeſtum,
Inq; foro cunctis arbiter ęquus erat.
Sed quia fatali ſunt omnia dedita legi,
Priuaris tanto plebs Patauina viro.
Immortale polo, ceſſit mortale ſepulchro:
Vnde emanarunt, cuncta relata manent.

VICTOR Feltrenſis: Nihil ex eius ſcriptis ad noſtra tpa peruenit. Epitaphium eius legitur Patauij, apud S. Franciſcum.

Victor ex dulci familia Feltrenſi natus, Iuris Pontificij accuratiſs. interpres, hoc marmore clauditur. Qui vt ſapiẽtia noſtra claruit ętate: ita exutus vita, fama nunc perbeatè luſtrat.

Obijt M. CCC. LIII.

BARTHOLOMAEVS DE SALICETO, Bononienſis.

Fuit coætaneus Baldi & Ancharani. Iura tñ aliquanto tardius profiteri cepit. Primũ enim Patauij docuit, anno 1378. Quadrienio poſt, relicto pp peſtem Patauio, in patriam reuerſus eſt, & ibi Codicis interpretationem anno 1382. menſe Maio exorſus eſt: quam deinde publice abſoluit. Hoc præ cæteris habet ſingulare, q̃ ab aliorum opinionibus facilè ſecedit. Alexan. conſ. 134. vol. 1. Huic Saliceto plurimum debet ſchola Ferrarienſis. Fuit enim Alberto Eſtenſi Ferrariæ Marchioni primus autor & ſuaſor, vt à Bonifacio priuilegium impetraret Scholæ publicæ erigendæ. Anno 1398. conſtituta Schola, profeſſioni iuris primus fęlix auſpicium dedit. Mortuus eſt Bononiæ, decrepita ętate: & ſepultus ad S. Dominicum, vbi eius Epitaphium conſpicitur:

Hoc tumulo legalis apex, dulciſſimus ore,
Et patria lux alma ſuæ, pietatis amator,
Iuſtitiæq; ſacræ clypeus, baculusq; cadentis:
Qui iuuenis, multoq; etiam venerabilis ęuo,
Edocuit, ſuperauit eum nec pœna laboris
Scribendo, & pariter Iuris nucleando tenebras,
De Salyceto requieſcit Bartholomæus.

Obijt M. CCCC. XII. die XXVIII. menſis Decembris.

IOANNES de Lignano, Mediolanenſis: docuit eodem tpe Bononiæ ius Pontificium. Scripſit ſuper Clementinis, de Cenſura eccleſiaſtica, de Interdicto eccleſiaſtico, & Diſputationem de Decreto: Super ſecuudo Decretalium, de pluralitate beneficiorum, de Horis canonicis, de Repreſſaliis, de Permutatione. Hunc Ioannem de Lignano, Andreas Siculus Canonum & legum, & philoſophię ſummum & illuſtrem capitaneum appellat. Claruit Bononiæ, anno 1383. Sepultus eſt ibidem, in ſacello D. Dominici, ſupra portam ad dextram, tali inſcriptione:

L. B.

Frigida mirifici tenet hic lapis oſſa Iohannis,
Iuit in aſtriferas mens generoſa domos:
Gloria Lignani titulo decoratus vtroque,
Legibus, & ſacro Canone diues erat,
Alter Ariſtoteles, Hipocras erat, & Ptolemæi
Singifer, ętherei nouerat aſtra poli:
Abſtulit hunc nobis inopinæ ſyncopa mortis:
Heu dolor, hic mundi portus & aura iacet.

An. M. CCC. LXXXIII. die XVI. mẽſis Februarij.

FRANCISCVS de Platea, Ordinis minorum, & inſignis Canonum doctor: ſcripſit de Reſtitutionibus.

GASPAR Calderinus, Decretorum doctor, ſcripſit in ti. de pœnit. & remiſſ. in 5. Decr.

LAVRENTIVS de Rodulphis Florentinus, citatur in Sũma Angelica. Scripſit de Vſuris, de Contractib. mercatorum, & in c. Sine exceptione, 12. q. 2. & in c. Monachi. 16. q. 1.

AB ANNO M. CCCC. VSQVE AD annum M. D.

EX Baldi, Saliceti, Ioannis de Lignano, & aliorũ coætaneorum Schola, plurimi doctiſſimi viri prodierunt: qui quàm proximè ad præceptorum eruditionẽ, famam, & gloriam acceſſerunt. Præ cæteris verò poſt Baldum clarere cępit.

PETRVS de Ancharano, patria Bononienſis, & Baldi auditor, vir vtriuſq; iuris peritiſſimus. Docuit Patauij, deinde in patria: ſummo ingenio, eruditioniq;, vitæ ac morum ſanctimoniã adiunxit. Floruit anno 1408. Multa in vtroque Iure edidit. Super Decretales. Super 6. Decret. Super Clementinis. Super Reg. Iuris. Super ff. veteri. Super Digeſto nouo. Scripſit etiam Conſilia: & citantur quędam Repetitiones, nempe in c. 1. & c. Canonum ſtatuta, de Conſtit. Et in tit. de Confeſſis, & in c. Ex parte. Tertio loco. c. in Preſentia. de Probat. & in c. Poſtulaſti, extra de Fo. competẽ. Mortuus eſt Bononię, & in templo S. Dominici ſepultus, vbi Epitaphium tale legitur:

Canoni hic ſpeculum, Ciuilis & ancora Iuris,
Heu iacet: ęternas mens tenet alma domos.
Nomen erat Petrus, genuit Farneſia pallens
Nunc Ancharanum, det ſibi laudis opis:
Quis ſuperauit eum virtute micante? quis iſto
Conſiliis hominum clarior antè fuit?
Pro meritis nunc aſtra dedit ſibi *
Et voluit gelido membra iacere ſolo.

ANTONIVS de Butrio, Bononienſis, coætaneus Ancharani, doctrina & ſanctitate inſignis extitit. Caccialupus appellat eum Doctorem omni veneratione dignum. Docuit Bononiæ & Ferrariæ. Ex eius ſchola prodiit Ioannes Imola, & Geminianus, vt infra dicetur. Scripſit in Decretales & Clementinas. itẽ Conſilia: & duo Repertoria: vnum in iure Canonico, alterum in iure Ciuili. Fertur quoque eius liber de Notario. Mortuus eſt in patria, anno 1408. nonis Octob. Sepultus ibidem ad S. Michaelem in Monte.

BENEDICTVS Plumbinus: nulla eius ſcripta ad nos peruenerunt. Epitaphium extat Patauij apud Eremitanos, in dextra parte templi, prope portam:

Corpus humo, cęlis animam, famamq; dediſti
Laudibus & legum Benedicte monarcha fuiſti,
Nominis effectu radians virtutis imago:
Piſanus ciuis, Plumbini clara propago.
Omnibus Italiæ ſtudiis tua lectio fulſit
Publica, dum legis tibi, te Libitina reuulſit:
Martia tunc orbi lux bis ſeptena nitebat,
Mille quater centum bis quinq; annosq; mouebat.

Eadem ętas tulit FRANCISCVM de Zabarellis, Patauinum. Bononiæ, ſub Ioãne de Lignano, Baldo, & Saliceto, Iuri operam dedit. deinde ob inſignem eruditionem, nec non parem vitæ integritatẽ, ad Cardinalatum euectus, & præſul quoq; Florentinus factus eſt. Obiit in patria. Scripſit in Decretalibus, in Clementinis, De horis Canonicis, Repetitiones varias. Eius laudem erudita Oratione proſequutus eſt Poggius Florentinus.

FRANCISCVS Ramponius, Bononienſis, docuit in patria & Piſis. Floruit anno 1404. Scriptorum eius nihil extat prẽter pauca Conſilia, inter volumina conſiliorum Baldi.

IOANNES Petrus Ferrarius, Papienſis, floruit circa an. 1410. Scripſit practicam iudicialem.

CHRISTOPHORVS Caſtellioneus Mediolanenſis, ſubtilitatum princeps habitus eſt. Fertur ſub nomine eius Diſputatio, de alienatione rerum mulieris prohibita: & Conſilium, an præſumatur fœnus, quando vendens poſtea capit in emphiteuſim. Iaſon Caſtellioneum vocat alterum Scæuolam: Fulgoſius Legiſtarum principem, Archidoctorem, Legum comitem illuſtrem, & Dominum ſuum præcipuum appellat. Papiæ ſepulchrum eius extat cum inſcriptione:

Hic iacet clariſſimus Iureconſult. ætatis ſuæ princeps, D. Chriſtophorus de generoſa progenie, Caſtolionenſis Comes, atque I. V. D. ſecundi Duci conſiliarius: qui Papiæ, Parmæ, & Senis primam cathedram tenens, legum monarcha ſcribebatur: Cuius anima die XVI. Maij, anno M. CCCC. XXV. in feſto Dominicæ Aſcenſionis, hic dimiſſa carne, cum Chriſto in cœlum aſcendit.

RA-

Source : BIU Cujas

RAPHAEL COMENSIS, ET RAPHAEL Fulgoſius Placentinus.

Fuerũt auditores Caſtellionei, acri præditi ingenio: dñr præceptoris ſcripta furto ſubtracta inter ſe diuiſiſſe, & ſub ſuis nominibus publicaſſe: verene hoc ipſis an falſo obiiciatur, in incerto eſt. Floruerunt anno Chriſti 1430. Vterq; mortuus eſt Patauij. Raphelis Cumani epitaphium extat apud D. Iuſtinum:

Raphael hic ſitus eſt, antiqua ab origine patrum,
Qui quondam gemini gloria iuris erat.
Hunc Raimonda domus, hunc Comus patria lugent,
Hunc ſibi præreptum flet ſtudioſa cohors.
Flete ſuper, quoniam talem vix priſca tulerunt
Secula, nec ſimilem fortè futura dabunt.

Raphael Fulgoſius ſepultus eſt apud D. Antonium. Epitaphiũ eius legitur in ſuperiore ſarchophagi loco:

Fulgoſius Raphael, virtutum Iaſpis, vtroq;
Iure ſtupor tantus, & fama, quantus & orbis.
Scriptis morte vacat, tam paruo clauditur antro.

Inferiori loco:

Emeritæ prædigna gerens cognomina laudis,
Fulgoſus Raphael conditur hoc tumulo.
Conſuluit nemo melius, fulſitq; docendo
Cæſareas leges, iuraq; Pontificum.
Claruit eloquio: quem blanda Placentia, forma
Et genere inſignem, mente piumq;, tulit.
Corpus hic in pace quieſcit.

PETRVS Maurocenus, Venetus, S. R. eccleſiæ Cardinalis, floruit anno 1424.

IOANNES de Imola, Bononienſis, Baldum ſenem audiuit. Tantum autem in vtriuſq; Iuris cognitione profecit, vt inter primarios interpretes referatur. Obijt in patria, Anno Chriſti 1435. 18. die Februarii. Sepultus eſt in templo diui Dominici. Scripta eius incendio conſumpta ſunt. Extant tñ Commentarii ad tres Decretalium libros. Ad ſextum Decretalium, ad Clemẽtinas, ſuper Digeſto nouo, ſuper Infortiato. Scripſit præterea Conſilia. Et extant eius Repetitiones in c. cùm contingat. extr. de Iureiurã do. & in c. quoniam omne. & in c. fi. extr. de Re iudicata. & c. tuæ. extr. de Sponſalibus. Bononiæ, apud S. Dominicum, in chori parte Orientali, eius Epitaphium conſpicitur.

L. L.
D. M. S.
Ioãnis de Imola Pont. Cæſarijq; Iuris conſul. oſſa. inſuppoſito Gariſendorum ſepulchro requieſcunt. Minus Gariſendus LL. qui ipſe interpres amitæ ſuæ coniugi fecit.

PAVLVS de Caſtro, docuit tempore Imolenſis, Patauii, Florentiæ & Bononiæ: eumq; docendi laborẽ annos quinquaginta & ſeptem ſuſtinuit. Vtitur autem docendo magna perſpicuitate. Inde vulgò fertur: Si Bartolus non eſſet, eſſet Paulus. Mortuus eſt Patauii. Anno Chriſti 1437. Scripſit Commentaria in libros Pandectarum, & Codicẽ. Epitaphiũ eius extat in templo Seruitarũ:

Paulus de Caſtro Iureconſultus diſertiſſimus, maximę autoritatis apud omnes habitus, quod Florentia teſtatur, cuius ius municipale innouauit: & in ea coniugatus Petrę vxori, vicariatus officium in ſpiritualibus Ro. Pont. decreto exercuit. Vbi etiam in Bononienſi & Patauino Gymnaſio publicè profitendo floruit, æternamq; ſibi gloriam comparauit, relinquens & Conſiliorum & in Iure volumina plurima edita, quæ intra manus verſantur. & ipſius Angelus filius, clarus ingenio, amborum Iurium tenens faſtigia, XL. annos Patauii Iura docuit: eoq; Nicolaus Canonicus Padua, qui ab his proceſſit, vtramq; & ipſe parentum virtutem adeptus, hoc immortalitatis opus illis conſecrauit. M. CCCC. XCII.

Dum Paulus Caſtrenſis Patauii docet, in Imolæ fama & celebritate ſuccedunt apud Bononienſes:

DOMINICVS de Sancto Geminiano, iurecõſultus preſtãtiſs. Claruit pręcipuè in iuris Pontificii interpretatione. Scripſit ſuper ſecundo & tertio Decretalium, ſuper Sexto. Item ſcripſit Repertorium in iure: & feruntur eius Conſilia.

MATHAEVS Matheſilanus, Bononienſis, eodẽ tẽpore Ius ciuile docuit. Scripſit ad Infortiatum: tractatũ de Interpretatione legum: item de Electione verioris opinionis, de Contrarietatib. Bartoli, de Extenſione, Singularia quædam, de Succeſſionibus.

LVDOVICVS PONTANVS.

Eadem ætate clareſcere cępit Ludouicus Põtanus, patria Spoletanus: Romanus tñ appellatus, cp maximam ætatis ſuæ partem Romæ contriuiſſet. Auditor fuit Ioannis de Imola. Laudatur in primis ob patiẽtiam laboris & ſtudii: tum quoq;, cp memoria ſingulari præditus fuit. Quidam ineptum eum in dicendo fuiſſe obijciunt: cp fortaſſis ob nimiam breuitatem verè ipſi obijci potuit: quemadmodum de Stoicis etiam Cicero in Bruto adſerit. Scripſit Commentarios ad Ius ciuile: item Conſilia, Singularia, Repetitionis. Suſpectæ autem ſolet eſſe fidei in allegationibus, vt refert Alexãder in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. D. ſoluto matrimonio. Mortuus eſt Baſileę, in Cõcilio, Anno Chriſti, 1439. De eo ſic ſcribit Aeneas Syluius: Finitis, inquit, Panormitani verbis, Ludouicus Romanus, ptonotarius, totius humani iuris gnarus, ſurrexit. Cuius tanta memoria fuit, vt nulli veterũ cedere putaretur, ſiue Simonidem, ſiue Theodectem, ſiue illũ qui a Pyrrho miſſus ad Senatum venit Cyneam, ſiue Carneadem Seriphiũ, Metrodorum, Hortenſium, ſiue qui horum vltimus fuit L. Seneca, de diuinitate memorię cõmendemus. Erat enim memor omniũ quæ ipſe vnquam, aut legiſſet, aut audiuiſſet: nec oblitus erat eorum aliquid, quæ ipſe vidiſſet. Nec, vt cæteri Iureconſulti, principia legum in diſputando allegabat: ſed quaſi codicem legeret, ſic textum memoriter referebat. Vir non Roma tantum, ſed cœlo dignus & cui nemo mortalium comparandus videtur: non admirationi, ſed ſtupori futurus omnibus populis, ſi, vt æquum videbatur, ętatis tempora duplicaſſet. Sed inuidit fortuna Italię, nec tantum ſcientiæ lumen creſcere paſſa eſt. Immiſit peſtiferum morbum, virumque vix XXX. egreſſum ætatis annum abſtulit, nec plus horis ſex & triginta ſiuit ægrotare: viſuſque non tranſitus ille hominis, ſed furtum. Quis enim virum adeò iuuenem, adeò robuſtum, tam breui morula expirare putaſſet? Sed fuit mors damnoſior morte cuiuſuis regis: quippe regi hæres ſuccedit in regno, viro autem adeò docto nullus ſupereſt in literis hæres. Sed dum cardinalari vir bene meritus manet, apud Carthuſiam ſepelitur. Hæc Syluius. Extat Baſileæ apud Cartuſianos Epitaphium, attritum ferè:

Anno Domini M. CCCC. XXXIX. Reuerendus in Chriſto pater Dn. Ludouicus Pontanus de Roma, vtriuſque iuris Doctor egregius, S. Sedis Apoſtolicæ Protonotarius.

Aliud Epitaphium:

Si mille aut totidem rapuiſſes vſq; virorum
Peſtis, adhuc poteram parcere ſæua tibi.
Viuens quo nuſquam fuerat præſtantior alter,
Extinctum potius reddis iniqua lues:
Quem fletis Leges, quem fletis Iura, ſacriq;
Nunc Canones: obijt, quem coluiſtis, herus.
Hic vos ornarat, veſtras vbicunq; fuerunt
Soluerat ambages: nunc ſine voce iacet.
Heu voces, heu verba viri diuina, memorq;
Ingenium, quo vis nunc tua multa loco eſt?
Heu Romane iaces, quo nec Romanior vllus
Antè fuit, quo nec fortè futurus erit.
Te pater, & charus retur modò viuere frater,
Heu quantos gemitus ille vel ille dabit?
Te Roma atq; omnis plorabit Etruria, teq;
Tota petet lachrymis Itala terra piis.
Te nunc Concilium, te nunc vlulatibus vnum,
Ipſa quoq; extinctum quæritat Eccleſia
Heu vanas hominum mentes, heu pectora cæca:
Cuiq; dies certum eſt fata dediſſe ſuos.
Et nos, cùm ſuperi ſtatuent, veniemus ad illos:
Nemo parum vixit, cui bona vita fuit.

PANORMITANVS.

Ludouico Pontano coætaneus fuit Nicolaus Siculus, Cathania Siciliæ vrbe, familia Tudeſchorum oriũdus. Præceptorem habuit Franciſcum Zabarellã. Ob ſingularem eloquentiam, prudẽtiam, & inſignem Iuris vtriuſq; peritiam, omnibus ſuæ ætatis admirationi fuit. Docuit initiò ius Canonicum in ſchola Senenſi, anno Chriſti 1425. Parmę quoq; pfeſſus eſt: atq; inde euocatus, factus eſt cauſarum in Rota vel conſiſtorio Romano auditor. Poſtea in abbatem Monacẽſem ordinis ſancti Benedicti electus: ex abbate factus eſt archiepiſcopus Panormitanus. ac tandem Cardinalitia dignitate cohoneſtatus, cũ Ludouico Pontano ad cõcilium Baſiliẽſe iuſſu Romani Pont. profectus eſt: reuerſus in Italiam, paulo pòſt naturæ cõceſſit. Attulit vnum idemq; Conciliũ ſummis duobus Iureconſultis finem. Scripſit Commentarios ad ius Canonicum. Extat quoq; eius liber de poteſtate Põtificis, Imperatoris, & Concilij. Singulari præterea libro Concilium Baſilienſe defendit.

IACOBVS Zochus Ferrariẽſis, Iuris pontificij profeſſor, multa auditoribus ſuis ſcripta communicauit: quæ temporum iniuria, vel hominum malicia, quo minus extent, auerſa ſunt. Extat Repetitio c. omnis vtriuſq; ſexus. de pęnit. & remiſſ. Floruit anno 1440. vſq; ad annum 1460. Vita functus, & ſepultus eſt Patauij, in templo D. Iuſtin.

CHRISTOPHORVS Porcus, fuit auditor Raphaelis Cumani: ſcripſit ad Inſtitutiones.

GVIDO Papa, Gallus, conſiliarius in Parlamento Delphinatus: floruit anno Chriſti 1442. Scripſit Cõſilia, Deciſiones, & Singularia.

BENEDICTVS Sala, Patauinus, floruit in patria Anno 1445. memoriam nominis ſolummodò reliquit.

IOANNES de Anania, Bononienſis, fuit in patria archidiaconus, & iuris Põtificij pfeſſor. Scripſit in Decretales: reliquit ẽt Cõſiliorum volumen vnum. eruditioni, vitæ ſanctimoniã, & pietatẽ addidit. Floruit anno 1450. Mortuus eſt in patria, anno 1455.

Source : BIU Cujas

IACOBVS Aluarottus senior, natus ex celebri Aluarottorũ apud Patauinos familia, audiuit Bartholomæũ Salycetum in iure ciuili: in iure verò canonico Franciscum Zabarellã. Docuit in patria annos 30. Extant Commentarii eius ad libros Feudorum. Mortuus est in patria, Anno 1453. ætatis 60. Epitaphium eius extat in templo D. Antonij:

Amice, qui istac transis, etsi properas, lapis hic te rogat, vt paulisper inhæreas, ac hæc scripta legas. Hac in basilica beati Ioan. Baptistæ, sunt Iacobi Aluaroti Patauini sita ossa: qui dum vixit, suo studio & doctrina, post susceptas Doctorales insulas, Commentarios vtiles, cum Repertorio, in Ius Feudale formauit: eosque venerandæ vniuersitati Iuristarum donauit. Volui vt ista non ignores, & pro anima ipsius ores. Obiit autem die Lunæ, XVIII. Iunij anno M. CCCC. LIII. V. F.

PETRVS Matheſilanus, Bononiensis: docuit in patria.

FLORIANVS de S. Petro, Bonon. vir doctissimus, scripsit ad Ius ciuile Commentarios, in quibus breuitate summa vtitur.

PETRVS Besutius, Mediolanensis, scripsit Repetitionem in l. Re coniuncti. D. de legatis lib. 3.

ANGELVS de Periglis, scripsit Cõmentarios ad Digestũ nouum, & Infortiatum. Extat præterea tractatus eius de Syndicatu, de Suitate, de Liberis & posthumis, de Statutis.

ANGELVS Aretinus, quem aliàs Angelũ Gambollienum, vel de Gambellionibus vocant, docuit Ferrariæ. Scripsit Commẽtarium ad Institutiones, tractatum de Testa. de Maleficiis, Repertorium iuris, & Consilia.

IOANNES de Platea, Bononiẽsis, docuit in patria. Scripsit in Institutiones, & tres posteriores Codicis libros. Sepultus est Bononiæ apud S. Petrum, tali inscriptione addita:

D. O. M. Q.

Viator, si cupis scire qui sim: Ioannes Plateus, Pontificij Ciuilisq; iuris cultor & scriptor. Monumentum vetustate corruptum, destructum, renouatur decreto Cardinalis Iuliani Reuer. Bonon. Episcopi ac Principis, virtutum bonorumq; virorum fautoris, cui Bononia patria per maxima debet. Cõciues mei rogatos vos volo, vt pacem habeatis: Deum timete, dateq; illi honorem, iustitiam colentes per aduersa prospera, & bene erit. Procurante Francisco Guidezona Card. Famil. Anno Salut. M. D. II. cal. Feb.

IOANNES Baptista Caccialupus, Bononiẽsis, quem quidam falsò genere esse Bartoli putant: scripsit plurimas Repetitiones: nempe ad l. omnes populi. D. de iustitia & iure. l. diem functo. D. de officio adsessorum. l. Imperium. l. iubere cauere. D. de iurisd. omnium iudicum. l. de ætate. D. quod quisq; iurisd. l. more. D. de minoribus. l. in hac. D. de cond. tritic. l. si vt certò. §. si duobus vehiculum. D. commodati. l. admonẽdi. D. de iureiur. l. frater a fratre. D. de condict. indeb. In Codice, ad l. 1. C. de Summa Trinit. l. precibus. C. de impuber. & aliis substitut. l. si qua illustris. C. ad S. C. Orphitianum. Scripsit tractatus de Debitore suspecto, fugitiuo, de Pactis & constituto, de Transactionib. de Modo studendi, Defensorium Iuris, & alia quædam.

ALEXANDER TARTAGNVS de Imola.

Audiuit Ioannem de Imola, & Ioannẽ de Anania. Docuit Papiæ, Patauij, Ferrariæ, postremò Bononiæ. Floruit circa annũ Christi 1460. Scripsit Commentarios ad Ius ciuile. Eam autem consequutus est laudem, vt Felynus eius interpretationem ita adhibendam Iuri censeat, tanquam lucernam quandam ardentẽ. Peracto docendi munere, in quo versatus fuit annis 30. vitam hanc miseram & caducam cum cœlesti commutauit. Sepultus est Bononiæ apud S. Dominicum, in tumulo marmoreo candido & sumptuoso, cum imagine & subscriptione:

Alexandro Tartagno Imolensi, Legum verissimo ac fidissimo interpreti. Q. V. an. LIII. filij pientiss. P. Opt. B. M. pos. Obiit Anno. M. CCCC. LXXVII.

BARTHOLOMEVS Cæpolla Veronensis, docuit Patauij vnà cùm Alexandro, cuius concurrens fuit; cum quo etiam non paruam contentionẽ habuit. Cepolla enim ætate superior, Alexandrum præcedere volebat: hic annis inferior, eruditione tamẽ Bartholomæo superior, minimè sibi cedendum putabat. Scripta Cepollæ nota sunt. Mortuus est anno 1477.

MARIANVS Socinus Senensis, Bartholomei pater, vir summæ eruditionis. Alexander vocat eum doctorem immortalem: multa in Iure edidit.

PETRVS Philippus Corneus, ex nobili apud Perusinos familia ortus, audiuit Ioãnem Petrucium Perusinum, cuius deinde filiam in vxorem duxit. Perusij primùm Ius profiteri cœpit. Cumque celebritatem consequeretur maximam, Ferrariam euocatus est: deinde Pisas concessit. vltimò in patriam rediit, vbi non modò docendo, sed consulendo & patrocinando maximus factus & habitus est. Docuit annos quinquaginta, reliquit Comment. in Codicem, & quatuor volumina Consiliorum. Mortuus est anno ætatis 77. vir per omnem ætatem laborioſissimus & studioſissimus.

MARTINVS Laudensis, sapiens & prudens vir habitus, docuit Papiæ & Senis: scripsit Commẽtarium ad Feuda, tractatũ de Bello & duello, de Cardinalib. de Dignitate, de Moneta, de Priuilegio fisci, de priuilegio Rescripti, de Principibus, de Consiliariis & legatis principum, de Officialib. dominorum, de Legitimatione spuriorum, de Præscriptionibus.

IACOBVS de Puteo, scripsit Disputationem in materia monetæ.

BENEDICTVS Capra Perusinus, scripsit super Decretalib. & extant eius Consilia.

LANFRANCVS de Oriano, scripsit Repetitiones plurimas, nẽpe in c. quoniam contra, ext. de probat. & in Clem. dispendiosam, de iudiciis. & in c. Raynutius. ext. de testamentis. & in l. admonendi. D. de iureiurando. & in l. centurio. D. de vulgari & pupillari. item tractatum de Interpretatione statutorum, de Causſa possessionis & proprietatis.

LAVRENTIVS Calcaneus Brixiensis: circumferuntur eius Consilia.

FRANCISCVS DE ACCOLTIS, ARETINVS.

Edidit Commentarios ad Ius Ciuile & Canonicum. Scripsit seorsim de Differentia inter sententiam interlocutoriã & definitiuam: item Consilia. Habitus est Iurecõsultorum princeps, attestante Iasone in l. 2. D. de Iurisd. om. iud. Alexandro superiorem eum fuisse ingenio, tradit Iason in l. ad diem. D. de verb. obliga. Præter iuris cognitionem, Græci Latiniq; sermonis peritissimus fuit. Vertit in Plutarcho vitas aliquot. Scripsit de thermis Puteolis a se repertis. Eruditioni insigni castitatẽ adiunxit: quæ res effecit, vt in admiratione apud omnes esset, in primisq; coleretur. Nimia parsimonia laborasse dicitur.

IOANNES Maria Riminaldus, Ferrariensis, auditor Alexandri, docuit magna cum laude in patria. Appellat eum Alexander discipulum acutissimum, & clarissimum doctorem; Cons. 127. libro primo.

NICOLAVS Boerius, ex Monte Pessulo oriundus, floruit tempore Ludouici 12. regis Gallorum. Vita eius luculenta oratione descripta extat.

ANDREAS Siculus, vulgò Barbatia, audiuit Ioãnẽ de Imola. Senex Bononiæ iura profiteri cœpit. Nimio disputãdi studio cõmunẽ receptamq; opinionẽ cõuellere semper, & euertere conatus est: verùm ꝓ ingenij acumine, deliri senis nomen sibi attraxit. Sepultus est Bononiæ apud S. Petronium, cum inscriptione:

Andreæ Barbatiæ Siculo, maximo vtriusq; Iuris monarchæ, Equiti aurato, hic molliter agenti, suau. coniunx D. Margaritha de Pepulis, & pia in parentem proles, hoc S. opus, B. M. F.

Floruerunt circa hæc tẽpora multi alii: nempe Anno Christi

1480 Antonius Rosellus, & Iacobus Ardizonus.
1482 Franciscus Curtius senior.
Iacobinus de S. Georgio
Claudius ab Aquis.
1485 Hieronymus Tortus.
1487 Claudius Seisellus.
Antonius Corsettus.
Ioãnes Baptista Rosellus.
1489 Ioannes Campegius.
1490 Comes Aluarottus.
1492 Ioannes Sadoletus, pater Iac. Sadoleti theologi.
1493 Bulgarus Bulgarini N.
M. Antonius Bauerius.
1494 Ioan. Georg. Branditius.

LANCELLOTVS Decius, Philippi frater, vir ob integritatẽ laudatus. Obiit Papiæ. Epitaphium eius legitur tale:

Hic iacet Lancellotus
Decius, in Ticinensi gymnasio interpres.

1498 BARTHOLOMAEVS Socinus.

1499 LVDOVICVS Bologninus, sepultus est Bononiæ apud S. Dominicum, cum inscriptione tali:

Omnia mea mecum porto, vix sola fama remanet.

Ibidem:

Reliquum Ludouici Bolognini.
Ibidem supra portam sacrarii: L. L.
Soli Deo honor & gloria.
D. O. M.

Ludouico Bolognino Iurisconsulto ac Eq. qui cum Bononiæ Ferrariæq; Iura interpretatus, & ab Innocentio VIII. Põt. Carolo Gal. VIII. Reg. Ludouico Mar. S. Fort. Insubr. Duce ad respondendum sibi de Iure ascitus, Florentiçq; litibus iudicandis V. vir & pract. fuisset, ab Alexandro VI. Pont. Senat. Roman. def. & à Iulio Pont. XL. viratum adeptus, ab eoq. legatus ad Ludouicum Franc. XII. Reg. Romam legationem retulisset, Bonon. rediens Anno LXI. æt. M. DVIII. Florentiæ obiit:

Bartholomæus Eq. & Senat. Bonon. F. patri Ioan. Mar. Eq. patruo F. CC. M. D. LIII.

AB ANNO M. D. VSQVE AD nostra tempora.

Hoc seculo nostro multi præstantes viri, prioribus iuris quidẽ peritia pares, in reliquarũ verò disciplinarũ & linguarũ cognitione lõgè superiores fuere. Etsi aũt is eorũ est numerus, vt integrũ ferè volumen enumeratione horũ expleri possit: volui tñ breuitati studere, & è plurimis præcipuos maximè & celebres referre.

FELI.

Source : BIU Cujas

FELINVS SANDAEVS.

Oriundus fuit ex nobiliſſima Sandæorum apud Ferrarienſes familia. Docuit initio Piſis, vbi cõcurrentem habuit Philippum Decium: deinde ob inſignẽ iuris vtriuſq; peritiam ab Sixto IIII. Pont. max. Romã accitus, & Rotę iudicio pręfectus, demum Epiſcopus Lucenſis factus eſt. Scripta eius extant.

PHILIPPVS DECIVS.

Patria Mediolanenſis: patrem habuit Triſtanum de Dexio. Agens annum decimum & ſeptimum, miſſus eſt Ticinum ad fratrem Lancellottum, vt ſub eo iura diſceret. Audiuit igitur tum Iaſonem, qui Inſtitutiones profitebatur: & Ioãnem Puteum ordinarium. Tanta autem in iuuenili ætate ingenij vis in eo effulſit, vt diſputando dubios ſæpiſſimè pręceptores redderet. deinde fratrem Lancellottum, qui a Florentinis Piſas euocabatur, ſequutus eſt: vbi audiuit Baldum Nouellum, Philippum Corneũ, Bartholomęum Socinum, Hieronymum Zanetinum, Puccium de Puccis. Quinto ſui ſtudii anno, ętatis verò 22. Doctoratus inſignia accepit: tum quoq; Inſtitutionum prælectio ei demandata eſt. Cõcurrentem habuit Franciſcum Soderinum, qui poſtea epiſcopus Volaterranus, & demum Cardinalis effectus eſt. Quia verò in Decio ſingulare erat ingenii acumen, inſignis in dicẽdo & promptitudo & ſuauitas, facilè reliquos ſuperabat: aderat enim illi ſingularis quędam energia, & in vultu decor, vt eadem illa alio dicẽte minus lepida viderentur: eò vſq; etiam, vt idiotas homines ad ſui ſpectaculum, quoties diſputaturus eſſet cum concurrẽtib. prouocaret. Præterea tãtam in dicteriis habuit gratiam, vt a ſtudioſis excipi & circumferri ſint ſolita. Quæ quidem res effecit, vt apud auditores exiſtimatione creſceret, doctorum verò aliorum in ſe cõcitaret animos. Nam Bartholomęus Socinus, cum videret Decij authoritatem in dies augeri, non ſolùm concurrentem Philippũ habere recuſauit: ſed vt vel ſe, vel Philippum dimitterent, poſtulauit. Inde factum eſt, vt dum vtrumq; dimittere nollent, Decio Pontificii iuris profeſſionem iniungerent, Socino verò priorem relinquerent. Denuò in Pontificij iuris interpretatione cùm Felynũ concurrentẽ haberet, noua ſimultas inter vtrumq; orta eſt. Felynus enim iuris Pontificii peritiſſimus, Decium ea in re ſuperabat. Decius verò in iure Ciuili exercitatior, Felyno quoq; longè ſuperior erat. Certabant igitur indies pro retinenda authoritate, & frequentia auditorum. Verum Decius, qui Felynum eloquentia, ingenii acumine & humanitate antecedebat, breui effecit, vt Felynus ipſi poſterior haberetur. Qua in re Socini conſiliũ euertit, qui exiſtimabat Deciũ nõ ita bene in iure Canonico verſatum, opprimi poſſe, ſi cum Felyno in eodem docendi munere cõſtitueretur. Felynus itaq; ægrè ferens ſibi Deciũ anteponi, Romam ſe contulit: deq; Decii acrimonia conqueſtus, tantum effecit, vt Decius docẽdi munere ſe abdicare cogeretur. Obtulit itaque operã ſuã Senẽſibus: a quibus libentiſſimè exceptus eſt, ęgrè ferentibus id pleriſq; Piſanis. Paulò pòſt, re Senenſi perturbata, Piſas reuocatus, ius Põtificium profeſſus eſt. Verebãtur enim Piſani, ne Decius, ſi cum Iaſone in iuris Ciuilis interpretatione cõcurreret, nouas in Schola pturbationes excitaret: & euitabat quoq; vterq; eam concurrentiam, ꝙ eandẽ patria oriundi, & amicitia haud vulgari inter ſe deuincti erant. Deinde cùm in celeberrimis Italiæ Academiis ad triginta annos Iuris profeſſionem ſuſtinuiſſet, in Galliã exul profugere coactus eſt, non modo a crimine, ſed ſuſpicione quoq; vacuus: quemadmodũ ipſe conqueritur in Cõſiliorum ſuorum dedicatione, ſe egenũ, inopem, a patria eiectũ, fortunis omnibus abſq; ſua culpa ſpoliatum, præter ſpem (vnicũ miſerorum ſolatiũ) nihil habere. Hæc autem perpeſſus eſt anno 1498. Inde multum iactatus, meliori vti fortuna cœpit. Reuocatus itaq; a Florẽtinis Piſas, priſtinam autoritatem ſplendoremq; conſequutus eſt. Poſtremò Senis docuit. Profeſſionem autẽ Iuris vtriuſq; ad ſexagintaquinq; annos ſuſtinuit. Vita functus eſt anno Chriſti 1535. 12. die menſis Octobris: & Piſis mortuus, ad monumentum, quod ſibi viuus ad ſolatium vtriuſq; fortunæ fieri fecerat, tranſlatus, vbi Epitaphium eius legitur:

Philippus Decius, ſiue de Dexio, Mediolanenſis, Iuriſconſultus, celebri fama notiſſimus: cùm primum locum ſtudii in iure Canonico vel Ciuili tenuiſſet Piſis, Senis, Florentię, Paduę, Papiæ, demum vltra montes in Gallia, reuocatus in Italiam ab excelſa Florẽtinorum Rep. poſteaq; ſtipendium mille quingentorum aureorum in auro pro lectura conſequutus fuiſſet, de morte cogitans, hoc ſepulchrum ſibi fabricari curauit: ne poſteris ſuis crederet.

IASON.

IASON, ex celebri Maynorum familia apud Mediolanẽſes oriundus, in iuuentute diſſolutius vixit. Refert Iouius, cùm Iuris ciuilis libros in pgameno elegãter deſcriptos, ludo in taberna p. didiſſe. Deinde priores mores relinquens, tanta diligentia & ſedulitate Iuri operã dedit, vt omnes coętaneos ſuos ſuperaret lõgè, & antecederet. Peruenit enim ad eam Iuris peritiam, ad quãtum pauci, aut nulli. Pręceptorem habuit Alexandrũ, & Hieronymũ de Tortis, a quo multa mutuatus eſſe dicitur. Docuit Piſis, dein Ticini. Vſus autem eſt docendi genere facili & perſpicuo. Textũ & gloſſas diligenter explicat. Concluſiones colligit: eas vel extẽdit ac producit, vel reſtringit & declarat. Mortuus eſt Ticini, anno 1519. 12. cal. Maij. Vitam eius eleganti oratione deſcripſit quidam Genuenſis. Epitaphium eius legitur tale:

Hic requieſcit Iaſon Maynus, quiſquis ille fuit.

Et aliud Epitaphium:

Quis iacet hoc hoſpes tumulo? Quis? Sumus Iaſon.
Illene Pryxeæ vellere diues ouis?
Clarior hic illo longè eſt. Quiſnam oro? Maynus,
Excellens Iuris gloria Cæſarei.
Non fuit hoc quiſquam Iuris conſultior alter,
Qui extinctum poſſet reddere ius melius.
Sed tamen hoc ſummi vetuit mens dia Parentis,
Cæſaribus cudiens vſq; fauere ſuis.
Te audijt, ò nimium fœlix, qui Iura legentem,
Damnantemq; acri plurima iudicio.
Nec tamen infœlix, tua qui monumenta reuoluit',
Et memori condit lecta, tenetq; ſinu.
Et quanquam obloqueris plebs inuida, ſolus Iaſon
Hic legum modos difficiles ſoluit.
Amborum ſic fama omnem vulgata per orbem:
Ille nitens belli laude, ſed iſte togæ.

SALAMONIVS.

Marius Salamonius, eques Romanus, eodẽ tempore floruit: adminiſtrauit initiò Campaniã. Deinde Romam reuerſus, ius nõ ſine ſumma ingenii eruditionisq; laude pfiteri cœpit: inde in collegium aduocatorum conſiſtorii Pontificialis aſcitus fuit. tandẽ ſenio confectus, ad ociũ ſe contulit. Et inſtituto ad Pandectas cõmentario, vix primum librum, morte præuentus, abſoluit.

LANCELLOTVS Politus, Senenſis, docuit in patria. Floruit anno 1512.

IOANNES Crottus Monteferratenſis, docuit Bononiæ & Piſis. Iuueris mortuus eſt Floruit anno Chriſti 1513. Sepultus eſt Bononiæ. Epitaphium apud S. Dominicum extat:

D. O. M.

Ioanni Crotto Monferrato, Pont. Cæſ. q. iuris monarchæ, qui diu Bononię floruit, in vtraq; palæſtra. inde Piſas euocatus, deſerti iampridẽ gymnaſij inſtaurator, fato conceſſit. Magdalena Landa viri B.M. oſſa referens, ære proprio hoc monumentum faciundum curauit.

ROCHVS Curtius Papienſis, in patria iuris Pontificii profeſſionem ſuſtinuit. floruit Anno 1515.

PETRVS Paulus Pariſius, Coſentinus, docuit initiò Romæ, Patauij & Bononiæ: deinde Romã vocatus, auditor camerę Apoſtolicę factus eſt. Extãt eius ſcripta & Cõſilia. Floruit anno 1518.

LVDOVICVS Gomeſius Hiſpanus, docuit Patauii. Romam profectus, auditor Cameræ declaratus eſt, anno 1518. dignitateq; Archiepiſcopatus Sarnenſis auctus, deceſſis non ita multo poſt, iuuenis adhuc, è viuis.

FERDINANDVS Loazes Hiſpanus, docuit Papiæ. Floruit eodem tempore.

IOANNES Franciſcus de Ripa, Papienſis, docuit in patria, Valẽtię in Delphinatu, & Auenioni: multa in vtroq; iure ſcripſit. Floruit anno 1519. Papiæ mortuꝰ eſt, & ſepulchro addita inſcriptio:

Io. Franc. de Sancto Nazario, a Ripa, Iureconſ. primi nominis, Senatori Ducis, Com. Pal. Helena Gentilis vxor, & ſex liberi P.

ROBERTVS Marãta, docuit Salerni in Sicilia. floruit an. 1519.

LANCELLOTTVS Galliaula Papienſis, docuit in patria, & Valentiæ in Delphinatu. Floruit 1519.

CAROLVS Ruinus, Regiẽſis, docuit Patauii & Bononiæ. Floruit anno 1525. Mortuus eſt anno 1530.

HIPPOLYTVS de Marſiliis, Bononienſi, docuit in patria. Eam aũt Iuris partẽ tractauit, quę circa crimina verſatur. Floruit 1524.

FRANCISCVS Niconitius, Nigrocercyręus, primùm Referẽdarius Apoſtolicus, deinde Secretarius regis Polonię factus eſt. Poſtea Romã ſe ꝙtulit, & ſcriptioni vacauit. Floruit anno 1526.

LVDOVICVS Gozadinus, Bononienſis, docuit in patria. Floruit 1530.

FRANCISCINVS Curtius, Papienſis, fuit conſiliarius Franciſci Galliarũ regis. Poſt relicta aula, ad docendũ ſe contulit: profeſſus eſt itaq; ius primum in patria, deinde Patauii. Floruit 1531.

GVILELMVS Budæus, Pariſienſis, apud Frãciſcum Gall. regẽ magiſter libellorum ſupplicũ fuit: vir in Greco Latinoq; ſermone cum veteribus Gręcis Latiniſq; conferendus. Scripſit Cõmentarios ad Pandectas, & librum de Aſſe: item Cõmentarios linguę Gręcæ, & alia. Mortuus eſt Pariſiis febre, & ignobili ſepulchro conditus. Epitaphium:

Gulielmi Budęi, qui LXXIII. anno ex febre periit, quũ longinquum & æſtuoſum iter ad Armoricum Oceanum concepiſſet, non multo poſt quàm Carolus V. per mediã Galliam ex Hiſpania in Belgas profectus eſt: Teſtamento omnes funeris honores abdicauit.

Budęus columen decusq; Graium:
Budæus Latiæ corona linguę:
Budęus dubij lucerna iuris:

Source : BIU Cujas

Budęus pater elęgantiarum,
Et fons totius eruditionis:
Budęus patriæ iubar coruscum:
Regis delicium tui, suęq;
Tempestatis honos, lepor, voluptas,
Hic terræ exuuias reliquit, orbi
Famam, astris animam. Viator ito.

Vita eius eleganter descripta extat.

IOANNES Antonius Rubeus, Alexandrinus, Comes ac supremi consilij Ducis Sabaudiæ Senator, Franciscini exemplo aulam reliquit, & ad docendum se contulit. Profiteri itaq; cœpit Ticini, deinde Valentiæ, tum Taurini, postremò Patauij multa scripsit: functus est vita Anno 1544. Epitaphiũ & imago videtur Patauij apud S. Ioan.

Io. Antonio Rubeo, patricio Alexandrino, supremi Senatus Sabaudiæ Senatori, Equiti, Comitiq; Cæsareo, optimo & viro & Iurecons. & in profitendo iure Ticini primũ deinde Valentiæ, tum Taurini, postremò Patauij primum locum summa cum gloria consecuto: Margarita vxor, & mœstiss. filij posuere. Vix. an. lu. men. III. dies XVI. obijt anno M. D. XLIIII. XVII. Cal. Aprilis.

MARCVS Blancus Patauinus, floruit anno 1545. Extãt eius criminalia. in patria vita functus, & apud Eremitanos sepulturæ traditus recubat, cum inscriptione:

Marco Antonio Blanco I. V. D. Patauino. vixit annos L. obiit die VIII. Octob. M. D. XLVIII.

AEMILIVS Ferretrus, Anconitanus, eloquẽtiane plus an iure potuerit, dubitatur. insignẽ tñ in Iuris prudẽtia eruditionis laudem consequutus est. Scripta eius, quæ extant, quid præstiterit ostendunt. Forcatulus hoc Epitaphio eum celebrat.

Aemilius multis è milibus interit vnus,
Quem superesse suo fata vident cineri.
Flent Musæ & leges. Diuis si flere liceret,
Sidera iam lachrimis permaduisse putem.

ANDREAS Alciatus Mediolanẽsis, docuit primũ Biturigib. deinde Ticinum vocatus est. Hic omnium primus iuris prudẽtiã, nimiis disputationib. & barbaro dicendi gñe inuolutam, pristino nitori restituere, & ad veros fontes reuocare conatus est. Quod quidẽ facere haud difficulter potuit, cũ Græci & Latini sermonis ad admirationem peritissimus esset. fuit solus inter interpretes Iuris doctissimus, & inter doctissimos iureconsultissimus. Mortuus est Papiæ, anno 1548. & in D. Epiphanij templo sepultus.

AVGVSTINVS Berous, Bononiensis, iuris Pontificij (quod in patria, dum vixit, professus est) peritissimus nostra ętate, scripta eius in apertos sunt. floruit 1550.

LVDOVICVS Catus, Ferrariẽsis: si a addas cognomini, & aĩ u mutes, rectè de viro iudicabis. Opposuit se Alcia. floruit an. 1550.

FRANCISCVS Duarenus, præceptor meus, præterquam ꝙ eloquentia, dicendiq; genere suaui & facili omnes sui tpis Iureconsultos superauit, docendi ratione maximè antecessit. Primus enim diu ante methodicam docẽdi rationem non obseruatam, iterum reuocauit, restituitque. Vita ei prærepta est immaturè, iis causam mortis dantibus quos seruarat. Mortuus est anno 1559. & prope Baronem sepultus.

AEGVINARIVS Baro, ex Britannia Galliæ oriundus, nõ tantum iuris, verùm linguarum totiusq; philosophiæ cognitione & peritia excelluit. Docuit Andegaui, Pictauij, postremo Biturigib. vbi vita functus est, & sepultus in ęde D. Hippolyti.

Euinario Baroni Leonensi Iurecons. clariss. Doctori iuris ciuilis in schola Biturig. & Iurisprudentię veteris instauratori, qui superstite vxore & liberis obiit, XI. Cal. Septẽb. an. M. D. L. cũ vixisset annos circiter LV. Franciscus Duarenus collega, pietatis & officij causa posuit.

HIERONYMVS Cagnolus, Vercellensis, Ducis Sabaudię Senator, eques & Iureconsultus: docuit primùm Taurini, dein Patauij: vbi vitam quoq; finiit, nondum egressus annum quinquagesimum nonum. Terræ corpus eius mandatum in ęde D. Francisci, cum inscriptione:

Hieronymo Cagnolo Vercellensi, viro opt. & in Iuris ciuilis scientia inter nostræ ętatis Doct. eminentiss. & propterea Taurini primùm, deinde Patauij, maiori stipendio, quàm quisquam alius ius Ciuile magna cũ laude, atq; omnium admiratione professo, nobil. genere, Illustris. Ducis Sabaudiæ munere, Senatoria & equestri dignitate perfuncto, filij summa erga talem patrẽ pietate, hoc monumẽtũ posuerunt. Vix. anno LIX. Obiit Cal. Feb. M. D. LI.

In Germania multi quoq; pstantes viri in Iuris cognitione extitere: qui non tm scriptis memoriam desideriumq; sui nobis reliquerunt, verũ de administratione Reipub. benemeriti sunt: quare ex omnibus rebus humanis nihil est prędaris, aut prestantius. Ex multis autem hi prędipue celebritatem adsequuti sunt.

HENNINGVS Goeden Hauelspurgensis, canonicus Viteber gensis. Docuit Vitebergę. Floruit sub initium repurgatę doctrinę cœlestis. Extant eius Consilia.

EVERHARDVS de Midelburgo, vir nõ modò multifariæ lectionis, sed magni insuper iudicij: ꝙ eius Topica comprobant.

IOANNES Appelius, in humaniorib. literis apprimè versatus.

VDALRICHVS Zasius, natus est Constantię, parentibus honestis. Prouectiori ętate iuri operam nauare cœpit: eosque progressus fecit, vt primas inter Iureconsultos Germanos partes obtinuerit. Commentaria eius ad Iusciuile doctissimis quibusq; Iureconsultis in manu versantur. Mortuus est Friburgi Brisgoiæ, & ibi sepultus. Reliqua ex Epitaphio constant.

Huldricho Zasio Iurecons. suorũ tpum toto orbe celeberr. huius Academię ornamẽto singulari, & Reip. Friburgensi in restaurãdo Iure municipali iam olim strenuã operam nauanti, aliisq; multis nominibus de se bene merito, Magistratus officij memor fieri iussit. Concessit naturę anno Salutis M. D. XXXV. VIII. Cal. Decembris.

Scripsit Erasmus ad tumulum illius, tale Epitaphium:

Siccine mors crudelis & inuida, prędipis orbi
Vlrichum Zasium, decus admirabile Iuris,
Cæsarei simul & sacri? (pauciss ima dixi)
Imò doctrinæ totius, & artis honestæ
Thesaurum, ac mundum locupletem? cuius ab ore
Manabat sermo vel melle suauior omni
Quid nunc collaudem summum pietatis amorem,
Et mente in cœlo dignam? quo iam illa soluta
Corporis inuolucris fruitur sine fine beata?
Quod superest, te compello studiosa iuuentus,
Tandem pone modum lachrymis, iustoq; dolori.
Vocis adempta tibi Zasianæ copia: verùm
Extant ingenij monumenta perennia. Quæ si
Assidue manibusq; teras, oculisq; frequentes,
Spirat in his loquiturq; viri pars optima semper.

ANDREAS ab Exea Valentinus, scripsit de Pact. in ti. de Constit. extra & in tit. de Iurisdict. in Pandect.

HIER. Schurfius de S. Gallo, docuit Vitebergæ. Exorto bello Germanico Frãcofurtum concessit. postquàm ibi aliquot annis legisset, vita functus est. Lecturæ eius non extant, Consilia verò typis mandata sunt.

GABRIEL Mudeus, ante paucos annos Louanij primarius professor, vir exquisitæ doctrinæ, acrisq; iudicij.

AYMON Crauetta à Sauiliano, scripsit Consilia, & vtilissimũ tractatum de Antiquitate temporis.

FRANCISCVS Connanus, magister libellorum supplicum, incœpit Commentarios ad ius Ciuile scribere: & morte prędentũs, opus imperfectum reliquit.

ANNAS Burgius, ordinarius Aurelianẽsis, deinde Cõsiliarius regius factus, ob religionẽ, quam constantissime ad mortem cõfessus est, Parisijs in ꝓfesto natiuitatis Christi anno 1559. exuritur.

ANDREAS Tyraquellus, vir tantæ & tã varię lectionis, quantæ ęuo superiori, nec nostra ætate vllus. *Si ipsi soli multiplicem hanc, variamq; lectionem in omnium disciplinarum autoribus tribuas, impossibile fere fuisse homini, tantum legisse, dixeris. Si aliorum auxilio, iudicium miraberis.*

CONCLVSIO.

Hi fere ab initio restituti Iuris Ciuilis per Lothariũ Saxonem, celebres clariq; extitere: nostra verò ętate multi non iuris tñ, sed ẽt linguarum, omniumq; disciplinarum peritissimi, doctissimiq; viri clarent. Habet Gallia Frãciscum Balduinum, Hugonem Perrerium, Fernãdum Berengarium, Matthęum Grybaldum, Petrũ Loriottum, Carolum Sapientem, Antonium Goueanum, viros ętate graues: Iacobum Cuiacium Hugonem Donnellum, Franciscũ Hotomanum, Antonium Brissonium, Stephanum Forcatulum, Hugonem Saportan, Roaldesium, Ruellium Pictauiens. Ioannem Robertum, Antonium Vsillum, Anton. Contium, Renardum, Ludouicum Charondam, Adrianum Pulueum, Ioannẽ Ramum, Foquelinum, Fournerium, Ioannem Tauardum.

Habet & Hispania Didacum Couarruuias, Arium Pinellũ, Petrum Duemnas, Antonium Augustinum, Fernandum L. Pincianũ. Ex Italis nostra ętate, vel paulo ante, si qui fortassis breui excesserunt viuis, clarent: Patauij, M. Mantua, Tiberius Decianus, Guidus Pancirola: Ferrariæ Ronchigallus, Hippolytus Riminaldus: Florentię, Taurellus pater & filius: Papiæ, Hieronymus Torniellus: Brixiæ, Gabriel Catianus: Bononiæ, Nicolaus Armius, Gabriel Paleotus, Marianus Socinus iunior, Bouius, Vezius, Angelelus, Sãcto Georgius, Ianus Pappius: Romæ, Gallesius Massa, Syluester Aldobrandinus, Hieronymus de Monte Brabantia Ioannem Beckium, Petrum Ramum, celebres habet.

Florent in Germania, Hopperus, Viglius Zuichemius, Vdal. Mordysi?, Cracouius, Melchior Kling, Minsingerus, Vuuesenbecius, Amerpachius, Ludouicus Grempius, Ioan. Fichardus, Ioan. Oldẽdorpius, Nicol. Vigelius, Nicol. Cisnerus, Leopold. Dickius, Hieronym. Duacenus, Schraderus, ac multi alij: quorum nomina, dum à bibliotecha mea absum, mihi non occurrunt: quos rogatos volo, ne id ęgrè ferant. Oro aũt Deũ ęternũ patrẽ Dñi nostri IESV CHRISTI, vt oia honestarum artiũ studia conseruet: neq; barbariem aliquam, qualis nunc in Asia (q̃ olim opibus, eruditione, potentia floruit) est, inter nos exoriri patiatur.

IOAN

Source : BIU Cujas

IOANNIS CORASII IVRISCONSVLTI, REGIIQVE SENATORIS TOLOSAE, DE Iuris arte liber, quatuor partibus concluſus.

DE IVRE CIVILI, IN ARTEM REDIgendo. Caput I.



IVS vniuerſum populi Romani, in artis rationem, formamque redacturi, (quod ſe aliquando cogitaſſe M.Cicero, in L. Craſſi perſona ſcripſit: Cicero 1.de orator.) magnam profectò, & arduam rem molimur: dignam tamē, in qua elaboremus, vt hac fortaſſe via, Iuris ſtudioſis melius conſulatur, qui vel opinionum multitudine exterriti, vel pręceptorum difficultate conſternati, à Iuriſprudentia, omnium artium maxima, ac veluti regina, vel à limine nonnunquam facilè deterrentur, aut in ea conſtantes, parum promouent, immenſorum multipliciumq; commentariorum, euolutione onerati, quorum hodie magno noſtro malo, tanta eſt copia, vt eorum duntaxat nomenclaturam facere penè ſit infinitum. Inſtitutum meum ſcio, in deteriorem partem rapient inepti quidam, & leuiſſimi homines, nec literarū, nec nandi periti: qui ex ſuo ingenio alios diiudicantes, id nulla ratione fieri poſſe putant, adeoq; impudenter contendunt. Sed fremant omnes licet, à cœpto curſu non reuocabor ego. Fuerūt quondam omnia (vt M.Cicero ſcribit. 1. de orator.) diuulſa, diſperſa, & diſſipata, quæ nunc artibus concluſa ſunt, in Muſicis, numeri, voces, & modi: in Geometria, lineamenta, formæ, & magnitudines: in Aſtrologia, cœli conuerſio, ortus, obitus, motusq; ſyderum: in Grammaticis, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, & pronunciandi quidam ſonus. Plin. libr. 29.nat.hiſtor.cap.1. Hæc itaque cum arte diffuſa, & omnibus ignota, adhibita extrinſecus arte conglutinata poſtea fuerint, & ratione quadam conſtricta: non impoſſibile factu, cenſeri debet, Ius ipſum ciuile, diuulſum, ſparſum, & diſſolutum, in artis rationem, formamque reducere: quādo nihil ſit tam arduum, ac difficile, quod non ſtudio, ac induſtria perſtringi, explicarique poſſit. Medicam olim artem, ab Aeſculapio vtcunque adinuentam, aut vt alij malunt ab Apolline, Plin.lib.30.capit.1. Hypocrates inchoatam, & voce traditam expoliuit, ac in artem redegit. Mundi principia, cæli, ſyderumque motus, magicasque vanitates, Zoroaſtres Bactrianorum rex ordine deſcripſit: philoſophiam, tum naturalē, tum moralem (vnde ſuam noſtra Iuriſprudentia traxit originē, immo verò eius eſt potiſſima pars) Anaximander, Socrates, Plato, ac demum Ariſtoteles, aliique Philoſophi, artificiosè compactam poſteris tradiderunt. Denique nulla eſt ars, nulla ve diſciplina, tam vilis, tamque ſordida, quę non certa quadam ſerie, via, methodoque doceatur. Et ſi ſomniorum artem, (quibus nihil futilius) Antiphon, & Aſtyampſicus conſcripſerunt: ſi coquinandi iuris artem, (quo nihil fœdius) Panthalcō Mytheus compoſuit: alijq; poſt eum multi: Atheneus lib.Dipnoſoph.24.cap.21. nonne putare turpe foret, ſolam iuris ſcientiam, omnium artium nobiliſſimam, arte carere? per quam cęteræ omnes diſciplinæ augētur, fouentur, & defenduntur? Et de qua Quintum Scęuolam dixiſſe ferūt, nullius artis faciliorem ſibi videri cognitionem, quàm iuris. Cicero 1.de orator. Quòd ſi noſtræ ętatis homines, in pulcherrimo, facillimoq; iuris ſtudio, tam incomptè infeliciterque verſentur, minime mirum videri debet, cùm erudite quondam & ornate, ab antiquis Iureconſultis tradita iuriſprudentia, in obſcuram, confuſam, inconditam ac penè ridiculam barbariem inciderit. Opponent illi, maiores noſtros, qui tametſi ſummo ingenio, ſingularique doctrina, & experientia rerum incomparabili prędíti fuerint: nullus tamen eorum tentauit arte concludere, quę in iure noſtro ciuili diſperſa, diſſectaque leguntur, quod equidem ipſe non negauerim, quorum ſaltem ſcripta publicum acceperint. nam & Scæuolam Iureconſultum ſui temporis celeberrimum M.Cicero refert, eam artem non calluiſſe: alioque loco, Trebatium iuris ciuilis ſcientia prędcellentem, Topica, id eſt, maximam Dialectices partem ignoraſſe teſtatur, licèt eam artem in vno Seruio Sulpitio fuiſſe, idem Cicero auctor ſit, in Top. eāque Q.Mutium Scęuolam primoribus labris deguſtaſſe ex Pomponio colligamus. l.ſecunda. §.poſt chos. ff.de origi.iur. At cauſam fuiſſe puto, quòd vel rationem ordinis, & Methodi, artisq; ipſius capita, non probè cognita perſpectaque habentes, quò plura ſcire viderentur, quod in vno genere poſitum erat, in infinita plus ęquo ambitioſi, minutatim diſpertiebantur, vel foro obruti, maximisque occupationibus ſemper diſtenti ſint, ne otiū perpoliendis inuentis ſuis haberent. Hac cura, nos Deus Opt. Maximus liberauit: methodo verò, & docendi facilitate, non omnino caremus (iuuat enim & certè decet aduerſus ignorantes, liberè loqui, quantum cuique tribuendum ſit.) Quare non diffido, dum propicietur Chriſtus, à quo velut auctore bonorum omnium, & totius perfectionis fonte, quicquid in nobis eſt veræ cognitionis, proficiſcitur. Iacob. 1. Iuris prudentiā, genuina quadam ſimplicitate præſtantem, nunc verò ſordidis opinionum rixis fœdatam, & obſcuratam, ſuo nitori reſtituere, ac quadam artis forma veſtire, in diſciplinæque rationem conſtringere: quod ſi non omnino aſſequar, minimè tamē dubito, quin certiorem, expeditioremque diſcendi viam, omnibus legum ſtudioſis præſtem, atque adeo artis non vulgare aliquod ſimulacrum conſtituam. Magno profectò labore leuaremur, ſi vel Cæſar dictator, ex immenſa, diffuſaque legum copia, optima quæque & neceſſaria, in pauciſſimos, (vti deſtinarat,) contuliſſet libros. Sueton.in Cæſare. vel in hominum manibus, verſaretur libellus, *De iure ciuili in artem redigendo*, quem à M. Cicerone editum Aulus Gellius teſtis eſt. lib.noct. Attica.1. cap.22. Sed poſteaquam hoc tanto bono, nos priuauit temporis calamitas & iniuria: illius verò propoſitum, mors intempeſtiua pręuenit, conabimur ipſi ſtudioſæ iuuentuti opem ferre, cœptoque munere vtcunque defungi, eam deligendo viam, qua nobis viſum eſt, Iuris compendium artificiosè tradi, componique poſſe.

An Ius ciuile in artem redigi poſſit? Caput II.

AT vero ſunt, qui Ius ciuile, neque arte, neque certa methodo doceri, ſed fortunæ potius temeritate inter homines verſari, ac experientia quadam tantum modo cognoſci, comprehendique poſſe contendant. illa primùm ratione fulti, quòd Methodus, pręceptorum ſit vniuerſalium: Iuriſprudentia verò circa particularia tantum, & indiuidua verſetur: quæ cùm ſint numero infinita, iuſto aliquo ordine, aut certa ratione claudi non poſſunt. Rurſus quia nullus eſt methodi certus ordo, qui non à definitionibus, & diuiſionibus ducat initium: atqui diffinitionem omnem in iure ciuili periculoſam, vixque vllam eſſe, quæ non ſubuertatur, Vlpianus auctor eſt. l.omnis definitio. ff.de regulis iuris. Denique Ius ipſum, quo de agimus, non natura conſtare, ſed ſola opinione, & legislatorum auctoritate, vel ex eo liquere dicunt, quòd non idem ſit apud omnes, ſed alius alio populus, & ferè quiſque ſuo vtatur, vt nō iniuria Iulianus ſcriptum reliquerit: Omnium quæ à maioribus conſtituta ſunt, rationem reddi non poſſe. l. non omnium. ff. de legibus. Cui conſentire ſatis alicubi Plato videtur, cùm ait, Nullum vnquam hominem, lege quicquam ſancire, ſed fortunam ipſam, variosque rerum caſus, iura condere, eademque condita flectere, & variare. Plato 1. de Republ. Quod autem non ſemper vnum eſt & idem, aut perpetuò ſibi conſtans, ſed pro alterius captu, diuerſum, & variabile, certo ordine doceri, circunſcribique minime poteſt. Verùm hæc omnia valde prima fronte ſpecioſa, longe aliter ſe habent, ſiquidem vt primùm diluamus, iuriſprudentiam verius eſt, vniuerſalium quoque præceptionum, curam, & eam quidem maximam, habere ac de ijs quæ tractanda proponuntur, generatim aliquid primum dicere, & conſtituere, l.prima, ff. de origine iuris.l.prima. ff.ſi certum petatur. deinde hunc eſſe ordinem cuicunque ſcientiæ præſcriptum, non ignara, vt ab iis quæ vniuerſaliter tradita ſunt, ad ſingularia progreſſus fiat. §. his igitur.de iuſtit. & iure. ſuas illas præceptiones vniuerſales, (vt exemplis rem propoſitam illuſtret) ad caſus indiuiduos, & particularia hominum negocia, dicta, factaque, ſapienter accommodat. Cùm autem illi obiiciunt, definitionem omnem in iure ciuili plenam eſſe periculi, cùm omnis ordo doctrinæ, à definitionibus ad diuiſiones proficiſcatur, egregie profectò ſibi ipſi imponunt, ambiguitate nominis decepti: cùm apud citatum Vlpiani locum, dicta leg. omnis diffinitio. definitionis verbo, non deſignetur oratio illa, qua propria rei ſubſtantia, per genus, & differentias explicatur: ſed breuis, & circumſcripta quædam iuris ſententia, quam Iureconſulti regulam, Dialectici ſeu Theſem, ſeu poſitionem, & Medici Aphoriſmum nuncupant: vt titulus de diuerſis iuris regulis, cui Vlpiani lex ſubiicitur, oſtendit. l. Imperator. ff. de in diem addictione, & quod in ſimili Pomponius apud Marcellum ait, quando mora fieri intelligatur, diffinitionem eſſe difficilem. l.mora. ff.de vſuris. Neque putandum denique, opinione, aut ſola potentiorum auctoritate, (quod tamen nonnulli falsò contendunt) Ius ciuile conſtitutum: ſed potius à ſolidis, verisque naturæ principiis deductum, vt ſequenti capite pluribus euincam.

Naturane, an opinione Ius conſtet. Caput III.

EPicureorum vetus fuit ſententia, Ius ipſum, hoc eſt quid bonum, quid ęquum quid iuſtum ſit, & honeſtum, non ab ipſa natura, ſed ab hominum opinione, & vtilitare profecto, Cicer. 1. de legib. à quibus nō abhorrens apud Platonem Thraſymachus, nihil aliud ius eſſe dixit, q̄ quod potentiori placuit, aut populo

Source : BIU Cujas

vtile est: Plato. lib. 1. de Repub. ac proinde quodcunq; is qui plus posset, lege sua iuberet, aut vetaret, ius esse, & quidem solum ius repugnante pleruuq; natura. Vnde noster Vlpianus, de lege quadam manumissionem seruorum prohibente, verba faciens, *quod quidem, inquit, perquàm durum est, sed ita lex scripta est.* l. prospexit. ff. qui & à quibus. Illud quoque addunt, apud omnes non idem ius esse, non idem bonum, & æquum, sed alios aliud, & ferè quisque suum probare. Veluti Garamantes, nuptiarum exortes, passim cum fœminis degunt. Plin. lib. 5. cap. 8. nos legitimam maris & fœminæ coniunctionem, (quæ matrimonium dicitur) l. 2. §. Ius naturale ff. de iustit. & iure. duntaxat probamus. l. 1. ff. de ritu nupt. §. 1. de nupt. Derbicibus, & Massagetis, parentes, cognatos, propinquos, & quoscunq; senio confectos enecare, ac trucidatos, immaniter, prodigioseque deuorare fas est, existimantibus, rectius à se potius, quàm à vermibus absumi. Strab. lib. Geograph. Alex. Neapol. li. Genial. die 3. cap. 2. nos execrandam, eiusmodi impietatẽ, exquisito supplicij gẽre coercemus §. alia. de publ. iud. Lacedæmoniis furta, præsertim eduliorum, quo magis acuerentur ingenia, impunita fuere, nisi deprehensis, qui tum verberibus tum fame multabantur, quasi nimis negligenter furati essent, Strab. libro 15. nos dignis eos afficimus pœnis, atque adeo nõnunquam furca, laqueoq; vlciscimur. l. capitalium. §. famosus. ff. de pœnis. Et Athenienses, ex lege Draconis, tam seuerè quondam in fures animaduerterunt, vt eum qui olera, aut etiam bubulum. Exemplar Græcum legit ἢ ἀπώρων Plutarcho stercus, causa stercorandi surripuisset, capitis pœnam subiret. Cuiusmodi quoque pœnam in eum erat constituta, qui tantulam ex Plutarch. in Solone. alieno ficum sustuliisset, vnde Sycophantæ appellati, qui fures istiusmodi obseruarent, aut deferrent, & natum inde prouerbiale conuiciũ, *Sycophanta*, in calumniatores, & de quacũque, vel minima causa, litem mouentes. Denique apud Persas, ex rapto quondam vixere Cilices, Alexan. Neapol. lib. 4. cap. 1. quibus præterea ius fasque fuit, (si Laertio credimus,) matribus, filiabusque misceri, res sanè non horrenda modo, sed & odio, crudeliq́ue digna supplicio. Nomades olim communes habuerunt vxores, & filios. Cicer. libro 1. de legibus. Sunt & sexcenta alia istiusmodi rerum exẽpla, quæ percensere, & otiosum, & infinitum esset. Adhæc (inquiunt) videmus, in eadem Republica, aut ciuitates, leges ipsas frequẽter, ac perbreui tempore mutari, corrigi, & abrogari, cùm tamen cõstans sit, & æternum, semperq́ue idem, & vbique idem, quod ab ipsa natura proficiscitur. August. lib. 19. de Ciuit. Dei. cap. 21. exemplo, ignis est: qui apud omnes pereq́uè populos, & omni tempore, calidus est, & vrit, rerumq́ue bene olentium odor, qui ab omni euo gratus fuit cunctis mortalibus. Cæterùm hęc qualemqualem sucum habeant, non adeò tamen plausibilia videri debent, vt à Stoicorum sententia, dimoueamur, qui non ab hominũ opinione, sed à naturę decreto, ius constitutum esse, rectissimè cẽsuerunt, Cicer. 1. de legibus. August. vbi supra. quorum iudicio, pluribus subscribit M. Cicero. illud adiiciens, omnium quæ in hominum doctorum disputatione versantur, nihil esse præstabilius, q̃ plane intelligi, nos ad iustitiam esse natos, neq; ab opinione, sed à natura ius defluxisse, Cicer. 1 de legibus cui rei satis argumenti præstat, q̃ homines nullis artibus edocti, sed solo instinctu quem eis indidit natura, rationis sunt participes (qua vna re maximè belluis præstare dicimur) cui autem rationem natura dedit, eidem inquit M. Cicero, & rectam rationem contulit, ergo & legem, cũ lex nihil aliud sit, quàm recta, & à numine Deorum tracta ratio præcipiens honesta, & vetãs contraria, omnibus igitur ratio, omnibus lex, & omnibus ius à natura datum est. Cicc. 1. Philipp. & 2. de legibus. Iam verò stultissimum est, vt ille idem M. Cicero scribit, illud existimare, omnia esse iusta, quę sita sunt in populorum institutis, aut etiam legibus. An si quę leges essent Tyrannorum, si triginta illi, Athenis leges imponere voluissent, aut si omnes Athenienses delectarentur Tyrannicis legibus, num idcirco, hæ leges iustę haberentur? Quorum sane iudicio, Opilius Macrinus Imperator, ac Iurisconsultissimus, rectissime proposuisse videretur. Cum omnes veterum principum constitutiones, ac placita abolere statuerat: vt vero iure, non scriptura viueretur: nefas esse dictitans, quorumuis principium, ac plerũque imperitorum, aut etiam improborum hominum voluntates, pro legibus haberi, easdemq́ue, vnius causę gratia (quę Traiani quoque Cęsaris, querela fuit) nonnunquam compositas, ad alia facta, nunquam non dissimilia tradúcere. Quod autem ex variis, & incertis populorũ institutis, aduersarij proponunt, honestum, bonũ, & iustum, aliis aliud, & quandoque contrarium videri, facile tollitur, si consideremus, legislatores omnes, tametsi non idem statuant, eodem tamen omnes spectare, nimirum vt Reipublicę commodis consulant, æquitatem inter ciues suos constituant eosdemq́; contineãt in honesto officio societatis humanę, quod ipsum M. Cicero sapienter ostendit, cum docet omnes leges ad commodum Reipublicę referendas. Ea enim virtute, & sapientia, inquit, maiores nostri fuerunt, vt in legibus scribendis, nihil aliud sibi, quàm ciuium salutem, & vtilitatem Reipublicæ proponerent. Cicero. 1. de Inuentio. Vt autem prudentes, & eruditi medici, non eadem omnibus ęgrotis, sed aliis aliud, atque adeo contraria plerunque pharmaca applicant, sic sapientes legum conditores, debent leges ipsas, ad vsus, & mores hominum, (qui varij sunt & incerti) adaptare, & accommodare, personarum, causę, loci, temporisq; semper habita ratione, l. Pomponius. 2. ff. de nego. gest. l. nonnunquam. ff. de iudic. leg. Pedius. ff. de incendio. leg. aut facta. ff. de pœnis. quarum rerum necessitas persępe iustam mutandæ legis occasionem prębet. l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de Iureiuran. nam si nullo iudicio, nulloq́ue rerũm, personarum, locorum, & temporum habito delectu, actiones humanę, cum publicę, tum priuatę, à nobis suscipiantur, acri certè, dignaq́ue reprehensione carere non possunt. Ius ergo, & id quod iustum est per se quidem, & suapte natura constans, perpetuum, atque vnum est, neq; propterea quòd diuersum, diuersis populis, aut temporibus statuatur Ius opinione constitutum censeri debet: cùm vna eademq́ue sit legislatorum omnium mens: quorum tamen prębcepta, pro varietate locorum, aut rerum circunstantiis, mutari varieque institui conuenit. cap. non debet. de consangui. & affin. Neque enim Cleonis, apud Thucydidem, probamus sentẽtiam, qui melius agi cum Republica, aut ciuitate dicebat, quę malis legibus, dummodo constanter vtatur: quam cum ea, quæ bonis, sed inconstanter. Prętera non satis est signi, Ius sola hominum opinione constitutum, quod Iulianus dixerat, rationem omnium proferri non posse, quę maiores nostri constituerunt. l. non omnium. ff. de legibus. Neque enim negat Iureconsultus, quin omnia rationem habeant: alioqui non modo legis nomine indigna essent, sed veluti inepta, & ridicula reiici Platonisq; familię adscribi deberent, l. Domitius ff. de testam cùm extirpari oporteat, quę ratione carent. cap. cor episcopi 68. distin. sed illud docet, non esse cuiusuis, de vnaquaq; legis sententia, arcanam & latentem rationem assequi, quo intelligamus, nos in perscrutandis legum causis, nõ plus ęquo solicitos anxiosq́ue esse oportere, alioqui inquit Neratius, multa ex his, quę certa sunt, subuertẽtur: l. & idem. ff. de legibus. sed legis prescriptum, quasi sacrosanctam Dei vocem & prœceptum, (inquit diuinus ille Plato) religiosè obseruare: Plato in Gorgia. vnde lucem quoque accipiunt Vlpiani verba, cùm ait, *quod quidem per quàm durum est, sed ita lex est scripta*, l. prospexit. ff. Qui & à qui. Neque enim ratione, illa lex carebat, sed quoniam non omnibus perspecta, cognitaque erat, perquàm dura constitutio, plerisque videbatur. Cuiusmodi disceptatio, velut à nostro proposito qui breuitatem affectamus aliena, in commodiorem locum excutienda reiicitur. (Dicam infra hoc eodem libello. parte 4. capi. 6.) Statuimus igitur Ius ciuile in artem redigi posse, sed qua via, quaq́ue methodo, id fieri queat, operosum profectò, & difficile esset, nisi ex aliis disciplinis, quę magna arte cõscriptę, traditæq́ue leguntur, bonam ingenij, industriæq́; nostrę partem mutuaremur. Quod ipse me effecturum spondeo, vel potius in me recipio, dum & aliqua de ratione studij prębari liceat, in eorum gratiam, qui ad perfectum eruditionis gradum, in ciuili sapientia, quam ocissime peruenire contendũt.

Quòd vera religione instructum esse oporteat Iuris candidatum. Cap. IIII.

QVoniam igitur, lex omnis, vt Demosthenes contra Aristogitonem dicebat, l. secunda. ff. de legibus. inuentum est, ac quoddam Dei munus, estq́ue Iuris prudentia, non humanarum modo rerum, sed etiam diuinarum notitia, l. iustitia. §. fina. ff. de iustit. & iur. §. iurisprudentia. eodem tit. in Instit. Optauerim cum primis, eum qui iuri operam nauaturus est, Dei Opt. Maxi. (per quem omnia facta sunt, Gene. 1. Ioan. 1. & vniuersi orbis structura moderatur: cuiusque bonitati, & sapientiæ, quicquid boni & salutis, in nobis est, acceptum ferre debemus: Iacob. 1. Io. 3.) opem implorare, eiusdemq́ue cultum, religiosæ sanctęque susciperc, ac puram, perfectamq́ue diuinæ legis cognitionem habere, tum q̃ ea maxime hominum vita instituatur, & mores nostri informẽtur. capit. fin. 23. quæstio. 4. tum quòd absque diuina regula, nihil vnquam priuatim, aut publice possit rectę probeq́ue demonstrari, cap. qui sine. 26 quæstio 2. quod vnum fuit, ex Indorum institutis, quemadmodum Aristoxenus Tarentinus prodidit. Totius autem pietatis, & religionis summa est, vt Deum trinum, & vnum esse credamus, omnium rerum dominum, & moderatorem, l. 1. vbi dixi. C. de summa Trinita. eundemq́ue pura, integra, & incorrupta mente, voceq́ue suspiciamus, & veneremur, Cicero. 2. de nat Deo. ex toto corde, ex tota anima, & totis viribus nostris diligamus (hoc maximum est, & primum mandatum,) deinde proximum, sicut nos ipsos. In hac enim Dei, & hominum charitate, vniuersa continetur Iustitia: Matth. 22. Marc. 12. ad Galath. 5. nam qui Deum, toto pectore diligit, & reliquos homines, non minore quàm sese complectitur beneuolentia, nihil vnquam profectò aget, à boni, iustiq́ue officio, alienum, aut communem societatem vitæ oppugnans. cap. fin. §. fin. de pœniten. distinct. 2. Is quoq; primum omnium credet Deum esse & essentiam vnũ: illi soli confidet, & seruiet, alienos Deos abiiciens, Gene. 25. Deuter. 5. non assumet sanctum eius nomen in vanum, nec abutetur tanto nomine, ad testificanda dicta si a. Exo. 20. Immo verò, nec omnino

Source : BIU Cujas

omnino iurabit, siue per nomen Dei, siue per terram Matth. 5. Venerabilius est enim Dei nomen, quàm vt priuata hominum temeritate vsurpari, prophanarique debeat: sed magis nomen eius glorificabit, & inuocabit in omnibus rebus. Deinde Sabbatum, hoc est septimum diem, obseruabit, vt intermissis ciuilibus curis, tractando, legendo, audiendoque verbo Dei, intendat, Exo.20. Parentes item omni honore afficiet. Matthę.15. Marc.7. Exod.20. Deuteron.5. Ecclesiast.3. Sed & qui proximum, sicut seipsum amat, Non occidet, Nõ mœchabitur, Non furtum faciet, Non loquetur falsum testimonium, contra proximum, nec eius domum concupiscet, Exod. 20. Quæ maxima & præcipua Dei mandata, si sanctè tenere, seruareque possemus, nihil profectò esset opus, aut non multum quidem, iuris ciuilis scientia: quippe bona opera, vel cogniturus, vel facturus, non eget nisi notitia præceptorum Dei, Matthæ.16. & 19. dum & illud intelligat, Primum summum, & nobilissimum omnium bonorum operum, esse fidem in Christum, hoc enim est opus quod efflagitat, à nobis Deus Opt. Max. vt credamus in filium suum, quem ille misit Iesum Christum, Ioan.6. hoc est certam de bonitate Dei persuasionem habeamus: confidentesque, salutem nostram ab ipso expectemus, quandoquidem, credere in Christum non est Dei cognitionem habere, aut mente reuoluere, Christum filium Dei natum esse, & passum, resurrexisse item, in cœlos ascendisse. (Sic enim Dæmones credunt, & contremiscunt. Iacob.2.) Sed credere illum nostræ salutis auctorem, ei toto pectore, totisque viribus, adhærere, & omnem omnino in illo vno, iustitiæ & æternæ vitæ, fiduciam collocare, quod nemo certè, facturus est, qui non legendo, aut audiendi Deo verbo, diligenter intenderit. Fides enim ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Ad Romanos 10. Ideo certæ nobis horæ deligendæ sunt, quibus omni humanarum cura sepositа, diuino cultui, sacrisq; libris vacemus.

Quibus artibus, literisque, tinctus esse debeat Iuris studiosus. Cap. V.

COgnita religione, videamus, quæ scientiæ, artesque nobis cõparandæ sint, vt facilius nobilissimam hanc omnium disciplinam, adipiscamur. Et cũ primis oportet eum qui ad iuris prudentiæ studium properat, latinè scire: quò leges summa elegantia conscriptas, & magna arte elaboratas, planè, perfecteque intelligere possit, & ornatè, dilucidè, congruenterque dicere, id de quo tractatur tum earum quæ ad humanitatem pertinent artiũ, aliquam cognitionem habere, sine quarum profectò adminiculis, iurisprudentia reliquarum omnium disciplinarum regina, princeps, & architectonica, nullo modo disci, neque rectè doceri, neque perfectè cognosci potest, sed præsertim in Dialectica, & philosophia, multum operæ iuri destinatum posuisse opto. Illa enim differendi, discendi, docendique rationem præscribit, docetque vt ait, M. Cicero, rem vniuersam in partes distribuere: latentem explicare diffiniendo: obscuram explanare interpretãdo: ambigua primum videre, deinde distinguere, postremò habere regulam qua vera, & falsa diiudicentur, & quæ quibus propositi sint, quæque non sint consequentia. Cicero de clar. orato. Ex intima verò philosophia, laudatarum artium omnium (inquit idem auctor) procreatrice quadam, & quasi parente: Iuris initia repetenda esse, atque eos qui aliter ius ciuile tradunt, non tam iustitiæ, quàm litigandi præbere vias, M. Cicero probat. 1. de orator. vt non immeritò noster Vlpianus dixerit, Iuris, iustitiæque cultores, veram philosophiam assectari, l. 1. ff. de iustit. & iur. quam ideò fortè M. Cicero, glorioſam, & præpotentem nuncupat, de orator. & in Crassi persona, Moralem philosophiam eosdem habere: fontes omnium disputationum suarum scribit, qui iure ciuili, & legibus continentur. Et cùm in legibus duodecim tabularum (vnde tanquam ex limpidissimis fontibus, nostri Pandectarum libri dimanarunt) omnes philosophiæ partes repositæ, reconditæque sint: immo verò omnes omnium philosophorum bibliothecas, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate, veteres illæ tabulæ superasse credantur, Cicero. 1. de legibus. satis signi est, sine vera, plenaque philosophiæ cognitione ius nostrũ ciuile, nullo modo tractari posse. Huiusmodi autem disciplinarum bona pars, cùm è Græcis fontibus, hausta sit & accepta: ac præter Iustiniani nouellas, pleraque iurisconsultorum responsa, aliaque multa in iure ciuili, Græco sermone edita legantur: nisi cum Græcis Latina Iuris candidatus coniunxerit, vix vnquam scientiæ nostræ poterit adita penetrare. Equidem dici non potest, quanta sit in iure ciuili Græcarum literarum vtilitas, contraque quantum adferat detrimenti, (experta prodo) earum ignorantia: quod ego graue malum, magna studiorum meorum iactura dudum deprehendi, atque etiamnum sentio. Antiquitatis Romanæ præterea, originem & processum, atque vim: exemplorum, Iuris candidatus, tenere debet, cuius ignoratione, in iure nostro grauiter plerunque peccatur. Veluti in cognitione iurisdictionis, & Imperij, quam nisi eruamus, ex historiarum & antiquitatum latebris, faciemus certe cum Accursianis, vt intelligendo nihil intelligamus, vt meritò philosophus dicat Rempublicam moderaturo, nunquam de manu deponẽdam esse histo-

riam: Aristot. in Rhetor. quæ testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, varios hominum mores, diuersasque rerum publicarum formas nobis insinuat. Ex quibus, annotatis aliis, atque aliis, dictorum fauorumque exemplis, solerter obseruare possimus, quę vel Reipublicæ damnosa, vel ad eiusdem ornamentum vtilia, necessariave existant. Cicero. 2. de orator. eademque ad vitæ nostræ vsum, & legum interpretationem applicare prudenter, & accommodare, alioqui facile continget, vt Iureconsultorum responsis, fœde turpiterque impingamus, & hallucinemur. Enimuerò cùm Iureconsulti ipsi, Ciceronis, Demosthenis, & aliorum oratorum: l. 2. §. Seruius. ff. de origin. iur. l. 2. ff. de legibus. l. aut facta. §. qualitate. ff. de pœnis. Homeri, Virgilijque poetarum: l. intantum. §. fin. ff. de rerum diuisio. l. 1. ff. de contrahend emptio. Platonis, & Aristotelis, philosophorum. l. 1. ff. de nund. l. si pater. ff. de solutionibus. Hypocratis denique, medicorum celeberrimi, l. Septimo. ff. de statu homi num. l. intestato. §. fin. ff. de suis & legit. auctoritate nitantur, Iurisconsultus omni laude cumulatus, dici non poterit, qui non sit rerum omnium magnarum, atque artium scientiam vtcunque consecutus. Inaniter verò, frustraque laborabunt, qui harum disciplinarum expertes, prorsus fuerint, & ignari. Omnibus ergo persuasum sit oportet, non aliter Ius ciuile recte, & magno cum fructu disci, doceri, tradique posse, quàm si priores illę disciplinæ, iurisprudentię nostrę similes, & cognatę, veluti Dialectices, & philosophia, tanquam legum nostrarum principia, & elementa, præcedant. Reliquæ enim artes, vt Medicina, Astrologia, Geometria, Poesis, & alię id genus, quamquam laudabiles sunt: quia tamen nec huic affines existunt, nec ita necessariæ iudicantur, sine periculo certe præteriri possunt, nisi forte circularem illam doctrinarum orbem, (quem Encyclopædiam vocant) absoluere quispiam in animum induceret.

Qua ratione disci, docerique, Ius Ciuile debeat. Cap. VI.

TRia porrò sunt, quę hominem doctum, & peritum alicuius disciplinæ artificem reddere posse iudicantur, natura videlicet, Ars, & exercitatio, quę sese perpetuò comitari, ac conse qui ita necesse est, vt vno ipsorum subducto, cętera frustra quæsita, datamve esse existimentur. Itaque non satis erit, iuris candidatum, sacris, bonisque literis tinctum, & eruditum esse: nisi natura primùm valeat, sine qua nihil certè, aut minimum' iuris ciuilis studium profuerit, valet siquidem plurimum natura, sine doctrina: at doctrina sine natura, nihil aut perparum. Cicero pro Archia poeta. Quintilia. lib. 2. Ideòq; Hora. in arte.

Tu nihil inuita, dices, facies ve Minerua.

Vixque dici potest, inquit Seneca, quàm malè respondeant coacta ingenia. Deinde nihil fortuitò tentare, aut temere quærere iuris studiosus debet: sed certa cognoscẽdi via vti, ordinemque tenere, qui sanè (vti Plato dicebat) anima est cuiusque rei: in Gorgia. & maximum, inquit M. Cicero. memoriæ cum primis lumen adfert. 2. de orator. de quo præterea illud Ambrosij iactatur. Scire quid facias, & nescire quo ordine, non est perfectæ cognitionis. Is autem legitimus capessandę huius doctrinę ordo, mihi videtur, vt qui huic operi se accingit, primum omnium Iuris vniuersi titulos, moxque tractatum de verborum, & rerum significatione, semel atque iterum, summatim percurrat, ita tamen vt nihil effluat verborum, cuius ipse non capiat propriam secundum leges significationem. vix enim dici potest, quantæ sit vtilitatis, inculcata hęc titulorum expositio: rerumque, & verborum significatio, ac demum pari cura, diuersas tum ciuilis, tum Pontificij iuris regulas legat, relegatque. Et quoad eius fieri poterit, memoriæ mandet, ab ijs enim auspicari, quia iuris elementa, & initia sunt, non commodum modò, sed etiam apprimè necessarium arbitror. Denique quatuor Institutionum libros euoluet, satis interim habens, Iustiniani mentem, leuiter attingere, & primoribus, (quod aiunt) labiis degustare, nullius Commentariis addictus, sed solius præceptoris, aut amici (si alicuius idonei copia est) opem sicubi habeat, requirens.

Hac autem re vno plus minus anno perfecta, iam paratior ad grauiora factus, vniuersos Pandectarum, moxque Codicis Iustiniani contextus, perleget, consideratius ratione cùm decisionis, tum dubitationis, (si qui præsertim loci obscuriores videbuntur) studiosè inuestigando: facta etiam aliarum, & similium, & discrepantium inter se legum, collatione, molem interim & aceruum librorum, ceu multas & funestas pestes, deuirans, quando nihil sit, quo magis studiosorum ingenia perturbentur, & confundantur.

Post hæc tractatus singulos, & simul omnes, in compendium, & Breuiarium aliquod artificiosè contrahet, ab vniuersali b. semper, ad singularia progrediendo, cunctaq; ad certas Theses, & regulas reducet: ad easdẽq;, ad boni & æqui normã ppetuò reuocabit. Sed hic quoque exerceri memoriam cupio ediscendis ad verbum, quàm plurimis legum sententiis, ijs præsertim, quæ singu-

Source : BIU Cujas

lorum tractatuum veluti principia, & elementa videbuntur, quo Iuris studiosus ingenio factus præsentissimo, eas ad manum, & in promptu habeat. Naturam, & ordinem, sequitur exercitatio, neque enim Iurisconsulti, vt nec item medici, nec oratores, quāuis artis præcepta sint edocti, sine vsu & exercitio, quicquam possunt. Cicero. 1. officio. In omni enim disciplina, dicebat M. Cic. infirma est artis præceptio, sine summa assiduitate exercitationis. lib. 3. Rhetor. ad Herenn. Properanti ergo ad Iuris ciuilis studium, crebra, frequensq; cum æqualibus suis disputatio, & de iure concertatio, maximè commoda erit, adeoque necessaria videtur. l. fin. §. mixta. ff. de mune. & honor. Sic enim exercetur, firmatur, & alitur memoria: Quintil. lib. 1. cap. 2. lingua expeditior fit: & ingenium acuitur. Denique, quòd in propinqua parte ponendum est, veritas splendescit, & illustratur. Est enim disputatio, vt ille dicebat, cribrum veritatis, suauissimus animi cibus, nihil habens ingrati. Antonius Citadinus aduersus Picum Mirandula. de ente & vno in fine. Et M. Cice. hoc agunt, inquit, nostræ disputationes, vt in vtranque partem dicendo, & audiendo, eliciant, & tanquam exprimant aliquid, quòd aut verum sit, aut ad id, quàm proximè accedat. Cicer. lib. 4. Acade. quæstio. Vt non abs re, in legibus nostris scriptum sit, quotidiano vsu, & exercitio, omne artificium, recipere plurimum incremēti, l. legatis. §. ornatricibus. ff. de legat. 3. l. milites. C. de re milit. lib. 12. quod si non accesserit vsus, quæcunque ingenij nostri vires, rubiginem contrahunt, & veluti torpore quodam hebetantur: vbi verò naturam, & ordinem, exercitatio comitatur, de hac perdiscendi Iuris facultate dicam ingenuè, cum M. Cicerone, omnia esse posita ante oculos, collocata in vsu quotidiano, in congressione hominum, atque foro, & quò facilius percipi, cognosciq; possit Ius ciuile (quod minimè plerique arbitrantur) mira quædam accidit in cognoscēdo suauitas, & delectatio. Cicer. 1. de orator. Hanc autem discendæ Iuris prudentiæ methodum, si legum candidatus studiosè sequatur, spondere ausim ego, vel in me recipere potius, eum breui in secretiora iuris arcana, & adita, magno cum fructu, penetraturum.

De triplici methodo, Resolutiua, Compositiua, & Definitiua. Cap. VII.

SEd quoniam in Methodi rationem incidimus, non ignorandum, tres duntaxat esse vias, modosque, quibus certo, iustoque ordine, ars aliqua disci docerique potest. Aristot. 1. & 2. Analyt. Galenus in principio artis prauæ. Resolutiuum, Compositiuum, & Diffinitiuum. *Resolutiua* doctrina, quam Græci ἀνάλυσιν vocant, ad inuentionem partium disciplinæ excogitata, ex finis notione ducit initium, quo fine artis perspecto, cognitoque, ac eiusdem, subiecto, (nam ex iis duobus veluti basibus & fundamētis, ars ipsa constituitur) singula quæque ad artem spectantia resoluendo, tantisper gradatim percurrimus, donec ab vniuersali fine, & subiecto, ad vltima principia, & extrema artis elementa, quæ vlteriorem sectionem non admittant, peruentum sit, ita à compositis, & confusis, ad simplicia progrediendo. Quo ferè modo, resoluere dicuntur Grammatici, cùm orationem in dictiones has, in syllabas: dein syllabas in elementa, literasque, reducunt: neque enim datur vltra progredi resoluendo. Sic Dialectici, syllogismum, in propositiones, & propositiones in nomina, ac verba resoluunt. Resolutiuæ contraria est *Compositiua*, quæ non à compositis, ad simplicia progreditur, sed per cōtrarium, à simplicibus ad composita fertur, ab elementisque, & principiis artis, ad eiusdem finem, per eadem media solo mutato ordine graditur, & decurrit, quem ordinem in dialecticis Aristoteles sequutus, à simplicibus, ad complexa: à prius complexis, ad magis complexa: ideſt syllogismos, tendit, itidemque in naturalibus in quibus à causis; & primis rerum principiis exorsus, ab iis deinde, ad elementa: à quibus, ad mixta imperfecta: ab imperfectis, ad perfecta: & à perfectis, ad hominum partes, & membra progreditur.

Vt autem Resolutio, ad inueniendum valde commoda est, ita hic ordo Compositiuus, Resolutione fulior, ad res tractandas, atque docendas, magis est idoneus, & aptus. *Definitiua* doctrina, ex definitionis dissolutione constans, valde memoriæ seruit, sic appellata, quòd sub vno substantiali, perfecta, ac compendiosa definitione, omnes artis partes spectandas exhibeat, definitionem ipsam, in plura membra diducendo, quæ mox definitione quoque explicet, explicataque iterum partiatur, ac sic per summa quædam artis capita semper decurrat, donec ad minima quæque, & indiuidua, quæ non amplius in alia resolui queant, vētum sit: quam docendi viam, quòd totius comprehēsionem, particulariumque memoriam locupletius conducat, aliis duabus dimissis, & nos sequi instituimus generalem quandam artis, quam docturi sumus definitionem, omnes eiusdem disciplinæ partes, ambientem, proponendo quibusdam veluti capitibus adiectis, omnes artis partes complectentibus, quibus diuisis, subdiuisisque, tota scientia percurratur: eadem nanque capita in partes dissoluemus hasque demum partes. in alia quædam membra: neque ab huiusmodi sectione, & singulorum mēbrorum diuisione, ac declaratione quiescemus, donec omnia ad iurisprudentiam spectātia, explicuerimus, & ad indiuidua illa deuentum sit, quæ nullam vlterius partitionem patiantur: in qua methodica partium explanatione, non modò diuidimus, & subdiuidimus, sed etiam causas, in effectus, & vicissim effectus in suas causas resoluimus. Sic enim verbi gratia Grammaticam artem expositurus, definire primùm habet, Grammaticam esse scientiam literarum, syllabarū, dictionum, & orationum: deinde singulas definitionis partes persequi, & in alias dissecare, vt in literas, in vocales, semiuocales, & mutas. Syllabas, in longas, & breues. Dictiones in nomina, verba, participia, & reliquas orationis partes: Orationes, in cōgruas & incongruas, nec ab huiusce modi definitionibus, diuisionibusque cessare, donec omnia ad artem spectantia, plenè absoluerit. Cuiusmodi specie doctrinæ, quam definitiuam dicimus, licèt nō admodum frequenter scriptores vsi sint, negari tamen non potest, quin ea ad omnes scientias docendas, & scribendas, valde sit apta, & idonea: nec me clam est, hanc doctrinæ viam, à plerisq; Diuisionem dici: quoniam Definitionem, in partes veluti totum quoddam diuidit. Ab aliis verò explanationem, & à nonnullis expositionem, quòd nihil aliud facere videatur, quàm propositā dispositionem explanare, & exponere. Qua in re liberum cuiq; iudicium facio. Nos ad quæstionum genera, & instrumenta cognoscendarum rerum transgrediamur.

Quæstionum genera, & instrumenta cognoscendarum rerum. Cap. VIII.

VNum restare video, quot sint quæstionum rerumq; cognoscendarum genere, & palam est, neque plura esse, neq; pauciora, cognoscendi res instrumenta, quàm quatuor, definitionē nimirum, demonstrationem, diuisionem, & resolutionem, totidemque constitui quærendarum rerum genera. Quamquam enim M. Cicero, Quintilianus, & Hermogenes, tria tantùm fecerunt genera quæstionum, An sit, quid sit, & quale sit. Cicero in Top. Quintil. lib. 1. Orat. Instit. Hermogen. ὑποστάσεων. Aristoteles tamen quartum non ineleganter, adiecit genus, nimirum *propter quid*, Aristot. lib. 2. Analy. posterior. vt sit ordo quæstionum: verbi gratia. *An sit*, antea enim quam esse detur, nihil est quod vlterius possit queri, & insulsum est quærere (inquit Arist.) quid sit res, nisi sciamus rem esse. 2. analyticorum posteriorum libro. hmōi verò quæstio, Resolutione percommodè dissoluitur, quę à particulari aliquo composito initium sumens, idem in suas causas proximas, & has rursus, in alias tantisper reducit, donec ad vltimum aliquod principium, illudque primum quod in alia resolui minimè queat, peruentum sit, quod tamen Medici, & Philosophi, aliter quàm Iurisconsulti faciunt. illi enim resoluunt fines, & effectus in suas causas, hi contra causas, in suos effectus: illi (propterea, quòd causę, hoc est, principia, & elementa rerum, obscuræ sunt: effectus autem ante oculos positi, & omnibus conspicui) inuestigant, & perquirunt causas per effectus: nostri verò iurisconsulti contra, (quia causas habent politicas, morales, & in communi hominum vsu positas, ac proinde omnibus penè cognitas,) causas in suos fines effectus, reducunt. Vbi verò, rem esse persuasum est, proximum est quærere, de substantia eius, hoc est, *Quid res sit?* quod definitione ostenditur quæ breuiter, & absolutè, rei substantiam explicat, ac illa, quæ rei insunt, in vnum paucis colligit. Demum, vbi constiterit, Quid res sit, & ita substantia rei fuerit patefacta, de ijs disceptandum venit, quę circa, vel extra substantiam rei sunt, ideoq; tum emergit quæstio, *Qualis res sit*, quòd ipsum diuisio perspicuum facit, quæ rem vnam. aut quæ vna esse videtur, in plures partes, diuersaque membra dissecat & diducit: contrario tamen progressu, quàm resolutio: quæ (vt supra dixi) à particulari aliquo composito, exordium ducens, illud in suas causas reducit, cùm tamen diuisio, per contrarium vniuersale, in suas subiectas species, & indiuidua per oppositas differentias, distribuat. Hæc autem, vbi accepta sunt, postremò quæritur, *propter quid res sit?* quod demonstratione palàm fit, quæ ratiocinatio quædam est, ex præmissis causis veris, & necessariis, obscuræ rei veritatem colligens, & illustrans. Idque in mathematicis, veluti Arithmetica, Musica, Geometria, & Astronomia, perpetuò verum est: quòd eorum tam certa sit, & ocularis demonstratio, vt vel sensu ipso, plerunque percipiatur: in quibus ideo dici solet, Demonstrationes semper veras, necessarias, & æternas. In aliis disciplinis, non ita futurum, quæ magis præceptis in fide positis, quàm demonstratione comprehenduntur, sed præsertim in morali philosophia, & iurisprudentia, cùm ciuilis ratio nō perpetuò vna, eademque sit: sed pro rerum circunstantiis varietur. Vnde non possunt Demonstrationes significanter appellari, sed probabiles (vt Aristoteles ait) potius ratiocinationes dici debēt, quę tamen demonstrationum exemplo, dupliciter quoque fiūt, & constituuntur: Vel enim effectum, ex causa, vt calorē, ex igne: vel causam, ex effectu, vt ignem, ex calore colligimus & demonstramus. Hæc verò otiosè à nobis scripta, non uidebuntur iis, q Pandectarum, Iustinianiq; libros non negligenter euoluerint, in quibus iuris auctores passim Definitionibus, Iuris tractatum explicant. Diuisione, & Resolutione, membra, partes, ac species rerum, solerter percontantur: tum verò singula, si non necessariò, saltem probabiliter demonstrant: à notioribus ad ignotiora semper progrediendo.

Source : BIU Cujas

Qui methodo Ius artis ratione concludatur. Cap. IX.

POst institutam discendi Iuris ciuilis rationem, ac plane cognitam, triplicem illam docendi viam, nunc proximum est, ac tempestiuum, vt oppigneratam fidem liberemus: & qua via, quaue methodo, Ius in artem cōmodè redigi possit, doceamus: qua in re vereor, ne prouinciam nimis durā suscepisse, & plus q̄ fortasse par sit, arrogasse mihi videar, si quidē nihil est (inquit M. Cic.) quod ad artem reduci possit, nisi prius, qui illa tenet, quorū artē instituere vult, illam habeat scientiam, vt ex ijs rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere queat. Cic. de orator. Sed quum quęcunq; disciplinæ, quondam ignotæ, diffusæ, & dissipatę, latè viderent, q̄ nunc artibus sunt cōclusæ: cur nos animū despōdebimus, vt nos in iuris ciuilis scientia, q̄ vna Scæuolæ oīum facillima semper visa est, non idē efficiamus? si præsertim Ciceronis sequamur cōsilium, qui rem ipsam, qua de agimus, sic breui complexus est.

Si aut mihi (inquit) facere licuerit, quod iādiu cogito, aut alius quispiā, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, vt primùm omne Ius ciuile in genera digerat, quæ per pauca sunt: dein de eorum generum, quasi quædā membra dispertiat, tū propriā cuiusq; vim, definitione declaret, perfectam artē Iuris ciuilis habebitis, magis magnā, atq; vberem, q̄ difficilē, & obscurā: Cic. 1. de orator. Itaq; spem bonā habeo (ceptis modo nostris faueat Deus Optimus Maximus) Ius ciuile, quod nunc dispersum est, & diffusum, me in certa genera coacturum, & in artem facilè redacturū, aut certè tam euidentia signa, talesq; notas ostensurum vt cuiuis facile sit (quod ille de auro defosso dicebat) quod superesse videbit, paruo labore, nulloq; errore, inuenire. Dū illud primū scim⁹.

Methodum aliud esse nihil, q̄ breuē quandam, & compendiosam cum rōne docendi viam, qua oēs artis partes subtiliter inueniuntur, & inuentæ, recto iudicio distinguunt, & docentur. Quintil. lib. Instit. orat. Cuius duas esse partes cōstat, nempe ordinem, & viam, seu modum. Ordinem definimus esse rectam, & conuenientem partium totius alicuius scientiæ, vel artis dispositionē. Ex quo (inquit Aristoteles) tum in artificiosis, tū in naturalibus, omne bonum pendet. Vt. n. animal sine anima esse non pt: neq; etiam viuere: sic cognitio rerum, sine ordine, neq; constare, neq; rectè doceri pt. Aristoteles lib. 2. Physicor. Modus aūt, seu via, est recta ratio progrediendi in doctrina, atq; etiam indicandi. Arist. lib. 3. Rhetor. Posteaq̄ igitur, Iuris obiectū cognouerimus, oportet nos in docendo primùm rōnem disponendi partes Iurisprudentiæ, seu sui obiecti cognoscere: deinde viam secundū eas progrediendi, & Iudicandi modū. At verò qm̄ omnis ars, & disciplina, ex genere quodā subiecto, seu materia, in qua versatur, & proprio fine, ad quem oīs eius scientiæ tractatio dirigitur, maxime cōstari putatur, & constitui, qui Ius nostrum scire cupit, quadam artis forma vestire, in disciplinæq; rōnem constringere, Primum oīum, Iuris obiectum (Materiam, circa quam, aut genus subiectū philisophi dīt) hoc est id, circa quod versatur oīs ciuilis sapientię cura, & consideratio: ac deinde finem, pp quem leges nostrę scriptæ sunt, sibi proponere debet, quò per materiā, quid in hac quā profitemur, doctrina, contineatur, quidq; illa doceat, tractet, aut contempletur: per finem verò, pp quid Iuris cognitio suscipiat, & ad quem scopū omnis legislatorum dirigatur deliberatio, planè, & apertè cognoscat. vtriusq; autem, & subiecti, & finis, quā sit necessaria pręuia cognitio, vel ex eo, apparet, q̄ ad subiectum genus, velut quoddam primum principium, quæcūq; in disciplina traduntur, referri debeant. Finis verò sit bonum artis: Aristote. 1. Ethicor. & scopus ad quem oīs studiorum ratio dirigitur. Ex cuius item deductione, ac resolutione, in suas causas, ac principia, omnes disciplinæ partes, omniaque artis præcepta inueniuntur, & inuenta firmantur, ac stabiliuntur.

Subiecto porrò, & fine cognitis, ad ipsius partes, & species, secundum naturalē rerum sēriem, qua a superioribus, ad inferiora fit descensus, artificiosè progrediēdū est, propositis quibusdam, veluti capitibus, oēs scientiæ nostræ partes continentibus, quæ capita rursus, in certa genera dissolui debent. Et horum subinde generum, dispartienda membra sunt, & in suas quæq; classes, vt Cicero monet, reseganda: tum propria cuiusq; vis, definitione cōprehendi, ac demum diuidi debet. Nec ab hmōi sectione, & mēbrorum declaratione cessandum est, donec oīa ad ius ciuile spectātia, saltem in genere, exposita sint, Postremò, quia Iurisprudētia, vt cæteræ artes, diffinitione, diuisione, cā, & effectu legum cōtinetur, singula per suas cās, & effectus explicanda venit, ab vniuersalibus, vti notioribus, ad singularia, Aristot. 1. Physicor. hoc est a generibus, ad species, a specieb. ad indiuidua semper pceden do. L. 1. ff. de orig. iur. l. 1. ff. si cer. pet. §. his igitur. de iust. & iur. Cuius methodi flosculos, carpsit tū & delibauit Scæuola, Ius ciuile in aliquot libros generatim distribuēdo: l. 2. §. post hos. ff. de ori. iur. neq; n. generū partes, & definitiones expressit. Ideoq; M. Cicero, Seruium Sulpitium, in quo vno hanc artē fuisse scribit: nō modò hoc nomine, Scæuolæ anteponit, sed ēt omnes qui ex oī ætate intelligentiam Iuris habuerunt, si vnum in locum conferā tur. cum Seruio Sulpitio comparandos negat. Cicero in Bruto, & Philipp. 9. Ergo vt rem illustremus exemplo, genus subiectū, seu materiam Iuris statuamus esse tractationem actuū humanorum, circa res tum diuinas, tum humanas, secundum æqui, & boni, Iusti atq; Iniusti, scientiam. l. iustitia. §. fin. ff. de iust. & iur. §. iurisprudentia, eod. tit. in instit. Iurisprudentiæ verò finis sit Iustitię protectio, seu (vt M. Cicero loquit) legitimæ, & vsitatæ in rebus, causisq; ciuium, æqualitatis conseruatio. Cicer. de orator. Tū ab actionibus humanis, quod Iuris obiectū proposuimus, ad genera descendamus, eademq; ad certum numerum, paucitatemq; reuocemus: Veluti cū Iurisconsultis: ad personas, ad res, & ad actiones, seu Iudicia, nam ad hæc, vel harū singula, oē Ius pertinet, & quæcunq; in iure nostro scripta legimus, haud dubiè referuntur. L. 1. ff. de statu. ho. §. fi. de iur. nat. Deinde genera, in partes illi subiectas diducamus, eaſdemq; sic dissectas, singulatim definiamus, veluti personas, hoc est hoīes (nam priorem partem, quo res popularius explicetur, exempli gratia persequi placet) primū ita patiemur, vt hoīes aut liberi sint, aut serui, L. 3. ff. de sta. hom. §. 1. de iur. perso. & liberorum, quidam ingenui, quidam libertini. Seruorum aūt vnam esse cōditionem: L. & seruorum. ff. de statu hom. definiemus aūt ita, vt liberi dicātur qui nullius Imperio subiecti, facultatem liberam hūt, quod libet faciendi, lege non prohibitū: Serui autem qui dño alieno contra naturam subiiciuntur, l. libertas. ff. de stat. homin. §. 2. de iur. perso. Ingenui qui simul cum sole, libertatē nacti sunt, velut ex matre libera nati, tametsi pater seruus fuerit. §. i, & 2. de ingen. d. l. & seruorum. Liberti, quicunq; manumissi, hoc est, libertate donati sunt, & qui ex ijs descendunt, libertini. l. fi. ff. (i lib. ingē. eē dica. l. libertini. ff. de sta. ho. §. i. de libert.

Hęc autem sic diuisa, & definita, ī suos locos reponantur, suisque præceptionibus, postmodum per causas, & effectus adornentur, & explicentur, & concludantur. Idemq; efficiēdum, in altera personarum diuisione, qua dicimus alias esse sui iuris, quasdā alieno Iuri subiectas, vt seruos, & filiosfamiliās. l. 1. ff. de ijs q̄ sunt sui. Filiosfamiliās aūt dici (nam seruos diximus) qui inditione, & ptāte parentis sunt, l. nam ciuium. ff. filio rit quod vel adoptione, vel natura cōtingit, l. 1. ff. de adoptio. natura, cùm ex iustis nuptijs procreantur: §. 1. de par. pot. l. filium. ff. de ijs qui sunt sui. Adoptione, cum aliquem in filium eligimus, vel principis, vel magistratus auctoritate. l. 2. ff. de adoptio. hic quoq; ex nostra methodo, singulę partes definitę, in suas classes reiici debēt, vt de seruis separatim dicatur, nempè qūo efficiantur, vnde traxerit seruitus originem, quis sit seruitutis effectus: & sic de alijs. Idemq; de filiis familiās, q̄ propriè filii familiās, qui vtroq; nomine continentur: quo natura fiāt, ex viro & vxore, vnde nuptiarum tractatus emergit. Quo itē filios adoptio faciat, eoq; loci, de adoptionibus, & arrogationibus, carum vi, ptāte, & effectu, differendū. Eadem postremò docendi via, tractanda erit tertia diuisio, quę personarum alias publicas facit: vt māgistratus, Iudices, & alias Reipublicæ administratores, l. 2. §. q̄ ad magistratus. ff. de origin. iur. alias priuatas, quę dignitate carent, aut publico aliquo munere non funguntur: licet fortè priuatam habeant administrationem, vt tutores, & curatores. l. 1. ff. de mun. & honor. Rursus magistratuum, (quos a magistrando sic dictos constat, q̄ cæteris magistrent, & moderentur, l. cui præcipua. ff. de verb. signif.) alii maiores, alii minores dūr. Gel. lib. 13. c. 14. Maiores qui in ptāte cum Imperio sunt constituti, l. cū q̄ ff. ad munici. vt fuerunt olim Romæ Dictatores, Consules, Censores, Prætores, præfecti vrbi, & in prouinciis, proconsules, præfecti prætorio, aliiq; pīdes prouinciarū. l. 2. ff. de in ius voc. Et apud nos supremæ Curiæ Senatores, ac fortasse Iuridici (quos Balluios & Senescallos in Gallia Budæus dici putat Bud. solent. ff. de offi. proconsu.) apud quos legis est actio. l. 1. ff. de offi iurid. Alexand. Minores verò Magistratus sunt, qui nec Imperium, nec ptātē l. ne. l. nec magistratib. ff. de iniur. vt Romæ quondam Aediles, & Quæstores. l. 2. ff. de in ius voc. d. l. nec magistratib. & in prouinciis municipiorū Magistratus l. ea quæ. ff. ad munici. Est & alia Magistratuum quoq; diuisio, nam alii Consilliis, alii Imperiis, alii Iudiciis pręsunt. Aristotel. 4. Pol. cap. 14. De publicis consiliis consultabāt olim Romæ Senatores, & in prouinciis Decuriones. l. pupillus. §. decuriones. ff. de verbo. signi. Imperia quondam exercuerūt. Romæ, Consules, prætores, & vrbi præfecti: l. 2. §. exactis. ff. de origin. iur. l. sed & si. §. hæc clausula. ff. Ex qui. cau. mai. In prouinciis, Proconsules, Præfectiq; prætorio ac cæteri rectores prouinciarum. l. 4. ff. de off. proconsu. l. & ideo. ff. eo. tit. Iudicia tractabant in vrbe Roma, Cētumviri. l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig. iur. l. Titia. ff. de inoff. test. l. fi. C. de petit. hære. In prouinciis, legati proconsulū, l. obseruare. §. fin. ff. de off. proconsu. & Iuridici. l. Thais. §. Lucia ff. de fid. lib. l. 1. ff. de off iurid. Alex. Hæc aūt sic per suas partes, genoratim digesta, definitionibus postmodum explicanda sunt, veluti qui sint Dictatores, Consules, Senatores, Censores, Prætores, præfecti vrbi, Quæstores, Cētumviri, & alii Romani Magistratus: demum qui sint Procōsules, Prætorio præfecti, legati Cæsaris, Iuridici, Decuriones, cęteriq; Municipiorum magistratus: Deinde quod oīum, quodq; singulorum sit munus, & officiū. Sunt & priuatarum rerū administratores, vt tutores & curatores. Tutores quasi tuitores, hoc est, defensores dicūtur, q̄ illis pupillorum defensio credita sit. l. 1. ff. de testa. tut. §. 1. eo. tit. insti. Quorum alii testamento parentis, qui pupillum habet in ptāte, dantur, Testamē tarii, ideò nuncupati. l. j. ff. de test. tutel. Alii si nulli testō dati sunt legibus

legibus conſtituuntur, vt agnati, & cognati, idcirco legitimi dñr. l. legitimos. ff. de legit. tut. §. j. de leg. ag. tut. Tertii, ſi nec pupilli teſtamentarios, nec a lege tutores datos habeant, a magiſtratu, cui lex id nominatim conceſſit, præſcribuntur. l. 2. ff. Qui pet. tuto. l. j. §. ſciendum. ff. de magiſt. conue. Curatores verò tum conſtituuntur adultis, cùm tutela per pubertatis annos euanuit, l. de creatio nib. C. de ep. aud. l. fi. C. Quando tuto. quo ſcilicet firma maneant quæ per adultos intra xxv. annum geruntur, quæ alioqui auxilio reſtitutionis, facilè corruerent. l. 1. in fi. ff. de mino. Hæreditati prę terea, interim cùm hæredes deliberāt, an adire velint, Curatores dantur. l. 3. ff. de cur. furioſ. Vētri item in poſſeſſionem miſſo atq; etiā bonis, quæ nomine ventris obuenerunt, rectè datur curator. l. j. §. quoties. ff. de ventre in poſſ. mit. Deniq; furioſi, prodigi, mentecapti, ſurdi & muti, qui velamini, vel corporis morbo impediū tur, ne rebus ſuis cōmodè præſint tametſi, xxv. annum egrediantur, iure curatores accipiūt. l. 2. ff. de cur. furioſ. §. furioſ. de curato. Hæc aūt omnia, adminiſtratorum tam publicorū, q̄ priuatorum genera, quæ p ſuas ſpecies dilucidè diſtincteq; diduximus in ſuos locos vt dictum eſt, ablegari debent, vt illic cū fuerint, definitionibus ac diuiſionibus declarentur, per cauſasq;, & effectus, tā planè, tamq; apertè explicentur, vt non valdè ſit difficile, neceſſaria ex iis præcepta, & vniuerſalia theoremata colligere, & excerpta, ad vitæ noſtræ vſum accommodare. Quæ verò de perſonis, exēpli gratia prodidimus, in cęteris duobus capitibus, nempè rerum, & iudiciorum, repetita intelligi debent, qđ & nos pinguiore Minerua, ſuis locis exponemus: neq; eīn hoc priore libro, in animū induxi, pręter generalia, (niſi q̄n rei neceſſitas, aut vtilitas, nos alia inſarcire coget) quicquam tractare, hoc eſt Ius ipſum, in vniuerſo in quo tn̄ capite, nec tranſuerſum quidem vnguē, a noſtra docendi via deflectemus, nā paucis quibuſdam ſuper rerum definitionibus, & diuiſionibus, per modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis, præpoſitis, Primùm quid ſit Ius ipſum, ac eiuſdem principia, materiam, & finē, oſtendemus. Altera parte, Iuris nomen in ſua mēbra partiemur, eademq; in proprias ſedes redacta, per definitiones, ac neceſſarias diuiſiones explanabimus.

Tertia parte, cauſas, & effectus, ac in ſingulis cōgrua præcepta, & generales regulas, docebimus. Poſtrema, de Iuris interpretandi ratione & locis legum communibus, quædam ad exercitationem Iudiciorum, nō mediocriter vtilia, cōnectemus. Quibus expoſitis, vel ad vnguem, perfectam teneas iuris artē, magis magna ſanè atq; vberem, q̄ difficilem, & obſcuram. Qui verò ea, quę hoc priore libro, compendiosè & per capita tantùm docentur, diſtinctiùs cognoſcere volet, ad ſequentes libros recurrat, vbi ſingularia quæq; latiùs, & profuſius explicantur. Sed iam vela ventis permittenda ſunt, oramq; ſoluentibus benè precandum.

De rerum, & verborum definitionibus. Cap. x.

IVs ipſum, ac ſingulas eius partes, pro inſtituta methodo definiturus, & diuiſurus, operæ precium facturus videbor, ſi pauca quædam, de definitionum, & diuiſionum natura pręmiſero, neq; enim fieri, vlla ratione p̄t, vt intelligamus an probæ rectæq; ſint, quę nobis occurrēt definitiones, aut diuiſiones, ſi non earū eſſentiam, & naturam, priùs perſpectā cognitamq; habuerimus. Qua in re, primùm monendi ſumus, anteq̄ rei definitionem aggrediamur, perſcrutandum cum primis eſſe, q̄ latè vox ipſa pateat, & an ea generatim vtamur, an in ſpecie, an in indiuiduo, vt vni tn̄ rei conuenit, debet quippe finitio vocis, & nominis, rei definitionē præcedere, veluti de cane dicturus, primum docere debet, an de animali latrabili, an de piſce marino, an de ſydere celeſti, an ētde ſigno ludi talaris, (quod vnum duntaxat cōtinebat punctum) ſit ei propoſitum differere. Cùm enim hęc oīa, canis nomine demōſtrentur: imprimis conſtituendum eſt, de quo verba facturus ſit. Accurſi. l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verb. obl. At, intellecta vocis ſignificatione, ad rei definitionē, deeurri tutò p̄t, quæ quaſi inuolutum euoluit, id de quo quæritur, Cice. in Top. ea verò quę ſubſtantiam, & naturam rei explicat, propriè definitio dr̄. Si verò proprietates tn̄ & accidentia, quibus probabilis & rudis ingeratur nobis rei cognitio, magis notionis, & deſcriptionis nomen meretur, q̄ definitionis: quę M. Cicerone auctore, eſt earum rerū quæ ſunt, eius rei propriæ, quam definire volumus, breuis, & circūſcripta quędam, explicatio, Cicero 1. de orator. in qua pręcipit doctrina, atq; ratio, (vt idem auctor docet) vim rei definitæ ſic exprimi, vt neq; abſit quicq̄, neq; redundet. Cicero 2. de orator. qđ cùm per commodè fiat per genus & differentias, ab aliis pleriſq; dici ſolet, definitionem eſſe rationem, qua rei ſubſtantia, hoc eſt, quid ſit res ipſa, per genus, & differentias, q̄ breuiſſime explicatur. Indeq; vulgò receptum, optimam illam eſſe definitionē, quæ ex proprio ſuo genere, propriiſq; differentiis coaleſcit, & conſtituitur. Bar. l. j. ff. de teſta. q̄ non aliud videatur eſſe definire, q̄ ex genere per differentias diuiſio, in ſpeciem progredi, & deſcendere. Ro. dol. Agricola. lib. j. c. 7. vt in Hominis definitione apparet. *Homo eſt animal rationale.* namq; *animal* genus eſt, hominem & brutum continens. Rationale verò, differentia. Et quàmuis in pleriſq; Iuriſconſultorum definitionibus, q̄ſq; non exprimatur genus, ſed velut per ſe ſatis notum, prętereatur: ex verbis tn̄ ſatis abundeq; colligitur, & ſubaudiendum eſt, vt cùm Vlpianus procuratorem eſſe definiuit, qui aliena negotia, mandato dñi adminiſtrat, l. j. ff. de procur. par eſt ac ſi dixiſſet, procuratorem eſſe adminiſtratorē alienorum negociorum, de mandato dñi, quo caſu *Adminiſtratoris* verbum velut genus poſitum eſt. Idem cùm Iuſtinianus legē finiuit eſſe, quod populus Romanus, Conſule interrogante conſtituebat. §. lex. de iur. natur. inſtit. exauditur enim *Iuris* nomē generis loco, vt lex ſit, Ius quod populus &c. Genus aūt, id voco, qđ de pluribus ſpecie differentibus, prędicatur. Ariſtot. 1. Topico. l. ſi quid. §. j. ff. de lega. 3. l. interdum. ff. de verb. ſig. hoc eſt q̄ ad plures ſpecies, natura differentes pertinet, vt *Animal*, quod de homine, de equo, de hyrundine, & de Elephanto, peræq; dr̄. Speciem autē appello, quę natura ſua generi ſubiiciī, ſeu de plurib. numero differētibus, prędicatur: vt homo, de Vlpiano, de Papiniano, de Scęuola: iis addunt indiuiduum, quod de vno ſolo dr̄, vt Vlpianus, de ſolo Vlpiano: hęc quandoq; tn̄ Iuriſconſulti cōfundunt, Speciē, appellantes genus, & indiuiduum, ſpeciem. l. 2. in princ. & §. j. ff. ſi cert. pet. l. non videtur. ff. de iudi. l. fi. ff. de cond. ca da. l. cum certū. ff. de aur. & arg. leg. l. oſtentum. ff. de verb. ſig. Differentia verò eſt certum, propriumq; ſignum, quo res ipſa ab aliis diſtinguitur, vt in definitione hoīs, *rationale*, eſt vera, propriaq; rei definitę nota: quādoquidem nulli animali, prętereq̄ homini, Ratio inſit. l. j. §. cū arietes. ff. ſi quadru. pauper. §. j. Si quadru. inſtit. Qn̄ autem de propriis rei notis magna quandoq; (inquit M. Cicero) naſcitur diſſenſio, multa enim ſunt, quę differētias eſſentiales non hnt, vel ſi habeant, non noſcuntur. Definiendum tn̄ ſępe eſt, non ab eſſentia rei, ſed a rerum qualitatibus, & accidentibus ex diſſimilibus ſępe, & extrariis, ſępe ēt ex parib. ¦Cicero in partitionibus. Quamobrē deſcriptiones quoq; ſunt in hoc genere ſępe aptę, quę craſſiùs, rudiùs, & verboſiùs rem exprimunt, neq; in id adhibentur, vt quid ſit res, indicent, aut propriam ipſius rei ſubſtātiam pręmonſtrēt, ſed vt probabilem quādam & qualemqualem rei cognitionem nobis ingerant: Bal. l. maximum. C. de libe. pręter. vt cùm Vlpianus, purum locū eum definiuit eſſe, qui neq; ſacer neq; ſanctus, neq; religioſus eſt. l. 2. § purus. ff. de religioſ. Et Pomponius, ſupellectilem eſſe, domeſticum patrisfamiliàs inſtr̄m, quod neq; argēto, aurove facto, vel veſti adnumeratur, l. j. ff. de ſup. leg. & mortis cauſa donationem Marcianus, cū quis habere ſe mauult, q̄ eū cui donat, magisq; eū cui donat, q̄ hęredem ſuum. l. j. ff. de dona. cau. mor. Porrò duę ſunt præcipuę definiendi leges. Prior vt ſubſtantiam explicet. Vnde receptum, ſolam ſubſtātiam, non ēt proprietates rerum, aut accidentia, definiri poſſe. Ariſtotel. 7. Metaphyſ. Nec item per effectus rei, quę definitur, concipiendam definitionem. Bar. l. j. ff. de appellatio. vide Alcia. lib. 4. de verb. ſig. Nec huic ſententię aduerſatur, q̄ Vlpianus, *Bonorum poſſeſſionem*, definierit, eſſe Ius perſequendi, retinēdiq; patrimonii, l. j. §. dolum. ff. de dol. Ariſt. 6. Topico. cuiuſmodi Ius, verus eſt bonorum poſſeſſionis effectus. *Definiendi* enim verbū, illic, vt & alibi ſępe, pro deſcriptione accipi proditum ſcio. neq; enim res tum proprie definiri, ſed deſcribi dr̄, cū per accidentales rerum proprietates, & effectus demonſtratur. Quanquam hac in re fortaſſis ampliùs deliberandū eſt: neq; enim cum definitione dicimus rei ſubſtantiam explicari, tam ſuperſtitioſè ſubſtantię verbum contrahi debet, vt eā rem (ſicuti apud philoſophos) dūtaxat deſignet, quę ſuapte vi nititur, & per ſe in natura ſubſiſtit, vt homo, lapis, lignū, ſed latiùs patet, vt naturam quoq;, vim, & eſſentiam rei, ſiue accidens illa ſit, ſiue ſubſtantia, ſignificet: quę cùm per accidentia quoq; (quę ſuam & ipſa naturam, & eſſentiam hnt) itidem, & perſpicue demonſtrēt: non video, cur proprietates rerum, & accidentia nequeant definiri, quippe ſatis eſt definitione, vim, ac naturā rei definitę explicari, quoquomodo id contingat. Altera definiēdi lex eſt, vt definitę rei tn̄, & ſemper conueniat definitio, & conuertatur perpetuò, cū eo quod definitur, vt videlicet neque plura, neq; pauciora complectatur definitio q̄ definitum, & de quocunq; dr̄ vnum, dicatur & alterum. Qua maxime ratione, pleriq; putant ab Vlpiano ſcriptum, oēm definitionem in iure ciuili periculoſam, q̄ facile quęcunq; ſubuertatur. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. ſed titulus de *Regulis Iuris*, ſub quo ſententia illa inſerta eſt ſatis indicat, Vlpianum non illic agere de vera definitione, qua quid ſit res, explicatur, ſed de regulari quadam traditione, hoc eſt, breui quadā ſententia, qua plurium rerum ſub regula fit traditio, nos regulas vocamus l. j. ff de reg. iur. quarum proprie nullam in Iure ciuili legere eſt, quę propter varios exceptionum modos, non facile ruat. Quo pariter ſenſu, apud Marcellum dixit Pomponius, quādo mora fieri intelligatur, difficilem eſſe definitionem: l. mora. ff. de vſur. q̄ non multò ante pręmonuimus. Sup. ea. parte. c. 2.

De diuiſione & partitione, Cap. xi.

DEfinitionem, iuſto ordine, ſequitur diuiſio. Definitione. n. quid ſit res explicatur. Diuiſione aūt, qualis ſit oſtēditur, rē ipſam quę vna eſſe vr̄, in multa mēbra, & capita diſpertiendo, vt meritò credatur, ad diſcendum, & docendum, accōmodatiſſima, nam & eum hoīem, Plato Dei loco habet, qui artem probe calleat diuidendi. Plato in Phędro. Id autem quod vnum eſt, in plura tripliciter diduci pōt, Diuiſione, partitione, & enumeratione. Diuiſio eſt vnius generis in plures ſpecies diſtributio. Vt animalium, aliud homo, aliud brutum. Obligationum, alię Ciuiles, alię

Prętoriç.

Source : BIU Cujas

Prętorię.§.omnium de obligatio.Actionum,quędã in rem,quędam in perſonam.l.actionum.ff.de actio.& oblig.§. omnium de actio.Partitio,eſt totius,in ſuas partes diductio, vt ſi fundũ in proprietatẽ,& vſumfructum diuidamus.l.ſi alii. ff. de vſuf.leg. Nauẽ, in Malum,Proram,Puppim,& Sentinam.l.malum.ff. de verb. ſignific.monetq; nos M. Cicero, ne temerè partes cum ſpeciebus confundamus,Cicero in Top.quę tñ religio,non perpetuò Iuriſconſultis noſtris probata eſt,hæc perſæpe confundentibus:quod enim partes,& totum dicere debent:plerũq; genus,& ſpecies appellant.l.j.in princ.ff.de lib.agnoſc.§.plebiſcitum.de iur.nat.Enumeratio,eſt multorũ,quæ vni alicui inſunt diſtinctio,& recenſio. Vt Vlpianus,prudens fuit,& Iuriſconſultus,& Chriſtianæ religionis perſecutor. Eſt igit̃ diuiſio,qua de agimus,generis in ſpecies,p differẽtias facta diſtributio:quam receptum eſt,per ſpecies oppoſitas,& contrarias fieri oportere,Fa.& Iaſ.§.actionũ.de actio.hoc eſt ex duabus inter ſe pugnantibus differẽtiis,abſolui, vt in idem conuenire nequeant:veluti homines,aut liberi ſunt,aut ſerui l.3. ff.de ſta.hom.§.j.de iur.perſo.quidam ſui iuris, quidam alieno iuri ſubiecti.l.3.ff.de iis,qui ſunt ſui.Poſſeſſionũ aliæ bonæ fidei, alię malæ fidei:l.3.§ genera.ff.de acquir.poſſ. nam ſi quis,verbi gratia diceret, omnes hoïes,aut liberi ſunt,aut maſculi:inepta dubio ꝓcul eſſet diuiſio,cùm maſculini ſexus qualitas, ſub conditionem liberorum recidat. Sed (vt Rodolphus ait) ſpecioſiùs hæc multò dñr q̃ vt rectè,religioſeq; obſeruari poſſint.Rodolp.Agrico.li.1. de inuentio.c.7. ſiquidem nullius penè generis, vtraq; differentia ſit nobis planè cognita,ac proinde alteram per negationem,plerunq; exprimamus,l.alienatũ.§.fin.ff.de verb.ſignifi.exemplo eſt *Animal*,cuius vna ſpecies nimirum irrationale, non niſi rationalis negatione declaratur. quamobrẽ(inquit) vera differentia eſſe non põt:cùm omnis ſpecies ex differentia conflari debeat.Et nihil ex negatione cõſtituatur.Porrò aũt conficitur diuiſio,vel a cã efficiẽte,vel a materia & forma, vel ab effectu, vel ab accidentib. Ab efficiente,vt Ius aliud eſt naturale,aliud gẽtile,aliud ciuile.l.1. §.1.ff.de iuſt.& iur.conuentionum,quædam ex publica, quædam ex priuata cã fiunt.& priuatæ aliæ a lege,aliæ a Iure gentium.l.cõuentionum.ff.de pac.Dos,alia profectitia,alia aduentitia.l.profectitia.ff.de iure dot.& ſic de aliis.A materia,& forma diuiditur Ius in publicum,& priuatum.In ſcriptũ,& non ſcriptũ.d.l.1.§.1.ſeruitutes,in perſonales,& reales.l.j.ff.de ſeruituti.Donationem,in eã quæ ſimpliciter fit,& in eam quæ cauſa mortis dr̃.l.ſenat. §. ff.de don.ca.mor.l.alienatum.§.fi.ff.de verb. ſig. Impenſam, in neceſſariam,vtilem,& voluptuariam.l.j. ff. de impenſ.l. impenſæ.ff.de verb. ſig. Ab effectu veluti capitis diminutio, in maximã,mediã, & minimam,l.fi.ff.de ca.dimin.interdictorum, alia ſunt prohibitoria, alia reſtitutoria, alia exhibitoria, l.j.§.interdictorũ. ff.de interdi.§.ſumma.eod.tit. & quæ Rei familiaris, continent perſecutionem,quædam adipiſcendæ poſſeſſionis ſunt,quædam retinendæ,quædam recuperandæ.l.2.§.hęc autem.ff.de interd.§.ſequens. eo.tit.Et hæ tres diuiſionis ſpecies,diuiſionis nomen hr̃e propriè merentur.In quibus illud prætereà notandum, eas nõuunquam commiſceri:nam eadẽ Diuiſio,ex cauſa efficiente, & formæ, aut ex cauſa,& effectu,ſimul vim ſuam mutuari poteſt:vt ecce,generalis adoptio, duobus modis fit, aut principis auctoritate,aut magiſtratus Imperio,hæc adoptionis nomen retinet: Illa arrogatio dicitur,quia adoptantur filii familiàs.Arrogañ qui ſui Iuris ſunt. l.2.ff.de adoptio.Sic actionum,duo genera ſunt,in rem, aut in perſonam,harum cauſa efficiens,eſt perſona:& effectus, perſonæ perſecutio.Illarum cauſa efficiens eſt res & effectus, perſecutio rei, l. actionum.ff.de actio.& obl.§. omnium,de actio.neq; nouum videri debet,eandem rem,emergente cauſarum diuerſitate, diuerſis pariter officiis fungi.l.tutorẽ.ff.de iis qui vt indig.ab accidentibus deniq; cõſtituitur diuiſio:vt alia eſt pro emptore,alia pro donato,alia pro hærede,&c.l.3.§ genera.ff.de acqui.poſſ.Harum autem diuiſionum,accurata obſeruatio, plurimum quidem ad cuiuſcunq; artis, ſed noſtrę pręſertim Iuriſprudentiæ cognitionem conducunt,& vtiliſſimæ ſunt,atq; ad diſcendum faciles:cæterùm (inquit Plato)ad vſum difficillimæ, vt minimè mirum debeat videri,ſi eum loco Dei habiturum ſe dicat,qui ea probè,beneq; vti norit.Plato in Phædro. Sed iam ſatis Diuiſioni datum, nunc ad iuris tractatum,propius accedamus.

An ſit Ius,& ius quot modis dicatur. Cap. XII.

EOrum quæ in quæſtionem venire ſolent, M. Cicero, Fabius Quintilianus,& Hermogenes, tria tantùm genera fecerunt, *An res ſit, Quid ſit,& Qualis ſit?* Cice.in Topi.Fab.Quint.lib.1.Hermog.j.de inuentio.Ariſtoteles verò,vti ſupra dictum eſt, magno iudicio,quartum adiecit,nimirum *propter quid res ſit?* Ariſtote. 2. Analyt.poſter.Ergo de Iure dicturus,ſit ius,an non ſit,hoc eſt an Ius reuera ſit,& a natura profectum, an hominum opinionibus tantummodo conſtitutum,diſceptare primum,docereq; debet, ne fruſtrà alioqui ſuſcipiatur a nobis labor, ſi in eius rei quæ non eſt,diſputatione cõteratur. Id autem a nobis, cùm ſupra copioſè tractatum ſit.Supra eadem part.c.3. Iam hoc quæſtionis tędio in pręſentiarum leuati videmur & ad alteram vocati,qua definitione res explicanda eſt.At verò monẽt, vbiq; Philoſophi, in omni diſputatione, quæ cũ iudicio ſuſcipitur, ſi forte ambigua vox occurrat, multiplicem eius ſignificationem exponere, quò certiùs intelligatur, qua de re, & quomodò vnum quodq; dicatur: tum ẽr ne nominis ambiguitate diſtracti, in cognoſcenda aut tradenda doctrina,hęreamus,exemploq; eſt(inquit Accurſius)canis nomen,Accurſ.l.quoties,in ſtipulationibus.ff.de verb.oblig.quo ſcimus,quatuor ſignificari,terreſtre nimirum animal,piſcem marinum,celeſte ſydus,& ludi talaris(quod vnius puncti erat)ſignum. Idemq; in Arietis verbo quo deſignaẽ animal in terris ſydus in cęlo,& machinamentum, quo muri expugnantur. Ergo de Cane,aut Ariete dicturus,niſi primùm explicet, in quã ſignificationem,hoc vel illud tractet,nihil aut certè parũ profuerit. Nos inueſtigaturi itaq; quid ſit Ius, multiplicem eius ſignificationẽ hoc pręceptum ſecuti cum primis diſtinguemus,& varias eius notiones aperiemus paucis,neq; enim vno tantummodo,Iuris nomẽ, Latinis appellatur,nam quandoq; pro cõiunctione ſanguinis, & neceſſitudine ponemus, veluti eſt mihi cum eo Ius cognationis, affinitatis,aut amicitię.l.fi.ff.de iuſt.& iur.l.ius autem.ff.de pac.l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.Locus item,in quo Ius redditur,& Iudiciarię cauſę tractantur(crebrius Forum Iudiciale dicitur)aut iudicandi gratia.Iudices conſiſtere ſolent,Ius nonnunquam appellatur,l 1.l.voluit.§.fi.ff.de interro.act.appellatione collata(inquit Iulius Paulus,) ab eo quod fit in eo vbi fit. l. pen. ff. de iuſt. & iur. Vnde illud Demiphonis,apud Terentium, *In Ius ambula*, in Phormio.& nos eodem ſenſu dicimus,in Ius vocare l.1.& tot.tit.ff.& C.de in ius voc.in Iure interrogari,l.1.l. voluit.§. 1.ff.de interro. act.& confeſſos in Iure,pro iudicatis haberi.l.vnica.C.de confeſ. Aliquando prętereà Ius,pro facultare,licentia,& auctoritate aliquid faciendi,vſurpatur.l.1.ff.de vſuſ.l.1.ff.de ſeruit.ruſti.prędio. quomodo ſeruitutes prędiorum,actiones,obligationes, hereditates,iura appellantur,ideſt poteſtates aliquid faciendi,atq; in Iure conſiſtere dñr quod Ius eam faciat ptãtem.l.1.ff.de rerum diui. Deniq; pro Iuriſprudentia, & arte iuris & iuſtitia ſeu pro eo ponitur ꝙ aut ratio naturę, aut lex principis, aut populi conſenſus iubet,a iuſſu,per Apocopen ſic dictum, ꝙ proprie nihil aliud ſit, quam ꝙ natura ipſa,vel lex ſcripta,ſequi,aut vetari iubet,& pręcipit.Vnde Ius naturale,gentium,& ciuile,l.1.§.1.ff. de iuſt. & iur. & contractius Iuris nomen Vlpianus vſurpat pro eius Iuris ſcientia,cum ait *Ius eſt ars boni & æqui* d.l.1.de iuſt.& iur.Eſt autem (inquit eodem loco idem auctor) *Ius a Iuſtitia appellatum*, quo edocemur, Iuſtitiam iure fuiſſe priorem,aduerſus grãmaticos, Ius,ſimplex & primum nomen eſſe,tradentes, a quo Iuſtum, & a Iuſto Iuſtitiam dictam. Sed certè non ideò mihi vr̃, repudianda Vlpiani ſnĩa,q Iuris nomen accipit non pro Iure ipſo, hoc eſt eo ꝙ nobis ratio naturę ſuggerit,& inſinuat, aut lex ciuilis pręſcribit, ſed pro Iuris ſcientia,hoc eſt peritia,& cognitione pręceptorũ Iuris. l.2.§.iuris ciuilis.ff.de orig.iur.vnde cùm dixiſſet Vlpianus *Iurĩ*. id eſt *Iuriſprudentię*,& ſcientię Iuris, operam daturum, priùs noſſe oportet,vnde nomen Iuris deſcendat,ideſt,quanam ratione,hęc ſcientia Ius appelletur,mox ſubiũgit,*hoc Ius, a Iuſtitia* venire propterea ꝙ huius ſapientiæ ſtudioſi non aliò ſpectare debeant,q̃ vt Iuſtitię viam parent,ac cuiq; curent ius ſuũ pręſtari & tribui,l.bona fides.ff.depoſ.vbi Accur. Fluit ergo Ius a Iuſtitia,tanq̃ (inquit Accurſius) filius a matre. d.l.j.ff.de iuſti.& iur. Nec obſtat ꝙ Ius ſimul enaſci cum Iuſtitia, Vlpiani verba ſignificent. l. Iuſtitia ibi, ius ſuum illo tit. nam Ius illic pro hominis merito, hic pro arte, ſeu collatione pręceptorũ boni & equi accipitur, quem Ariſtotelis ſententia,hac in parte ſatis iuuerit virtutem dicentis,ſua cuique tribuere merita. Ariſtote,Ethico. Nos verò, illud quoq; Ius, quod hominis meritum vocant, tanquam in Sole lucem: & in igne calorem:in Iuſtitia ſemper fuiſſe putamus.Eſt eñ Ius,veluti Lumẽ,effectus,& executio Iuſtitię.d.l.1.in prin.Accu.§.1. de iuſt. & iur.inſtitutio.Vnde nec propterea,ꝙ a Iuſtitia,Ius deſcẽdat:Iuſtitia,prior Iure cenſeri debet,nã & ab obligatione,actio ita enaſcitur,vt ambę ſimul, & eodem tempore producantur. l. licet. §. ea obligatio. ff.de procur. Sed iam & locus, tempus poſtulant,vt quid ſit Ius declaremus.

De Iuris definitione. Cap. XIII.

IVuentius Celſus, grauiter, & paucis, ius, in hęc verba deſcripſit,*Ius eſt ars æqui & boni*.l.1. ff. de iuſti. & iur. Ideſt, diſciplina quędam,boni & equi regulis cõcluſa. Quę definitio, vel ex eo ꝓba apparet,ꝙ rei definitę naturam,& ſubſtantiã,per genus & differentias explicet,Bar.l.1.ff.de teſta.quippe vox *Ars*, in definitione genus eſt.Differentiæ verò iis verbis *boni & æqui*,continentur, cùm bono & ęquo Ius a cęteris diſciplinis diſtinguatur: nec nos mouere debet,ꝙ copulą & vtriuſq; concurſum requirat,l.ſi hęredi.ff.de conditio.inſtitutio. & Ius,ſuper bono, non etiam ęquo, nonnunquã diſponat,vt in vſucapionibus,l.1.ff.de vſucapio.Bar. d.l.j.de iuſti.& iur.vt vt eñ verũ ſit, pleraq; bona eſſe quę tñ ęqua non ſunt,bonumq; laitùs q̃ ęquũ patere, quod oẽ ęquum, bonũ fit:at non oẽ bonum,illud ęquũ eſſe, cùm ęquitas ſit propria ipſius legis,& iuſtitię, qđ tñ ad vſucapiones attinet, noſtrates, neq; iniuria receperunt, Vſucapiones,nõ ciuili modò lege, ſed ẽt ęquitate,ob publici commodi pręrogatiuam niti. Gloſ. c. ius naturale. 1.diſtin. Alciat.lib.de quinq; pedum pręſcrip. Cùm autem bonum,& ęquum agere,nõ a cuiusq; captu,& ingenio pendeat:ſed a recta na-

Source : BIU Cujas

a recta naturę ratione, rerũ circunſtantias ęſtimante. Ius aũt eſſe, Vlpianus ſcripſit, quaſi dicat ſcientiam, §. ſed quia ſolitum ad fi. in proœmio digeſtorum. bonum & ęquum agendi, ſicuti Veteres philoſophiam rectè viuendi artem dixerunt: Cic. li. 3. de finib. Iuris enim, & Iuſtitiæ cultores, boni & æqui, notitiam profitentur. l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur. Vt minimè dubitãdum ſit, quin Celſi rñſo, l. 1. ff. de iuſt. & iur. Iuris ſcientia, (vti non multò antè monui) non ēt Ius ipſum, definiatur. Ius enim ſignificanter acceptum, non eſt ars æqui & boni, ſed potiùs æquũ & bonũ, hoc eſt ipſiſſima ęquitas: atqui oĩs ars, omnisq; ſcientia, aliud quid eſt, ab eo, ꝙ tractandum proponitur, idq; tum præcedentia, tum ēt ſequentia Vlpiani verba, perſpicuũ faciunt. d. l. 1. dixit enim Vlpianus Iuriſconſultus, *Iuri*, hoc eſt Iuris ſciētiæ, *operam daturum, prius noſſe oportet*, &c. Nec multò pòſt ſtudium vocat, quam iuris artem dixerat. *Huius ſtudij*, dicens, *duas eſſe poſitiones*. d. l. j. §. huius ſtudii. & paulò inferius *Iuriſprudentiam ait eſſe diuinarum humanarumq; rerum notitiam, Iuſti atq; iniuſti ſcientiam*. l. Iuſtit. §. 1. ff. de iuſt. & iur. Neq; verò ex iis cuiquam perſuaſum iri cupio, Iuris ſcientiam illam eſſe, in cuius cognitione, nullum præter aſſiduã lectionem, deſideratur artificiũ, quam nos *Iuris ſcientiam*, ſimpliciter dicimus: l. ſi ſeruum. §. ſequit. ff. de verb. obl. l. 2. §. Iuris ciuilis. ff. de orig. iur. ea enim verbis legũ clauditur, ſed illam, quæ in æquitatis, & Iuſtitiæ cultu conſiſtens, nullo legis præſcripto ſatis comprehenſa l. de acceſſionibus. ff. de diuer. præſcrip. ſolam rectam rationem ducem habet, & per quã boni viri iudicium, ad conſtituendum pro rerum circumſtantiis, informatur. l. nonnunquã. ff. de iud. l. aut facta. ff. de pœ. Superiorẽ Iuris ſcientiam, calluiſſe mihi probè vr̃ Scæuola, quem M. Cicero Iuriſperitiſſimum & præconem habitum fuiſſe ſcribit, Cic. de clar. orat. & 1. de ora. at tam amarè, & ſuperſtitiosè, verbis ſcriptæ legis hæſiſſe, vt æquitatem interdum oppugnare videretur. Cice. pro Cecinna. Artem verò boni, & æqui, peroptime nouerũt, Seruius Sulpitius, & C. Aquilius, qui iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſe iunxerunt, Cice. declar. orat. ad æquitatis rectitudinem, oĩa referentes, vt non tam Iuris, q̃ Iuſtitię, boni æquiq; conſultos, ſe videri, & eſſe peroptarent. Cic. Philip. 9. nam & inde Iure conſulti nomen a conſulendo tractum accepimus, quod ęquitatem, & Iuſtitiã in Rep. rectis & honeſtis cõſilijs tueatur, quãquã alibi M. Cicero Iureconſultos eos eſſe dicat, qui cõſuluntur & de iure rñdent, & Ius interpretari populo, ac reſpondere ſolent Cice. 2. de legib. & alibi Iureconſultum illum eſſe ait, qui legum, & conſuetudinis eius, qua priuati, in ciuitate vtuntur, & ad reſpondendum, & agendum, & cauendum peritus ſit, Cic. 1. de orator.

An Ius ſit ars, vel ſcientia. Cap. XIIII.

QVoniam verò Celſus, & Vlpianus Iuriſcõſulti, Ius artẽ eſſe dixerimus, l. 1. ff. de iuſt. & iur. hinc ſcientiæ noſtrę oblatratores, anſam arripiunt, qua ſuam hæreſim confirment, cũ imprudenter negant iuriſprudentiam, eſſe ſcientiam: hoc enim intereſſe ſciunt, inter artem & ſcientiam, ꝙ hæc ſemper vera ſit, ęterna, atq; perpetua, & de rebus neceſſariis, quę non poſſunt aliter euenire, q̃ nunc ſint. Ideoq; definitur eſſe rei per cauſas cognitionem, quæ aliter ſe hr̃e nequcũt: Ariſtote. 1. Analyt. poſterior. Ars verò ſit earum rerum, quæ aliter atq; aliter poſſunt contingere, vt non idcirco male Artem philoſophi fortunæ aſſimilent, ꝙ vti fortuna varia eſt, nec ſibi conſtat: ita ars, nihil in ſe permanentis habeat, neq; alio nomine differre iudicari poſſint, q̃ ꝙ Fortuna de ijs eſſe dicatur, quæ rarò cõtingunt: Ars vero, de iis, quæ frequenter. Ariſtotel. lib. 2. Ethico. cap. 4. Adde ſi (ſi placet) ſciētiam eſſe habitum aliquid cognoſcendi, totamq;, in cognitione, & cõtemplatione poſitam eſſe, nihil autem efficere: contra vero, ars animi habitus eſt, recta ratione quippiam efficiendi: imò verò ipſa formarum effectrix eſt. Ergo Iuriſprudentia, non ſcientia, ſed ars dici debet: tum ꝙ particularium ſit, & contingentium rerum, mutationiq; obnoxiarum: tum quod tota in actione poſita ſit, qua Reſpublica, per moderatores, & iuriſperitos conſeruat̃. Sciẽtia verò, nihil efficiat: ſed facta duntaxat contempletur, vniuerſa liumq; ſit, & neceſſariorum. Qua ratione philoſophus, prudentiã probat ſcientiam non eſſe. Ariſtotel. lib. 6. Ethico. cap. 8. Nec diuerſum, ex illorum ſententia dicendum, in Iuriſprudentia, cuius leges, qm̃ (vt aiunt) ratione plerunq; carent: l. non omnium. ff. de legib. per q̃ duræ ſunt. l. ꝓſpexit. ff. qui & a qui. ſolaq; principis auctoritate nituntur, l. 1. ff. de conſti. prin. §. ſed & quod principi. de iure natu. flectuntur ſępe, mutantur, & variantur, c. non debet. de conſang. & aff. qui igitur (inquiunt) fieri poteſt, vt cùm dubia, cæca, incertaq; ſint: quæ a Iuriſconſultis tractantur: in artem ipſa recludi valeant? quæ nõ niſi cognitis & nunquam falentibus rebus continetur? Amplius, ſunt qui exiſtiment, Iuriſprudentiam neq; ad artem, neq; ad ſcientiam referri poſſe, ſed potius virtutẽ quandam eſſe, & Prudentię partem: quam ſententiam eleganter, & copioſe defendit Chriſtophorus Ehemius, in iis libris, quos de Iuris principiis valde eruditos, nuper conſcripſit. Huius verò, & illorũ opinionem, non minimum iuuerit, ꝙ noſtri legũ auctores, parũ ſibi conſiſtere videantur, nam Ius ipſum, modo artem: l. j. ff. de iuſti. & iur. modò ſcientiam: l. 2. §. iuris ciuilis. ff. de origi. iur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. l. iuſtitia. §. j. ff. de iuſtit. & iur. modò ciuilem ſapientiam. l. 1. §. eſt enim. ff. de var. cogni. dixerũt. Sed hæc omnia cohęrere, Iuriſq; ciuilis cognitionẽ, & artem, & ſcientiam, & ſapientiã eſſe manifeſte patere oſtendemus. Ars cum primis eſt, cùm ex collectis quibuſdam pręceptionibus, ad cõem vitæ vtilitatem cõſtet. l. 1. l. Iuſtitia. §. Iuris præcepta. ff. de iuſt. & iur. Eſt item ſcientia, cùm certam rei per cauſas cognitionem continet. d. l. 2. §. iur. ciuilis. Deniq; eſt ſapientia, d. l. j. §. eſt enim. quæ vt a veteribus philoſophis probe definita eſt, Diuinarũ, eſt & humanarum, cauſarumq; quibus hęres continentur, ſcientia, Cicero 2. officio. & 4. Tuſcula. atqui Iuriſprudentia iſtiuſmodi eſt. l. Iuſtitia. §. fi. ff. de iuſt. & iur. §. 2. eo. tit. in Inſtitutio. Ne verò, quæ aduerſarii obiiciunt, pugnare videantur, in primis conſiderãdum eſt: Iuris noſtri auctores, diuinam illam, & naturalem æquitatem (quã qui iugiter ſequitur nunquam aberrare põt, Cicero 1. de legibus.) ducem ſemper habuiſſe, l. j. ff. iuſti. & iur. vnam tñ eſſe atq; eandẽ mentem Legiſlatorum oĩum, quia nimirum ad eundem finem, eandemq; quaſi metam, licet non eadem via, oẽs tendant: ciues nempe ſuos ad primam naturę Iuſtitiam, & ęquitatem reuocare finemq; legis, & ſcopum eſſe conſtat publicam ciuium tranquillitatem, & bonum cõe. l. j. ff. de legibus. *Salus populi*, dicebant veteres, *ſuprema lex eſto*. Cicer. 3. de legib. Vnde Ariſtoteles ſalutẽ Reipublicæ, in conſtituendis legibus poſitam eſſe docet. Ariſtot. 1. Rhetor. Leges itaq; dici non pñt, quę ad vtilitatem publicam nõ referuntur. Cicero 2. Rhetor. Aequitas aũt illa naturæ, conſtans eſt, perennis, & ſempiterna, cui neq; prorogari, neq; derogari fas eſt. Cice. li. de Repub. Communisq; populi ſalus, perpetuò viget, quamuis eius tractatio, non vno in ſtatu conſiſtat, ſed aliis, atq; aliis emergentibus cauſis, pro neceſſitate publica, moderationẽ accipiat, atq; pro variis perſonarum, temporum, locorumq; moribus meritiſſimò varietur c. non debet. de conſang. & aff. Solent enim diuerſi euentus, diuerſa gignere conſilia, & noua remedia ſuggerere, l. j. ff. de vent. inſp. Ius enim natura, nõ opinione cõſtare, cum Chryſippo cæteri ſapientes rectiſſime cenſuerunt, Plato li. 1. de Rep. Auguſti. li. 19. de ciuitate Dei. & leges conuenit, vt Liuius ſcribit, mortales eſſe ac temporibus ipſis mutabiles, vt quæ in bello latæ ſunt, pax: quæ in pace, bellum plerunq; abroget. Liuius. li. 34. nauis exemplo, in cuius adminiſtratione, alia in ſecunda, alia in aduerſa tempeſtate, vſui eſſe videamus, & experimur. At verò non ideo, de incertis Iuriſprudentia dici poterit. Nã qd queſo magis ſibi ꝓſtans, Deo Optimo Maximo: ꝙ nõ vt filius hominis mutatur. Nume. 23. Ego enim Dominus (ait) & nõ mutor, Malachiæ. 3. qui tñ aliter olim, q̃ nũc coli voluit, ac permulta quę in lege veteri præceperat, in noua abrogauit. c. 1. de purifica. poſt par. Ad Coloſſen. 2. ad Galat. 5. Sed nec aduerſas fluctuantesq; Iuriſcõſultorum ſnĩas hic mihi iure ſunt obiecturi aduerſarii. ſiquidem vbiq; impingant ipſi quoq; philoſophi, fereq; ſemper inter ſe adeo diſſideant opinionibus, vt eorum præceptis nihil incertius, meritò dicere poſſimus: veluti cùm de rerum principiis, de Diis, de mundo, de Idæis, & ſexcẽtis aliis diſputãt, quæ apud alios, otioſe legẽda relinquimus. Plutarc. libro de placitis philoſopho. Sed neq; pugnant hæc prorſus inter ſe, quod aliqua diſciplina, Artis, & Scientiæ nomen, ſimul habeat, quanquã enim hæc nihil efficiat, ſed rerum naturam per cauſas comprehendat, & contemplatur: rerumq; ſit æternarum, & neceſſariarum, ſeu quę aliter euenire non poſſunt. Artis verò propriũ ſit efficere aliquod opus, non item contẽplari, ſitq; ars, de rebus, quæ aliter euenire nõ poſſunt. Iuriſprudentia tñ, & in cognitione, & in operatione poſita eſt: nã quid ęquum ſit, & iniquum, quid iuſtum, & iniuſtum, per ſuas cãs primum comprehendit, & cõtemplatur. *Boni enim, & æqui* (ait Vlpianus) *notitiam profitemur*. l. 1. ff. de iuſt. & iur. Deinde efficiẽdo, Iuſtitiam operatur, & conſeruat, rempublicam tuetur, ac defendit, ſecũdum id quod iuſtum & honeſtum eſſe, certa ratione cognoueris, æquum ab iniquo ſeparans, licitũ ab illicito diſcernens, præmiis bonos, & ſuppliciis improbos afficiens. d. l. 1. Deinde quia Iuriſprudẽtia tota in æqui, & boni rõne, hoc eſt in æquitate naturæ ꝓſiſtit, circa res æternas, atq; perpetuas verſari dr̃: conſtans eñ eſt, firma, ſibiq; ſemper ſimilis, recta naturæ rõ, vt nec amore, nec inuidia, patiatur ſe ab honeſtate, & iuſtitia vnquã abduci, nec vllo tpis decurſu, aut potẽtioris auctoritate variari. l. 2. ff. de vſufr. earer. Neq; præterea recta naturæ ratio, aliud, quicquã eſt, q̃ ipſa lex. Quemadmodũ enim anima, & mens eſt forma corporis: ita ratio ipſius legis forma, & eſſentia. Bal. l. ſi quis ſeruo. C. de fur. Lex illa inquit M. Cic. quam Dii humano generi dederunt, eſt ratio mensq; ſapientis ad iubendum, & ad deterrendum idonea, Cice. j. de legib. ſuntq; principia illa & ſumma Iuris pręcepta, velut diuinitus promulgata, perennia & ſempiterna. Cicer. 1. de legib. quo nomine, Scientiæ nomen, Iuriſprudentia ſibi ſuo iure vendicat: qm̃ verò certis theorematibus, & præceptionibus clauditur: quorum vſus, & obſeruantia pro vtilitatum præſentium rationibus: & variis rerum humanarum circunſtantiis, flecti ſæpe, & mutari ſolet, Ars quoque nec immeritò dicitur, atque hanc arbitror ego eſſe veram, in quæſtione propoſita ſententiam non modò rerũ veritati, ſed etiam omnium recte ſentientium Iureconſultorum ſcriptis, iudicioq; conformem, & conſentaneam.

De Bono

Source : BIU Cujas

De Bono & Aequo. Cap. xv.

POsteriora verò, in definitione iuris verba sunt, *Boni & Aequi*, hoc est iustitiæ,& æquitatis,non verbis, aut literis legum cõclusæ,sed in mente ac ratione legis positæ.l.si & me.ff.si cert. pet. l.si quid venditor.ff.de ædil.ed.l.in iis.ff.de conditio.& demonstr. l.consensu.ff.de actio.& oblig.Græci vno verbo dicunt ἐπιείκειαν, idest conuenientiam,& æqualitatem(ἐπὶ idem est, quod iuxta, & ἶσος,conueniens,adsimulatum) quasi quæ legem ipsam, ad æquitatis normam reuocet,eiusdemq; legis verba,ex præscripto rationis,ad iustam rerum omniũ proportionem,moderetur,& corrigat,hoc est,ex eorum,qui legem tulerunt sententia,& cõsilio. Et hæc est benigna iuris interpretatio, quam Iurisconsulti fieri iubẽt, quò legum voluntas conseruetur.l.benignius.ff.de legib. q; leges non in verbis positas sciant,sed in mente,ac radice rationis. c. intelligentia.de verb.sig.c.Marchion.1.q.1.l.scire.ff. de legib. Huiç bono,& æquo,opponitur sophistica illa,& calumniæ plena verborum,literarum, ac syllabarum interpretatio : cùm legum verbis superstitiosè hæretur,nõ spectato,quid senseritis, qui scripsit: sed quid duntaxat superficie, & angustiis verborum inclusum sit. Nos *strictum Ius* dicimus,l.pen.ff.de const.pecu.l.placuit.C. de iu. sub cuius auctoritate,Celsus adolescens dicebat,plerunq; periculosè errari.l.si seruum.§.sequitur.ff.de verb.obl.Veteres, *Summum Ius, Summam malitiam & Summam crucem*,dixerunt,ex quo illud(inquit M.Cicero.) Cic.1.officio. *Summum Ius Summa iniuria*: factum, iam tritum sermone prouerbium, Græcis ἀκριβοδίκαιον dicitur, quiq; hoc vtuntur,ἀκριβοδίκαιοι,quasi præduri, seueriq; Iuris interpretes,qualis est ille,quem in hæc verba M. Cicero, alicubi taxat:Istum locum fugis(inquit) & reformidas,& me ex hoc (vt ita dicam)æquitatis campo,ad istas verborum angustias,& ad oẽs literarũ angulos reuocas.In his ipsis intercludere vis insidiis.quas mihi conaris opponere? *non deieci*, inquis, sed *eieci*, peracutũ hoc videtur tibi,hic est mucro defensionis tuæ, in eũ ipsum causa tua incurrat, necesse est. Cicero pro Cecinna. Itaq; bonum & æquũ, apud Vlpianum Ius definientem,l.1.ff.de iust.& iu. rectam animi constitutionem (quam Græci apud Budæum εὐνομίαν appellant) absolutamq; bonitatem,& æquitatem significat,qua, ratione legis cum iudicio perpensę, & singulis rerum circunstantiis obseruatis,rectè discernimus,quid fieri,aut non fieri oporteat,l.nõ solũ.ff.de iniur.l.at si quis.§.hæc actio.& §.generaliter. ff.de religios. d.l.si & me.cum concord.inde æquitatis nomen nacta,q; summũ Ius,omnia recta,(vt ait Aelius) atq; inflexibilia exigens, ad æquabilitatẽ,& parilitatem reuocet. Græci vt diximus ἐπιεικείαν appellant:quasi quæ pro rerum,negociorumq; natura,personę,loci,& temporis qualitate cuncta, ex iusta & æquabili rerum proportione,moderetur,& temperet,ex naturaliq; bonitatis præscripto,legis voluntates,& hominum cogitationes,ad rationẽ naturę traducat,& accommodet,quod prõpriũ esse munus Iudicis, M. Cicero perbellèdocet,Sulpitium laudans, q; nõ magis Iuris q̃ iustitiæ consultus fuisset.Et quæ proficiscerentur a legibus, & Iurę ciuili,ad æquitatem semper referret.Cicero Philipp.9.quam bonitatem,velut a perfectis naturæ principiis profectam,Modestinus alicubi vocat *naturalem Iustitiam*.l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excus.tuto.& M.Cic.Aequitas est(inquit) quod naturalis ratio persuasit,Cic.in Top.de qua Paulus Apostolus,fortassis ẽt loquitur, cùm ait,quosdam esse qui cum legem non habeant, naturaliter tamen,quæ sunt legis,faciunt,& ipsi(inquit,) sibi sunt lex.Ad Romanos 2.neq; verò cuiusuis est Iurisperiti,hanc naturalẽ Iustitiã, censendo,assequi, vnde & in eo genere, quotidie peccari multa videmus, ab iis, qui verborum aucupiis vsi,literarumq; vocũ, & syllabarum angustiis hærẽtes,scripti sensum,aliò,q̃ quò oporteat deflectunt.l.nulla.ff.de legib.d.l.si seruum.§ sequitur. Vt enim legis virtus est,imperare,vetare,permittere,& punire:l.legis virtus. ff.de legib.c. fi. 3. distin.Ita æquitatis partes sunt, non callidè, aut Sophisticè,verba contorquere:sed ea ex præscripto rationis, Iustitię,& bonitatis,benigniùs interpretari,coarctare,& extendere: Laut facta.ff.de pę. & si euidens causæ poscit vtilitas, corrigere, & emendare.l.diuus.ff.de restit.in integ. Quod pluribus Aristoteles in moribus pertractat.Aristo.5.Ethico.Non male igitur, *Ius* finiturі sumus,si dixerimus,esse ciuilem æquitatem, vel scriptis legibus sancitã,vel institutis,aut moribus receptam.Sallustius in bello Catilinario. *Bonum* verò,*& æquum*,aut si mauis *Aequum bonum*, sine copula,esse ipsius iuris originem,& temperationem,ex prudentia Iudicis procedentem, qui pro negocij circunstantia legis, scriptum ad causæ rationem flectere,& accommodare debet, nõ etiam legem,ad cãm ac proinde Alphenus Iurisconsultus,Ius in causa positum esse dixit.l.si ex plagis.§.in cliuo.ff.ad l.Aquil.quip pè leges vniuersales esse oportet,quæ id constituant,quod plerũque faciundũ est, neq; possunt de singulis,in vniuersum rectè decernere,l.neq; leges.ff.de legib.§.i. de iis qui ingre. ad ap. colla. 5. cum plura sint negoca,q̃ vocabula.l.natur.ff.de præsc. verb.quin pleraq; consultò legislatores prętereunt,ne nimii esse videantur, Aristo.1.Rhetor.at æquitatis natura hæc est,vt legem interpretetur & suppleat,quatenus aliquid omisit, propterea q; vniuersaliter loqueretur,Aristot.5.Ethico.Veluti si ex lege, quæ peregrinũ muros conscendentem,capite plectit, ad supplicium petatur peregrinus,qui in extremo ciuitatis periculo, transcẽdẽs murũ,hostes fugauit,& strenue depulit, Rhodig.lib.7.lectio.antiqua.c.21. callida profectò,calumniæ plena, maligna, ac iniqua nimis esset, hæc legis interpretatio.Cice.pro Murena:& 1. officio. hoc esset, Ius angustijs verborum concludere,& nullis causę circunstantiis temperare,ideoq; *strictum* nuncupatum, quasi strictim,& exactè compressum,ac plus æquo durum.l.pen.ff.de cõst. pec. l.placuit. C.de iud.l.2.§.quanquam tamen Varus.ff. de aqua plu. Contraq; pro æquo & bono,Crassum dixisse M.Cicero auctor est.Cic.pro Cecinna.Illud itaq; cuicunq; propositũ sit,non tantùm Iuri operã daturo, sed etiam iudicaturo, quæ legibus continentur, nõ ad quandam subtilitatis artem,sed ad naturæ bonitatem, & æquitatem dirigere:leges enim dicebat Menander, optimæ sunt : sed si quis duriter nimis eas intelligat,fit Sycophanta,hoc est calumniator,& deminutula licèt causa,lites fouens,& excitans.Ex his aũt, nostrates perspicuum faciunt se non intelligere, quid sit Bonum & Aequũ,dum supremis tantùm iudicibus,in Gallia,hoc est parlamenteis curiis,fas esse ex bono,& æquo iudicare, confirmant, prorsus negãtes, id licere iis,qui in inferioribus subselliis ius dśit: cùm enim Iudices quicunq;,secundum præscripta legum iudicare teneantur.C.1.de of.ordina.legesq; non in verbis,sed in sensu, & ratione resideant.l.scir e. .de legib.c.intelligentia. de ver.sig.c. Marchion.1.q.1.Iusq; sit ars boni & æqui,L.1.ff.de iust.& iur. vel potius ipsissima æquitas, legi ita coniuncta, vt ab ea nunquam diuellatur.dicendum,Iudices quoscũq; infimos etiam, ex bono & æquo,non modò posse,sed etiam debere,teneriq; iudicare,vbi,si voluntas legis certa est, neq; vlla ambiguitate eiusdẽ ratio distrahitur:alioqui nullius esset iudicis,q̃libet maximi,sed solius principis,(cui soli iura condere, & interpretari peculiariter concessum est.) l.fi.C.de legib.obscuram,& incertam legis voluntatem declarare.l.& ideo.ff.de leg.dixi.l.benignius eo.tit. Vnde sententiã nostram non oppugnauerit,quod inter æquitatem,Iusq;, interpositam interpretationem nobis solis dicat Imperator,& oportet & licet inspicere.l.j.C.de legibus. Nã hæc verba,ad legum ambiguitatem,referenda sunt,quę sanè,si adeò sunt perplexa, & obscura, vt vix intelligi possint:aut eius sententia,ad speciem propositam induci,princeps ipse consulendus est,qui legem aperiat, & interpretetur:certiusq; aliquid statuat.d.l.& id.Nam ei soli,interpretatio legum reseruata est,datumq;, vt inter Ius, & æquitatem, arbitrium suum possit interponere.l.1.l.fi.C.de legib. At vbi lex aperte scripta est,aut non tanta est verborum ambiguitas,quin ad factum quo de agitur,commode possit legis induci sententia:eam inconsulto etiam principe,iudex quicũq; sequetur.l.in ambigua. ff.de legib.Verumenimuero,æquitas illa,de qua tractamus,versatur potissimum,in æqualitatis legitimę cõseruatione,inter ciues, & subditos,Cice.1.de orator.inter ea scilicet,quę paria esse aliqua ratione deprehenduntur,veluti inter litigatores,l.fi.C.de fruct.& li.exp.l.in sacris.C.de proxi.sacro.scrinio.lib.2.coniuges,l.non tãtum.ff.de re iud.& filios,l.si ita legatum.ff.de conditio.& demon. licet diuersi sexus,l.fi.C.de liber.pręter. si non ab ea tamen bonũ publicum recedere iubeat,cuius causa haud dubie,priuatorũ cõmoditatib.anteferẽ.l.actio.§.Labeo.ff pro soc.aut. res quę.(.eo. de leg.Verbi gratia, si vt stemmata,& familię cõseruentur,(quod pulice expedit.l.1.§.pe.ff.de vent.inspi.) Lege municipii, filię,masculis superstitibus,successionis æqualitate excludantur.Accur.& DD.l.pen.ff.de iust.& iur.cùm enim de duobus æquis disputatur. q; æquius est sequimur l.bonafides.ff. depos.l. si seruus cõmunis. § quod verò.ff.de furt.Sed nos,qui huiusce iuris,& æquitatis,quique legum primi auctores fuerunt,videamus.

De Legum Inuentoribus. Cap. xvi.

MAgnum putauerunt veteres esse vinculum,ad continẽdos ciuium animos,credere,Leges diuina prouidentia constitutas,quamobrem adiuncta semper fuit antiquis legibus,alicuius religionis opinio. Namq; leges mortalibus omnium primã Cererem, Siculorum Deam dedisse, ob idq; legiferam appellatã,& eius sacra θεσμοφόρια, Ethnici pleriq; fabulati sunt.Diodorus Siculus.lib.6.bibliothecę hystorię.Herodot.lib.6. qui Erato inscribitur.Vnde Ouid.l.5.Metamorph.

Prima Ceres vnco glebas dimouit aratro,
Prima dedit fruges,alimentaq; mitia terris:
Prima dedit leges,Cereris sunt omnia munus.

Et Virgilius.4.Aeneidos.

Principio delubra adeunt,pacemq; per aras
Exquirunt,mactant lectas de more bidentes
Legiferę Cereri.

Alii Legumlatorem primum,fuisse Radamanthum putant, Plinius lib.7.c.56.ac demum alios aliis leges tulisse.c. Moyses.7. dist. Persis Bactrianisq;,Zoroastrem:Thebis, Mercurium: Aegyptiis, Trismegistum:Celtis,Herculẽ:Cretensibus,Minoem: Carthaginiensibus,Charondam:Heniochis apud Colchos,Amphytũ: Lacedęmoniis,Lycurgum:Atheniẽsibus, Draconem primum, deinde Solonem:Romanis,Romulum, ac demum Numam Pompilium,Argiuis,Phoroneum:Italis,Pythagorã: Scythis,Zamolxim:Locris,Zaleucum:Magnesiis,& Siculis,Platonem: id ipsum Arcadibus,Thebanis,& Cirenęicis,enixè postulantibus,denegãtem.

Source : BIU Cujas

te.m. Sed hi omnes instituta sua, alicui Deo, aut Deę, accepta retulerūt, veluti Minos Ioui: Lycurgus Soli, seu Apollini Delphico: Solon, Minerue. quod non temerè, sapientes hi Græcorum legislatores, feciſſe mihi vñr, cùm enim Iupiter, clementiam: Sol (quia planetarum dñs est) potentiam: & Minerua, sapiētiam significet, inde perspicuè docuerūt, legibus hæc tria, (quarum descriptione ciuilis omnis societatis moderatio continetur) inesse debere. Zamolxis quoq;, in Vestę deæ numē, leges suas retulit: pariterq; Numa Pōpilius, quò grauiùs leges, religionisq; ceremonias, Romanis stabiliret, Aegeriæ nymphę congressum simulauit. Nos verò, hanc rectè, beateq; viuendi normā, vero Deo, qui trinus, & vnus est, acceptam referimus, Isaiæ 33. Iacob 4. ab eo Mosi primum, in monte Sinai traditam, Ioseph. li. 3. antiq. Iudaica. c. 6. Exod. 19. & 20. & per eūdem Mosem, antiquissimum omnium hoīum legislatorem, Hebræis promulgatā, d. c. Moyses. nisi malis, Deū Abrahamo, legem circuncidendi præputii, oīum vetustissimam, primum sanciuisse. Gen. 17. Nam Ius hoc circuncidendorum pudēdorum, apud Aegyptios, & Aethiopes, per antiquum fuisse, Herodotus historiæ pater scribit. lib. 2. qui Euterpe inscribitur. Vt vt sit, Deum fontem bonorum, & legum auctorē agnoscimus, quē ideo propheta, legiferum nuncupat, Isaiæ 33. Demosthenesq;, in oratione illa quam grauiter habuit, contra Aristogitonem, legē inuentum esse, atq; munus diuinum, dicebat, l. 2. ff. de legibus. quo intelligimus, eas duntaxat constitutiones, quæ sunt sanctę, & honestæ, legis nomen habere, c. erit autem. 4. dist. Vnus enim est legislator, inquit Diuus Iacobus, nempe Deus. Iacob. 4. quem iniustitię, turpitudinis, & iniquitatis auctorem facere, blasphemiæ plenum esset, c. quanto. de iureiur. c. inter. 22. q. 4. & lex est ratio summi Iouis, seu (alibi M. Cicero loquitur) a numine Deorum tracta ratio, honesta præcipiens, & vetans contraria. Cice. lib. 2. de legib. & 2. Philippica. quæ nō tum incipit lex esse, cum scripta est, sed tū, cùm orta est: orta est autem simul cum mēte diuina, vt perspicuū esse possit, leges pernicioſas, turpes, & iniustas. Iussa quidē esse potentiorum: at leges non esse, quod pluribus M. Cicero probat. 2. de legib. Moyses itaq; descriptas primùm Hebræis dedit leges, c. Moyses. dist. 7. ad cuius exemplar, ceteri deinceps hoīes, in suis ciuitatibus, auctoritate pollentes, cōi populi suffragio, Leges cōdiderunt, ad quoddam cœlitum numen, legislationes suas perpetuò referentes: quò ciuium animos grauiore vinculo cōtinerēt. Inter eos vero, qui suas ciuitates, optimis institutis, ac saluberrimis legibus stabilierunt, præ cæteris Romani celebrantur, quorū ideo leges, aliis omnibus, meritissimò Polybius antepoſuit, lib. 1. histor. & poeta cùm peculiares cuiq; genti laudes attribuisset, solos Romanos Reipublicę p legēdæ sciētia, in hęc verba donauit:

Tu regere Imperio populos Romane memento:
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere nomen.

Vt interim præteream execrādum, & oīum nomothetarum nequissimum, spurcissimum, & inquinatissimum Mahumetem, qui Scenitis, & Mauris, nouas de religione, consilio Sergii monachi, leges conscribens, columbam in aurem ad se venire, coram omni populo edocuerat: vt Spiritum sanctum sibi leges insufflātem insigni commento persuaderet, qp & tandē assecutus est. Sed nos ad fontem, vnde Ius nostrum scaturiit, descendamus.

De Iuris ciuilis origine. Cap. XVII.

ORiginem, & progressum Iuris ciuilis, copiosè iuxtà, ac erudite, Pomponius noster descripsit, l. 2. ff. de orig. iur. initio rerum testatus, nullis certis legibus, populum Romanum institutū fuisse, qp tum omnia, sub arbitrio manu, & potestate regum essent, quorum iussu, cuncta regebantur. Nec ante Ius xij. Tabularum, (inquit Halicarnasseus) vllæ certæ leges Romæ fuerunt, sed moribus tantùm populus regebantur, Halicar. 1. antiq. Roma. & vt Ouidius ait: lib. Fast.

Proq; metu populum, sine vi, pudor ipse regebat.
Nullus erat iustis reddere iura labor.

Principio ergo rerum, oēs antiquę gentes, regibus paruerūt: nullisq; scriptis legib. populus tenebatur, sed arbitria principum pro legibus erant. Aristote. 1. Politico. c. 1. Cice. 3. de legib. in princip. Iustinus. in prin. j. li. At verò cùm Romulus, obtrūcato fratre Remo, regnum arripuisset, Sabinosq; recepisset, in vrbem, iuuentute Romana in classes militares, & legiones diuisa, centumq; senatoribus, ex optimatibus creatis, populum Romanum, in tres partes diuisit, quas tribus appellauit: Et eorum duces, Tribunos, vnāquamq; verò trium partium, in denas partes æquales partitus est, quas Curias nuncupauit, qp per earum sanctam Reipub. cura tractaretur, vnde & primæ leges Romuli, qp populi cōsensu, per Curias congregato, seu per lictores curiatim collecto, receptæ fuerunt, & approbatę, Curiatę dictę sunt. l. 2. §. postea aucta. ff. orig. iur. Veluti illæ de auspiciis, & sacris: quorū administrationem, Romulus penes solos esse Patricios voluit, statuens præterea, ne Rex posthac, aut vllus omnino magistratus, nisi auspicato crearetur, ne itē in colendis Dijs, fierent nocturnæ virorum, cum mulieribus peruigilationes: in matrimoniis etiam hoc sanciuit, vt vxor sacrorū, omnisq; pecunię socia esset, cui tñ nulla de causa, liceret maritū relinquere, viro autem impunè concederetur, eam occidere, vel si mallet abijcere, in veneficio filiorum compertam, vel adulteram, vel si vinum bibisset, aut partum vel claues subiecisset. Aliis de causis qui reliquisset vxorem, publicatione bonorum mulctaretur, quæ partim Cereri, partim relictę vxori, tribuerentur. Statuit ēt vt viro mortuo, vxor cum liberis ex semisse: si non essent liberi, ex asse succederet. Patri quoq; ptātem fecit, ter filios vēdendi, atq; adeò occidendi. Sed & alia multa Romulus sanxit legibus suis, quæ apud alios legenda relinquimus. Pluta. in Romulo. Halicarn. libro 1. Verùm Romulo post xxvij. regni sui annos, è viuis sublato, cùm de creando nouo rege, plebs cum patribus, non cōueniret, in eam tādem itum est sniam, vt populus regem iuberet, Patres auctores fierent, indeq; multis postea seculis obseruatum, vt populi potestas esset, Senatus esset auctoritas, hoc est, vt quod de legibus, aut magistratibus, plebs iussisset, nō priùs ratum esset, q̄ patres auctores fuissent, qua lege Numa Pōpilius Sabinus, auspicato Rex creatur, in cuius legibus, hæ maximè laudantur, quibus statuit vniuscuiusq; agrū, limitibus distingui: eisq; lapides apponi, qui sacrati essent Ioui Terminali, vt eas qui mouisset, aut ptulisset, Ioui sacer factus, impunè necaret, inde Terminus Deus, Terminalia sacra, & lapis terminalis, de qb. alibi. Dixi l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Filiū q patris volūtate nuptias ptraxisset, vendi vetuit: ne vxori fieret, iniuria. Tps luctus, vxori decē mēsibus cōclusit, si qua intra id tempus nupsisset, vaccam pręgnantem Ioui immolare. Halicarnass. lib. 2. Moritur Numa anno Imperii quadragesimo tertio, cui successit, Tullus Hostilius, & Hostilio Ancus Martius. Martio, L. Tarquinius. Tarquinio, Seruius Tullius, & Tullio, L. Tarquinius, qui a moribus, superbi cognomen meruit. Tarquinio aūt Superbo, & aliis per eum Roma rebus exturbatis: cùm Romæ CCXLIIII. regnatum esset annis, duo Consules creati sunt, qui oīa regiæ ptātis Iura, & insignia tenerēt, pręter q̄, quod ne Tyrannidi via pateret, & vt cęteris ciuibus, aliqua regnandi spes relinqueretur, annum Imperium, ex perpetuo factum est, legeq; a Iunio Bruto, Celerum tribuno perlata (quam ideo tribuni tiam dixerunt. l. 2. §. exactis. 1. ff. de ori. iur.) non modò Reges, sed & eorum quæcunq; leges, abolitę sunt, & exoletę, ne vlla prorsus Regum maneret memoria, Cice. pro Rabirio. Liuius. lib. 2. quocirca populus Romanus, incerto magis q̄ antea iure, vti cœpit, qđ ne diutiùs fieret, tres constituti sunt legati, & Athenas missi, qui Græciæ leges a se descriptas, Romam deferrent. Liui. li. 3. Halicar. lib. 8. d. §. exactis. Ij aūt tertio redeūtes anno Grecanicas leges pertulerunt, moxq; ad eas promulgandas, Decemuiri creati sunt, c. vlt. 7. dist. sine prouocatione, patritii oēs, cautumq;, ne quis alius magistratus eo anno fieret, ij decimo die, singuli ius populo reddebant, quo tpe penes Iuris præfectum, duodecim fasces erāt: reliquis collegis singuli. Accensi apparebāt in fine anni, Leges suas Decemuiri, in decē tabulis æneis incisas ante rostra (vnde ad populum loqui mos erat) quò oībus essent conspicuę, posuerunt d. §. exactis. j. sequētiq; anno, cùm aliquid deesse persuasissent, creati iterum fuere in eam rem Decemuiri, noui oēs præter vnum A. Appium Claudium, hiq; duas legum tabulas adiecerunt. Vnde & Leges xij. tabularum, appellatę, Liui. lib. 3. d. §. exactis. quę philosophorum oīum bibliothecas, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate, (dicebat apud M. Ciceronem Crassus) longe lateq; superarunt. li. j. de orat. At cùm paulò obscuriores viderēt, ab vnoq; in vnam, ab alio in aliam partē, frequenter raperentur: Prudentū virorum auctoritate, re etiam in foro disputata, lucidiùs expositę fuerūt, cuiusmodi interpretatio, quę sine scripto cœpit, memorię causa nō multò post scripta, ac demum in corpus legum redacta est, non quidem vt speciale nomen, quemadmodum lex, plebiscitum, senatusconsultum, & cętere Iuris partes habere: sed generali, & cōi nomine, *Ius ciuile*, est appellata. l. 2. §. his legib. ff. de orig. iur. Tum a summis illis, & prudentibus viris, actiones cōpositæ sunt, & formulæ solennes descriptæ: quomodo in iudicijs cauendum, quomodoq;, & qñ agēdum esset, & ne facilis res esse videretur, notulis, & interpunctionibus quibusdam legum formularumq; syllabas, voces, ac literas occuparunt, ac præterea occultarunt, ne populo nisi per illos innotescerent, pœnam item adiicientes, vt qui vel syllaba cecidisset, causa caderet: quo factum, vt vix quisquam sine causę periculo, experiretur, & quo tantæ calliditati daretur auctoritas, religionis metum iniecerunt, omnium horum (inquit Pomponius,) & interpretādi scientia, & actiones, apud collegium Pontificum erant. d. l. 2. §. deinde ex his. Qua consuetudine, populus annis propè cētū, vsus est, donec Cn. Flauius, Appii Claudii Pontificis scriba, fastos, quos eius Iussu scripto exceperat, diuulgauit, & singulis diebus ediscendos, populo proposuit, d. l. 2. §. postea cum Appius. & ab ipsis Iurecōsultis, inquit M. Cicero, eorum sapientiam cōpilauit. Nam & cùm multa, inquit idem auctor, pręclare legibus essent constituta, ea Iurisconsultorum ingeniis pleraq; corrupta, ac deprauata sunt. Cice. pro Murena. Sed cognita Iuris ciuilis Romanorū origine, singulę eius causę nobis contemplandę veniunt.

De quatuor Iuris ciuilis causis. Cap. XVIII.

QVi de rerum causis scripserunt, quatuor fecere: duas internas, Materiam, & formam: & totidem externas, Efficiētem nempè, & finem. Aristo. 2. Phys. Cice. in Top. Materia dī, ex qua aliquid fit, Forma, per quam aliquid tale fit. Efficiēs,

à qua

Source : BIU Cujas

à qua aliquid fit:& finis,cuius gratia,seu propter quam,aliquid fit, indeq; ex Aristotele celebratū vulgò, Deū Optimum Maximū, omnium rerum opificem, esse causam causarum. Ergo subiectū illud, ex quo aliquid primū generatur, Materia est. Forma verò, est modus quidam, materiæ adhibitus, vi cuius res ipsa subsistit: atq; habet,vt sit id quod est,& non aliud.Id aūt quod huic formę efficiēdæ prębet operam, Efficiēs ideò dicitur,ꝙ rem ipsam producat,& efficiat. neq; verò quicquam est, pręter vnū Deū, quod non habeat auctorem,à quo factum sit. & id cuius gratia,res talis efficitur,Finem vocamus, qui cùm aliarum omnium causarum, causa sit,eiusq; gratia,oīa fiant:& cæteræ oēs,ad hanc dirigantur, omnium causarū potissima, maxima, & perfectissima dr: namq; materia rudis,& indigesta,formam appetit pp finem & cùm formam induit,hoc desiderio finis agit.Quiq; materiæ formam inducit,hoc pp finem, initio iam a se contemplatum efficit,& operatur.Finis præterea oīum causarum prima habetur,eademq; vltima prima quidem, quia cùm omne agens pp finem agat: Aristote. 1.Ethico.in omni actione,& contemplatione ante omnia agēti occurrit,& proponitur.Vltima,quia finis est terminus quidam,& extremum ad quod omnis actio, seu contemplatio dirigitur,quo posteaquam ventū est, artifex quiescit agereq; & operari desinit.Indeq; iactatum,finem esse primum in intentione,at in executione postremum,licet aūt iuris auctores,& quicūq; reipublicæ moderatores,Finē præcipuè contemplentur,& considerent, interea tñ cæteras causas non negligunt. Ideoq; non malè dicemus,Ius nostrū versari circa quatuor causas, Materiam,formam,efficientem,& finem,quarū cùm duæ priores internæ sint, de illis priore loco dicēdum occurrit.Est autem materia duplex, propria,& vera,ex qua(vt dictum est) aliquid fit,quam naturales, & rerum artifices,non item Iurisconsulti præcipuè tractant.Altera impropria,& apparens:circa quam aliquid fit,per similitudinē duntaxat sic appellata, vt est genus subiectum, cuiuscunq; artis, hoc est,id,circa quod ars,eiusq; cura,& consideratio versatur.Vt Medicinæ subiectum dicimus,corpus humanum: Arithmeticæ, numerum:Geometriæ,quantitatem,sic de aliis. Quibus breuiter expositis,Fōtes & iuris principia,summatim exponemus,ne alio qui,infeliciter cadant Iouis taxilli,si non cōstitutis priùs materia, & fine:non cognitis principiis: nec inuentis præterea mediis, in tam nobilem sciētiam irrumpamus, postpositis multarum rerū cognitionibus,sine quibus fieri profectò nequit,vt perfectè, feliciterq; nonnihil discamus,doceamus;aut cogitemus.

De materia,& proprio Iuris subiecto. Cap. xix.

QVoniam igitur omnis ars,ac disciplina,ex genere quodam subiecto,seu materia circa quam scientia illa versatur,& ad quam velut primum quoddam principium quæcunque in disciplina traduntur referri conuenit:ac etiam ex fine,veluti ex partibus quibusdam,præcipuè conflatur,coalescit & constituitur:quod sit Iurisprudentiæ nostræ subiectum,vt recta docē di ratio seruetur,principe loco explicandum occurrit: nam (vt Aristoteles docet lib.1.Analy.posterior.) in omni scientia,ac disciplina, genus subiectum priùs cognoscendum est,non tantum quod in rerum natura sit,sed ēt quid sit, quemadmodū & prima demonstrationis,ac artis principia,antequam ac prȩcepta sequētia progrediamur.Hoc aūt ipsum,quod quærimus, Caius attigisse vr, cùm omne Ius quo vtimur vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones, pertinere dixit.l.j.ff.de sta.hom. Rei generali verbo, dicta,factaq; hominum & negotia,ex quibus Iura nascuntur,l.fi. ex plagis.§.in cliuo.ff.ad l.Aquil.breuissimè cōplexus, l.1.ff.si cer. pet.& actionum nomine, iudicia: cuius ordinem sequutus Iustinianus,posteaquam principio ciuilium Institutionū, Ius,Iurisq; diuisiones tractauit: mox de personis, ac demū de Rebus, sub iis vltimas voluntates,contractus,& hominum commercia,cōprehendens,disseruit,postremoq; actiones,& iudicia, subiecit. Itaq; cùm id oē,de quo leges scriptæ sunt,& circa quod Ius nostrū versatur,proprium Iuris sit obiectum,& materia:neq; aliud quicquā Ius ciuile tractet,q̄ statū,& actus hoīum, Iure, vel iniuria gestos: nō dubium,qūin actiones,seu dicta, factaq; hoīum, tam circa res diuinas,q̄ humanas,sint propria Iuris materia,& genus subiectū, l.iustiti.§.fi.ff.de iust.& iur.§.Iurisprudētia. eodem tit. quod legislatores,& Iureconsulti,contemplantur,& considerant.Idq; perpensa subtiliter Vlpiani verba significant,cùm *Ius* artem boni & æqui,esse dixit,quia Iustitię cultores,æquum ab iniquo,& iustum ab iniusto segregāt.l.j.ff.de iust.& iur.Bonum enim, & iniquum, licitum,& illicitum,Iustum,& iniustum,non in aliis q̄ in dictis,factisve hoīum,deprehendi possunt.Vt si bona,& honesta sint,laudentur,& præmiis decorentur,sin mala,& turpia,coerceantur,vituperentur,& secundum facinoris qualitatem puniātur. Legislatores ergo & Iurisconsulti actiones, seu facta hominū,quatenus lege vel permittuntur,vel iubentur,vel vetantur, perpetuò considerant,quidq; in iis iustum sit,legitimum,vel illegitimum,solerter,& studiosè inuestigant,& perquirunt. Hoc aūt proprium Iuris subiectum, in tres partes,& species diffunditur,nempe in personas,res & actiones, hoc est iudicia, quæcunq; enim hominum actiones,& controuersiæ,super quibus leges nostræ diuinitùs cōditæ,& promulgatæ sunt:vel de personarum statu,& conditione tractant,vel de commerciis hominum voluntariis,& inuoluntariis,(quæ Rei verbo contineri diximus l.j.ff.si certum peta.) vel de iudiciariis exercitationibus,qua ratione putamus,& Caiū,& Iustinianum dixisse,omne Ius quo vtintur, vel ad personas, vel ad res,vel ad actiones pertinere,l.j.ff.de sta.hom §.fi.de iur.natu.quā diuisionem nos quoq; sequemur, & ad eam nostrum scribendi ordinē,toto hoc opere accōmodabimus. Posteaquam enim Ius ipsum, eius partes, causas & effectus, hac priore parte tractauerimus,Altera de personis.Tertia de rebus, hoc est hoīum cōmerciis,Postrema de iudiciis, a proposita methodo nunquam abertantes,differemus. Qm̄ verò commerciorum obiter incidit sermo:eorumq; nomine delicta quoq; cōtineri, significauimus nō ignorandum,commercii verbo mutuā quancunq; hoīum actionem,& conuentionem,designari,quam dupliciter Philosophus considerat:lib.5.Ethic.cap.2.vel enim a simultaneo duorum,pluriumve consensu procedit:tumq; cōmercium spontaneū,& voluntarium dr, ꝙ a volūtate nostra proficiscatur eius principium: cuiusmodi est venditio,locatio,conductio,societas,cæteriq; cōtractus.l.Iurisgentium.in prin. ff.de pac. Vel sine consensu partiū conficitur,tùmq; inuoluntarium appellatur: veluti maleficium, & delictum.Id autem vel clàm patratur,& clandestinum dicitur, vt adulterium,furtum, veneficium, & alia id genus: vel vi quadā infertur,& violētum appellatur,vt rapina,verbera,mors,& conuicium.Aristote.vbi supra.

De causa Iuris formali,& efficiente. Cap. xx.

NE quem porrò falleret vocis ambiguitas, admonuimus supra,materiam hic nō appellari, sub trita illa significatione, prout vna ex causis est,nempe ex qua aliquid fit,& generatur primum:& in quam,(vt Aristoteles ait)corrumpitur vltimum,li.1. Physic.nam nec eam solam, aut admodum Iurisconsulti tractāt, sed materiam hic dicimus,subiectū artis,hoc est id quod arte potissimùm docetur, & circa quod ars ipsa maximè versatur. Verū vt materiæ,ex qua aliquid fit, forma superinducit̄, sine qua rudis ipsa,indigestaq; moles,certum vllius rei nomen accipere nequit, ita & materiæ, circa q̄ tota scientiæ cura versatur & cōsideratio: hoc est,subiecto artis,præbetur aliqua forma,quam in eius tractatione seruari cōuenit. Veluti quia Iuris subiectum diximus esse, statum,res,dicta,factaq; hoīum,quatenus iustè,vel iniustè geruntur.Forma,quę huic subiecto superinducitur,erit modus,ex legis præscripto adhibitus,quo secundum boni & æqui,iusti,atq; iniusti scientiam,actiones humanæ,circa personas,res & iudicia,regi, tractariq; debent,eoq; spectasse mihi Vlpianus videtur, cùm ait, Totum Ius consistit,aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in minuendo, aut enim hoc agitur, quemadmodum quid,cuiusque fiat:aut quemadmodum quis rem suam, vel ius suum cōseruet,aut quomodo alienet,aut amittat.l.fi.ff.de legib.Equidem oē Ius nostrum,vel modum adhibet qua ratione honores,dignitates,magistratus,rerū dominia, possessiones, aut etiam obligationes quæramus,vel hæc omnia,aut eorū singula, quæ iam quæsiimus,aut a maiorib. nostris accepimus,conseruemus:vel quomodo minuamus,& amittamus. Efficiens verò causa dupliciter considerari pōt,vel principaliter,& per se:vel per accidens. Præcipua, & primaria iuris ciuilis causa,est natura,& ratio ciuilis, ex quibus potissimùm,leges emanant,& veluti scaturiunt: deinde populi, Senatus,& principis,hoc est eorū qui vel nūc hñt,vel quondā habuerunt,ferendę condendæq; legis ptātem,cuius causæ tractatū, subodoratus Modestinus,Omne Ius(inquit) aut consensus fecit, aut necessitas constituit,aut firmauit consuetudo l.pen.ff.de legibus.Scriptæ namq; leges vel natura,vel ciuili aliqua ratione monente,a populo constitutę,receptęq; sunt,§.lex est.de iur.nat.l.de quib.ff.de legib.vel necessitate quādam conditæ fuerunt,a Senatu puta (in quem cùm populus in vnum non posset cōmodè cōuenire,necessitas ipsa curam Reipublicæ deduxit,l.2.§.deinde ꝙa difficile.ff.de orig.iur.) aut etiam a principe postea (nā & per vnū reipublicæ consuli, succedente tpe magis necessārium visum est l.j.ff.de const.prin.d.l.2.§.nouissimè.) vel deniq; moribus, & tacito ciuium consensu,cui non minoris, q̄ scripto Iuri auctoritatis, datum est,introductæ sunt.l.de quibus.ff.de legib.Efficiens causa per accidens,& secundaria,est hoīum nequities,siue corrupti hominū mores. Vnde ex malis hoīum moribus bonas leges ortas esse,vulgò dicitur.Vetus verbum est,inquit Macrobius,leges bonæ,ex malis moribus procreantur.lib.3. Sat. Vnde apud Aeginetas,olim pecuniaria pęna is mulctabatur,qui condendæ legis occasionem dedisset.Aristo.lib.2.Rheto.Etenim quemadmodum si morbi non essent,nihil opus foret pharmacis medicorum: ita nec legibus,si non perperam,& nequiter viueretur,cui consentaneum satis est,quod Paulus scribit, legem iusto nō esse positam, sed iniustis,impiis,& peccatoribus.j.ad Timoth.1.Lex enim,quę pęnarum formidine malas mentes,& malos animos,a vitiorum sordibus deterret, & auocat: non his vtiq; condita est, qui suapte natura arcentur a flagitiis, & ad bonitatem impelluntur, sed his, qui ad naturæ iustitiā obsurduerunt,& ad oē facinus ꝑpensi, cupiditatibus suis feruntur.Ideoq; Pontifex, ex Isidori snīa factæ sunt leges(inquit) vt earum metu,humana coerceatur audacia, tutaq; fit inter improbos innocētia,& in ipsis improbis,formidato supplicio

Source : BIU Cujas

plicio refrenetur audacia,& nocendi facultas.c.factæ.4.diſt.Neq; verò prætereundum cauſam omnem, quia omnis ad efficiendū aliquid conferat, a M. Cicerone, quandoque efficientem appellatam.Cicer.in Top.

Quis ſit Iuriſprudentiæ finis.] Cap. xxi.

EXpoſitis materia, forma & efficiente ad finem Iuris trāſgrediamur. Nam & ea cauſarum omniū nobiliſſima terminus eſt vltimus,ad quem omnis actio,& contemplatio dirigitur,quo non perſpecto,cognitoq;,nunquam ars aliqua,ſed ius ciuile præſertim,doceri,aut intelligi perfectè poteſt.Finis enim (vt Ariſtoteles docet) neceſſitatem imponit iis,quę ſunt ad finem.Et eſt veluti regula,atq; iudicium eorum oīum,quæ in artibus pertractantur,quem qui ignorat,cæco profectò ſimilis eſt,neſcienti quò feratur. Finalem Iuris ciuilis cauſam tripliciter quidam diſtinguūt. Bal.in Rubric.ff.de iuſti.& iur.verſic.cauſa finalis. Nam vel in homine eſt,vt bonus ſit,hoc eſt bene honeſteq; viuat:quæ ad moralem philoſophiam pertinet,vel ad hoīem,vt quis prudenter,rem familiarem adminiſtret:quę Oeconomica dicitur,vel ad rempublicam vt ſapienter regatur,quæ ad Politiā ſpectat.§.fin.in prooe. Digeſtorum.At verò mihi vr̄,Iuris finem,non tam anxia,aut exquiſita diuiſione, a legiſlatore tractatum, qui ſatis habuit admonere,iuſtitiam ipſam,ad quam oīa legum iuſſa diriguntur, & oēs ſtudiorum noſtrorum rationes,referri debēt:verum eſſe finē, & proprium Iuris ciuilis ſcopum.l.1.in princip l.iuſtitia.ff.de iuſtit. & iur.quo per iuſti,& iniuſti,æqui, atque iniqui cognitionem Ius ſuum cuiq; tribuamus,& legitimā in rebus cauſisq; ciuium,ęqualitatem conſeruemus,ac tueamur.Cice.1.de orator. Ideoq; M. Cicero Ius ciuile,inquit,eſt æquitas conſtituta ijs,qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas. Cicero in Topic. Neq; ſanè, aliò leges noſtræ ſpectant, q̄ vt hac via,ſuū cuiq; tribuatur:ciuiūque vtilitati,ac Reipublicę ſaluti cōſulatur,Cic.j.de inuētio. vtq; Iuris ciuilis cognitione parata,Reipublicę præeſſe,eandemq; prudenter, & iuſtè moderari, rectęq; gubernare poſſimus.§. pen.in prooe.digeſt.§.fi.in prooe.inſt.Suum cuiq; tribuendo:ſubditos in pace,& officio continendo.l.2.§.poſtea ne diutius.ff.de orig.iur. viduis,oppreſſis,pupillisq;,& aliis miſerabilibus perſonis,multifariam,multisq; modis afflictis, & diuexatis ſubueniēdos. Iſaię j.l.j. C.quand.Imper.int.pup.Denique pauperes,tenuesq; homines,à potentiorum iniurijs arcendo,& defendendo.l.illicitas.§. ne potentiores.ff.de offi præſ.c. fact. 4. diſtinct. vnde Cæleſtis illa vox: Cicero 3.de legibus.

Salus populi, ſuprema lex eſto.

Et Deus Opt.Max.per os prophetæ,Veh (inquit) qui condunt leges iniquas,& iniuſta decreta decernunt,vt opprimant in iudicio pauperes & vim faciant cauſæ humilium populi mei, vt viduas ſpolient,& pupillos deprędētur.Eſaiæ 10.Equidē conſtat, quemadmodum M.Cicero ſcribit,ad ſalutem ciuium, ciuitatumq; incolumitatem,vitamq; hominum,& quietam, & beatam, inuentas eſſe leges, eosq; qui primùm eiuſmodi ſcita ſanxerint, populis oſtendiſſe,ſe ea ſcripturos,atq; laturos,quibus illi adſcriptis,ſuſceptisq;,homines honeſtè beateq; viuerent, quæ cùm ita compoſita ſancitaq; eſſent,eas leges videlicet nominarent, Cice.2.de legib.ad quem finem velut ad ſcopum, quicunq; Rempublicam regunt & moderātur,actiones ſuas oēs dirigere,ac collineare debent,alioqui non magis Reipublicæ proderunt, quam ad portū ille peruenire,qui clauum nauis regens,dirigendæ obliquandæq; nauis, neq; vſum,neq; ſcientiam habet:ſic Paulus Apoſtolus, Finis,inquit,præcepti,eſt charitas:de corde puro,& conſcientia bona, & fide non ficta, 1. ad Timoth.1.hæc enim eſt præcipua legis intentio,imo verò non aliò lex ſpectat,quam ad perfectam Dei, & proximi dilectionem, hęc eſt Euāgelica charitas,quæ gloriam Chriſti Dei quęrit,nec vnquam ab officio religionis erga Deum, & pietatis erga proximum quieſcit,aut ceſſat.Matt.22.Mar.12.ad Gala.5.Nec abſimiliter valdè,idē ille auctor,& diuinus vates ſcripſit,finem legis eſſe Chriſtum,ad iuſtitiam omni credēti,Ad Romanos 10. quod vltimum legis ſit Chriſtus iuſtificans in ſe credētes:nec alius ſit aditus, ad conſequendam veram Iuſtitiam per fidem,q̄ ipſe Chriſtus,qui cùm pro omnibus crediturus,legem impleuerit:iam nulli ad iuſtificationem lege deinceps opus eſt.

Verumenimuerò quia philoſophi duplicem ſtatuunt Finem. Cuius gratia aliquid fit,& cui quippiam fit,veluti(exempli cauſa) in nauis extructione,finis cuius gratia nauis fabricatur,eſt tutus p vndas maris acceſſus. Finis verò eius, cui nauis extruitur, eſt lucrum,quod ex nauigandi mercede ſpectat: & proprius ſtudiorū finis eſt doctrina,& eruditio, eius verò qui ſtudijs operam nauat, vtilitas Reipublicę plerisq;: item gloria, aut lucrum. Iuris quoq; ciuilis finem, dupliciter conſiderare poſſumus. finis cuius gratia leges ſcriptæ ſunt,eſt iuſtitię protectio,ſeu legitimæ,in rebus cauſisq; ciuium æqualitatis conſeruatio. Cic. 1.de orator. Finis verò eius cui bono cedit,hęc adeptio Iuſtitiæ,eſt res ipſa publica,& ciuilis hominum ſocietas,ad quorum ſalutem, & incolumitatem, omnis legum diſciplina dirigitur.Cic.2.de legib.& j.de inuentio. Sed quid ſit illa Iuſtitia,propter quam tot populorum iuſſa,conſtituta:tot conditæ leges,& promulgatæ ſunt: videamus.

De Iuſto & Iuſtitia. Cap. xxii.

IVſtitiam Iſidorus,& ſequiores, quaſi Iuris ſtatum dictam putant,c.forus.de verbo.ſignific.ſed perperam:ſic enim non Ius à Iuſtitia,ſed Iuſtitia,à Iure,contra Vlpiani etymum,diceretur: q Ius,à Iuſtitia appellatum cenſet.l.j.ff.de iuſt.& iur.Alij verò,ſicuti à mœſto,mœſtitiam:& à ſtulto, ſtultitiam: à Iuſto, Iuſtitiam deducunt,Alciat.lib.1.Parergon.c. 29. Iuſtumq; propriè dici volūt, à quo violētia oīs ſubmota eſt,vt ita per literarum trāſpoſitionē, à vi,ſit iuſtitia,quaſi *uiſtitia*:q̄ vim ſiſtat,cuiuſmodi literarū inuerſiones,Feſtus Pōpeius docet, Romanis familiares fuiſſe, cùm de Græcis,latina facerent,ſic enim εἶνες,nares: μορφή, forma:dixerūt. Adde ſi placet,Iuſtitium dictum,quaſi interſtitionē, & Iuris quādā ceſſationem.Aul.Gelli.li. 20.noct.Attica.c.1.Vnde in xii.Tabularum legis verbis,AERIS CONFESSI, REBVSQVE IVRE IVDICATIS, TRIGINTA DIES IVSTI SVNTO. Iuſti dies, à Decemuiris dicti ſunt, qui confeſſi æris, ac debiti, iudicatis dati ſunt,conquirendę interim pecuniæ cauſa,quam diſſoluerent, q̄ interea nihil agi iure poſſet: & vis oīs ſententiæ quieſceret. Ego verò à Iuſto,quidem Iuſtitiam deduci fateor, at neutrū arbitror, à ſiſtenda violentia venire, tum q̄ latino auctore, careat hæc interpretatio,tum q̄ parū, vel omnino, nihil affinitatis,dictiones, *Vis* & *iuſtum*,inter ſe habeant.Dicendum itaq;, Iuſtum id eſſe, q̄d rectum eſt,& honeſtum,rationi, æquitatiq; innixum, nec vllo ſatis ſcripto comprehenſum.Ariſto.in Rhetor.à quo Iuſtitia deduci autumo,quaſi Iuſti ſtationem,firmamq;,& immutabilem māſionem. Eſt enim *Iuſtitia* quemadmodum Vlpianus definit, *conſtans,& perpetua voluntas, Ius ſuum cuiq; tribuendi.* l.iuſtiti. ff. de iuſt. & iur.§.1.eo.tit.in inſt.hoc eſt,vt Plato,Ariſtoteles, & M.Cicero expoſuiſſe mihi videntur,firma quędam affectio animi,ſuū cuiq; reddendi,certo rationis iudicio formata.Plato.li.9.de legib.Ariſto.2.& 5.Ethicor.Cice.2.de inuentio.5.de finib.& 3.de nat.Deo. Quo primùm intelligimus, opinionē boni viri, & ſi quid minùs exiſtīa ſuccedat, Iuſtitiam nihilominus dici quemadmodum & Tyrannis, in animo ſiue noceat, ſiue non, Iniuſtitia nominatur. Plato li.9.de legib. Cur autem Vlpianus Iuſtitiam dixerit eſſe voluntatem:in promptu cauſa eſt:qm̄ non alia,prętер Iuſtitiam virtus eſt,quæ mera,puraq; voluntate feratur,Ariſto.5.Ethicor.reliquę ſiquidem vitutes aliunde mouentur,& quoddam veluti calcar extrinſecorum affectuum habent:nam vt quis fortis ſit,ad pferendos labores: Tēperatus,ad reiiciendas voluptates, prudens, ad bona vel mala deligenda:vel amore,vel odio, vel timore,vel gloria impellitur,vt verò quis Iuſtus ſit, nullis eiuſmodi affectib. mouetur,ſed ſola voluntate fertur,ad res iuſtas peragendas, exercendamq; Iuſtitiam. Qm̄ verò non omnis voluntas, Iuſtitia eſt: addit Vlpianus,*Conſtans,& perpetua*.d.l.iuſti.hoc eſt,immutabilis, inexorabilis,incorruptibilis,nullis adfectibus vanis polluta.Vera namq; Iuſtitię voluntas, neq; pecunia corrumpi, neq; potentia frangi,neq; odio,gratiave inflecti poteſt,Cice.pro Cecinna.neq; vt Caſſiodorus dicebat,patrem aut matrem ągnoſcit,ſed veritatem ſolā,vnde a vetuſtioribus Iuſtitię pictoribus,& Rhetoribus, ad hunc penè modum imago Iuſtitiæ depingebatur. Forma atq; filio virginali,aſpectu vehementi,& formidabili:luminibus oculorum acribus,neq; humilis,neq; atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdā triſtitiæ dignitate,quò vt(ex Chryſippo, Gellius grauiter diſſerit) ſignificarent,oportere Iudicem eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum,inadulabilem,contraq; facinoroſos homines, immiſericordem, atque inexorabilem.Aul.Gell.14.noct.Attic.c.4. Thebis quoq; Plutarchus refert,Iudicum imagines, abſq; manibus: & ſupremi Iudicis oculos, cōniuentes videri,quo iuſtitiam, nec manibus nec hoīum vultu flecti ſignificēt:ex quo perſpicuū fit,oportere magiſtratum,auro inexpugnabilem eſſe,eundemq; ſyncerum,atq; incorruptum,ab omni vitio,omniq; perturbatione ſolutum,ac liberum:qui neq; amore,neq; odio,vel indulgentia nimia,neq; vtilitatis ſpe,aut alia occaſione vlla,à Iuſtitię ſemita deflectat.Neq; porrò deſunt, qui Iuſtitię definitionem, hac in parte rideant,Rodo.Agricola.li.2.de inuentio c.5.ſed quid illi deſiderent,non ſat aperiūt. Sunt & alij, quibus viſum eſt priora definitionis verba, de diuina tantùm Iuſtitia accipi poſſe. Accur.& ſequaces d.l.iuſtitia.cum enim,inquiunt,ſtatus hominis fluctuet, mutationiq; & variationi expoſitus,in perpetuo motu conſiſtat: §.vt autem.de non alie.reb.eccleſ.coll.2.nihilq; ſub ſole, niſi per ſubrogationem,perpetuum ſit:l.eum,qui.ff.de ſer.vr. prędquando,vt poeta dicebat,

Nihil eſt quod toto perſtet in orbe.

nec ſemper,continuoq;,iuſtus recta agat,& iuſta:ſed quandoque labatur:imo verò ſepties in die cadat:Prou.24.haudquaquam dici poteſt, Iuſtitia, conſtans & perpetua voluntas. Cęterum in ea re,vehementer illi peccare mihi videntur,cum nō finiatur ab Vlpiano Iuſtitia,vt homini eam exercēti particulariter inhęret: ſed in ſe ipſa,& propria, perfectaq; ſpecie, vt homini iuſtitiam profitenti,ineſſe debet.Din.Bal.Alb.d.l.Iuſtitia.Sic enim Chriſtus, veram perfectiſſimamq; uirtutem deſcribit,cum ait: *Vade,& vende omnia quæ habes,& da pauperibus*.Matt.19.Marc.10.Lucę.12.& 18. & alibi, *Percutienti te in maxillam, præbe ei & alteram.* Lucę c.6.& Platonem dicimus,talem Rempublicā finxiſſe, aut laudaſſe, quæ

hactenus

Source : BIU Cujas

hactenus nunquam visa sit existere. matrimonium quoque, Iurisconsulti tradunt, legitimam esse viri, & mulieris coniunctionem, qua individua vitæ consuetudo retinetur. §. 1. de pa. potest. can. j. 37. q. 2. licèt interdum, nuptias varijs ex causis, dissolui contingat. l. 2. & 3. ff. de diuor. l. consensu. C. de repu. §. distrahuntur. de nupt. coll. 4. Et prætor reddere Ius dicitur, cùm iniquè decernit, facta ad illud quod agere oportet Prætorem, relatione. l. pen. ff. de iust. & iur. Nec ideò minùs rectè dicemus, oratorem à Quintiliano definitum, vt sit Vir bonus, dicendi peritus: ꝙ talis adhuc extiterit fortasse nemo. Itaque *constans, & perpetua voluntas*, hic accipienda est, nõ ea quæ nunquam ab æquo, & recto deficit: sed per quàm rarò labitur. Et vt plurimum id quod iustum, & honestum est, expetit. Et si quandoque virum bonũ & iustum, ab æquo deficere cõtingat: non tamen ideo tollitur volũtas, & habitùs animi, qui cùm vel errore, vel ignoratione, vel inconstantia rerum, labi, decipiq; potuerit: affectionem tamen bene recteq; agendi nunquã amisit: paratus semper, & vbique, erratum suum corrigere, & emendare. Vt enim nunquam errare, aut falli solius Dei: ita perquam rarò, hominis sapientis, & iusti, munus est. Quę Galeni quoq; fuit sententia, de arte medica loquẽtis: Ille melior, inquit, qui minùs errat. Horatius itẽ, neminem sine vitiis nasci ostendens, ait: lib. 1. Sermo.

Nam vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est,
Qui minimis vrgetur.

Quę verò de Iustitia diuina cõminiscũtur Accursiani, nugamẽta sunt aliena à ꝓposito, & à friuola, gerris Siculis vaniora. Addidit autẽ Vlpianus postremò definitioni, *Ius suum cuiq; tribuens.* d. l. iustit. quia proprium Iustitiæ munus, in suo cuiq; distribuẽdo cernitur. Cic. lib. 5. de finib. August. li. 19. de ciui. Dei. debetq; quicunq; iustitiæ cultor, societatem huius ciuilis vitæ ita tueri, ac diligere, vt suum cuiq; semper largiatur, legitimamq; in hominum negociis æqualitatem constanter conseruet, & defendat. Præcærerisq; virtutibus, hoc habet Iustitia, vt alienis cõmodis, sola prospiciat, vndè & alienum bonum dr̃, & virtus oĩum perfectissima. §. 1. vt om. obe. iud. ꝓ col. Hespero, Luciferoq; admirabilior habetur: Arist. 5. Ethic. quod ad aliud relata existat, atq; perficiatur, & cum reliquis in se, hac in aliũ vir bonus vtatur. Eæ autẽ virtutum maximè censeri debent, quæ quamplurimis sunt emolumẽto, Arist. 1. Rhetoric. quibusq; mundus ipse, omni vitiorum labe, & scelerum colluuie purgatur, atque liberatur, nam vt ait Hesiodus:

Iustitiæ sacra lura domant, genus omne malorum.

De qua sapienter Salomon, Iustitia exaltat gentem. miseros autem facit populos, peccatum. Prouerb. 14. Ideo Gregorius, ad Constantiam Reginam Galliæ, Summum, inquit, in rebus bonum est, iustitiã colere: ac sua cuiq; iura seruare, & in subiectos nõ sinere ꝙ potestatis est fieri, sed ꝙ ęquũ est, custodiri. c. si secuti. 12. q. 2. Est enim hæc vna virtus, qua ciuilis societatis cultus retinetur, Charitasque suum cuique tribuendo conseruatur.

De Multiplici Iustitia. Cap. XXIII.

INtellecta iustitiæ definitione, qualis sit Iustitia, per suas partes, & species, nunc tractemus. Plotini autem Aegyptij sophisticam diuisionem missam facio, qui Iustitię quatuor genera facit: Exemplarem, Politicam, Purgatoriam, & Formatam. Plotinus libro. de virtutib. nam hic de politica dũtaxat, disputamus, qua ciues suum cuiq; tribuendo, & sontes coercendo, societatem humanam fouent, ac tuentur. Prouer. 14. quod in rebus huius seculi, summum bonum est, c. cum deuotissimã. §. fi. & c. seq. 12. q. 2. sed neq; huc admodum spectare potest philosophorũ diuisio, qui aliam esse dicũt vniuersalem Iustitiam, aliam particularem. Arist. 5. Ethic. cùm eã vniuersalis oẽs virtutes cõplectatur: imò verò ipsa omnis virtus sit, velut sola oĩum dña, & regina virtutem, Cic. 1. officio. Arist. 6. Ethic. & 2. Politico. de qua Theognis, poeta Siculus, ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἐστί.

Iustitia, in sese, virtutes continet omnes.

De hac tractare, munus est philosophi magis quàm Iurisconsulti. Quanquàm enim plurimùm cõfert, ad legum explicationẽ, absolutæ, vniuersalisq; Iustitię contemplatio: non tamen ad eã Iureconsulti spectare solent, sed hi tantùm, qui vel Rempublicam constituunt, vel quibus instituẽdi principis prouincia, demãdata est. Illi enim bonis, & vtilibus legibus fundaturi ciuitatem, non eam ad militaris rei gloriam, aut vitæ modestiam, dũtaxat dirigent, sed ad oẽm omnino virtutem, depingent, & collineabunt. Plato lib. 1. de legib. Itidem qui regem, aut principẽ instituere in animum inducit, non eidem bellicę tãtummodo laudis, verumetiam legum, Iustitiæ, prudentiæ, & omnis deniq; virtutis gloriam ob oculos ponere debet. §. 1. in prooem. institutio. Sic enim Reges Persarum, filios suos primogenitos, qui succedebant in regno, instituendos curabant, quatuor pædagogis adhibitis, quorum primus Deorum cultum doceret, institutaque regia traderet: Secundus regium adolescentem admoneret, vt iustus, & in omni vita verax esset: Tertius, vt temperatus, neve vlla cupidine superaretur: Quartus denique, impauidum, fortem, & intrepidum reddebat illum, ne quando quidpiam metuens, seruus fieret, Plato in lib. qui Alcibiades primus, vel de natura hominis inscribitur, non malè igitur hæc iustitia, Politicæ, legitimæ, & vniuersalis nomen meruit. Politicæ, ꝙ ciuilẽ administrationem, sua actione foueat, tueatur, & cõseruet. Legitimæ, ꝙ legibus pareat. Imo verò legis anima (sicuti Aristoteles non vno in loco scribit,) & mens, & principium, & finis sit. Denique vniuersalis ꝙ omnia honestarum actionum, & virtutum officia comprehendat, & complectatur. Quam ideò Zeno definiuit, esse prudentiam, in suum cuique tribuendo: temperãtiam in accipiendo: & in perpetiendo, fortitudinem: Laertius lib. 7. c. 1. qua definitione, omnes vni iustitiæ virtutes adscribit. Ea enim iubet, vt legibus obtemperemus: Leges autem viro prudenti, modesto, forti, & liberali præscribunt (inquit Aristoteles) quid facere dẽat: neq; vlla virtutis, aut honestatis spẽs est, quæ legum vi & preceptis, non contineatur. Aristotel. 5. Ethic.

De particulari igitur iustitia, duntaxat disceptamus, hoc est de recta, & immutabili voluntate, ius suum vnicuique tribuendi, l. iustit. ff. de iustit. & iur. quam Iustitiæ speciem, Plato populare nominat, Plato. lib. 8. de republic. eo solo contentam, ne vel pecuniarum cupiditate, vel honorum ambitione, cuiquam noceat, nam ijs duntaxat negocijs, ad eam respicimus, quę vel in rerum, & pecuniarum commerciis, vel in honorum & dignitatum distinctionibus, versantur. Vnde & dupliciter dici, distinguique solet. Vbi enim in pręmijs, & honoribus, pro dignitate, & merito cuiusque distribuendis versatur, Distributiua dicitur, ꝙ in ea, distributione quadam opus sit, vt populi tranquillitas conseruetur, atque ei qui plus in rempublicam contulerit, plus etiam dignitatis, honoris, & præmij: ei verò qui minus, minus etiam earum rerum tribuatur. Quod si in commerciis, æquabiliumque rerum permutationibus, Commutatiua appellatur, Aristo. 5. Ethico. ea quippe videtur esse, commerciorum ratio, vt res, cum re simpliciter commutetur, atque ita contractus, hominumque commercia, inter se dirigantur, & ad æqualitatis normam renocentur. Vtriusque porrò iustitiæ, medium, & finis, idem est, nempe æqualitatis legitimæ, inter ciues, conseruatio. Cice. 1. de orator.

At in Distributiua, analogia & proportiõ, ex Geometrica disciplina, æqualitatem facit, vt videlicet neglectis numeris, sola dignitatis, & meritorum collatione facta, suum cuique tribuamus, l. semper. ff. de iur. immunit. Aristot. 5. Ethicor. Geometrica siquidem proportio dicitur, cùm terminorum qui se inuicem excedunt, differẽtia est qualitate eadem, quantitate verò diuersa, quę propriè in eo spectatur, vt ęqualibus ęqualia, inęqualib. secundum comparationem, inęqualia tribuantur, Arist. 5. Ethic. plus doctis scilicet, q̃ indoctis, bonis q̃ malis strenuis militibus, quàm ignauis, conferendo. c. Ius militare. 1. dist. c. vulteranæ. vbi glo. 12. q. 2. hanc autem Distributiuam iustitiam, commendans Plato, felicissimum, & optimum Reipublicæ statũ esse dixit, qui Geometrica proportione cõstituitur, hoc est, vbi certi sunt gradus officiorum, & personarum, idoneisque aptę functiones tribuuntur, l. vt gradatim. ff. de mune. & honor. Plato lib. 4. & 5. de Republica. quod ipsum in Gallia non vsurpari, Guilliel. Budęus meritò conqueritur, in qua honores, & virtutis pręmia, non tam distribuuntur, quàm dilapidantur, atq; etiam interdum (inquit) turpi dinundinatione, in dignis deferuntur. Guilliel. Bud. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. In cõmutatiua verò iustitia, æqualitatem, Arithmetica proportione, seruari conuenit, rẽ rei simpliciter cõferendo, nulla dignitatis, personarũ, aut meriti cõparatione facta. Nã Arithmetica proportio, vt in quãtitate, æqualitatẽ seruat: sic in qualitate, inęqualitatẽ habet, & dissimilitudinẽ: tunc enim esse dr̃, cùm excessuũ ratio, seu quantitas, nõ qualitas eadẽ est. Aristo. 5. Ethic. Vtimur ergo distributiua iustitia, in honoribus, c. de multa in fi. de pręb. c. clerici. j. q. 2. c. qui resistit. 11. q. 3. in pęnis, l. moris. §. fin. cum l. sequen. ff. de pę. l. fi. ff. de muner. & aliis id genus, quorum distributio, in cõparatione quadam cõsistit, tum personarũ tũ rerũ, inter se, quæ personis tribuunt̃. Cõmutatiuã adhibemus, in contrahendis, vltro, citroq; negociis, l. j. ff. de cõt. emp. in dãnis sarciẽdis, l. si seruus. §. 3. ff. ad l. Aquil. in Iudiciis, l. fi. C. de fructib. &c. in iudiciis. de reg. iur. in 6. & cæteris eiusmodi, quę per se, nulla psonarũ adhibita rõne, diiudicari, & examinari, cõmodè pñt. Aristo. 5. Ethic. Sunt qui præterea iustitiã, in naturalẽ, & ciuilẽ, ita partiantur: vt Naturalis, solis naturę radicibus defixa, sit cõstans affectio, cuiq; tribuẽdi, quod secundum naturam ei debetur, l. scire. §. sufficit. ff. de excus. tut. veluti Deo religionẽ, parentib. & patrię obedientiã, l. veluti. ff. de iust. & iur. liberis victũ, & alimoniã, l. j. C. de alẽd. li. l. j. § ius nat. ff. de iust. & iur. & iis similia. Ciuilis iustitia, q̃ sola legis volũtate continet̃, est cõstans affectio, tribuendi cuiq;, qđ ei sola nuda q; legis auctoritate, debitũ est, veluti ne pstare cogat̃ hęres quicquã ex testõ, quod septẽ testium numerũ non hẽt, l. fi. C. de fideic. vel ex quo adita nõ est hr̃ditas, l. si nemo. ff. de test. tute. l. eã quã. C. de fideic. & ꝓmissor ex stipulatione nõ obligẽt, q̃ pcedentẽ interrogationẽ nõ hẽt. Iustitia ergo est, inquit M. Cic. habitus animi, cõi vtilitate conseruatus, suam cuiq; tribuẽs dignitatem, cuius partes, sunt religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruãtia, veritas. Cic. 2. Rhetor. Sed qm̃ hęc magis vñr Iuri, q̃ iustitiæ genera, exponẽda, in cõmodiorẽ locũ reiicim⁹. In Scda ꝑte huius li.

Source : BIU Cujas

Io. Coraſſ. Iuriſc. de Iure ciuil. in art. redig.

De principijs Iuriſprudentiæ. Cap. 24.

POſt tractatas Iuris ciuilis cauſas, ad principia, & elementa Iuris decurrendum eſt, quando non ſatis ſit finem, & ſcopum diſciplinæ ad quam contendis, cognouiſſe, niſi ſimul ēt viam & rationem teneas, qua rectà poſſis eò peruenire: nam & res, tum cognoſcere arbitramur, (inquit Philoſophus) cum earum cauſas, principia, & elementa cognoſcimus. Ariſto. 1. Phyſico. Ad quæ cùm omnia, quæ in ciuili diſciplina traduntur, præcepta referenda ſint: ex ijsq; demonſtrationes, concluſiones, & axiomata ſua, ſcientiæ quæcunque mutuentur, confirmet, & ſtabiliant: negari certè non poteſt, quin principia, in quauis arte, cognitu valde neceſſaria ſemper exiſtant: neque enim vlla eſt ars, quæ commodè tradi, aut explicatè doceri poſſit, niſi ſubiecta diſciplinæ materies, certis principijs diſtributa, breuiter cognoſcenda proponatur, de quibus principijs, fuere qui perquam eruditè ſcripſerint, nominatim etiã ea de re edito tractatu. Chriſtophorus Ehemius lib. de principijs iuris ad quorum lucubrationes, non inuitus lectorem relegaſſem, niſi inſtituti operis ratio me cogeret, pauca quædam perſtringere, quibus fontes, & principia Iuris, vnde tot populi Iuſſa, tot conſulta Senatus, tantæque principum conſtitutiones emanant, & ſcaturiunt, ſummatim aperirem, & velut ob oculos inſpicienda proponerem: nam ſi quis ampliorem de principijs iuris tractatum deſyderat, is legat, quæ ab illis grauiter, & copiosè ſunt diſputata, neque enim inſtituti noſtri eſt, ea diligentiùs perſequi, ſed neceſſaria tantum ſubijcere.

Qua in re ſciendum, prima Iuris fundamenta, iecisſe naturam, tum per multa moribus hominum acceſſiſſe, quæ vtilitatis ratione, vel in conſuetudinem venerunt, vel quia magis neceſſaria, & vitæ degendæ commoda videbantur: legibus conſcripta ſunt. Conſiderant aũt in iure ciuili, vt in cæteris diſciplinis, Principia dupliciter, vel. n. Primaria ſunt, vel ſcdaria.

Primaria principia, dicuntur vniuerſalia quædam Iuris pronuntiata, quæ omnibus hominibus, ita ſunt impreſſa naturaliter, & infixa, vt velut indubitata, & notiſſima nõ alia egeunt demonſtratione, aut certè leui aliqua probatione confirmentur, vnde & communes animi conceptiones, & notitiæ, appellantur, quod ſuapte vi, perſpicua ſit, & euidens, horum principiorum veritas, & natura, quaſique ſine aliqua dubitatione, aut contradictione, velut ab omnibus conceſſa, in diſceptationem ſumantur. Ariſt. lib. 1. Analyt. poſterio. Græci ἐννοίας nuncupant. Qualia ſunt tria illa Iuris præcepta. *Honeſtè viuere, Alterum non lædere, Ius ſuum cuique tribuere.* L. iuſtitia. §. j ff. de iuſt. & iur. §. iuris præcepta eod. titu. in inſt. nulla quippe lex ciuilis eſt quæ non eò ſpectet, vt vel honeſtè viuatur, vel alter non lædatur, vel Ius ſuum vnicuique tribuatur: de ijs autem rationem anxiè perſcrutari, & inquirere, non modò ſtultum, ſed turpe quoque, & nefas haberetur, quis enim non niſi nimis ſtolidè rationem percuntaturus ſit, cur honeſtè viuendum? cur proximus non lædendus? ius ſuum ſingulis reddendum? neque verò ignoramus alia eſſe quædam, & multò grauiora naturæ præcepta, veluti de Deo, & Religione: L. ij. ff. de iuſti. & iur. quæ non genuit opinio, ſed innata quædam vis inſeruit, & quaſi in animo inſculpſit: Cic. 2. de inuentio. & 2. de nat. Deo. nec enim vlla gens eſt tam fera, aut immanis, cuius mentem, non imbuerit Deorum opinio. C. 1. Tuſ. Verùm quia Iuriſconſultis, & legum auctoribus, non ita viſa ſunt, ad ciuilem vitæ ſocietatem, & politicum Reipublicæ ſtatum pertinere, ea tantum veluti fundamenta iecerunt, quæ vi rationis humanæ, facilè deprehendi poſſent, qua in re mihi grauiter peccaſſe videntur, q̃ affectus humanos ſequuti, & ſcientia legis tumidi, perfectum de Deo præceptum, & à quo vno cætera pendent, neglexerint. Sed animalis homo, inquit Apoſtolus, non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus. 1. Cor. 2. Ex ſuperioribus autem illis tribus Iuris prę̃ceptis, illud quoq; promanat: Math. 7. l. j. ff. quod quiſq; Iur. c. 1. 1. diſt. can ponderet. l. diſt. *Quod tibi fieri non vis, alteri non feceris* ab Alexandro Seuero imperatore, tantopere dilectum, & veneratum, vt & in palatio, & publicis operibus, illud perſcribi iuſſerit. Lamprid. in Alexand. Indeq; etiã pleræq; Iuris noſtri regulæ conflatæ, quales illæ. Turpes hominum diſpoſitiones, nullius eſſe momenti. L. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. l. cõditiones 1. & 2. ff. de condi. inde. l. generaliter. cum l. ſeq. ff. de verb. obli. Natura periniquum eſſe cum alterius iactura lucrum facere. L. nam hoc natura. ff. de condit. inde. l. ſi quis mancipijs. §. ſi impubes. ff. de inſtitor. l. iure naturę. ff. de re iur. l. itaq;. §. j. ff. de dol. Alteri p̃ alterũ, nõ eſſe iniquã cõdõnẽ afferẽdã l. trãſac. C. de trãſa. l. nõ dẽt. ff. de re. iur. alterũ, alterius odio nõ p̃ grauãdũ, l. ſi qs in ſuo. §. legis. C. de inof. teſt. & iis p̃multæ ſimiles, q̃ loco principij manifeſti traduntur, nec cur ita ſint, p̃mulgatæ, inq̃rimus, ſed ſtatim ipſa monẽte natura, iis auditis cõquieſcimus. Ex iis itẽ, vt̃ principiũ facio, *p̃miũ, & pœnam* qñ nihil ſit, quo Iuris & legũ auctoritas, ac vniuerſus Reipublicæ ſtatus magis vallet̃, & circũdet̃, ac veluti munimẽto quodã obſepiat̃, q̃ ſi p̃mijs p̃poſitis, hoĩes ad benefaciẽdum excitent̃, & pę̃narũ terrore, à malo arceant̃, l. j. ff. de iuſt. & iur. c. non vos. 23. q. 5. nec aliter poſſe Rempub. cõſiſtere Demoſthenes eleganter probat, quàm ſi rectè factis, præmia, & peccatis ſupplicia decernantur. Demoſthenes in oratione contra Leptinem, quæ fuit vetus Solonis ſententia, dicentis, duabus rebus potiſſimum, præmio nimirum, & pœna, Rempublicam contineri. Cicer. ad Brutum. quibus planè conſentiunt, Homerus, & Heſiodus, cum Deos inter homines, ignota ſpecie verſari ſcribunt, & hominum facta accuratè obſeruare, vt quæ bene, rectæq; geruntur, digna mercede compenſent: & malefacta puniant. Hom. in Odyſſea, & Heſiodus in Ergis, & Petrus Apoſtolus, iubet nos eſſe ſubiectos omni humanę creaturæ, propter Deum: Regi, quaſi præcellenti, & ducibus, tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum 1. Pet. 2. c. ſolitæ, de maio. & obed. contraque Antiſthenes, exitium ciuitatibus tum portendi dicebat, quando in iis non eſt bonorũ, neq; malorum diſcrimen. Itaque ex primarijs Iuriſprudentiæ principijs, hoc vnum erit, virtutibus & egregiè geſtis, propoſita eſſe à legibus præmia, pœnam verò vitijs, & ſceleribus ſtatutam l. j. ff. de iuſt. & iur. l. 3. C. de offi. recto. pro. l. fi. C. de ſta. & imagi. quod & M. Cicero, perbellè docet, & nõ vno in loco tractat Cic. 2. de nat. Deor. de orator. & 2. de inuentione Rhetoric. Sed nos tria illa Iuris præcepta, quæ velut primaria Iuris principia, conſiderauimus, aliquanto craſſiùs declaremus.

De tribus Iuris Ciuilis præceptis. Cap. 25.

TRes ergo ſunt Iuris præceptiones, Honeſtè viuere, Alterũ nõ lędere, & Ius ſuũ vnicuiq; tribuere, l. iuſt. § j. ff. de iuſt. & iur. §. iuris. p̃cepta eo. tit. quib. tota ciuilis philoſophia claudit̃, Reſpublica ſapiẽter regit̃, & cõis hominũ vſus, ſanctiſſimè cõſeruat̃, ijs. n. p̃ceptis, ttes affectus mortalibus à natura tributi, & gñis humani, vt ille dicebat, Vale. Max. li. 4. peſtes certiſſimæ, coercent̃, libido videlicet, ita, & cupiditas, docemur (inquit M. Cicero) auctoritate, nutuq; legũ, domitas hẽre libidines, coercere oẽs cupiditates, noſtra tueri, ab alienis, mẽtes, oculos, manus, abſtinere. Cicer. 1. de orator. Fugat̃ nanq; libido & omnis voluptatũ illecebra, ac titillatio, ſi viuit̃ honeſtè, l. fœdiſſimã. l. & ſi libidine. C. de adul. extinguntur cõtentiones & irrarũ flãmæ, ſi nemo lædit̃, & refrenat̃ cupiditas, ſi ſuum cuiq; tribuat̃: nec proximi vtilitates, & commoda, emolumenti noſtri gratia, ad nos traducamus, *viuere* cum primis *honeſtè* iubemur. i. tẽperatè verecundè, & quemadmodum M. Cicero, interpretat̃, cum virtute, 3. de finib. vt ne quid libidinosè, incontinenter, vitiosè, indecoreq; faciamus, 1. officio, ſed omni omnino virtuti, quoad eius fieri poterit, congruenter morẽ geramus, non tã q̃d nobis fortaſſe ſummo Iure licet, q̃ quod ex vſu, moribuſq; patrijs, honeſtum eſt, reſpicientes. l. ſemp. ff. de rit. nup. l. nõ omne. ff. de reg. iur. Deinde, *alterum non lædere*, cùm. n. cognationem quandam, natura inter homines piè conſtituerit, hominẽ homini inſidiari, & quod Plautus dicebat, *lupum eſſe*, Plaut. in Aſinaria non tantùm, nefas, l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. ſed ẽt contra naturam, & feritatis plenũ, quodammodo vr̃. Cicer. 2. officio. hominis quippe proprium eſt, hominem beneficio afficere, l. ſeruus ea lege. ff de ſeruis export. & ita quaſi Dei vice fungi. nã qui proximũ afficit beneficio, ei cui prodeſt (inquit M. Cice.) Deus dr̃ extitiſſe, 1. de nat. Deo. nec quicquam aliud, Deum eſſe putauit antiquitas, quàm prodeſſe mortalibus. Vnde & eos pro Dijs habuit, & venerata eſt, qui ad vitæ cõmoditatẽ, nonnihil attuliſſent, adeo q̃dẽ, vt belluas quaſdã vetuſtas p̃ Dijs coluerit, quemadmodũ Aegyptij ciconiã, & Romani anſerem: hi q̃ Capitolinã arcẽ, à Gallis obſeſſam, anſerum clãgore, & curſu, Romani cuſtodes expergefacti, ab hoſtiũ irruptione ſeruarint: Plutar. in Camillo. Liuius li. 5. Illi, q̃ ſerpẽtes, ex Arabicis paludibus ſubuolantes, ciconia obuiam profecta, arcere, neca req; putaretur. Quin & olim corpora quædã inanima, vt Sol, Luna, Terra, Aqua, pro Dijs habita ſunt, q̃ ad vitam hominũ prodeſſe, & maximè conducere viderent̃, eorumq; commoditate, mortales maiorem in modum recrearentur. Et quàmuis hanc Dei appellationem, nulli creaturarum, nec per iocum q̃dem, pius Chriſtianus cõicare debeat, nihil tamen æquè diuinũ mortales habent, ac beneficientiam. Gregorius Nazianz. in ora. de cura pauperũ. Poſtremũ, ex Iuris p̃ceptis, *Suum cuiq; tribuere*, monet d. l. iuſtitia. §. j. d. §. iuris p̃cepta. ita tñ vt ſi duob. aliq̃d p̃ſtandũ ſit, ei potius reddi oporteat, cuius rõ æqor eſt, & iuſtior petitio, veluti dño, potiùs q̃ latroni l. bona fides. ff. de poſitã ex duob. ęqs, qd ęqus eſt, nos ſeq̃ conuenit. l. ſi ſeruus cõis. §. q̃d vero. ff. de fur. Hæc ſunt tria Iuriſprudẽtię p̃cepta, principia, & fundamẽta, q̃b. oẽs virtutis partes, & vniuerſa iuſtitiæ, vitæq; Politicę natura cõtinent̃, & ad q̃ oẽs populi leges, oẽs gentiũ mores, & inſtituta, ac deniq; vniuerſa principiũ placita dirigũtur, & collineantur. Sed hactenus ſatis, de primarijs ſcientię noſtrę principijs, nunc ad ſecundaria pergamus.

Secundaria Iuris principia. Cap. 26.

IVris principia ſcdaria, ſunt certa q̃dã axiõmata, & definitiones, ſeu regulæ, q̃ nõ tam natura, quàm ciuili aliqua ratione & auctoritate, aut communi mortalium vſu, per hominum animos diffunduntur, quæ etſi plerunque vera ſunt nec valde

egeant

Source : BIU Cujas

egeant demonſtratione: non tamen ita priuſquam preſſiùs conſiderentur, ab illis cognoſcuntur, qui noſtræ ſcientiæ dant operam: quapropter leui aliqua, vt veriſimili ratione, vt iis aſſentiantur, opus eſt, quod principiorum genus, *Theſes* Græci dicunt, hoc eſt regulas quaſdam generales, nullis circunſtantiis limitates, quæ ſunt propriè ſcientiarum principia, quorum alia *Vniuerſalia* ſunt, alia *Generalia*, & reliqua *Particularia*. *Vniuerſalia* dico, quæ quibuſtiis Iuris partibus, & quæſtionibus, accommodari poſſunt. Et horum alia à natura ducunt initium, veluti vt is commodum quoque ſentiat, quem incommoda ſequuntur. l. ſecundum naturam. ff. de regul. iur. Vt quod nobis non nocet, & alteri prodeſt, concedamus. l. in creditore. ff. de euictio. l. 2. §. item Varus. ff. de aq. pluu. Vt nemo ex dolo proprio, releuetur, aut auxilium capiat, l. verũ. §. tempus. ff. pro ſoc. cap. ſedes. de reſcrip. ſed dolis, ac fraudibus, omnino occurratur, l. 1. ff. de dol. l. in fundo. ff. de rei vendic. Eodem genere quidpiam diſſolui, quo fuit colligatum. l. nihil tam. ff. de regul. iur. Ab eodem debitore, non eſſe bis debitum exigendum. l. bona fides. ff. de regul. iur. & iis permulta ſimilia.

Alia ſunt, quæ ciuilis legis auctoritate nituntur potiſſimum, quorum bonam partem reperire eſt, ſub titulo Pandectarum, Gregorii, & Bonifacij, *de Regulis Iuris*, & reliquam ſparſe decerpere, ex Iuriſconſultorum reſponſis, & Cæſarum placitis, nos quædam exempli gratia, referemus.

Vtilitatem publicam, priuatorum commodis anteferendam. l. 1. §. fina. C. de cadu. tol. Omnem actum ab intentione iudicari. l. verum. ff. de fur. Quod principaliter agitur, ſpectandum. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. Acceſſorium, principalis ſequi naturam. l. cum principalis. ff. de regu. iur. Quæ contra leges fiunt, pro infectis haberi. l. non dubium. C. de legibus. Aequitatem rigori præferendam. l. placuit. C. d. iud. In toto, & partem contineri. l. in toto. ff. de regu. iur. Res magis intuendas, quàm verba. l. promitten. ff. de iur. do. Generi, per ſpeciem derogari. l. in toto iure. ff. de regu. iur. De ſimilibus, idem conſtitui Iudicium. l. fin. C. de conſti. pec. vbi eſt eadem ratio, idem Ius ſtatuendum. l. illud. ff. ad L. Aquil. Separatorum, rationem eſſe ſeparatam. l. fin. ff. de calumniator. Ideoque ex ſeparatis, de vno ad aliud non inferri. l. Papi. exuli. ff. de mino. Quod omnes tangit, ab omnibus approbandum, cap. quod omnes. de regul. iur. in 6. Actus agentium non operari vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. ſi certum petat. Inducta ad vnum finem, non operari contrarium. l. legata. ff. de adi. lega. l. ſi mancipia. ff. de fund. inſtruct. ac proinde ad augmentum producta, non operari diminutionem, nec econtra. l. non debet. ff. de reg. iur. Generalibus, ſpecialia ſemper ineſſe. l. ſemper in gener. Propter quod vnum quodque tale eſt, id magis eſſe tale eſt, neceſſum. Aut. multo magis. C. de epiſcop. & cleric. Et alia id genus, plus quàm ſexcenta, quæ omnia, hoc loco congerere, & coaceruare, in animum non induximus.

Generalia Iuris principia, ſunt quæ ad generales, & præcipuas ciuilis diſciplinæ partes, generaliter referuntur, & applicantur, veluti *in contractibus*. Fidem non fallere, ſed quæ contrahentibus placuerunt, cuſtodiri. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſt. pec. Contractus, ex conuentione legem ſuſcipere. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſ. Bonam fidem in cõtractibus deſiderari. l. bonam fidem. C. de actio. & obliga. Contractus ab initio voluntatis eſſe, officii, poſtquam autem initi ſunt neceſſitatis. l. in commodato. §. ſicut. ff. cõmod.

In vltimis voluntatibus. Vti de rebus ſuis quiſpiam diſpoſuerit, ita ius eſſe, l. verbis legis. ff. de verbor. ſignific. quòd & lege decemuirali à Græcis accepta ſancitum ſcio. Diſponat vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex, eius voluntas. §. diſpon. de nupt. coll. 4. Publicæ expedit, ſuprema hominum iudicia, exitum habere. l. vel negare. ff. quemad. teſt. ap. Nihil eſt quòd magis hominibus debeatur, quàm vt poſtremæ voluntates liberum habeant arbitrium. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſi.

In Delictis, voluntatem ſpectari, non exitum. l. diuus. ff. de ſicar. Voluntatem, & propoſitum, diſtinguere crimina. l. verum. ff. de furt. pœnas molliendas potius, quàm exaſperandas eſſe. l. interpretation. ff. de pœn. Cauendum, ne propter nocentem, innocentes puniantur l. 2. in fin. C. de iis qui lat. occult. Sine culpa, pœnam non infligi. l. ſancimus. C. de pœn. Sanctius eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari. l. abſentem. ff. de pœn. Lubricum linguæ, non eſſe facilè trahendum ad pœnam. l. famoſi. ff. ad l. Iuli. maieſt. Quod legitimè factum eſt, pœnã non mereri. l. Gracchus. C. de adul. In iudiciis, Prætoris Imperio, & iudicis auctoritati parendum. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. Iniuriamq; Prætori facere, qui eius auctoritatem contemnit. l. 1. ff. qd vi aut clam. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. De vnoquoque negocio accerſendos, & citandos eos, quos cauſa contingit. l. non debet actori. ff. de regul. iur. Nihil licere actori, quod reo non concedatur.

Res inter alios iudicatas, aliis non obeſſe. l. ſæpe. ff. de re iudic. Latam contra ſolitum ordinem iudiciorum ſententiam, vim rei iudicatæ non habere. l. prolatam. C. de ſentent. Interlocutoriam reuocari poſſe, non item definitiuam. l. quod iuſſit. ff. de re iudic. Semel enim ſiue bene, ſiue malè, fimctus eſt iudex ſuo officio. l. iudex. illo titul. Ea, quæ fiunt à iudice, ſi ad ipſius officium non pertineant, rata non eſſe. l. factum à iudice. ff. de reg. iur. Procliuiores nos eſſe oportere ad liberationem. l. Arrianus. ff. de act. & obligat. Ideoque in dubiis, reo magis quàm actori fauendum. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

Particularia Iuris principia dicuntur, quæ in certis, & ſingularibus Iuriſprudentiæ partibus, ſpecialiter à lege tradita, conſtitutaque ſunt: nam & habent ſinguli, in iure ciuili tractatus, peculiaria quædam, & ſingularia præcepta. l. ſingularia. ff. ſi cert. peta. quorum alia, rei de qua agitur ſubſtantiam reſpiciunt, hoc eſt, eam eſſentiam, ſine qua res ipſa ſubſiſtere nequit, veluti *In emptione* ſine re, & precio, nullam eſſe venditionem. l. in venditionibus. ff. de contrah. empt. oportereque precium illud, in pecunia numerata conſiſtere. §. precium. & ſeq. de empt. & vend.

In Mutuo, Mutui dationem non contrahi, niſi in rebus quæ põdere numero menſurave conſtant. l. 2. §. mut. ff. ſi cert. peta. *In verborum obligatione*, ſtipulationem non confici, niſi vtroq; loquente. l. 1. ff. de verbo. obliga. atque ita, vt precedat interrogatio, & reſponſio ſubſequatur. l. 1. C. de vſur. *In teſtamento*, Non conſiſtere teſtamentum, niſi qui diſponit, teſtamenti factionem habeat, & ſecundum Iuris ciuilis regulas ſit teſtatus. l. ſi quæramus. ff. de teſtam. hoc eſt coram ſeptem teſtibus, maſculis, puberibus, & rogatis. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. ſine hæredis inſtitutione, teſtamentum nullas vires habere. l. 1. in fin. ff. de vulg. Et alia iſtiuſmodi multa: *Alia* ad naturam pertinent, hoc eſt, ad vim, & ingenitã rei de qua tractatur virtutem, & potentiam: veluti *in emptione*, vt rem diſtractam venditor præſtare, ideſt tradere teneatur. l. ex empto. ff. de actio. empt. & ſiue tota res euincatur, ſiue eius pars, regreſſum habeat emptor in venditorem. l. 1. ff. de euictio. atque adeo, vt ſi res aliqua precioſa vendita ſit, cauere teneatur de dupla venditor. l. pacta. conuenta. ff. de contrah. emptio. *In mutuo*, vt non eandem ſpeciem, ſed idem genus recipiamus. l. 2. in princip. ff. ſi cert. petat. Vt de meo tuum fiat. d. l. 2. §. appellata. Vt non inplus contrahatur, quàm datum ſit. l. ſi tibi. ff. de pact. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. Et vt equè bonum reddatur. l cum quid. ff. ſi cer. petat. *In verborum obligatione*, vt ſtatim, aut modico interuallo, reſpondeatur. l. 1. §. 1. ff. de verbo. obligat. Et reſponſum, cum interrogatione cõueniat. §. preterea inſt. de inutili. ſtipul. Et vt ſibi, non alteri, quis ſtipuletur. l. ſtipulatio. § alteri. ff. de verbo. obliga. *In teſtamento*, vt vno contextu fiat. l. heredes. §. fina. ff. de teſtam. mutationique & reuocationi, obnoxium ſit, cùm liberum videbitur teſtanti, cuius volũtatem vſque ad ſupremum vitæ exitum, leges deambulatoriam fecerunt l. 4. ff. de adi. lega. Rurſus horum principiorum particularium, alia *cauſam efficientem* reſpiciunt, vt in quibuſcunque actibus, perſonarum idoneitas. l. ſi quęramus. ff. de teſta. Neque enim verbi gratia contrahere, teſtari, aut aliter quoquo modo diſponere, quiſpiam poteſt, niſi qui mentis compos, & legitimæ ſit valetudinis, & ætatis. l. vt gradatim. ff. de muneribus.

Rurſus omnis conuentio, quæ conſenſum non habet, nulla eſt. l. 1. §. 1. ff. de pact.

In teſtamentis, voluntas primum locum obtinet, & dominatur. l. in conditionibus. ff. de condi & demonſtr. In matrimoniis nuptiæ, non concubitu, ſed conſenſu perficiuntur. l. nuptias. ff. de regul. iur.

Alia ſunt principia, quę *finem* ſpectant, vt cùm ſtipulationes ad hoc inuentas Vlpianus ſcribit, vt quis acquirat, quod ſua intereſt. d §. alteri. Et cùm dicimus, vſum teſtamentorum introductum, & probatum, quo poſſimus omni tempore, erga eos qui de nobis bene meriti ſunt nos præbere gratos. l. nec adiecit. ff. pro ſoc. c. cum in officiis. de teſta. Alia *materiam*, vt quod res, in mutuo, Res & precium, in emptione. Verba in Stipulatione, vti dictum eſt interueniant. Et in teſtamentis, hęreditas, quæ codicillis, neq; adimi. l. Scęuola. ff. ad Trebell. Alia denique *formam*, vt in *ſtipulatione*, præcedens interrogatio, & ſequens reſponſio, l. 1. C. de vſur. in *teſtamentis*, quod vno contextu concipiantur, l. heredes palam. §. fin. ff. de teſta. & coram ſeptem teſtibus, modo à lege pręſcripto. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. d. l. hęredes palam. Et alia plura eiuſdem generis: nam hęc exempli gratia profuiſſe, ſatis mihi videtur, q; iis perfacilè ſit ſtudioſo lectori, cętera inueſtigare, & ſic methodica ratione, in pauca contrahere. Vt de omnibus ex tempore dicere, & modico negocio reſpondere poſſit. Denique iam mihi ſatis quoque dixiſſe videor, de Iure ipſo generatim, adde eius cauſis & principiis, quò prior hæc libelli noſtri pars, ad vmbilicum (ni fallor ego.) non incommodè peruenit.

Source : BIU Cujas

IOANNIS CORASII,

TOLOSATIS IVRISCONSVLTI,

Regijq; Senatori Toloſæ, de Iuris Arte, pars Secunda.

De Iure Diuino,& eius præceptis. Cap. 1.



VONIAM ſuperiore parte,breuiter à nobis expoſitū eſt, an ſit, & quid ſit Ius,quomodo item illud,in artem contrahi poſſit:Denique quæ ſint eius cauſæ,præcepta, & principia: Ratio deinceps poſtulare videtur, vt pro inſtituta methodo, Iuris diuiſiones explicemus: nam & iuſtus rerū ordo deſiderat, vt definitionem diuiſio ſequatur. Planè Ius generale nomen eſt, quod aptè(vt mea fert opinio)in diuinum,& humanum,principe loco diuidetur.c. omnes.j.diſt. Diuinum appellamus, cæleſtem illam diſciplinam, veteris & noui teſtamēti conſtitutionibus concluſam,ca.quo iure.8.diſt.c.1.1.diſt.quę tametſi comprehendat Ius naturale,homi nibus innatum: hoc eſt rationabilem naturæ inſtinctum, à Deo Optimo Maximo,velut ſtimulum virtutis,hominibus inditum, quo alijs facere iubemur,quæ nobis fieri volumus,l.1.ff.ꝙ quiſq; iur.Matth.7.c.1.1.diſt.non tamen quæcunq; diuinis oraculis con tinentur, legi naturæ cohærent, ſed ex moralibus præceptis, (ſic voco mandata ad informandos fidelium mores conſcripta) ea duntaxat,quæ humana ratione,confirmari poſſunt.c.fin. §.ita.6. diſt.ca.1.& 2.1.diſt.c.1.5.diſt.vt dilectio Dei,& proximi,Deutero. 6.& 10.c.fi.3.diſt.l.2.& 3.ff.de iuſt.& iur. ſub quibus duobus mandatis,cum omnia quæ à lege & Prophetis ſcripta ſunt continean tur:Matth.22.Galat.5.Vniuerſa quoque primæ,& ſecundæ tabulæ Moſis præcepta,claudi dubium non eſt,Glo.c.quid in omnib. 32.q.7.quin & illis,omnes etiam virtutis,quas Philoſophi ad con ſeruationem humanæ ſocietatis,exigunt, contineri ſuprà proba uimus.Parte 1.c.At ſunt alia quædam moralia mandata, quæ humani ingenij captum tranſcendunt, in quibus ideo ſolam fidem ſequi conuenit,Panor.rubri.de ſumma Trinit.à nonnullis, *Super naturalia* nuncupata, veluti quod Deus, (aduerſus Sabellium, & Arrium ca. quidam.24. q.3.)ſit trinus, & vnus,hoc eſt,ſint tres in Deo perſonæ,& vna diuinitatis eſſentia.l.1.C.de ſumma trini.ca. 1.eo.titu. in decretal. Chriſti diſcipulo, idipſum in hæc verba teſtante: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, pater, verbum, & ſpiritus ſanctus, Et hi tres, vnum ſunt.*j. Ioan. 5.Vt item, mortui reſurgant,j. Corint.15.1. Theſſal.magnum profectò, ac difficile ſacramentū, fidei tamen noſtræ,caput,& principium,Theophilac.in ca.1. Ioānis.quod puri philoſophi neq; potuerunt, neque voluerunt vnquam agnoſcere.Plin.lib.2.cap.7.puerilis deliramenti commentum,falsò,impieque,exiſtimantes, vitam iterari morte. Plin. lib. 7.cap.55.Illorum autem perſuaſam,ac execrandam hæreſim, cū Cerinthij,Saduceos,Actorum.23.ſequuti,ſuaque philoſophia ad ſummam impudentiam elati,pertinaciter confirmarent, Paulus Apoſtolus, magno ſtudio euertit. 1. Corinth. 15. Sunt & qui ex moralibus præceptis, quædam propterea quòd neceſſario obligent.Neceſſitatis appellent.Vt non occides, Non furtum facies, Honora parentes,& ijs ſimilia.Exod.20 Leuit.19.Matth.19.Quę dam perfectionis tantum, & conſilii, eſſe dicant, quod videlicet ad ſalutem, præcisè neceſſaria non ſunt, ſed impio Chriſtiano, euangelicæ virtutis perfectionem demonſtrent, Veluti *Vende omnia quæ habes, da pauperibus,*Matth.19.Marc.10.Lucæ 18.*Percutienti in vnam maxillam præbe & alteram.*Matth.5.Lucę.6.Alii quidam, moralia Dei præcepta,in negatiua,& affirmatiua diſtribuunt, ineptè ſatis,vt mihi quidem videtur,cùm quoduis Dei mandatum, ſiue externa ſua voce, neget,ſiue adfirmet, tam iubeat facienda, quàm non facienda vetet. Porrò autem, præter moralia præcepta, ſunt & alia quæ Myſtica dicuntur, hoc eſt figuralia, quę ritus & cęremoniarum mādata continent, veluti ſigna,& teſtimonia profeſſionis ſeu fidei, erga Deum, ſub quibus, præter literæ ſonum, aliquid arcani, & myſterii latet.cap.fin.§.his ita 6. diſtin. vbi gloſſ. quorum non pauca ſunt, de quibus ad literam, ratio nulla reddi poteſt, Gloſſ.dicto §.his ita. vt: *Non arabis ſimul,in boue & aſino. Non indues veſtem,lana linoq; contextam.*Deuter.22.quæ tamen hunc ſenſum habent, vt diſparis profeſſionis homines, in vno officio ſociari prohibeant. cap.in noua.16.q.7.Quædam,verò rationem etiam ad literam habere putantur: Gloſſ. d.cap.fin. §.his ita.vt Circunciſionis,Sabbati,Purificationis,& alia id genus præcepta.Geneſ.7.Exod.20.cap.Leuitic.12.& 16.cap.1.5.diſtinct. Circunciſio enim, ſignum pacti fœderis, inter Deum, & populum ſuum, Geneſ.7. hoc eſt ſignaculum fidei, iuſtitiæ Dei præfert.cap. æquo.de conſecra. diſtin.3.Roman.4. Sabbati verò ſanctificatio,memoriam eius requiei renouat, qua Dominus die ſeptima non laſſitudine fatigatus,ſed admirabilium operum completione lætatus requieuit,Exod.20.Geneſ. 2. ſimulque nos omnes inſtituit,eum qui verè in Chriſtum crediderit, (hoc eſt certò ſibi perſuaſerit per Chriſtum iuſtititiam ęternam hominibus cōtingere) & in finem perſeueraverit,in ſempiternam requiem,& verum ſabbatiſmum introiturum, Hębre. 4. quippè Sabbatum, Hebræa vox eſt, quæ feſtum vel quietem ſignificat. quia verò Deus ſeptimo die quieuit, & ceſſauit ab omnibus operibus ſuis creatis:Geneſ.2.pręcepit Dominus,ſeptimum quoque diem ſanctificandum, per ceſſationem à noſtris operibus, quę ſex diebus conficimus, & operamur.Leuitic.12.& 15.cap.1.5. diſtinct. Lex verò purgandæ mulieris, poſt partum, aut quæ menſtrua patiebatur: quemcunque fidelem, ad munditiem, tum mentis, tum corporis hortabatur, & ne in ſordibus volutaremur, admonebat,dicente Domino, Recede à me,nō appropinques mihi,quia immundus es. Iſaiæ 65. & alibi, Abiicientes omnem immunditiam.Iacobi j.&c.At omnis veteris cęremonię neceſſitas,in Chriſtianiſmo ſublata eſt, cùm enim illuxit veritas, hoc eſt Chriſtus, vmbram & imaginem futurorum,id eſt cęremonias, ceſſare deliteſcereque oportuit.Coloſſen.2. Ioann.14.Itaque abrogata eſt Circunciſio.Galat.5.cui tamen,ſucceſſit Baptiſmus. cap. maiores de baptiſm. Marc. 16.Ioann.3. ſublatum quoque ſabbatum.cap. peruenit,de conſecr.diſtin.3.Coloſſen.j.(Nam & ſabbati,vt Chriſtus dicebat,filius hominis,dominus eſt.) Matt.12.& in diem Dominicam mutatum,quę nunc dies quietis,& otii,ſeu dies ſanctus, dicitur, reliqui vero dies pfeſti, hoc eſt ab omni feſtiuitate, otioque vacui,& vulgo operarii,nūcupantur.Poteſt item mulier quę menſtrua patitur,aut poſt partum,ſtatim eccleſiam ingredi:ſacrę que communionis myſteria,percipere.cap.j.de purifica.poſt par. cap.1.& fi.5.diſtin. Tranſlato namque ſacerdotio, legis oportuit tranſlationem induci. cap. 3. de conſtitutio. Hæc autem ſatis demonſtrant myſtica,ſeu figuralia pręcepta,quæ ad cęremonias,& politicam tantum Moſaicam pertinebant,hodie non ligare,niſi quatenus per Chriſti legem,confirmata reperiuntur.ca. fin.§. his ita.6.diſtin.euanuit ſiquidem vmbra,& ſplenduit,illuxitque veritas.cap.7.de pur.poſt par.Moralia vero,cum naturali Iure nitantur:etiamnum vigent d.§.his ita.Gloſſ.& DD.cap.fin. de conſue. perennis quippe,cōſtans eſt,& ęterna,recta naturę ratio, quæ neque tempore flectitur,neque vlla legis auctoritate variatur. l.2.§. fin.ff.de vſufr.ear.rer.§ fin.de iure nat.cap.1.5.diſtin. Vnde cognoſcimus, nō valere contra diuinum mandatum,hominis quamlibet eximia auctoritate pollentis.conſtitutiones.cap.fi. dominus. ſi is qui. 11.q.3. quando nihil poſſit inferior, in legem ſuperioris. cap. cum inferior.de maio. & obed. Ideoque iniquitatis pleniſſimas,Italicorum Municipiorum leges, quę proſcriptum impunè necari permittunt, ſemper iudicaui, Hoſtien. cap.fin. de conſue. cùm pręceperit Dominus,non occidere,Exod.20.cap.1.cum ſequen. 23. q. 5. nec tantum prohibuerit,externum homicidium, quo priuatim, hoc eſt citra ciuilis magiſtratus auctoritatem, externa vita,homini aufertur ſed etiam iras,maledicta,conuitia,ludibria,& cętera iſtiuſmodi, Audiſtis inquit, quia dictum eſt antiquis, *Non occides.* Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo,obnoxius erit iudicio.Qui autem dicit fratri ſuo *Racha* (hoc eſt aliquo ſigno,animi maleuolētiam declarabit) obnoxius erit concilio.Qui autem dixerit fatue, (id eſt animi impotentior certo conuitio fratrem ſuum percutiet,eum fatuum,aut aliud ſimile appellans) reus erit gehennę ignis.Matth.5.Vbi verò manēt impunita homicidia, ſi iræ, cogitationes, & verba, tam grauiter damnantur? vno ſane caſu, eiuſcemodi ſtatuta, probari poſſent, cùm ſcilicet ex ea cauſa,quiſpiam proſcriptus eſſet, quæ mortem infligeret. Decius & alii. cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. tùm quę vtilitatis publicæ gratia, ut omni modo, omnique via, malefactores,pœnas luant, l.Ita vulnerat.ff.ad l. Aquil l.ſi à reo. §.illud.ff.de fideiuſ.cap.vt famæ.de ſenten.excommun.non prorſus abſurdum erit,tantum poteſtatis, circa vindictam publicam, priuato concedere,quantum legis miniſtro. Accurſi.l.nullius. C. de ludę.DD.l.non eſt.ſingulis.ff.de regul.iur.neque nouum,diuinæ legis pręcepta, ex recta naturæ ratione, interpretationem recipere,quod pluribus exemplis, pontificii oſtendunt DD. capit. fina.de conſuetu.& in d.cap.quę in eccleſiarum. & nos loco magis idoneo paulo infrà extenſius dicemus,Ead.parte.q.2.ꝙæſt.17. luceq; meridiana clarùs apparere oſtendemus, noſtram de non occidendis exulibus, ſententiam omni legi, atque adeo rerum veritati conformem eſſe, & conſentaneam. Verùm hactenus de iure Diuino.

Ius in publicum, & priuatum. Caput. 11.

HVmani Iuris, de quo dicere paramus, duas fecit Vlpianus poſitiones,ideſt ſpecies.l.1.§.1.ff.de iuſt.& iur.Publicum, & Priuatum.Publicum Ius appellans,quod principaliter ſpectat,ad ſtatum

Source : BIU Cujas

ſtatum Reipublicę,vt quod in ſacris,ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit, etiam ſi iſthinc, plurimum emolumenti,ad priuatos deriuetur.l.vn.§.fi.C.de cad.tol.Priuatum verò, quod principali cauſa inſpecta, ad ſingulorum vtilitatem refertur, licèt eius quoque rei,commodum in conſequens,Reſpublica ſentiat.d.l.j. §.1. Hoc autem, vel ex naturalibus, vel ex gentium,vel ciuilibus præceptis,collectum,ideſt conflatum,& compoſitum eſt. §.fi.de iuſt.& iur.d.l.1.§.1.Quę ſanè verba,relatę ab interpretibus diuiſioni,haudquaquam conſentiunt,perperam exiſtimantibus, ab Vlpiano,Ius priuatum,in naturale,gentium,& ciuile,diduci: quam ideo partitionem, velut commentitiam, non iniuria ſunt qui rideant:quaſi verò inquiunt, Ius publicum,neque naturale,neque gentium,neque ciuile ſit Rodulp.Agricola.lib.2.de inuentio.ca. 5.Paul.Caſtren.d.l.1.§.1.à qua oppugnatione, non ſatis mihi videtur Alciatus,eiuſce diuiſionis auctores,vindicaſſe. Alciat.1. Parer.cap.31. Ergo publicum Ius eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat.d.l.1.§.1.quaſi populum, olim ſiquidem propter Imperij Romani Ius,quod ante Rhemniam legem, ad populum pertinebat:l.1.ff.de conſti.princip.publica tantùm dicta ſunt, quæ populi Romani erant.l. bona ciuitatis.& l.ſequen.ff.de verbor.ſignifi. At verò quia Romanorum exemplo, quæ in aliis ciuitatibus cõmunia erant vniuerſorum,publica dici cœpta ſunt:l. 1.§.1.ff.de rer.diuiſ.Ius quoque publicum, hodie appellari poteſt, quod ad cuiuſuis,aut Reipublicæ ſtatum pertinet.l.fin.in princip. C.de ſacroſan.eccleſ.d.l.bona ciuitatis. Eam porrò Iuris publici partem, quæ ad ſacra,ceremoniasque Deorum ſpectabat, *Ad Dinos,adeunto caſtè,Pietatem adhibento,Opes amouento.* & ijs ſimilia, aut quæ ſacerdotibus præſcripta ſunt,non valde curarunt Iuriſconſulti noſtri,ſed pontificum libris reliquerunt,quorum apud alios extant fragmenta quædam.Cicer.2.de legib.Val.Max.lib.1.ca.1.2.3.&4. De magiſtratibus,vltima publici Iuris parte,neceſſaria nobis ſcripta prodiderunt. Cęterùm eam Iuris ſpeciem, diligẽtiſſimè ſunt perſecuti,quam priuatum nuncupamus,hoc eſt, quæ ad ſingulorum vtilitatem,refertur,l.1.§.1.ff. de iuſti.& iur.principali ſcilicet vti diximus in vtroque Iure,cauſa inſpecta.l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cert.peta.l.1.ff.de autho.tuto.inconſequens enim, & (vt aiunt) ſecundario,quod publicè vtile eſt, ſingulorum commoda reſpicit:l.vn.§.fi.C.de cad.tol.& per contrarium,quod ad priuatorum vtilitatem,principaliter ſpectat, in conſequens Reipublicæ vtile eſt,veluti,quod abſens defendatur. l. ſeruum quoque. §. publice. ff.de procur.cp ſubditi,referti ſint,& locupletes.§. cõſiderauimus. vt iud.ſine quoquo.coll.2.ne quis re ſua malè vtatur.Porrò autẽ, Ius,priuatum,quod in vſu quotidiano verſatur, & de quo maximè ſe dicturum legiſlator proponit:ex præceptionibus,vt iam dictum eſt,vel naturæ,vel gentium,vel ciuilibus,componitur. §. fi. de iis qui ſunt ſui. Vnde de naturali, gentili, & ciuili lege, dicenda quædam:nam & ius omne,vel à natura, vel ab hominum more, vel à legibus fluxit.§.fi.de iuſt.& iur.d.l.1.§.1.vbi Caſtrenſ.

De Iure naturali. Cap. III.

IVs naturale,eſt quod per omne animantium genus, etiã brutorum,ſolo inſtinctu naturæ,diffunditur, hoc eſt Vlpiano finitore,quod natura,omnia animalia docuit.l.1.§. ius naturale. ff. de iuſt.& iur.§.1.de iur.natu.veluti (vt multa paucis concludam) ſui ipſius ac propriæ ſpeciei amor,& conſeruatio. Ariſtot.9. Ethi. c.8.& 2. Politico.c.4.Cic.4.de finib.& 1.officio. quæ maximè verſatur in depulſione eorum quæ nocere poſſunt, comparationeque illorum,quæ ad vitam ſunt neceſſaria.c.ius naturali.1.diſt. vt victus,veſtitus,& habitationis.l.legatis.ff.de ali.leg.l.victus.l.quos nos.§.fi.ff.de verb.ſignif.nam primus,qui omni animali ſimul ac ortum eſt,datur à natura appetitus,eſt ad vitam degendam, tuendam, & perpetuò quantum fieri poteſt cõſeruandam : Principio generi animantium omni(inquit M.Cicero) eſt à natura tributũ, vt ſe, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea quæ nocitura videantur, omniaque ad vitam neceſſaria inquirat, & paret, vt paſtum,latibula,& alia eiuſdem generis,Cicero 1. officio.commune autem animantium omnium eſt,cõiunctionis appetitus,procreandi cauſa,& cura quędam eorum,quæ procreata ſunt,& paulò poſt:Quid loquar(inquit)quanta ratio in beſtiis,ad perpetuam conſeruationem generis earum appareat?nam primum alię mares,aliæ fęminę ſunt,quod perpetuitatis cauſa, natura machinata eſt,& reliqua,Cicero.1.officio.Hinc quoque maris, & fęminę cõiunctio,procreandi cauſa,l.liberorum.§.fi.ff.de verb.ſign.d. §.ius naturale.& prolis ſuſceptę cuſtodia,ac educatio,l.vn. §. taceat.C. de rei vxo.act.Cice.1.de natu.Deo.per quam memoriam noſtri, in omne ęuum relinquimus.d.l.liberorum.§.fi.Etenim videmus inquit Vlpianus,feras etiam beſtias,iſtius Iuris peritia cenſeri,d.§. ius naturale.hoc eſt Budæo expoſitore,laudari,æſtimari, & admirationi nobis prę cęteris eſſe,vt Elephas,proximũ humanis ſenſibus animal,Plin.lib.8.nat.hiſt.in prin. & Ciconia auis quæ parentes ſenio confectas, humeris in volatu geſtare fertur, eiſdemq; alimenta conquirere, non ſatis valentibus neceſſaria ſubminiſtrare Ariſtot.de natur.animal. Plin.lib.10.cap.23.nos verò Grȩcum interpretem ſequuti,Theoph.§.1.de iur.natur. Vlpiani verba d.§.ius naturale.aliter accipimus,nimirum vt ſignificent, brutaquoque inter ea animantia adſcribi,ac in eum quaſi ſenſum referri, quæ ſimilibus naturæ affectibus, & propenſionibus, ad ſui nempe,& eius quod ex ſe natum eſt tuitionem,ſimilisque productionem & confirmationem rapiuntur, & impelluntur. Cicero 1.officio. quanquam de ijs cenſuram facere, & iudicare, ſolis tributum ſit hominib. Hinc quoque ſacroſancti Matrimonij principia,& primæ illæ viri,atque vxoris conſociationes, prolis ſuſcipiendę, non etiam libidinis explendæ cauſa.Nec illos audio,qui iuris vocabulo,Iuriſconſultos abuti propterea dicunt.Laur.Valla.l.4.ca.48.cp in brutis nulla ſit ratio.l.1.§.1.ff. ſi quadru. Et ius ſit recta perceptio naturæ, quæ ideo inter homines tantummodo cadat.Ciceroque,Ius naturale tractans, eiuſdemque ſpecies conſtituens nihil ad feras,omnia ad homines,retulerit.Cice. 1.Rhetor.fœdius enim illi labuntur, ſiquidem Iuris verbum, vt fuſum & latè patẽs,naturales quaſcunque propenſiones, ratione etiam non moderatas,contineat.l.1.§.Ius naturale.ff.de iuſt.& iur.à verbo quippè iubeo tractum,deſignat iuſſum, & præceptionẽ quancunque ſuperioris.Rodolph.Agricola lib.1.c.5.Vnde quod natura,hoc eſt naturalis inſtinctus iubet,naturale Ius non tam ineptè quàm illi putant,appellabitur.d.§.ius naturale. Feræ item beſtiæ, quia huic legi naturæ parent, & obtemperant inſtinctu naturali perculſæ,Iuris quoque naturalis participes non iniuria dicuntur, licet intelligere,dijudicare,& de eo ratiocinari,ſoli homines poſſint.Nec refragatur,quod diximus,Ius à Iuſtitia appellatum.l.1.in princip.ff.de iuſti.& iur.nam hoc verum prout Ius,eiusque ſignificatio,ad artem boni & æqui,hoc eſt Iuris ſcientiam,coarctatur, d.l.1.in princip.non vt ſuperioris vim,& iuſſum notat:à quo tũc Iuſtitia omnis,tam vniuerſalis,quàm particularis,deſcendit,cùm recta naturæ ratio, omnium virtutum honeſtarumq; actionum ſtudia prȩcipiat. Ariſtote. 5. Ethicor.Nec nos oppugnat Ciceronis locus. Cicer. 2. Rhetor. tractat enim de Iure gentium, quod quoniam,à natura duxit initium, Ius naturale quandoq; dicitur. §.ſingulorum.de rer. diuiſ.quemadmodum, non multò pòſt dicemus.Itaque fatemur, coeundi appetitum, Ius non eſſe, vt nec bibendi,edendi,dormiendi, ſed legitimam maris coniunctionẽ, liberorum procreationem, & educationem, cum Vlpiano dicimus,Iuris eſſe naturalis, nam & vt in nuptiis caſtè verſemur, columbarum,cornicum,ac omnium penè volucrum exẽplo monemur: quæ fermè omnes, inquit Firmianus, faciunt matrimonia,& paria iungunt,& nidos ſuos,tanquam genitales thoros, cõcordi mente defendunt.Lactant.lib.3.de falſ.ſap.& in lib.de opificio Dei.Itidemque, vt fœtus noſtros omnes amemus : educemus, & tueamur, beſtiarum etiam natura nos incitat, quæ ſicuti idem Firmianus de volucribus ſcripſit, frigus, & famem patiuntur,& pro ſuo partu,ita propugnãt,vt nulla vulnera, nullos ictus reformident,fœtus qui certi ſunt,amant,ſi alienos adieceris,abigunt.Vnde quòd beſtias, ſolus naturę inſtinctus inuitet ad caſtitatem, & iuſtitiam, dici poteſt ab eis, initia Iuris naturalis, & in eis, nonnulla eſſe ipſius Iuris ſigna,ac veſtigia, quibus etiam in brutis animantibus,declaret natura,quid iis in rebus velit,aut permittat nos facere,& vnde aliqua præcepta & exempla rectè viuendi, homines in hac parte ſumere poſſint. Si enim bruta, generationis cauſa commiſcentur : & coniunctionem magna fide ſeruant : ſi quod procreatum eſt peramant,nutriunt,fouent,& tuentur:quã tò magis natura moueri debet homo,vxori coniungi,& coniunctionem hanc pudicè, caſteque ſeruare : inde ſuſceptos liberos, diligere,educare,& omni cura ad ſubſidium generis humani tueri,& defendere:nam parentes,qui brutis ipſis inhumaniores,propriam ſobolem negligunt:aut truculentiores, in eam ſine cauſa ſęuiunt,inter feras potiùs beſtias,quàm inter homines cenſeri,referrique debent,quos appoſitè Dominus,in libro Iob,Struthioni aui comparat:quæ derelinquit oua ſua in terra, & obliuiſcitur cp pes conculcet ea,& beſtia agri conterat.Duratur (inquit) ad filios ſuos,quaſi non ſint ſui,priuauit enim eam Deus ſapiẽtia,nec dedit illi intelligentiam.Iob 39.

De liberorum, & parentum educatione, & de matrimonio. Cap. IIII.

SVperiora autem ſatis oſtendunt, Alimenta filiis, Iure naturæ præſtanda,l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt.& iur.c.ius nat.j.diſt. naturalique quadam propenſione, & ſtimulo excitari parentes, ad liberorum educationem,l.vn.§.taceat.C.de rei vxo. quam pietatem,cum ferini quidam,& belluini homines,imò verò feris ipſis beſtiis ferociore(vt ita dicam)& immaniores,l.amiciſſimos.§.Lucius.ff.de excuſ.tuto.inhumanè contemnerent,rectè veteres cõſtituerunt,parentes,qui liberis naturalem educandi affectum, vltro non prȩſtent,a iudice cogendos eſſe,l.ſi quis à liberis. ff.de libe.agn.l.fi.C. de alend. lib. niſi fortè liberos repellat ingratitudo, d.l.ſi quis.§.idem iudex.d. l. final. aut aliunde facultates habeant, vnde ſe commodè alere poſſint.d.l. ſi quis.§.ſed ſi filius. Quin & nonnullis viris doctiſſimis viſum,vbi ea ętate ſunt liberi,& iis viribus,vt ad vitam neceſſaria ſibi parare poſſint,licere parentibus natura ẽt non repugnãte,eos negligere.Frãc.Cõnan.li.j.cõmẽtariorum

Source : BIU Cujas

riorum iuris ciuilis. nam quod inſtinctu naturę feramur, ad educationem liberorũ, facit eorũ imbecillitas, quod & Romuli lex, declarauit, quæ per triennium alendos liberos præcepit, nec ante eam ætatem licere eos, vel necare, vel exponere. In eamque ſententiam, Gratiam verba perpendunt, qui liberorum ſucceſſionem, Iuris quidem naturalis eſſe dixit, item puerorum educationem, c. ius natural. 1. diſt. hoc eſt liberorum, quandiu ſunt pueri, non autem ſimpliciter dixit educationem liberorum, eſſe iuris naturalis. Cui ſatis conuenit, quod Ariſtoteles ſcriptum reliquit, Parentes, qui adhuc animo, & corpore valent, debere ſuo labore atque induſtria, imbecilles filios fouere, tueri, & educare, vt mox imbecilles per ſenium facti, ætateque, ac laboribus fracti, eadem a filijs, iuſtè expectare poſſint. Verùm hæc diſtinctio, leges omnes Pandectarum, & Codicis euertit, quæ paſſim agnoſci, alique liberos iubent, niſi aliquam artem exerceant liberi, vnde ſe alere commodè queant, d. §. ſed ſi filius. adeò quidem, vt onus alẽdi quoque vxorem filij, nedum filium ipſum, ad patrem ſpectet. l. ſi filia. §. 1. ff. fam. erciſc. cùm tamen conſtet, nuptias non niſi à puberibus contrahi. §. 1. de nupti. Nec Romuli lex contradicit, & vbi pugnaret, non probaretur, velut inhumana, quemadmodum etiam in ea parte, qua Ius parentibus fecit ſilios iugulare. Plutar. in Romulo. per contrarium verò, non mera natura, ſed ratione naturali, quam Ius gentium dicimus, l. omnes. ff. de iuſti. & iur. à liberis parentes alendi ſunt, l. ſi quis. §. ſi vel parens. ff. de libe. agn. nam quod Ciconia auis parentes alat, vnicum extat inter animantia bruta, exemplum, Plin. lib. 10. c. 23. ver autem nec vna hyrundo facit, nec vnus dies. Ariſto. 1. Ethicor. Alimenta autem maximè parentibus, quibus nemo vnquam iuſtè rependit, ſuggerenda, philoſophus multis demonſtrat, 9. Ethicor. eiusque pietatis, memorandum præbuit exemplum puella quædam Romana, quæ matrem carcere incluſam, ne quid inferret cibi prohibita, propriis vberibus aluit. Plin. lib. 7. c. 36. Valer. Max. li. 5. c. 4. Vno caſu Solon conſtituerat, filios alimenta parentibus non debere, quo patris incuria, nullam artem eſſent edocti, vel ex meretricis coitu nati eſſent. Plutar. in Solone. naturæ ſimiliter ratio, (quam ideo Ius naturale dicit Gratianus, q̃ omnium vbique nationum communis ſit) c. ius naturale. 1. diſt. parentum hæreditatem, liberis defert, l. cum ratio. ff. de bon. damnato. tametſi parentes ad bona liberorum, ratio tantum pietatis, & miſerationis admittat. l. nam & ſi ff. de inoff. teſta. L. ſcripto. ff. vnd. lib. Educationem itaque, & inſtitutionem, cæteraq; neceſſaria vitæ præſidia, parentes liberis debẽt, ad quos ſolos, velut ad aſylum, & portum vnicum, illis à natura paratum, liberi confugiunt. Pariq̃ propemodum vinculo, liberi, parentibus, officium, animiq̃ gratitudinem, & omne obſequium debent. De maris, & fœminæ coniunctione, ad quam animantia quæcunque, inſtinctu naturæ feruntur: conſtat eam Iuris eſſe naturalis, d. l. 1. §. ius naturale. ſi non matrimonij nomen induat, tunc enim cùm ſit viri, & mulieris mutuus conſenſus: §. 1. de pa. poteſt. qui, non item cõcubitus, nuptias perficit, l. nuptias. ff. de reg. iur. quiq̃ cùm ſit actus electiuus, ac proinde ratione, & conſilio, explicandus: in brutis cadere non poteſt. l. 1. §. j. ff. ſi quadru. Iuris gẽtium, procul dubio dici debet, cùm eo ſolo, gentes humanę vtantur. l. j. §. ius gentium. ff. de iuſt. & iur. Et quoniam non propagationis, aut explendi deſiderii tantùm cauſa, vir & mulier cõiunguntur: ſed etiam vt mutua ope ſeſe adiuuent, & tueantur, atque minori cum moleſtia, commodiusq;, miſeram hanc vitam tranſigant, vel etiam Iuris ciuilis, reſpectu formę, quæ in valentibus loqui, verborum expreſſionem poſtulat, c. tua. c. cum apud. de ſpon. Accur. l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. 30. & quarundam perſorum coniunctionem, prohibet. l. 3. §. videamus. ff. de don. int. vir. Reſpectu verò inſtitutionis quæ primum in paradiſo terreſtri, facta eſt: c. ſicut. §. 1. 32. q. 2. de Iure diuino. Geneſ. 1. 8. & 9. Idemq̃ reſpectu vinculi, & ſacramenti. c. vn. de vot. & vot. reden. in 6. Sic enim inſtitutum eſt à Deo optimo coniugium, vt vnus vni, indiſſolubili copula iungeretur, & quod tam arcto vinculo, ſemel connexuiſſet, ne ſepararet homo. Mat. 19. Marc. 10. Sed de ipſo Iure gentium paucula quædam paulò ſpecialiùs adnectamus.

De Iure gentium. Cap. v.

EX prædictis, non valde obſcurum arbitror, intelligere Ius Gentium, a natura duxiſſe principium. Cice. 2. Rhetor. Dum naturam, duplicem a Deo Opt. Max. nobis inditam cognoſcamus. Alteram beſtiis quoque communem: nam & illæ pariter ſunt animæ, nobiſcum participes, in qua natura Ius illud naturale, de quo iam diximus, relucet, & conſiſtit. quo primi homines, rudes illi quidem, & agreſtes, vſi videntur. quibus nulla cupiditatis, aut regnandi libido, nulla ſeruorum adiumenta, nulli ciues, aut populares, quibus poſſent imperare, & vt Lucret. ait: lib. 5. de natur. rer.

Nec commune bonum poterant ſpectare, neque vllis
Moribus, inter ſe ſcibant, nec legibus vti.
Quod cuiq; cunq; obtulerat prædę fortuna ferebat.
Sponte ſua ſibi quiſq; valere, & viuere doctus.

Alteram naturam, quæ ratione regitur: ſoli homini propriam, ſecit, in qua ius gentium perſpicitur, id autem definimus eſſe, q̃ naturalis ratio, inter omnes homines, pariter conſtituit, l. omnes. in fi. ff. de iuſt. & iur. ſic dictum, q̃ eo vniuerſę gentes vtantur. §. qđ verò. de iur nat. d. l. omnes. vnde & *Ius commune* appellatum. l. ius autem. l. omnes. ff. de iuſt. & iur. Et à Liuio, *Ius humanum*. quaſi lex ſit, & conſtitutio totius humani generis, Liuius libro 5. à naturali, iure eo nomine diſcretum, q̃ omnibus illud animantibus cõmune ſit: hoc ſolis hominibus. l. 1. §. fin. ff. de iuſt. & iur. hominib. inquam, ratione, & humanitate veſtitis, qui legibus, aut moribus reguntur. d. l. omnes. in pri. Teophi. §. 2. de iur. natur. vt interim noſcamus illos populos, qui belluarum more viuunt, communionis parum aut ferè nihil, cum hoc iure gentium habere. Porrò autem, vt Ius naturale fecerunt interpretes duplex: In l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur. primarium, inſtinctu conſtans & inclinatione naturali: q̃ non hominibus modò, ſed cæteris quoque animantibus commune eſt, d. l. 1. §. Ius natur. & ſecuadarium, reſtrictius, quod ſolis hominibus conuenit. §. ſingulorum. de rer. diuiſ. Cuiuſmodi ſunt omnia, quæ recenſuit Vlpianus exempla, d. §. ius naturale. Ita ius quoque gentium in duas ſimiles ſpecies diduxerunt, Bar. l. ſi id quod. ff. de cond. indeb. DD. §. ſingulorum. de rer. diuiſ. primarium appellantes, quod non impetum illo naturali, ſed vltroneo vigintis in homine rationis iudicio, eo ipſo quo gentis eſſe cęperunt, hominibus innatum eſt: quaſi in animo inſculptum: §. q̃ verò. de iur. nat. d. §. ſingul. vt Deum colere: Cic. 2. de natu. deo. parentes honorare, patriæ magiſtratibusq; obedire, l. veluti. ff. de iuſt. & iur. Pacta ſeruare, l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſti. pec. & id genus alia cuiuſmodi gentium Ius, primarium, ob id naturale dicitur, q̃ ſola naturę ratione, excitetur in homine. § ius gẽtium. de iur. natur. d. l. omnes. d. §. q̃ verò. Gentium verò ideò, qa ſolæ gentes, vti dictum eſt, non etiam bruta vtantur. Quod verò ſecundarium, nominari volunt non ſtatim ab initio, ſimul atq; rationem Deus inſenit animis hominum, ita fuit, ſed vſu exigente, & ex humani conuictus neceſſitate, poſtea introductũ eſt natura etiam quodammodo repugnante, vt bella, ſeruitutes, & cõtractus, naturali ſi quidem iure. omnia communiam erant, omnes homines æquales liberiq̃ naſcebantur. neque verò putandum, hoc Ius gentile ſecundarium, à primario ſpecie differre, ſed qualitate, aut potiùs ætate, & tempore, quàmuis vtranq;, à primo naturali Iure, & qualitate, & ſpecie diſtinguatur, cùm omnibus illud animantibus, hoc ſolis inter ſe hominibus, commune ſit: l. j. §. ius naturale. & §. fi. ff. de iuſt. & iur. vt verè vnum ſit Ius naturale, vnumq; Ius gentium, ſicuti pluribus, alibi probaui, lib. 6. Miſcella. c. 15. omneq; Ius gentium, ab eodem naturę fonte procedere: neque aliud quicquam eſſe, quàm quod naturalis, & recta ratio, faciendum, aut non faciendum, cuique præſcribit. l. omnes. ff. de iuſti. & iur. in fine. Amplius videtur, veteribus nõ aliud fuiſſe Ius naturale, à gentili, quod M. Cicero, diſertè ſignificat, cum ait: *Neque verò hoc ſolùm natura, id eſt Iure gentium, ſed etiam legibus populorum, quibus in ſingulis ciuitatibus, Reſpub. continetur: eodem modo conſtitutũ eſt, vt non liceat in commodi cauſa, nocere alteri.* Cic. 3. officio. vt ita tutius ſit, cum veteribus, Ariſtotel. 5. Ethicor. duas tantùm Iuris ſpecies conſtituere: Naturalem videlicet, & ciuilem: quibus & noſtri Iuriſconſulti præter vnum Vlpianum, diſertè conſentiunt. l. omnes. l pen. ff. de iuſt. & iur. Naturale Ius appellantes, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, ideoq; Ius gentium nuncupatum, quaſi quo iure gentes omnes vtãtur. in quo bonum & æquum, ſemper eſſe Iulius Paulus ait. d. l. pen. Ius verò ciuile, quod quiſq; populus, in quaq; ciuitate, velut omnibus, aut pluribus vti le ſibi conſtituit: Ciuile voeatum, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Qua in re, & illud notandum, poſitam à Iureconſultis in Iure ciuili vtilitatem: vt in naturali, æquitatem: nã Ius naturale, ſeu gentium, eò maximè ſpectat, vt piè, ſanctè, Iuſtè honeſtè, & moderatè viuamus. Ius vrò ciuile, vt commodè, & idoneè, ad communẽ vitæ ſocietatem, & vtilitatem.

De religione, pietate, & obſeruantia. Cap. vi.

HOc Ius gentium, quod non opinio genuit, ſed innata quædam vis inſeruit mentibus noſtris: ſex partes habet: Religionem, Pietatem, Obſeruantiam, Gratiam, Vindicationem, & Veritatem. Cic. 2. de inuentione. Religio, eſt quæ diuinæ naturæ curã, ceremoniamq̃ adſert, Cic. 1. de nat. Deo. hoc eſt pius deorum cultus, & tacita quędam cogitatio, qua in animo ſuo, quiſq; Deũ colit, & veneratur, quæq; ab ipſa natura, animis noſtris infixa eſt: ac proinde, ex Iure gentium deſcendere fertur. l. 2. ff. de iuſt. & iur. Vt enim nullum eſt animal, præter hominem, quod habeat aliquam Dei notitiam: Cicero 1. de legibus. & 1. de diuinatio. ita cũctis hominibus, inſeuit natura, & in animis quaſi inſculpſit, Deos eſſe, Cicero 2. & 3. de natur. Deo. nec vlla gens tam effera, aut immanis eſt, cuius mentem (inquit M. Cicero) non imbuerit Deorum opinio. Cicero 1. Tuſcul. quæſtio. Natura ergo monemur, credere Deum eſſe, eum colere, & venerari. d. l. 2. Vnde Poeta, 6. Aened.

Diſcite Iuſtitiam moniti, & non temnere Diuos.

Cultus

Source : BIU Cujas

Cultus autem Dei, optimus, idemque castissimus, atque sanctissimus, pietatique plenissimus esse debet, vt eum semper pura, integra, & incorrupta mēte voceque veneremur. Cic. 2. de nat. Deo. Quoniam verò eadem lege sicuti M. Cicero scribit, natura nos Deo, parentibus, ac patriæ conciliat, nam eodem tempore, in lucem suscipimur, hoc cęlesti spiritu augemur, & certam in sedem ciuitatis, & libertatis adscribimur, proxima religioni pietas est, eademque Iuris gentium, l. 2. ff. de iust. & iur. per quam sanguine cōiunctis, præcipuè parētibus, officium & diligens cultus tribuitur: Cicer. in Partitio. & 2 de inuentio. vt parentibus videlicet pareamus. l. veluti. ff. de iust. & iur. Parentum autem verbo, cum mater veniat, l. appellatione. ff. de verbo. signifi. dubium non est, matri quoque reuerentiam, & obedientiam deberi. l. congruentius. C. de pat. potest. c. Ebron. 13. q. 2. Ecclesiastic. 7. quàmuis enim non æqualis sit parentum potestas, eis tamen, par debetur pietas. l. furios. ff. de cur. furios. vnde Dominus *honora*, inquit, *patrem & matrem tuam*. Exod. 1. Deut. 2. Ecclesia. 3. *hoc enim ait* Paulus Apostolus, *iustum est*, Ephes. 6. idest ipsa naturæ æquitas, hoc poscit, & iustitia, eodemq; loco, hoc mandatum primum in promissione scribit, quia additur, *vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram*. Exod. 20. Consanguineis item, & affinibus, necessaria præ cęteris, debentur officia. l. fi. ff. de iusti. & iur. in patriam quoq; (cui, nedum parentibus, nascimur l. j. §. & generaliter. ff. de vent. in poss. mitt.) pietas ex Iure gentium descendit. d. l. velu. Vtri autem, parenti, an patriæ potius, parendum sit? Disputant plena manu DD. in d. l. veluti. Nos breuiter existimamus, vbi parentes, hostes essent patriæ, vel impenderet graue patrię periculum, patrię magis, quàm patri succurrendum. l. minimè. ff. de reli. antiquior namque fuit semper, maioribus nostris patriæ, quàm parentum auctoritas: aut charitas liberorū. l. postlimin. §. filius. ff. de capt. quod si de pecuniario tantùm, aut non ita graui commodo, tractatur parētum causam, cum plerisque potiorem facerem. l. pen. vbi Ang. ff. de postul. Secundum patriam, & parentes, proximum in pietate locum tenēt coniuges: cùm duo in carne vna sint. Genes. 2. sociique diuinæ, & humanæ domus dicantur, l. j. ff de ritu nup. l. aduersus. C. de cri. pu pil. hęred. vel ex Romuli lege, qui societatem, & communionem bonorum omnium, atque sacrorum, inter eos esse voluit, Halicarnas. lib. 2. Insigne certè prębuit pietatis exemplum, puella illa Romana: quæ matrem supplicii causa carcere incluśam, multos dies suis vberibus aluit. Plin. li. 7. c. 36. Quartum pietatis membrū, est in pupillos: quorum tutela nobis credita est, & quam qui fraudasset, iudicium existimationis, & pęnę capitis, olim subibat. Cic. 3. officiorum, pro Roscio Comœdo, & pro Cecinna. nec dissimili pietatis vinculo, patroni clientes, libertiq;, naturali ratione inter se deuincti sunt: nam (si M. Catoni credimus) proximum post patrem patronus, nomen habebat: qui clientibus, non vt seruis, sed vt pater filiis, pspeciebat, eos tuebatur, in iudiciis defendebat, iis iura explicabat, & vsum commerciorum. Clientes contrà, patrono parebāt, eumq;, omni obseruantia, atq; obsequio colebāt, & venerabantur, illiq; suas opes vbi postulabat necessitas, cōmunicabant. Halicarnass. lib. 4. à pietate autem non multū abest Obseruātia, per quam ætate, sapientia, aut dignitate aliqua præcellentes homines, innata quadam nostræ naturæ vi, suspicimus, reueremur, & colimus. Cic. 2 de Inuentio. vnde & ea, Iuris gentiū existimatur, quoniam apud omnes ferè gentes, semperque maiores ætate, aut virtute aliqua pollentes, venerationi sunt habiti. Equidem Romani senibus eundem penè honorem, quem magistratibus detulerūt. l. semper. ff. de iur. immunita. qui (vt Satyricus ait, Iuuenal. satyr. 3.)

Credebant hoc grande nephas, & morte piandum,
Si iuuenis, vetulo non assurrexerat.

Quod ex Lycurgi legib. promanasse videtur, qui iuniores senioribus assurgere, & vel de sedibus, vel de via decedere, ac quiescere transeuntibus, lege lata constituit. Plutar. in Lacon. institut. & in Lycurgo. In eandem quoque rem legem tulit Solon in hæc verba: ΤΟΙΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΙΣ ΥΠΑΝΙΣΑΣΘΑΙ. Idem quoq; iussit summus, & æternus nomotheta Deus Optimus Maximus, Leuitic. cap. 19. Lacedęmonibus quoque, mos fuit, vt à senioribus, iuniores interrogarentur, quò irent & ad quid: & qui non respondérent aut excusationibus vterentur obiurgari. Plutarc. in Lacon. instit. Eiusce naturalis in senes reuerentiæ, magnū profectò nobis elephanti præbent testimonium, qui, si Aeliano credimus, elephantos senes, tanta reuerentia colunt, vt eis de legitimo cibo cedant, & à periculis seruent, in fossamque delapsos, iniectis fruticum fascibus attrahant, quibus, tanquam scalis, ascēdant ætate confecti, & liberentur. Aelianus libro 6. de anima. lib. c. 61. Qui præterea insigni aliqua virtute præfulserunt, tantæ dignationis semper habiti sunt, vt ad perpetuum virtutis testimonium, aut inuitamentum, nouis hominibus, ad laudem incumbendi, maiores nostri statuas decernere, erigereq; solerent, nam (vt cæteros prætéream) Hermodoro Ephesio, in Italia exulanti, qp ferędarum legum, Decemuiris auctor fuisset easdemq; è transmarina legatione descriptas, interpretaretur, Romæ statua publicè dicata fuit. Plin. lib. 34. c. 5. Strabo li. 14. Geograp. dixi l. 2. §. exactis, j. ff. de orig. iur.

De gratia & Ingratitudine. Cap. VII.

DEinde *gratia*, quæ amicitiarum, & officiorum memoriam remunerandique voluntatem continet, ex ipso quoq; iure gentium proficiscitur. Cice. 2. de inuentio. quippe naturali ratione monemur, collatum nobis officium, alio officio pensare, & retribuere, l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæred. l. si non sortem. vbi Accur. ff. de condic. indeb. cuiusmodi obligatio, ad ἀντίδωρα dicta est, quæ vox, remunerationem significat, qp ad promerendum, naturæ lex eum obliget, qui beneficium accepit, nec tantum eadem mensura, sed cumulatiore si potest, acceptum beneficium remetiri. Nam qui bene de se meritum, alio officio nō demeretur, mali hominis notam, velut naturæ violator non effugit, vt non iniuria Athenienses, in ingratos, actionē ingrati cōstituerint, & Quintil. lib. 7. c. 5. & Persæ, eos grauissimis pęnisunt. persecuti, adeo quidem, vt cum cętera crimina grauiter: ingratitudinis tamen vitium, grauissimè omnium, vlciscerentur, quod ab ingratis animaduerterent, diuina, humanaq;, violari. Sic. n. Deus ipse negligitur, patria, parentes, & amici deserūtur, ac infamis quędam impudentia comparatur, quæ ad omnia vitia, hoīes promptos paratosq; efficit. Philippi Macedonis iussū, frontem militis cuiusdam, in hospitē suum ingrati, stigmate inustū fuisse legimus, quo neminem clam esset, tanta hominis in hospitēm ingratitudo. Ex qua causa, legibus etiam nostris, q̄ maximè exosa, permiserunt Iuris auctores, parenti, ingratis liberis alimēta denegare, l. si quis à liberis. §. idem iudex. ff de libe. agnos. & eos ab hęreditate repellere. l. si quis in suo. §. legis. C. de in off. testa. §. aliud & §. causas. vt cum de app. coll. 8. atq; adeò, iure primigenii, in regni successione, priuare, c. licet. de vot. & vot. red. in antiq. ac filios iam emancipatos, in potestatem suam retrudere. l. vn. C. de ingrat. lib. dominorum exemplo, qui libertos suos ingratos, retrahunt, & reponunt in seruitutem. l. vn. C. de libert. & eo. lib. c. octaua. 12. q. 2. quibus in veterum more positum erat, vt dicerent, *Esto seruus, quia liber esse nescisti*. Ex hac item causa, donatio inter uiuos, reuocatur. l. pen. & fi. C. de reu. dona. c. fi. de donati. Vassallus feudum amittit. c. 1. §. porro. quę fuit pri. causa in feud. c. de forma 22. q. ulti. Sunt qui deniq; adiiciāt, filium, qui patrem plus æquo durum, & impiū interimit, luere quidem homicidij pęnam, cæterùm à pęna parricidij excusari, qp iam per suam impietatem, & inhumanam ingratitudinem, parentis & nomē, & naturam deposuerit. Bart. l. diuus. per illum tex. ff. ad l. Pomp. de parric. Ripar. l. generaliter. in prin. C. de reuo. dona. Ergo ad referendā gratiam, natura ipsa impellimur. d. §. Cōsuluit. Vnde, cum per furtum, sacrosancta illa cognatio, quam inter hoīes natura constituit: & officia societatis humanæ, uiolentur: rectè, Iulius Paulus scripsit, Furtum admittere lege naturali prohibitum. l. j. §. fi. ff. de fur. & alibi, furtum, nedum adulterium, natura turpe esse. l. probrum. ff. de uerb. sig. Sunt autē qui putant, Iuriscōsultum nolle, furtum natura turpi dicere, propterea, qp non omnium gētium legibus, furta coercita sint: And. Alciatus in di. l. probrum. nam Lacedęmoniis furem esse, nec deprehendi, laudi, urtutiq; dabatur, & Aegyptij, furta omnino impunita reliquerunt, Plutar. in Lycurgo. Sed hi grauiter, mihi falli vidētur: si quidem sceleratæ aliquorum mentes, nihil prorsus possint, ex diuina illa omnium hoīum consensione, peruertere. alioqui, cùm apud Persas, matribus commisceri fas sit: & in Indorū, Massagetarumq; more positum, vt patres, senio confectos, enecent: quodq; belluinam transcendit feritatem, eorum carnibus vescātur, Strab. li. Geogra. 2. Rhodigi. l. 11. c. 18. ridiculè nimis dicendū foret, matri commisceri, aut patrem iugulare, natura turpe non esse. Quo autem veteres Græcorum grauius nobis insulcirent, & insinuarēt, gratiam, hoc est memoriā accepti beneficij, eiusdemque referendi voluntatem: tres Gratias, (vt Pyndarus memorat) Iouis, Eunesque filias: aut quemadmodum alii malunt, è libero patre, & Venere prognatas, effinxerunt. quarum prima, Aglaia dicta est: quæ Latinè interpretatur lætitia, qp hilarè, & iocundè, pręstari beneficium conueniat. Altera Talia, id est virens nuncupata quòd beneficii memoria florere, viuereq; perpetuò, & nunquam senescere debeat. Tertia Euphrosine dicta est, ab oblectatione sic appellata, quòd in dando, non minus quàm in accipiendo, beneficio recreari, oblectarique nos oporteat. Has tres præterea, geminas esse, fabulati sunt, Athenisque sic propositæ feruntur, vt mutuis brachiis complexæ, sese respicerent, quo figmento, necessitudo quædam in primis, par pari referendi, contrahendique perpetuò, beneuolentiæ fœderis, designaretur. simulque geminatam gratiam, & cumulatiorem, ad nos redire debere. Ad quæ Demosthenes, beneficii memoriam (dicebat ille) qui recipit, habere debet, qui verò dedit, statim, obliuiſci. Vnde cecinit poeta. χάριν λαβὼν μέμνησο καὶ δόυς ἐπιλάθου.

De vindicatione, & defensione.

Cap. VIII.

FInitima est gratiæ, vindicatio: nam quod in officio referendo, gratia dicitur, in iniuria vlciscenda, vindicationis nomen habet: vnde & hæc vindicatio, per quam vim & iniuriam, defendendo, aut vlciscendo, propulsamus: ex iure gentium descendit. l. 3. ff. de iustit. & iur. Cicero pro Milone & 2. de inuentio. nec

Source : BIU Cujas

obſtat,quod hac inſtantis vis depulſione,animantia quæcunque bruta, ferri plerunque videamus, l.1.§.cum arietes. ff. ſi quadru. paup.quando nullum ſit tam puſillum animal, (dicebat Braſidas apud Plutarchum) quod laceſſitum,ſeſe non cupiat vlciſci .Ideoque vim vi propulſare,natura camparatum,Vlpianus dicat, l.j §. vim vi.ff.de vi arma.& Pontifex Romanus,proinde neget,defenſionis facultatem, quæ à natura fluit, principem adimere poſſe, cle.fin.§.cæterum.de re iudi.quod principi non liceat tollere, aut immutare,ea quæ naturalis Iuris exiſtunt.l.2.ff.de vſuf. ea. rer. nã fateor,vim ſolam arcere,atque propulſare,ſeque, vitam,corpus, quoquomodo tueri,natura inditum cuicunq; animali,Cic.j. off. d.§.vim vi. nulla quippe eſt fera, inquit Plin. cui nõ ſit ira,non ſit animus,iniuriæ impatiens,& prompta ſi noceas, ad ſe defendendum alacritas.ineſt quoq;,vt eſt in diuerbio,Formicę ſua bilis.At non oĩa animalia,acceptam iniuriam vlciſcuntur: aut vlciſci curant.etenim non naturalis ſenſus ideſt, ſed maioris cuiuſdam rationis.ideoq; nõ ſimpliciter dixit Iuriſcõſultus,vim vi repellere, iurifgentium eſſe:ſed vim ſimul, & iniuriam repellere,à naturali ratione,l.itaq;.ff.ad l.Aquil.hoc eſt,ex ſolo iure gentium,proficiſci.l.omnes.§.fi.l.vt vim.ff.de iuſt. & iur. nam & iniuria (qua omne id quod non iure fit ſignificamus,§.j. de in.) hominibus tantũ conuenit,neq; animal quod ſenſu caret,ſignificanter dici poteſt, aut pati,aut iniuriam feciſſe.l.j.in prin.ff.ſi quadrup. vnde & illud, quod viris bene doctis placuiſſe video,cõfirmatur, Inſtantis violentiæ depulſionem,Iuris eſſe naturalis,quo animantia cuncta feruntur,ad ſeſe tuendum:l.1.§.vim vi.ff.de vi arm.Cic.1.offi. at iniuriam non imminentem modò propulſare, ſed acceptam lõgo etiã pòſt interuallo vindicare,iuris eſſe gentium. Vlciſci enim ſeſe homines,principio rerum fas eſſe putauerũt, tum ne qui iniuriam intulit,impunitate propoſita audacior factus,ſimilia tentaret in poſterum,ne hac arrepta anſa,cæteri ad delinquendum alliciantur.Ideoq; M.Cic.poſt relatam vindicationẽ, inter iura naturæ quæ nos gentium dicimus:Vindicatio eſt(inquit) per quam vis,& iniuria,& oẽ omnino quod obfuturum eſt,defendẽdo,aut vlciſcendo,propulſatur,Cic.2.de Inuentio. Verùm cum non ſeruaretur modus,ad leges itum eſt,quæ defenſionem quidẽ imminentis iniurię permiſerunt:l.ſciẽtiam.§.qui cũ aliter.ff.ad l.Aquil. d.l.vt vim. d.l. 1.§. vim vi.at vltionem,& vindictam ſuſtulerunt. l.3. §.eũ igitur.ff.de vi arm.c. ſignificaſti.2 de hom.l.ſciam.§. qui cũ aliter.Itaq; hanc vis,atq; iniurię depulſionem ciuilis lex,honeſtiſſimè temperauit:vt cum inculpatæ tutelæ moderatione fiat,hoc eſt,vt nõ atrocior ſit defenſio,q̃ inſultus,l.j. C. vnde vi vbi DD.d. §.qui cùm aliter.ne vlciſci vis,& iniuria,magis,quã depelli,& propulſari videatur.d.c.ſignificaſti in fi. Inculpatæ autem defenſionis partes,pleriq; oẽs putant,vt pari armorum genere,arma,d.§.vim vi.ad defenſionem,non ad vindictam:d.l.ſcientiam.§. pen.d.c.ſignificaſti.& confeſtim,nõ ex interuallo,l.2.§.cum igitur. ff. de vi arm.repellantur,vnde qui inermem,armis,aut telo potentẽ,arcu repellit,vel ex interuallo congreditur,tutelæ,defenſionisq; (ex illorum ſnĩa) modũ excedit.DD.l.j.C.vnde vi.Ego vero vt non ex interuallo,nec ad vltionem quicquam fiat,tam proprium defenſionis eſſe ſcio, vt ſine ipſis nullatenus ſit defenſio: d. l.ſcĩam. §.q cum aliter.d.§. eum igitur.d.c. ſignificaſti. ita quod pari telorum genere,& æquo marte,reſiſti debeat,nuſquam in iure noſtro ſcriptum legi,quin potius, contra defenſionis proprium, & naturæ rationem arbitror, cum culpari, qui inſtantis periculi metu perculſus,oblata quacunq; ſalutis conſeruandæ occaſione, vſus eſt. l.1.C.qñ.lic.ſe ſine iud.nam & generaliter dixit Florẽtinus, quod qſq; ob tutelã ſui corporis fecerit, id iure factũ videri.l.vt vim.ff. de iuſt.& iur.non præſcribens quo armorum genere fiat. nimirũ exiſtimans,qđ alibi M.Cic.p Milone ſcriptũ reliquit,inter arma, ſilere leges, & gladium quemcũq; interim nobis ab ipſis porrigi legibus:dũ defenſionis modus,nõ excedatur, d.l.j.C.vnde vi.d.c. ſignificaſti. qđ cũ certa regula, definiri nõ poſſit arbitrio Iudicis, relictũ intelligi debet. l.1.ff.de iur.delib.quem prudẽter, & omnibus appenſis,ęſtimare oportebit,an aggreſſus,ſteterit in meris finibus defenſionis.Ba.d.l.3.§.eũ igitur Panor.c.olim de reſti.ſpol. Quod autem dicebat Vlpianus,vim armis illatam, armis depelli poſſe.d.§.vim vi.d.§. eum igitur. à contrario non infert inermes armis ab iis potiſſimùm quibus capiundi cõſilii tempus non ſupereſt,propulſari non poſſe.l.2.C.de condi.inſer.l.conuenticula. C.de epiſ.& cler.Sed nec ex prędictis,credendum licere vim quã cunq; repellere,ſed eam duntaxat,quę iure nõ infertur.l. fi. C. qñ lic. ſe ſine iud.l.2. ff. de iis qui ſunt ſui.l.præceptoris. ff.ad l.Aquil. Vnde patri filius, Domino ſeruus.Seniori ppinquo iunior, Marito vxor,prędceptori diſcipulus(dum non ſit in ijs durior,truculẽtiorq; ſęuitia) neq; iure,neq; prudẽter reſiſtit,l. 3.C.de pat. poteſt. l.vnica.C.de emend.propinquo.l.vnica.C.de emẽd.ſeruo.c. duo. 23.q.4.d.l.2.d.l.prędceptoris.ſed magis debet,leuiter caſtigatus,gratias referre,& maiorem exhibere reuerentiam caſtigenti: c. cum beatus.45.diſt.interim tñ qui caſtigationis ius habet,modum (vt dixi) ſemper teneat.nanq; in eo,qui ptãtem in alios habet, modica non improbatur ſeueritas,at aſperitas,& auſteritas, nunquam probatur.Vnde nec patri, (qui tñ ex Romuli lege ius vitæ, neciſque,in filium habuit l.in ſuis.ff.de lib.& poſth. licet hodie in filiũ plus ęquo ſęuire,eumq; contra pietatem,malè afficere.l.ſi.ff.ſi qs à paren.poteſtas quippè patria, non in atrocitate, ſed pietate cõſiſtit,l.Diuus.ff.de parri.& eum patrem, Seneca peſſimum appellauit,qui virgis aſſiduè,filios ex leuiſſimis ẽt cauſis cõpeſcit. Aſperitatem quoq; Dñorum,in ſeruos, leges noſtræ fortiter repreſſerunt,adeo vt Vmbriciam matronam, Hadrianus in quinquẽniũ relegauerit q̃ ancillas ſuas,ex leuiſſimis cauſis atrociter nimis tractaret.l.2.ff.de iis qui ſunt ſui.Mulieri verò,aduerſus maritũ,à quo ſe verberibus cęſam probaſſet conſulebatur olim,diuortio,l.cõſenſu. C. de repud. cùm tñ viro, nulla lex leuem caſtigationem denegarit.c.duo.23.q.4.Verbera deniq;, à magiſtro emẽdationis cauſa,lex impunita eſſe vult,d.l.aut facta.§.cauſa.ff.de pœn. at nimiam pręceptoris ſæuitiam, culpæ aſſignat.l. pręceptoris. ff.ad l. Aquil.Quod verò pertinet,ad magiſtratus, & Iudices, conſtat eis extra Iuriſdictionis ſuæ exercitium vim inferentibus,impunè reſiſti poſſe,l.deuotũ.C.de meta.& epid.li.12.c.dilecto. de ſen.exc. in 6.cum ei perſonarum generi,iniuriosè quicquam agere,maximè vetitum ſit l.nec magiſtratibus.ff. de iniur. Exercẽti aũt iuſtè, munus ſuum,(quod in dubio credendum eſt l. Herẽnius. §.Caia. ff.de euictio.l.2.C.de offi.diuer.iud.) pareri omnino oportet,l.nõ vĩ.§. qui iuſſu.ff. de reg.iur. nec enim vllam habet iniuriam, iuris executio.l.iniuriarum.§.1.ff.de iniur. Quod ſi iniuſtè, non temere cenſeo reſiſtendum,ſi grauamen,à ſuperiore, nullo aut minimo incommodo,reparari poſſit,c.ſi qñ. de offi. deleg. ſed vel ad prouocationis remediũ confugere debemus,l.j.ff.de appellatio. vel (ſi talis ſit magiſtratus,à quo prouocare nõ liceat) ſupplicationis auxilium implorandum erlt,l.vnica. C.de ſent.præf. pręt. & ſi ceruicoſus ille iudex, propoſitæ appellationi non deferat, (cum prouocatione extinctum ſit,aut ſaltem ſuſpenſum eius pronunciatum,l.furti.§.j.ff.de infa.l.1.§.fi. ff.ad Turpilia.) tanquam priuatus eſt.l.3.ff de offi.præf.Vnde ei de facto (vt loquuntur) reſiſti pt. l.prohibitum C.de iur.fiſ.Idemq; ſi prouocatum non fuerit,inhibita eo forte caſu appellatione,l.j.C.quo app.non recip.& graua men illatum manifeſtè iniuſtum ſit: quia ſnĩam euidenter nullã exequatur,Gloſ.c.ex literis.de off. deleg.aut modũ,& notiſſimos ſuæ poteſtatis terminos excedat,d.l. prohibitũ. præſertim vbi facto magiſtratus,adeò pars grauaretur,vt acceptum inde detrimẽtum,nulla poſſit ſuperioris auctoritate ſarciri,aut reparari, DD.l. vt vim.ff.de iuſt.& iur.& in d. c. ſi quando. veluti quia dictam de morte,aut de tormẽtis,ſnĩam exequi tẽtarit.l.oẽs. C. de decurio. lib.10.c.non inferenda 23.q.3.Ergo ex hoc Iuregentium, vis atq; iniurię propulſatio,inuẽta eſt,d.l.vt vim. indeq; bella, neceſſario introducta,l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. quo nequiſſimorum, & iniurioſorum hoĩum,humana diuinaq; turbantium,effrenis libido,coerceretur,viueretur q; in pace,ſine iniuria.Cic.1.officio. Ex bellis,ſequutę captiuitates, tandemq; captiuorũ ſeruitutes, §. Ius autem.de iur.nat.d.l.ex hoc iure.non tam iure certo, aut publica exigente neceſſitate,q̃ Romanorum Imperatorum clemẽtia,atque humanitate: qui, cum ſolerẽt olim exteri exercituum duces occidere captiuos,maluerunt ipſi,eoſdem ſeruare, vt venderentur:vnde ſeruorũ defluxit,appellatio.l. libertas.§ fi.ff.de ſta.hom. l.pupillus.§.ſeruorum.ff.de ver.ſig. Prodierũt deniq;, ex illo iure manumiſſiones,ſeruitutibus contrarię.l.manumiſſiones.ff.de iuſti.& iur. Sed nec his nec illis,hodie Chriſtiani vtũtur, apud quos captiui nequaquam ſerui fiunt,Bar.l.hoſtes.ff.de ca. niſi quatenus aliquos ex nobis,immaniſſimi Turcarum mores cogũt, vt cum illi,noſtros cum capiunt, in ſeruitutem redigant, nos quoque in eos captiuos,idem iuris ſtatuamus.Alciat.l.hoſtes.ff.de verb.ſig.

De veritate,& fide. Cap. IX

EX multis Iuriſgentium generibus,*Veritas* ſupereſt,quę vt exponit M.Cicero,eſt per quam immutata ea quæ ſunt,aut fuerunt,aut futura ſunt,dñr. Cice.2.de inuentio. Cum itaq; per eam demus operam,ne quid aliter fiat,factum,aut futurum ſit, quam confirmauerimus:& hoc ipſum, ex ipſa ęquitate, & recta naturę ratione,proficiſcatur:l.1.ff.de pac.l.1.ff.de conſt.pe. non dubium, quin ea Iuriſgentium ſit,l.oẽs.ff.de iuſt.& iur.§.quod verò.de iur. natur. nihil enim magis proprium eſt humanę fidei, q̃ conuenta ſeruare.d.l.j.ff.de pac.Et graue eſt inquit Vlpianus,adeoq; cum ęquitate naturali pugnat,fidem fallere,d.l.1.ff.de conſt.pecu.nec ſanè vlla res eſt quę vehementius contineat Rempublicam,q̃ *Fides*,officio.quę fundamentum eſt Iuſtitiæ,ideſt,vt M. Cicero deſcribit,1.offic.dictorum, conuentorumque conſtantia, & veritas, quia fiat,quod dictum eſt, ſic appellata, atque hinc conuentiones, ex iiſq; obligationes dimanarunt, cùm earum omnium fundamentum, & vinculum, ſit ipſa fides. l. 1. ff. de pac. l. 1.ff.de conſt. pec. Indeque celebratum illud, contractus ex conuentione,legem accipere,l.1.§.ſi conueniat.ff. depoſ.non q̃ oẽs, ad neceſſitatem,lex ciuilis poſtmodum reuocauerit: ſed eas duntaxat, in quibus pręter verba,contractus, *συνάλλαγμα*, hoc eſt, mutuum vtriuſq; contrahentis factum aliquod,interuenit,l.labeo. §. contractum.ff.de uerb.ſig.aut quæ in propriũ ,& ſpeciale contractus nomen,migraſſent. l.iuriſgentium in prin.ff. de pac. Has autem, & alias quaſcunq;,ex Iuregentium fluxiſſe cõſtat. l. ex hoc iur. ff. de iuſt.& iur.§.Ius autem.de iur.nat.quatenus ſcilicet,ad ciuilis,& humanę ſocietatis cõſeruationem,idoneę neceſſarięq; uiſę ſunt,

l.1.ff.

Source : BIU Cujas

l.j.ff.de contra.emp.d.l.iuriſgentium.quibuſdam,inquit Hermogenianus,exceptis,d.l.ex hoc iur.ſtipulationem cum primis ſignificās,quam ob præſcriptam verborum formulā, l. 5.§.ſtipulatio. ff.de verbo.oblig.dubium non eſt,iure ciuili introductam.l. ea q̄ ciuiliter.ff.de acq.re.do.§.de cōſtituta. de actio. Rurſus, donationem p̄p nuptias veteribus Iuriſprudētibus prorſus incognitam: §.eſt & aliud de donationi.& obligationem,deniq; literarū. §. 1. de literar.oblig. Addunt cæteri, contractum Emphyteuticū:quē ideo Iuris ciuilis exiſtimant,q̄ ante Zenonis cōſtitutionem, nec certam habuerit naturam, nec proprium nomen. l. 1. C. de iure emphy. §. adeo de locat. At verò mihi iuriſgentium hic quoque contractus perpetuò viſus eſt:non enim nouum genus conuentionis induxit Zeno,ſed ab illis ſecreuit,diſtinxitq; contractibus, quibuſcum omnino par, vel potius idem, pleriq; videri potuiſſet.d.§.adeo. Sic ab eo,qui ſpicas excutit,nō conflari nouā ſpeciē, ſed eam quæ iam eſt detegi dicimus.l.adeo.§.cum quis.ff. de acq. rer.domi. Sed de ijs alibi pluribus.lib. miſcella. 1.cap.21.& in rubric.C.de iur.emphy.

De Iure ciuili. Cap. x.

QVoniam verò Ius omne à natura proficiſcitur, aut à cōſuetudine,aut à legibus:Ius ipſum naturæ,per ſe, ſine conſuetudine,& legibus,ſatis erat profectò', ad honeſtè,bene beateq; viuendum. Naturam enim ducem, qui ſequitur, dicebat M. Cicero,aberrare nunquam pōt. Verùm quia quod iuſtum, æquū eſt,& honeſtum,multi vel per ignorantiam non intelligunt,vel per imprudentiam diſſimulant,ne peccantibus veniæ locus dare tur,in vnaquaq; Republica,ſingūliſq; ciuitatibus,leges p̄ſcriptę ſunt,quæ quid ſequendum,fugiendùmve eſſet perpetuis literarū notis,præſenti populo,ac omni poſteritati teſtatum, atq; expreſſum ob oculos ponerent,hoc autem Ius,quod tanquā præco iuſtitiam ſuggerente natura,ciuibus enunciat: Ius ciuile, appellatū eſt, de quo Iuregentium relicto, neceſſaria dicamus. Et ius ciuile appellatum ideo conſtet,q̄ ciuium conſenſu conſtituatur, quaſi proprium Ius,ipſius ciuitatis l.omnes.ff.de iuſti.& iur.l.1.ff. de acqui.re.do.§.ius autem,de iur.natur.ciuitatem aūt hic dictam volumus,quemcunq; populum,iiſdem legibus, moribuſve gubernatum,nam & concilia quæcunq;,cœtusq; hominum, iure ſociati, Ciuitates appellātur, Cic. in ſom. Scip.cuiuſq; ergo ciuitatis proprium ius,rectè Ius ciuile dicemus,d.l.om.d.§.ius autem. & quāquam cum nuncius ciuile ſimpliciter enunciamus, intelligimus Ius populi Romani,§.ſed ius.ff.de iu.na.cuiq; tñ populo,facta fuit ſemper poteſtas conſtituendarum legum, quibus ſuis neceſſitatibus ſuccurrerent,l.j.§.1.ff.de muner.& honor.quas municipiorū leges dixerunt,hoc eſt ciuitatum.l.item eorum.in prin.ff.q̄ cuiuſque.l.1.C.de emanc.li.Vniuerſæ nanq; ciuitates, præter vrbē Romam,hodiè municipia dicuntur.l.1.ff.ad munic.dixi 3. Miſcella. c.6.Soletq; ideo Ius ciuile ita diſtingui, vt aliud ſit vniuerſale totius Reipublicæ, aliud locale, ſeu municipale certarum ciuitatū. Addunt nōnulli,Ius ſingulare certarum perſonarum.l.Ius ſin. ff. de legib. Vniuerſale Ius, per vniuerſa Reipublicæ loca diffundit, quale noſtrum eſt,quod in Pandectis, & Iuſtinianeis lucubrationibus,ſcriptum habemus, quoq; vtimur:id autē vel expreſſo populo cōſenſu inducitur,l.pen.ff. de legib. (quomodo leges olim, & plebiſcita,ferri,promulgariq; ſolebant,) aut principis,in quem lege regia populus omnem tranſtulit ptātem,l.1.ff.de cōſtitutione prin.vel ex conſuetudine venit, qm̄ diuturnis vtentium moribus firmatum eſt,& approbatum,l.de quibus.cum ſeq.ff.de legib. §.ea conſuetudine de iur.natur.vel neceſſitas conſtituit,rebus nimirum & temporibus ſic exigentibus,d.l.pen.veluti cùm ob impendentem aliquem belli tumultum,perſonis quibuſcunq; ēt eccleſiaſticis indicuntur vectigalia,l.neminem.C.de ſac.ſanc. eccle. aut pœnæ,multis graſſantibus exacerbantur.l.aut facta.§.fin.ff.de pœn.Municipale ius eſt,quod certis municipiis,& ciuitatibus,peculiariter conſtitutum eſt propria lege,aut conſuetudine,& nōnunquam principis auctoritate.l.1.C.de emancip.lib.Itaq; Ius ciuile eſt,quod vnaquaq; ciuitas,ſibi cōſtituit, d.l.omnes. ſeu vt explicatius M.Cicero docet,æquitas iis conſtituta,qui eiuſdem ciuitatis ſunt,ad res ſuas obtinēdas,Cic.in Top.in quo ciuili iure, maximè deſideratur,vt non prorſus a naturæ iudicio recedat, à quo Iuſtitiam,& rectitudinem mutuatur, neq; etiam per omnia ei ſeruiat,Ius ciuil.ff.de iuſt.& iur.itaq; cum addimus, vel detrahimus, inquit Vlpianus Iuri cōi,ideſt gentium,Ius proprium ideſt ciuile efficimus:d.l.Ius ciuile.rectè quidem. nam ſi à recta natura ratione aliena ſit ciuilis conſtitutio,non lex, ſed ſæua tyrannis,cenſenda eſt.l.fi.C.de inceſt.nup.Ex diuerſo,ſi naturę iudicio,per oīa ſeruiat,non Ius ciuile,ſed Gentium dici debet.l.1. §. ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.oblig.Hincq; vulgò traditum,nouam ſpeciē gigni, & ſpecificam(vt aiunt) differentiam conſtitui,vbi generi qualitas adiicitur,vel detrahitur,d.l.Ius ciuile.quod alibi diligenter excuſſimus.d.§.ſi quis ſimpliciter. Sanè pōt ius illud ciuile,quod locale appellatur quaſi receptum conſenſu,& vſu quodam, aut neceſſitate,Theoph.§.2.de iur.natur.à ſua quaq; ciuitate, nomen ſortiri,§.ſed ius ciuile.vt ſi quis Draconis ſanguinolentas leges, ac Solonis,Ius ciuile Athenienſium, aut Lycurgi ſanctiſſimas conſtitutiones,Ius ciuile Lacedęmoniorum,appellare voluerit, Ariſtot. 2.politi.c.10.d.§.ſed ius ciuile. atroces enim Draconis leges, quæ magis ſanguine vt Demades dicebat,q̄ atramento,ſcriptę videbātur:& Solonis,qui abrogatis p̄p aſperitatem,magnitudinemq́ pęnarum,Draconis legibus,Areopagum inſtituit:Athenienſiū, propriæ fuerunt.Plutar.in Solone.Lycurgiq; regis, honeſtiſſima iuſſa,Lacedęmoniorum.Cicer.1.Tuſcula. Si qñ verò Iuris ciuilis appellatio, ſimpliciter proferatur, non addito nomine ciuitatis, Ius populi Romani vti dictum eſt, per quādam veluti antenoma ſiam intelligimus.d.§.ſed ius ciuile.quemadmodum vrbis nomine, Romam. Et cum poetam, Græci,aut Latini exprimunt, Homerum illi,Cice. in Top. Virgilium hi,p̄p excellētiam ſignificāt. d.§.ſed ius ciuile.Neq; verò defendi pōt,illorum error,qui ex iure ſingulari,tertiam Iuris ciuilis ſpeciem,faciunt,ſiquidem Ius ciuile proprium ſit alicuius ciuitatis,nō item ſingularum perſonarum,l.omnes.ff.de iuſt.iur.l.1.ff.de acq.re.do.§. Ius autem. de iur. nat.ac proinde,à M.Cicerone finiatur,æquitatem eſſe iis conſtitutam,qui ſunt eiuſdem ciuitatis,ad res ſuas obtinēdas,Cic.in Top. neq; præterea,de certis perſonis ſingulariter, ſed de omnibus generaliter conſtituatur,l.iura.ff.de legib.nec item legis nomen habere,quæ eſt cōe,ideſt generale p̄ceptum,inter omnes,l.1.ff.de legibus.& vt Arteius Capito dicebat,generale iuſſum populi,aut plebis rogante magiſtratu:Gell.li.10.c.20. Ius illud ergo, qđ vnā, aut plures certæ conditionis perſonas, à cōi hominum obſeruatione eximit,Ius ciuile dici non poteſt,ſed ſingulare,l.Ius ſingulare.ff.de legib.& frequentis Priuilegium,quaſi priuata lex, c.priuilegium 3.diſt.c.ſanè & toto.tit.de priuile.quod cōſtitui lex 12.tabul.diſtrictim,in hæc verba vetabat, *priuilegia niſi centuriatis comitijs ne irroganto.* Cic.pro domo ſua.Maiores noſtri(inquit M.Cicero)in priuatos homines,ferri leges noluerunt, id eſt enim priuilegiū,quo quid iniuſtius? cùm legis hæc vis ſit, ſcitum, & iuſſum in oēs? Cic.3.de legib.nec ignotū ſingulares eiuſmodi leges ideo vocatas veteribus priuilegia, qđ quæ nos ſingula,illi priua dixerint. Gell.l.1. 10.c.20.Suaſit tñ olim publica vtilitas, atq; etiamnū qñque expedit,ob inſigne aliquod facinus, aut excellens meritū, in ſingulas perſonas,aut in paucorum,vel odium,vel gratiam,nonnihil conſtituere,l.1.ff.de conſti.prin.§.ſed quod de iur. nat.vt cū de reuocando in vrbem Furio Camillo, lex lata eſt, Liuius lib. 5. Plutarc.in Camil.aut de Menādro interprete vt miſſus ad hoſtes, ciuis Romanus nihilomin⁹ maneret,l.poſtliminii §. fi.ff.de capt. de Imperio Cn.Pompeii,de reditu M.Ciceronis & alijs id genus.

De Legibus,& plebiſcitis. Cap. xi.

SEd nos naturę ordinem ſequuti,quæ à latiſſimè patētibus, ad particularia,& indiuidua progreditur:videamus, in quot ſpecies,ius ciuile diducatur,& primùm id eſſe conſtat,aut ex ſcripto, aut ex non ſcripto,l.ius ciui.ff.de iuſt.& iur.§.conſtat.de iur.natu. neq; enim Romani, ſcriptis tantùm legibus, vt Atheniēſes quōdam,vſi ſunt,nec duntaxat nō ſcriptis,vt Lacedæmones,ſed ſcriptis ſimul,& non ſcriptis.§.& non ineleganter.de iur.nat.Scriptū ius,ſex partes habet,Legem,Plebiſcitum,Senatuſconſultū, principum placita,prætorum edicta,& Reſponſa prudentum,ex quibus,Ius noſtrum ciuile,conflatur.Vnde cùm Papinianus ait, Ius ciuile eſſe,quod ex legibus plebiſcitis, Senatuſconſultis, decretis principum,& auctoritate prudentum venit:d.l. Ius autem. nō ſat probè & integrè,ius ciuile definiſſe vī, tum q̄ de iure nō ſcripto, nihil agat,cùm tamen pars illud ſit iuris ciuilis,§. ex nō ſcripto de iure natur.tum etiam, q̄ ius Prætorium nō complectatur,quod & ipſum,iuris ciuilis,viua vox eſt.l.nam & ipſum.ff.de iuſt. & iur. Rectiùs itaq; M.Cicero,Ius ciuile id eſſe dixit,quod ex legibus,Senatuſconſultis, rebus iudicatis, Iuris peritorū auctoritate, edictis magiſtratuum more æquitate conſiſtat:Cic.in Top.neq; obiurgādus eſt M.Cicero,q̄ de principum decretis nihil dicat,cùm nondum principes,Romæ rerum potirentur.Hęc autem omnia(præter populi morem, & æquitatem) vno legis verbo contineri palàm eſt.l.1.& 2.ff.de legi.Gell.lib.10.cap.20. ſolemus enim legem appellare,quę ſcripto ſancit, quod vult,aut iubendo,aut vetādo, Cice.1.de legib.c.lex.1.diſt. à delectu ſic appellatum, q̄ in ea deligamus quæcunq; credimus iuſta,ſancta,honeſta,& iis quib.imperamus utilia.Ideoq; M.Cicero lex,inquit, à deligendo Latinis dicta,quę Græcis νόμος uocatur,à tribuendo cuiq; ſuū.Hi enim æquitatis,Latini delectus uim,in lege poſuerunt,utrunq; conuenienter.Eſt enim lex recti præceptio,prauiq; depulſio,iuſtorum,in iuſtorumq; diſtinctio,& regula,ut detur ſuum cuiq;,quod ipſum facere non poteſt,niſi quę recta ſunt deligat,reiiciat contraria.Cic. 1.de legibus. Singulari tamen,& ſpeciali acceptione,lex non niſi unam ſcripti Iuris ſpeciem notat, nempe quam populus Romanus,Conſule interrogante conſtituit.§.lex eſt.de iur. nat. Ideoq; Capito apud Gellium,legem definit, eſſe generale iuſſum populi,rogante magiſtratu:Gel.li.10.c.20.agebat namq; Conſul,uelu ti legiſlator quidam,cēturiatis comitijs,cum pop.Rom.quem in hęc uerba,legem ipſe ferens rogabat. *Velitis, Iubeatis, Quirites,vt hoc aut illud fiat.* Vnde & rogationes dictæ ſunt.c.lex cum ſeq.2.diſtin.d.§. lex eſt. Lex uerò ad eum modū rogata, promulgabatur, ideſt ſcripta,populo edebat̄,tribus nundinis,ut legem cognoſceret, & deliberaret, an eam centuriatis poſtea comitijs recipere: an ut inutilem,uel pernicioſam, reijcere deberet. Et id quod po-

pulus

Source : BIU Cujas

pulus Romanus,eo more ſanciebat,Lex propriè dicebatur.d. §. lex eſt,d.c.lex. Oportebat tamē, ne quid perniciosè rogaretur, à Conſule,aut alio Magiſtratu rogante Senatum adiri,eidemq; rogationis ſuæ explicare ſnīam,vt auctore Senatu rogatio procederet,nec id in legibus modò ſeruari mos erat, vt Senatus videlicet conſuleretur:ſed in omnibus quoq; negociis,quę momentū aliquod,& pondus hēbant in Republica.Cic.1.Phil.Liu lib.5.*Plebiſcitum* verò erat,quod plebs(hoc eſt reliqua omnis multitudo, p̄ter Senatum l.plebs.ff.de verb. ſig. Gell. lib.10.c.20.) ſacroſancto magiſtratu ſuo,hoc eſt,Tribuno interrogante,ſtatuebat.§.plebiſcitum.de iur.natu.Sic enim de concepto, & antè narrato negocio,plebem Tribunus rogabat:*De hoc quid fieri vultis, vos Quirites rogo,* moxq; plebs vt decreuerat, rn̄debat: *Sic volumus, iubemusq;*, Liui.lib.26.quod licèt à plebe duntaxat ſcitum, hoc eſt comprobatum,& ſtatutum eſſet:(Sciſcere enim,eſt ſuffragio aliquid confirmare l.qui res.§.fi. ff.de ſolutio.) vim tn̄,& ptātē legis habebat l.2.§.deinde cum eſſet.ff.de orig.iur.ex Q. Hortenſij lege (aut M. Horatii Barbati:nam eam legem, L.Valerius,& M.Horatius,centuriatis comitiis,vt Annales produnt,antea tulerant, Liui.li.3.) q facta plebis in Ianiculum ſeceſſione,in eſculeto legem tulit,vt eo iure quod plebs ſtatuiſſet,oēs Quirites, ideſt Romani ciues tenerentur:Plin.lib.16.c.10.Liui.lib.3.Gell.lib.15.c.27. vt minimè mirum debeat videri, ſi plebiſcita, plerunq; legis nomine donētur, d.§.deinde cum eſſet.ab iis frequentius nomen accipientia.qui in Tribunitio magiſtratu conſtituti, illa rogauerant: vt lex Oppia, Liui.lib.34,Aquilia,l.1.ff.ad l.Aquil.Falcidia,c.quædam.2.diſt.Attinia,l.ſequitur.§.q̄ autem.ff.de vſucapio.& alia id genus.

De Senatuſconſultis, & conſtitutionibus principum.

Caput. XII.

VErumenimuero adaucto populo Romano, vt non facilè poſſet in vnum locum Iuris conſtituendi cauſa,populus cōuenire,neceſſitas ipſa(inquit Pomponius) curam Reipublicę, ad Senatum deduxit.l.2.§.deinde quia difficile.ff.de orig.iur.ipſeque populus moderandi,& regēdi ſui poteſtatem, quaſi quaſdam habenas,(inquit M.Cicero) Senatui tradidit.Cic.1.de orator. vt totius populi Romani vice,ſolus Senatus,iura conderet, d. §.deinde quia.idq; Ius,Senatuſconſultum,appellabatur.§.ſenatuſcōſultum.de iur.natu.d.§ deinde. quod duobus modis fiebat, aut per diſceſſionem,cùm nihil Senatores cenſebant, ſed ne dies fruſtrà contereretur, in ſnīas pedibus ibant: vt in leuibus negociis, nec magni momenti,quæ tīn̄ pondus in Republica,non videbantur habere,vt grauioris egerent deliberationis.Halicarnaſſ.lib.2. cuius hæc lex fuit.Qui hæc ſentitis,in hanc partem:qui alia, in illam partem ite.Plin.iunior lib.8. epiſtolar. Quòd ſi res erat tanti ponderis,vt ad Rempublicam maximè pertinere videretur:non licebat ſic tumultuariè, Senatuſcōſultum facere,per Diſceſſionem, ſed ſingulorum Snīę,ſingulatim exquirebātur, eorum videlicet, qui Senatores erant, & ius habebant dicēdæ in Senatu ſententię: nam qui verbi gratia,iuniores erant,non rogabantur,aut rogati, nō dicebant ſnīam,ſed in eam,pedibus ibant.Vnde Pedarii Senatores,apoellati:& pedaria ſnīa dicta eſt. Gell.li.3.c.18.Senatuſcōſultis,Cconſules ſubſcribebant, item principes Senatus, hoc eſt, qui primus rogaretur,(à Trebellio Pollione ideò primę ſententiæ Senator appellatus)neq; em̄ alius fuit princeps Senatus, q̄ Senator.Cęterum auctoritate dicendę ſnīæ primus,neceſſum quoque erat Tribunos,ſui ſuffragii notam,hoc eſt literam T.ſubſcribere:nam ſi intercedebant, ratum nō erat S. C.quemadmodum etiam ſi non adfuiſſet legitimus Senatorū numerus,qui erat quinquaginta,tot enim adeſſe oportebat, ad conficiendum Senatuſconſultum.vt non pauciores inquit Lampridius, in Senatorum conuentu eſſent ſententiæ. Pedianus tn̄ ſcribit, non fuiſſe certò definitum eundem omnibus negociis numerum,ſed pro rei grauitate. plures, aut pauciores,fuiſſe neceſſarios, Aſcon Pædia.in orati.pro Cornelio Balbò.Senatum autem, duplicē conſtat fuiſſe:Legitimum,& indictum. Legitimus, ſtatis diebus, bis terve ad ſummum,ſingulis menſibus habebatur: quin & Auguſtus conſtituit,nē plus q̄ bis in menſe,Calendis nimirum & idibus, Senatus legitimus ageretur,neve Septembri,Octobrive mēſe, vllos adeſſe alios neceſſe eſſet,q̄ ſorte eductos, per quorum numerum, eo tempore decreta confici poſſent, quò cæteri, à rebus domeſticis, & colendo agro,non auocarentur.Sueto.in Auguſto. Vnde, & hic mos in Gallia,parlamenteis curiis,irrepſiſſe videtur,vt quotānis circa Idus Septembris,indicatur Iuſtitium,deſignatis certis ex ordine,qui crimina & alia quę celeritatem requirunt,tractent,& definiant.Indictus autem Senatus erat,qui extra ordinem,ſecundum quod res incidebat, per præconem indicebatur. Cùm itaq; legis vigorem,haberent Senatuſconſulta,d.§.deinde quia,d. §.ſenatuſconſultum. rectè dixit Vlpianus Senatum Ius facere poſſe, l.non ambigitur.ff.de legib.Et q̄uis ſub Cęſaribus mirum in modum imminuta fuerit Senatus auctoritas:ſummæ tamē illius poteſtatis,reliquias quaſdam retinuit, vt adhuc vim legis haberent, Senatus decreta,l. vnica. C. de ſenatuſcōſul.nec ab iis,ſicuti nec a principe,prouocaretur.l.1.§.j.ff à quib.ap.non lic.Sed de iis alibi, largiore manu ſcripſimus.In rub.ff.de ſentor.& in §.deinde cùm eſſe.Sanè verò cum ſtatus ciuitatis Romanæ, variis ſeditionibus, & inteſtinis odiis agitatus,optimatum factione collapſurus timeretur(neq; enim pōt vt Homerus dicebat,res benè feliciterq; geri, multorum imperiis) vnde nec Senatus perinde poſſet omnes prouincias prouidè accurateq; regere,l.2.§.niuiſſime.ff.de ori iu. viſum eſt nutanti Reipublice, per vnum melius conſultum iri, l. vnica ff.de off præf.prætor.d.§.nouiſſime.non Tarquinium quidem,aut tyrannum,ſed principem,hoc eſt virum bonum, ac veluti ciuium parentem,Plin.in Panegyr.Traiani. cui potiùs q̄ multis ptātem tribuendam,ſapientes quique viri, non iniuria cenſuerunt.Ariſt.3.Politic.c.11.& 12. Itaq; Ius vniuerſum Imperii (obſerua quæſo lector fucum,& callidum velamētum, quo nitimur obducere Iulii Cæſaris tyrannidem,quem cōſtat Reipublicæ ſtatu euerſo, Ius ipſum cum rerum ſumma per vim occupaſſe Plutar.& Tranquillus in Cæſ.) populus Romanus,vltrò volensq;, in principem tranſtulit,vt quod ei placuiſſet, etiam ſine populi cōcilio,ratum eſſet,d.§.nouiſſime. Legisq; vim, nomē, & effectum haberet.l.1.ff.conſtitu.princip.§.ſed & quod. de iur. nat.Fuerūtq; appellata,hæc principum placita,peculiari nomine Conſtitutiones.d.l.1.§.d.§.ſed & q.Neq; verò re ipſa,& auctoritate,lex,& cōſtitutio differunt: nam vtriuſq; vis, & dignitas eadem eſt, ſed nomine,& origine:lex namq; à populo naſcebatur, ꝯſtitutio à principe.Ex iis autem principum conſtitionibus,aliæ quidem generales ſunt,omuesq; ligant:aliæ verò perſonales, quę continent Ius ſingulare:hoc eſt ad ſingulares,certasq; perſonas,non etiā ad vniuerſas pertinent.l.ius ſingulare.ff.de legib.l. 1. Vnde non trahuntur ad exemplum,ſeu conſequentiam.l.quod verò ff.de legib.d.l. 1. d. §. ſed & quod. Neque enim ſunt cunctis ciuibus placita concepta,ſed de ſingulis: quocirca rectiùs priuilegia vocata. Veteres enim quæ nos ſingula dicimus,priua dixerunt Gell.li.10.c.20.

De Prætorum edictis, & reſponſis prudentum.

Caput. XIII.

SOlebant itē prætores, ſtatim inito magiſtratu,edicta de multis proponere,ſecundum quæ toto anno Ius redderent, quibusq; ſi quid in iure noſtro,non ſatis cautum eſſet ſupplerent, q̄dam mutarent,abrogarent,nouarent,emēdarent.Vnde Iuris ciuilis cuſtos,in 12.tabulis prætor appellatus eſt. Sed verba ipſa recitemus:ne nobis,q̄ aiunt,ſine pignore credatur. *Iuris diſceptator qui priuata iudicet, iudicarive iubeat, Prætor eſto. Is Iuris ciuilis cuſtos eſto.*Cic.3.de legib.Prætorum autem edicta,(quæ in albo,hoc eſt, in tabella quadam dealbata,l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd. ciuilis Iuris declarandi,interpretandi,ſupplendive cauſa,à Prætore proponebantur,Et vt interim ſe prę̄munirent ciues, ſcientes de qua re Prætores dicturi eſſent,l.2.§.eodem tpe.ff.de ori.iur.)legis vicem, & auctoritatem habuere:§.prætorum.de iur.natur. non quidem perpetuæ,ſed annalis legis,quippe finiebātur cum ipſo magiſtratu,prętorum edicta.Cic.3.Verrina.Vt enim populi, & Senatus leges erāt ętern̄æ, q̄ eorum æterna,eſſet ptās,& auctoritas: ita quia Prętorum magiſtratus,erāt annui, edicta ſimiliter eorum fuerūt annua.§.1.de perpet.& temp.actio. Qui plurimū, ait M. Cicero, tribuūt,edicto Prætoris,edictum legem annuam eſſe dn̄t. Cic.3. Verrina. quod cùm ambitioſis Prætoribus iniquitatis materiam præſtaret,ac licentiam arbitratu ſuo quiduis decernendi,& ſtatuē di(nam vt & aliquid ipſi in Rempublicā de ſuo contuliſſe viderētur,ſuperiorum edicta prætorum,non ſequebātur·ſed de iiſdem negociis,nouo edicto cauebant).Cornelius,plebis tribunus,legē tulit,vt prætores ex edictis perpetuis,Ius dicerent Aſcon.Prędia. in oratio. pro Corn. de maieſt. De in Offilius,ac poſt eum Saluius Iulianus, edicta omnia, quæ deſcriptu digna aīaduerterent, diligenter à ſe collecta,in ordinem digeſſerunt,ex quibus, edictū perpetuum,cōflatum,& compoſitum eſt, l 2.§.ex his auditorib. ff.de orig.iur.l.2.§. ſed quia diuinę. C. de veter. iur.enucl cuius in iure noſtro,frequēs mentio.l.2.ff.de ſtat.homi. l.cum ad eas ff.ad Velleia.l.edita.C.de edend.l.fi.emancipati.C.de collatio. ac deinde Cornelius,legem tulit,vt ex edictis perpetuis,Ius dicerent. Alciat.l.Diſpunctio.2.cap.20.& ita cœpit in vnam conſonantiā Ius ciuile,& prętorium iungi.§.ſed cum paulatim.de teſta.Iusq; Prętorium dici,viua vox iuris ciuilis,l.nam & ipſum. ff. de iuſt.& iur. & ab honore,q̄ regiis inſignibus,& apparatu ferme conſulari ſupra cęteros iudices,fungerentur:Feneſtel lib.de magiſtra Roma. cap.19.velut per Antonomaſiam, Ius Honorariū appellari, l. ius autem.§.fi. ff.de iuſt.& iur.l.§.eodē tpe.cui Ius illud, q̄ ex Aediliū Curulium propoſitis edictis,colligitur,l.j.ff.de ædil.meritò annumerandum eſt.§.prętorię.de inutil.ſtipula. d. § prętorum. Porrò verò,ſuperiores Iuris ſcripti ſpecies,nempe Leges,Plebiſcita, Senatuſconſulta, Cōſtitutiones,& Prętorum edicta, quodq; dubiū ſuper iis emergebat,Iuriſprudentes interpretabantur, in publicū quotidie prodeuntes, vt ſe conſulendos vnicuiq; præberēt, ideò Iuriſconſulti appellati,Lau.Valla lib.4.c.48.pro quorum reſponſis,in iudicio,& foro,ſæpe Ius dictum eſt,& leges nonnunquā editæ, tandemq;, quò maior eorum reſponſis accederet auctoritas: & vt quod vulgò permittebat,ſelectis,tīn̄ hominibus liceret,quorum princeps ipſe, perſpectam haberet fidem,& doctrinā, diuus Auguſtus Iuriſconſultis velut legum miniſtris,de Iure reſpondē di ſuper ijs,quæ in dubium diſceptationemq; veniebant, primus ꝯſtituit,vt ex ei⁹ auctoritatę rn̄derēt.l.2.§. & vt obiter.ff.de ori.iu.

hoc eſt,

Source : BIU Cujas

hoc est, vt nemini fas esset de iure consulentibus respõdere, nisi quibus Cæsar ipse, hoc facultatis specialiter tribuisset, quo factũ est, vt cùm nisi optimi quique, & doctissimi à principe probati, consulentibus litigatoribus, responderent: tanta fuerit data illorum responsis auctoritas, vt ab illorum placitis, magno studio curaque elaboratis, recedere iudici non liceret, §. responsa. de iur. nat. ex quo tempore facultas hæc respondendi, interpretandiq; iura, peti pro beneficio cœpit, d.l.2.§.fi.ab Augustoque, ad Adrianum, plus centum annis peti consueuit: vt Adrianus, princeps optimus, & eruditus, viris peritis, vt de Iure respondere liceret, pro beneficio petentibus, sapienter dixisse fertur, *Hoc non peti à principe, sed præstari solere*: significans, non ad alterius postulationem, id muneris concedendum: sed ei tantum, qui præclarum, & insigne aliquod suæ peritiæ testimonium exhibuisset, & ita facto comprobasset, se dignum esse qui tanto munere donaretur, ad l.2.§.fi. vbi Vdalric. Zas. Qua semel aperta fenestra, exilijt ingens Iurisconsultorum turba, qui per multa tempora munus suum perbellè, probeq; exornarunt, & auctoritatem de Iure respondẽdi, honestissimè conseruarunt. At nescio quomodo postea factum est, vt suis otiosis disputationibus, & uanis nescio quibus di gladiationibus, hanc ipsi sibi gloriam, eripuisse videantur.

Qui Iura condere, legesq; ferre possint. Cap. XIIII.

EX his celebris illa quæstio, qui constituendæque legis Ius habeant, fermè discerni, ac enucleari posse videtur. Siquidem superiora satis superq; demonstrant, facultatem condendę legis, ac Iuris constituendi, primùm apud populum Romanum fuisse, per Consulis, aut Tribuni rogationem; §.lex.§. plebiscitũ. de iur.nat.deinde ad Senatum translatam, L.2.§.deinde, quia difficile.ff.de origin.iur. & posteaquam rerum Cæsar potitus est, soli Imperatori legem condere permissum: l.fi.C.de legib.§ de rap. mulieribus.col.9. qua tamen lege non intellexit Iustinianus, hãc condendi Iuris auctoritatem, Senatui prorsus eripere: nam Domitius Vlpianus, qui Alexandri Seueri seculo floruit, Non ambigitur, ait, Senatum Ius facere posse: l.non ambigitur.ff. de legib. & Iustinianus ipse posteaquam edixit, soli Cæsari leges condere permissum, mox testatur, ea constitutione, se nihil velle derogatum, veteris Iuris conditoribus, quibus hoc maiestas imperialis permisit.l.fi.C.de legib. Sed cùm nihil tam graue, tamq; sit excelsum, quàm legem ferre: noluit idipsum se inconsulto, Senatui liberum esse, sed alterum, alterius opera vti. Ideoq; testatus est, Imperator, se in consilium ferendæ legis, Senatores adhibiturum, nullamq; legem se promulgaturum, inconsulto Senatu, l.humanum, C.de legib. tanquam ex illorum ordine, ipse quoq; sit. l.ius senatorum.C.de dignita.li.12. Vnde per contrarium decens quoque & perquàm iustum est, à senatu, nigil tam sublime constitui, nisi prius voluntate principis exquisita. Vt itaque Senatus olim, vice populi Romani Ius constituebat: d.§.deinde quia difficile. ita postquam Cæsar, rerum potitus est, Senatui permissum leges ferre, & iura condere. d.l. non ambigitur. Nec ideo minus, lex à principe lata, promulgata ve dicetur, l.vnica.ff.de offic. præf. prætor.l.cum hic.in prin.ff. de dona.int.vir.cùm omnia sua faciat Imperator, quibus suam auctoritatem accommodat. l. 1. §. omnia. C.de veter. iur. Verùm hodie immutata est, vel potius absurpta Senatus auctoritas, & nescio quomodo factum, vt tota ferendæ legis, adeoq; cunctarum legum potestas, & licentia, penes vnum sit principem, vt quod ille statuit, decreuitque, legis vigorem habeat, vel potius lex sit. l.1.ff.de constit. princi.

De Iure municipali. Cap. XV.

POrrò sex illæ superiores Iuris scripti partes, ad illud Ciuile Ius propriè pertinent, quod generale est, omnes in vniuersum ligans, in sacris Pandectarum, & Iustiniani constitutionibus insertum. l.3.l.leges sacratiss.C.de legib. At aliud est, proprium cuiusq; ciuitatis, l.omnes.ff. de iust. & iur. quod municipale ideo dicitur, l.item eorum in princ.ff. Quod cuiusq; vniuer.l.vt gradatim. §.1. ff.de mun.& hon.l.j.C.de emancip. lib. quia municipiorum verbo, vrbes quæcunque, & oppida, siue in Italia sint, siue in prouincijs, designantur. l.j.ff.ad municipa. Statutum autem, vsitatissimo vocabulo, nũcupatur, quasi statutum, & decretum ciuitatis. Aut. cassa. C.de sac.sanct.eccles.c.2.& 3.de stat. cont.lib.eccles.in feud. Quale olim fuit, Ius ciuile Romanorum, licèt post imperij Romani fines propagatos, cœperit esse commune, inter omnes orbis Romani populos. In ijs verò municipiorum legibus primũ illud volunt interpretes obseruari, facultatem condendi statuta, iurisditionis esse, ac proinde populo, iurisditionem habenti duntaxat competere, Accursi. l.j.ff.de iurisd.Bar.l.omnes.j.q.ff.de iustit.& iur. veluti Romano, aut Antiochensi, l.Antiochensiũ.ff. de priui.credit.§.2.de iur.nat. d.l. omnes.& hodie, Veneto, ac Genuensi. Populum verò Iurisditione carentem, non aliter statuere posse, quàm si vel superioris intercedat auctoritas, l.penult.C. de legatio.li.10.c.cum accessissent.de constitutio. (in quem pariter modum infirma consuetudo defenditur.) l.fina.C.de testam. vel de priuatis tantummodo rebus, non ambitiosè constituat. l.j.l.ambitiosa. ff. de decret. Quàmuis collegia approbata quatenus iurisditionem habẽt, & respectu eorum quæ ad collegij causam spectant statuta condere possint. l.j.l.3.ff. de colleg.illic.l.fin. C.de iurisd.l.2.§.fi.C.de consti pec. Quæ omnia pluribus Dd.confirmant, nec vllo in loco prolixius rhetoricantur. Sed hæc quidẽ sententia, mihi non satis probatur, multas sanè ob causas, ac imprimis, quòd verum non putem statuendi potestatem, in municipijs, esse iurisditionis, aut imperij, cùm nec iurisditionem nec imperium habentes ea vtantur: Gl.c.2.de ver. sig.in 6.sed ex permissione, indulgentia, & auctoritate legis competere. d.l.omnes popul. quemadmodum etiam facultas condendarum, sanciendarumq; legum. l.humanum.C.de legib. permisit autem lex cuicunque populo, ciuitati, & vniuersitati, l.item eorum.ff.quod cuiusque.c.ius ciuile.j.dist.d.l. omnes. vt proprios mores, propriasque leges haberent, l. de quibus.ff.de legibus.l.j. §.j. ff. de muner. etiam in concernentibus iurisditionem, l.j. C. de emancip. liber. dũmodò statuentes, excommunicationis vinculo innodati non sint, c.aduersus.§.penult.de immunit.eccles. aut alterius, præsertim superioris, non offendatur Iurisditio. l.vacuatis. C.de decuri. lib.10.l.si constat.ff.de appel.c.venientes. de iureiur. Atque eodẽ modo, quibuscunque est aliqua rerum, vel negotiorum non improbata societas, l j.ff.q; cuiusque.l.j.l.3. ff.de col. leg. illic. inter se tamen, & super ijs, quæ ad eorum munus, & artem pertinent, l.fi. C.de iurisd.om.iudi. licet statuta cõdere, l.2.§.fi. C.de consti.pec. §.fin.de fideiuss. coll. j. dum ex publica lege, nihil corrumpatur. l.fin.ff.de colle.illic.l.vni.C.de monopol. Sicuti verbi causa, Lugdunensium mercatorum legitima congregatio, statuere certè potuit, Mercatores, ex nudo pacto, & naturaliter, & ciuiliter obligari: aut eorum priuatam scripturam, planè probare, d.l. 2. §.fin.vbi Accur.Bal.& Salic. §. fi. de fideiusso. coll. j. & quoniam istiusmodi statuta, ad litis decisionem pertinent: non modò coram mercatorum consulibus, (sic appellant eorum collegio præfectos) verumetiam coram alio quocunque iudice, licèt ecclesiastico, Accur.l.ex.ea.ff.de postul.effectum habebũt.l. si fundus. ff.de euictio. Dd.l.fin.C.de iurisd. quàmuis in iis quæ iudiciorum ordinem respiciunt, eius fori mores, in quo disceptatur, & agitur iudicium, obseruari perpetuò debeant. l.3.§. fin.ff. de testib. Atque ita mihi videtur, quanquàm nonnulli sunt tam malè iniciati, vt propriæ adhuc hæresi, obstinatè hæreant, in sole, & aperta luce, in dies magis, atque magis caligantes. Sed an iudices, statuta condere possint, anceps est Dd. quæstio: mihi crebrior placet sententia, vt maiores magistratus, liberè statuere possint. l.j.§.j.ff. quod quisq; apertissimi.iur. Veluti Senatores, l. non ambigitur. ff.de legib. Prætorio præfecti, l.normã.ff.de offic.præf.prætor.C. de iudic. & sedis apostolicæ legati. c.fina.de offic.legat. Minores verò magistratus, siquidem temporariam habeant iurisditionẽ, statuta non condant, l. programma. C. comminatio. vel epist. nisi ex alterius legis municipalis concessione, l.3.§.planè.ff.quod vi aut clam. aut de subditorum consensu, l.j.§.j.ff. q; cuiusq; vniuer. vel pro tempore, quo ipsi præsunt administrationi. l.j. §. fin. ff.de offic.præf. vrb. At si perpetui magistratus sunt, vt Comites, Marchiones, & Episcopi, municipalis constituendæ legis, facultatem habent, c.2.de ma.& obed.c.fin. de constit.in 6. dum nihil constituant, (citra tamẽ euidentem, & necessariam causam.) l.si hominem.ff.mand. Glo.c. tempora.26. q.7. quod Iuri communi repugnet. c.quod super, de ma.& obed. c. vestra, de loca. Nec diuersum censeo, in muliere, Glo.l.fi. C. de arb. Comitissa, Angel. l.princeps.ff.de legib. aut alia ratione, Iure putà successionis vel ex consuetudine. l.j.C. de emanc. lib. iurisditionem habente, quæ dubio procul statuta, in districtu suo facere poterit. cap. dilect. de arbit.

Quomodo statuta conficiantur. Cap. XVI.

EXpositio, qui municipijs legem statuere possint, videamus, quomodo condantur leges, statutaq; municipiorum. Et cõstat, aliter à magistratibus, aliter à populo condi. Magistratus nãque, suo sensu, neque populo neque sapientum consilio conuocato, statuit, l.3.c.de legib. quàmuis humaniùs sit, & modestiùs, Iurisprudentes in consilium adhibere, l. humanum. C. de legibus. vel ex eo, quòd maiore videantur firmitate niti, & plausibiliora sint, quæ plurimorum consilio geruntur. l. 3. C. de repud. Cùm verò populus statuere vult solenniter id eum agere oportet, vt scilicet ipse, aut cõcilium ciuitatis, quod populum repræsentat, Accur.rub.C.quæ sit long. consue. auctoritate consulum, rectorum, aut aliorum qui præsunt, conuocetur. l. municipibus. ff. de cond.& dem. l.2.C. de decurio. lib.10. per nuncium, cui id oneris sit demandatum, c.cum inter, de election. Bar.d.l.2. vel aliter, pro more ciuitatum. Accur.l.alius § j.ff.de reg.iur. l.omnes.2.q.ff. de iust. & iur. per Cornicines puta, Tubicines, aut campanæ sonũ: l.pen.C. de legatio. idq; in curia, aut alio publico loco. 10.d.l.2. cumq; cõuenerit populus, siquidem appareat totum consilium, aut duas saltem partes, l. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. l. 3. ff. de decr. quæ totius instar exhibent: l.nominationum. C.de decurio. li.10.adesse, (neq; enim satis foret, vocatos esse, nisi interessent,) l.fi.ibi neq; ex tabella. C.de præd.curia. lib.10. proponet Consul, aut alius id auctoritatis habens, *Velint ne ciues vt hoc, aut illud fiat*, l.2.ff.ad Vellei.a.§. lex §. plebiscitum.de iur. nat. tumq; quod vniuersi cẽ fuerint, aut præsentium maior pars, ratum erit, & firmũ. l.quod maior.ff.ad municipal.d.l.aliud §.j. Populi autem consen-

sum,

Source : BIU Cujas

ſum, verbis exprimendum non eſſe, ſed ſigna ſufficere, præter interpretum auctoritatem, DD. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. coniecti olim in vrnas calculi, per quos ſuffragia ferebantur; Tabellaria lex qua populus Romanus ſuffragia, non voce, ſed per tabulam tulit, quò ea liberius daret. Ci. contra Rullū. pro Planc. & 3. de leg. Senatuſconſulta per diſceſsionem, & vetus Pedariorum Senatorum mos, in dicendis ſententijs, apertè confirmant. Conſenſum tamen, vel voce, vel ſignis in communi prodendū eſſe, neminem clam eſſe puto, l. 2. C. de decurio. lib. 10. quod dici vulgò ſoleat, in ijs quæ ſunt communia pluribus, vt vniuerſis, nō ſatis eſſe ſingulos ſeparatim conſentire. c. in Geneſi. de electio.

Statuta contra naturam, aut legem. Caput XVII.

IAm verò ſuccurrit proculcata illa quæſtio, de quibus reb. populus legitimè congregatus, ſtatuere poſſit? Et per manus traditum eſt, ſuper omnibus, etiam quę naturę, aut diuini Iuris ſunt, populum ex cauſa ſtatuere poſſe, DD. l. omn. ff. de iuſt. & iur. nō quidem, vt naturalem, aut Dei legem tollat, quòd naturale Ius immutabile ſit l. 2. ff. de vſu. ea. rer. nec ſuperioris conſtitutiones, inferior labefactet, aut euertat, c. cum inferior. de ma. & obe. ſed vt publica vtilitate ſuadente, vtrunque Ius interpretatione declaret, adiuuet, & diſtinguat. l. ius ciuile. l. manumiſsiones. ff. de iuſti. & iur. Accur. l. j. ff. de conſtit. princ. Gloſ. c. à nobis. de deci. Vnde licèt & naturæ ratio, & lege ſua, Deus Optimus Maximus, occidere vetuerint: Exod. 20. Deu. 5. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. c. j. 23. q. 5. vtilitatis tamen publicæ gratia, poteſt exul, quàmuis pater, legę municipij, impunè enecari, & interimi cenſetur: Bar. l. ſi adulterium. § fin. ff. de adul. quippè proſcriptus, transfuga, & hoſtis, vt aiuut; ciuitatis. l. Amiſſione. § 1. de ca. dimi. Transfugas autem, & hoſtes, licèt parentes, aut liberos, fas eſt interficere. l. minime. ff. de religioſ. nam & eo modo, patriæ poteſtatis, & filiationis Ius, amitti conſtat, l. poſtliminium § filius. ff. de ca. Indeque, tot veteres Ethnicorum leges, de occidendis hoſtibus dimanarunt, veluti Macedonum, qui ſua lege eum qui nullum hoſtem interemiſſet, capiſtro cingebant. Scytharum item, apud quos nō licebat ſolemnibus epulis, pateram circumlatam accipere, ei qui nondum enecaſſet hoſtem. Hiberi, quoque tot obeliſcos erigere, circa ſepulchrum ſolebant, quot hoſtes defunctus iugulaſſet. Verùm hæc omnia, quod equidem bona interpretum venia dictum ſit, impietatis, atque iniquitatis pleniſſima, ab ineunte ætate iudicaui, cùm non tantùm homicidia, ſed probroſa quæcunque in proximum verba, Deus prohibuerit, Matth. 5. & hominem, homini inſidiari pugnet cum ratione naturæ: l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. quæ cùm hominum ingeniis excogitata, non ſit, ſed diuinitus & æternæ ſapientiæ beneficio, in mentibus hominū inſculpta, Cicer. 2. de legib. humanis certè conſtitutionibus, neque variari, neque mutari poteſt, § fi. de iur. nat. d. l. 2. de vſuf. ea. rer. & huic meræ, ac puræ, vi naturalis Iudicij, moralia Dei præcepta, inſeparabiliter cohærere dicuntur, ac proinde vt Gratianus dicebat, nullam variationem, recipiunt, c fi. § his ita. 6. diſt. c. j. 5. diſt. nullius ergo momenti ſunt ſtatuta, quæ proſcriptos necari permittunt, velut cum naturæ ratione, & Dei lege, pugnantia, c. quo iure. § fin. & c. quæ contra. 8 diſt. niſi fortè (vt paulò antè dixi) Eadem parte. c. 1. ſupra. reſpectu eorum, qui ob capitalia crimina, mortis pœnam ingerentia, exilium patiuntur, Rayner. l. omnes. ff. de iuſt. & iu. tunc enim ſtatuentes, non cenſentur occidere, ſed criminis duntaxat vindictam, cuicunque committere, quod ex cauſa fieri poſſe, neminem clam eſſe puto, Accurſi. l. nullus. C. de Iudæ. Gl. c. Ius gentium. j. diſt. cui præſertim interpretum commētarij, in manu ſint. Bar. l. generali. C. de decur. lib. 10. Iuſta autem cauſa, duplex erit, vt à maleficijs deterreantur homines, l. capitalium. § famoſos. ff. de pœn. & ne delicta impunita maneant, quod valde Reipub. expedit. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. c. vt famæ, de ſent. excom. Neque putandum, præcepto illo generali, NON OCCIDES, ciuilis magiſtratus prerogatiuæ, Deum Optimū Maximum derogare voluiſſe, cùm Dei miniſter, ſit magiſtratus, vindex in iram, ei qui malè agit, Rom. 13. pro crimine verò non capitali, iniquum nimis eſſet, priuato circa delictorum vindictā plus quàm iudici, legis miniſtro, concedere. l. extat. ff. quod meca. l. non eſt ſingulis. ff. de regul. iur. d. l. nullus. nec me mouerit, bonum illud publicum: propter quod, malum faciendum non eſſe diuus Auguſtinus paſſim admonet. c. fortè. 14. q. 5. c. ſic non ſunt. 32. q. 4. Et quod DD. inducunt, Exulem transfugam, & hoſtem eſſe planè falſum eſt, ne puerile dicam, & ridiculum. Transfuga enim, ſignificanter is dicitur, qui ad hoſtes defecit. l. poſtliminium. ff. de capt. Hoſtis autem, cum quo bellum publicè decretum eſt. l. hoſtes. l. quos nos. ff. de verb. ſigni. Exul verò, qui loco patriæ ſuæ eſt depulſus, quaſi extra ſolum eiectus, ipſumq; nomen, inquit M. Cicero, calamitatis eſt, non turpitudinis. Cic. pro Do. ſua, & pro Cecinna. Nec obſtat Iulij Pauli reſponſum, qui cùm dicat deportatos, eosque, qui ab ijs, quorum ſunt ſub imperio, deſciſcūt, aut quos Senatus hoſtes iudicauit, ciuitatem amittere, l. amiſſione. § j. ff. de ca. diminu. magis, probat, exules, quos ab hoſtibus ſeparat, hoſtes non eſſe. Ad hæc illud fateor, quatenus recte rationi ſeruit hominum conſtitutio, aduerſus decalogi verba, ſtatui poſſe, vt quod in diſcrimine vitæ conſtitutus, quique aliter, ſe tueri non poteſt, aggreſſorē impunè trucidet l. ſciētiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqui. aut ob famis neceſſitatem, furetur. c. ſi quis propter. de fur. hoc enim principio, cuique natura tributum eſt, vt ſe, vitamque tueatur, nocitura declinet, comparetque ad vitam neceſſaria. Cic. 1. offi. l. j. §. vim ui. ff. de vi ar. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Pariter quædam, in diuina lege ſcripta legun tur, quæ cùm de præcepto non ſint, nec Iuri naturali cohæreāt: ſed ad politiam, & ciuilem duntaxat inſtitutionem pertineant: ob vtilitatem publicam, facilè mutationem recipiunt. c. vnico. de put. poſt par. c. j. & fin. 5. diſt. c. fin. §. his ita. 6 diſtin. Vnde Illud: *In ore duorum, uel trium, conſiſtit omne verbum*, Deut. 19. Matth. 18. & 2. Corint. 3. quàmuis ciuili, & l. vbi numerus. ff. de teſt. pontificia lege c. nouit. de iud. roboratum, non tamen in Cardinalium Iudicijs, præſ. 2. q. 4. obtinet, non item in teſtamentis, l. hac conſil. in princip. C. de teſt. § fin. eod. tit. in inſt. codicillis, l. ſin. §. fina. C. de codic. atque adeò alia qualibet vltima voluntate, in qua, lex maiorem teſtium numerum expoſtulauit, ne falsò fabricando, inſtruatur, materia, l. 4. § diem. ff. quemadmo. teſt. aper. quod in teſtamentarijs præſertim diſpoſitionibus, lex vult à Rep. exulare, l. iubemus. verſi. C. de teſta. & vt per ampliores homines, perfectiſſima veritas proferatur in lucem. l. fi. §. pen. C. de fideicom.

De Iure non ſcripto, ſeu longa conſuetudine. Cap. XVIII.

HActenus de Iure ſcripto, nunc ad morem, hoc eſt longam conſuetudinem veniamus. Et de quibus cauſis ſcriptis legi bus non vtimur, id cuſtodiri oportet, inquit Iulianus, quod moribus, & conſuetudine inductum eſt. l. de quibus. ff. de legib. Ab Athenienſibus autem multa ad ius conſtituendum deriuata, nemo neſcit, à quibus Romani quondam, ſcriptas leges, mutuati ſunt, miſſis ad Græcos, tribus legatis, qui Solonis (de cuius inſtitutis, quæcunque ferè, in 12. tabul. Decemuiri conſcripſerunt, translata ſunt) aliasque Græciæ leges, deſcriberent. l. 2 §. exactis. ff. de orig. iur. Liuius lib. 3. A Lacedæmonijs verò, qui non legibus ſcriptis, ſed maiorum duntaxat moribus vtebantur, alterā Iuris ſpeciem, quæ Ius nō ſcriptum, §. ex non ſcripto. de iur. nat. & à Pomponio Ius incertum, d. l. 2. §. exactis. j. appellatur: populus Romanus, ita tranſtulit, vt Athenæus ſcribat, Romanos meliùs tutatos politiam Lacedæmoniorum, quàm Lacedæmonios ipſos: Athenæus lib. 6. Dipnoſophyſtæ, quibus à Lycurgo traditum idcirco ferunt, ne deſcriptis vnquam legibus vterentur, q̄ benè morati homines, pro re nata, & occaſionum, temporisq; varietate, mutare conſilium, nonnunquam debeant, atque cogantur, cùm interim ſcriptura, ſemper vna, eademque maneat: neque mutetur. Equidem pleraque moribus Romanorum, recepta leginus, quæ nullo antè ſcripto comprehenſa erant, l. j. ff. de cura. furi. vt Ius patriæ poteſtatis, patre. ff. de ijs, qui ſunt ſui. Donationis coniugalis prohibitæ, l. j. ff. de dona. int. vir. Subſtitutionis pupillaris, l. 2. in prin. ff. de vulg. Interdictionis ciuilium officiorum in mulieribus: l. cū prætor. §. pen. ff. de iud. l. 1. ff. ad Velleia. Et bonorum in prodigis. l. j. ff. de cur. furioſ. Et ijs ſexcenta ſimilia, quę tamen non in morum appellatione apud Romanos ſteterunt, ſed à Decemuiris, in 12 tabulas translata ſunt, d. l. ff. de cur. furioſ. vt inde, non obſcurum ſit cognoſcere, mores legibus antiquiores, cùm moribus homines, priuſquam legibus, vſi fuerint. Ideoque Pomponius noſter, populum Romanum, initio ciuitatis, ſine certa lege, ſine certo Iure, hoc eſt moribus, primùm agere inſtituiſſe ſcribit. l. 2. in princ. ff. de orig. iur. Veteres autem voluerunt, diuturnos, & inueteratos mores, pro lege ſeruari, Cicc. 2. de inuentio. nec iniuria, cùm enim (inquit Iulianus) non alia ex cauſa leges nos teneant, quàm quòd iudicio populi ſunt receptæ: pariter ea, quæ ſine vllo ſcripto, populus comprobauit, omnes tenere debent. l. de quibus. ff. de legibus. Quippe nihil intereſt, an ſuffragio expreſſo, voluntatem ſuam populus declaret, an tacito, rebus ſcilicet, & factis. l. ſi tamen. § ei qui. ff. de ædil. ædict. d. l. de quibus. Quin ſanctius videtur, quod moribus receptum eſt, quàm quod lege præſcribitur: ſiquidem quod mores hominum inuexerunt, tacito ciuium conſenſu, ac longo vſu probatum ſit, magnoque omnium fauore exceptum, & quaſi, vltrò euocatum, leges verò, plerunque recuſantibus, & inuitis, à potentiore ferūtur: vel potius obtruduntur. Et hoc eſt quod lex ciuilis, Pontificiaq; paſſim, *conſuetudinem* vocant, quam non malè definiemus, *Ius eſſe non ſcriptum, diuturnis vtentium moribus conſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex.* c. conſuetudo. j. diſtin. d. l. de quibus. d. §. ex non ſcrip. Quæ verba, ab alijs craſſa (q̄ aiunt) Minerua explicata, Bar. d. l. de quibus. j. q. cum primùm oſtendūt conſuetudinem, in ſcriptis nequaquam redigi. d. c. conſuetudo. §. fin. Nam ſi ſcripto comprehendantur, vt certa ſit, & perpetua ab ijs qui ferendæ legis poteſtatem habent, legis nomen, vim. & naturam aſſumet, & amittet ſuam. Nec obſtat, quòd conſuetudines aliquæ ſcriptæ legantur. c. 2. de præben. in 6. Vt Feudales, In vſibus feudorum. & illæ, quarum ſuprà meminimus, d. l. patr. ff. de ijs qui ſunt ſui. d. l. j. ff. de cur. furioſ. d. l. 2. ff. de vulg. cum ſimilibus. nam hoc, ex pòſt facto contigit, ab initio enim, ex tacito populi conſenſu manarunt. d. l. de quibus. Poſtmodùm autem, in ſcriptis rediguntur plerunque, ne pereat eorum memoria. l. iubemus. §. ſed ne aliqua. C. de teſta. Et vt certiores, cognitioresq;,

deinceps

Source : BIU Cujas

deinceps omnibus ſint, non etiam eo animo vt leges exiſtant: cum nec illis Feudorum libris, vlla ſit præpoſita imperatoris ſanctio, (vt in Pandectarum & Iuſtiniani Codicib.) qua legis auctoritas, ipſis adiuncta dici poſſit. Ergo, non ideo, quòd conſuetudines in ſcriptis redactæ ſint cõſuetudinis nomen amittunt. l. imò. ff. de legib. Cùm ſcriptura nihil inducat, ſed probationis duntaxat operetur effectum, l. contrahitur. ff. de pigno. l. cum res. C. de probatio. niſi fortè ſcriptura, moribus aliquid adderet, vel detraheret, l. j. ff de vulga. aut conſtaret, ſcribentes condere legem voluiſſe. c. 2. de præbend. in 6. (quod ex verbo *ſtatuimus*, noui Iuris promulgatorio, colligitur Gl. c. vt litigantes. de offic. ordin. in 6. & in cle. fi. de reſcript.) vel in alio loco, quàm vbi conſuetudo primum eſt introducta, deſcriberetur. cap. fina. in princip. de cland. deſponſati.

Quæ ſit longa conſuetudo, & quomodo inducatur. Cap. xix.

CVm verò quæritur, quomodo, quantove temporis interualo, hoc conſuetudinis ius, inualeſcat, & inducatur: per manus traditum eſt, conſuetudinem, vt ſuis conſtet partibus, diuturnam, longam, & inueteratam eſſe oportere, l. de quibus. l. diuturna. l. ſed ea. ff. de legib. cumque diuturnum, & longum tempus, decennio concludatur, l. ſi cum fideicommiſſ. §. Ariſt. ff. qui & à qui. §. j. de vſucapio. decem annos à primo actu, qui veriſimiliter in notitiam populi venit, ſumentes initium, ad conſuetudinem præter, vel etiam contra legem inducẽdam, ſufficere. Dd. paſſim crediderunt, Accurſ. & alij d. l. de quib. Glo. c. fina. de conſu. in 6. argumento præſcriptionis vſi, quæ decem annis inter præſentes, perficitur: l. fi. C. de præſc. long. temp. populus autem, cuius tacita conuentione, mores conſtituuntur, nunquam abeſt, ſed perpetuò præſens eſt, l. proponebatur. ff. de iudic. niſi tamen, detraheret Iuri eccleſiæ conſuetudo, quo caſu quadraginta anni, deſiderantur. c. de quarta. de præſ. Innoc. c. cum dilectus. de conſue. aut contra reſeruata peculiariter principi, (quæ aliũde petenda ſunt. c. vnico. quæ ſint. rega. Glo. c. quod translationem. de offic. lega.) aliquid induceret, tunc enim vetuſtiſſima eſſe debet, hominum excedens memoriam, c. ſuper quibuſdam. de verbo ſigni. neque verò me fugit, pontificios hac in parte, conſuetudinem præter legem, ab ea, quæ contra legem inducitur, diſtinguere, in hac quadraginta annos requiri, in illa decem ſufficere exiſtimantes, Glo. c. fin. de conſuet. in 6. ſed vix eſt, vt hæc ſententia, Iure fundetur, quandoquidem pontificia lex, nuſquam ad conſuetudinem quadraginta annos expoſtulet. Nam Alexandri III. conſtitutio, d. c. de quarta. de præſcriptione, & eccleſiarum fauore loquitur, & tametſi paſſim conſuetudinem, legitimè præſcriptam Canones requirant, c. fi. de conſue. c. Cumana de elect. c. cum eccleſi. de cauſ. poſſ. hoc tamen ad quadragenarium tempus, referendum non eſt, ſed ad decennium, vt Pontificia lex, cum ciuili concordet. c. j. de no. oper. nunt. Itaque verius eſt, decennẽ ſpacium, ad conſuetudinem inducendam non ſatis auctoritatis habere, ſed vel vetuſtius deſiderari, nempe quod memoriam noſtram egreditur, velut cẽtũ plus minus annorũ, qui finis vitæ longęui hominis eſt. l. an vſufruct. ff de ann. lega. vel id totũ iudicantis arbitrio cõmittere, qui pro rei qualitate, circunſpectè poterit æſtimare, num ſatis habeat exẽplorum & temporis, qui in rebus leuibus, nec magni momenti, ſtatuere poterit, conſuetudinem decennio ab omnibus vſurpatã, virium ſatis habere, in grauioribus verò negotijs, conſuetudinem non ſufficere, quæ memoria noſtra, ſit non antiquior. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verbor. ſingifi. Nec nos mouerit, quòd diuturnitas temporis, decennio claudenda ſit: l. ſi cum fideicommiſſa. §. Ariſt. ff. qui & à qui. nam reſpondeo, id certò definiri nõ poſſe, ſed pro rei, cui dictio *diuturnum* iungitur qualitate, modò longius, modò breuius tempus, ſignificari. Quod & in propoſito, Iuriſconſultus indicat, qui inueteratam eſſe cõſuetudinem requirit, l. de quibus. ff. de legibus. & Inueteràtum dici nequeat, quod ab hinc decem annis factum eſt: ſed id duntaxat, quod eſt à memoria noſtra remotum, ſaltem per xl. annos. l. fin. C. de fund. repri. lib. xi. Sed & quo caſu recipimus, decem annis iure canonum, diuturnos mores conſtitui, Bar. d. c. fina. de conſue. maximè obtinet, ſi contradicto aliquando iudicio, confirmati fuerint. l. cum. de conſue. ff. de legib. quàmuis hoc ipſum prorſus neceſſarium non ſit, obtentam videlicet in cõtradictorio iudicio conſuetudinem, c. abbate. vbi Panor. de verbo. ſignifi. d. l. cùm, de conſuetudi. dum perpetuò ſic fuerit obſeruatum: l. nam imperator. ff. de legib. nam ſi aliquando, non completo decenni tempore, & ita priuſquam firmata ſit decennij conſuetudo, populus aliter vſus ſit, conſuetudinis præſcriptionem vnicus etiam actus interpellabit, Accurſ. & alij. l. nemo. §. fin. ff. de regu. iur. licet conſummata ſemel, & perfecta conſuetudo, nõ ideo innouetur, quòd ſemel, atque iterum ſecùs ſit obſeruatum. d. l. nemo. §. fina. vbi Dd. Cæterùm, cùm mores, & conſuetudinem, Iuriſprudentes nominauerint: actuumque frequentiam requirant, l. 4. C. de ædif. priua. l. j. C. quæ ſit lon. conſue. receptum eſt, ex vnica actione, conſuetudinem, ſeu morem, non induci. l. 3. in fin. C. de epiſc. aud. (neque enim vna hyrundo, vt eſt in diuerbio, ver facit.) Sed duo, triave ad eum modum obſeruata eſſe negotia, hoc eſt tres, aut duos ſaltem actus exigi, cum tranſcurſu decẽnij, Accurſ. §. ex non ſcripto. de iur. nat. & in d. l. de quibus. notorios tamen, & qui in populi notitiam, veriſimiliter perueniant. Vt pontes conſtruere, per viam publicam, aut aliud non nihil, in loco publico facere. l. j. l. 2. §. tractatum. ff. ne quid in lo. public. alioqui cum deſideret lex, vti diximus, actuum frequentiam: tot actus eſſent neceſſarij, quot in notitiam populi hanc conſuetudinem deducere poſſunt. Bar. l. de quibus. j. q. cuius rei indicium, lege non expreſſum, iudicis arbitrio relinquimus. l. j. in fin. ff. de iur. delibe. Neq; enim probare poſſum, quod cæteri citra controuerſiam recipiunt, vt quod ſemel atque iterum, palàm factum eſt, populo totum decennium tacente, tantæ debeat eſſe auctoritatis, vt vim conſuetudinis habeat, quandoquidem valde iniquum eſſet, duorum, aut trium ciuium factum, morẽ cæteris afferre, vt quod illi fecerint, reliqui ciues facere teneantur, & frequenter aliquid fieri, vt conſuetudo inducatur, in eodem controuerſiarum genere, lex deſiderat: l. j. C. quæ ſit long. conſ. l. 3. C. de ædif. priua. frequenter autẽ fieri dicuntur, quòd ſæpe, non quòd bis, aut ter. l. item apud Labeonem. §. appellare. ff. de iniur. Malo itaque hoc ipſum, arbitrio iudicis æſtimandum relinquere, qui pro rei qualitate, animaduertet, quot actus, & quot exempla neceſſaria ſint, vt ex eo quod frequenter factum eſt, conſuetudo confirmata dici poſſit, quæ ſanè nihil aliud eſt, inquit M. Cicero, quàm quod in ciuitate ſolitum eſt fieri: Sed an eos actus, iudiciarios eſſe oporteat, quæſtionis eſt? Receptius tamẽ, & verius, aduerſus Accurſium, quod cùm vim, poteſtatem, & robur, conſuetudo, & tacito populi conſenſu capiat: l. de quib. l. ſed ea. ff. de legib. & ex actu extra iudicium. ſatis, abundeque populi voluntas declaretur: per actus quoque extra iudiciales, inducatur conſuetudo: Dd. §. ex non ſcripto. de iure nat. & in d. l. de quibus. nam & in ijs, quæ ſolo conſenſu inducuntur, nihil operatur iudicis præſentia. l. ſiue apud acta. C. de tranſa. Huc pertinet, quòd contractus, numorum æſtimationem, & ſignificationem verborum, ex communi hominum vſu, contrahendi, l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ſi prius. § j. ff. de aqua pluu. expendendi, l. numis. ff. de lega. 3. loquendique, l. cũ delanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtruct. l. vt Alphenus. l. anniculus. ff. de verbo. ſigni. conſuetudine, iudicamus. Amplius putauerim, ex actibus extraiudiciarijs, licèt inutilibus, conſuetudinẽ induci: cùm ex populi conſenſu deſcendat, d. l. de quibus. & conſenſum, quiuis actus, etiam nullus inferat. l. final. ff. de reb. eo. Ex his manifeſtè patere arbitror, quid ſit conſuetudo, & per quos actus inducatur, vnde etiam, quid à municipiorum legibus differat & inuentu, & iudicatu, difficile non eſt.

Quomodo probetur conſuetudo. Cap. xx.

POrrò vt effectum habeat conſuetudo, probari debet, l. j. C. q̃ ſit long. conſ. l. 3. C. de æd. pri. cùm per actus inducta, l. de quibus. verſi. nam quod. ff. de legi. facti iudicetur, c. j. de conſtitutio. in 6. Et facta, quæ plerunque etiam prudentiſſimos fallunt, l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. non præſumantur niſi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. nec obſtat, quod conſuetudo, ius ſit, d. l. 2. ff. de iur. & fact. & ius probari non oporteat. c. conſuetud. j. diſtinct. Nam id in iure ſcripto obtinet, quod cum in publica, & notoria monumẽta redactum ſit, finitum eſt, & certum, l ab ea. ff. de prob. d. l. 2. nec eget probatione. c. manifeſta. 2. q. j. Nos de iure non ſcripto agimus, quod prorſus incertum eſt. Velut ex facto, omnino dependẽs, l. 2. §. exactis. j. ff. de origine iuri. Accurſi. l. j. C. quæ ſit long. conſue. ideoque probandum. d. l. in bello §. factæ. Poteſt autem probari conſuetudo, vel ſcriptura, vel teſtibus. Scriptura, ſi ſuperioris auctoritate, in ſcriptis conſuetudo redacta ſit. l. 3. C. de legi. vt vſus Feudorum, & apud nos, Toloſanæ conſuetudines, vel in actis publicis, per iudicem, qui talem, inter litigatores, conſuetudinem eſſe pronuntiauit. Bar. d. l. de quibus 4. q. Facietque Ius inter omnes, hæc ſententia, cùm ſuper ijs, quæ publici iuris ſunt, lata ſit, l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. licèt in ijs, quę priuatorum ius reſpiciunt, res inter alios actæ, aut iudicatę, alijs non noceant: l. j. & tot ti. C. res inter alios. Addunt interpretes, alium modum ſcripto probandi conſuetudinem· Bart. d. l. de quibus. ſi doctor celebris, in ſuis cõmentarijs atteſtetur, vt cùm refert Accurſius, vſu ſeruari vxorem', quæ à marito relicta eſt domina, & fructuaria bonorum, inſtitutis filijs, alimenta tantùm conſequi. Acc. Aut. hoc locum. C. ſi ſecun. nup. mul. Et alibi, Miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto, lucrari fructus, Acc. §. ſi verò de exhiben. re. coll. 5. dotemque à patre profectam. mortua filia ſuperſtitibus liberis, ad patrem non redire. Accurſi. l. dos à patre. C. ſol. mat. Si enim inquiunt, „Argentariorum, l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. Philoſophorum, l. ſi pater. ff. de ſolutio. Medicorum, l. ſeptimo. ff. de ſtat. ho. Poetarum, l. j. ff. de contrahen. empt. aliorumque peritorum, l. j. ff. de vent. inſp. l. ſemel. c. de re milit. lib. 12. libris, & iudicijs, in arte, ſua ſtatur: cur nõ Iuriſperito quoq; celebri, de conſuetudine aſſerenti, credemus? qui multo maiore ſolennitate, & pleniore tum perſonæ, tum eruditionis inquiſitione, in doctorum ordinem coaptatur. Bart. d. l. de quibus. Sed pleriſque nec immeritò, diſplicuit hæc ſententia, cùm de Iure non de facto Iuriſconſultum reſpondere oporteat. l eum quem, §. fi. de iudi. Et ſæpe videamus, quæ certis locis, & temporibus, vſu populi ſunt recepta, in alijs abolita eſſe. c. nõ debet. de conſan & af.

inſtabilis

Source : BIU Cujas

inſtabilis namque eſt,& incerta conſuetudo, quam vſu contrario mutari plerunque contingit. Et nonnunquam quod Lutetiæ abolitum eſt, Toloſæ manet. Probatur quoque teſtibus conſuetudo, quæ ſi ordinem tantũ iudicij reſpiciat, modici præiudicij exiſtimatur,Bar.d.l.de quibus.4.q. vnde etiam ſine ſcriptis, & ſummatim,Auth.niſi breues. C.de ſentẽ. ex breui. recitat. aduocatis & procuratoribus Curiæ turmatim conuocatis,ſatis eſt per iudicem explorari.l 3.§.fi.ff de teſtib. Si verò ad litis deciſionem ſpectet, facta diligẽti inquiſitione, & cauſa plenè cognita, de conſuetudine conſtare debet.l.Iudices.C.de iud.Verſatur autem hæc exacta rei diſquiſitio potiſſimum, in teſtium numero: neque enim duos, aut tres teſtes, ſufficere crediderim, ſed cùm opinione omnium, negotia huiuſmodi confirmari debeant, l.ſi arbiter.in fin.ff de proba.maior ſaltem populi pars,exigi videtur.l.quod maior.ff.ad munic.Verùm, ne hoc prætextu, probationis anguſtetur facultas, l.quoniam.in fin. C. de hæret.recipit vſus, vt ſatis ſit conſuetudinem, decem teſtibus probari, eamq; probationem, per turbam fieri noſtrates non ineptè dicunt, ſiue q decem homines, turbam conſtituant, l.prætor. §. turba.ff. vi bo.rap. ſiue quòd non (vt reliquis caſibus c. venerabil.c.fi. de teſtib. Glo.c. quia propterea, de electio.) ſecretò teſtes hac in re audiantur:ſed palàm,in turba illa & multitudine,examinentur. Debent autem hi teſtes,de vſu populi,d.l.de quibus.actuum frequentia,l.3.C.de ædif.priu.l.j.C.quæ ſit long.conſue.& temporis diuturnitate,l.diuturna.l.ſed ea, cum ſimilib. ff. de legib. ſecundum ea,quæ ſuperiùs dicta ſunt, ferre teſtimonium,iis autem latis,abundeq́ue, (quantùm quidem per inſtitutam breuitatem licet) nobis ea pars tractata videtur, qua Iuris ſcripti, & non ſcripti partes,ac ſpecies,complecti,explicareq́;,in animo erat. Nũc reliquum eſt,vt vtriuſque Iuris vim,poteſtatem, & effectum,diſquiramus.

IOANNIS CORASII,

TOLOSATIS IVRISCONSVLTI,

Regijque Senatoris Toloſæ, de Iuris Arte,

Pars Tertia.

De legis ſcriptæ vi, poteſtate, & effectu. Cap. 1.



VONIAM de Iure ſcripto, & non ſcripto,iam ſatis multa dixiſſe videmur, nonnulla de vi, & poteſtate legis adijciamus. Conſtat autem,leges ad diſciplinam & honeſtæ vitæ inſtitutionem,ac reipublicę incolumitatem inuentas quibus vtilitas hominum,conſeruatur, & retinetur. Cice. 2. officio.Itaque prima legis virtus eſt,vt homines ad fauſtam, felicemque vitæ conditionem, conducat: Nam per legem, cognitio peccati, & concupiſcentiam neſciebam,ait Paulus,niſi lex dixiſſet,non concupiſces. Rom.7.Et Solomon,Mandatum ait lucerna eſt,& lex,lux & via uitæ,increpatio diſciplinæ. Prouer.6.Deinde quandam vitæ ſecuritatem,lex confert,& mentis cupiditates frænat:dum recta imperat,& iniuſta, indecoraque prohibet, Cic.1.Philip.1.de legib.& 2.de nat. Deo.l.2.ff.de leg. virtutibus præmia,& vitijs,pœnas proponens. Cic.1.de orator. Omnis enim lex (inquit M. Cicero,) aut iubet aliquid, aut permittit,aut vetat: Cic. 1.de inuentio. Et Modeſtinus legis virtus,inquit,eſt imperare,vetare, permittere, & punire.l.legis.ff de legib. Imperat lex,quæ fieri vult,veluti vt Deum, & proximum diligamus,c.fin 3.diſt vt honeſtè viuamus, alterũ non lædamus,& cuique ius ſuum tribuamus,l.iuſt.§.j. ff.de iuſti. & iur.§.iuris.de iur.nat.cui præcepto quicunque parere debent, non priuati modò, verùm etiam magiſtratus,& principes. c. iuſtum.9.diſtin.Acc.l.pen.ff.de hære. inſti. Cum ob alia multa, inquit Martianus,tum vel maximè,quòd omnis lex inuentum ſit, ac munus Deorum.l.2.ff.de legib. Nam quod Paulus Apoſtolus ait legem iuſto non eſſe poſitam, 1.ad Timoth.1. hunc ſenſum habet,vt ſicuti Medicus, non bene valenti, ſed ægrotanti, ad medelam paratus eſt: & magiſtratus,non benè, ſed malè agẽtibus,conſtituti: Rom.13.1.Pet.2. Ita lex, quæ pedagogus eſt ad Chriſtum, Galat.3 non eſt poſita iuſto, hoc eſt ei, qui nulla legis formidine, virtutem aſſecutus eſt, quique à vitijs, ſuapte natura abhorrens,per ſe recta faceret,tametſi lex non eſſet: ſicuti enim pueris pedagogus aſſignatur,vt laſciuiens refrænetur ætas impleatque legitimæ ætatis tempore, ab illis diſcedit, ita lex populo laſciuienti, inſtar pædagogi appoſita eſt,vt poſtquàm bene agere cœperit, ab eo diſcedat pædagogus, neque enim equo bene currenti calcaribus opus eſt, & fræna equo laſciuienti, & effrænato,non ductu facili, imponuntur. Obſeruat legem iuſtus,Ezechie.18. licèt ei non ſit lex inſtituta.1.ad Timoth.1. Virtus quoque legis eſt,vetare,quæ fieri non vult,hoc eſt,non facienda.l.2. in fin.l.legis ff.de leeib.Sicuti,cùm prohibet alterum lædere, d l. iuſtitia.d.§.iur.Martyrum reliquias atque adeò res omnes eccleſiæ,l.3 l.iubemus nulli. C.de ſac.ſanct.eccleſ.nec non minorum prædia,ſine decreto.l.j.ff.de re.eod. l.j.& tot.tit.C.de præd.mino. alienare & presbyteris, aut Veſtalibus, nuptias contrahere.c.fin. 3.diſtinct. Veruntamen, non niſi quibuſdam caſibus, certa pœna indicitur,iis, qui legis præceptis non obtemperant: l.ſancti.ff. de pœn. ideoque extra ordinem, arbitrio iudicis puniendi veniunt.l.j.§.expilatores.ff.de effract. Accur.d.l.3. Aliquando lex, etiam contra ſtrictas Iuris regulas, nonnihil permittit l.legis.ff. de legib. Veluti militibus, poſt ſententiam, peremptorias exceptiones opponere, quas iuris errore lapſi antè non obiecerunt. l.j.C.de iur.& fac.& cuicunque vim illatam,vi propulſare,l.ſciẽtiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg.Aquil. generaliterque minus malum facere,vt maius arceatur. c.conſidera.22.q.j.Gloſſ. c.hi qui. 26.q.2. quod non in concubinatu modo,ſed etiam in lupanaribus videre eſt,quæ raptas,& adulterij vitandi gratia,lex diſſimulat.l.3.ff.de concub.Gl.c.inter opera. de ſponſal. Punit denique lex maleficia, quòd Reipublicæ expedit. l.ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.non ergo iudex,qui veluti miniſter legis eſt, propriè punire dicitur,ſed lex ipſa.c.de occidendis.c.miles.23.q.5.vel potius delictum: iuxta illud, *Delictum tuum te punit non ego.* Accur.l. cum probat.ff.de probat.Addunt Accurſius,& cæteri,aliam legis vim,quam Conſultiuam vocant, cum ſcilicet lex, aliquid faciendum conſulit. Accurſi.& Dd.d.l.legis. Veluti,ne nos inanibus ſumptibus diuexemus.l.j.ff de inoffi. teſt. Vt poſſeſſionem, non noſtra, ſed magiſtratus auctoritate apprehendamus, & nãciſcamur.l.3.C.de pig. eiuſdemque poſſeſſionis cauſam,ante petitorium intendamus.l.is,qui.ff.de rei vend. Verùm hæc nõ mihi videtur, propria legis virtus, cùm prudentis, & priuati cuiuſque hominis ſit, nedum legis, alteri conſilium dare. Vnde melius, quadruplici legis poteſtati à Modeſtino enarratæ, d. l. leg. adiecerim ipſe Fictionem, quæ nõ ab homine, ſed à ſola lege induci poteſt. l.ſi forte.ff.de caſt.pecul.Accurſ.§.ſed hæc ſolennia. de verbo. obliga. Cuius tractatus tam latè patet, vt omnes penè Iuris partes,in eum,& præſumptionis locum illi finitimũ,oporteat frequenter recipere: de quo ideo, ſcribere neceſſaria hoc loco operepretium duxi.

De Fictione, & præſumptione. Cap. 11.

SVnt qui exiſtiment,nullam fictionem, in iure reperiri, quorum ego ſententiam, veluti apertiſſimis textibus. l. ſi is qui. ff.de vſucapio.l.filius.ff.de coll.dot.l.ſi fortè.ff.de caſt.pecul.l.j.C. de cap.§.ſi ab hoſtib.qui.mod. ius pat.pot. repugnantem plurib. confutare ſuperuacaneum putaui. Sed nec eos audiendos cenſeo,qui duas tantum contendunt in iure ciuili fictiones,Corneliæ nempe legis, & Poſtliminij. Eſt autem fictio, falſi pro vero, æquitate ſuadente facta aſſumptio.l. ſi ita ſtipulatio. ff. de oper. liberto. Veluti, cùm poſtliminium fingit, captum ab hoſtibus, ſemper in ciuitate manſiſſe.l.retrò.ff. de capt.d.§. ſi ab hoſtibus. & Cornelia lex, eum, qui apud hoſtes defunctus eſt, mortuum tunc cùm caperetur.l.in omnibus ff.de ca. non etiam præambula hora captiuitatis, & communi ſcriptorum errore vſurpatum video: Accurſi.§.fin.Qui.non eſt permiſſ.Dd.d.l.ſi is qui.cùm dicat Vlpianus, eum qui non eſt ab hoſtibus reuerſus, quaſi tunc deceſſiſſe videri,cùm captus eſt. d.l.in omnib. Ergo eodem momento quo capitur.l.4.§.fin.ff.de con.& demonſt. idque euidenter Imperatoris verba ſignificant.l. j. in fin. C. de capt. Addunt diffinitioni vulgò interpretes hæc verba, *De eo quod eſt poſſibile*: nimirum exiſtimantes, legem naturæ imitatricem,§.minorem. de adoptio. non fingere, quæ vel per rerum naturam, l.qui ad certum.ff.loca.l.certè. ff.de precar. vel Romano Iure, Accurſi. l. talis.§.fina.ff.de leg.j. impoſſibilia ſunt:ne alioqui,nimis abſurdè dicamus,fictionem plus veritate operari.l.filio.ff. de lib.& poſthum. cùm conſtet, verè legem non niſi ſuper eo,quod eſt poſſibile, diſponere. c.erit.4.diſtinct.ac proinde receptum,aduerſus fictionem facilè nihil à lege confingi.l.3.§.ex contrario.vbi Dd. ff.de acquiren.poſſ. Quæ tamen ſi paulò ſubtilius,ad veritatem, exactumque iudicium, reuocare velis,recentiorum etiam iudicio,falſa deprehenduntur. Cùm paſſim compertum ſit,impoſſibilia, tam de iure, quàm de facto, per leges fingi, ſi tamen æquitas ſubſit, Alciat.l 3.Paradoxo.cap.6.veluti publicæ vtilitatis gratia (ne, ſcilicet impunita maleficia relinquantur) quem à duobus, ex diuerſa cauſa, & diuerſis temporibus occiſum, l.ita vulneratus.§.æſtimatio.ff.ad leg. Aqui.& & fœtum in vtero exiſtentem, ante illud etiam tempus, quo anima corpori infunditur, quod eſt 40. dierum in matibus, & 80. in fœminis, Gloſ. cap. j. quinta diſtinctio.) quoties de commodis ipſius partus, quæritur, pro nato, & viuo haberi.l. qui in vte.ff. de ſtatu hominum. Præterea furioſum, conſentire, l. patre.ff.de ijs qui ſunt ſui. cuius alioqui, nulla eſt voluntas. l. in negotijs. ff. de regu. iur. Denique infanti,queſitam hęreditatem. L.ſi infanti. C. de iu. de libe.cùm tamen conſtet,infantem qui non habet animum, iure ciuili,hęreditatem acquirere non poſſe. L.pupillus.ff. de acq. hæredi. Nec obſtant Vlpiani reſponſa,quæ non de fictione,ſed præſumptione verba faciunt. L.pupillus.ff.de acq. hæredi. Inter quæ hoc intereſt,quòd ſuper dubio,& incerto, fundetur præſumptio. Fictio uerò ſuper eo, quod planè conſtat falſum eſſe. Accur.l.ſi.

ff.quod

Source : BIU Cujas

ſi.quod met.cau.eoq; fit,vt aduerſus legis fictionem, nũquam re cipiatur probatio. Accu.l.ſi duo.ff.de acq.hęredi.ex quo, ſcilicet, fictio,contra ueritatem,ex propoſito,& conſulto, à lege inducitur.c.3.de regular. cùm tamen contra iuris præſumptionem,pro batio paſſim admittatur. l.ſine poſſidetis.C. de prob. Ergo conſiderandum non eſt,an fieri potuerit,q̃ lex fingit,ſed an iuſta cauſa ſubſiſtat nempe æquitas naturalis,uera,& germana introducẽdæ fictionis ratio.l.poſtliminiũ.ff.de capt.qua uigente,falſum pro uero, iuris auctores paſſim accipiunt:ea uerò ceſſante, conquieſcunt.Bar.l.ſi is qui pro.ff. de uſucapio. Vt ecce: qui in utero eſt, vbi partus fauor uerſatur, natus creditur, l. vel ſi viuo. ff. de ſuis & leg.l.qui in utero.1.& 2.ff.de ſta.homin. nõ item, ubi de fœtus incommodo, aut de alterius commodis, tractaretur. l. excuſantur.§.remittit.ff.de exc. tut. Quę uerò nouiſſimi huic fictionis rationi,opponunt,Iaſ.& Crot.d.l.ſi is q̃, adeò puerilia ſunt & leuia, vt illa me proſequi pudeat,quę pręterea,vel minimo negotio retundet,qui noſtrum iuris,& æquitatis tractatum, Supra part.1.c. 13.& 15.probè nouerit.Neque uerò putandum, cuiuſuis eſſe hac æquitate, & iuſta cauſa perpenſa,fingere, ſeu aliquid conſtituere, contra ueritatem,cùm non ſit in poteſtate priuatorum, figmentis veritatem obumbrare,& ſubuertere. l. aſſumptio. ff. ad municip. Sed ſolius legis,a qua non item ab homine, fictio inducitur, l.ſi forte.ff.de ca.pecul. neq; enim introducitur otioſè, & in uanũ fictio,ſed ad aliquem iuris effectum, l. 1.§.ſi uir.ff.de acquirẽ.poſſ. iuris autem effectus,in legis ſolius ſunt poteſtate, l. ſi quis in fundi.ff.de leg.1. Inde traditum,non poſſe patrem, ad vnum duntaxat actum, ueluti teſtandi,filium emancipare. d.l.1. §. in filij. ff.ad Treb.qđ.n. qs partim paterfamilias,partim filiusf habebaẽ,nõ niſi per fictionem,induci poteſt l.2.ff.ad Macedon. quæ(vti diximus,) à ſola legis auctoritate pendet, d.l.ſi forte. & quoniã ſicuti ad tẽpus:neque libertas dari, l. ideoq;.ff.de man. teſta. neque adoptio fieri poteſt : l.ſi tibi.ff.de adop.ita nec ad certum actum, emancipatio.ducto de tempore, ad rem argumento,l.miles ita. ff.de teſta.milit.niſi quatenus lex,aut princeps(qui eſt lex animata in terris.) l.fi.C.de conſ.lib.12.id permittit.l.ſi ab eo.vbi Ang. C. de leg. hęred.Sed nos commodioris doctrinę cauſa, uarias fictionũ ſpecies diſtinguamus.

Fictionis varij modi,variæq; ſpecies. Caput. III.

OMnes fictiones, Azo ſub decem prædicamentis recludit, Azo in prooemio ſummæ.§ interpretanẽ ſimiliter.breuiùs cęteri triplicem fictionem conſtituunt:inductiuam, Priuatiuam: & Translatiuam:quos ego ſi ſequar, fatebor ingenuè, me illorũ magis auctoritate niti quàm uerbis Iuriſconſultorũ, quos ad hãc patitionem,nuſquam attendiſſe ſcio,per priorem, fingitur id eſſe,quod non eſt,ut Mortuum pro ſalute Reipublicæ,uiuere: §.filij. de excuſ.tut. odio moroſi,rem peremptam extare,l.ſi ſeruum §.fi.ff.de uerb.oblig.in utero exiſtentem, quoties de partus eommodis diſceptatur,natũ eſſe,l.qui in utero.1.& 2. ff. de ſtat. homi. & ijs ſimilia.Ideoq; Inductiua appellata, cui contraria eſt, quàm priuatiuam uocant:ſic dicta,quòd priuet,rẽ uidelicet, quę eſt fingens non eſſe,ut cum Deportatos l.1.§.fi.ff.de contratab.& Monachos,l.fi. C.de epiſc. & cler.c.placuit.16.q.1. naturalem licet uitam agentes,lex interpretatur,mortuos eſſe.Eoſque, qui iam cõcepti ſunt & nati,necdũ natos,nec conceptos.l.Titius. §. Lucius. ff.de lib.& poſthum.Nec obſtat,q̃ facta,pro infectis,nulla conſtitutione haberi poſſint:l.in bello.§.factæ.ff.de capt. nam hoc ſecũdum ueritatem obtinet, per fictionem enim ubi ſubeſt æquitas, lex plerunq; factum habet pro non facto Accurſ. l. uerum eſt.ff. de reg.iur.Tranſlatiua uerò fictio,nec nouè quicquã inducit, nec inductum deſtruit, ſed rem ipſam commutat, hoc eſt de vno in aliud transfert : idq; quadrupliciter:uel de tempore, ad tẽpus, vt cùm fingit lex,defunctum apud hoſtes,retrò mortuum, l. in omnibus.ff.de capti.ab hoſtibus reuerſum, ſemper in ciuitate fuiſſe, §.ſi ab hoſtib.quib.mod.ius pat.pot.ſol.pecuniam retrò ſolutam: l.ſub conditione.ff.de ſolutio.retrò occiſum, qui hodie moritur, l.huic ſcripturę.§.pen. & l.ait lex ff. ad l. Aquil. & retrò damnum datum,quod hodie verè infertur:l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infe.uel de perſona ad perſonam, ut eum facere, qui per alium facit,l.1.§.deieciſſe.ff.de ui.& ui arm.vel *de re ad rem*, veluti q̃ clauibus traditis,eorum quoque poſſeſſio,quæ ſub clauibus, ſunt, tradita intelligatur.l.clauib.vt ff.de cõ. emp.Donatiſq;, & traditis inſtrumentis,aut uendito,legatòve chirographo, donatum, l.1.C. de don.remiſſum.l.2.ff.de pac.uenditum, & legatum, l.ſeruum filij.§ eum qui.ff.de leg.1. nomen cenſeatur. Vel deniq;, *de loco ad locum*, ſicuti quod abſens ſtudiorum gratia, pręſens eſſe intelligatur,l.quæſitum. in princip. ff. de leg.3.aut è contra, eum qui pręſens eſt,quia mente,aut iudicio caret, abſentem eſſe. Sunt autem faciliores,tres poſteriores modi,neque tam ſępe occurrunt: Ille igitur nobis pręcipuus erit & potiſſimus, qui fingit de tempore, ad tempus,tantò diligentius tractandus, quantò cęteris uberior eſt,& difficilior.

De commentitijs fictionum extremis. Caput. IIII.

IN quo tamen articulo: atque adeo circa omnem, fictionis tranſlatiuæ (ut uocant) ſpeciem,nõ ignorandum Dd. in primis magnas tenebras offudiſſe,cùm in ea putant,duorum extremorum,*Ad quod*, uidelicet,& *A quo* idoneitatem deſiderari.DD. l.ſi is qui ff.de uſucapio.Veluti in trãslatiua temporis, de qua potiſſimum, dicere paramus,duo illa tempora habilia eſſe debent, tempus,ſcilicet,ad quod refertur fictio,& tempus à quo fictio incipit.Veluti in poſtliminio,quod reuerſum ab hoſtibus, ſemper fuiſſe liberum fingit, l.poſtliminium.l.retro.ff.de cap.§ ſi ab hoſtibus.quib.mod.ius pat.quia tempore quo captus eſt liber erat, & à quo tempore redijt,liber reperitur, atque ita extremum utrunque diſpoſitum,ad fictionem intermedij temporis,recipiendam. vbi uerò marceſceret,ex extremis alterum,ceſſaret fictio.l.bonorum.ff.rem.ra.hab. De extremo *Ad quod*, promptum eſt exemplum,in donatione coniugali,quæ licet principio inutilis, donatoris tamen morte poſteà confirmata,retrotrahitur, ad tempus donationis conſcriptę,l.donationes quas.C.de donat. int.uir. nõ quidem (uti vulgo creditum eſt) reſpectu dominii, propter defectum temporis *Ad quod* nempe conſtantis matrimonij (quo coniunx dominiũ rerũ coniugis,ex donatione habere non põt) l.1.123.ff.de don.int.uir.ſed reſpectu duntaxat fructuũ.Accurſ.l.1. §.ſi pater.ff.pro do & in d.l donationes.quas. De extremo *A quo* paſſim obuia ſunt exẽpla. Veluti poſtliminiũ, qđ tametſi rẽ ſuã, cuiq; reſtitui æquiſſimũ ſit.l. ſi & me.ff.de reb.cre.l. bonafides. ff. depoſ. & fictio tota innitatur æquitati,d.l. poſtliminium. in princip.reuerſo tamen ab hoſtibus,ſine noua apprehenſione, poſſeſſionem non reſtituit.l.cum hęredes.§.1.ff.de acq.poſſ.defectu extremi *A quo*, hoc eſt temporis reuerſionis, quo penes captiuum, non erat poſſeſſio.l.homo liber.§.fi.ff. de acq.re.do.d.§.1.Rurſus ratihabitio bonorum poſſeſſionis, quæ ſi eo tempore fiat, quo non poterat agnoſci,ipſa bonorum poſſeſſio. Veluti poſt centũ dies, l.1.in princi.l & §.largius.ff.de ſuc.edic.quia deficit extremũ *A quo*, non retrotrahitur. d.l bonorum.Poſſunt & aliunde, plura peti exempla, l.huic ſcripturę.in princip. ff.ad l.Aquil.l. neceſſario.§.quod ſi pendente.ff.de pericu. re.quę hic aggregare otioſum duxi,quod pręſertim ſciam,à iunioribus, extenſiſſimè enarrata alibi,& diſputata, Dd.d.l.ſi is qui.Addunt interpretes,ſufficere extremum *Ad quod*, in potentia habile eſſe licet extremum *A quo*, in eſſentia aptum eſſe oporteat. Veluti in lege Cornelia, quę fingit mortuum apud hoſtes,cùm caperetur mortem obiiſſe,l.lex Cornelia.ff.de vulg.l.in omnibus.ff.de capt. quoniam naturaliter ante captiuitatem,mori poterat,& uerè poſtea in captiuitate mortuus eſt,ſic & in ea fictione, qua lex conſtituit, adita quandocunque hęreditate, cenſeri hęredem à tempore mortis defuncti ſucceſſiſſe,l.hęres quandocunque.ff.de acq.hęred.l.omnia fere.ff.de reg.iur.quia,ſcilicet,poterat hęres,à defuncti morte exiſtere, & poſteà reipſa, adeundo, hęres factus eſt, atque ita perbellè ſuam deliniant chimęram interpretes, ex uariis rebus fabulosè confictam,vt non malè dixiſſe mihi ſemper uidear,hęc omnia mera eſſe deliramenta,& (ut ille dicebat) Alciat.li. Paradoxo.3.c.16.in parietibus pictas nebulas. Ne uerò quis ambigat, vndenam cum paucis,nos in hanc ſententiam uenerimus, ut lõgiſſima pręſcriptione quaſi iam tutas opiniones,tã facilè, de antiqua poſſeſſione deturbemus:aperiam ingenuè rem, & à Iuris ſtudioſo,cum primis obſeruari rogabo, de iis extremis *Ad quod & à quo*,nuſquam in iure uerbum,ſed ſolam æquitatem, leges cõſiderare,cui tantum ſubſeruientes, fictionem inducunt, l.denique.ff.ex quib.cau.mai.d.l poſtliminium. in princ. extrema licèt inhabilia ſint.l.ſi is qui uerſi.quod ſeruus. ubi Iaſon. de uſucapio. l.ſed & ſi quis.§.fin.ubi Bal.ff.de uſufruc.Extremum *Ad quod*, cũprimis non attendi,uel ex eo fit euidens, quòd in lege Cornelia, perpetuò deficiat:ſiquidem captiuus, qui apud hoſtes deceſſit, tum mortuus fingatur,cùm captus fuit, l.bona.in princi.l. in omnibus.ff.de captiuis.quo tamen tempore,conſtat eum uixiſſe.Sic & à Iulio Paulo reſponſum eſt,Si mortuo filio, Titius adoptetur, fingi eum defuncti fratrem fuiſſe,l.ſi filium.ff.de gradib.quo caſu tamen,extremum illud eſt omnino inhabile: quia mortuus erat filius.Deinde quia ſi ſeruus captiui,ex re peculiari,nonnihil emit, fingiẽ dominus reuerſus, retrò poſſediſſe,& vſucepiſſe.l.iuſto.§. fi.ff.de uſucapio.aut mortuo apud hoſtes domino,eius hęres,l.in bello.§.factę.ff.de capt.& tamen utroque caſu,extremũ *Ad quod*, prorſus eſt inhabile,cùm non poſſint captiui, uideri aliquid poſſidere,qui ab hoſtibus poſſideantur,l.homo liber.§ fin.ff.de acq. re.do.l.cum hęredes.§.1.ff.de acq.poſſ.nec etiam eorum hęredes, ex quo apud hoſtes,captiui adhuc naturaliter uiuebãt.l.nec nos C.de capti.Denique,quia alienus ſeruus inſtitutus, ſi poſtea manumiſſus adeat hęreditatem, (ut pro ſuo arbitrio poteſt) §.alienus quoque,de hęred.inſtitu.retrò fingitur,à morte defuncti hęres fuiſſe,l.hęres quandocunque.ff.de acq.hęred.l.omnia ferè.ff. de reg.iur.quod tamen fieri non potuiſſet, ex quo eo tempore, ſeruus erat,& ita extremum *Ad quod*, funditus inhabile. Quod item pertinet,ad extremum *A quo*, compluſculi Iuris loci demõſtrant,Iaſon.octo profert.d.l.ſi is qui. eius idoneitatem minimè neceſſariam,ſed tres potiſſimum,quorum prior docet, filio exhęredato occiſo priuſquam adiretur patris hęreditas, ſi poſtea contingat ab hęrede ſcripto,repudiari hęreditatem,ſeruos hereditarios,quorum retrò fingitur filius Dominus fuiſſe, ex edicto illo torquendos,l.ſi exhęredatus. ff. ad Sillania, quo tamen caſu

nemo

Source : BIU Cujas

nemo non videt extremum *A quo*, mortuo videlicet filio inhabile eſſe. Alter, de pecunia hæreditaria legata loquitur, quam ſi crediderit hęres,& poſteà legatarium repudiare contingat,ſuam pecuniam hæres credidiſſe intelligitur: quàmuis ea conſumpta fuerit,l.quædam.§.fi.ff.de reb.dub. tunc autem deficit extremum *A quo*,quia pecunia non extat.Poſterior,ſi filiusfamiliàs,ſub conditione ſtipulatus,emancipatus fuerit, exiſtatq; deinde conditio, patri nihilominus actio cõpetit,retrotracto, conditionis implemento,ad tempus contractus,l.ſi filiusfamil.in princip.ff.de verbo.obligat.cùm tamen tempus *A quo*,ſit inhabile. filio namque ſui Iuris exiſtente,nihil patri per filium quæri poteſt. l. quod dicitur.2.ff.de verbo.oblig.Neque verò me fugit interpretes hæc aliter atq; aliter diluere: Dd.d.l.ſi is,qui,ff.de vſuc.ſed profectò quanto magis ſe extricare pergunt,tanto magis impediuntur: me verò pudet anilium fabularum,quibus præcipuos Iuris locos fœdari,conſpurcariq́ue,videmus.

Retrotractionis, & ratihabitionis effectus.

Caput v.

QVæ autem pro communi ſententia,Dd.propoſuerunt, falsò iuducuntur.nam imprimis verius eſt,donationẽ coniugalem,morte confirmatam, etiã reſpectu domini retrò trahi: Accur.l.ſub conditione.ff.de ſolutio.cùm de fructibus, non loquatur Iuſtinianus,ſed generaliter dicat, donationẽ ſilentio donatoris confirmatã, ad illud tempus referri, quo donatio cõſcripta eſt,l.donationes quas.c.de do.int.vir.ratihabitionis adductus exemplo,quam omnino retrotrahi,quantũ etiam ad dominiũ,neminem clam eſſe puto,l.ſi ego.ff. de neg. geſt. ſed de ijs, extentiùs alibi dixi.lib.miſcella.5.c.17. Quod præterea obiicieba tur,de poſtliminio, vt per illud poſſeſſio non reſtituatur, l. cum hæredes.§.1.ff.de acq.poſſ. rationem eã non habet, quia deficiat extremum *à quo* : ſed quia habet plurimum facti poſſeſſio. Cauſa verò facti,poſtliminio non cõtinetur.l.deniq;.ff.ex qui.cau.ma.l. in bello.§.factæ.ff.de cap.Neq; dixeris, poſtliminium (vt cæteras fictiones omnes) ſuper facto fingere,reuerſum videlicet ab hoſtibus,nunquam captũ,& ſemper inciuitate fuiſſe:l.retrò.ff de capt. §.ſi ab hoſtib.Qui mod.ius pat.pot.ſol.hoc enim eſt,inneceſſariũ antecedens, vt expoſitione facti Iuris effectus colligantur.l. ſi ex plagis.§.in diuo.ff.ad l.Aquil.Nam finis legis eſt, omni caſu circa Ius diſponere,l.eum quem.§,fi.ff.de iud.neq; facta, lex fingit,niſi pp aliquem Iuris effectum,l.1.§.ſi vir.ff. de acq. poſ.qui ideo non etiam cauſa facti, poſtliminio, aut alia fictione contineri dicitur. d.l.deniq;. Deniq;, quod ad bonorum poſſeſſionis ratihabitionẽ ſpectat,conſiderandum eſt, non pp inhabilitatem extremi *à quo* (vt illi comminiſcuntur) poſt centum dies,impediri,l.bonorũ.ff. rem ra. hab.ſed quia non prælucet æquitas, ob tacitam iuris renũciationem,ex lapſu centum dierum reſultantẽ, Accur. d.l.ſi ego. ne præſertim,ei fiat pręiudiciũ,cui per prioris negligentiam, bonorum poſſeſſio delata fuit,l.j.§.quibus.ff. de ſucceſſ.edict.qñ certum ſit,fictionem (quę ibi tantùm locum habet vbi ſuadet æquitas l.poſtliminium.ff.de capt.) in pręiudicium iuris tertio quæſiti, nunquam operari.§.Liceat.Qui.mo.leg.coll.5 §.ſi quis ergo qui. mod.ſui.coll.7.

Fictionum plurium concurſus. Cap. vi.

HIc quando tam ampla,de fictionibus incidit mentio, non alienum eſſet,de earũ concurſu,neceſſaria copioſè ſubijcere:niſi noſ,ea in re plurimũ operæ alibi poſuiſſemus.Quocirca ſatis in p̃ſentiarũ erit,ſummatim rẽ ipſam attingere. Itaq; nõ ignorandum,q́ in multis partibus Iuris,Dd.inculcant,duas fictiones, circa idẽ,nõ incurrere,Dd.l.ſi is qui.5.q.ff. de vſuc. ſicuti nec duo ſpecialia,l.1.de do.promiſ. niſi fortè ex diuerſis fontibus, procedant,l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.aut vna ex altera enaſcatur,ſeu in alterius,(vt dicunt) conſequentiam veniat l.cum duæ. ff. de capt.§. ſi ab hoſtibus.qui.mod.ius pet.Sed hoc ipſum quoq;, quia nõ planè firmis nitebatur argumẽtis, inter dubia iã diu retuli. atq; etiãnũ probabilius puto ſubſiſtẽte æquitate, aut alia iuſta cauſa, duo ſingularia,l.ſi.C.ad Velleia.pluresq; etiam ęquè principales fictiones reſpectu eiuſdem admitti,l.licet.§.quoties.vbi Accu.ff.de iur. dot.licèt in dubio,earum, & quorumcunq; ſpecialium multiplicatio,reijci debeat.l.vni.C.de inoff.dot. Quod autem nugantur, ex Alexandri reſcripto,d.l.1.C. de dot.promiſſ. vanum eſt:ſiquidem non illic ideo traditũ ſit, ex promiſſione dotis incertæ,agi non poſſe,q́ duorum ſpecialium cõcurſus, vetitus ſit: nimirum ex pacto nudo,& de incerto agere, quippe non pacto nudo, ſed per ſtipulationem, facta erat promiſſio, vt indicant illa verba, *nuptiali inſtrumento ſcriptum*, nam verbum promiſit, in ſcriptura ſtipulationem deſignat.§.ſi ſcriptum.de inutili.ſtipula.Qua de re alibi plenius,nam tempeſtiuum eſt,vt de præſumptione,fictioni finitima, aliqua dicamus. Dixi l.qui liberos. nume. 89. cum ſequen.de ritu nup.

Quid,& quotuplex ſit præſumptio. Cap. vii.

DE coniecturis, & præſumptionibus dicturi, illud in primis monebimus.Vbi id de quo quæritur,certam habet, ac manifeſtam,vel probationem,vel deciſionem iuris, nullaq́ue eſt in verbis ambiguitas, nullũ pariter eſſe, coniecturę locum:ac omnem ceſſare quæſtionem voluntatis,l.ille,aut ille.§.fin.ff.de lega. 3.l.continuus.§.cum ita.ff.de verbo.oblig.q́p ſi non planè, de voluntate conſtet:duplicem eſſe viam,qua veritatem indagare, & eruere probabiliter poſſimus:ex verbis nimirũ,& rebus, hoc eſt factis ipſis.Ex verbis primum,volũntatem colligere non obſcurum eſt, quatenus propria verborum ſignificatio, patitur. l. Labeo.ff.de ſub.leg.Id enim credibile eſt,quod propria verborum ſignificatio demonſtrat,l.1.§.ſi is,qui nauem.ff.de exercitor. quã iugiter ſequi monemur,niſi manifeſtum ſit, aliud agẽtem ſenſiſſe.l.non aliter.ff.de leg.3.Contra verò, de iis diſponentem egiſſe veriſimile non eſt, quæ ſub verbis impropriè tantùm continentur,l.1.ff.de ſuis.& legit.Bart.l.Lucius.§.quæſitũ.ff.de leg.4.ſi non aliò nos vrgeat, communis loquentium vſus,l. cum delanionis. §.aſinam.ff.de fund.inſtruc.vel alia coniectura,quæ ex circunſtãtia negocii colligitur.l obliga.ſubſtan.§.fin.ff.de actio & obliga. Veluti quia daturus,vel etiam facturus,vt viciſſim factum recipe ret,venditionis verbo vſus eſt,l.inſulam.ff.de preſcrip.verb.neq; enim verba ſequimur, ſed mentem, vbi de ea quoquo modo conſtat. l. pen. ff. ad exhib.Qua de re paulò latiùs infra. Ex rebus quoque & factis ipſis, quæ non minùs, quàm verba quandoque voluntatem exprimunt,l.de quibus. ff.de legib. c. ſolicit. de app. probabilis cõiectura ſumi poteſt.Veluti cùm diximus, eum qui ſubſignat ſingraphã, approbare, quæ in ea ſcripta leguntur, l. Caius.ff.de pig.actio.fideiuſſorem,qui nomen ſuum in acta referri paſſus eſt,perinde teneri,atque ſi Iure legitimo,interpoſita eſſet ſtipulatio.l.cum oſtendimus.§. fi. ff.de fideiuſſ. tuto. Eum qui tacet,conſentire.l.qui tacet.ff.de reg.iu.Quod ſi neque verbis, neque factis,abunde poſſit voluntas diſponẽtis deprehendi:ad circunſtãtias perſonarum,locorum,temporis,& negocii, tum etiã præcedentium,& ſequentium, recurrendum eſt.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de lega.1.l.Titia.§.idem reſpondit.ff.de verbo. obligar.hæc enim acuto Iuriſconſulto,& prudenti iudici, obſcuram voluntatem patefacient, & legitimas prębebunt coniecturas, quas nos præſumptiones dicimus, vt interim coarguamus illos temeritatis, qui præſumptionis verbum, pro coniectura, apud Iureconſultos non legi,audenter nimis affirmant.l.cum de indebito.ff.de proba.l. cum delanionis.verſ.optimum.ff. de fund. inſtruc.l.Aurelius.§.Titius.ff.de libe.leg.l.ſi fuerit.§.fin. ff.de rebus. dub.l.fin.in fi.C.ad Maced. *Eſt* autem *præſumptio*, vti ſuperiora demonſtrãt, *veriſimilis quædã opinio, quæ vel ex ſcriptura legis, vel ex geſtio ab vno,pluribusve negocio,probabiliter colligitur*, magno quidem, vt mihi videtur, Reipublicę bono inducta: quandoquidem ſine præſumptionibus, neque vlla certa lex, aut hominis diſpoſitio, probè ſibi conſtare poteſt.Differt autem Preſumptio,à Fictione (de qua iam diximus) q́p preſumptio de re dubia, fictio de re certa inducatur,Accu.l.fin.ff.q́p me.cau.& in l.1.§.acc.C. de rei vxo. atque ideo contra fictionem receptum ſit, probationem non admitti,Accu.l.ſi duo.ff.de acq.her.ex quo ſcilicet,lex fingendo ſciens prudens contra veritatem,ſtatuit.cap.3.de reg.Cum tamẽ aduerſus preſumptiones,paſſim probationem recipiamus,l.ſiue poſſid.C.de proba.etiam ſi firmiſſima ſit preſumptio,quàm *iuris & de iure*,vocant,certis tamen caſibus,quos interpretes,alibi cõgerunt.Felin.cap.quanto.de preſumptio.Poteſt & aliter,diffiniri *Præſumptio*,vt ſit *rei dubiæ coniectura, veriſimilis, quæ ex naturali cauſa,circunſtantijs negociorum,aut perſonarum proficiſcitur*.cap. ſciendũ. 29.diſtinct.c.occid.23.q.8.Quæ verba cum primis demonſtrant, legem nõ temerè alicuius rei coniecturam facere, ſed per ſignũ aliquod probabile,quod animum boni viri moueat, aut ad credendum impellat.l. non omnes. §.à barbaris. ff. de re milit. Sunt autem hęc,ſigna quædam neceſſaria,veluti anniculum in domo mariti,inuentum,non eſſe mariti, qui per decennium abſuerat, l.filium.ff.de ijs,qui ſunt ſui. & eam quæ perperit cum viro concubuiſſe.§.fin.de reſti.& ea.quæ ad preſentem tractatum nõ pertinent, cùm, vt admonet ſinitio, de veriſimilibus tantùm aganus,c.quia veriſimile,de preſump.neque ſolent niſi ſuper veriſimili coniecturę legum aptari.l.fin.in fi.vbi Bald.C.de hered.inſt. Quędam autem ſigna ſunt veriſimilia tantùm, neceſſariò nihil inferentia,vt malum eſſe,qui malè conuerſatur.l.ſi plures §. 1.ff. de admi.tut.Et parum pudicam, quæ cum iuuenibus clàm vagatur,c.tertio loco.de preſump.ijsque ſimilia,quę ex preſcripto tradi non poſſunt.Bar.l.fi.in principio.ff. quod met.cau. Quocirca inaniter laborare mihi videntur,qui hanc materiam,certis regulis illigare tentant: neque enim definiri poteſt modus aliquis, quem in explicandis coniecturis, vbi ſequamur. Preſumptio ab interpretibus, variè diuiditur, Gloſſ.cap. is qui.de ſponſ.& in cap.ferrum.l.diſtin.Accu.d.l.final. ſed frequentiùs in eam partitionem itum,vt Alia *Iuris ſit*, quam lex in negocio dubio facit, nihil ſuper ea ſtatuendo,Gloſſ.& Panor.d.cap.is qui.ideoq́ue aduerſus eam,recipitur probatio.l.ſiue poſſidetis. C.de proba. cap. propoſuiſti.illo titul. Alia *Iuris*,*& Iure*,(ſic placuit interpretibus has preſumptiones nuncupare) Panor. d.capit. is qui. quam lex, quãlibet dubia ita inducit,vt preſumptum, pro vero ſibi conſtituat. Clem. literis. de proba. dicto cap. is, qui. vbi gloſſ.& Panor. Iuris dicta, quia à lege creatur, & *de Iure*, quia talem coniecturã lex habet pro iure,& ueritate.l. prima in prin. C.de rei vxo.ac.

Vnde

Source : BIU Cujas

Vnde nec aduersus eam recipi probatio solet.l.fin.C.ad Maced. l.fi.C.arb.tut. nisi per confessionem partis. Accursi. §.aliud.de æqual.do.col.7.tumque si de ijs negocijs tractetur,quę partium voluntate conuelli destruique possiunt,alioqui non.c.super eo. de eo qui cogno.consang Aliàs quosdam casus Dd.aggregant. Felyn. c. quanto. de præsumpt. quos Iuris auctoritate non satis fundatos, hic infercire, otiosum duxi. Est & alia præsumptio, quam *hominis* dicunt, quæ à iudice fit in casibus à lege, ad speciē non præsumptis. Panor. d. c.is qui.quos cùm non potuerit,certa doctrina, lex comprehendere: arbitrio iudicis reliquit. l.j. ff. de iur.delib. tantam hac in re concedens ei potestatem,vt ex iusta,& vehementi coniectura (in ijs præsertim factorum speciebus quę probatu difficiles sunt)id sententiam procedere possit. l.fin. C.de proba.c.afferte.de præsumpt. exemploque est sapientissimum Salomonis iudicium,qui cùm iussisset afferri sibi gladium, vt infantem nudum diuideret, neque consentiret vera mater vt secaretur infans:hac graui coniectura impulsus, ei filium adiudicauit. 3.Regum.3.d.c.affer.

Naturæ variæ præsumptiones. Cap. VIII.

NVnc tractemus fontes,ex quibus coniecturæ, tanquam riuuli fluunt, vt noscamus pariter, quas præsumptiones ratio comprobet,quas verò vti falsas reijciat, qua in re tria considerari volo:Naturam,Legem,& Accidens. Ex natura coniecturæ maximè fluunt. Nam quę naturaliter nobis insunt,perpetuò adesse creduntur. Acc.l fin.ff.quod met. caus. Veluti quòd quis mentis compos sit. l.iij.C.qui test. fac. po. Deorum cultor. l.veluti.ff.de iustit.& iur. Patriæ, parentum, liberorum, propinquorūque amator. Liberorum.in fi.ff.de verbo. sign. ad generandum habilis.l.si quis posthumos.ff.de lib. & posth. & alia id genus. Vnde cùm habeant parentes naturalem erga filios charitatem. l.nam & si.ff de inoff.test.& eam quidem tantam,vt plus ferè filios,quàm ipsi sese diligāt. l.isti quidem.in fi. ff. quod met. caus.nec vllus amor paternum vincat.l.final.in princ. C.de cur. furios.præsumitur paterni nominis pietas,consilium pro liberis semper capere,tametsi actus prima fronte, non admodum vtilis filio videatur.l.nec ea.in fin.ff.de adult.nam præterquàm qđ filio exhęredato pupillariter substituit.l. cùm quidam. C. de legat. cùm filium verberat,correctionis causa (si non pœnę atrocitas aliud suadeat) percutere præsumitur.l.j.C.de emend.propinquo.& cum filium alicuius criminis reum iudici offert,non videtur eum ad supplicium obtulisse l.milites agrum.§. fi.ff. de re milit.ideo mitiùs cum fonte filio iudex agere debet. Castrēs. l.propter.C.qui acc.non pos. Facit pręterea, hæc naturalis parētum in liberis affectio, vt omnia parentes intelligantur, ex voto liberis parare. l.nihil.ff.de bon.libert.ad.successionem veluti debitam,eos vocando. l. scripto. ff. vnd. lib.l. cum ratione.ff.de portio.quæ libro damna. posteritati item suæ magis, quàm extraneis fauere. l.cum acutissimi. C. de fideicom. Vnde facta ab eo donatio,qui liberos non habet, sub illa cōditione facta præsumitur,vt susceptis liberis reuocetur. l.si vnquam.C.de reuoc. donat. Indeque & illa coniectura hasci tur, quia non præsumit lex voluisse patrem, legatis filium onerare, de quo testamenti tempore non cogitauit.l. is qui. ff. de iur.codicillo. atque ideo, celeberrimè traditum,rupto testamento ex causa pręteritionis filij, de quo testator nihil sperabat, non conseruari legata. Dd. aut.ex causa.C.de libe.præter. quæ defunctus vti verisimile est, non feciſſet, si filium sibi successurum putasset. d. l. is qui. Fluit quoque hinc alia coniectura quia pater stipulando, vel paciscendo filio, præsumitur stipulatus vt hæredi,non vt filio. Accur.l.si tibi.§.si pactus.ff.de pac.quoniam verisimile est, patrem cùm contraxit,cogitasse filium sibi hęredem futurum.d.l.scrip. Dd.l quod dicitur.ff.de verbo.obliga.nec dissimili ratione dicimus,patrem de proprijs facultatibus,censeri filiam dotasse, nō etiam de bonis ipsius filiæ,tametsi pater de bonis suis & filiæ,se dare dotem,nominatim dixerit.l.fin. C.de dot. promiss. & matrem ab hostibus filium redimentem,non repetere pretium qđ pietatis gratia,& animo donandi,persoluisse præsumitur.l.li.captus.C.de capt Sicuti nec expensas alimentorum. l.Nesennius. ff.de nego.gest. Vicissim quoque, filij in parentes bene affecti pſumuntur.l.veluti.ff.de iust.& iur. quare si patrem quondam tutorem,filius ab actione tutelæ liberarit, à reliquorum etiā præstatione,propter naturalem affectionem, liberasse eum intelligitur.l.Aureli.§.Titius.ff.de lib.leg licèt in extraneis cōtra.l.Aurelio.§ Caius.eod.tit. Inter cæteros item coniunctos, peculiarē quandam affectionem,natura constituit. l.cum seruus.ff. manda.c.literas.de præsump.quæ per assiduam conuersationem mirum in modum augetur.l.eum allegas.C.de castrēs. pecul. li.12. facitq; actum ambiguum,in gratiam,& commodum cognationis,referri.l.Procula.ff.de probatio. Vnde & relictum à cognatis,Episcopo,aut rectori alicuius ecclesiæ,lex illius, non etiā ecclesiæ contemplatione,relictum interpretatur.Auth. licentiā. C.de episc.& cler.tametsi solū dignitatis nomen,expressum sit, cùm ad demonstrationem personæ, magis adiectum videatur. c.requisisti.de test. Et res donatæ per mariti cognatos, aut amicos,vxori,contemplatione viri,donatę censentur, ideoq; v.ro quæri,receptum est.l.sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg.quia tamen in re subsisto. l.si mat. C.de do.ant.nupt.Cùm enim neq; promissio,neq; traditio fiat maritō, dici non potest viro quæsitum,quod vxori donatum, & traditum est.l. traditionibus. C. de pactis. cessat nanque hic suspicio turpis quęstus, quę alioqui mouit Pomponium. l.Quintus.ff.de donat.inter vir.& vxo. Esto igitur,quęsitum ab vxore,viri contemplatione,non tamē sequitur,ergò viro restituendū est. nam & dari legatis munera principis contemplatione constat;quę tamē ad legatos, pleno iure pertinent. l.cum multa.C.de bon.quæ lib.Bar.l.si vero. §.j. ff.sol.mat. Quo in loco, quispiā fortasse ijs filiosfamilias obiecerit,in quib.fateor,quādoq; nos vti contrario iure.d.§.in arrogato.sed alia ratione,quia,scilicet,quicquid acquirunt,patri cō parant.l.placet.ff.de acq.hæred.neque verò putandum,solā cognationis rationem sufficere,ad pręsumendam donationē, sed ita demum, si aliq; coniecturę concurrant.l.procula ff. de prob. l.si seruus communis.ff.de dona.int.vir.de quibus alibi Dd.plenissimè.Dd.l.quę dotis.ff.solu.mat.Fluit quoque à natura illa pſumptio, quòd minores,& mulieres, fragiles sint. l.j. ff. de min. l.ij.ff. ad Velleia. atque ideo, facilè circunscripti pręsumantur. §.& ijs. consequens de æqual. do collat.7.d l.j. pręsertim mulier propter viri seductiones.§.j.vt immobil.ante nup.do.colla. 5.& minor fideiubendo. l.ait prętor.§ non solum.ff.de minor. l.j. C. de filiofa.mino. Rursum quod robustior debiliori superuiuat. Vnde pręsumitur senex, citiùs mori, quàm iuuenis.l.hereditatū.ff.ad l.Fal l.is qui.ff.de fide liberta.& si secùs contingat, ordo naturę turbari dicitur.l.nā & si. ff.de inoff. testa. & vbi ex duob. vter prior mortuus sit,non apparet,imbecilliorem prędecessisse,coniectamus.Veluti patrem,& matrem, ante filium puberē, licèt si filius infans sit,aut etiam impubes, tanquā tenerior propter ętatem,pręmortuus ipse credatur.l.qui duos.§. cū in bello. l.cum pubere.l.si mulier.ff.de reb.dub.l.inter.in princ.ff.de pact. uot.Sic & fęmina ante masculū. Accur. si possessor. ff. de relig. Sicuti è cōtrario,priusquàm fęmina,masculus velut robustior, in eodē puerperio pręsumitur natus.l si fuerit.§ fi.ff.de reb.dub. & hęc vera,vbi illi duo mortui seperatim decesserunt, veluti in bello.d.§.cùm in bello. nam si pariter perijssent, vnus simul cū altero, incendio putà, ruina, aut naufragio, neque constet quis ante spiritum emiserit,non videtur alter alteri superuixisse. l.ex facto.c.si quis autem.ff.ad Trebellia.l.qui duos.§. si maritus.l.qđ de pariter.cum duabus sequ.q.ff.de reb.dub.prętereà,ad sustinendam liberalitatem coniugalem. l. si inter. ff. de reb. dubijs. Idque(inqt Vlpianus) ex verbis orationis defendimus,quę hęc sunt:*Si prior vita decesserit,qui donatum accepit,nullius momenti fit donatio:non videtur enim mors ei antè contigisse, cui donatū est, cùm simul ambo decesserint.* l.cùm hic status. §.si ambo.ff. de donat.inter vir. Ex ijs autem,quoniam probauimus quę naturaliter homini adsunt,pręsumi perpetuò adesse:per contrarium cognoscimus, qp vel contra naturam est, vel contra cōmunē vitę cursum adesse nobis nō censeri,veluti nemo pręsumitur iactare suum. l. cùm de indeb.ff.de probat. nemo creditur suæ salutis immemor. l. 3. C.qui test.face.poss.nemo mente captus intelligitur. Et iis similia, quę longum nimis esset,omnia enumerare.

Legis pręsumptiones. Caput IX.

NAturam, in coniectādo,Lex proximè sequitur, quę in dubiis rebus, benigniorē sententiā sequi solet. l. proximè. ff. de iis,quę interest.del.l.si fuerit.§ fi.ff.de reb.dub. omniaque in meliorem partem rapit.& interpretatur.c.2.de reg.iur.gl.c.1.de seruitu.Vnde quemlibet bonum,dignum,& moribus idoneū pręsumit.l.cùm pater.§.rogo ff.de leg.2.si non prędecedentis vitę cursus,aliud indicet.l.si cui.§.iisdem.ff.de accu.c.semel.de reg.iur.in 6.adeo quidem,vt clericum in complexu mulieris repertū,plerique pręsumant,religionis causa id facere. Glos. c. absit. 11.q.3. nisi fortè in loco suspecto deprehensus ita fuisset.c. literis. de pſump. neque pręsumit lex dolum,aut delictum. l. meritò.ff. pro soc.prętерquàm in iis,quę sunt de genere prohibitorum. l. 1. C. de sicar.Quocirca verum est,quod vulgò dici solet, in quolibet possidente,bonam fidem pręsumi.l.penul.C. de euictio. nam & ignorantia,in dubio pręsumitur. l.verius.ff. de proba. cum autē in bona fide dicimus esse, qui rem alienam ignorat.l. bonę fidei. ff.de verbo sig.eadem ratione,qui profert instrumentum,is esse pręsumitur,de quo instrumento fit mētio,si hoc asserat. l. si qua per calumniam.vbi Dd.C.de episc. & cler. neque enim mendacium pręsumi debet. l.Labeo.ff.de sup.leg.Sed maximè hęc pręsumptio doli,& delicti exclusiua,recipi debet,in eo,qui publico defungitur munere. l iniuriarum . in prin.ff.de iniur.cùm officium publicum,bonę fidei pręsumptionem inducat. l. cum precibus.C.de prob.Veluti(vt à dignioribus ordiamur) in principe, qui semper ex iusta causa,moueri pręsumitur.cle. vni. de proba. Accur.l.relegati. ff. de pen. prętерquàm vbi ad partis postulationem,& contra ius,aliqd cōcedit,quo casu litigatoris importunitate,magis credit adductus.l.j.C.de petit bo.subla.li.10. An autē pro principe pſumatur,nō tātū in iis,quę sunt iuris positiui (quo ipse nō ligat)l.digna vox.C.de legib.verū etiā i iis q̄ naturalis Iuris existunt,vel diuini,tractant Dd. alibi .latissimè. Dd.capitu. quæ

Source : BIU Cujas

in ecclesiarum. de constituti. Sic etiam, non præsumitur princeps in præiudicium alterius rescribere, aut aliquid constituere. l. secũda. §. merito. & §. si quis. ff. ne quid in loco publico. Vnde principum beneficia, quæ alioqui debemus quàm plenissimè interpretari: lege pen. ff. de constitu. pri. quatenus tamen tertio damnum irrogant, strictissimè sunt accipienda: capitu. quamuis. de rescrip. in 6. semper enim literis principis, clausula *alterius iure saluo*, subintelligitur. lege ex facto. ff. de vulga. in princip. etiam si motu proprio, aut ex certa scientia emanerint, lege finali. vbi Barto. C. de loca. præ. fis. libro xi. quando per tales clausulas, non censeatur iuri tertij derogatum, Panormi. capitu. causam. quæstio. secunda. de testibus. quinetiam, vbi de mente principis contraria constaret, quia scriptum esset, in literis, *non obstante præiudicio tertij*, de leui tamen, & modico damno, id accipiendum esset. Accur. lege, sed cum ab hæde. ff. ad Trebellia. Glos. capit. cum olim. de consuetu. Rursus, iudicem qui iure publico vtitur, præsumimus bonum esse, rectéque facere ea, quæ officio suo incumbunt, lege 2. C. de officio ciuil. iud. capitu. in præsentia. de renuntia. etiam (inquit Baldus) si iudex esset vnus ribaldus, Baldus capitu. sicut. de re iudi. Vnde qui iudicis sententia damnatus est, malam fouisse causam præsumitur, capitu cum inter, de re iud. Glos. lege. Herenn. §. finali. ff. de euictio non tam ratione iuramenti, capitu. ad audiẽ tiam. de præscrip. quod ab ijs præstatur, qui administrationem recipiunt, lege finali. C. ad legẽ Iuliam repe. und. §. primo. instrum. quòd præst. col. 5. quodque violare, neminem velle credendum est, d. lege finali, quam ideo, quia non solet, aut (vt magis appositæ loquar) non debet id muneris demandari, nisi uiris doctis, prudis, & honestis, pro quibus, semper præsumitur, capitulo in nostra. de procurato. capitulo nisi essent. de præbend. Quod si iudex notoriè imperitus esset, & indoctus, non assessorum iudicio, sed suo sensu, plerunque lites definiens, secùs dicendum, §. primo. de iudicio. col. 6. Idemque, si flagitiosus esset homo, aut inquinatæ vitæ, Innocen. & Hostien. capitu. accedens. j. vt lit. non contes. vt enim fidem eius lex exploratam habet, qui bonus antè existimatus fuit: lege non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. ita ualde suspectam eius, qui turpis est & contaminatæ vitæ. lege iij. in principio. ff. de testibus. nec illis qui mentis aliquid sensi habent, citata Baldi probari poterit sententia: nam & hanc legis præsumptionem, pro iudice, in uerisimili literaturæ, & probitatis qualitate maximè fundatam docuimus. dicto capitu. in nostra. dicto capitu. nisi. quam tunc cessare manifestum est, vnde locus illi coniecturæ non relinquitur. lege continuus. §. cùm quis. ff. de verborum obligatio. Rursus cùm per appellationem, extinguatur, aut suspendatur saltem virtus sententiæ: lege prima. in fin. ff. ad Turpilia. lege furti. §. primo. ff. de infam. creditum est, non præsumi pro iudicis sententia: quoad prouocatio pendet, Dd. capitu. quoniam contra. per illum textum. de probatio. quod ipse stricto iure, verum non puto, capitu. bonæ. j. de electio. capitu. in præsentia. de renuntia. capitu. in nostra. de procurato. cum lex ob inhærẽ em verisimiliter integritatis, & doctrinæ qualitatem, in iudice, bonam hanc vti diximus coniecturam capiat. capitu. nisi essent. de præb. dicto capitu. in nostra. quæ qualitas, per appellationis propositionem, nullatenus euellitur, lege si inst. tut. §. de in of. vbi Bal. & Cast. ff. de inofficio. testam. nec obstat, quòd pronunciatum extinguat, uel suspendat appellatio, quia id obtinet, respectu executionis, vt nihil interim innouetur, non etiam vt emittam pro sententia præsumptionem, tollat. lege prima. ff. nil nou. appella penden. quod iuniores, diffusiùs prosequuntur. Dd. dicto capitu. quoniam contra. Porrò sicuti pro iudice, ita pro notario, lex præsumit, quod officium suum, fideliter exequatur, capitu. ad audientiam. de præscrip. veraque sint, & solennia, illius instrumenta. lege capi. precibus. C. de probat. adeo quidem, vt si aliud scriptum, quàm dictum, reperiatur, errasse potiùs eum, quàm falsum commisisse fiat interpretatio. Barto. lege quoties. §. primo. ff. de hæred. institu. Idemque pro nuntio publico iurato præsumitur, eum, videlicet, probè, & integrè munus suum exerceret: dicto capit. ad audientiam. in ijs tamen, quæ officium suum concernunt, in quibus, ei plena fides adhibetur. capitu. cum parati. vbi gloss. & Dd. de appella. Nec obstat, quod iudici aliquid asserenti, non credatur nisi quatenus ex actis appareat: dicto capitu. quoniam contra. nam in hoc ideo, ne iudex sit, & testis: at nuntius, testis est duntaxat, actus sibi commissi. Bald. dicto capit. quoniam, columna 8. Hinc traditum, viatori iniuriam sibi illatam asserenti, minimè credendum, cùm non de ijs attestetur, quę ad officium suum spectant. Panormi. dicto capitu. cum parati. Pap. quæst. Dlvij. Et quoniam, sese iniuria affectum contendens, suspectus redditur, lege j. §. j. ff. de quæstio. eo maximè casu, quo emolumentum aliquod, ex vindicta iniurię speraret, lege finali. ff. de custod. reo. quod tunc, propriam causam agere videatur, lege finali. ff. de custod. reo. in qua facultatem dicendi testimonium omnibus iura submouerunt. l. 1. §. in propria. ff. quando appell. sit. Verùm quia hęc disceptatio, à nostro proposito (qui breuitatem affectamus) aliena est, in locum commodiorẽ, excutienda reiicitur. Denique, quoniam lex delicti præsumptionem fugit: l. nullus. ff. de test. l. omnib. C. illo tit. cõstitutum respõsumque est quęsita per vxorem, constante matrimonio euitandi turpis quęstus gratia, de bonis viri intelligi acquisita. l. Quintus. ff. de dona. int. vir. l. etiam. C. illo titu. Quod tamen ipsum non sic accipi volo, quasi perpetuum illud esse dicã: non ita insanio: nã interdum aliud longè dicendum, veluti si constet, mulierẽ alia bona prẽter dotem habere, ex quibus eam acquisitionem facere potuerit, sicuti, in plato dicimus. c. j. ubi Dd. de pecul. cleric Idẽq; si mulier, negotiatrix fuisset. Bal. l. si vxorẽ. C. de condi. inser. Nã quod dicitur, mulierem operari debere ad utilitatem viri, à quo recepit alimẽta, l. sicut. ff. de oper. libert. l. sed si vir. in prin. ff. de donat inter uirum. procedit, respectu operarum obsequi alium, & familiarium. d. l. sicut. glo. cap. quod die. xxxiij. quęst. 5. non etiam respectu fabrilium, & artificialiũ (putà negotiationis) quas mulier patrem habens, parenti quęrit, & si patre careat, sibi non etiã marito, Bald. d l. si uxorem. quod recẽtiores fusiore tractatu excutiunt, & nos alibi quędam adnotauimus. Alex. consi. cxxxiiij. vol. iiij. Ripa iij. respon. c. iiij. dixi, iij. Miscell. capitu. 5. Illud imprę sentiarum addentes, cessare hanc prę sumptionem, si in instrumento dicatur, acquisitionem de propria uxoris pecunia factã, marito prę sente, & consentiente, lege cum propria. ubi Salic. in fin. C. si quis alt. uel sibi. in prę iudicium tamen mariti. l. si mat. vbi Sali. C. de contrah. emp. nam respectu tertij, putà creditoris mariti, nihil operaretur viri consensus, & prę sentia. §. aliud quoque. in fin. de æqui. do. col. vij. Salic. l. si mat. quemadmodum nuper Senatus censuit, maritum non posse ad vtilitatem secundę vxoris, & liberorum primi matrimonij detrimentum, talem accommodare consensum: ne fraus legi fiat, vetanti plus conferri secũdę vxori, quàm vni ex filiis priorum nuptiarum minus habenti. l. hac edictali. C. de secund. nup. Sed de ijs satis, superq; : tẽpestiuũ nãq; vĩ, vt ex natura, & lege, ad accidẽtia pauliſper demigremus.

Prę sumptiones accidentium. Caput x.

ITaque cum iam satis legi, & naturę dederimus, ad accidentia veniamus, quę comprimis constat attendenda esse, tametsi naturę contradicant, lege j. §. bestias. ff. de postul. §. pauonum. de rerum diuis. quanquam facilè prę sumi non debeant, cum qualitas naturaliter inhęrens, semper adesse credatur, Glos. capitu. si forte. de elect. in vj. neque facta prę sumantur, sed ea liquidò probari oporteat, lege verius. ff. de proba. l. in bello. §. factę. ff. de cap. in quam rem, ingenuè fateor Triphonij respõsum, falsò induci, cùm illud non de prę sumptione agat, sed de fictione, docens illic, ad causam facti, fictionem non protendi, d. §. factę. quod & apertius alibi, Papinianus tradidit. lege denique. ff. ex quibus cau. maio. Verum tamẽ est pronuntiatum. Vnde primum illud colligitur prę sumendum esse paruulum baptizatum: capitu. paruulos. de conse distinc. iiij. clericum ordinatum: capitu. prę sbyteri. vbi gloss. lxviii. distinc. aut ecclesiam consecratam, capitu. solennitates. de consec. distinc j. nisi ex earum rerum possessione, capitu. si iudex. § finali. de senten. excom. in vj. aut vbi de mortuorum baptismo dubitatur. cap. ij. de prę sbyt. non baptism. c. si eos. de consec. dist. iiij. Eademque ratione, nec filium emancipatum, l. si filius. ff. de prob. l. si emancipati. C. de collatio. nisi sit in quasi possessione, existentię sui iuris, Accur. l. Titia. ff. solu. ma. quia putà decem annis seorsum à patre habitauerit, l. iij. in princip. ff. ad Maced. l. j. C. de pat. potest. aut tanquam paterfamilias egerit, contraxeritve, d. l. iij. ff. ad Macedo. & ita vulgò creditum est, prę sumi filium esse in potestate. Sed cùm esse in potestate, ex nuptiis dependeat, §. 1. de patr. potesta. nuptię autem cùm facti sint, prę sumi non debeant, l. in bello. § factæ. ff. de capt. verius uidetur, nec patriam potestatem, neque emancipationem, prę sumi, sed eius rei exigendam ab eo probationem, qui in hac, vel illa se esse dixerit. lege Titia. ff. solut. matrimo. l. si uxorem. C. de condi. inser. d. l. si emancipati. nisi fortè constaret quem ex legitimis nuptiis natum esse, quo casu communi sententię subscribo. lege si filius. ff. de proba. d. l. si emancipati. Rursus quoniam accidentia, (sicuti dictũ est) nõ prę sumũtur, Accurs. l. si uerò. §. q̃ p̃ rei. ff. qui satisda. cog. & nõ potest prædiũ, qđ suapte natura liberũ est· l. altius. C. de seruit. & aqua. nisi p̃ accidẽs, seruũ fieri, consequẽs est, vt dicamus, rem quancunque, in dubio prę sumi liberam, & allodialẽ, non etiam feudalem, vel emphyteuticam, cap. 1 §. interim. Si de feudo cõtent. sit int. do. & agna. prę terquã certis casib. quos alibi diffusè aggregatos, videre est. Ale. cõsi. 15. vol. 5. vnde comes, sub Regis dñio existẽs, iure proprio, non etiã in feudum, (si nõ aliud appareat) comitatũ habere prę sumit, Host. & Io. And. c. fi. de iud. tametsi Regi seruitia frequẽter p̃stiterit, q̃ tanquã suo superiori, nõ velut domino feudi, credendus est exhibuisse: Dd. c. nimis. de iureiuran. nisi tamẽ tales actus feciſſet, qui pertinerent ad naturã feudi, veluti petendo inuestiturã. c. 1. § si uerò. qd sit inuestit. Inferẽ pterea, solennitatẽ, quã extrinsecã vocãt, non prę sumi, Lãcunq;. § fi. ff. de publicia. nisi eiusdẽ, forte instrumẽtũ meminerit, l. 1. de fid. instr. l. 10. C. p̃ quo, semper prę sumit. l. cũ p̃cib. C. de p̃ba. Qua in re meritò qs ambigat, cur diuersùm in intrinseca: l. sciẽdum. ff. de verb. obli. cũ illa quoq; in facto cõsistat, & facti prę sumptionẽ lex respuat. l. in bello. §. factę. ff. de capt. Cui respõsũ uelim, quia verba prolata, eam includunt necessariò, vt in uerbo *fideiubere*, l. blanditus. C. de fideiusso. vel saltẽ à cõiter accidentib,

Source : BIU Cujas

tidentib.vt in verbo, *promisit*.§.si scriptū.de inuti.stip.Deinde sequitur,actuum pluralitatem,non presumi.c.cū Ioānes de fi.inst. c.in pśentia.§ j.ver.ij.de pb. veluti testamētorū,aut sententiarū, l omnium.C.de test.lege finali.C.de rebus creditoribus.præterquàm certis casibus, quos interpretes alibi diffusè pertractant. Dd.lege secunda.C.de contratabu. & in dicto capit. cum Ioan. Denique consequitur,neminem in dubio præsumi,alicuius rei scientiam habere.l.verius.ff.de probat. nisi actus fortè notorius esset,quia publicè factus,lege sed & si.§.proscribere.ff.de instit. capit.finali.qui ma.acc.possl.aut alioqui verisimiliter cognitus, Accur.lege si tutor.C.de peric.l.tut. quòd ex qualitate personarum,loci,& rei gestæ,colligi potest.Etenim coniunctorum, vicinorum,domesticorum,& sociorum, inter se conuersantium coniuncti,lege Octaui ff.vnde cog.l.de tut.C.de in integr.testi. vicini,lege domini horreorum ff.loca.domestici, lege consensu.§.super seruis.C de repud.sociisque,Bald.consil. 295. volumi. tertio.facta scire præsumuntur. Nam & acta,in eo loco, quem frequentare so'itus sum,me scire verisimile est,lege finali. ff.de decret.lege secunda.vbi.Accu.C.vbi de crimi. & actum cui interfui,aut qui mihi denunciatus est,non est credibile me ignorare.Accur.dicta l.si tutor. Sicuti nec proprij mei patrimonij, aut rerum mearum valorem, lege quisquis. C. de rescin. vendi. nec item actum quem ego scire aut facere obstrictus sumi, lege prima.C. de fal. monet. nam par est scire, & scire debere. lege qđ te.ff.si cert.peta.Vnde qui eū actū omittit, in dolo præsumitur.l.si procuratorē.§.fi.ff.mand.l.Iulia.§.si tibi x.ff.ad exhi. Porrò qualia fuerint olim accidentia,(quib.de agimus) talia hodie esse creduntur.Neque enim mutatio,cùm facti sit præsumi debet,lege eum qui.ff de probat.sed potiùs ex præterito (præterquàm in ijs, quæ cursu temporis variantur) lege padonem. §. qui absolutus.ff.de excusa.tutor.in præsens tempus, coniectura ducitur,lege siue possidetis.C.de probatio.vnde cùm voluntas, re,vel uerbo, declarata, præsumatur durare: lege non ad ea.ff. de conditio & demonstratio.qui semel malus fuit, etiam nunc malus creditur esse,capitu.semel. de regul.iur. in 6.in eodem tamen genere mali vel illi simili,lege si cui.§ primo.ff. de accus. & nisi ab eodem genere delicti per triennium, aut lōgius tempus,melioris vitæ factus,abstinuerit,§.hinc autem demon.col. j.Sic qui excommunicatus olim fuit,hodie quoque excommunicatus præsumitur,capitu.sicut nobis. de sententia excommu. qui inimicus olim,nunc pariter inimicus.lege in ipsius.vbi Bal. C.famil.erciscc. Qui semel periurus,adhuc facturus periurium. capitu.literas de præsumpt. capitu. paruuli. 22. quæstio.5. Qui quondam subditus,nunc quoque subditus.capit.præt.ij.vbi Dd. de transactio. Qui olim diues,etiam hodie diues. lege siue possidetis,C.de probatio. Qui olim pauper,nunc quoque pauper. Cuma.& Soci.lege ij.ff.de excep. Licèt in futurum (quia liberi hominis furtuna semper melior sperari debet,)lege inter. §. sacram.ff.de verborum obligatio. quilibet ditari, & lucrum facere præsumatur. lege cura.ff.deficientium.ff de muneribus lege si defunctus.C arb.tut. Et vbi olim ueteres termini fuere, ibi etiam hodie esse creduntur. lege in finalibus. ff. finium regundo. Qui olim furiosus,& hodie parum compos mentis existimatur. capitu.finali.de succes.ab intesta. Qui olim dominus, hodie dominus,hodie dominus, dicta lege siue possidetis. dicto c. præter. ij. Qui quondam possessor,nunc quoque possessor,Accur.d.lege siue possidetis.& ex titulo præambulo,lege j.§.j.ff. de excep.rei vendicatio. eum possessionis causam nemo sibi mutare possit,lege cum nemo. C. de acquirenda possessione.Cùm itaque voluntatis, & rei gestæ mutatio non præsumatur : lege eum qui.ff.de probat.rationem habet, quod ab Vlpiano traditum est,dominum qui patitur colonum, aut eum qui precario rogauit, finito locationis, aut precarij tempore, in fundo esse, ex integro locare,aut rursus precario cōcedere videri. lege qui ad certum.ff.loca.l.in rebus.§.finali. ff. de precar. Et quod dici solet vulgò, probatis extremis,media præsumi. capitu. inter dilectos, de fide instrument. Sanè verò,sicuti ex præterito præsumimus in præsens: uicissim quoque ex præsenti, in præteritum, Doctores, præsumi volunt, vt scilicet, quod hodie est,& olim fuisse credatur.lege non est necesse.ff de probatio.In ijs tamen, quæ alicuius præteriti temporis, contra se necessariam veritatem non habent,veluti quòd nunc pauper, retrò pauper fuisse existimetur.lege ex persona.vbi Bald.C. de probat. Alioqui de præsenti in præteritum non præsumeretur.Vnde non sequitur, sum nunc doctor,ergo in præteritum fui,capitu. si eo tempore. vbi Dd.de reseri.in 6.cum aliqđ tempus præterierit,nempe puericiæ,quo doctor esse non potui,nisi tamen aliàs, actus præsentis temporis,eluforius redderetur.lege liberis.§.finali.ff. de libe. cau. lege circa. ff.de probat. Cæterùm hac in re tota, cum alijs nonnullis, reor amplius deliberandum, Eulgo. d. lege non est necesse. neque enim videtur,ex præsenti in præteritum præsumi,nisi quando vltra actum præsentem, fortior adesset coniectura,quæ retro inferret,veluti delictum, & mendacium. lege si qui adulterij. C. de adulte. Vnde cum intentionem non habeat ex præsenti,qui dicit aliquid de præterito, probare debet: lege secunda. lege ueriùs. ff. de probatio. atque ita iura, quæ in hanc rem citantur,accipienda ueniunt.lege prima.§.sed & si satis.ff.de magi.conue.d.l.non est.d.lege ex perso. Et hæ quidem sunt præsumptiones quas methodica ratione,placuit nobis attingere: ex quibus ad alias plures discernendas,via vudiosis,patere potest. Nam omnium collectio,homini laborioso, potiùs quàm acuto conuenit,in quo tamen argumento,plurimū operæ contulerunt,Guido Papa,& Andreas Alciatus, Guido. Papa,& Alciat.in tracta. de præsump.ad quorum lucubrationes, lectorem ablegare malui.in libello de præsumpt.

De vi, & effectu Iuris Municipalis. A quo tempore Statuta ligent. Caput XI.

SEd nunc ad vim,potestatem, & effectum iuris Municipalis, transgrediamur,illudque primùm inquiramus, Ex quo tempore statuta effectum habeant, & constat.generales, post duos menses ligare,§.primo. vt fac.no. consti. coll. 5. si non priùs habita sit legis notitia.capitu.primo.de postul.præla. Præscriptum enim est à lege duorum mensium tempus,ad verisimilem scientiā,& propositæ sanctionis cognitionem,dicto §.primo. vt fac. no.constitu.quod in eo,qui iam certus est,frustra expectaretur. lege aliquando.§.finali.ff.ad Velleia. Constitutiones item municipiorum,de quibus agimus,à tempore scientiæ ligant. lege finali.ff.de decret.ab ordin.quæ à die publicati solēniter,& more maiorū,statuti præsumitur,lege penult C de decuti libro decimo cùm edicta,ex solito ritu,& solennitate proposita, omnibus verisimiliter innotescant. lege j. §. finali. C de cad. tollen. Hinc apparet,leges ciuitatis,præterita,aut præsentia non excitare negotia,sed ad futura tantùm protendi, capitu. secundo. de consti.d.l.pen.nisi fortè, ad antiqui iuris declarationem emanassent, (§.primo.de fil.ant dot.instr.cùm declaratio, nihil inducat noui.) lege hæred.§.si quid post.ff.de test. aut ad eiusdem Iuris confirmationem, lege finali.C.de pac.lege fina.C.de transactio.quando nec ipsa quidem Iuris confirmatio, nouum ius tribuat.lege adoptio.ff.de adoptio. Vel etiam annulationem, ex causa tamen de præterito, lege pen. & fin. C. de incest. nupt. eiusmodi quippe annulatio,per legem antiquam,fieri intelligitur,§ & hoc quidem,de incest.nup. colla 2. Idemq; dicendum, si de præteritis,aut pendentibus adhuc negotiis,nominatim lex caueat, lege leges.secunda.C.de legibus.capitu finali. de constitutio.quo tamen casu,cùm ita leges interpretandæ sint, ne ius alteri quæsitum auferant:lege ij.§.merito.ff ne quid in loco publico.nec de præteritis actum censebitur,quæ iam iudicata,trāsactione decisa,vel aliter omnino finita sunt. lege j. §. finali. vbi Bar.ff.ad Terti.nec de pendentib.per appellationem,§.j.vt cū de appel.cog.col.8.aut in iudicio,cāæ principalis,§.j in med.lit.col. 8.sed de ijs tantūmodò, quæ in iudicium nōdū sunt deducta: §. j.ut cum de app.coll.8.licèt enim lex generalis constituere possit,vt ad præterita in iudicium etiam deducta,vires suas habeat: lege ij.§.pen.& fin.C.de veter.iur.enucl.specialis tamen lex ciuitatis,sicuti nec principis sacra forma,hoc statuere nequit dicto §.j.& sequen.in med.lit.in ijs scilicet, quæ ad causæ decisionem tendunt, quam ex præterito dimetiri solemus, §. alienationis ius de non alie.coll.j. Nam in ijs quæ ordinem iudicij respiciunt,statuta super lite pendente fieri possunt. lege finali. §. fin. C.de iur.calum.

Ius ciuile, an statuto tollatur. Caput. XII.

NEque verò dubium,quin in ea quæ lege ciuili decisa sunt, Iura municipiorum tollere possint, lege item eorum. ff. quòd cuiusque. cùm ius ciuile, contraria lege ciuili tollatur, §. finali.de iure natu.tantumque abest,ius ciuile immutabile esse, vt pro temporum moribus, vtilitatum præsentium rationibus, & Rerumpublicarum generibus.frequenter obliterari debeat, lege ij.C.de uet.iur. capitu.non debet.de consangui. neque fieri potest vt eædem leges,uariis ac pugnantibus Rerumpublicarū formis utiles sint, ac respondeant.Arist.4.Politic.capitu primo. Quo tamen casu ciuile ius naturali rationi innixum foret, statuto contrario non tolleretur,lege ij.§.finali.ff.de vsufru.earum rerum. Vnde nec contra bonos mores,statuta reciperentur,lege pacta,quæ contra.C.de pact.cùm oporteat legem sanctam, iustam,& honestam esse. capitu erit.iiij. distinctio. Idemque si statuentes,notissimos suæ potestatis terminos excederent, lege finali.C.de iurisdictio.quia ueluti,laici,de rebus ecclesiæ, quàmuis ex iusta causa, aut in ecclesiarum commodum,& fauorem statuerent.capitu.quæ in ecclesia.capitu.ecclesia.san.Mar.de cōstit.Circa ea prēterea,quæ lege ciuili nominatim interdicta sunt, Statuentes nihil possunt, lege finali.in fin.ff. de coll.illicit. putà aduersus libertatem ecclesiæ, (Aut. cass. C. de sacrosan. eccles. hoc est contra priuilegia,ecclesijs & personis ecclesiasticis concessa,) Innocen. capitu. nouerit. de sententia excommunicatio. præscriptum à lege modum vsurarum.lege eos,versicu.cæteros. de usur.Naufragorum tutelam, Aut nauiga. C. de furt. & peregrinorum securitatem. Aut. omnes.C.com. de successio. Deniq; his casib.q principi peculiariter reseruant. Vt arrogationi auctoritatē interponere.l.2.ff.de adop.Veniā ætatis concedere,

Source : BIU Cujas

l.2.C.de ijs qui ven.æta.& alijs,id genus,populus non ſtatuit: cap. 1.de ma.& obed neque enim per inferiorum leges,ſuperioris dignitati derogari poteſt.capitu. venientes. de iureiurand. Vnde pleriſque viſum,ſtatui non poſſe,ne à ſententijs liceat. prouocare:cùm id ſoli principi proprium ſit,& peculiare:lege 1.§. final.ff. à qui.app.non lic.quod iurè pontificio,ſine diſtinctione receptū eſt.Dd.l.omnes.3 q. ff. de juſt.& iur. Nam ea lege ad Papam appellatur,omiſſo medio,capitu. ſi duobus,capit.ſolicitudinem,de app.ſuprēmæ cuius auctoritari,ſtatutum ſicuti diximus, nulla ex parte derogarè valet.dicto capitu.venientes. At lege ciuili,ſi cōditum ſit ſtatutum à populo, qui primæ & ſecundæ appellationis,iuriſdictionem habet, conſtitutio haud dubie, effectum haberet,l.2.§.exactis.ff de ori.iur.quandoquidem tunc diſponat populus de ijs,quæ ad ſe pleno iure ſpectant. Dd. d.l. omnes. exémploque eſt populus Romanus,qui poſt reges deturbatos,Decemuiris ius dedit, ne ab eis ſicut à reliquis magiſtratibus , eſſet prouocatio:Liuius.lib. 1.d.§.ex act.neque multo pòſt idem auctoritatis Dictatoribus conceſſit.lege 2.§.populo.ff.de orig.iur. A populo verò nullam habente, reſpectu ſaltem ſecundæ appellationis,iuriſdictionem,inutiliter fieret ſtatutum, ea quam attigimus ratione,ne offendatur ſuperioris,ad quem prouocare poſſet auctoritas:dicto capit.venientes tametſi enim in prima appellatione,populus habeat Iuriſdictionem,quia tamen remouendo primam,in conſequens poſterior tollitur,ſuperioris cauſa fieret deterior,l.pen.vbi Dd.ff. de aqua plu. l. veteres. ff. de itine. actuque pri.quod non licet.dicto cap.venientes.

An ſtatuta ligent forenſes. Caput XIII.

SEd hoc loco ambigi ſolet,an leges municipiorum , exteros, & aduenas comprehendant:quem tractatum , in tria membra ſcriptores diſpertiuntur:in contractus,delicta,& teſtamenta. Dd.l.1.C.de ſumma Trinit. Nos breuiùs rem concludentes pro regula conſtituemus:Legibus ciuitatis,exteros non obligari,l.1. ff.de tuto.& curato.niſi ſe ſubiecerint iuridictioni, ſaltem tacitè, quod quatuor præcipuè caſibus contingit. Primus,ſi in loco legi ſuppoſito contrahunt , lege ſi fundus.ff.de euictio . vel quaſi adeundo putà hęreditatem,lege 2.C.quemadmo.teſt.aper.idque tam reſpectu ſolennium contractus, quàm eorum , quæ ex conuentionis natura deſcendunt. d.l.ſi fundus.d.l.2. Vnde cùm Lutetiæ Pariſiorum,contractum coram duobus notariis fieri oporteat:exteri illic contrahentes,ciuitatis legibus parere compellun tur.Dd.l.1.C.de ſumma Trinit.Si enim reſpectu cauſæ principalis contrahens ſortitur forum loci contractus: l.hæres abſens ff. de iudic.in ſolennibus quoque , & conſecutiu is eiuſdem , idem cenſeri debet.l.magis.§.illud.ff.de reb.eod.in ſolius dotis exactione,ſingulare eſt,vt non locus inſtrumenti conſcripti , ſed domicilij mariti,ſpectetur.l.exigere dotem. ff. de iud. Cùm enim mulier,virum ſuum iugiter ſequi teneatur, capit.vnaqueque.13.q.2. licèt leproſum,capitu.1.de coniug.leproſo & vagabundum. cap. ſi quis neceſſitat.34.quæ.1.egiſſe videtur,vt leges domicilij , quod vtrique commune futurum erat,in eo contractu ſeruarentur. d. l.exigere. Quare ſi Toloſas,Valentinam vxorem duceret , quæ tranſducta ad domum mariti,diem illic ſuum obiret,ex lege municipij Toloſani (ſi non aliter conuentum ſit) maritus dotem lucraretur, Dd.d.l.1.C.de ſumma Trinita. Alter caſus , quo ſe iuriſdictioni loci quis videtur ſubijcere,eſt ſi litigat,reſpectu eorum videlicet,quæ iudiciorum ordinem,& inſtructionem reſpiciunt, lege 3.§.finali.ff.de teſt.l cum clericis.C.de epiſcop.& cleri. etiam in ijs,quæ uoluntariæ ſunt iuriſdictionis.l.1. C. de emancipat. lib. Nam cùm in iudicio quaſi contrahatur,l.3 §. idē ſcribit. ff. de pe. cul.ſicuti contrahendo,ſe ipſe iuriſdictioni ſubmittit,ita litigando.capitu.quod cleric. de foro compe.d.l.3.§.finali. Tertius,ſi aduena,intra territorium ſtatuti,delinquat, Aut qua in prouincia.C.ubi de crimin.cum delinquens,tacito conſenſu obligetur, lege imperatores,ff.de iure fiſ. Er quoniam de contractibus ad delicta argumenta duci poſſunt.lege omnem ff.de iudic. Vnde ſi exterus Toloſæ hominem occidiſſet,Toloſanorum lege plectēdus eſſet,lege ſaccularij.§.ſunt quædam.ff. de extra ordi.crim. niſi veriſimiliter ignoraret quòd à ſe geſtum eſt, habitum pro delicto,quia iure communi,crimen non erat.lege finali.ff.de decret. craſſa ergo ignorantia,non excuſat,capitu.2.de conſtitu.in 6.quę præſumitur,ſi reus in illo loco diu commoratus eſſet, lege ſed & ſi §.pro ſcrib.ff.de inſtitu.aut ſolitus conuerſari,lege 2,ubi de decri.aut ſi facinus, in vniuerſa prouincia , nedum in illa ciuitate frequentiùs prohibitum erat. Vt in Italia,portare arma,& extrahere frumentum de territorio.lege finali.§.licet ubi Dd. ff.de publica. Qua tamen in re, ſunt qui cenſeant,amplius deliberandū. Imo.dicto.§.licet.per dicto capitu.ſecundo. Vltimus caſus, qui teſtatur,reſpectu,formæ,& ſolennium , ciſque prærogatiua loci proderit:lege 2.C.quemadmod.teſt.aper. nam teſtamentum cōdere voluntariæ iuriſdictionis eſt, cùm reluctantes,& inuitos,nō obliget, lege 2.ff.de officio.proconſul.ea autem quæ de voluntaria ſunt iuriſdictione,forenſes comprehendunt, l. 1.C. de emancipa.lib.cūmque in contractibus,id iam receperimus,lege ſi fundus.ff.de euictio.in teſtamentis idem cenſendum.lege ſeruum.§. eum qui.ff.de legat.2. Vnde exterus,qui Venetiis, aut Toloſæ teſtatur,earum vrbium lege iuuabitur, vt coram duobus, aut trib. teſtibus teſtamentum,iure conficiat.Dd.lege 1.C.de ſumma Trinita. In quo exemplo,cæteriſque ſimilibus,quibus,de teſtamentorum ſolennibus,Municipalis lex conſtituit, non poteſt hic caſus,non verus eſſe, cùm perpetuum ſit,actum ſorēnia ad eorum ſpectare iuriſdictionem, in quorum territorio celebrantur. lege 3.§.finali.ff.de teſt.l.2.C.quemadmod.teſt.ape. Quòd ſi circa perſonas teſtantium diſponat ſtatutum putà faciendo idoneos,qui communi lege inhabiles erant,aut è conuerſo,reddendo inhabiles,qui iure communi erant idonei:legibus ciuitatis, exteri non comprehenduntur,Dd.d.lege 1.cùm in non ſubditorum perſonas,ſtatuta nihil poſſint.lege 1. vbi Barto. ff. de tutotibus. Quocirca,ſi municipij lex permittat, filiofamilias teſtamenti factionem aduena nondum ſacris paternis ſolutus, eo loci teſtari nequibat, Dd.lege 1.C.de ſumma Trinita. & ſi alicubi ſit conſtitutum,ne poſſit maritus vxori quicquam teſtamento relinquere, (vt Ianuæ & Papiæ) non tamen ideo exterus arcebitur,vxorem illic inſtituere,aut eidem legare. Specu.titu. de ſenten.§.qualiter. Doct.d.lege j. Hæc autem quæ de ſtatutis dicta ſunt, ad conſuetudines,meritò ſunt producenda.Barto.lege, de quibus quinta. quæſtione.ff.de legibus.

Statuta , an extra territorium effectum habeant. Caput XIIII.

AN autem ſtatuti effectus,ad ſubditos extra territoriū agētes,protendatur,conſtitutionis verba diligenter appendēda ſunt:an in rem ſint,vel in perſonam. lege iuriſgentium. §. pactorum ff.de pact. Nam ſi in perſonam ſunt concepta, diffinit. eſt ex ſuperioribus quæſtio: Cùmenim pro regula traditum ſit,aduenas ſtatutis locorum non ſubijci,lege j.ff. de tuto.& cur. eos propriæ patriæ,legi teneri conſtat. lege.j.§.ſi hæres.ff. ad Trebellia.iis uerò caſibus,quibus exteros, Municipiorum conſtitutionibus,velut ijs ſe ſubiicientes, obſtringi probauimus, patriæ ſuæ lege,abſentes ſubditi non tenebuntur. Vnde ſi Toloſę lex diceret,ne teſtari quis poſſit, niſi tribus notariis præſentibus, poſſem nihilominus hic Ferrariæ,ego Toloſas ſeruata Iuris communis forma, teſtari. Cæterùm vbi municipalis legis verba in rem concepta ſunt,qui rerum dominus eſt, qualiſcunque fuerit, ſiue præſens,ſiue abſens,lege reſcripto. §.finali. ff. de munerib. & honor.ſiue ciuis,ſiue exterus, lege an in totum.C.de ædif.pri.ſiue laicus,ſiue clericus,lege 3.C.de epiſcop.& cleric. ciuitatis conſtitutionibus dubio procul obligabitur.d.l.reſcripto.§.finali. Dd.l. j.C.de ſumma Trinita. Cùm enim poſſint in rebus ſui diſtrictus, & territorij pro arbitrio ciues ſtatuere.lege in rebus. C. mandat. capitu.verùm.de condi.app.& diſpoſitionem , in rem conceperint,haud dubiè rem ipſam affeciſſe videntur. Vt apud quemcūque res ipſa ſit,patriæ legibus obſtringatur. lege actionum genera in principio ff.de actio. & obliga. Quamobrem , ſi bona defuncti, lex municipij primogenito deferat,conſequetur ea primi genius,tametſi ſi filius exteri,& ſi vetet ſtatutum,parietes ædium altiùs tollere,nec extraneus nec ſubditus abſens, altiùs erigere ædificium poterit.Dd.d.lege j. C. de ſumma Trinita. Hancque arbitror ego,veram eſſe huiuſmodi diſceptationis ſententiam, eamque non modò rerum veritati, ſed etiam omnium rectè ſentientium iudicio conſentaneam.

De vi, & effectu conſuetudinis. Caput XV.

EXcuſſa legis ſcriptæ municipali ſique virtute, & effectu, percunctanda nunc eſt , conſuetudinis vis & poteſtas , Qua in re conſtat,Conſuetudinem legis vice fungi, nec minùs , quàm quæ ſcripta ſunt iura,ſeruari, lege de quibus.cum 4.ſeq.ff.de legibus. Vnde & alibi lex , conſuetudinis contemptorem perinde puniri vult,atque tranſgreſſorem legis. capitu.in his. 11. diſtinct. Quinetiam , eo iure nos uti vulgò traditur, vt legem ſcriptam abroget conſuetudo, dicta lege de quib.in fin.generaliter etiam. ſiquidem conſuetudo generalis eſt:Accu.lege 2. C. quæ ſit long. conſ.nam ſi ſpecialis ſit puta alicuius municipij , aut prouinciæ, intra ſuos tantùm limites,legem, aut (vt ſignificantiùs loquar) legis obſeruationem , infirmat , lege venditor.§. ſi conſtat. ff.ca. prædio. & ita non obſtat , quod ſcripſit Antoninus. lege prima. C.quæ ſit long.conſue. *conſuetudinis auctoritatem, non vſque adeo ſui valituram momento, vt rationem vincat, aut legem.* Verum ſiquidem eſt,per ſpeciales certæ ciuitatis,aut prouinciæ mores , non eneruari funditùs legem. Cæterùm legis virtus & obſeruantia,deflo reſcit,& tollitur. lege ſi ſine hæredita §.Lucius. ff. de adminiſtra. tuto. dicto. §. ſi conſtat. nos uerò , Doctores , ineptè loqui putamus,cùm aiunt legē, contraria conſuetudine tolli, tū q̄ apertū ſit,Conſtantini reſponſū ,negantis,vllū eſſe cōſuetudinis momentum,aduerſus rationem,aut legem, lege 2. C. quæ ſit long. conſ.tum quòd lex, non niſi contrario ſuffragio , propriè tolli dicatur,

Source : BIU Cujas

dicatur,ſed quo caſu, longa negligentia, & quaſi non vtendo euaneſcit, per deſuetudinem dicitur abrogari. lege de quibus. ff.de legibus. Deſuescere autem nihil aliud eſt,quàm ab obſeruantia legis abſtrahi,ſeu legem ipſam non ſeruare,& non vtendo negligere. Quæ contumacia,conſuetudini quidem ſimilima eſt:at conſuetudo propriè dici nequit,cùm ea res, & facta perpetuò deſideret. Deſuetudo verò,ſola negligentia, vel patientia inducatur, d.l.de quibus. niſi talis deſuetudo in ſcriptis redacta eſſet,quo caſu lex municipij, (nos ſtatutum vocamus) diceretur: lege 1.C.de emancip.lib. nam ſiue conſuetudo, ſiue deſuetudo ſit,ſcripta eſſe non poteſt, quippe ſi mandetur ſcriptis,iam lex eſſe incipit. Conſuetudinis ius eſt (inquit M. Cicero) quod voluntate omnium,ſine lege vetuſtas comprobauit. Cicero 2.de inuentio. Cùm itaque de conſuetudinis vi, & poteſtate quærimus,ante omnia ſpectare conuenit, an ea legi ſit conformis:quo caſu legem firmat conſuetudo, atque in vſu retinet:quia diuerſum plerunque reciperetur, ſi hoc robur non accederet, lege finali.C.quæ ſit long conſue. niſi fortè lex ſcripta,dubia foret,aut obſcura,quam tunc conſuetudo, optimè interpretatur.lege ſi de interpretatione. ff. de legibus,capit. cum dilectus,de conſue. Quòd ſi præter legem,hoc eſt,vbi lex non diſponit,conſuetudo inducta ſit,legem ipſam imitatur, §. ex non ſcripto.de iur.natur. vt tantũ valeat in caſu à lege omiſſo,quantum lex in caſu permiſſo, dicta lege de quibus. & hoc eſt.quod dici ſolet, Conſuetudinem pro lege ſuſcipi, cùm deficit lex.capitu,conſuetud. 1.diſtinc. Inueteratamq; conſuetudinem,pro lege nõ immeritò cuſtodiri, dicta lege de quibus. nec minùs quàm ea,quæ ſcripta ſunt, iura ſeruari.l. diuturna. l. ſed ea.ff.de legibus. Si verò lex, deſuefacta ſit, & neglectui longo tempore habita, quam defectionem, Cæſares conſuetudinem vocant.Vbi præſertim facta interceſſerunt.Auth.nauigia.C.de fur. aut. omn.C. com. de ſucceſ. ſiquidem talis ſit deſuetudo, quam lex ſcripta,nominatim improbet. Vt aduerſus eccleſiæ libertatem, Aut.caſſ.C. de ſacroſan. eccleſi. nulla eſt ipſo iure. d. aut. nauigia.d.aut.omnes.alioquin dubio procul, deſuetudine abrogabitur lex, dicta lege de quibus,in fi.niſi tamen ea ſit lex naturæ. c.fin.8.diſtin. Naturalis quippe ratio,nullius auctoritate,inuerti,aut commutari poteſt,lege 2.§.finali.ff.de vſu fru.ear.rer.& naturæ iura,diuina quadam prouidentia conſtituta,mutabilitatem (vt ita dicam) non recipiunt.§.finali. de iur. natur. Vnde dicendum, cùm aer,mare, & per hoc littora maris,naturali iure communia ſint omnium,lege 2.ff. de rer. diuiſio.nulla conſuetudine introduci poſſe, vt quis prohiberi poſſit piſcari,aut aucupari: quinimo ſi contrà vſurpatum ſit, hoc eſt,inquit Accurſius,conſuetudine obtentum,qui tamen vetabitur,iniuriarum agere poteſt,lege iniur.§.fina. ff. de iniur.lege 3.ff.de rer.diui. cùm nulla ſit conſuetudinis auctoritas contra Ius naturæ. Statuendum præterea, eadem ratione, Dei legem naturali iuri innixam,populi moribus,quàmlibet diuturnis,abrogari non poſſe.capitu.pen.de conſue.capitu.finali.§. his ita.6. diſtin. Verum enimuerò, hoc in loco, meritò quis ambigat, quanam ratione id fieri poſſit: ſiquidem potiùs videatur nullo caſu ſcriptam legem,à conſuetudine,vel per deſuetudinem tolli:quandoquidem ratione, hoc eſt bono, & æquo,quod vtentium moribus,occaſionem dederit, conſuetudinem munitam eſſe oporteat,lege 1.C.quæ ſit long.conſue.capitu.fruſtra. capit. conſue.8.diſt.capitu.conſuetu.diſt.11.alioqui, quantumuis frequentibus receptam moribus,nec tempore firmari,§.primo,vt nulli iudi. coll.9.nec conſuetudines, ſed corruptelæ homen habere.capitu.cum venerabilis.capitu. finali. de conſue. capit. ex tuarum.de auctorita pall. Cùm itaque lex ſcripta,rationi innitatur,l.leges.C.de legibus,canoni.erit.4. diſtin. fieri non poteſt, vt mores legi contrarij,ratione ſuffulti ſint,capit. hoſpitiolum. 32.diſtin.atque ideo,vt iuri poſitiuo,quod vocant, derogẽt capitu.fina.in fin.de conſue. Quibus reſponſum velim duo contraria,perpenſis loci,temporis,perſonarum, & ſimilibus circũſtantijs, capitu finali.in fin.de tranſactio.capit.ſciendum.39.diſtin.& ratione niti, & ſimul,vera eſſe poſſe, Panormi.dicto capitu.finali.numero.6.vt nubere, & non nubere. capitu. nuptiarum,27.quæ.j. Cùm & ipſe Deus, ex conſtitutis in veteri lege, pleraque in noua mutauerit.capit. non debet, de conſangui.& affin. Vnde nec mirum videri debet,ſi aduerſus legem ſcriptã, ratione ſubnixam,pro cauſæ,perſonæ,loci, aut temporis qualitate,conſuetudo rationabilis, inducatur capitul. ſuper eo. de ſentent.excommuni.dicto capitu.fina.de tranſact.Panorm. dicto capitu.fina.de conſue.Sed cùm iam ſatis, de vtriuſque legis ſcriptæ nimirum,& non ſcriptæ, vi, poteſtate,& effectu, nobis dixiſſe videamus: Supereſt vt Iuris interpretationem, hoc eſt, maximã iuris noſtri partem,exponamus. Quam qui probè cognouerit,facilè profectò aſſequetur,vt de quibuſuis negotijs, ſi modò vſus accedat,& exercitatio,vel minimo negotio rectè reſpondere ac iudicare ſapienter poſſit.

IOANNIS CORASII TOLOSATIS IVRISCONSVLTI,

Regijq; Senatoris Toloſæ, de Iuris Arte, Pars quarta,quæ locos communes continet.

De Iuris interpretatione. Caput I.



IVRI operam daturum, cognitis rerum principijs, ita progredi cõuenit, vt quoddam ſibi Iuriſprudentiæ veluti breuiarium faciat:deinde quoſdam ſibi conſtituat locos, in quos cuncta, quæ legibus ſcripta ſunt, quæque in quotidianum vſum incurrere ſolent, commodè reijcere, & ad manum habere poſſit. Quoniam verò iuris omnis quæſtio, vel ſignificatione verborum,vel æqui diſputatione,vel coniectura voluntatis continetur:qui de locis communibus ſcripſerunt, duo potiſſimùm fecere genera,Alterum ſignificationis rerum, & verborum: Alterum coniecturæ voluntatis,quæ ex boni,& æqui ratione,maxime colligitur. Hæc nos ſingulatim,& diligenter exequemur: & circa verborum ſignificationem,illud primùm nouiſſe oportet,legẽ duab:conſtare partib.ſcripto,videlicet,& ſnĩa: l.ſcire.ff. de legi.c.pręterea.de ver.ſig.cùmq; inuentaſint verba,vt loquẽtis mentẽ exprimant.l.Labeo.ff.de ſupe.leg.Cice.p Cecinna.ea præſumit eſſe legis voluntas,quã verba ſignificant. l. pſpexit. ff. q.& à q.neq; temerè putandũ,aliud quẽ ſenſiſſe,q̃ qđ verbis expreſſit.l.ille aut ille.§.fi.ff.de le. 3. Vnde & verb.ſig.in dubijs ſeruiendũ,l.1.§.ſi is q nauẽ.ff.de exercito. nec aliter ab ea recedendũ, quã ſi manifeſtũ ſit, aliud ſenſiſſe cõditorẽ.l. nõ aliter.ff.de le.3.alioq multa ſequerent incõmoda,vt M.Cice. pbat,Cicer.2. de ĩuẽtio.ſi inſtituerẽt,vt à ſcripto fas eſſet recedere.Ferẽdus ergo nõ eſt,q mentẽ ſcribentis,aut proferẽtis,exp̃ ver. ſig. aucupari temere tẽtat c.ad audiẽtiã.de dec.Qđ.n.inqt M.Cic.tertius,legis ſcriptor, volũtatis ſuæ teſtimoniũ relinquere potuit, q̃ qđ ipſe magna cũ cura,& diligẽtia ſcripſit? Cice.li.de Ora.qđ ſi de mẽte cõſtet,haudquaquã dubiũ eſt,qn ea verbis p̃põderet,l.3.C.đ li.p̃ ter.d.l.Labeo.in fi.tametſi verba legis,aliũ habeãt ſenſum: l.ſcire.§.aliud.ff.de excuſ.tut.iniuriamq; legi facit, qui verba legis cõplexus,eiuſdem voluntatem oppugnat,lege non dubium. C.de legibus.cumque non in verbis,ſed in ſenſu leges conſiſtunt: capit. Marchion.1.quæſt.id ſcire.ex legis ſententia legis reſtrictio fiet,& ſi res ipſa ſua,det,extenſio,lege milites agrum.ff.de re mili.l.his ſolis.C.de reuo.dona. cæterum quandoque difficile eſt, vel propter orationis ambiguitatem, vel variam verborum ſignificationem,ex legis contextu ſententiam eruere, indeq; frequentiſſima illa,inter Iuriſconſultos, ſcripti & voluntatis quæſtio,è qua bona noſtri Iuris,pars (inquit Fabius) dependere videtur. Fa.Quintil.libro 7.orat.Inſtitutio capitu.7.Melius tamen eſt,in eo cõflictu,non protinus ſcrutari,(ſicuti Paulus ait) propriam verborum ſignificationem,ſed vſum moremq; regionis. lege cum de lanionis.§.primo.ff.de fund. inſtru. Conſuetudo enim dicebat Sulpitius Apollinaris, cùm omnium domina rerum,tum maximè verborum. *Quam penes arbitrium eſt, & vis & norma loquendi*, vt Flaccus ait. Nec tam ex verbi proprietate, aut ex opinionibus ſingulorum,quam ex cõmuni vſu (inquit Celſus) & ciuitatis cõſuetudine,nomina exaudiri, intelligiq; debent,lege Labeo.§.pen.ff.de ſup.leg.eiuſceq; rei lepidum profert Gellius exemplum ex legis Atiniæ verbis: *Quod ſurreptum erit,eius rei æterna auctoritas eſt.* Gell.li.noc.Atti.17.c.7.qb.furtiuarũ rerũ inhibebat vſucap.l.ſequit.§.qđ autẽ.ff.de vſucapi. At cũ verbũ erit,nõ ſolùm præſens,ac futurũ, ſed etiã p̃teritum tẽpus demonſtret,l.verbũ erit.ff.de verb.ſig.Gellius vbi ſup.Q.Scæuola,Brutus,& Manilius,viri apprimè docti, valdè dubitarunt, an ad p̃terita quoq; furta,nedũ futura,lex valeret:verũ cũ in more poſitũ ppetuò fuiſſet, leges futuris duntaxat pſpicere,nec ad pręterita referri:l.leges.C.de le.c.2.& fi.de conſt. In l. quoq; Atinia veriſimile eſt,furta poſtmodũ facta in iudiciũ tantũmodo vocari,hoc.n.iure retro ciuitas in alijs legib.vſa fuit.l. ſi de interpretatione.ff.de legib. Vbi verò dictũ legis obſcurũ, ex cõi loquẽdi vſu,aut cinitatis conſuetudine colligi nequit tutius eſt,vt diximus,pprietati verborũ ĩ ſeruire.l.j..§.ſi is q nauẽ.ff.de exercitor. Propriã autẽ verb.ſign.trib.mod diſcerni receptũ eſt, Dd.l. oẽs populi.6.q.ff.de iuſt.& iur.auctoritate,l. ppriè.l.ferri.ff.de ver.ſig. diffinitione,l.1.cũ vulg.ff.de teſt.& etymologia l.2. §. appellata. ff.ſi cert.pet.l.pupil.§. territoriũ, & l.tugurij.ff.de ver.ſig. Apud veteres imprimis,vim oẽm,& normã loquẽdi fuiſſe, nemo neſcit.Vnde & eorũ auctoritati tributũ, vt quo dicẽdi mõ ipſi ſua ætate vſi ſunt,nos quoq; nũc vti poſſumus pprieq;, ac ſignificater loq cenſeamur.Quare tametſi q̃dã ſint,in iure nr̃o vocabula,quæ purioribus.barbariſſimum ſubolere videantur, vt cum liberum, pro filio,l.ius autem.ff.de pacto.iterato, pro iterum, l. q bonis ff.de ceſ.bo.ĩcõtinẽti,& excõtinẽti, pſtatim,& ptinuò, l.iuriſgẽ.§.qnimò.ff.de pac.l.3.§.eũ igit.ff.d vi.& vi ar. vnã dece,

Source : BIU Cujas

l. eum qui ita. ff. de verb. obli. quaſi vna nomen ſit, non aduerbium, Lau. Val. l. ij. c. xxxij. & exorciſare, pro incãtare, carminibuſq; mederi, L. j. §. j. ff. de var. cognitio. Iuriſcõſulti dixerunt: Ciuiles tamen legum profeſſores, tantorum fulti auctoritate virorum, poterunt eo loquendi modo inculpatè vti. Vnde ſu perſtitioſi nimis videri debent, qui dictionibus *poſsibile, & impoſsibile*, vti reformidant. Licèt enim ab ijs Mar. Cicero, lib. 9. epiſt. fami. & Saluius Iulianus, L. ab omnib. §. j. ff. de leg. j. abſtinentes, Græca voce ἀδύνατος vti maluerint. Me (inquit M. Tullius,) περὶ δυνατῶν ſcito κατὰ διάλεκτον κρίνειν, & Iulianus libro primo ad Vrſeium: Ferocem, quod, ait, ἀδυνάτου, conditio pro non ſcripta habetur, cæterorum tamen Iuriſconſultorum, qui & ipſi puriſſimi fuerunt auctoritate, Latinæ ciuitati, voces eiuſmodi donatæ intelliguntur. Ex diffinitione quoque, & quidem maximè, ſumendam verborum proprietatem, liquet, l. j. vbi Dd. ff. de teſta. Dd. l. oĩs. ff. de iuſt. & iur. ea autem oratio eſt, qua quid ſit res, breuiter explicatur, quod cùm genere, & differentijs, propriè fiat, Bart. d. l. j. ff. de teſt. craſsiùs dicere poſſumus, diffinire aliud eſſe nihil, quàm breuem ſubſtantiæ rei, per genus, & differentias explicationem proponere: qualis illa hominis finitio, Homo eſt animal rationale: Animal, illic genus eſt, hoc eſt verbum, alijs ſpeciebus commune. *Rationale* verò, differentia, quòd in nullam aliam ſpeciem rationalis conceptio, transferri poſsit. Equidem definitionis illud peculiare eſt, vt neque plura, neque pauciora, quam definitum complectatur. Sed de quocunque dicitur vnum, dicatur & alterum. l. j. §. dolum. vbi Bar. ff. de dolo. Quo ſatis intelligimus, diffinitioni furti, à Iulio Paulo traditæ, verba illa *inuito domino*, Accurſianos otioſè ſubdidiſſe. L. j. §. fi. ff. de furt. vbi Accu. & in §. furtũ. de oblig. quæ ex delicto. Licèt enim volente domino, quid ſurripiam, ſi tamen dominum nolle putem, me furem eſſe conſtat, L. inter omnes. §. fi. de fur. cùm non ex alterius, quàm delinquentis animo, penſentur delicta. Porrò ſi veterum deſit auctoritas, & definitio, ad veram nominis interpretationem, quam Græci Etymologiam vocant, recurrimus, L. ij. §. appellata. ff. de reb. cred. Dd. d. l. omnes. hoc eſt, vt M. Cicero, verbum ex verbo reddens, expoſuit, *Veriloquium*. Cicer. in Topi. ἔτυμον enim Græcè, verum: & λόγος loquutionem notant, vt non malè ſentiant, qui tradunt etymologiam eſſe, reſolutionem vocis, in verum, & proprium ſignificatum, Bald. l. non ſine. C. de bo. quæ li. & in c. j. §. ſi quis de manſo. col. fi. de controuer. inueſt. quatenus tamen fideli fundamento nititur: alioqui (ſicuti Valla dicebat) parum attinet, de etymologia diſputare, quæ plerunque fallax eſt, & imprimis friuola. Laur. Vall. li. 4. c. 20. Falluntur autem plerique omnes Iuris interpretes, dum etymologiam, & alluſionem pro eodem accipiunt, Accur. & alij. l. j. ff. de acqui. poſſ. & alibi ſæpe. cùm Alluſio, ex conſonantia tantum verbi, & plerunque ſyllabæ, ad ſolius vocis ſimilitudinem relata, proueniat vt bona à beando, quia homines beatos faciant. l. bonorum. j. §. j. ff. de verb. ſig. & Taberna, à tabulis, quibus non clauduntur modò, verum etiam conficiuntur, l. tabernę. ff. illo tit. & cum M. Cicero in Verris nomẽ multa cauillatus, quòd omnia verreret, dictũ verrem ſcribit. Cice. 1. actio in Verrem. Et Accurſius, tale ſibi nomen inditum gloriatur quòd aduerſus Iuris ciuilis tenebras accurrat, & ſuccurrat, Accurſ. l. facta. §. fi. in danda. ff. ad Trebel. ijſque ſimilia ſexcenta quæ commonſtrant, appellatã Alluſionem, quia ad vocis ſimilitudinem alluderetur. Vnde conſtat, nec directò, nec cõuerſim neceſſarium argumentũ colligi poſſe, cùm & variam Alluſionem, nomina quædam habeant, vt in furto videre eſt. L. j. ff. de furt. Quatenus tamen Alluſionem propriè ſumimus, vt ab etymologia ſecernitur, nã ab etymologia ipſa, hoc eſt, vera noĩs interpretatione, ad rem interpretatam, tanquam de genere, ad ſpeciem, efficax argumentatio negatiuè ducitur, Fulg. l. ij. §. appellata. ff. ſi certa. Cuma. l. j. ff. de acqu. poſſ. ob idque, peculiaris ſedes etymologiæ, inter cæteros argumentorum locos, ab Ariſtotele, Cicerone, & Quintiliano data eſt: veluti non fit de meo tuum ergo non eſt mutuum: d. §. appellata. non eſt teſtatio mentis, igitur nec teſtamentum. §. j. de teſtamen. à quo enim remouetur genus, ab eo & quæcunque ſpecies ſubtrahitur. Accurſi. l. j. §. final. in fin. ff. de ſuis. & legit. Affirmatiuè verò, licet ab interpretato, ad interpretationem, ſeu nomine deducto, ad etymologiam rectè inferatur. vt eſt mutuũ, ergo de meo tuũ: d. §. app. teſtamentum, ergo teſtatio mentis: d. §. j. de teſt. ab interpretatione tamen, ad nomen ipſum deriuatum, ſicuti eſt de genere, ad ſpeciẽ, deſumpta argumentatio inanis eſt. Fulgoſ. & Cuma. vbi ſupra. Quare, qui dicit fit de meo tuũ, aut, eſt teſtatio mentis, non ideo tamen mutuum, aut teſtamẽtum, eſſe concludit: cùm enim etymologia, quaſi genus ſit, latiuſq; ſe eius vis protendat, quàm nomen ipſum, quod deducitur, poſito genere, non ſequitur eam ſpeciem qua de agimus, poni. l. ſi quid earum. §. j. ff. de leg. iij. Nam vt Fabius eleganter ſcripſia, quemadmodum ad refellẽdam ſpeciem, genus plurimum valet, ita ad probãdam minimum contra verò, infirmam habet ſpecies refutationem generis, & probationẽ eiuſdem firmiſsimam. Quintil. lib. 5. orat. inſtit. c. x. Ex his igitur, quæ Doctores alibi fuſiſsimè diſputant Dd d §. appel. in d l. j. ff. de acqui. poſ. in §. j. de teſta. & in c j de iudi. liquidò conſtat, etymologiam, vocabuli proprietatem deſignare: ſi tamen inquiunt diffinitioni non aduerſetur, Bar. & cæteri l. omnes popu. vj. q. ff. de iuſt. & iur. quod ex prædictis diſcernere, non valde obſcurum arbitror. Poſtremò ſi nec ex cõmuni loquendi vſu, nec ex auctoritate, nec finitione, nec etymologia, dictum legis obſcurum queat explicari, veriſimiliũ adhibenda eſt ratio, cum ex præcedentibus, ac ſequentibus. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de verbo. oblig. tum ex ipſo materiei ſcopo, & fine, ex quo cuiuſcunque legis verba regũtur, & interpretationem maximè recipiunt. l. milites agrũ. ff. de re mil. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. Vnde etiam legis rationem comprehendimus, quæ ſicuti iuriſconſultus ait, tacita quædam lex eſt. l. cùm ratio. ff. de bon. damnat. indeq; νόμος lex dicitur, ꝙ νοῦς rationalis ſenſus ſit, vt Plato docet.

Verborum figuræ. Cap. 2.

AD verborum quoque proprietatem pertinere videntur verborum figuræ, quæ orationis ornatum reſpiciunt. Solent enim, (vt Quintilianus ſcribit.) etiam ea ꝓpria dici, quę bene tranſlata ſunt. Quintil. li. 8. orat. inſtitutio. Earum autem omnium μεταφορὰ hoc eſt rerum verborumque cõcinna tranſlatio, longè pulcherrima eſt, orationem inquit M. Cice. quaſi ſtella quædam illuſtrans; Cicer. in orator. vt cùm Iuriſconſulti, nudam conuentionem, pro ſimplici. l. iuriſg. §. igitur. ff. de pact. Ambulatoriam voluntatem. l. iiij. ff. de adi. leg. poteſtatem, L. erit. ff. de fundo dota. & conditionem, l. ſeruus ſi her ff. de cond. inſt. pro mutabili, & quæ ad cuiuſque arbitriũ flecti, variari, reuocarique poteſt, concinnatorem litium, pro eo, qui cauillis improbis lites producit, l. nec quicquã. §. circa. ff. de offi. proconſ. Veſpertilionem, pro eo qui creditorum metu, luce domi ſe continet, & veſpere tantùm exit, l. ita quis. ff. de euictio. Vacantem mulierem, pro vidua. l. qui cœtu. §. fi. ff de vi pub. Cunabula, pro initijs, l. vnica. ff. de offi. prętor Calcẽ, ꝓ fine, l. palatinos. C. de pala. ſac. largitio. lib. 12. C. Prima facie, pro eo quod menti primum occurrit, L. aliquã do. ff ad Velleia. Iactum retis, pro re dubia, & mera ſpe, qua plerunque falluntur homines, l. ſi Iactum. ff de actio. empt. Dotẽ, & donationem propter nuptias, æquis paſſibus ambulare, l. fi. C. de don. ant. nup. Alterum pedem in fouea habere, pro ſemimortuũ eſſe, & iã ꝓpè ſepultũ, l. apud. Iul. ff. de fid. lib. ijſq; ſexcenta ſimilia, quæ nuſquam in iure noſtro non occurrunt. Ironię quoque figura, Iuriſconſultis frequens eſt, aliud pronuntiatione ſignificantibus, quàm verba ipſa ſonare videantur: l. ſicuti. ff. ſi ſer. uen. vt cùm Vlpianus dixit, eos notam non euadere, qui cum beſtijs depugnant, virtutis oſtendẽdę cauſa & in Arena, honorari ſeſe paſsi ſunt L. j. § denique. ff de poſtul. c. Denique ſunt aliæ multæ, in ciuili diſciplina, frequentatæ figuræ, quas à viris doctiſsimis locupletiſsimè collectas Alcia. lib. 4. de verb. ſigni. deſcribere faſtidioſum putaui. Vt interim omittam infinitas quæ communes nuncupantur dictiones, aliam, atque aliam, ac interdum contrariam ſignificationem habẽtes: cuiuſmodi ſunt dolus, L. j. §. j. ff. de dol. venenum, L. qui venenum. ff. de verb. ſig. valetudo & ſimiles. Neque enim vagari longiùs, in ea tractatione dignum exiſtimauimus, quæ noſtri argumenti propria non eſt: quia tamen diſiuncta non omnino videtur, hæc velut per tranſennam attigimus.

Impropria verborum ſignficatio. Cap. 3.

COgnita verborum proprietate, quid nam ſit impropriũ intelligere cognitu non admodum difficile videtur. L. j. ff. de ijs qui ſunt ſui. Id enim improprium dicitur, cùm res nõ proprio nomine appellatur, aut dictio alieno loco ponitur. L. j. ff. de ſuis & leg. Veluti cùm Tiro, ad M. Ciceronem ſcribens ſe valetudini fideliter inſeruire, inſolenti nimis tranſlatione dixerat. Cùm enim hominibus tantùm conueniat fidelitas: de aduerbij, *fideliter* improprietate, Cicero meritiſsimè queſtus eſt. libro 16. epiſtol. Minùs propriam locutionem duobus modis deprehendi, in iure noſtro vulgò traditur: primùm ſi larga quadam ſignificatione, quippiam denotemus, genuina, & peculiari relicta: vt cùm Martianus apud proconſules, tam liberos, quàm ſeruos manumitti poſſe dixit. L. ij. ff. de offi. proconſ. Quod enim ad ſeruos attinet, Manumiſſio propriè dicitur: l. j. § j. ff. quand. act. de pecul abuſiuè vero, ad filios refertur. L. liberum. ff. de adop. d. §. j. Et cùm lex Iulia de Adulterijs, Stuprum, & Adulterium, promiſcue appellat. l. inter liberas. ff. ad leg. Iul. de adul. quippe cõſtat, in nuptã Adulterium propriè committi: Stuprum verò in virginem, viduamve, ſeu qamlibet aliam mulierem, quæ corpore quæſtum non faciat. l. inter. ff. de verb. ſig. d. l. inter liberas. Deinde receptũ

eſt,

Source : BIU Cujas

et, illud improprium censeri, quod cum adiuncto profertur. Barto.lege Lucius.§. quæsitum.ff.de lega.3. Vnde qui ex fratribus nostris nati sunt, quoniam non simpliciter fratres, sed cum adiectione *patrueles* dicuntur,l Iurisconsul.§.quarto.ff.de grad. appellatione fratrum, non continentur.Bart.dicto §.quæsitum. Et si lex municipij,patruum matri defuncti præferat;patruus magnus, id est,frater aui,dicto § quarto gradu.matrem non excludet.Dd.lege 1.C.de succ.edi.Statutorum nanque uerba, propriè accipi debent.lege 3.§.hæc verb.ff.de nego.gest. Atqui propter adiectionem *magnus* constat hunc propriè patruum non esse. Barto.dicto §.quæsitum. Quod præterea, ex communi vsu loquendi dicitur, ex figurato, non etiam ex proprio sermone dici, rectè traditum est: l. cum de lanionis.§.asinam. ff. de fund. instruct. quia scilicet,populi auctoritate, naturalis rei significatio,immutari nequeat.lege secūda ff. de vsufruct ea.re.Quod & iunioribus placet, vbi vsus ille communis, ex opinione imperitæ multitudinis,processisset. Alciat.libro secundo,de verborum significatio. Nam & vulgi iudiciū passim lex improbat.l.si dictum ff.de euictio. lege ita vulneratus. ff. ad l. Aquilia. l. item prætor.ff.de suis & legibus. vbi verò à peritis, atque excellentibus auctoribus, loquendi communis vsus sumpsisset originem, secùs existimant, quoniam ex auctoritate doctorum virorum, propriam duci significationem, iure sit receptum. Barto.l. omnes populi.6.quæstione.ff.de iustitia & iur. Et quia vis, & potestas vsus magna est, *quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.* Horatius in arte poetica. Mihi verò, sine distinctione placet, à communi vsu loquendi, impropriam duci significationem, quanquam enim non ignoro, ab eruditis vsurpatum vulgarem loquendi modum: lege si chorus.§.primo. ff.de legat.3.l. Massurius.ff.de verborum significatio.Gell.libro primo,ca.6.& 10.Ca.21.vix tamen adduci possum,vt credam,cōmunem vsum loquendi,cum uerborum proprietate pugnantem, ex eruditorum auctoritate originem trahere, sed magis ex consuetudine, & inscitia temere loquentium, quòd & Gellius, non vno in loco indicat.lib.2.cap.6.& 13. capitu. 28.

Verba legis, quando propriè, vel impropriè, accipi debeant. Caput. IIII.

NVnc videndum, quādo legis verba propriè vel impropriè, accipi debeant: tractatus sanè perplexus,cæterum ad respō sa iurisprudentiæ cognoscenda, perneccssarius.& regulare est, vt ea secundum propriam significationem, assumantur, lege 1. §.si is qui.ff.de exercit.lege.Plautius.ff. de aur. & ar. leg. à qua nos non aliter recedere oportet,quàm si euidens sit auctorem aliud sensisse.lege non aliter.ff.de lega.3.vbi verò mens repugnat, neglecta proprietate verborum,sententiam sequimur, lege pen.ff. ad exhiben.legemque,non ex verbis interpretamur, sed ex eorū qui ipsam tulerunt sententia, & consilio,quæ sola vera est,& certa, interpretandæ legis ratio, quod multis modis potest contingere.

I Et imprimis,Si communis loquendi vsus, id exposcat,lege librorum.§.quod tamen.ff.de lega.3.capitu.ex literis. de sponsalibus. is enim est quacunque vocabuli proprietate, potentior.l. cum de lanionis.§.asinam.ff.de fund. instruct. l. Alphenus. lege Anniculus. 1. de verborum significatio. In materia etiam (vt dicunt) exorbitanti, correctoria,& pœnali,Mathesilla.nota.96. siue tractetur de iuris communis,siue alterius dispositionis interpretatione, capitu. 2. vbi Panorm. de verborum significatio. quod ipsum fusiore sermone superius à nobis tractatum, satis erit per transennam, impræsentiarum attigisse. Deinde, si subiecta materia suadet,verba impropriè accipiuntur,lege si vno.ff. loca.l.insul.ff.de præf.verb.vt commodatum,pro mutuo,lege finali.C.de iis qui ex publ.ratio.ciuita. libro decimo. Tutor, pro curatore,lege pater.§.condit. ff. de conditio.& demonstratio. è contraque curator, pro tutore, capitu.vnico.de obliga.ad ratio cin.& procurator,pro actore,vel syndico.capitu.petitio.de procurato. Quoties enim idem sermo,duas pluresve sententias exprimit,ea potissimùm capiunda est,quæ rei gerendæ aptior iudicatur.lege quoties idem.ff.de regulis iuris. Vnde qui procuratorem constituere vult, si se Titium syndicum suum facere dicat, erit Titius nihilominus procurator. dicto capitu. petiti. Et si princeps,accepto pretio, se rem in feudum mihi concedere dicat,erit venditio, lege Bald.l.qui se patris.C.vnde lib. pretij quippè mentio,venditionem coarguit. lege finali C. de prod. decurio.libro decimo. Eodem modo, si monachus (qui proprium habere vetitus est) capitu.cum ad monaster.in fin.de statu. monach. in professione regulæ,bona sua sibi reseruet, non de proprietate,sed de rerum vsu,accipiendum erit. Barto. aut.ingressi. C.de sacrosanct.eccles.i. Panor.capitu.secundo,de statu monach.

Addi possent,& alia multa his similia, Fely.capitu. in tantum de simon. quibus edocemur, perpendendum esse diligenter, quid materiæ semper subiectæ ratio ferat.lege insulam.ff.de præscrip.verb.

II Præterea ne quippiam absurdi sequatur, impropria potcrit accipi significatio. lege vxorem.§. concubinæ.ff. de legat. 3 Etenim verba legis ita semper interpretanda sunt, ne ad absurdum trahantur, lege nam absurdum.ff.de bo.liberto. neve iniustum aliquid,inhonestum,aut rationi contrarium inducant. lege in ambigua.ff.de legibus l.furti.§.pactus vbi Castr.ff.de infam. Vnde in edicto quo parentes, sine permissu prætoris in ius vocari prohibentur, parentes appellantur superiores omnes in infinitum,etiam qui supra tritauum sunt,hoc enim (inquit Vlpianus,) honestius est,& meritò obtinuit. lege quique. §. primo. ff. de in ius vocand.cùm tamen proprio vocabulo, parentes ad tritauum vsque duntaxat nominentur, & qui suprà, speciali nominatione,dicantur maiores.lege iurisconsult. §. parentes.ff. de grad.affin. Eadem ratione dico,vt à contrarietate eximatur dispositio,eius verba,impropriè accipienda,capitu. cùm tu,de testibus. quod in iure nostro, in quo nihil esse contrarij, Iustinianus profitetur, lege j. §. quibus. C. de no.co.fac. præsertim recipiendum est, vt concordantiæ legum, modis omnibus obseruentur,lege vnic.C.de inoffi dot. vt item sustineatur actus, qui secundum verborum proprietatem, nullus reddi posset, licebit impropriè verba accipere,lege si tibi pecuniam ff. si certum petatur.idque ex communi regula qua passim traditum est, in dubijs commodissimum esse id accipi,quo res de qua agitur sit in tuto.lege quoties.ff.de rebus dubijs. Vnde ne iusiurandum, lege sed & si.§.item si iurauero.ff de iureiur.sententia, Accurt.l.& puto.ff.famil.ercis.legatum,lege quibus.§ dominus.ff. de conditio. & demonstratio.dictum testis, capitu.cum tut. de testibus. & reliqua id genus, effectu careant, à proprietate verborum recedimus. lege pater.§.conditionum.ff.de conditio.& demonstratio. Ob idque responderunt nonnulli,relictum filio iure restitutionis,censeri iure institutionis relictum, ne alioqui irritum fiat testamentum,Bald.l.si cum ante. C. de donat.ante nupt. ad cuius effectum vulgò receptum desiderari, vt institutionis titulo, parentes filijs aliquid relinquant. §. aliud. vt cum de appell. coll.8. Huc quoque pertinet,quòd ne illusoria reddatur dispositio,verbis impropriè acceptis, interpretationem fieri oporteat. lege diuus.ff.de vsu.& hab. Quare tametsi ciuitatis verbo mœnium ambitus tātùm contineatur: si tamen Papa,sacris ciuitate interdixerit,de suburbijs quoque actum censebitur, ne deludatur interdictio.capitu.si ciuitas. de sentent. excom. in 6.

III Est & alius casus, quo verborum proprietatem non sequimur,si persona videlicet,proferentis, aut ad quem diriguntur,suadeat: lege stipulatio.§.hæc quoque.ff. de verborum obligatio. Nam & dici vulgò solet, verba secundum personæ qualitatem accipienda.lege plenum.§.equitij.ff.de vsu, & hab. Vnde conditio,si intestatus moriatur,relata ad pupillum: qui cùm testare nequeat,intestatus propriè dici non potest, lege prima. ff. de suis,& leg.in pupillo verificabitur.lege credendum.versicu. si verò.ff.qui pet.tut. Et si lex municipij, iubeat filiam prō falcidia debita,in bonis patris dote contentam esse,non poterit vltra dotem legitimam petere filia,ex cuius qualitate, satis dignoscitur, verbo falcidiæ,Statutum legitimam comprehendisse. Barto. l.j. in principio.ff.ad l. Falcid. Et generaliter quoties aliqua ratio suadet,aut capi potest diuersa voluntatis coniectura, non in legibus modò,verumetiam in actionibus hominum,lege semper in stipul ff.de regulis iuris ex loquentis, putà consuetudine, regionis in qua quis versatur,ex ijs quæ præcedunt,vel sequuntur, aut alijs circunstantijs,lege si seruus plurium.§.finali.ff. de lega.1. quas ob emergentes quotidie factorum varietates, scripto satis complecti non possumus:verborum proprietate relicta,amplectimur impròpriam,lege si tibi.ff.si certum petatur.neque enim oportet captari verba, sed qua men dictum sit, animaduertere.l.pen.ff.ad exhib.

Ratio legis vigens, vel cessans, quando legis decisionem coarctet,minuat,aut ampliet. Caput. V.

IDem in verbis generalibus dicimus, vt licèt generaliter accipi debeant, lege de pretio. ff. de publicia. in odiosis etiam & pœnalibus,quatenus tamen sermonis proprietas ferre potest. lege cum lege.ff.de testament. Odiosa nanque & pœnalia suapte natura restringuntur. lege cum quidam.ff. de liber. & posth. Si tamen aliam esse legis mentem auguremur, coarctabitur dispositio,lege milit.agrum.ff.de re milit. (nam & quædam in sermone generali, tacitè excipiuntur.) lege obligatio. ff. de pignoribus. vel si opus est extendetur, verborum proprietate neglecta.lege his solis. in finali. C. de reuo.donat. Et id est, quod apud Plutarchum, monebat Chrysippus, vt quæ legeremus in vna re,ad cæteras omnes quæ parem rōnem haberent,traducere mus.Sic.n.fore,vt vberiores studiorum nostrorū fructus, referamus,si qđ vni ppriū esse videremus,interpretatione cōicaremus quamplurimis:medicorum exemplo,qui pharmacū, cuius vim in vno morbo probarunt, ad finitimas huic ualetudines adhi

Source : BIU Cujas

bent, neque ignotum, rationem, quandam eſſe mormam, & regulam diiudicandi res omnes, qua qui caret, in infinitos errores eum incidere neceſſe eſt. Quod extra omnem eſt controuerſiam vbi ratio in lege expreſſa reperitur, lege finali. ff. de hæredit. inſtitu. ex qua nemini dubium eſt, conſtringi, protendi, & vniuerſum moderari totam deciſionem, l. liberum. §. primo. ff. de rit. nupt. quando non in uerborum ſuperficie, ſed in radice rationis, leges ipſę conſiſtant, l. ſcire. ff. de leg. c. Marchion. 1. q. 1. Idēq; dicendum, vbi ratio expreſſa non eſt, ſi vna tantùm probabiliter reddi poteſt: l. 2. ff. de lib. & poſth. habetur enim pro expreſſa, quæ ſola poteſt aſſignari, Accurſ. l. quamuis. C. de fideicom. etiam in correctorijs, & cæteris quæ à iure communi remota ſunt. Alex. l. ſi conſtan. ff. ſol. matr. Vnde ſi municipij lex fœminas, extantibus maſculis, repellat, quia ſolo agnationis fauore conſtitutum id dici poteſt: cùm per ſolos maſculos, dignitatum ordines, & familiæ conſeruantur: § cæterum. de lega. agn. ſucc. Dd. l. 1. C. de adult. ab huiuſmodi conſeruandæ agnationis ratione, minuetur, & augebitur legis cōſtitutio. Docto. d. l. quamuis. Nec illos audio, qui putant, in dubio præſumi uariis rationibus motum legislatorem, Salicet. l. ſi ſerui. C. de noxal. vbi vna probabilis occurrit, cui adhæſiſſe legislatorem, ueriſimilimum eſt, cùm regulare ſit, in actionibus hominum, non præſumi pluralitatem. c. in præſentia. §. uerò. 2. de probat. Hinc præterea dicimus, ratione legis correcta, ipſam quoque legem correctam cenſeri. c. à multis. de æta. & qualit. cap. miramur. de ſer. ordi. Veluti cùm ueterem legem, quæ legitimā tutelam ſolis deferebat agnatis: propterea, quòd ij non etiam cognati, ad legitimam hæreditatem admitterentur: l. 1. ff. & C. de legi. hæred. per recētiores leges Accurſius corrigi docuit, quæ agnatos, ad inteſtati ſucceſſionem, cum agnatis uocat. §. ex his. de hæredi. ab inteſt. colla. 9. Accurſi. l. 1. ff. de leg. tut. Cæterum, ſi duabus rationibus aliquid introductum ſit, altera ſublata, per manus traditum eſt, uigere nihilominùs diſpoſitionem l. ſi non lex. ubi Bald. ff. de hære. inſti. quod nec improbauerim ipſe, ubi duæ illæ cauſæ, æquè principales eſſent, ſingulæque, per ſe ſufficerent: § affinit. de nup. alioqui, cùm duo uincula arctiùs ligent, Aut. itaque. C. co. de ſucceſſ. uerius uidetur, altera ratione ceſſante, legis quoque deciſionem euaneſcere: c. quoniam. §. porrò. cum § ſinautem, ut lit. non conte. ut ecce, ſi ſerui alicuius album prætoris corruperint, iniuriam prætori fecerint, uel damnū dederint, & à domino defendantur, pro ſingulis tenetur dominus aureos quinquaginta conferre, idque duplici ratione, & quia prætoris hic contempta maieſtas uindicatur, & plura facta cenſentur: l. ſi familia. ff. de iuriſ. harum rationum, ſi altera ceſſet, putà de priuata duntaxat vindicta tractetur: uel vnicum factum ſit. Veluti furtum, aut homicidium, ſatis eſt domino, pro tota familia ueram litis æſtimationem offerre. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. 1. ff. ſi famil. fur.

Ratio legis ceſſans, quando faciat legem euaneſcere. Caput VI.

HInc illud generale colligimus, legem generaliter loquentem, coarctandam eſſe, ut ceſſante ratione, & ipſa ceſſet. l. adigere. §. quàmuis. ff de iur. patr. Vnde Leo Papa, ſciendum eſt, inquit, eccleſiaſticas prohibitiones, proprias habere cauſas, quibus ceſſantibus, ceſſent & ipſæ. c. ſtatuimus. §. fin. 61. diſt. Etenim ratio finalis, eſt cauſa legis, & ueluti anima, uigorque eiuſdem: l. ſcire leges. ff. de legib. c. Marchion. 1. q. 1. cauſa autem finali ceſſante, legem ipſam ceſſare conſtat. c. cum ceſſante de ap. Sicuti exhalata anima, mox omnes corporis uires deficiunt, & deijciūtur. Quod igitur propter odium, vel fauorem conſtitutum eſt, finita cauſa vel fauoris vel odij, tollitur. l. Titia Seio. §. uſuras ff. de leg. 2. l. fin. C. qui ad libe. perue. Quod periculi metu, conceſſum, timore ſublato, extinguetur l. 1. ubi Baldus. C. de nau. fœn. Et pro neceſſitate tēporis inductum, ceſſante neceſſitate, euaneſcet. c. quod per neceſſitatem. 1. q. 1. c. quod pro remedio. 1. q. 7. Hæc autem in ratione quam finalem uocant, hoc eſt, cui ita lex ipſa innititur, ut ab illa tota deciſio legis proximè pendeat, meritò obtinent. d § quāuis. Non etiam in ratione remota, & (ut dicunt) impulſiua, l. 2. §. fin. ff. de don. ut ecce, fœminæ poſtulare prohibentur, l. 1. §. ſexū. ff. de poſt. dante cauſam huic edicto C. Afrania Licinij Bructionis uxore, quæ (vt eſt apud Valerium,) inuſitatis per forū latratibus, & contra ſexus pudicitiam, impudentiſſimè poſtulans, ad muliebris calumniæ notiſſimum exemplum euaſit, adeò, ut pro crimine improbis fœminarū moribus. C. Affraniæ nomen, obijceretur. Valer. Maxi. li. 8. cap. 3. Hæc fuit cauſa quæ prætorem impulit, qua ceſſante, oblata nempe bona, probaque fœmina, (rara auis in terris) uigeret nihilominùs prohibitio: cùm finalis ratio prohibitioni proximè coniuncta, alia ſit, ne uidelicet contra pudicitiam, ſexui congruentem, alienis cauſis ſe immiſceant, nève uiri ribus officijs fungatur. d. l. 1. §. ſexum. Cùm itaque tota uis, & poteſtas legis in ratione conſiſtat: l. ſcire. ff. de leg. can. Marchion. 1. q. 1. perpetua mihi uidetur, & cōſtans regula, qua traditum eſt, ratione legis ceſſante, ipſam quoque legem extingui, l. adigere. §. quàmuis. ff. de iur. patro. l. milite agrum. ff. de re milit. adeò quidē, vt nullum fermè caſum excipiendum putem. Quanquam non me fugit, quoſdam ab interpretibus exceptos, Dd. l. omnes popu. ff. de iuſt. & iur. qualis ille primus, ubi de lucri amiſſione ageretur. l. proſpexit. ff. qui & à qui. Vnde conſtitutum putant, Mulierem (quę lege Iulia de Adulteriis, poſtquam à marito ob adulterium diuertit, ſeruos ne quæſtioni ſubducantur, intra 60. diem prohibetur manumittere) nec ea quidem mancipia, quæ extra miniſterium mulieris fuerunt, uel in agro, uel in prouincia, manumittere, aut alienare poſſe. d. l. proxit. Quo tamē caſu, ceſſare regis ratio videbatur, cùm nihil de adulterio ſcire poſſit, qui uel abſens fuit, uel extta mulieris miniſterium, Et ideo Vlpianus, *Quod quidem*, inquit, *perquàm durum eſt, ſed ita lex eſt ſcripta.* d. l. proſpexit. at ſolet vulgò dici, Dd. d. l. omnes populi. ubi de damno vitando tractatur, ceſſante ratione, legem ipſam ceſſare, l. quàmuis. ff. de in ius uoc. d. §. quàmuis. non etiam ſi de lucro captando, ut in Vlpiani reſponſo, d. l. proſpexit. in quo certabant ſerui, de acquirenda libertate: magis enim committendum eſt, quem arceri lucro, quàm generalia legis uerba reſtringi, Barto. d. l. omnes populi. & ut ne quis lucretur, quàm ut damnum faciat, l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. l. fin. C. de codicil. ob idque frequentiore calculo receptum, ſi lex ciuitatis, eum qui in palatio ſanguinem fecerit, lucro priuet, in eam pœnam incidere chirurgum, qui ſecta uena, ęgrū in palatio iuuit, quoniam, inquiunt, non de damno uitando, ſed de amiſſione lucri tractatur. Dd. d. l. omnes populi. Ridicula planè ſententia, medicam manum quæ de præmiis quibuſcunque allicienda, honeſtandaque fuit, arcere lucro, & ita pœna mulctare. Sed nec uerum eſt, quem ſine cauſa, lucro potiùs arceri, quàm coarctari generalia legis uerba: l. pen. §. de vno. ff. de rit. nupt. nec profectò cōuenit Vlpianæ conſtitutioni, d. l. proſpexit. hæc interpretatio, cùm nō tantùm legislator ſeruos manumitti uetet, ſed etiam alienari, quo caſu nō tractat ſeruus de lucro libertatis. Sed nec illic duntaxat de amiſſione lucri nempe libertatis agitur, uerumetiam de incurſione damni grauiſſimi, uidelicet torturæ, cui ſeruos manumitti prohibitos, ſubiicere oportebit. Eorū itaque opinioni, hærere malo, qui in propoſita Vlpiani ſpecie, non omnino legis rationem ceſſare docent. Oldrad. & Plumbi. d. l. proſpexit. Fulgo. l. non dubium. C. de legib. Potuit ſiquidem ſeruus, qui uel abſens, vel extra mulieris miniſterium, adulterij tempore fuit, ex domina ipſa, uel ex conſeruis, poſtea aliquid intelligere, aut de antiquis dominæ moribus atteſtari, quæ poterunt animum iudicis informare, eidemque viam, ad certius iudicium, præſtruere. Quod niſi preſiùs rem ipſam prępendamus, *perquā durum eſt*, ex ijs uidelicet argumentis, à certæ rei cognitione remotis id conſtituere, ſed temperat ſcriptum, qualitas imprimis ſeruorum, quorum mores, ueteribus ſuſpectiſſimi fuere: l. 1. & tot. titu. ff. ad Silania. deinde leue præiudicium, reſpectu libertatis, quod in mora modici temporis uerſatur. l. ſi debitori. ff. de iudi. Neque enim ſerui eiuſmodi libertatis ſpem prorſus amittunt, ſed per 60. dies duntaxat: quibus elapſis, manumitti liberè poſſunt. l. uerba. C. ad l. Iulia. de adulte. dicta l. proſpexit. Adde, quòd publico fauore, ad terrorem criminis, duram eius legis conſtitutionem emerſiſſe dicere poſſumus. Sic enim cùm Prædianus, prefectus urbi à ſeruo fuiſſet occiſus, & dubitaretur, an omnes ſerui (erant autem quadringenti, in domo Pædiani) ſupplicio afficiendi eſſent, Caius Caſſius, Senator, & Iuriſconſultus, luculenta oratione obtinuit, ut omnes ſupplicio afficerentur. Cornel. Tacit. l. 14. Quod ſanè durum erat, ſed ratione non caruit: omne enim magnum exemplum, dicebat Caſſius, quod propter utilitatem publicam contra ſingulos ſtatuitur, habet quiddam iniqui, id eſt duri.

Sed videndum num alter caſus, ab interpretibus exceptus, verior ſit: intelligunt autem illi regulam, quæ dicit, ratione legis ceſſante, legem ipſam ceſſare, l. milites agrum. ff de re milit. lege adigere §. quàmuis. ff. de iur. pat. vt non in ijs obtineat, quæ pro forma ſunt introducta. Cùm enim res omnes, ex forma, vim & robur accipiant: l. mulieris. §. primo. ff. verborum ſignificatio. forma adeò ad vnguem obſeruari debet, vt eam per æquipollens impleri, ſatis non ſit: lege qui per ſalutem. ff de iureiurand. ſed ea mutata, rei ſubſtantiam prorſus interire contingat. lege Iulianus. §. ſi quis. ff. ad exhib. Quocirca nec fundum ſterilem, ſaxoſum, uel peſtilentem, ſpreta legis forma, id eſt Prętoris auctoritate, minor uendere poterit: lege ſi fundus. ff. de rebus eor. cumque eccleſia, iure minoris fungatur, capit. primo, de re. in integ. idem in eccleſia dicendum, vt niſi forma data, à lege ſeruetur, alienare non poſſit, quàmuis utiliter contrahat. capitu. primo, de rebus eccleſi. non alie. in 6. Quæ uera eſſe ita nonnulli interpretantur, ſi forma publico fauore, ſit introducta: nam ſi priuato tantùm, ſecùs dicendum autumant. Alcia. libro primo, de verborum ſignificatio. Vnde licet alimentorum in ultima voluntate relictorum, tranſactio non aliter rata ſit, quàm ſit auctore prætore fiat: lege cùm ſecundo, in principio. ff. de tranſactio. eam tamen tranſactionem lex non improbat, quæ alimentarij conditionem meliorem facit. Veluti, vt quod in annos ſingulos relictum eſt, ſingulis menſibus præſtetur. in l. cum

ij. §.

Source : BIU Cujas

ii.§. eam tranſactionem. Quæ declaratio etſi ſpecioſa, mihi non ſatis probatur, cùm de alimentis tranſactio fauore publico ſit prohibita, & eo quidem duplici, tum quòd ab alimentis pẽdeat hominum vita, quam ſaluam eſſe Reip. intereſt, l.2.C.de indic.vi duit.& vltimæ voluntatis gratia, in cuius pariter effectu, publica verſatur vtilitas. l. vel negare.ff. quemadmo. teſt. aper. Ampliùs puto, etiam in ijs quæ pro forma conſtituta ſunt, ſi planè cõſtet rationem legis ceſſare, extingui quoq; legis diſpoſitionem. d. §. eam tranſactionem. Indelebiliter enim (vt ita loquar) cohæret legi ratio, Acc.l.cum tale.§.falſam.j.ff.de cond.& dem. nec diuer ſa admodum, à legis mente videtur, cùm ex ratione proficiſcat ſententia: quinimo, creberrimè traditum, Mentem,& rationem legis, eandem videri, DD.l.non dubium C.de legi. mentem autẽ perpetuò ſequendam docuimus, l. Labeo.in fi.ff.de ſup. lega.l. 3. C.de li.præter. quàmuis verba, alium ſenſum habere videantur. l.ſcire.§.aliud.ff.de excuſ.tuto. Vnde ſolus pupillus, ex ſtipulationis contractu, ſibi acquirit: tametſi generali forma, ſit inductum, pupillum ſine tutoris auctoritate, nihil agere poſſe. l. obliga. aut de tut. Nec me mouerint, quæ de minore,& eccleſia diximus: l.ſi fundus.ff.de reb.eo.c.j.de reſtit.in integ. nam ijs caſibus, non erat euidens, rationem legis ceſſare, quę ideo, ad rerum minoris, eccleſiæve diſtractiones, ſolennia quædam adhiberi voluit, vt non facilè circunſcribantur eccleſiæ, vel adoleſcentes, l.j.ff.de min. d. c.j. cùm autem quicunque fundus, quàmlibet ſaxoſus, & ſterilis, pro modo fructuum, pretium inuenturus ſit, d.l.ſi fundus. poſſet in quantitate pretij, eo quoque caſu minor, vel eccleſia decipi. Vnde nec prædiorum, quàmuis inutilium alienationem, ſolennibus non ſeruatis, lex eis permiſit. Aut, item prædium. C. de ſac. ſanc. eccle. d.l.ſi fundus. Sicuti nec pupillo, hæreditatis etiam lucroſæ aditionem, l. obligari.§.j.ff.de auctor.tut. quia lex alienatio nis, aut aditionis tempore, non planè certa eſt, pretium iuſtum eſſe, aut hæreditatem, nullum habere damnum. Verita prętereà, ſi quicquam permiſiſſet, ne modus non adhiberetur: l. officium. §.pen. ff.de re milit. atque ita, ne grauius aliquid, in minoris, aut eccleſiæ detrimentum emergeret, l.3.§.liberti.ff. de ſuſp. tuto. in hoc dubio maluit tutiorem prohibitionis viã eligere. l. ad optiuus.§.j.in fi.ff.de rit. nup.

Ex quibus cauſis, generalia legis verba, reſtringantur, aut amplientur. Cap. 7.

PRædicta ſatis oſtendunt, veriſſimum eſſe, quod effertur vulgò, verba legis quantumuis generalia, ad id quod æquitatis,& rationis eſt reſtringi. l. quamuis. ff.de in ius voc. Vnde lex generaliter loquens, de idoneitate coarctatur. l. vt gradatim. ff. de mun. & honor. Veluti cùm promittendo dotẽ omnes omninò obligari ait, cuiuſcunque ſexus, conditioniſque ſint, ad idoneos ætate reſtringitur. l. promittendo. ff.de iur.do. l. fi. C. ad Velleian. Et cùm vnumquenque teſtari poſſe, conſtituit; de ijs accipi debet, qui naturæ vitio, vt impuberes, & furioſi, non impediuntur, l.j. vbi Acc. C.de ſac.ſanc.eccleſi. nec enim aduerſus tales naturæ defectus, cenſetur vnquam diſpenſatũ. l.fi. C.de teſt. milit. d.l. prom. eſt igitur, huic regulę maximè locus, vbi ſeruata ad vnguem effuſione generalis ſermonis aliquid abſurdi ſequeretur. leg. quidam ignauiæ. C.de decurio. libro x. putà, quia fieret contra manifeſtã, aut ſaltem veriſimilem loquentis mentem. l. Lucius. 2.§. Lucius. 2.ff.de l.2. Tribus porrò caſibus, exiſtimatum eſt, non fieri hanc de habilitate reſtrictionem. DD. l.j.§. nuntiatio. ff.de nou. oper.

1 Primus, vbi de publico fauore tractaretur. l.3.§. vtrũ. ff. ad Syllan. Veluti, cùm ab Vlpiano reſponſum eſt, ſeruum (qui liber fieri non poterat, ea lege fortè diſtractus, ne manumitteretur) acqrere nihilominus libertatem ex S.C. quo ſeruus necem domini vltus, libertatem promeretur: propter hoc, inquit, quia in commune vtile eſt. d.§. vtrum. Indeque traditum, ſi lex muncipij præmium capienti, vel occidenti bannitum, deferat: bannitum, qui alterum capit, aut enecat, præmium conſequuturum. DD. d. §. nuntiatio.& d.§. vtrum. cùm,& Iure communi, transfuga, qui facti pœnitens, alios transfugas apprehendit, veniam mereatur, reſtituique debeat, vt præmia & emeritum conſequatur. l. nõ omnes.§.fi.ff.de re milit. Neq; mihi caſus hic diſplicet, vbi fauor publicus principaliter ſpectaretur, non etiam, ſi in cõſequens: l. j. §. inde quæritur, l.3.§.fi.l.4.ff.de nou.oper. l. iuriſgen.§.ſi paciſcar. ff. de pac. placet quoq; generaliter hic caſus, vbi publici fauoris extenſio, alteri commoda,& nemini damnoſa eſſe poteſt, d. l.3. §. vtrum. cùm veriſimile non ſit, legem conſtituere quicquam, qđ alterius detrimento verti poſſit. l.j.§.ſi quis à princi. ff. ne quid in Io.pub. Nam & alibi Iuriſconſultus, ſi in publico aliquid fiat, ciues omnes nouum opus nuntiare poſſe ait. l. 3.§.fi.ff.de no.ope. Quoniam (inquit Iulius Paulus) Reipublicæ intereſt, quamplurimos ad ſuam cauſam defendendam, admitti, l.3.§. ff. illo. tit.& tamen inhabiles perſonas, non contineri vel ex eo palam fit, q̃ pupillo, eiuſmodi nuntiandi poteſtas denegetur. l. de pup. ff. de no.oper. Sic moribundis, liberam eſſe rerum ſuarum diſpoſitionem, publicè vtile eſt, l. vel negare.ff.quẽad.teſt.ap.& tamen lex, quę vnicuique teſtamẽti factionem permittit, ad idoneos coarctatur. l.j. vbi Accu. C.de ſac.ſanct.eccl. Poſſet quippe hic actus, ſi perſonis minùs idoneis,& iudicio carentibus, permitteretur, vel ædificantibus, vel propinquis in ſucceſſione, graue damnum irrogare.

2 Alter caſus, cùm lex verbis geminatis, præter generalem, aut vniuerſalem dictionem, vtitur: la ſ. l.j.§. nuntiatio. ff.de no. oper. neque enim ſalua ratione recti ſermonis, poteſt fieri reſtrictio. l. plurib. ff.de acceptila. Bar. l.ſi de certa. C.de tranſ. Ideoq́ue, ſunt q̃ cenſent, ſi ſtatutum dicat, Quicunq; hominem quoquomodo occiderit, moriatur, eum quoq; mortis pœna plectendum, qui caſu aut etiam in ſui tutelam, alterũ necauerit. Syl. l.2. C. de nox. Quod ego non facilè probauerim, cùm vim vi repellere natura comparatũ ſit, l.j.§. vim vi ff.de vi.& vi arm. l.4. ff. ad l. Aquil. omnesq́ue leges omniaq́ue iura dicant, iuri feciſſe videri, q̃ q̃ſque ob tutelam ſui corporis facit. l. vt vim. ff.de iuſt.& iur. nec ad legis pœnam ſatis ſit, hominem occiſum eſſe, niſi iniuria factũ ſit. l.3.ff.ad l. Aquil. Amplius videtur, hunc caſum, verum non eſſe. l.ſi mihi Mæuia.§.fi.ff.de leg.2. l. promittendo. ff. de iur. do. Nã licèt, multum operetur geminatio. l. Baliſta. ff.ad Treb. congruã tamen, vt ipſa, de idoneitate, recipit reſtrictionem, Accu. l. is qui hæres. vbi laſo. ff.de acq.hæred. ſi eam fieri, diuerſitas rationis ſuadeat, vt meritò cenſeam vim totam huius diſputationis, ad paritatem rationis referendam. Illud. ff. ad l. Aquil.

3 Tertius caſus, vbi lex non noui Iuris conceſſionem continet, ſed ſuper actu iam conceſſo diſponit, non coarctatur vniuerſalis dictio, ad idoneos, ne ſuperflua reddatur aliàs diſpoſitio. Bar. l.j.ff.de eo q̃ certo lo.& in l.j. C. de ſacr. ſanct. eccle. Veluti, cũ lex dicit, nuntiationem omnib. diebus fieri poſſe, l.j.§. nuntiatio. ff. de nou. ope. de feriatis quoque verba legis ſunt accipienda, cum iam prætoris edicto, permitteretur nuntiatio. Qua in re doctores mihi rectè ſentire videntur, ſed perperam eloqui, vt non temerè improbarint hoc nonnulli, Saly. l.2. C. de nox. argumentis non leuibus adducti. l. ſi quand. C. de inof. teſ. aut omnes. C. com. de ſucc. Dicendum igitur, ſermonem generalem, aut vniuerſalem, tum nnn coarctari, cum facta reſtrictione, nihil noui induceretur, ſed ſuperflueret diſpoſitio. d. §. nuntiatio. vbi dixi d. l. ſi quando d. aut. omn. Verba quippe, ita ſemper accipiẽda veniũt, vt aliquid operentur. l. ſi quando. ff.de leg.j.

Quemadmodum in legibus, extenſio fieri poſſit. Cap. 8.

QVoniam verò oſtendimus, quemadmodum rationis defectu, lex coarctetur, nunc diſpiciamus, quomodo lex per rationis paritatem produci debeat. Et conſtat, ducto ab oppoſitis argumento, l.ſi.§ fi.ff.de le.3. ſicuti diximus ob rationis defectũ generalem diſpoſitionem reſtringi: ita per contrarium, ex ratiõnis paritate, ad ſimiles caſus protendi. l. non ſolum. §. qui primipilum. ff.de excuſ.tuto. Cum enim videret legiſlator, ſe non poſſe ſingulos ſuis legibus articulos comprehẽdere, poteſtatem iudici fecit, ad ſimilia procedendi. l. non poſſunt. ff. de legib. Inde vulgò iactatum illud, vbi eſt eadem ratio, ibi idem ius ſtatuendũ. l. illud. ff. ad l. Aquil. Qua in re tamen oportet, prudentem eſſe iudicẽ,& Iuriſconſultiſſimum, quando nullum ſit in re noſtro, periculoſius argumentum, quam ſimilitudinis, in quo ratiocinandi genere, celeberrimi etiam Iuriſconſulti, fœdè nonnunq̃ errarunt. Ariſtonem, namq; & Pedium, ab Vlpiano. l. inter. §. ſi Stichum.& §. ſacram, ff.de verb.ob. Iulianum à Paulo. l. Iulianus. ff.de iur.do. ob malè ductam ſimilitudinem reprehenſos, legimus. Iudex itaq;, legis rationem, ſedulò, perſpicueq; conſideret, ex ea, vbi ſuberit rationis ſimilitudo, tametſi verba diſſentiant facturus extenſionem. d. l. illud. d.§. qui primipilũ. Sic enim Galli Aquilij lex, quæ de morte loquebatur, ad emancipationẽ deportationemve, protracta fuit. l. Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de libe.& poſt.& Macedonianum, de filio verba faciens, ad nepotem eſt pro tenſum. l. filium. ff.ad Maced. l.ſi filius. C. illo tit. licèt alibi ſcripſiſſet Vlpianus, filiorum verbo, nepotes non contineri. l. quod ſi nepotes. ff.de teſt. tut. nihil profectò magis inuicem repugnat, quam teſtatum & inteſtatum: & tamen ex paritate rationis, hæc ſimilia Papinianus crediderit, de vno caſu ad alium inferens. l. cauſa cognita. ff.de vulg. Similia enim ſunt in quibus eadem ratio reperitur. d.§. qui primipilum. ſufficitq́ue, ſimilitudinẽ, in eo quo de agitur, eſſe. Gui. Cug. l.j. C. de interd. Iuriſprudentiam noſtram ſæpe diximus, non in verborum ſuperficie, ſed in radice rationis conſiſtere. l. ſcire. ff.de legib. c. Marchion. j. q.j. Vnde ex ſimilitudine rationis legum, leges extendendas eſſe, ambigendum non eſt. l. Illud. ff. ad l. Aq. d. §. qui primipilum, vt ſi caſus accidat, de quo legislatorem ſi cogitaſſet, idem ſtatuiſſe veriſimile ſit, pro dicto, ſtatutoq; habeatur. l. Titius. §. Lucius. ff.de lib.& poſthum. Quod etiam in limitatorijs,& (vt vulgò loquuntur) exorbitantibus, à Iure communi, obtinet. l. his ſolis. C. de reuo. donati. cuius rei, non pauca exempla nouiſſimi referũt, DD. l. ſi conſtante. ff. ſolu. mat. Alcia. li. 2. de verb. ſignifi. quamuis alioqui contra receptas Iuris regulas inducta non ſint, ad cõſequentiam producenda. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat. l. q̃ verò.

ff.de

Source : BIU Cujas

ff.de leg.In correctoriis verò,crebrò putatum, nō niſi certis caſibus extenſionem fieri:etiam ſi longè maior ſubſit ratio.Auth. quas act.C.de ſacr.ſanct. eccl. cùm veterem legis formam, Iuſtinianus ſeruari præcipiat,vbi nihil innouatum apparet.§.fi. de admin.in ſac app.col.3.Quod enim non mutatur, cur ſtare prohibetur? l.ſancimus.C.de teſt.l.præcipimus.C.de app.Soletque dici vulgò,per ſubauditos intellectus,legum correctionem minimè inducendam.Gl.c.cupientes.§.quod ſi per xx.de elect.in vj. Mihi verò,longè alia ſemper fuit opinio,nonnullis etiā probata, Ful. l.de quib.ff.de leg.ac(vt puto)ſatis certa.cùm Imperator, naturali ratione,Iulianiq; Iuriſconſulti,fretus auctoritate,Theodoſianam conſtitutionem,de viro & vxore loquētem.l j. C.de bon. quæ li.per quamuis vetus (omnia per filiū, quæſita patri deferēs) corrigebatur,ad ſponſum,& ſponſam produxerit.l. placet. ff. de acq.hæred.l.non ſine.C.de bon.quæ lib. Pariterq; Iuſtinianus cū legem Iuliam Miſcellam abrogaſſet, mulierum duntaxat commemoratione facta:ne indicta viduitate,adſtringerentur,ex ſententia ſuæ conſtitutionis,in viris quoq; ſublatam cenſeri reſcripſit.l.fi.C.de ind.viduit.Præterea ſi conſuetudo ſpecialis loci, recipit extenſionem,ex rationis paritate,contra ius commune, ad ſimiles caſus:l.de quibus.in prin.ff.de legib. multò magis rationē legis poſterioris,ad ſimilia,contra ius antiquū producemus. Leges fateor,non temerè nouandas: ſed (vt Sextus Cecilius dicebat,) pro temporum moribus,Rerumpublicarum generibus,vtilitatum præſentium rationibus,& vitiorum quibus medendum eſt,ſeruoribus.Gell.lib.20.c.1.In reb.enim nouis conſtituendis, euidens vtilitas eſſe debet.l.2.ff. de conſt. princ. Verùm vbi pro Reipublicæ,morum,& temporum opportunitate mutantur, fa uorabiles ſunt eiuſmodi correctiones,ideoq; producendæ, & dilatandæ,quatenus eadem vtilitas exigit.l.hoc modo.ff. de condi. & demonſtra.Cæterùm in pœnalibus receptum eſt,non fieri extenſionem,l.interpret.ff.de pœn.l.factu.§.fi.ff.de reg.iur. cùm pœnæ,velut odioſæ,reſtringendæ ſint,l.cum quidā.ff. de lib. & poſt. facta ſemper in benigniorem partem interpretatione:c. in pęn. de reg. iur. in vj. nec vnquam eis locus ſit, niſi in caſibus lege expreſſis.l.at ſi quis.§.diuus ff. de religi.§.optimū.de non eli.coll.3. Ego verò,paſſim contrariū lego.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſ.l.3.ff. de incend.l.3.ff.ad l.Cor.de parricid.Quare, nec hoc quidem caſu,legis deciſionem coarctandam puto, vbi par ratio,vel maior ſubeſt:l.cum mulier.vbi Alexand.5.not.ff.ſol.matr. ſed magis ex ſententia,ad ſimiles caſus porrigendam.d.l.ſi quis id quod Nam & feudum adimitur vaſſallo,non ſolùm ex cauſis ab Oberto relatis,ſed etiam ex alijs æquè grauibus,aut maioribus.§.porrò.quę fuit j.cauſ.indeque proculcatiſſimum,non modò filium,ex quatuordecim cauſis,quas Iuſtinianus memorat. §. aliud vt cum. de ap.col.8.verumetiam ex ſimilibus aut grauioribus exhæredem fieri poſſe.Dd.aut.non licet.C. de liber. præter. Huc pertinet, q̄ mulier, quæ ob non petitum pupillo filio tutorem, pupilli ſucceſſione priuatur,eadem afficietur pęna,ſi furioſo, aut cùm prægnans eſſet,curatorem bonis dari non petijt,quàmuis,inquit Vlpianus,reſcripti verba deficiant.l.2.§.quid ſi curator.ff. ad Tertu. & alibi Modeſtinus,nec lubricum (ait) linguæ,ad pœnam facilè trahendum eſt:quanquam enim temerarij pœna digni ſunt, vt inſanis tamen parcendum eſt, ſi non tale ſit delictum, quod vel ex ſcriptura legis deſcendit, vel ad exemplum legis vindicandū eſt.l.famoſi,ff.ad l.Iuliam maieſt.Si maior ſit ratio, cur dubitetur non video.l.illud.ff.ad l.Aquil.vt ecce quia patri conceſſum eſt, mulierem,& omnem adulterum occidere: multò magis inquit Papinianus,contumelia afficere.l.nec in ea.§.penult.ff.ad l.Iulia. de adult.

Quomodo legum municipij, ſeu ſtatutorum extenſio fiat. Cap. 9.

QVæ autem de interpretatione legū diximus,in ſtatutis quoque obtinent:vt ea,videlicet,ad caſus ſimilem rationē habentes,producātur.l.de quibus,in pri.ff.de leg.l.j.C. quæ ſit long. conſue.cùm & iuri ciuili municipiorum,leges annumerentur.l. omnes.ff.de iuſt & iur. Neq; me latet, quorundam hac de re aliter loquentium,ac ſcribētium opinio,illa ratione munita,q̄ ſtatuta ſtricti Iuris cenſeantur. l. conſtitutionib. ff. ad municipal.& actio,ex ijs procedens,eiuſdem ſit naturæ.§.actionum. de actio. in eiuſmodi q̄ que iudicijs,dici ſoleat,caſum omiſſum non ſuppleri,ſed haberi pro omiſſo.l.ſi cum dotem.ff.ſolu.matr.l.quicquid. ff.de verb.obli.Sed hæc quidem obiectio, quamuis valde ſit ſpecioſa,diligentiùs tamen excuſſa,nihil continet in ſe veritatis.d.§. actionum.Etenim quàmuis ab omnibus receptum, non facilè mihi perſuaſerim,ſtatuta plus cæteris poſititijs legibus, ſtricti iuris eſſe,nulla quippe lege,hæc traditio fundatur. Quod enim de actione ex ſtatuto inducunt,nihil eſt: ſiquidem & condictio ex lege,ſtricti iuris ſit,& tamen leges generales,ſtricti iuris nemo dixerit,nec quiſpiam hic,ex eo tumultuetur,quòd iactari ſolet, legem ampliare,& extendere,noſtrum nō eſſe.l ſi verò.§. de viro. ff.ſolu.mat.l.q̄ conſtitutū ff.de mil.teſt.Hoc enim verū, niſi quatenus legis ratio ſuadet.l.illud.ff.ad l.Aquil. Ratione nanq; dictāte,cùm illa eadem cum legis ſententia pleriſque omnibus videatur.Bal.& alij l.non dubium.C.de legi.non dicitur homo,legem extendere:ſed quod in lege tacitè cautum erat,declarare.l. his ſolis.C.de reuo.dona.Quod ipſum adeò firmum,verumque videri debet,vt nullis ſophyſtarum cauillis,à quoquam, ne probabiliter quidem euerti poſſit.

Contractus,& vltimæ voluntates,quemadmodum ad caſum omiſſum producantur. Cap. 10.

QVemadmodum leges,per interpretationē, ad caſum omiſſum producantur,diſſeruimus:nunc quomodo, in actionibus hominum,extenſio fieri debeat,videamus, Perobſcurus ſanè tractatus,in quo communiter dici ſolet.Dd. l. Gallus. §.& qd ſi tantum.ff.de li.& poſth. Prouiſionem purè conceptam, ad caſum omiſſum non protendi,ſed eum caſum relinqui diſpoſitioni iuris cōis,l.ſi extraneus.ff.de cond.ca.da.l.ſi cū dotē. ff.ſol.mat. cùm in dubio,verbis ſtandū ſit,l.j.§.ſi is,q̄ nauē.ff.de exercit. nec aliud quis ſenſiſſe videatur, q̄ quod verbis expreſſit.l. nō aliter.ff. de leg.3.Eoq; factū volūt,vt qui filijs tutores dedit,ei dediſſe nō intelligatur,quem ſe habere ignorabat.l.ſi ita.§.pen ff.de teſt.tut. Excipitur caſus ille,vbi veriſimiliter appareret,diſponentem caſum omiſſum voluiſſe comprehendere,l. Titius. §. Lucius.ff.de lib.& poſthu.de quo ſatis conſtare dicitur,ſi id, q̄ omiſſum eſt, vel ex natura actus.§.illud de ſocieta.vel ex antecedente neceſſario.l illud ff.de acq.hæred.aliavè ratione,virtute expreſſi,intelligi poteſt.l.quicunq; §.pen.ff.de inſtitu.Veluti quia verbis, impropriè ſaltem acceptis,comprehenderetur.l.diuus ff.de vſu.& hab. Idemq;,ſi caſus omiſſus expreſſo ſimilis eſſet, eiuſdemque effectus.l.fi.§.fi.ff.mand.Similis autem caſus ille exiſtimatur, qui veſimiles habet facti qualitates, aut circunſtantias: vel eadem, aut maiore ratione nititur.l.non ſolum.§.qui primipilum. ff. de excu.tut.Vbi verò,prouiſio conditionalis eſſet, ad caſum expreſſo diſſimilem nunquam protrahitur.l.commodiſſimè.ff. de libe.& poſth.d.l.ſi cùm dot.cùm de eo caſu,veriſimile non ſit, diſponētem cogitaſſe l.ſi ita quis.§.fi.ff.de leg.2.l.fi.C. de ijs qui ven.æta. ſed nec ad ſimilem ſi conditio ſpontanea ſit, & voluntaria, Dd. d.§.& quid ſi tantum cùm præciſè,& ad vnguem ſeruari debeat, l.Meuius.l.qui hær.ff.de cond.& demo.atq; ideo per æquipollēs, eam non ſatis ſit impleri, niſi forte non poſſet eo modo conditio impleri,quo teſtator diſpoſuit.l.legatum.ff.de vſuf.le.l. legat. ff.de admin.rer.ad ciuit.tunc enim etiam de facto, eam impleri ſufficiet.l.mulier.§.j.ff.de cond.inſtit.Veluti, ſi teſtator, ſacerdotem grauet reſtituere,ſi ſine filijs deceſſerit: cùm enim pontificia lege,aduerſus Pannutij ſuaſionem,c.Nicena. xxxi. diſt. ſacerdos vxorē ducere prohibeatur,de filijs naturalibus, & legitimis fideicommiſſum intelligi non poterit, & ideo de adoptiuis. l. ſi quis poſthu.ff.de lib.& poſt.l.hęred.§.fi.ff.ad Trebel.vel ſi monachus ſit, de ipſa eccleſia.§.ſed & hoc præſenti de ſanct. epiſ.col.9. intelligetur.Alio item caſu,fatentur,cōditionem ſpontaneam, ad ſimilem caſum extendi,quādo talis ſcilicet, exæquaretur à lege,ſubrogareturq; per omnia illi,quem teſtator expreſſit.Dd.d. §.& quid ſi tantum.Vnde conditio de hærede,in bonorum poſſeſſore,qui hæredis loco eſt.l.2.ff.de bono.poſſ.§. quos autem illo tit.in inſtit.imò verè hæres interpretatione legis intelligitur. l.j.§.bonorum.ff.ad Trebel.l.j.ff.de bon.poſſ.hære petitio.(& hę rede hæredis,qui & ipſe cenſetur hęres.l paterfamilias.ff.de vul.) locum habebit.Sic conditionem,ſi pupillo,vel furioſo,pecuniā dederim,expreſsè videor,tutori,vel curatori dando. l. ſi fundus. ff.de cond.& dem.hisq; ſimilia,quæ apud alios,legenda relinquimus:Atque hanc interpretationem recipiunt, niſi in diuerſum nos vrgeat coniectura,quia inter caſum à lege ſubrogatū, & eū qui expreſſus eſt,inſignis aliqua ſit differentia,quę diſponentem veriſimiliter retrahat:vt in illa quęſtione, *Si hæres meus deceſſerit ſine filijs,ex ſe legitimè natis,vel ex legitimo matrimonio procreatis, Titium ſubſtituo*, tunc enim conſtat,non modò per reſcriptum principis,ſed etiam per ſubſequēs matrimonium,legitimatos excludi.Bal.conſ.368.vol.v.Alex. conſ.v.vol.7. Quàmuis enim interpretatione legis,filij eiuſmodi legitimi ſint:c.tanta.qui fil. ſint legit.quia tamen teſtator,naturam non accidens ſpectauit, l. ſi ita quis.§.fi.ff.de legat.2.& ex qualitate adiecta verbo, quæ ſecundū verbi tēpus regi debet.l.in delictis.§.ſi extraneus. ff. de noxa. lib. acti.palàm fiat,voluiſſe teſtantem originis tempore,filios legitimos naſci,verius videtur,legitimatos etiā per ſequētes nuptias, defectum conditionis nō inducere.Bal. l. & Alexander in dictis conſilijs.Nam & idem à Iuſtiniano reſcriptum eſt, in ea conditione,*ſi legitimæ ætatis erit*:vt qui veniam ætatis impetrauerit, nō cenſeatur ei paruiſſe.l.fin.C.de ijs qui ven.æta.Deniq;,vbi aliqua coniectura deprehendi poteſt,voluiſſe diſponentem, ad caſum omiſſum progredi.neq; tam modum quàm finem ipſum conſideraſſe: voluntariam, conditionem producemus, vt in eo qui poſthumum inſtituit,*ſi ſe mortuo naſceretur*,quod crederet ſe, illa ægritudine periturum, non eo quoque caſu, inſtituiſſe cenſebitur, quo, ſe viuo, naſcetur.l.fin.C.de poſthu.hæred.inſtit.Veriſimilis quippe mens teſtatoris eſt, vt idem ſit, in caſu omiſſo l. Titius.

Source : BIU Cujas

Titius.§.Lucius.ff.de lib.& posth.l.clemens.ff.de hæred.inffi.Cæterùm,in conditione necessaria,siue actum ipsum,siue effectū respiciat,generaliter traditum est,non referre quid ex æquipollentibus fiat: ac proinde ad similem casum,eandē porrigi.l Gallus.§. & quid si tantum.vbi Dd.ff.de liber.& posthu. Vnde relictum filijs à matre fideicommissum, *Si morte patris, sui iuris fuissent effecti*: sequuta emancipatione,ex verisimili volūtate matris, debetur: l.mulier.§.j.ff. ad Trebell.erat quippe effectui actus ea conditio necessaria,nempe,vt filijs,totum quæreretur, nihilque ad patrē spectaret:l.si mater.C.de institutio.effectum autem, (quem solū matrem respexisse credibile est.l.fi.C.de dona.q̄ sub mod.) quoquomodo contigisse sufficit.l.cum seruus.ff.de verb.ob.idq; nōnulli interpretantur,vbi cōditio illa, *Si morte patris*, à matre, aut alio ascendente,adiecta esset,d.l.mulier.§.j d.l.si mater.secùs,si ab extraneo.l.fideicommissa.§.si cui.ff.de legat.3 hic enim odio patris,ne ad eum quicquam perueniret, conditionem adiecisse videtur, ideoq; mors eius expectanda. d.§.si cui.matrem verò,aut alium ascendentem,magis creditur sub ea conditione legasse,vt liberis cōsuleret,quàm quòd odio patrem habuerat.d.l. mulier. §.j.d.l.si mater. Et hæc est summa eorum, quæ in hac quæstione commentatores nostri,diffusiore apparatu docent.Dd.l.Gallus. §.& quid si tantum.ff.de lib.& posth.quę certè penitus introspecta,parum cohærere videntur,in quorum tamen confutatione, haudquaquam lectorem censui remorandum, sed ea in re,meū breuiter exponere iudicium.

Actionum humanarum interpretatio,& extensio, ex auctoris sententia. Cap. xi.

EGo igitur,salebrosum hunc articulum,aliter quandoque finiui.l.post aditam.C.de impuber.vt pro regula constituendum sit, Prouisionem in vno casu quoquomodo conceptam, siue purè.l.si ita §.pen.ff.de test.tut.siuè sub conditione.l. cōmodissimè.ff.de libe.& posth.& siue voluntaria sit conditio.l.qui hęred.§.j.ff.de cond.& demonstr.siue necessaria.l.si pater filium.ff. de vulg.ad alium non expressum, non produci,c. susceptum, de rescrip.in 6.sed casum omissum, ad iuris dispositionem referendum.l.si extraneus.ff.de condi.cau.da.l.si cum dotem ff.sol. mat. quādoquidem alterum exprimens,alterum excludisse videatur, l.cum prætor.ff.de iud.nec alia mens disponentis fuisse præsumatur,quàm quę verbis significata.l.Labeo.ff.de sup.l à quibus ideo recedendum temerè non est,l.non aliter.ff.de lega.3. sed eorum significationi,in dubio seruiendum.l.j.§ si is qui. ff de exercitor. Hinc patet,ad casum omissum toties extensionem fieri,quoties in eam sententiam nos vrget grauis aliqua coniectura,à qua totus hic tractatus, vim & potestatem, accipere mihi videtur. l.in cond.ff.de cond.& demonst.Et quo vno modo, pugnantia quę prima fronte iura videntur,possunt, & debent conciliari, veluti si casum certum quis expressisset,ꝙ eum tantum euēturum putaret,idem in omisso verisimiliter dispositurus, si de eo cogitasset.l.Titi.§.Lucius.ff.de lib.& post.l.clemens.ff.de hęre.insti. Qua ratione,concepta in casum *si posthumus non nascatur*, substitutio, eum quoq; casum complectitur,(si nō sit impedimento mater) quo natus sit posthumus,& in pupillari ętate decedat.l. fin.C.de instit.Et posthumus à matre,quę in puerperio decessit,censetur institutus,de quo tamen nulla prorsus mentio facta est.l.3.C.de inof.test.Sic & relictum à matre filijs fidei commissum, *Si morte patris sui iuris efficerentur*, ad casum quo emancipatio ne sui iuris facti sint,ex Vlpiani sententia,protenditur,l.mulier.§.j.ff.ad Trebell.& per contrarium,filij ex conditione emancipationis,hæreditatem,aut rem donatam capiunt,morte patris,sui iuris effecti. l.si mat.C.de inst.fi.C.de dona.quę sub mod.Nec eiusdem Vlpiani verba repugnant.l.fideicommissa.§.si cui.ff.de lega.3.quæ alij, aliter atque aliter,interpretantur,sed omnes ni fallor ego, perperam,& vt cętera missa faciam,cùm hic in extraneo, d. §. sic ui. (qui odio patris sic creditur dispositisse)illic d.l.mulier.§.j.in matre,(quæ non mariti inimicitia adiecisse eam conditionem intelligitur) doctores interpretantur,Cu.d.§.si cui.Dec.d.l.si mat. Alcia lib.4.de verbo.sign.Arridet equidem verbis utriusq; legis declaratio,si probabilem differentiæ rationem haberet, nec idem Vlpianus,alibi generaliùs tradidisset,cedere diem emancipatione,qui morte patris cederet.l.si ita.ff.quādo dies le.ced.Qd enim de odio comminiscuntur, alteri constitutioni planè contradicit,in qua mulier post factum diuortiū,ita testata est.d. l. mulier. §.j.quo fit euidens,odio mariti,eam sic disposuisse. Quænam igitur,est huius explicandæ quæstionis ratio? hæc fortasse, vt dicamus illis verbis, *non uidebitur defecisse conditio,sed & cùm mors patri contingat,quasi existente conditione, fideicommissum admittetur*.d. l. fideicommissa.§. si cui. Vlpianum idē quod alibi constituisse, d. l. mulier.§.j.d.l.si ita.emancipatione, videlicet, extitisse conditionem,cùm hæc verba,*non deficere*,idem quod existere, significēt, l.ex facto.§.si quis autem.ff.ad Trebel.sed impropriè,cùm verè, mors patri nō ꝓtigerit, vnde dixit,*non uidebitur*,l.j.§. deiecisse. ff. de ui ar.& adiecit. *Sed & cum mors patri contingat,quasi extante*, &c. vt obiectionem tollat:dixisse nanque quispiam potuit, quo pacto conditionem extitisse dicemus,si pater mortuus non sit, cū conditionum verba precisè,& ad vnguē implenda sint:l.Meui⁹. l.qui hæredi.ff.de condi.& demo.respondet Vlpianus, hoc quoque casu, cum emancipatio sequuta est, mortem patri contigisse censeri,d.l.si ita.propter eundem effectum, qui ex vtroque actu sequitur:l.huiusmodi.§.cùm ita.ff.de leg.j.quòd tñ cum propriè contigisse dici non possit,mox subijcit,*quasi extante conditione filium ad fideicommissum admitti*. Et hic est verus huius responsi sensus.d.l.fideicommissa. §.si cui.In cuius expositione, longior consultò fui, quàm instituti mei ratio fortasse patiatur: quòd sciā doctos etiam viros, in eius interpretatione passim dubios, ancipitesque reddi.Sed in viam redeūdum:diximus prouisionē in vnum casum conceptam,ad omissum extendi,si disponentis mens verisimilis subest: vt in eo responsum est, qui id quod in vtero neptis habebat, hæredem fecit, cum interim illa eodem die,albescente cœlo ruri enixa esset,l. Titi. §. Lucius. ff.de lib.& posth. & in vulgari substitutione proditum, eam in vnū casum expressam,ad omissum trahi, l.Gallus. § & quid si tantum.ff.de liber.& posth.casumq; nolentiæ,vt vocant,in casum impotentię diffundi.l.fi.C.de institutio.l.cum proponas.C. de hæred.inst. Sic & in eo,qui ęgritudine illa se moriturum existimans,posthumum (quem credebat.in lucem se mortuo venturum) instituit, *si se mortuo nasceretur*:hoc eñ nihil oberit, quo minus & qui se viuo nasceretur hæres sit.l.fi.C.de posth.hęr.instit.Quæ interpretatio,plerisq; omnib.placet,Dd.d.l. fi. nec ego verā in se diffiteor: d.l. Titi. §. Lucius .cæterùm eam ad Iustiniani constitutionem, d.l.final. Insolenter nimis diuinare,cuicunque appendenti verba perspicuum puto.Quocirca placet nunc nostra vetus sententia,vt proditæ iam regulæ,locus nō sit:cùm casus omnino omissus non est, vtpote qui sub verbis expressis comprehēdi potest. l.Illud.ff.de acq.hæred.§.illud.de societa.Veluti in proposita specie,à Iustiniano,detestante,qui his verbis vsus erat. *Si filius, intra decem mensium spatium, post mortem meam fuerit editus, hæres esto*, d.l. final.cùm enim dictio *usq;* pro *intra*,accipiātur:à dispositionis tēpore,sumens initium:l.si ita fuerit.§.fi.ff.de man.test.l.si sic.ff.de verb signi.par est atque si dixisset testator, *si usq; ad decem menses*, quo posito, dubium non est, quin natus viuo testanto, dicatur editus ante decem menses, post mortem testatoris. Huic autē interpretationi, si qs paulò obstinatior,ceruicosè repugnat adhuc,nec facile manus dat: ipsis saltem Raphaelibus cedat,qui iādiu concesserunt ambo, in hanc sententiam, vnde hanc meam dissolutionem,eò libentius refero, ꝙ à me adolescentulo excogitatam,& octo antè annis,quàm alterius Raphaelis vel Cumani,vel Fulgosij commentaria,publicum accepissent, scriptam,l. post aditam.num.13. C. de impub.offenderim postea ab vtroq; Raphaele traditam,& à Fulgosio laudatam,vt verissimam Fulg. l.fi.C.de posth.Cuman.l.commodissimè.ff. de liber. & post. Nec ab ea abhorrere mihi videntur,Accursius,Albericus,& veteres, dictionem *intra* pro *citra*,exponentes,Accur.& Alber.d.l.fina.vt omne tempus antecedens,contineatur.Sed de extensione ad casum omissum quantum ad præsens institutum attinet, satis sint hæc disputata: quibus explicandis, de industria prolixior fui, ꝙ scirem hoc vno iuris articulo perspecto,alios permultos intelligi.Hæc autem habui,quæ de Iure,& eius partibus,nec non de vi iuris,& potestate,ac demum iuris, actionumque humanarū interpretatione dicerem:quibus si qui legum studiosi fuerint adiuti,eorum erit Deo Optimo Maximo,summam habere gratiā.

De Syllogismo, & alijs argumentorum formulis. Cap. 12.

SEd iam locus postulas, vt pauca quædam de formulis argumentorum dicamus.Et quoniam arguere, idem est propriè quod ostendere,& demonstrare.l.desiderium.C.de pos.vt locus ille quoque Virgilij probat,Virg.li.4.Aenei.

Degeneres animos timor arguit:

Euidens est Argumentum, vt in proposito cōsideratur, esse rei obscuræ,per conquisitas rationes,demonstrationem:l.j.§. huius rei.ff.de offi.eius.l.qui testamento.§.mulier.ff de test. l. fina. ff.de Pub.aut(si Ciceronis verba sequi malis) rationem,quæ rei dubię fidem facit,Cicer.in Topi.seu probabile inuentum, ad faciendā fidem,Cicer.in Partitio.sic dictum,quasi argutè inuētum, quod scilicet subtili artificio,& acuta inuestigatione,rei veritatem patefaciat,c.forus.de verb.sig.A quo tamen receptum est,argumētationem,velut totum,à sua parte differre: siquidem argumentatio,totam orationem significet,qua inuentum iam argumentum,rei propositæ accommodamus,atq; ita rem, de qua tractatur,probandam,& argumentum,quo eam cupimus probare,cōplectitur.Argumentationis porrò formæ,quatuor à veterib. ꝓditæ sunt:duæ perfectę,& imperfectę totidem.Perfectæ sunt,Syllogismus,& Inductio,aut vt alij loquuntur enumeratio. Imperfectæ,Enthymema,& Exemplum Syllogismus aūt greca dictio est,quā M.Ci.ad verbū ꝓpè,Ratiocinationē dixit, παρὰ τὸ συλλογίζεσθαι.i.colligere,& ratiocinari,tribusq; ꝓpositionib. constat, quarū prima,ꝙ potētior sit ad rē ipsam ꝓficiēdā ab eaq; vis tota

ratio-

Source : BIU Cujas

ratiocinationis dimanet, Maior dicitur. Altera minor, & posterior Conclusio, seu vt alij loquuntur, intentio, quę (vti dialecticis placet) positio quædam necessaria est, ex propositionibus primis, necessarijs, & vniuersalibus per demonstrationem collecta: Rodol. Agricola lib. 2. de inuent. ca. 13. aut M. Cicerone diffinitore, ratio est, quæ ex reb. perceptis, ad id quod non percipiebat, adducit, Cicer. j. Academica. quęst. vt ita non obscurum sit, Syllogismum probè diffinire, Argumenti genus esse, ex duobus pronunciatis præmissis, conclusionem necessariò inferens. Aut si mauis, ex Aristotele Syllogismus est oratio, in qua positis q̃busdam, & concessis, præter ea quæ posita sunt, & concessa, aliud q̃d dam confici, & contingere solet. Aristo. 1. Analyt. & 1. Topico. Gel. lib. 15. c. 26. veluti, ex contractu nascitur actio: Societas est contractus: ergo ex Societate actio nascitur. Inductio verò, genus est argumentationis, quo à singularibus sufficienter enumeratis, ad vniuersale progredimur. Aristo. 1. Topico. ac proinde, cùm plurium vel partium, vel specierum, in ea fiat enumeratio: sunt qui malint, enumerationem dicere. Cic. 1. Rhetoric. Enumeratio quippe multorum est, quæ ad vnum aliquid rediguntur: in quem modum M. Cicero pro lege Manilia probat, cuncta Pompeium habere, quæ in summo Imperatore exigũtur, q̃ in eo insit rei militaris peritia, virtus, auctoritas, & felicitas. Et hoc est argumentum, quod à partium enumeratione, vulgo dicimus. Bal. I. conuenticula. C. de epis. & cler. Veluti probaturus ego, vltimã quamq; volũtatem reuocari posse, sic inducam. Testamentum, est vltima voluntas, & reuocari potest. Codicillus, est vltima voluntas, & reuocari potest, & sic de cæteris, nempe delegato, fideicommisso, & donatione causa mortis, l. 4. ff. adim. leg. rectè ergo inferam: igitur vltima voluntas pro arbitrio variari, mutarique potest. Porrò autem, dinumerationem hanc plane, & integrè fieri oportet: nam si nonnihil prætermittatur in ea, nullatenus argumentum concludit. l. cum hi. §. si prętor. ff. de transc. Veluti si dixero, Emptio est bonę fidei, Locatio est bonę fidei, Societas est bonæ fidei: fallax est profectò hic ratiocinandi modus, quo non integrè, perfecteq; partes recensitæ, dinumeratæve sunt.

De Enthymemate, & Exemplo. Cap. 13.

PRæter Syllogismum, & Inductionem, quæ duæ sunt perfectæ argumentandi formæ, totidem reperiuntur, imperfectæ argumentandi species. Enthymema videlicet, & Exemplum. Qđ pertinet, ad Enthymema, sciendum, eo verbo Grammaticis, cogitationem & commentum, seu commentationem significari: Dialecticis verò, imperfectum Syllogismum, in quo, ex vna, simplicique propositione, subinfertur cõclusio. Arist. lib. j. & 2. Rhe. Ideoq; definitur Enthymema, vt sit Syllogismus, cui altera propositionũ deest. Veluti Catilina, patriæ struxit insidias: ergo morte dignus est. Nanq; deficit maior hic propositio, nempe: omnis qui patriæ insidiatus est, morte plectẽdus venit. Ideoq; Satyricus curtum dixit Enthymema, & torqueri sermone rotato, hoc est celeri, & breuibus comprehenso, quòd totum non sit explicatum, sed pars duntaxat, & ea quidem breuiter, altera in mente relicta. Iuuenal. satyr. 6.

Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato,
Torqueat Enthymema.

Cuiusmodi genus argumentationis, ex vno tantùm desumpto concludens, Vlpiano valde est familiare. Nam ita alicubi ratiocinatur: Credendi, creditiq; nomen generale est: ergo, de cõtractibus dicturi Iurisconsulti, de rebus creditis titulum, meritissimò præmiserunt, l. j. ff. de reb. cred. omissa propositione (quam maiorem dicimus) velut per se nota, nimirum ea, ad speciei cognitionem, generis nomen præcognoscendum est. l. j. ff. de iustit. & iur. Accur. rub. C. de pact. Et alibi, Debitor plures habens creditores vniuersa bona alienauit, ergo consilium habuit eos circunueniẽdi. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. Nam & hìc quoq; subtexit propositionem, vti per se satis cognitam, nempe illam, ex alienatione omnium bonorum, vel maioris partis, fraudem præsumi. l. nomen. §. filio. vbi Accur. ff. de leg. 3. d. §. Lucius. Dd. §. itẽ si quis in fraudem de actio. Exemplum verò, argumenti genus est, quo particulari aliquo, vel maiori, vel pari, vel minori, in similitudinem ab identitate (vt sic dicam) rationis assumpto, idipsum de quo disceptatur probamus. Agricol. lib. 1. capit. 25. Estque penè eadem hæc argumentatio, cum loco, à simili, à quo eo duntaxat nomine differt, quod exemplum, sit argũmentatio: at ratiocinatio à simili, locus argumentationis, sed vtrunque genus (quod hìc confundere placet) Iurisconsultis tam est frequẽs, vt nulla crebrior in iure sit argumentatio. l. nõ solum. §. qui primipilum. ff. de excus. tuto. l. argumento. ff. de aur. leg. l. si pater. in fi. ff. de solutio. l. his solis. C. de reuo. don. cùm enim non possint casus omnes, qui quandoque inciderint, certis constitutionibus comprehendi: ex similibus, hoc est, parem rationem habentibus, decisionem peti conueniens fuit. l. neque leges. l. & ideo. leg. non possunt. ff. de legibus cap. inter corporalia, de transac. epis. vt quòd de vno responsum est, de cæteris similibus capitulis, expressum intelligatur. l. fina. C. de const. pecu. d. l. his solis d. §. qui primipilum. Et ita lex suppleatur, plenioremque recipiat interpretationem. l. oratio. ff. de sponsal. l. lex Iulia. ff. de fund. dotal. modò tamen par sit causa, eademque ratio. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig.

De æquiuoco, & alijs argumentorum vitijs. Cap. 14.

QVemadmodum verò argumentorum vsum, sedulò probamus, dum in eis vera proponuntur: ita cauillationes sophisticas, & fallaces tendiculas, magno conatu respuimus, veluti cùm ab euidenter veris per callidas terminorum mutationes, veritas obnubilatur, & ad falsa perducitur disputatio, l. natur. ff. de verbo. signifi. l. ea est natura. ff. de reg. iur. l. j. vbi Accurs. ff. de reg. Cato. quòd tribus modis contingere, philosophus docet. Aristo. 1. Elench. quia videlicet peccat argumentum vel in materia, vel in forma, vel in vtroque. Nostrates vitiosæ argumentationis technas, pari numero, sed alijs verbis faciunt: nempe ex Aequiuoco, ex Accidente, & per secundum quid ad simpliciter, quibus etiam modis omnia ferè argumenta, in ciuili nostra disciplina dilui, dissoluique putant Specula. titul. de alleg. & disputa. §. j. Odoffre. & Bald. in prooe. digestorum. A quibus non abhorrent Dialectici, q̃ breuiter docent argumentationẽ oẽm verè dissolur, vel negando id quod ab aduersario propositum est, (uulgus antecedens vocat) multoque magis probando id falsum esse, vel multipliciter distinguendo, dictionem putà, vel orationem, quæ non eadem fortè significatione, vtrobique in argumentatione ponitur. Sic enim perspicuè docemus, ex antecedente non probè conclusionem colligi, quod æquiuoci, & Antecedentis, (vt loquuntur) vitia, palàm faciunt. Aequiuocum dicimus, quodcunque verbum, quamcunque ve orationem, vnde multiplex sensus elici potest, Accurs. l. j. in princ. ff. de nou. oper. vt ita amphybologiam, & reliquas eius generis figuras, quæ vel ex singulis vocibus, vel ex coniunctis ambiguitatem pariunt, contineri intelligemus. l. ita fidei. ff. de iurisdic. Accur. l. quoties, in stipul. ff. de verbor. oblig. Hinc Aequiuoco datum quoque nomen, Pluriuoci, quòd pluribus verbis, aut orationibus, eadem sit appellatio, licèt non idem sensus: veluti dictio *Aries*, qua Sydus in cœlo, animal in terris, & machinamentum ad muros expugnãdos, significatur. Item *Canis* dictio, quæ cœleste Sydus, animal latrabile, piscem marinum, & talaris ludi signum denotat. Accurs. i. d. l. quoties. De orationibus: hæc, *Aio te Aeacida, Romanos uincere posse*. Accur. leg. veteribus. ff. de pact. in ciuili verò iure nostro, passim obuia sunt exempla, quale inter cætera, *exhibere* verbum, quod interdum est hominem, aut rem aliam qua de agitur, in publicum producere. l. 2. ff. ad exhib. leg. locum. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhib. l. 3. §. ait prætor, de lib. ho. exhi. l. fin. ff. de verbo. signifi. quandoque verò idem est quod l. fina. C. de ædil. actio. probare: vnde implacabilis enascitur Antinomia, nisi acutè detegatur æquiuocum: Ait enim lex, emptorem mancipij morbosi, seu vitiosi, seruo intra sex menses mortuo, redhibitoria posse, aduersus venditorem experiri. l. j. l. redhibere. l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. edic. Alibi verò Cæsares, ita demum aiunt emptori redhibitoriam competere, si seruum fugitiuum, aut vitiosum, emptionis tempore fuisse, petierit emptor exhibere. d. l. final. Constat autem seruum mortuum exhiberi nõ posse. l. si homo mortuus. ff. de verbor. obligat. quod in prima significatione, verum est, quatenus scilicet diximus, exhibere esse, rei præsentiam facere. l. ij. cum similibus. ff. ad exhiben. Quatenus enim significat, probare, seruum putà vitiosum fuisse, tempore emptionis, seruus etiam mortuus exhiberi potest. l. fina. C. de ædilit. actio. Ad hanc argumenti fallaciam spectat quoq; Labeonis responsum, quo de eo dubitat, qui quatuor oleagina pocula paria legauit: incertum nanque prima fronte videtur, an duo tantùm, an etiam quatuor, legata censeantur, ob vnam atque alteram dictionis, paria, significationem, quæ vel ad parilitatem, & æqualitatem, vel ad dualem numerum referri potest: sed tandem ex Trebatij sententia, à Labeone responsum est, vnum par duntaxat legatum esse, quia non ita legatum esset, *Bina paria*, neque ita, *poculorum paria duo*. l. qui concubinam. §. qui quatuor. ff. de lega. 3. d. §. disponat, de nupt. coll. 3. Sed huius tendiculæ, placet familiarius exemplum proponere: Testamentum est lex. leg. fina. C. de legibus, Solus princeps potest condere legem. Ergo princeps solus potest condere testamentum. Nanque reluçet hìc euidens in ambiguitate dictionis lex, vitium, quæ aliud in assumptione, aliud in minore propositione, significat, sic, Quod in nullius bonis est, sit occupantis: l. iij. ff. de acq. re. do. §. feræ. de rer. diu. Res sacræ, & personę liberæ, in nullius bonis sunt: ergo res sacræ, & liberæ, personæ occupanti conceduntur, quo nihil absurdius. l. j. ff. de interd. leg. j. ff. de reru. diuis. Vitium siquidem est, inquit Accursius, in dictione *Nullius*, q̃ aliter in assumptione,

Source : BIU Cujas

ne, quàm in maiore propoſitione, vſurpatur. Accur. l. ea eſt natura ff. de reg. iur. & in l. nat. ff. de ver. ſig.

De vitio accidentis, & ſecundum quid. Cap. 15.

ACcidentis prætereà mutatione in argumentis vitium committitur, cùm accidentia videlicet, & qualitates, in propoſitionum diſcurſu variãtur. Accur. l. vendicat. ff. de rei vendi. & l. debitor. §. ſi ff. de le. ij. Veluti ſi dixero, iniquum eſt quem fieri locupletem, cum alterius detrimento: l. nam hoc natura. ff. de cond. ind. l. iure nat ff. de reg. iur. in vſucapionibus locupletior fit vſucapiens, cum illius contra quem vſucapit, iactura: l. iij. ff. de vſucapio. ergò vſucapiones, iniquæ ſunt. Fallacia quippe hìc ex accidentis, ſeu qualitatis mutatione, cõflatur. Quod enim iniquum ſit, ex alterius damno, lucrum facere: mero iure naturæ, verum eſt: d. l. nam hoc d. l. iure. ât lex ciuilis, per vſucapionem, aliorum bona nobis adijcens, boni publici rationem habet, l. j. l. iij. ff. de vſuc. vt aliquis ſcilicet finis litiũ exiſtat, l. fin. ff. pro ſuo. nè vererum dominia, tandiu ſub incerto manerent. §. j. de vſucapio. Ideoque iuris ciuilis ratio, (cuius auctoritate quemadmodum & M. Cic. ſcribit, vſucapio tota nititur Cic. pro Cecinna & de Reſponſ. aruſp.) à pura ſimpliciq; naturæ bonitate, ſubtiliter ſecernenda eſt. Similiter, ſi dicam, pars incerta vẽdicatur l. q̃ de tota. §. incertæ. ff. de rei vend. quicquid vendicatur, poſſidetur: l. j. C. de alie. iud. c. examinata, de Iud. Ergo incerta pars poſſidetur: inijcitur auditori laqueus, per accidens, l. iij. §. incertam vbi Accur. ff. de acq. poſſ. Verum quippe eſt, poſſideri quicquid vendicatur, per eum ſcilicet, in quem intenditur rei vendicatio: at non ea qualitate, perpetuò poſſidetur, qua vendicatur: ſiquidẽ agens, partem incertam vendicare poſſit, at ille, qui conuenitur certum totumque fundum poſſidere: Accurſi. l. vendicatio. & l. quæ de tota. §. incertæ. ff. de rei vẽd. pari modo deluditur illud ſophiſma. Quicquid emiſti, comediſti: carnes crudas emiſti: ergo carnes crudas comediſti. Vtvt enim duæ priores ꝓpoſitiones, veræ ſint: conſequentia falſa eſt, ob mutationem accidentis & qualitatis. Nec enim carnes crudas, ea qualitate comediſti, qua emiſti. Bart. l. debitor. §. fin. ff. de leg. ij. Nec diſſimili quoque vitio laborat, horrenda, & monſtroſa illa, Ioannis Pici Mirãdulani, viri alioqui probi, & Chriſtiani, concluſio, *Deus non eſt Deus*: quam ille tamen (poſtquam pluribus ſubtiliter euicit, Deum eſſe, & Deum eſſe vnum,) hoc ſophiſtico cauillo contegere tentat. Ioan. Pic. Mirãdula. li. de ente & vno. Quero à te, inquit, quid ꝯcipias, per hanc dictionem *Deus*, quam de Deo enuntias? ſi nihil ꝯcipis, nihil erras, qa nihil dicis, nihilq; ſentis. Si aliqd ꝯcepis dico Deũ aliud eſſe, ab eo qđ tu ꝯcipis, & ꝯceptũ ꝑ hãc dictionẽ *Deus*, explicas, cùm in infinitum, ipſe Deus maior ſit omni eo quod potes cõcipere. Cuiuſce rei pleniore diſquiſitione, ſi quis, fortaſſe delectetur, legat libellum de ente & vno, in calce eius operis, inſertas Antoniorum Citadini, & Fauentini, ſummorũ philoſophorum de ea re, aduerſus Mirandulanum, eiuſce libelli auctorem, doctas, & peracutas concertationes. A ſuperioribus cauillis, non multum abeſt, fallacia ſenſus diuiſi, & compoſiti: cùm videlicet, ex plurib diuiſim aſſumptis, coniunctim aliquid infertur: l. vim. paſſam. §. prẽſcriptione ff. de adulter. neque, enim ſequitur (verbi gratia) crimen adulterij, ſilentio quinquennij, tollitur: l. j. C. de quæſtio. l. adulter. C. de adult. ergo, adulterium cum inceſtu iunctum, tanti temporis præſcriptione conquieſcit: d. §. præſcriptione. Pari modo refellitur argumentum quo ex pluribus coniunctis diuiſim aliquid colligitur, quando ſcilicet hoc, aut illo caſu, accidentia ſunt diuerſa. Ariſt. li. 2. de Interpretatione. Quẽdã enim fas eſt prædicare diſiunctim, q̃ non licet coniungere: & nonnulla coniunctim enuntiare, quæ ſeparare fas non eſt. Dd. l. poſſidere. §. j. ff. de acq. poſſ. Veluti ſi cum aſinam, & pullum ex ea poſſideres, dixero, hæc aſina, quia pullũ habet, mater eſt: hæc aſina, eſt tua: ergo hæc aſina, eſt mater tua. Io. Andr. c. ſiue culpa. de reg. iur. in Mercuria. Huc quoque ſpectat faceta illius tendicula, qui probaturus in tribus ouis, contineri quinque, prefabatur, ternario numero dualẽ ineſſe: atqui, inquiebat, duo, & tria, ſunt quinque. Accur. l. quoties. in ſtipũ. ff. de verb. obli. Et enim verum eſt, duo, & tria ſeparatim conſyderata, eſſe quinque, non item duo & tria, quæ tribus in ſunt. Bar. l. ſi is. qui in prin. ff. de reb. dub. Nec ab ſimiliter valde Accurſius habebas heri (inquit) tres liberos, hodie quartum ſuſcepiſti, non tamen ideo ſequitur, te ſeptem habere: quia tres illi primi, quos heri habebas, cum illo qui tibi hodie natus eſt, coniunguntur, & inſequenti numero, computantur. Acc. l. manumiſſones. ff. de iuſt. & iur.

Poſtremum argumentationis vitium, ex Secundum quid ad ſimpliciter, colligitur: cum videlicet, ex eo, quod particulari, & certo aliquo reſpectu, tale eſt ſimpliciter, & abſolute, nonnihil ponimus: veluti, Quod commune eſt, meum eſt: l. illud de ritu nup. l. ſerui electione. §. Labeo. ff. de leg. j. hic fundus, eſt inter me & Titium communis: ergo mens eſt. Equidem euidens eſt hìc fallacia: nam quod commune eſt, meum, generatim & ſimpliciter, dici non poteſt, l. Quint. ff. de aur. & arg. leg. vt de parte, videlicet. Socij, nedũ mea diſponere poſsim, l. Sabinus. ff. eo. diuid l. pupillus. ff. de ver. ſig. ſed quadamtenus, & vt ita aiunt, ſecundũ quid, eſt meum, reſpectu, ſcilicet, partis meæ. l. ij. ff. de condi in ſtit. d. §. Labeo. Simile, libertus qui ſe patrono præbuit arrogandum, in eius familia, iura conſequitur ingenuitatis, vt ſcilicet, neque patronus, neque filius eius, liberto, patronatus iure ſuccedant, & ſi patronum, in ius vocare velit, veniam libertus impetat, l. ſciendũ. ij. ff. de rit. nup. non tñ ideo ſequit, eũ abſolutè in genuũ: neq; n. libertum, patronus adoptando, ingenuum facit, l. fin. ff. de ſta. hom. nec alius, à principe ingenuitatem ſeruis, aut libertis concedit. l. j. C. de iur. aureo. annulo. l. vni. C. ad l. Viſcell. Vnde libertus à patrono. adoptatus, Senatoris filiam, vxorem non ideo ducet, neque Senator, libertinam, à patrono adoptatam, vxorem habere poterit. d. l. ſciendum. ij.

De tribus argumenta elabendi modis. Cap. 16.

ETHis modis, argumenta verè dilui, ſoluiq́ue dicuntur: præter quos, ſunt & alij, quibus vim argumentorum, magis euadere, & elabi, quàm tollere, aut ſoluere dicimur, propterea ſcilicet, quòd non rei ſatisfaciant: ſed tantùm eludere, & decipere conentur. Vnde *ſolutiones ad hominem*, à dialecticis appellatæ, ad quas tum confugimus, cùm vi argumentorum preſsi, in anguſtias redacti, & penè victi, parum ex re alioquin ſperamus auxilij.

1 Quod ipſum tripliciter, in vſum venire ſolet: vel quia aduerſario rem aut perſonam, regerimus: vel quia obiectum, ab illo eleuamus, & verbis deprimimus: vel quia digreſſu à re facto, auditoris animum, à propoſitę argumentationis cura, abducimus & auocamus: Regerimus, in rem, quoties parem aut etiam grauiorem, ea quæ nobis obijciebatur, aduerſario reponimus, vt quantum ille ſuis telis, nos premere videbatur, tantùm nos eo quod in illum recudimus vrgere videamur. Sic ad ænigma, à Damœta propoſitum:

Dic quib. in terris (et eris mihi magnus Apollo)
Treis pateat cœli ſpatium, non amplius ulnas.

Menalcas cùm reſpondere neſciret, aliud par obijcit. Virgilius eclog. iij.

Dic quibus in terris, inſcripti nomina regum,
Naſcantur flores, & Phyllida ſolus habeto.

Regerimus in perſonam cùm oſtendimus, non decere aduerſarium, quæ obiecta ſunt effari, aut dicere, etiam ſi fortè vera eſſent, quia fortè ſimili culpa, prematur: veluti, cùm M. Cicero Tuberonem, Ligarij accuſatorem, oſtẽdit in eadem cauſa fuiſſe, cuius Ligariũ impetebat. Cice. in oratione pro Q. Ligario. Simile eſt quod in iure noſtro tractatur:

Turpe eſt doctori, cùm culpa redarguit ipſum.

2 Eleuando, rurſus argumenti vim euadimus, cùm rem, quæ nobis obijcitur, irridemus, & velut nullius momenti aſpernamur, contendentes id tale eſſe, quod magis riſu, & ludo, quàm reſponſo dignum exiſtat: Qualem totam Cælij accuſationem M. Cicero facit, oſtẽdens aduerſus accuſatores pro Clodia multos, eam accuſationem, magis amantium iras, & iurgia, quàm vera crimina continere. Cice. pro M. Cælio.

3 Elabimur poſtremò, digrediendo, cùm alicuius alterius rei mentionem inijcimus, quo auditoris animus, in digreſſu occupatus, à propoſiti argumenti cura abſtrahatur. Suntque tres iſti modi, rationesque elabendi, quibus inter diſputandum, cùm in foro, tum in ſcholis frequenter vtimur.

Quibus ex cauſis, à communibus Iuris regulis recedere liceat. Cap. 17.

SEd cùm nulla probabilis ſit diſciplinæ interpretatio, quæ ſi nullo iudicio, nulloq́; rerum, perſonarum, locorum, & temporum, habito delectu à nobis ſuſpiciatur reprehenſione carere poſſit, commodiſſimum (ni fallor) erit, vt poſt expoſita iuris principia, ac non pauca, quæ ad legum pertinent deciſionem, præcipuas circunſtantias attingamus, quæ iuris regulas variant, interdum relaxant, ac remittunt: l. aut facta. §. j. ff. de pœn. c. occidit. xxiij. q. 8. vt ecce reſtituere depoſitum non perpetuò ęquum eſt, putà furenti, aut prædoni, vero domino apparente. l. bona fides. ff. depoſ. Incidunt namq; tempora, inquit M. Cicero, vt nõ ſint reddenda depoſita. velut ſi gladiũ quis, apud te ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens, aut ſi is qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum inferat patriæ, reddere peccatum ſit, iuſtum autẽ nõ reddere. Cic. 1. officio. Violare item fidem atq; adeo iuſſũrandum quandoq; conceditur: imo verò, præcipitur, vt ſi aliqd turpe flagitioſùmve promiſſum ſit. l. generaliter. l. veluti. l. ſi placij. ff. de verb. obli. c. Quintauallis de iureiur. c. cum iuramento. de homicid. homines trucidare, nonnunquã glorioſum, & laudabile, veluti hoſtes, & proditores patriæ l. minime. ff. de religioſa. ijſq; ſimilia ſex centa, quæ ſm ꝑſonæ, loci, tꝑis, & rei, qualitatem, variari, mutarique ſolent. l. Pomp. 2. ff. de neg. geſt. leg. nonnunquam. ff. de iud. l. Pedius. in fin. ff. de incend. quibuſdam, inquit

Source : BIU Cujas

quit Vlpianus, emergentibus, quæ varietatem inducunt, l. Iuſiur. & ad pecunias. ff. de iureiur. quę per ius noſtrum ſparſim poſita in vnum aggregare ſupra vires humanas videretur, niſi partim nos hoc labore leuaſſet Pontanus, Ludo. Roma. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat. cuius dicta, recentiores ad verbum fermè deſcripſerunt, And. Alciat. libr. j. de verb. ſignifi. nuſquam Pontani, (quod admirari ſatis nequeo) mentione facta. Cauſæ autem quibus, à generalibus iuris regulis recedere fas eſt, vt plurimum ex huiuſmodi prædicamentis conſiſtere videntur, Perſona, re, loco, & tempore (reliquas enim attingere mihi in animo non eſt) quæ ſingulæ breuiter tractandæ veniunt.

Perſonæ dignitas, eruditio, virtus, & integritas.

Cap. XVIII.

ET imprimis perſona, cuius multiplex qualitas, regulas iuris infringit: nam in contractibus ſunt, perſonæ, quę nec naturaliter quidem obligentur, vt pupillus. l. pupillus. ff. de action. & ob. l. quod pupillus. ff. de cond. ind. aliæ quæ naturaliter, non etiam ciuiliter, veluti duo fratres, & pater, & filius. l. frater. ff. de condition. indebi. reliquæ ſolent, vtroque modo. Rurſus, qui munere aliquo fungitur, ſi adſcripto muneris nomine contrahat, non proprio, ſed officij nomine, contraxiſſe intelligendus eſt. l. fi. ff. de inſt. l. poſt mortem. §. fi. ff. quand. ex fac. tut. l. cum quædam. C. de adm. tut. Et in criminibus, pro qualitate perſonarũ, pœnæ, vel minuuntur, vel exacerbantur. l. moris. §. ſed enim. cum l. ſeq. ff. de pœn. Violantur quoque iuris traditiones ex perſonæ dignitate, virtute, & doctrina. Illuſtribus imprimis, & graui aliqua dignitate pollentibus, q̃dã peculiariter legimus conceſſa, q̃ inferioris gradus viris, nõ tribuunt. Et imprimis, vt non niſi ex ſcripto, in ius vocent. l. quoties. C. de dignita. li. 12. tametſi p nũtiũ, abſq; literis, citatio regulariter iure fiat. l. ſed interpellat. §. j. ff. de arb. Vt p procuratorem, in grauibus etiã criminibus litigent: l. fi. C. de iniur. cùm alioqui in cauſa criminali, fruſtrà interueniat procurator. l. pen. §. j. ff. de pub. iud. Vt non ex ſcripto ſicut alij iudices, ſententiam pronuntiare cogantur. l. ij. C. de ſent. ex breuicu. Vt filijs donare poſſint, l. donationes quas. C. de dona. int. vir. licèt ſoleant à parentibus donatione filijs inutiliter fieri. l. j. §. ſi pater. ff. pro dona. Vt quæſtioni, non ſubijciantur. l. milites. ff. de quæſtio. nec pœna mortis digni, ſuſpendantur, aut cruci affigantur, cùm plebeijs duntaxat, iſtiuſmodi ſupplicia conueniant. l. deſertorem. §. j. vbi Accurſi. ff. de re milit. Vt in mulierem, illuſtri ſplendẽtem dignitate, compromitti poſſit. c. dilecti. de arb. Vt præterea generali ſententia, mandatò ve, non contineantur: ſpeciali enim propter amplam eorum dignitatem, nota digni ſunt: quare niſi de ijs expreſſa mentio facta ſit, neglecti videntur. l. itẽ apud Labe. §. ait præt. ff. de iniu. Vnde Quæſitores. quibus hæreſis negotium generaliter commiſſum eſt, contra epiſcopos non inquirunt, c. inquiſitores. de hær. in 6. nec in generali excommunicationis, ſuſpenſionisve ſententia, qui pontificiæ dignitatis ſunt, continentur. c. quia periculoſum, de ſent. excom. in 6. Nec generali mandato, cenſerur Archiepiſcopus, ſuo Officiali mandaſſe, vt ſuffraganeos excommunicet. c. j. in fi. de offici. ord. in 6. Huc pertinent, quæ de concedentis prærogatiua, leguntur: vt is, in honoribus præferatur, iureque potior ſit, qui à digniori electus eſt. l. fi. ff. de alb. ſcri. c. per tuas. de maio. & obe. Vnde receptus in canonicum, auctoritate Papæ, cæteris anteponitur. c. hi qui. de præben. in vj. Et is cui collatum eſt à Summo Pontifice, aut eius legato, ſacerdotium, illi qui ab Epiſcopo collationem habet, (ſi non aliter de proprietate collationis appareat) propter ampliorem conferentis prærogatiuam, eſt præferendus. c. ſi à ſede. eo. tit. Sic creatus doctor à principe, (dum legitimum eruditionis ſuę periculũ fecerit,) l. nemini. C. de aduo. di. iud. iis qui ab Academiis quotidie creantur, anteponi debet. l. reſtituendæ. C. illo tit. c. dominus. vbi gl. xciij. diſt. *Ob inſignem quoque perſonæ eruditionem*, contra iuris regulas, pleraq; recepta legimus. l. ſed & reprobari. § amplius. ff. de excuſ. tut. Vnde facit alicuius excellens doctrina, vt ad preces populi id petentis, principi pro pœnæ, criminiſq; abolitione, ſuplicandum ſit, interimque iudicis ſententia ſuſpendatur. l. ad beſtias. ff. de pœn. Quin & olim creditum, ex Iulij Pauli lege, propter ſummam peritiam artis, ſontibus quàmuis iam damnatis, pœnam relaxari. d. l. ad beſtias. Gloſ. §. ſint viri. de num. & qual. card. in prog. Ob idque etiam num Bononiæ conſtans fama durat, Azonem magnum iuris noſtri interpretem, capitalis criminis damnatum, *Ad beſtias*, *Ad beſtias*, ſæpius ex clamaſſe, ex capitis Iulij Pauli principio, ſignificans, propter excellentem iuris peritiam, ſẽ venia dignum: cæterùm iudices, credẽtes ſe belluarum nomine, ab Azone inſimulari, non deſtituerunt irati, donec vltimo ſupplicio afficeretur. Sed ſi verum amamus, in conſtitutione Pauli, d. l. ad beſtias. nihil omnino de alleuatione pœnæ tractatur, ſed de rei damnati tranſductione: cùm enim ab beſtias ex delicto damnati, ſine premiſſu principis ex prouincia, in prouinciam traduci non poſſent: in ipſiſmet prouincijs, vbi iudicati erant, beſtijs obijciebantur, & dilaniabantur: nec ad preces populi, executionem Præſes prouincię morari debebat, niſi tamen eius roboris eſſent, atque artificij, vt in ſpectaculis quæ Romæ fiebant, digni eſſent, qui exhiberentur, quo caſu principem Præſes conſulere debet, An velit eos damnatos Romam mitti, vt in populi Romani muneribus, beſtijs obijciantur. Facit pręterea, excellens ſcientia, vt qui ſummæ peritiæ eſt, in aliena patria docens, ab onere tutelæ ſit immunis. d. l. ſed & reprobari. §. amplius. Facitque literatura, vt eruditos homines, facilè Romanus Pontifex. legibus ſoluat, quò duplex ſacerdotium obtineant, c. de multa. in fin. de præb. aut quamuis illegitimi in Epiſcopos elegi poſſint. c. innotuit. de elect. Ab hijs nõ multum abeſt, egregia animi indoles, q̃ efficit, vt ad doctur̃e gradum, admittatur, qui nondum admodum profecit, ſi ſpes ſit futuræ peritiæ: Inno. c. cum in cunctis. de ele. Feli. rubr. de magiſt. quamuis alioqui, ijs ornamentis inſigniri non debeant, niſi quorum factum eſt eruditionis ſuę, tanquàm auri in fornace periculum. l. nemini. C. de aduoc. diuer. iudic. l. magiſtros. C. de profeſſ. & med. li. 10. Sic & ſcholaris optimi ingenij, imperito doctori, in honoribus præferri debet. l. j. vbi Accurſ. C. de anno. ciui. lib. 11. Denique ob probitatem animi ſingularem, eximiamque vitæ ſanctimoniam, contra iuris regulas, multa ſunt conſtituta: Iaſon. l. Iubemus. C. de iudic. nam & legitimi tutores ſatisdare coguntur: at ſi perſona magna ſplendeat honeſtate, remittitur ſatisdatio, l. legitimos. ff. de legit. tuto. ſufficit nanque virtus hominis pro ſatisdatione, Accurſ. l. j ff. de ripa. muniend. & tametſi in cauſa ſua, vel ſuorum, nemo iudex eſſe poſſit: l. qui iuriſdictio. ff. de iuriſd. qui tamen integerrimæ vitæ eſt, vt non cadat in eum veriſimiliter ſuſpicio, in ijs etiam negotijs, ius dicit, Specul. tit. de iud. de legat. §. ſupereſt. & quàmuis victus victori, in expenſis damnari debeat: l. eum quem. ff. de iud. l. properandum. §. ſiue autem. illo tit. ſi tamen eius, qui ſuccubuit: nota eſt probitas, ab impendiorum condemnatione, excuſatur. Hoſtienſ. c. finem. de dol. & contu Quandoquidem non præſumatur calumnioſe mouiſſe litem, qui probus antea æſtimatus fuit, nec agere quicquam, quod iuſtum non ſit, & honeſtũ. Quocirca rectè probat Angelus, Guelfum de Prato poteſtatem Bononienſem abſolutum, qui ſibi datum in cuſtodiam militem, magni nominis, & probatæ exiſtimationis, non vinctum, nec in compedibus cuſtodiuit, ſed vrbem ei pro carcere etiam abſque vadibus aſſignauit, licèt miles ille poſtmodum, arrepta fuga, ſibi conſuluerit. l. ſi. res pupillaris. ff. de adminiſtr. tut. Angel. l. ſi à bonæfidei. ff. de re. vend. Neque enim qui integræ opinionis eſt, in ea cauſa videtur, vt tam arcte debeat cuſtodiri. l. ſi à bonæ fidei. ff. de re. vend. Huc pertinet, q̃ licèt non ſoleant ſubornationis metu, poſt publicata teſtimonia, recipi teſtes: Aut. at qui ſemel. C. de proba. cle. fi. de teſtib. in cauſa tamen hominis inculpatæ vitæ, & perſpectæ integritatis, teſtes recipi poſſunt. d. §. à barbaris. d. §. ſuper eo. quòd nulla illic propter notam probitatem, teſtium ſubornatio timeatur. Bal. c. pręterea. de teſtib. cog. Mirabilius eſt profectò, quod Pontificij tradunt, tametſi non niſi ſacris initiato, ſacerdotium conferri poſſit: c. cum adeo. de reſcrip. cùm Laicus, ſpiritalis iuris prorſus ſit incapax. c. decernimus, de iudi. multoque minùs Epiſcopatum, cùm diu antè ſacra tractaſſe quem oporteat, quàm in Antiſtitem eligatur, propter inſignem tamen vitæ ſanctimoniam, ad Epiſcopatum, nedum ad inferius miniſterium Laicus prouehitur: c. ſtatuimus. §. his omnibus lxj. diſt. Ambroſio enim nondum aqua baptiſmi renato, Nicolao autem & Seuero ex Lanificio aſſumptis Epiſcopatus munus delatum eſt, atque oblatum. d. §. his omnibus. quod miraculosè contigit: vnde ad conſequentiam producendum non eſt. l. quod vero. ff. de legibus. Sed nec ſuperiora ſatis iure fundantur, cap. ſi quis triginta. lxxviij. diſtin. quatenus præſertim alteri res verti damno poſſet. Quapropter in foro, vix obtinerent. Ad hæc non incommodè ſpectat, quod paſſim leges iubent: ad æſtimanda facta, dicta ve hominum anteactæ vitæ rationem, conſiderari: l. diui fratres. ff. de lib. ea. l. iij. §. ſed. ſi ex improuiſo. ff. de re milit. l. j. C. ſi. quis imp. maled. neque enim (verbi gratia) facilè credendum eſt, eum qui in florenti ætate continenter, & honeſtè vixit, probuſque diu æſtimatus eſt, ſe vitijs in ſenectute, turpiter contaminaſſe. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. c. pen. de præſump. Dixerit quiſpiam, rem periculi eſſe plenam, iudicare probus quiſpiam ſit, an improbus. Quod equidem non negauerim ipſe. Multis enim, inquit M. Cicero, ſimulationem inuo lucris, tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur, vniuſcuiuſque natura: frons, oculi, vultus, perſæpe mentiuntur: oratio verò ſæpiſſimè, Cicer. j. epiſt. ad Q. fratrem. Et pleroſque eſſe Satyricus oſtendit, Iuuenalis. ſatyr. noſque experientia comprobamus,

Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt:

Quique ex verbo Chriſti, ſimiles ſuut ſepulchris dealbatis, quę foris patẽt hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurictia, hoc eſt hipocriſi, & iniquitate. Matt. 23. At non diuturna poteſt eſſe, vt M. Cicero ſcribit, hæc obſtructio, nec diſſimulatio multo tempore latere. Cicero pro Sextio. Ideoque cùm Chriſtus attendere iuſſiſſet à falſis prophetis, qui veniunt ad nos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: ſubijcit, à fructibus eorum, cognoſcetis eos. Matt. 7.

Et

Source : BIU Cujas

Et sanè difficile est,ex Platonis sententia,vt malus quis semper lateat. Plato l.2.de Republica.

Personæ vilitas,& paupertas. Cap. 19.

OB personæ quoque vilitatem à generali legis traditione, recedimus nonnunquam.l.si patrona. ff. de ritu nupt. Nam & pater,qui illatam filio iniuriam condonare potest, si persona vilis,abiectaque sit,& filij honesta,iniuriarum actionem non remittit.l.sed si vnius.§ filiosa.ff.de iniur.& filia Senatoris, quæ ludicrã artem exercuit, aut corpore quæstum fecit, libertino contra senatoriæ dignitatis prærogatiuam nubit, neque enim (inquit Iulius Paulus) honor ei seruandus est, qui se in tantum scelus deduxit.l.senatoris filia.ff.de rit.nup.Hincque illud generale circunfertur,indultum liberis beneficium,ob patris honorem, ad eum filium non extendi, qui vilem,fœdamq; vitam egit.Sic nec lex, q̃ mulierem,in carcerem conijci vetat,l.j. C. de offic. diuerso.iudic. ad eam producitur,quæ meretriciam, turpemque vitam ducit, Bald.l.consentaneum.C.quõ,& quando iudex. vt non æquipolleat castitati luxuria,§.fin.de restitut.& ea.col. 3. nisi tamẽ mulier illa,libidinibus infamis,maritum habeat,cui priuilegiũ illud propter matrimonij dignitatem,conseruatur.l.si vxor.§.j.ff.de adult. Ad hæc,denegatur actio de dote patri, si turpis & vilioris existat vitæ.l.si cum dotem.§.eo autem.ff.solut.matrim.Facit, *Inopia*, vt violentur interdum regulæ iuris, in paupertatis q̃que fauorẽ: nõnunq̃ in odiũ, fauet in eo paupertati,vt mulcta, vel etiã collecta,tributumve,pauperi remittatur.l.illicitas.§.fi.ff.de offi.præs. l fi.C.de mod.mulcta.Accursi.l. omnes.C.de anno.& trib.lib.10. Alimenta decernantur quandoque, appellatione pendente, l.si instituta.§.pen.ff de inoffi.test. ac eorum alimoniæ, qui egestate pressi,in carcere detinentur,iudex prouideat.l.Iudices. C.de epis. aud.Executio sententiæ impediatur.c.olim ij.de restit.spolia.Qui non prouocauit.l.si procur.§. pen. ff. mand. aut post appellationem,fatalia labi permisit. §. Alijs verò. de ijs qui ingred. ad appe. coll.5.excusetur:ne possessori impensas dominus reddere teneatur.l.in fundo.ff.de rei vend.Vt in multitudine negotiorum, præ cæteris,pauperum causę per iudicem diffiniantur.c.imprimis vbi gloss.2.q.j.Denique nec mercedẽ iudici,aut notario,de actis causæ pauper exoluere teneatur.l.tam dementis.in fi.C.de episc.aud. At vero,præterquàm quòd inopia,non minimum est per se malum,ipsa plerunque nocet. Etenim testem,l.3. ff. de test. debitorem que suspectum reddit,l.si creditores.ff.de priuil.cred. vnde & maritum,constante matrimonio,ad dotis restitutionem cogit, l.si constante.ff.sol.mat.& vbi desideratur satisdatio de iudicio sisti, rem apud officium deponi facit,quod sequestrare dicunt. l. si fideiussor.§.fi.ff.qui satisd.cog.Quàmuis pleriq; omnes, exploratum habeant,paupertatem neque malum esse, neque de genere malorum.c.illa,in fin.15.q.j.Neque verò,ad superiora prætereundum, quanquam in delictis,non omnino præbeat paupertas excusationem.c.quoniam. de simon.ac proinde,non sit ignoscendum mulieri, quæ paupertatis velamento,se turpem vitam egisse profitetur l.palàm. §. j. ff. de ritu nupt. Mitiùs tamen cum illo agitur,qui vrgente fame,aut alia necessitate,nonnihil alioqui ,prohibitum,admisit:ca.si quis propter. de furt. & sustinet lex venditionem filij,in patre,nimia egestate pressõ,l.vlti. C. de patrib. qui filios distrax.vt sic liceat cum poeta, ad Charidemum exclàmare.Martial.l.11. epigram.

O quantum cogit egestas?

Et cum mimographo,

Hominem experiri multa,paupertas iubet.

A quibus non abhorrens Plato,pauperum peccata, ob huius vitæ incommoda,leniùs apud inferos puniri scribit:Diuitum verò grauiùs.Plato lib.10.de Rep.

Seueritas,& negligentia. Cap. 20.

IVbet item nimia personæ sæuitia pleraque in iure nostro ciuili,innouari. Dominus sæuiens in seruos, duriùs quàm equũ sit,eos vendere cogitur,l.2.ff.de.ijs,qui sunt sui. vti & pater filium emancipare,quem malè contra pietatem affecit.l.fin.ff.si à parente vir nimium morosus,sæuusque,ab vxore separatur.cap.literas de restit. spoliat. culpęque assignatur,nimia præceptoris sæuitia.l. præceptoris.ff.ad l.Aquil.Et coita à lege societas, ne ab ea intra certum tempus abeatur,ante tempus nihilominus dirimi potest, si tam iniurioſus rixosusque sit socius, (vt cum eo durũ sit conuersari.l.si conuenerit.ff.pro socio.Propter desidiam præterea & malam hominis versationem,legis generalis plerunque fit derogatio. Rex, Dux, aut alius princeps, iners, & ignauus,principatu priuari potest,aut ei saltem coadiutor dari debet.c.grãdi.de supp. neg.præla.in vj.presbyter exautorari,seu,vt Pontificij loquuntur degradari.c.dictum.lxxxj.dist. Prælatus, prælatura deponi. c. cum ad monasterium §.fin.de sta.monach.Iudex administratione remoueri.l.si quos.C.de offi.præ.præt.ori.Idemque in tutore,l.3. §. fin.ff.de sup.tutor.& procuratore,l.eum qui. C. de procur. vt ob grauem aliquam inertiam,aut ignauiam, tãquam suspecti remouentur. Et quamuis nemo valetudinis licèt deploratæ, proprio cedere cogatur sacerdotio.c.pen.de cler. ægrot. c.quamuis. 7. q.j. poterit tamen Episcopus,iniuncti sibi muneris prorsus negligẽs, in hoc adigi,vt sacerdotio illi renuntier.c.nisi vbi Imo.de renuntia.Hac etiam ratione, conductor ante finitum locationis tempus, expleri potest:si malè negligenterque nimis in re locata versetur.l.3.C.de locat.c.propter.eo.titu. Idemque in Emphyteuta, Authen.qui rem.C.de sacrosanct.eccle.& cliente,c.j.§. penul. de pec.tenen.(seu vt dicunt Vasallo) proditum est.Et generaliter ob seruandum,eum qui leniter,& ocitãter.demandatã sibi prouinciã tractat,ea remoueri posse.l.si remunerãdi.§.Maurus. ff.mãd.

Magna personarum affectio,vt affinitatis, aut alterius coniunctionis. Cap. 21.

SVnt deinde peculiariter quædam indulta, ob magnam personarum affectionem,l.si seruum.§.fin.ff.de legat.j. quæ ex consanguinitatis,aut alio naturæ vinculo,descendit. Itaque lex, quæ receptatores latronum,perinde punit,atque latrones.l.j.ff. de receptator. eos excipit, apud quos, vel cognatus, vel affinis latro, conseruatus est,l. fin. ff de recepta. quòd ignoscendum sit ei, qui sanguinem suum quoquomodo, voluerit redemptum.l. j. ff. de bon. eor. qui ant. senten. Et licèt,qui fisci causas agunt,aduersus fiscum postulare prohibeantur,l.2.C de aduo.di.iud.l.j.& ij. C.de de aduoca.fis.causam tamen suam,vel suorum, agere poterunt. l.pen.C. de postul. Quo exemplo docet Angelus, clientem non teneri iuuare dominum,aduersus parentes,& liberos. Angel. d.l. penul Et lex hæredem,qui non vltus est necem defuncti, hæreditate priuans,non censebitur imponere necessitatem patri, vt filium deferat:aut filio, vt patrem accusẽt.l.si adulterium. §. liberto.ff.de adulter.Sic emansori,hoc est militi,qui diu vagatus ad castra tandem reuersus est.l.3.§.emansor.ff. de re militar. venia datur,si valetudini aut affectioni parentum,& affinium interim inseruiuit.l.qui cum vno.§.fin.eod.titu.Et quemadmodum ægritudo propria citatum non comparantem excusat à contumacia,l. quęsitum.ff.de re iudic.ita suorum infirmitas,c.communis filius. vbi gl.13.dist.& iniuria consanguineis illata,mihi quoque irrogata intelligitur.l.lex Cornel.l.item apud.§.conuicium. ff. de iniur. Idemque in metu illis incusso, vt mihi quoque videatur illatus. cap.sciant cuncti.de elect.in 6.Vnde minæ consanguineis protestantis,vel appellantis,incussæ per iudicem ipsi quoque protestãti,vel appellanti,illatæ censentur.Cle.j.de excess.præla. Et qui cõiunctas personas,in ius vocant,qualemcunque fideiussorem de iudicio sisti accipere tenetur.l.2.§.Prętor.ff.Qui satisd.Et relictum sacerdoti,affinitate aliqua testatori iuncto non ecclesię contemplatione,sed cognationis factum intelligitur: Aut licentiam. C. de epis.& cler.tametsi appellatiuo nomine testator sit vsus, c. requisisti. de testa.quippe generaliter receptũ,quod propinquo datur,sanguinis contemplatione datum censeri.l.tutor.§. quæ tutoribus.ff.de excut.tuto.Hæc autem maximè obtinerent, inter patrem,& filium,cum nulla excogitari possit arctior coniunctio. Vnde quamuis administratorem quemcunq; redditioni rationum lex obstringat:§.œconomos.de sanct epis.coll.9,patrem tamen eximit.l.fi §.hoc proculdubio .C.de bo.quę lib.Et quo casu, hęres fideicommissario cauere cogitur,si pater filio hereditatem restituere sit grauatus:cautionem non tenebitur pręstare.l.Imperator.ff.ad Trebell.Sic doctoris, Aduocati,aut officialis filius cęteris paribus,in patris demortui officio,prefertur,l.nemini. C de aduo di iudicio.& qui prędia comparare in prouincia. prętextu officij quod administrat,prohibetur,potest tamen paterna quę à fisco detrahuntur emere.l.qui officij.ff.de cont.empt.

Amicitia,& inimicitia. Cap. 22.

SAnè quę de consanguinitate,affinitateve tradita sunt, in magna quoque amicitia locum habent.Magna etenim amicitia, idem quod cõiunctio sanguinis operatur, gl.c.requisisti, de test. & in c.ij.eo.tit.in 6.& amicos cognatis, & affinibus lex non vno in loco æquiparat.l.ergo.ff.ex qut.caus.ma.l.ij.ff.qui pet. tut.l.hæc autem.§.j.ff.ex qui.cau in poss.ea.Vnde à plerisque omnibus traditum,amoris ardorem,vim habere clausulæ codicillaris.l.in testamento.ff.de fideicom. liber. Bal. l.si iure. C. de test. manumis. vt scilicet,legata relicta,amico non leui amicitia coniuncto, in testamento imperfecto debeantur,velut, ab intestato repetitia. d.l.intestamento.Addunt alij,eodem argumento, amicitiam illam non vulgarem inducere reuocationem clausulæ derogatoriæ,quæ priore testamento, adiecta fuit. Iaſ.l. non dubium.C.de legib:Sunt & qui amicum arctissima familiaritate iunctum,sicut coniunctum,ad agendum admittant sine mandato. l. sed & hę. vbi Guliel.ff.de procur.Iaſ.l.exigendi.C. de procur. quod vtcunque ab interpretibus sit controuersum, in eo defendi potest,cuius gesta solebat amicus absens habere rata.Bart. l. non solum.§. qui alieno. ff. eod. Et amici solent suorum nomine contineri. Accur.l.2.C.in qui.cau.colo.li.11. Et quemadmodum legatum, consanguineo sacerdoti factum:ipsi quæritur, non etiam ecclesiæ,cùm

Source : BIU Cujas

sic: cùm consanguinitatis gratia, magis quàm ecclesiæ, factum intelligitur. l. tuto. §. quæ tutorib. ff. de excus. tut. c. requisisti. de test. sic & legatum sacerdoti, summo amico relictum. Glo. d. c. requisisti. Maxima quippe amicitia copulatus, propinquo similis est. leg. ij. ff. de pet. tut. cap. Petrus de homicid. Vnde & illud emergit, quia volens probare se non animo occidendi percussisse, satis docet, si ostendat se, vel cognatum, vel affinem, vel amicum. l. j. C. de sicar. Et licèt alioqui receptor, vt delinquens puniatur: l. eos. C. de furt. sicut tamen receptans coniunctum, aliquam meretur excusationem, vt saltem mitius puniri debeat. l. j. & ii. ff. de receptatorib. ita receptans intimum aliquem amicum. l. cùm allegas. C. de cast. pec. li. 10. Denique licèt Aduocatus, officium suum præstare petenti teneatur: l. j. §. ait prætor. ff. de postul. sicut notarius, §. j. de tabell. coll. iiij. & Caupo hospitari, nautaque nauigare, l. j. ff. naut. caupo. nullus tamen istorum, ex officio cogitur, aduersus amicum, operas suas præbere, aut iuuare inimicum. Accur. d. l. j. Per contrarium autē propter hostilitatem, & inimicitiam nōnullis specieb. regulas iuris deserimus: nam extra legis pœnam est, qui patrem, aut filium, publicum patriæ hostem interemit, præmio etiam afficiendus: l. minimè. ff. de religios. cùm alioqui in sutus culeo, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, in mare proximum deijciendus esset, §. alia deinde. de publ. iud. & in criminibus grauissimis, vt hæresis, & simoniæ probationes, licèt illegitimæ, admittantur, 2. in fidei de hæreti. in vj. inimici tamen, dicere testimonium nequeunt, c. per tuas. de simon. & ab inimico, fas est vsuras exigere, cui arma iure inferūtur. Vbi enim ius belli est, dicebat Ambrosius, ibi ius vsuræ. c. fin. xiiij. quæst iiij. Hosti quoque, & inimico fidē violari posse, receptū est, vt aduersus quem, machinari sit permissum, l. j. §. non fuit. ff. de sol. quod in priuato obtinere volunt, Bart. d. §. non fuit. Si enim dux belli, cū hoste pactus sit, fidem suam liberare debet. l. conuentionum. ff. de pact. Sed ego ab homine quoque priuato, fidem hosti seruandam esse, iamdudum ex Augustino, Ciceroneque didici. c. noli. xxiiij. q. i. Cic. 3. offic. Nec obstat, quòd pro solertia habeat, si quis machinetur aliquid aduersus hostem: d. l. §. non fuit. hoc enim de astutijs Rei militaris, accipiendum est, quibus non minus, quàm aperto marte pugnare, permittitur: c. dominus. xxiij. q. ij. nam & Iesum Naue, hostibus suis struxisse insidias, vel ipso Deo auctore, sacri libri peribent. Iosue 8.

Dolus enim, an uirtus, quis in hoste requirat?

Equidem Mysander, Aristocleti filius, idemque strenuus, optimusque Imperator, dicere solebat, in rebus bellicis, quo Leonis pellis non attingeret, insuendam esse Vulpinam. Plutar. in Lysandro.

Sexus qualitas. Cap. XXIII.

Fecit non sexus odium, non iudicij defectus, l. cum prætor. versi. pe ff. de iud. sed muliebris naturę fragilitas, l. deferre. ff. de iur. fis. c. ex parte. j. de priuil. c. forus. de ver. sig. vt in plerisque iuris partibus, melior esset masculorum, quàm fœminarum conditio. l. in multis. ff. de statu hom. præsertim vbi decus, splendor, & ornamentum Reipublicę versatur, vt in officijs ciuilib. vel publicis, quæ cum non satis decorè viderentur veteribus, per mulieres administrari, ab ijs, eas submouerunt, l. j. ff. ad Velleian. l. ij. ff. de reg. iur. tractariq́ue voluerunt per solos viros, in quibus maior est grauitas, & dignitas, l. j. ff. de senator. quiq́ue præstantiores sunt, in quit Philosophus, & deteriores fœminę. Arist. 1. Politic. c. 3. Ciuilia autem, & publica officia, pro eodem apud Vlpianum accipi non dubito, l. ij. ff. de reg. iur. cùm & hoc ipsum alibi tractans, ciuilium officiorum verbo publica comprehendat: l. j. ff. ad Velleia. tametsi, re ad subtilius iudicium reuocata, Ciuile officium dicere possumus, quod ad curam, & regimen ciuitatis pertinet. nam ciuile dicitur, quod ciuium est: vnde ius ciuile, quasi proprium ipsius ciuitatis, l. omnes. ff. de iust. & iur. publicum officium verò, quod ad statum Reipublicæ vniuersæ, spectat: l. athletæ. §. j. ff. de excus. tut. vt quod in sacris, alijsque magistratibus, quàm ciuitatis, veluti prouinciarum, consistit: l. j. §. j. ff. de iu. & iur. neminemq́ue ignorare arbitror publica dici, quæ pertinent ad statum vniuersorum, quasi populica. l. j. §. pen. ff. de susp. tutor. & ideo q̄ ciuitatis statum respiciunt, ab ijs subtiliter distingui, quàmuis latissima significatione inter publica habeantur. l. sed Celsus. ff. de contrah. emp inter publi. ff. de verb. sign. Cùm itaque moribus, ciuilia, publicaque officia, fœminis sit adempta: rectè subinfert Vlpianus, l. ii. ff. de reg. iur. eas cum primis, iudices esse non posse: l. cum prætor. ff. de iud. quinimò, nec arbitrium suscipere, l. fin. C. de arbi. & cùm ab omni agmine iudiciali arceantur, nec postulare, l. j. §. sexum. ff. de postul. nec procuratrices l. neque fœmina. ff. de procur. esse possunt. Rursus nec deferre, nec accusare, l. i. & ii. ff. de accusa. multoque minus magistratum gerere, inquit Vlpianus, l. ii. ff. de reg. iur. subtiliter indicans, aliud esse munus magistratus, ab officio iudicantis. l. ii. C. de decurio li. 10. Denique cùm ciuilibus non fungantur officijs mulieres, ob sexus infirmitatem, cautum est Senatusconsulto, ne pro vllo intercederent, hoc est, fideiuberent. Et si interuenissent, exceptione Velleiani iuuarentur. l. j. ff. ad Velleia. Plerunque enim fragilitate sexus deiectæ, contra propria commoda laborant, l. penul. C. de spons. & quàmuis mulierum genus, in largiendo auariss imum sit, facilè tamen allicitur, ad sese obligandum. l. sed ego. in fin. ff. ad Velleia. Neque verò perpetua hæc sunt: siquidem quandoque par sit vtriusque sexus conditio. Veluti in iis, quæ ab ipsa natura proficiscuntur, l. maximum. C. de li. prę ter. & aliquando masculorum conditio deterior est. Nam tardiùs testamenti factionem quærunt, l. qua ętate. ff. de testa. & veniam ætatis impetrant. l. ii C. de iis qui ven. æta. Pœnæ quoque criminum, propter sexum molliuntur: mitiusq́ue cum mulieribus agitur. l. si adulterium cū incestu. §. i. ff. de adul. l. sacrilegij. in prin. ff. ad l. Iul. pecul. c. sicut dignum. de homic. mitior enim, dicebat Honorius, circa mulieres debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus, minus ausuras esse confidimus. l. quisquis, §. ad filias. C. ad l. Iuli. maiesta. Et Augustinus, de adulterinis coniugiis verba faciens, tanto grauiùs viros puniri oportere scribit, quantò magis ad eos pertineat, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. c. indignantur. xxxij. q. vj. Rectè itaque Virgilius, lib. 2. Aeneid.

—Nullum memorabile nomen,
Fœminea in pœna est.

Et Aurelianus Imperator, cùm Zenobiam reginam Orientis potentissimam, tandem vicisset, militesq́ue omnes ad mortem eam poscerent, Cæsarem respondisse, indignum esse, mulierem interimi. Fla. Vopiscus in Aurelian. Et hæc quidē, quod ad personas attinet, dixisse sufficiat. Nunc rei prædicamentum attingamus.

R E S.

Rei paruitas, & sterilitas. Cap. XXIIII.

Ex rei quoque de qua agitur qualitate, multa aliter, atque aliter interpretamur, Iurisc̄onsultorumq́ue regulas negligimus, & imprimis propter rei tenuitatem: vt ecce, iudex qui à muneribus abstinere debet, c. sunt nonnulli. j. q. l. j. (excæcāt enim oculos iudicantium, munera, iustorumq́ue mentes peruertunt. Exo. 23. Deutero. xvi.) xeniola tamen, & parua quędam munuscula, veluti esculentum, poculentùmve, quòd intra dies paucos prodigatur, l. solent. ff. de offic. proconsul. (si interpretibus credimus) non prohibetur accipere, l. plebiscito. ff. de offic. præs. sed tamen ab iis quoq; iudicem temperare debere & verius, & honestius est. §. penult. vt iud. sine quoque. col. ii. d. c sunt nonnuli. Quod alibi fusiùs ostendi. Dixi d. l. solet. d. l. plebiscito. Sic perexigua quantitas muneris, simoniam non inducit. c. etsi quęstiones. de simon. Sic nec pro leui offensa, reuocatur filius in potestatē, l. j. C. de ingrat. lib. nec donatio rescinditur, l fin. C. de reuo. dona. modicumque detrimentum facilè toleratur. l. si. merces. §. vis maior. ff. locat. vnde nec pro minimo damno, (vti solet dici) minor restituitur. l. scio. ff. de in integr. resti. Et prælatus, res ecclesiæ alienare prohibitus, res nihilominus modici præiudicii alienare, c. terrulas. xij. quæstio. ii. imo verò donare potest, si præsertim ea sit consuetudo. cap. cęterum. de dona. Et quamuis tria tutelarum onera præbeant excusationē l. iii. ff. de excu. tu. si tamē tutela quarta tenuis sit, nec admodum negotiosa, non excusatur, qui tres iam subiit. l. si is, qui tres. ff. illo ti. Sic mater, quæ ob non petitos tutores filiis suis, successionem intestatorum filiorum amittit: l. ii. §. si mater ff. ad Tertylia. excusatur, si tenuissimę fuerint pupilli facultates. d. l. ii. §. penult. Decuriones item, qui propter senectutem habent vocationem: si de re leui agatur, quę citò diffiniri possit. Curiam deserere non debeant. l. decurio fortunam. C. de decur. li. 10 Sic & qui ob morbum excusationem meretur, leuissima. febri correptus non excusatur l. quæsitum. ff de re iudi. Et licèt creditor, pupilli, tutor dari non debeat: Aut. minoris. C. Qui dat. tuto. qui tamen modicam pupillo quantitatem credidit, à tutela non excusatur. Accursi. d. Aut. minoris: Ad hæc passim legimus, vbi de rebus modicis, nec magni momenti, ciuiliter agitur, Authē. nisi breuiores. C. de sentē. ex breuicul. aut de leuibus criminibus, accusatio instituitur, l. leuia. ff. de accus. amputari in iudicijs, dilationes, summarieq́; , & (vt dicunt) de plano cognosci, nec omissione modicæ solennitatis, actum corrumpi. l. i. §. fin. ff. de vent. insp. Ob *rei* quoque *Sterilitatem*, regulæ iuris, nonnunquam relaxantur: nam prælatus, cui rerum ecclesiæ, alienatio, sine solennitate, penitus est interdicta, c. i. de rebus eccle. non alie. sterilia prædia, & tenues agrorum plagas, neglectis solēnibus: distrahere poterit, c. terrulas xii. q. ii. vel etiam donare, si maximè suffragatur cō suetudo. c. cæterum. de dona. Is autem fundus sterilis dicitur, ex quo deducto culturæ impendio, nihil supereſt. l. mediterraneę. C. de anno. & trib. lib. 10. Propter sterilitatē præterea, colono, mercedis remissio, nisi præcedentium, vel subsequentium annorum vbertate, valeat sterilitas compensari: l. si vno. ff. locat. l. licet. C. illo. titu. cap. iii. eod. titu. tuncq́ue dici putant, sterilitatem contingere, cùm tam modici fructus percepti sunt, vt soluta pensione, colonus in dimidia iusti pretii, reperiatur lesus. Bar. d. l. licet. Pan. d. c. iii. Contractus etenim locationes bonę fidei est. §. actionum. de actio. Bona fides aūt non patitur, quem tā enormiter decipi. l. ii. C. de rescind. vend. Denique colonus, qui culturam agri promisit non deserere: potest tamen fide salua recedere, si prædium sterile fuerit effectum. Accur. l. ii. C. de agricol. li. 11.

Rei euidentia, & geminatio. Cap. XXV.

Iuris regulis item, ob perspicuam *rei*, de qua agitur, *euidentiam*, quādoque derogatur. Primùm quippe iactari solet manifesta non

Source : BIU Cujas

non egere probatione. c.euidentia.de accusa.c.eo.manifes.2.q.j. Et licèt doctura insignibus ornari,aut ad prohtendi munus promoueri non possit,nisi cuius eruditio,moresque diligenter probati sunt:l.magistros.C.de professor.& med. lib 10.in eo tamen qui notissima fama peritus,& idoneus habetur,non est aliud examen necessarium.c.constitutus.vbi Dd. de ap.Cùm enim rei demonstratæ, frustra adijciatur demonstratio,l.1.ff.de dot.prę leg. de personis tantùm ignotis,fit hæc doctrinæ, morumque inquisitio:c.de Pet.47.dict.glos. qui episcop.24.dist.non etiam de notis,in quibus populare testimonium sufficit.c.nullus.24.dist.Sic licèt in maioribus,& minoribus causis appellatio concessa sit: l. & in maioribus.C.de app. si tamen euidentissimè constet de delicto,Reus,per appellationem,sententiæ executionem non moratur,c.consuluit.j.de app.vt per contrarium,vbi prouocationis causa manifesta est,alia probatione non est opus.l.ciues.C.de appell.Et si apertissimè constet,locum ad quem vocatus est,parùm tutum esse citato,neque ipse coràm venire,neque excusatorem mittere tenetur:Cle.pastoralis.de re iu.denique traditum in manifestis iudiciarium ordinem minimè obseruandum esse. ca. ad nostram 3.de iureiur.Iteratio,quoque seu *geminatio actus*,rem vtcunque facit,manifestam,& enixam animi deliberationem,ostẽdit.c.si quis iratus.2.q.3.Mulieris namque iterata intercessio,Velleiani beneficium excludit.l.si mulier.2.ca.ad Velleia.Iterata cõfessio extra iudicium,vim habet iudicialis,l.eũ scimus.C.de agric.lib.11. licèt simplex etiam cum causa facta non obsit. Accur. l.j.§.fin.ff.de interrog.actio.Naturalis obligatio geminata producit actionem,l.fin.C.ad l.Falcid. quæ alioqui inefficax est,ad agendum,l.fideiussor. §. fideiussor. ff.de fideiussor. ac proinde crebrò traditum,ex iterato pacto actionem dari.l.j.§.fi. ff. de consti. pec. Solet quoque dici, iterata interpellatione, moræ purgationem impediri,l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio.& oblig.& confessionẽ iteratam,(si non tam euidens,probabilisque erroris causa profe ratur l.j.C. de error.cal.) prætextu erroris, non reuocari.l.j.C. de plus petitio.Denique iussio principis iterata, submouet ea, quæ alioqui non nisi ex certa scientia,vel proprio motu principis,abolerentur:l.j.C.de petitio.subla.lib.10.Aggregarem hic alia plura, de geminationis vi,& potestate,nisi scirem à recẽtioribus quàm copiosissimè disputata, nominatim ea de re edito tractatu. Anto. Corsi. in tract. Geminatio. Sed hęc de rebus dixisse satis erit, nunc de loco tractemus.

LOCVS.

Loci vicinitas,& distantia. Cap. XXVI.

EX loco deinde,pleraque in iure nostro peculiariter,introducta leguntur,sed maximè,ob vicinitatem. Nam si in ciuitate,ex qua pupillus oriundus est, desint, qui idonei videantur, ex vicinis ciuitatibus,accersendi sunt:l. Diuus.ff.de tuto. & curator. & si certæ regionis incolis, aliquid iniunctum sit, neque idonei reperiantur,ex proximis locis euocari debent:l:cum nauarchorum.C.de nauicul. lib. 11. & Tributum, quod principi penditur, quæstori (quem Thesaurarium vocant) eius prouinciæ aut proximæ,præstandum est.l.j.C.de cano.lar.tit.lib.10.Et quod pauperibus relictum est,egenis eius loci,prius dari debet.l.si quis.ad declinandum.C.de episc. & cler.Et si quis queratur, de facinoroso homine,qui in vicina habitat, ab eo factum esse damnum verisimile est,l.dominus horreorum.ff.locat.diuque probatum est vetus illud diuerbium,cuius Plautus meminit:l.1.in Mercator.

Aliquid mali esse,propter vicinum malum.

Vnde Caius,si quis (inquit) in vendendo prædio,confinem celauerit,quem emptor si audisset,empturus non esset,teneri venditorem dicimus.l.quod sæpe.§.fin.ff.de contr.empt.Eius præterea quod in loco vicino factum est,scientiam, quis habere præsumitur.c.quosdam.c.quanto.de præs.Sicuti autem loci vicinitas, ita ab ipso loco absentia,non pauca singulariter inducit. Absens.n. à loco,quæ in loco aguntur,ignorare prę sumitur,c.tua.Qui matri.accus.post.Glos.c.qui in humanis.12.q.2.& filiusfamilias, qui sine patris consensu,in iudicio esse non potest:l. fi. §. necessitate. C.de quæ libe. absente patre agere non prohibetur. l. si longius. §.fin.ff.de iud. Idemque,qui vxorem ducere spreta voluntate patris,nequit:l 2.ff.de ritu nupt.Si pater tribus annis,ab hostibus captus, vel alia ratione abfuerit,legitimas contrahit nuptias.l. si nepos.§.fin.cum l.sequent.& seq.co.titu.Quin & potest iud ex, filiã viro maturam, nuptui dare eidemque de bonis absentis patris, congruam dotem constituere.l. profectitia §.fi.ff. de iur. dot. Sic pupillus solus tutore absente,& iudice tutoris defectum supplẽte,hæreditatem adit,l.bonorum.C.qui admitti.& Abbas, qui res ecclesiæ quoquomodo concedere prohibetur sine monachorum assensu:si deficiant monachi, poterit superioris accedente consensu disponere.Clem j.de rebus Eccles.i. Et si moribus inductum sit,vt ab aliquo de Episcopi consensu,conferatur sacerdotium, Episcopo absente, cum ab eo consilium peti non possit, libera erit collatio.c.j.§.fin.ne sed.vac.in 6.Sicuti si Titiæ centum relicta fuerint, si arbitratu Seij nupsisset, Seiusque decesserit,aut ita absit,vt eius arbitrium requiri non possit,legatum tamen Titiæ nubenti debebitur.l,turpia.§.j.ff.de leg.j. Quo argumento, à nonnullis extitit responsum, si lex municipii vetet, mulierem absque consanguineorum consensu contrahere, nullis existentibus in loco propinquis, posse mulierem contrahere arbitratu suo.Bald.d.l.turpia.§.j.

Loci origo,moresque. Cap. XXVII.

TRibuit quoque specialiter origo loci nonnulla,domicilium que. Ad curam enim ecclesiæ, qui ex eo loco sunt, potius quam aliunde nati,promoueri debent.l.in ecclesijs.C.de episco. & cler. Rectoris namque proprium munus est, gregem suum in verbo Dei instituere,ad quod plurimum confert,idiomatis similitudo,cap.quoniam.vbi Dd.de offic.ordi.tum etiam, vt dulcedine patriæ illectus, non grauatè in ecclesia resideat. l. qui habebat. ff.de leg.3.Vnde tametsi electionem liberam esse oporteat,quãdiu tamen incolæ idonei reperiuntur, alienigenæ accersendi nõ sunt.cap.nec emeritis.cap.nullus.61.distinct.Ideoque data impetrationum paritate,præfertur oriundus extero:Reg. cancellariæ. 15.obrepsisse Rom. Pont.videtur extraneus, qui in impetratione sacerdotij,originis suæ mentionem non fecit:Glos.& Panor. cap.si proponente.de rescrip. hoc enim expressum, potuisset remorari Papam,quem verisimile non est peregrinos egenis anteponere voluisse.cap.bonæ.2.ad fin.de post. præl. cap. hortamur. 71.distinct.d. cap. nec emeri. Illud denique non prætereundum, quod à plerisque omnibus traditum est: eum, qui mediocris est in celeberrima vrbe dignitatis, ei multis nominibus anteferendum,qui sit ignobilis alicuius loci,primarius.Dd.l.vni.C. de Alexand.prima.lib.11.In quorum sententiam, non concessisset Iulius Cæsar, qui se malle in frigido oppidulo primum esse, quàm Romæ secundum, dicere solebat. Mores tamen locorum, in omnibus ferè iuris partibus, lex spectari iubet. Nam & cum de sententia legis ambigitur,iubet cumprimis Iulius Paulus inspici, quo iure ciuitas,in eiusmodi casibus vsa fuerit:Optima enim (inquit) est,legum interpres consuetudo. l. si de interpretatione. ff. de legi. Et cùm testantis voluntas est obscura ,ante omnia patrisfamiliàs consuetudinem exquirimus: dein regionis, in qua versatus est,& commoratur.l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. j. l. cum de lanionis.§.asina. ff. de fun. instruct. Et in contractibus, si non appareat quid actum sit,regionis morem sequimur, ex qua contractus interpretationem recipit.l. quod si nolit. §. quia assidua.ff.de ædil.edic.l.si fundus.ff.de euictio. l. si prius. §. placuit. ff. de aqua pluu. l.semper in stipul. ff. de regul. iur. cap.cęterum. de dona.Mores itaque locorum, religiosè seruandi sunt,capit. quæ contra 8. dist. vt non malè iactetur, Catonianus ille versiculus:

Cùm Romæ fueris,Romano viuito more.

Vnde cùm Augustini mater, inuenisset, Mediolani ecclesiam, sabbato non ieiunantem:fluctuare cępit:cui Augustinus,ex Ambrosij sententia: Cùm Romam venio, sabbatum ieiuno: cùm Mediolani sum, non ieiuno. Sic tu ad quamcunque ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tibi. Augusti. ad Ianuarium capitu. illa. 12. distinct. Sic qui iure militari testari non possunt, si in hostili loco deprehendantur,illicque decedant,quomodo voluerint potuerintque,disponere poterunt.l.fi.ff.de testamen.milit.Et qui in iure testatur,citra subtilia legis solennia,testamentum faciet. l. fin. C.de testam. Et Patriarchæ, qui vexillum crucis ante se faciunt vbique deferri,quoties tamen Romæ sunt, aut in loco vbi Papa est, eiusve legatus, insigniis apostolicæ dignitatis vtens, Ius illud non habent.c.antiqua.de priuileg.

TEMPVS.

Diuturnitas temporis. Cap. XXVIII.

POstremò, ex ipso quoque tempore, iusta legum plerunque temperantur:sed præcipuè ex eius diuturnitate: ex qua causa totus vsucapionumque,prescriptionumque tractatus vim,& robur accipit,l.3.ff.de vsucapio.tot.tit. C.de præscri. longi temp.& 30.annorum.efficitq; præterea,vt quamuis solennia,quæ extrinseca vocant,regulariter præsumantur:l.quęcunque.§ fi.ff. de publicia.ex diuturnitate tamen temporis,præsumi debeant,l.qui in aliena.ff de acq.hæred eademque causa, filium, iussu patris hęreditatem adisse,verisimile est l.si filius.C.de pet. hære. Et si longo tempore,fratres,pro diuiso bona paterna possederint, præsumitur inter eos iam diu facta diuisio hęreditatis.Accursi.l. pe. C.co. diuid.Pęnam denique eius subleuandam, qui diutino tempore fuit in reatu,dixit Modestinus,l.si quis diutino.ff.de pęn. q̃ita nostrates interpretantur, vt qui in commisso delicto, diu impunè egit,mitiùs puniatur,quàm qui recens,crimen patrauit, sed ut & alibi ostendi,hæc expositio ridicula est,d.l.si quis diutino dixi.li. 2.Miscel.c.20.neque aliud quicquam vult Modestinus,quàm pęnam eius temperari, qui diu fuit in reatu, hoc est in cultu solito reorum,& miseranda calamitate,in qua rei olim erant capillo vi delicet submisso,promissa barba,habitu pannoso,sordibus & illuuie confecti, donec vel absoluerentur, vel condemnarentur.

Source : BIU Cujas

l.fin.ff.de fid.inſtr. Veteribus enim, nec iniuria, viſum eſt, conſpicuam hanc, & diuturnam calamitatem, debere criminis pœnam minuere. Hęc etiam afferri poſſunt, quæ propter ſenium, & vetuſtatem hominum, ſingulariter in iure conſtituta leguntur. Veluti vt apud ſeniorem potiùs q̃ iuniorem, tabulæ teſtamẽti deponantur. l. cum pater §. pater pluribus. ff. de lega. 2. Ac proinde licèt omnes fratres ex æquo ſint hęredes, clauium tamen cuſtodia, apud antiquiorem eſſe debet, l. 2. de off. pręf. præter. Barto. l. j. ff. de albo ſcrib. & principe Senatus aut collegij, abſente eius vicem tenebit, qui in ordine vetuſtior eſt: l. nemo. C. de off. mag. off. vt is gradu, cęteros antecedat, quem labor prolixior fecerit anteire. Detulerunt plurimùm antiquitati Maiores noſtri, q̃ ſcirent ſenes non ita rerum affectibus moueri, & ob diuturniorem rerum vſum, maiore prudẽtia, ſolidioreq; iudicio eſſe. Nihil eſt profectò, inquit M. Cicero, hominis prudentia dulcius, q̃ vt cętera auferat, adfert certè Senectus. j. Tuſcula. quæſtio. Et alibi temeritatem eſſe florentis ætatis, prudentiam ſenectutis, in Catone Maiore. in dignitatibus tamen, & honoribus deferendis, ingraueſcentis ętatis non tam habetur ratio, q̃ virtutum. Vnde pręferendus eſt licèt iunior, qui maiore meritorum copia refulget. l. vnicuiq;. vbi Bar. C. de prox. ſacr. ſcrinio. lib. 12. Cęteris tamen paribus, prædicta ſatis oſtendunt, ſenioris cauſam, potiorem eſſe debere: c. epiſc. 24. diſt. præſtat præterea ſenectus pleriſque in rebus excuſationem, pœnę relaxationem, maiorem fidem, obſeruantiam, & auctoritatem, quæ omnia hic inſarcire, in animum non induxi, q̃ pręſertim ſciam Ludouicum Pontanum, l. ſi verò de viro. ff. ſoluto matr. & Andream Alciatum, lib. 1. de verb. ſig. hæc & alia multa non pœnitenda, quæ iuſtam præbent à iure ſcripto recedendi occaſionem, diligenter & accuratè congeſſiſſe: ad quos tanquam ad immenſas Mydę diuitias, lectorem, qui his noſtris non ſatiabitur, relegandum duxi. Neque enim prolixior, q̃ par ſit videri cupio, aut tanquam pictor ille Callimachus, diligentiæ, induſtriæque ſuæ nunquam finem habens, reprehendi: curioſitateque omnem operis mei gratiam auferre. Et hæc hactenus habui, quę de iure, & eius partibus, necnon de iuris vi, & poteſtate, ac demum de iuris, humanarumq́ue actionum interpretatione, generatim dicerem: quibus abſolutum perfectè puto, primum, præcipuumq́ue de noſtra iuris ciuilis arte libellum. Quo ſi qui legum ſtudioſi, aliquantiſper ſe adiutores fateantur, eorum erit Chriſto Optimo Max. ſummam habere gratiã, quo duce, & auſpice, publicum accepit: breuiq́ue futurum ſpero, vt reliqui tres edantur, quos iamdudum ſumma cura parturio. Neque verò interim recuſo, quin tantum de exiſtimatione, quantum de iudicio hoc meo detrahatur. Tu interim cãdide lector iſtis vtere, ac fruere feliciter.

IOACHIMI HOPPERI PHRISII IVRECONSVLTI, DE IVRIS ARTE, LIBRI TRES.

Liber Primus.

DEVS Optimus Maximus duo nobis adiungens artium diſciplinarumq́ue genera, quibus nos, vitamq́; noſtram tueri, & in omnes partes confirmare poſſimus: vnum quidem genus contulit, quod ad vitę noſtrę cultum, & earum rerũ quibus quotidie vtimur, facultatem & copiam pertinet: alterum verò, quod in ijs indagandis exquirendisque verſat̃, quæ rectè iuſteq; viuendi vias continent, quæque hominem conciliant homini, & ad religionis, & ad cõmunis vitæ ſocietatem. Et quidem cùm tota humana natura partim corpore conſtet, partim animo: admirabili quadam ratione comparatum eſt, vt illud genus è mortali & caduca natura deſumptum, cum beluis nobis & feris animantibus ſit commune: hoc verò, è perpetuis illis & ſempiternis ignibus delibatum, & cum ipſo animo à Deo ingeneratum, efficiat, vt cum diis immortalibus putandi ſimus, & eorum agnatione & gente, ſiue ſtirpe teneamur. Sed ſunt huius rurſum duæ facultates, regales planè & prope diuinæ, vt quæ in rebus omnibus dominatum teneant, & ſine quibus reliquę ſcientiæ ſoliuagę ſint ac ieiunæ. Prior eſt, quę Ciuilis appellatur, queque diſſipatos homines ratione quadam in vnum locum compulit, & ex feris ac immanibus, mites ac manſuetos reddidit. Poſterior Legalis dicitur, & conſtitutis vrbibus fidem colere, iuſtitiam retinere, aliis ſua ſponte parere docuit: præſcripſitque normam quandam ac regulam, qua & diuinę religionis, & humani officii ratio coli poſſit: imitata proculdubiò principem illam Dei mentem & vltimam, quę vniuerſum mundum regit, imperandi prohibendiq; ſapientia. Ac de Ciuili quidem facultate tractabimus, approbante Deo, in iis commentarijs, quos de antiqua Freſionum Republica, & de Philoſophia Platonis, in manibus habemus. Hoc verò tempore in animo eſt, de ſcientia Legali, & perfecta Iuris condendarumq́ue Legũ arte, quæ nullis veterum monumentis prodita exſtat, conſcribere. Oroque Deum Optimum Maximum, cui haſce ſtudiorum meorum primitias libenter offero, vt ea literis mandare poſſim, quæ & cum vera religione, & cum totius Reipublicæ, ac ſtudioſorum omnium vtilitate, quibus me totũ deuoueo, ſunt coniuncta. Facturus autem mihi videor operę precium, ſi priuſquàm ad Ius ciuile veniam, vniuerſam illam Iuriſprudentiam, quæ in animis noſtris collocata, per omnes vbique Reſpublicas, æquabiliter eſt diſtributa, comprehendam: & deinde ad Ius ciuile Romanorum quod ex illa vniuerſa prudẽtia decerptum, in anguſtum angulum naturę concluſum eſt, me conuertam. Si enim, quemadmodum eſt apud Platonẽ, oculis non rectè medemur, niſi ipſi prius capiti medicinam adhibeamus: quomodo tãdem obtinebimus, vt ſingularum nationum leges perceptas & cognitas habeamus? niſi de vniuerſa priùs illa lege, quę cũctum mundũ amplexa gubernat, æſtimare poſſimus? Certè non poteſt vllo modo fieri, vt de ſingulis rerũ ſpeciebus aptè ac conuenienter iudicemus, niſi ab ipſis generibus, & ſummis capitibus proficiſcamur. Primùm igitur vt diximus, tribus libris illam Iuris viam & rationem perſequemur, quę nullis temporum & locorum ſpatijs circunſcripta, quaſcunque in oras regionesve delata ſit, eodem ſemper inſtructu, ornatuque comitata, incedit. Deinceps verò aliis duodecim, de illa breuiter & ſtrictim diſſeremus, volente Deo, Iuriſprudentia, quæ propria eſt ciuium Romanorum, queque ex priore collecta, certis libris comprehenſa, & diuina quadam ratione in ordinem incluſa eſt. Scio equidẽ quàm difficilis quamque ſcopuloſa & ardua res ſit quam aggredior: & rurſum quàm tenues vel potiùs nullæ vires ad eam mihi ſuppetant: ſed facit (mehercule) temporum noſtrorum ſumma neceſſitas, & totius veteris diſciplinę perturbatio, vt non morandum ampliùs, donec fortè exiſtat aliquis vir perfectus & diuinus, qui totam rem reſtituat: ſed vt omnibus potiùs & omnium opibus, quantulæcunque illę ſint, quemadmodum in extremis naufragiorum periculis fieri ſolet, ſuccurrendum & opitulandũ eſſe videatur. Et ſi fortaſſe non omnia ea facultate aſſequar, quæ voluntate præcepi & animo: tamen primis iactis verę germanęque diſciplinę fundamentis, ſatis mihi ſuperque feciſſe videbor, ſi aliorum quoq; ſtudia commouero, & poſt adumbrationem lineamentaq; à nobis allata, ad articulationem & colorum iectionem porrò faciendam incitaro. Nunc igitur ad id quod inſtituimus aggrediamur.

De iuris definitione.

AIt Vlpianus, IVS EST ARS BONI ET AEQVI, CVIVS MERITO QVIS NOS SACERDOTES APPELLENT. l. 1. ff. de Iuſtit. & Iure. Ideo autem vocat ARTEM, quia neque ſcientia tantùm eſt, quæ circa res diuinas ſolùm & ęternas verſatur: neque contrà peritia quędam, quę fragilia & in opinione tantùm hęrentia conſectatur: neque denique prudentia ſolùm, quę licèt diuina cum humanis coniungat, nuda tamen actione finitur, nullum relinquens opus perfectum poſt ſe: ſed eſt facultas quędam & ratio ex omnibus illis ſimul confecta: quippe quæ ſupera cum inferis, diuina cum humanis, publica cum priuatis connectat: & hoc inſuper pręillis ſupraſcriptis tribus eximium habeat, vt opus aliquod perfectum bene conſtitutę fundatęque Reipublicę poſt ſe relinquat. argum. l. 1. ff. de Iuſtit. & Iure. §. 1. in procem. Inſtit. At hoc illud eſt, cur propriè ars vocetur, curque illi, qui in ea cęteris mortalibus pręſtant, ſapientes nominentur, l. 2. §. Iuris ciui. ff. de origi. Iuris. quamuis tamen alioqui à Iuris ſcientiæ peritiæq; & prudentię vocabulis in communi vſu non abſtineatur. l. 1. ff. de var. & extraord. cogn. §. Iuriſprudentia. Inſti. de Iuſt. & Iure.

Quod deinde ſubijcitur BONI ET AEQVI, tantum valet, quantum pium, ſanctum, iuſtum, rectum, honeſtum, pulchrum, aut ſi quod eſt aliud vocabulum, quo planius res poſſit ſignificari. Pertinet enim ad explicationem eius quod proprium eſt huius artis, quoque tanquam propria ſua nota à reliquis omnibus diſciplinis, & facultatibus ſeiungitur. Nam cùm tria ſint in tota rerum vniuerſitate quę dicuntur prima: Natura, intelligentia, bonum: de Natura per res diducta, tractant Phyſici: de ratione & intelligentia, Dialectici: de iuſto ac bono, Iureconſulti, quibus nihil planè aliud eſt propoſitum, quàm vt inquirant, quo modo virtus & iuſtitia Dei per omnia pertineat, & cùm diuinas tum humanas res, prout cuiuſque natura patitur, moderetur ac informet. l. bona fides. ff. depoſ. d. l. 1. ff. de Iuſt. & iur. §. Iuriſprudentia. Inſt. de Iuſt. & iure. Nec eſt verò diſtinguendum, vtrum ciuilisne an pontificalis, publici an priuati iuris ſcientia, nunc à nobis definiatur: vna enim eſt ac ſimplex Iuris ars, ad quoſcunque tandem rerum & diſputationum tractus accommodetur. Nam q̃ nonnulli ſunt qui huius, nonnulli qui illius Iuris peritiam profitentur: non ipſarum rerum natura, ſed hominum vitiis accidit.

Homines

Source : BIU Cujas

Homines enim oppressi opinionibus non modò vulgi, verùm etiam leuiter eruditorum, quæ complecti tota nequeunt, ea faciliùs diuulsa, & quasi discerpta, contrectant. Per rerum naturã, oĩa hæc quæ suprà & subter sunt, vnum sunt, & vna vi, vnaq; cõ sensione naturæ cõstringuntur: nec est vllum genus rerum, qđ aut auulsum à cęteris per seipsum constare, aut quo cętera si careant, vim suam atq; æternitatem conseruare possit. Illa demũ vera perfectaq; Iurisprudentia est, quæ oĩum diuinarum & humanarum rerum, idest actionum & negociorũ aduersus Deũ & hoĩes, (sic enim interpretamur res) cognitionem possidet. §. Iurisprudentia Inst. de Iustit. & iure arg. l. 1. ff. de interdictis. l. 1. ff. de rerum di. c. duo. 12. q. 1. Ille perfectus Iureconsultus, qui non in iis modò quid iustum, quid iniustum sit, dijudicat, quæ popularia sunt, & manibus tractari ac teneri pñt, cuiusmodi sunt testamenta, ꝓtractus, tutelæ, cæremoniæ, officia, & si qua sunt alia externa: verũ etiam qui in his quæ ipsius mentis sunt & animi, l. quisquis. in prin. C. ad l. Iul. maiest l. si quis nõ C. de epis. & cler. l. Diuus. ff. ad l. Cor. vide notata in l. cogitationis. ff. de pœ. quæq; intimam illam, & cum Deo proximè coniunctam hoĩs naturã respiciunt, quid æquum, quid iniquum sit, cũ perfectissimo Legumlatore Mose videre possit & intelligere. Atq; hoc illud est, cur sacrosancta dicatur hæc scientia, & vt Vlpianus ait CVIVS MERITO QVIS NOS SACERDOTES APPELLET. Nã cùm in reliquis ferme omibus artibus, nihil aliud, q̃ ingenij sagacitas & celeres quidam motus animorum requirantur: in hac & illud præterea necessarium est, vt cũ ingenij celeritate ac luce virtute etiam & pietas eaq; non vulgaris, coniunguntur. l. 2. §. Iuris ciuilis. ff. de orig. Iuris, arg. l. continuus. §. cũ ita. ff. de ver. obl. l. 1. ff. de va. & extraord. cog. l. solent. ff. de off. proconsl. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præsid. Et quidem ea re, nisi fallor, apud Romanos factum est, cur actionum oĩum & formularum potestas apud collegium Pontificum resideret. l. 2. post principium. ff. de orig. Iur. Et præterea cùm duplex sit officium sacerdotum, vnum vt cęremonijs pręsint & sacris, alterum vt vatum prædicta & effata incognita interpretẽtur: vtrumq; sustinet Iureconsultus. Sacrificat, cùm vel Ius reddens litigantibus, vel sontes suppliciis, benemeritos præmijs afficiens: gratissimum æquitatis & iustitiæ sacrificium Deo exhibet. cap. quali. in fin. 23. q. 2. Oracula edit, cùm vel consultoribus se præbens, vel obscuriores legum nodos & intelligentias enudans, diuinos illos & abditos, Iuris & iniuriæ fontes, populo recludit: Cicero, lib. j. de oratore arg. §. respõsa. Inst. de Iure naturali. vide. l. cum quidam. §. Scæuola. ff. de lib. & posth. l. munerum. §. mixta. ff. de mu. & honor. Ius igitur nihil est aliud quàm ars boni & æqui.

De diuisione iuris.

HVius boni & æqui ratio tractatioq; tripartitò distribuitur: Primum enim simpliciter & per se cõsideratur ipsum bonum & æquum tit. ff. de Iust. & Iur. de orig. Iuris. de ll. Deinde verò tractatur, quomodo rebus diuinis & humanis, publicis & priuatis accommodari, & in leges includi debeat. tit. ff. de stat. hominum. de rer. diu. & qualit. Vltimo deniq; quæritur, qũo actionibus iudiciisq; muniri, & ad effectum suum perduci possit. Reliqua parte Pandect. vbi de iudiciis tractatur. Primum aũt est sapientum, Secundum principum, Tertium pontificum secundũ Romanos, l. 2. de orig. Iuris. siue iudicũ. Vltra hæc tria si quis plura fortè requirat, nihil profectò reperiet: Nam quemadmodũ rerum oĩum, ita etiam iuris & legum tractatio, causa legum, substantia, & effectu legum continet. Profectò si ea est diuinæ mẽtis & ęternę ratio, vt ante omnia res consideret ac exploret, quę vis prouidentia Calcidio nominatur: post deinde iubeat aut ꝓhibeat, quod legis proprium est ac fati: & postremo deniq; custodem asseruatoremq; legis faciat, quod quidem vim illi, & effectum tribuit: cur non & nos idẽ in hac nostra humana, & cõi ęqui boniq; descriptione probauimus? quam cõstat à nulla alia, q̃ prima illa & principe sapientia laudari, & quemadmodum ea mens est oĩa rõne aut cogentis aut vetãtis Dei, ita mentẽ quoq; & rõnem esse sapientis, ad iubendum & deterrẽdum idoneam. Præterea si diuinus ille Legumlator Moses, sic partitus est leges Domini, vt vnam partem mãdatorum, alteram cęremoniarũ, tertiam iudiciorum appellarit: si Philosophorum princeps Plato, tum singulas leges in proęmium, constitutionem, & sanctionem tribuit, tũ duodecim dialogos de legibus sic diuisit, vt quatuor cedant principiis, quatuor ipsis legibus, quatuor foro & iudiciis, cur nõ & nos probare eadem, & ijsdem insistere vestigijs audebimus? Maximè cùm vel ipsum ẽt Imperatorẽ Iustinianũ habeamus authorem, vide l. j. in prin. ff. de Iust. & iur. qui ciuiliũ Institutionum parte prima, de Iustitia tractat & Iure. tit. Inst. de Iust. & iur. altera, de personarum & rerum qualitatibus, diuisionibus, & commerciis. lib. j. de personis, secũdo. tertio, quarto, de rerũ dominiis & cõmerciis. Tertia, de actionibus & iudiciis. li. 4. de actionibus. Cui & illud porrò addi pt, ꝙ cùm hoĩum alii sint boni, alij mali, alij medij: bonis rectè adhibeant quæ diximus ꝓmia, c. non vos. 23. q. 5. arg. l. digna vox. C. de legi. medijs iussa legũ & vetita, l. j. & 2. ff. de legibus. malis deniq; accusationes & iudicia. l. si quis maior. C. de transac. C. ad l. Iul. reg. Qñ igitur vniuersa iuris siue iusti & iniusti rõ, hisce tribus cõtinetur, bono & æquo, legibus ipsis, & iudiciis, è re, vt videmur, facturi sumus, si de singularum partiũ rõne ac modo, singulis quoq; libris explicuerimus. Ac quantũ quidẽ ad primã attinet, ex qua leges oẽs ortus sui principatũ ducunt, quæq; potissimùm in mente ac rõne sapientis ponitur tria sunt in totũ, qbus oĩs eius rõ explicat.

Vnũ est, vt, quid sit ipsum bonũ & æquũ, quid iustitia, quæ in volũtate collocata, oĩum actionum humanarũ finis est & dña, quas species habeat, quos ordines, quas partes intelligamus: Alterũ, vt principia boni & ęqui, qbus in rõne ac mente sedes est, teneamus: sunt. n. antecœptæ quędã rerum informationes & ꝓscriptiones in nobis, quæ ductu & admonitu suo demonstrant, quid faciendum sit, quid non sit. l. 1. §. vlt. l. 2. §. item Varus in fi. ff. de aqua pluu. arc. l. seruus. ff. de seru. export. l. 2. & 3. ff. de Iust. & iur. Tertium deniq;, ut quid ipsa lex, & quotuplex sit, quasve partes hẽat, quã formã, & materiam, exponat: nam cùm lex ex principiis decerpta, & ad bonum & æquum directa, sit quasi sepimẽtum eorũ oĩum quæ indè conficiuntur: æquum est, vt postq̃ de Iustitia & iure, deq; eius origine tractatũ est, de illa quoq; tanq̃ utriusq; fundamento, sicut & in Pandectis uidere licet, explicetur. tit. de Iust. & iur. tit. de orig. iuris. & 3. tit. de legib. Et est hũc ordinem, tanq̃ aptum & ab ipsa natura præscriptũ, secutus Plato. Is em̃ in altera suorum operũ parte, (nã prior tm̃ locos cões, ad mortem & uitam Socratis accommodatos continet) moribus & legibus informans ciuitatẽ, initium facit à iustitia, cuius vim & naturam totis decẽ libris perpurgat: Deinde uerò in Timæo & Atlantico, partim diuina principia cum naturæ obscuritate, partim humana, cum antiquitatis & rerum gestarum replicatione prosecutus, pergit tandem ad ipsam legis descriptionẽ, vim, & effectum, de quibus explicat in quatuor primis libris de legibus. Sed ordine singula uideamus.

Quid Iustitia.

AIt Imperat. §. 1. Inst. de iust. & iu. IVSTITIA EST CONSTANS ET PERPETVA VOLVNTAS IVS SVVM CVIQVE TRIBVENDI. Quod dr̃ constans & perpetua volũtas: genus illud demonstrat, sub quo iustitia continet. nam cùm duæ sint principes animi partes, rõ, in qua insidet uis uidendi ueri ac falsi: & uoluntas, quæ in prosequendo bono fugiẽdoq; malo cernitur: euenit, ut ex illis duabus partibus tanq̃ fontibus, uirtutes oẽs emanent ac oriantur. Et ex ea quidẽ parte, quæ consulit & iudicat, primũ nascitur una maxima & præclarissima uirtus sapientia, quę in arce collocata, dña est & regina totius Reipublicæ. Eam sequitur fortitudo, quæ in excelsi & infracti animi magnitudine posita, & in corde locum suum obtinens, nihil est aliud, q̃ scientia ꝓseruandarũ & confirmandarũ opinionum, vt inquit Plato, quanq̃ Aristoteles, qui magis ad cõem usum & popularem, q̃ ad limandam subtiliter ueritatem, in oĩbus his in quibus à Platone discedit, accõmodat orationem, paulò aliter sentiat. Postremo loco exoritur tẽperantia, quæ in inferioribus partibus constituta, & per totum animum leniter diffusa, est scientia temperationis & modestiæ, quæ quidẽ hoc efficit, vt & subditi sine querela iussa facere, & principes sine insolẽtia pẽsse sciãt & imperare. Ex illa uerò parte, q̃ expetendi & fugiẽdi naturã habet, queq; uoluntas dicit, vnica tm̃ ducit uirtus, quę iustitia nominatur, sed cuius tamen tanta dignitas est & maiestas, ut cùm nullo certo loco circũscripta sit, sed per oẽs animi partes æquabiliter distributa, sola cum tribus reliquis conferri & comparari possit. Nam rationi, nisi adsit uoluntas, quæ ad rerum obscuriorum inquisitionem impellat: animo sitati, motus quidam ac impetus, qui ad rem strenuè fortiterq; gerendam cohortetur: appetitioni, propensio quædam & inclinatio, quæ ad continenter ac modicè uiuendũ sit procliuis: totum porrò id quod supereſt, nihil est aliud, q̃ nuda quædam, quã uocãt, potentia, q̃ oĩbus suis uiribus & actibus destituta, nihil sua sponte nec moliri põt, nec agere. Quemadmodũ igitur ut ad rẽ redeam, tres illæ primæ uirtutes, in eam animi partem genus suum reiiciunt, in qua lumen rationis ineſt & intelligentiæ: ita iustitia, in eam se refert, quæ liberæ uoluntatis & arbitrii particeps est. Atq; hoc est quod dr̃: Iustitia est uoluntas. Et quod additur CONSTANS ET PERPETVA. illo porrò spectat, ut non aliter pro uera perfectaq; uolũtate accipiatur, q̃ si ad habitum, & stabilitatem absolutam perfectionẽq; sit deducta. Nã quemadmodũ ea quæ calore quodã, & impetu animi peccantur, l. quod calore. ff. de reg. iur. nõ ponunt in uitiis: ita nec ea per cõtrarium in uirtute haberi oportet, quæ adolescẽtulorum more, repentino quodam ardore animi, quasi uento rectè fiunt: non enim, ut uulgò dicitur, una hirundo facit uer, nec dicendus est reuera temperans, qui se in una aliqua libidine contineat, cùm in aliis interim pleriſque omnibus se effundat. Atque hoc quidem de genere. Quod porrò sequitur: IVS SVVM CVIQVE TRIBVENDI: propriam uim ac naturam iustitiæ continet. Nam quemadmodũ animus intelligentia, uolũtate, & memoria conitat: itemq; ratione, animositate, & cupiditate: deniq; naturali facultate, uitali, ac animali: ita Respublica quoque, quæ ad dominis imitationem est expreſſa, ad gubernandum habet principes, põtifices, sapientes: §. vlt. Inst. de

Source : BIU Cujas

Iuſt. & Iur. l. 1. §. rectores, milites, agricolas: huius ſtudij. ff. de Iuſt. & Iur. ad tuendum ſe, l. ex hoc Iure. ff. de Iuſt. & Iur. ad conſeruandum matrimonia, dominiorum diſtinctiones, & cõmercia: eſtq; in iis proprium cuiuſque ius, l. 1. ff. de vſuca. c. hoc Iure. 8. diſtin. proprium cuiuſq; munus & officium in Repub. collocatum. In hoc autem iure tribuendo digerendoq;, ideo dicitur conſiſtere propria facultas iuſtitiæ: quoniam eius ſolius beneficio fit, tum, vt omni confuſione ſublata, ad eas quiſq; res tenendas ac moderandas velit accedere, ad quas à natura compoſitus eſt & formatus: tũ vt poſtq; diſtinctio ac diſtributio facta eſt, intra ſuos quiſq; limites manere, l bona fides. ff. depoſ. §. vlt. Inſt. de his qui ſui vel al. Iur. ſunt. & ab ijs quę ad aliorum territorium & iuriſdictionẽ pertinent, nõ grauatè abſtinere velit. Atq; hęc quidem cùm aſſequitur ciuitas, rectè dicitur in vera perfectaq; ſanitate conſtituta: quemadmodum & corpus illud, in quo vnumquodq; membrũ ſuo fungitur officio, & ab ijs quæ aliorum ſunt ad ſe detinãdis ac traducendis abſtinet. Nec velim nunc à me quęri, diuinam ne an humanam iuſtitiam deſcribam: deſcribo enim perpetuam illam & ſempiternam ſpeciem formamq; iuſtitiæ, quæ vnius tantummodo eſt modi, quæq; licèt aliàs per res diuinas, aliàs per res humanas tranſfundatur, eadem tamen ſemper & vbiq; perſeuerat. Prętereà cuius tantus ſplendor eſt maieſtatis ac decoris: vt ad eã ſolam, omnes vitę actiones, omnes leges ac iudicia, tanquàm ad vltimum ſuum finem & terminum, referãtur: cuiusq; ſolius obtinendæ gratia, omnes vbiq; Reſpublicę, omnes populorum & gẽtium ſocietates coadunatę ſunt & conſtitutæ. ca. ſi ſeculi 12. q. 2. Et ſi enim rudes & agreſtes homines, ſubſidio vitę quęrẽdorum gratia magis q̃ virtutis, arg §. ius autem gen. Inſt. de Iure natu. primùm omnium in vnum conuenerint: tamen procedente tempore, & docente vſu, animaduerſum eſt, ſine virtute & iuſtitia, ſine certis & deſcriptis legibus, nullam omnino Rempublicã fundari, nec ſi fundata ſit, vllo modo retineri & in ſuo ſtatu conſeruari, poſſe. c. quo Iure. 8 diſt. Ex quo quidem porrò intellectũ eſt, non ad viuendum modò fabricatos & in lucem editos eſſe homines, verùm & ad piè, honeſtè, & rectè viuendũ. imò nec optandam penitus eam vitam, quæ non ſit cum ſanctitate & iuſtitia cõiuncta: quibus quidem rebus effectum eſt, vt licèt parandæ quærẽdæq; vitæ, prima hominis cura fuerit: tamen poſt deinde multi, non ſolùm ſinguli homines, verumetiam integræ nationes & populi extiterint, qui ſpreta illa communi vita, in voluntariam ſeſe mortem, & exitium dederint, religionis, fidei, & iuſtitiæ tuendæ, tanquam vltimi finis cauſa.

De ſpeciebus iuſtitiæ.

Diuiditur autem Iuſtitia, quinq; ferè modis: Primò diſtribuitur in duo genera: aut enim eſt generalis & abſoluta, quę & vniuerſalis dicitur: aut ſpecialis, quã particularẽ nominant. VNIVERSALIS eſt ea, quam in ſuperioribus definiuimus, omnium virtutum rectricem & moderatricem. Nam illum demũ iuſtum ſimpliciter appellare ſolemus, qui oĩbus de quacunq; re, legibus obtemperans, virtutũ oĩum pręſidio munitus & tectus eſt. PARTICVLARIS eſt, quam Plato populare vocat & vulgarem, quę ſolo eo contenta eſt, q̃ nemini vel in cõi vita, vel honorum ambitione, vel amplificatione pecuniæ noceat, cenſeturq; cum reliquis tanquam pars quędam & membrũ virtutis. Et intuemur quidem in vniuerſalem, in totius ſemper Reipublicę deſcriptione: nam qui ſalutaribus legibus fundaturus eſt ciuitatem, nõ ad vnũ aliquod bonum collineare debet, quo ſcilicet vel bellicis ſolum laudibus excellat, vel modeſtiam tantum & ſobrietatem vitę collat, vel diuitiis & rerum oĩum copia & vbertate affluat Reſpublica: ſed illam animo virtutem ac iuſtitiam concipere, & ante oculos ſibi ponere debet, quæ totum chorum virtutum comprehẽdens, quicquid in vita diſſonum eſt auferat, & pulcherrimũ quẽdã ac diuiniſſimũ totius ciuitatis concentum, d. l. bona fides. c. cũ deuotiſſimã. 12. q. 2. Plato in 1. de ll. inducat. Prętereà vtimur vniuerſali iuſtitia in Regum & Principum inſtitutione, qui quidem non ſolùm armorum & rerum militiarum ſcientia decorari, ſed virtutis etiam & iuſti ac iniuſti cognitione muniri debent. §. 1. in proœmio Inſt. l. in prin. de Iuſt. C. confirmand. Eaq; pp Perſarum regibus, poſt percepta prima iuuẽtutis rudimenta, quatuor ſolẽt adhiberi, qui pędagogi regii vocarent: quorũ vnus p̃cepta prudẽtiæ, alter iuſtitiæ, tertius fortitudinis, vltimus tẽperantiæ traderet. Iam verò in ipſarũ legum enodatione, dictu mirũ, quãtũ momẽti hẽat, abſolutæ vniuerſalisq; iuſtitiæ contẽplatio. Nã cùm multa ſint in oĩ legũ latione, q̃ ſi ſola per ſe poſita nudaq; cõſiderent, iniqua penitus vñr & abſona: ea tñ, ſi ad vniuerſæ Reipublicę formã & imaginẽ reuocent, facilè ꝓbari p̃nt. Ad populare, pticularẽq; iuſtitiã reſpicimus in iis rebus, in q̃bus de negocijs & rõnibus priuatim publiceve cõtrahendis agit: cuiuſmodi ſunt rerũ & pecuniarũ cõmercia, honorũ & dignitatum diſtinctiones, quotidiani cõuictus, & ſi qua ſunt ſimilia, à q̃bus fraudẽ, l. Iuriſgẽtiũ. §. pacta. ff. de pact. l. j. ff. de dol. mal. §. 1. Inſt. vi bon. rap. toto tit. de eo qđ vi met. cã. vim, raptionẽ, cędẽ, & alia eiuſmodi ſemp abeſſe oportet. Verũ hoc intelliget meliùs, ſi ſubſequẽs diuiſio, q̃ ex iſthac efloreſcit, explicet. Eſt ãt hmõi. Iuſtitia particularis vel eſt Cõmutatiua, (vt cõi & vſitato verbo loquar, nomen trahẽs à cõmutationibus rerũ & cõmerciis, vel Diſtributiua, cui nomen ab honoribus & dignitatibus diſtribuẽdis eſt collatum. COMMVTATIVA eſt, vt rẽ planè & apertè ſm Platonẽ explicẽ q̃ ad ęqualitatẽ Arithmeticã reducit. Nã in emptione ac vendi tione nihil ſpectat aliud, q̃ precii & mercis inter ſe collatio. In homicidio nihil intereſt, ſeruũ ne an hoĩem liberũ occideris: quantũ. n. ad l. Corneliã de ſicariis attinet, l. j. ff. ad l. Corn. de ſicar. oẽs hoĩes ſunt æquales. DISTRIBVTIVA eſt, quę ad parilitatẽ ſiue proportionẽ Geometricã reuocat: ſi eñ honores ꝓferendi, alię dignitates conferunt̃ ſenioribus, l. ſemper. ff. de Iur. immunit. alię iunioribus, alię doctis, aliæ indoctis: ſi pęna exigenda, non oẽs inquit Arrianus, deſertores ſimiliter puniendi ſunt, l. nõ oẽs. ff. de re milit. ſed hĩ ratio & ordinis, & ſtipendiorũ, & gradus militiæ. Vtimur aũt Cõmutatiua in contrahendis vltro citroq; negocijs, l. j. ff. de cõtrah. emp. arg. l. 2. C. de reſcinden. vend. in damnis reſarciẽdis, l. ſi ſeruus. §. tertio. ff. ad l. Aquil. in iudiciis, c. in iudiciis. de reg. Iur. in 6. & in oĩbus iis quę ſimpliciter & abſolutè per ſe diiudicari & examinari p̃nt. Diſtributiuã adhibemus ad honores, c. ecce. 39. diſt. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. pęnas, l. nulli. C. de ſumma Trin. & fid. cath. munera, l. munerũ. & l. 2. ff. de mun. & honor. & vt vno verbo dicã, ad illa oĩa, q̃ natura ſui ex ipſis vel perſonis vel rebus apta ſunt & dependentia: q̃ quidẽ in ſingulis magis intellectu percipi, q̃ locutione in vniuerſum exprimi, & in generales regulas includi p̃nt. Iam verò iuſtitia alia eſt Politica, alia verò OEconomica. Politica, generalis eſt, & ad totam ciuilem cõitatem pertinẽs: OEconomica, propria cuiuſq; familię: nam quia vnaquęq; ciuitas, ex pluribus in unum pedetentim confluentibus familiis iungitur, & alia ratio eſt ſingularũ partiũ, alia totius: ꝓñr neceſſariũ eſt, vt alia ſint per quę in cõe cõſulatur, alia verò, quę ſingulis domibus & familiis proſint, inter quę, illa potiſſimum eſt differẽtia, vt ciuilia magis in æqualitate, domeſtica in dñatione ſint poſita. Vſus verò vtriuſq; ſic diſcernitur, vt regulariter quidem cõem ciuilemq; iuſtitiam ſequamur, ſed in nõnullis tñ ſpeciebus, domeſticam magis q̃ ciuilẽ probemus, idq; ſiue res ſpectemus, ſiue perſonas. Circa res eſt traditũ vnumquemq; rei ſuę moderatorẽ eſſe ac arbitrum, l. in re C. mandat. domũ ſuam cuiq; tutiſſimum eſſe refugiũ. l. pleriq;. ff. de in ius voc. Circa perſonas exſtat Ius, qđ vocatur maritale, item quod paternũ, & tertio quod herile. Maritale eſt, qđ inter coniuges exercetur, veluti cùm quęrit̃ de nuptiis, de dotibus, de donationib⁹ inter virũ & vxorẽ, de iure mariti, de diuortiis & repudiis, deq; aliis ꝑmultis, quę paſſim ſeſe offerũt in Repub. Paternũ eſt, qđ habemus in liberos noſtros, q̃ vel in ſua ptãte ſunt ꝓſtituti, §. 1. Inſt. de his q̃ ſui vel al iu. ſunt. vel manui ſa criſq; noſtris ſuppoſiti, quos olim vendere atq; ẽt occidere licebat, l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. quiq; adeò vna & eadẽ nobiſcũ cẽſent̃ perſona: l. vlt. C. de impub. & al. ſubſt. vt nec in lite cõtra nos ꝓſiſtere, l. lis nulla. ff. de iud. nec quicquam bonorũ, à rõnibus noſtris ſeparatorũ poſſidere intelligant̃. Herile eſt, qđ aduerſus eos cõpetit, q̃ operã nobis & miniſteriũ ſuũ exhibẽt: q̃ ſunt vel mercenarii, l. idoneii. ff. de teſtib. vel proprii ſerui, §. ſerui. inſt. de Iur. ꝑſo. tum ordinarii, tũ vicarii: de quibus tam frequens incidit vbiq; mentio, vt nihil ſit neceſſe, exemplis eam rem facere lõgiorem. Tñ illud opus eſt, vt exquiſito iudicio diſcernamus, q̃bus locis hac, quibus ꝓtra illa negociũ dirigi oporteat: nã ex eius rei ignoratione, tantus error ꝓſequitur imperitorũ, & ẽt leuiter eruditorũ hoĩum, vt quẽ in portũ ſe recipiãt, ſcire nõ poſſint. Quarta diuiſio iuſtitię eſt, in naturalẽ, & ciuilẽ iuſtitiã, ex qua ꝓficiſcit̃ differentia, inter poſſeſſionẽ, l. j. § deiicitur. ff. de vi & vi armat. obligationẽ, arg l. pupillus. ff. de act. & obl. acquiſitionẽ, §. ſingulorũ, Inſt. de rerũ di. rõnẽ, §. 2. Inſt. de nup. cognationẽ, §. vlt. Inſt. de legit. agn tut. naturalẽ & ciuilẽ. eſt aũt naturalis iuſtitia, volũtas tribuendi, qđ cuiq; ſm naturam debeat̃: veluti cùm parentibus honorẽ, liberis noſtris victũ & alimoniã ꝑbemus. Dico aũt ſm naturam, duobus modis: Vno, cùm id quod debeat̃, & naturale eſt, & conſtat naturali rõne, vt partum noſtrũ & fętum educare. Altero, cùm id quod debeat̃, conſtat quidem naturali rõne, ſed non eſt tñ naturale, veluti manumittere: nam vti liberalitatẽ eã exerceamus, ſuadet quidem naturalis rõ: verùm illud ipſum qđ facimus, non eſt ſua ſponte naturale, quia iure naturali non eſt nota manumiſſio, cùm ſeruitus ſit incognita. §. 1. Inſt. de libert. Prętereà, ipſa quoq; natura duplex eſt: Alia proficiſcit̃ ex neceſſitatibus corporis, & eſt cõis cum beluis: vt maris & fęminę coniunctio: §. 1. Inſt. de Iur nat. Alia oritur ex mente ac rõne diuina: veluti Deũ colere: parẽtibus & patrię obedire. l. veluti. ff. de Iuſt. & Iu. ꝓtingitq; ſępenumero, vt vna ab alia diſſidere, & ĩferior aliò, ſuperior aliò ducere videat̃, quemadmodũ fit & in iis quę priori modo differunt, qđ & valde notandũ eſt. Ciuilis iuſtitia eſt, volũtas tribuendi, qđ cuiq; ſm ciuilem authoritatem, & merã principis voluntatẽ debetur. Nam quemadmodum naturalis, boni & ęqui radicibus defigitur, ita ciuilis ſolo legiſlatoris placito ꝓtinetur. Si enim quęras, cur ſeptem potiùs quàm octo teſtes requirantur in vltimis morientium voluntatibus, §. 2. Inſt. de teſtament. cur duo magis quàm ſex anni propoſiti ſint in exceptione non numeratæ pecuniæ, l. vlti. C. de non numer. pecun. vix eſt, vt aliud q̃ nudam legiſlatoris volũtatem & placitum adferre poſ-

Source : BIU Cujas

re possumus. Sed cur tam variè? inquies, cur nō eodem vtimur in omnibus iure? Certè rerum varietas & diuersitas, diuersas iuris formas peperit. Quędam sunt in humanis negociis, quę via quadam & ratione cōmodè ducuntur à principiis naturæ: quędam nihil minùs, sed pertinēt ad solius principis & legislatoris iudiciū: quędam media sunt & ex vtriusq; mixta, quę & suū nomen mutuant ab eo, ad qđ magis inclinare & propendere vīr: atq; hoc est quod ab initio proposuimus, Ius esse artē diiudicandi, quid in quaq; re bonum, quid æquū sit, quatenus cuiusq; natura patitur. In ijs spectatur solius naturę vis ac bonitas, quę directò pertinent ad naturę vel cōseruationem vel dissolutionē: queq; manifestam habent iusti & iniusti rationem, vt vim vi repellere: l. vt vim. ff. de Iust. & iur. id pati fieri, quod aliis prodesse pōt, nobis autem non nocere: l. 2. §. idem Varus. ff. de aq. pluu. arcen. hoc enim suggerit ęquitas, inquit Paulus, etiam si iure scripto deficiamur. Et si autem in hoc genere inter ipsos quoq; Iureconsultos sępe, vt dixi, exsistat quęstio, ad inferioremne naturam referenda res sit, an verò ad superiorem: l. in rē, ff. de rei vēdi. tamē vsus & exercitatio facilè docet, quid in quaq; re sequēdum sit, quid non sit. In illis autem ad ciuilem authoritatem & legem confugimus, quę indifferētia dīr Philosophis: veluti cū de testium numero quęritur, in mancipationibus, stipulationibus, testīs: de certa quantitate pecuniarū in pęnis & multis: de annis vsucapionis, & nō numeratę pecunię, in dominiis, & cōmerciis, deq; aliis cōsimilibus infinitis, quę seipsa facilè prodūt. Medii generis sunt, quę hīt quidem naturalem quandam ęquitatem in se relucentem, sed eam non tam momentosam, vt per se sine adminiculo legislatoris sufficiat ad necessitatem obseruationis imponendam. Nam, exempli gratia, facere promissa iustum quidem est & naturę consentaneum: l. 1. ff. de constit. pec. sed tñ si nudum est pactum conuentum, nulla nascitur actio, l. iurisg. §. sed cum nulla. ff. de pact. nisi per legem adiuuetur, l. legitima. ff. de pact. & in vnum coeant naturalia pariter & ciuilia iura. Quo casu si quidem plus proficiscitur à voluntate legislatoris q̄ à natura, totum negocium dicitur legitimum, veluti in stipulatione. Si per cōtrarium plus à natura, minus à lege, naturale: veluti in actione constitutoria, in emptione & vēditione, in locato & conducto. Illud hoc loco obiter annotandum, quo tādem. s. modo fiat, vt cùm omnium ciuitatum & populorum leges in tanta dissensione & varietate videantur constitutę, reipla tū conueniant inter sese & quasi conspirent. Nam si in iis consentiant, quę ex primis naturę seminariis & cęptibus deliuantur, nihil prohibet quo minùs omnes iustę rectęq; dici possint, licèt discrepent in aliis, quę voluntatibus hoīum & affectionibus gubernantur. Nam etiam in hoīe, si adspicias ad veram & interiorem eius naturam, nihil vnum vni tam est simile, q̄ homo est hominis: sed si ad externos mores, & externa corporis lineamenta respicias: tanta est varietas, vt ne vnum quidē ex oībus seculis par hoīum memoretur, quod nō aliqua nota distingui & dignosci potuerit. RESTAT vt de iure & ęquitate nonnihil differamus: Nam quinta & vltima in hoc ordine descriptio est, vt aliud strictum ius dicatur, aliud bonum & æquum. STRICTVM illud vocamus, quod directò, sine vlla circuitione, & ad lineam (vt ita dicam) ostendit, quid in quaq; re amplectendum sit, quid repudiandum, solam veritatem & cognitionem ob oculos habēs. Quemadmodum enim Mathematicus, montiū, vrbium, & regionum interualla demonstrans, rectam duntaxat ducit lineam, nihil admodum curans, viarū ac itinerum ambitus ac anfractus: ita etiam restricti & summi iuris ratio, prętermissā commoditate agendi & exercēdi, in id solū intuetur, ad quod à rōne & intelligētia deducit. BONI & æqui diuersa natura est: nā nimia illa scrupulositate iuris & subtilitate dissimulata, id solū sequitur, & ad id se accōmodat, quod in medio versatur, quodq; actus hoīum & vitā ac mores instruit, non aliter atq; nautę solent, qui cùm intelligunt recta via nauigari non posse, explorant, quibus circuitionibus factis, quibusq; scopulis, arenis, & breuibus vitatis, ad destinatum locū queant peruenire. Atq; ita quidē manifestò quoq; intelligitur, non ad aliū quidem finem in iusto exquirendo, ad alium in bono & ęquo spectari: sed hoc tantùm interesse, quod illud natura sui ad veritatem limandā sit directius, hoc ad res aptè gerendas accōmodatius: ita tū vt vtrūq; vtriusq; sit particeps. Nā regulariter cerè tanta tenentur inter sese coniunctione, Vid. no. in l. 1. ff. de Iusti. & iu. Arist. li. 5. Eth. vt alterū ab altero ne nomine quidē seiūgatur, & oē quod iustū est, idem quoq; simul ęquum: & ecōtrario quod ęquum idem quoq; iustum dicatur. Sed existunt nōnunq̄ causę, quę faciunt, vt aliud in iure esse videat, aliud in benignitate: q̄ qdē in vniuersum sunt duę. Vna est, cùm res subiecta tam obscuros & difficiles habet explicatus, vt fm cōes iuris regulas nihil possit cōstitui, quod non falsum confestim reperiat. l. qui quadraginta. ff. ad l. Falc. tunc. n. ad exitū inueniēdū necessariū est, vt ęqui & boni ratio ineatur: quemadmodū vsu venit in iis, quę insolubilia, in se redeuntia, pposteta, asystata, intricata vulgo dīr; veluti in hac stipulatione duobus seperatim facta: Si fundum Tusculanū illi non dederis, l. Titius. ff. de verb. obl. mihi dare spondes? Altera cā est, cùm negociū Iure quidē cōsistit, & definiri pōt: sed ob eam aliquā id fit ponderosius qđ ęquū bonū est, q̄ quod iustū, veluti in Publiciana, §. namq; Inst. de act. Seruiana, §. itē Seruiana Inst. de act. & aliis eiusdē exēpli. Nā in iis si merum Ius sequare, nō facis quidē alienū à recta rōne: sed tñ si cū benigni Iuris momētis pōderes, tot partibus inuenīt ab eo superari, vt res ipsa statim doceat, doc potius, q̄ illud eligi oportere. Prętera quoque si subtilior & scrupulosior est Iuris rō, q̄ cōis vitę vsus desiderat, regulariter probatū est, simplicitatē magis q̄ difficultatē sequi: § cęterū vers. & hęc, Inst. de legit. agnat. succeff. & hoc est qđ sępe admonēt Cōsulti nostri, ἐν πλάτει, l. in hac. ff. de cōd. triticar. & παχυμερέστερον siue crassa Minerua negocium esse diiudicandū. l. quā tuberonis ff. de pecul. Quemadmodū & in illis speciebus, in quib. ex nimis stricta iuris obseruatione, leges oī vi, effectu, & ptāte sua spolianī: tunc. n. id potiùs dēt valere, qđ aptius cōmodius, & vt sępe ponit ī legibus, vt ilius est. l. 1. §. pen. ff. de act. & obl. l. 4. §. si is q. ff. de ver. obl. Idēq; obseruat, si durior ac inhumanior cuadat Iuris interpretatio, q̄ satis est, quamq; legūlationis liberalitas patīt: nā in his casibus, hoc potius ducimus, qđ humanitate quadā & benignitate tēperatū & quasi ꝺditū est. l. si tibi. ff. si cer. pet. l. placuit. C. de iud. Nec. n. oīa sunt ad viuū resecanda, sed ad cōem hoīum vtilitatem, quantum fieri pt, referenda. adhibita tñ semper diligēti cautione, ne per inanem ęquitatis speciem decipiamur: nam sępe fit, vt nonnulli, dum nimis lenes, l. si seruū, §. sequitur. ff. de verb. obl. mites, & benigni videri cupiūt, laxi potiùs & remissi, q̄ iusti & boni euadant. Illud ēt atq; ēt respiciendū est, vt ne qd aut durius, aut remissius constituat, q̄ cā deposcit: quia non aut seueritatis, aut clementię gloria affectanda est, sed perpēso iudicio, prout queq; res expostulat, statuendum. l. respiciendum, ff. de pęn. Hęc ergo de variis iustitię speciebus.

De gradibus Iustitię.

SVNT nonnullę alię differentię, quę mediocritate magis & ordine siue gradu, q̄ specie distinguunt. Sic. n. dicimus iustitiam aliam diuinam esse, aliā humanā. Et est quidē DIVINA, quę virtutes perfectas, & oībus numeris absolutas requirit, & vitia nō solùm ipsa tollit, verùmēt illicebras oēs & occasiones vitiorū: veluti cùm pręcipit, ne resistere quidem malo, nō iurare; Vid. c etsi Christus ext. de iureiur. nullam hīc curā futurorū, cū nonnullis aliis. HVMANA verò, quę solis honestis actibus contenta, id existimat cumulatè perfectū, in quo media quędā officia cōparent, quodq; est sine manifestario ac aperto scelere, licèt ipsarū radicū particulę quędā & quasi fibrę in animis remaneāt. Atq; vtimur hac humana, in cōi vita, quę circa rerū dīnia, circa contractus, circa iudicia, circa honores versatur. Nam qa non viuitur cum perfectis hoībus, sed cum imperfectis, non pt fieri, vt id apud populum, & circa res populares obtineas, quod rectū, perfectū, & plenū est. ca. deniq; 4. dist. Sic namq; dicimus cogitationes pęnā non mereri, l. cogitationis. ff. de pę. non nocere conatum, si eū nullus sit sequutus effectus. l. j. in fi. ff. qā quisq; Iur. DIVINAM iustitiā adhibemus ad ea, q̄ ad verū Dei cultū, & ad ipsas religionum sanctitates pertinent. Quanq̄ ēm M. Varroni sit qdam Theologia q̄ Ciuils dīr: hoc nō tam de ipsis elemētis & principiis diuini officii, q̄ de aliis quibusdā, cū eo cohęrentibus, est accipiendū. Si de Dei, vt ita dicā, natura: si de Fide, si de Sacramentis tractet: nihil connitieri oportet, nihil, ne apex quidē vnus, immutari. Cęterùm si de iureiurando, d. c. etsi Christi. de diuortiis, de fęnore, de castitate, de ꝓcubinatu, alia res est: Nā in ijs & similibus videndū, non solùm qd rectū & iustū, verùm ēt quid in populis probari, & obtineri possit: Item quid temporū, c. vt constitueretur, 50. dist. quid locorū diuersitates, quę vtique in iis dominantur, quibusq; adducti, multa pòst mutāda facimus, suadeant. Nam alioqui qui intempestiuè, & in idoneo loco, exactissimā illam vitę rationem inducere studēt: plus nocęre plerunq; Reipublicę, q̄ commodare & prodesse creduntur. d. c. deniq;. DIVIDITVR ēt iustitia in Internam, & Externam. INTERNA est, quę iubet, vt ne quis in aliū minùs, q̄ seipsum, sit animatus. EXTERNA permittit propriis commodis seruire, l. in causę. 2. §. idē Pomp. ff. de minor. modò id fiat sine alterius damno & iniuria. Quantum ad vsum vtriusq; attinet, Philosophus eam pręcipuè colit, & ad vsus suos adiungit, quę animum informat ac mentem. Ciuilis verò legumlator vtplurimum iudicat secundum ea, quę foris apparent, & quę manibus teneri ac prehendi possunt. Dico autem vtplurimùm: quoniā in multis speciebus nō satis est abstinere ab iniuria, verùmetiam oportet prodesse si possis: veluti si de publica salute ac incolumitate tractetur: l. si quis forte, ff. de pœn. si in extrema necessitate socius ꝓstitutus & collocatus sit. l. 2. §. inde agitatum. ff. ad l. Rhod. de iact. si sine vllo tuo detrimento ac molestia, vale alii prodesse & commodare possis. l. 2. §. item Varus, ff. de aqua pluuia arcend. Iam verò & iustitia alia Inchoata est, alia Perfecta. PERFECTA est, quę recta siue plena dicitur, & nihil requirens. INCHOATA, quę rudis adhuc & impolita, contenta est mediocritate officiorum, in quibus elucent principia quędam & adumbrationes virtutum. In plerisque sufficit eum vitę cursum

Source : BIU Cujas

ſum tenere, qui mediocris ſit, & igniculos quoſdã & ſignificationes virtutũ hẽat, licèt ꝓgreſſiones nõ ita magnę adhuc factę ſint. In nonnullis ea requirunt, q̃ abſoluta ſunt, & planè cumulateq; perfecta. Exſtat apud Plotinũ & reliquos q à Platonis familia manarũt, & alia diuiſio, q̃ quadripartita eſt, & oẽs ttes ſupraſcriptas amplectit: Statũt. n. virtutes, alias Politicas, alias Purgatorias, alias Purgati animi, alias Exẽplares. Et ſanè quẽadmodũ totus huius mundi complexus, ſiue ſit adſpectabilis, ſiue inadſpectabilis, ſic eſt diuiſus, vt Infima eius regio cedat primis corporibus & rerũ oĩum elemẽtis: Scda diuinis ignibus, & illi, quã quotidie tuemur cęleſti deſcriptioni: Tertia diis & dęmonibus, q̃ ꝓpetua ſupremi numinis luce circunfuſi, humanarũ rerum curã & ꝓcurationem ſuſtinent: Quarta deniq; ipſi architecto, & ſupremo rerum oĩum opifici, & gubernatori Deo: ita ẽt virtutes, quæ ex ipſis mũdi plagis & ordinibus deſumuntur, partim cões ſunt & populares, quæ illã ſapientiã pariunt, q̃ carnalis Diuo Paulo dr̃, & huius mundi: partim naturales ac Philoſophicæ, & nonnihil ſupra vulgi captũ poſitæ, ex quibus naſcitur ſapientia animalis, q̃ & principũ huius mundi vocat̃: partim diuinæ & cęleſtes, quæ ſupra naturã collocatæ, gignũt eam ſapientiã, q̃ ſpiritalis dr̃: partim deniq; primæ ac ſummæ, cum quibus coniuncta eſt ea ſapientia, q̃ totum hoc vniuerſum perpetuo ſuo nutu ac numine moderatur, cuiusq; ſolius participatione, oĩa illa, q̃ vel ſenſu accipiunt̃, vel prouiſione mentis & permotione prehendunt̃, bona fiũt & iuſta. Si quæras, in q̃bus caſibus hæc, in quibus illa præponderare debeat: id partim è ſupradictis intelligi põt, partim longo vſu & ꝓſuetudine arripiendum. Nam quemadmodũ generalem formulam conſtituere ꝓfacile eſt: ita oĩa quę vel in ſenſum vel intelligẽtiam noſtram cadunt comprehẽdere, longè difficillimum. Verùm vt boni ratiocinatores negociorũ eſſe poſſimus, & addendo deducendoq; videre, in quam ſpeciem partem ve iuſtitiæ quæq; res cadat: capienda & conſuetudo & exercitatio, quę quidẽ non ſolùm agendarũ in Republica, verumetiã intelligendarũ rerũ magiſtra eſt & dña.

De partibus Iuſtitię.

PArtes iuſtitiæ ſunt in vniuerſum duæ: Vna quę auocat nos & detrahit à malo: Altera quæ hortat̃ & exſuſcitat ad bonũ. Et mali quidem, vt de eo priùs dicã, duplex via eſt. Vel enim ea pars animi laborat, in qua ineſt vis rõnis & intelligentię: vel ea, in qua inſunt motus & iactationes appetitionũ. Prius genus, vitium animi appellat̃: Poſterius, morbus. Tunc aũt grauiter lęſam, & valde vitioſam dicimus ciuitatẽ, cùm errore, & earũ rerũ ignoratione vagatur, q̃ ad bene beateq; viuendũ pertinet. Quod quidem vitiũ vt euitetur, ꝓſtituti ſunt in ciuitate, qui authoritate publica, c. j. de magiſt. in clem. populũ, & in quo maximũ eſt momentũ, iuuẽtutẽ doceant, & rõnem ad veritatẽ reuocantes, errores illi oẽs, quo ad eius fieri pt̃, eripiãt. Illi verò capitales ſunt, & maximã partem ſceleris aggrediunt̃, maximoq; digni ſunt odio, c. cum ſm ll. §. bona. de hæret. in 6. qui cùm nullam verę rectęq; ſcientię partẽ attigerunt, ſpretis legibus, ſe ſolos veritatis & ſcientię magiſtros ꝓfitentur. Plato inſcitiã eorum, duplicẽ vocare ſolet, q̃ quidẽ ſi verbis & diſputatione Philoſophorum curari nequit, vinculis. l. Manicheos. C. de hęret. l. 2. C. ne ſac. bapt. reit. & carcere fatigari, & publicorũ iudiciorũ ſeueritate coerceri debet. Quãtũ attinet ad ea peccata, quę in ꝓſuetudinum prauitate ꝓſiſtũt, triplex eſt rõ. Quędam ſpontè contrahunt̃, & vocant̃ volũtaria: Quædã inuitè, quæ nec voluntaria dici pñt: Quędam tertio quodam modo, quę media, & inter vtrunq; genus interiecta licet appellare. Voluntaria ſunt in quibus fraus ineſt & dolus, cuius tñ eſt vbiq; odium, l. Iuris gẽt. §. dolo. ff. de pa. vt ne vnus quidẽ toto iure ciuili caſus reperiatur, in quo fraudulоſa machinatio, q̃ quidem ad rem pertinet, maneat impunita. Nec voluntaria vel externam hñt cãm, vel internã. Externa, ſemp & indiſtinctè merẽtur excuſationẽ: nam ſi vẽtorũ fortè vi quis raptus, damnũ dederit, nullo dr̃ nec ſcelere, nec facinore obſtringi. l. in lege. ff. ad l. Cor. de ſic. Interna, non eãdem hñt rõnem: nam ignorãtia facti, etſi vt plurimùm vacat culpa, nonnunq̃ tñ euenit, vt in reprehenſionẽ & crimen incurrat: veluti ſi res atrocior ſit: ſi exẽplo noceat: l. ſi quis aliq̃. ff. de pẽn. ſi is qui deliquit ipſe ſibi accerſiuit malũ, vt ebrius. l. oẽ delictũ. §. p vinũ ff. de re milit. Plerunq; tñ vt dixi, qđ per errorem facti cõmittitur, fortunę magis & fato, q̃ ipſis hoĩbus imputat̃. l. j. C. ad l. Cornel. de ſicar. Qui medio quodã modo peccant, partim affectu & inconſiderato quodã impetu, veluti ira, metu, miſericordia turbati & extra ſe poſiti, delinquũt: partim culpa & negligẽtia. Quæ priori modo fiũt, leuiora & venia ſubinde digna: l. q̃ calore. ff. de reg. Iur. q̃ poſteriori, grauiora, quaſi cogitatò magis & ꝓſultò cõmiſſa iudicant̃. l. aut facta. ff. de pœ. Atq; hæc de illa parte iuſtitię, quę abducit nos & auellit à malo. IAM illa verò pars, q̃ ad bonũ aliquod allicit & inuitat, tribus membris diſtribuit̃: Vnum, mẽtis eſt & animi, cùm ſcilicet aduerſus Deum ſanctitas, erga hoĩes liberalitas, in defunctos pietas, in toto animo prudẽtia, fortitudo, tẽperantia, & iuſtitia exercetur. Secundũ, corporis, cum publicis certaminibus & exercitiis propoſitis, l. quæ actione. §. ſi quis. ff. ad l. Aquil id curant legumlatores, vt robuſtã, integrã, ſanam, bene formatã, & in oĩ genere exagitatã habeant iuuentutẽ. Tertiũ deniq;, formæ, cum de pecunia populi & poſſeſſionibus tractatur: cùm honores, dignitates, munera, triumphi decernuntur iis, qui pręclara & nobilia virtutũ exẽpla, in Republica cõſtituerunt. Sed iam mihi ſatis videor dixiſſe, quantũ quidem inſtituta breuitas patitur, de fine iuriſprudẽtię, iuſtitia. Illud tñ arctè teneamus, & iterũ atq; iterũ vt meminerimus, oportet: in oĩ deliberatione, ſemp ad aliquam horum partem circumſpiciendum, & quaſi collineãdum eſſe. Niſi enim quis iuſtitiam & omnium virtutum chorũ ante oculos habeat, l. quod ſi Eph. §. in ſumma. ff. de eo quod cert. loc. non põt fieri, vt non eum æſtus appetitionum abſorbeat, & nunc his, nũc illis opinionum fluctibus obruat & impellat. Hoc ſolo ſcopo propoſito, põt demum obtineri perfectiſſimũ illud ciuitatis genus, quod ſapientia, concordia, & rerum neceſſariarũ copia conſtat. Idq; ita ſcriptum reliquit Deus ille Philoſophorũ Plato, quem & Ariſtoteles & Cic. ſunt ſequuti, ex quibus alter ſtudiis doctrinæ, alter regenda ciuitate princeps fuit. Quorum porrò veſtigiis inſiſtentes, noſtri Iuriſconſulti ſua illa præclara nobis monumenta, tum rñſorum, l. eum quidã. ff. de lib. & poſth. l. munerũ. §. mixta. ff. de mu. & hon. tum diſputationũ, reliquerunt, q̃ quidem ſine aliorũ lectione, habent quidem ad incitãdum ſatis, verum ad exactam Iuris artem conſtituendam, non omnino ſatis. Sed nos ſubinde ad Philoſophos, ſubinde ad Iurecõſultos reſpectantes, damus operam, vt ſi nõ plenam & perfectam, ſaltem adumbratam quandam & extremis lineamentis circunſcriptam Iuris artem, approbante Deo proferamus.

De principiis Iuris, & eorum Diuiſione.

DEinceps veniendum eſt ad eam partem inſtituti ſermonis, quæ fontes & principia Iuris cõtinet. Nam haud ſatis eſt finem & ſcopum, ad quem contẽdas, cernere, niſi ſimul etiam viã & rationem teneas, qua eò poſſẽs peruenire. Certè quemadmodum ſupraſcriptum de iuſtitia caput, pulcherrimos habet explicatus de natura volũtatis humanæ: ita præſens, in quod nunc ingredimur, luculenter aperiet nobis, vberrimos illis mentis & intelligẽtiæ fontes, quorum eurſus & ſcaturigo tam latè manat, vt omnes Iuris & iudiciorum campos irriget. Nihil eſt, non dico in Iure Ciuili, ſed nec in tota humanitate, quod ita nobis enudat, quãtam vim rerum maximarum humana mens poſſideat, cuius muneris colendi & efficiendi cauſa nati & in lucem editi ſumus: vt hæc de principiis & origine Iuris rractatio, cuius tãta dignitas eſt, tantaq; ſententia, vt præter hoc quod ſummam adfert liberalib. ingeniis voluptatem, vel ſola ſine aliis perfectum Iurecõſultum efficere poſſit. Sed venio ad ipſam expoſitionem principiorum, de quibus priuſquam dicere aggrediar, patefaciam paucis, fontes illos & ſcaturigines, è quibus hauriri & deriuari debent. Primum de illo nemo dubitat, quin homo, & tota humana natura, ciuilis ſapientiæ ſit ſubiectum. Nam quo modo ouium, boum, caprarũ rectores: eodem etiam ciuitatum & rerum publicarum gubernatores, apud Homerum, paſtores appellantur. Quemadmodũ itaque is qui pecori pręfuturus eſt, paſtionem, nutricatum, feturam, briuiter totam eius indolem cognitam habere debet: ita etiã eũ qui populos temperaturus eſt, tum animi ſui complicatam notionem euoluere, tum quæ totius humani ingenii conditio ſit, ante oĩa inqrere & tentare oportet, & ex ea totius vitæ quaſi cęptus & ſemina inuitamentaq; colligere. Verum vt ad eã vſq; cognitionem peruenias, neceſſarium porrò eſt, vt aliarum quoque maximarum rerum & artiũ ſcientia, tinctus ſis & imbutus. Qui enim homo, ad totius vniuerſi formam fictus & expreſſus dicit̃: opus eſt, vt ad eius naturam exquirendam, in vniuerſum mũdũ, qui omnia continet & coercet, intueare. Et ea propter ſummus ille legũlator Moſes, & vt Panætius dicere ſolet, Homerus Philoſophorum Plato, quos ambos ſequutus & interpretatus eſt Indæus Philo, ſuam legumlationem orſi ſunt ab ipſius orbis & naturæ principatu. Quin & altiùs attollenda eſt cogitatio. Nam cũ Dei optimi Maximi effigiem, dedicatam in nobis, & quaſi conſecratam habeamus: cui dubium eſſe poteſt, quin, ſiquidem & nos, & mundum hunc intelligere velimus, ad ipſum fabricatorẽ & rerum oĩum opificem Deum adſcendere debeamus: quem quidõ ſi tota mente prehenderimus, inueniemus profectò, nõ vmbras rerũ & ſimulachra, ſed ipſas primas formas & ſpecies, q̃ Ideæ nominantur: quæq; impreſſę ac cõſignatæ in animis noſtris, efficiũt illas perpetuas commendationes ac præſcriptiones naturæ, quæ anticipationes & cões notiones vocari ſolẽt. Atq; hęc eſt cauſa, cur Moſes, Plato, Zaleucus, Charondas & alii ab iis Theologi, & veri rerum publicarum fundatores, libros ſuos ordiantur, ab ipſius boni, & diuinæ mentis explicatione: cui deinde ſubiiciunt, tum mundi totius originem & proceſſum, tũ hominis, qui quaſi nodus eſt oĩum, vitã & mores: nam his tribus, ut iam dictum eſt, perceptis, nihil eſt facilius, q̃ porrò de reliqua legũlationis parte, ſi modò vſus aliqs accedat & exercitatio, iudicare. Sed de primordiis, vt redeat, vñ deflexa eſt, oratio, & incunabulis principiorũ, ſatis. Nunc autem ipſa, quæ ex iis fluunt, principia, tripartitò diuiduntur, idq; ad ſimilitudinem rerum naturalium: vel enim ſunt vniuerſalia, vel generalia, vel particularia. VNIVERSALIA voco, quę per oẽm omnino naturã ſunt diffuſa, ſiue ea ſit animata, ſiue inanima. GENERALIA, quæ propria ſunt animaliũ, & ad eorum naturas accommodata: ſiue ea ſint mẽtè ac ratione prædita,

Source : BIU Cujas

dita, siue bruta. PARTICVLARIA deniq; , quę singulis rebus & actionibus, veluti nuptiis, tutelis, testamentis adhibentur: nam totidem ferme sunt principiorum particularium, quot sunt negociorum & actionum humanarum, genera. Sed hæc de vniuersis, nunc de singulis.

De vniuersalibus Principijs.

VNiuersalia principia, vel primaria sunt, vel secundaria. PRIMARIA sunt duo: Vnū, arg. c. nō satis. 85. dist. vt ea, quę mala sunt & noxia, fugiamus: Alterū, vt quę bona sunt & salutaria, prosequamur. Nā oēs res ac naturæ sic à primordio sibi ipsę sunt commendatæ, vt ea, quæ dissolutionem minantur, reformident: quæ conseruationem pollicentur, amplectantur & ambiāt. Atq; est id ita quidem cōparatum, ex ipsa totius vniuersi cōstitutione, quæ partim mentē boni oīs inuentricē: partim necessitatē, depultricē mali, habet authorem. Et ideo, si quis non insubtiliter, tū in totius Iuris, tum in singularū legum vim & rōnem inspiciat, reperiet nihil exstare qđ non, vel mali alicuius declinandi, vel boni ꝓstituendi cā, sit introductum. SECVNDARIA præcepta sunt. §. Iuris. Inst. de Iust. & Iure. tria. Honestè viuere: Alterū nō lædere: Ius suum cuiq; tribuere. Ideo aūt illo noīe fungūtur: quia quemadmodū primaria feruntur ex primis totius naturæ fontibus, mēte. s. & necessitate: ita ista secundaria, nascūtur à secundis, voluptate nimirum & dolore. Ex illis inter se mistis & ꝓfusis, exorit cupiditas & amor, vt est apud Platonē, qui duplex est. Si ęquabilis & tēperata est cōmistio, progeneratur diuinus ille & cęlestis amor, l. vt vim. §. & cum. ff. de Iu. & Iu. l. seruus. ff. de ser. export. qui ad liberalitatē, beneficētiā, pietatem, charitatem patrię, benemerēdi referendæq; gratiæ studiū, & ad participandū alium cū alio, nos inuitat: quiq; oīum communitatum & consociationū inter homines, cā est, & quasi vinculū. Si contrà sine iusta proportione & modo, fiat cōmistio: procreatur ille amor, qui terrenus dr, quiq; homines, in sui ipsius admirationem rapiens, oēm cōfestim amicitiam disrūpit, & humana pariter ac diuina peruertit. Etenim inferiorem animi partem, illecebris voluptatum, & libidinum titillatione pertentat, & à virtute detorquet. Superiorem, irarum flāmis, & contentionibus ac ambitionibus honorū accendit. Vtrāque simul, ita opum & pecuniarum cupiditate contrahit & inflāmat: vt homines, nullius amplius coniunctionis & amicitiæ memores, eos, quos tutari debent, desertos esse patiātur, & nihil amplius studii, operæ, facultatum, in medium afferentes, in illo se solùm collocent, vt cuiq; suum detrahere, sui emolumenti gratia, & omnes oīum vtilitates ad se traducere, & ad vsus suos adiungere, possint. Vt ne igitur hæc & hususmodi eueniāt, & tota hoīum cōitas inter ipsos euertatur: sapientissimè collatæ sunt nobis, tres illæ suprascriptæ præceptiones, quæ in animis nostris inclusæ, fœditatem oēm turpificatę mentis & ladem auferunt, & in rationis ac doctrinæ tanquam gyrum dedunt. PRIMVM præceptum, eā animi partem contrahit & coercet, quæ alacritate nimia gestire, & in oē genus cupiditatum effusior esse solet, curatq; ne quid in ciuitate, l. fœdissimam. l. etsi libidine. C. ad l. Iul. de adult. libidinosius aut dicatur, aut fiat. SECVNDVM ad eam refertur, quæ supra modum excandescere, & insolentiùs sese iactare cōsueuit, per quod ēt fit, vt iniuria, dolus, l. eleganter. ff. de dol. mal. fraus, rapina, vis omnis ac. l. exstat & tot. tit. ff. de eo quod met. caus. violentia cohibeatur. TERTIVM deniq;, caput ipsum malorū omnium auaritiam aggreditur, prohibetq; ne aut pactionum. l. 1. ff. de const. pec. c. 1. extr. de pact. fidem quis deserat, aut falsa. toto ti. ff. & C. ad l. Cornel. de falsi. instrumenta, testamentave supponat, aut dominiorum proprietates subuertat, aut alio tādem quouis modo, in res & possessiones alienas inuolet, & aliorū spoliis, suas facultates, copias, opes augere & amplificare contendat. Et sanè cùm primaria illa duo præcepta, rationis compotem animi partē, in qua prudentia & perspicientia veri, solertiaq; inest, instruāt: hæc tria secundaria, sic videntur constituta, vt ad tres reliquas virtutes inducendas, comparatæ videri possint. Quod enim dicitur: Honestè viuendum esse: nihil aliud, q̄ temperantiam, modestiā, verecundiam, continentiamq; significat. Quod Alterum non lędendum: excelsi ac inuicti animi magnitudinem, & humanarum rerum contemptionem, requirit. Quod Suum cuiq; tribuēdum: iustitiam ipsam desiderat: cuius vis & potestas in hominū societate tuenda, tribuendoq; suum cuiq;, & rerum cōtractarū fide, cernitur. Præter hæc aūt duo genera principiorū, nulla alia reperiūtur, quātum quidē ego iudicio, quæ vniuersalia rectè dici possint.

De principijs generalibus diuinis.

GEneralia prędcepta tripliciter diuidunt: vel enim diuina sunt, vel naturalia vel externa. DIVINA dico, quæ principē animi partem, quę mens vocatur, obtinent: suntq; homini, cum dijs immortalibus cōia. NATVRALIA, quæ ex inferioris animi & corporis temperatura emergunt, & tam beluis quodammodo, q̄ hominibus insunt. EXTERNA tandem, quæ foris & ex accidenti adueniunt, & subinde cęlestem, subinde terrenam hominis partem afficiunt. Nam si ipse homo, mente constat, vita, & rebus externis: item mundus, alius est diuinus & inaspectabilis, alius cęlestis, alius terrenus & corruptioni obnoxius: cui dubium esse pōt, quin & ipsa principia, quæ ex illis arripiuntur, & excipiuntur extrinsecùs, totidem quoq; numero esse debeant? Primùm autē videndum est de diuinis, quibus vitam & mores formamus, quæq; duo habent prima summaq; rerum agendarum capita. Prius est, c. quę contra. 8. dist. c. si is qui. 2. q. 3. vt Deum Optimum Maximū amemus, ex toto corde nostro, tota anima nostra, tota mēte nostra, totis viribus nostris. Posterius, c. debet homo. 23. q. 4. §. charitas, de pœn. dist. 2. vt alios vbiq; homines, non minore beneuolentia, q̄ nosipsos, comprehendamus. Ad hæc duo principia, redeunt omnia, quę vel Mosaicis tabulis, vel gentium & populorū legibus, vel Philosophorum & sapientum placitis, continentur. Qui puram perfectamq; religionem suscepit, non potest, §. charitas. de pœn. dist. 2. non à coporis obsequio indulgentiaq; discedere: & voluptatem, ac dolorem, sicut labē aliquam dedecoris, vnà cum tota carnis societate, eijcere. Qui sic est affectus aduersus totum genus humanum, vt non alios cōiunctos & populares, alios peregrinos & ignotos ducat, sed omnes æqualiter pro fratribus ac germanis colat: is nunquam committet, vt vel superbiùs se gerat, vel aliis prędponat, vel aliud deniq; quid agat, quod ꝓtra boni viri officiū, & cōem vitæ tranquillitatē & conuictū esse. d. §. charitas. videat. Quid multis? non peccabit vnquā in vllam partē, nec in vllo officio claudicabit, qui hisce duobus muneribus suborna tus, in vita deget: non indigebit aliis virtutū & vitiorū præceptis, quibus ad oēs vitę vsus & partes sibi prospiciat. Hisce eīm duobus, oīa inclusa & inscripta sunt, quæ tota passim natura, vel inueniri, vel ēt excogitari possunt. Sed qm̄ tñ, tāta est humani iudicii corruptio & caligo, vt oīa quę rebus insunt, ingenii sui acie peruadere, & in lucem eruere sua sponte nō ppssit: facturus mihi videor operę precium, si ipsius Dei prędscriptionē in c. meretrices. 32. q. 4. Decalogo sequutus, paucis exposuero quinq; illa præcepta, q̄ ex primo à nobis ꝓpolito principio, & itē altera quinq; ; q̄ ex scdo proficiscātur. Ad Dei amorē in animis nostris ꝓciliandū, primū opus est, vt eū agnoscamus: deinde, vt verū eius cultū teneamus: tertiò, vt eos, quos diuinis honorib. affici voluit, quosq; tanq̄ vicarios sibi cōstituit, nō ignoremus. Quātum ad primū attinet, illud oīum mentibus, qui modò nō immanes sunt, & hoīem ex hoīe exuerūt, infixum, & quasi inscriptum, l. vt erga. ff. de Iust. & Iur. est esse aliquē cęli & terrę Regē, qui suo nutu solus cuncta ratis ordinibus torqueat, cuiusq; vi, natura, rōne, ptāte, numine, bona oīa procurent ac fiāt: Atq; hæc prędscriptio tā est illustris, tamq; clarè micat in animis nostris, vt nulla vnquā gens, neq; tam fera, neq; tam barbara fuerit, quæ non eius admonitu, ad religionē, si nō pfectā, saltem aliquā, semper sit cōmota. Et sanè si ueri rerū ponderatores ac æstimatores esse uelimus, legum oīum & rerum publicarum fundamentum, in eo solùm. l. inter claras. C. de sum. Trin. & fid. cathol. cōsistit, ut putemus semper nobis prędsentem Deū, qui omnium nostrarum non solùm actionum, uerumetiam cogitationum, testis sit, & arbiter. Nam si quis fortè talis reperiatur, qui uel propter immanitatem, Cyclopum more, uel sua sapiētia cōfisus, Gygantęa quadam audacia, religionē oēm respuat, & nō ipsius numinis arbitratu, sed cæco & fortuito casu, omnia uolui & ferri existimet: nō p̄t fieri, ut nō is, impunitate propolita, & sublato suppliciorum metu, si modò id fructuosum sibi fore putabit, leges oēs negligat, ac perrūpat, & sui cōpendii lucriq; gratia, totā cōitatem & cōiunctionem hoīum peruertat. Prætereà, etiā si quis Deum aliquem esse quidem arbitretur, sed errore lapsus, eum pro Deo colat, qui non est: non poterit tñ euitare, quin in summū rerum oīum periculū & discrimen deducatur. Nā si, quēadmodum à sole, lumē oculorū haurimus, sic ab uno solo Deo, ueri uidēdi cognoscēdiq; facultatē accipimus: quo tandē pacto, aduerā instituędę capessendęq; Reipublicę rōnem ac normā p̄ueniet ille, qui ingenii & mētis aciem, diuinis illis & ęternis radiis non hēt illustratam? Imò uèrò per cōtrariū, necessariū est, ut altissimis insciticę tenebris circūfusus, nunc his, nūc illis opinionū uanitatibus impleat̄, & qđ ei ꝓfs est, ad oē genus flagitii, turpitudinis, sceleris, libidinis, ut author est Diuus Paulus, & ad miserrimū tandē & cerciſſimū interitū, detrudatur. Vt ne igitur hmōi quid accidat, & animi nostri, certis ꝓpositis notis, & indiciis, liberari error poſſint, & diiudicare qs reuera Deus sit, qs nō sit, pulchrè dr̄ initio decalogi: EGO SVM IEHOVAH DEVS TVVS, QVI EDVXI TE DE TERRA AEGYPTI, DE DOMO SERVITVTIS. NON HABEBIS DEOS ALIENOS CORAM FACIE MEA. Ille quippe solus Deus est, qui contra omnem ordinem & progressum naturę, aquas in sanguinem conuertere: fructus terrę, inductis ranis, uermibus, insectis & locustis, cōsumere; aerē fulguribus, tonitru, & grādine turbare: ipsum solis lumē inuectis tenebris, eripere: oīa passim animalia, cum hoībus ipsis, uel ulceribus affligere, uel morte multare p̄t. Ille se dn̄m & rerū omnium principem ostendit, qui undas maris ad transitum prębendum sistere, & in speciem murorum deducere, qui aquę amorē iniecto ligno mitigare, qui panem & coturnices de cęlo mittere, qui de petra fontium scaturigines, & aquarum perēnitates elicere, qui hostē numerosum exiguis, vel potius nullis copiis, fundere & fugare pōt. Hęc igitur sunt euidentissima, & ipsa meridiana luce clarioriora signa, quibus ipsum Deū, & primū rerū architectū, agnoscere possimus, qđ primo loco diximus necessariū. Iam autem,

Source : BIU Cujas

autem,quãtum pertinet ad verum ſyncerumq; cultum,tres ſunt in vniuerſum gradus,quibus totus continetur. Vnus eſt,animi & mentis:Alter,oris & orationis:Vltimus,vitæ & morum,de quib. ſingulis,ſingula ſunt prodita præcepta. Mentis & cogitationis ꝓprium eſt,diuinam ſubſtantiã & maieſtatem ſuſpicere, admiratique in ea,primas illas rerum adſpectabilium ſpecies, quæ Ideæ ſiue formæ dicuntur, quæq; longiſſimè abſunt ab oĩ contagio corporis,quemadmodũ & ipſe Deus,quem oẽs inſtinctu naturæ ſcimus,non corporis,ſed mentis tm̃ oculis cerni & coli poſſe. Atq; hinc quidem ex contrario licet ęſtimare,q̃ longè lateq; aberrent à vero Dei cultu,quamque grauiter aduerſus eum delinquãt illi, qui numen illud ineffabile, & quod ne mẽte quidem capi poteſt, in rebus hiſce fragilibus,& ſolos ſenſus commouentibus,c. Idololatriæ.28. q.1. quærunt. Vt igitur ab illo nobis caueamus, & ad puram perfectamq; diuinæ maieſtatis contemplationem erigamur,rectè dicit in decalogo:NON FACIES TIBI SCVLPTILE,NEQVE SIMILITVDINEM EORVM, QVAE SVNT IN COELO SVRSVM, NEC QVAE CVNQVE IN TERRA DEORSVM,NEC QVAE CVNQVE SVNT IN AQVIS SVB TERRA, NON ADORABIS ILLA, NEQVE COLES.Si eñ tres ſunt cuiuſq; rei formæ: Diuina,qualis eſt in homine animus, qui perpetuus & eſſentię reuera particeps eſt:Humana,quale corpus, quod diuturnum, & ab omni eſſentia non omnino alienũ: aſſimulata,qualis vmbra ſiue imago,quę momẽtanea eſt, & nullam,ne minimam quidem diuinæ eſſentiæ particulam poſſidet:ſi inquam hæ tres ſunt cuiuſq; rei figuræ: quæ poteſt quæſo maior, d.c.idololatria.iniuria offerri,q̃ ſi neglecto & vltro repudiato animo,inanem vmbram quis arripiat,&, vt eſt in fabulis, nebulam pro Iunone colat. Non poteſt perfectò fieri, vt nõ ſtatim omnis religio in contemptum abeat,maleq; pactionum & iuriſiurandi fides conſeruetur,apud eos, apud quos huiuſmodi portenta, vel potiùs monſtra deorum recipiũtur. Ergo primum diuini cultus præceptum eſt, vt in veram Dei ſubſtãtiam inſpicientes, toto eũ, quod dr̃,pectore amplectamur,& ad intima diuina diuinę maieſtatis & eſſentiæ penetralia contendamus.Iam autem ſecundum eſt,vt cuius mente ſumus contemplati ſubſtantiã,eius ore & oratione ſapientiam,nomenq; ſanctum celebremus,& in vulgus ꝓfiteamur.Nam cùm ſermo nihil ſit aliud,q̃ imago quædam,& vt ita dicam,ſoboles mentis:nõ poteſt fieri,vt qui animum habeat, diuinarum cogitationum nectare,inebriatum:nõ geſtiat & exultet ſubinde gaudio,& in carmẽ aliquod diuinum,diuinumq; ſermonem prorumpat: qua re, non dico in terris, ſed nec in omni cœlo, florentius quidquàm aut pręſtabilius,aut etiam magnificẽtius inueniri poteſt.In hoc tam diuinum præceptum,directò peccant illi,qui ſanctiſſimum Dei nomen, vel ore ſcelerato execrantur,vel periuriis ſuis ac mendaciis aliisq; impiis, falſis, ac futilibus profanant. Nam tantum ineſt rei, ſua ſpõte ſcelus,vt animus vel ſola talium hominum mentione cohorreat,& natura, non tantum prolationem,verumetiam auditionem reformidet. Ne igit̃ tale quid committatur,ſed omni potiùs laudum genere,nomen Dei cumuletur, ordine ponitur in decalogo: NON ASSVMES NOMEN DOMINI DEI TVI IN VANVM,quod quidẽ præceptum ſequuti noſtri legumlatores, ſanctiſſimè, & ad Rẽpublicam ſtabiliendam ſaluberrimè ſanciuerunt: pœnis omnibus, & ſuppliciis òbligari eos,q vel Vid.not.in l.j.C.de reb. cred.l.ſi duo. §.vlt.ff.de iureiur.periuriis,vel magicis.l.nullus.l. eorum. l. multi. C.de malef.& math.ſuſurris,vel ludicris,vel fabuloſis,vel aliis deniq; vanis & inanibus rebus, mentionem Dei Optimi Maximi, adiungunt.Atq; hæc ſecunda lex, de diuini officii cultuſq; ratione.Nunc verò tertia porrò eſt, vt cuius ſubſtantiam mente venerati ſumus,cuiusq; ſapientiam verbis collaudauimus:eius virtutẽ inſuper & bonitatẽ,admiremur,& quod verè amantis eſt, quoad eius fieri poteſt,re ac factis imitemur. Hoc enim illud ipſum eſt, quod abſolutum perfectumq; cultum efficit, quodq; cõſummato ferè operi,apicem & extremam manum imponit. Illum autẽ reuera dicimus diuinarum rerum admiratione commoueri,qui ab aliis omnibus feriatus, in earum tm̃modo cõtemplatione defigitur. Illum verò imitatorẽ diuinæ virtutis & bonitatis,qui ſubinde in actione & negocio, tum diuino, tum humano verſatur, ſubinde in vmbra & otio diuinæ tranqlitatis & quietis deliteſcit. Nam quemadmodũ Deus,cęlum ac terras fabricatus,poſtmodũ interquieuit: ita ẽt nos,certo laborũ dimẽſo ac munere peracto, otiũ capeſſere,& ad diuinę machinę conſiderationẽ,cum gratiarũ actione,nos conuertere, debemus. Ad eã vtiq; rem, datæ ſunt à natura,requietis & laboris,ſomni & vigiliarũ,viciſſitudines:indeq; profectum eſt,vt certis feſtis ac feriis conſtitutis,intermiſſiones laborũ & quaſi pauſę quædã, ſiue reſpirationes ſint inductæ, hocq; ipſũ tãdẽ eſt,quod p̃ſcribit decalogus. MEMENTO VT DIEM SABBATI SANTIFICES, SEX DIEBVS OPERABERIS, ET FACIES OMNIA OPERA TVA, SEPTIMO AVTEM DIE, SABBATVM DOMINI DEI TVI EST. Violant aũt grauiſſimè præceptum iſtud,qui oĩno ſe remouẽt à negociis, & ad otium perfugiunt,nihil curãtes nec diuini nec humani, nihilq; in cõe conferentes,nec ſtudii,nec operæ,nec facultatũ. Prętereà,qui non otiũ perſequũtur quidẽ,ſed turpibus,auaris,& ambitioſis ſtudiis inuoluunt̃,quiq; àdeo multis occupãtur, vt nullas à rebus ſuis ferias,aut intermiſſiones facere poſſint: cũ eadẽ iniuſtitia conflictantur.Nã illa res vſq; eò progreditur,vt ſuis aſſiduò ſordidibus inhęreſcentes, nec ſomni quidem tp̃s,quod naturaliter ad refectionẽ animi eſt indultum,liberum & tranquillum habeant,nihilq; vnquam,quod diuinum,magnificum, & amplum ſit,admirentur ac agant.Quibus rebus fit,vt vel ad paſtum & voluptates corporis abiecti,feri & immanes euadãt:vel ſua falſa futiliq; ſapientia elati,diuinorum operum & munerum fiant contemptores.Quod quidem peccatum,cùm in apertam & manifeſtam Dei virtutem committatur:extremum eſt in malis, & tam altè in omni ſenſu, & tãquam venis medulisq; animi implicatũ inſidet,vt nec ignibus vnquam exuri,nec vlla temporis diuturnitate expurgari,aut elui poſſit: adfertq; tantam cladem Rebus publicis, vt oẽm earum ſtatum & firmitudinem ab ipſis fundamentis confeſtim euertat:& leges oẽs ac ſanctiones, ſua contumacia demergat. Hæc de agnitione & vero Dei cultu. Vt autem quod tertium eſt,non ignoremus eos, ad quos diuinos honores adhiberi Deus voluit,quosq; ſibi quaſi vicarios in rebus humanis cõſtituit:ſcire oportet,hominem partim æterna & immortali quadã natura,partim verò fragili & in ꝯcaſu poſita,prędituũ eſſe. Priorem autem ab illo hauſit & arripuit, qui ſumma & princeps cauſa eſt oĩum.Poſteriorem ab eodem quidem, ſed adminiſtris minoribus, vt loquit̃ Plato,diis ac dęmonibus,tãquam naturalibus & mediis interiectis cauſis.Hi ſunt pater & mater, qui nos in hãc lucem ediderunt:ſunt patria & patriæ leges,quę nos exceperunt: ſunt magiſtri & doctores,qui nos erudierunt:ſuntq; alii permulti,qui vno communi nomine parentes appellantur. Hos autem omnes coli & obſeruari, ideo Deus voluit: quia cũ ortus noſtri aliquam ſibi partem vendicent, cumq; malis depellendis, & bonis adiiciendis,ſuum nobis officium exhibeant: conueniens eſt, & ad grati animi officium pertinens, vt pro beneficiis acceptis, aliquid recipiant,& in minorum,& tanquam corporatorũ deorum numerum à nobis reponantur.Nam quemadmodum ſummo illi Principi,qui ſempiterna & immortalia nobis cõfert,immortales:ita iſtis,qui caduca & mortalia largiuntur, mortales illæ quidem,ſed magnæ tamen gratię §.ſi vero exſpectet. Auth.de nupt.§.2.Inſt. de nupt. debentur. Atq; hoc eſt, quod in extremo prioris tabulæ decalogi p̃cipit̃: HONORA PATREM TVVM ET MATREM TVAM, VT SIS LONGAEVVS SVPER TERRAM: Nam etſi primi parentis, hoc eſt Dei reſpectu, oẽs inter nos ęquales & fratres ſumus,attamen intuitu ortus & occaſus,alii aliis ſunt ſuperiores:& neceſſarium eſt, vt ad eos ſi non diuinos, ſaltem quaſi diuinos honores adhibeamus.l. ſemper.ff. de Iur.immun.Nec poteſt fieri,vt vel ad ipſius Dei,qui videri nõ p̃t, religionem excitentur: vel in vllo vitę officio diu permaneant: qui eos,quos oculorum ſenſu quotidiæ comprehendunt, quoſque oĩum actionũ ſuarum & negociorũ rectores habent,aſpernãtur.Plato è Titanum genere ſtatuit eos, qui quemadmodum illi Ioui:ita maioribus ſuis, quales ſunt parentes, dñi, magiſtri,ſeniores,nobiliores,potentiores, & ſorte in magiſtratus electi,arma mouere ac contrà ferre non verentur. Verùm de iis quinq; præceptis,quę ab illo principio,quod de Deo eſt,oriuntur, hactenus.Nunc quãtum ad illa,quę ab eo,quod de rebus humanis eſt, proſluunt,& altera apud Moſem tabula cõtinentur,ante oĩa prę monendum eſt,tanta homines coniunctione ſeu potiùs cognatione l.vt vim.ff.de Iuſt.& Iur.inter ſe teneri:vt nihil tota natura exſtet copulatius:& adeò quidem, vt non ſolùm alterũ alteri inſidiari ſit nefas verumetiam vt vnus aliquis per ſe ſaluus eſſe non poſſit,niſi oẽs ſimul ſint ſalui,qui mutuis vltrò citroq; beneficiis dandis & accipiendis iuuentur.Atq; id quidẽ cũ ita ſit, conſequit̃ porrò,nihil opus eſſe,ſeparatim de officiis aduerſus alios,& ſeparatim de his,quę quis apud ſe pręſtare debet, præcepta proponere. Nã vna & eadem planè eſt vtilitas vniuſcuiusq;, & vniuerſorum:vnum & idem debemus aliis,& nobis ipſis. Cæterùm,cùm in eam partem magis,quæ alium,q̃ quæ noſipſos attingit, peccare videamur: commodius & vtilius eſt, ad illa officia,quę aliis, q̃ quę nobis exhibere debemus,ſermonem dirigere. Conſtat ergo tota horum officium ratio,tribus in vniuerſum ordinibus.Vno, rerum externarum & actionis in vita, quãtum quidem ad cõem & popularem vitam attinet;Altero,rationis & orationis, quantum ad ciuilem:Tertio deniq;,mentis & cogitationis, quantum ad diuinam & perfectam. Nam quemadmodũ in ſupradictis præceptis paulatim fit progreſſio à diuinis ad humana:ita per cõtrarium,in his adſcenditur pedetentim ab humanis ad diuina: vt ſcilicet ſic fiat mutua vltrò citroq; connexio,& diuinorum cũ humanis,& humanorum cum diuinis colligatio. In vita cõi & populari ſummum & maximũ eſt,ut nos cõitatemq; noſtram viuere ac ſupereſſe velimus:ad eamq; rem, oẽm operam ac laborem noſtrum,referamus.Nam qui ſic ſe inſtituũt, vt peſtem aliquam Reipublicę adferant,patriamq; ſuam oĩ ſcelere lacerent: legem oẽm humani generis prodũt,ſuntq; ad eorum coertionem, oĩa legis Iulię,ff.ad l.Iul.ma.Põpeię, ff.ad l. Pomp. de parr. Cornelię, ff.ad l.Corn.de ſic.& aliarum infinitum legũ iudicia excogitata: hocq; eſt,quod in ſecundę tabulę principio edicitur:NON OCCIDES.

Source : BIU Cujas

CIDES.quasi scilicet osores sint tum ipsius Dei, tum naturę, qui vel se,vel alios perditos volunt: quiq; non potiùs omnibus semper curis & cogitationibus in hoc incumbunt,vt quemadmodũ prima naturæ data præcipiunt,viam'inueniant,qua seruare mortales, & omnibus vitæ præsidiis augere possint.Hoc ergo primũ. Secundum autem,in eodem ordine est, vt non solũ nos velimus esse,verumetiam in perpetuum supereſſe:estq; ea appetitio,naturaliter coniuncta cum superiore. Nam id reapse vix esse dicitur, quod aliquẽ sui finem & terminũ exspectat. Sed quoniam hisce rebus inferioribus denegatum est, in eodem semper statu & loco perdurare:procuratum est à summo Deo, vt maris & fęminæ coniunctione c.Ius naturale.i.distinct.constituta,& propagandæ sobolis cupiditate iniecta,per liberorum successionem, quędam quasi æternitatis species adumbretur. Vt igitur hæc ipsa procreatio & educatio prolis,rectè & ordine procedat, neve totũ genus humanum,vna cum ipsis hominibus intercidat, propositum est præceptum:NON MECHABERIS: Et meritò quidem:quia nisi vagus concubitus refrænetur, & certa nuptiarum matrimoniorumq; iura describantur,non põt fieri,vt vllus omnino fętus aut partus,propter confusionem proferatur: videnturq; præsentem tum sibi,tũ Reipub.occasum machinari, qui in huiusmodi tã fœdas,tamq; spurcas libidines proni ruentes, à nullis porrò generibus turpitudinũ se reuocant. Atq; hoc de secundo præcepto. Tertium autem & vltimum est,vt qm̃ nos, nostramq; sobolem conseruari,natura iubet & imperat, ea insuper paremus & conquiramus nobis,quę ad eam rem destinata sunt à natura,& hoĩum generi tributa. Nisi enim pastum,cultum, latibula, supellectilem,& alia similia habeamus,eaq; sic posideamus,vt ab aliorum iniuriis & rapinis tuta sint:non põt fieri,vt non in dubio sit,vel societatis nostræ cõitas,vel etiam ipsa vita.Et hoc est,ad quod tendit præceptum:NON FVRTVM FACIES: Nam qui ad eum vitæ modũ se componunt,vt ex aliorum spolijs suum lucrum & compẽdiũ quærant,vtq; alienas facultates & copias,quæ ad hoĩum vsus,terræ fœtu profunduntur,ad se per dolum malum deriuent:nõ minori odio digni sunt, q̃ qui suprascriptis duob. modis delinquũt: Si enim cõis vitæ ratio,partim cõiunctione maris & fęminę,partim concordi & amico conuictu, partim rerũ distinctione & cõmercio,continetur: cui dubium esse potest, quin rerum & commerciorum perturbatio, non in minorẽ reprehensionem, q̃ cõuictus,& matrimoniorum,incurrere debeat? Huc pertinet. ff. de furt.vi bonor.rapt.ad l. Aquil. cum simil. Sed hæc sufficiat dixisse de illis tribus principiis humanis, quæ popularem hãc,& inferiorem vitam instruunt, quæq; irarum, libidinum, & auaritiæ indomitas cupiditates & flammas restinguunt. Nunc sequitur de illo consortij humani vinculo, quod propiùs naturã attingit humanam, quodq; consistit in orationis & sermonis diuina facultate. Hanc constat ad nullam aliam rem,mortalium generi collatam esse,q̃ ad ciuilis societatis,& cõem omnium hominum.l.laudabile.C.de aduocat.diuers.iud. salutem, idq; siue sensum & cõceptũ animi nostri simpliciter explicemus,quemadmodum in cõi conuictu fieri assolet:siue via quadam & ratione doceamus,veluti cũ vel veras opiniones in animos auditorum infundimus,vel contrà,prauas,interrogationum quasi facibus admotis exurimus: siue deniq; in permouendis & flectendis in oẽm partẽ animis versemur, vtputa cùm fusa latiùs perpetua oratione, vel totum aliquem populum regimus,vel leges stabilimus,vel castigamus improbos,vel tuemur bonos vel adhortamur ad decus,vel reuocamus à flagitio,vel facta deniq; ac consulta fortium, & sapientum hominum,cum improborum ignominia,sempiternis(vt inquit ille)monumentis prodimus.Mirũ profectò dictu est,quanta orationis vis sit & potestas,quantumq; in regenda ciuitate, honoris illi,& dignitatis tribuatur. Sed quanto melior & præstantior est integra,tanto pernicioſior & detestabilior est corrupta,estq; nihil in omni vita pestilentius,q̃ si sermo hoĩum,& maximè quidẽ in iudiciis,in quibus potissimum veritas exquiritur, C.plus valere quod agi.vid.not.in § tam diuus.Insti.de testam. cum vanitate ac mendacio sit coniuncta.Et eo quidem pertinet prȩceptum illud: NON LOQVERIS CONTRA PROXIMVM TVVM FALSVM TESTIMONIVM. Nam si fides,idest dictorum cõuentorumq; constantia & veritas,fundamentum est naturaliter omnis Iuris Vid.l.1.l.Iurisgent.§.pact.ff de pact. l.1.ff.de loc.pub.fruend. c.peruenit extr.de Iureiu. & iudiciorum, nec quicquam est quod vehementiùs ciuitatem contineat:necessarium est,vt eo subtracto,omnis statim iustitia concidat,& totam deinceps totius Reipublicæ ruinam secum trahat. Supereſt ea pars, quæ intima & in abditissimo recessu mentis collocata est. Nam parum est popula res virtutes & ciuiles obtinuisse,nisi Philosophicæ quoque accedant,quæ ad arcem ipsam rationis ac intelligentiæ peruadũt. Sũmum igitur & absolutissimum, & ad Rempublicam moderãdã, ante omnia,vt probat Plato,necessarium præceptũ est: vt ad sui ipsius cognitionem quisq; accedat, nihil omnino appetẽs eorũ, quæ aliorum vel naturis,vel facultatibus sunt appositа.Nam qui sic se componunt,vt se suamq; naturam penitus explorent, necessaria quadam rerum serie,qua alia ex aliis nectuntur, eò tandẽ perueniunt,vt videant nos eodem patre prognatos,oẽs pares & similes esse,& non tam rebus ipsis,q̃ stationum quibusdam interuallis,in hoc vitæ quasi præsidio differre:qbus perspectis, & illud porrò attendit, non solum contra officium, verumetiam cõtra naturam facere eum, qui maiore seipsum charitate, q̃ fratrẽ suũ, cum quo vnus & idem est, comprehẽdat:quiq; propria statione, quam cõis Pater & Imperator assignauit,derelicta,in eas quę aliorum sunt inuadat, & nunquam suo se pede, quod dici solet, metiatur. Atq; hoc est quod vult decalogus dum dicit:NON CONCVPISCES DOMVM PROXIMI TVI, NON DESIDERABIS VXOREM EIVS,NON SERVVM, NON ANCILLAM, NON BOVEM,NON ASINVM,NON OMNIA QVAE ILLIVS SVNT. Quasi scilicet signum sit intemperantis animi,& non satis nec totam hominis naturam, nec se suumq; ingenium intelligentis,affectare ea,quę aliis sunt attributa,& a propria tum natura,tum facultate seiuncta.Nam per cõtrarium, qui primùm vniuersam hominis,deinde suam naturam pertẽtauit, ad omnia vitæ genera idoneus est & accommodus.Quia enim totam hoĩs naturã cognouit, vtiq; intelligit, qua ratione hoĩes priuatim publiceve tractari,& pari semper pietate coli,debeãt. Quia id, quod sibi & aliis specialiter collatum est,animaduertit: nõ appetit, nec errore,nec cupiditate,aliena:sed suis contentus,& totus aptus ex se,suam (vt aiunt) Spartã colere & ornare nititur. Atq; his rebus, cum non dico potissimùm,sed solum constet Respublica:§. Iuris prȩcepta,in verbis suum cuiq; tribuere.Inst.de iust.& iur.§.vlt. Inst de his q sũt sui vel al.Iur.efficitur,vt hoc prȩceptũ, quo nos ipsos noscere iubemur,non solùm intimum in hoĩe,sed & in oĩ Republica perfectissimum euadat. Vnde factum est, vt non hoĩ alicui,sed Apollini Pythio sit adscriptum. Præterea, cùm noscere seipsum nemo possit,nisi qui ad ipsius Dei,cuius homo circunfert imaginem,agnitionem adscendat:rectè quoq; possumus dicere,præceptum istud, tum conclusionem, tum nodum omniũ prȩceptorum esse: vtpote quod perpetuo quodam & indissolubili vinculo, humana cum diuinis, & rursum diuina cum humanis connectat,& cunctarum virtutum, quibus Reipublicæ rectio continetur, quasi carmen efficiat. De diuinis igitur,siue moralibus præceptis,hactenus.

De generalibus principiis naturalibus.

NAturalium siue humanorum principiorum ratio latissimè quoq; patet: nam quemadmodũ ex superioribus diiudicamus,qd in quaq; re bonũ, quid malũ, quid vtile qd inutile sit: ita ex istis intelligimus,qd in rebus possibile, qd impossibile,quid facile,quid difficile sit. Non esse alteri per alterum iniquam conditionem offerendam,l.non debet.ff.de regu. iur.non esse arma in acie abiicienda,l.omne delictum.§.qui in acie.l.qui commeatus. §.1.ff.de re mili .non esse libidinoſe & incontinenter uiuendum, per moralis quidem philosophiæ principia probatur:Cæterùm, cp duo eãdem rem in solidum possidere non possunt,l.3.§.ex cõtrario.ff.de acquir.poss.cp uini,olei,tritici non est ususfructus, l.1. ff.de us.earum rerum quæ us.cõs.cp illa res eadem permanet,quæ antiqua seruata specie,minimas suas particulas tantũmodo mutat,l.proponebatur.ff. de Iud. cp incorporalium nõ est possessio; nulla alia, q̃ naturæ norma ac regula dignosci potest. Estq; horũ principiorum tam magnus & frequens in iure usus,ut nullo modo perfecti iureconsulti nomen sustinere possit,qui eorũ cognitione non sit instructus. Nam quid ego nũc de Pericle dicam ? q quantum ex hisce studiis ad regendam tenendamq; rempublicã in forum attulerit,uulgò notius est, q̃ ut hic pluribus cõmemorari debeat? Pleriq; quidem omnes ab iis deterentur,partim quia spinosa, partim quia longiusculè à cõmuni iuris & rerum forensium usu recedere uidentur : sed nos pluribus exemplis ex omni passim iure ciuili petitis, partim id quod abscõditum in ijs est & obscurum,illustrabimus:partim id quód remotum & longè positum uidetur,propius adducemus, & quod præcipuè quęrimus, ad iuris apices & subtilitates ualde pertinere docebimus,interiorem de rebus naturalibus tractationẽ, ipsis ut oportet Physicis, maiore ex parte relinquentes.Diuidam aũt principia naturalia,si priùs aliquid dixero,tum de ipsa natura, tum de principiis rerum naturalium,& causis.Est autẽ natura nihil aliud, q̃ ordinarius rerũ cursus,qui à primo motore Deo, ratis & certis ordinibus cietur,cuique omnes parere & obedire necessariò debemus. Veluti cum dicimus,Secundum l.secũdum naturam.ff. de condi.indeb. naturam esse,commoda cuiusq; rei sequi eum, quem sequuntur incommoda:Naturalem rationem, authoritate senatus mutari non posse.l.2.ff.de usuf.earum rerum.Naturam nõ pati,ut tu stare uideare in eo loco,in quo ego sto.d.l.3.ff.de acq.poss.Per rerũ naturã fieri non posse, vt filius patrem ætate antecedat, & si qua sunt similia, quę cõi rerum progressũ incedunt. §.minorẽ,Insti. de adopt.Cęterùm si qua sunt, quę præter illum ordinem & cõmunem seriem accidunt:ea inter naturalia censeri non debent: sunt enim uel diuina,l.si merces.§.uis maior.ff. loc. uel monstra, uel ostenta,ostentum.ff.de uerb. sig.uel portẽta,uel fortuita, uel miracula,uel necessaria,uel fatalia,l.1.C.ad l.Corn.de sic. uel uoluntaria, uel artificialia, uel alia deniq; de genere eodem, in quibus longè alia habetur iuris ratio q̃ in naturalibus. Aliud enim est ui maiore,uel casinate rem amittere : aliud naturali interitu:

l.cum

Source : BIU Cujas

l.cum res.§.ult.ff.de leg.1.l.ſi plures.§.ult.ff.depoſ. Aliud mõſtrũ edere:aliud integrum partum.Alia eſt cõditio caſualis:alia poteſtatiua : Aliud fortuito caſu d.l.j.vel compulſũ l.1.C.vnde vi. neceſſitatis occidere:aliud dolo malo: Aliud ius patrię poteſtatis in naturali filio : aliud in adoptiuo: Aliud deniq; in omnib. non naturalibus:aliud in ijs, quæ ſecundum certum naturæ ordinem & progreſſum accidunt,quod & diligenter annotandũ eſt.Principia rerum naturalia,in duas res diuidũtur:Altera efficiens dr̃,noſtri formam vocant: Altera quaſi huic ſe præbẽs,ex qua efficitur aliquid,quæ vulgò materia vocat̃.Illi,qm̃ vis quædam ineſt mouendi & efficiendi : patris nomen eſt impoſitum à Platone:huic,qm̃ materia,quæ accipiẽdi & quaſi patiendi naturam habet,matris.Atq; ex his duobus initiis, cõſtituũtur oĩa, quæ vel corpora,vel qualitates quædam nominantur. Nã neq; materia ſua ſponte cohærere , aut in certam figuram coaleſcere poteſt,niſi vi aliqua contineatur,à qua formam accipiat:neque etiam vis ipſa eſſe poteſt,niſi in materia ſit,in qua tanquàm in ſubiecto hęreat.Enimuerò ab his oriuntur multæ & variæ in iure diſputationes,quæ ſunt tum de forma & ſolennitate,in teſtamentis condendis,in nuptiis contrahendis,in actionũ & ſtipulationum formulis, C.de formul.ſub.concipiendis,in ſacris: tum de materia & re ſubiecta,in mutuis l.2 § 1.ff.ſi cer.pet. pecunijs,in vſufructu, §. conſtituitur Inſt.de vſuf.in acquiſitionibus dominiorum, in iudiciis:tum de ſubſtãtia,& ijs quæ adminiculantia ſunt,in emptionibus & venditionibus,l.pacta.ff.de contrah.empt.in nudis pactis,in vltimis voluntatibus,in acceptilationibus:l.an inutilis.ff.de acceptil.tum deniq; de ortu & occaſu,& vnius ſpeciei in aliam trãsfuſione , in ſtipulationibus perpetuã conceptis,l.ſi vnus.§.vlt.ff.de pact.in codicillis,in negociis contrahendis,in pactis de non petendo,& aliis ſimilibus. Nam tota hæc ratio tam latè patet per vniuerſum ius ciuile , vt nulla ſit eius pars,quæ illa vacare,& ſine eius cognitione perſpici poſſit.Cauſæ rerũ naturalium varias hñt differentias & figuras.Primùm:Alię rem efficiunt,quemadmodum teſtator,& lex,§.permiſſum,Inſt.de tutel.tutores:Aliæ finem continent,vt perſecutio eius quod intereſt,obligationis verborum:l.ſtipulatio.§.alibi.ff.de verb.obl.Aliæ materiam prębent,vt in mutuo res fungibiles:§ 1.Inſt.quibus mod.re.Alię formam circumijciunt,vt cõceptiones verborum ſtipulationibus.§.in hac.Inſt.de verb.obl. Prætereà,Aliæ ſunt generales,quæ multis ſpeciebus accommodari poſſunt:Alię ſpeciales,quę vni tantum.Nam cp mulier nullum officium publicum gerere poteſt, excludit illam non ſolũ à magiſtratu,verumetiam à iudiciis, interceſſionibus,& aliis ſimilibus.l.1.ff.de reg. Iur. Verùm cp ſine fraude filiofamilias mutuum dari non poteſt,nihil aliud quàm Macedonianum beneficium ſub ſe,l.1.ff.ad Maced cludit.Quin etiam, Aliæ ſunt,quę remotiores & longius poſitæ dr̃:Aliæ propinquæ. Nam actionis ex empto,propinqua cã eſt obligatio,remotior,contractus, Prætereà,Alię proprię ſunt & ad ſuum effectum deſtinatæ:Alię impropriæ & ad aliud deſtinatæ.Condictio certi in mutuo,propriam & ad hoc directam habet cãm : Condictio indebiti, non propriam:nam qui diſſoluendi debiti gratia dat,ex accidenti & præter opinionem acquirit ſibi obligationem.l.ſi is qui.§. vlt.ff. commod.Iam verò, Aliæ ſunt quæ opere perfecto ceſſant: Alię perpetuò ad hęrent rei quam efficiunt.Commodato ſemel cõtracto,nihil mutat contraria voluntas:l.incõmodato.§.ſicut.ff. commodat.in precario & ſocietate,mutat:l.j.ff.de precar.§.manet.Inſt.de ſoc.Nam commodatum dans architecto , precariũ Muſico ſecundum analogiam eſt ſimilis:Porrò,aliæ cauſę ſunt quæ ſuadent & impellunt:Alię,quæ cogunt & neceſſitatem ingerunt.Prioris generis eſt improbitas Carfaniæ, quæ cãm dedit Edicto de ſublatis poſtulationibus mulierum.l.1.ff. de poſtul.ſimile in l.j.ff.ad Maced.Poſterioris,imbecillitas ſexus muliebris, ex qua natum eſt,l.ſi ſine.C.ad ſenatuſconſul.Velleian. SC.Velleianum.Ad hęc,Aliæ ſunt principales,quæ proprie vereq; rem efficiunt,vt de precio conuentio emptionem & venditionem. §.1.Inſt.de empt.& vend.Alię, quæ naturam quidem efficiendi non habent, ſed ſine quibus tñ effici non poteſt,quę adminiculantes dr̃,vt res,ſine qua nulla eſt emptio:l.nec emptio.ff.de cõtrah empt.Deniq;,Aliæ ſunt vltimæ,ſiue ſummæ, vltra quas nihil amplius quęri poteſt,vt cùm dicimus:ſalus populi, ſuprema lex eſto:Aliæ Secũdariæ,quæ ad alias ſupra ſe poſitas referri poſſunt,cuiuſmodi ſunt oẽs, quæ non ſunt vltimæ. Nũc abeo ad ipſam diſtinctionem principiorum naturalium.Nam eorum quędam ab ipſo trahuntur vniuerſo , quędam verò ab homine, qui imago quædam eſt,& quaſi compendium vniuerſi.Triplex ferme eſt ille vſus, (exponam enim rem obſcuram , populariter & illuminatè,) quem totius mundi cõtemplatio ſuggerit . Primus eſt,vt quo conſilio & ordine,ſeminator,ſator,& parẽs, &, vt ita dicam,educator,& altor ille mundi Deus,ex ſua mente ac diuinitate mũdum genuit:eodem quoq; modo & exemplo nos putemus has ſocietates noſtras & vrbes,à ſapientibus viris,tanquã minoribus quibuſdam diis , cõſtitutas ac fundatas eſſe. Nã quis, queſo,eſt omnium hominum,qui,ſi tam certos cœli motus, tã tatos aſtrorũ ordines & traiectiones,tamq; omnia inter ſe connexa & apta videat,nõ intelligat diuinitus omnia regi & gubernari? Quis eſt, qui ſi aeris vim & naturam adſpiciat , quo modo vel terram imbribus augeat , vel annuas frigorum & calorũ varietates faciat,ſi maris pulchritudinem & ſpeciem, amœnitates orarum & littorum genera animalium , partim fluitantiũ, partim ſubmerſorum, partim ad ſaxa natiuis teſtis inhęrentiũ, animaduertat:non videat omnia iſta quæ ſupra ſunt & ſubter , formam quandam bene cõſtitutæ Reipublicę præ ſe ferre? Quis deniq; eſt,qui,ſi terram ipſam in media mundi ſede locatã, & vndiq; in ſeſe ſuis nutibus conglobatam,veſtitam floribus,herbis, arboribus,frugibus,intueatur , ſi fontium gelidas perennitates, perlucidos amnium liquores,riparũ veſtitus viridiſſimos , ſpeluncarum concauas altitudines , ſaxorum aſperitates , impendentium montium altitudines,immenſitates camporum,recõditas auri & argenti venas,ſi varia genera beſtiarum, vel cicurũ, vel ferarũ,volucrum lapſus atq; cantus,pecudũ paſtus attendat, quis,inquam,eſt hominum tam ſtupidus & iners,qui,ſi in tantã rerum oĩum magnificentiam , conſtantiam & ordinẽ inſpiciat, non exiſtimet ipſorum quoq; hoĩum,quorum cauſa oĩa ſunt facta,Reſpublicas,& ciuitatum ac populorũ ſocietates,certa quadam ratione coniunctas & cõflatas eſſe? Enimuerò quemadmodum vniuerſum hoc,partim à diuina mente, partim à neceſſitate profectum eſt:ita Reſp.quoq; partim pietatis ac iuſtitiæ colẽdæ gratia,partim vſu & humanis neceſſitatibus exigẽtibus,coaluit.Vid.notata in c.ius naturale ad verbum coniunctio. 1. diſt. Ac ad iuſtitiam quidem tuendam pertinent principes,ſacerdotes,ſapientes,qui totam ciuitatem ſuis imperiis tẽperant ac moderantur,non aliter atq; mundi animus,qui ex ipſius Dei ſubſtãtia decertus,vitam ac motum,quibus cuncta reguntur, à diuina mẽte accepit.Ad neceſſitates verò §.ius aũt gent.Inſt.de iure natur.referuntur matrimonia, rerum acquiſitiones , & earundem vltrò citroq; commutationes.Nam quemadmodum per ortus & interitus viciſſitudines,conſeruatur hæc vniuerſitas , & in eodem quaſi ſtatu perſeuerat:ita in Republica per honorum,rerũ, & perſonarum mutationes,dando & accipiendo factas , quoddam quaſi ſimulachrum ęternitatis inducitur . Vt interim illud omittamus , cp ab ipſis bruris animalibus,medendi,venandi,nauigandi,belli gerendi,colẽdę deniq; Reipublicę artes & eas plures, queq; ad oẽs vitę partes vſui nobis eſſe poſſunt , arripuimus: Atque hic primus eſt rerum naturalium vſus,quem in Moſaicis & Platonicis libris de Republica ſępe licet animaduertere.Secũdus eſt , vt ipſas res naturales , ad commoditates noſtras & ciuilẽ aliquem vſum adiungamus: nam pręter hoc cp ex animali ſpirabiliq; mundi natura,vitam noſtram haurimus,quòdq; ex ijs quę terræ fœtu quotidie profunduntur,victum,cultum,& habitationem,quę fundamenta ſunt Reipublicę,nobis paramus: quis nõ intelligit anniuerſarias iſtas , & menſtruas, aliasq; ſiderum conuerſiones hoc nobis prębere,vt certa & ſtata tempora commerciorum,iudiciorum , feſtorum, comitiorum, & aliarum rerum oĩum habeamus,ſine quibus quidem temporibus,certo certius eſt,nihil in tota vita ciuili,nihil in omnibus negociis hoĩum,cõſtituti & deſignati eſſe poſſe. Qua cauſa factum eſt, vt Heſiodus, horis & diebus,primam Reipublicę cõformationem, & iuſtitię, pacis,ac concordię progenerationem attribuerit.Tertiũ & vltimum, quod à rerum naturalium cognitione , ad vitam ciuilem permanat,in eo conſiſtit,vt principia quędam ex iis ducãtur,quibus res ciuiles dirigi poſſint. Nam cp primum Phyſici de eodem & altero,ex quibus mundi animus fabricatus eſt,diſputãt:quòdque cũ iis finiti & infiniti tpis,& ęternitatis, vnius & plurimũ mẽtionem coniungunt:cui dubium eſt,quin id nobis definiendi & diuidendi vias tradat? quin modum & rationem contineat,qua inter ſubſtantiam & adminiculantia in contractibus, l. pacta. ff. de contrah.empt.inter ſimilia & diſſimilia in cognatis,l.1.ff.de precar §.1.Inſt.de dona.§.item precium.Inſt.de empt.& vend.§. adeo.Inſt.de loca.& conduct.inter perpetua & tẽporalia in obligationibus,l.obligationũ fere.ff.de act.& obli.inter vnũ & plura in ſtipulõnibus,l.ſcire.ff.de verb.obl.inter poſſibilia & impoſſibilia in rebus:l.non ſolũ.ff.de act & obl.inter vera & ficta in oĩbus negociis,diſtingui poſſit? Prętereà, cp in altera parte Phiſiologię traditur, de ortu & interitu, de variis cęli & aeris tempeſtatibus, de fruticulũ & animalium naturis , de agri colendi ferendiq; ratione: quis non videt in iis maximarum rerum ciuilium principia quędam & ſeminaria,quę prima naturę dicũtur,latere? Nam quis tandem ſanę mentis poteſt negare,quin tractatus de ancillarum & animalium fœtu, §. in pecudum. Inſti. de rerum diuiſ.de cõiunctione maris & fœminę,§.j.Inſt.de pa.po. de frigidis & maleficiatis,extra illo tit.de ijs qui in vterodegunt, l. qui in vtero.ff. de reg.Iur.de agnoſcendo & exhibendo partu,ff. illo titu.de poſthumis,de morbis rerũ & vitiis,de alluuionibus,toto tit.de rerũ diuiſ.de miſtionibus,de implantationibus,de inędificationibus, de ui maiore & cœli tempeſtatibus, deq; aliis infinitis & cõſimilibus rebus,ab ipſa natura trahi & peti debeãt ? Cui & illud inſup adde, cp feras animantes à cicuribus in occupatione,§ feræ igitur Inſt.de rerum diuiſ. pecudes à beſtiis in lege Aquil. l.2. ff. ad leg. Aquil.feroces quadrupes , à manſuetis, in pauperie, l.1.ff.ſi quadrup.

Source : BIU Cujas

drup.pauper.ſanas ab inſanis,in ædilitio ædicto,l.1.& toto ti.ff.de ædilit.ædict.mancupi à nec mancupi,Vlp.in Inſti. ſub tit.de domin.rer.in commertiis,maiores à minoribus,Exod.c.22.in furtis ſeparari oportet.Quid dicam præterea de rerum diſtinctionibus & differentiis:nam ꝙ earum aliæ ſunt corporales,aliæ incorporales,§.1.Inſt.de reb.copor. & incorpor. Item aliæ generales, aliæ ſpeciales:l.Meuius.ff.de legat.2.l.legato.ff.de leg.1.Aliæ quãtitatum,aliæ corporum.l.inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. ff.de verb.oblig.Aliæ rerum,aliæ factorum:Aliæ fungibiles,aliæ non fungibiles:l.2.ff.ſi cert.pet.Aliæ diuiduæ,aliæ indiuiduæ:l.ſtipulationes.ff.de verb.obli.Aliæ Phyſicæ,aliæ Technicę:l.rerum.ff.de vſuca.Aliæ ἐνυπόμενα, aliæ συνήμενα: Aliæ mobiles,aliæ ſoli: quomodo aliter eſt animaduerſum,q̃ ex ijs,quæ modò commemorauimus,naturalibus principiis? Ex quibus etiam deſumptũ eſt, ꝙ inter ferruminatum & applumbatũ,l.in rem. §.item. ff. de rei vendi.inter inauratum & aureis laminis tectum,l.quid tamen.ff. de contrah.empt.inter pictum & ſcriptum in iure noſtro diſtinguatur.§ literæ, cum §. ſequent. Inſtitu. de rerum diuiſ. Quoniam verò ex iſtis ſatis ſuperque intelligi poteſt, arcana vniuerſæ naturæ ſic ad Iureconſultum pertinere,vt ab eo remoueri nõ poſſint:videamus an & idem in homine, de quo ſecũdo loco dicere propoſuimus,quiq; animo,corpore, & rebus externis continetur,obtineri poſſit. Atq; animi quidem partem alteram, rationis & intelligentiæ participem ſtatuũt,in qua tranquillitas inẽſt,& placida quietaq; conſtantia: alterã verò expertem, in qua inſunt turbidi motus & inconſtantes appetitionum, quę nunc huc nũc illuc feruntur. Prioris partis tria prȩcipua ſunt munera: Vnum cogitationis & indagationis,quod & intelligentiæ dr̃, ex qua exſiſtit notitia,ſcientia,prudentia,ſapientia,opinio,iudiciũ, ars,ſagacitas,ingenium:quibus opponuntur imperitia, ignorantia,furor,inſania,ſtupiditas,error,& ſimilia, quæ multis iuris locis diligenter attenduntur.l. imperititia. ff.de reg.iur.l.ignorãtia. ff.de Iur.& fact.ignorant.l.illicitas.§.ſicuti.ff.de off.præſi.cũ ſimil. Alterum,voluntatis & appetitus rationalis,ex quo naſcuntur cõſenſus,authoritæ,ratihabitio, conſilium,dolus, fraus, machinatio,iuſſus, mandatum, imperium,prohibitio,taciturnitas & alia infinita.l.conſilii.ff.de reg.iur.§.1.Inſti.de nup.l.eius.ff.de reg. iur. toto titu.de dol.mal c.ratihabitionem, de regu.iur.in 6.Tertium deniq; memoriæ,in qua cernitur diligentia, negligentia, vigor, celeritas,mora,præmeditatio,incogitantia,cum nonnullis aliis, de quibus paſſim multa occurrunt:l.contractus. ff.de reg. iur.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff.commodat.cum ſimilibus, ad illũ tractatum pertinẽtibus.quæq; ideò bene cogitata, & in promptu debet habere legumlator, qñ pertinent per omnia ferè Iuris capita.Et præter alia multa,conficiunt ẽt nobiliſſimum illũ de dolo,culpa,& caſu fortuito, tractatum. Nam quæ voluntatis vitio fiunt,propriè cadunt in doli & fraudis rationem:l.ſi filiusfa.ff.de Iud.quæ vel intellectus vel memoriæ,in culpam ſubinde latam, ſubinde leuem & leuiſſimam incidunt:argu.l. quod nerua,& ibi not.ff.depoſ.quæ neq; dolo neq; culpa contrahũtur, partim fortuito caſui, partim fato adſcribi ſolent.d.l. 1. C.de fic.Illud ẽt ad hanc animi partem referendum, ꝙ omnes actiones hoĩum, vel in dando vel faciendo conſiſtunt.l.2.ff.de verb.obl. Item ꝙ orationis & ſermonis non minima eſt habenda ratio.c.in alternatiuis.de reg.iur.in 6.Nam prȩter hoc,ꝙ de alternatiuis,de cõditionalibus,l.4.ff.de hæred.Inſt.de ijs quæ ſub modo concipiũtur, C. de donat.quæ ſub modo.de cauillationibus,l.ea eſt.ff. de reg.iur. deq; aliis permultis,quorum frequentiſſima incurrit mentio, in iure tractatur:quis eſt qui ignoret, verborum & rerum ſignificationes,tã latẽ in oĩ iure patere, vt meritò illis tertia ciuilis ſapientię pars,à Fabio Quintiliano ſit attributa? Nego quemquam exactè de rebus differere, & earum obſcuras intelligentias enudare poſſe,niſi ipſorum quoq; verborum rationes,ſignificationes,vires deniq;,& vſus omnes teneat.vid.l.labeo.ff.de ſupp.leg.tot.tit. de verb.ſig.Nego quemquam verum & falſum diiudicare poſſe, item quid quamq; rem ſequatur,quid cuiq; contrarium ſit,videre:niſi qui Dialecticorum,l.qui quadrigenta.ff.ad l.Falci.(vt ita dicam) officinas frequentarit, & in eorum ſpatiis multo tempore fuerit exagitatus. Nego deniq; quemquam oratione perpetua tenere populum,& in oẽs partes flectere poſſe, niſi qui motus oẽs animorum perdidicerit,& quibus verborum flexibus,nunc huc nunc illuc detorqueri poſſint, cognorit. Hoc ergo de rationali animæ parte,cui adiuncta eſt, tum actionis, tum orationis facultas.Illa pars animi, quæ rationis & orationis eſt expers, bifariam diuiditur.Primo modo in eam partem, in qua exiſtit iracundia, l.quod calore.ff de reg iur. quæ ſecundum Peripateticos fortitudinis quaſi eos dicitur, quæq; ardore quodam elata, quibuſdam nos quaſi ſtimulis ad virtutem arripiẽdã impellit:& eam, in qua cupiditas inẽſt & appetitus, tum procreandę & educãdę ſobolis, tum earum rerum quibus vita fouetur & ſuſtentatur.c. ius naturale.1.diſt.Plato has duas facultates ſubinde alis comparat, inter quas anima ęqualibus vtrinq; ponderibus librata, pendeat: ſubinde bigis,quibus tanq̃ vehiculo quodam,ad oẽs vitę functiones & munera,prouehatur.Ariſtoteles autem rationem paſtori,iracundiam cani, cupiditatem ouibus comparat. Altero modo fit diuiſio,ſecundum numerum perturbationum,quę in hac parte animi,partim voluptatum illecebris, partim dolorum morſib. & quaſi facibus accenduntur. Sunt verò in vniuerſum quatuor: Nam ex duobus opinatis bonis,duo naſcũtur:& ex duobus opinatis malis,alia duo.Ex bonis,libido & lętitia,vt ſit lętitia prȩſentium bonorum,libido futurorum. Ex malis, metus & ęgritudo: vt metus ſit futurorum malorum,ęgritudo prȩſentium.Iam ęgritudini ſubiicitur inuidentia,ęmulatio,obtrectatio,miſericordia, angor,luctus,mœror,ęrumna,lamentatio,dolor,ſolicitudo,moleſtia,afflictatio,deſperatio, & ſi qua ſunt de genere eodem. Sub metum ſubiecta ſunt,pigritia,pudor,terror,timor,pauor, examinatio,conturbatio,formido.Voluptati,amor,cupiditas,maleuolentia,delectatio,iactatio,petulantia,proteruitas,& ſimilia:Libidini ira,excandeſcentia,odium,inimicitia,diſcordia,indigentia, ſpes,deſiderium,& alia huiuſmodi.Atq; his quidem omnibus tã quam morbis quibuſdam & ęgrotationibus, adhibent remedia legumlatores,cùm de vi & metu,toto ti.de eo quod vi met.cau. de petulãtia,de proteruitate,l.omne delictum.§.per vnum. ff. de re milit.de libidinibus & volutatibus edicunt, eſtq; in ijs regẽdis & compeſcendis,ſumma eius laus & uirtus, vt eſt apud Platonẽ, conſtituta,c.factę.4.diſt. Nam quemadmodum medicus corporis,ita politicus animi vitiis adhibet medicinam. Verum hęc de hominis animo.In corpore,ſubinde ſpectamus ętatem,vt in nuptiis,§.1.Inſt.de nupti.§.j.Inſt.de curat.& tot.tit.quibus mod.tut. fin.tot.tit.ff.de vacat.mun. cum ſimil. tutelis, curationibus & vacationibus munerum,ſacerdotiis,teſtimoniis dicũdis,& aliis infinitis:ſubinde ſexum,l.fœminę.ff.de reg.iur.l.qui hęredes.§.eum qui.ff.de teſt.&c.vt in interceſſionibus,in teſtibus vltimarum voluntatum, in gerendo magiſtratu,in ptãte patria, in ſucceſſionibus,in exheredationibus,in accuſationibus, in poſtulando: ſubinde membrorum robur & integritatem, vt in militiis, in ſacerdotiis in matrimoniis,in mancipiis ſeruorum,l.1.ff.de ędilit. ad l. hac conſultiſſima.l diſcretis.C.qui teſt.facer.poſſ.l.1.ff.de verbo. oblig.in cęcorum teſtamentis,in ſurdorum & mutorum ſtipulationibus: ſubinde valetudinem, vel ſecundam, vel aduerſam,§.j. item propter.Inſt.de excuſat.tut.l.ſi prȩter in fi.ff de Iudi.l.contuma.§.pœnam.ff. de re iudi. vt in excuſationibus tutorum & curatorum,in vocationibus in Ius,in emptionibus mancipiorum,& aliis innumerabilibus. Externa bona poſita ſunt, vel in perſonę dignitate,vel rerum vbertate ac copia,vel in amicorum & familiarium vſu.Dignitatis vel contra ſunt, ęſtimatio, authoritas, fama,fides,fauor populi,ignominia,infamia cum ſimilibus,quorũ diligẽs vbiq; habetur ratio,l.3.ff.de teſt.l.j l.is cui.§.ſi quis.ff. d̃ teſt. vel in publicis muneribus ſubeũdis,vel in ferẽdis teſtimoniis,vel in poſtulando, uel in conſcribendis vltimis voluntatibus. Diuitiarum vel contrà,ſunt abundantia,ſplẽdor,vſus,cenſus,paupertas,inopia, ſolitudo, de quibus ſoluendo, de quibus cractatur in accuſatione ſuſpecti tutoris vel curatoris, §.vlt.Inſti. de ſuſp. tut. & curat.l.3.ff.de teſti.§ 2.Inſt.quibus ex cauſ. ma.in ſeruo teſtõ in fraudem creditorum manumiſſo, in excuſationibus munerum. In amicitiis & contrà,ſpectantur familiares,clientes,patroni,ſeruii,liberti,amici,ſocii,ciues,hoſtes,inimici,aduerſarii, cũ aliis eiuſmodi,de quibus,§ non eſſe.Inſt.de excuſat.l.ex maleficio. §. 1. ff. de act.& obli.l.videamus. ff. de in lit.Iur. tum in negociis alienis gerendis,tum in alienatione iudicii mutandi cauſa facta, tum in excuſationibus tutorũ & curatorum, dicitur.Sed iam puto ſatis planũ factum eſt, quomodo(quod mihi tantùm fuit propoſitũ) multa paſſim in iure occurrunt,quę ſola rerum naturalium norma dirigi,& vel ex totius vniuerſi,vel ipſius hominis natura peti debent.Quantum verò ad ipſarum rerum,tum naturalium,tum rationalium tractationem:nihil opus fuit nobis hoc loco ijs immorari:nam principiis eorum leuiter deguſtatis,& vſu bene perfecteq; percepto,nihil eſt facilius,q̃ totam porrò rem,ex ipſis,qui ex profeſſo eam tractarunt,authoribus,deſumere.Illud antequã alio abeamus,omnino admonendum eſt: formas & figuras rerum publicarum, ad humanę naturę imitationem comparatas & exactas eſſe.Nam quemadmodum homo ex animo conſtat, corpore,ac rebus externis:ita ciuitas,hoĩbus,ędificiis,& agris cõtinetur.Et rurſum,quemadmodum animus rationem,animoſitatem,& cupiditatem in ſe continet:ita Reſpublica partim principes habet & magiſtratus,in quibus ſunt & ſapientes & ſacerdotes:partim milites & defenſores, qui nobiles ferè vocari ſolent: partim opifices & agricolas, qui victum & cultum ſuppeditant toti Reipublicę. Chryſippus fertur integros commentarios, de Reipublicę ad hominem collatione conſcripſiſſe: ſed nobis iſta nunc ſufficiunt.

De principiis generalibus externis.

PRoxima ſunt principia exierna,quę non exiguam quoq; iuris partem occupant,quęque propriè prudentem & expertum hominem, & quem politicum vocamus, efficiunt. Nam cùm dicimus,Neminem prȩſumi ſuum iactare:l.cum de indebito.ff.de probation.Vnumquemq; ſibi eſſe proximum:l. prȩſens. C.de ſeruit.& aqu.Communionem lites excitare: l.cum pater.§. dulciſſimis. ff. de legat. 2.Semel malum, ſemper prȩſumi malum: capitulo ſemel,de regulis iuris.in ſexto,id non tam ex ipſâ

hominis

hominis natura, quàm foris aduenit: debetque non ex mente hominis aut animo, ſed ex communibus vitæ moribus, longo vſu & tractatione colligi. Quoniam autem horum principiorũ non eſt certus & deſcriptus numerus: nihil admodum neceſſarium habemus, in ijs compilandis, & in vnum locum congerẽdis, multum operæ, ſtudijque ponere. Illud tantum operæpretium videtur, vt viam quandam & rationem oſtendamus, qua & colligi notariq́ ac ad vſus ciuiles adiungi & accommodari poſſint. Et ideo qui in hiſce rectè ac ordine verſari velit: primum opus habet, vt originem, progreſſionem, & decurſum teneat, tum totius antiquitatis, & humanæ vitæ, tum ſuæ in qua viuit, ciuitatis ac Reipublicæ. Deinde verò, vt ijs cognitis ac perceptis, vſum quoque capiat, & annotatis varijs dictorum factorumq; exemplis, ſolerter obſeruet ac perquirat, quęnam ea ſint, quæ communiter in vita accidant, quęque inſint rebus & hominibus contagia, è mortali genere ſumpta, tum per educationem, nutritionemue; tum per inſtitutionem aut conſuetudinẽ. Nam ſanè ijs probè intellectis, non eſt in difficili dijudicare, quid in populis obtineri poſſit, quid non: quibus in rebus conniuendum prudenti, & à ſummis illis & perfectis naturæ legibus nonnihil declinandum ſit, neceſſitatis cauſa, in quibus non ſit. Nam ad perfectam illam, & primam tantùm naturam reſpicere, & ad illius præſcriptum leges omnes conformare velle, monſtri ſimile eſt, & vt nunc ſunt homines, obtineri nullo pacto poteſt. Et plane quãtum ad totius generis humani hiſtoriam attinet (vt id breui admoneamus) ea, ſic deſcribi poteſt, vt vno à primo ortu, ad communem omnium hominum interitum, ſub Noah: & altero à Noah, rurſum vſque ad Chriſtum, tractu ac flexu comprehendatur: nam tot fermè poſt Noah annorum ſpatijs, & curriculis, reſtitutum eſt genus humanum, per quatuor quaſi gradus, in Abrahamo, Moſe, Dauide, ac Pontificibus, quibus reſpondent admirabiliter quatuor monarchię Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, ac Romanorum: quot ante Noah corruerat, p quatuor quoq; gradus ac ordines, primi ſcilicet peccati in Adamo, ſecundi in Caino, tertij in filijs Seth, qui tandem & ipſi cęperũt, relicta puriore religione, à qua & filij Dei appellabantur, cum poſteritate Caini ſe miſcere: quarti denique, in Gigantibus, ex filijs Dei & hominũ procreatis. De Romana hiſtoria (eam enim nunc pro noſtra propria recipimus) conſtat apud Romanos, primum vnius dominatu imperium conſtitiſſe: poſt deinde paucorum, id eſt, patrum: tertiò, totius populi: quartò, iterũ ſub Chriſto, vnius. Cuius quidem imperium poſt quingentos annos trãſlatum Byſantium, poſt alteros quingentos, ad Germanos, apud quos etiãmnũ reſidet, peruenit. De vſu antiquitatis, & hiſtoriæ, primum illud certum eſt, quemadmodum in foro cauſas dicentibus, l.j.ff.de orig.iur. nefas eſt, nulla præfatione facta, iudici rem exponere: ita etiam inconueniens eſſe, leges populo ferentibus, omiſſis initijs, atque origine non repetita, illotis manibus protinus ad leges ipſas accedere. Nam id demum allicit, & reddit faciles ad parendum ſubditos, ſi videant ea quæ proponuntur, apud patres ſuos obſeruata, §. vlt. Inſt. qbus ex cauſ. ma. nõ lic. §. ſed hæc. Inſt. de exhær. lib. & à veteribus & Heroicis vſque tẽporibus ducta eſſe. Præterea, ipſi conditores & interpretes legum, mirũ eſt, quantum per annorum, & temporum replicationem addiuentur. Si verba legum obſoletiora enodanda, §. ij. Inſt. de oblig. ex del. §. appellamus. Inſt. de act. §. ſerui. Inſt. de iur. perſ. ſi cauſa, & origo explicanda, l. j. ff. ad maced. l.j. ff. de poſt. ſi mutationis, & emendationis ratio ineunda, l. vnic. C. de cad. tol. §. j. Inſt. de teſta. § vnic Inſt. de lit. obligat. ſi conciliatio legum inter ſe faciunda, nonne manifeſtum eſt, pleraque omnia ex hiſtoriarum, & antiquitatum latebris eruenda eſſe? Nam quis eſt qui ignoret, quòd de imperio, & iuriſdictione tanta varietate diſputatur: quod de Poſthumorum inſtitutione nihil intelligitur: quòd ſtipulationũ diuiſiones latent: quòd literarum obligatio, quæ ſit, ignoretur: quod in toto denique ordine iudiciario, ne minimum quidem caput, ſatis percipitur: quis eſt inquam, qui ignoret, id nulla alia ex cauſa, quàm ex antiquitatis ignoratione proficiſci? Non eſt profectò de nihilo, quod Ariſtotiles in Rhetoricis, poſt Herodotum admonet: ei, qui Rempublicam moderaturus, & tractaturus ſit, nunquam de manu hiſtoriam eſſe deponendam. Nam ſi hominum mores, & naturam ſpectes, quibus leges proculdubio accommodari debent: hiſtoria docet, quæ ſit communis hominum inclinatio, qui mores barbararum, qui cultarum gentium, quid conueniat ſenibus, quid adoleſcẽtibus, quid pauperibus, qd diuitibus, quid nobilibus, quid ignobilibus, quid victoribus, quid victis, quid felicibus, quid deſolatis, quid eccleſiaſticis, quid profanis, quid filijsfamilias, quid ijs, qui ſui iuris ſunt, quid maſculis, quid fœminis, quid aliis deniq; omnibus hominibus, cuiuſcunq; tandem loci, ordinis, & conditionis ſint. Præterea, ſi videre velis, quot & quæ formæ ſint rerum publicarum, quibus rebus creſcere ſoleant ciuitates, quibus contrà labi & corruere, quę res bene ſoleant ſuccedere, quæ res contrà malè, quid inficere & inquinare ſoleat populum, quid contrà in officio retinere: ſi inquã, hæc & ſimilia videre velis, ſine quibus clarum eſt, nullas planè leges aut conſcribi, aut conſcriptas intelligi poſſe: ſola hiſtoria eſt, quę te docere, & ad omnes vitæ vſus, cautum & prouidum efficere poſſit. Ipſa res quotidie docet, quã miſerè in interpretando iure ciuili cęcutiant illi, qui rerum humanarum hiſtorias nunquam in manus ſumpſerunt: quàm turpiter in Pontificum conſtitutionibus hallucinentur, qui veterum Theologorum, & ſanctorum conciliorum decreta, nunquàm euoluerunt. Hęc ſunt igitur illa, quæ dico, externa principia, quæ ex communibus vitæ vſibus, & moribus diligenter in hiſtoria obſeruatis decerpuntur, quæque non tam ordine deſcribi, & literis mandari, quàm longa tractatione colligi, & per manus tradi poſſunt. Nam quod dicimus in emptione ac venditione alterum naturaliter alterum circunuenire. l. in cauſæ. ij. ff. de mi. Eum qui tacet videri conſentire. ca. qui tacet. de reg. iur. in vj. Qui ſuppellectilem in domum cõductam infert, intelligi eam tacitè obligare. l. iij. iiij. ff. de pact. Hominem ad malum procliuem, & pronum eſſe: quid? an non omnes percipimus, hæc non à natura, ſed à communi vſu & conſuetudine fluxiſſe? Quod dicimus fines mandati diligenter cuſtodiendos eſſe: communionem lites excitare: naturalem eſſe hominũ ad diſſentiendum facilitatem: quid? an non hoc & imperia Manliana, & tot fratrum ac coniunctiſſimorum hominum bella, & alia infinita exempla, quæ ab vltima rerum memoria repeti poſſunt, ſatis euidenter docent? Ergo principia externa, propriè vocamus ea, quæ in communi hominum vita verſantur, & ab experientibus ac prudentibus animaduertuntur. Ponũtur autem in his principijs, nonnunquam etiam ea, quæ præualentiam ſignificãt, l. in rem. § in omnibus. ff. de rei vend. & non ordinaria aliqua iuris ratione, ſed extraordinaria, & diuina potius, q̃ humana procedunt. Sic enim pictura non cedit tabulę. §. ſi quis. Inſt. de rer. diuiſ. cum tamen ſcriptura cedat: ſic in publicatione bonorũ non ſuſtinet periculum emptor ante rẽ traditam, cùm tñ reliqua oĩa pericula ſuſtineat. l. Lucius. ff. de euict. l. ſi fundus. ff. locat. ſic q nobiliores artes exercent, non dicuntur mercedem aut manus pretium accipere, quemadmodũ alij, ſed honorarium. l.j. ff. de var. & extraord. cog. ſic denique ea tempeſtas, quæ fecuſia. l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat. Græcis dicitur, aliam habet iuris definitionẽ, quàm quæ cõis eſt. Et ideo ſi capita quædam facere velimus horum principiorum: externa principia omnia, vel ſunt humana, vel diuina. Humana, quæ foris quidem accedunt, ſed ex cauſis indifferentibus, nonnunq̃ etiã ex nuda voluntate. l. iij. §. eiuſdẽ, in fi. ff. de teſt. l. capienda. §. j. ff. de reg. iur. vel affectione legiſlatoris. Diuina, quæ extrinſecus etiam aduenium, ſed ex cauſis ſupra naturam poſitis. Poteſtq; dici, quædã etiam Chriſtianæ religionis præcepta, inter externa principia numerari: exempla ſunt in c. cũ eſſes. ext. de teſt. c. conſuluit, extr. de vſur. cum ſimi. quaſi. l. omne id externum ſit, quod non conueniat, vel cũ rationis ac mentis, vel cum ipſis naturæ curſu ac ordine. Iam autem cꝰ iureconſultus nonnunquã aliquid mutuatur à Medicis, l. ſeptimo. ff. de ſtat. ho. Mẽſoribus, l.j. & toto tit. ff. ſi mẽſ. falſ. mod. dix. Orationibus, l. Cicero. l. aut facta. ff. de pœn. Poetis. §. itẽ preciũ. Inſt. de emp. & vend. Philoſophis. l.j. ff. de nund. l. ſi poteſt. §. nam & Ariſtoteles. ff. de ſolut. non tam pro externis principijs debet reputari, quàm quod omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, quoddam habeant commune vinculum, & quaſi cognatione quadã, inter ſeſe contineantur. Nunc ad particularia principia.

De Principijs particularibus.

SVnt autem principia particularia, quæ apud rei ruſticæ ſcriptores Oracula, apud medicos Aphoriſmi, apud rei militaris authores, quemadmodum apud nos, l.j. ff. de reg iur. Regulæ vocantur. Et ſunt eorũ tot fermè genera quot oĩno rerum agendarum. De his, qñ iuſtus exſtat in Pãdectis tractatus, cui titulus eſt, de Regulis Iuris antiqui: nihil opus eſt, vt nos prolixius agamus: maximè cũ in vnaquaq; Iuris parte vltro ſe offerant, & ex ijs, de quibus hactenus dictũ eſt principijs, deducantur & pendeant. Illud tãtum vr̃ præſentis inſtituti ratio poſtulare, vt videamus, primũ, qũo ad certa, diſtinctaq́ue capita reuocari, deinde quo pacto ex ipſis legibus elici poſſint. Capita in vniuerſum poſſunt ſtatui duo. Vnum, ipſius Iuris: Alterum, rerum ad quas ius pertinet. Iuris quidem, veluti cùm vel de iuſtitia, & eius partibus: vel de iudicijs, & eius proceſſu regulæ fiunt. Rerum verò, veluti cùm vel de obiectis Iuris, perſonis ſcilicet, rebus & commercijs, vel de locis communibus, quæ per omnia Iuris membra diſparguntur, cuiuſmodi eſt tractatus de dolo & culpa, de acceſſorijs, de natura cõditionum, de impoſſibili, de alternatiuis, deque ſimilibus, agitur. Iuris & Iuſtitiæ regulæ quædam, exempli gratia, ſunt huiuſmodi: IN OMNIBVS QVIDEM, MAXIME TAMEN IN IVRE, AEQVITAS SPECTANDA EST: QVAE RERVM NATVRA PROHIBENTVR, NVLLA LEGE CONFIRMATA SVNT: NON OMNE QVOD LICET, HONESTVM EST. Et poſſunt ad hoc idẽ caput reuocari oĩa, quæ de fortitudine, tẽperantia, prudẽtia, modeſtia, & reliquis virtutibus paſſim ſe offerunt. Iudiciorũ, & rerũ forẽſium, tales quędã ſunt regulæ. RES IVDICATA PRO VERITATE ACCIPITVR: FACTVM A IVDICE, QVOD AD EIVS OFFICIVM NON PERTINET, RATVM NON EST: NON DEBET ACTORI LICERE, QVOD REO NON PER-

Source : BIU Cujas

PERMITTITVR: BONA FIDES NON PATITVR: VT IDEM BIS EXICATVR: FAVORABILIORES REI POTIVS QVAM ACTORES HABENTVR. Et ſpectant huc oĩa etiã illa, quæ de magiſtratibus, imperio ac Iuriſdictione dici poſſunt. De partibus & membris Iuris hæ ſunt: LIBERTAS INAESTIMABILIS RES EST: SERVITVTEM MORTALITATI COMPARAMVS: NVPTIAS, NON CVBITVS, SED CONSENSVS FACIT: IN TESTAMENTIS PLENIVS VOLVNTATES TESTANTIVM INTERPRETANTVR: QVAMDIV POSSIT VALERE TESTAMENTVM, TAM DIV LEGITIMVS NON ADMITTITVR: IN OMNIBVS OBLIGATIONIBVS, IN QVIBVS DIES NON PONITVR, PRAESENTI DIE DEBETVR: CVI IVS EST DONANDI, EIDEM ET VENDENDI ET CONCEDENDI IVS EST: NEMO EX SVO DELICTO MELIOREM SVAM CONDITIONEM FACERE POTEST. Locorum cõium tria ſunt ſumma genera. Vnũ, ſignificationis verborũ, cuius maximus, & perneceſſarius eſt vſus, in toto Iure ciuili: Alterũ coniecturæ voluntatis, q̃ licet dñetur in vltimis teſtãtium elogijs, pertinet tñ etiã ad ꝺctus, iudicia, & reliquas vitę actiones: Tertiũ, rerum naturaliũ, rationalium, & moraliũ, quarũ vis porrigitur, & dilatatur per oĩa. Exempla primi generis ſunt hæc: FILII APPELLATIONE OMNES LIBEROS INTELLIGIMVS: ETIAM AVREOS NVMMOS AES DICIMVS: HAEREDITATIS NOMINE ETIAM BONORVM POSSESSIO CONTINETVR: PECVNIAE NOMINE, NON SOLVM NVMERATA PECVNIA, SED OMNES RES TAM SOLI QVAM MOBILES, ET TAM CORPORA QVAM IVRA, CONTINENTVR. Secundi hæc: SEMPER IN DVBIIS BENIGNIORA PRAEFERENDA SVNT: QVI TACET NON VTIQVE FATETVR, SED TAMEN VERVM EST EVM NON NEGARE: IN AMBIGVIS ORATIONIBVS MAXIME SENTENTIA SPECTANDA EIVS, QVI EAS PROTVLISSET. Tertij hæc: IMPOSSIBILIVM NVLLA OBLIGATIO: TEMPVS NON EST MODVS INDVCENDAE VEL TOLLENDAE OBLIGATIONIS. FVRIOSVS ABSENTIS LOCO EST: EIVS EST NOLLE QVI POTEST ET VELLE: INVITO BENEFICIVM NON DATVR: RATIHABITIO MANDATO COMPARATVR. Ratio eliciendarum regularũ ſiue principiorũ particulariũ ex ipſis legibus, duas habet vias. Altera eſt, cũ ex ipſis apertè verbis legis, deſumimus regulã, vel quia hoc nominatim agit legiſlator, vt regulã tradat, veluti cũ dicit. NAM HOC NATVRA AEQVVM EST, NEMINEM CVM ALTERIVS IACTVRA LOCVPLETARI: Vel quia alicuius ſpeciei adſtruendæ gratia, ea vtitur: vt in multis iuris locis licet annotare. Altera eſt, cũ ex mẽte legis arripimus aliquid, quod neceſſariò ꝙñs eſt ijs, quæ verbis exprimuntur, idq; vel directò, vel à ꝓrio ſenſu. Directò, vt cũ ex his verbis: NON CODICILLVM, l. non codicillũ, & ibi no. C. de teſt. TE FACERE VOLVISSE, SED TESTAMENTVM, SIGNIFICAT HAEREDIS INSTITVTIO, excipimus regulã, Rei qualitatẽ agẽtis intentionẽ demonſtrare. A ꝓrio ſenſu, veluti cùm probamus regulariter, extra cauſam teſtamenti, mulierẽ teſtimoniũ dicere poſſe, eo argumento, qđ lex Iulia de Adulterijs, adulterij damnatam teſtem produci, vel dicere teſtimonium vetat. l. qui teſtamento. §. cũ. ff de teſt. Atque hoc quidem colligendarum regularũ ſtudiũ, non ſolũ mentẽ & iudicium exacuit in ipſa indagatione: verum etiã modũ & rõnẽ præbet, quare oĩbus rebus ſtatim & extpe rñderi poſſit. Sed adhibenda eſt diligens cautio, ne ad vnam aliquam tantũmodo regulã reſpicientes, & aliã, quæ ferè diuerſum ſuadeat, prætermittetes, in errorẽ aliquẽ deducamur, quod quidẽ in hoc genere valde procliue eſt. Cui & illud inſuper accedit, ꝙ oĩum regularum, quæ in Iure paſſim exſtant, nõ ſit eadem rõ. Quędam. n. ſunt principia, & poſſunt quibuſuis Iuris partibus & quæſtionibus accõmodari: vt, NON DEBET ALTERI PER ALTERVM INIQVA CONDITIO OFFERRI: SECVNDVM NATVRAM EST, COMMODA CVIVSQVE REI SEQVI EVM, QVEM SEQVVNTVR INCOMMODA. Quædã ſunt coniectiones tñ, & breuiaria, ex pluribus ſpeciebus, in vnũ, per cõe aliquid collecta: cuiuſmodi ferè ſunt oẽs Iuris antiqui regulæ, ſm ipſam Pauli definitionẽ. d. l. 1. Et ex huiuſmodi non poſſunt trahi argumenta, ad quaſuis Iuris qõnes, ſed valent tñ ad breuẽ aliquã collectionẽ (quam forenſi vocabulo, coniectionẽ vocat Paulus) eorũ caſum, ex quibus conſtitutæ ſunt, & ad quos tantũmodo reſpiciunt. Et ideo, ſi quis regulam, NON DEBET ALTERI PER ALTERVM INIQVA CONDITIO OFFERRI ad nouas aliquas ſpecies producat, rectè faciet: ſi verò eam qua dr: FOEMINAE AB OMNI OFFICIO PVBLICO DEBENT ABSTINERE, vltra caſus enumeratos porrigat: non rectè, propter rationem ſupraſcriptam. Etſi igitur magnus, & frequens eſt vſus horum principiorũ particulariũ: tamen diligenter etiam atque etiam circunſpicienduꝫ eſt, vt nẽ in fraudem aliquam nos illiciant.

DE LEGE.

DEmõſtrato fine iuris & principijs: ꝙñs eſt, vt de forma quoque eius, qua id, quod iuſtum & rationi conſentaneũ apparuit, comprehendatur, nonnihil diſſeramus. Eſt autem ea forma nihil aliud, quã ipſa lex, cuius officiũ in eo conſiſtit, vt quæ iuſta & fini cõuenientia viſa ſunt, & cum rõnis principiis cõgruẽtia, vel contra: ea redigat ad certũ aliquod præceptũ & iuſſum, tum imperando aut vetando, tum verò permittendo aut puniendo. l. legis virtutis. ff. de Iuſt. & Iur. Et ſanè quemadmodũ finis ad eã potiſſimũ animi partẽ refertur, in qua ineſt appetitus & voluntas: itẽ principia ad eã, in qua vis rationis hæret & intelligentiæ: ita lex, quæ eſt virtus & ratio iam confirmata & confecta in aĩo, præcipuè locatur in mente ac memoria, in qua imperiũ reſidet ac authoritas. Deſcribit autẽ princeps illa lex & vltima, vt nihil ſit aliud, q̃ mens, omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei, habens vim ad rectè facta vocandi, & à peccatis auocandi. Quæ vis nõ modo ſenior eſt, q̃ ætas populorũ & ciuitatum: ſed ęqualis illius, cœlũ atque terras tuentis, atq; regentis Dei. Et ab hac lege rectè laudatur illa lex, quã dii humano generi dederunt, l. ij. ff de ll. quæq; nihil eſt aliud, q̃ ratio ac mens ſapientis, ad iubendũ, & deterrendũ idonea. Nec verò ad rem pertinet, ꝙ Papin. l. j. ff. de legib. Legẽ dicit eſſe cõe præceptũ, virorũ, prudentũ cõſultũ, delictorũ, quæ ſpõte vel ignorantia ꝺhuntur, coertionẽ cõis Reipublicę ſponſionẽ: quaſi ſ. ad legẽ faciendã, non ſufficiat ſolius ſapientis ſnĩa: non pertinet ad rẽ inquam: qñ is in populari ratione verſatur, quemadmodũ & Ariſtoteles in tertio de Republica rectè dicens. Non aliter legis vim habere, qđ præcipit ſapiens, niſi pactione quadã & ſpõſione accipiatur & approbetur à populo: ſed nos ipſam per ſe legẽ ſpectamus, quæ ſua ſpõte cõſiſtere, & nomẽ ſuũ rectè tueri põt, etiamſi à nullo, vt inquit Plato, recipiatur. Et eſt quidẽ nomen legis collatũ à deligendo, videlicet, quod delectũ rerũ faciat, quemadmodum iuris à iubendo, ꝙ imperandi vim & poteſtatẽ habeat. Qm̃ autem omnes homines, qui quidem legibus, & moribus reguntur, vel vt animalia conſideranturvt inquit Ariſtoteles: vel vt homines, vel vt ciues: lex omnis ſiue Ius quo vtimur, in tres in vniuerſum ſpecies vel gradus diuiditur. Aliud. n. eſt Ius naturale: aliud gentiũ: aliud ciuile. §. vlt. Inſt. de Iuſt. & Iur. NATVRALE eſt, quod natura omnia animalia docuit, erumpens ex ijs principijs, quæ naturalia in ſuperioribus à nobis dicta ſunt. Et eſt non ſolum humani generis proprium, verũctiã omniũ animalium, quæ cœlo, terra, & mari naſcuntur: docens maris & fęminæ coniugationem, quam nos matrimoniũ appellamus: itẽ liberorum procreationẽ, & educationem, quarũ peritia, cætera quoque bruta animalia, cenſentur: §. j. Inſt. de Iur. nat. Nec debet verò cuiquã mirum videri, quod cũ rationis, & orationis ſint expertes beluę, tñ legis & iuris participes à nobis dicantur: hactenus enim iuris ſunt cõpotes, & legis habent cõionem, vt ei parere poſſint & obtemperare, quantum autem ad intelligendũ & diiudicandum de iure attinet, longè ſecus eſt: id enim ſolis hominibus eſt tributum. GENTIVM ius eſt, quod ſolis & omnibus hominibus conuenit, l. j. in fi. ff. de Iuſt. & Iur. originem ſuam ducens à principijs diuinis, & à recta naturaliq; ratione: cuius reſpectu à Philoſophis, naturalẽ hominis quoq; Ius dr: veluti, Deum colere, parẽtibus & patriæ obedire: nam ea à nullo alio proficiſcuntur, q̃ mente ac ratione diuina. Planè quoddam eſt etiam ius gẽtiũ, quod ab externis principijs oritur, quodq; à Philoſophis Ciuile dr, quia ſcilicet arte, non natura conſiſtit: verum à Iureconſultis ideo Gẽtium appellatur, quia omnibus vt plurimũ gentibus cõe eſt: vt dominiorum diſtinctio, l. ex hoc Iure. ff. de Iuſt. & Iur. cõmerciorum & bellorũ ratio, cõſtitutiones ciuitatũ: nã ea & ſimilia, vſu vbiq; exigente, & humanis neceſſitatibus requirentibus, introducta ſunt. §. ius autẽ. Inſt. de Iur. nat. Et quemadmodũ illud ſuperius, antiquum l. j. ff. de acq. rer. do. Ius gentium appellatur à conſultis, ita iſtud, rectè nouũ (niſi fallor) dici põt. Quod quidẽ cùm primum oritur, rude eſt & impolitum, ſed longo tandem vſu & tractatione, limatur nõnihil, & excolitur politius. Et põt fieri, vt quod primo ſuo ortu priuatũ eſt, & vnius tñ populi, ꝓcedẽtibus temporibus, publicum fiat & cõe, & ad omnes vbiq; gentes transferatur: Nam acceptilatio, origine quidem ciuilis eſt, & populi Romani: ſed vſu tñ & tpe effectũ eſt: vt omnium. l. an inutilis. ff. de accept. vbiq; gentium & cõis eſſe cœperit. CIVILE ius eſt, quod vni tñ ciuitati, vel Reipublicæ conuenit, §. j. Inſt. de Iur. nat. trahens vt plurimùm originem à principijs externis videlicet cùm vel natura loci & ratio ſic exigit, vel affectio legiſlatoris, & voluntas: vnde etiam commentitium Ius dicitur. l. ſi pœna. ff. de pęn. Et cùm ſuperiores duæ ſpecies quaſi diuina prouidẽtia cõſtitutæ, perpetuę ſint & immutabiles, hoc ius quod ciuile vocamus, emendari, corrigi, & mutari põt, vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata. § penul. Inſt. de Iur. nat. Ac ratio quidem diuerſitatis eſt, qm̃id quod humano fragiliq; cõſilio conſtitutũ eſt, hominum iterum iudicio infirmari & tolli poteſt: cęterũ quod vel in natura poſitum eſt, vel mente, vel tacita Dei voluntate, per omnes vbique nationes diſperſum eſt, id tanquam diuinum & ęternum, nullis hominum

ſcitis

Source : BIU Cujas

ſcitis & legibus abrogari aut in aliam ſpeciem formamq; tranſfundi pōt. Nec mutat verò, ꝙ libertas hominum, quæ naturalis eſt, c. ius naturale. 1. diſt. in ſeruitutē, in pluribus hominibus, quotidie mutetur: qm̃ aliud eſt in actionibus, aliud in iuribus naturalibus. Multæ ſunt actiones naturales, quæ vel impediri, vel immutari poſſunt. Iura verò, & principia naturalia, nulla penitus nec vi coerceri, nec tēpeſtate obrui queunt. Sunt. n. quaſi ſemina quędam, & igniculi in natura collocati, qui nō niſi cum ipſa natura deleri poſſunt, & ideo ſeruus occidi quidem & vendi poteſt, cogi autem vt adeat hæreditatē, non poteſt. Nunc videamus in quot ſpecies Ius Ciuile deducatur: nam aliud vniuerſale eſt totius Reipublicæ: aliud municipale: aliud perſonale: idq; ſecundum progreſſum naturæ, quæ à latiſſimè patentibus, paulatim progreditur ad indiuidua. Et vniuerſale rurſum, vel aperto cōſenſu fit manifeſta hominum voluntate & ratione, l. pen. ff. de legib. vel conſuetudine, quæ tacita quadam & abdita populi, quaſi conſpiratione cōſtat, vel neceſſitate, quæ vtriuſque compos eſt & particeps, de quibus ſingulis eſt explicandū. Quod ꝙ ſenſū fit, §. cōſtat. Inſt. de Iur. nat. vel inducitur per cōſtitutionē ab exordio, vel ꝑ interpretationē ex poſtfacto. Per conſtitutionē quidē, cū vel à toto coq; libero populo fiunt, tū leges, tum plebiſcita in Democratia: §. lex. §. plebiſcitum Inſt. de Iur. nat. vel à paucis, & ijs pręſtantioribus ſenatuſconſulta, in Ariſtocratia, §. ſenatuſconſ. Inſt. de Iur. nat. vel ab vno aliquo, penes quē ſumma rerū ſit, placita, in Monarchia. §. ſed & ꝙ Inſt. de Iur. nat. Per interpretationem vero fit Ius, cum vel iudicātiū religioni res cōmittitur, ex quo manauit Ius prætorium, §. prætorū. Inſt. de Iur. nat. & Aedilitiū apud Romanos, vel prudentū & doctorū hominum opinionibus, & ſententijs ſtatur, ex quo natū eſt Ius, qđ proprio nomine Ciuile dr̃: §. reſponſa. Inſt. de Iur. nat. l. ij. ff. de orig. Iur. nam ipſa planè res & vſus quotidianus, docet, eſſe oportere in ciuitate aliquos, q̃ iura publicè interpretari, & legū nodos & ęnigmata, vt inquit ille, cōſultoribus diſſoluere ſciant. Ex conſuetudine Ius venit, §. ex conſuetudine. Inſt. de Iur. nat. qđ vſus approbauit: nā diuturni mores conſenſu vtentiū approbati, legē imitantur: vtpote, qui in tantū placeāt, vt nō neceſſe ſit ſcripto eos cōprehēdere. l. de quib. ff. de leg. l. immo. eodē. Qđ tñ ſic accipe, ſi nō ſine ratione introducti ſint: nā alioqui, qđ errore primū, deinde conſuetudine obtētum eſt, in alijs ſimilibus non obtinet. l. qđ non. ff. de legib. Dr̃ autē id maximè conſuetudine vtentiū approbatum, qđ ꝺdicto aliqm̃ iudicio firmatū eſt, l. cū de. ff. de legib. id verò diuturnis moribus inductum, qđ per plurimos annos eſt obſeruatum. l. ſed ea. ff. de leg. Eſtq; ea vis conſuetudinis, vt ſi de interpretatione legis quæratur imprimis ad eam recurratur, l. ſi de interpretatione. ff. de legib. nam optima legum interpres cōſuetudo: d. l. ſi de. & in ambiguitatibus quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudo, aut rerū perpetuò ſimiliter iudicatarū authoritas, vim legis obtinet. l. nō imperator. ff. de legib. Præterea de quibus cauſis ſcriptis legibus nō vtimur, id cuſtoditur. qđ moribus & cōſuetudine introductum eſt. d. l. de q bus. Ad hęc licèt manifeſtū ſit, principē cōſtitutionē condendo poſteriorē, priorē, (quamuis de illa mentionē non faciat) tollere, quia tñ locorū ſpecialiū & perſonarū ſingulariū cōſuetudines & ſtatuta, cum ſint facti, & in facto conſiſtant, poteſt probabiliter ignorare, ipſis, dum tñ rationabilia ſint, per cōſtitutionem nouè à ſe editam, (inquit ſummus pontifex) niſi expreſſe caueatur in ipſa, non intelligitur in aliquo derogare. c. licet. de cōſt. in vj. Per neceſſitatem ius illud conſtituitur, quod rebus & tēporibus ſic exigentibus, inducitur: veluti cum ꝓp multitudinē graſſantium pœnæ intenduntur, l. aut facta. ff. de pœn. cū ob grauem aliquem belli metū, etiam eccleſiaſticis vectigalia imperantur. l. neminē. C. de ſacroſan. eccl. Nā ſępe fit, vt ea, quæ primū ꝓp neceſſitatem aliquā repentinam, momenti cauſa, inſtituta ſunt, poſt deinde, ſi fortè cōmoda repereātur, vt in Macedoniano Senatuſconſulto perpetuam authoritatem adipiſcātur. l. j. ff. ad mace. Atque hæc de legibus vniuerſalibus. Municipales ſunt, q̃ certis municipijs, & ciuitatibus permittuntur vel à principe, vel cōſuetudine, vel conſtitutione propria. Atque eſt harum ea vis & poteſtas, vt in ſuis locis & territorijs, derogēt vniuerſalibus poſt inductis, & non habentibus clauſulam derogationis: quod tamē ſecus eſt in ijs municipalibus legibus, quæ poſt imperialia ſtatuta nec principis voluntate, nec longę cōſuetudinis obtentu, ſed ſolo municipum arbitrio fiunt: eas enim communi iuri nihil detrahere manifeſtū eſt, ne ſcilicet in poteſtate ſubditorū ſit, leges vniuerſales, irritas & eluſorias efficere. l. 3. §. diuus. ff. de ſepulch. violat. Et hæc etiam obſeruātur in ijs ſtatutis, quæ certis corporibus, curijs, collegijs, prouincijs, auditorijs, familiis & alijs eiuſmodi irrogantur. Perſonales leges ſunt, quæ certis perſonis accōmodantur, veluti Auguſtę, l. princeps. ff. de legib. id eſt, coniugi, principis: item amicis, vti in quibuſdam fideicommiſſarijs fiebat ſub Auguſto. §. 1. Inſt. de fid. hæred. Eſtque harū ea natura, vt perſonam non tranſgrediantur, quoniam non hoc princeps vult. §. ſed & Inſt. de Iur. nat. Cæterum fit tamē nonnunquam, vt quod primùm vnius tantùm in perſona obtinet, poſt deinde ad communem omnium hominum vſum transferatur. d. §. 1. de fid. hæred. Sed hæc hactenus de iuris & legū definitione, ac varijs earū ſpeciebus. Iam partes verò ſecundum Platonem ſunt Proęmiū, ad inuitandum: Conſtitutio, ad iubendum vel vetandum: Sanctio, ad deterrendum vel puniendum. §. vlt. Inſt de his. qui ſui vel al. Iur. Et ex his quidem partibus, licèt ſæpe omittantur, vel proœmia, vel ſanctiones, tamen nonnūquàm & quidem maximè in conſtitutionibus principum, licet oīa tria reperire. Quantum ad prudentum reſponſa pertinet, etſi pleraque omnia, conſtant nuda interrogatione & reſponſione: tamē in plenioribus. vid. l. lecta. ff. ſi cert. pet. Primò, ſpeciem facti proponunt. Secundò, quæſtionem cum ratione dubitandi. Tertiò rñſum. Quartò, rationem. Quintò, ꝺriorum diſſolutionē. Sextò, quæſtiones cognatas. Septimò, legis actionem, qua ſit experiundum. Vſus oīs iuris conſiſtit, l. vlt. ff. de legib. vel in acquirendo, vel in cōſeruando, vel in minuendo: nam aut hoc agitur, quemadmodum quid cuiuſque fiat, aut quēadmodum quis rē ſuā vel ius ſuū cōſeruet, aut qūo alienet aut amittat. Præterea, etſi oēs, quicunque ſunt in Republica, homines legis dicuntur participes: tñ eorū alii, dicuntur Auguſtino, uiuere ſine legibus, vt immanes & furioſi: alii ſub lege, vt mali & improbi, qui pœnis magis & præmiis legum parent, q̃ ipſis legibus: alii in lege, vt mediocres, & qui ſe ſuamq; voluntatem accommodāt legibus, alii denique ſupra legem, vt principes, & viri boni ac ſapientes, quibus ipſa ratio pro lege eſt. Virtus legis eſt, imperare, vetare: ꝑmittere, punire. l. legis virtus. ff. de legib. Quæ neceſſaria ſunt vt fiant, imperātur: q̃ vt non fiāt, vetantur: quę media ſunt, ꝑmittuntur: vel hoc, vel illo modo. Si quid autē ſecus fiat, q̃ lex vult, punitur, idq; ſiue fiat ꝺ legē, veluti cū quis id facit quod lex prohibet: ſiue in fraudem legis, cum vi delicet ſaluis verbis legis, ſententiā eius qui circumuenit. l. contra, cum l. ſequen. ff. de legib.

De rogatione, interpretatione, materia, & arrogatione legum.

ILud breuiter videndum eſt, quiſnam legum ſit ortus, & qūo conſcribantur: quæ interpretatio: quæ materia: quis occaſus & interitus earum. In recta iuris ſcribendi ratione, prima Regula eſt, vt in ijs iura conſtituantur, quæ vt plurimum accidunt, nō in ijs quæ fortuito aliquo caſu: nā ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facilè, q̃ quæ perrarò eueniunt. l. iura, cum 3. ſeq. ff. de legib. Secunda, vt ea quæ generalia ſunt, legibus comprehendantur: nam neque Leges, neque Senatuſconſulta, ita ſcribi poſſunt, vt oēs caſus, qui quandoque inciderint, in ſeſe cōtineant nominatim: ſed quoties vnum vel alterum introductū eſt, bona occaſio eſt, hoc trāsferre per alia, & cætera, quæ tendūt ad eandem vtilitatem, uel interpretatione, vel iuriſdictione ſupplere. l. iura. l. neque leges. l. non poſſunt. ff. de legib. Tertia, vt nō in ſingulas perſonas, ſed generaliter iura conſtituantur: nā etſi nonnunquam aliquod ius cōſtituatur, quod ſingulare dicatur, l. ius ſingulare. ff. de legib. tñ in eo non ſequimur cōem iuris regulam, nec poteſt in vllo caſū produci ad conſequentiam. l. qđ uero cum ſeq, ff. de ll. Quarta denique, ut nō præteritis rebus, ſed futuris modum ponant: nam & eo ſpectat regula, Cū lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat. l. cum lex. ff. de legib.

INTERPRETATIO iuris eſt duplex: Vna, ad intelligendum, altera, ad ſupplendum. Ad intelligendum, ante omnia requirit uerborum interpretatio, quæ hiſtorica Varroni dicitur, quæq; in omnibus primas obtinet: Deinde, mentis & rationis, quæ etymologica nominatur. Nam ſcire leges, non eſt uerba earum tenere, ſed uim ac poteſtatem: l. ſcire. ff. de legib. Vltimo, locorū uel aduerſantium, uel correſpondentium collatio, quæ Analogica dicitur: nam non eſt nouum, ut priores leges ad poſteriores, & contra, poſteriores ad priores trahantur. l. non eſt nouū. ff. de legib. Ad ſupplendū, ſubinde eſt neceſſaria principis authoritas, ſi res, qua de agitur, latè pateat, & maximi momenti ſit: Nā eius eſt propriè, quod deeſt, ſupplere, cuius eſt ab initio cōdere. l. pen. & ult. C. de leg. & cōſt princip. Subinde iudicis, ſi res expedita ſit & facilis: nam ius prætorium, ad nullum alium uſum introductum eſt, quàm adiuuandi, ſupplendi, corrigendi, iuris ciuilis gratia, cuius etiam quaſi uiua quædam uox eſſe cenſetur. l. ius autē, cum l. ſeq. ff. de Iuſt. & Iur. Subinde iuriſconſulti, ſi res ſpinoſior & intricatior fortè ſit: nam hoc euenit naturaliter, ut authoritas prudentium deſideretur & diſputatio fori. l. 2. ff. de orig. iur. Sed de eo pluſcula idoneo loco. In omni autem interpretatione oportet meminiſſe: Minimè mutanda eſſe ea, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. l. minime. ff. de legib. Item in ciuile eſſe, niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula eius propoſita, iudicare uel reſpondere. l. in ciuile. ff. de legib. Ad hęc benignius leges ītерpretādas in ambiguis, quo uoluntas earum conſeruetur. l. benignius. ff. de legib. Præterea nullam iuris rationem pati, vt quæ ſalubriter pro hominum utilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione, contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem. l. nulla. ff. de legib. Denique non omnium, quæ à maioribus uel abſcōdita alīqua ratione, uel pro ratione temporis conſtituta ſunt, rationē reddi poſſe, l. non omnium, cum l. ſequen. ff. de legib. Materies iuris partim diuinis & humanis rebus, partim publicis & priuatis, partim perſonis & rebus finitur, Diuinas res uoco, quæ ad reli-

Source : BIU Cujas

religionis & diuini cultus officium pertinent: Humanas,quę ad commodum & vtilitatem hominum: Publicas, quæ ad ſtatum totius Reipublicæ: Priuatas,quę ad ſingulorum vtilitatem,& rationem referuntur: Perſónas, veluti cùm de ſtatu & dignitate, & coniunctione perſonarum quæritur: Res, vt cũ de dominiorum diſtinctione,& commercijs.Extra hæc tria nihil puto temere inueniri, quòd ad Iuris materiam pertineat. de quib. §. Iuriſprudẽtia.§ vlt.Inſt.de Iuſt.& Iur.§.vlt.Inſt.de Iur.nat. Siue enim te conuertas ad rerum diſtinctiones, ſiue ad interdicta, ſiue ad actiones,ſiue ad nuptias & matrimonia, ſiue ad crimina & delicta,ſiue ad quemcunque denique alium iuris tractatum,ſemper inuenies præcipuas quaſque diſtinctiones, ex hiſce tribus efloreſcere. Interitus & occaſus legum contingit, vel deſuetudine, cùm non vtendo finiuntur & antiquantur, quemadmodum in ſeruis dedititijs & latinis:§.ult.Inſt.de libert.Item teſtamentis calatis comitijs,procinctis,& per æs & libram contigit.§. j. Inſt. de teſtam.Vel conſtitutione aliqua,cum uel abrogantur,uel derogantur,uel ſubrogantur,uel obrogantur.uid.Vlp. in Inſt.ſub tit. de libert.Abrogantur autem,quę penitus tolluntur,ut lex Fuſia Caninia.§.unic.Inſt.de l.Fus.Ca.toll.Derogantur, quorum pars aufertur,ut lex Aquilia, cuius ſecundum caput in uſu non eſt.§. liberum.Inſt.de leg.Aquil. Subrogantur, quibus aliquid adijcitur,ut in teſtamentis paulatim cõtigit,§.ſed cum paulatim. Inſt. de teſtam.Obrogantur,quæ in aliam formam & ſpeciem mutãtur, ut uſucapio. C.de vſucap.transformando.Nunc reliquũ eſt, ut concluſa ſit nobis ea pars inſtituti operis, quæ eſt de bono & æquo, ſiue de principijs iuſti & iniuſti: quę quidem, cùm ſit totius ſapientię ciuilis,ut author eſt Plato,procœmium,tam habet fœcũdum ac locupletem tractatum, vt uel ſola, uniuerſam Iuriſprudentiam in ſe complecti, quodammodo uideri poſſit.

IOACHIMI HOPPERI PHRISII IVRECONSVLTI, DE IVRIS ARTE, LIBER SECVNDVS.

DEINCEPS ſequitur, vt tractandum ſit de legum condendarum arte ac facultate:nam de ea ſecundo loco dicere, ſtatim initio cõſtituimus, eſtque in ea, prȩcipua legiſlatoris commendatio, quæ quidem foris apparet, collocata. Qui ergo bonis & vtilibus legibus fundaturus eſt ciuitatem:Primùm omnium ſibi paret, neceſſe eſt, cognitionem earũ rerum, quibus cõmunitas hominum, & ſocietas inter ipſos continetur: deinde verò viam & rationem,qua boni & æqui principia,de quibus hactenus eſt expoſitum,per eas res diffundi ac deduci debeant.Nã quemadmodum Medicus,primùm ſimpliciter inquirit, de humani corporis fabrica & compoſitione,de intraneis,de oſſibus, de neruis,arterijs,venis,ligamentis,muſculis,poſt deinde verò, de ijs quæ corpori vel ſalubria ſunt,vel inſalubria,vel neutra: ita etiam vniuerſa iuriſprudentia, partim conſiſtit in diuinarum & humanarum rerum notitia: partim in iuſti & iniuſti per eas diſtributi ſcientia.§.j. Inſt. de Iuſt.& Iur. Et quotidie tractaturi de noſtris negotiis,in ipſo ſtatim ingreſſu quęrimus,quæ materies, quæve facti ſpecies ſit:ea cognita, quã iuris quàmve iniuriȩ formam habeat.l.vt reſponſum.C.de tranſact.Atque haud ſcio,an liberalibus & heroicis ingenijs quicquam poſſit accidere iucundius,quàm tum totius Reipublicæ formã ac ſpeciem,partesque ac membra,ſub vnum conſpectum poſita videre:tum autem vitam & mores contueri, quibus tanquam ſpiritu quodam & animo,totum illud Reipublicæ corpus,viuit ac mouetur.His ergo duobus explicatis,ſatis mihi videbitur perpurgatus totus iſte locus nunc propoſitus,de legum condendarum ratione ac facultate. Nam ipſas leges in ſumma quædam capita ſiue genera digerere,eaque rurſum in ſpecies, tum ſuperiores, tum inferiores diducere,magis pertinet ad eos, qui iam leges condunt, vel cõditas in ordinem includũt,quàm ad præſens inſtitutum, in quo ſcientiam & ipſam artem inſtituimus, qua vel cõſcribere leges, vel de conſcriptis æſtimare poſſimus. Earum igitur rerum omnium,quæ ad Rempublicam tuendam & regendam pertinent, vel potiùs,ex quibus tanquam partibus, Reſpublica cõflata eſt, tres ſunt omnino ſpecies: aliæ ſunt Diuinæ, aliæ Humanæ, aliæ Mixtæ.c.omnes.ll.1.de l.li.ff.de rerum diuiſ.l.j.ff.de interdict.Diuinæ appellantur,quæ in altiore animi noſtri ſede collocatæ,tũ Deũ ipſum,tũ quæ aduerſus Deũ eſt, religionem reſpiciunt.Humanę,quę in inferiori parte poſitæ,ad naturę ſocietatisq; noſtrę conſeruationẽ,dirigũtur.Mediȩ,inter vtramq; partẽ interiectæ, vtrique pariter inſeruiunt. Et conſtituitur quidẽ hæc diuiſio,ex ipſius hominis,cuius imaginẽ Reſpublica refert, partitione. Nã cum homo mẽte conſtet,corpore,& animo:Mens eſt,qua Deũ contẽplamur:Corpus,in quo quidẽ anima ineſt,) nam alioqui cadauer vocatur) qua,viuimus: Animus, quo tam diuina, q̃ humana ſapimus,& dijudicamus.Hinc porrò fit, vt cũ tria ſint hominum genera in quaque ciuitate, penes quos rerũ ſumma ſit: Sacerdotes,Princeps, & Sapientes: triplex etiam ſit ius, quo oĩa paſſim adminiſtrentur ac gubernentur: Põtificale ſcilicet in diuinis, Ciuile in humanis, & quod apud veteres in maximo precio eſſe ſolet, Augurum in mediis. De his igitur & horum diuiſionibus,ſi articulatius paulo ac diſtributius, idque maximè ſm formam Reipublicæ noſtrę(nam qui vnius Reipublicæ,quẽadmodum hominis, deſcriptionẽ ac mẽbra norit, omnes norit) tractauerimus, aptè & conuenienter,vt puto,quantũ ad rẽ propoſitam attinet,facere videbimur.Maximè cũ Ciceronẽ habeamus ducẽ ac authorẽ, qui cũ alijs locis ſepius, tum in libello de Senectute,bis diuidit omne ius,in Põtificale, Ciuile & Augurũ.

De rebus diuinis, ſiue iure pontificio.

DIuinorum omnium alia ſunt, quæ ſola mentis agitatione conſtant, alia quæ oculis cerni, & quaſi manibus tractari poſſunt.Priora,etſi præcipua ſunt,& imprimis neceſſaria,vtpote ex quibus effloreſcunt & emanant alia,& ſine quibus reliqua omnia ſimulata ſunt & imaginaria: tñ quia intus latent in aĩo, non poſſunt ſic legibus comprehendi, vt pœnarũ & ſupplicio rum ſeueritate ſanciantur.l.cogitationes.ff de pœn. Et iõ legumlatoris quidem eſt,de ijs quid ſentiri velit,publicè pariter & priuatim docere,argum.Cod.& extr.de ſumma trin. & fid. cathol. & ab ineunte ſtatim ętate,in rudes adoleſcentiũ animos infundere,qđ munus hodie demandatũ eſt ſacerdotibus:ſed quãtum ad inſtituta legesq; attinet,breuiter ſtrictimq; rẽ proponet,& in eos qui ſecus faxint, ipſum Deũ vindicẽ, qui ſolus cogitationũ noſtrarũ iudex eſt & arbiter, quemadmodũ eſt in Duodecim tabulis,conſtituet.arg.l.2.C.de reb.cred.Poſteriora:paulò aliter ſe habent:Nam non ſolũ legibus mãdari & prohiberi, verũ etiam pœnarum & præmiorũ ſpe ac metu propoſito,ad effectũ ſuum, & plenũ exitum, perduci poſſunt. Atq; omnis quidẽ religionis primũ ea eſt vtilitas.vt ſi perſuaſum ſit ciuibus, dñm eſſe omniũ rerũ ac moderatorẽ Deum, eumq; optimè de genere hominũ mereri: vt inquàm non abhorreant, ab vtili,& à vera ſnĩa, iudicantes ſacroſanctã eſſe hominũ ſocietatẽ inter ipſos, Deo Optimo Maximo interpoſito,tum iudice,tum teſte.Scđò, vt intelligamus,quæ viribus humanis & artibus nequeũt peragi, ea verò Dei cultu & religione ſanctitateq; explicari: veluti cũ ſcelerum & impietatum fit expiatio per ſacrificia: cũ morbi corporis vel diuinitus immiſſi, vel ęgrotatione aliqua mentis ꝺcti, eluũtur: cũ deniq; in omni magno negotio ac diſcrimine, ad ſolius Dei opem & auxilium confugitur.Et in hoc quidem toto negotio. Primũ quæritur,quinam illi ſint, quibus diuini cultus & honores adhibeãtur:Deinde, quotnam & qualia ea ſint, quæ ad verũ ſyncerumq; cultum requirantur:Tertiò deniq;,quęnã acceſſoria ſint, & tanq̃ de appẽdicibus rerũ ſacrarũ. Quãtum ad primũ attinet:ille ſolus reuera colendus, & omni bonorũ genere aſſiciẽdus eſt:c.1.extr.de ſumma Trin.& fid.Cathol.qui ſemp vnus & idẽ permanet,quiq; nullũ habens,nec ortũ, nec interitum,ſolus omniũ eorũ,quę vel ratione & intelligentia cõtinentur,vel quæ opinionẽ ſenſus adferentia,opinabilia dicuntur & caduca, pater eſt,& fabricator:p̃ cuius ſapientiã, mẽtẽ ac rõnem, omnia illa,quæ immoderatè agitata & fluctuãtia eſſent, ex inordinatis in ordinẽ primũ ſunt adducta: cuius denique ſolius, & cœlum ſimul ac terras,camposq; liquentes,lucentemq; globũ lunæ,Titaniaq; aſtra,Spiritus intus alit,cuiusq; infuſa per artus,mẽs agitat molẽ hanc, & magno ſe corpore miſcet. Vnde hominũ pecudumq; genus,vitęq; volantum.Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.Secundũ eum ſunt,quibus illius voluntate,vel p̃ naturæ prȩſtantiã,vel ſuã,quam nobis prȩſtant operã,vel ob benefactorum laudabilẽ gratamq; memoriã, honor aliquis inferior & cultus attribuitur, quibusq; vel teſtamẽto dari olim,vel bona dãnatorũ addici ſolent §.deos.de hære. Inſt.in Inſti.Vlpian.Atq; hi oẽs ſunt,aut ſuperi,aut medioximi, aut inferi,pro quorũ ẽt numero,res oẽs,aut ſunt ſacræ, aut ſanctę, aut religioſę. §. nullius. Inſt. de rerũ diuiſ.Superorũ autẽ primi ſunt dij,author eſt Plato,à quibus ſcilicet religionem,iuſticiam,prudentiam,fidẽ,temperantiã,fortitudinẽ, cõſtantiam, & omnem deniq; virtutẽ,qua nihil eſt hominum generi, à Deo collatum diuinius,accipimus: quiq; principium viarum Dñi, & ſignaculum ſimilitudinis eius,in ſacris literis,& apud Orpheũ appellantur.c.principium.de pœnit. diſt. 2. Secundi verò ſunt, à ſcientia nomen accipiẽtes,dęmones,qui nouem ordinibus,& gradibus diſtincti,Angeli in ſacris literis nominantur,eo q̃ diuinæ volũtatis precones nobis ſint,ac nuncij.d.c.principiũ. §. nouẽ. Tertij deniq; heroes,qui ſuis meritis in cœlũ vocati,& Diuorũ numerum,propter virtutis prȩſtãtiam,relati ſunt:quorum quidẽ nomina,ob id potiſſimum conſecramus apud homines, vt ad eorum imitationem accendamur,& intelligamus,hominũ quidẽ animos immortales eſſe,ſed fortium bonorumq; diuinos.c.venerabili.ext.de teſt.c.j.extr.de reliqui.& ven. ſan. Medioximorũ

non-

Source : BIU Cujas

nõnulli ſunt corporati,cuiuſmodi parentes,principes,magiſtri, domini,ſeniores:nonnulli ſine corpore, cuiuſmodi ſunt tutelares illi dij,qui totas ciuitates ac nationes tuendas ac gubernãdas habent: item familiares, qui certis familijs ſunt addicti, & tũ penates,tum lares cognominantur. denique ſingulorum, tam locorum,quàm hominũ genij,quos Angelos ſacræ literæ vocant. Matth.18.Pſa.33.Inferorum quidam ſunt mali & noxij,quidam boni & ſalutares. Prioribus non præces & ſacrificia, ſed execrationes adhibemus.c.cleros.§.exorciſtæ.21.diſt. Nam quòd contumeliæ,impudẽtiæ,febris,malæ fortunæ fana,manu ſubinde cõſecrata reperiuntur:non vitiorum honorandorum,ſed deteſtãdorum gratia factum eſt:qm̃ ſcilicet officium iuſtitiæ, nõ minus conſiſtit in vlciſcendis delictis,quàm rectè factis collaudãdis.Poſteriores ſunt,quibus exequias,parentalia, viſcerationes, & alias funerales pompas adhibemus.toto tit.extr. de ſepult. Nã homo ſimul ac moritur,ſtatim diſſoluitur ſecundũ veteres in cadauer, vmbram, manes, & ſpiritum, quò quidem pertinet illud apud Virgilium Aeneæ: Salue ſancte parens, iterum ſaluete recepti Nequicquam cineres, animæque vmbræque paternæ. Sed hęc de his, quibus cultus diuinus & honor debetur.

De ijs quæ diuinis exhibentur.

IAm ea verò,quæ exhibẽtur illis,quatuor modis, vt author eſt Varro,computantur.Pro loco,Pro tempore,Pro ꝑſona,Pro re.Et ſi enim in abſoluta perfectaque religione ſcimus, neq; parietibus includi Deum, cui omnia patentia ſunt & libera: neque etiam certis vllis,aut temporibus,aut perſonis,aut ſacrificijs alligari:qui nullo alio, quàm caſto,puroque animo delectatur: tamen plus quàm manifeſtum eſt, vt inquit Iamblychus, in communi popularique vita,modis omnibus excitandos,& admonẽdos eſſe homines,vt qui nec ſemper,nec vbique,nec in omni vitæ functione,rebus diuinis vacare poſſunt,ſaltem locorũ & temporum,& aliarum rerum deſcriptionibus commoneantur. Loca ergo ſacra ſunt,quæ vel rebus diuinis deſtinãtur, quæ proprio nomine dicuntur ſacra: vel neceſſitatibus hominum, defenſionis & miſericordiæ cauſa,quæ ſancta:vel mortuis & ſepultis,quę religioſa.§.ſacræ cum 2.ſeq.Inſt.de rerum diuiſ.Diuinis deſtinantur illa,quæ ritè per pontifices conſecrantur,qualia ſunt templa, ſacella,delubra,luci,teſqua,fana, quæ tum ciuilia ſunt & militaria,tum publica & priuata,tum mobilia & fixa,tum ſubterranea & exſtantia,tum his,tum illis Diuis dedicata. extr. De relig.do.& capell. De eccleſ.ædif. De immun.eccleſ. Quorum partes ſunt, Antica,Poſtica, Dextra,Siniſtra,Sacrarium,Donarium,Fauiſſa, Crypta, Veſtibulum, Adytum. Inſtrumenta verò, ſiue ſuppellectilia, Aræ, Foci, Scrobes, Menſæ, Vaſa, & alia ſimilia, de quibus pleni ſunt libri pontificales, ne aut violenter, aut neglectius habeantur,aut præter Ius & fas diſtrahantur, aut vllo deniq; modo prophanentur.§.extra de reb. eccleſ. non al. per totum. Quæ humanis vſibus ſeruiunt,partim ſunt publica, vt muri, portæ,,ꝓpugnacula,foſſæ;partim priuata,vt Alyſa, Xenodochia, Orphanotrophia,Brephotrophia,Ptochotrophia,Noſocomia,Gerõtocomia,§.ſanctæ.Inſt.de rerum diuiſ. quæ omnia ijs recipiẽdis, & tuendis parantur,qui hominum ope & auxilio ſunt deſtituti. Vid.C.de ſacroſ. eccleſ. in rub. & per tot.Vocantur ideo ſancta, quia pœna ferè capitis animaduertitur in eos, qui aliquid in ea delinquunt. Nam ſanctum id propriè eſt, quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt, ſic dictum à ſagminibus, id eſt herbis,quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret.l.ſanctum.ff.de rerum diuiſ.Atque hinc etiam legum ille partes, quibus pœnæ conſtituuntur,Sanctiones vocãtur,quaſi Sanctione quadam ſubnixæ. Ea loca, in quibus mortui permiſte ſepeliuntur,vocantur Cœmiteria,ſiue Cænotaphia,non aliter, atque ſi ſepulchreta dicas. Verùm id quod humationi particulatim vnius aut duorũ triumue deſtinatur,generaliter monumentum,quaſi memoriæ cauſa in poſterum proditum, nuncupatur. l.monumentum. ff.de relig. & ſumpt.fun. Sed ſi corpus vel reliquię inferantur,fit ſepulchrum,à ſepeliendo deductum,quo nomine,omni ſepulturæ pars & ſpecies cõtinetur, & omne etiam ſupra cœlum.Et ſunt partes eius, Tumulus, Tumba, Sarcophagus, Vrna, Cippus, Conditorium, Munimentum,quod munimenti, id eſt cauſa muniendi eius loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit.Species verò, ſuggrundaria, hoc eſt infantium ſepulchra: Tymbia, pauperum: Mauſolea,principum:Corragea, virginum: Familiaria, certæ gentis alicuius:Hæreditaria,quæ hæredes ſequuntur:de quibus paſſim, tam Ciuili, quàm Pontificio iure cauetur.Sequitur de temporum diuiſione: Nã omnes dies, vel ſunt feſti,vel profeſti,vel interciſi.Feſtos dicimus,qui Dijs immortalibus dicati ſunt.Profeſtos, qui hominibus, ob procurandam rem domeſticam publicamq;,conceſſi.Interciſos,q Deorũ hominumque communes. Et ſunt quidem feſtorum ſex fermè genera. Alia videlicet ad requiem iurgiorum & litium. Alia ad vitæ caſtimoniam & ſobrietatem: Alia ad ſacrificia Dijs offerenda: Alia ad diuinas epulationes celebrandas: Alia ad ludos agendos: Alia ad feriandum,quibus à victimis feriendis nomen eſt impoſitum,vt feriæ nominentur. Et ſunt illæ rurſum, vel ſtatiuæ,vel conceptiuæ,vel imperatiuæ,vel nundinę.Statiuæ quidem, quæ vniuerſi populi communes, certis & conſtitutis diebus,ac menſibus,& in faſtis,ſtatis obſeruationibus ſunt annotatæ.Conceptiuæ,quæ quotannis à Magiſtratibus, vel Sacerdotibus concipiuntur,in dies certos,vel incertos.Imperatiuæ,quas Conſules, Prætores, vel Pontifices pro arbitrio poteſtatis indicunt.Nundinæ ſunt,paganorum & ruſticorũ, quibus conueniũt negotijs ſuis vel mercibus prouiſuri,ſic appellatæ, ꝙ nono quoquo die ſoleant haberi. Iam verò, ꝙ feriarum: Aliæ cões totius populi:Aliæ certorum locorum,corporum & ſodalitatũ: Aliæ ſingularum,vel familiarum,vel hominũ:item ꝙ aliæ ſunt ſeptimanariæ,aliæ mẽſtruę,alię annales,alię luſtrales,alię ſeptẽnales, alię quinquageſimo quoq; anno recurrentes, alię ſeculares:non eſt opus,multis hoc loci tractari.Quẽadmodũ nec illud,ꝙ profeſtorum dierum,vt dicetur idoneo loco, nonnulli ſunt comitiales,nonnulli faſti,nonnulli comperendini,nonnulli ſtati, nonnulli præliares.Nam de interciſis, nihil reſtat amplius dicẽdum, cum omnes ſint eiuſdem modi. Qui ad placandos Diuos conſtituuntur, & ſacris præſunt ſolennibus, vno cõi nomine Sacerdotes appellantur:de quibus multa paſſim qũo inſtitui,quomodo initiari,quamve vitę rationẽ & modũ tenere debeant:idque ſiue morum temperantiã & ſobrietatẽ ſpectet,ſiue cultum exteriorem & habitũ.extr.de uita & hon.cler.de cohab. cler. & mul. Nam ꝙ inter ſacrificandum certo veſtitus genere vti debeãt, vt pallio,ſandalijs,caſula,cingulo & ſimilibus,notius eſt, q̃ vt multis debeat explicari.vid.diſ.21.22.23.Prima eorum diſtinctio eſt, ſecundũ dignitatum & honorum, ſiue miniſtrationis verbi diuini gradus. Nam ſupremo maximoq; loco eſt ſummus Põtifex, qui à ponte ſublicio faciendo, nomen ab initio traxiſſe dicitur, quem nos Papam appellamus,ſumpto nimirum à Græcis vocabulo,apud quos pueri parentibus ſuis, & omnibus natu grandioribus,iſta voce blandiuntur: ſic enim loquitur apud Homerum Nauſicaa. πάππα φίλ' οὐκ ἂν δὴ μοι ἐφοπλίσειας ἀπήνην. Et ſunt circa eum, qui vocantur Cardinales, qui ꝙ in ijs Reipu. Chriſtianæ cardo vertatur,nomen acceperunt, idq; ad imitationẽ Cardinaliũ,qui in exercitu verſantur. Secũdum ſummũ Pontificẽ ſunt epiſcopi,qui hodie diſtincti ſunt in Patriarchas, Archiepiſcopos,Epiſcopos,& Protonotarios, quibus munus ſcribendorum annalium rerum Eccleſiaſticarum incumbit, quemadmodũ apud ueteres Romanos,minoribus Põtificibus,de rebus Romanis.Sũt autẽ appellati Epiſcopi,ab illis olim apud Romanos Epiſcopis,qui perſonali munere fungentes, præerãt pani & alijs venalibus rebus,quæ ciuitatum populis quotidianum victũ ſuggerunt.l.munerum. ff. de mu. & hon. Et ſunt quidem Epiſcopis cõiuncti,qui dicũtur Canonici, qui quaſi Magiſtratũ & Senatũ eccleſiaſticũ ſuſtinent,qui tum ſcholæ Chriſtianæ,tũ cerimoniarum ſunt cuſtodes:Vt interim tranſeam, ꝙ quidam etiam reperiuntur archipresbyteri,tum vicani,tum vrbici, qui ipſius Epi vices in quibuſdam ſupplent,ſuffecti, vt vr̃, in locum chorepiſcoporum.Poſt eos ſequuntur Parochi,ex quibus nõnulli abbates, prępoſiti,decani, paſtores appellantur: & vocantur parochi, ab antiquis illis parochis, qui peregrinis, vt eſt apud Sudam, ſalem & ligna præbebant.Atque his ſubſunt, tum monachi, qui à ſuis Archymandritis,vt plebem Chriſtianam aliquando inſtituant, erudiuntur:tum canonici, qui quaſi conſiliarij habentur: tum denique vicarij,qui quaſi vicarias operas ſubeunt. Vltimo loco ſunt,qui ſimplici nomine presbyteri vocantur,in quibus ſunt & qui ſacellani dicuntur,dicti presbyteri ab ætate grandiore· ꝙ in eum ordinem non ſoleãt adlegi alij, quàm viri graues, honeſti, ac docti,& ipſa canitie ſenectuteque venerandi. Differũt etiam inter ſe ſacerdotes ſecundum locum & ordinem, quem tum inter ſacrificandum, tum in pauperum procuratione ſuſtinent.c. cleros.21.diſt.Nam primus gradus defertur ſacrificulo,qui præcipuas partes obit in re diuina facienda.Poſterior ei,qui ſacorus & hypereta dr̃ in antiquis Ethnicorum ſacris,quos nos archidiaconos,diaconos,& hypodiaconos appellamus: Poſtremus Acolythis,quales ſunt Pyrphori,Cathartę,Neocori,Lectores,Cãtores,Lybitinarij,Oſtiarij,de quibus apud Rabanum,& Iuliũ Pollucem.Et Acolythi nominantur ab eo,ꝙ licèt expreſsè ad ſacra non admittantur:non arcentur tũ à ſacris cum reliquo vulgo, quod prophanum eſt.Nunc autem,ꝙ ſecũdum ueteres, ſacerdotũ nonnulli ſacra ſuſtinent, nonnulli prædictorum à uatibus interpretationẽ,nonnulli ſacras epulas, nonnulli pompas, ludos, ſupplicationes,funera,partim ex ijs quæ dicta ſunt,partim ex ijs quę ſequentur,licebit intelligere. Rerũ ſacrarũ alię referũtur ad Diuos,alię ad homines,alię ad mortuos.Ad Diuos adhibentur, primũ ſupplicationes,quales ſunt Luſtrationũ, Ambarualium, Amburbiorũ,Lectiſterniorũ:deinde vota,ueluti cum deuotiones fiunt,euocationes,oblationes donariorũ,primitiarum,decimarum cũ alijs eiuſmodi. Tertiò ſacrificia, quibus uel expiatur malũ ſuſceptũ,uel aguntur gratię prò acceptis beneficijs, uel rogatur ac petitur aliquid.extra de uot.& uot.redempti. Itẽ de decim.cũ ſimilib.Et rõ quidẽ ſacrificãdi:partim cõſtat ex præcidaneis hoſtijs,luſtrationib⁹,ieiunijs, hymnis, eleemoſynis, partim ex ſuccidaneis,tũ conuiuijs,tũ uictimis: partim deniq; ex ſacrificijs ipſis, quę tũ uoce peraguntur & carmine, tũ corporũ uario

cultu,

Source : BIU Cujas

cultu, ſtatu, motu & flexu: tum rebus ipſis & hoſtijs vel animalium, vel aliarum rerum. Nam haud parum intereſt, quibus rebus vel animalibus, nunc his, nunc illis ſacrifices. Taurum (inquit ille) Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo. Nigram Hyemi pecudem Zephyris felicibus albam. Quæ hominibus exhibẽtur, ſunt ſpectacula, ludi, pompæ, cõſecrationes, leges, & fœdera. In ſpectaculis ſunt Naumachiæ, Venationes, Pugnę gladiatorũ, athletarum, mirmillonum, leonum, elephantorum, pardorum, hominum. In ludis ſunt, qui vocantur apud Romanos, Troiani, Capitolini, Seculares, Romani, Plebęi, Circenſes, Scenici, Comici, & Tragici. Pompæ conſtant, ſubinde puerorum, virginum, & adoleſcentum ordinibus: ſubinde ridiculis quibuſdam & formidoloſis oſcillis, manducis, cicerijs: ſubinde denique thenſis & vehiculis Deorum. Conſecrationes ſunt, quæ per Pontifices & Sacerdotes ritè fiũt, cùm vel ipſi homines, vel res aliquę Dijs immortalibus offeruntur ac deſtinantur. Leges ſacratę ſunt, (authore Liuio) in quibus eius caput, qui contra eas fecerit, Ioui Opt. Max. fit ſacrum: quo quid em pertinet illud Virgilij, Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura. Fœdera ſunt conuentiones, quę fiunt per pacem, l. conuentionum. ff. de pact. quoties duces belli inter ſe paciſcuntur, admotis ſacris, & iuriſiurandi religione, exſtantque eorum exempla, apud Homerum in Iliade, & Maronẽ in duodecimo Aeneidos. Quæ ad funeralia ſacra pertinent, ſunt conclamationes, euerricationes, nęniæ, exequiæ, parentalia, ludi, viſcerationes, anniuerſaria, cum nonnullis alijs, de quibus longum eſſet pluribus hoc loco tractare.

De Appendicibus Sacrorum.

QVæ de appendicibus ſunt rerum ſacrarum, vel pertinent ad perſonas, vel ad res. Perſonas diſtinguit Diuus Hieronymus, his verbis: c. duo: 12. q. j. Duo ſunt genera Chriſtianorum: Eſt autem vnum genus quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit, vt ſunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuerſi: Cleros enim Græcè, Latinè ſors. Inde huiuſmodi homines vocantur Clerici, id eſt ſorte electi: omnes enim Deus in ſuos elegit. Hi nanque ſunt reges, id eſt, ſe & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent, & hoc deſignat corona in capite. Hanc coronam habent ab inſtitutione Romanæ Eccleſiæ, in ſignum regni, quod in Chriſto expectatur. Raſio verò capitis, eſt temporalium omnium depoſitio: illi enim victu & veſtitu contenti, nullam inter ſe proprietatem habentes, debẽt habere omnia communia. Aliud verò genus eſt Chriſtianorũ, vt ſunt laici: λαὸς enim Græcè eſt populus Latinè: his licet temporalia poſſidere, ſed non niſi ad vſum. Nihil enim miſerius eſt, quàm propter nummum, Deum contemnere: his conceſſum eſt vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, cauſas agere, oblationes ſuper altaria apponere, decimas reddere, & ita ſaluari poterunt, ſi vitia tamen benefaciendo euitauerint. Hactenus Hieronymus. Cohærent autem cum perſonis, ſponſalia, matrimonia, diuortia, quæ etſi inter laicos celebrantur: tamen ſunt eius conditionis & naturæ, vt inauſpicato fieri non debeant, habeturque in illis non ſolum ratio cõſanguinitatis & affinitatis: verùmetiam cognationis, quam vocant, ſpiritalis tot. tit. extr. de cognat. ſpiri. Res omnes, vel ſunt prophanæ, vel ſacræ. Prophanas voco, in quibus nulla, nec religionis, nec diuini officij ratio habetur. Sacras verò, quę vel ſunt in vſu ſacrorum, vel in pecunia eorum qui ſacra tractant, vel mediæ. Primi generis ſunt, quæ ad miniſterium ſacrificiorum conſecrantur, vt veſtes, calices, vrceoli, & ſi qua ſunt alia miniſtratoria. Secundi, poſſeſſiones, fundi, reditus, & ſimilia, ex quibus victus & cultus quotidianus reficitur ijs, qui templo & altari ſeruiunt. Tertij denique, decimæ, oblationes, primitiæ, præbendæ, beneficia, quæ vel cum dignitate ſunt coniuncta, extr. de præ. & dig. vt Epiſcoporum, Præpoſitorum, Decanorum, & ſimilium: vel cum animorum curatione, vt Paſtorum, Parochorum vel media, quæ ſimpliciter beneficia vocantur ſiue præbendæ: cuiuſmodi ſunt canonicorum, vicariorum, & aliorum: de quibus paſſim nimis multa. Nam nos nunc eò rerum redacti ſumus, vt vix leuiter deguſtatis primis illis & præcipuis iuris pontificij partibus, in his adiectitijs & parergis cognoſcendis, præcipuam laudem & operam ponamus: quod quidem, quàm rectè fiat, relinquo aliis cogitandum. Illud rectius ex iſtis annotari poteſt, eam eſſe ſacrorum vim & naturam, vt homo, non ſolum ſe ipſe diuinis contemplandis & colendis dedere poſſit: verùmetiam omnia, quæ cœlo & mari terraque continentur, quæque ſuprà ſunt & ſubter, ad diuini numinis cultum & miniſterium traducere.

De rebus humanis, ſiue de iure Ciuili.

RErum humanarum & Ciuilium diſtinctio, proximè ad naturam accedit humanam: eſtque, vt ſæpe diximus, ad illius imitationem, præclara quadam & propè diuina ratione conſtituta. Quemadmodum enim alia ſunt in corpore humano mẽbra, quæ ad totius ſuſtentationem pertinent, vt caput, cor, iecur: alia, quę certum quendam & definitũ ſpeciatim præbent vſum, vt brachia, manus, & pedes: ita etiam rerum ciuilium, quædam publicæ ſunt, & ad totius Reipublicæ ſtatum pertinentes. §. huius. inſt. de Iuſt. & Iur. quędam verò priuatę, quę ad ſingulorum vtilitatem referuntur. Et rurſum, quemadmodum animus, tum ratione continetur, tum animoſitate, tum cupiditate: ita etiam in ciuitate, alij ſunt principes, penes quos eſt dominatus: alij milites, quibus defendendę ac tuendę rei cura committitur: alij denique queſtores, qui pecuniam populi querunt, & adminiſtrant. Eſtque ex his duabus diuiſionibus natum, vt aliud ſit Ius Ciuile, aliud Fœciale, aliud Queſtorium, aliud Priuatum, de quibus ſingulis eſt explicandum. In Iure Ciuili, cùm partim hominum, partim locorum, partim temporum, partim rerum habeatur ratio: primum diuiduntur homines quinque fermè modis: pro loco: pro facultatibus: p ordine: pro iure: pro dignitate. Pro loco quidem, veluti cùm totam vrbem, certis quibuſdam regionibus diſtinguimus, & in tribus aliquot accurias partimur. Nam ea diuiſio, tum ad populi conuocationem eſt neceſſaria, tum ad ſuffragiorum collectionem, tum verò ad ſtationũ deſignationem. Pro facultatibus, alij ſunt qui vocantur claſſici, vt qui aliquem in cenſus profeſſione locum obtinent: alij proletarij, ſiue capite cenſi, qui vel liberis operam dando, proſunt Reipublicę, vel numerum & multitudinem ciuium auctiorem faciunt. Eſtque eius diſtinctionis vſus in illo poſitus, vt conſtet, quę ratio tributorum, exactionumque haberi poſſit, quę non. Ordines in Romana Republica fuere tres. Senatorius, Equeſtris, & Plebeius. Senatorius eſt, Patriciorum, qui à primoribus centum patribus, quos Romulus elegerat, & ab ętate Senatores vocauerat, profecti ſunt. Equeſtris, equitum, quem ordinem primum ſtabiliuit, in Conſulatu ſuo M. Cicero, ex eo ſe natum & prouectum dicens. Et diſtinguimus Equites in Tribunos ęris, Selectos, & Iudices. Plebeius, agricolarum eſt, opificum, & mercatorum, & eorum, qui publicis ſumendis operam nauant. Nam quemadmodum Senatores & Patricios tunica ſeparat ab Equitibus: ita rurſum Equites à plebeis, annulus, q primò ferreus erat, mox aurę, vnde ius aureorum annulorum deſcendit. toto. titu. ff. de Iur. aur. ann. Et ſanè, quemadmodum inter eiuſdem generis animalia contingit, vt alia generoſa ſint, & alto animo prędita: alia cõtrà, humilia & abiecta. Ita etiam inter homines naturaliter euenit, vt alij heroicum, nobilem, & omnibus virtutum generibus exaggeratum animum habeant: alij contrà, demiſſum, ignobilem & humi ſemper repẽtem: eſtque valde neceſſarium in omni Republica, eorum inter ipſos diſtinctionẽ haberi, & eximiarum preſtantiumque virtutum prędmia quędam & honores cõſtitui. Pro Iuris ratione ac diuerſitate, quidam ſunt domeſtici, quidam externi. l. quidam. ff. de pœn. Nam vt diſtinguatur, qui quorum munerum ſint capaces, qui non, qui legitimas nuptias, conuentiones, actiones, inſtituere poſſint, qui non. §. 1. Inſt. de nup. apprime vtile eſt, vt videamus: quomodo ciues à peregrinis, hoſtes ab amicis: fœderati à ſocijs: diſcernantur. Et quantũ quidem ad domeſticos attinet, eorum nonnulli ſunt, qui vocãtur incolę: nonnulli, qui municipes & ciues: nonnulli denique, qui eximij. Incolę ſunt, l. pupillus. §. incola. ff. de uerb. ſing. qui nullum ciuitatis ius habentes, domicilium ſolùm in eam contulerunt, quique intantum debent iis magiſtratibus parere, apud quos incolę ſunt, vt cum per ſe, capeſcendorum munerum ius non habeant: neceſſitate tamen, ſi imponantur, ea debeant ſubire, l. incola. ff. ad muni. Nec tantùm qui in oppido morantur, incolę ſunt, ſed & qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum ſe, quaſi in aliquam ſedem recipiant. Municipes proprio nomine ſunt, qui munerum & honorum ſunt participes, ẽt ſi alibi degant: ſed p abuſionẽ, ciues oẽs, vocãtur municipes, & fiunt vel natiuitate, vel manumiſſione, vel adoptione, vel priuilegio. l. j. ff. ad mun. Eximios vocamus eos, qui legib. municipalibus hactenus ſunt ſoluti, vt munera ſui municipii ſufferre non cogantur, licèt ibi domicilium habeant. Atque hoc eſt, l. municeps. ff. municipal. quod dicitur, eum, qui ſenatoriam dignitatem adeptus eſt, municipem deſinere eſſe, quantum ad munera, licèt quantum ad honorem pertinere creditur, originem retineat. Externorum populorum: alii ſunt coloni: alii bello victi: alii clientes: alii peregrini: alii hoſtes. Coloni ſunt, qui ex maioribus vrbibus, in minores urbes, quaſi quędam examina populorum, mittuntur: à quibus & Colonicę leges, ut author eſt Varro, nomen habent. Et ſunt ex ijs nonnulli, quantum quidem ad Romanorũ attinet colonos, quibus Ius Italicum eſt collatum. l. i. ff. de cenſi. ut Phœnices, Veronenſes, Heliopolitani, Pacẽſes, Lugdunenſes, Agrippinenſes, in Germania, ut inquit Paulus, inferiori. Eſtque eius Iuris illa uis ac poteſtas, ut immunes eos tributis faciat, cũ relinqui omnes, tã pro capitibus ſuis, q̃ pro poſſeſſionibus, certas pẽſiones annuas preſtare compellãtur. Qui bello victi, in poteſtatẽ Romanorũ & ditionẽ cõcedunt, vel ſunt ſerui, vel dedititii, §. ult. Inſt. de liber. vel Latini, uel ciues Romani. Serui ſunt, q iuregẽtiũ dñio alieno p̃ naturã ſubiiciunt̃: appellati ex eo, q̃ Imperatores captiuos vẽdere, ac p hoc ſeruare, nec occidere ſolent, qui etiam mancipia dicti ſunt ab eo, quòd ab hoſtibus manu capiantur. §. ſerui. Inſt. de Iur. perſ. Nec abſunt ab ijs

Source : BIU Cujas

longè, qui adſcriptitij, coloni, inquilini, addicti glebæ nominantur, quamuis eorum paulò melior ſit conditio. Dedititij dicuntur, quibus propter deditionem, poſtquàm ſemel victi rebellarunt, vita ſeruatur, ſi armis poſitis, ad Imperatorum fidem confugiant: & relinquitur quidem illis imaginaria quædam libertas, ſed tamen infamiæ labe aſperſa, lege lata, vt ad veram libertatem propter perfidiam nunquam poſſint peruenire, eſtque deditionis forma huiuſmodi: Eſtiſne vos legati oratoreſque miſſi à populo Collatino, vt vos populumque Collatinum dederetis? Sumus: Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne vos populum Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtenſilia, diuina, humanaque omnia in meam populi Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio.

Atque huiuſmodi deditis, imponit victor leges, quas uult. Latini ſunt, qui tributis imperatis, ſuis legibus relinquuntur, & reuerà liberi manent, ſed Iura ciuium Romanorum non adipiſcuntur: ſic dicti, quia Romani primùm omnium exercuerunt hãc liberalitatem in Latinos, quia ſcilicet ipſa Roma pars eſt Latij, quos poſt deinde ciuitate quoque donauerunt, ſeruata differentia inter prouinciales & Latinos tantùm. §. 1. Inſti. de uſucap. Ciues Romani ſunt, quibus Ius ciuitatis conceditur, vt eſt patriæ poteſtatis, teſtamenti factionis, adoptionis, gentilitatis, agnationis, Legionariæ militiæ, adipiſcendorum Romæ honorum, Togæ ferendæ, & ſimilium. Clientes ſunt, qui ſua ſponte, vel nunquam captis, vel vltro poſitis armis, ad fidem Romanorum confugiunt, qui & liberi populi vocantur. Nam quemadmodum clientes noſtros intelligimus, liberos eſſe. leg. non dubito. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. etiam ſi neque authoritate, neque dignitate, neque iure nobis pares ſunt: ſic & eos, qui maieſtatem noſtram communiter conſeruare debent, liberos eſſe intelligendum eſt. Et ſunt horum, alij fœderati, alij ſocij, alii amici, alii municipes, alij ciues Romani, qui & fundi populi, (vt ego quidem interpretor) dicuntur. Peregrini ſunt, quibus nulla cum Romanis iura ciuilia ſunt communia, ſed gentium ſolummodo: & ideo qui deportantur, ad peregrinitatem redigi dicũtur. l. ſed & ſi hac. ff. de in ius voc. d. leg. quędam. ff. de pœn. vt ſcilicet ea quidem, quæ Iuris Ciuilis ſunt, non habeant: quæ verò Iuris gentium, habeant. Hoſtes definiuntur, leg. hoſtes. ff. de capt. & poſtli. reu. quibus bellum publicè populus Romanus decreuit, vel qui ipſi populo Romano. quamuis tamen recentiore Iure, omnes, qui Romano imperio ſubditi non ſunt, Barbari, pro legitimis hoſtibus habeantur: ita vt non ſolùm prohibitum ſit aurum illis præbere, verum etiam, ſi apud eos fortè inuentum fuerit, ſubtili ingenio auferre, præcipiatur. leg. non ſolum C. de commerc. Quæ ad dignitatem populi maieſtatemque defendendam fit diuiſio, facit, vt partim ſint principes, partim magiſtratus, partim ciues & ſubditi. Ac principum quidem & ſubditorum cùm nulla ſit differentia, niſi quod ſubinde vnius arbitrio rebus conſulatur, ſubinde optimatum, ſubinde omnium, in quibus cunctis diligenter eſt prouidendum, vt cuique formæ Reipublicæ, ſuæ quæque leges accommodentur: tantùm opus eſt, vt magiſtratuum deſcriptionem paucis faciamus. Nam ex eorum pręcipuè compoſitione, quod cuiuſque in Republica genus ſit, intelligitur. Primus igitur ordo magiſtratuum eſt eorum, qui in aula principis militiam aliquam obtinent. de his vide tres poſt. lib. Cod. Nam vt eos omittam, qui vel hanc, vel illam profeſſionem ſuſtinent, cuiuſmodi ſunt Medici, Grammatici, Tabularii, Scribæ, logographi, Fabricenſes, Nauicularij, Metallarii, reliqui omnes, tum publica obeunt, tam malitiæ, quàm domi, vt magiſtri ſcriniorum, Legati, Comites conſiſtoriani, Silentiarii, Primicerii, Comites qui prouincias regunt, Magiſtri equitum, Comites in militia: tum rei priuatæ curam gerunt, tam intus quàm foris, vt prępoſiti ſacri cubiculi, Comites largitionum, Metatæ, Curſores, Stratores, cum ſimilibus. Secundus ordo magiſtratuum eſt eorum, qui populi plebiſve tuitionem & quaſi curationem ſuſcipiunt, quique principis vehementiam & ardorem, ſuis interceſſionibus temperant ac reſtinguunt. Hi ſunt qui apud Lacedæmonios Ephori, apud Romanos, tum magiſtri celerum, tum tribuni plebis olim ſunt vocati. De his hēt Plato in hæc verba.

Θεὸς οἶμαι κηδόμενος ὑμεῖν τις. ὡς τὰ μέλλοντα προορῶν, δίδυμον ὑμῖν φυτεύτας τὴν τῶν βασιλέων γένεσιν, ἐκ μονογενοῦς εἰς τὸ μέτριον μᾶλλον σωφρονίσειε. καὶ μετὰ τοῦτο ἔτι, φύσις τὶς ἀνθρωπίνη μεμιγμένη θεία τινὶ δυνάμει κατιδοῦσα ὑμῶν τὴν ἀρχὴν φλεγμαίνουσαν. ἔτι μιγνυσι τὴν κατὰ γύρας σώφρονα δύναμιν, τῇ κατὰ γένος αὐθαδεστέρᾳ τὴν τῶν ἑκτὸν καὶ ἑκοσι γερόντων ἰσόψηφον εἰς τὰ μέγιστα τῇ τῶν βασιλέων ποιήσασα δυνάμει, ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ἡμῖν, ἔτι ἀπαργῶσαν καὶ θυμουμένῳ τῆς ἀρχὴν ὁρῶν, οἷον ψαλλιὸν ἐνέβαλεν αὐτῇ τῶν Ἐφόρων δύναμιν, ἐγγὺς τῆς κληρωτῆς ἀγαγὼν δυνάμεως, καὶ κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον, ἡ βασιλεία, παρ ὑμῖν, ἐξ ὧν ἔδει συμμικτος γενομένη, καὶ μέτρον ἔχουσα, σωθεῖσα, αὐτη, σωτυρίας τοῖς ἄλλοις γέγονεν αὐτία.

Cõſtituit eius pulcherrimum exemplum, optimus princeps Traianus: nam cùm tribunatum militum Scirę traderet, parazonium, quo prò dignitate cingendus erat, nudum ei porrexit: At talem, inquit, enſem accipe, quem prò me ita demum ſtrinxeris, ſi iuſtè imperauero: quòd ſi perperàm quicquam per me fieri cognoueris, eo in perniciem meam vtaris, velim. Tertius ordo magiſtratuum eſt eorum, qui in ipſa Republica moderanda ac gubernanda verſantur, idque, vel domi, vel in prouincia, de his li. prim. digeſt. & Cod. Domi ſunt, Conſules, Senatores, Præfecti vrbi, Nomothetæ, Nomophylaces, Viri Reipublicæ cõſtituendæ, Iureconſulti, & omnes qui totius ciuitatis curam gerunt: item Centumuiri, Duumuiri rerum capitalium, Aediles, Latrunculatores, Prætores, tum peregrini, tum vrbani, tum fideicommiſſarii, & alii, qui rebus iudicandis præſunt: Adhęc, Præfecti vigilum, annonæ, viarum, Cenſores, Aediles, Monetarii, Gynęconomi, Aenoptæ, Curatores fori, Epiſcopi, Deductores coloniarum: & reliqui, qui particulam aliquam Ciuilis adminiſtrationis obtinent. In prouincijs ſunt, Prefecti prætorio, Proconſules, Legati, Præſides prouinciarum, cum ſuis officialibus & miniſtris. Pręter hæc tria genera magiſtratuum, vix eſt vt vllum aliud (quantum quidem ego iudico) reperiri poſſit, quod non ad vnum ex iſtis, accommodari queat. Cęterùm, quia multi ſunt in ciuitate præter magiſtratus, qui publicis commodis & vtilitatibus proſpiciunt: prodita eſt, & alia quædam publicarum perſonarum diſtinctio, quæ omnes omnino complectatur. Alii enim ſunt, qui honores dicuntur gerere: alii qui onera: alii qui munera. Honores ſunt, l. honor. ff. de mun. & hon. in quibus plus eſt dignitatis, quàm vexationis corporis, aut animi: quales ſunt Illuſtrium, Venerabilium, Superilluſtrium, Spectabilium, Clariſſimorum, Perfectiſſimorum, Honoratiſſimorum hominum, ſic enim diſtinguuntur. Onera autem, leg. 1. ff. de mun. & hon. ſolam curam & diligentiam continent ſine vlla dignitate: qualia ſunt Tabulariorum, Logographorũ, Maſtigophororũ, & ſimilium. Munus ex vtroque ſimul cõſtat. l. munerũ. l. honor. §. 1. ff. de mun. & hon. & eſt officium priuati hominis, ex quo commodum ad ſingulos vniuerſoſque ciues, remque eorum imperio Magiſtratus extraordinario peruenit. Et eſt quidem ſubinde publicum, ſubinde priuatum, item ſubinde perſonale, quod animi prouiſione, & corporali laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento exiſtit: vt tutela, cura, defenſio ciuitatis, Calendarij curatio, quæſtura in aliqua ciuitate, Legatio ad cenſus accipiendos, Angariarum præbitio: ſubinde patrimonii, in quo ſumptus maximè poſtulatur, quodque cum damno adminiſtrantis expeditur, vt rei vehicularis munus, Nauicularis, & Decemprimatus: ſubinde denique mixtum, quod partim animo laboreque, partim ſumptu, conficitur: vt Decaprotiæ, & Icoſaprotiæ: nam illi tributa exigentes, & corporale miniſterium gerunt, & pro muneribus defunctorũ, fiſcalia detrimenta reſarciunt. Verùm hæc hactenus de perſonis, & earum diuiſionibus in Republica. Nam quòd per ætates etiam ſubinde diſtinguitur populus, nihil attinet hic pluribus commemorare. Iam loca publica ſunt, theatra, porticus, forum, baſilicæ, pomeria, templa, viæ, flumina, de quibus interdicitur ſub titulo. DE LOCIS ET ITINEBRIVS PVBLICIS: Item. NE QVID IN LOCO PVBLICO VEL ITINERE FIAT. Tu autem, DE LOCO PVBLICO FRVENDO: DE RIVIS: DE FONTE: DE CLOACIS: DE FLVMINIBVS. Nam publici loci appellatio, quemadmodum Labeo definit, d. l. prætor. §. ſi quis nemine. ſic accipitur, vt & ad areas, & ad inſulas, & ad agros, & ad vias publicas, itineraque publica pertineat. Cæterum viarum, l. prætor. §. publico. ff. ne quid in loc. quædã ſunt publicæ, quædam priuatæ, quædam vicinales. Publicas dicimus, quas Græci Baſilicas, noſtri Prætorias, alii Conſulares & Militares appellant. Priuatas, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales, quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt, quę quidem ita publicæ ſunt, ſi non ex collatione priuatorum conſtituantur. Temporum ciuilium & publicorum, ea eſt ratio, vt dies omnes profeſti, (nam de feſtis ſuprà eſt expoſitum), vel ſint comitiales, vel faſti, vel cõperendini, vel ſtati, vel pręliares, vel iuſti. Comitiales ſunt, quibus fas eſt cum populo agere, & calata comitia celebrare, ſiue ea ſint tributa, ſiue curiata, ſiue centuriata. Solentq; iſtis potiſſimum diebus, teſtamenta conſcribi, & ea quæ vocantur publica iudicia, exerceri. Faſti ſunt, quibus fas eſt lege agere, quibuſque certa verba legitima: DO, DICO, ADDICO, quæ maximè conueniunt actionibus in perſonam, prætoribus ſine piaculo licet fari. Et contra, nefaſti ſunt, quibus ea fari ius nõ eſt, & ſi fata ſunt piaculum faciunt. Cõperendini dicuntur, in quos vel vadimoniũ iubetur, vel ſtipulatio, ſiue iudicio ſiſti, ſiue de iudicato ſoluendo, concipiť. Nam comperendinare propriè eſt, in diē tertiũ iudiciũ differre, quemadmodũ diffindere vel diffundere diē, in poſtridianũ vel pomeridianũ tps reijcere, Stati ſunt, q iudicij cā peregrino ꝑdicunť, à qbus illæ actiones, q̃ cõdictiones dicuntur, nomen accipiunt. Nā eò ꝓtinet, quod dr̃ in legib. Duodecim tabularum: SI STATVS DIES SIT, CVM HOSTE VENITO. Præliares appellantur, quibus fas eſt res ablatas repetere per vindicationem, vel hoſtes bello laceſſere. Iuſti denique ſunt, qui dantur iudicatis, ad ſoluendum iudicatum, ſic appellati ab eo, quòd ius tantiſper ſtet, nec procedatur ad exe-

Source : BIU Cujas

ad executionem. Rerum ciuilium, nonnullę pertinent ad vtilitatem ciuitatis, nonnullę ad voluptatem. Ad vtilitatem pertinet, primò res annonaria, canonq; frumentarius, cum omnibus iis quę exportantur & importantur. Secundò, res nummaria, cũ ponderum & mensurarum tam siccorum, quàm liquidorum ratione, cumq; agrorum & finium, & omnium rerum quę in longũ & latum patent, dimensionibus. Tertiò, res aquatica, cũ qua tractaẽ, de cloacis, de fontib. de riuis, de aquęductib. & aliis similib. Ad voluptatẽ referunt̃, ludi, pancratię, pentatlę, maiumę, certamina, porticus, ambulationes, & si quæ sunt alia illius generis. Nunc verò ad rem militarem.

De re militari.

QVemadmodum ad domesticas rationes rectè stabiliendas, intestinumque bellum prohibendum, comparata est ciuilium rerum scientia: ita iuris fœcialis, & rerum militarium tractatio, ad hoc inuenta, & excogitata est, vt libertas defendi, & externus hostis à ceruicibus nostris arceri ac submoueri possit. Et quidem, licèt veræ solidæque laudis & gloriæ, plus proficiscatur ex vrbanis domesticisque rationibus: tamen bellicæ illæ virtutes & triumphi, nescio quo pacto, plus videntur habere splendoris & applausus popularis. An hoc sic ideo fieri dicemus, quia capitaliora præsentioraq; videntur illa pericula, quæ disciplina rei militaris amouet? illa verò, quæ ciuilis, tacita magis & occulta, & in ipsis Reipublicæ visceribus & medullis hærentia? vtut res est, illud clarum & apertum est, antiquissimam esse rem bellicã, & cum ipsis ciuitatibus & Rebuspublicis, exortam. Nam vt à feris animantibus & beluis tuti essent homines, non dubium est, quin statim ab initio, se muris & fossis includere, arma expedire, venationum varia genera excogitare, sint coacti. Idque satis & maiorum insignia significant, in quibus aut leonem, aut vrsum, aut elephantem, aut draconem occisum ferè videas: & ipsum quoque belli nomen, præ se fert, quod à beluis ductum esse, & Varro testatur, & suis quisque sensibus comprehendere potest. Verùm ipsi homines, ad bellum inter se faciendum, tũc primùm sunt commoti, cùm secundum Prouerbium, Homo homini lupus esse cœpit, cumque tam præfracti & obstinati sunt effecti, vt non verbis amplius & iustis rationibus acquiescerent, sed sola vi ac minis, in officio retineri possent. Et est quidem omne bellum, vel nauale, vel terrestre, pro numero eorum, in quibus hominum commercia celebrantur. Et terrestre rursum, vel oppidanum, vel campestre, pro vitæ rusticæ & vrbanæ differentia. Nam partes eius, quibus explicatur, sunt partim homines, vt inquit Vegetius, qui bellum gerunt: partim res, quibus vel oppugnando, vel propulsando geritur. Idque aiunt significare Marónem, cùm statim in exordio sui operis, se arma simul & virum cantaturum pollicetur. Et quantum quidem ad homines attinet, exercitus omnis, cui ab exercendo nomen est impositum, tum auxiliarias fœderatorum ac sociorum copias complectitur, cum legionarias, id est, proprias ac domesticas. Auxiliariorum quidem, qui extraordinarij dicuntur, circa Imperatoris ministerium versantur: qui verò ordinarij, in dextro cornu, & sinistro constituuntur. Legionariorum autem, alios beneficiarios, & principes ponunt, alios munifices. Principum tres fermè sunt ordines, Vnus est ipsius Imperatoris vel Consulis: item Legati, Præfecti castrorum, Magistri legionis, Iudicum, quibus adsunt, scribæ, primicerij, speculatores & curiosi. Alter Tribunorum & præpositorum, chiliarchorum, primipilorum, ducenarionum, centurionum, primorum hastatorum, siue decanorum, quaternionum, in quorum comitatu sunt, accensi siue supernumerarij, qui se illis præbent, donec locus fiat. Vltimus tandem, reliquorum omnium beneficiariorum, cuiusmodi sunt Augustales, Aquiliferi, Imaginarij, Signiferi, Draconarij, Optiones Tesserarij, Campigeni, Metatores, Mensores, Stratores, Hippocomi, Tubicines, Cornicines, Buccinatores, Duplares, Torquati, Candidati, Liminarchæ, Librarij, de quibus plusçula apud rerum militarium scriptores. Munifices sunt, leg. munus. ff. de verbor. significa. qui munera militaria obire coguntur: cuiusmodi sunt excubiæ, angariæ, gestationes in vsum belli, decursio campi, erectio valli, atque id genus similia. Estque horum non vna & eadem conditio: nam præter hoc, quod alij sunt equites, alij pedites, diuiduntur etiam in antesignarios, hastarios, principes & triarios. Et sunt antesignarij, leuis armaturæ adolescentes, quales sunt sagittarij, balistarij, funditores, pilani, ferentarij, proletarii, expediti, desultores, velites, velones, rorarij, gregarii, & omnes qui vno nomine præcursores appellantur & tumultuarij. Hastati verò, illi, qui marciobarduli nominantur, quique verutis ac plumbatis armiti, stant scutati ante ipsum agmen. Principes autem, qui primum hostium impetum excipiunt, quique cataphracti, & quantum fieri potest, vndiquaque muniti sunt, in quibus ferè omnes citrati, dupliciarii, & veterani. Triariorum verò ordo vltimus est, & pro muro siue vallo positus, quia nec cedere illi, nec insequi fas est. Illud breuiter admonendum, exceptis fabris, lixis, calonibus, & aliis qui gratia militum sunt, reliquos omnes, qui in expeditione versantur, quique sacramentum militare præstiterunt, siue auxiliarii sint, siue legionarii, siue beneficiarii, siue munifices, vno communi nomine milites appellari, quibus id nominis est collatum, aut à mollitia, id est duritia, quam pro nobis sustinent: aut à multitudine: aut à malo, quod arcere solent: aut à numero mille hominum. leg. 1. ff. de test. milit. Et sunt nonnulli tyrones, qui in prima militiæ rudimenta ingrediuntur, qualia sunt gressus, cursus natatio, lucta, cum similibus. Nonnulli, veterani, qui non sunt tyrones, & primos annos militiæ iam egressi. leg. 1. ff. de priuil. veteran. Quanquam & eorum, alij sunt voluntarii, alii dati, alii caligati, alii electi, alii ordinarii, alii succenturiati. Rerum ad militiam pertinentium nonnullæ sunt hominum, nonnullę rerum, nonnullæ ipsius quasi militiæ. de his. ff. de re milit. Hominum sunt, quibus homines, tum aluntur & exhibentur, vt annona militaris, & comeatus: tum vestiuntur & teguntur, vt paludamenta, saga, supellectilia, quæ à pellibus dicuntur, tentoria, papiliones: leg. labeo. ff. de supell. leg. tum conducuntur, vt stipendia, quæ à stipe nomen inuenerunt: tum denique armantur, tam ad protectionem, vt galea, scutum, thorax, armillæ, lorica, balteus, ocreæ, perones, quàm ad nocendum, vt ensis, gladius, spatha, dolon, sica, pugio, verutum, pilum, hasta, funda, telum. Rerum sunt quibus loca muniuntur: vt mœnia, muri, portę, arces, turres, cataractæ, quæ ad ciuitates pertinent. Item vineæ, aggeres, fossæ, portæ, quæ ad castra. Denique remi, schaphę, vela, bipennis, asser, falx, quæ ad naues. In his quæ ad ipsam militiam pertinẽt, sunt, tum arma, vt cataractæ turres ambulatoriæ, scorpiones, arietes, plutei, tẽlones, sambucæ, exostra, pontes, musculi, scalæ, cum similibus: tum signa, ex quibus vocalia dicuntur, quæ voce humana pronunciantur, sicut in vigiliis, vel in prælio, pro signo dicitur: semiuocalia, quæ per tubam, aut cornua, aut buccinam, dantur: muta, quæ ad oculos referuntur, cuiusmodi sunt Aquilę, Dracones, Vexilla, Flammulæ, Rufæ, Pennæ. Sed de his iam satis. Nam de Sacramentis militum de iure triumphandi, de commeatu, & missionum variis generibus: item de castrensibus & quasi castrensibus peculiis: de iis qui militare possunt, vel non: de delictis: de iudiciis: de toto denique iure militari, hoc loco tractare: non est præsentis instituti. Nam id solum est nobis hic propositum, vt capita quædam cuiusque rei, quæ in Republica versetur, annotemus. Et ipsa iura militaria, tam sunt libera, & à communibus iuris regulis, propter fauorem soluta, vt uix in artem cadere, & generali cognitione comprehendi possint. Enimuerò, si de beneficiis & feudis aliquid dixerimus, nihil videbimur, vt puto, præter propositum nostrum facere. Nã tota ratio beneficiorum, quæ scilicet fidelis obsequii gratia dantur, nullas alias habet opportunitates, nec ad vllum pterea vsum est excogitata: quàm vt sint generosi homines & præstantes in Republica, qui ad belli & armorum tractationem, totiusq; adeò Reipublicæ defensionem, instituantur. Horum ergo quoniam plures & insignes sunt differentiæ, de his passim in usibus feud. & iis quæ ibi tractantur. Primùm alia sunt Regalia, alia Nec regalia. Regalia, quæ cum regali aliqua dignitate, vt Marchiæ, Ducatus, Comitatus, sunt coniuncta: quæque à regia manu & liberalitate proficiscuntur. Nec regalia, quæ vel ab alio quàm ipso Principe conferuntur, vel à Principe quidem, sed sine vllo dignitatis & splendoris decore. Præterea quædam sunt, quę vocantur nobilia, quædam quæ plebeia. Nobilia, quę possessorem suum, in numerum & ordinem nobilium reponunt, vel si aliàs est nobilis, tum sine vlla dubitatione, talem significant. Plebeia, quę à paganis conceduntur, & pręter munus, & onus militare quod adferunt, nullam alioqui nominis claritatem pariunt. Quod autem nonnulli, ea quę nobilia sunt, propter varios nobilitatis gradus, in totidem quoque species distribuunt, reprehenditur à quibusdam, & nec ego id probandum censeo: quoniam aliud est mediocritate differre, aliud specie. leg. vltim. ff. de fund. inst. & inst. leg. Iam verò, & alia sunt beneficia ordinaria, siue recta: alia extraordinaria, siue imperfecta. In rectis requiritur, vt pura sint, & in curia possessa, sine potestate reuocandi. Reliqua omnia, quę uel tempore, vel certo seruitij genere finiuntur, quęve pecunia data impetrantur, aut aliquo denique alio modo recedunt à vera & genuina natura beneficiorum, degenerantia dicuntur & imperfecta. Sunt prętereà quędam, quę personalia nominantur, quę scilicet cum persona intereunt. Nam cum ob bene merita, ueterano alicui certa quędam pensio, in singulos annos apponitur, eam, planum est, cum ipso homine extingui, & eum qui obnoxius est, ad illationem eius non amplius cuiquam mortalium teneri. Quòd nonnulla sunt beneficia, quę ecclesiastica vocantur, nouam etiam eorum speciem efficit: nam sunt vel eius conditionis & naturę, vt à nullo alio, quàm clerico possideri possint: vel eius, vt à nullo alio conferri & concedi: vel denique, vt nec obtineri à profanis, nec dari aut irrogari possint. Planè ꝙ subinde fœmininorum beneficiorũ fit mentio, id satis significat regulariter solos masculos

Source : BIU Cujas

eorum eſſe compotes: nec ad fœminas vllo alio modo deuolui, quàm ſi id nominatim in lege, ſiue in conuentione prima, ſit comprehenſum. Nouum beneficium, non alio nomine differt ab antiquo ſiue paterno, quàm quòd hoc à maioribus profectum, & per manus traditum, ad noſtram tandem peruenit poſſeſſionem: illud in noſtra primum perſona conſtituatur, & à nobis, ortus ſui principatum, ducat.

De re Quæſtoria.

NVnc ab eo ad rei quæſtoriæ explicationem, quæ quidem licèt ſupraſcriptis duabus partibus, nobilitate cedat & præſtantia: tamen communi vitæ vſu & commoditate, nulla ei parte eſt inferior, facitque copioſam & locupletem ciuitatem, & rerum omnium, quibus vita paratur, abundantia circunfluentem. Equidem, quemadmodum humana vita conſtare nequit, niſi ventriculi, inteſtinorum, iecoris, venarum & aliarum partium beneficio, cibus & potus per totum corpus deuehatur: ita nec illa ciuitas incolumis eſſe poteſt, quæ rei frumentariæ, pecuariæ, ſagariæ, & aliarum ſimilium copia deſtituitur. Idque ſiue fiſcum Principis ſpectemus, ſiue ærarium populi. Et ideo, quamuis nonnulli ex ijs, qui rem quæſtoriam tractant, ſine publica ſint dignitate ac honore, vt mancipes, publicani, cohortales, diſcuſſores, arcarii, ſygoſtatæ, decaprori, cartularii, tractores & alij: tamen plerique omnes eorum magiſtratum & honorem gerere dicuntur, vt tribuni, ærarij, procuratores Cæſaris, fiſci, patrimonij, tit. de offic. procurator. Cæſar. & rat. rationis priuatæ, tamiaci, rationales, antigrapharij receptores, magiſtri rationum, cum ſimilibus. Omnia verò illa, circa quæ verſatur res quæſtoria, ſunt duum generum res ſcilicet, & pecuniæ. Res quidem ad vſum, vt frumentum, vinum, oleum, triticum, lignum, lana: Pecunia verò, ad commodam permutationem. Nã quia non ſemper nec facilè concurrit, l. j. ff. de contrahend. emp. & vend. vt cùm tu habeas quod ego deſiderem, inuicem ego habeam quod tu accipere velis: electa materia eſt, cuius publica ac perpetua æſtimatio, difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis, ſubueniret: eaq; materia, forma publica percuſſa, vſum dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet, quàm ex quantitate, nec vltrà merx vtrumq; eſt, ſed alterum pretium vocatur. Planè ſi quis in his rebus cum laude verſari velit: ſcire debet, inquit Ariſtoteles, quantus ſufficiat ciuitati ſumptus, quantum copiarum ſit, quod ex agro redeat, quantum quod aliunde inuehatur. Præterea quænam ſint res, quæ importari exportarique debeant, vt de iis pacta conuenta & quaſi fœdera, cum finitimis & cæteris populis conſtituantur. Qui de pecuniis conciliandis eſt dicturus, primum noſſe debet, quales & quot ſint reditus ciuitatis atque prouentus: deinde qua ratione vectigal, ſi quod non videatur conſtitutum, addi præſtarique poſſit: & ſi quod parum reddere dicatur, quo pacto reformari augeriq; debeat. Et ſunt ad eam rem perdiſcendæ atque indagandę omnes impenſæ ciuitatis, vt quæ ſuperuacuæ erunt, tollantur, & quæ ſuperfluæ videbuntur, amputentur: neque enim vna tantum ratione creſcit opulentia ciuitatum, ſi nouus quæſtus accedat: ſed etiam illa, ſi minuantur impendia. Et ad videnda hæc atque cognoſcenda, non modò requiritur ea prudentia atque is vſus rerum, quem de moribus noſtræ ciuitatis, noſtro ingenio, ſtudioque comparauimus: ſed vt quàm inſtructiſſimi, paratiſſimique ad hanc partem deliberationis videamur accedere: neceſſariũ eſt, rationes quoque alias tenere, atque cõſilia, quę ab alijs aliàs ad huiuſmodi cauſam inuenta & excogitata fuere. Ratio autẽ tam rerum, quàm pecuniarum conficiendarum in Republica eſt triplex: vel ex patrimonialibus ſacræ domus, vel ex vectigalibus & tributis, vel ex cauſis priuatis. Patrimonialia ſacrę domus ſunt, quæ ita ſunt Principis, vel Reipublicæ, quemadmodum patrimonia ſingulorum, ſiue per veterem occupationem, ſiue per traditionem ac mancipium. Verùm ea, quæ ex his proueniunt, non ſunt in vna & eadem cauſa. Subinde dat ita ſua colenda Princeps, quemadmodum prædia noſtra vulgò dare ſolemus colonis noſtris, & ea dicuntur merè patrimonialia. Subinde ſic, vt tamdiu is qui accipit fundum, habeat eum, quàmdiu annuũ vectigal ſoluat, & ea bona appellantur vectigalia, ſiue emphiteuticaria. l. j. ff. ſi ag. vecti. vel emphyt. pet. Subinde ſic, vt is qui ſuſcipit, officium aliquod & miniſterium exhibeat tam ipſe, quàm hæres eius, tum in genere, tum in ſpecie, veluti vt limites cuſtodiat, quo caſu prædia limitropha dicuntur, & generali nomine beneficiaria. C. de fund. limitroph. Subinde denique ita, vt in totum quodammodo abſcedat res à Principe, vel Republica, paucis quibuſdam exceptis: veluti cum agri bello capti aſſignantur militibus, qui quòd certis finibus & limitibus diriguntur, limitati vocantur, vide l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. Item cum ea, quæ poſt illam aſſignationem ſuperſunt, quæ cum ſubciſiua tum extracluſa dicuntur, vt eſt apud Agennium Vrbicum, vel per auctionem ſub haſta fiſcali diſtrahuntur, vel in publicum addicuntur, vel certis negotijs aut collegiis deſtinantur. Atque in iſtis hoc manet adhuc publicum, vt neq; vſucapi, neque per alluuionem creſcere poſſint. Vectigalia, ſunt omnia illa, quæ Princeps pcipit ex alia cauſa, quàm ſui patrimonij, vt annona, canon, penſio, functio, vectigal, collecta, largitio, tributum, emphiteuſis, locarium, ſolarium, capitatio, portorium, officium, cẽſus, munus, commiſſum, exactio, pecuma, ſtipendium, collatio, ſalarium, indictum. Quia enim Princeps non poteſt terra omnia & mari pacata reddere, aggeres munire, pontes extruere, vias reficere, portus aperire, pilas in mare iacere, hoſtes amouere ſine ſumptu & impenſis: conueniens eſt, & rationi conſentaneum, vt in eos vſus aliqua illi à ſubditis conferantur. Horum quędam petuntur extra ordinem, propter repentinas aliquas & magnas neceſſitates, quæ poſtulata dicuntur veteribus: quædã ordinariè, quę vel perſonis imponuntur, vel rebus, vel negotiis. Perſonarum fiunt, capitationes, cùm in ſingula hominum capita, quæ à Principe defenduntur, aliquid exſoluitur: quibus accedunt ea quæ commiſſa dicuntur. ff. de public. uectig. & commiſ. cùm ob delicta, vel alias cauſas, bona in fiſcum redigiuntur, vel in publicum addicuntur, Rerum propriè ſunt, tributa, ſolaria, cenſus, decumæ, munera: nam omnia bona ſiue ea ſint mobilia, & ſe mouentia, ſiue ſoli, in cenſum & profeſſionem venire debent, l. forma. ff. de cenſibus, niſi immunitatem fortè habeant quo caſu nihil planè penditur ex ijs, niſi q̃ ſubinde certo pretio conſtituto, fructus eorum vendi iubeant Reipublicæ. Cæterùm alia, quæ tributaria dñr & ſtipendiaria, ff. per traditionem. Inſt. de rerum diuiſ. vel certam inferunt pẽſionẽ pecuniariam quotannis, vel decumas, quæ cenſoria locatione in ſingulos annos elocant. Sunt tamen nonnulli agri ſecundum Frontinum, qui tutelati vocant, qui nec immunes ſunt, qm̃ ius Italicum non habent: nec tributarij quia non ſunt bello deuicti: ſed qm̃ ſe ultro dederunt in clientelam, & tuitionẽ Reipublicę Romanę, ęquũ eſt, vt aliquid pro defenſione inferant. Negotiorũ q̃ buentiones ſunt, portoria, vectigalia, collectę, locaria, quæ pendunt ob mercatus, l. cotem. l. vlt. §. diui. ff. de pub. & uectig. nauigationes, euectiones, inuectiones, tranſuectiones, commutationes, & alia de genere eodem. Quæ priuatim ciuitati neceſſaria ſuggerũt, ſunt agricultura, coniuncta cum reliquis artibus manualibus, & mercatura. Artiũ & agriculturæ eſt ea, prębere ciuitati, quæ domeſticum ſolum profert, ſiue frumentariam rem, ſiue pecuariam, ſiue hortenſem reſpicias, illaq; ſic parare, vt non ſolùm neceſſitatibus noſtris & vſibus, ad cultum, victũ & habitationẽ inſeruiant: verùm etiã, vt ſi modo luxuries abſit & lautitiæ, voluptatem & iucunditatem adferant: ſuntq; ad eã rẽ promouendã cõſtituta iura, quæ Georgica dñr: vide ll. Georg. Iuſt. & collegia ſiue corpora piſtorũ, fabrorũ, piſcatorũ, & aliorũ portò artificũ, quorũ vſus neceſſarius eſt in Repub. Mercaturæ primũ & maximum munus eſt, vt illa, q̃ ſuperflua ſunt, exportẽtur iiſq; permutatis, rurſum inuehãtur, & per propolas & venalitiarios diuẽdãtur ac diſtribuant ea, quibus nos caremus. Nam ſic per rerũ naturam comparatum eſt, vt nõ ſolùm ſinguli homines, ſine aliorum ope ac præſidio ſibi non ſufficiant: verùm etiam, vt ne vna quidem toto orbe regio, gens, aut natio reperiat, quæ ita rebus & artibus abundet, vt ab oĩ parte per ſe beata ſit, & aliarum regionum opem & auxilium non deſideret. Quæ quidem res manifeſtè argumento eſt, non ad feram illam & immanẽ vitã nos fabricatos, & in lucem proditos eſſe, ſed ad participationẽ vltro citroq; faciendam, & ad cõem tranquillamq; ſocietatẽ colendam. Atq; hinc adeò factum eſt, vt tota res nautica ſit excogitata, vt nundinæ foraq; conſtituta, vtq; certa quędã ſint condita, & deſcripta iura, quę mercatus vocãtur, l. ex hoc iure. ff. de Iuſt. & Iure. & apud omnes vbiq; nationes valent, quemadmodum illę olim Rhodię leges, q̃ nauticè dicebant, vide. ff. ad l. Rhod. de iactu. in quarum hodie locum ſucceſſerunt. Visbię, ex nobiliſſimo Gothorum emporio Visbu, quod à Danis, Vãdalis, Ruſſis, Saxonibus, Freſiis, Pruſſis, Eſtonibus, maximo confluxu frequentari ſolebat, profectę. Et ſanè ſi iuſto res humanas iudicio ponderare velimus, reperiemus negotiationem, non ſolum nõ repudiandam, aut exterminandam, ſed omnibus potiùs modis, tanquam apprimè neceſſariam colendam & exercenda eſſe, argu. l. quod priuilegium. ff. depoſiti, maximè cum multos ſummos viros, in quibus eſt Solon, Lycurgus, Plato, Ariſtoteles, mercatum exercuiſſe memoriæ proditum ſit. Verùm quòd tanta laborat vt plurimum inuidia, & quadam quaſi nota infamię aſpergitur: ex eo accidit, quod ſi modum egrediatur, luxum ferè pariat & infundat in Rempub. & eos qui mercatum exercent, in inexplebilem ferè auri & opum cupiditatem deducat. Atque ex ea quidem parte, quæ merces tractat, exiſtunt ſæpe Monopolia, & alii illiciti cõuentus mercatorum, qui magnam peſtem & cladem adferunt ciuitatibus. uide. C. de monopol. Ex ea verò, quæ in pecuniarum permutatione conſiſtit, (nam has duas partes habet tota negotiatio) naſcitur vtplurimum fœnus, quo nihil neque fœdius, neque turpius excogitari poteſt, vide l. in lege cenſoria. ff. de verbor. ſignificat. His duobus vitiis ſublatis, nihil video, cur non mercatus in rebuſpublicis, in precio haberi & coli debeat, præcipuè cùm ſummæ prudentiæ, & authoritatis apud Græcos Plato, vt inquit. l. 2. ff. de nund. Ciuilis ſtratus, cum inſtitueret, quemadmodum ciuitas bene & beatè habitaret

habitari possit, imprimis negotiatores necessarios esse dixerit, cuius verba hæc sunt;

Δεῖ γὰρ πλείονων ἄρα γεωργῶντε καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν, καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων διακονούντων τῶν τε εἰσαξόντων ἕκασα καὶ ἐξαζόντων, οὗτοι δέ εἰσιν ἔμποροι. Καὶ μὰ κεδὲ ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγορά ντι, ὧν ποιεῖ ἢ τις ἄλλος τὸν δημιουργῶν ἐὰν μὴ εἰς τὸ αὐτὸν χρόνον ἢ τὴ τοῖς λοιμῶνοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀνταλλάξαθαι ἀργίσει τὸς αὐτοὺς δημιουργίας καθήμενος ἐν τῇ ἀγορᾷ; οὐδαμῶς. ἀλλ' εἰσὶν οἱ τοῦτο ὁρῶντες, ἑαυτοὺς ἐπὶ τῷ διακονίαν τα παρεῖναι ταύτην.

DE RE PRIVATA.

REstat vt de iure priuato transigamus. Pertinet autē omne ius priuatum, vel ad personas, ex quibus cōstat Respublica: l.j. ff. de statu ho. vel ad res, quibus homines exhibentur: vel ad obligationes, quę tum personarum sunt, tū rerum. Ac personæ quidē affectæ sunt inter se, & respiciunt se mutuò, quinque fermè modis: Vel enim cōsiderantur vt vir & vxor, vel vt pater & filius, vel vt dominus & seruus, vel vt tutor curatorve, & pupillus adultusve, vel vt cognatus & cognata. Prima & arctissima secundum naturā cōiunctio, est maris & fœminę, quę sobolis ꝓcreandæ, & communis conuictus causa, coaluit. Nā nuptię nihil sunt aliud quàm viri & mulieris cōiūctio, cōsortiū omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio. l.j. ff. de ritu nupt. Verùm nō omniū vxorū eadē est forma. Quędā sunt, quæ cōmunes in iure dicūtur, l. si uxor. ff. de adulter. eò quòd non iustis nuptijs, ſm nr̄æ ciuitatis iura, copulatæ sunt, sed iure gentiū solūmodo: quędā verò legitimæ, quę ſm obseruationē iuris Romani ducūtur, queq; aut matresfamiliarū sunt, aut tātūmodò vxores. Matresfamiliarū quidē, si in manū cōuenerint, ac mācipiū viri, ꝑ coēptionē, quæ coēptio certis solēnitatibus peragit. Nā in coemēdo interrogāt se inuicē: Vir ita: An sibi mulier materfamilias esse velit: Illa respōdet, velle. Itē mulier: An vir sibi paterfamilias eē velit: cui ille respōdet, velle. Itaq; ꝓuenit mulier in manū, & fit viro loco filię. Quę verò vxores tātūmodo sunt, aut fiūt ꝑ cōfarreationē, quæ solis Pontificibus cōuenit, & initur certis verbis, & testibus decē præsentibus, & solēni sacrificio facto, in quo panis quoq; farreus adhibet: aut ꝑ vsum & vsucapionē, ad certū tēpus, quę omnibus cōpetit. Et est generaliter iustū matrimoniū, si inter eos qui nuptias cōtrahūt, cōnubiū sit, & tā masculus pubes, q̄ fœmina potēs sit, & vtriq; cōsentiāt si sui iuris sunt, aut etiā parētes eorū si in potestate sunt. Nec debet mirū videri, quòd in nuptijs cōtrahēdis, quædā quasi emptionis & vēditionis species intercedit: quia & apud Noruagos antiquos, Danos, & Freliōes, & passim apud oēs Barbaros, solēt nobiles raptione, plebei mercatu, sibi vxores cōparare. Planè concubinatus, ff. de concub. etsi apud patres nr̄os tolerat⁹ est, nō fert tamē verecūdia nostrorū tēporū, nec religionis ratio, vt amplius sufferat. Sūt autē de appēdicib⁹ nuptiarum, spōsalia, dotes, repudia, diuortia, exhibitiones liberorū, q fruct⁹ sunt matrimonij. Sed sunt liberorū, nā de ijs secūdo dicere ꝓpositum⁹, alij legitimi, alij illegitimi. Legitimi, qui ex iure ꝯcto matrimonio nascūtur, quod quidē si cōmuni omniū gētiū iure cōstitutū est, facit tātūmodò filios, si etiā Romanorū, filios familiarū qui in potestate nostra mācipioque & sacris nostris sunt cōstituti. Nā ius patriæ potestatis, propriū est ciuiū Romanorū: nec vlli alij sunt homines, q talē in liberos habēt potestatē, qualē nos habemus. Excepto, q in potestate parētum sunt etiā ij liberi, quorū causa ꝓbata est, ꝑ errorē cōtracto matrimonio, inter dispares cōdignis ꝑsonas. Nā seu ciuis Romanus Latinā, aut peregrinā, vel eā q̄ Dedititiorū numero est, quasi ꝑ ignorātiā vxorē duxerit, siue ciuis Romana ꝑ errorē, peregrino, vel ei qui Dedititiorū numero est, aut etiā si Latino ex lege Aelia Sētia nupta fuerit: causa ꝓbata, ciuitas redditur, tā liberis, quā parētibus, prę̄ter eos qui Dedititiorū numero sunt, & ex eo fiūt in potestate parētū liberi. Nec sunt tātū in potestate naturales, sed etiā adoptiui, §. j. Inst. de Adopt. idq; siue per populū sint arrogati, siue ꝑ prætorē, siue per ꝑsidē. Illegitimi liberi sunt, qui sine parētū matrimonio nascūtur, quorū tā est diuersa cōditio, vt alij naturales tātū sint, qui ex cōsuetudine duorū liberorū, & quorū inter se matrimoniū nō est legibus ꝓhibitū, eduntur: alij spurij, qui ex nefario & scelerato coitu ꝓcreātur. l. ex cōplexu. C. de incest. nupt. Seruorū, quorū tertius est locus, ſm Hesiodū, in familia, quidā sunt manui & potestati nostræ suppositi, quidā liberi. Eorū, q dominij nostri sunt, etsi alij primi sunt actus, alij medij, alij infimi: Item alij ordinarii, alij vicarij: Denique alij vrbani: alij rustici: alij Topiarii, Dietarij, Aquarii, Supellecticarii, Hostiarii, Balneatores, Cellarii, Muliones, Venatores, Vestigatores, Monitores, Villici, Atrienses, Scoparii, Saltuarii: tamen quantum ad ius attinet, vna est omnium atque eadem conditio. Eorum verò qui liberi sunt, nonnulli ingenui, qui statim vt nati sunt, liberi sunt, & vel operam suam mercede locant, vel in clientelam alicuius se dedunt: nonnulli libertini, qui ex iusta seruitute manumissi, tum ad dedititiorum, tum ad Latinorum, tum ciuis Romani statum perueniunt: nonnulli denique statu liberi, qui sub conditione testamēto liberi esse iussi sunt. Tutores dicti sunt, quasi tuitores, & dantur tam masculis q̄ fœminis. Sed masculis quidem impuberibus duntaxat, iure veteri, ꝓptatis infirmitatē: fœminis aūt, tā impuberibus, q̄ puberib. & ꝓp sexus infirmitatem, & ꝓp forensium rerum ignorationē. Sunt verò tutores aut legitimi, aut Senatisconsultis constituti, aut moribus introducti, authore Vlpiano. Legitimi imprimis & per eminentiam sunt, qui ex lege duodecim tabularum introducuntur, seu propalam, quales sunt agnati: seu per cōsequentiam, quales sunt patroni. Deinde fiduciarij: nam qui liberum caput mancipatum sibi, vel à parente, vel à coemptore, manumisit, per similitudinem patroni, tutor efficitur, qui fiduciarius appellatur. Adhæc cessici, quib. in iure tutela cessa est à legitimo tutore. Denique testamento nominatim dati: nam & illi, lege duodecim tabularum confirmantur his verbis: Vti legassit super pecunia tutelave suę rei, ita ius esto, qui tutores, datiui appellantur. Senatusconsultis dantur tutores, vt cum ex lege Attilia, Iunia, Iulia de maritandis ordinibus, pupillis, mulieribusve non habentibus, dantur tutores, de quibus latiùs apud Vlpianum. Moribus tutor datur, mulieri, pupillove, qui cum tutore suo lege, aut legitimo iudicio agere vult, vt authore eo agat, (ipse enim tutor in rem suam author fieri non potest) qui Prętorianus tutor dicitur, quia à Prætore vrbis dari consueuit. Curatores, inquit Vlpianus, aut legitimi sunt, id est, qui ex lege duodecim tabularum dātur, aut honorarii, id est, qui à Prætore cōstituuntur. Lex duodecim tabularum, furiosum, itemque prodigum, cui bonis interdictū est, in curatione iubet esse agnatorum. A Prætore cōstituitur curator, quem ipse Prætor voluerit, libertinis prodigis, itemque ingenuis, qui ex testamento parentis hæredes facti, malè dissipant bona: his enim ex lege curator dari non poterat, cum ingenuus quidem, non ab intestato, sed ex testamēto hęres factus sit patri: libertinus autem nullo modo patri hęres fieri possit, qui nec patrem habuisse videtur, cum seruilis cognatio nulla sit. Præterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus, idoneè negotia sua tueri non ꝑt. Coniūcti oēs aut sunt affines, aut cognati. Affines sunt viri & vxoris cognati, dicti ab eo, ꝙ duę cognationes, q̄ diuersæ inter se sunt, ꝑ nuptias copulātur, & altera ad alterius cognationis finē accedit. l. non facile. l. seruus. l. Iureconsultus. ff. de gradib. aff. Nanq; cōiungēdæ affinitatis causa, fit ex nuptiis, quod etiam fit ex sponsalibus: nam Seruius rectè dicebat, Soceri & socrus, & generi & nurus appellationem, etiam ex sponsalibus acquiri. Nomina eorum hæc sunt: socer, socrus, gener, nurus, nouerca, vitricus, priuignus, priuigna. Cognati ab eo dici putantur, quòd quasi vnà communiterve nati, vel ab eodem orti, progeniue sint, vnde & consanguinei appellantur, Græcis συγγενεῖς. l. j. ff. de suis & legit. Et cognationis substantia bifariàm intelligitur; nam quędam cognationes iure constituto, quędam naturali cōnectuntur. Iure constituto, veluti cùm Iure Ciuili per adoptionem consistit, & copulatur cognatio. Item, cùm iure pontificali per baptismum. Iure naturali, cùm per liberorum procreationē, augentur capita familię. Sed hoc habet differentiam: nam alia est cognatio naturalis per se sine ciuili, qualis est, quę vel per seruos, vel per fœminam descendit, quę vulgò liberos peperit: alia coniuncta cum ciuili, quę iustis nuptiis cōtractis copulatur. Gradus autem cognationis sunt, vel superioris ordinis, vel inferioris, vel à transuerso siue à latere. Superioris ordinis sunt parentes quę vsque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur, sed vlteriores qui non habent speciale nomen, maiores appellantur. Inferioris, liberi, qui vsque ad trinepotem quidem suis nominibus vocātur, sed vltra semper posteriores. Ex transuerso, siue à latere fratres, siue sorores, liberique eorum, qui variis vsque ad septimum gradum nominibus notantur. Primo gradu sunt, pater, mater, filius, filia: l. i. 2. & 3. ff. de gradib. aff. Secūdo suprà auus auia, infrà nepos neptis, ex transuerso (nam in primo gradu nulli sunt à latere coniuncti) frater soror. Tertio, suprà proauus, infrà pronepos, ex transuerso fratris filius, & conuenienter patruus. Quarto, suprà abauus, infrà abnepos, ex transuerso fratris nepos, & conuenienter illi, qui eandem (vt dictum est) cum illis habent rationem. Quinto, suprà atauus, infra atnepos, ex transuerso fratris pronepos. Sexto, suprà tritauus, infrà trinepos, ex trāsuerso fratris adnepos. Septimo, suprà tritaui pater, infrà trinepotis filius, ex transuerso fratris atnepos. Vltra hos septem gradus, vix est, vt quantum ad ius nostrum attinet, quicquā tractetur, quoniam, vltra septimum ferè gradum, qui perfectus & expletus est, rerum natura, cognatorum iura consistere non patitur. Illud non est ignorandum, ex cognatis eos, qui per fœminas coniunguntur: cognatos tantùm vocari, eos verò qui per marem: agnatos, quòd quidem nomen Iuris Ciuilis est, & tollitur per capitis diminutionem, id est prioris status commutationem, quę pro numero capitum, quę quis habet, vt est libertas, ciuitas, & familia, est triplex: Maxima, cùm & ciuitas & libertas amittitur. Media, cùm ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur: Minima, cùm status hominis tātùm immutatur. Atque hęc de personis. Rerum, quę priuatim in Republica versantur: Prima diuisio est, secundum partes: nam in his vel adspicitur substātia, quantùm ad earum dominium: vel superficies, quantùm ad possessionē vel vtilitas, quātū ad vsumfructū, vsum, & habitationē attinet. Sēa verò ꝙ, ſm species, quę variis modis ꝓcedit: nā imprimis rerum: alię sunt corporales, vt domus, fundus, seruus:

Source : BIU Cujas

aliæ incorporales.§.1. Inſt.de reb. corpo. & incorp. vt ſeruitutes, quæ vel ſunt perſonales,vt vſusfructus,vſus,habitatio:vel prędiales,vt iter,actus,via,aquæductus,& ſimiles,tam vrbanorum prædiorum,quàm ruſticorum.Nam quantum ad corporales res attinet.l.rerum.ff.de vſucap. tria ſunt genera corporum,vnũ quod continetur vno ſpiritu,& Græcè ἑνωμένον vocatur, vt homo, lignum,lapis,& ſimilia : Alterum,quod ex continentibus,hoc eſt ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod συνημμένον appellatur,vt ædificium,nauis armarium:Tertium, quod ex diſtãtibus conſtat,vt corpora plura non ſoluta,ſed vni nomini ſubiecta,ve luti populus,grex,legio.Præterea,rerum aliæ ſunt mancupi, aliæ nec mancupi:Mancupi res ſunt,prædia in Italico ſolo, tam ruſtica,qualis eſt fundus,quàm vrbana,qualis domus : item iura prædiorum ruſticorum,veluti via,iter,actus,& aquęductus.Item ſerui & quadrupedes, quæ dorſo collove domantur, veluti boues, muli,equi,aſini.Cæteræ res,nec mãcupi ſunt.Elephanti, & cameli,quãuis collo dorſove domẽtur,nec mancupi ſunt, quoniã beſtiarum numero ſunt. Adhæc aliæ res ſunt vniuerſales, vt hæreditas ſiue ſucceſſio in alicuius ius:aliæ generales, vt tutela:alię ſpeciales,vt Stichus,fundus,domus.Porrò,aliæ ſunt in patrimonio, vt quæ ſingulorum eſſe poſſunt:aliæ extra patrimonium, vt quæ communes ſunt,vel publicæ,vel nullius:aliæ neque in patrimonio,neque extra patrimoniũ,vt ſeruitutes:nam hactenus ſunt in patrimonio,quatenus ſunt perſonarum,vel prædiorũ: hactenus extra,quatenus propriè poſſideri non poſſunt,& ideo quaſi poſſideri dicuntur.Iam verò rerum,aliæ ſunt iure naturali cões, aliæ publicæ,aliæ vniuerſitatis,aliæ nullius, aliæ ſingulorum. Cõmunia ſunt,aer,aqua profluens,mare,& per hoc littora maris: Publica,flumina, portus: Vniuerſitatis,quæ in ciuitatibus theatra, ſtadia : Nullius, ſacræ res,ſanctæ,religioſæ,de quibus pluribus eſt expoſitum.Singulorum,quæ cuiuſque dominio ſubijciuntur:Nam tanta eſt hodie naturæ humanæ peruerſitas, vt ſine diſcordia rerum communio ſeruari non poſſit. Verùm pleni perfectiq; dominij tres ſunt omnino partes, poſſeſſio, proprietas, & fructus, idq; pro numero eorũ, quæ in quaq; re inueniri ſuprà diximus. Poſſeſſio appellata eſt, vt & Labeo ait,à pedibus,& eſt quaſi pedũ poſitio.Et eſt poſſeſſio vna naturalis tantùm.l. ſtipulatio. §. hac. ff.de verb.obl.l.1.§.deijcere.ff.de vi,& vi.arma.l. ſi eum qui. ff. de donat.inter vir.& vx.qualis eſt apud colonum, & cõmodatariũ, quæ ſubinde nuda detentio vocatur,& nunquam adſpirat ad dominium: Altera ciuilis tantùm, quæ cõmentitia magis eſt,quàm reuerà conſtans. Nam quòd ſeruus qui in fuga eſt . l. 1. §. per ſeruum 1. & 2. ff. de acqui. poſſ. quòd pignus apud debitorem poſſideri dicitur,propter vtilitatem receptum eſt,vt procedat vſucapio. Tertia Ciuilis,& naturalis ſimul,cùm quis rei inſiſtit,tãquam dominus,vel ſaltem dominij acquirendi animo,& ea demum vera perfectaque poſſeſſio dicitur,longè differens ab ea,quam quis obtinet cauſæ rei ſeruandæ,cùm in bonorum poſſeſſionẽ à prætore mittitur.l.3 .in fin.ff.de acquirend.poſſeſ.Proprietas ſiue dominium ſubinde plenum eſt,& omnibus ſuis partibus abſolutũ: ſubinde verò minus plenum. Plenum eſt, in quo nihil deſideratur:minùs plenum,quod non eſt perfectum,veluti directũ: quale eſt apud dominum rei emphiteuticariæ,vel beneficiariæ: Vtile, quale apud eum qui beneficium, vel emphiteuſim poſſidet: Quaſi dominium, quale eſt apud eum,qui agit Publiciana: Commutabile,quale apud maritum,qui dotem tenet: Superficiariũ, quale apud eum,qui in alieno ſolo,volente domino ædificauit: Prædiale,quale eius, qui certos redditus ex aliquo agro percipit: Nam ager,præs,ſiue prædium eſt,qui oppignoratus eſt: Ager fundus,qui liber eſt, & cuius dominium plenum haberi poteſt. Fructus rerum conſiſtit,tum in vſu earum,cuiuſmodi eſt calcei,vt induatur:domus,vt inhabitetur. Tũ in perceptione alicuius ex ijs, veluti cùm ex fundo frumentum,ex horto poma percipimus. Sed non omnium fructuum qui percipi ſolent,vna & eadem eſt natura. Quidam enim ſunt Ciuiles, quidam naturales. Ciuiles ſunt,qui ex mercatu, & commercio rei proueniunt, cuiuſmodi eſt pretium,vſura,fœnus,locarium,id quod intereſt,pœna.l.vſura.ff.de vſur. Naturales trifariàm æſtimant: aut enim ſuapte ſpõte conſtant,aut induſtria hominis,aut vtroque ſimul. Sua ſponte proueniunt poma, ſalicta, ſyluæ:ſola hominis induſtria, omnia quæ arte conſtant, veluti cùm ex ligno fit ſtatua : ex materia, domus : ex auro, annulus. Natura ſimul & induſtria,quæ curam & culturam requirunt,licèt terræ fœtu, vel animaliũ proueniãt, vt triticum, oleum, vinum, mel. Acquiſitio, vel eſt ſingularũ rerum, vel alicuius vniuerſitatis. Singulæ res acquiruntur,adiectione, occupatione, donatione,mancipatione,traditione, vſucapionẽ, in iure ceſſione, adiudicatione, lege. Adijci dicuntur ea quæ,vel ex animalibus noſtris naſcuntur,vel per alluuionẽ accedunt,vel per inædificationem, implantationem,inſcriptionẽ, immiſtionem, cum rebus noſtris coaleſcunt. Occupationis ſpecies ſunt, venatio, inuentio, & captiuitas hoſtilis. Donatio,eſt doni datio, & cernitur in liberalitatibus inter viuos, in donationibus cauſa mortis, dotibus, donationibus propter nuptias,legatis,fideicommiſſis & precario. Mãcipatio eſt propria ſpecies alienationis rerum mancupi, & fit certis verbis, libripende & quinque teſtibus præſentibus. Traditio propriè eſt alienatio rerum: nam nec mancupi rerum dominia ipſa traditione apprehendimus,ſcilicet ſi ex iuſta cauſa traditæ ſunt nobis.Et per nudam traditionem in eo caſu videtur tranſire dominium, in quo naſcitur vſucapio pro ſuo.videtit.pro ſuo.ff. Vſucapio autẽ eſt, dominij adeptio per continuationem poſſeſſionem anni,vel biennij: rerum mobilium anni : immobilium biennij. In iure ceſſio quoq; communis alienatio eſt,& mancupi rerum,& nec mancupi,quę fit per tres perſonas:in iure cedentes, vindicantes, addicentes. in iure cedit dominus,vindicat is cui ceditur,addicit prætor. Adiudicatione dominia nanciſcimur per formulã Familiæ herciſcũdæ, quæ locum habet inter cohæredes: & per formulam Communi diuidundo, cui locus eſt inter ſocios, & per formulam Finium regundorum, quæ eſt inter vicinos. Nam ſi iudex vni ex hæredibus,aut ſocijs,aut vicinis rem aliquã adiudicauerit, ſtatim illi acquiritur, ſiue mancupi,ſiue nec mancupi ſit. Lege nobis acquiritur, veluti caducum, vel ereptitium ex lege Papia Poppeia, item legatum ex lege duodecim tabularum,ſiue mãcupi res ſint, ſiue nec mancupi. Per vniuerſitatem acquirimus. Primò, ſi alicuius heredes facti ſumus, aut ab inteſtato,aut teſtamento: ſiue per ſcripturam,ſiue per nuncupationem facto,nam quantum ad codicillos attinet,non poteſt illis hæreditas,nec dari, nec adimi, ſicut nec per aliam minùs ſolennem voluntatem.Secundo, ſi alicuius bonorum poſſeſſionem à Prętore petierimus, ſiue contra tabulas,ſiue ſecũdum tabulas, ſiue ab inteſtato,idq; vel vt liberi, vel vt agnati,vel vt cognati,vel vt ex familia, vel vt patroni, vel vt vir & vxor. Tertiò,ſi quem arrogauerimus:nã cum is in leges, & poteſtatem noſtram tranſit,ſimul etiã transfundit in nos ſuarum rerum omnium dominium.Quartò ſi alicuius bona,libertatum conſeruandarũ cauſa,nobis addicta fuerint, eo ſcilicet caſu,quo alius non inuenitur hæres.Quintò deniq;, ſi ſuccedamus per bonorum venditionem ex Senatuſconſulto Claudiano, qđ nunc ſublatum eſt. Dictum eſt de rebus,ſequitur de obligationibus. Obligatio eſt iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ,ſecundũ noſtræ ciuitatis iura.§ j.Inſt.de oblig.Naſcitur autẽ omnis obligatio,aut ex contractu, vel quaſi,qđ propter rerũ vltro citroq; cõmercia cõſtitutũ eſt:aut ex delicto, vel quaſi,quod propter hominum ſecuritatem, & facilem conuictum introductum eſt.Contractus omnes,vel re contrahũtur, vel voluntate,vel vtroque ſimul.Re cõtrahuntur,cùm res intercedens,parit ex ſe obligationem,vt in mutuo,commodato, depoſito,pignore.Voluntate,cum negotium animo peragitur, & conſenſu,idq; tum tacitè,vt cum res inuectę,& illatę in prędium conductum pignori opponi intelligũtur ipſo facto.l.4.ff. de pact. tum propalam & expreſſe, quod fit ſubinde,nullo tractatu habito,per pollicitationẽ.l.pactum. ff. de pollicitat. quæ eſt ſolius offerentis promiſſio : ſubinde intercedente pacto, ſiue conuẽtione, quæ eſt duorum pluriumve in idem placitum,& conſenſus.l. j.ff.de pact.Sed pactorum,alia ſunt nuda,alia ſtipulatione ſiue iureiurando conſtitutove confirmata, alia literis comprehenſa. Nuda ſunt,quæ vel ſolo nutu,vel nuda narratione ſine vlla ſolennitate concipiuntur,& non pariunt obligationem, litium vitãdarum cauſa, niſi nominatim ſint approbata, vel in certum aliquod & ſpeciale nomen trãſeant,vt emptio,locatio, mãdatum, ſocietas. l. Iuriſgent. ff. de pact. Stipulatio eſt verborum conceptio,quibus is qui interrogatur,daturum facturumve ſe id,quod interrogatus eſt, reſpondet. l. 5. ff. de verb. oblig. Ideo proculdubio inuenta, vt ne temere vagetur populus in negotijs contrahendis: ſed habeat aliquid, in quo acquieſcere, & pedem ſuũ figere poſſit. Et habet quoque locum in obligatione debitoris, ſi aliquis fideiuſſor accedat: nam ille, qui perſonam fideiuſſori tradit, interrogatur: iſtum fidem tuam eſſe iubes? & ille reſpondet:fidem meam eſſe iubeo. Literarum obligatio habet locum in tranſlationibus debitorum : nam ſi quis nobis pecuniam debeat, poſſumus debitorem noſtrum compellere, vt pecuniam, quam nobis redditurus erat,alteri ſe caueat redditurum. Neque poteſt ei, cui pro noſtro debito cauet,de cauto & nõ numerato, ſicut fieri ſolet, aliqd diſputationis adferre, cùm id quòd à nobis accepit,alteri cauerit redditurum: nec poteſt ei, niſi literis obligatio fiat,aut à re in perſonam, aut à perſona in perſonam, dari. A re in perſonam,veluti ſi id,quod ex emptione aut conductione, aut ſocietate debes,alij reddas.A perſona in perſonam, veluti ſi id,quod mihi alter debet,alteri perſonę delegem,ut mihi reddere debeat: & hoc illud eſt, quod apud Terentium dicit Phormioni Demipho. Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi argentum iube rurſum reſcribi Phormio. Cui ille reſpondet. Quod? Næ ego perſcripſi porrò illis quibus debui. Tunc reſimul & uoluntate dicitur contrahi, quando nec rei interuentus per ſe ſufficit, neque etiam ſola uoluntas: quod quidem fit, cùm neque ſtipulatione; uel literis, res eſt confirmata, neque proprium aliquod nomen conuentionis, & contractus habet. Nam tunc naſcitur extraordinarius contractus: l. naturalis. ff. de præſcriptio. uerb. do ut des: facio ut facias: do ut facias: facio ut des. Iam uerò,quod ex nonnullis contractibus res tranſit, ut ex empto uendito: Ex nonnullis tantùm uſus eius

conceditur,

Source : BIU Cujas

conceditur,vt in commodato,locato conducto.Ex nonnullis, rei custodia committit̃,vt in depositō: Ex nōnullis, procuratio, vt in mandato:non est opus multis verbis prosequi. Quēadmodū nec illud,quod quidā sunt cōtractus principales, vt emptio, depositum:quidam accessorii,vt pignus,fideiussio. Item ꝙ in ꝙbusdam,ambo cōtrahentes æquè principales sunt,tam re, quàm nomine,vt in societate:in quibusdam re quidem, sed non nomine:vt in empto vendito,locato conducto : in quibusdā nomine quidem,sed non re,vt in mādato,depositō,commodato,pignore:in quibusdam neq; re,neq; nomine,vt in stipulatione,literarū obligatione,mutuo.Quasi contractus sunt,in quibus neq; versat̃ delictum,neq; propriè contractus : sed subest tñ causa quædam obligationis:vt in negotijs gestis:in tutela:in ijs,quæ impēsa sunt circa r ēvel hereditatē cōem,in indebito soluto.l.ex maleficijs.ff. de act.& obl.Maleficia omnia sunt vnius generis, & ex re consistunt,id est ipso maleficio: versantur verò vel circa res, vel circa personas,vel circa res & personas simul.Circa res quidem si auferantur,vt in furto:vel si lędantur,aut corrumpātur, vt in damno iniuria dato,quod vindicatur per legē Aquiliam:Circa personas, in iniurijs & conuitijs,quæ tū verbis,tū rebus contrahuntur:Circa res,& personas simul,cùm per vim aliquid rapitur:vnde nascitur actio,quæ vocatur,vi bonorum raptorum. Quasi delictū intelligitur,in iudice qui litem suam fecit:in eo qui effudit vel deiecit aliquid:& in domino deniq;, in cuius naui vel taberna dānū datum est.Præter istos constituendæ obligationis modos,obligamur adhuc lege,iure honorario, necessitate,facto,de quib. apud Modestinum latius. l.obligamur.ff.de act.& obl. Nam lege obligamur,cùm obtemperantes legibus, aliquid secundū præceptū legis aut cōtrà,facimus.Iure honorario obligamur, ex his q̄ edicto perpetuo,vel à magistratu fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur.Necessitate obligantur, quibus non licet aliud facere,q̄ quod p̄ceptū est,quod euenit iu necessario hærede.Ex facto obligamur,cùm in facto summa quęstionis consistit.Sed de rebus diuinis & humanis & earum summis capitibus hactenus:Restat vt de medijs dicamus.

De rebus mixtis, siue de Iure augurum.

IVs augurum,medium est inter diuinas & humanas res interiectum.Nam quemadmodum ius Pontificale à sacerdotibus, Ciuile à magistratibus,ita istud à sapientibus, prudentibus,& diuinis hominibus sustinetur.Cicero putat omnium,quæ in Republica versantur,esse maximum ac præstantissimum, si modò authoritati sit coniunctum.Et quidem non immeritò:nam si(vt in quit ipse)de iure quærimus,quid maius,quàm posse à summis imperijs,& summis potestatibus comitia tollere? concilia vel instituta dimittere,vel habita rescindere?quid grauius, quàm rem susceptam dirimi,si vnus augur aliter dixerit?quid magnificentius, quàm posse decernere,vt magistratu se abdicent consules? quid religiosius, quàm cum populo, cū plebe agendi ius aut dare aut non dare?quid legem,si non iure rogata est,tollere?Prætereà nulla est gens,nullus toto orbe populus, apud quem non floruerit semper & in magno pretio sit habitum istud ius,cuiq; non & maximè saluti aliquando fuerit,vt ex omni vbiq; memoria, tam sacra,quàm profana licet colligere.Partes verò eius sunt tres. Vna politica,Altera sancta,Tertia diuina.Politica est, à qua graues & prudentes viri siue politici dicuntur,qui de rebus in ciuitate gerē dis,& tota Reipublicę forma constituenda deliberant:qualis fingitur apud Homerum Nestor,& quales reuerà fuerunt septē illi Grecię toto orbe celebres sapientes:qualesq; philosophi vbique omnes,qui cogitationes & curas suas ad cōmune aliquod Reipublicæ bonum retulerunt.Nam omnes illi ob præstantē & insignem sapientiam,diuini vulgò vocari solent.Et si verū fateri volumus,certè rectissimè:nā aut me fallit animus,aut nihil est in humanis rebus,quod ad Deorum vim natura mortali, propriùs accedat:q̄ talis quædam prędensio,& scientia rerū futurarum, quæ cùm mente ac sapientia sit coniuncta.An potest quicquam mōstrari diuinius,quàm in magnis Reipublicę tēporibus,aptè ac cōuenienter de bello & pace in senatu sententiā dicere?de custodia & munimentis regionis consulere? de comeatus importatione, exportationeq;,deq; pecuniarū conciliatione rationē expedire? de omnibus deniq; negotijs, quæ in Republica versantur, tū adductis causis & rationib. tum propositis antiquitatis & externorū populorū exemplis,quid in ijs metuendū, quid sperandū sit, cogitatione prędipere,& fusa latius oratione perpetua,explicare posse?Quid?an nō hoc reuerà diuinare est?& non solùm quę ante pedes sunt,verùm etiam quæ longè absunt,prospicere? & reb. præsentibus adiungere atque annectere futuras?Pulchrè me hercule Cicero sic probauit illā diuinatricem iuris augurū partē, de qua mox dicemus,vt hanc,quæ ad agendi consiliū pertinet, certiorē,& in vsu frequentiorē esse,arbitretur. Et est quidem ab hac parte profectum,ꝙ in ciuitatibus,magistros,Doctores,oratores, senatores, & alios, qui Rempublicam re & consilio iuuant,habemus.Sancta huius iuris pars est,De consecrat.in Decretal.de sacramen.vnct.extre.in consecrationibus,precationibus, & sacrificijs.Nam ꝙ certæ leges & ritus præscribuntur, quibus Reges, & Principes inaugurantur:quibus sacerdotes, pontifices, & magistratus creantur:quibus ciuitatum & templorum fundamenta iaciuntur:quibus nuptiæ, fœdera populorum, & Regum icuntur: quorum euidentissima passim exstāt in sacris literis exempla : cui dubium,quin ab hoc augurum iure proficiscatur?Prętерea,quòd liberis nostris morituri bene precamur: quòd rem aliquā arduā, & difficilem accessuris,felicem processum & exitum optamus:ꝙ hostibus nostris,& malè merentibus dira omnia, & aduersa imprecamur,quæ & ipsa multis sacrarum historiarum testimonijs conuinci possunt:nonne ex eodem quoque fonte oritur & emanat? Quemadmodum & illud quoque, quòd pro minis deprecandis,proque tristibus omnibus auertendis, sacrificia nonnunquam & supplicationes,ac lectisternia celebramus.Diuina huius Iuris pars,tota consistit in rerum futurarū præscientia, quæ apud prophetas,Iudæis:apud collegium augurum, Romanis semper fuit.Nam hoc à prima natura nobis est insitum, vt ea aueamus cognoscere,quæ à communi cuiusque sensu remotiora, & paulò longius posita videntur.Nec est vlla omnino gens,neque tam humana atque docta, neque tam immanis atque barbara, quæ non significari futura, & à quibusdam intelligi prædicique posse, sentiat.Sed sunt in vniuersum, prædictionum tres species siue gradus, Diuina, Naturalis,& quæ est contra naturam. Diuinitus fiunt rerum futurarum significationes, subinde per somnum & quietem, subinde vigilantibus. Per somnum quidem,veluti cùm afflatu diuini numinis,vel sine vllis integumentis, tum narratione rei facta, tum re ipsa, vtì accidet repręsentata: vel contrà, sub inuolucro quodam & ambiguo, quasi ænigmate, quid futurum sit, accipimus. Vigilantibus verò, veluti cùm vel sensibus se offerunt diuinæ voces aut species,tum dubię,tum manifestæ: vel animo à corporis obsequio abducto, idque per furorem, vt loquitur Plato,& alienationem mentis,quæ quatuor, vt ipse tractat in Phædro,constat gradibus, Dionysii, Musarum, Apollinis, & Veneris. Naturales prædictionum rationes, quædam ab homine ducuntur, quædam ab ipso vniuerso, quædam ab vtroque simul. Ab hominis natura proficiscitur, naturalium somniorum interpretatio, lineamentorum corporis & habitus oris inspectio,cum alijs eiusdem modi.Ex vniuerso adnotantur, syderum in res inferiores contagia, quatuor primorum corporum Ignis,Aeris,Aquæ,Terræ,variæ significationes,animalium, & præcipuè auium,incessus,volatus,garritus : Ab vtroque simul manant,sortes & sortilegia.Quæ contra naturam mouentur,malo aliquo dęmone impellente procurantur: qualis est falsa prophetia, peruersorum somniorum iniectio, Goitia,Pharmacia, Necromantia, Schyomantia, Magia,cum similibus, quæ omnia damnata sunt, non solùm in hac nostra Christianorum Republica, verùmetiam in illa Platonis, quæ secunda Socratis dicitur, & partim etiam in antiquis, sed plenius tamen in nouis Romanorum legibus, in quibus Mathematici, & plerique omnes, qui etiam naturalibus prædictionibus operam nauant, grauibus iudiciorum supplicijs subiiciuntur.vide.C.de mathe.& ext.de sortil.Licèt enim fortasse,quod non abnuo, pertineant quædam à rebus cœlestibus ad humanas, quæ futurorum significationem præ se ferant,tamen tanta est propter varietatem in illis difficultas, vt vix quicquam veri & explorari, quodque certò affirmari queat,elici, aut vllis temporum,& euentuum obseruationibus reperiri possit. Ne igitur ad illas artes, tanquàm ad Sirenum scopulos,affixa sese frustra torqueant & consumant bona ingenia, neve ciuitates integras & populos, falsis sæpe vanisque rumoribus impleant: salubriter constitutum & cautum est, tam sacris quàm prophanis legibus, pœnis omnibus & supplicijs obligari eos, qui in huiusmodi sese inanibus & inutilibus studijs collocant & acquiescunt.Maximè cùm ipsi etiam genethliaci fateantur, nullas è syderum cursibus & traiectionibus, tam ratas haberi posse vel in hanc vel in illam partem notiones, quæ non sapientis mente, rationeque, tanquàm supra stellas posita,& ex præstantiori quadam natura decerpta, reprimi,& apertè refelli possint.Cui & illud porrò accedit, quòd cum diuitiæ, bella, honores,artes, de quibus quotidie prędagiunt,prętęr naturam sint, à syderum motibus,qui naturales sunt, fluere & originem trahere,dici non possint,quæ quidem res omnem eorum disciplinam peruertere videtur. Vt iam illud interim subticeam, quòd facilimus sit in iis lapsus ad superstitionem & curiositatem, quodque nunquam animum liberum ac tranquillum relinquant,& ad rerum diuinarum contemplationem assurgere patiantur : quod quidem vel solum debet tanti apud Christianos esse, vt etiam si alioqui magnum adferrent rebus nostris adiumentum (quod sanè tantùm abest,vt etiam summum detrimentum importent)nihilominus reijci & exterminari deberent, idque videlicet propter periculum. Nam quòd iusiurandum priuatum, quòd vindicta priuata, prohibentur, propter solam hominum imbecillitatem comparatum est, ne scilicet facilè in periurium incidant,& in vindicando, cùm se tenere non possunt, iustum modum & rationem egrediantur. Exceptis igitur prædictionibus medicis,& aliis nōnullis,quæ à rerum naturalium cursu cer-

Source : BIU Cujas

ta quadam ratione colliguntur: nullas profectò videor, quæ in populo Chriſtiano probari debeant. Sed ſi quid eſt, quod diuinitus oſtenditur aut ſignificatur, id ſolùm animos noſtros cõmouere, & fidem apud nos inuenire debet. Atque hac quidem re, vt puto, factum eſt, vt ius iſtud augurum, apud omnes olim populos honoratum, minùs hodie ſit in celebri, & non tam in prædictionibus amplius, quàm in magiſtris, Doctoribus, ſapientibus, conſecrationibus, & alijs, quæ ſunt de eodem genere, conſiſtat. Verùm hæc de diuinis, humanis, & mediis rebus, totaq; adeò iuris materia, ſummatim dixiſſe ſufficiat: nã ꝙ circa vnumquodq; caput, certæ aliquot quæſtiones tractari põt, veluti quid ſit, quotuplex ſit, qualis ſit, quas cauſas habeat, quos effectus, quod principium, quem finem, quæ contraria, quæ coniũcta, non pertinet ad noſtrum inſtitutum latiùs proſequi, ſed ſufficit obiter admonuiſſe.

De Iuſtitia per res diffuſa.

NVnc porrò ſequitur vt videamus, quomodo ius & iuſtitia, per res ſupraſcriptas diffundi, & eas tanquam animus regere ac moderari debeat. Nam ſi de hominis natura diſputaturi, non ſatis habent de oſſibus, neruis, arterijs, venis, deque tota corporis figura, dicere, niſi ſimul etiam animi vires & officia perſequant: non ſufficit quoq; ei, qui ciuilẽ ſapientiã profeſſurus eſt, rerum diuinarũ, & humanarum genera, partesq; conſectari, niſi iuſti etiam & iniuſti vias ac rationes teneat. Quæcunq; igit verſantur in Republica, & ad boni æquiq; normam exigunt: aliàs inſolubilia ſunt & aſyſtata: veluti cùm is. l. qui quadringenta. ff. ad l. Fal. qui quadringenta habet, poſtq̃ trecenta legauit, fundũ centũ aureorũ legat, ſub ea conditione, ſi leg. Falcid. in ſuo teſtamento locus non ſit: aliàs & quidẽ regulariter, eiuſmodi; vt certis iuris & iniuriæ regulis, includantur. Verùm ex his iterum, q̃dam ſunt finita, quę propriè ſuis temporibus, locis, rebus, perſõnis accommodantur: vt cùm tractatur, an præſes in ſua prouincia fœnus exercere poſſit: l. præſes. ff. ſi cert. pet. quędam infinita, quæ generalia ſunt & abſoluta, & nec vllis omnino circunſtantibus rebus alligata. Quorũ rurſum ea eſt differentia, vt alia excogitentur, & vt ita dicam, cõdantur ac fabricentur à legumlatore: cuiuſmodi eſt adoptio, vſucapio, teſtiõ, ſtipꝭo, actio: alia, vel natura, vel hominũ ſolertia iam cõſtituta explicentur, idq; partim an ſint, partim quæ ſint, partim qualia ſint: Nam cũ agit, an omni argento legato, etiam pecunia numerata cenſeatur legata: Si pater & filius in eadem naui perierint, vter eorum priùs putandus ſit expiraſſe: totum negotium eſt coniecturale. l. qui duos. §. 1. & 2. ff. de reb. dub. Cùm verò quæritur, quid tutela, qd teſtamentũ, quid adoptio, quotuplex obligatio, quotuplex capitis diminutio, quotuplex rerũ diuiſio & acquiſitio, qd quodq; ſit, in quæſtionem venire dicitur. Cùm tandem ambigitur, concubinatus bonumne an malũ ſit: fœnus iuſtumne, an iniuſtum: honeſtũ, an inhoneſtũ: licitum, an illicitum: de illo ſolo tractat, quale aliquid ſit. Atque ex eo fit, vt quædam legibus imperent, l. legis. ff. de ll. quæ videlicet factu neceſſaria ſunt, vt parentibus & patriæ obedire: quędam prohibeantur, q̃ omnino pernicioſa, vt violentas manus adferre ſocijs: quædam permittant, vt q̃ ſui natura media ſunt, & proprio cuiusq; iudicio relinquenda, veluti habere vel nõ habere ϗctũ: l. ſicut, C. de act quędam deniq; ſuadeant, diſſuadeantur, aut conniuentibus oculis tolerentur, l. 4. ff. de manumiſſ. quæ neque hoc, neque illo modo conſtitui, niſi ex affectione iudicis, rectè poſſunt. l. 3. ff. de teſtib licet vel in hanc, vel in illam partem magis propendeant: veluti, vt ne patris ſponſam ducas: vt ne vinum venditum cum iure poſſis. l. 1. ff. de peric. & cõmodo rei vend. effundas: vt ne fœnus exerceas: vt ne in concubinatũ te dedas. Sed è re eſt, vt videamus ordine de ſingulis, & reiectis ad calcem circunſtantijs, & aſyſtatis, diſpiciamus, tum de ijs q̃ à legiſlatore fiunt, tum q̃ ille interpretatur, an ſit, quid ſint, & qualia ſint, & quomodo in ijs verſetur. His. n. bene cognitis & perſpectis, puto niſi fallor futurũ, vt ipſam veram germanamq; legum condendarũ artem & rationem, cuius gratia omnia hactenus dicta ſunt, cognoſcamus: & quomodo ſupraſcripta principia, rebus omnibus accõmodari poſſint, ſi non plenè, perfectè, ac cumulatè, ſaltẽ aliquo rudi & inchoato modo videamus.

De fictione Iuris, & ijs, quæ legumlator ipſe de integro facit.

QVantum ad primum attinet, duo ſunt in legibus & Republica, quorum nõ interpres, ſed author eſt legiſlator. Vnũ eſt, cùm fingit aliquid, & ponit eſſe id, quod reuerà non eſt: veluti cùm vita functus ſupereſſe creditur. §. 1. Inſt. de excuſat. tut. & curat. cùm is qui in vtero eſt, pro iam nato habetur. Alterum, cùm facit & quaſi condit aliquid, quod ad cõmunem vitę ſorive vſum pertineat, cuiuſmodi eſt tutela, literarũ obligatio, acceptilatio, cęremonia. AC FICTIO QVIDEM, vt de ea priùs dicam, NIHIL EST ALIVD, QVAM CONSTITVTIO IVRIS, QVA ID QVOD NON EST, NEC ESSE POTEST IN SPECIE, LICET IN GENERE POSSIT, HABETVR PRO EO AC SI ESSET, IDQVE ALICVIVS MAIORIS ABSVRDI VITANDI, VEL BONI CONSTITVENDI CAVSA. Et quod primo dicitur CONSTITVTIO: ſignificat, non à naturali, ſed à commentitio iure proficiſci fictionem. Et verbum IVRIS eam habet vim, vt excludat priuatos homines, quibus non eſt permiſſum fingere, niſi legis authoritate fulciantur. Quòd verò id tantùm verſari dicimus in fictione, QVOD NON EST: ad præſumptionem iuris remouendam pertinet, quę ex iis ſolùm, argum. §. 2. Inſt. quib. ex cauſ. ma. non licet. l. ſiue poſſidetis. C. de probat. cum ſimilibus quæ reapſe conſiſtunt, enaſcitur: cùm fictio ex iis, quæ apertè falſa ſunt, conſtet: veluti cùm eum pro hærede furis conuenimus, qui ipſe contraxit furtum. l. ſi duo. §. idem. ff. de iureiu. Quamuis tamen in nonnullis ſpeciebus, tam anceps & ambigua eſt ſuputatio, vt non facilè diſcernas fictionem à præſumptione: veluti cùm dicimus, illata & inuecta in fundum conductum tacitè obligari: l. item. ff. de pact. reſtituto chyrographo, tacitè remitti debitum: data vel numerata dote, ſemper præſumi, interceſſiſſe ſtipulationem de dote reſtituenda. l. vnica. C. de cad. toll. Iã verò quod additur, illud demum rectè fingi, QVOD NEC EST, NEC ESSE POTEST IN SPECIE, LICET IN GENERE POSSIT: continet propriam fictionis naturam: nam vti ſurdus & mutus ſtipuletur, vt plures quis mortes obeat, vt is qui in vtero eſt, iam natus ſit, neque verum eſt in ſua ſpecie, neque per rerum naturam poteſt obtineri. Ideo tamen in fictionem rectè cadit, quoniam in genere non eſt ἀδύνατον: & poteſt fieri, vt is qui nunc in vtero eſt, in lucem aliquando edatur. Sed vt filius, quàm pater, natu ſit grandior. §. minorem. Inſti. de adop. vt operas quis exhibeat poſt mortem: vt duos patres vel matres quis habeat, neque eſſe poteſt, neque expectari: & ideo nec in fictionem vllo modo deduci. Oportet enim artem non peruertere naturam ac corrumpere, ſed veſtigiis eius inſiſtendo, ſolerter eam imitari. Nam quod ſubiicitur in definitione, HABETVR PRO EO AC SI ESSET, ſatis oſtendit, fictionem quidem nunquam tantùm poſſe, vt aliquid reuerà producat: ſed tamen vt pro eo etiam atque etiam habeatur ac ſi eſſet, efficere: quæ res ad hoc proficit, vt idem in ficto iuris ſit, quod iis quæ reuerà conſiſtunt. Planè quod tandem adiicimus definitioni, ALICVIVS MAIORIS ABSVRDI VITANDI, VEL BONI CONSTITVENDI CAVSA, complectitur cauſam & originem fictionum: non enim poteſt legumlator pro ſua voluntate ac libidine fictiones conſtituere: ſed ita demum, ſi cum inſigni aliqua vtilitate ſint coniunctæ. Sic Publiciana in rem actio, quæ fingit eum vſucepiſſe, qui nõ vſucepit, introducta eſt à Prætore iuuandi primi poſſeſſoris gratia contra ſecundum: licèt enim nullum ſit Iure Ciuili proditum remedium, quo ei ſubueniatur: tamen æquitas ſuadet, vt ex duobus poſſeſſoribus præferatur ille, qui prærogatiua temporis eſt ſubnixus. l. potiora. ff. qui pot. in pig. hab. Sic etiam, ſi is quem conſtat furtum commiſiſſe, iurauerit deferente actore, ſe furem non eſſe: ceſſat quidem propter religionem iuriſiurandi directa in eum actio: ſed ne tamen dominus re ſua temere priuetur, & fur ex ſua perfidia periurioque lucrum ſentiat. le. 1. ff. de dolo malo. effectum eſt, vt tanquam hæres furis, fingi & conueniri debeat. Sic denique, quod creditoris mei creditori ad numero, reuerà non poſſum dici creditori meo adnumerare: ſed tñ ne in fraudem & damnum incidam, fingor, breui manu creditori meo pecuniam dediſſe, & ille rurſum ſuo creditori numeraſſe: fitque ita, vt celeritate coniungendarum inter ſe actionum, vna actio occultetur. l. certi condictio. §. vltim. ff. ſi certum petatur l. 3. §. vltim. ff. de don. inter vir. & vxor. Diuiditur autem omnis fictio in ciuilem, & prętoriam. Ciuilis eſt, quę ipſo iure competit, qualis eſt in iure Poſtliminii, per quod fingitur, ſemper in ciuitate fuiſſe, qui captus ab hoſtibus rediit. §. ſi ab hoſtibus. Inſt. quibus mod. ius pat. pot. ſol. in ſtipulatione de dote. §. fuerat, Inſtit. de act. quæ ſemper putatur interceſſiſſe contracto matrimonio, licèt de ea neque cogitatũ, neq; dictum ſit, in contractu habito cum eccleſia, cui ſemper fingitur acceſſiſſe traditio: in lege Cornelia, per quam fingitur ab initio mortuus ille, qui hoſtium potitus, nunquam rediit. Prætoria eſt, quæ ab æquitate naſcitur, & in iure tantummodò exercetur, veluti cum quis ſe dicit vſucepiſſe, quod non vſucepit. l. 1. & toto tit. ff. de public. in rem actio. cùm is qui abfuit, contendit contra ſe vſucaptum non eſſe, cùm tamen vſucaptum ſit. §. item ſi quis. Inſtit. de actio. Verſatur verò fictio ſubinde circa ipſas ſubſtantias, ſubinde circa ea quæ inhærent & adiiciuntur ſubſtantiæ. Circa ſubſtantias, veluti cùm fingimus eſſe, quod non eſt: vt cũ is qui in vtero eſt, iã natus ſit. l. qui in vtero, ff. de ſta. hom. aut miles qui in acie occubuit, per gloriã viuere creditur: vel ϗ, nõ eſſe quod eſt, vt cum eũ in mortuis reputamus, qui tamen ſm rei veritatem ſupereſt, qualis eſt ſeruus, l. ſeruitutem, ff. de regu. Iur. de portatus, & pęnæ addictus. Circa ea, quę accidunt ſubſtantiæ, verſatur fictio, veluti cùm minus ſoluere dicitur, qui nihil ſoluit: cũ

pro

Source : BIU Cujas

pro puro habetur id quod impossibili cõditione suspensum est. l.facta §.si sub conditione. ff. ad Trebell. cùm propter necessitatem exhibitionis agnoscitur ad tempus pro filio, qui non est: cũ absens Reipublicæ causa fingitur præsens compendij sui, & commodi gratia: cùm exstante conditione negotium retrotrahitur: cùm quis id ipse intelligitur facere, quod facit per procuratorem suum; cum pater putatur contumeliam accipere ex iniuria inflicta filio: cùm aduersum impuberẽ nulla fingitur procedere vsucapio: cùm deniq; illam rem habere videor, ad quam tantũmodo habeo actionẽ. Caput autem in omni fictione est, vt ne quid fingamus sine vtili ac necessaria causa. Deinde, vt ne impossibilia & à natura abhorrẽtia introducamus. Denique, vt ne duas fictiones ex vna & eadem re eliciamus. Nam quemadmodum nulla seruitus seruitutis: ita nec fictio fictionis esse potest. l. si verò non remunerandi. §. 1. ff. manda. nisi fortè sui natura vna fluat ex alia: vel ex vna causa duæ simul & æqualiter emergant: nam alioquĩ & ipsa natura recusat, ex ijs plantis & animalibus semen prẽbere, quæ arte humana, non natura propagata sunt: De illo fortè addubitari potest, cur in Publiciana, & alijs omnibus fictionibus, quoniam æquitas exigit, vt is præponatur, qui tẽpore potior est: cur inquam circuitio fiat, & non potiùs recta via detur illi actio sine vlla fictione, quæ quidem fictio suspicionem quandam turpitudinis præ se fert. Verius est, id semper operã dare legumlatores, vt ne quicquam contra legum suarum maiestatem, & authoritatem faciant, & vt priùs quàm veteres leges tollant, nouum aliqd remedium adinueniant, quo ius vetus vel suppleatur, vel corrigatur, vel emendetur, vt in bonorum possessione, quę hæreditati opponitur, est manifestum. Quando igitur aliqua se offert species, in qua ius aliquod singulare, præter communes legum regulas, versatur, eam non simpliciter definiunt, quippe ne sibiipsi aduersari & sua propria edicta elusoria reddere videãtur, sed fictione facta conciliant eam cum ijs, quæ sub regula continentur, vt sic non nouum aliquod ius constituere, sed in veteri permanere, sublato tamen vitio, dici possint. arg. d. l. facta, ff. ad Trebell. §. 1. Inst. de except. §. cõstituitur. Inst. de vsufructu. Nec est, q turpis & improba videatur eiusmodi fictio, quoniam in ea non agitur aliud, & aliud simulatur, decipiendi alicuius gratia, sed formandi constituẽdiq; iuris ac legis causa: nam id rectè iusteq; fieri posse, non solùm Chrysostomi, & Platonis authoritate, verumetiam ipsius rationis, & permultis ac propè infinitis sacrarum literarũ exemplis conuincitur. Illud quæsitum scio, an omnium rerum rectè sit fictio. Et est verum eorũ quę iuris sunt, esse quidem: sed quæ facti, minimè. Nam & indè quoque fit, vt reuersus postliminio possessionem non recuperet. l. in bello. §. factæ. §. medio. ff. de capt. & post. reu. quemadmodum nec matrimonium, quod animorum potiùs libero consensu, quàm stricti iuris vinculo contineri, & possessionis magis esse, quemadmodum est in Andria Terentij, quàm iuris, apud veteres probatum est. Hæc ergo de fictione. Iam illa verò quæ conduntur à legumlatoribus, varijs ex causis, & necessitatibus cõstituuntur. Stipulationes inuẽtę sunt, vt id quisq; stipuletur, quod sua interest. l. stipulatio. §. alteri. ff. de verbor. obligat. Vsucapiones, vt ne rerum dominia sint in incerto: Adoptiones, ad solatium eorum, qui liberos non habent: Testamentorum factiones, in fauorem morientium, quorum arbitrium non est reuersurum. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Chyrographorum ac signaculorum vsus, propter hominum in fraudes pcliuitatem: & sic porrò de alijs omnibus, quæ in Republica versantur. Quæ quidem sunt trium generum: nam aut sunt certę res ciuiles, vt pecunię, pondera, mensuræ: aut facta hominũ, vt mercatus, emptiones, societates, emphiteuticarij contractus: aut deniq; ex vtrisque mixta, vt testamenta, codicilli, actiones, chyrographa. Ipse autem modus, & ratio, qua quæq; res conficitur, tripartita est. Vel enim cogitur ex solis naturalibus in vnum confluentibus rationibus, vel ex ciuilibus, & legitimis tantùm, vel ex vtrisque simul iunctis, & copulatis. Primi generis est, Tutela, quæ tuendorum pupillorum gratia, qui parentibus orbi sunt, & per ætatem se defendere nequeunt, qui appetitus naturalis est, publicè primum est constituta, §. tutela, Inst. de tutel. Item rerum permutatio, per quam vltrò, & citrò communicantur ea, quæ ad naturam conseruandam, & propagandam pertinent. Dominiorũ quoq; distinctio, quæ propter lites, & discordias euitandas, quas communionis materia solet excitare, naturaliter primum est inuenta. Secundi autem generis est, Adoptio, cuius origo non tam à naturalibus necessitatibus, quàm indulgẽtia quadam ciuili manauit. Patria potestas illa vetus, quæ imperij potiùs, & authoritatis, quàm rationis, & naturæ principijs est fulta. Vsucapio, & lõgi temporis præscriptio, cuius illę propriè finis est, vt negligentes dãno, & multa, diligẽtes prẽmio & honore afficiat. Tertij tãdẽ. Stipulatio, quę hactenus naturalis est, quatenus pactũ & conuentionem in se continet. l. j. ff. de pact. hactenus ciuilis, quatenus verborum proprietatibus, & figuris est inclusa. Præterea, Literarum obligatio, quæ ab illa parte naturalis est, qua consensu & voluntate peragitur: ab illa verò ciuilis, qua certis verborum cõceptionibus continetur. Item testamentum, quod eo usque meritò naturale dicitur, quò mentis & voluntatis testationem in se habet: eousque contrà ciuile, quò certas obseruationes ac solennitates requirit. Eorum, quæ his tribus rationibus conficiuntur, alia antecedunt ipsam rem principalem, alia verò sequũtur, alia coniunguntur cum ea, alia deniq; illã ipsam propriè vereque continent. Antecedunt nuptias sponsalia. l. j. ff. de sponsal. donationes, dotes: Item, admonitiones, citationes, editiones: Vsucapionem, iusti tituli, possessiones, bona fides: Acceptilationem, Aquiliana stipulatio. Sequuntur obligationem, nouatio, delegatio, cõstitutum. sub. tit. quib. mod. toll. oblig. Matrimonium, diuortium, repudiũ, repetitio dotis: Stipulationem, contestationes, chyrographa, epistolæ. Coniungitur cum cõtractu pupilli authoritas tutoris. Inst. de. auth. tut. Cum filij familias matrimonio consensus patris, cuius in potestate manet. Cum alienatione dotalis prædii voluntas mulieris, à qua profectum, & doti datum est prędium. Quę ipsius rei naturam & qualitatem continent, nunc ad substantiam eius pertinent, nunc ad adminiculantia, nunc ad externa; nunc ad nomen, nunc ad effectum. Substantiam stipulationis inducit Imperator, cùm iubet eam per interrogationem, & responsionem celebrari. §. 1. de verb. oblig. Acceptilationis, cum præcipit interrogari hoc modo: Quod ego tibi promisi, habesne acceptum? Et reponderi hoc modo, Habeo. Nuptiarum, cùm dicit, Nuptias non concubitum facere, sed consensum. Adminiculantium quędam. l. pacta. ff de contrah. empt. & vend tam arctè cepulateque cohærent cum ipsa substantia, vt sine ijs nec esse, nec omnino subsistere possint: quædam verò sunt huiusmodi, vt sine vllo vitio demi, & separari possint. In emptione ac venditione: etsi eius substantia existit è pretio, tamen sine re quę vęneat, nec emptio, nec vẽditio potest intelligi: quia res est ex iis adminiculantibus, quæ inseparabilia sunt. l. nec emptio. ff. de contrah. empt. Cæterùm, si cõueniat, ne cautio dupli pręstetur, nihil est impedimento contractui. d. l. pacta. In contrahendis, & conseruandis matrimonijs nihil pertinet ad rem, dotata ne mulier in manum viri conueniat, necne: sed si alter coniugũ sit frigidus, probatũ est, non solũ impediri contrahendum, verùmetiam dissolui cõtractũ matrimonium. extra de frig. & mal. Externa sunt, quę ad ritus, solẽnitates, cęremonias tam diuinarũ, quàm humanarum rerum pertinent. Et sunt eorum pleraq; talia, vt sine ijs res quidem consistant, sed non aptè, commodè, concinnè consistãt. Nam quis est, qui ignorat, licèt per se teneat clandestinum matrimoniũ, multo tamen id esse honestius, quod propalã, & apertè secundũ prescripta ecclesię sit copulatum. vide ext. de cland. despon. Idem accidit & in testamentis condendis, in votis & pollicitationibus faciendis, in iudiciis & actionibus exercendis. Planè nonnullæ sunt solennitates, quæ non solùm ad ornatũ, & elegantiã sunt quæsitæ, verùm etiam ad substantiam, & propriam rei naturam adinuentæ: exẽpla habes in stipulat. & testament. sed illę non possunt à substantia separari, & sunt propriè ad formam cuiq; rei dãdam comparatę. Nomina rerum variè se habent, vt latiùs dicetur in inferioribus: nam haud parum interest, receptitiamne actionem an cõstitutoriam. vide l. 2. C. de cõse. pec. donationem ante nuptias, an propter nuptias: rei vxorię actionem, an ex stipulatu: furtum, an amotionem. toto tit. ff. rerum amot. coniugium, an cõtuberniũ dicas. Quantùm ad effectũ attinet, sępe fit, vt manente re, vis eius & effectus immutetur, vt in patria & dominica potestate, de cuius effectu multùm hodie detractum est. §. penult. Inst. de his quæ sui vel al. Iur. l. in suis, ff. de lib. & posth. Item per contrarium, vt permanente vi & effectu res ipsa in aliam quandam formam, & speciem transformetur. vt in tractatu vsucapionis transformatę. vide l. 1. C. de vsuc. transforma. in effectu receptitiæ actionis, quæ transfusa nunc est, & translata in constitoriam. Deniq;, vt vtriq;, tam rei, quàm illius effectui noui aliquid inijciatur: nam nouissimo iure legatorum, non modò species, & figura mutata est, verùmetiam virtus, & effectus. §. sed olim. Inst. de legat. Cùm autẽ legislator ad hũiusmodi aliquid conficiendum, & introducẽdũ accedit, vna cautio est, vt diligenter in finem iuris & principia inspiciat, & ex iis, quod rebus suis commodũ, & idoneum viderit, decerpat. Illud, antequam aliò proficiscamur, minimè negligendum est: esse quædã in iure, quę vocãtur imaginaria, qualia sunt, quæ in emancipationibus, testamentis, & alijs intercedũt. Sed ea cùm partim ad fictionẽ, partim ad ea quę ius fabricat, referãtur: non est operępretium, vt specialem habeant tractatum.

De iuris coniectura, & an aliquid sit.

NVnc videndum, quomodo in coniecturis, & interpretationibus, in quibus præcipuè quęritur, an aliquid sit, oporteat versari. Nam subinde obscuritas voluntatis, tum contrahentiũ, tum testantium facit, vt animus ambiguitate distrahatur, ut cum nummis legatis oritur quæstio, de quibus nam testator cogitarit. l. uummis. ff. de leg. 3. subinde facti, cùm de eius qualitate ambigit. Sed siue fuerit quæstio uoluntatis, siue facti, utrobiq; pdita est duplex rõ, qua ueritas pbabiliter indagari, & erui possit. Vna est, q inartificialis dr, ueluti cùm ex prciudiciis, rumoribus, tormentis, tabulis, iurciurando, testibus discimus, quid quis aut fecerit, aut dixerit. Altera, q artificialis vocat, quęq; via quadã & rõne se quasi

insinuat

Io. Coras. Iurisc. de Iure ciu. in art. redig.

insinuat in animos hominum, & solerter indagat, quid factum sit, quid non sit. Huius prior pars est (nam de inartificialibus nihil opus est tractare) interpretatio, de qua priùs explicabimus. Posterior, præsumptio, de qua secundo loco dicemus. Interpretationem, siue coniecturam, tam factorum, quàm cogitationũ partim facimus ex rebus ipsis, partim ex uerbis. Ex rebus, veluti cùm ex taciturnitate consensum colligimus: l. quì tacet. ff. de regul. iur. ex vultus & coloris mutatione facinoris conscientiam. Sed sunt rerum quædam directę, puta cùm ex nutu, præsentia, scriptione, subscriptione, subsignatione, silentio, mentem ac uoluntatem cuiusque colligimus: l. obligamur. ff. de actio. l. Caius. ff. de pigno. actio. Quædam obliquę, vt cùm ex antegressis quibusdam, vel subsequutis signis, vel etiam connexis, facta pariter ac cogitata dijudicamus: l. Titia. §. j. ff. de verbo. oblig. Quędam denique medię, quę ex re subiecta, & eius circunstantiis emergunt. Nam si scriptum est fideiussisse aliquem, omnia præsumuntur solenniter acta: l. sciendum. ff. de uerb. oblig. si quis concedat iurisdictionem, intelligitur etiam ea concedere, sine quibus iurisdictio exerceri non potest: l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. si quis legat insciens rem alienam personę coniunctę, putatur etiam si scisset alienam, legaturus fuisse: §. non solum. Inst. de leg. si legatum est vinum in genere, ad exquirendum, quale vinum voluerit legato cedere testator, inspicimus locum tempus, personam, consuetudinem, cum aliis eiusmodi. uide no. in l. cùm certum. ff. de vitriti. & ol. leg. Ex uerbis sumitur interpretatio, veluti cùm dicimus, supellectili legata, de illis sensisse testatorem, quę supellectilis nomine ueniunt. l. labeo. ff. de supell. leg. Sed hic tum verba intuemur, tum mentem, tum verba simul & mentem. Verborum significatio, alia est propria, quę communi loquentium vsu est frequentata: alia impropria, q̃ vel noua est, vel vetus, vel translatatitia: alia lata, vt cum omnes res & possessiones, pecunię appellatione significamus: l. 2. §. vlt. ff. si cert. peta. alia stricta, vt cum actionem eam definimus, quę in personam infertur. l. actio. ff. de actio. Mentem & sententiam loquentis demõstrat materia subiecta, cum suis antecedentibus, consequentibus, coniunctis, relatiuis: vt cùm dandi verbum in emptione ac uenditione pro præstatione accipimus. l. datio. Lex empto. ff. de act. emp. Item ex personis, locis, temporibus, negotiis, vt cùm is, qui demonstrandi intellectus gratia stipulatur, intelligitur non velle obligationẽ contrahere. l. obligationum substantia, iuncta l. non solum. ff. de actio. vide. §. planè. Inst. de milit. test. Item ex ipsorum verborum positu, flexu, connexione, transpositione, distinctione cum nõnullis aliis. Tam verborũ, quàm mentis est, totùm ipsius orationis quasi corpus: exemplo potest esse tractatus de legatis & legationibus. Nam quemadmodum in homine necessarium est, vt membrorum quędam conuenientia sit & comparatio inter sese: ita etiam orationis partes omnes communi quodam vinculo contineri, & ad idem respicere debent: fitque sępenumerò, vt quod per se solum inspectum, obscurum est, & intricatum: id, si cum aliis partibus orationis, testamenti, legis, componatur, clarum euadat & facile. Et est inciuile, vt inquit Celsus, l. inciuile. ff. de ll. nisi tota lege perspecta, vna aliqua eius particula proposita, iudicare vel respondere velle. Iam autem ad faciendam coniecturam ex verbis, caput & summa est, vt in hęc tria simul verba scilicet, sententiam, & totam orationem inspicias. Nam si conueniũt, idest, si neque sententia refragatur, neque contextus orationis, quò minus proprietas verborum obseruetur regulariter probandum est, id velle eum qui loquitur, quod propria verborum significatio demonstrat. l. labeo. ff. de supell. leg. Cæterùm, si vel sententia diuersum suadet, vel sermonis continuitas, propriùs est, vt rerum gratia à propria verbi significatione recedamus: & sumptis, vel impropriis, vel latis, vel strictis significationibus, verba cum rebus conciliemus. l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de leg. j. Sic enim cum dicitur in lege, mutuum constare in pecunia, facile videmus, non esse sententiã legislatoris, vt propriè capiatur verbum pecunię, pro nũmis, propter naturam cõtractus: nec etiam vt latè, pro omni possessione, propter eandem rationem. Sic in emptione, cùm dicitur, uenditorem ad dandũ teneri, res subiecta facit, vt uerbum dandi, non pro translatione dominij, sed pro præstatione accipiatur. Planè si tanta est vel verborum, & sententiarum, vel partium orationis inter se pugna, vt neque per diuersas significationes vocabulorum, neque per vllas circunstantias rerum conciliatio fieri possit: magis probatũ est, vt totum cadat. Nam in ambiguo sermone nõ utrunque dicimus, sed id duntaxat quod volumus: itaque qui aliud dicit, quã vult, neque id dicit, quod vox significat, quia non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur. l. j. ff. de rebus dub. Scio de interpretatione verborum multa passim in vnum congeri: sed nisi me fallit opinio, hęc nostra paucula, cuiusmodi tãdem illa sint, facile sufficiunt ei, qui ex arte facturus sit interpretatiouem. Nihil enim aliud opus est, quã vt imprimis diligenter explicemus, quę sit propria verbi functio: deinde, quæ uerisimiliter sententia, & an cum iis reliqua omnia, quę toto testamento, iure, lege dicuntur, conueniant: nam si nulla est eorum dissensio, prompta est interpretatio ac facilis. Si prima facie nonnihil discrepent, tã diu inquirendum est, vel in rei circunstantias, vel verborum significationes donec aptè inter se quadrent ac cõueniant. Quod enim alibi dicit Iureconsultus, pupillum naturaliter obligari, l. j. ff. de nouat. non est simpliciter uerũ: tum quoniam id recta ratio non patitur, tum quia sunt multę passim leges, quibus contra respondetur. l. pupillum. ff. de actio. Restat igitur, rem ita temperandam esse, vt alia atque alia obligatio naturalis esse dicatur, & hęc quidem huic, illa uerò illi legi accommodetur. Hucusq; ergo de iuris coniectura, siue interpretatione. Præsumptio definitur in hunc modum: Præsumptio est probabilis suspicio iuris, vel iudicis, qua creditur id alicui adesse vel abesse, quod naturaliter, vel vt plurimum adesse, vel abesse solet. Verbũ SVSPICIO, loco generis est, significans præsumptionem ex eorum esse numero, quę coniectura magis quàm certa scientia constãt. Et qđ adijcitur: PROBABILIS, significat, nec necessarijs eam, nec temerè collectis, sed mediis quibusdam niti argumentis, ijsque publicè lege lata, uel iurisdictione probatis ac receptis. Nam qđ post deinde sequitur: QVA CREDIMVS ALICVI, vel personę scilicet, vel rei ADESSE VEL ABESSE, duplex eius officium ostendit. Vnum, vt cùm dicimus: Cui iurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potest. Alterum, vt cum in generali concessione non credimus venire ea, quę quis specialiter non esset concessurus. l. obligatione. ff. de pignoribus. Et quod vltimo loco ponitur, QVOD NATVRALITER VEL VTPLVRIMVM ADESSE VEL ABESSE SOLET, principium ac originem præsumptionis continet, quasi hominis sit, non modò ea, quę sensu præcipiuntur, attendere: verumetiam, quid quamque rem sequatur, quid antecedat, videre: & ex iis, quæ præsentia, sunt præterita pariter, & futura colligere. Quia enim suę posteritati quisq; potiùs fauere solet, quàm extraneis: cur non in omnium bonorum donatione facta ab eo, qui liberos non habet, præsumimus sub illa conditione donari, vt si liberi nascantur, reuocetur donatio? l. si vnquam. C. de reuocand. do. Quia stipulationes non aliter fieri possunt, quàm per interrogationem & respõsionem: cur, si scriptum est spopondisse aliquem, non præsumemus omnia solenniter acta: Quia nemo facilè amittit rem suam à se sine causa: cur, si quis non heres ea teneat, quę alium constat possedisse, non præsumimus, tamdiu in bonis prioris possessoris manere, donec alius iustum titulum, & causam suę possessionis attulerit? l. cum de possessione. C. de probat. Certè magno Reipublicæ bono constituuntur huiusmodi præsumptiones. Nec potest fieri, vt sine præsumptionibus vlla certa iura, aut ullę certæ leges describantur. Species uerò earum sunt duæ. Vna, quę legitimis probationibus regulariter refutari potest, quam communem licebit appellare: Nam si quis chirographo scripto, confessus est mutuam pecuniam, hactenus statur scripturę, si non contràprobetur. lege generaliter. C. de non nume. pecu. Altera, quæ reprobari non potest, quę & specialis rectè fortasse dicetur: vt si quis seruum suum hęredem instituerit, adeò videtur & libertatem simul illi reliquisse, ne, quod absurdum est, testando intestatus decedere voluisse videri possit, vt si quis contradicere velit, non audiatur. §. ij. Institu. quibus ex caus ma. non lic. Nisi si fortè tam sint claræ & manifestæ attestationes, vt nulla iis ratione resisti aut contradici possit. Nam in huiusmodi specie, ne veritas rerum occultetur, & plus valeat quod simulatur, C. plus valere quod agitur quã quod &c. quàm quod agitur: receptius est, probationes magis, quàm præsumptiones etiam vehementissimas, sequi. Regularum uerò, quibus omnis præsumptio dirigitur, prior est, vt id quod naturaliter, vel vtplurimum, vel adest vel abest, semper præsumamus vel adesse vel abesse. Sic enim parentes semper præsumuntur liberos suos amare: coniuncti gratiores esse, quàm extranei, vel alieni: communis cõiunctus amorem parere: propria quemque negotia, quàm aliena magis curare. lege præses. C. de ser. & aq. Posterior, vt id qđ vel contra naturã est, vel cõtra communem vitę cursum, neq; adesse, neq; abesse, intelligatur. Nã sic nemo intelligitur salutis suæ immemor, nemo suum iactare: l. eũ de indebito. ff. de probat. nemo sanæ mẽtis in solennibus & arduis ludere. Etsi autem multæ speciales leges possunt adduci, quibus præsumptionum ratio contineatur: tamen nihil est in omnibus specialibus regulis, quod nõ ad istas duas generales reuocari possit. Illud, antequàm aliò proficiscamur, explicandum, quo tandem modo fiat interpretatio, ab iis quæ expressa sunt, ad ea, quę neque dicta, neque cogitata sunt. Nam cùm neque leges, neq; Senatusconsulta ita scribi possint, vt omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur: necessarium est, vt quę desunt, interpretatione suppleantur. l. neque leges. ff. de legib. Fit autẽ hæc interpretatio trib. modis. Vno, cũ ex generalib. regul. de certa aliqua specie ppposita iudicamus, Altero, cùm ex vna aliqua specie, vel plurib. generales quasdam regulas elicimus. Tertiò, cùm regulam cum regula, vel speciem cum specie componimus. Primi modi exemplũ est huiusmodi. Pupillus sine tutoris authoritate mutuũ accepit, & locupletior factus est: pubes effectus soluit, q̃rit, an repetat? Respõdẽt non repetere: ratio gñalis est: Nã hoc natura æquum est, neminẽ cũ alterius

Source : BIU Cujas

terius detrimento locupletari.l.nã hoc natura.ff.de cõdi.indeb. Atq; hæc quidem interpretatio,princeps, eſt oĩum interpretationum,vtpote q̃ proficiſcatur à primis naturæ datis, & principiis q̃nalibus,& progrediatur ad ea,q̃ inferiora ſunt,& ad ſpeciẽ directa,Sedi exemplum eſt hmõi. Video vno loco mulierem à poſtulando prohiberi: alio,à cura tutelave arceri: itẽ alio, ne p quoquã interueniat,vetari, & ſic porrò de magiſtratu,de iudicijs,de muneribus Ex illis pluribus in vnũ cõiectis,facio rã: mulierem nullũ officiũ rectè gerere poſſe.l.2.ff.de regu.Iur. Ad hæc video apud Imperatorem tractari, non fuiſſe à primordio naturę manumiſſionẽ;quia ſeruitus eſſet incognita:elicio ex eo q̃d uulgo traditũ: priuationẽ p̃ſupponere habitũ. Atq; hoc gñe interpretationis indigemus in his rebus,q̃ naturaliter inſitæ nõ ſunt,ſed ex diuturna obſeruatione tractationeq; deprehẽduntur. Eſtq; rã nihil aliud, quã pluriũ rerũ ac ſpecierũ in vnam quaſi ſummam coniectio.l.1.ff.de reg.Iur. Tertij modi exemplum eſt hmõi. Patronus fit tutor impuberis ſerui manumiſſi, inde colligo,& patrem oportere filij impuberis emancipati tutorẽ fieri. Dat curator furioſo,ex eo concludo:debere & ei dari curatorẽ, cui ſuorũ bonorum adminiſtratio eſt interdicta: rõ verò eſt,qa eadẽ eſt natura manumiſſionis & emãcipationis: parũ intereſt furioſus quis ſit,an bona ſua dilapidãdo, furioſum rerũ ſuarum faciat exitum.l.1.ff.de curat fur. Atq; hæc interpretatio cõis eſt, l.non p̃ut ff de ll. & in vſu frequens: verſat enim circa duorum pluriumve inter ſeſe collationem. Et ſi quidẽ ea,vel ſimilia reperiat,vel paria,vel eadem:definit eodẽ ẽt iure teneri p̃p regulam: vbi eadem eſt ratio,ibi & idem ius eſſe debet.l.illud, ff.ad l. Aquil. Si verò per ꝓrium,vel diuerſa,vel diſſimilia,vel repugnãtia inueniat: definit diſſimiliũ,diſſimilia,ꝓriorum, ꝓria eſſe obſeruãda iura: eſtq; frequens,& vſitatiſſimum argm̃,quod à ꝓrio ſenſu aut ſpecie ducit̃.l.qui teſtõ §.cũ qui.ff.de teſtamẽt. Sed adhibenda eſt diligens cautio,ne erremus: nam in ſimilibus & oĩbus,quæ inter ſe componũtur,facillimus eſt vt plurimũ lapſus, & nõ eſt eadem rõ eorum oĩum, quæ vel ſimilitudine quadã, vẽl diſſimilitudine componunt̃. Quæ enim eadem ſunt,aut ſunt eadem re,ideſt vel genere,vel ſpecie, vt legatum & fideicõmiſſum: aut effectu,vt actio directa & vtilis: aut cauſa,vt pupillus, furioſus: aut ſimilitudine quadam,vt commodatum,p̃carium: refertq; multũ in oĩ iure,vtrũ hoc,an illo modo res inter ſe conueniant:& eſt aliud per ꝓñam facere:§.1.Inſt.de legit.pat.tutela: aliud p̃p ſimilitudinem:§.1.Inſt.de legit.parent.tutela. aliud ad exemplũ. Quæ diſſimilia ſunt,vel ſunt diuerſa,vel diſparia, vel oppoſita,vel repugnãtia,vel alijs atq; alijs modis dĩa.debetq; diligenter circunſpicere, tũ iudex,tum conſultus, vt horũ oĩum rationem habeat,& pro cauſarum inter ipſas diuerſitate, diuerſas quoque iuris collationes faciat.

De iuris definitione,& quid quidque ſit.

IAm in ſubſtantijs rerũ & proprijs cuiuſq; naturis tradendis tria ſunt potiſſimum propoſita. Primum,vt res definiat̃;deinde,vt in ſpecies ſuas & partes tribuat̃,proſtremo, vt ſuo proprio certoq; noĩe deſignet̃. Definitio eſt oro, quæ id quod dr̃,explicat,quid ſit:vt cùm dicimus,Libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, niſi quod vi aut iure prohibẽt.§.2.Inſt. de Iure perſ.Seruitus eſt conſtõ iuriſgẽtium, qua quis dñio alieno ꝓ naturam ſubijcit̃. Sed hic non oportet ignorare, vniuſcuiuſq; rei quædam interna eſſe, quæ ſcilicet ſubſtãtiam illius,vel conſtituunt,vt dria,proprium,totum,& partes,vel attingunt,vt actus,adiacentia,ſubiecta.quædã externa, quæ vel cognata ſunt, vt cauſę & effectus:vel applicita,ut locus,tp̃s:uel accidẽtia,vt ſimilia,paria: vel repugnantia, ut oppoſita, ꝓria. Nam in hoĩe p̃ ratione præditus eſt,quodq; ad ridẽdum aptus, & certa forma figuraq; circunſcriptus,item quod ſermonis & orationis facultatem,& diuinarum, humanarumq; rerum cognitionẽ poſſidet, propriè debet ad internam eius naturam referri: p̃ verò cõem ſocietatem & Rempublicam colere,p̃ non in terris, ſed in cœlo propriam ſuam patriam ac ſedẽ habere, p̃ cum Dijs immortalibus cognatione iunctus eſſe, p̃ deniq; ab immani ac ſolitaria uita naturaliter abhorrere dr̃: exteriora quædam, & quæ ab eo ſeparata ſunt reſpicit. Atq; pro horum quoque dria f. ctũ eſt, ut uaria ſint definitionum & deſcriptionum genera. Nam illa demum plena,& oĩbus ſuis numeris abſoluta eſt definitio, quæ omnia illa ſimul complectit̃,uel ſi id longum fortè uideat̃,ſaltẽ ueram ipſ.m & propriã rei ſubſtantiam exprimit. Reliquæ omnes,cùm imperfectæ ſint, & minus plenæ deſcriptiones potius, q̃ definitiones uulgo appellant̃. Ea quæ à propria rei nota ſumitur,hoc fermè fit modo. Dolus eſt machinatio fraudulosa, cum aliud agit̃,aliud ſimulat̃. Stipulatio eſt uerborũ conceptio, q̃bus is qui interrogat̃, daturum facturumve ſe id quod interrogatus eſt,rñdet. Vſucapio,eſt adiectio dominij, per cõtinuationẽ poſſeſſionis,temporis lege definiti.l.3.ff.de Vſucap. Quæ à proprio, hoc modo:mutuũ eſt,in quo res ita dat̃,ut de meo tuũ fiat. Quę à toto & partibus,ita: Ius ſcriptum eſt,quod conſtat, Lege, Plebiſcito,Senatuſcõſulto,Principium placitis,prætorum edictis, Reſponſis prudentum. Quæ ab ijs quæ circa rei ſubſtantiã ſunt, iſthac forma. Iuriſprudentia eſt, quæ uerſat̃ circa diuinas & humanas res,priuatas & publicas. Bonorum poſſeſſio eſt ius perſequendi retinẽdiq; patrimonij,ſiue rei,quę cuiuſq; cum is moritur,fuit. Quæ à cognatis,hoc modo: Ius naturale eſt,qd̃ natura omnia animalia docuit: Senatuſconſultum,quod Senatus conſtituit: Depoſitum,quod cuſtodiendum alicui datũ eſt. Quę ab applicitis,ita: Littus eſt, quò maximus fluctus hybernus excurrit. Vſucapio, triennalis poſſeſſio. Quę ab accidentibus,ſic: Subſtitutio eſt ſcda inſtitutio. Precarium eſt commodatũ,pro arbitratu concedentis reuocabile. Quę à repugnãtibus deniq;, hoc modo: Argentum factum eſt,qd̃ neq; in maſſa,neq; in lamina, neq; in ſignata,neq; in ſuppellectili,neq; in mundo,neq; in ornamentis eſt. Mutuum eſt,cum non eadẽ ſpecies redditur,quẽadmodũ in cõmodato & depoſito: ſed idẽ genus. Iã uerò illud ſciẽdũ eſt, definitionũ in iure,alias eſſe ſolẽnes, alias ſimplices, alias medias. Solennes ſunt,quę tum rei naturam & ſubſtantiã explicant, tum uſum eius & effectum, tum deniq; ciuilem authoritatem,qua publicè probatę, & in urbẽ quaſi receptę ſunt. Sic cũ dr̃:tutela eſt uis ac poteſtas in capite libero.§.tutela, Inſt. de tutel.explicat̃ eius natura: cũ ſubiicitur: ad tuendum eũ q p ætatem ſe defendere nequit, declarat̃ uſus & utilitas: cũ tandẽ addit̃:iure ciuili data ac permiſſa: ſignificat̃ approbatio ciuilis. Totidem partes ſunt in definitione obligationis, quę eſt Iuris uinculum,quo quis neceſſitate adſtringit̃,alicuius rei ſoluendę ſm noſtrę ciuitatis iura. Contingit uerò nonnunquam,ut non apertè, ſed abſconditè omnes illę partes põnantur. Simplices definitiones ſunt,quę nudam tñ rei naturam exponunt: ueluti: Ingenuus eſt,q; ſtatim ut natus eſt,liber eſt: Libertini ſunt, q; ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. Manumiſſio eſt datio libertatis. Medię deniq; q̃ ex vtraq; ſimul iũctæ ſunt ac cõpoſitæ, vt, teſtũ eſt voluntatis noſtræ iuſta ſnĩa,de eo qd̃ quis poſt mortẽ fieri velit. Nuptiæ ſunt maris & fœminæ coniunctio, conſortiũ oĩs vitæ,diuini & humani iuris cõicatio. Actio nihil aliud eſt,q̃ ius perſequendi in iudicio,quod ſibi debet̃. Hęc ergo de definitione. Diuiſio nihil eſt aliud,q̃ vnius in plura deductio: vt cum adoptionem aliam dicimus iuſſu principis fieri,aliam permiſſu magiſtratus. Libertinorũ alios eſſe dedititios,alios latinos,alios ciues Romanos. Fit aũt diuiſio tribus fermè modis. Vno,cũ genus in ſpecies tribuitur. Nam p̃ tutela diuidit̃ in teſtamentariã legitimam,& datiuam: Stipulatio in Iudicialem, Prętoriam, Cõmunem,& Cõuentionalẽ: Teſtiũ in ſcriptum & nuncupatiuũ, non pertinet aliò,q̃ ad illũ modũ,cui diuiſionis nomen peculiariter eſt collatũ. Altero,cũ totũ in partes diſſecat̃,quæ partitio dr̃. Nam dñij partes ſunt,proprietas,vſusfructus,ſuperficies: Stipulationis,interrogatio,rñſio: Legis,proœmium,cõſtitutio,ſanctio. Tertiò,quum id quod vnum eſt,diſtinguitur in gradus. Sic enim,capitis diminutio alia eſt maxima,alia media, alia minima. Sic ſeruorum,alij ſunt primi actus,alij infimi,alij medij. Sic munerũ publicorum,alia ſunt cũ dignitate,alia ſine dignitate, alia media. Loci diuiſionũ planè ſunt iidem cũ locis definitionũ. Nã quẽadmodũ earũ,alię ducunt̃ ab internis, alię ab externis locis: ita ẽt diuiſionũ,quędã petunt̃ ab ijs, quę in ſubſtantia rei hęrent,aut circa eam verſant̃,q̃dã ab ijs,quæ cognata ſunt,& applicita. Sanè cùm nõnunquã vſu veniat,vt vna facta diuiſione,alterum membrũ in alia iterũ duo inſignia membra abeat: ſæpe fit,vt breuitatis gratia,ex duabus diuiſionibus vna fiat. Ita enim accipiendũ eſt,quod Iureconſultus Vlpianus dicit.l.conuentionũ.ff.de pact. Conuentionum tres ſunt ſpecies: aut enim
» ex publica cauſa fiunt: aut ex priuata. Priuata,aut legitima,aut
» iuriſgentium. Nec eſt quòd imperitiæ Conſulti hoc adſcribas,
» quemadmodum nonnulli faciũt. qñ idem & apud Ciceronẽ,
» M. Varronem,Platonem,Ariſtotelem,ac alios idoneos autores licet inuenire. De nominibus multum quæritur apud veteres, ex arbitrio ne noſtro pendeant,quod Ariſtoteles cenſuit: an verò ex cuiuſque rei natura,quod Plato. Et certè Iuſtinianus exiſtimauit decere,vt nomina ſint conuenientia rebus,§ pen. Inſt. de teſt.quod & verũ eſt. Nam naturaliter in cõdendis nominibus ad hoc propenſi ſumus, vt rei naturam q̃ proximè, quoad eius fieri põt,exprimamus. Sic.n.teſtiñ dr̃,quaſi teſtatio mentis. l.1.ff.de acqui.poſſ. Poſſeſſio, quaſi pedum poſitio. Tutor, quaſi tuitor,cum aliis ſimilibus. Et ſi quæras,Cur igit̃ aliq; atq; aliæ gẽtes,eaſdẽ res diuerſis nominibus norẽt ac deſignent? Rñdebo, id partim ex eo fieri, p̃ ab integritate priſtina, ac vero germanoq; iudicio ſit receſſum: partim ex eo,p̃ in vna & eadẽ re, alij hoc,alii illud intueant̃,ſm qd̃ nomen ei affingãt. Idẽ fundus,& vectigalis dr̃,ab eo quod pẽdit̃:& emphyteuticarius,à cauſa p p q̃ in perpetuum elocat̃. Eadẽ res,& pignus dr̃,a pugno,quo traditur:& hypotheca,reſpectu principalis debiti, cuius loco p̃nitur. Planè,quemadmodũ definitiones & diuiſiones ducunt̃,vel ab interioribus locis,vel exterioribus: ita ẽt noĩa indunt̃,vel eorum intuitu,quæ ꝓpiora ſunt cuiuſq; naturæ,vel eorũ q̃ abſint longiuſcule. ob ho inuenit nomẽ ſuũ à vinculo, in quo ſubſtantiã hẽt. l obligationũ ſubſtãtia.ff.de act. Mutuũ vero ab eo,p̃ de meo tuũ fiat: qd̃ qdẽ nõ illi ſolũ cõuenit,verũ aliis ẽt ꝓctibus, ex q̃bus dñiũ trãsferr̃. Atq; ex his quoq; p̃facile ẽ eſtimare,qd̃ tñ

multos

multos multũ torquet, qualia tandẽ, & cuius põderis argumẽta duci possint à notatione nominis. Nam si propè accedit nomen ad substantiam, planum est, multum momenti & ponderis habere: Si contrà recedit longiùs, parum. Verum de definitione, diuisione, & nomine rei, deq; locis, p quos indagantur, hactenus.

De Iuris Decisionibus, quale quid sit.

CVm autem quærimus, quale quid sit, nihil aliud videtur venire in quæstionem, quàm bonumne sit, an malum, an neutrum id, de quo agitur: præter illa tria, nihil uideo, quod circa rerum qualitates à Iureconsulto tractari possit. Sed quoniam horum ratio & supputatio initur, nunc simpliciter & per se, nũc verò comparatæ: operæpretium nihil facturus videor, si breuiter & strictim prius exposuero, quæ bona, quæ mala, quæ neutra sint per se, & quomodo legislator in iis uersari debeat: deinde quomodo inter sese, & cum aliis componantur. Bona dicimus nonnunquam ea, quæ ipsa rebus humanis conferunt, & vtilitatem ex sese pariunt: nonnunquam verò tantum illa, quæ malis depellendis & auertendis noxiis, suum nobis ministerium & officium exhibent. Quę ipsa per se prosunt, aut vtilia sunt, aut honesta, aut ex vtrisque coniuncta, pulchra. Vtilia vocamus ea, quæ ad uitæ conseruandæ degendæque rationem, & ad opes, copias, ac facultates pertinent. Nam quod pupillus sibi potest stipulari, q acceptũ petere, q donatum acquirere, q possessiones suas augere, non diminuere: id omne, propter vtilitatem, vel ipso Iureconsulto autore, comparatum est: l.j. in fin. ff. de actio. & obli. cuius etiam gratia constitutum, ne ad Barbaros aurum deportetur: vt certus artificum & medicorum numerus in ciuitate habeatur: vt ab iis, qui suis rebus superesse non possunt, procuratores dentur: vt alia denique atque alia, quorum euidẽs sit vtilitas, in Rempublicam infundãtur. Horum primò quædam sunt necessaria, quædam verò commoda. Necessaria dicuntur, sine quibus res, vel omnino salua esse non potest, vel admodum difficulter. Nam quod argẽtarij, numularij, trapezitæ, & si quæ sunt alia genera fœneratorum, tolerentur in ciuitate, l. quod priuilegium. ff. depos. q concubinatus non aufertur, q in summa rerum indigentia omnia in cõmune rediguntur: l. 2. ff. ad l. Rhod. de iact. cui tandem alij oportet imputare quàm necessitati? cui ne Deus quidem resistere posse, vùlgò creditur. Commoda sunt, quæ rem augent, & meliorẽ sua præsentia faciunt. Nam quòd dotis causa semper & ubique præcipua est, l.j. ff. soluto matrimo. ideo receptum est, quia Reipublicæ interest, dotes mulieribus conseruari: cùm dotatas esse fœminas, ad sobolem procreandum, replendamque liberis ciuitatem, maximè sit necessarium. Quòd numus primũ publicè percussus est, ideo est introductum, quia cum non semper, nec facilè concurrebat, vt cũ tu haberes, quod ego desiderarem, inuicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cuius publica ac perpetua æstimatio, difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis subueniret, eaque materia forma publica percussa, vsum dominiumque non tam ex substantia prębet, quàm ex quantitate. nec vltra merx vtrunque est, sed alterum pretium vocatur. Sunt etiam utilium alia externa, vt nobilitas, amicitiæ, facultates, liberi, clientelæ, honores, quarum subinde habetur ratio in tutelis, & honoribus deferendis, inque ineundis vectigalib. in alienationibus iudicij mutandi causa factis, in satisdationibus. l. 2. ff. qui satis. cog. Alia corporis, vt ætas, robur, forma, ualetudo, quæ quidem spectantur in tutorum & curatorum excusationib. in seruorum emptionibus & venditionibus, in sacerdotibus, in vacationibus munerum. l. semper. ff. de uacat. mun. Alia denique animi, vt artes, scientiæ, doctrinæ, mores, virtutes, eloquentia, dexteritas, quæ & ipsa quotidie ueniunt in considerationem, l. inter artifices, ff. de solu. vt cùm de testium fide quæritur, l. 3. ff. de testibus. de legendis magistratibus, de artificibus, & aliis consimilibus. Quod autem præterea quędam publicè vtilia sunt, quędam priuatim, quædam simpliciter, quædam comparatè, quædam directè, quædam per consequentiam: nihil attinet hoc loci prolixiùs disputare. Honesta sunt, quæ ad bene beateque viuendũ pertinent, idque tam populariter, & ciuiliter, quàm diuiniore quadã & præcellentiore ratione. Quòd Senator eam vxorem habere non potest, quæ libertinæ cõditionis est, l. lege Iul. ff. de ritu nup. aut artem ludicram exercuit: q nuptiæ propalam & publicè cõtrahi debent: q sponsam patris ducere dissuadetur: q nemo testamento suo cauere potest, vt cineres in mare spargantur propter solam publicam & popularem quandam honestatem tuendam, est quæsitum. Quòd uigilantibus & non dormientibus iura subueniunt: l. pupillus. in fin. ff. de his, qui in frau. cred. quòd is qui in acie mortuus est, per gloriam viuere creditur: q pœnę sontib. & bene merentibus præmia proponuntur: q ea quę dolo malo, vel metu administrantur, certis suppliciorum & tormentorum generibus adhibitis vindicantur, à nullo alio proficiscitur, quàm ciuilis honestatis ratione. Quòd religionem & pietatem colere: q non solùm manus & oculos, verumetiam cogitationes domitas hẽre iubemur: q extra ordinẽ ius reddimus iis, q liberales & ingenuas artes exercẽt: l.j. ff. si mẽs. falsi. mod. dix. q diuinos honores adhibemus ad eos, q vel rerũ gestarũ gloria, vel uitæ morũq; sanctimonia, vel diuinarum & humanarũ rerũ scientia, cæteros antecedunt: quam quæso aliam habet causam & originẽ? quàm excellentis cuiusdam, & eximię naturę rationem? Sed est honestum, aliud in ratione positum & intellectu; aliud in moribus. In intellectu est scientia, prudentia, sapientia, solertia, callidi tas, de quibus etiam aliàs meminimus. In moribus verò fortitudo, temperantia, iustitia cum quibus coniuncta sunt, magnitudo animi, liberalitas, magnificentia, obedientia, pudor, verecundia, cum nonnullis aliis. Et q tot ac tanta sunt priuilegia militum, to to tit. ff de re milit. q in desertores, emansores, transfugas grauissimè animaduertitur: à præceptis proculdubio fortitudinis manauit. Quemadmodum & illud: q adulteria, stupra, luxus, pœnis legum coercentur: quodq; vitæ sobrietas & modestia laudatur, à temperantia: q fures, raptores, prædones, falsarij vltimis suppliciis afficiunt: quòdq; certi modi ctõrahẽdi, cõmutandi & negotiadi pscribunt: à iustitia. Pulchrũ est, quod ad decus rerũ ac ornamentum pertinet, proficiscens nonnunquam ex vtili, nonnũquam ex honesto, nonnunquam ex vtroque simul. Ex vtili nascitur id, quod ornatum quidem suum habet, sed cum eo cautiones suas & opportunitates. Ex honesto, quod simulachra quędã & adumbrationes virtutum continet, licèt decoris magis & solennitatibus sit quàm virtutis. Ex utroque simul emergit, quod vtile pariter est, & honestum. Primi generis exempla sunt, in cõdendis testamentis, quæ vno contextu, septem pręcisè testib. adhibitis, & ad hoc rogatis, celebrantur. Nam etsi solẽnitatis & cęremonię causa præcipuè interueniunt: tamen possunt ad confirmationem etiam & securitatem aliquo modo comparata videri: & sunt eiusdem exempli, omnes actus publici, qui neque diẽ, neque conditionem recipere possunt: item actiones ordinariæ, quę suis formulis, & verborum proprietatibus includi solẽt. Posterioris generis exempla sunt, quòd mulier postulare nõ potest, q per vicos discurrere, & insanorum more deridenda loqui, tur pe ducitur & leue: l. ob quę vitia. ff. de ędilit. edicto. q sacerdotib. nec venari, nec militariter vestiri, nec ludicras artes tractare cõceditur, cuius etiam generis sunt omnia illa, quæ dicit causa, vel à magistratibus, vel à pontificibus, nonnunquàm fieri consueuerunt. Ad tertium genus pertinet: q nuptias certis cęremoniis celebrari: q iudicem pro tribunali sententiam ferentem sedere, nõ stare: l. 2. C. de sentent. ex breuic. recit. q leges certis ritibus sanciri oporteat: quo pertinent etiam omnes illæ cęremonię, quæ sub exteriorum rerum inuolucris, mysteria quædam condita tenẽt, & abscondita. Quæ ob id in bonis numerantur, q malum arceãt & depellent, vel conseruant nos à noxiis, vel præmuniunt, vel repellunt ea. Conseruare dicuntur illa, quæ bene constitutæ fundatęque rei, vti firmior sit & munitior, prospiciũt. Sic. n. stipulationes sunt repertę, vt ea, quę aliàs legitimè firmeque debentur, arctiori quodam & firmiori vinculo contrahantur, sic chirographorum, pactorum, fideiussorum obligationes sunt introductę: sic furem pluribus alligamus actionibus: sic ei, cui res aliqua legata est, tres damus actiones, quo scilicet vltima voluntas promptiùs, & faciliùs ad exitum perducatur. l. vlt. C. de sacrosan. eccles. Præmuniunt illa, quæ impendentibus malis, vti ne noceant, vel saltem minùs officiant, obijciuntur. Ad illum enim vsum sunt repertę substitutiones, fideicommissa, inuentaria, cõtestationes, cùm similibus. Donatio etiam causa mortis ideo fieri consueuit, q quis magis se vult habere, quàm eum, cui donat: magisque cũ cui donat, quàm hęredem suum. §. 1. Inst. de donat. Repellendi & amouendi mali naturam habent, quæ malum, quod iã adest, quodque præsens est, auferunt. Nam q actiones & iudicia sunt constituta: q nocturnũ furem occidere: l. sed etsi. ff. ad leg. Aq. l. q vi repellere licet: quis tandem nescit à nullo alio profectum esse, q à naturali depellẽdi, arcendiq; mali cupiditate? Hactenus de bonis. De malis verò nihil est opus, vt plurib. verbis & fusius agamus. Nã q rerũ alia sũt inutilia, alia inhonesta, alia turpia: Itẽ q nõnulla vitio rõnis cõtrahunt. nõnulla morũ. Præterea, q q̃dã aduersus Deũ cõmittunt, q̃dã aduersus cõem hoĩum societatẽ. Ad hæc, q alia, vel sola ppetrãtur attẽtatione, vt cõstuprationes virginũ: l. vni. C. de rap. vir. alia factis ipsis, vt furta, rapinę: alia verbis, vt iurię Porrò, q nõnulla dicunt atrocia, vt parricidia, crimina læsæ maiestatis: nõnulla cõia, vt homicidia, plagia, peculatus: itẽ, q alia cogitata & pmeditata iferunt, alia repẽtino quodã motu & calore: l. qdqd calore. ff. de reg. iu. deniq;, q subinde versutia, subinde vi, subinde negligẽtia, subinde cõsilio admittunt: q, inquã, hæc oĩa sic se habẽt: partim ex iis luculẽter pcipi põt, q de bonorũ differẽtiis & naturis explicuimus: nã cõtrariorũ eadẽ est, vt vulgò dici solet, sciẽtia: partim verò ex iis, q de iustorũ & iniustorũ distinctionib. latiùs à nobis in superiorib. & vberiùs sunt exposita. Illud fortè nõ est alienũ admonere, reperiri q̃dã, q̃ mala quidẽ rectè ꝑprieq; dici nõ possunt, sed q̃ dãnum tamen adferãt, tãquã nõ bona. Sic. n. cõitatẽ hoĩum deserere, & ad solitariã vmbratilẽq; vitã confugere, tã est in vitio, q̃ violentas manus adferre. Sic intẽpestiuã misericordiã exercere, tã cadit in reprehensionẽ, q̃ crudelitas. l. si hominẽ. ff. depos. Sic multa sunt & ꝑpè innumerabilia in Republica, q̃ nõ tã ex eo, q mala sunt, q̃ q nõ bona pestẽ adferũt. Eorũ, q̃ nec bona sunt, nec mala, sed neutra, multæ sunt & variæ qualitates. Sed illę fluũt, vel ex reb. ipsis, vel imponuntur:

Source : BIU Cujas

nunt ab hominib. Ex reb. ipsis effluũt, q̃ ab earũ natura emergũt. Nam quòd digito cęlum attingere impossibile est. l. Impossibilis. ff. de ver. oblig. quòd rerum fungibilium, vt vini & olei, non est vsus, salua manente substantia. §. cõstituitur. Inst. de vsufru. quòd Stichum aut Pamphilum promittere, alternatiuum est. l. i. §. si Stichum. ff. de verb. obligat. quòd in rebus, & negotijs, alia diuidua, alia indiuidua: alia continua, alia interrupta: alia plura, alia vnum quid: alia perpetua, alia tẽporalia: alia corporea, alia incorporea: alia conditionalia, alia pùra: alia simplicia, alia mixta: alia principalia, alia accessoria: alia obscura, alia plana: alia deniq; alijs qualitatibus ac formis distincta: non proficiscitur aliunde, quàm ex diuersis naturæ dotibus, quibus ad vnguem legislator inseruire debet. Ab hominibus imponuntur illæ qualitates, quæ vel moribus introducuntur, vel legibus. Nã quòd stipulationis ea est natura, vt certis & conceptis verbis fieri debeat: quòd testamentorum tot sunt, & tam anxiæ obseruationes: quòd vsucapio suis legibus adstringitur: quòd actiones suis formulis, & proprietatibus ac figuris alligantur: solis hominum, & legislatorum voluntatibus, iustis quidem illis, & à natura tractis, sed voluntatibus tamẽ, & iudicijs est imputandum. Et quidem, cum illa quæ bona sunt, & salutaria, imperentur, contra quę mala sunt, & pestifera, vetentur: hæc tamen neutra, nec in hanc, nec in illam rationem cadũt. Hoc tantum est, quod in ijs agitur, vt quomodo secundum alias atque alias qualitates affecta sint, quasi cum authoritate exponatur. Ita genus dicimus non interire. l. incendiũ. C. si cert. pet. In alternatiuis sufficere alterum adimpleri. c. in alternatiuis. de reg. iu. in 6. debitorẽ speciei, interitu eius liberari. c. impossibiliũ. de reg. iur. in 6. Impossibilium nullam esse obligationem: In stipulationibus, in quibus dies nõ ponitur, præsenti die deberi. l. eum qui. §. vlt. ff. de verb. oblig. Nihil enim in huiusmodi apparet, nec veti, nec iussi: sed sola est & nuda; cùm authoritate coniuncta, expositio. In bonis verò ac malis, lõgè aliter se habet. Quædam enim tam arctè præcipiunt, vt omissa, pęnis omnibus & supplicijs vindicẽtur: Quædam sic imperantur, vt nulla quidẽ in eos, qui secùs fecerint, aperta pęna, sed tacita tamẽ in honestorum hominum conscientijs statuatur: quædam nec iubentur quidem, sed cohortationibus, tam publicè, quàm priuatim factis, suadentur. l. vlt. ff. de ri. nupt. quædam denique liberæ cuiusq; voluntati, & iudicio relinquunt. Atq; hæc non est difficile æstimare, ex bonorũ & vtilium differentijs, quemadmodùm contrà, quæ prohibẽda sunt, ex malorum & inutilium gradibus. Nam illorum, quædam maximis propositis multis, & pęnis prohibentur: quędã fieri quidẽ vetantur, sed tamen facta tenent, nec vindicantur. l. vlt. ff. de diuort. & rep. quædam, vti ne fiant, dissuadentur. §. mariti. Inst. de nupt. quædam, etsi non optima sint, tamen propter vitiosos hominũ mores, proprio cuiusq; studio permittuntur. l. quod priuilegiũ. ff. depos. In omnibus autem, siue ea bona sint, siue mala, siue neutra, id potissimùm est spectandum, quod tum recta iustaq; ratio demonstrat, tum communis vsus, & tractatio, quæ magistra est actionum humanarũ, expostulat. Quoniam verò dictum est de qualitatibus simpliciter, & per se inspectis: videndum, quomodo inter se componi, & comparari debeant. Et quidem, subinde fit, vt ipsorum inter se generum sit contentio: vt cum tractatur, vtilitatẽne potiùs, an honestatem, naturamve sequi oporteat: subinde verò, vt illorum, quæ sub vno eodemque genere continentur: veluti cum ex duobus aut pluribus vtilibus, quæritur, vtrũ vtiliùs: ex duobus honestis, vtrum honestiùs: ex duobus naturalibus: vtrum magis secundùm naturam. Prioris collationis exemplum est huiusmodi. Si vino vendito, certus ad mensuram faciẽdam dies præstitutus sit, & per emptorem fiat, quo minùs ad diẽ mensura peragatur: an permittendum sit venditori, vinum sine fraude effundere. l. i. ff. de peric. & commo. rei vend. Ab vna parte vrget damnum venditoris ex mora, & est regula: Non debere alteri per alterum, iniquam conditionem inferri. l. non debet. ff. de reg. iur. Ab altera versatur honestas, quia scilicet inhumanum videtur, tam euidenti emptorem damno multare. Posterioris generis exemplum est huiusmodi: vtile est Reipublicæ, vnumquẽque rei suæ moderatorem esse ac arbitrum. l. in re, C. manda. vtile quoque, ne quis re sua malè vtatur. §. vlt. Inst. de his qui sui, vel alie. iur. Iam dominus parat sine causa seruum suum occidere, dubitatur, vtrùm ne huic potiùs, an illi regulæ sit acquiescendum. Ad electionem in generibus faciendam, certum est, primas partes honestati: secundas naturæ: tertias vtilitati: quartas pulchro cẽdere. Si in eum quis fortè deductus sit locum, vt vel religio prodenda sit, vel capitis periculum subeundum, nemo est qui ambigit, quin religionum sanctitas potiùs conseruari debeat quàm vita. Si vita pariter & pecunia sic in dubium veniãt, vt vnius amissione facta, altera salua esse possit: quis non videt, malle quempiã omnibus fortunis suis exui, quàm vita spoliari? Sic etiam si in mari, aut eorum sit iactura facienda, quæ ad ornatum, & delectationem sunt quæsita: aut eorum, quæ ad vitam sustinendam cõseruandamq; sunt necessaria: nullus non intelligit, illa potiùs, quàm ista eijci oportere. Potest planè fieri nonnunquam, vt vel natura honestatem, vel vtilitas honestatem pariter, & naturam, vel pulchrum omnia tria simul ad se rapiat. Quid enim si agatur de rẽ summè necessaria, & popularis alicuius honesti ratio amittenda: quid? nonne satius est, eo loci, vtilitati potiùs inseruire, quàm honestati. vide exempl. in l. bona fides. ff. depos. insolentius per vicos discursare, inhonestum: si hominis tuendi, & conseruãdi causa id facias, an erit qui id probro ducet? Omnes homines secundùm naturam sunt liberi. §. 1. Inst. de libert. improbandane igit̃ seruitus, quæ maximo totius humani generis bono est constituta? Vnusquisq; rerum suarũ liber est administrator, & dominus: estne igitur damnanda illa lex, quę pròpter publicum ornatum, neve ruinis deformetur ciuitas, prohibet, vt ne quis ædificia sua sponte non restituturus diruat. vide l. j. ff. de tig. initu. nullo modo. Sequitur enim pulchrum honestas, & vtilitas nonnũquàm, & natura, licèt alioqui regulariter, tanta sunt pondera & momẽta honestatis, vt omnia ex altera parte collocata, ne minimi quidem momenti instar habeant. Iam quantum attinet ad electionem ex ijs, quæ sub eodem genere contenta dissidere inter se, & contendere videntur: vna cautio est, vt ex pluribus honestis illud, quod magis diuturnum est, ac sua sponte constans, reliquis anteponatur. Nã cùm omnis boni, & honesti caput Deus sit, consentaneum est, vt in deliberãdo vincat illud, quod ei maximè sit cognatum & affine, quodq; proximè ad naturã accedit diuinã. l. sunt personę, in fi. ff. de relig. & sumpt. fu. Post deinde verò sequũtur res humanæ, primò quidem publicæ: secundò priuatæ, ex quibus summum sibi locum vendicant parentes, quibus postea succedunt amici, ciues, socii, & sic deinceps. Si vtilium inter se cõflictus est, illud maximè sumendũ, & probandũ est, quod causam habet maximè necessariam. uide exẽpl. l. 2. ff. ad l. Rhod. de iact. l. si quis. ff. de lib. ag. Nam fons omnium eorum, quæ requirimus, quibusque utimur in uita, est necessitas naturæ, ad cuius expletionẽ pergunt, & diriguntur omnia. Cùm de rebus naturalibus est disceptatio, quanto quid ad substantiam eius, quo de agitur, accedit propiùs, tanto magis secundùm naturã esse dicitur. Nõ enim tam ex ijs, quæ foris apparẽt, metiẽda res est, quàm ex ijs, quæ in abditissimis, & intimis cuiusq; recessibus sunt collocata. Sed in hoc argumento diligenter est circunspiciendum, ut ea, quæ facti sunt natura, distinguantur ab ijs, quæ sunt iuris: nam ea res tantas habet oportunitates, ut nihil credam toto iure ciuili exstare, qđ maiorem usum, & utilitatem de se prębeat. Eorum, quę uoluptatis & ornatus gratia parantur, non ea maximè probãda sunt, quę sensus feriunt, & eos iucũditate aliqua perfundũt: sed quę animũ præcipuè pascunt, & ipsam mentẽ uoluptate simul, & utilitate deliniũt. Atq; ex his regulis pendẽt, quę uulgò in iure dicunt: Sẽper in obscuris, quod minimũ est, sequẽdum esse: Quoties dubia est interpretatio libertatis, secundùm libertatẽ esse respondendum; Semper in dubijs benigniora præferenda: In ambiguis pro dotibus respõdere melius esse: In omnibus quidem, maximè tñ in iure, esse spectandam ęquitatẽ: Fauorabiliores esse reos, quàm actores: Proniores nos esse ad absoluendum, quàm ad condemnandũ: In obscuris inspici solere, quod uerisimilius est, aut quod plerumque fieri solet.

De circunstantijs.

DEmonstratis ijs, quæ ad fictiones, coniecturas, definitiones, & decisiones iuris pertinent: reliquum est, ut de circunstãtiis nonnihil secundũ propositũ ordinem disseramus. Est autem earum tanta uis ac potestas, ut subindè totam rei qualitatem immutent, subindè intendant, uel remittant. Immutant autẽ, cũ de bono malum faciunt, uel contra, de malo bonum. Vt hominẽ occidere, simpliciter nefas est. l. j. ff. de sicar. tyrãnũ, latronẽ, hostẽ necare, fas. l. minime. ff. de relig. & sumpt. fun. Liberalitatẽ exercere pulchrum: Dare uerò cùm non oportet, ubi non oportet, cui non oportet, turpe. l. j. ff. de cura. fur. Intendũt uerò uel remittũt, cùm id quod bonũ malumue est, uel maius, uel minus faciunt. Depositum abnegare, malum: peius uerò, si ex incendij, ruinæ, naufragij causa depositum abnegetur. l. j. §. merito. ff. depos. Legata relinquere pium: magis piũ, si sacrosanctis ecclesijs, & religiosis locis relinquantur. Sunt autẽ circunstantiæ, numero septem, Causa, Persona, Locus, Tempus, Qualitas, Quantitas, Euentus. l. aut facta. ff. de pęn. Causa, vt in uerberibus, quę impunita sunt, à magistro illata, vel parente, quoniã emẽdationis, nõ iniuriæ gratia uidentur adhiberi: puniuntur, cùm quis per iram ab extraneo pulsatus est. Sed sunt quædam causę, quæ impellendi tantùm habent naturam, ut ira, odium, uoluntas castigandi: quędam, quę instrumenti loco sunt, ut gladius, fustis, telum, lapis: quædã, ad quas tanquam ad finem respicitur, ut lucrum, libido, affectus. Et in his est regula: Malo fine proposito, reliqua omnia, cęteraque etiam laudata infici. Bono fine proposito, non confestim omnia fieri bona, quę ad illum finem tendunt: nam non est faciendum malum, ut eueniat bonum. Persona spectatur, & eius qui fecit, & eius qui passus est. Aliter enim puniuntur ex ijsdem facinoribus serui, quàm liberi: & aliter qui aliquid in dominum parẽtemve ausus est, quàm qui in extraneum: in magistratum, quàm in priuatum. In huius rei consideratione ętatis quoque, & sexus ratio habetur. Locus facit, ut idem, uel furtum, uel sacrilegium sit: & capite luendum, uel minore supplicio: Nam alius priuatus est, alius publicus, alius sacer, alius prophanus,

Source : BIU Cujas

nus,alius huic,alius illi rei deſtinatus.Tempus diſcernit emanſorem à fugitiuo: & effractorem vel furem diurnum à nocturno.Nam ſm quātitatē,aliud eſt longū,aliud breue,aliud ſemel factum,aliud ſæpius repetitum.Secūdùm qualitatem,aliud nocturnum,aliud diurnum,aliud feſtum, aliud profeſtū. Qualitas eſt, cùm factum uel atrocius,uel leuius eſt: vt furta manifeſta à non manifeſtis diſcerni ſolent:rixę à graſſaturis: expilationes à furtis:à violentia petulantia.Quātitas diſcernit furem ab abigeis:nam qui vnum ſuē ſurripuerit,vt fur coercebitur: qui gregem,ut abigeus. Præterea de minimis ſepe etiam profitętur ſe nō curare Prętor,l.ſcio.ff.de in integ.reſti.cū alioqui maioribus diligentē curā adhibeat:idq; ſiue in p̄ctibus, ſiue in delictis,ſiue in iudicijs loquamur. Euentus ſpectaſ, ut à clementiſſimo quoque facta: quanquam non minus lex, eum qui occidendi hominis cauſa cum telo fuerit,q̄ eum qui occiderit, puniat. Si filius patrem in ius uocauerit,uel iniquum quis ius aduerſus aliū impetrauerit,non aliter multatur pœna quinquaginta ſolidorum quàm ſi res euētū habeat.l.1.ff. qđ quiſq; Iur. Contingit autem ſubindè,vt eadem ſcelera in quibuſdam prouinciis grauius plectantur:ut in Africa,meſſiū incenſores:in Miſia,vitiū:in Aegypto,aggerum perfoſſores:vbi metalla ſunt,adulteratores monetę. Nonnunquam euenit, ut aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimirum multis perſonis graſſantibus exemplo opus eſt.Reſtant aſyſtata ſiue perplexa, cū quibus cōiuncta ſunt,quę dicuntur indifferentia, quęque reconditiorem iuris rationem habent & abditam.

De aſyſtatis, indifferentibus, & iis quę abditam habent Iuris rationem.

ASyſtata,ſiue inſolubilia ſunt,in quibus quicquid cōſtituitur,uerum eſſe,ſtatim reperitur falſum.l.qui quadraginta. ff.ad l.Falcid.Et ſunt eorum imprimis,alia deficientia, alia equalētia,alia mutila,alia apora ſiue ambigua.Deficientia ſunt in quibus aliquid deeſt,ueluti ſi quis ſcribat in teſtō, Titius filius, omittēs uerba,hęres eſto.l.1.ff.de hęred.inſt.Aequialētia,in qbus equa cā duorū eſt,l.cū enim.ff.de ſtip.ſer.ut fit in pari turpitudine,& in duobus agentibus,Vti poſſidetis. Mutila,in quibus ab altera tm̄ parte cā cōſtat aut cognoſciſ,veluti cū abeſt vel latitat aduerſarius.l.ſi duo.§.idē Iul.ff.de iureiurā. Apora, in qbus nullus inueniſ exitus, ueluti ſi tibi dem fundū Tuſculanū, niſi cū Caio dedero,& Caio rurſum,niſi cū tibi dedero.l.ſi Titius.ff. de verb.obl.Sunt p̄tereà aſyſtatorum ſpecies hę,Antiſtrephuſa, Achromos,Adynatos,Aprepes,Anæſchyntos,Apythanos,Alogos,In circulū rediens, Prępoſtera.Antiſtrephuſa eſt cū actionē ſuā quertūt litigātes,& neuter vtiſ ſua ſnīa,ſed aduerſarii ſui: vt cū ſocius de ſocii dolo conquerīſ, & p̄.l.ſi duo. ff.de dolo malo. Achromos, qn̄ color facti non inueniſ, vt ſi quis pannū credat filiofamilias incertis noīb⁹, ut inde pecuniā cōficiat: nō enim minus officit ei Macedonianum,q̄ ſi pecuniam dediſſēt, pp colorē q̄ſitum.l.ſed Iul.§.mutui. ff.ad Vel.Adynatos, cū id proponiſ,quod ſit contra rerum naturę fidē, à qua quidem ſpecie nō lōgè abeſt.Apythanos,cum id tractaſ, quod minus ſit veriſimile. Aprepes,vt cum ſuam quis allegat turpitudinem.l.mercalē. C.de condict.ob turp.cau. Anęſchyntos, vt cum res aliqua legibus eſt improbata cuiuſmodi eſt aleę luſus, l.1.ff.de aleę luſu. & res meretricia in iudicium deducitur. Alogos,vt cùm eo iure, quod quis in alium ſtatuit,vel impetrauit,vti non vult. ff.quod quiſque Iur. In circulum rediens, veluti cum quęriſ inter fiſcū mulierem, & primum creditorem, quis in pignore prę̄ferri debeat.Prępoſtera,vt ſi quis ita dicat:Si nauis ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes?§.item ſi quis.Inſt.de inutilibus ſtip.Ad hęc & ſimilia aſyſtata diſſoluenda prima via eſt,vt pro nullis habeanſ, quaſi nihil penitus ſit actum, veluti cum hippocentaurum quis dari ſibi ſtipulatus eſt. §.1.Inſti. de inutili.ſtip. Altera, vt in ſuo ſtatu & loco relinquanſ:veluti cum iudex cedit tribunali: cum pronunciat, non liquere: cum poſt centum annos,ſic enim ab Areopagitis ſemel factū legimus,litigatores reuerti iubet. Tertia,vt reiectis inutilibus,vtilia reſeruenſ.Sic enim obſeruatur in conditionibns impoſſibilibus, iniectis legatis aut inſtitutionibus hęredum,cū pro nō ſcriptis habentur.§.impoſſibilis.Inſt.de hered.inſt. Alia, vt ex motu & affectione iudicis negotiū definiaſ:nam quod factum eſt,cùm in obſcuro ſit, ex affectione cuiuſq; capit interpretationem. l.capienda. ff.de regul. iur. Alia, vt media via eligatur.Nam & Iuſtinianus ipſe, in manumiſſionibus à minoribus faciendis,decimumſeptimum annū tanquā mediū,inter decimū quartū ac viceſimū,elegit.§.vlt.Inſt.quib. ex cauſ.ma non lic.l.Neſennius,in fin.ff.de neg.geſt. Alia, vt vel diſſimulatione,vel alio quouis modo finis & exitus reperiatur, l.exigendi.C.de procurat.quod quidem non tam poteſt locutione exprimi,quam intellectu pro re nata perſpici. Alia denique, vt ſorte res dirimatur:l.vlt.in princip.C.communia de leg. & fideicommiſſ.nam & eius exſtant non pauca in toto paſſim iure Ciuili exempla. Sed hucuſque de aſyſtatis & perplexis. Iam autem ſunt alia quædam, quæ non intricata quidem ſunt & inſolubilia:ſed indifferentia, vtpote,quę natura ſui nec in hanc,nec in illam iuris partem ſunt propenſa,ſed media: ita vt nihil omnino interſit hoc ne,an illo modo conſtituantur. Quid enim,ſi naturam conſulas, refert? Vtrùm ſeptem,an quinq;,an decem teſtes in teſtamentis adhibeas?Vtrùm duos,an tres annos in vſu capionibus præſcribas? Vtrùm in quæſtione de non numerata pecunia quinque potius annos,quàm quatuor,eligas? Certè in his caſibus omnibus nihil aliud opus eſt ſpectare, quàm nudam & meram principis ſiue legumlatoris voluntatem & affectionem.d.l.capienda. Is enim in his rebus ſolus dominatur, vt inquit Ariſtoteles,& imperat. Quanquam eam ipſam poteſtatem non infrequenter iis concedere ſolet,qui rebus iudicandis preſident.l.3.ff.de teſtibus.l.continuus. §.2.ff.de verb.obl.cum in iis quæ explicari poſſunt,religionem ſuam:quæ non poſſunt, affectionem,iubet interponere. Quod quidem etiam atque etiam nota.Nam non omnia legibus comprehēdi & includi poſſunt: ſed in quibuſdam,mores ſerere oportet: in quibuſdam ad boni alicuius viri,ideſt,iudicis arbitrium,rem reiicere. Præter aſyſtata & indifferentia ſunt nonnulla alia, quæ occulta potius & abſcōdita,quàm vel intricata vel neutra dici poſſunt. Nam quòd ſolennitatum in teſtamentis & emancipationibus, nullam admodum cauſam & rationem tenemus:quid:an hoc ad id quod ἀσύστατον vel ἀδιάφορον appellaſ,referemus magis? an ad id,quod abſtruſum & incognitum dicitur? Planè non eſt dubium,quin nonnulla ſint in iure,tum pontificali, tum ciuili, quę obſcuras quaſdam intelligentias habeant,& ex ipſis vel naturæ, vel morum,vel antiquitatis latebris erui debeant.Sed ſunt,ea duū omnino generum.Quædam ſunt, quæ nullo penitus humano ingenio vel omnino indagari, vel etiam ſi indagata ſint, explicari, & in vulgus prodi poſſunt.Atque in his nihil reſtat aliud,quàm vt Dei oraculum conſulatur,& ad eum ſolum, tanquàm ad verum & perfectum legumlatorem recurratur. Et ſic in omni memoria,tum à Iudæis & Chriſtianis,tum à Græcis, Romanis, & Barbaris,ſæpe factum legimus. Quædam ſunt, quæ ab hominibus cognoſci quidem & perſpici poſſunt,ſed non aliis quàm diuinis,vel ſecretioribus quibuſdam, & à communi ſenſu remotioribus doctrinis eruditis. Horum ratio tractatioq; tribus conſtat in vniuerſum rebus. Vna eſt,vt abditę rerū naturę cognoſcantur.Altera,vt quid mores tacitè ſtabilire poſſit, & conſeruare,intelligatur. Tertia, vt cuiuſque gentis myſteria quædam & ſecreta,quæ vel fuerunt,vel ſunt,vel futura ſunt, perſpiciantur. His enim tribus probè cognitis & comprehenſis, nihil eſt facilius,quàm aut de abditis legum cauſis iudicare, aut ea primùm lege lata introducere, quæ non aperta quadam & manifeſta, quemadmodum nuptię,teſtamenta, contractus, ſed latenti & obſcura ratione,quemadmodum ſacrificia, conſecrationes, & diuinationum iura conſtant.Eſt enim ſic à ſummo rerum omnium opifice Deo procuratum, vt rerum omniū duplex ſit affectio:vna naturalis,& ex his quatuor primis corporibus deſumpta,proficiens ad res & vſus naturales: altera diuina & à ſempiternis illis ignibus profecta,cuius vis ad ea tantùm, quæ diuina ſunt,porrigitur:idque ita,ſiue de rebus loquamur, ſiue de moribus,ſiue de externis myſteriis antiquitatis & ſecretis. Cur adhibemus ad ſacrificia(loquor autem de ſacrificiis veteris legis) tū vina,tum aquæ oleive adſperſiones,tum ſuffitus & odores? an, quia vinum non modò corpus,vt eſt apud Platonem, calefacit, quod eſt naturale: verùmetiam animum inflammat,& ad diuinarum rerum contemplationem erigit & accendit, quod diuinum? Cur interueniunt in ſacrificijs hymni, ſtatus, motus,flexus?an,quia mīra quædam & latens vis ineſt, ad componendū ac regendum animum & mores, in Muſicorum cantibus, quibus mutatis,putat Plato,mutari ciuitatum ſtatus? Cur denique nauem,anſerem,cicadam, circunferimus in pompis & ſacrificijs?an, quia conſeruanda eſt memoria antiquitatis alicuius & rei geſtę? quemadmodum apud Romanos & Athenienſes fieri ſolet,& Iudæos, apud quos plurima conſtat adumbrata fuiſſe, non modò præteritarum rerum & præſentium, verumetiam futuri Chriſti, quem à multis ſeculis promiſſum expectabant? Ergo ex his tribus,naturis rerū ſcilicet,moribus hominū, & ſecretioribus gentis bene cognitis & perſpectis, pendet omnium ſecretiorum rerum tam humanarum,vt emancipationum,adoptionum,& ſimilium,quàm diuinarum, vt ſacrificiorum conſecrationumq; definitio,non aliter atq; communium,ex naturalibus,diuinis,& externis,de quibus ſuprà diximus, principiis. Planè quędam ſunt,vt author eſt Plato in Republica, quę non tam aperto vel Dei vel hominū iudicio conſtituūtur,q̄ vel fortuitu,vel tacito quodā aſtrorū & naturę curſu.Nam ꝙ iſta gens ad illa,iſta contrà ad illa, propenſa eſt naturaliter & procliuis, quod tam eſt manifeſtum, vt exemplorum lumine non egeat: cui tandem oportet alii imputare, quàm naturę loci & aſtris? ex quibus in genere rectè poſſumus dicere,magnam ingeniorū & morum partem dependere.Et ſi illi naturales motus animorum per longam deinde conſuetudinem confirmentur, & in leges abeant:non eſt dubium,quin illę leges, non tam hominū placitis & ſcitis,quàm ex latentibus naturę ductibus, & ſyderū traiectionibus introductæ dici debeant. Sed de aſyſtatis,indifferentibus,& ijs quę obſcuram cauſam habent,iam ſatis.

De

De directione legum ad vltimum finem.

VNum adhuc reſtare videtur, quod in gubernanda regendaque legibus ciuitate, non modò non exiguum, ſed reuerà ſummum & maximum dignitatis locum obtinet, cuiusque tanta vis eſt & authoritas, vt eius ſolius intuitu & reſpectu leges omnes formam ſuam & modum accipiant, vtque perpetua quadā & conſtanti ratione iuſticia per res diuinas & humanas tranſfundatur. Hoc autem in nullo alio conſiſtit, quàm in finis vltimi, & rerum agendarum in Republica termini cognitione. Finis enim cùm primùm omnium ſit in mnte ac ratione legumlatoris, tantam vim habet & poteſtatem, vt omnia paſſim ad ſe rapiat, & cuncta, quæ in ciuitate ſanciuntur, ad ſe referri, & ſibi parere cōpellat. Quæ hactenus ſunt expoſita de ratione qua fingere debeat legumlator, qua de quęſtione, an ſit, quid ſit, quale ſit, reſpondere, qua in circunſtantiis & aſyſtatis bene recteq; verſari: magna quidem ſunt, & haud ſcio an maxima: ſed ſunt tamē huiuſmodi, vt per ſe conſiderari non poſſint, ſed ad ſuum finē, tanquam ad ſcopum, reſpicere ac collineare debeant. Finis verò, vt iā cœpi dicere, eius eſt naturę, vt nullo alio reſpiciēs, in ſe, tā tùm acquieſcat, & in omnib. porrò alijs, q̄ tota extāt Republica, dñatum & imperiū teneat: ita vt in eū ſolum oīa, tanquam ex diuerſis itinerib. cōuenire, & muſica quadā rōne conſpirare oporteat. Planè ſi quid reperitur in legib. quod cum vltimo fine non ſit aptum & congruens, id tanquam alienum & ſpuriū, ſiue potiùs ſuppoſititiū repudiari & penitus extirpari dēt. Tātūdē obtinet etiā ſi ad propoſitū finem pergat quidē, ſed non iuſto legitimoq; modo ac rōne. Quid.n. ſi per ſcelus & flagitiū ſtabilire velis populum & Rempublicam? Quid ſi per nefas rem quærere, quam in munitionem tuę ciuitatis, & amplificationē colloces? Oportet igitur in omnibus, tum ad expetendarum rerum finē contendere, tū iuſto legitimoq; modo ac ratione. Nam ſi quis eſt fortè legū vel lator, uel interpres, qui nullū omnino ſibi ſcopum prefixerit, ad quē cogitationum ſuarū curſum dirigat, non magis ſibi in condendis ſcribendisq; legibus conſtare, ac Reipublicę ꝓdeſſe poteſt, q̄ in rectione gubernationeq; nauis ille, qui in medio ſemper mari iactatus, nullū ſibi vnquam finem & portum, ad quem contendat, & in quē ſe recipiat, ꝓponit. Si quis verò eſt, qui finem quidem & terminum apud animum ſuū meditatum habeat, ſed nullis artibus & diſciplinis ſit paratus, quibus ea, quæ ad eā rem neceſſaria ſunt, conficiat & fingat, quibusque in obſcuris artificioſè cōiicere, in rebus ipſis, quęnā ſint & quales, diiudicare, & earū obſcuras intelligentias enudare ſciat: nō magis aptè leges & iuſſa populorum cōdere poteſt, quàm ſi nauis clauum regat ille, qui nomen quidem portus teneat, ſed nec vſum dirigendę obliquandęque nauis habeat, nec vllam viam & rationem cognoſcat, qua ad illum portū poſſit peruenire. Sed eſt diligenter etiam atq; etiam adlaborandum, vt verus rerum finis & terminus inueniatur. Nam in hac quidem re, quantū verſetur periculi, uel maximæ paſſim ciuitates & florentiſſimæ demonſtrant, quę ob hoc ſolum corruerunt, quòd aliud in condē dis legibus ſignum, quàm oporteat, ſibi habuerint præſtitutum. Quantis olim viribus Lacedęmoniorum conſtiterit Reſpublica, nemo eſt qui ignorat: cęterum, quòd nunc à multis retrò ſeculis deleta, & penitus extincta ſit, non accidit ex alia prorſus cauſa, quàm quòd in belli magis & armorum gloria, quàm in vera perſpectaque virtute, ſalutis ſuæ ſummam collocarit: quodq; bellicas potius artes & diſciplinas, quàm tranquilitatis & quietis, colere maluerit. Quid dicam de Corinthiorum, Carthaginenſium, & Romanorum Rebuſpublicis? quæ ad ſummum vſq; gradum adaucta, ſuis tandem viribus, propter ſummi boni ignorationem, ceciderunt? Summa igitur ope adnitendum eſt, vt non ſolùm finis aliquis generalis proponatur, & quemadmodum eò perueniri poſſit demonſtretur: verùm etiam, vt ipſe verus omnium finis, ad quem cuncta toto orbe confluunt, reperiatur: & repertus, primo ſtatim legum ueſtibulo & ingreſſu proponatur. Atque hoc quidem eſt, quod noſtri legumlatores, vel à Iuſtitia in libris ſuis principium faciunt, vide.ff. & Inſt. de Iuſt. & Iure, l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. lo. l. bona fides. ff. depoſ. quæ quidem nihil eſt aliud, quàm modus quidam & menſura rerum omnium, vel ab ipſo totius vniuerſi fabricatore Deo, vide Cod. & extra de ſumma Trinit. & fide cathol. qui & conditor eſt, & cuſtos iuris vniuerſi ac legum, quique ſummum nobis & extremum in rebus bonum exhibet, & in quo ſolo, tanquam vero & perfecto bono, acquieſcere poſſimus. Nam quòd non, nulla ſunt bona, quę humana dicuntur, cuiuſmodi ſunt ſanitas forma, vires, diuitię: nonnulla quæ diuina, cuiuſmodi Prudentia, Temperātia, Iuſtitia particularis, Fortitudo: nihil eſt ſi ꝑſe ſo lū adſpiciat. Nam ſic ad humana aſſequenda debet adniti legū lator, vt inde tranſitum faciat ad diuina. Sic iterum ad diuina, vt ex iis ad ipſum Deum, & perfectam iuſtitiam, ac mentem, ipſumque bonum, quaſi per gradus aſcendat: & ab iis, quę corporis ſunt incipiens, & indè ad animum perueniens, in eo tandem, quod ipſius mentis eſt, deſinat, & conſiſtat. Atque hoc eſt, quod tradit Plato, in primo de legibus, his ferè verbis,

Ὠξένε ἐχρεῖν εἰπεῖν, οἱ Κρητῶν νόμοι οὐκ εἰσὶ μάτην διαφερόντως, ἐν πᾶσιν δὲ δοκιμοι τοῖς ἕλλησιν. ἔχουσι γὰρ ὀρθως τοὺς αὐτοῖς χρωμένους δὲ δαίμονας ἀποτελοῦντας. ἅπαντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ ποιοῦσι. διπλᾶ ἀγαθά ἐστι, τὰ μὲν ἀνθρώπινα, τὰ δὲ θεῖα. ἤρτηται δ' ἐκ τῶν θείων θάτερα. καὶ ἐαν μὴ δέχηταί τις τὰ μείζονα πόλις κτᾶται καὶ τὰ ἐλάττονα. εἰ δὲ μή, σέβεται ἀμφότερα ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα, ὧν ἡγεῖται μὲν ὑγεία. κάλλος δὲ, δεύτερον. τὸ δὲ τρίτον, ἰσχυς. εἰς τε δρόμον καὶ εἰς τὰς ἄλλας πάσας κινήσεις τῷ σώματι. τέταρτον δὲ δὴ πλοῦτος, οὐ τυφλός, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων, ἂν περ ἅμ' ἕπηται φρονήσει. ὃ δὴ πρῶτον αὐτῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθὸν, ἡ φρόνησις. δεύτερον δὲ μετὰ νοῦν, σώφρων ψυχῆς ἕξις. ἐκ δὲ τούτων μετ' ἀνδρείας κραθέντων τρίτον ἂν εἴη δικαιοσύνη, τέταρτον δὲ ἀνδρεία. ταῦτα δὲ πάντα ἐκείνων ἔμπροσθεν τέτακται φυσει. καὶ δὴ καὶ τῷ νομοθέτῃ τακτέον οὕτω. Sed iam illud non oportet ignorare, duplicem eſſe ſummi primiq; boni inſpectionem. Vnam quidem, ſimplicem, puram, ſynceram, & ab omni aliarum rerum admiſtione ſe iunctam: qualis aſpectus ſolis & ſyderum claro ſereno q; cœlo eſſe ſolet. Alteram verò, nec puram, nec apertam, ſed quibuſdam quaſi fumis & nubeculis adſperſam. Fitque ſępenumerò, vt quę vnius intuitu conſtituuntur, cum iis, quę alterius reſpectu, fiunt, pugnare ac diſſidere videantur, licèt reipſa tamen nullo modo diſcrepent, quemadmodum ex Moſaicis & Euangelicis legibus licet intelligere. Et ſanè quòd tanta videtur Iuris Pontificalis & Ciuilis hodie differentia, ex nullo penitus alio proficiſcitur, quàm ex diuerſa ſummi boni conſideratione. Nam quòd aliter circa Vſuras, capitu. j. & toto titu. ext de vſur. Iuſiurandum, capit. etſi Chriſtus. ext. de iureiurand. Concubinatum, Tempus luctus, Diuortium, Matrimonium teſtes in teſtamento, capitu. cum eſſet, ext. de teſt. legibus pontificiis ſtatuitur, aliter ciuilibus: propter ſolā ſacrarum literarum authoritatem eſt receptum: quòd de nudis pactis, capitu. 1. & 3. extra, de pact. ſtipulationibus alteri factis, ſeruorum coniugiis, extra, de coniug. ſer. liberis ſpuriis exhibendis cum ſimilibus, aliud Iure Canonico ſtatuitur, aliud Romano, ex eo ſolo accidit, quòd naturā ſimpliciter intuētur Pontificales: corruptam & deprauatam ciuiles Principes & Legumlatores. Atque ex his duobus diligenter conſideratis & perpenſis, nihil eſt facilius, quàm omnes omnium differentiarum cauſas inter ius pontificium ac ciuile colligere. Sed iam mihi ſatis videor dixiſſe, quantùm quidem inſtituta breuitas patitur, primùm, quo pacto in iis, quę referuntur ad finem, verſari debeat legum conditor, cuiuſmodi ſunt fictiones, coniecturæ, definitiones, deciſiones, circunſtantiæ, aſyſtata: deindè, quomodo ad ipſum finem: & id, quod in rebus eſt extremū, debeat reſpicere, cuiuſmodi ſunt ea, quæ modo ſunt expoſita. Nam his duobus bene perceptis & cognitis, nihil puto deſiderari, quò minùs quis, de iuſtitia per res diffuſa, ſi modò vſus accedat & exercitatio, rectè ac aptè poſſit dijudicare.

IOACHIMI HOPPERI PHRISII IVRECONSVLTI, DE IVRIS ARTE.

Liber Tertius.



VPereſt, vt ad eam partē inſtituti operis accedamus, quę legū & principiorum authoritatem, quodam quaſi ſepimento, vallat & circundat. Nam ſi verum dicere volumus, nihil eſt omnino, quod pręſtare nobis poſſit in Republica vel iuris & iuſtitiæ cognitio, de qua primò, vel ipſarum etiam legū & conſtitutionum præſcriptio, de qua ſecundò diximus, ſi non & premiorū quædam exhortationes, ac iudiciorum terriculamenta præponantur, quibus tum allici & inuitari homines ad rectè facta, tum à malo deterreri, & in officio retineri poſſunt. l. j. ff. de Iuſt. & Iur. Enimuerò rectè placuit maioribus noſtris, eas legum partes, quibus pœnæ conſtituuntur aduerſus eos, qui contra leges delinquunt, vocari ſanctiones: videlicet: quia non ſolùm ſanctione aliqua ſunt ſubnixæ vel munitę: uerùm etiam, quia debent prę aliis duabus partibus, ipſius quoque nominis & tituli prerogatiua, gaudere. Planè ſic eſt in rebus à natura comparatum, vt quędam ſint, quę non tam certis & deſcriptis legib. quàm proœmiis legum, hoc eſt, prima iuuentutis inſtitutione, concionib. ad populum, & ſcriptis Philoſophorum, debeant comprehendi: cuiuſmodi ſunt, quę de Deo, de uirtutibus, de charitate patrię, de magnificentia, de liberalitate, deque aliis ſimilibus, quotidie in vulgus eduntur. Quędam verò ſunt eiuſmodi, quę niſi moribus aut legibus definiantur, incertum & ambiguum relinquunt populum: cuius generis ſunt Dominiorum, Contractuum, Teſtamentorum, Tutelarum, & aliarum rerum iura, quę non in natura qdem, ſed in caſu & neceſſitate ſunt collocata. Quędā deniq; illius naturę, quę nō tam proœmiis, aut legib. debeāt, vt inqt Cic.

vetari,

Source : BIU Cujas

vetari,quàm iudiciis:qualia ſunt furta,rapinæ,adulteria, homicidia,plagia,& alia infinita,quæ ſua ſpõte,ac ipſo iure naturali ſunt prohibita:ita, vt in iis nihil aliud reſtet legislatori cogitandum, quàm quibus pœnis ac ſuppliciis affici ac emendari debeant.Exoriunturque hinc illę queſtiones,quæ dicuntur iudiciales,l. Lucius.ff.mãda.cùm alię,uel boni & æqui, vel iuris quæſtiones nominentur.De hac igitur vltima legumlationis parte,quę tanquã vinculum eſt duarum ſupraſcriptarum, nunc eſt exponendum: idque nimirum vt intelligatur,quomodo id quòd æquum bonũ eſt,& legibus iuſſum ac veritum, ad exitum ſuum & effectũ perduci poſſit. Huius duplex eſt in totũ ratio: Vna, vt actiones quædam & formulę prodantur aduerſum eos,qui vel fidem pactorũ deſerunt: vel vltimis morientium iudicijs non ſatisfaciunt: vel poſſeſſiones aliorum interuertunt:vel furtis,raptionibus, homicidijs & alijs denique modis graſſantur in Republica. Altera, vt via quædam & ordo ex ipſa natura conficiatur,ſecundum quem in iure conſiſti,& in omnibus actionibus ac iudicijs procedi ac litigari poſſit. Atque his duobus bene firmeque conſtitutis, nihil eſt facilius, quàm dignitatem legum,& authoritatem conſeruare. Nam quòd in fine legum ſic fermè ſubijcitur.Et ex hoc cõtractu competit actio,quę certi cõdictio vocatur: Si quis huic meę conſtitutioni fraudem fecerit,ſciat me hoc aduerſum ſe ſeueriùs executurum.Item qđ de adulterijs,iniurijs,criminibus læſę maieſtatis,& alijs edicitur:priorem partem,quæ in actionibus dandis, & pęnis deſcribendis verſatur,ſignificat.Qđ verò toto ſparſim iure Ciuili tractatur, De iuriſdictione, De in ius vocando, De litis conteſtatione,De probationibus,De re iudicata, De appellationibus:ſecundam partem, quæ litigandi vias tradit, amplectitur. Prius autem eſt,vt dicendum ſit de varijs, & diuerſis actionibus: pòſt deinde verò de curſu,& ordine Iudiciorum.Et actiones quidem, quantum complector animo.l.cognitionum. ff.de var.& extraord.cog.vel ſunt ciuiles,vel criminales, vel communes. Ciuiles ſunt,in quibus pecuniariter in rẽ,vel perſonã agitur: queq; per iuriſdictionem potiſſimùm expediuntur. Criminales,quibus aut exiſtimationis,aut corporis & capitis aliqua pœna poſtulat, queque per merum imperium explicantur. Communes deniq;, quibus aut de perſonarũ ſtatu & tuitione,aut de tranquilla pacifica; poſſeſſione quæritur, & per mixtum imperium tractãtur. Et ſanè quemadmodum in ciuilibus hoc agitur, vt dominiorũ, rerum creditarum,dotium,tutelarũ, teſtamentorum, & obligationum iura,ſarcta tecta conſeruentur. Item in criminalibus, vt boni defendantur, & in facinoroſos homines animaduertatur: ita in mixtis hoc ſpectatur, vt poſſeſſiones rarę firmeq; maneãt, & perſonis tum tuitoribus datis,tùm adoptionibus, & emãcipationibus,manumiſſionibusq; permiſſis proſpiciatur.Quæ res,cũ nec ad hanc, nec ad illam ſpeciem referri poſſit, rectè dicta eſt à veteribus mixti imperij: quippe quòd nec ſola pronuntiatione ſententiæ finiatur, quemadmodum lis & cauſa ciuilis, licèt in ea ſubindè fiat executio, quæ vſui quodammodo ſumitur ab imperio:nec in ſola coercitione conſiſtat,quemadmodum criminale iudicium, quod tamen à Ciuili nonnunquam mutuatur iuriſdictionem: ſed media quadam ratione contineatur,cuiuſmodi eſt manumiſſio, emãcipatio,miſſio in poſſeſſionẽ, cũ ſimilibus:quæ non tã legum ſcriptarum ſiue mutarũ,quàm loquentiũ, vt loqtur Cicero,ideſt,magiſtratuũ authoritate expediuntur.Atque id adeò eſt,quod Plautus,aut ad populum negotium eſſe dicit,in capitalibus,quæ ſunt meri imperij:aut in iure,in prętorijs, ad decreta interponenda,quę mixti:aut ad iudicẽ in ciuilibus, quæ iuriſdictionis. Nam merum imperium nihil eſt aliud,quàm habere gladij poteſtatem,ad animaduertendum in facinoroſos homines, qđ etiam poteſtas appellatur.d.l.imperium.ff.de iuriſd.omn.Iud. Mixtum poteſtas quædam ex mero imperio,& iuriſdictione tẽperata l.imperium.cum ſeq. d. tit. qualis quæ in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit.Iuriſdictio deniq;, iudicandi & iudicis dãdi licentia,cui & modica coercitio,ſine qua explicari nõ poteſt, eſt coniuncta.l.1.& 2.d.l.imperium.d.tit.l.vlt.ff.de off.eius cui man. eſt Iur. Scio ſanè,quanta varietate Doctorum,& diſſenſione iſta ſemper fuerint diſputata: ſed hiſce noſtris pauculis bene intellectis,& ad rectę rationis,& antiquitatis normam reuocatis: nihil puto reliquũ futurum,quod quemquam meritò torquere,& ancipitem ambiguumq; retinere debeat.Sed videamus, quomodo ſingula de tribus iſtis ſeſe habeant, & quo tandem pacto iterum in ſuas ſpecies diſtinguantur.

De ciuilibus actionibus, quæ per iuriſdictionem expediuntur,quomodo diuidantur ſecundum gradus.

CIuilia iudicia tum gradu differunt inter ſe ac ordine, tum ſecundùm ſpecierum ac naturarum diuerſitates,tum verò ſecundùm res ſubiectas,de quibus ſingulis exponendum eſt.Quantum ad gradus attinet,qui tres ſunt, Primus eſt earum rerũ, quas naturali tantummodo vinculo debitas, naturali quoque ſolùm modo ac ratione perſequimur: Sic enim vtiles, & voluptuarias impenſas abradimus. l.pro voluptuarijs. ff.de impenſ.in reb.dotalib. fact. Sic ex nudo pacto exceptionẽ acquirimus.l. iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pact. Sic vſuras non ſtipulatione, ſed ſimpliciter promiſſas,per retentionem pignoris ſeruamus.l. per retentionem. C. de vſur. Sic omne deniq; debitum naturale per compenſationem,nouationem,aut conſtitutum, interpoſitum exigimus.l.quæcunq;.ff.de compenſat. Alter gradus eſt eorum, quæ plenè perfecteque ſecundùm cuiuſque ciuitatis iura debentur, & quæ ob id legitimis, & ſolennibus actionibus in iure peti poſſunt:veluti ex empto vendito,locato conducto,mandato,de poſito,pignore,cum ſimilibus.Sed in his contingit nonnunquã, vt non aperto iure niti poſſis,ſed officium iudicis implorare debeas.Nam ſi petẽda reſtitutio integri.l.quod ſi minor.§. vlt. ff.de minor.ſi exigenda cautio:non futurũ per aduerſariũ, quò minùs tignum in parietem immiſſum habere liceat.l.ſi priuſquam.ff.de op.no.nunc.ſi exigendæ vſuræ in bonæfidei contractibus.l.quæro.ff.loc.neceſſarium eſt, vt ad officium, & benignitatem iudicis decurratur.Nam in illis, quæ directò debẽtur,legitimas actiones, quæ ex bono ſolùm & æquo, officium ſuum Iudex impartiri ſolet. Quanquàm generaliter,& ea dicũtur ex illius officio dependere,quæ ex certis,& deſcriptis actionibus oriuntur.toto tit. Inſt. de off.iud. Vltimus gradus pertinet ad ea,in quibus etiam ſine iudice quis ſe licitè vindicat.Cod. quando cui.ſe lic. ſine Iud. vind. & ſua propria authoritate rem ſuã,vel ſibi debitã cõſequitur. Ita debitorem noſtrum arripimus,qui in fuga eſt,vel fugã meditat: ita furem nocturnũ,qui cum telo ambulat, occidimus. l. itaq;. ff. ad l.Aquil. ita poſſeſſiones noſtras ab alijs,abſentibus nobis, occupatas,primo impetu,ſine fraude inuadimus.l.clã.§.qui ad nundinas.ff.de acquir.poſſeſ.ita filiæ adulterum, in ipſo facinore deprehenſum,licitè interficimus:ita poſtremò vim omnem nobis illatam vi contraria repellimus. Nam quia periculum eſt in mora,& iuſti doloris magnus vbiq; fauor & excuſatio:rectè cõparatum eſt,vt quædam proprijs auſpicijs,ſine iudice,& per vim,administrare liceat:cùm tamen in alijs regulariter nefas ſit,id,quod nobis debetur,nõ per iudicem repoſcere.l. exſtat. ff. quod met.cau. Planè boni legiſlatoris eſt,tres huiuſmodi perſequendorum debitorum ordines,& gradus propter negotiorum varias,& cauſarum figuras inſtituere: ſed prudentis iudicis,& prætoris officium eſt,vt quæ res,quibus ordinibus accommodari debeant,ſolerter ac diligenter dijudicet.

De differentijs actionum ciuilium ſecundùm ſpecies.

SPecies verò actionum,quas legiſlator ſibi comparatas habere debet,variæ ſunt & multæ,ſuntq; ſuis nominibus apud Romanos notatæ,apud quos ciuiles,prætoriæ,bonæ fidei, ſtricti iuris,cõdictitiæ,vindiciarũ,arbitrariæ,tẽporales, famoſæ, cõtrariæ, & aliæ cõſimiles actiones reperiuntur:de quibus ordine,tũ ſecũdùm antiquitatis, tùm verò ſecundùm ipſius rationis veritatem explicabimus,vnà demõſtrantes,qũo bonus legumlator in conſtituendis,inueniendis ac diſtinguẽdis actionibus verſari debeat. Primùm igitur ita debet ſeſe collocare,vt quaſdam actiones ſcriptis comprehendat,& formulis ſuis circunſcribat, nominibusq; deſignet,quo videlicet certi aliquid ſit in Republica,quod & cũctus populus,& is qui iuriſdictioni præeſt,ſequatur. Sed ſi eſt, vt per experientes homines,qui magiſtratus & iudicia ſuſtinent,intelligatur,aliquas actione deſiderari, eas reliquis adijci, & in numerum per eos quoque reponi,iubebit.Nam quemadmodũ his moribus,omnia manu ſolũ & imperio Principis, ſine ſcriptis legibus adminiſtrari,periculoſum eſt:ita in illis tantũ,quæ mutis tabulis continentur,acquieſcere,abſurdum.Et hoc illud eſt,qđ iure Ciuili duo ſtatuuntur actionũ ſiue cognitionũ ſumma genera.§. ſed iſtę.Inſt.de act.Vnũ Ciuile,qđ à Legibus,Senatuſcõſultis, Plebiſcitis,& alijs partibus iuris Ciuilis proficiſcatur: Alterum prætorium,quod à prætoris iuriſdictione capiat originem.Hoc ergo primum, quod in actionibus obſeruare debet legum conditor. Secundum eſt,vt regulariter quidẽ in actionibus ſecundũ ea iudicetur,quę lingua nuncupata ſunt,& quę nominatim,& expreſſe negotijs inſerta manu teneri poſſunt:ſed ſubindè tamen ad ea reſpiciatur, quæ foris adueniant, & ex æquo bono rebus applicẽtur.Nam ne facilis,& pronus ſit error in iudicijs,neve iudex benignitatem prætendens,odijs fortè ſuis,& affectionibus indulgeat: regulariter probatum eſt,id ſequendum eſſe, quod apertè conuentum,& pactionibus ſtipulationibusq; teſtatum reperitur.Verùm quia nonnulla ſunt negotia, quæ vel natura ſui,vel propter inſignem fauorem, vel ob frequentem, & neceſſarium vſum,tã ſunt laxa,& libera, vt in certam definitamque rationẽ cadere aut non poſſint,aut certè non debeant: vtiq; docet vſus, neceſſariũ eſſe, vt quædam quoq; iudicia proponantur, quæ benignitatem quandam,& ex bona fide æſtimationem in ſe cõtineant.Et hinc quidem eſt, quòd actionum, aliæ ſint ſtricti Iuris,aliæ bonę fidei. §. actionum autem.Inſt. de act. Quis enim in negotijs geſtis, tutelis,in familijs erciſcundis, & communibus rebus diuidundis,in petitionibus hæreditatum,quę per ſe natura ſui largę ſunt & vniuerſales,certam aliquam & reſtrictam rationem preſcribat? Quis in mandatis, depoſitis, pignoribus, negotijs, tutelis, commodatis,in quibus fidem amicorum vel imploramus,vel ſequimur,

id

Source : BIU Cujas

id tantum velit strictè apprehendere, quod actum, & conuẽtum est? Non est profectò id amici alicuius, sed duri & rigidi hominis. Quis tandem in emptionibus, locationibus, permutationibus, rebus æstimatis non admittat ea, quæ extrinsecus ex bona fi de accedunt, de quibus neque dictum, neque cogitatum est, æstimare? cùm contractus illi ad hoc sint comparati, vt cõsociationem humanam quotidie conseruent, & propter frequentiã nõ patiantur, vt singulis eiusmodi actibus, vel testium præsentia, vel scripturæ solennitas intercedat. Ergo his tribus concurrentibus. vel certè non pugnantibus natura rei, fauore, ac frequẽtia: recte traditum est à veteribus, non stricto quidem, vt regulariter fit, iudicio, sed ex bona fide contendendum esse. Cæterùm, si frequẽs quidem sit negotium, & non odiosum, sed tamen arctæ strictęq; naturæ, cuiusmodi est mutuum, quod numero, pondere, mensura constat: stipulatio, quæ certa verborum conceptione: propius est, vt strictum quoque maneat iudicium, quod quidem diligenter est notandum. Nam quòd multa de his rebus, sursum & deorsum, vltro & citro disputant, nihil ad rem pertinet. In naturis enim rerum indagandis non oportet ab ijs, quę ex accidẽti fortè, sed propriè, suaque sponte, ijs adsunt, rationem accersere. Verùm hoc secundum. Iam tertium, quod in actionibus, procurare debet legumlator, est, vt in quibusdã causis priùs, quàm ad condemnationem ipsam secundùm legem procedatur, permittatur iudici ex æquo & bono, secundùm cuiusque rei, de qua agitur, naturam arbitrari, quemadmodum actori satisfieri oporteat: & nisi is, cum quo agitur, arbitrio iudicis actori satisfaciat, veluti rem restituat, vel exhibeat, vel soluat, vel ex noxali causa seruum dedat, vt tunc demum ad ipsam sententiam, secundum leges veniatur. §. præterea. Inst. de act Sed cur ita? inquies, quid id opus est? Certè in nonnullis casibus, quoniam in speciem videtur iniqua petitio, & contrà, iusta æquaque defensio: nimis durum est, nulla præcedente amicabili monitione, statim ad ipsam condemnationem procedere, & eum in magnam molestiam, sumptum, & infamiam conijcere, qui si vel semel à bono aliquo viro, ideſt, iudice fuisset admonitus, ne vnum quidem fortasse verbum amplius cùm aduersario suo commutasset. Qui Publiciana in rem actione impetitur, nonne ipsius iuris Ciuilis authoritate munitus, & tectus est? Qui Seruiana, vel Hypothecaria: nonne nullum se vnquam pactum inijsse, & ne nuda quidem cõuentione rem obstrinxisse, rectè potest prima fronte allegare? Quid ille? aduersus quem ad exhibendum agitur, an non rectè dicit aduersario? quid tibi rei meæ inspectio est? Aduersus quem noxali, quid mihi cum ijs, quæ seruus meus deliquit? Aduersus quem alio loco agitur, quàm quo dari promissum est, quid me hic interpellas? Ephesi dare spospondi, Ephesi pete. Si ergo probabilis est eiusmodi defensio, quam reus conuentus prætendit: nonne per contrarium æquum est & rationi consentaneum, vt nisi præmonitus à iudice, non condemnetur? Sed quid hoc est: inquies, quòd ei, qui de eo conuenitur, quod vi metusve causa, aut dolo malo factum est, iste quoque fauor accommodatur? is enim nihil habere videtur, quod fraudi culpæq; suæ prætexat, Ecce rem. Illud certum est, ipso iure tutum esse eum, qui vel dolo, vel metu quid expressit ab aliquo, nec vllas antiquitus extitisse formulas, quibus vrgeri, vt est apud Ciceronem, & conueniri possit. Quoniam igitur non fauore debitoris, sed propter ipsius iuris grauitatem, indignum videtur, illi confestim pœnam irrogare, qui ipsius antiqui ciuilis iuris patrocinio sit suffultus: rectè comparatum est, vt priùs à iudice admoneatur, & deindè si monitioni non pareat, propter contumaciam de vi & dolo conuictus, plena perfectaque sententia puniatur. Illud quartò etiam atque etiam debet curare legumlator, vt in nonnullis negotiis, non statim permittat iudex in ius duci, trahi, vel rapi eum, cũ quo actio est: sed iubeat diem ei dici, & denunciari, qua actor reo debitum condicat, ideſt, amicabilem debiti petitionem proponat, antequam ad competentes actiones descendatur. l. debitores. C. de pig. Et est quidem æquissimum, hoc obseruari in ijs omnibus, in quibus debiti & crediti ratio, vel quasi versatur: cuiusmodi est mutuum, stipulatum, & expẽsolatum, vt inquit Cicero. Nã cùm in ijs, vel solis tabulis prolatis res possit expediri, confestimq; iudicari, & communiter vertarur tum odium creditoris, tum pudor & verecundia debitoris: quæ nõ temerè publico iudicio protitui ac lędi debet: cùmque vt plurimum hoc tantum agatur, vt aliquæ induciæ solutionis impetrentur: conueniens & æquitati consentaneum est, vt non apertis forensibus statim propalam actionibus, sed denunciationibus priùs, & cõditionibus debitor pulsetur. Quæ quidem res maiorem olim & vberiorem habebat vsum, cùm ab ipsis petitoribus in ius rei ducerentur, quod in cõditionibus non licebat, quàm hoc tempore habeat. Quanquam & hodie in ijs hoc custodiri debeat, vt nec manifestè pleno foro, nec citatione exposita, sed secretè ac seorsim monitione facta, conditiones proponantur. Cui & hoc accedit, quòd in omni conditione cessat ignominia. l. cessat. ff. de act. & oblig. quamuis ex famosa causa pendeat, quod in cõmunibus actionibus longè secus est. Quintũ munus legislatoris in actionibus est, vt certas quasdam vias, & rationes inueniat, quibus suum quisque repetere, & in libertatem asserere queat. Nam cùm magna communis tranquillitatis, & salutis pars depẽdeat ex rerum, & dominiorum distinctione: diligenter etiam atque etiam prouidendũ est, vt ne vlla in ijs perturbatio & confusio existat. Et ideo si rem aliquam possideat quis, quam Titius suam esse affirmat: possessor autem dominum eius se esse dicat: rectè comparatum est apud Romanos, vt in rem actio Titio detur, quæ vindicatio nominatur. §. omnium. Inst. de act. Et apud veteres quidem Romanos,
» vt author est Gellius, sic exercebatur vindicatio. De qua re (in-
» quit) disceptabatur in iure præsenti, siue ager, siue quid aliud est,
» cùm aduersario simul manu prenderet, in ea re, omnibus verbis
» vindicare, ideſt vindicia, correptio manus, in re atq; in loco prę-
» senti apud Prætorem, ex duodecim tabulis fiebat, in quibus ita
» scriptum est: Si qui in iure manum conferunt. Sed postquã Prę-
» tores propagatis Italiæ finibus, datis iurisdictionibus, negotijs oc
» cupati, paciſci vinditiarum dicendarum causa lõginquas res gra-
» uabantur: institutum est contra duodecim tabulas, tacito con-
» sensu, vt litigantes, non ex iure apud Prætorem manum conse-
» rerent, sed ex iure, manu consertum vocarent, ideſt, alter alte-
» rum ex iure ad conserendam manum in rem, de qua ageretur,
» vocaret. Atque pfofecti simul in agrum, de quo litigabatur, ter-
» ræ aliquid ex eo, vti vnam glebam, in ius in vrbem ad prætorem
» deferrent, & in ea gleba, tanquàm in toto agro, vindicarent.
Hactenus Gellius. Pertinent verò eodem & illæ veteris iuris leges. SVPERSTITIBVS PRAESENTIBVS, VINDICIAE SVMVNTOR AB IIS, INTER QVOS CONTROVERSIA EST: VINDICIAE SECVNDVM LIBERTATEM DANTOR. Scribit eadem de re Asconius Pedianus in hęc verba. Lis vindiciarum est,
» cùm litigatur de ea re apud prætorem,
» cuius incertum est, quis debeat esse possessor: & ideo, qui eã te-
» net, satisdat pro prędę, litis vindiciarum, aduersario suo, quo il-
» li satisfaciat, nihil se deteriùs in possessione facturum, de qua iur-
» gium esset. Rursus sponsione ipse prouocatur ab aduersario, cer-
» tæ pecuniæ, aut æstimationis, quam amittat, ni sua sit hæreditas,
» de qua contendit. Hæc ille. Sextò debet ad curam suam reuocare legum conditor, vt nonnullas actiones diuturnitate temporis euanescere, & certis annorum curriculis interire patiatur. toto titu. de perpet. & temp. act. Nam iniuriæ illatæ memoria, vti obliuione quàm citissimè obruatur potiùs, quàm diu conseruetur, procurãdum est. Quasdam septimò querelas cum ipsis personis intercidere iubebit. l. ex contractibus. ff. de act. prohibens, ne aut hæredibus, aut in hæredes permittantur. Præterea octauò, nec semper, nec in omnibus negotiis in solidum reum conuentum damnari sinet, sed in nonnullis in tantum, quantũ facere potest. §. item. Inst. de act. Quid enim si cum patre patronove actio est? si quis ex liberalitate sua conueniatur? si de dote agat mulier? nõne æquum est, vt hactenus eum condemnatum faciat, quatenus facultates eius ferre possint? Quis enim patiatur, vel patrem à filio: vel maritum ab vxore, bonis suis vniuersis & fortunis exui? Iam nonò & infamiam nonnunquam victum sequi iubebit Iudex, & aduersario dabit facultatem in litem iurandi contra eum. Nam si dolus eius arguatur, an ne merito suo adspergitur ignominia? & intantum, quantũ ex affectione pars diuersa petit, condemnatur. l. in actionibus. ff. de in lit. Iur. Præterea cum subindè fiat, vt ab vna tantum parte contrahatur obligatio, vt in mutuo: subindè ab vtraq; parte, vel æquè principaliter, & re & nomine, vt in societate: vel æquè principaliter re tantum, non nomine, vt in empto vendito, locato conducto: subindè deniq; ab vna parte principaliter, ab altera ex accidenti, ex post facto, vt in cõmodato, deposito, mandato, pignore: Meminisse denique decimò debet legislator, vt in primis vnam tantũ ab vna parte det actionem, vt in mutuo: in secundis, duas directas, vt in societate, empto vendito: in tertijs, vnam directam, alteram contrariam. vt in commodato pignore. Sed de decem diuersis actionum speciebus iam satis. Nam quòd actionum, aliæ sunt præiudiciales, vt per quas quæritur, aliquis liber sit, an seruus: aliæ præparatoriæ, vt ad exhibendum: aliæ duplices, vt familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum: aliæ denique non nostro, sed alieno nomine susceptæ, vt exercitoria, institoria: non tam specie differẽtes actiones facit, quàm qualitate quadã. Planè superest quædam quasi per gradus distinctio actionum, quæ nullo modo silentio transigenda est. Nam actionum aliæ sunt directæ, aliæ vtiles, aliæ præscriptis verbis in factũ, aliæ subsidiariæ. Directæ sunt, quæ uel ciuiles, vel prætoriæ, certum suum nomen habent, suasq; certas formulas, quibus concipiuntur, & à quibus qui cadit, tota causa cadit. Vtiles sunt, quæ nomen quidem idem retinent, cùm aliqua directa, & item effectum eundem, sed nullis sunt astrictæ formularum solennitatibus. Præscriptis verbis sunt, quæ neque nomen habent, neque formulam directarum, neque effectum quoque, sed tantum similitudinem quandam. Nam quemadmodum utilis tum competit, cùm negotium cadit quidem in speciem, exempli gratia, negotiorum gestorum: sed tamen non omnino conuenit cum illa obligatione, quæ iure ciuili præscripta est: ita tum locus fit præscriptis uerbis actioni, cùm res manifestè excedit fines, uerbi gratia, empti uenditi, sed tamen aliquã habet

Source : BIU Cujas

eius assimilationem: quo casu actio prescriptis verbis in factum vocatur, quia res non per certas cõceptiones, sed planis verbis, quemadmodum facta est, proponitur, habito tamẽ semper respectu ad eam actionem, vel ciuilem, vel prætoriam, cum qua similitudine quadam coniungitur. Subsidiariæ actiones sunt, veluti de dolo, quæ tum proponuntur, cùm neque nomen res habet, neque formulam, neque similitudinem etiam negotij alicuius ciuilis. Et ideo conuentio facio, vt des, cum nõ gerat speciem vllius ciuilis contractus: meritò parit actionem de dolo, cùm in alijs conuentionibus, do vt des, do vt facias, facio vt facias, quæ aliquam habent similitudinem ordinariarũ actionũ, aliter obseruetur. Nunc verò videamus quomodo diuidantur actiones secundùm res subiectas.

De diuisione actionum ciuilium secundùm res subiectas.

EST autem summa earum diuisio, in rei persecutorias, & persecutorias pœnę. Nam vel hoc agitur, quemadmodũ quisque suum, aut sibi debitum, consequatur: vel quemadmodum iniuriam, sibi aut Reipublicæ sine facinore factam, vindicare possit. §. sequens. de act. Et illæ quidem, quæ rei persecutoriæ sunt: aliàs intenduntur in rem: aliàs verò in personam. l. actionum. ff. de act. & oblig. In rem, vt cùm id quod nostrum est, à possessore vendicamus: Idque nonnunquam vniuersaliter, puta cùm corpus aliquod iuris, cuiusmodi est hereditas, persequimur: nonnunquam generaliter, veluti cùm tutelæ, negotiorum gestorum, agimus: nonnunquam denique specialiter, vt cũ vnã aliquam rem singularem petimus. Et est quidem ea res, aut corporalis, quæ nunc pleno proprietatis iure vindicatur: nunc minùs pleno, vt cùm ager vectigalis, vel emphyteuticarius petit: aut incorporalis, quæ nonnunquam in confessorię, nonnũquã in negatoriæ actionis rationem incidit: idq; siue sit personę seruitus, vt vsusfructus, vsus, habitatio: siue prædii, tum vrbani, vt prospectus luminum, stillicidij, altiùs non tollendi: tum rustici, vt arenæ fodiendę, calcis coquẽdę, pecoris ad aquam appulsus. In personam actiones sunt, vel rerum creditarum, vel personarum, vel successionum, vel liberalitatum, quantum ad præsens ius attinet, vel obligationum. Rerum creditarum sunt pleraq; ad contractus varios pertinentia iura: nam vt libro decimo quę stionum Celsus ait: credendi generalis appellatio est, & cuicũque rei assentiamur, alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Fit verò id vel re, vel cõsensu. Re, veluti in mutuo vel quasi, commodato, pignore, depositio. Consensu, vt in emptione venditione, locatione, conductione, societate, mandato. Et cohærent cùm his illæ actiones, quæ de constituta pecunia competunt, de eo quod certo loco dari, vel fieri promissum est. Item, quæ alieno nomine cõpetũt, vt exercitoria, institoria, de peculio, quod iussu, de in rẽ verso. Denique quæ accessoriæ sunt, vt Hypothecaria, Redhibitoria, De euictionibus, De vsuris, De mora, cum similibus. Personarum sunt, matrimonium & tutela. In matrimonijs quæritur de sponsalibus, nuptijs, dotibus, donationibus inter virum & vxorem, diuortijs, & repudijs, impensis in rebus dotalibus factis, de rebus amotis, de agnoscendis, alendis, & exhibendis liberis, de ventre inspiciendo. In tutelis de administratione tutorum, vel curatorum, de suspectis tutoribus, vel curatoribus, de confirmãdo tutore, vel curatore, de authoritate & cõsensu tutorum, vel curatorum. Vbi pupillus educari, vel morari debeat: De tutelis & rationibus distrahendis: De magistratibus conueniendis: De rebus eorum, qui sub tutela, vel cura sunt. Successio aliàs defertur ex vltima testantis voluntate: aliàs ab intestato. Vltimarum voluntatum species sunt, testamentum solenne, nuncupatiuũ, militare, codicilli, fideicommissa, deferunturque ex iis, partim vniuersitates, tam simpliciter & directè, quàm per substitutionem: partim res singulares, per legata & fideicommissa. Et exoriuntur indè quæstiones de iniusto, rupto, & irrito facto testamento: de conditionibus institutionum: de lege falcidia: de trebelliano Senatusconsulto, quando dies legati, vel fideicommissi cedat, cùm nonnullis alijs. Ab intestato solet locus fieri: primùm descendentibus, deindè adscendentibus, tertiò collateralibus, vltra fratres: fitque sæpe, vt de gradibus cognationis dissensio suboriatur. Liberalitatum quædam cõferuntur inter viuos, quædam causa mortis. Earum, quæ inter viuos cõferuntur, species, vt inquit Iureconsultus. l. 1. ff. de dona. sunt complures. Dat aliquis ea mente, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti, & propter nullam aliam causam facit, quàm vt liberalitatem & munificentiã exerceat: hęc propriè donatio appellatur. Dat aliquis, vt tunc demum accipientis fiat, cùm aliquid secutum fuerit: hęc non propriè donatio appellatur, sed totum hoc donatio sub conditione est. Item cùm ipse ea mente dat, vt statim quidem fiat accipientis: si tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, id velit ad se reuerti: hęc non propriè dicitur donatio, sed totum hoc donatio dicitur, quæ sub conditione resoluitur. Mortis causa donatio est, cùm quis habere se mauult, quàm eum cui donat: magisq; eũ cui donat, quàm hæredem suum. l. 1. & 2. ff. de mort. caus. donat. Iulianus libro decimoseptimo Digestorum, tres esse species mortis causa donationum, ait. Vnam, cùm quis nullo præsentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortalitati donat. Aliam, cùm quis imminente periculo commotus ita donat, vt statim fiat accipiẽtis. Tertiam, si quis periculo mortis non sic det, vt statim fiat accipientis: sed tunc demum, cùm mors fuerit insecuta. Obligationum nonnullę sunt ex nudo meroq; cõtractu, nõnullę ex maleficio: Ex mero contractu sunt, quę verbis contrahuntur, aut literis, veluti ex Stipulatione. Fideiussione, Cautione, Iudicatũ solui, Rem pupilli saluam fore, Rem ratam haberi, Nouatione, Delegatione, Acceptilatione, Literis, Epistolis, Chirographis, & alijs quę sunt eiusdem generis. Ex maleficio, veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex iniuria, quę omnia vnius modi sunt: nã hę obligationes tantùm ex re cõsistunt, idest, ex ipso maleficio, cùm alioquin ex contractu obligatione, non tantũ re cõsistãt, sed etiam verbis & consensu. Hactenus de actionibus rei persecutorijs. Quę pœnę persecutorię sunt, vel sunt in simplum cõceptę, vel in duplum, uel in triplum, uel in quadruplum. In simplum agitur, cùm ad id tantùm quod abest, dirigitur actio, sed noua aliqua intẽtione, quę pœnę loco sit: ueluti cùm condictio instituitur contra furem: nam cùm alioqui nemo rem suam cõdicere possit odio furum, quo magis pluribus actionibus teneãtur, effectum est, ut extra pœnã dupli aut quadrupli, rei recipiẽdę nomine, fures ẽt hac actione teneantur, SI APPAREAT EOS DARE OPORTERE, quanuis sit aduersus eos etiam hęc in rem actio, per quam quis rem suam esse petit. §. sic itaq;. Inst. de act. In duplum agitur, ueluti furti nec manifesti, damni iniurię ex l. Aquilia, depositi ex quibusdam causis. §. in duplum. Inst. de act. Itẽ serui corrupti. Et ex legato, quod uenerabilibus locis relictum est. Tripli tunc agitur, cùm quis maiorem uera estimatione quantitatem in libello conuentionis inserit, ut ex illa causa uiatores ampliorem summam sportularum nominę exigant. §. tripli. Inst. de act. Quadrupli tandem, ueluti furti manifesti: item de eo quod metus causa factum est: deque ea pecunia, quę in hoc data est, ut is cui datur, calumnię causa negotiũ alicui faciat, uel non faciat. §. quadrupli. Inst. de act. Verùm in nonnullis causis duplum illud, uel quadruplum, meram purãq; pœnam continet, quę res facit, ut sola res sine pœna peti possit, & ut ex pluribus obligatis alter alterius solutione liberetur, ut in furto: in nonnullis rem simul & pœnam, quod quidem cum odiosius sit, efficit, ut ne res repetatur sine pœna, nec alter per alterius solutionem liberetur, ut in actione ui bonorum raptorũ. Item tutela. §. 1. ff. ad l. Aqu. Item in nonnullis omnimodo est pœnalis actio, ut in furto & iniuria: In nonnullis ita demum, si reus inficietur, ut in lege Aquilia. Nam ea in confitentẽ est simpli, in inficiantem uerò dupli. Deniq; in nonnullis priuata causa uertitur, ut in iniuriis, furtis, damnis: in nonnullis popularis, ut in albo prętoris corrupto, in sepulchro uiolato. Nam in huiusmodi uindicandis uersatur communis, & publici iuris defensio. l. 1. & to. tit. ff. de pop. act. Et ratio quidem, cur nulla pœna ultra quadruplum in omnibus ferè Rebuspu. extendatur, est: quoniam cùm duę tãtùm personę, & item res & factum, quę simul quatuor in delictis statuunt, ueniant in reputationem, & noxę pœna debeat esse par: ęquum est, ut ultra illa quatuor nullę Ciuiles pœnę, quę quidem merę pœnę sint, porrigãtur. Nam quòd in nonnullis, nõ nisi per inficiationẽ pœna debetur: in nõnullis cum re, in nõnullis etiam sine re fiat pœnę suppurtatio: pro uarijs rerũ causis & figuris est comparatũ. Et quod delictorũ alia sint aliis capitaliora, & maiore odio digna: tam est manifestum, ut suis id facilè sensibus, unusquisque apprehendere possit.

De iudiciis criminalibus, quę mero imperio expediuntur.

SEquitur de criminalibus, & capitalibus iudiciis, quibus ad Rempublicam fundandam, ac stabiliendam ad communẽ societatis humanæ concordiam retinendam, nihil potest esse magis salutare. Horum tanta est in ciuitate dignitas, & authoritas: ut non ad priuatum singulorum commodum, sed ad totius ciuitatis publicam salutem ac defensionem comparata esse credantur. §. j. de publ. iud. Atque ea re factum est, ut neque fœminę, neque impuberes, neque serui, ad accusandum admittantur. l. qui accusare. ff. de accusat. quasi scilicet eorum tandummodo sit hęc negotia tractare, qui publicarum functionum & munerum sunt participes. Contrahuntur autem delicta, uel ex causa priuata, uel ex causa publica. Ex priuata causa sunt, furtum, rapina, iniuria, interpellatio matrimoniorum, illicitorum collegiorum coactio, stellionatus, uexatio annonæ, scopelismus, saccullariorum & circulatorum ars, uiolatio sepulchrorum, cõcussio, abigeatus, pręuaricatio, receptatio, expilatio, terminorũ amotio. Nam in his magis læditur priuata singulorum, quàm publica omnium utilitas. Nec ad rem pertinet, quòd quorundam etiam in superioribus mentionem fecerimus: quoniam sępe accidit, ut idem crimen & ciuiliter pariter, & criminaliter uindicetur.

Source : BIU Cujas

vindicetur. Quæ ex publica cauſa oriuntur, vel violant caput & fundamentum totius vitæ ciuilis,religionem: vel ipſum publicũ ſtatum & politicum: vel rerum militarium diſciplinam, & ordinem. Primi generis ſunt, Hæreſis, Simonia, Sciſma, Apoſtaſia, Sacrilegium,Fęneratio, Sortilegium, Goitia,Magia,Poſterioris, Crimen lęſæ maieſtatis, Adulterium, Homicidium, Veneficiũ, Vis publica & priuata,Crimen falſi,Crimen repetundarum,Crimen peculatus,& De reſiduis,Crimen ambitus, Plagii,Annonæ vexatæ, cùm innumeris alijs. Tertij tandem, hoſtibus ſe dedere, arma abijcere vel alienare,emanſorem eſſe,deſertorem, tranfugam,ſeditioſum,proditorem, dicto non audiẽtem, ſtationis deſertorem,falſarium ordinis ſui vel ſignorum,furem rerum militarium,cum alijs eiuſdem modi. Atque hæc ideo dicũtur publica,quoniam virus eorum & venenum pertinet ad totum Reipublicæ corpus, & inficit ea præcipuè membra, quæ principem in ciuitate locum obtinent: ita vt niſi remedia legitima, & iuſta in tempore adhibeantur periculum ſit, ne totius Reipublicæ ruinã & interitum moliantur.Eſt autem eorum ſanatio poſita,non in actionibus quidem & formulis,ſed in exquiſitis quibuſdam pœnarum & ſuppliciorum generibus: debetque diligenter operam dare legum conditor,vt ſingulis facinoribus, & delictis ſingulas caſtigationes,& pęnas adhibeat:eſtque in eo tota iuſtitiæ laus, & virtus collocata,vt ſuum cuique pro meritis attribuatur. Quanquam tamen non negarim, præmia quoque ſubindè populo ꝓponenda eſſe, quibus duri ac præfracti homines à ſceleribus ſuis & vitijs ad meliorem frugem, & vitæ ſobrietatem inuitentur. l. vt virtutum.C.de ſtat.& imag. permiſſa quoque nonnunquàm, vel remittendi vel abolendi criminis poteſtate,vt pro graſſantiũ tum multitudine, tùm paucitate, nunc relaxentur, nunc intendantur crimina. Nam quòd triumphi,ouationes, coronę nauales,murales,vallares,caſtrenſes, ciuicæ benemerentibus publicè decernuntur:quid tandem aliud ſibi vult, quàm vt honeſtũ virtuti præmium,& quoddam ad rectè facta inuitamentum conſtituatur? Quoniam igitur, vt dictum eſt,criminũ, alia ſunt ſacra, alia ciuilia,alia militaria:æquum eſt, vt totidem quoque, ſuppliciorum potiſſimum genera ſtatuantur. Et Pontificæ quidem pęnæ ſunt,purgatio canonica, priuatio beneficij, carcer cũ inedia, excommunicatio, ſiue redactio ad peregrinitatem, degradatio, ſiue ad ciuilem pœnam traditio. Ciuiles,aut ſunt patrimonij,aut ſtatus,aut corporis.l.ſi quis forte.§.vlt.ff.de pęn.l.exilium.l.relegatorum.ff.de interdict.& releg.Patrimonij ſunt,indictio multarum, & prohibitio certę alicuius negotiationis aut artis, ex qua viuere ſolet is,qui damnatur. Status & conditionis, veluti cũ honores quis & dignitates amittit,cumq; infamia notatur,& in carcarium, vel ſulfurarium opus ad tempus mittitur. Item cùm in exilium proficiſci,& ſolum vertere iubetur, interdictione facta, vel vnius loci,vel omnium excepto vno,vel lata fuga: deniq; cũ libertas amittitur, & ſeruus pœnę quis efficitur,aut deportatur, aut aqua illi & igni interdicitur. Corporis pœnę ſunt,veluti cùm fuſtium aliquis admonitione,vel flagellorũ vinculorumve verberatione, vel membrorũ mutilatione, ac impoſitione ſtigmatum caſtigatur. Item cum vita, vel gladio, vel ignibus, vel cruce, vel inedia, vel alio denique modo adimitur.Denique,quod omnium grauiſſimum eſt,cùm adempta vita, & bonis fiſco addictis, memoria inſuper hominis, & poſteritas in perpetuum damnatur.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt. Militares pęnæ ſunt, ignominioſa miſſio, gradus deiectio,militiæ mutatio,multa pecuniaria, caſtigatio per vitam,purgatio militaris,cum ſimilibus.l.2.& 3.ff de re milit. Atque in his omnibus ſic debet prudens Legiſlator ac iudex verſari,vt neq; ſeueritatis,neque clementiæ laudẽ affectet, ſed perpenſo iudicio,prout quęq; res expoſtulat,ſententiã dicat.

De iudicijs pertinentibus ad mixtum imperium.

EOrum, quæ neque ſola iuriſdictione, neque mero imperio, ſed ex vtroque mixto explicãtur, triplex eſt imprimis ratio: Quædam enim voluntariæ, ſpontaneæque ſunt iuriſdictionis, quædam contentioſæ,quædam mediæ. l.2. ff.de off.proconſ. At ſpontaneæ quidem ſunt eæ, quæ ſine vlla neceſſitate ſuſcipiuntur, cuiuſmodi eſt emancipatio,manumiſſio,adoptio,cum quibuſdã alijs non diſſimilibus. Nam cùm donatio quantum ad ius antiquum, non tam ciuilis iuris, quàm prętorij ſit.l.interdictũ.ff.de præcar.puto & eam ad hunc locum non immeritò referri poſſe: eaq; propter,vt latiùs dicetur idoneo loco, inter prætoria in Pãdectis donationis tractatum collocari. Contentioſæ iuriſdictionis ſunt,quæ redduntur etiam in inuitũ, veluti cùm De noui operis nunciatione: De damno infecto: De miſſione in bona: De poſſeſſione vel retinenda,vel adipiſcenda,vel recuperanda:Deq; exceptionibus,& ſtipulationibus prætorijs interponendis,diſceptatur. Nam in his omnibus id agitur, quemadmodum cuique ſuum ius,contra aduerſarium reddi ac conſeruari debeat. Mediã quandam naturam & conditionem obtinent,tutoris datio, bonorum poſſeſſio,& reſtitutio integri.Nam ſubinde fit, vt ſine cuiuſquam reluctatione impetrentur:ſubindè, vt non niſi contradictorio iudicio queant expediri.Sed eſt harum omnium,& alia quædam eaque quadripartita diuiſio:nam nonnulla ſunt authore Cicerone, quæ ad iuris dicendi officium pertinent:Nonnulla, quæ ad ſartorum tectorum exigendorum munus: Nõnulla,quę ad neutrum:Nonnulla,quę ad vtrunq;.Primi generis eſt bonorũ poſſeſſio,quæ extantibus tabulis,vel ſecundum, vel contra tabulas datur. Non extantibus vel liberis,vel legitimis, vel decẽ perſonis,vel cognatis, vel ijs qui ſunt ex familia,vel patrono, patroneve,vel viro & vxori, vel cognatis manumiſſoris confertur. Et Cicero quidem in tertia Verrina, proponens de ijs dicturum ſe, quæ ad iuris dicendi rationem in Prætore pertinent, nihil aliud attingit, quàm quòd eſt de bonorum poſſeſſionibus.Alterius generis ſunt,noui operis nunciatio,cautio de damno infecto,& de aqua pluuia arcenda,quibus accedunt & ea,quæ ad publicanorũ & vectigalium iura pertinent,& eorum, quæ in commiſſum cadunt. Nam quemadmodum in alijs priuatę,ita in illis,publicę rei proſpicitur.Eſtque id prætorium maximè, vt decumarum, exactionum,vectigalium,& aliarum ſimilium rerũ,cura & ratio habeatur. Tertij generis ſunt,Adoptio,Emancipatio,Manumiſſio, Donatio, cum quibus aliquo modo coniungi poſſunt,Tutoris datio,& In integrum reſtitutio. Namquod querelas ſeruorum contra dominos ſubindè audit,ne proſtituantur,aut inediãm patiantur,aut infami iniuria afficiantur,quòd curat, ne patroni à libertis contemnantur, neve carnes iniuſto pretio in foro præbeantur,& vt quies popularium in ſpectaculis & pompis conſeruetur:non eſt dubium,quin ad hoc caput referri debeat. l.j. ff. de prę.verb.Vltimi generis ſunt,miſſiones in bona,interdicta,exceptiones & ſtipulationes,quæ dicuntur prætoriæ: nam in his partim ius dicitur,partim,ut ſua quiſque ſarcta tecta habeat, præcauetur. Sed ſunt tres ferè cauſæ, ex quibus in poſſeſſionem mitti ſolet:Rei ſeruandæ cauſa:Item legatorum ſeruandorum gratia: Et uẽtris nomine.l.j.ff.ex qb. cauſ. in poſſ.eat.Rei ſeruandæ cauſa,ut cùm in bona eius,qui iudicio ſiſtendi cauſa fideiuſſores dederit,ſi neque poteſtatem ſui faciat, neq; defendatur,iri iubetur, quo caſu Prętor,non poſſeſſionem, ſed cuſtodiam rerum & ob ſeruationem concedit,in primo ædicto.l.3.§.ult.ff.de acquir. uel amit.poſſ. ſed ſi id longo tempore duret,etiam poſſidere, & per longam poſſeſſionem capere,cauſa cognita permittit.Legatorũ ſeruandorum gratia.l.is cui.ff.ut leg.uel fideicomm.ff.nom.ut cũ is,cui legatorum uel fideicommiſſorum nomine non cauetur, mittitur in poſſeſſionem: non quidem ut pro domino eſſe inciat, ſed ut ſimul cum hærede cuſtodiat,ut ſaltem tędio perpetuę cuſtodiæ,extorqueat hęredi cautionem.Ventris nomine l.i.ff.de uent.in poſſeſſ.mitt.ut cùm pręgnans mulier,nomine eius qui in utero eſt,& inter ſuos hęredes futurus erit,poſſeſſionem arripit. Planè damni infecti nomine ſi non caueatur,non uniuerſorum nomine fit miſſio,ſed rei tantùm,de qua damnum timetur. l.j. ff. quib.ex cauſ.in poſſeſſ.eat.Interdicta ſunt formæ quædam atque conceptiones uerborum, quibus Prętor aut iubet aliquid fieri, aut prohibet:maximè, cùm de poſſeſſione,aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contẽditur.Et ſunt eorum uerò, alia prohibitoria, alia reſtitutoria,alia exhibitoria. Item quædam adipiſcendę poſſeſſionis, quędam retinendę,quędam recuperandę. Adhęc nonnulla ſimplicia,nonnulla duplicia: Prętereà, ſubinde in pręſens tempus relata,ſubindè in pręteritum. Item,aliàs annalia,aliàs uerò petpetua. Denique, nonnunquam hominum cauſa comparata, nonnunquam religionis & rerum diuinarum. Nam eũ agitur,ut ne quid in loco ſacro fiat, uel quod factum eſt,reſtituatur: item de mortuo inferendo,uel ſepulchro ędificando:totum negotium diuini iuris eſt. Quę hominum uerò cauſa competunt, uel ſunt ad publicam utilitatem pertinẽtia, uel ſui iuris tuẽdi cauſa,uel officij,uel rei familiaris. Publicę autem utilitatis cauſa cõpetit interdictum,ut uia publica uti liceat,& flumine publico,& ne quid fiat in uia publica. Iuris ſui tuendi cauſa, de liberis exhibendis, item de liberto exhibendo.Officij cauſa,de homine libero exhibendo. Reliqua uerò interdicta rei familiaris cauſa dantur, ut Quorum bonorum,Quorum legatorum, De ui & ui armata, uti poſſidetis: De ſuperficiebus: De itinere actuque priuato: De aqua quotidiana & eſtiua: De riuis: De fonte: De cloacis. Exceptio dicta eſt, quaſi ꝙdam excluſio. l. j. ff. de except. ꝙ interponi actioni cuiuſque rei ſolet,ad excludendum id,quod in intentionem condemnationemve deductum eſt. Et ſunt exceptiones aut perpetuę & peremptorię, aut temporales & dilatorię l.exceptiones.ff.de except. Perpetuę atque peremptorię ſunt,quę ſẽper locum habent, nec euitari poſſunt, qualis eſt, dolimali, rei iudicatę, & ſi quid contra leges ſenatusve conſulta factum eſſe dicitur, item pacti conuenti perpetui, ideſt,ne omnino petatur. Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ non ſemper locum habent,ſed quæ euitari poſſunt,qualis eſt pacti conuenti tẽporalis,ideſt,ne fortè intra quinquennium agatur. Procuratorię quoque exceptiones,dilatoriæ ſunt, quæ non ſemper locum habent,ſed interdum euitari poſſunt. Ideo verò cum prętorijs numerantur exceptiones, quoniam comparatę ſunt,defendendorum reorum gratia in iudicio:ſępe enim accidit,vt licèt ipſa perſecutio,qua actor expetitur,iuſta ſit:tamẽ iniqua ſit aduerſus eũ, cum quo agitur,quibus caſibus datur à Prætore exceptio ad impugnan-

Source : BIU Cujas

pugnandam actionē. Prætorię ſtipulationes ſiue obligationes, inſtar actionum obtinent l. actiones ff. de act. & oblig. Et ſunt earum tres ſpecies, iudiciales, cautionales, cōmunes. Iudiciales eas dicimus, quæ propter iudicium interponuntur, vt ratum fiat, iudicatum ſolui, & ex operis noui nunciatione. Cautionales autē ſunt, qnæ inſtar actionis habent, &, vt fiat nouatio, intercedūt, vt de legato ſtipulatio, & de tutela, & ratam rem haberi, & dāni infecti. Communes ſunt ſtipulationes, quæ fiunt iudicio ſiſtēdi cauſa. Prætereà, ſtipulationum iſtarum, quædam ſunt, quæ ſatisdationem exigunt: quædam, quæ nudā promiſſionē. Adhęc, Prętoriæ ſtipulationes, aut rei reſtitutionem continent, aut incertam quantitatem. Reſtitutionem rei, ſicut ſtipulatio ex operis noui nunciatione, qua cauetur, vt opus reſtituatur: ideoque ſiue actor, ſiue reus deceſſerit, pluribus hæredibus relictis, vno vincente, vel victo, totum reſtitui debebit. Quamdiu enim aliquid ſupereſt, tamdiu non poteſt videri opus reſtitutum. Incertam quantitatem cōtinet ſtipulatio, iudicatum ſolui, & rem ratam dominum habiturum, & damni infecti, & his ſimiles. Verùm de ciuilibus actionibus, criminalibus, & prætorijs, quæ ordinariæ dicuntur: partim, quia certis formulis, & figuris concipiuntur in iudicio: partim: quia ordinariè, vel in iure, vel coram Prętore, vel ad populum tractantur: hęc nunc dicta ſufficiant.

De varijs, & extraordinarijs actionibus.

IAm autē ſunt nonnullæ actiones, quę natura ſui liberæ ſunt, & in formularum rationem, & anxietatem non cadūt, quęque extraordinarię vocantur. Idque ſiue loquaris de rebus ciuilibus & prætorijs: ſiue de criminalibus: ſiue de priuatis: ſiue de publicis: ſiue de domeſticis: ſiue militaribus: ſiue cōmunibus: ſiue fiſcalibus. Quoniam enim tanta eſt naturę in pariendis, profundendisque rebus varietas & vbertas, tanta humani ingenii exilitas & anguſtia, vt omnia ſuis generibus deſcribi & comprehendi non poſſint: neceſſarium eſt, vt communis aliquis, &, vt agrimenſorum modo loquar, extrac uſus locus relinquatur, in quo ea, quæ ad certum genus referri non poſſunt, reponant. Sic enim obligationes omnes, vel ex contractu, vel ex delicto, vel ex varijs cauſarū figuris naſci dicimus. Sic in actionibus in perſonam, vel ad dandum, vel ad faciēdum, vel alijs quibuſdā modis agimus: Sic res noſtras, vel teſtameto, vel codicillis, vel alia aliqua vltima voluntate relinquimus. Sic agrorum, in quibus auguriū agitur, alius Romanus, alius gabinus, alius peregrinus, alius hoſticus, alius incertus dicitur. Sed non eſt omnium corū, quæ extraordinaria ſunt, vna & eadem ratio. Quædā enim quò ad formam agendi tantùm extraordinaria ſunt, non verò toto iudicio, ideſt, non vt nec ciuilia dicantur, nec prætoria, nec criminalia: quædam agendi forma pariter, & toto iudicio: quędam ancipiti quodam, & inter vtrumque genus ambiguo modo. Primi ordinis ſunt omnes actiones vtiles. l. actio. ff. de neg geſt. quę nomen quidem directarum actionum, & effectū obtinent, ſed ab earum formulis in proponēdo quæ olim certę ac deſcriptæ eſſe ſolent, nonnihil recedunt. Quemadmodum & illæ, quę contrarię dicuntur, quæ competunt, quoties negotium non ab initio habet vltrò citrò obligationem, ſed ex poſtfacto. l. in cōmodato. §. ſicut. ff. commod. Item honorarię, quę à Prætore, & eo qui rebus iudicandis præſidet, introducuntur, & officio iudicis magis, quàm cogente neceſſitate, adminiſtrari dicuntur. l. cū filiusfa. ff. ſi cert. pet. Denique illę quoque, quę nullum certū nomen contractus, ſed συνάλλαγμα tantùm in ſe continent. Quorū nomine, vel de dolo, ſi dolus argui poſſit: vel pręſcriptis verbis in factum: ſubindè ciuili, ſi res negotij ciuilis habet ſpeciem: ſubindè prętoria, ſi prętorij, ſine vlla obſeruatione formularū, agitur. Nam cùm deficiūt vulgaria atque vſitata actionum nomina: præſcriptis verbis agendum eſt: in quam neceſſe eſt cōfugere, quoties contractus exiſtunt, quorum appellationes nullo iure ciuili proditę ſunt: natura enim rerum inductum eſt, vt plura ſint negotia quàm vocabula. l. 1. 2. 3. l. naturalis. l. ſolēt. ff. de prę. verb. Sic etiam in criminibus, quoties deficiūt ordinaria nomina, & item certa extraordinaria, confugitur ad crimen ſtellionatus l. vlt. ff. de crim. ſtel. Secundi ordinis ſunt, quorū nomine nec actio competit, nec iudicium: ſed auxilio quodā & beneficio, propter æquitatem, adiuuantur. Ita dicimus, de aduocatorum, profeſſorum, obſtetricum, medicorum, agrimenſorum ſalarijs, extra ordinem cognoſci: quia ſcilicet nobilior eſt eorum opera, quàm vt eius ratione actio aliqua mercenaria tribui debeat. l. 1. ſt de var. & extr. cog. l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. Ex quo fit, vt Philoſophis ne extrā ordinem quidē ius dici debeat, non quia non religioſa res eſt Philoſophia: ſed quia hoc primū profiteri Philoſophos oportet, mercenariam ſe operam ſperne re. Cui porrò conſequens eſt, nec iuris quidē profeſſoribus ius eſſe dicendum. Eſt enim quidem res ſanctiſſima ciuilis ſapientia, ſed quæ pretio numario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtāda, dum in iudicio honor petitur, qui ingreſſu ſacramenti offerri debuit: Quędam enim honeſtè accipiuntur, quę inhoneſtè tamen petuntur: Planè nonnulla ſunt, quæ viliora ſunt & exiguiora, quàm vt in iudicio tractari, & diſceptari debeant. Nam quòd proxenetica, & hermeneutica, inter extraordinaria reponuntur. tit. de proxenet. nulla alia cauſa, quàm quia abiectiora ſunt, eſt comparatum. Nam de minimis, vix eſt, vt vllam curā ſuſcipere velit Prætor. l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. Tertij ordinis ſunt, quę nec ſolennibus iudiciis, nec omnino extra ordinem tractantur. Nam cùm ſummatim & de plano, de alendo & exhibendo partu cognoſcitur: nec ordinarium plenè, nec extraordinarium iudicium dicitur inſtitui, ſed ſummarium. l. ſi quis. ff. de liber. exhib. Nunc ſequitur, vt, quoniam de actionibus dictum & explicatum eſt, de ipſo porrò iudiciario proceſſu explicetur.

De proceſſu iudiciorum, & primo de perſonis pertinentibus ad iudicium.

TRia ſunt in vniuerſum, quorum in iure ac iudicio rationē habere oportet. Primę partes ſunt perſonarum, quę in iudicio verſantur & conſiſtunt. Poſteriores, rerum iudicialium, quę ad tractandam & peragendam litem requiruntur. Vltimæ denique, ipſius curſus & progreſſus, cuius certa quędam eſt & naturalis ſeries. Prius eſt, vt de perſonis tranſigamus, quarum, præter præcipuas & principales, ſunt nonnullæ quoque adminiculantes, de quibus poſt prępcipuas dicemus. Quantum ad priores attinet, quoniam omne iudicium conſtituitur inter duos, litis & controuerſiæ per tertium aliquem dirimendę cauſa: tres ſunt in totum perſonæ principales, ita vt nec plures per rerum naturam, nec pauciores eſſe poſſint. Ab vna parte ſunt actor & reus, qui litigant inter ſe, & contendunt. Ab altera iudex, qui arbiter eſt & diſceptator litis. Sed non omnibus, qui volunt, agendi & accuſandi poteſtas conceditur. Ciuiliter agendi facultatem adimit ætas, vt ſi pupillus fortè vel impubes, vel qui adhuc in infantium numero eſt, agere velit. Mores, vt ſi prodigus, infamis, hæreticus, periurus, apoſtata diem alicui dicant. Iudicium animi, vt ſi amens quis, furioſus, demens, ſimplex veniat in ius. Status, veluti ſi ſeruus, filiusfamilias, ſtatuliber, libertus, excommunicatus, monachus ſit. Accuſare prohibentur. l. qui accuſare. ff. de accuſat. nonnulli propter ſexum vel ætatem, vt mulier vel pupillus: alij propter magiſtratum poteſtatēve, in qua agentes, ſine fraude in ius vocare nō poſſunt: alij propter dictum proprium, vt infames: alii propter turpem quęſtū, vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habēt, nūmosve ob accuſandum, vel non accuſandum acceperūt: alij propter conditionem ſuam, vt filij contra parentes, & liberti cō tra patronos: alij propter ſuſpicionem calumniæ, vt illi qui falſum teſtimonium ſubornati dixerunt: nōnulli propter paupertatem, vt ſunt, qui minùs quàm quinquaginta aureos habent. Hi tamen omnes, ſi ſuam iniuriam exequātur, mortemve propinquorum defendant, ab accuſatione non excluduntur. Planè licèt cuilibet de populo libera ſit poteſtas accuſandi: tamen cōmunis vtilitatis gratia comparatū eſt, vt ſit publicus aliquis accuſator capitalium criminum, cui hoc ex neceſſitate incumbat. l. Lucius. §. idem reſpondit. ff. ad municip. Et ſolet olim certum genus eſſe accuſatorum, qui quadruplatores & item ſectores appellarentur, quibus ſubſcriptores, & ſtipulatores, & actores aderant. Et erant quidem quadruplatores, delatores criminum publicorum, in qua re quartam partem de proſcriptorum bonis, quos detulerant, conſequebantur: vel vt alij malunt, accuſatores eorum reorum, qui conuicti quadrupli damnari ſoleant, vt aleæ, aut pecunię grauioribus vſuris fœneratę. Sectores verò accuſatores erant, qui ex dānatione accuſati dimidium bonorum expectabant, aut certam aliquam partem. Et ſolet eſſe moris, authore Aſconio Pediano, vt accuſator obſignaret domū, & clauſa omnia eius, quem accuſaturus erat haberet, ne qua furtorum indicia, aut in vaſis, aut in ſignis, aut in literis conſtituta ab eo remouerentur. Et ſi fortè contingeret, vt plures ad accuſandum parati accederent: contēdebatur inter eos, quis ex omnibus, cęteris anteferri & prępponi deberet: quod quidem genus contentionis diuinatio vocabatur. Rei nomē, à re de qua diſceptatio eſt deducitur, idque ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agat. Sed qui criminis alicuius rei ſunt, in ſordibus & reatu, promiſſis capillis agere dicuntur. Et eſt reum fieri, nihil aliud, quàm apud Prætorem legibus interrogari. Cùm enim in ius ventum eſſet, inquit Pedianus, dicebat accuſator apud Prętorem reo: Aio te Siculos ſpoliaſſe: ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, ut victo: ſi negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum eius criminum, & inſtituebatur accuſatio. Et contrà, eximi à reis dicebantur illi, quibus, non pręſente ad diem accuſatore, gratia fieret. Sed nō ſolet omnium reorum vna & eadem eſſe conditio. Nonnulli enim è vinculis cauſam dicere coguntur, quorum ſcilicet fides ſuſpectior, aut cauſa grauior eſt: nōnulli vadimonio obſtringūtur, qui videlicet, prędijs prędibusve datis, dimittuntur ea lege, vt in diem certum, aut quandocunque iudici viſum fuerit, ad iudicium ſiſtantur. Nonnulli denique ſuę promiſſioni relinquūtur, vel ita in iudicium vocantur, vt voluntario exilio pœnam

& con-

Source : BIU Cujas

& condemnationem euitare possint. Etsi autem regulariter nemo sit, quin inter reos recipi & accusari possit: tamen reperiuntur nonnulli, quibus nec semper, nec ab omnibus dica rectè scribi potest: nonnulli quibus penitus à nullo. Nec à quouis, nec semper reus fieri potest, miles, Ecclesiasticus, professor, magistratus, episcopus, legatus, pupillus, vidua, morbo fontico laborans, orphanus, infans, furiosus, Respublica quæ est sine capite, seruus, monachus. Accusare pœnitus non licet hos. l. hos accusare. ff. de accusat. legatum imperatoris, ideſt, præsidem prouinciæ, ex sententia Lentuli dicta, Sylla & Tyrone consulibus: item legatũ prouincialem, eius duntaxat criminis, quod antè commiserit quàm in legationem veniret: item magistratum populi Romani, eũve qui Reipublicæ causa abfuerit, dum non retractandi leges, causa abest. Hoc beneficio inter reos recepti vti possunt, si abolitione interueniente, repeti se non debere, contendant. Omnibus autẽ legibus serui rei fiunt, excepta lege Iulia de vi priuata, quia ea lege damnati partis tertiæ bonorum publicatione puniuntur, quæ pœna in seruum non cadit. Idemq; dicendum est in cæteris legibus, quibus pecuniaria pœna irrogatur, vel etiam capitis, quę seruorum pœnis non conuenit, sicuti relegatio: sed durior eis pœna extra ordinem imminebit. Iudex, secundùm Marcum Varronẽ, appellatus est, quasi qui ius inter duos dicat, & certis quibusdam verbis, quid legibus conueniens sit, quid non sit, pronunciet. Et quidem, is ex eo, iuris quoque disceptator nominatur. Nam anti qui iudices, vt verbis vtar Iustiniani. l. rem non nouã, cum auct. seq. C. de Iud. non aliter iudicialem calculum poterant accipere, nisi priùs sacramentum præstitissent, omnimodo sese cum veritate & legum obseruatione iudicium esse disposituros. Et hodie iurant se facturos, secundum quod eis visum fuerit iustius & melius, exceptis defensoribus ciuitatum, qui iurant omnia secundũ leges & iura se facturos. Planè, apud equestrem ordinem, an senatorium, res iudicialis esset, magnas sæpenumero cõtentiones ciuiles Romæ excitauit. Iam indè ab vrbe condita in iudicijs dominabantur patres, apud eos causę agebãtur, & ij soli aderant in consilio consulibus prætoribusq;. Reliquis autẽ ordinibus nulla ad iudicandum facultas dabatur. Procedentibns deinde temporibus extitit Sempronius Gracchus, qui primus infensus senatui, equestrem ordinem ab eo disiungere meditatus, legem de iudicijs ad equites transferendis tulit. Cuius legis sensus erat, vt trecẽtis Senatoribus sexcenti equites admiscerentur. Cæterùm anno decimoquinto post Gracchi mortem Senatum in possessionẽ iudiciorum restituere conatus est Quintus Seruilius Cæpio, qui hoc agebat, vt paribus auspicijs in iudicijs senatores & equites versarentur. Quæ quidem lex, nunc Glaucia, nunc Plotia, nunc Cornelia, Aurelia, & Pompeia lege, variè iactata, tandem sub Iulio dictatore obtinuit: ita vt iudiciorum omniũ potestas quidem esset apud prætorem, sed iudices tamen, vel perpetui, vel singularium causarum, tum ex senatu, tum ex ordine equestri legerentur. Sed non omnibus licet esse iudices. l. cũ prætor. ff. de Iud. Quidam enim prohibentur lege: quidam moribus: quidam natura. Natura, vt surdus, mutus, & ppetuò furiosus, & impubes, quia iudicio carent: Lege, qui senatu motus est: Moribus, fœminæ, & serui, non quia non habeant iudicium: sed quia receptum est, vt ciuilibus officijs non fungantur. Differunt autem iudices varijs & multis inter se modis. Eorum, alij sunt, qui arbitri dicũtur: alij, qui proprio specialiq; nomine iudices. Arbitri sunt, quibus amicabili quadam ratione res inter partes definienda ac disceptãda mandatur. Nam bonorũ virorũ est (vt inquit Plato) ciues priùs & amicos ac familiares experiri, quàm ad solennes & legitimas actiones perueniatur. Vnde pulchrè Seneca in tertio de benefi-
» cijs: Hoc interesse dicitur inter iudicem & arbitrũ, quòd ille for-
» mula includatur, & ad certos, quos non excedat, terminos reuo-
» cetur: huius verò libera sit & nullis adstricta vinculis religio: ita
» vt detrahere aliquid possit & addere, & sententiam suam, nõ pro-
» ut lex & iustitia suadet, sed prout humanitas & misericordia im-
» pellit, regere. Sed sunt arbitrorum duo genera. l. si societatem. §.
» arbitrorum ff. pro soc. Vnum, vt ad boni viri arbitratum redigi debeat, etiamsi nominatim sit persona comprehensa, cuius arbitratu fiat: veluti cùm lege locationis comprehẽsum est, vt opus arbitrio locatoris fiat. Alterum, vt siue æquum sit, siue iniquum, parere debeamus: quod obseruatur, cùm ex cõpromisso ad arbitrum itum est. Verùm id fit duobus rursum modis: alij enim arbitri dantur à iudice, quibus hoc committitur, & demãdatur negotij, vt rem, si fieri possit, componãt: vti fit in ijs ferè actionibus, quæ arbitrariæ dicuntur, item in erciscundis familijs, communi diuidundo, & aqua pluuia arcenda, cum similibus. l. in iudicio. ff. famil. erciſc. in quibus de incerta, vt inquit Cicero, pecunia agitur: Alij assumuntur ab ipsis litigatoribus, & ijs ad quos res ea pertinet. Quod quidem vel fit simpliciter, nulla iniecta pœna compromissõ: vel certa pœna proposita ei, qui placitis non steterit: vel interueniente stipulatione: vel denique iurisiurandi religione. Prima specie, siquidem sententiæ latę vel subscripserint: vel taciturnitate assensum ei suum accommodauerint litigãtes: tam actio nascitur ab actoris parte, quàm exceptio à parte rei. Alias autem, si neutrum factum est, neque actionis, neque exceptionis vllum ius exoritur. l. cum antea. C. de recept. arbit. Secũdò casu, neque prouocatio datur. l. j. C. de recept. arbit. neque rei iudicatę actio: sed solius pęnę metu fit, vt arbitrio eius stetur, qui receptus est. l. diẽ proferre. §. vlt. ff. de arb. Tertiò, licèt pœna non fuerit adiecta compromisso, si tamen simpliciter sententiæ stare quis promiserit, incerti aduersus eum actio competit. l. ne in arbit. cum auct. seq. C. de recept. arb. Quartò denique, etsi prohibitum est hodie cum iurisiurandi solennitate arbitrũ constituere: tamen solet esse receptum, vt omnimodo conseruaretur. Quantum ad ipsum arbitrium attinet, quãuis neminem prætor cogit arbitrium recipere (quoniam hæc res libera & soluta est, & extra necessitatem iurisdictionis posita) attamen vbi semel quis in se receperit arbitrium, ad curam & solicitudinem suam hanc rem pertinere prætor putat. l. 3. §. tametsi. ff. de arbit. nõ tantùm quòd studeat lites finiri, verùm etiam quoniam nõ debeãt decipi, qui eum quasi virum bonum, disceptatorem inter se elegerunt. Ipsorum iudicũ duæ sunt in vniuersum descriptiones: Quarum prior est secundùm res subiectas: posterior secundùm qualitatum diuersitates. Quãtum ad res attinet, alii sunt, quibus generaliter iuris dicundi officium incumbit: alii, quibus specialiter circa rẽ certam. Primi generis sunt, princeps ipse, prętor tã peregrinus, quàm vrbicus, Prętes prouinciæ, prętectus prætorio, proconsul, cum similibus: quibus tum animaduertẽdi in facinorosos homines, tum decreta interponendi, iudicandiq; potestas est concessa. Eorum, qui secundi sunt ordinis, nonnulli sunt, quibus merum imperium, vel vniuersè, vel particulatim committitur, cuiusmodi est prætectus vrbi. l. j. ff. de off. præt. vrb. qui non solùm ea crimina, quæ domi, verùm etiam, quæ foris perpetrantur, vindicat. Prætectus vigilum. l. nam salutem. ff. de off. præt. vig. qui de incendiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptatoribus cognoscit. Quæsitor, cui criminum inquirendorum negotium dari solet. Latrunculator. l. solemus. § 1. ff. de Iud. qui de grassationibus & latrociniis cognoscit. Nonnulli verò, quibus iurisdictio, vel in totum, vel ex parte permittitur. Cuius generis est prætor, qui à præeundo, in concipiendis prętorijs stipulationibus, manumissionibus, adoptionibus, iudicijs, nomen traxisse dicitur. Iudex fideicommissorũ, cuius nulla alia de re, quàm de fideicommissis notio est. l. quæsitum. §. cum vir. ff. de legat 3. Rationalis siue quæstor Cæsaris, qui rerum ad principem pertinentium curam solum gerit. l. j. & to. tit. ff. de off. procurat. cęs. & rat. quibus addi potest, quòd curialibus, cohortalibus, & similibus sui sint positi & constituti iudices. Nonnulli deniq;, quibus ea, quæ mixti sunt imperii, committuntur: nam quòd consules manumittere volentibus consilium præbent. l. j. ff. de off. consul. l. j. ff. de ædil. ed. l. munerum. ff. de mun. & hon. quòd episcopi panis & aliarum rerum venalium curam gerant, quòd Aediles, vti ne vitiosa morbosave vlla res vęneat, procurãt, nullam aliam Reipublicæ partem, quàm quæ mixti imperii sit, attingit. Vt interim illud pręteream, quòd quædam tantæ habentur dignationis, vt non ab alio, quàm ipso Principe, diiudicari possint. l. quoties. C. vbi senator. quædam contrà, tam vilia, vt ad pedarios iudices, & eos, qui recuperatores disceptatoresve dicuntur, reiiciantur. l. 2. C. de ped. Iud. Iam autem, pro diuersis iudicum qualitatibus, variæ sunt eorum differentiæ. Primùm, alii sunt, à quibus tanquam à minoribus ad maiores prouocatio est: quales sunt omnes inferiores, quorum vltimi sunt qui pedanei dicuntur, alii, à quibus nulla cadit appellatio, cuiusmodi sunt præfecti prætorio: credidit enim princeps, eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & grauitate, ad huius officii magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus. l. vn. C. de off. præt. pręf. atq; hæc distinctio est secundum ordinis prærogatiuam. Secundum dignitatem, alii sunt superillustres siue maximi, vt Imperator, Consul, Senator, Papa, Legati, Patriarchæ: alii illustres, siue magni, vt præfectus prætorio, Orientis, Italiæ, Africæ, Primates, Archiepiscopi: alii spectabiles, siue medii, vt Magistri militum, Prętores, Episcopi: alii clarissimi, vt Præsides prouinciarum, Archidiaconi, Archipresbyteri: alii denique infimi, vt defensores ciuitatum & municipiorum, presbyteri, & ecclesiarũ rectores. Pro graduum diuersitate nonnulli sunt, qui ordinarii dicuntur: nõnulli, qui legati: nonnulli, qui delegati: nonnulli, qui dati: nonnulli denique, qui medii, siue communes. Ordinarij sunt, qui iure magistratus iuris dicendi officium & munus sustinent. l. more maiorũ. ff. de Iurisd. omn. iud. quales sunt præsides, prętores, prętecti, proconsules, & alii, quorum multę sunt & varię, tam secundùm res, quàm secundùm qualitates, differẽtię. Legati sunt, qui ordinarijs quibusdam magistratibus adiunguntur, vt illis vicariam subindè pręstent operam: adeò quidem, vt & mandata iurisdictione, iudices dandi habeant potestatem. l. legatus. l. solent. ff. de off. proconsul. & leg. Nam proconsules, cùm non omnia possint per se obire, solent custodiarum cognitionem mandare legatis suis, scilicet vt præauditas custodias ad se remittãt, & vt innocentem ipse liberet: nam si quid est quoque, quod maiorem animaduersionem exigat, remittere legatus ad proconsulem debet: vtpote cùm neq; animaduertendi, neque coercendi, ne-

Source : BIU Cujas

que atrociter verberandi ius legatus habeat. Summi pontificis legati hodie, vel ſunt laterani (vtar enim verbo Plautino) vt Cardinales: vel certorum locorum, vt nonnulli de Archiepiſcopis: vel denique datiui, qui alicuius negotij obeundi gratia in prouinciam mittuntur. Delegati iudices ſunt, qui mandatam iuriſdictionem obtinent. l. j. to. tit. ff. de off. eius cui manda. eſt iuriſd. idque ſiue à principe, ſiue ab alio quouis ordinario iudice fuerit demandata: more enim maiorum comparatum eſt, vt is iuriſdictionem mandare poſſit, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio poſſidet. d. l. more maiorum. Quanuis tamen ſint & ſubdelegati, quibus ſcilicet à delegatis cauſæ diſceptatio committitur. Dati ſunt, qui ad vnam aliquam cauſam, vel definiendā, vel cognoſcendam à prætore conſtituuntur: qui ſubindè cognitores, ſubinde ſimplici nomine iudices, ſubindè recuperatores, ſubindè diſceptatotes, ſubindè etiam pedanei (quanquam eorū nomen ad alios quoque pertinet, vt ſuprà dictum eſt) nominātur. Et ad eos præcipuè pertinet, quod dicitur, iuriſdictionē eſſe iudicis dandi licentiam. l. 1. ff. de iuriſd. omn. Iud. ſoletq; prętor alijs occupatus, non tam ipſe quotidie iudicare, niſi res maioris fortè eſſet momenti ac pretij, quàm iudices inter litigatores dare ac conſtituere. Et poſſunt quidem, vt inquit Paulus l. cū prętor. ff. de Iud. iudicem dare, quibus lege, vel cōſtitutione, vel Senatuſconſulto conceditur. Lege, ſicut proconſul: is quoque cui mandata eſt iuriſdictio, iudicem dare poteſt, vt ſunt legati proconſulum: item hi quibus id conceſſum eſt, propter vim imperij, ſicuti præfectus vrbi cæterique Romæ magiſtratus. Non autem omnes iudices dari poſſunt ab his, qui iudices dandi ius habent. Quidam enim lege impediuntur, ne iudices ſint, quidam moribus, quidam natura. Natura, vt ſurdus, mutus, & perpetuò furioſus, & impubes, quia iudicio carent. Lege, qui ſenatu motus eſt. Moribus, fœminæ & ſerui, non quia nō habeant iudiciū: ſed quia receptum eſt, vt ciuilibus officijs non fungantur. Medii ſiue communes iudices ſunt, quibus ſpecialiter lege, vel ſenatuſconſulto, vel conſtitutione principum aliquid demandatur. l. j. in princ. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Illi enim cùm nec ordinarij, nec legati, nec recuperatores reuerà dici poſſunt: rectè medij ſiue communes, ſiue denique generali nomine extraordinarij appellantur. Illud valde quæſitum ſcio quænam res mādari poſſint, quę non: & quibus magiſtratibus mandandi competat licentia, quibus non Et primùm quidem verum eſt, imperiū merum, mandata iuriſdictione, non tranſire. d. l. j. in fi. videlicet quoniam nunquam obuenit iure magiſtratus: ſed vel lege, vel ſenatuſconſulto, vel per principem. Imperium mixtum, vt ſcilicet bonorum poſſeſſio detur, vt damni infecti nomine caueatur, vt in poſſeſſionem mittatur legatorum ſeruandorū nomine, vt de ſuſpectis tutoribus cognoſcatur, mandari poteſt. l. cognitio. ff. de off. eius cui mand. eſt Iur. Vt autem mandata iuriſdictione à præſide conſilium exerceat is cui mandatur: vt à prætore mandata iuriſdictione, ea quæſtio transferatur, qua, vtrùm cauſa, propter quam tutores vel curatores pdia pupilli, vel adoleſcentis alienare volunt, idonea ſit, necne, cognoſcitur, mandari non poteſt. l. mandata, illo tit. Nam quemadmodum ea, quæ in mixto imperio, iuriſdictioni ſunt confinia, rectè tranſeūt: ita ea, quæ cum mero imperio ſunt cognata, tranſire non poſſunt. Planè iuriſdictio, quę iure magiſtratus competit, ſine controuerſia mandari poteſt. d. l. more maiorum. Et ideo imperium, quod iuriſdictioni cohæret, ideſt, modica coercitio, ſine qua iuriſdictio explicari non poteſt, ſimul etiam tranſire ſolet. l. j. in fi. l. vlt. ff. de off. eius cui mandat. eſt iuriſd. Quantum ad magiſtratus attinet, illis demum permiſſum eſt mādare iuriſdictionem, qui eam ſuo iure, ideſt, ſui magiſtratus beneficio obtinent d. l. more ma. Cæterùm qui mandatā iuriſdictionē habēt, vt delegati: vel datam, vt recuperatores: vel extraordinariam, vt medij illi, de quibus dictum eſt, non poſſunt: quia ſcilicet proprium nihil habent, ſed eius, qui conceſſit, iuriſdictione vtuntur. Si omnes iudicum differentias & qualitates in vnum quaſi conſpectum poſitas, videre quis cupiat, eſt in manibus pulcherrimum. Domitij Vlpiani, ex libro quinto oppoſitorum reſpōſum. l. pen. ff. de Iud. eius enim verba hæc ſunt: Qui neque iuriſdictioni præeſt: neq; à principe poteſtate aliqua præditus: neque ab eo, qui ius dandorum iudicum habet, datus eſt: nec ex compromiſſo ſumptus: vel ex aliqua lege confirmatus eſt, iudex eſſe non potuit. Sed de tribus principalibus iudiciorum perſonis, Actore, Reo, ac Iudice hactenus. Perſonę adminiculantes (nam de iis ſecundo loco dicere propoſuimus) vel ſunt iudicis, vel litigatorum, vel ipſius fōri & iudicij. Ad iudicem inſtruendum pertinet, Aſſeſſor, Auditor, Iureconſultus. Officium aſſeſſoris ferè cōſtat, in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis l. 1. de off. aſſeſſ. Auditoris, in cauſę cognitione accipiēda, & ad iudicē referenda. Iureconſulti, in iure ſuggerendo: quod quidem ius nonnunquam ab ipſo principe petitur, quoties de re ardua, eaq; valde intricata naſcit quæſtio. Litigatoribus, præter ſubſcriptores, Adſtipulatores, Actores & alios, de quibus ſupra eſt expoſitū, adſunt Procuratores, qui Pragmatici ac vindices apud veteres vocari ſolebāt (nam procuratorū ad negotia alia eſt cauſa.) Item Aduocati, quos Leguleios vocabat antiquitas: nam alioquin amici propriè ſolent appellari aduocati: Denique Poſtulatores ſiue patroni, qui oratores apud veteres dicebantur. Et hoc eſt, quod ait Aſconius Pedianus, his ferè verbis: Qui defendit alterum in iudicio: aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi præſentis cauſam nouit, & ſic tuetur, vt ſuam. Prēter iſtas perſonas litigatorum ſunt prætereà procuratores ad negotia, œconomi, tutores, curatores, orphanotrophi, vicedomini, actores vniuerſitatis, vicecomites, qui omnes ad hoc tenentur ratione muneris & officij: Item defenſores, cognitores, coniunctæ perſonæ, excuſatores, teſtes, qui ſolam affectionem prēſtāt, vel ei qui agit, vel cum quo agitur. Procurator ad negotia eſt, qui ipſius rei & negotij, nō verò litis & proceſſus in iure curam gerit. Oeconomus, cui eccleſiaſtica res mandatur. Tutor, qui pupillum ſuſcepit tuendum, vel ex vltima voluntate, vel ex lege, vel iuſſū magiſtratus. Curator, qui adoleſcentis res & negotia adminiſtrat. Orphanotrophus, qui orphanorum & pupillorum exhibitionē ſuſcepit. Vicedominus, qui rebus epiſcopalibus præeſt. Actor vniuerſitatis ſiue ſyndicus, qui vel ad vnā cauſam, vel in perpetuū præpoſitus eſt communibus negotijs alicuius collegij, corporis, vel vniuerſitatis. vid. ff. quod cuiuſq; vniu. nom. Vicecomes, cui dominus executionem iuriſdictionis ſuę committit. Defenſor, qui abſque vllo mandato, ſe vltrò ſua ſponte ad defenſionē alicuius offert. Cognitor, qui vel vt amicus, vel vt cognitionē habens negotii adſiſtit illi, qui litigat. Solent enim veteres magno amicorum numero ſtipati cauſam dicere, cuius extat memorabile exemplum apud Cæſarem, in primo commentario. Coniuncta perſona eſt, quę propter ſanguinis propinquitatem alieno nomine vel agit, vel defendit. Excuſator, qui venit, vt proponat cauſas abſentiæ alicuius, qui nec ipſe per ſe, nec per aliū cōparere poteſt. Teſtes denique, qui antiquis ſuperſtites vocabantur, eò quòd rebus, quę in iudicium deducerentur, ſupereſſent. Perſonę ad ipſum forum & iudicium pertinentes ſunt, tabelliones, executores, viatores, ſerui publici, apparitores, lictores, commentarienſes. Tabellio eſt, qui publicum munus habet conficiendorum inſtrumentorum, ad fidem faciēdam. Executor, per quem lis ad effectum perducitur, & executioni demandatur. Viator, qui ſenatum in vnum conuocat, tracto nomine ab eo, quòd ſenatores olim Romani ruri agentes à viatoribus in vrbē accerſerentur. Seruus publicus, qui ipſi iudicio adſtat paratus, ſi fortè quid opus eſt. vide l. j. ff. rempubl. ſal. Apparitor, per quem præparatoria iudiciorum, vt in iure compareatur, expediuntur. Lictor, qui criminalibus iudiciis adeſt. Commentarienſis, qui carceri eſt prępoſitus. Quoniam verò ſatis dictum eſt de perſonis iudicialibus, videamus porrò paucis ac ſummatim de rebus.

De rebus pertinentibus ad iudicium, tum hodie, tum ſecundùm veteres.

REs omnes vel ſunt ordinarię, vel voluntarię. In ordinariis, tam à iudicis, quàm à litigantium parte, ſunt loca, tempora, ſportulæ, dilationes, citationes, cautiones, iuramenta, editiones, impetrationes, poſtulationes probationes, exceptiones, recuſationes, poſitiones, interlocutiones, appellationes. In voluntariis ſunt pacta, tranſactiones, cùm quibus cohærent, quæ ſępe incurrunt, calumniæ: reſtitutiones in integrum: ceſſiones: alienationes mutandi iudicii cauſa. Sed tractemus breuiter de ſingulis. Loci differentia facit, vt alia dicantur ordinaria, alia extraordinaria. Ordinaria expediuntur pro tribunali, uel aliis locis, vbi prętor, ſalua maieſtate imperii ſui, ſaluoq; more maiorū, ius dicere poteſt. l. vlt. ff. de iuſtit. & iur. Extraordinaria cognoſcuntur obiter & de plano, ſine vlla figura, & ſtrepitu iudicii. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de off. proconſ. & leg. Nam quę nō ſunt contentioſæ iuriſdictionis, ſed voluntarię, qualis eſt manumiſſio: quouis loco, immo etiā in trāſitu, veluti cùm prętor, aut præſes in balneum, vel theatrum procedit, rectè exercentur. Tēporum ratio efficit, vt dies vtiles ab inutilibus & feriatis diſtinguantur. Nam meſſium vindemiarumque tempore, exēpli gratia, aduerſarium ad iudicium venire, nemo cogere poteſt: quia ſcilicet occupati homines circa rem ruſticam in forum venire compellendi non ſunt. Sportulæ ſunt pecuniæ, quę pro iudicio viatoribus numerantur: ſic dictæ à ſportulis, quibus recipi ſolēt: quemadmodum fiſcus, ærarium principis à fiſcellis. Dilationes ſunt inducię ſiue prorogationes temporis, ad dandum aliquid vel faciendum conceſſę, vel à lege, vel à iudice, vel à parte aduerſa. A lege, veluti dilatio triginta dierum, qui iuſti dicuntur, & ęris confeſſis dari ſolent. A iudice, veluti cùm ſecundùm eius arbitrium aliquid temporis, vel huic, vel illi irrogatur. A parte, veluti cùm vel in iudicio, vel extra iudicium ſic conuenitur. Citationes ſunt vocationes in ius, cùm videlicet, vel iuris experiūdi, de quo paulò poſt: vel alicuius expediendi cauſa quis vocāt. Et quidem per legitimas citationes peruenitur ad peremptoriū edictum, hoc ordine. l. ad peremptorium cum ſeq. ff. de Iud. vt

primò

Source : BIU Cujas

primò quis petat post absentiam aduersarii edictum primum: mox alterum per interuallum non minùs decem dierum: & tertium, quibus propositis. tunc peremptorium impetret, quod indè hoc nomen sumpsit, quòd perimeret disceptationē, hoc est, vltrà non pateretur aduersarium tergiuersari. Cautionis verbū generale est: porrigitur enim ad omnem securitatem, quā quis præstat in iudicio per satisdationem, quæ nihil est aliud, quàm adimpletio desiderij eius, qui nobiscum litigat, vt eum securum faciamus, vel prędijs & prędibus (vt antiquo more loquar) idest, pignoribus & sponsoribus, siue vadibus datis, vel iuramēto prę stito, vel nuda promissione. Idque siue quæratur de iudicio sistendo, siue de iudicato soluendo, siue de alijs consimilibus præstationibus, tam à parte actoris & rei, quàm eorum, qui illorum nomine vel agunt, vel defendunt. Nam est & quoddam genus actionis, quod ex sponso dicitur: quod quidem fiebat interposita stipulatione certæ pecuniæ, quàm perderet is, qui sponsione coram iudice vinceretur. Cuius quidem iudicij & Homerus ipse meminit: ex quo constat, antiquissimum esse, & apud veteres Græcos non minùs, quàm Romanos vsurpatum. Iusiurandum nihil est aliud, quàm affirmatio religiosa, introductum litium expediendarum causa: & est vel voluntarium, vel iudiciale, vel necessarium. Voluntarium, quod pars parti extra iudicium defert. Iudiciale, quod pars parti in iudicio. Necessarium, quod iudex parti propter legitimæ probationis penuriam imponit. Et quidem initio litis solet iuramentum pręstari, quod calumniæ dicitur quo iuratur à partibus, se non vexandi aduersarij, sed ipsius veritatis defendendæ causa in iudicio experiri. Atq; est quidē vetustissimum quoddam actionis genus, quo iusto sacramēto inter se contendere partes dicebantur. Nam is qui petebat, in
„ quit Varro, & qui inficiebatur de aliis rebus, vtrique quingentos
„ eris ad pontem deponebāt: de alijs item rebus certum alium le-
„ gitimum numerum assum. Qui iudicio vicerat, suum sacramentum à sacro, idest, ponte auferebat, victi ad ærariū redibant. Edere, est copiam eius, quod exhibendum est, facere: vt cùm ante ingressum litis rationes aduersario nostro, vel alia instrumēta edimus, vt videlicet apud se deliberare possit, vtrum cedere velit, an contendere. Et fiunt fermè editiones sine die & cōsule, ne quid fortè, iis editis, fraudis excogitetur. Nam quòd rationes cum die & consule edi debent, indè contingit, quòd accepta & data non aliter possint apparere, nisi dies & consul fuerit editus. Impetrationes actionum fiebant olim à collegio pōtificum, penes quos potestas erat, vel concedendæ vel abnuendæ actionis: ne videlicet quis ad litigādum temere prosiliret. l. 2. ff. de orig. iur. Et quoties quidem potestatem experiundi concedebant, prescribebāt simul & formulas quasdam, quibus actio contineretur, & secūdū quas iudicium agitaretur: quę quidem ratio litigandi propter captiones hodie sublata est. l. vnic. C. de formul. & impet. subl. Planè quod aliarum quarundam rerum, quæ in iudicio occurrere possunt, fiunt impetrationes. & hodie frequētatur, & obtinet in ijs, quòd dicitur: Quod quisque iuris in alium statuerit, vel obtinuerit, ipse eodem iure vtatur. Quod quidem edictum summā habet æquitatem, cùm nemo meritò possit aspernari, idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, vel dici effecit. Postulare, est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni prę est, exponere, vel alterius desiderio contradicere. Er sunt tres ordines eorum, qui postulare non possunt. Quidam in totum prohibentur: quidam pro se permittuntur, sed nō pro aliis: quidam pro se & pro certis duntaxat personis, non pro omnibus, de quibus non est opus hic latiùs exponere. Probatio nihil est aliud, q̄ rei dubię per argumenta demonstratio, incumbens semper ei, qui ait, non qui negat. Diuiditur verò, in plenam siue perfectā, & minùs plenam, siue imperfectā. Plena fit per testes fide dignos, ad minùs duos. Item per eius, cum quo agitur cōfessionem, quę ipsius rei iudicatæ instar obtinet. Item per legitima instrumēta, tum publica, tum priuata. Nam in exercendis litibus eadem uis est instrumentorum & testium. Prætereà per ipsius rei cuidētiā, cùm videlicet vulgò notū & manifestarium est id, quo de quæritur. Adhæc, per præsumptionem, famam, iusiurādum, antiqua signa, sigilla, communem opinionē, tormēta, subtiles interrogationes, & alijs quibusdam modis, quæ accuratè quidem describi non possunt, sed religioni plerumq; & prudentiæ iudicis cōmittuntur. Imperfecta probatio plerūq; solet ex attestatione vnius, & collocatione literarū, exq; fuga rei conuenti, & signis aliquot oriri. Exceptio dicta est, quasi quædam exclusio, quæ interponi solet actioni cuiusq; rei, ad excludendū id, quod in intētionem condemnationemq; deductum est. Sed est earum, alia dilatoria, alia declinatoria, alia peremptoria. Dilatoria, quæ contra personam actoris, vel procuratoris eius proponitur. Declinatoria, per quā iudex repudiatur. Peremptoria, quæ rē ipsam & intentionē omnem perimit. Positio, qua nunc vtimur, est breuis quædā verborum formula, mentē proponentis continens, ad veritatē eliciendā, & eum qui ponit, ab onere probādi liberādū, proposita. Nā quę sua spōte cōfitetur reus, ea nihil est opus, vt vel testibus amplius, vel instrumentis adstruantē. Interlocutio est rei alicuius incidentis, antequam ad ipsam causam perueniatur, definitio. Et differt quidē hactenus à decreto, vt interlocutio magis ad iurisdictionē, decretū verò ad imperiū referat. vide l. decreta. ff. de re iud. Appellatio est à minori iudice ad superiorē pronocatio, excogitata ad errorē iudicantiū corrigēdū, & ad veritatem & rem bene iudicatā confirmandā. Pactum est duorū pluriumve in idē placitū & consensus, dictum à pactione, vnde & pacis nomē appellatū est. Transactio est quasi de re dubia, & lite incerta, neq; finita, aliquo dato & retento cōuentio. Nā qui paciscitur nō petere, donationis causa rē certā & indubitatā liberalitate remittit. Trāsactio nō est natura sui liberalis. Restitutio integri est omissę causæ rescissio eo, per quod læsi sūmus, in antiquū statū redintegratio ac repositio. Et irrogatur quidē iis, qui in captionē incidērunt, vel metu, vel calliditate, vel ætate, vel absentia, vel per status mutationem, vel deniq; per iustum errorem. Cessio est, cùm quis actiones sibi competentes mandat alij: quæ quidem res, secundùm Anastasij constitutionem sua sponte suspecta est, & improbata. l. ab Anastasio. C. mandat. In omni autem cessione directa actio manet apud cedētē, licèt utilis ad eum, in quē fit cessio, transferatur. Alienatio iudicij mutandi causa tunc fieri dicitur, cùm quis alienādo rem, alium nobis aduersarium suo loco data opera, & in fraudem nostram substituit. Nam tāti nobis in factū actione tenentur, quanti nostra interest, alium nos aduersarium non habuisse. Itaque si alterius prouincię hominem, aut potentiorem nobis aduersarium opposuerit, tenebitur, quoniā potentioribus pares esse non possumus.

De processu iudicij ciuilis.

NVnc reliquum est, vt de ipso processu iudiciali paucula quędam referamus: solet enim apud veteres Romanos nō certus aliquis & descriptus, sed incertus & liber eius esse cursus: idq; cùm prætores, non ex perpetuis edictis, sed ex annalibus, & pro cuiusq; voluntate ac iudicio constitutis in iure versārentur. Sed cùm ea res non boni plerunq; exēpli videretur, extitit Cornelius, vt inquit Asconius qui etsi non apertè repugnantibus, multis tamē inuitis legē ferret, vt prætores ex perpetuis suis edictis ius dicerent: quæ res gratiam ambitiosis prętoribus, qui variè ius dicere solebant, sustulit. Solet aūt alia atq; alia esse ratio ciuilium causarum, alia criminaliū, alia prętoriarum & extraordinariarū, de quibus singulis expediēdum est. Ciuilis iudicij, duę sunt in totum partes. l. amplius. ff. rem rat. hab. iūcta. l. iudex. ff. de re iud, litis contestatio, quātū ad litigantes: & sententia, quantū ad ipsum iudicē, pertinet. Quę prętereà sunt in iudiciis alia, uel sunt præparatoria siue priora, vel posteriora, vel media, de quibus etiam videbimus, si de principibus duabus partibus priùs explicuerimus. Litis ergo cōtestatio, quomodo his nostris tēporibus fieri debeat, satis disertè relatum est, ex Iustiniano. Auct. offeratur. C. de lit. cō test. his fermè verbis. Offeratur ei, qui vocatur ad iudicium, libellus, & exindè præbitis sportulis, data fideiussione, viginti dierum gaudeat inducijs, quibus deliberet, cedatne, an contendat: atque iudicine alium adsociari petat, an recuset eum: nisi sit is, quem ipse, alio recusato, iam petierit. Deniq;, præsens interrogetur, an hoc tempus litis transierit, quod non mox ex ipsius responsione, sed etiam libelli subscriptione manifestatur, quam in initio facere debet. Litis ergo contestatio contra hoc priuilegium habita, pro nihilo ducenda est. Planè apud antiquos triplex fermè reperitur ratio, qua in litem veteres consentire, ac cōi consensu descendere solebant. Subindè enim sponsione facta, subindè sacramento depositio, subindè nuda testatione habita, iudicem sibi vel disceptatorem eligebant. In sponsionibus, & sacramētis fiebant pignorum & pecuniarum depositiones, quæ partim victori, partim ipsi iudici & ęrario applicarētur. De his scribit Homerus in scuto Achillis: vt apud cū legendi cōmodū est volenti.

Quę per testationem fiebat, nullis intercedētibus pecunijs, sed testibus tantū ad hoc conuocatis & rogatis cōstituebatur, vnde contestationis nomen ab initio collatum fuisse certū est. Et quidem quantum ad nostrorum temporum vsum attinet, nō est in obscuro, nostram hodie contestationē ex illis apud antiquos tribus modis & rationibus coaluisse. Nam in sacramenti locum successit iuramentum, quod calumniæ vocamus. In sponsionis ipsā nominatim conuentio, quæ contractus instar obtinet. l. 3. §. idē scribit. ff. de pecul. In depositionis denique hoc, quòd victus victori condemnatur in expensas. Festus Pompeius contestari dicit esse, cùm uterq; reus dicit, testes estote. Et contestari litem, cū duo aut plures aduersarij, ordinato iudicio dicunt, testes estote. In sententiis proferendis ueterum mos erat, ut missis iudicibus in consilium ad sententiam dicendam, quando scilicet allegatis argumentis omnibus orator dixisset, dixi: ut inquam unusquisq; iudicum, ceratam tabellam, cera legitima haberet, & siquidē maiores essent causæ, uniuersi iudices in cistam tabulas, easq; insculptas literas habentes, uel absolutionis, uel condemnationis, uel ampliationis simul conijcerent: si uerò leuiores essent causę, ut singuli suam sententiam de tabula pronuntiarent. Nam si absoluendus esset reus, moris erat, ut statim absolueretur: si dānādus, statim damnaretur. Si causa non esset idonea ad damnationem,
„ absolui tamen non posset, vt ampliùs nūtiaretur. Erat quidem
„ absoluere (quemadmodum refert Asconius) quod per quali-

Source : BIU Cujas

„ tatem licitum eſſe monſtratur: cui ſimile eſt, expedire, quod de-
„ finitione ſoluatur: & tranſigere, quod quidem eſt, quod aut con
„ fiteri non timeat, aut negationem concludat. Condēnare, eſt pę
„ nam pro delicto imponere. Nam diuidere ſententiam, eſt, cum
„ aliquis in dicenda ſententia, duas pluresve partes complectitur,
„ etſi non omnes eæ exhibentur, poſtulat vt diuidātur, ideſt de ſin
„ gulis referatur. Ampliare, eſt ſententiam differre, aut quia res nō
„ dum ſatis liquet, aut quia coram ſiſtendi teſtes ſunt, & cum illis
„ cōmittendi, aut quia de crimine ipſo vel de pęnę modo delibe-
„ raretur. Et nō abeſt lōgè ab ampliatione, cōperēdinatio, niſi ꝙ
„ ampliatio ſit in incertam: cōperendinatio, in certā aliquam diē
„ iudicij prorogatio. Quoniam tamē ea res ſatis obſcura eſt & in-
„ uoluta, ſubijciā de ampliationis & cōperendinationis differentia
verba ipſius Aſconij Pediani, quæ quia præter id quod propoſitū
eſt, inſuper alia quędā, nō abhorrētia ab hoc propoſito, cōtinēt:
nō eſt alienū, vt à nobis hoc loco recitentur. Ante legem Glau-
„ ciā de cōperendinatione (inquit) aut ſtatim ſentētia dicebat, ſi ab
„ ſoluendus eſſet reus, aut ampliùs pronūciabatur, ſi videretur eſſe
„ dānandus, cū dixiſſent iudices nō liquet, hoc eſt, obſcura cauſa
„ eſt. Itaq; ea pars, interpoſita dilatione, dicebat, in cuius peroratio-
„ ne videbatur obſcuritas. Comperendinatio verò vtriuſq; partis
„ recitatio eſt. Alij ſic adnotant: Cōperendinatio eſt ſecūda actio.
„ Itē comperendinatio eſt ab vtriſq; litigatoribus inuicem ſibi de
„ nunciatio in perendinum diem. Namq; cùm in rem aliquā age-
„ rent litigatores, & pęna ſe ſacramenti peterēt, poſcebant iudicē,
„ qui dabatur poſt trigeſimum diem: quo dato, deindè inter ſe in
„ perendinum diem, ne ad iudicium venirent, denunciabant, quo
„ cùm eſſet ventum, antequā cauſa ageretur, quaſi per indicem rē
„ exponebant, quod ipſum dicebatur cauſæ coniectio, quaſi cauſę
„ ſuæ in breue coactio. Alij ſic: inter comperendinationē, & am-
„ pliationem hoc intereſt, quòd comperendinatio ex vna tantum
„ re dabatur, cùm cauſam iudex non intelligeret. Et omniuo ſi vi-
„ debatur iudicibus bona cauſa, abſoluebāt reū: ſi mala, nō ſtatim
„ dānabant, ſed hac excuſatione parcebāt: nam cùm condemnan
„ di nota eſſet C. litera abſoluēdi A. ampliandi ſignum N. L. dabāt
„ quo ſignificabant, non liquere: vndè ampliatio naſcebatur. Hęc
„ ergo veterum in ferendis ſententijs ratio. Quid autem hodie ob-
ſeruandū ſit, ſatis elegāter ac breuiter explicat Imperator in hæc
verba. l. 2. C. de ſent. ex breuic. recit. Hac lege perpetua credimus
ordinandum, vt iudices, quos cognoſcēdi & pronūtiandi neceſ-
ſitas tenet, nō ſubitas, ſed deliberatione habita poſt negotiū ſen-
tentias ponderatas ſibi antè forment, & emendatas ſtatim in li-
bellum ſecuta fidelitate conferant: ſcriptasq; ex libello partibus
legant. Sed nec ſit eis poſthac copia corrigendi, vel mutandi, ex-
ceptis tam viris eminentiſſimis præfectis prætorio, quàm alijs il-
luſtrem adminiſtrationem gerentibus, cæterisq; illuſtribus iudi
cibus, quibus licentia conceditur etiam per officium ſuum, &
eos qui miniſterium ſuum ijs accommodant, ſentētias definitiuas
recitare. Sed hæc de duabus præcipuis partibus iudiciorum,
litis conteſtatione ſcilicet, & ſententia. Iam ea quæ vocauimus
priora, ſiue τὰ πρῶτα: in citatione, ſiue in vocatione in ius, potiſ-
ſimum conſiſtunt. Eius hodie ratio ſimplex eſt & plana, vt quæ
vel per ipſum iudicem, vel per alteram partem litigantium, vel
per viatorem aliquem, tum literis ſcriptis, tum viua voce expe-
diatur. Sed ſi eſt, vt primo edicto citatus non veniat, comparatū
eſt, vt alio ſecundo, quod monitorium dicitur, euocetur, quod
quidem iterum ſi ſpernat, ſubijcitur tertium, quod peremptoriū
nominant, in quo cōminatur is qui edictum edit, etiam abſente
diuerſa parte, cogniturum ſe ac pronunciaturum. l. in peremptorio. ff. de iud. Apud veteres duplex eſt via prodita, qua in ius à li-
tigatoribus veniri ſolet. Subindè cōueniebat inter partes de die,
quo vel ad prætorem, aut iudicium, in actionibus in perſonam,
& comperendinationibus vel in rem præſentem, in vindicatio-
nibus veniretur Extatq; ad eam rem lex duodecim tabularum:
SI STATVS DIES SIT CVM HOSTE, VENITO. Subinde uerò, & quidem vtplurimū, deducebat aduerſariū ſuū in ius
actor ipſe, ſed id fiebat duobus fermè modis. Si enim vilis eſſet &
humilis ac ſordidę conditionis ille, cum quo res eſſet, rapiebatur
obtorto collo, ſi ſe ſponte duci non pateretur, idq; nulla facta an
teſtatione. Sic enim reſpondet apud Plautum in Perſa, Saturio
paraſitus Dorpalo lenoni: Tuane ego cauſa carnifex, cuiquam
mortali libero aures atteram, qui hic commercaris ciues homi-
nes liberos: quaſi uerò eos, qui inteſtabiles ſunt, nō oporteat an-
teſtari, ideſt, vocatis teſtibus, & auricula tacta, hoc memoria tene
re iuſſis, in ius ducere. Si uerò cū alio aliquo res eſſet, qui nec im-
probus, nec inteſtabilis haberetur, is ſi reluctaretur, manu prehē-
ſus ducebatur: ſin minùs, ſequi actorem ſuū ad forū iubebatur,
facta tamen priùs anteſtatione, ſi eam fortè reus peteret. Nam ſi
anteſtatus reus non eſſet, & manū ei actor iecisſet inuito, iniu-
rię reus conſtitui poterat. Et ideo priuſquam eū abduceret, roga-
bat eum actor, ecquid anteſtari uellet (ſic enim uerbum LICET
apud Plautū & Horatiū interpretamur) & ſiquidem reſpōderet,
uelle ſe, anteſtatione facta, ducebatur, uel ſequi cogebatur. Si ue-
rò nihil opus eſſe diceret, ſponte ſua in ius ambulabat. Si deniq;
pęnitus recuſaret, etiam inuitus rapiebatur, niſi fortè uel prędem
locupletem ſiue uadem ac ſpōſorem daret. tot. tit. ff. in ius uocat.
vt eant. vel ſat. aut caut. d. vel legibus ſolutus priuilegiove muni
tus eſſet. Nam apud Caium libro 1. ad edictum prætoris vrbani,
extat etiamnum hodie titulus: DE IIS QVI NEQVE SE-
QVANTVR, NEQVE DVCANTVR. l. ſolutū. ff. de verb.
ſig. Et hoc quidem priuilegio vti videtur miles ille apud Plau-
tum in Curculione, qui in ius vocatus & an anteſtari velit inter
rogatus, reſpondet nolle ſe, nec in ius ambulare, nec anteſtatio-
nem vllam admittere. Sic igitur fit præparatio iudicii, antequā
ad litis conteſtationem perueniatur. Cui præterea accedit edi-
tio inſtrumentorum, impetratio formularum, exhibitio actio-
nis, qua quis experiri velit, cum nonnullis alijs. Lite cōteſtata,
priuſquàm iudex pronuntiet: partim hoc agūt litigatores, quē-
admodum ſuum quiſque ius diſceptatori, adductis prudentum
conſultis & decretis, comprobet: partim, vt ea quæ in facto ver-
ſantur, tum legitimorum inſtrumentorum, tum verò teſtium
fide ac conſtantia conuincat. Nam in his eleuandis ſubleuan-
diſq;, magna pars eorum, quæ media ſunt, ac inter litis conte-
ſtationem ac ſententiam interiecta ponitur. Et ſōlent olim, vt
„ inquit Aſconius, iurati teſtes produci, & non ſolùm ne falſa di-
„ cerent, verùm etiam, ne, quę vera eſſent, tacerēt, adigi. Prætereà
„ dum diceret accuſans orator, & pariter poſtea dum reſpōderet
„ defendens, teſtes à prætore qui prius examinati erant, ſuo iterū
„ loco ſinguli à prætore interrogabantur: qui palam & alta voce,
„ vt à cunctis exaudirentur, ſuum aperiebant confirmabantque
„ teſtimonium, quod quidem paulò ſecus hodie obſeruatur. Cæ-
terùm, quòd olim antequam ſententia ferretur, laudatores pari
ter & ſupplicatores pro reis audirentur, nō minùs hodierno die,
quàm tum temporis frequentatur. Poſt ſententiam latam, niſi
fortè prouocatio interueniat, quæ quidē omnia integra ſeruat
& illęſa, ſequitur executio rei iudicatæ aduerſus eum, qui ius di-
cēti non obtemperat. Is, ſi factum debet, pignoribus captis coer-
cetur, quemadmodum tutores & curatores §. pen. Inſt. de ſatiſd.
tut. qui non cauent: mulieres, quæ partu edito, in iudicium de
agnoſcendis liberis vocatæ non comparent. Si verò certam &
definitam aliquam rem & ſpeciem reus debeat, ſiquidem rem
habeat manu militari, officio iudicis ab eo poſſeſſio transfer-
tur. l. qui reſtituere. ff. de rei vendit. & fructuum duntaxat omni-
ſque cauſæ nomine condemnatio fit. Si verò non poteſt reſti
tuere, & dolo fecit, quò minùs poſſit: in quātum aduerſarius in
litem ſine vlla taxatione in infinitum iurauerit, damnandus eſt.
Si verò nec poteſt reſtituere, nec dolo fecit, quò minùs poſſit,
non pluris quàm res eſt, ideſt, quanti ad uerſarij interfuit, condē-
nandus eſt. Si id quod in obligatione verſatur, genus eſt, primū
poſſidentur & diſtrahuntur pignora: deinde iis non ſufficientibus, peruenitur ad ipſius perſonæ addictionem. Ac in venditione quidem (vt inquit Vlpianus. l. à Diuo. §. in vend. ff. de re iud.)
pignorum captorum facienda. Primò quidem res mobiles &
animalia capi pignori iubētur, mox diſtrahi: quarū pretiū ſi ſuf-
fecerit, bene eſt: ſi nō ſuffecerit, etiā ſoli pignora capi iubētur &
diſtrahi: ꝙ ſi nulla mouētia ſint, à pignoribus ſoli initiū faciunt.
Sic deniq; inter iudices interloqui ſolēt, ſi mouētia nō ſint, vt ſo
li quoq; capiant: nā à pignoribus ſoli initiū faciendū non eſt: ꝙ
ſi nec ea, quę ſoli ſint, ſufficiant, vel nulla ſint pignora ſolui, tunc
perueniet etiā ad iura. Exequunt itaq; rē iudicatā p ſides iſto
modo. Si pignora, quæ capta ſunt, emptorē nō inueniāt, reſcri-
ptū eſt ab Imperatore noſtro, & Diuo patre eius, vt addicant ipſi,
cui q ſquis condemnatus eſt: Et addicuntur vtiq; ea quātitate,
quæ debetur. Nā ſi creditor maluerit pignora in creditū poſſide
re, hisq; eſſe cōtentus: reſcriptū eſt, non poſſe eū, quod ampliùs
ſibi debet, petere: quia velut pacto tranſegiſſe decętero videtur,
qui contētus fuit pignora poſſidere: nec poſſe eum in quantita-
tē certā pignora tenere, & ſuperfluū petere: Immò ſic quoq; iu-
dices exequentur iudicatū, vt nomina iure pignoris capiant, ſi
nihil aliud ſit, quod capi poſſit, hæc Vlpianus. In addicēdis perſo
„ nis debitorū hmōi apud veteres prodita lex eſt. AEris cōfeſſi, re-
„ busq; iure iudicatis triginta dies iuſti ſunto, poſt deinde manus
„ iniectio eſto. In ius ducito, ni iudicatū facit, aut qui pſeudo eo in
„ iure vim dicit, ſecū ducito, aut neruo, aut cōpedibus quindecim
„ pōdo, ne minore, aut ſi volet, maiore vīcito: ſi volet, ſuo viuito:
„ ni ſuo viuit, qui eū vinctū habebit, libras farris in dies dato: ſi vo
„ let, plus dato. Tertijs nūdinis partes ſecāto: ſi pl⁹ minusve ſecue-
rint, ſine fraude eſto. Sed hęc q dē lex, qm̄ durior & inhumanior
ē viſa, mitigata ē nōnihil à poſteriorib⁹ legūlatoribus: nā ęris a-
lieni cauſa hodie nemo poteſt in ſeruitutē rapi, licèt in neruum
coniici debitor, & donec ſatisfaciat, retineri lege poſſit.

De proceſſu criminalium iudiciorum.

DE capitalibus olim cauſis nō ſolet, niſi cēturiatis comitijs
quæri: quibus liberum erat cuiuis de populo dicam ei ſcri-
bere, quē accuſare vellet, modò pęnā talionis ſuſtinere paratus
eſſet, ſi ſuccūberet. Is verò qui accerſitur alicuius criminis, non-
nunquā è vinculis cauſam dicere, nonnunquā verò pro rei, quę
imponitur & perſonæ qualitate, vel prædibus datis, ſiue promiſ-
ſioni commiſſus reſpondere compellitur. Nam reum fieri, eſt a-
pud prætorem legibus interrogari: cumque in ius ventum eſſet,

dicebat

Source : BIU Cujas

dicebat accusator apud prætorem reo: Aio te Siculos spoliasse: si tacuisset, lis ei æstimabatur, vt victo: si negasset, petebat accusator à magistratu dies inquirẽdorum eius criminum, & instituebatur accusatio: eratque moris, vt accusator obsignaret domũ, & clausa omnia eius, quem accusaturus erat, haberet, ne furtorum indicia, aut in vasis, aut in signis, aut literis constituta ab eo remouerentur, Ciceronemq; dicit Asconius, accusatione à prętore ad se delata, tempus inquisitionis Siciliam, dies 110. sumpsisse, colligendis literis à populis, & denuntiandis testimonijs. Ipsius verò accusationis formula quædã est huiusmodi l. libellorum. ff. de accusat. Apud illum prætorem, vel procõsulem Lucius Titius professus est, se Meuiam lege Iulia adulterii reã deferre, quòd dicat eam cũ Caio Seio in ciuitate illa, domo illius, mense illa, Consulibus illis, adulterium cõmisisse. Vt autem tota veterum ratio in huiusmodi iudicijs peragendis planè ac dilucidè intelligatur, subijciam duo loca ex Asconio Pædiano, q̃ totam nobis rem ostendere ac declarare possint. Perlata deinde
» lege (inquit) Pompei, in qua id quoque scriptum erat, vt Quæsi-
» tor suffragio populi ex ijs, qui consules fuerant, crearetur, statim
» comitia habuit, creatusq; erat L. Domitius Aenobarbus Quæsi-
» tor. Aliorum quoque iudicium, qui de ea re iudicarent, Pompe
» ius tales proposuit, vt nunquam neque clariores viros, neq; san
» ctiores propositos esse cõstaret, post quod statim noua lege Mi-
» lo postulatus, à duobus Appijs Clodijs adolentibus ijsdem, à q-
» bus antea familia eius fuerat postulata. Itemq; de ambitu ab ijs-
» dem Appijs, & præterea de vi à Q. Petulcio, & L. Cornificio, de
» sodalitijs, à P. Fuluio Nerato. Postulatus autem erat & de sodali-
» tijs, & de ambitu ea spe, quòd primum iudicium de vi futurũ ap
» parebat, quò cum damnatum iri confidebant, nec postea respõ-
» surum. Diuinatio de ambitu accusatorum facta est, Quæsitore
» A. Torquato, atque ambo Quæsitores Torquatus & Domitius
» pridie Nonis Apr. reum adesse iusserunt, quotidie Milo ad Do-
» mitij tribunal venit, ad Torquati amicos misit, ibi postulante p
» eo M. Marcello obtinuit, ne prius causam de ambitu diceret;
» quàm de vi iudicium esset perfectum: apud Domitium autem
» Quæsitorem maior Appius postulauit à Milone, seruos exhibe
» ri numero quatuor & quinquaginta: & cùm ille negaret eos qui
» nominabantur, in sua potestate esse, Domitius ex sñia iudicum
» pronuntiauit, vt ex seruorum eorum numero accusator, quod
» vellet, ederet. Citati deinde testes, secundùm legem, quæ (vt su-
» prà diximus) iubebat, vt priusquam causa ageretur, testes per tri
» duum audirentur, dicta eorm iudices consignarent, quarta die
» adesse omnes in diem posterum iuberentur, ac coram accusato
» re ac reo, pilæ, in quibus nomina iudicum inscripta essent, equa-
» rentur: de in rursus postera die sortitio iudicum fieret, vnius &
» septuaginta, qui numerus cùm sorte obtigisset, ipsi protinus ses-
» sum irent, tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres ha-
» beret, reusq; eodem die illo iudicaretur. Prius autem quàm sen-
» tentiæ ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidẽ
» reus reijceret: ita vt numerus iudicum relinqueretur, qui senten
» tias ferrent quinquaginta & vnus. Hæc Asconius vno loco. Alio
» sic ait. Moris erat, celebrata iudicum reiectione, & haberi in of-
» ficio prætoris, & in arca reponi nomina iudicum selectorum.
» Reiectio autem idcirco dicitur, quia cùm multi iudices, in cõsi-
» lio cum prætore suo iudicaturi essent, qui Quæsitor fuisset, in pu
» blica causa, verbi gratia repetundarum, ambitus, maiestatis, ne-
» cesse fuerat, eos primùm de curia senatoria conscribi, cùm sena
» tus iudicaret, deinde in vrnam sortitò mitti, vt de pluribus ne-
» cessarius numerus confici posset. Tertiò, idest, post vrnam per-
» mitti accusatori ac reo, vt ex illo numero reijciant, quos putaue
» rint sibi aut iniquos, aut ex aliqua re incõmodos fore. Solet au-
» tem ex moribus ac fama iudicum illorum quos aut reijciebant,
» aut retinebant voluntatis coniecturam facere populus, quis cau
» sæ suæ confidere, quis corrumpere iudices vellet, reiectione ce-
» lebrata, in eorum locum, qui reiecti fuerant, subsortiebatur prę
» tor, alios, quibus ille iudicum legitimus numerus compleretur.
» Prima enim sortitio dicebatur: his perfectis iurabant in leges iu
» dices, vt obstricti religione iudicarent, cùm iurassent, omnes,
» præter ipsum prætorem, nomina eorum libellis, vt suprà di-
» ximus, continebantur, & vbique habebantur, ne pro selectis
» iudicibus, vt fit in multitudine, aliqui suppositi corruptissi-
» me, iudicarent. Itaque ad prætoris tribunal, considerent, vt
» iudicaturi cum prætore suo. Hucusq; Pedianus. His si vnum ad-
huc è Liuio locum addiderimus, nihil video, quod in toto hoc tractatu porrò amplius desiderari possit. Is enim de Horatio qui sororẽ occidisset, loquens (nota enim est Historia) sic ait: Atrox
» visum id facinus patribus plebique, sed recens meritum facto
» obstabat: tamen raptus in Ius ad regem. Rex ne ipse tam tristis
» ingratique ad vulgus iudicij, aut secundum iudicium supplicij
» author esset, concilio populi aduocato, duumuiros, inquit, qui
» Horatio perduellionem iudicent, secundum legem facio. Lex
» horrendi carminis erat, duumuiri perduellionem iudicent, si à
» duumuiris prouocarit, prouocationem certato. Si vincent, ca-
» put obnubito infelici arbori reste suspendito, verberato, vel in-
» tra pomerium, vel extra pomerium. Hac lege duumuiri creati,
» qui se absoluere non rebantur, ea lege, ne innoxium quidem
» posse: cùm condemnassent, tum alter ex his: Publi Horati tibi
» perduellionem iudico inquit. Lictor colliga manus. Accesserat
» lictor, inijciebatque laqueum: tum Horatius authore Tullo, cle-
» mente legis interprete, prouoco inquit. Ita de prouocatione cer
» tatum ad populum est, moti homines sunt in eo iudicio, maxi-
» mè Publio Horatio patre proclamante, se filiam iure cęsam iu-
» dicare: ni ita esset, se proprio iure in filium animaduersurũ fuis-
» se. Qua causa factum est, vt absolutus sit à populo, magis admira
» tione virtutis, quàm iure causæ.

De processu prætoriorum & extraordinariorum iudiciorum.

PRætoriorum iudiciorum ratio non est vnius vbique modi: aliud enim ĩ adoptionibus, & manumissionibus, quę variè, tam secundùm ordinem, quàm extrà fiunt: aliud in bonorum possessionibus, missionibus in bona, & stipulationibus, quæ prætoriæ dicuntur, obseruatur. Nam quòd interdicta ferè soleant p actiones è spõso, de quibus supra est tractatum, expediri, notius est ex Fab. Quintiliano, quàm vt hic prolixioribus tractari debeat, sufficitque ad locum eum probè intelligendum, oratio Ciceronis pro Cecinna, cum tertia in Verrem actione, cumque aliis nonnullis orationibus, in quibus tum sanctorum rectorũ, tum etiam interdictorum tractatio pulchrè explicatur. Nam quid de bonorum possessionibus, quæ causa rei seruandæ impetrantur? quarum omnis via & ratio in latioribus Digestorum siue Pandectarum libris fusius est exposita. Illud tãtum breuiter admonendum est, præter ordinaria, tam ciuilium & criminalium, quàm prætoriarum rerum iudicia, esse quædam alia, quæ extraordinaria, & item quæ summaria vocantur. Nam in quibusdam casibus contingit, vt propter rerum & personarũ qualitatem, celeritatem res expostulet, & sine magnis reorum sumptibus debeat expediri. Sic dicimus, lenia coràm audire & discutere de plano proconsulem oportere. Item de plano expediri, vt obsequium parentibus & patronis, liberisque patronorum exhibeatur. l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi proconsul. Formam verò horum summariorum iudiciorum describit summus Pontifex his ferè verbis. clem. sæpe. de verb. signi. Sæpe contingit, quòd causas committimus, & in earum aliquibus, simpliciter & de plano, ac sine strepitu ac figura iudicii, procedi mandamus. De quorum significatione verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur: nos autem dubitationem huiusmodi, quantum nobis possibile est, decidere cupientes, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt iudex, cui taliter causam committimus, necessariò libellum nõ exigat: litis contestationem non postulet: in tempore etiam feriarum, ob necessitates hominum indultarum à iure, procedere valeat: amputet dilationum materiam: litem, quantum poterit, faciat breuiorem, exceptiones, appellationes dilatorias, & frustratorias repellendo: partium, aduocatorum, & procuratorũ contentiones, ac iurgia, testiumque superfluam multitudinem refrenando. Non sic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur: citationem verò ac præstationem iuramenti de calumnia, vel malitia, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi. Verùm quia iuxta petitionis formam pronuntiatio sequi debet, pro parte agentis & etiam rei, si quid petere voluerit, est in ipso litis exordio petitio facienda, siue scriptis, siue verbo actis, tamen continuò, (vt super quibus positiones ac articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, & vt fiat definitio clarior) inferendo, & quia positiones ad faciliorẽ expeditionẽ litium pp partium cõfessiones, & articulos, ad clariorẽ probationem vsus lõgęuus in causis admisit: nos vsum hmõi obseruari volentes, statuimus, vt Iudex sic deputatus à nobis (nisi aliud de partiũ voluntate procedat) ad dãdũ simul vtrisq; terminum dare possit, & ad exhibẽdum oĩa acta & munimenta, quibus partes vti volunt, in causa post dationem articulorũ, diem certam, qñcũq; sibi videbit, valeat assignare: eo saluo, q̃ vbi remissionem fieri contingeret, p testibus producẽdis, pñt etiã instra produci, assignatione hmõi non obstãte. Interrogabit etiam partes siue ad earũ instantiam, siue ex officio, qñcũq; hoc æquitas suadebit: sñam verò definitiuã, citatis ad id, licet nõ perẽptoriè, partibus in scriptis, & put magis sibi placuerit, stans vel sedens, pferat, ẽt si ei videbit, conclusione nõ facta, put ex petitione & pbatione & aliis actitatis actitatis in cã fuerit faciendũ. Hactenus summus Pontifex. Iam aũt exẽplum huius rei proditum est pulcherrimũ a Marcello iureconsulto, q sub titulo, De ijs quæ in testõ delenť, scribit in hac verba: Sñia Imperatoris Antonini Augusti, Pudente & Pollione cõsulibus. Cũ Valerius Nepos, mutata volũtate, inciderit testamẽtum suũ, & hæredum noĩa induxerit: hæreditas eius sm dii patris mei constitutionẽ ad eos, qui scripti fuerunt, pertinere non vť: & aduocatus fisci dixit. Vos habetis iudices vestros. Vinius Zeno dixit: Rogo domine Imperator, audias me patienter: de legatis quid statues? Antoninus Cæsar dixit: Videtur tibi voluisse testamentum valere, qui nomina hæredum induxerit?

Cornelius

Source : BIU Cujas

Ioach. Hopp. Phrif. de Iuris arte.

Cornelius Priſcianus aduocatus Leonis dixit: Nomina hæredũ tantùm induxit. Calpurnius Longinus aduocatus Fiſci dixit: Nõ poteſt vllum teſtamentum valere, quod hæredem non habet. Priſcianus dixit: Manumiſit quoſdam, & legata dedit. Antonin⁹ Cęſar, remotis omnibus, cùm deliberaſſet, & admitti rurſus eoſdem iuſſiſſet: dixit. Cauſa pręſens admittere videtur humaniorẽ interpretationem: vt ea duntaxat exiſtimemus, Nepotem irrita eſſe voluiſſe, quæ induxit, Hucuſque Marcellus. Quoniam autẽ de ipſa iuris condendarumque legum arte hactenus breuiter eſt expoſitum: non abs re fortaſſis erit, ſi tum de vſu eius ac vtilitate nonnihil attulerimus, tum de inſtitutione conformationeque illius, qui ad iuriſprudentiæ ſtudium ſit acceſſurus: nam in omnibus quidem diſciplinis ſic eſt comparatum, vt & natura conſtẽt, & arte ac exercitio. In legibus hoc vſu venit, vt earum vis ac virtus non minus in his, qui eas ſuſtineant, quàm in illis ipſis, quæ tabulis inſcriptæ ſunt, legibus, cernantur.

De vſu Huius artis.

AC quantum quidem ad vſum huius artis attinet, is, meo quidem iudicio, in hiſce potiſſimum tribus ſpectatur: in condẽdis legibus: in interpretandis: & in diſponendis. In condendo quidem, quoniam omnis lex, vt ſupra commemorauimus, partim proœmium habet, partim conſtitutionem, partim ſanctionem: primum illud ſciendum eſt, proœmia legum pleraque omnia, nõ aliunde, quàm ex prima totius artis parte repeti ſolere. Nã quod in Pandectis, ſubinde ab æquitate fit legis commẽdatio, ſubinde ab vtilitate ac frequenti vſu, ſubinde denique à ratione naturali: enimuero omne id vel à fine iuris iuſtitia, vel ab aliqua principiorum ſpecie deſumitur ac delibatur. Tantundem videre eſt & in illa Metelli Numidici grauis ac diſerti viri oratione, quam in cenſura dixit ad populum, de ducendis vxoribus, in qua, principijs naturalibus altius repetitis, demonſtrat, quoniam ita natura tradidit, vt nec cum mulieribus ſatis commode, nec ſine illis vllo modo viui poſſit: ſaluti perpetuę potius, quàm breui voluptati conſulendum eſſe. Idem & apud M. Portium Catonẽ, in oratione pro lege Oppia, & apud Ciceronẽ, de lege Agraria, & alijs infinitis fermè locis animaduertimus. Et quidem, licèt in ſcribendis & memorię commendandis legibus non ſemper, nec vbiq; hiſce proœmijs vtamur: attamen quoties maioris alicuius tractatus exordium ſumendum eſt, perſępè fit, vt proœmiũ ſine vitio prętermitti nõ poſſit. Adhęc in roganda ſuadendaque lege, ac dicunda in ſenatu ſententia: nihil eſt quod maiorem laudem ac vſum, opportunitatemq; habeat, quàm poſſe ſentẽtiæ ſuæ rationem à primis illis naturæ fontibus repetere: quanquam tamen non ignorẽ propter omnium membrorum huius artis inter ſe connexionem, ſubinde fieri, vt ipſa legum proœmia, non tã à prima parte, quàm vel à ſecunda, vel à tertia ducantur. Conſtitutionum ſedes in parte ferè ſecunda collocatur, & propoſita quidẽ aliqua quæſtione, primum hoc exquiritur, cuius ea potiſſimum loci ſit & ordinis, hoc eſt, vtrum ne ad fictionem potius an ad q̃ſtionem, an ſit, quid ſit, aut quale ſit, referri debeat, vtrùm ve abſolutè magis, an ſecundùm circunſtantias expẽdi: quo inuẽto, hoc poſt deinde ſequitur, vt ſecundùm loci ſui naturam & rationem ſupputetur, & quòd amplius eſt, propter ſummam poſteriorum ex prioribus aptitudinem, ad prima principia iuris, & finẽ vſque reuocetur. Hinc ſi de maris ac fœminæ coniunctione in Republica conſtituenda quæratur, primum ſatis intelligimus, eam quæſtionem, neque fictionis eſſe, neque coniecturæ, neque definitionis, item neque circunſtantiarum, neque aſyſtatorum, neque eorum omnium, quę abditam quandam habeant iuris rationem, ſed ad eum propriè locũ referri, in quo de qualitate agitur: vtrũ ſcilicet bonum ſit in Republica matrimonium habere, nec ne. Atque in ea re explicanda, mox illud occurrit, nihil hãc rem admodum pertinere, ad eam huius loci partem, quę de honeſtate diſputat, & ad eam, quæ de pulchro, multo minus, ex quibus ſtatim conſequitur, totam quęſtionem vtilitatis ac neceſſitatis eſſe, videlicet, vtrũ neceſſitati potius propagãdæ ſobolis, an caſtitati cœlibatuique ſit ſeruiẽdum in repub. In cuius quidem quæſtionis enudatione, iam ipſa res loquitur, tum principia iuris, & maximè quidem naturalia, conſului oportere, tum verò finẽ ipſum iuſtitiam, quæ pro rei ſubiectę natura, ſubinde perfectã & expletam virtutem requirit, ſubinde mediocritate quadam officiorũ eſt contenta. Sanctiones legum ad partem huius artis tertiam referuntur, quę quidem, non tam per regulas, quam exemplo (ſic enim hoc viſum eſt commodius) docet, quomodo id q̃ vel natura, vel lege iuſſum ac vetitũ eſt, ad effectũ ſuum perduci poſſit, idque ſiue ordinem ipſum ſpectes, quo procedatur in iudicio, ſiue actiones legis & pœnas, quibus maleficia vindicantur. Sed quẽadmodum de conſtitutionibus ſupra dictum eſt, eas principiorum vſu & cognitione indigere: ita etiam hoc loco vſu venit, vt ſine ſecunda parte ac prima ſanctiones commodè fieri non poſſint. Et quidem quantum ad iuſtitiam, ſiue finem iuris attinet, vtique certũ eſt, in pœnis nihil magis curandum ad reſpiciendum eſſe, quàm vt ſecundùm veram iuſtamq; proportionem, pœna noxæ par conſtituatur. Atque hæc quidem de vſu huius artis in condendis legibus. Interpretatio legum quemadmodũ fieri debeat, partim ſuis locis eſt expoſitũ, partim ex ipſa vniuerſa iuris arte depromi poteſt. Nam cùm eius tres ſint omnino partes, Hiſtorica, Etymologica, & Analogica. Hiſtorica, nulla alia re magis continetur, quàm ſi oſtendas, cuius tandem iuris ſit ea lex, quæ proponitur, põtificalis an ciuilis, publici an priuati, militaris an quæſtorij, de quibus idoneo loco tractatũ eſt. Ad Etymologicã pertinet, cauſas legũ & rationes conſectari, quę quidem tũ finis ſunt, & principiorum iuris, tum aliarum etiam duarum partim ex illis dependentium: nam quemadmodũ in reliquis oĩbus artibus, ita etiam hic cõtingit, vt vna pars ſine alia nõ ſatis percipi & cognoſci poſſit. Analogicę partis eſt, antinomias cõciliare, quod quidem quẽadmodum recte fiat, ſatis eſt in ſuperioribus à nobis traditum. Diſpoſitio legum, vel ſecundùm ordinem ipſius artis conſtituitur, vel ſecundùm res ſubiectas, vel ſecũdùm actiones, vel permiſtè. Secundùm ordinem ipſius artis compoſitus eſt liber Inſtitutionũ ciuiliũ, q̃ primo loco tractat, de iuſtitia & iure. ſecundò, de perſonis & rebus, ac earum legibus. tertiò, de actionibus & iudicijs. Ad rerum ipſarum ordinem, magna pars Codicis Iuſtinianęi eſt conformata: nam in eo ſeparatim agitur de reb⁹ diuinis, publicis, priuatis, militaribus & q̃ſtorijs. Ad Actionũ capita præcipue redacta eſt maior pars Pandectarum, ſiue Digeſtorum iuris ciuilis: quãquàm tamen, non malè dici poſſit, librum illum, tanquàm perfectum & plenum, generum omnium participem eſſe, quemadmodum opportuno loco demonſtrabitur.

De iis qui leges ſuſtinent & eorum diuiſione.

NVnc illud ſequitur, vt videamus, quẽadmodũ illi porrò, qui iura ſuſtinẽt, & eorũ doctrinæ ac rationes, cũ hac quoque iuris arte ac facultate congruant. Nam ſi, quemadmodum eſt apud Philonem, non vno in loco, ad moderandam gubernãdãque Rempublicam, non ſolùm ſcriptis, aut in more poſitis legibus, quæ præceptis cogant & prohibeant: verùmetiam viuis & ſpirantibus, ideſt principibus & magiſtratibus, qui exemplo regant ciuitatem, indigemus: non abs re, vt opinor, facturi ſimus, ſi poſt demonſtratum vſum huius artis in legibus ſcriptis: ſimul etiam operam demus, vt & non ſcriptas ſeu loquentes leges ad eandem quoque regulam accommodemus, & quibus doctrinis artibusque parati & expoliti, tũ perfecti iureconſulti, tum principes, magiſtratus eſſe debeant, edoceamus. Certè nemo eſt, qui nõ intelligat, ſi modo memoriam temporũ replicare velit, mores principium pro regula quadam & lege ſemper habitos eſſe, & qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerint, talem cũctam quoq; ciuitatẽ fuiſſe, & quæcunq; mutatio vitę, victus, & morũ in principibus extiterit, eandem in populo ferè ſequutam. Item plus q̃ manifeſtũ eſt, per eos qui iuriſdictioni præſunt, effectum rei accipi, & parũ eſſe in ciuitate ius reperiri, niſi ſint q̃ iura reddere poſſint: nec conſtare etiam poſſe ipſa iura, niſi ſint aliqui iuriſperiti, per quos quotidie in melius producãtur. Ergo, quemadmodum in multis legibus faciẽdũ cẽſuimus, ſic etiã periclitemur in loquẽtibus, ecquid ad huius artis rationẽ traduci & accõmodari poſſint? Tria diximus verſari in Republica, quibus vniuerſa iuris & legum condendarum ars cõtineatur: Ipſius per ſe boni & æqui cognitionem diuinarum humanarumq; rerum, & iuſti ac iniuſti, per eas diſtributi, ſcientiam: fori deniq; ac iudiciorum vſum & exercitationem. Ad hæc tria, tria quoq; adhiberi hominum diuerſa genera certum eſt. Alij. n. ſunt, qui ſapientia, caliditateq; præſtantes & ſolertia, tũ conſulti & ſapientes, tum verò iuriſperiti nominantur. Alij verò, qui dominatu & authoritate potẽtes, partim principes, partim magiſtratus appellantur. Alij deniq uc, qui vitæ ſobrietate, ac morum actuumq; omnium cõſtantia inſignes, aliàs Pontifices & ſacerdotes, aliàs Prætores & iudices dicuntur. Ab his tribus hominum generibus, nõ ſolùm omnium iuris partium, verùmetiam totius ciuitatis ac Reipublicæ rectio ſubſtinetur. Hi ſunt qui apud Romanos, σοφοι, magiſtratus, & põtifices: apud Iudæos Prophetæ, Reges, & Sacerdotes, apud nos hodie Doctores, Principes & iudices appellantur. Nã quod Poętę de Minoè Cretenſium rege fabulantur, quòd videlicet nouẽ annis à Ioue inſtitutus leges tuleri⁹, & Radamanthum cauſis diſceptandis iudicandisque præfecerit: quid tãdẽ aliud ſignificat, q̃ leges omnes non ſcriptas, quas viuentes appellauimus, in iis qui ſapientia, authoritate ac iuſtitia præcellunt, conſiſtere? Et certè initio cuiuſq; ciuitatis nõ ſunt olim apud maiores noſtros leges conſtitutæ: ſed iuſtitiæ fruendæ gratia, prudentes ac bene morati Reges electi, qui prohiberent iniuria tenuiores contra eos, qui maiores opes haberent, & à quibus premerentur, quique æquitate conſtituenda, ſummos cum infimis, & infimos cum ſummis, non deſcriptis quidem legibus, ſed manu ſua regia, vt inquit Pomponius, retinerent. Tum verò demum ad ipſam legum ſcriptionem deuentum eſt, poſtquàm poſteriores principes, à patrijs virtutibus deficere, & pro libidine ſua magis, quàm pro æquitate, rem gerere cœperunt. De his ergo tribus hominum

Source : BIU Cujas

hominum generibus,prudentibus ſcilicet, legumlatoribus, & iudicibus,ſic tractabimus,vt primum aperiamus, & quomodo corrigi poſſint,oſtendamus,vitia,quæ non ſolum concipere ipſi ſolent, verumetiam in totam porrò Rempublicam & ciuitatem infundere.Deinde autem demonſtrabimus, quod cuiuſq; eorum ſit officium, tum in vita communi ac moribus, tum in fundanda regendaque legibus ciuitate: vna pertractantes quibuſnam tandem artibus doctrinisque perfectos ac tinctos oporteat eſſe eos, qui ad exactam diuinarum ac humanarum rerum cognitionem, & totius adeò Reipublicæ moderationem ſint peruenturi.

De vitijs,Quę ab ijs qui leges ſuſtinent,vitari debent.

PRimum autem & maximum vitium, quod omnes vbique Reſpublicas peruertit, in eo conſiſtit, quòd eos rerum publicarum,& legum tractationem adiungimus, qui vel à natura non ſatis ad eam rem formati, vel morum & conſuetudinum prauitate corrupti, & quaſi contorti ſunt. Quis non intelligit, ciuitates omnes à nullis penitus aliis, quàm qui plenam perfectamque ipſius iuſti cognitionem habeant,contineri? Quis non videt,ad ipſam ſpeciem ideamque iuſticiæ non alium pertingere,ac ingenii ſui acie peruadere poſſe,niſi cui aurum Deus, primo ſtatim ortu, vt inquit Plato, infuderit? & diuinam quandam ingenij celeritatem & lucem circundederit? Si ergo ad eos rerum ſumma deferatur,quibus vel æs tantum,vel ferrum à natura datum eſt,quique tum propter ingenii tarditatem ad ea nunquam oculos attollunt,quæ ſola mente ac ſcientia præhendi,ſed in ſenſum tantum oculorum cadętia, probabilitate quadam animum pulſare poſſunt: tum verò propter naturalem auri & argenti indigentiam,non tam ad ſalutem popularium ſuorum,quàm opum & honorum amplificationem reſpiciunt: ſi inquam ad eos Reſpublica & legis adminiſtratio deuoluatur, cui dubium eſſe poteſt,quin eã,partim ipſius ſummi boni ignoratione,partim pecuniarum & honorum cupiditate,confeſtim concuſſuri,& ſtirpitus euerſuri ſint? Qualia putas eos opinionũ monſtra,quales peregrinitates in Rempublicam infundere,qui in vmbras tantùm ac imagines intueri,& nunquam,niſi conniuentibus & caligantibus oculis in ipſum veritatis ſolem inſpicere poſſunt? Quantas eos ciuitatum & populorum ſtrages edere,qui cuncta non virtute, vt oportet, & honeſtate,ſed diuitiarum tantùm abundantia, & honorum ambitione metiuntur, quique leges ſacroſanctas, quarum publicè profeſſionem ſuſtinent,non à virtute,iuſticia,honeſtate, prudentia, quemadmodum decet:ſed à munuſculis,quæ percipiunt,& ſordibus, & deteſtandis pecuniæ membris, in publica exedra iuuenibus laudare non verentur? Hoc ergo primum & maximum vitium eſt in Republica, quod ad myſteriorum boni & æqui tractationem, admittuntur ij, qui neque ingenii qualitate ad ipſum vnquam bonum intelligendum,nec voluntate ad id quod iuſtum eſt,ſ faciendum,peruenire queunt.Iam autem ſecundò,quòd etiam illi quos natura habiles finxit & idoneos,partim doctorum negligentia,partim praua inſtitutione corrumpuntur, & quò minus ad maturam frugem aſſurgere poſſint,impediuntur: non in minorem reprehenſionem,immo,ſi verũ dicere volumus, multis partibus maiorem,incurrere debet.An eſt,q ab inerti & lãguẽti ingenio reipubl. magnopere metuamus? An eſt q ab ijs magnas procellas ac tempeſtates rerumpubl.expectemus, qui neq; ſolertes natura ſunt,neque dociles? nullo modo. Quos natura callidos,verſutos,ſagaces,acutos,effecit: quos multiplices,prouidos,memores,plenos rationis & conſilii finxit: ad eos,ſi non recta,vt oportet,& legitima diſciplina adhibeatur, ſi doctorum vel ſocordia ſylueſcant,vel peruerſitate à virtute ad auri & honorum cupiditatem detorqueantur:illi demum ſunt, inquam, illi ſunt, à quibus omnia curatum naufragia exiſtunt, quiq; ſuũ commodi cauſa cunctas nationes & populos commouere, leges oẽs tam publicas,q priuatas perrumpere,& diuina pariter & humana miſcere,non extimeſcunt. Quid quæſo poteſt excogitari indignius,q præclara illa ingenia,quæ ad rerum diuinarum perceptionem Deus erexit,& ad ipſius cœli, quaſi cognationis domicilliq; priſtini conſpectum excitauit, cùm beluis & brutis animantibus ad paſtum abiici, & nõ vtilitatibus & commodis publicis,ſed ſuis tantummodo ambitionibus inſeruire ac honoribus,edoceri? Quid tandem in Republica pernicioſius,q illos, quibus tum inſtituendæ, tum gubernandæ ciuitatis cura commiſſa eſt,nõ ad ipſius iuſti & virtutis diſcipulos ſuos & liberos, ſed ad pecuniarum & honorum deteſtanda ſtudia traducere? Ergo hoc ſecundum eſt in ciuitate vitium, quod quidem quouis hoſte ac tyrãno,multò ſæuius ac atrocius graſſatur. Sed emanat ab iſto ſecundo tertium,quod certè non minus capitale eſt, ac pernitioſum. Ex iis,quæ in ſuperioribus ſunt tradita, ſatis intelligitur,neminem ad legum tractationem rectè accedere, & ad ſummam illam,q quærimus, perfectionem peruenire poſſe, niſi qui prius multis,& iis magnis artibus ſit imbutus. Sine pleną ptectaq; vniuerſæ philoſophię cognitione,neq; de diuinis, neq; de naturalibus principiis,neq; de perfecta, neq; de imperfecta Republica põt iudicari.Sine antiquitatis cognitione,& rerũ geſtarũ memoria, neq; de externis principiis, neq; de particularibus,neq; de his,neq; de illis hominũ moribus & negotiis põt tractari. Sine linguarum deniq;,ac oĩum, quæ ad humanitatem pertinẽt artium,cognitione,neq; legi,neq; intelligi, neq; tradi, neq; ad vſum deduci leges noſtræ, quibus vtimur, queq; ſumma elegantia conſcriptæ,ac politiſſima arte perfectæ ſunt, vllo modo poſſunt.Qui iam ſunt(quæſo) omnium eorum, qui ſe ad diuina iuris ſtudia applicare cogitantes,prius ad eas, quas commemorauimus diſciplinas,adiungunt? Qui ſunt,qui eas vel primis ſaltem labris attigere ac deliberare conantur? Profectò metuentes,ne per philoſophiam, ab opum & ambitionum ſtudijs retrahantur,non paucis quidem philoſophantur, vt ille,ſed nihil penitus.Multorũ populorũ mores, leges, & iura diſcere volẽtes,cũ id tps requirere videãt & diligentiã, nihil prorſus attingunt eiuſmodi,videlicet,ne cum prima ſtatim ætate ad Rempublicam accedere in animo habeant (quod peſſimi certè exempli eſt) quicquam inferatur obſtaculi, quod liberum eorũ curſum,& ſecundam nauigationem impediat. Qm deniq; cũcta illa,quæ apud interpretes iuris reperiuntur, ex quibus magis,q ex legibus ius dr,non eleganter,ornatè,propriè,purè, & illuminatè:ſed potius p,horridè,incultè,confusè,perturbatè,impropriè, & vt ſemel dicam,indoctè tractata, & denſiſſimis ab omni parte barbarię tenebris obſita vident: facilè adducũtur,vt ſui compendii gratia,eas artes contemnant & negligant,ex quibus nullum lucrum ſperare poſſunt. Pro philoſophia cauillatricẽ quãdam,non artem,ſed peritiam addiſcunt,vt loquantur, habeant. Pro politicis diſciplinis adulationem, qua hominum ſtudia ſe complecti & tenere poſſe arbitrantur. Pro puriore ac politiore doctrina nihil aliud, q obſcuram quandam ac fœdam barbariem ſequuntur. Atq; his quidem rebus fit,vt nec diuinas res cõmodè tractare ſciant,vtpote quorum oculi ad eas,quemadmodum veſpertilionum ad ſolem,caligant ac obſcurãtur: nec humanas,vt qui eas nunquã propius inſpicere didicerint,nec deniq; ipſum quod profitentur ius ciuile, vt qui iis artibus ac facultatibus infecti ac tincti non ſint, ſine quibus ius ciuile nec intelligi,nec explicari poteſt. Verũ omne id quod in eorũ ſcięntia verſatur,nihil eſt profectò aliud, q vel ſophiſmatũ pro veris rationibus,vel inanium pro legibus authoritatum, ex ſe inuicem infinitè dependentium connexio quædam & colligatio. Sed hæc quidem tria vitia ſunt eorum, quæ ipſum iuris ſtudium antecedunt.Iam ex hiſce tribus vitiis emergunt tria alia,quæ ipſam ſtudiorũ rationẽ penitus peruertũt. Vnũ eſt,q ipſum vniuerſum legũ quaſi corpus nunq cognoſcunt pleriq; oẽs,ſed circa particulas tantũ quaſdã verſantes, & neſcio quã diſputandi facultatẽ,ſibi parãtes,in medium ſtatim prorumpunt. Quid,an nõ hac rõne neceſſum eſt,vt multa legibus propalam expreſſa reperiãtur,quæ ijs nec audita ſunt,nec cognita? An non manifeſtũ eſt, nunq eos poſſe,totã aliquã,& perfectã formã ac ſpeciẽ legũlationis, aĩo cõcipere? Pulchrè me hercule ſtatuit Philo Iudęus, ita demũ ad magiſtratũ & iuris dicũdi officiũ admitti debere aliquẽ ſi prius leges,non modo vniuerſas perlegerit,verum in cõpendium etiam & breuiarium aliquod contraxerit. Et certe in hiſce noſtris ciuilibus & Romanis legibus nihil eſt facilius,q totius libri Pãdectarum ſiue Digeſtorum primum ordinem quẽadmodum idoneo loco periclitati ſumus, comprehendere, & deinde ipſas vniuſcuiuſque tituli leges,ad certa quędam capita, idque nulla penitus facta mutatione (in quo multi grauiter peccant) reuocare.Alterũ vitiũ eſt,quod in enudandis explicãdisq; ſingulis legibus,plerunq; ſine arte ac methodo procedit.Si verba ſpectes,nihil interpretibus noſtris,nec nudius,nec ſpinoſius, nec confragoſius,excogitari poteſt. Si viam ac rationem docendi,præter ſcopas diſſolutas nihil reperies. Si deniq; rem ipſam q tractandam ſuſcipiũt,hoc pleriſq; omnibus ſolẽne eſt, nihil ſuo loco dicere,omnia tractare,præter propoſitum. Tertium vitiũ eſt,quod propter antiquitatis & primæ iuriſprudentiæ,hoc eſt, philoſophiæ ignorationem, in mille peregrinitates interpretationum & abſurditates deducuntur. Nam quid opus eſt, nunc ea in medium proferre, quæ vel ab ijs qui leuiter eas literas deguſtarunt,a quibus docti appellantur,animaduerti poſſunt? totus ordo iudiciorũ,oẽs ſpecies actionũ, plurima genera contractuum & commerciorũ,infinita deniq; in nuptijs,tutelis, vſucapionibus,teſtamentis,& alijs conſimilibus demonſtrant,non ſolũ ipſas leges malè à Barbaris accipi ac enarrari, ſed vniuerſam adeo rẽpublicam ad eorum interpretationem ita mutatam & transformatam eſſe, vt veteris illius Romanæ reipublicæ vix vlla amplius apud nos veſtigia ſuperſint. Qua quidem re fit,vt tũ in ſumma rerum oĩum obſcuritate,quæ, ſi veterem haberemus rempublicam,nulla eſſet,verſemur: tũ verò,vt Romanæ leges, nõ tam reipſam nobis proſint & directò, quàm argumentatione tantùm & ſententia per obliquum. Tractatus imperij & iuriſdictionis,quantas apud omnes interpretes turbas vbique det nemo eſt qui ignorat. Id verò nulla alia cauſa contingere, quàm ob mutatam officiorum & iudiciorum rationem, vel illud

Source : BIU Cujas

lud ſolum argumento eſſe poteſt, quòd inter veteres iureconſul tos ne vnum quidem ea de re fermè verbum commutetur. Et quòd ea quæ de iudice dato, de mixto imperio, de ſanctis tectis, de interdictis, legibus paſſim noſtris adſpergũtur, nullum nobis directum vſum prębere poſſunt, vel ex eo ſolo licet intelligere, quòd ordo ille magiſtratuum, ad quem illa referuntur, totus interciderit. Atque ita conſequenter indè conficitur, non ad aliud proficere nobis in ijs leges Romanas, idq; primùm vitio barbarorum interpretum, quàm vt ex ijs argumenta quædam duci, & ſimilia tãtùm componi poſſint. Verùm hæc de illis tribus vitijs, quæ totam rationem ſtudiorum & ſcholarum inficiunt. Superſunt totidem, & in ipſo quoq; foro, ac gubernatione ciuitatis vitia. Nam pręter hoc, quòd magno totius Reipublicę detrimẽto, non experientes homines, ſed rudes: non docti, ſed indocti: non graues, ſed leues: non ſenes, ſed pueri, frequenter accedunt ad Rempub. quid? an hoc primùm tolerandum eſt, q̃ ineruditi alicuius barbari interpretis aſſertioni, plus momenti & ponderis in iudicijs, quàm vel manifeſtę legum authoritati, vel rationum cum legibus coniunctarum grauitati nonnunquam tribuitur? Quid ſit legum ſacroſanctam voluntatem prodere ac perrumpere, non ſatis ſcio, ſi hoc non eſt. Idem puto iudicandum, & de illo altero, quòd tanta interpretantiũ multitudo, cõtra manifeſtam Iuſtiniani voluntatem, toleratur, quodq̃ue illorum opiniones & ſententiæ non rationum & legum pondere, ſed ſolo numero æſtimantur. Cui & hoc accedit tertiùm, quod ipſarum legum ciuilium cuſtodiam, & publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus. Nam ita fit, vt cùm non à nomophylacibus, quemadmodum apud Gręcos, ſed à librarijs tantùm leges petere poſſimus: nunquam ſatis de ipſa lege conuenire queat, & non tã certis & deſcriptis legibus degere, quàm pragmaticorum, & leguleiorum hominum commentis viuere, dici debeamus. Sed de iis vitiis, quę tum incœpta eorum qui leges ſuſtinent, tum verò ſtudia & iudicia perturbant, iam ſatis, vt puto, dictum eſt. Nam q̃ ex iis omnia porrò ſcelera, ſicæ, venena, falſa teſtamenta naſcuntur, quòd inde furta, peculatus, expilationes ſociorum & ciuium, opum nimiarum potentiæ non ferendæ, poſtremò etiam in liberis ciuitatibus regnandi cupiditates, & legum contortiones exiſtunt, quibus nihil nec tetrius, nec fœdius excogitari poteſt: quid eſt opus pluribus hoc loci commemorare? Ipſa enim quotidie res & vſus docet, etiam eos qui mediocres ſunt, & non omnino hiſce vitijs infecti, à vera perfectaq̃ue Reipublicæ rectione, longiſſimè abeſſe, nec poſſe populos reuera ſanare, ſed tanquam imperitos medicos, in ſuis imperfectis moribus, tãquam ægrotantium quibuſdam lectulis, vt inquit Plato, languentes conſeruare. Nam ſi quis eſt ferè de decem milibus, qui ſummo Dei munere (nã humanis ſtudiis id fieri nõ poteſt) purus & ſyncerus euaſerit, & ex hiſce vitiorum, tanquam tempeſtatibus quibuſdam & naufragiis elapſus, ad perfectam boni & æqui cognitionem peruenerit: ſi quis inquam talis reperiatur: is vel confeſtim, cùm nullam nefariam cum aliis ſocietatem vult inire, non aliter atque homo qui in feras incidit, dilaniatur & perit: vel nullum ſtudio ſapientiaq̃; ſua, dignum reportat fructum, ob id quòd pura ſynceraq̃ue philoſophiæ præcepta, in communes haſce Reſpublicas incidentia, non aliter atque peregrina ſemina, in alienum ſolum iniecta, degenerant, & amiſſa propria virtute, in aliam quandam ſpeciem formamq̃; tranſmutantur. Atque hæc videns ille, nihil putat eſſe ſatius, quàm ab harum rerum inferiorum tractatione, ſe abducere, & ad vmbratilem ac tranquillam vitam perfugere, atque alios porrò omnes, vtì idẽ imitentur, etiam atque etiam admonere. Quaſi ſcilicet, cùm ea, quæ perfecta expletaq̃ue ſunt, obtineri in populo non poſſint, ſatis ſit, tanquam in procella, dum turbine cælũ ac ventis, & pulueribus agitatur, intra parietas domi tuto ſe continere, & dum alii nunc his nunc illis ſcelerum fluctibus obruuntur, & ſurſum ac deorſum iactantur, ita ſe collocare, vt intrò ſe recipiat, & purus ac integer permanens in ſumma mentis trãquillitate, ſedataq̃ue conſtantia degat, & decurſis vitæ ſuę ſpatiis cum bona tandem ſpe hilaris ac pius decedat.

De Officio eorum qui leges ſuſtinent, & de artibus quibus inſtructi eſſe debent.

NVnc ſequitur, vt videndum ſit de officio tum Iureconſulti & legumlatoris, tum verò iudicis: & quibus diſciplinis ac artibus formati, expolitiq̃; eſſe debeant. Perfectum Iureconſultum vocamus non eum, qui vel pragmaticus, vel leguleius, vel preco aliquis actionũ, vel cautor formularum, vel auceps ſyllabarum ſit, vel in huius aut illius ciuitatis regionisve moribus & legibus verſatus: ſed qui omnium diuinarum & humanarum rerum notitiam, & iuſti & iniuſti per eas diſtributi ſcientiam poſſidet: idq̃ue ſiue apud hos, ſiue apud illos populos degat, ſiue de rebus diuinis & humanis exterioribus, ſiue etiam de interioribus tractetur. Officium verò eius ac munus longè ſanè ac latè porrigitur, & per omnes omnino Reipublicæ partes ac mẽbra diſpargitur. Diuiſam conſtat eſſe totam ciuitatis informationem, tum in eam partem, quæ in doctrina inſtitutioneq̃; quemadmodum author eſt cum Platone Xenophon, verſatur, tum in eam, quæ regendæ gubernandæq̃ue ciuitati præſidet, quæ quidem vel ad principes pertinet, vel ad ſubditos, vel ad medios, inter principes & populares, magiſtratus, ſiue iudices. Ad has omnes partes, ſic vocatur Iureconſultus, ſiue ſapiẽs, vt nulla ſit omnino pars, quæ illius beneficio, vacare vel carere poſſit. Primùm in inſtitutione ſic debet verſari, vt ea quæ proœmia legum à Platone vocari diximus, qualia ſunt, quæ ad temperantiam, fortitudinem, prudentiam, iuſtitiam, & omnem denique virtutem pertinent, non iis tantùm qui ad Rempublicam acceſſuri ſint, ſed toti ſæpe populo proponat. In iis, quibus hodie viuimus, legibus tradendis, ſic progredietur, vt primo loco libros Inſtitutionũ tradat, qui præexercitamentorum loco ſunt. Secundo, Digeſtorum ſiue Pandectarum, qui vniuerſam, & omnibus ſuis numeris abſolutam legum traditionem cõtinent. Tertio, Iuſtinianæi codicis & nouellarũ, qui multa ſupplent, corrigunt, & emendãt de prioribus. Sed hic ſunt obſeruandi quatuor ipſius lectionis quaſi gradus. Prima lectione ſatis ſit, voluntatem & ſententiam legiſlatoris in pleriſque aſſequi: quod quidem ita poterit obtineri, ſi tum verba diligenter explicentur, tum verò à generalibus ad ſpecialia pedetẽtim fiat profectio, & principiò quidem omnium titulorum, tum connexio, tum explicatio in vnum quaſi conſpectum proponatur: pòſt deinde verò, eorum quæ ſub titulis traduntur, partim ſecũdum quæ ſuprà memorauimus, diuiſio, partim enarratio quędam facilis & expedita exhibeatur. Secunda lectione, paulò altiùs eſt aſſurgendum, & non ſolùm in id quod vult legumlator, ſed cur ita velit, & quam cauſam ac rationem in ſingulis habeat, inquirendum. Ad quam quidem rem mirificè conducit, ſubindè legum ipſarum inter ſe collatio, ſubindè præceptionum philoſophicarum, & ipſius antiquitatis cognitio. Eſtq̃ue nõ tantùm in nonnullis quærẽdum, cur hoc vel illo modo ſit aliquid cõſtitutũ, ſed etiã quæ dubitandi & ambigẽdi ratio eſſe poſſit. Tertia lectio, ad legum prima ſpecie diſcrepantium conciliationẽ nititur, quæ quidẽ conciliatio, nõ ſolum hoc efficit, vt ipſa iuris quaſi harmonia intelligatur, verùmetiã, vt quid quaque lege dicatur, & quã rationem habeat, plenè tandẽ ac perfectè ſine vlla hæſitatione cognoſcatur. Sed eſt ad illam rem neceſſaria ſumma in diſtinguendis ſeparandisq̃ue ſpeciebus ſubtilitas, quæ plerumq̃ue quidem ex verbis ipſis, quæ diligenter intuenda ſunt, nonnũquã verò ex poſitu legũ & ipſis titulis, ſub quibus leges continentur, capi debet: adferũtque ei rei multum lucis, partim diſputationes ſcholaſticæ, partim interpretationes noſtrorum prudentũ, quas quidem hactenus puto recipiendas, vt ne ipſius veritatis indagationi quidquam adferant præiudicii. Quarta denique lectio, ad ipſum fori vſum, & ipſum puluerem ac ſolem ſe præparat. Intellectis enim probè legibus, è re fuerit, vt ſua ſponte q̃s exſpaciari, & ſuo marte pedem proferre incipiat. Nam cùm notiſſimũ ſit, non ita leges ſcribi poſſe, vt omnes caſus, qui quandoque incidere queant, comprehendãtur: huius quartæ lectionis munus eſt, eas ſpecies, quę inter manus quotidie verſantur, cum iis, quæ legibus propalam expreſſæ ſunt, cõponere: & quomodo ab iis quæ ſcripta nõ ſunt, ad ea quę ſcripta nõ ſunt, argumẽta duci poſſint, indagare. Atque in hac quidem re ſic poterit progredi, vt aliàs quoddam ſibi iuriſprudentiæ breuiarium faciat, quemadmodũ Philo præcipit, aliàs verò, locos quoſdam communes, in quos cuncta negotia coniicere poſſit, conſcribat. Nam hac ratione conſequetur, vt & ea quæ legibus deſcripta ſunt, & ea, quæ in res quotidianas incurrere ſolent, ad manum habeat. Verùm hæc hactenus de illo iuriſperiti officio, quod ad erudiendam informandamq̃; ciuitatem pertinet. Nunc autem, quid principi ac populo iudici buſq̃ue pręſtare debeat, non eſt in obſcuro. Si enim legibus munienda fundandaq̃ue eſt ciuitas, quid? an alium adhibebimus principi ciuitatis, quàm q̃ ſciat, vt inquit ille, Publica priuatis ſecernere, ſacra prophanis, Concubitu prohibere vago, dare iura maritis, Oppida moliri, leges incidere ligno? Si leges conditę, vel in ordinem includendæ, vel corrigendæ, vel amputandæ, vel explicandæ, vel aliquo denique modo interpretandę ſunt, nònne illum adſciſcet ſibi princeps, qui iuris nodos, & legum ænigmata callet? Quantum autem populo exhibeat conſultus, vel ſola, vt inquit Cicero, Quinti Mutii ianua teſtis eſſe poteſt, quę etiam in infirmiſſima eius valetudine affectaq̃ue iam tum ætate maxima quotidie frequentia ciuium, & ſummorum hominum ſplẽdore celebrari ſolebat. Sed eſt diligenter ab iis, qui ſe conſultoribus prębent, cauendum, ne ad gratiam eius, qui conſultationem proponitur, reſpondeant, nève eum quem adiuuare debent, decipiant, & in ſumptũ inanem coniiciant. Quod quidem multò religioſiùs cuſtodiendum eſt in iis reſponſis, quibus ad ea, de quibus iudex ambigit, reſpondetur: quæ quidem reſponſa, quoniã ipſius rei iudicatæ inſtar obtinent, non debent ſolis interpretum opinionibus & ſententiis, ſed vel ipſis apertè legibus, vel manifeſtiſſimis ſecundùm leges rationibus, eſſe ſubnixa. Nunc trãſeam[9] ad ipſius legũlatoris officia. Nã eius primũ, & haud ſcio an maximũ, munus eſt, vt omnib. q̃ in ciuitate ſunt, ſpecimẽ ſit;

vt

vt inquit Cicero. Nam quemadmodum cupiditatibus principū & vitijs infici ſolet tota ciuitas: ſic ꝺ, emēdari, & corrigi ꝓtinentia. Et certè in ijs, quos Philo leges nō ſcriptas vocat, hominibꝰ, ī qbus eſt Abrahā, Iacob, Ioſeph, cū nōnullis alijs, hoc licèt paſſim in ſacris literis obſeruare, ꝙ ad eorū vitam & rōnē, oēs poſt deinde poſterorū mores, tanꝝ ad certā legē, & regulā exigunt. Atq; id adeo eſt, qđ nos ex Diuo Paulo ferè dicimus: Oēm Chri actionē noſtram eſſe inſtitutionem. Alterū legumlatoris officiū eſt, vt in conſcribendis legibus & moribus ſerendis prudenter ac prouidè verſetur. Nam quemadmodū pictores tabulā prius, qꝫ pingant, abluunt, expurgant, abradunt, ita & oportet eum, qui leges populo laturus ſit, ante oīa præcidere, auerruncare, & ſtirpitus euellere id, quod prauum in eo eſt & vitioſum.

Videturq; non alio conſilio populū ſuum Moſes iuſſu Dñi ab oībus gentibus ſegregaſſe, ac in vaſtas ſolitudines abduxiſſe, qꝫ vt eam integrā, purā, ſynceram, & ab oībus aliorum hoīum vitijs, alienā haberet, priusꝙ ad leges ferendas, & Rempublicā conformandā accederet. Quantum aūt ad ipſas leges attinet, ſic ſtatuet, vt ſe, non pro ipſo legum authore, ſed authoris Dei interprete ac inſtrumento habeat: cogitans, cor regis in manu Dñi eſſe, & Moſen, non ipſum per ſe, ſed dictante Dño, leges ſuas cō ſcripſiſſe. Nā hoc illud ipſum eſt, qđ vult Homerus, cū ſceptrū Agamemnonis, non ab hominibus, ſed à Dijs immortalibus fabricatū, & ab ipſo Ioue ꝓ multas manus ei traditū fabulat. Iā verò legū ordinē ſic diſponet, vt primò certa q̄dā, & ea pauca capita cōſtituat, ex qbus oēs porrò leges inferiores, tanꝝ ex ſuis fontibus emergāt, & effluāt, & ad q̄, tanꝝ ad ſua capita, certo quodā ductu ac ſerie reduci ac reuocari poſſint. Sic.n. in iure Romano, qđ duodecim tūn tabulis initio contineri ſolet, factū eſſe, nemo dubitat. Sic Moſaicas leges vniuerſas ad prima decē p̄cepta reuocari poſſe, & Philo ſcriptum reliquit, & oēs intelligimus. Sic deniq; cunctā legem & prophetas, duobus Chriſti p̄ceptis comprehēdi, ipſe Chriſtus author eſt. Nunc aūt poſt leges conditas, ſi videat aliquid deſiderari prudens legiſlator, id pro rerū & tēporū rōne ac neceſſitate, tum ſupplebit, tum corriget, tum mutabit: ſciens ꝓ rerum humanarum inſtabilitatē, fieri nō poſſe, vt oēs ſp leges inferiores firmæ ac fixæ maneant, ſed opus eſſe, vtis, qui artem regendæ gubernādæve nauis hēt in Republica, & leges tenet, mutatis perſonis, locis, & tēporibus, quaſi ventis, & tēpeſtatibus, & deficientibus ſcriptis legibus ad artē ſuam cōfugiat, & ſcriptas prius leges, quatenus in iis deſiderari aliqd vī, in melius producat. Atq; ita quidē decedens, nō ſolū leges publicè latas populo relinquet, ſed ipſam artem ēt condendarū legū, quibuſdam quaſi per manus tradet, vt videlicet ꝓ eos, tū ea quæ redūdant, detrahi: tum verò quæ deſunt, adijci: tum deniq; quæ collapſa ſunt, quēadmodū in picturis, reformari, & in integrum reſtitui poſſint. Sequiſ officiū iudicis, quod quidē partim in eius perſona ſpectat, partim in cuſtodia legū, partim in cārum tractatione. Si de moribus corū quæras, qui rebus iudicandis præſidēt, regula Philonis Iudæi eſt, vt ab oī animorum perturbatione, q̄ à ratione ſit auerſa, & ab oī genere vitioſitatis, quo vulgus implicari & infici ſolet, ſint liberi: vtq; non ſerendis litibus & producendis, ſed amputādis potius & ꝓ arbitros cōponēdis operā nauent, non ſolum abnuentes ea munera, quę pro rebus malè iudicandis, verum ēt quæ pro bene iuſteq; definiēdis offerunt. Si de ſtudijs corū & diſciplinis præcepit ex Moſe idē Philo, vt primo magiſtratus ſui anno breuiarium ſibi vniuerſę legis cōficiant, & propria ſua manu deſcribant, idq; eo potiſſimum cōſilio, vt oīa ſp legis capita ante oculos cōſtituant, & in ijs probè percipiēdis & iudiciis accommodandis oēs ſuas cogitationes curasque ponant. Porrò autem, quantum ad ipſas leges attinet, illud ēt atq; ēt ad curam ſuam reuocare debet legū cuſtos, ſiue iudex: vt eas ſarctas tectas, & integras conſeruet, nihil eorum permittens, vel mala conſuetudine deleri, vel obliuione obrui, vel negligentia intercidere, vel malitia corrumpi, vel alio deniq; atq; alio modo peruerti. Nam ꝙ Talus per omnes vbiq; pagos proficiſci ſolet, & leges æneis tabulis inſculptas circunferre iuſtrans, ecquid alicubi mutatum, vel corruptum, vel minus obſeruatum in legibus eſſet, manifeſtè argumēto eſt, id vnicè iudici curæ eſſe debere, vt ne quid à lege detrahatur, neue quid ſecus, quàm illa velit, perpetretur. Nam ꝙ ex bono & æquo ſubindè quid ſtatuere conceditur, longè alia res eſt, nec debet hoc ſibi iudex, niſi extrema vrgēte neceſſitate aſſumere. Circa cauſarum tractationem duplex prodita eſt regula. Vna eſt, vt nulla perſonarum ratio habeatur, nec pro paupere, nec pro diuite, nec pro nobili, nec pro ignobili, nec pro amico, nec pro inimico, nec pro coniuncto, nec pro alieno: ſed pro ipſius cauſæ tantum & negotii iuſta ratione ac merito iudicetur. Altera, vt ſi qua ſit grandior cauſa, ea per ipſum iudicem expediatur: ſi qua verò leuior, vt ad inferiores & pedaneos iudices reiiciatur. Et vocantur quidem graues cauſæ non illæ quidem, quæ de magna aliqua pecuniarum quantitate inferuntur, vel quæ ad potentiores, honoratioresque, aut locupletiores pertinent: ſed quæ viduas, pupillos, aduenas, & alios miſeros & oppreſſos attingunt, quique hominū auxilio deſtituti, ad ſolum iudicem, tanquam ad ipſum Deum, confugiunt. Sed hæc quidem breuiter ſufficiat perſtrinxiſſe de muneribus ac officiis eorum, qui pro legibus non ſcriptis habētur, quiq; vel prudentis in Republica, vel legumlatoris, vel iudicis locū obtinent. Iam aūt quantum ad artes & diſciplinas attinet, quibus, perfecti & inſtructi eſſe debent: tria ſunt oīno doctrinā gña, quæ in perfecto, vel Iureconſulto, vel Principe, ac iudice requirunt. Vnum quidē genus eſt humanū: alterū diuinū: vltimum ex vtroq; genere mixtum. In humanis primum eſt, vt quis ſe ipſe, quemadmodum Apollo præcepit Pythius, cognoſcat, & nec in fortunæ, nec corporis bona ſed ea tūn, q̄ ipſius animi ſunt intuēs, ſp diuinum ſe aliquid habere ſentiat, & ingeniū in ſe ſuum, ſicut ſimulachrum aliquod, ad oē genus virtutū, publicarum pariter ac priuatarū, fabricatū ac dedicatū exiſtimet. Scđm verò, vt vniuerſa rerum natura, & oīa ea, quæ occulta, & ab ipſa natura inuoluta ſunt, percipiantur. Nam qui ſic eſt informatus, vt iam cœlum, terras, maria, rerumq; oīum naturā perſpexerit, eaq;, vnde generata, quo reditura, qñ qūo obitura, quid in iis mortale & caducum, quid diuinum æternumq; ſit, viderit: is demum aptus & idoneus eſt, qui de variis rerum naturis, q̄ in cōi vita euenire ſolent, exiſtimet: quēadmodum is, qui ſe tentatum & exploratum habet, de ijs quæ politica ſunt, & ad mores ꝓtinentia, diiudicare pōt. Tertium deniq; eſt, vt o liberali ac elegānti doctrina, & oī parte ſermonis humanitatiſq; ſit expolitus. Nam qui de vectigalibus, commeatu, bello, pace, ac alijs ſimilibus dicturus eſt, vel in ſenatu, vel cùm populo deliberaturus: eū partim antiquitatis, & rerū geſtarū cognitione inſtructum eſſe oportet, partim oīonē habere cōpoſitam & ornatā, & artificio quodā & expolitione diſtinctam. Sed hæc de humanis artibus. In diuinis aūt vnum illud ſpectatur, vt a corporis obſequiis indulgentiaq; quis decedēs, & voluptatē oēm ſicut labem aliquā decoris opprimens, omnemq; mortis doloriſq; timorē fugiens, verum Dei cultum, & puram religionem ſuſcipiat, & in ipſum ſummum bonum, quod perfectū & expletū, & ab oī parte beatū ſit, intueat. Nam quemadmodū per artes humanas, ea diſcimus, quæ fragilia ſunt, & in caſu poſita, quæq; in ſenſum oculorum cadentia, nihil aliud nobis, q̄ opinionem adferunt: ita per artes diuinas, & per ſummi boni contēplationē ad ea cognoſcēda deducimur, quæ ſtabilia, perpetua, æterna, & ſine vllo tēporis principatu & occaſu ſunt, queq; in mentem tūn & rationē cadētia, veram nobis & abſolutā ſcientiā pariunt. Nā quod ſolis fulgor, & radii præſtāt oculis, ita vt cernēdi proſpiciēdiq; facultatē acquirāt: hoc ſummi, quod dico, boni lux & ſplēdor, tribuit mēti ac aīo: ita vt ab eo, veri falſiq; diiudicādi, & quæ bona ſunt deligendi, quæ ꝺria reiiciēdi, facultatem accipiat Profectò, quēadmodum ea, quæ in cōi hoīum vſu & tractatione verſant, & item ipſi homines cum cæteris animantibus à pictoribus exprimuntur, & omnibus ſuis, tum coloribus & figuris, tum verò mebris, articulis, & lineamentis depinguntur, ita tamen vt multum inter res ipſas & pictas ſit diſcriminis: ſic etiam hæc omnia, quæ artibus humanis continentur, collata cum ijs, quæ diuinis, vmbrarum tantùm & imaginum inſtar obtinent, ita vt in iis ipſæ verę, perfectæ, & omnibus ſuis numeris abſolutę res ſint, apud nos verò inania tantum ſimulachra, & vmbræ vagentur, quæ ad eorū, quę in intellectu cōſiſtunt, imitationem ſunt effectę. Iam autē tertium genus artium, quod tum diuinę naturę, tū humanę particeps eſt, & vtriuſq; quaſi vinculum propriè naturam attingit humanam. Nam homo, partim mortale corpus circunferens & caducum, quod quidem illi cum beluis & brutis animātibus eſt commune: partim vero ratione vtens ac intelligentia, quod eā Diis immortalibus, parem & ęqualem effecit: illam ſortem ac conditionem nactus eſt, vt prędara quadam ratione diuina cū humanis, & contra, humana cum diuinis coniungere ſciat & connectere. Et certe quoniam animus noſter, partim ex ſubſtātia cōpactus & conglutinatus eſt, partim ex altero & eodem, idque ſecundum varias & diuerſas proportiones: non eſt vllo modo dubium, quin ad diuinorum & humanorum connexionem faciendam data ſit nobis Dialectica, quę adminiſtris vtens mathematicijs ꝓportionibus, hoc ſolum ſibi habet propoſitum, vt in quaq; rei inueniat, quę cuiuſq; rei ſit ſubſtātia, quid cū aliis habeat commune, quid tandem ſibi proprium, & ab omnibus ſegregatum. Si ergo talis aliquis reperiatur, qui primum omnibus inferioribus & humanis artibus, quæ quidem ad Rempublicam regēdam faciunt, ſit inſtructus & paratus: deinde qui diuinas & ęternas res omnes, cognitas ac perceptas habeat: tertiò deniq;, q̄ ijs diſciplinis ſit imbutus, quę ad diuinarum hac humanarū rerum colligationem ſunt cōceſſę: is eſt, qui pro vero ac perfecto iurecōſulto, legumlatore, ac iudice probari poteſt: cuiq; vni votis & ſuffragijs omnium tota ciuitas & Reſpublica cōmitti debeat. Nam is ille eſt, qui à rebus ſenſum commouētibus ad mores & officia, & à moribus & officijs ad ſcientias & doctrinas, & à ſcientijs & doctrinis tandem ad ipſum ſummum rerum omniū fabricatorem & architectū Deū adſcendere, & rurſum per totidem gradus luce ac ſplendore rerum diuinarum, ad caliginem & tenebras rerum humanarum illęſus deſcendere ſciat. Et ſanè ſi talis aliquis nanciſcat Rēpublicam, i primò quidē oīum

quem-

Source : BIU Cujas

quemadmodum boni pictores facere ſolent, expurgat ſuis ſordibus,ac eluit ciuitatẽ tanquã tabulam.Poſt deinde verò, ſubindè ad Deum ipſum,& quod reuera iuſtum,honeſtum,decẽs eſt, ſubindè ad homines & eorum naturam reſpiciẽs, atq; id ꝓſæpè vltro citroq; faciẽs,non antè cõquieſcit,quàm nũc delineando, nunc articulando,nunc colores inijciẽdo,nunc iterum expũgẽdo,nunc corrigẽdo deniq; hoc effecerit:vt humani mores diuinę reſpondeãt voluntati,& tota adeò Reſpublica nihil ſit aliud quàm viua quædam & exp̃ſſa,quẽadmodũ oportet, imago Dei.

CONFVTATIO EORVM QVI IVS CIVILE ARTIS AVT ſcientiæ titulo non eſſe donandum aſſeruere, cui ſubiungitur expoſitio differentiarum deſcriptionis iuris ab Vlpiano traditę.

LVDOVICO PELLEO CARNVTENSI AVTHORE.

PRIMVM ADVERSARIORVM iuris argumentum.

OVemadmodum ſalui & incolumis corporis verum argumentum eſt ἁρμόνις, hoc eſt qualitatum conuenientia & harmonia: ſic indicium eſt certiſſimum verę alicuius artis aut ſcientiæ conſtans præceptorum concordia,& ſumma cõnſenſio.Quamobrem ab artium ſcientiarumve numero ſecernenda eſt omnis illa facultas, quæ præceptis conſtat ſibi inuicem repugnantibus & contrarijs, ſiquidem ex illa doctrina nihil certi & determinati colligi poſſet, nec verè vnquam ſciret lectoris animus, quibuſnam aſſentiri deberet, incertuſque omnino finis eſſet. Eiuſmodi autem eſt ius ciuile; quia omnes penè leges (etiamſi nullam admittat antinomiam Imperator.l. 2. cod.de veteri iure enucl.) ex diametro ſibi repugnant & aduerſantur, vt liquet iuriſconſultorum ipſorum authoritate. Conſtet enim ex prœmio digeſtorum & ſententia Pomponij, in l.2. ff.de origine iur. corpus iuris ciuilis eſſe conflatum & compoſitum ex legibus duodecim tabularũ, digeſtorum,codicis,inſtitutionibus,& ipſis authenticis,ſed omnes fermè duodecim tabularum leges,ac ſubinde veteres nouis renaſcentibus fuerunt ſublatæ,quinetiã ius omne Iuſtinianeũ à conſequentibus imperatoribus & regibus eſt abrogatum,manifeſtum etiam eſt,tot tantasque antinomias eſſe ſiue veteres inuicem,ſiue nouas,ſiue has cum authenticis conferas: vt ſi iuriſperiti earum legum authores cælo reuocarentur, ſoluere nunquam poſſent, quod cum ſole ſit clarius, probatione non eget, ſed vt omnibus innoteſcat,nonnulla proponemus exẽpla, primumque leges digeſtorum cum legibus codicis, deinde leges Codicis cum authenticis, tum digeſtorum inuicem & codicis leges comparabimus. Iam inter l.placet.ff.de acquir.hæred.& l. 1.2.3.de bonis maternis.l.1. 2.l. cum oportet.Cod.de bonis quæ liberis,aperta eſt contrarietas: vult enim lex digeſtorum idipſum, quod per eum,qui in noſtra poteſtate eſt, acquiritur, totum nobis parari,nulloque modo.§.igitur.inſ. per quas perſon. aut momento, vt ibi Bartolus penes filium vel ſeruum reſidere,quod tamen negant prædictæ leges codicis cum iure nouo: licèt enim filius quidpiam acquirat, non patri (excipio vſumfructum) ſed totum ſibi comparat,totum autem dico, quia teſte Paulo in l.rectè dicimus.ff.de verb.& rer.ſig.totum quid noſtrum eſſe recte dicimus,cuius vſusfructus alienus eſt.

Si doctiſſimis quibuſdam iuris interpretibus credere velimus,ex collatione l. de quibus. ff. de legibus.& l. 2. Cod. quæ ſit longa conſ.reſultat nodus intricatus & indiſſolubilis,totq; ſunt differentes ſolutiones,quot interpretes,qui leges illas expoſuere,vt videre eſt in gloſa dictæ legis 2.cod. eod.tit. Cum doctoribus etiam dicam l.quamuis vſuræ.cod.de vſuris,tantum diſtare à l.lite conteſtata.ff.eod.quantum ab albo diſtat nigrum, non obſtante communi ſolutione & gloſa dictę legis,lite conteſtata,quia vtraque lex de iudicijs & contractibus ſtricti iuris intelligenda eſt:nam in l.mora.§.in bonæfidei.ff.eod.dictum eſt,vſuras venire à tempore moræ in contractibus bonæfidei,ergo l.lite conteſtata de ſtricto iure loquitur, quum à mora non expectata conteſtatione veniant vſuræ.Dominus Corraſius me docuit,pedeque fixo tenuit,eos omnes maximè errare, qui l. lite. de bona fide loqui putarunt:& vſuras venire à conteſtata lite in ſtrictis iudiciis,fultus Papiniani ſententia in l.in fideicommiſſi. §.in ijs.ff.eod.qui hoc ipſum multis alijs rationibus confirmauit.Præterea omnes ad vnum volunt,& ita ſe res habet,authentica penè omnia legibus codicis reluctari. Sunt enim 215. per Codicem ſparſa authentica, quæ legibus præcedentibus derogant, nobis exemplo ſunt Auth.decernit,& l.ne in arbitris, de recept.arb.quia legis diſpoſitione cum iuramento in arbitrum compromitti poterat,id autem negat auth.Tollitur.l.eſt in arbitrio.per ſequens authenticum,ſed nouo iure.de actio. & obliga. Innumeras eiuſmodi antinomias producerem,vt inter authen. quod hodie.& l.ſi conſtante.de repudijs authe. ſed hodie & l.in cauſis.eod.auth.ſed nouo iure,& l. ſenatores,de natural. lib. auth.nunc ſoli liberi,& l.matre.Cod. eod. titu. ſed mihi nunquam deeſſet oratio.Accurſiani poterunt obiicere. l. non eſt nouum. ff.de leg.vbi priores leges ad poſteriores trahuntur,& vt ſentiũt per poſteriores tolluntur,nec mirum eſſe, ſi codex digeſtis, aut ſi Codici obſtent authentica.Quæ ſolutio mihi videtur ineptiſſima(pace illorum dixerim) quia ſi fateãtur Codicem ita vincere digeſtorum leges & authentica Codicem,vt abrogare valeãt iacto noſtro fundamento, proculdubio concedent in iure antinomias eſſe,cùm ſit impium,leges digeſtorum, quæ ſunt prima & precipua iuris præcepta,aut leges ipſas Codicis,quæ ſunt vera imperatorum decreta,à corpore iuris ciuilis ſeiungere,ideoque iuriſprudentiam artem aut ſcientiam non eſſe ſaltem nobis admittent,nec iſta modo dicta ſolutio, etiamſi veritati congrueret,argumento noſtro poteſt ſatisfacere.Cùm, vt mox docebimus,& in digeſtis repugnantes leges,& in Codice, paſſim inſertę fuerint.Quiſnam quæſo poſſet conciliare l. quod ſi Epheſi.ff. de eo quod certo loco.l.in omnibus.l.ſemper in dubiis ff.de regul.iur.cum iis quæ tradit Vlpianus in l.proſpexit.ff qui & à quibus manumiſſ.lib.non fiant:hic enim non vult Iuriſcõſultus à ſcripto iure quantumvis duro recedẽdum eſſe, præpoſitæ verò leges ſemper ob oculos æquitatẽ eſſe ponẽdam volunt. Aliain legibus digeſtorum mihi occurrit ꝓſpicua contradictio inter.l. ſi rẽ alienam.§.propriè.ff.de pignor.l.plebs.§.pignus ff.de verbo. ſig.& l.res hypothecę.§.inter pignus.ff.de pignor. nec obeſt cõis interp̃tum ſolutio, quòd videlicet. l.ſi rẽ alienã.de tẽpore duodecim tabularum,hoc eſt de prima pignorum origine, & d.l.res hypothecæ de poſteriori tpe ſit capiẽda,admitterẽt enim hac rõne legum repugnantias,& idcireo quod volumus efficeremus.

Deniq; ne lectoribus tædium afferam, producam in mediũ vnicã Codicis antinomiam,quæ promanat ex collatione.l.hac edictali.§.ſi verò.& legis qĩn præteritæ.Cod.de ſecũd.nupt. Accurſius & Baldus idẽ mecũ ſentiũt,ĩmo rurſus d.l.qĩn.quæ l.hac edictali,corrigit,ꝓ ſequẽs authẽticum ad eos. vr emẽdari, quod illã hac edictali.iterũ cõfirmat: nec Canoniſtæ mirãtur in c.nõ dẽt.de cõſan.& affini.ſtatuta humana & leges variẽtur atq; mutẽtur, quinimmo ꝓbãt exẽplis, & rõnibus ſꝙiſſimè ſibi inuicẽ obſtare. Igitur cùm nõ ſolũ Iuſtiniani codex digeſtis, verũ Codex ſibi ipſi & digeſta ſibi plerunq; opponant, nõ caret antinomiis ciuilis facultas.Ex quo licèt inferre artis noĩe dignã nõ eẽ.

Solutio primi argumenti.

Hoc ſanè argm̃ me plurimũ exercuit,eſtq; validiſſimũ, facilè tm̃ ſolueẽ,ſi adamuſſim cõſiderare velimus,q̃ à Cicerone, tertio de republica,ſcripta ſunt,leges definiẽte rectã rõnẽ, diffuſam in omnes conſtantem & ſempiternam, quæ vt præclarè D. Arodius poſt Lactantium, in præfatione tractatus rerum iudicatorum non alia Romę,non alia Athenis, alia nũc, alia poſthac, ſed omnes gentes omni tempore vna & immutabilis tenet ac continet,quo probe poſito nullam in iure ciuili diſcrepantiam eſſe colligemus,ſi rationem,quæ ex legibus elicitur, non verba tantum inſpiciamus habita ratione temporum,locorum, cæterarumque circunſtantiarum,& quamuis leges ſibi inuicem aduerſari videantur, vna tamen perpetua eademque ratio ex illis eruitur: Veluti cum Caius Cęlius iudex abſoluit iniuriarum cũ qui Lucilium poetam in ſcęna nominatim leſerat, & dum Publius Mæuius eum,qui Lucium Accium poetam nominauerat, condemnauit,non ſunt contraria iudicia, quia poſſunt res ſimili de cauſa diſſimiliter iudicatæ proferri,habito,reſpectu temporum,vt quicquid Romæ,Athenis,Lutetiæ,Tholoſæ, Rothomagi imperator,rex,iudex,arbiter,in hac illius cauſa pronuntiauit, diſſimile fortaſſe videbitur, ſed quia iiſdem mentis rationibus, & ad ſingula quæque iure vtili,honeſto,æquo,& bono, pro temporum,locorum,rerum,perſonarum,circunſtantiis accomodato,finitum ac deciſum eſt, planè pro certo ac perpetuo iure habetur: Idem eſto iudicium de omnibus iuris partibus, quamuis enim Digeſtis Codex & Codicis autenticorum liber aduerſetur,non ideo ſunt in iure antinomiæ,quoniam vt vera ſit antinomia omnino omnium ratio eadem eſſe debet,hoc eſt, oportet vt repugnantes leges ſint conſtitutæ eodem tempore, & loco,eodẽq; ſint prorſus circunſtantiæ,quod de noſtris legibus dici negant,& ita cap.non dẽt.de conſang. & affinita. explicandũ puto, ſicq; ſatisfactum omnibus illis, qui antinomias obijciut.

Porrò illud argm̃ neceſſario nõ ꝓbat iuriſprudẽtiã artẽ non eſſe, propterea q̃ nulla ideo eſſet ſcientia in rerũ natura.quũ in omni

Source : BIU Cujas

omni scientia quantumuis certa & demonstrationibus terminata, contrarietates inserantur. Et opposita pleraque præcepta: non enim vnius disciplinæ authores, vnum idemque semper asserunt & statuunt, vt videre est in omni scientiarum genere. Nam primò in theologia scholastica (diuinam alteram immutabilem & ab ecclesia catholica probatam excipio) nonnullæ sunt dissensiones, salua tamen fide. Quidem enim theologi voluerunt euangelium per vniuersum orbem fuisse prædicatum, alii negauerunt, nonnullis placuit angelum esse in loco circunscriptiuè, aliis displicuit definitiuè tantum inesse contendentibus. Multis visum est licere sibi manus violentas inferre, vbi castitas periclitatur. Can. non est nostram. 23. caus. quæst. 5. In contraria sententia meritò fuit Augustinus, si enim peccatum non sit committendum, vt eueniat bonum, Can. quod ait, distinct. cap. nec licebit sibi manus iniicere, vt periculum istud vitetur: quia sibi manus iniicere grauissimum est peccatum, Can. tu dixisti. Can. placuit. dicta 23. quæst. 5. non autem peccare uidetur mulier, cuius castitas & pudicitia periclitatur, dummodo eius animus nulla consensionis turpitudine commaculetur, Can. ad Deum. Can. non potest 32. quæst. 5. nec à violento stupratore potest eripi castitas, Can. quod autem. Can. reuera. Can. proposito. tota fermè quæst. 5. causa dicta, quia peccatum omne est voluntarium, Can. quod autem. Can. merito. 15. quæst. 1. Can. sicut enim. 32. q. 5.

Secundo in Mathematicis disciplinis, quibus nihil certius & constantius esse volunt repugnantes & dissidentes mihi occurrunt sententiæ opiniones, si quidem Plato & Aristoteles, veteresque Philosophi, octo tantum orbes cœlestes constituerunt, septem videlicet orbes planetarum, & vnam sphæram stellarū fixarum. Qui verò illos secuti sunt, vt Thebilius, Alphraganus ratione & experientia moti: quoniam sphæram octauam duobus motibus cieri, & motum ab occidente ab alio superiori necessario procedere viderent, vnum orbem octo aliis adiunxerunt, recētiores autem, vt Alphonsus rex Hyspanię, Gregorius Pubarchus perpendentes in firmamento alium metum trepidationis nempe, siue, (vt vocant) accessus & recessus, duosque diuersos motus ab vno non pendere, decimum addiderunt: quos nostri emendauere, vndecimum statuentes locum beatorum angelorum & intelligentiarum. Quis nescit varias & discrepantes astrologorum sectas: quidam enim venerari & admirari maximè solent Aegyptios, Persas, Indos, Babilonios quasi antistites cœlestium misteriorum, eorumque nomina quasi numina inflantibus buccis (vt loquitur doctissimus ille Picus Mirandula. flos Italiæ) imperitorum quotidie auribus insonant. Ptolemeus tamen eorum astrologiam vbique conuellit tanquam rationi parum cōsonam, nec verò solùm ab illis Ptolemeus, sed illi etiā inter se dissentiunt, vt Iudæi a Chaldæis, & ab illis Persæ, quæ verè Ptolomeus reiicit, Dorotheus amplectitur, & quemadmodū illam antequam Ptolomeus, ita Ptolomei astrologiam destruit Albumazar.

Recentiores omnes geographi (excepto nullo) antiquos improbant & sæpius refutant: docuit enim experiētia veteres geographos multa absurda & falsa nobis reliquisse, vt cū duas tm̄ partes terræ habitabiles tradiderunt, verum quidem est duas solum esse regiones, seu terręs partes maximè temperatas, eas videlicet quæ inter quadragesimum & quinquagesimum gradum ab æquinoctiali versus vtrumque polum consistrantur, sed tamen omnes aliæ regiones sunt habitabiles, si enim nullæ conterentur maximè sub duobus polis, & duobus tropicis, sed illa loca etiam hodie habitantur, nam sub arctico coluntur insulę hyperboreæ, sub tropico Cancri Barbaria, Lybia, Aethiopia superior, Arabiæ particula: sub æquinoctiali regiones Cinamomi fere, insulæ diui Thomę Aethiopia inferior, sub tropico Capricorni portio Americæ Aphricæ, sub antarctico terra Australis nuper a nostris inuenta: denique nulla est terræ portio, quæ si non colatur, saltem coli & habitari non possit. Et veteres illi nihil vltra fretum Gaditanum esse scriptis reliquerunt, nostri Hispaniolam & Americam vlteriores inuenerūt: sub antarctico polo nihil esse putauerunt antiqui, sub eo tamen multas terras nostri lustrauere.

Quid de naturali scientia? solane caret eiusmodi dissidiis? minimè verò, nemini enim dubium est, Platonē & Aristotelē sibi inuicem obstare, quinimo Physica multis est odio & contemptui, propter illorum grauissimorum virorum discrepantes opiniones, cuiq; potius fidem adhibere debeamus, non satis cōstat, & si vni assentiri velimus, alterū nolemus audire, ille enim Deū in numerum principiorum retulit priuatione relicta, hic verò priuationem tanq̄ principiū statuit, meritò negās Deū esse principiū, hoc est compositorū essentialē partē. Si de natura animi physicos legas, ne duos quidē cōuenire reperies, ipsemet Aristoteles p̄ceptorē suum Platonē refellit. Vt est apud Macrobium sc̄do somnii, c. 13. nec illa duo philosophiæ lumina tm̄ dissidēt, sed oēs penè alii philosophi, vt Democritus, Hypparchus, Hippocrates, Hyppo Critias, Bias, Parmenides, Epicurus, Xenocrates, Aristoxenus, Eupedocles, Possidonius, Pythagoras, physici denique penès omnes.

De fluxu atq; refluxu maris physicorum o'um differētes sunt opiniones, nec vnquam huiusce rei vera causa tradi potuit.

Sola ne medicina constans erit, & istis purgata maculis? In ea sane sunt longe perniciosiora dissidia, & quemadmodū in physica duo præcipui authores Plato & Aristoteles, ita sæpenumero Hyppocrates & Galenus in medicina dissidēt, vt in hac elegantissima quæstione: An pueri infantes vinū bibere debeant? Hyppocrati in libro de victus ratione priuatorum, bonum v̄, vt dilutum vinum bibant, ne tententur conuulsionibus, & vt maiores coloratioresq; euadant: ꝺ verò Galenus lib. 1. de sanitate tuē da, puerum ne gustare quidē vinū debere suadet, quippe quod vinū haustum humidum nimiū calidùmq; corpus efficit, tum caput replet halitu iis qui sunt calido & humido temperamēto vt sunt pueri, quibus (inquit) nec repleri caput est vtile, nec ipsos supra quā par est humidos calidosq; fieri: quia eo iam caloris & humidi peruenerunt, vt si paululum vtramvis qualitatem auxeris, iam modum excesserint, cum autē omnis excessus sit fugiēdus, maximè id expedit fugere, ex quo nō corpori, modo, verumetiam animo damnum accedit, nemo igitur (inquit) rationis compos pueros ea vti potione sinet. In hac etiam satis vulgata quæstione, an prandio cœna debeat esse copiosior, repugnantes medicos video, affirmat Galenus 7. artis curatiuæ c. 6. is duabus rationibus, prior est, quia inter cœnam & prandiū longius est spatium, quàm inter prandium & cœnam: longiori autem tempori cibus debetur copiosior: Posterior, somnus cœnæ succedit, qui authoritate Hyppocratis aph. 15. & 16. maximè iuuat concoctionē, idipsum negauit Auicēna, vnde antiquitus athlete in prandio carne & in cœna solo pane vtebantur, in qua sententia fuit Mesue initio de cura catharri, qui etiam cœnam, si fieri possit, prohibet, quos duos melius Galeno sentire arbitror, plus enim est spiritus in homine hora prandij, quàm cœnæ, quę igitur in prandio sumentur, citius & melius concoquentur, tū detrimentum, quod cœnam sequitur, copiosam emendari facile nō potest, & postremo iunctis matrimonio cęna copiosa est perniciosissima ob coitum nocturnum.

Nunc veniamus ad logicā: sophistæ iurisprudentiā nostram artis titulo spoliantes: quia superiorū sciētiarum metas nōdum attigerunt, dicere coguntur, Aristotelē sibiipsi in logica ꝺicere, nā in c. de quantitate, nō malè sentit, in quantitate non inesse magis & minus, ac paria & imparia, ppriè esse quantitatis, sed in c. relatorū, paria & imparia ad relationē reducit, vnumq; magis par aut impar dici posse cōfirmat. Prętera si doctrinā Aristotelis cū Porphiriana cōferre velimus, dissimilē esse facile docebimus. Non ignorant dialectici Aristotelis sentena, animal rationale de solo homine prædicari, Porphirii vero iudicio sub animali etiam angelum comprehendi. in rhetorica dissidentes multos reperi, volunt omnes rhetores (solo excepto Aristotele) inter rhetoricam & dialecticam hoc esse discriminis, quòd illa ornatum. hæc vero probabile consideret. Aristoteles tamen 1. ad Theodectem cap. 2. thetoricam appellat vim, qua quid in vno quoque sit probabile perspicitur.

Grammaticam eiusmodi labe coinquinatam videbis, si quid de gerundits grammatici suis monumentis teliquerunt, diligenter inspicias nonnulli enim gerundia verba esse volūt audacter alii defendunt esse nomina casus illis attribuentes. En igitur primum nostrum argumentum dissolutum, concedant oportet in omnibus scientijs repugnātia esse præcepta. Ergo licèt in nostra ciuili facultate sint antinomiæ) quod admittere nolumus) non inferendum est, eam ab artium numero esse seiungendam.

Secundum Argumentum.

EX sententia philosophi cap. 5. & 6. libri 6. æthicorum, scientiæ debent esse æternorum, necessariorum & immutabiliū at si iurisperitis credere velimus, non est eiusmodi ius ciuile lege de quibus. in fine l. non est nouum ff. de legibus §. sed naturalia inst. de iure naturali gentium & ciuili vbi iura quidem naturalia sunt immutabilia, ciuilia vero mutationi obnoxia: quare dixit Aristoteles c. 3. primi Ethy. maximā esse varietatem & inconstantiā in iis, circa quę versatur ciuilis scientia.

Solutio.

Huic secundo argumento videtur satisfacere, quod de ratione legis in prima solutione diximus, quę testimonio Ciceronis, est perpetua & æterna, ac licèt perpetuò fuisse non videatur legum scientia, quia in Can. Moyses, distin. 7. primus legum duodecim tabularum inuentor Solon, vel Romanorū Numa Pompilius dicitur, leges tamen ciuiles ex se perpetuæ sunt, vt supra considerauimus, & quamuis non omnibus ab initio notę: idem de aliis scientiis est statuendum, quas æternas esse docuit Aristoteles, earum tamē inuētores legimus, ex quo colligeremus perpetuas non fuisse, ipsimet philosophi tradunt, artem siue scientiam nihil aliud esse, quàm quod vsus frequens & crebra peperit exercitatio, cùm igitur ab experientia promanauerint, posteriores ea fuerint necesse est, verum hoc ita intelligendum, omnes nimirum artes legesve respectu nostri ętemas non esse, hoc est omnibus ab initio notas, sed ratione naturæ & respectu sui

reuera

Source : BIU Cujas

reuera perpetuas:quia nunquam à mente diuina ſeparatæ ſunt, nec qui primus cognouit, earum inuentor dicendus eſt, ſoli enim Deo debetur inuentio l.2.ff.de legibus.

Tertium argumentum.

OMnis ars ſeu ſcientia, præceptis vniuerſalibus non particularibus conſtare debet, ſed iuris præcepta ſunt particularia & in quibuſdam locis ſolum ob eruata,præſertim in Romano imperio,ſiquidem alias leges Turcæ,alias Tartari,alias Abiſſini,alias Americi, alias habẽt auſtrales omneſque qui nunquã à Romanis ſubacti,& domiti fuerunt.

Solutio.

Soluitur huius argumenti nodus generali noſtra prima ſolutione:quia legis ratio vniuerſalis eſt,& teſte Cicerone primo de legibus,in natura inſita,vel vt Chryſippo placet iuſtorũ ac iniuſtorũ regula,cui decet omnes homines obedire (ait Demoſthenes)igitur non tantum illa Romanos,Gallos,Germanos,Hiſpanos,ſed etiam Turcas(qui tam iuſtas & æquas ciuiles leges habere dicuntur)omneſque alios populos tenet ac continet.

Quartum argumentum.

NVlla facultas artis titulo debet donari, quæ naturæ aduerſatur,eſt enim regula ſæpiſſime in ſcholis decantata,artem imitari naturam,ius autẽ ciuile naturali iuri repugnat,vt videre licet in ſeruitutibus,quæ naturæ maximè reluctantur.§.ius autẽ gentium,verſ.bella,inſtit.de iure nat.gent.& ciuili,§.ſeruitus autem eſt.inſt.de iure perſonarum,à iure tamen gentium introducte ſunt lex hoc iure ff.de iuſt.& iure .& à ciuili confirmate.l.& ſeruorum ff.de ſtatu hominum. §.ſerui autem naſcuntur. inſtit. de iure perſonarum.

Idem in vſucapione à iure ciuili introducta §.fi.de vſu & habitat.§.1.de vſucapio.in inſti.que eſt contra naturam, cuius iure omnia ſunt cõmunia , can.differt. diſt.8.can. dilectiſſimis 12. q.1.vbi omnium que ſunt in hoc ſeculo,etiam fœminarum cõmunis omnibus vſus eſſe debet, ſed iure gentium & ciuili ſunt diſtincta rerum dominia,lex hoc iure,ff.de iuſt.& iure, §.fi.inſt. de vſu & habitatione,omneſque ciuilis iuris authores communionem perniciosam putant tanquam lites procreantem , quæ opinio mihi videtur ineptiſſima , quia illa dominiorum diſtinctio multo pernicioſior eſt, eo.can dilectiſſimis 12.q.1.dulciſſimaq; eſt authore Tullio communis rerum poſſeſſio , tumq; viueremus in pace,ait philoſophus,ſi verba illa duo meum,tuum è medio tollerentur,quibus manifeſtum eſt ius naturę non cõuenire,contra can.erit autem lex , diſt.4.nec artem dici debere.

Solutio.

Perpendenti mihi vim huiuſce quarti argumenti nullũ profecto validius & potentius videtur , dubium tamen ſolum pendere arbitror à falſa iuris naturalis acceptione & iuſtitia , ius enim naturale eſt æquiuocum : quia nonnunquam idem quod ius diuinum ſonat,can.1.diſt.1.Secũdò naturalem inſtinctũ ſignificat & impropriè,Decius in l.iura ſanguinis. ff.de reg.iu.eo tñ mõ ſumitẽ in l.1.§.ius naturale ff.de iuſt.& iu.§.ius naturale , inſt.codẽ. Can.ius naturale,diſt 1.Tertiò deſcribunt & prudenter ſanè ius naturale dictamen rectę rationis inditum naturalitet , cui nunquam ſicut nec diuino reluctat ius noſtrum ciuile : fateor equidem ius naturale ante ciuilem non introduxiſſe vſucapionem , tum enim illa non opus erat,cùm omnia eſſent cõia, ſed diſtinctis rebus ius ciuile eam introduxit . Hunc optimum finem ſibi proponens,ne in incerto eſſent rerum dñia, qui finis rationi rectè congruit,vt ſtatim docebimus.Cùm igitur ius ciuile ratione ſuadente vſucapionem introduxerit,ius etiam naturale eã probant,cùm (vt ſæpe diximus) nihil ſit aliud quàm ipſa recta ratio.

Idem habeto de ſeruitutibus quæ à iure gentium cõſtitutę,& a ciuili confirmatæ ſunt,ob ſummam , quam afferebant vtilitatem,vt in bello capti potius ſeruarentur q̃ interficerentur l.liber tas §.ſerui ex eo.ff.de ſtatu hom. §.ſerui autem ex eo.inſt.de iure perſo.nonne etiam,quæſo,id factũ eſt rationis preſcripto ? Ergo & naturali iure ſuadente inuentæ ſunt ſeruitutes,at Imperator dicto §.ſeruitus autẽ eſt.inſt.de iure perſonarũ,ſeruitutes ꝺ̃ naturam eſſe voluit : non ideo naturæ aduerſari putandum eſt : quia verba Imperatoris ſunt impropriè accipienda , & ita vt arbitror exponenda,ſeruitutes quidem ſunt ꝺ̃ naturam,hoc eſt, nõ ſunt impoſitę iure naturali , ſed ſolum interueniente iure gentiũ & ciuili,nec ante neceſſariè erant ſeruitutes , cùm nulla eſſent bella & diſſidia,ſed videntes ſapientiſſimi maximam hominũ partem bellis trucidari , huic incommodo voluerunt occurrere, ideoq; ſeruitutes inſtituerunt,quod aũt ſine ratione inſtitutum non eſt,iuri naturali non debet cenſeri ꝺ̃rium. Quis iterum noſtrę ſolutioni poterit obiicere?§.ſed naturalia, inſt.de iure naturali,vbi ius naturale mutari non poteſt, quod planè negauimus, diximus enim aliquando mutari pro ratione temporum , cęterarumq; circunſtantiarum,veluti in probãda vel improbanda cõmunione: ſed dicta noſtra ſolutio iam ſatisfecit,bonũ enim aliquando viſum eſt & quaſi neceſſarium , vt oĩa eſſent cõmunia, vt ante ſocietatem illam humanam,ideſt,antequam regna conderentur,domus ædificarentẽ,atq; coniũgerentẽ,ſi quid enim tũ proprii habuiſſes,vbinam rogo codidiſſes ? poſtquam aũt regna cõdita,domus conſtructę, ędificia collata ſunt,meritò & dictate ratione ſunt diſtincta rerum dominia, quę diſtinctio à lege Moſaica,q̃ naturalem vocitat.Cano.humanum,diſt.1.cõfirmatur,vt tribus iſtis preceptis patet, Nõ furtũ facies , non concupiſces rem proximi tui , non retinebis mercedem tui mercenarij vſq; ad mane . Canoniſtę aliter exponunt verbum , cõia,hoc eſt tempore neceſſitatis communicãda,gloſa in Cano.ſicut 47.diſt. quę ſolutio eſt ridicula, cũ idem ius ciuile doceat , Decius in l.q̃ pp neceſſitatem.ff.de reg.iur.nullumq; foret dubium. Tertia eſt communis doctorũ ſolutio, nimirũ , quòd ratione ſui ac totius ſubſtantię non mutetur ius ciuile,ſed tñ ratione effectuum, circunſtantiarum & accidentium,vt nec leges noſtras ciuiles , quę licèt non ędem omnino ſint apud omnes populos, immutabilis tñ eſt ipſa ratio,quę ſubſtantia legis nõ malè dr̃,quemadmodum aer in multis regionibus ſubtilis & temperatus eſt , vt inter quadrageſimum & quinquageſimũ gradum ab equinoctiali ad polos,in aliis frigidior , vt à quinquageſimo gradu , in aliis calidior,vt inter quadrageſimũ & equinoctialẽ,nec inter quadrageſimũ & quinquageſimũ eadẽ & ſimilis eſt omnino tẽperatura aeris,eſt.n.tẽperatior in Gallia,q̃ in Germania,aut Hiſpania,nec in ipſamet Gallia,propterea quod eſt tẽperatior in Francia,q̃ in Vaſconia,nec in vno eodemq; loco, vnus tamẽ & idem eſt aer, licet eius qualitates & accidentia mutentur.

Simile in homine apparet,q nũc eſt infans , nunc adoleſcẽs, nunc vir,nũc ſenex,nũc calidiſſimus,nũc frigidiſſimus, nũc fortis,nunc debilis,non idcirco mutatur eius ſubſtãtia : ſic iuris natur.ſeu ciuilis accidẽtia plerunq; mutantur,integra tamẽ, & incorrupta manet ſubſtantia,naturalis nimirũ aut ciuilis rõ. Rurſus ſi philoſophi dictam noſtram ſolutionem improbare velint hac ratione, ꝙ naturale nullo modo tolli poſſit abſq; totius interitu,reſpondebimus,illam propoſitionẽ de partibus eſſentialibus verè intelligendam eſſe, vel de eo quod ab illis immediate profluit:naturale enim duobus modis ſolet accipi largè ſeu generaliter,& ſtrictè, priori modo tã ea quę verè eſſentialia ſunt, & ab eſſentialibus procedunt,q̃ quę à natura, hoc eſt, ab initio inſunt . Poſteriori verò ea tñ quę ſunt de eſſentia vel ab eſſentialibus immediatè proueniunt,comprehẽdunt, illo modo naturale tolli poteſt & immutari,hoc non item , remanẽte ſubiecto integro . Cuius vocabuli acceptio multos fefellit etiam doctiſſimos,qui virum & fœminam differre ſpecie putarunt, ꝙ naturaliter diſcrepant : non ideo ſpecie differunt, cùm ſit vtriuſq; eadem eſſentia,licèt naturaliter, accidentibus quę ab initio inſunt diſtinguant̃: quocirca non erit alienum à noſtra materia, quod de Socrate ſcriptum eſt,qui interrogatus , quidnam de ꝓpoſito homine ſentiret,rñdit eũ improbum , qui reuera probus erat,ſed inquit naturam emendauit,& ita rhetores à multis cor rectam eſſe naturam ſolent dicere.

Quintum argumentum.

DOctrina illa non eſt artis noĩe donanda , quę definitiones aſpernat̃ & reſpuit, quia definitio eſt eã ſcientię , ex Ariſt. c.4.primi,c.1.ſexti Topicorũ:& ſcire eſt rẽ ꝑ cãs cognoſcere paſſim 1.& 2.lib.de demonſt.ſiue per genus & driã maximè ꝓpriã, q̃ ſunt definitionis partes ꝓcipuę,ſed iuriſprudentia definitiones reiicit,imõ periculoſas eſſe docet.l.oĩs definitio.ff. de reg.iu.

Solutio.

Efficerẽt iſti,qđ volũt,ſi vera eſſet hui⁹ argumẽti aſſumptio , verò qdẽ eſt verius doctrinã illã nõ eſſe decorãdã aris noĩe, quę definitiones reiicit,ſed eas maximè ꝓbat iuriſprudẽtia, & q̃is hẽat iuris rõa definitionẽ oẽm in iure ꝓiculoſam , nõ inde licet colligere definitionem à iure reprobari,nec vere percipiũt. Vlpiani mentẽ,q̃ vt oſtenderet definiẽdi difficultatẽ, periculoſam eſſe definitionẽ dixit,& merito ꝙa quẽadmodũ noctua radiis & lumine ſolis occecat̃,ita quãdiu nr̃ aĩus, ait Ariſt.2.metaph. iſtis corporeis vĩculis detinet̃ tot tãq; obſcuris tenebris circũcludit, vt rerũ cãs cognoſcere & proinde definire vix poſſit: cũ oĩs definitio debeat cõſtare dr̃ia maxime ꝓpria,q̃ nobis eſt ſępius ignota. Quis q̃ſo veram magnetis aliorumque precioſorum lapidũ formas ac differentias tradere poſſet?Cuinam eſt perſpecta maxime propria ligni differentia? Quis non ignorat formã elemẽtorum ? concedunt quidẽ phyſici qualitatibus propriis deſcribi ſed negant eas eſſe ſpecificas differentias , ne quidem hominis certa eſt & ab omnibus probata naturalis forma, ſeu differẽtia, nolunt Platonici rationale ſoli homini conuenire audacterq; defendunt angelos eſſe rationis participes in qua hęreſi Porphirium fuiſſe conſtat, ex tractatu vocum prędicabilium qui etiã eo dementię & audacię prorupit vt tertio de animo rationem brutis animantibus tribuerit, quod impium eſt ſi de diſcurrente intelligatur,: ſi verò de apprehendente ratione quodammodo deffendi poterit,igitur vt ad rem noſtrã redeamus cùm philoſopho non male dixerunt iuriſconſulti periculoſas eſſe definitiones id eſt perdifficiles eas tamen maxime probarunt , quia cum de materia alicuius tituli voluerunt agere definitionem fere ſemper prępoſuerũt vt dum de iuſtitia,initio tituli illam definierunt,cum de legibus definitionem legis non omiſerunt,idẽque fecerunt in principio tituli de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Source : BIU Cujas

ris titu. de officio consulis, titu. de officio pręsidis, titu. de officio assessorum, titu. de in ius vocando ,titu. de edendo, titu. de pactis, titu. de transactio. titu. de postulando, titul. de his qui notantur infamia, titul. de procurat. titul. de dolo, omnibus denique fermè titulis definitionem rei de qua in illis agitur præmiserunt, quinimmo præcipiunt definitionem cum definito conuerti debere in lege prima, de dolo . ff. differentijsque constare, vt omnes comprobant in lege prima. ff. de testamen.

Sextum argumentum.

OMnis scientia ex 2. primi de demonstratione apud Aristotelem gignitur ac concluditur demonstratione, quia definitio, quæ scientiam producere dicitur, vel est demonstrationis principium, vel cōclusio vel ipsamet demonstratio septimi capituli eiusdem : iurisprudentia vero ita considerari non potest cum non constet primis veris immediatis causis conclusionis, sed tantum probabilibus, & iis quæ mutari quotidie solent.

Solutio.

Sextum hoc argumentum facile soluetur distincto scientiæ vocabulo, aliquādo enim late sumitur quamlibet facultatem, siue doctrinam comprehendens, etiam nostram iurisprudentiam apud Aristo. primo, & secundo, de demonstrat. nonnunquam strictius consideratur capitul. 3. 6. & 7. libri sexti æthicorum, in quam scientiam sola propriè cadunt æterna & quæ aliter se habere non possunt quam demonstratiuam vocitant, nec volumus ius nostrum huiusmodi exactæ scientiæ titulo donare, non minus tamen iuri ciuili conueniret hoc nomen quā metaphysicæ, aut Theologiæ, quarum subiecta nempe Deus & eis demonstratiuo modo sciri non possunt, cum nullæ causæ illis superiores inueniantur, & licet per effectus cognoscantur, non sequitur duas modo dictas disciplinas vere scientias esse cuius solutionis author videtur Aristotel. in tertio cap. primi, & octauo capitul. sexti æthicorum, dictisque modo à nobis capitibus.

Septimum argumentum.

ARs nihil aliud est quam colllectio certorum præceptorum quæ certitudo vel de materia præceptorum, vel de eorundem numero potest intelligi : de materia supra diximus in secūdo argumento, in hoc vero septimo de numeri incertitudine agendum est, igitur admissa nostra artis descriptione infertur ius ciuile artem non esse, quia infinita sunt iuris præcepta & leges.

Solutio.

Qui hoc argumentum confinxerunt non satis iurisprudentię inuigilarunt, nec capita legum diligenter inspexerunt, quæ numerum certum prętferunt, immo nulla est scientia cuius pręceptorum certior sit numerus, scio equidem ante Iustiniani tempus (vt ipsemet testatur) infinitum penè fuisse legum numerum certus tamen & determinatus erat, duo enim exstabant voluminum millia quę tricies centena legum seu responsorum millia continebant, verum hodie certissimus est & maximè finitus numerus. Sunt enim in veteri digesto 2928. In secundo volumine, seu Infortiato 2234. In Nouo 2983. In Nouē priorioribus libris Codicis 3608. In tribus postremis 954. In summa totum corpus iuris Ciuilis absoluitur 1270. 7. legibus & 215. authenticis.

Octauum argumentum.

MAximè desideratur in omnibus disciplinis ordo debitus & legitima quędam pręceptorum dispositio, si philosophum in primo physicon audire velimus, at, ordo in iure ciuili obseruatus ita permistus & confusus etiam doctissimis videtur vt ad nullum ordinum caput referri possit, idem igitur quod superius concludimus.

Solutio.

Demiror eorum audaciam qui argumenta sine vlla probationis specie non verentur proponere, dicunt quidem nullo ordine aut methodo fuisse traditum ius ciuile, qua autem ratione id probent non video. Ergo non solutione sed mera tantum negatione opus est, vt autem iuris nostri ordo ac methodus nō ignoretur hanc ordinis diuisionem pręmittemus, vt in disciplinis vel à generalibus & notioribus natura, vel a minus generalibus seu notioribus nobis, hoc est sensibus nostris procedendum : quod si perfectè de aliqua re velimus agere priori, si verò auditorum captum respiciamus, posteriori ordine progrediemur. Quamobrem iurisperiti, huius artis non ignari, priorem illam exactam dispositionem obseruarunt, quia à definitione iuris ad eiusdem diuisionem, à diuisione ad materiam, circa quam ius versatur, ad personas videlicet res, & actiones fit progressus : nonne igitur legitimo, & conuenienti tractatur ordine? si obijciant naturalem illū ordinem nonnunquam iuuerti, dicemus aliquādo licere nobis inuertere, idque fieri in omnib. ferè disciplinis, & artibus, etiam in Aristotelis logica veluti cùm prępositum relata quę coniunctam qualitati, quę simplicem habet naturam absolutamque considerationem, quoniam in capite de quantitate multa iam de relatis dixerat, sic in omnibus scientiis, quotiens duo capita titulè maximè coniunctam habens materiam, ordinem licet inuertere. Dicant igitur quicquid voluerint plus apud me vera valebit ratio, quam eorum opinio, & non obstantibus illis octo propositis argumentis concludere debemus ciuilem facultatem artis, & scientiæ titulo donandam.

Expositio differentiarum descriptionis iuris.

EXquisita iam prima definitionis particula, nempe genere, ad differentias accedamus, quæ sunt boni & æqui, non inde volo colligere duas esse differentias in hac iuris descriptione, cùm vnius rei vna sit præcipua forma & differentia, vt quando definiunt hominem, substantiam corpoream, animatam, sensibilem, rationalem, non male credunt dialectici vnicam adhiberi differentiam, licet sit multum discriminis inter istos terminos separatim sumptos, ita verò in definitione iuris (bonum & æquum) vnicam efficiunt differentiam : sed si seorsum considerentur, bonum ab æquo distinguetur imperatoris testimonio elegantissimò. l. hac lege Codicis de pactis conuentis tam super dote quàm super donatione ante nuptiis vbi bonum erat mulieri quæ se marito commiserat, res paraphernales arbitrio viri gubernari, non tamen æquum, in qua lege bonum idem quod vtile sonare puto.

Aliis placet distingui bonum ab æquo, vt ius scriptum, & summum à benigno. lege placuit Codicis de iudiciis, quàm distinctionem probarunt, Accursius, Alciatus, noster Budæus, & antiqui penè omnes dicta lege prima. de iustitia & iure. lege prima ff. de vsucapio. moti. Ex quo resultat ambigua, & difficilis quæstio. An sit in iure nostro quidpiam non æquum, hoc visum affirmare videntur leges supradictæ, Ego tamen cum doctoribus puto in iure nihil esse non æquum, omnesque leges æquitate niti, quia Vlpiano authore in lege iustitia. ff. de iustitia & iure, præcepta iuris hæc sunt : honestè viuere, alterum non lædere, vnicuique suum tribuere, quæ tria præcepta leges omnes ad rationem, & æquitatem dirigunt. præterea Martianus, lege secunda. ff. de legibus, appellat legem iustorum regulam, & Vlpianus in lege prima. ff. de iustitia & iure, effectum iustitiæ, nihil est ergo in iure ab æquitate distinctum; prętera bonum & æquum apud iurisconsultos confunduntur, vt in lege si & me. ff. si certum petatur, nec ius duram admittit interpretationem. lege nulla iuris ratio. lege in omnibus. ff. de regulis iuris.

Duplex AEquitas.

SI contentionem illam velimus componere, duplex æquitas nobis est constituenda, vna naturalis, ciuilis altera, lege prima ff. de pact. lege prima §. hęc autem actio. ff. si quis testam. liber : Et quando legimus æquitatem à iure secerni, non omnem æquitatem, sed naturalem solum debemus intelligere : non dicam igitur cum Accursio, Alciato, & Budæo bonum esse ius summum, sed æquum ciuile, quod quidem aliquando ius scriptum, & durum. lege prospexit. ff. §. qui & à quibus. capitulo finali, de transactio. aliquando bonum, vt in hac definitione ex sententia modo dictorum authorum nuncupatur : naturalis verò æquitas generale nomen retinet, quia benignior ac mitior est, propterea quod autem ciuile ius non tantum æquitate ciuili constat, sed etiam naturali. Vlpianus dicta lege prima addidit æqui, cuius particulę declaratio alteram mouet singularem quæstionem, vtrum ius nostrum sibi semper æquitatem proponat, nam vbicunque est æquitas rerum omnium æqualitas siue æquatio esse debet : dicta enim est æquitas ab æqualitate, vnde Academici à Platone profecti, societatem concordia, concordiam verò iuris æqualitate seruari crediderunt, quoniam est maior simpathia, & conuenientia inter æqualia, quàm inæqualia atque dissimilia, tum etiam authore philosopho secundo, & quinto politicon, fons, & origo seditionum est inæqualitas : at ius ciuile, & bonorum titulo de rerum diuisione. ff. de de institu. & bonorum titulo

Source : BIU Cujas

de senator. cum sequentibus, & imperiorum titulo de iurisdictio. omnium iudicum, & personarum titulo de statu hominum inęqualitatem statuit. Qua ratione igitur Vlpianus (æquum) adiunxit? Hac nimirum, quia etsi plus vni quàm alteri tribuat, semper est ęqualitas proportione Geometrica: siquidem est duplex proportio, Arithmetica, & Geometrica, illa nullam habet rationem personarum, & ęqua dicitur si par omnino sit numerus, hęc verò personas tantum respicit, nō habita ratione numerorum, rerumque diuisarum, quæ æqualis dicitur, etiamsi numeri sint impares, veluti si quis receptor distribuens quidpiā militib. plus duci quàm eius præfecto, plus pfecto q signifero, & signifero quā alteri militi sit elargitus, cēsebitur æqualiter diuisisse, inæqualis tamen erat numerus, sed habita ratione personarum erat æqualis ista proportio, quam quidem Geometricam æqualitatem sæpius considerat ius ciuile, & quemadmodum, vt eleganter ab eruditissimo viro Bodino, in methodo ad facilem historiarum cognitionem dictum est capitu. sexto in fidibus, & cantu ipso concentum æqualem, quē vnisonum vocant, aures eruditæ ferre non possunt, cōtra verò dissimilibus inter se vocibus tum grauibus, tum acutis moderatione quadam inter se confusis harmonia concors efficitur, ita quoque omnium æqualitatem in republica ius tolerare nō potest, sed ex summis, & infimis, interiectis inter vtrosque mediis ordinibus, moderata ratione ciuitas mirabiliter sibi congruit dissimiliū cōsensu: potest ne quęso prestantior esse regni seu imperij forma cælesti? minimè verò: tanta tamen est inæqualitas, vt maior esse nō possit, totus etiam hicmūdus partibus inæqualibus, & maximè sibi repugnantibus elementis orbiumque contrariis agitationibus constat, adeo, vt sublata illa congruenti discordia sequatur interitus. Prudenter ille quidem Romanus humano corpori rempublicam comparabat, quod dissimilibus, & inæqualibus conflatur partibus, in quo sunt quædam aliis longe prestantiores, & nobiliores, nonnullis copiosius debetur alimentum, in eo etiam qualitates insunt contrariæ. Denique natura nos docet in imperio, regno, republica, ciuitate, imperiorum, honorum, bonorum, personarum, omniumque inæqualitatem esse debere, quæ inæqualitas vnita Geometricam efficit æqualitatem, est igitur ius ciuile ars boni & æqui.

QVAESTIONES

non inutiles hac nostra disputatione agitatæ.



An sint in iure ciuili antimoniæ.
An contraria pręcepta in omni scię-tiarum genere.
An liceat sibi manus violentas inferre, vbi castitas periclitatur.
An octo sint tantum orbes cælestes.
An veteri noua repugnet Astrologia.
An duę sint tantum partes terrę temperatæ.
An omnes habitabiles.
An Deus sit principium essentiale compositorum.
An pueri infantes vinum bibere debeant.
An cœna prandio debeat esse copiosior.
An leges iuris ciuilis certę, & constantię sint.
An vniuersales.
An ius ciuile nature aduersetur.
An seruitutes, & vsucapiones sunt contra ius naturale.
An rerum distinctio sit iuri naturali conueniens, & à iure diuino probata.
An ex iure Canonico omnium rerum etiam fœminarum communis vsus esse debeat.
An possit mutari ius naturale.
An vir & fœmina natura discrepent.
An probet definitiones iurisprudentia.
An facile possint omnia definiri.
An sit in brutis ratio.
An sit scientia demonstratiua.
An finitus, & certus legum numerus.
An sit inepta, & confusa iuris ciuilis dispositio.
An possit aliquando inuerti naturalis ordo.
An definitio constare possit pluribus differentiis.
An sit bonum quid diuersum ab æquo.
An sit in iure quid non æquum.
An æqua proportio à iure obseruetur in rebus distribuendis.

DE VLTIMO

fine iuris Canonici, & Ciuilis.

De primo principio, & subsequentibus præceptis, de deriuatione, & differentijs vtriusque iuris, & quid sit tenendum ipsa iustitia.

FORTVNII GARCIAE
HISPANI.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiæ nullam effigiem tenemus, sed vmbra, & imaginibus vtimur.*
2 *Finem præponere oportet, vt cursum rectum dirigamus.*
Fine cognito principia determinantur, quæ ad ipsum tendunt.
Finis in omnibus agendis principium est.
3 *Finis iuris canonici est humanæ fœlicitas.*
4 *Leges quare factæ sint.*
5 *Finis medicinæ est sanitas, & finis legis est mentes conseruare sanas.*
Regula vnde dicta sit.
6 *Finis legis ciuilis est humanæ vitæ fœlicitas.*
7 *Lex est bonorum, & malorum princeps, & iustorum, & iniustorum regula.*
8 *Finis iuris canonici, & ciuilis idem est.*
Motus primus principium primum est.
9 *Principium primum est ratio, per quam apparet bonum sequendum, & malum fugiendum esse.*
Iuris præcepta quæ sint.
10 *Iustitiæ primum munus est, ne quæ quis alicui noceat.*
11 *Lex canonica à lege naturæ, vel diuina oritur.*
12 *Testamentum nouum, & vetus à lege naturali non differt.*
13 *Leges ab euangelica lege pendere dicuntur.*
Ratio si in lege non insit, potius legis corruptio dicitur.
14 *Lex ciuilis à lege diuina, vel naturali deriuatur.*
15 *Papa est pater patrum, & concurrit in potestate, & iurisdictione cum omni prælato.*
16 *Regis cor in manu Dei est.*
17 *Legumlatores qui primi fuerint.*
Ius consuetudinis, & ciuile originem ab eo tempore habuit, quo Caym ciuitatem ædificauit.
18 *Ius canonicum cui parti philosophiæ subijciatur.*
19 *Ius canonicum, & ciuile se habent inter se, vt corpus, & anima.*
20 *Canones an Methaphisicæ aliter ac leges subijciantur.*
21 *De lege naturæ ea sunt, quæ recta ratio naturalis homini facienda ostendit.*
22 *Ius canonicum, & ciuile habent finem, vt humanum genus rectè viuat.*
23 *Lex ciuilis, sicut canonica peccato obuiat, & infra num. seq.*
24 *Lex vel consuetudo peccati nutritiua non valet.*
25 *Saluus quis esse sine fide non potest.*
Hæretici vindicta diuina, & pœnis imperialibus puniuntur.

Christianus

Source : BIU Cujas

26 *Christianus licèt iure compellatur veros fidei articulos tenere, tamen arti culi iure non discernuntur.*
Fide tenemus, quod humana ratione comprehendere non possumus.
27 *Disputationes subtiles quomodo in decretis insertæ sint.*
28 *Papa quomodo de fidei dubijs cognoscat.*
Ius canonicum animæ salutem æternam considerat.
Papæ omnia quò ad animam subijciuntur.
29 *Christus salutis æternæ est auctor, et ad redemptionem humani generis car nem humanam assumpsit.*
Ecclesia corpus non ligat, sed animam.
30 *Bonum summum Aristoteles constituit in virtute cum honestate.*
31 *Virtus nulla inhonesta esse potest. Deo veritas non absconditur.*
32 *Felicitas vera secundùm Aristotelem, in quo constituta sit.*
33 *Natura cum veritate pugnare non potest.*
34 *Natura & leges diuinæ non discordant, sed sibi constant.*
35 *Ius canonicũ disponit, ne modo aliquo in piculũ salutis æternæ incidamus.*
36 *Lex canonica, vel ciuilis nutriens peccatum legis vigorem non habet.*
37 *Præscriptio de iure ciuili etiam ex malæfidei possessione valet, vide infra nu. 39. & infra sub. nu. 48.*
38 *Præscriptio est de iure positiuo.*
40 *Lex nulla est, quæ de lege æterna non participet.*
41 *Præscriptio in malefidei possessore quo iure inducta sit.*
42 *Iniustum permitti non debet, vt bonum sequatur.*
Ius an possit dispensare, vt malæfidei possessor præseruetur.
43 *Lex illa optima est, quę in finem legum, id est humani generis felicitatem recto tramite tendit.*
44 *Possessio malæfidei est contra ius naturæ.*
Alienæ rei conscientiam habens mortaliter peccat.
45 *Finis vniuersalis legum est peccata corrigere.*
46 *Malefidei possessoris peccatum est contra proxima principia legis naturæ.*
47 *Consuetudo contra præcepta naturalia non valet.*
Lex omnis ex præceptis naturalibus infertur.
48 *Rationi peccatum inesse non potest.*
49 *Lex ad verum finem non tendens, non est constitutio, sed destitutio.*
50 *Ius canonicum, in quo circa præscriptionem a iure ciuili discrepet.*
51 *Regula vniuersalis iuris ciuilis.*
Permittere non potest ea, quæ speciali causa a iure diuino prohibita sunt.
52 *Præscriptio malæfidei an de iure canonico prohibita sit.*
53 *Ea quæ sunt iuris, iure cessante essentialiter nihil sunt.*
54 *Præscriptio est quid iuris ciuilis.*
55 *Iuri ciuili pertinet prouidere, ne quid mala fide possideatur.*
56 *Ius ciuile, & canonicum an inter se in præscriptione mutuò conueniant.*
57 *Lex euangelica quomodo a iure ciuili discordet, & quomodo actus iudicent.*
58 *Ius naturale in lege & euangelio continetur.*
Leges omnes ex l. naturæ descendunt.
59 *Ius canonicum a ciuili, vel ciuile a canonico, in iudicialibus discordare nõ debet.*
60 *Ius canonicum a iure ciuili in foro conscientiæ discrepat.*
61 *Iustitia semper vna est, & est immutabilis.*
62 *Ius gentium quid sit.*
63 *Forus conscientiæ in quo a ciuili discrepet.*
Ecclesia militans de occultis non iudicat.
64 *Capi. vigilanti. & capitu. fina. de præscrip. solum in foro conscientiæ proce dunt.*
65 *Ius canonicum & ciuile quid conseruare intendant.*
66 *Iuris ciuilis particularis effectus est lites determinare.*
67 *Iustitiæ executio est lites determinare, & nu. seq.*
69 *Remissio etiam de iure canonico de vno foro ad alium, locum non habet.*
70 *Canones an contineant metaphisicales speculationes.*
71 *Doctor decretorum quomodo de fide catholica disputare possit.*
Fidei de veritate disputare non licet, sed quod determinatum est, tenere.
Dubium ad articulos fidei pertinens Papæ referendum est.
72 *Canones legibus præferendi sunt, & quare.*
73 *Papa maiorem iurisdictionem habet, quam imperator.*
74 *Leges superiorum legibus inferiorum digniores sunt.*
Lex naturæ a Deo procedit.
75 *Bonum & malum a voluntate procedit.*
76 *Audacia per leges coercetur, & delinquẽdi licẽtia, & nocendi facultas.*
77 *Ius ciuile animum ad politicum bonum instruit.*
Papa ex potestate sibi a Deo data ligare & soluere spiritum secundum iustitiam potest.
78 *Papa est supra ius canonicum.*
79 *Virtus potissima, ad quam ius canonicum & ciuile conatur, quæ sit.*
80 *Ratio naturalis quid bonum, & malum sit, discernit.*
81 *Charitas ad veram humanorum societatem necessaria est.*
82 *Iuris amicitia naturalis est, & a principiis naturalibus oritur.*
83 *Ius canonicũ an possit iuri ciuili in vsuris obuiare, & infra, nu. 90. & 92.*
84 *Ius canonicum & ciuile multa impunita reliquit, quæ per Deum vendican tur, & nu. seq.*
86 *Dei iudicium, & non humanum in foro conscientiæ consideratur.*
Papa quomodo super omni peccato iurisdictionem habeat.
87 *Castigatio boni pastoris ad emendam tendere debet.*
88 *Honestas virtutis socia cum vitijs semper pugnat.*
89 *Ius canonicũ, vel ciuile quare particulariter quodlibet delictũ non punit*
91 *Approbantis, & approbati eadem est sententia.*
93 *Leges vsuras permittentes nullæ sunt.*
94 *Vsuræ natura prohibitæ sunt.*
95 *Philosophiæ præcepta discenda sunt, sed an ciuiliter viuendum sit, an secundùm eius præcepta.*
96 *Imperator legem euangelicam profitetur, & ei se subijcit.*
97 *Vsurarum crimen ecclesiasticum est.*
98 *Actio ex stipulatu ad vsuras hodie non datur.*
99 *Vsura rapina est.*
100 *Ius ciuile, peccata in præiudicium proximi tendentia, punit.*
101 *Vsurarum vorago animas deuorat, & facultates exhaurit.*
Vsurarijs potest imperator pœnam imponere.
102 *Iudex secularis super vsuris pronuntiare, & punire potest.*
103 *Vsura nullo casu permissibilis est, etiã in causa dotis, nisi tanquã interesse.*
104 *Intellectus ad c. salubriter. de usur. & infra num. 107.*
Dos iure naturali à patre filiæ debetur.
105 *Pignus vt plurimum debitæ quantitatis valorem excedit.*
106 *Fructus an in sortem computentur per generum, quando socer ei fundum in pignus pro dote dedit.*
108 *Quid quando dos per extraneum datur.*
109 *Filius incestuosus de iure canonico, vel ciuili an alibi debeat, & infra nu. sequentibus, & nu. 116.*
110 *Capitu. cum non haberet. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adulte. declaratur.*
111 *Canones seruandi sunt, vbi ciuilis iusticia cessat.*
112 *Canones legibus in vtroque foro præferuntur, quando in ratione naturali fundantur.*
114 *Spurij de canonica æquitate sunt alendi.*
115 *Filius incestuosus an patrem alere teneatur.*
116 *Filius patri spurio legari potest.*
117 *Filius incestuosus an patrem sine venia in iudicio vocare possit.*
118 *Filius incestuosus patri reuerentiam debet.*
119 *Patris appellatione in materia naturali pater incestuosus venit.*
120 *Reuerentia filij erga patrem à natura est.*
121 *Intellectus ad l. parentes. ff. de in ius voc.*
Filius incestuosus an lege pompeia de parricidijs teneatur.
122 *Pater incestuosus quomodo probetur.*
123 *Filius naturalis, vel vulgò conceptus an matri succedat, vt infra in processu.*
124 *Coitus omnis illicitus de iure ciuili hodie dãnatus est, vide infra nu. 127.*
125 *Hæreditatis filiorum ratio à iure naturali dependentiam habet.*
Matrimonium est de iure naturæ.
126 *Concubinatus de iure ciuili permissus erat.*
Fornicatio iure naturæ prohibita est.
128 *Meretricium genus, & scenicum detestabile est, & de iure ciuili reprobatum.*
Concubinatus est detestabilior, quàm fornicatio simplex.
129 *Successionis ratio eadem est filij ad matrem naturalem, quæ est ad patrem naturalem.*
130 *Filij naturales an in duabus vncijs iustè succedant, & nu. seq.*
131 *Matrimonium ciuitatis, & humani generis seminarium est.*
132 *Matrimonium quando institutum fuit, & per quæ verba.*
133 *Filij ex vnica etiam concubina nati, iniusti sunt.*
134 *Successionis filiorum ex concubina, & non ex concubina differentia non est.*
135 *Filius ex furtiuo accessu genitus per subsequẽs matrimoniũ legitimatur.*
136 *Filij naturales, vt per sequens matrimonium legitimentur, an dotalia instrumenta requirantur.*
137 *Legitimus, vt quis dicatur quæ requirantur.*
138 *Concubinas plures habere detestabilius est, quàm vnam habere.*
139 *Filij nati non ex concubinis, an naturales sint.*
140 *Spurij in duabus vncijs, sicut naturales non succedunt.*
141 *Pater naturalis an filiam dotare teneatur, & infra nu. 143. & num. seq.*
142 *Argumentum de alimentis ad dotem ualet.*
144 *L. fi. C. de dot. promis. an in filia naturali locum habeat.*
145 *Arbitratoris dictum an homologari possit.*
146 *Arbitrium arbitri, & arbitratoris eandem iustitiam habet.*
147 *Actio & exceptio an ex compromisso oriatur, & infra in discursu, &*
148 *Fides est fundamentum iustitiæ.* (*nu. 153.*
Ius canonicum, & ciuile in compromisso an sibi sint contraria.
149 *Actio an ex compromisso nudo oriatur.*
150 *Canones in foro canonico seruandi sunt, & si communis opi. de iure ciuili sit in contrarium.*
151 *Leges in materia peccati canonibus subijciuntur.*
152 *Ius ciuile si à canonico discrepet, an vnum quodque in suo foro seruandum sit.*
254 *Homologatio sententiæ arbitri an de iure canonico, & ciuili sine subscriptione fiat.*
155 *Ius ciuile confirmatum à iure canonico in foro ecclesiastico seruari debet.*
156 *Compromissum quando fit cum pœna, vel iuramento, vel stipulatione an homologatio locum habeat.*
157 *Homologatio de iure canonico an locum habeat, etiam si sine ea compromissum efficax esset.*

Source : BIU Cujas

Fortunę Garcię, de vlt. fine iur. cano. ci.

158 *Sententia fundamentum non habens difficilius roboratur, quàm quæ eſt ſolennitate debita celebrata.*
159 *Sententia ſi lata ſit per arbitrum, quomodo executioni mittatur.*
160 *Cauſa impulſiua l. fi. C. de arbit. quæ fuerit.*
161 *Sententia an homologari poſſit, quando pœna addita compromiſſum ſit.*
162 *Homologationis ius an ſubſidiarium ſit.*
163 *L. diem proferre. § fi. ff. de arbit. an de iure canonico correcta ſit.*
164 *Actiones de iure canonico ex nudis promiſſionibus competentes an actiones de iure ciuili competentes tollant.*
165 *Pater occidens filiam, vel maritus vxorem adulteram an peccent, & num. ſeq. & num. 174.*
166 *Poteſtas omnis à Deo eſt.*
167 *Lex quem finem habere debeat.*
168 *Mortis pœna an per leges iuſtas ponatur.*
Homicidium quando permitti poſſit.
169 *Legum correctio ad ſalutem non ad æternam mortem eſſe debet.*
170 *Leges quare dederunt patri licentiam occidendi filiam adulteram, & nõ marito occidendi vxorem adulteram.*
171 *Lex licèt det patri facultatem occidendi adulteram filiam, ei tamen neceſſitatem non imponit.*
172 *Iuſtitia vera compaſſionem habet, falſa uerò dedignationem.*
173 *Eleemoſinæ modus eſt delinquentes corrigere, & errantes in viam veritatis deducere.*
Pœna qualis eſſe debeat.
175 *Adulterum ex interuallo occidere an licitum ſit.*
176 *Lex nõ ſolum occidẽtes adulteros tolerat, ſed etiam eis facultatẽ præſtat.*
177 *Adulterij dolor in patre quàm in marito maior eſt.*
Maritus occidens adulterum non punitur de homicidio, ſed mitius.
178 *Eccleſia non gladio, ſed diſciplina ad ſalutem vtitur.*
179 *Adulterium ad occidendum cauſa non eſt, ſed ira.*
180 *Vxorem adulterantem forti viro occidere non conuenit.*
181 *Peccare an dicatur, qui legis auctoritate peccat.*
182 *Lex non poteſt auctoritatem peccandi præſtare.*
183 *Leges quomodo diuinitus promulgatæ ſint.*
Legum diuinitas in vera iuſtitia conſiſtit.
184 *Leges occidendi facultatem præſtantes an nullæ ſint.*
L. qui iuraſſe in prin. ff. de iureiur. quomodo intelligatur.
185 *Maritus, vel pater, vel frater inijcientes manus violentas in clericum quare excommunicati non ſint.*
186 *Pater filiam, vel adulterum, & maritus adulterum occidens qua pœna puniantur.*
187 *Matrimonium metu contractum non valet.*
188 *Matrimonium omnimodam libertatem requirit.*
189 *Matrimoniũ per metũ cum ſponſa poſt ſponſalia contractum nullum eſt.*
190 *Adulter iuſtè ſe poteſt defendere contra eum occidere volentem.*
191 *Pater an alij committere poſſit, vt filiam adulteram occidat.*
192 *Pater an poſſit occidere filiam adulteram prægnantem.*
193 *Opinio crudelis eſt, q̃ pater filiam prægnantem adulteram occidere poſſit.*
194 *Vxor corporis mariti pars eſt.*
195 *Vxor prægnãs ſi ad mortem damnata eſt, ſupplicium poſt partũ differtur.*
196 *Excuſatio in his, quæ fieri poſſunt, locum non habet.*
197 *Legatum rei alienæ an de iure canonico valeat, & infra num. 207.*
Quid de iure ciuili.
198 *Voluntates rationabiles defunctorum ſub mortali peccato obſeruari debent, & infra nu. 236.*
Leges peccatum non nutrientes in foro animæ, & iudicio canonico ſeruandæ ſunt.
199 *Dicere nemo præſumitur, quod mente non cogitauit.*
200 *Mendacium quid ſit.*
201 *Verba ſunt inſtrumenta ex quibus mens probatur.*
202 *Cap. filius. de teſtamen. quomodo procedat, & infra nu. 205.*
203 *Aliena res legata ab ipſo legatario an domino reſtituenda ſit.*
204 *Aliena res domino inuito detineri non poteſt.*
206 *Cap. filius. de teſta. an in foro ſeculari locum habeat.*
208 *Ius ciuile fouens lucrum odioſum proximo an in foro canonico ſeruandum ſit.*
209 *Alienam rem legatam ſoluere æquitati naturali conuenit.*
210 *Alienæ rei legatum non valere interpretari, iniquum eſt.*
211 *Legatum factum de rebus eccleſiæ an valeat & nu. ſeq. & nu. 218.*
213 *Alienæ res alienari prohibita legari non poteſt.*
214 *Ius ex regula non ex exceptione ſumendum eſt.*
215 *Legari an poſſint res eccleſiæ Romanæ, ſicut nec Cæſaris.*
216 *Legatum de re Cæſaris quare non valeat.*
217 *Alienatio fundi dotalis facilior eſt, quàm rei eccleſiæ.*
219 *Leges imperatorum an clericos comprehendant.*
220 *Lex non comprehendit aliquos niſi ſubditos, & infra nu. 222. & 223.*
221 *Maritus ſecundùm legem mundanam vxorem adulteram ſine pœna occidere non poteſt.*
224 *Leges humanas Deus humano generi per principes diſtribuit.*
225 *Lex ciuilis canonica comprobatione clericos comprehendit.*
226 *Lex ciuilis quare, vt clericos cõprehendat, per Papã confirmari debeat.*
227 *Lex ciuilis ſuper eccleſiis, vel rebus, vel perſonis eccleſiaſticis an validæ ſint.*
228 *Imperatores in primitiua eccleſia leges de clericis edebant.*
229 *Imperator in ſpiritualibus eccleſiam ſuperiorem profitetur.*
230 *Ius ciuile etiam in caſu iuramenti obſeruatur.*
231 *Lex ciuilis de matrimonio loquẽs obſeruatur, ſi canonib. non cõtrariatur.*
232 *Lex ciuilis in cauſa hæreſis, quæ eſt eccleſiaſtica, ſeruanda eſt.*
233 *Lex ciuilis crimen eccleſiaſticum prohibere, & pœnam imponere poteſt.*
234 *Leges à Gratiano in decretis inſertæ, ſi iuſtæ ſunt, valent.*
235 *Teſtamentum ſine ſeptem teſtibus an vtroque iure valeat.*
237 *Lex ciuilis quare teſtamentorum ſolennitatem introduxerit.*
238 *Lex ad bonum commune tendere debet.*
239 *Teſtamentorum ſolennitas per ius prætorium introducta fuit.*
240 *Lex humana omnibus prouidere non poteſt, ſed ſola diuina prouidentia hoc poteſt.*
241 *Lex canonica in omnibus legem diuinam duorum teſtium non obſeruat.*
242 *Teſtes quot requirantur ad depoſitionem epiſcopi cardinalis &c.*
243 *Laici duo contra clericum in criminalibus non probatur, in criminib. tamen exceptis probatur.*
244 *Teſtium qualitates quæ ſint.*
245 *Finis præceptorum diuinorũ, & moralium in humana fœlicitate ſitus eſt.*
246 *Lex ciuilis, & canonica licèt diuerſam viam in obſeruatione teſtamentorum inſtituant, tamen ad eundem finem tendunt.*
247 *Peccata omnia an æqualia ſint.*
Regula teſtium iuris diuini certam determinationem non habet.
248 *A legibus in foro canonico recedendum non eſt, niſi in canonibus contrarium reperiatur.*
Hæredes iniuſtè bona teſtatoris vſurpantes ſine reſtitutione abſolui non poſſunt.
249 *Peccata ex iuſtis inſtitutis oriri non poſſunt.*
250 *Conſuetudo contra l. diuinam, vel vniuerſalem eccleſiæ ſtatum non valet.*
251 *Excommunicatio in c. cum eſſes. de teſtamen. contra quemcunque Chriſtianum impoſita non eſt.*
252 *Eccleſia Romana apud vniuerſos leges diuinas obſeruare debet.*
253 *Conſuetudo ſuperfluas probationes exigens reprobanda an ſit.*
254 *Teſtes ſeptem, vt in teſtamentis interueniant ad publicam vtilitatem introductum eſt.*
255 *Rationabile minus an ſit, vt vnius teſtimonio credatur, quàm vt plures teſtes requirantur.*
Cauſa nulla eſt, quæ vnius teſtimonio terminetur.
256 *Teſtamentum de iure ciuili ſi ſeptem teſtes non habet, ſufficienter non eſt probatum.*
257 *Bonus quilibet ſecundùm naturam præſumitur.*
258 *Verbum, ſic, ſic, & non, non, quomodo intelligatur.*
259 *Conſuetudo an valeat, q̃ minus ſufficienti probationi credatur.*
260 *Lex ciuilis, & canonica an in foro conſcientiæ ligent.*
261 *Obligatio naturalis in legibus ciuilibus ineſt.*
262 *Legis natura quæ ſit.*
263 *Peccatum non habet, quod lege permittente fit.*
264 *Lex naturæ quotuplex ſit.*
265 *Lex naturæ innocentiam, patientiam, paupertatem, & humilitatem.*
Donatio eccleſiæ facta per ſuperuenientiam liberorum an reuocetur, & infra nu. 267.
266 *Epiſcopus & eccleſia perfectionis legem ſequi deberent.*
268 *Affectio inordinata præſumi non debet, niſi probetur.*
269 *Monaſterium cui donantur bona filijs ſuperuenientibus loco filiorum non habetur.*
Donatio nulla maior eſt, quàm quando donator ſe ipſum donat.
270 *Bona donatoris filijs ſuperuenientibus ratione naturali reſtituenda ſunt.*
271 *Filius donatori ſuperueniens monaſterio fauorabilior eſt.*
272 *Ementes, & vendentes an de iure canonico ſe decipere poſſint intra dimidiam iuſti pretij.*
273 *Quid in foro conſcientiæ.*
274 *Deceptio eſt iuſtitiæ inimica.*
Mendacium ſine peccato eſſe non poteſt.
275 *Deceptio vltra dimidiam iuſti pretij an ſubueniatur.*
276 *L. in cauſæ. in §. Pomponius. ff. de minor. hic declaratur.*
277 *Mercator an poſſit pluris vendere, quàm ipſe emerit.*
278 *Deceptio duplex eſt.*
279 *Dolus duplex, ſcilicet bonus & malus.*
Deus an decipere poſſit.
280 *Dolus bonus & malus eſt ex perſona decipiente, vel decepta.*
281 *Dolus inductus ad religionem ingrediendum ſi quis fuerit, an ingreſſus vitietur.*
282 *Dolo bono deceptus an deceptus propriè dicatur.*
283 *Dolus bonus eſt contra hoſtem machinari.*
284 *Carneades dicebat, nullam eſſe iuſtitiam.*
285 *Iuris ignari ſtulti appellantur.*
286 *Viro bono alterum decipere non licet.*
287 *Eccleſia furtum puniens an damnum cum qnadruplo ſibi reſtitui faciat.*
288 *Pœna tam à laicis, quàm à clericis de iure canonico an exigi poſſit.*
289 *Ius canonicum ea quæ ſunt contra conſcientiam non permittit, nec quæ peccatum pariant.*
290 *Cap. fraternitas. 12. q. 2. hic declaratur.*
291 *Fur in foro conſcientiæ quadruplum reſtituere non tenetur.*
292 *Pœna pro furto licèt de iure naturali determinata non ſit, lex tamen ciuilis eam determinat.*

Source : BIU Cujas

L.1.C.de furt.quomodo intelligatur.
294 Ecclesia intentionem habere debet, ne ex alicuius delicto lucrum captet.
295 Pœna quare in c.suam.de pœn. peti non possit.
296 Pactum de non succedendo firmatum an valeat de iure ciuili.
297 Iuramentum licèt contra mores bonos naturales non valeat, valet tamen contra bonos mores ciuiles.
298 Iuramentum de iure ciuili an valeat, vt filia dote contenta nullum ad bona patris regressum habeat.
299 Ius ciuile an contra iuramentum statuere possit.
300 Lex ciuilis obligationem Deo quæsitam dissoluere non potest.
301 Ius ciuile licèt contractui ex causa ciuili resistat, iuramento tamen non resistit.
302 L.pactum.C.de collat.an de iure canonico procedat.
303 Cap.cum contingat.de iureiur. declaratur.
304 Capitu.quamuis. de pactis libro sexto iuris ciuilis correctorium nec limitatorium est.
Sed potius addit,& declarat.
305 L.non dubium.C.de leg.declaratur,& infra num.309.
306 Leges pœnales correctoriæ quando de æquitate naturali disponunt, earũ restrictio consideranda non est.
307 AEquitas generalis obseruandi contractus à speciali vincitur.
308 Lex ciuilis si contractum prohibeat,si iureiur.contractus, an obliget.
310 Contractus à iure ciuili improbatus inramento an validetur.
311 Cap.quamuis. de pactis declaratur.
312 Verbum,firmare,vel firmari, ad factum non ad ius refertur.
313 Alienare aliud est,& aliud est iurare de non contraueniendo alienationi.
314 Prohibitio alienationis fundi dotalis licèt sit in fauorem partis, tamen consensu eius,qui prohibetur, conualidari non potest.
315 Iuramentum per se à contractu separatum obligationis introductorium esse non potest.
316 Iuramentum confirmatorium ab assertorio differt.
317 Pacta cõtra bonos mores quæ sint de iure ciuili,& quæ de iure canonico.
318 Pactum filiæ per quod successioni paternæ renuntiatur secundùm ius ciuile non est contra bonos mores.
319 Pactum de quo in l. pactum quod dotali. C. de collat. an valeat, & numero sequenti.
321 Pater an peccet,si dote constituta cum filia paciscatur, ne ei succedat.
322 Pactum de futura successione an sit contra bonos mores naturales, canonicos,& ciuiles.
323 Testandi libera facultas iurisgentium est.
324 Mores boni ciuiles an à moribus canonicis differant.
Donatio inter virum & vxorem licèt prohibita sit, iuramento tamen confirmatur.
325 Statutum vel lex ciuilis an possit iuramentum annullare.
326 Leges & statuta viam periurijs aperire non debent.
327 Iuramentum est quid ecclesiasticum & spirituale.
45 q̄ negligentis. † Quia finis vniuerſalis legum eſt corrigere peccata, vt dicebat Demoſthenes, & refert iuriſconſultus in l. ij. ff. de le. ij. & in cap. factę ſunt, octaua diſt. Nec obſtat finis puniendi negligentes res ſuas ne lites oriantur, ſed terminētur, nec debent lites terminari iuſte, non iniuria ſubditorum, nec iuſtitia patitur vt eo modo terminentur, vt ex determinatione oriatur peccatum, quia talis determinatio non eſſet iuſta, vt in c. fi. & in c. cum contingat. de iureiuran. & in c. licet. eo. titu. lib. vj.

46 ¶ † Rurſus id conſidera, q̄ peccatum malę fidei poſſeſſoris, eſt contra proxima principia legis naturę. Nam ferè in primis præcipitur nobis, ne alteri faciamus, quod nobis fieri nolumus, & vt alteri faciamus, quod nobis fieri volumus, ita præcipit Chriſtus ipſius naturę auctor, & dicitur in c. fi. j. diſtin. q̄ hinc pendent leges & prophetę, ſed ego video q̄ deteſtabiliora ſunt peccata cōtra prima legis naturę precepta, q̄ peccata, quę ſunt contra concluſiones, quę ex his deriuātur, & ita dicebat ſanctus doctor quar
47 to ſen. diſt. xxxiij. q. j. ar. j. † vbi dicebat conſuetudinem non valere contra prima prę̄cepta naturalia, quia illa inuiolabilia ſunt. vt ſ̄n §. ſed naturalia. inſti. de iure na. gent. & ciui. & l. has obligationes. de cap. dimi. in c. fi. de conſue. valere tamen conſuetudinem contra concluſiones quæ ex prę̄ceptis inferuntur, quod ex eo cō ſtat, q̄ omnis lex infertur a præceptis naturalibus, vt in d. c. j. diſt. j. & tamen cōtra legem ciuilem vel canonicam valet ꝯſuetudo, vt l. ij. C. quæ ſit long. con. & in d. c. fi. de conſue. igitur ne peccetur contra prima præcepta, attentius prouidendum eſt & diligē-tius, quam ne peccetur contra concluſiones, quia prima præcepta, rectius & patēter tendunt ad verum & deſtinatum finem: cō cluſiones tamen quandoque deuiare poſſunt, vt ſanctus doctor iiij. ſenten. diſt. xxxiii. arti. ii. quod late videmus in aliquibus legibus, q̄ q̄uis videantur hēre deriuationem a primis principijs naturalibus, q̄nq; tñ fallūtur & tēdūt aliorſum, vt ē videre ī legibus, q̄ p̄bent actionē vſurariā, & ī hac eadē p̄ſcriptiōe malę fidei poſſeſſoris & in pluribus aliis, quæ vt inualide q̄nq; nō tenentur, q̄ etiam exemplo materiali oſtenditur. Nam ſi ad hoſtia tiberina nauem deducas, traiiciendam in Carthaginem nouam, principio iuſtius rectam viam proſequeris, deinde cum a portu longe ſecedis, forſan aliquantulum obliquaris. ſic igitur prima principia dilucidius & conſtantius tendunt ad finem q̄ concluſiones quę longe a principiis deducuntur. Cum igitur poſſeſſor malę fidei peccet contra primum principium, quia alienū iniuſte poſſidet, & ſuū cuique non tribuit, dicendum eſt magis, & diligētius prouidendū ne malafide preſcribat, q̄ ne quis non poſſideat, negligatve rerum ſuarum inquiſitionē, quia iſta negligentia remota conſideratione venit corrigenda. Quod to tum ſatis clare colliges ex. c. vigilanti, de preſcrip. vbi vigilantius cauendum eſt, ne quis alienas res malafide poſſideat quam ne quis ſuarum inquiſitionem negligat, & idem patet in d. c. fina. vbi quia lex ciuilis econuerſo proſpexit, dicitur nullam eſſe.

48 ¶ † At ſi dicas non eſſe nullam, quia ibi derogāt, dicas derogari prout eſt facti, & male obſeruabāt nō prout eſt iuris, ius enim ratio eſt, & rationi nō p̄t ineſſe peccatū, & ita exponebat do. Abbas. ibi ex his apparet, q̄ lex ciuilis admittens præſcriptionem malę fidei, vel eam inducēs, non valet, & ita communiter tenet
49 p̄ doctores in d. c. fi. & tenere oportet per ſuperiora. † Rurſus ſi dicas, q̄ ſm ea lex ipſa ciuilis male proceſſit, fateor, nam degenerauit a veris iuſtitiæ principiis, nec recte tendit ad verum finem, ideo non eſt conſtitutio, ſed deſtitutio, vel deſtructio verius appellari poteſt, vt in c. fi. de rebus eccle. non alie. & de his latius inferius. contingit igitur domino Io. And. & illi clariſſimo theologię magiſtro, vt illis euenire ſolet, qui iniuſtis legibus, iuſta principia tribuere volunt.

50 ¶ † Addunt idem rurſus quatuor rationes, ex q̄bus in hoc caſu ius canonicum a ciuili diſcordat. Dicunt enim in præſcriptione rei malafide poſſeſſę, eſt aliquod iuſtum & proſequēdū, & aliq̄d iniuſtum, & prohibendū, eſt enim iuſtū, vt vnuſquiſque res ſuas cognoſcat, & recuperet, ne ſint in incerto, & detur materia litiū, eſt iniuſtum ex parte preſcribentis malafide: cum igitur iſta duo non poſſint fieri per idem ius ſcilicet, vt proſequatur præſcriptionē, & eā p̄hibeat, & cū ius canonicū & ciuile ſe adiuuēt, cū ſint fundata ſup̄ eodē iure naturali id q̄d omiſit ius ciuile, ſ. prohibere p̄ſcriptionem, ſuppleāt per ius canonicū. vnde dicunt q̄ nō eſt cōtradictio cū ius ciuile dicat talē preſcriptionē equā & iuſtā eſſe, ac p̄ ꝯns ꝯſtituēdā, ius vero canonicū dicat eādē p̄ſcriptionem eſſe iniquā & iniuſtam, ac p̄ ꝯns p̄hibendā. q̄ iſta iura nō tendunt ad eundē finē, nec ad eādē cauſam. cōtradictio aūt oportet q̄ accipiatur, ſecūdum idē, & reſpectu eiuſdem hucuſque & latius ille theolog⁹. & d. Io. An. ¶ Quippe cum hi clariſſimi p̄res dicant ſe reddere quatuor rōnes, quare ius ciuile a canonico diſcordare debeat ignoro, qua arte eas iuſte reddant. cum verum ſit ius ciuile & canonicum ſibi cōſentire debere, vt ſuperius expoſui & q̄ vrgentia ſint eorū argumenta ſtatim videbis. ¶ In hoc argumento dum primum preſupponūt in preſcriptione malę fidei eſſe iuſtum & iniuſtū, & quod vtrūque per idē ius fieri non poteſt. Vnde oportet q̄ per diuerſum fiat.

¶ Diligentius primo aduertendum, q̄ in tali preſcriptione nulla eſt iuſtitia probatur, quia vt iniuſta & iniqua inducit peccatū mortale, & ideo prohibetur malę fidei poſſeſſio. igitur iuſtitiam habere non poteſt. At ſi dicas, q̄ eſt iuſta ſuo fine. Reſpondeo q̄ iuſtitia vniuerſalis preſcriptionis, qua caſtigatur negligentia, ceſſat in malę fidei poſſeſſore, quia is poſſidet contra ius diuinū, & ex tali improba poſſeſſione nō p̄t induci iuſta preſcriptio:
51 † nam vniuerſalis regula iuris ciuilis non poteſt permittere ea quę ſpeciali cauſa a iure diuino ſunt prohibita, vt in c. quid culpat̄. xxiij. q. i. & ideo dī in d. c. fi. q̄ nulla eſt p̄ſcriptio malę fidei tam canonica q̄ ciuilis. Non ergo ꝯcurrunt in iſta preſcriptione iuſtitia ciuilis & naturalis, īmo ciuilis ceſſat, & vniuerſalis regula non protenditur ad prohibita naturaliter. vt in §. fina. inſti. de leg. ag. tute. & in d. l. has obligationes. de cap. dimi. infra. hinc eſt falſum q̄ per idem ius de tali preſcriptione non poſſit ſtatui, immo per idem ius ciuile debuiſſet ſtatui, vt malafide nullus poſſideret, nec p̄ſcriberet, qa hoc eſt iuſtū, iuſtitia naturali, & diuina, & ab ea deriuāt ius ciuile, & ideo eſt etiā falſum, q̄ illud iuſtū de quo ipſi loquunt̄ ſit ꝓſequendū in p̄ſcriptione cū malafide poſſidet̄. ¶ Rurſus cū eodē argumēto dicunt, q̄ ius canonicum, & ciuile ſe debent ſubuenire, cū ſint fundata ſup̄ eodē iure naturali, fatentur hoc iuris preſidium. Queramus tñ ab ipſis, q̄ cum ius ciuile fundetur ſuper iure naturali, qūo cōtra primū principium iuris naturalis, quo ſuū cuiq; tribuit, poterit approbare preſcriptionē malę fidei. cū igitur fundamētū, q̄ eſt ius naturale, deſit, nō poteſt ſuper ędificari, vt dicebat Paulus in propoſito noſtro, & ſcribitur in c. cum Paulus. i. q. i.

52 ¶ † Tertio cū dicunt, q̄ a iure canonico p̄ſcriptio eſt prohibenda, aduerte q̄tū pugnantia loquunt̄, & certè in primis non eſt apta oratio, q̄ ea quæ iuris ſunt prohibeantur. preſcriptio. n. cum ſit iuris acquiſitio, iure nō eſt ꝓhibēdi, probat̄, qa aut eſt iuſta, & male ꝓhiberet̄, q̄ iuſtū eſt, aut iniuſta, & tūc nō eſt iuris, nec iure preſcribitur, vt expreſſe dicit̄ in c. iuſ. de verbo. ſig. igitur inanis eſt ꝓhibitio, qa p̄ſcriptio, quæ nō eſt, cū iure non ſit, prohiberi nō poteſt, vt in l. x. de verbo. obli. & in c. ad diſſoluendum. de ſpō. impu. item ea quæ iure ſubſtantiam capiunt non recte prohibētur, probatur, quia cum ab eodem legiſlatore diſpoſitio conſtet ſeipſum, vel ſucceſſorem prohibere nō poteſt, vt in c. innotuit, de electione. mutabit igitur, vel tollet legem, & tūc ceſſat diſpo-
53 ſitio, quæ non capit ſubſtantiam a lege ſublata † facit doctrina Bar. in l. ſi quis pro emptore in fictione inductiua, de vſucap. vbi naturaliter probat, q̄ ea quę iuris ſunt iure ceſſante nihil ſunt eſſentialiter: in his ergo non cadit prohibitio, at ſi de eo quod eſt iuris ciuilis a iure canonico aliquid diſponitur, nec tunc recte, prohibitio iuris vt in exemplo noſtro, quia declaratur nō iuſtū, & ideo non eſſe iuris, vnde falſum eſt, q̄ etiam ante. c. fina. de preſ. malę fidei poſſeſſor preſcriberet iure ciuili, & ita colligit̄ de mente abbatis. ibi fateor tamen aliquando factum ipſum prohiberi, vt fit in contractibus, vt in l. non dubium. C. de leg. non tamē prohibetur preſcriptio, vel obligatio, quę iuris eſt, vt ſupra.

¶ Verum ſi fateremur prohiberi preſcriptionem, neceſſe eſſet
54 fateri prohiberi legem ciuilem † quia preſcriptio eſt quid iuris ciuilis, vt in princip. inſtitu. de vſuca. & ipſi fatentur in diffinitione. Sed cum ipſi etiam fateantur iuſte prohiberi preſcriptionē malę fidei, ſequitur leges eam inducentes iniuſtas eſſe: & ita eſt in veritate, quia vt iniuſte deteſtantur. in d. cap. fin. vbi eadem ratione dicit non valere leges, quia nō valet preſcriptio, & ecōtra.

¶ Quarto cum dicant legem ciuilem ceſſare infringēdo preſcriptionem ex malafide, quod non pertinet ad ius ciuile, & q̄ hoc ꝓuidet ius canonicū, quod omiſit ius ciuile. Dic q̄ ius ciuile nō ceſſat in preſcribendo, quia iure medio preſcribebatur, quamuis illa preſcriptio non erat vera, ſed obſeruabatur facto. nec erat neceſſe, q̄ ius canonicum infringeret, ſi ius ciuile, vt debuit, omiſiſſet preſcriptionem in malę fidei poſſeſſore, quæ, vt dixi, vere
55 p̄ſcriptio nō eſt, nec vere infringitur. † Nec verum eſt, q̄ ad ius ciuile non pertineat prouidere, ne malafide poſſideatur, quia ex primis prę̄ceptis naturalibus ꝯſtat, vt ſuum cuique tribuas, & ne alteri noceas, quòd prę̄ceptum vt totius iuris ciuilis primū prę̄ceptū eſt ꝓpoſitū in l. i. inſti. de iuſti. & iur. & in §. Iuris prę̄cepta. inſti. eo. ius ergo ciuile debuiſſet hoc curare, ne poſſideretur diutius malafide, nec debuiſſet prouidere, vt malafides frangeret preſcriptionem, ſed ceſſare in inducenda preſcriptione.

56 ¶ † Item cum dicunt q̄ ius ciuile & canonicum in hoc nō ſibi contradicunt, ſed mutuo ſubueniunt, hoc ꝓfecto apprehendere non poſſum, cum ab vno iure introducatur preſcriptio, & ab alio denuntietur iniqua, & improbetur, immo declarantur, leges eam fouentes eſſe nullas, vt in d. ca. fin. & in cap. uigilanti. at cum ſubiiciant, q̄ ubi eſt contradictio, oportet q̄ accipiatur ſecundum idem, & reſpectu eiuſdem. Reſpondeo, q̄ eſt contradi-

ctio

Source : BIU Cujas

ctio in eadem prescriptione, quia eam ut iustã inducit ius ciuile,& ius canonicum dicit nullam:quia est iniusta,ergo contrariã tur,vt in l.non dubium.C.de legibus, & quamuis causa sit diuersa,cum tamen sententia sit circa eandem præscriptionem,& causa iuris ciuilis cesset,vel vincatur,non est dicendum non sibi pugnare,vt si ru contra me sentias diuersa ratione, quam ad eandẽ sententiam ego probaui inualidam.

¶Secundùm prędictorum doctorum argu.est tale.Illud,quod sequitur legem euangelicam,debet discordare ab omni, a quo discordat lex euangelica,sed ius canonicum sequitur legem euangelicam,& deriuat ab ea,ergo debet discordare a lege ciuili.Con
57 sequentia probatur,†quia lex euangelica discordat a iure ciuili, cum illa iudicet actus interiores,vt Matthęi 5. omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo,ista verò iudicat actus interiores ad humanam societatem, vnde sequitur, quod etiam ius canonicum debet iudicare actus interiores,vt præscriptionem malæfidei, in quo casu oportet esse diuersum vel superabundare a iure ciuili, hæc ipsi.

58 ¶† Conuertere certè posses argumentum,quia in lege & euangelio naturale ius continetur, vt in capitulo, non est peccatum. 6.dist.& ius naturale est, quod in lege & euangelio continetur, in c.j.dist.j.& in c.2.eadem distin.& ex lege naturæ descendũt omnes leges:vt in d.c.j.ibi,hinc descendunt leges,& prophetæ,igitur discordare non possunt,adeo ꝙ si discordarent a lege euangelica,non essent leges,vt supra satis exposui.

59 ¶† Sed ita resoluas, ꝙ aut loquimur de iure iudiciali,& fori,& tunc non debet discordare ius canonicum a ciuili,quando iustitia exhibenda est iure naturæ,vel euangelico, exemplo subijcio in casu nostro. Fingamus aliquem malafide possidere, dominus conuenit ipsum in iudicio,possessor præscriptione se tueri conatur,probatur tamen malafides,certè & in iure canonico,& in ciuili iudicandum est contra malafide possidentem, cum ius naturale & euangelicum eum condemnent,aliàs iudicium est nullũ: quia iniustum,vt in d.c.vigilanti, & in dicto c. fina.& in regula, peccatum.de regu iuris.& in regu.possessor eodem titu.quinimmo ad tale iudicium negatur iurisdictio cuiuslibet iudicis,& ẽt imperatoris. Cum enim a lege superiori habeat iudicandi potestatem,contra eam legem iudicare non potest, vt in c. Iulianus. & c.qui resistit.xi.q.3.& Bar.in l.fi.C.fi contra ius vel vti.pub.& superius dixi.

60 ¶† Aut loquimur in foro conscientię,& tunc fatendum est,ꝙ ecclesia succedit in locum Dei,& forus ille conscientię est forus qdam diuinus,cui omnia patẽt,& omnia ex animo iudicantẽ, hoc igitur iudicium est solius ecclesię,in quo non vt ab homine, sed vt a Deo iudicatur,vt in c.si sacerdos,de offi. ordi. vñ fatebimur, ꝙ in hoc foro diuersitatem habet ius ecclesię a iure ciuili, nõ ꝙ diuersitas consistat in iustitia,maximè quando procedit a princi
61 piis naturalibus, † quia illa semper est vna,& tota sibi constat,ac consentit,vt in principio insti.eodem, & vt dicit Marcus Tul.in lib de rep.est immutabilis,& eius est sator Deus, nec est alia Romæ, alia Athenis, alia tunc,alia posthac,nec per populum,vel senatum ab hac solui possumus,iccirco malæfidei possessor etiam in foro iudiciali,& seculari nunq̃ debet vi improba præscriptionis obtinere:quia iustitia naturalis & gentium hoc iniquum de-
62 monstrat † cum ius gentium sit, quod ratio naturalis apud gẽtes constituit,vt in l.omnes populi infra eodem,vnde dicebat idem Cicero 3.lib.offi quod enim ciuile est, non idem continuo gentium,quod autem gentium idem ciuile esse debet.ista ergo, quæ ratio naturalis demonstrat,necessariò sunt obseruãda in foro ciuili prout in foro conscientiæ,vt supra exposui.

63 ¶†Forus tamen cõscientiæ in hoc a iure ciuili discrepat; quia est animi iudicium,quod Deo soli pertinet, & alijs est absconditũ, vt in c.in ciuitate.de vsur.& hoc prout a iure ciuili, ita a canonico potest discrepare non iustitia ipsa naturali,vt dixi,sed quia ecclesia ista militans non potest de animo occulto iudicare: vt in c.a nobis,de sen.excommu. solo igitur Deo veritas & infallibile iudicium relinquitur,vt ibi,& in c.cum æterni tribunal, de re iudi fateor tñ,ꝙ qñq; etiam iudicij cõscientiæ põt discrepare a foro ciuili,sed hoc euenit cũ iure ciuili iudicatur,nõ aũt cũ iure na
64 turali debet iudicari,vt in casu nostro.†& ita intellige.c. vigilanti.& c.fi.de præscriptio.nam secundùm prædicti doctoris sententiam non procedunt nisi in foro conscientiæ:sed idem erit in foro ciuili & iudiciario,quod satis constat ex eisdem capitulis,quæ leges in foro suo disponentes denunciant non validas. cogita.

¶ Tertia ratio,quam formant prædicti theologi,& Io. An. ita se habet.Illa iura debent in præscriptione malęfidei necessariò discordare,quorum vnum intendit conseruare iustitiam propter terminanda litigia,alterum verò econuerso intendit terminare
65 litigia propter iustitiam seruandam† sed ius ciuile intendit cõseruare iustitiam propter terminanda litigia, nam suus finis principalis est conseruare ciuilem societatem,ius autem canonicũ ecõuerso intendit terminare litigia ad conseruandam iustitiam; qa finis suus principalis est ordinare in Deum,& in legem euangelicam,vt homo gloriam consequatur,qui ordo in Deum non habetur,nisi iustitia conseruetur,hæc ipse & reliqua.

66 ¶†Aduerte,quòd argumentum quam primum peccat in eo,qđ in sęda vel minori propositione dicitur, ius ciuile intendere ad conseruandã iustitiã pp terminanda litigia,quippe in hoc dicerẽ dormitasse Homerum.Quid enim est dicere, ius ciuile prosequi iustitiam ad finem terminandarum litium,& nõ pp seipsam, vel propter alium finem,quinimmo terminatio litium est effectus particularis,qui prouenit a iustitia ciuili. Nam finis est, vt genus humanum iustitię regulis fęliciter viuat, nam per eas vt honestè viuat,alterum non lędat,ius suum vnicuiq; tribuat, informatur: vt docetur in prin.decretalium,& in c.factæ sunt leges.4. di.& in l.nam & Demosthenes,de legi.& in l.iustitia infra de iust.& iure. plura igitur continet fœlicitas,& iustitia generis humani, quàm finem terminandarum litium, vt patet in illis iuribus, & docet Aristo.in j.ethicorum li.in prin.& in c.2.ibi,præterea leges ferat, quibus quid agere quisquam, ac à quo abstinere ipsa constituat, eius profecto finis aliarum artium fines continebit, ita ipse,nam legibus & ethicæ subest disciplina militaris, legibus medicina, legibus Rethorica,& cæteræ scientiæ,& artes, quibus vti oporteat: hic igitur finis fœlicitatis humanæ continet cæteros fines: nec tantum continetur in determinatione litium, quam ego nõ paruipendo, cum sit causa & effectus magnus ipsius iustitiæ ciuilis.

67 ¶†Præterea ostendit hæc conclusio, ꝙ ius ciuile constituat finẽ iustitiæ propter lites terminare:iustitia enim propter se est expetenda,cuius executio finem litium terminandarum, & cæteros fines continet,vt idem Aristoteles in d.c.j & 2. docere videtur, quod a seipso patet. Nam vt Aristo.dicit,quod minus est, est propter aliud:& cum humani generis fœlicitas contineat litium determinationem,non potest esse,vt litium determinatio sit finis propter se,immo & ecõuersò litium determinatio est ad finem humanæ fęlicitatis,quæ quidem fęlicitas est summum bonũ secundùm Aristotelem.Sed ego de hoc s̃.

68 ¶†Item illius argumenti consequentia est fallax:quamuis enim ius ciuile habeat finem terminãdarum litium,tamẽ necesse est, quòd lites iustitia terminentur, illa enim terminatio non est intelligenda Barbarè,& Tyrannicè, sed secundùm iustitiam: vt in c.factæ sunt.4.di.& cap. sequenti.vbi ponitur finis legum.deinde subiungit hæc verba.Præterea in ista constitutione legum maximè est obseruandum,vt contineant honestatem,iustitiam, possibilitatem,cõuenientiam,& reliqua. Ecce quàm expresse vides finem legum etiam ad lites terminãdas,vt ibi text.loquitur,semper adiungendam cum honestate iustitiam, & conuenientiam. Igitur quamuis ius ciuile velit terminare lites,non debet eo modo terminare,vt iniustus,& iniquus possessor lęsa conscientia p̃scribat.Vnde deberet concordare in hoc cum iure canonico,igitur minus discordare oportet,cum maximè secundùm talẽ consequentiam,vbicunq; iustitia naturalis aduersaretur determinationi litium,esset secundus finis legis ciuilis:absit tamen tale cõsilium iniquum & etiam inane quod leges redderet nullas.

¶Quartum & vltimum argumentum est, ꝙ ius ciuile sistit solũ in foro litigij,ius verò canonicum ita intendit de foro litigij, qđ finaliter se remittit ad forum conscientiæ,vt in c. omnes, de pęni.& remis.igitur necesse est,ꝙ discordent in præscriptione malæfidei & cætera.†primò distinctius intelligas, ꝙ de vno foro ad
69 alium non habet locum remissio,etiam de iure canonico: vt in c.cum vos,de offi.ordi Sed hæc est vera conclusio,quòd vbicunque de iustitia principijs naturalibus constat, ita iudicandum est in foro iudiciali,prout in foro conscientiæ:vt in c.fin.de consue. iuncto.c.nouit,de iudi.& hoc non patet ex remissione ad forum conscientiæ,sed ex vera iustitia:vt in c.quæ contra mores. 8. dist. & idem est in foro iudiciali seculari,vt. s̃. dixi, & patet in eadem præscrip,vt in c.fina.de præscrip.& in d.c.quæ contra mores,quãuis fateor in hoc distinguendum,vt in c.filius noster, de testamẽtis. vides igitur quomodo concludant argumenta illius Theologi,& Ioan.And.nam iniusta conclusio iustis argumentis probari non potest.

70 ¶† Ex superioribus infertur tertiò, quòd non rectè infert dom. Abb.ex prædictis docto. in d. prohęmio Gregoriano scientiam canonum non esse meram practicam,prout est scientia legũ, qa canones habent partim speculationes metaphysicas.

¶Ego potius crederem,in canonibus omni agi ratione practica prout in legibus,quia ius nihil est nisi rõ practica, quę est moralis & circa mores versat,vt in c.non est peccatum §. his itaque. 6. dist.& ego nunq̃ vidi disputationes de Deo & supercęlestes iure determinari,nec credo,ꝙ do.Abb.& reliqui eas egerint.Nec obstat,ꝙ plures habeamus cõstitutiones,quæ de his tractent. Nam eodem modo tractatur etiam in legibus de sum. trini.& fide catho.tamen tam in legibus quàm in canonibus tradũtur vt determinationes tenẽdę,non vt a nobis disputandæ: vt in l.nemo. C.
71 de sum.trini.& fide catho.& in c.nos ad fidem 96. di. †& eodem modo intelligas,quod dicit Io.And.in c.quicunque.in §.inhibemus,de hære.lib.6.in glo.vbi dicebat, doctorem decretorũ posse disputare de fide catholica, quod intellige non vt de veritate inquiratur,sed vt veritas iam inquisita & inuenta teneatur,vt dr̃ in d.c.nos ad fidẽ,& in l.nemo s̃.al. & ex hoc est disputatio fidei

prohi-

Source : BIU Cujas

prohibita: vt in d.c.quicunq;.§.inhibemus,& in l.nemo. nec certè decet de veritate fidei disputare, sed eam iam determinatam tenere, vt notatur in c.nos ad fidem, fatendum tamen est, ꝙ dū aliquod dubium est. quod tangat articulos fidei, ad summū Pontificem est recurrendum: vt in c.maiores, de bap. quem determinare consulerem cum uiris metaphysicę peritissimis: vt in c.satis.96.di. vbi episcopi de eare disputare debēt, qui eligendi sunt eminentis scientię: vt in c.cum in cunctis, de electio, vt igit̄ orationem ad gyrum reducamus, iurisperitos moralis philosophię oportet esse instructos, nec ad rationem legis pertinet disputare de essentia diuina, sed tantum considerare rationem practicam, q̄ est mensura ad ipsam legem, & in hac senten. est sanctus doct. prima secundæ quæstio. 9. artic. 2. & idem tenet gl. in proæ. Grego. in gl. j. cogita tamen.

¶ Quartò infero, ꝙ non est certa ratio, quam reddunt p̄dicti doctores, quare ius canonicum & eius periti excellant ius ciuile, & iuris ciuilis peritos: nam dicūt ius canonicū subijci theologiæ.

¶ Sed si dictū non est certum, vel forsan non verū, illatio nō potest esse certa: ego enim, qui canonista sum iure certiori prę ferri cupio, subiungit tamen do. Abbas, quòd excellit tantum, quātū
72 aīa corpori. † Quod vī euidenter probari ex c.solitę, de maior. & obe. & ex c.suscepistis x. di, vbi dī, canones prę ferendos legibus, nam spiritus non est postponendus carni. Ergo eam sentit excel lentiam, quæ est inter spiritum & carnem.

¶ Aduerte; quia quisq; facile erraret in dubio nostro. Et quæro de vera ratione, quare canones prę ferantur legibus. Respondeo, quòd non est deriuatione, vt credunt prędicti doctores, quia eadem est iustitiæ deriuatio, vt ipse ostendit. Sed duæ possunt esse causæ, quæ sese adiuuant, prima est excellentia causæ efficientis
73 † nam summus Pontifex maiorem habet iurisdictionē & excellentiorem, q̄ ipse Imperator, vt planè constat ex ca. solitæ. de maio. & obe. vbi eam tex. docet differentiam, quę est inter solem & lunam, inter diem & noctem, & inter corpus & animam, & eandem excellentiam esse inter Pontificem & Imperatorem, idem in c. per venerabilem, qui filij sunt l. cum simi. itaque dignitas suprema Pontificis est multo clarior & eminentior dignitate Imperatoris: quia a Deo super omnem animam constitutus est. Vnde idem etiam Imperator ei subijcitur, vt in epistola inter claras, de sum. tri. & fid. ca. in d.c.solitæ, & in c.nouit. de iudi. notatur in c.j. de consti. Item alia etiam ratione est maior: quia subditi digniori causa subijciuntur, nam Papa prę est spū alibus, Imperator verò temporalibus, & quanto dignioribus prę est, tanto clarius excellit, vt argumentatur tex. in d.c.solitę & ibi no. Abbas. 7. no
74 tabili † at constat, ꝙ leges superiorum digniores sunt legibus inferiorum, vt in c.cum inferior, de mai. & obe. & in l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad trebe. ergo leges canonicę excellunt leges imperatorias, hanc rōnem tradit tex. in c.lege. x. dist. vbi colligit̄, iō leges ciuiles postponendas canonibus; quia canonū lator est superior: & ꝫ naturā est, vt leges inferioris prę ualeant legibus superiorū: vt in d.c.cum inferior, quod etiam confirmatur in l. naturę, quę a Deo procedit: vt in c.j. & 2.j. dist. ideo semper præfertur legibus inferiorum, vt in c.quę contra mores. 8. dist.

¶ Sed contra superiora videtur probare tex. in c.suscepistis. x. dist. vbi ea assignatur ratio; quia iurisdictio Pontificis est spiritualis, vnde tanta est differentia, quanta inter spiritum & carnem. Respondeo, & fateor hac eadem causa iurisdictionem Pontificis esse clariorem, & quòd canones eo etiā excellant, ꝙ spiritualem exercēt iurisdictionem, leges verò temporalem. Tamen in hoc consistit deceptio, ꝙ eodem modo mores instruit vnū ius, sicut aliud; quia ex eisdem principijs, & ad eundem finem, & tota est moralis philosophia, quæ instituitur, & docetur, differunt tamē in doctoribus, vel legumlatoribus, & etiam in iurisdictione, nō in doctrinę causis, & principijs, nisi eo modo quo s̄.

75 ¶ † Item obstat, ꝙ etiam ius ciuile vī ad ipsam mentem & spiritum leges instituere; cum.n. iustitia sit voluntatis, vt patet in diffinitione, leges, quę iustitia pendent, necesse est, vt de voluntate disponant, vnde etiam voluntate malum vel bonū legibus iudicatur, vt in l. qui iniurię. in princ. ff. de furtis, & in l. quod reipublicę. ff. de iniurijs, & in l. 4. §. si qus. ff. de tab. exhi. & in l. j, C. de sicc. ꝙ ēt constat ex Arist. doctrina. j. poli. vbi dicebat, ꝙ qui ius ciuile instituere debet, de aīa quoq; exire oportet, prout qui oculos, & totū corpus curaturus est, de ipsis sciat necesse est: huius rō manifestè patet. Nam legibus bonum humanū & fœlicitatem humani generis quęrimus: at hoc bonū in operatione per virtutē consistit: virtus aūt est operatio animi nō corporis, igitur necesse est, vt qui ciues velit facere bonos & legibus obtēperantes, vt in l. j. §. j. infra eod. eorum animos instruat, atque instituat, & ita dicebat Arist. Ius ergo ciuile de animis & de spiritu disponit: vt di-
76 sponere dēt † per leges enim coercetur audacia, refrenatur appetitus noxius, castigat delinquendi licentia, & nocendi facultas, & reliqua, vt in d.c. factę. quę oīa magis pertinent ad habitū animi, quàm pertineant ad corpus materiale, vt a seipso patet.

77 ¶ † Sed his ita potest responderi, ꝙ ius ciuile instruit animū ad bonū politicum, quod quidem bonū habet adhuc vltiorē finē animę ſm ꝙ iam a Iustiniano & cæteris Imperatoribus fuit cognitum, vt per totū titulū de summa trinitate, & fide cath. & per leges oēs, in q̄bus nostrā perpetuam & veram fidem fatent̄. Sed Imperatores nō habent iurisdictionē spiritualē in ipsa aīa, prout hēt summus Pontifex, q̄ cū sit in loco Dei, q̄uis genus humanū instruat legibus ad fęlicitatē humanā, vt ex hoc consequamur illam verā, quę diuina & ęterna est, tñ potestate a Deo immediate data, pōt ligare & absoluere spiritū ſm iustitiam: vt in d.c. significasti, de electi. & in c.solitę cū similibus. Aduerte tñ, ꝙ si soluerit iniustè nō erit erit solutus: q̄uis solutus ab humanis cēseat: vt notat̄ in c.nō est. de voto & voti redem. Nec iniustè ligatus erit verè ligatus, q̄uis legatum esse teneat̄: cū ęterni tribunal iudicis illū reū nō habeat, quē iniustè iudex cōdemnat: vt in c.cū ęterni. de reg. iu. li. 6. ista itaq; potestas clauibus regni cœlorū tradita ad iustitiā est tradita: vt in d.c.cū ęterni, & dixi latè in repe. §. & quid si tantùm, legis Gallus, in fine. verbis. Item est tradita ad medicinam, vel ipsius qui corrigitur, vel generis humani, vt in ca. cum medicinalis. de sen. exc. in c. inter hæc. 33. q. 2. cum simili.

¶ Ex his quoq; videtur formari argumentum, ꝙ finis iuris canonici se protendat vlterius, q̄ ad fęlicitatem humanam: quia iurisdictio summi Pontificis, ex qua ius canonicum consistit, extenditur ad dandā vel auferendam ęternam beatitudinem, & illam vltimam, & veram fœlicitatem, vt vides.

78 ¶ † Pro nunc ita respōderē, ꝙ summus Pontifex est supra ius canonicum, & in hoc habet plenitudinem potestatis: vt in d. cap. si gnificasti; item sibi est concessum, ꝙ non solum in terris, sed ēt in cęlis habeat claues & potestatem: hanc tamen cœlorum potestatē habet ab ipso Deo nō metitam, nec regulatā humano iure, sed volūtate Dei, vnde ista potestas est extra finem, & intentū proximū iuris canonici & fęlicitatis humanę: ex ista igit̄ nō possumus arguere ad finem canonici iuris, q̄d est humanum, cogita.

¶ Quinto infero ad id, q̄d subiungit do. Io. An. in d. regula, pecca
79 tū. 9. col. & do. Abb. in d. proœ. Grego. † vbi potissima virtus, ad q̄ conatur ius ciuile, est ciuilis amicitia. Sed potissima virtus, ad q̄ conatur ius canonicū, est cęlestis amicitia, quam charitatem appellāt, sine qua est impossibile hominē in Deū tēdere, & reliqua.

¶ Aduerte, ꝙ amicitia ciuilis est cęlestis & a cęlo pendet, q̄a pendet a rōe ęterna, & deinde a naturali: lex. n. naturalis subijcit legi ęternę & participat ex ea; q̄a ex impressione eius hēt inclinationes in proprios actus & fines: nā rōnalis creatura diuinę ꝓuidētiæ subiacet & est eius particeps, cū sibi & alijs ipsa rōne ꝓuideat, vnde in ipsa rōnali creatura participat̄ ęterna rō, ex qua mouet ad debitū finē: talis igit̄ participatio dī lex naturalis, hoc ipsum auctoritate psal. probat̄, cum prę cepisset in hęc verba; Sacrificate
80 sacrificiū iustitiæ. † Sed quæret forsan aliquis, quis nobis ostēdet iustitiam, vel docebit ipsam? Huic igitur tacitę q̄ōni rñdet psalmista, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: ita ipse. Hoc igitur lumen, quod est nobis signatum, est ipsa ratio naturalis, qua discernimus, quid sit bonum, & quid malū, & hoc lumen est lex naturæ, quæ est impressio diuini luminis in rationali creatura: ita dicebat S. Tho. j. 2. q. j. ar. 2. ex ista ergo lege naturali deriuantur omnes leges, vt in c. consuetudo. j. dist. & s̄. latè, & ab ęterno naturales & ciuiles, vt Aug. in primo de li. arbi. & dicebat Aristote. j. ethi. quòd cum natura homo sit animal sociabile, ciuitas est vera communitas ſm naturam, & ideo leges ciuiles cum deriuentur a lege naturæ, quæ cū sit quædam participatio legis ęternę, vt supra, rectè dicitur diuina: vt in c. 2. j. dist. & c. 1. in fi. 9. dist. vt ergo reuertamur vnde sumus egressi, hæc participatio communis est ad legem canonicam & ciuilem, a lege enim naturæ, & a lumine vultus Dei vtraq; procedit, vt supra dicebam. ¶ Vnde dicere, ꝙ requirit̄ quędā cęlestis amicitia distincta ab amicitia ciuili, quam ostendit natura ex lege ęterna, certè vī mihi dubitabile quòd ad ea, quę iuri pertinent: nā de amicitia naturali iura tradita sunt, & ea est necessaria ad commune bonū, quæ ciuilis, diuina, & naturalis est, nam inter homines iustè, & cum summa charitate viuet, qui honestè viuet, alterum non lędet, iusq; suū vnicuiq; tribuet, & cum ista charitate quò ad humanam societatē, & quo ad ea, quæ iuris sunt, consequitur beatitudinem; q̄a hāc eandem inter humanos constituit omnipotens pater suo iure naturę, & ęterna ratione: vt in c. j. di. j. & in eius successione sunt editę leges vt in proę. Grego. & in hac sententia est Sanctus Doc. in d. q. 90. ar. 2. vbi legis etiam naturę, immo omnium legum finem posuit humani generis fęlicitatem humanam. Nec obstat arg. illius domini fratris Gerardi, quem refert & sequitur Ioan. An. vbi suprà, quòd ius canonicum sit quędam explicatio iuris diuini, oportet quòd idem finis sit vtriusque, quod quamuis fateamur, nihil tamen cōcludit; quia eodem modo deriuatur a lege diuina ipsum ius ciuile, vt supra: & quamuis nō eodem modo, in aliquo tamē etiam finis iuris diuini & naturalis, quò ad moralia est idē, vt in
81 d.c.fi.6 di. ¶ † Fateor tñ, ꝙ cognito fine ęterno charitas quædam supernaturalis est necessaria: cum enim homo cognoscat Deū omnium causam, & motorem, ac se creatum ab eo ad æternam beatitudinem, Deum super omnia amet oportet, vt apud Matthęum, diliges dñm Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, vnde, vt ait Apostolus, q̄ adhæret Deo, vnus spiritus cum eo est, & est charitas cōiunctio q̄dā, quę cōsistit in spiritu inter Deū & ani-

Source : BIU Cujas

& animam nostrã, vt in c. debitũ de big. in prin. ex isto igit amore, qui conflatur per gratiam: vt dr Rom. 5. charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, cau satur quædam cœlestis amicitia, vt sancto ardore spiritus proximos tuos ames. Nã cum teipsum ames inclinatione naturæ pp bonum totius vniuersi, quod est Deus, Deũ amas, tanq̃ te, & vniuersa continentẽ, & necesse est, vt humanos quoscunq; ames tãquam fratres ab eodẽ opifice & patre, hoc est qđ dicebat Dyo. in lib. de diui. no qp Deus conuertit oĩa ad amorem sui ipsius.

¶Hęc igitur charitas, quę est verus amor Dei, si eam ad socios humanos referas, certè est ex cognitione supernaturali: tamen cre-
82 do† Iuris amicitiam naturalem esse, siue sit canonica, siue ciuilis; qa a naturalibus principijs exoritur: vt in d. proę. Greg. quamuis fateri oportet, oĩa a Deo procedere tanquã a prima cã & motore primo. Vnde ẽt apud iurisconsultos veritatis ignaros natura ipsa ostendebat Dei veri operum vniuersorum opificis religionem, vt in l. veluti, de iust. & iure, & in l. 2. ff. de pol. & in l. vt iurisiurandi. de op. li. & in l. qui per salutem. ff. de iureiuran. cum similibus cogita, & in his metaphysicos quæras, sat est quò ad propositum nostrũ quid iuris sit tetigisse. ¶† Quintò principaliter infert
83 ex his ad illam dubitationem, an ius canonicum possit iuri ciuili in vsuris obuiare? Hanc quæstionẽ posuit Io. An. in regula, peccatum 9. col. de regu. iur. & ex præfato fratre Gerardo proposuit tria arg. quæ tribus verbis expono. Primum est, quòd ius canonicum & ciuile habent fundamentum ius naturale: sed vsurę sunt contra ius naturale vt in c. super eo. & cap. in omnibus, de vsuris. Item subalternantur iuri diuino, ergo nihil possunt cõtra ius diuinum. Tertiò, quia Imperator præcipit obseruari concilij Nice. quod imponit pœnam vsurariorum: vt in c. quoniam 47. dist. His tamẽ non obstantibus ille frater Gerardus tenuit, qp ius ciuile se habet in casu vsurarũ tanq̃ indulgens pœnam, & non puniens, vnde non est inconueniens, qp lex ciuilis non puniat; cùm plura sint prohibita a iure naturali, & diuino, quibus non est addita pœna a iure positiuo; per hoc tamẽ nulla est de vno iure ad aliud contraria ratio, itaq; ius naturale, & ciuile, nec ius canonicum & ciuile aduersantur: & ratio est: quia cũ ius ciuile maximè tendat ad ciuilem amicitiam, vbi per prohibitionem aliquorum vitiorum ciuilis societas & amicitia læderet, ius ciuile a tali pro-
hibitione se pseruat, & ea relinquit diuino iudicio punienda, te-
84 stante beato Augustino lib. j. de lib. arbi. † vbi inquit. Lex ista, quę regendis ciuitatibus fertur, multa concedit, ac impunita relinqt, q̃ per diuinam prouidentiam vindicantur. Ita igitur in proposito, contractus vsurarius non est necessariò prohibitus a iure ciuili, quia ius ciuile non debet ciuilem amicitiam impedire, ita ipse theologus, quem sequit Io. An. ibi, q̃uis in cõtractu vsurarum discordet: vt j. & idẽ est ẽt de sensu Abbatis in dicto proœmio, vbi retulit ea q̃ dr in eadẽ reg. possessor. 9. col. ex qb. hęc inferunt.

85 ¶† Ego in primis fateor, qp oĩa peccata nõ sunt punita p ius ciuile, immo aliqua omittunt diuinę vindictæ: vt in liiusiurandi. C. de rebus credi. vbi iurisiurandi cõtẽpta religio solũ Deum hẽt vltorem. Et ita dicit Augustinus in loco prędallegato, & idẽ tenet & ferè eadẽ verba dicit S. Doctor, a quo ea sumpsit ille frater Gerardus prima 2. q. 96. ar. 2. in fi. nam, vt ibi dicit S. doctor, non põt oĩa punire, quia si puniret oĩa, forsan ꝓtemneret oĩbus: sicut dr ꝓuerborũ. c. xxx. qui nimis emungit, elicit sanguinẽ, qđ refert in c. nisi cum pridem de renun. & in c. deniq; 4. dist. nõ igit oĩa vicia sunt punienda, sed maiora & prędipuè quę sunt in nocumentũ
86 aliorũ, ita dicit Sanctus doctor. ¶† Sed aduerte in primis, qp ista ratio sancti doctoris & eius sñia ita loquit in iure canonico, ꝓut in iure ciuili, nisi loquamur in foro conscientię, in quo solũ cõsideramus iudiciũ Dei & non humanũ: vt in c. si sacerdos, de offi. ordi. & hoc latè patet: nam q̃uis in foro cõscientiæ pro quolibet peccato mortali imponat pęnitentia, nõ tñ videmus iudicialiter ex quolibet cõdẽnari. Nec obstat, qp Pontifex habeat iurisdictionem super omni peccato: vt in c. nouit, de iudicijs, quia id intelligitur ad obuiandum, ne pecceẽt, nõ tñ ad puniendũ: nam q̃uis habeat iurisdictionẽ vniuersaliter, tñ exercere non dẽt eam super omni peccato, non qp per se bonum nõ sit castigare quodcunq;
87 malũ†, sed qa castigatio boni pastoris dẽt tendere ad emendam; vt in c. Deus q ecclesiam, & in c. omnis vtriusq;. de pœni. & re. & in c. cũ medicinalis, de sent. exc. & oĩa castigando, minor sperare tur emenda, nã in multitudine hominũ maior pars est imperfectorũ, quæ facile oĩa rumperet. iuxta illud Matthei 9. qđ si vinũ nouum, idest prędepta pfectæ vitæ mittant in vtres veteres, idest in homines imperfectos, rumpent vtres & vinum effundet, idest prędepta cõtemnent & homines ex contemptu ad maiora mala prorumpent: sit igitur cautus legumlator. ¶ Sed ꝯ hęc vr̃ senten. Arist. lib. 5. ethi. c. 5. Oĩa ferè (inquit) iura ab vniuersa virtute ordinata sunt: nam lex prędepit viuere sm oẽm virtutẽ, & vnũquodque vicium prohibet: ecce qp vniuersa virtus, ex qua leges cõstãt, oĩa prohibet vicia: qđ ẽt patet a primis præceptis iuris, qb. primò prædipit bonum & licitũ semp sequẽdũ: vt in l. j. ſ. de iusti. & iure. itẽ iuris p̃cepta sunt, honestè viuere, alterũ non ledere, &c. vt in
88 l. iusticia. ſ. eo. tit. prędeptum igit vitę honestę prohibet vicia oĩa, † qa honestas, quæ socia est virtutis, vt Tul. lib. 3. offi. semp cũ vi-
cijs pugnat, & ex hoc idem Tul. Diomachiũ ac Caliphonem reprehendit, qui voluptatem honestati dixerunt esse coniunctam tanq̃ cum homine pecudem copularẽt: & idem Cicero paradoxum nobis tradidit, quod honestum sit id solum bonum esse, in qua re stoicorum sectam sequi vr̃, q̃uis summa ratione id docuerit, sed honestas hoc modo strictior est, q̃ ea, de qua ego s̃. in prima illatione. §. rursus aduertas. Sat est hanc honestatem cũ vicijs pugnare, quod etiam Aristoteles edocet in ethico. dum summũ bonum virtutem cum honestate esse dixerit, quamuis honestatem ibi latius assumpserit, hanc eandem sententiam sequuntur glosatores nostri in d. l. iustitia, & in §. iuris. instit. de iure nat. vbi honestam vitam reducunt ad mores: honestè igitur viuere, idest
89 sine peccato, est legibus prædeptũ. ¶†† Respondeo, qp sicut leges ciuiles deriuantur a lege naturæ: vt in c. j. di. j. & s̃. satis ita necesse est, qp præcepta prima & vniuersalia sumant ab eadem lege naturæ, quibus prędeptis vniuersaliter prędipitur, quemcunq; viuere sm naturam, & ita loquitur Aristo. & iura superiora, sed particulariter non debet lex ciuilis, vel etiam canonica punire & corrigere quodlibet uitium, vel peccatum, ne omnes leges reddantur frustratoriæ, vt supra, & ita intelligas ista, q̃uis ille Theologus & do. Io. An. velint facere differentiam inter ius canonicum & ciuile. Nam ad prima præcepta omnia vicia prohibentia, nulla est differentia: quia in hoc imitantur legem diuinam & naturalem: nam ad particularem etiam castigationem eadem ratio versat
90 in iure canonico, quę in ciuili, vt supra, cogita. ¶†† Secundum est, in quo non placet sententia prædicti theologi, quòd leges ciuiles valent circa vsuras, quia eas reliquunt impunitas, & hæc talis permissio non est improba, cùm nec permittant vsuras tollẽdo impedimentum volentium eas impedire, nec vsuris dent iuuamẽtum. Io. An. ibidem dicit, hoc non esse verum; quia certũ est, leges statuere modum vsurarium, vt in l. eos. C. eo. & patet hoc, quia vsuræ appellantur legitimę item datur actio ex stipulatu, & censentur debitę: vt in l. si non sortem, in princ. de cond. inde. & in l. q̃uis. C. de vsu. quinimmo etiam ex pacto nudo q̃que datur ius agendi ad vsuras promissas: vt in l. etiam. ff. de vsu. & in l. frumenti C. eo. & in d. l. eos. §. j. igitur a lege habent fomentum, & lex eas approbat: vt in l. legitima. ff. de pactis, & faciunt notata in l. j. de testa. ſ. quod necessariò probatur, quia cum obligatio sit iuris vinculum, vt in sti. eod. in princ. & iure ciuili obligemur ad vsuras soluendas, sequitur, ius ciuile vinculare ex tali promissione, vnde error est nimis patens, dum docet, quòd ius ciuile se habet vt per simplicem permissionem, quia dimittit vsuras impunitas, non tñ præbet fomentum, quod planè falsum est. Subiungit tñ do. Io. An. qp dictũ fratris Gerardi põt defendi ꝓsiderando, quòd leges veteres sunt correctę per leges auctenticorum. ¶ Aduerte, qp q̃uis leges essent correctæ, quam disputationẽ ad inferiora suspendo, tamen ex hoc non potest saluari sententia illius theologi: quia aut leges disponendo permittunt vsuras, & non valent, quia sunt correctę, aut consistunt in iure & validitate auctẽticorum, quibus est comprobatum cõciliũ Nicen. ut in auc. de eccle. titu. in prin. & certum est, qp cõcilium Nicenense non permittit vsuras negligendo earum punitionem, quinimmo deteſtat eas:
91 ut in d. c. qĩn. 47. di. idem igitur de iure auctẽn. † quia approbantis & approbati eadem est sententia, ut in l. j. de uete. iure enu. C. unde glosæ tenent, qp usuræ hodie de iur. ciuili sunt prohibitæ: ut in c. quid dicam. 14. q. 4. in c. quia in omnibus, de usu. in auc. ad hæc. C. eo. tit. in dicta auc. de eccle. titu. in principio.

¶ Item aduerte, qp dom. Ioan. And. non respondẽt fundamento theologi, qui ita arguit. Illud ius, qđ nõ ꝓminat, ne c imponit pęnã pp usuras, uł permittere indulgẽdo pœnã, non aũt coadiuuãdo, sed ius ciuile nõ imponit pęnã, nec cõminat usuras. ergo &c. ita ipse, ego miror qp hic physi. & metaphysicus talem cõsequentiã, nã q̃uis uerum sit, qp qui non imponit pęnam, ex hoc ipso non approbet, tamen si aliàs approbauerit, & si uerum sit, qp non imponit pœnam, falsum tamen est qp non approbet, & sequeret ex suo argumento, qp oẽs leges aliqd inducentes, uel approbantes non inducerent, uel approbarẽt, qa uerũ est, eas nõ imponere pęnas, sed ex hoc nõ seqt, nõ inducere, uel approbare. Et ita est in usuris, qbus legibus ciuilibus non imponitur pœna, & legibus ciuilibus approbant, & recipiunt fomentum, quod
92 intellige intentionaliter non uerè, de quo ſ. ¶†† Quid tñ dicẽdũ, an uerè & realiter legibus approbant. Rñ. qp ex auctõritate glosarum cõstat, nõ approbari, quæ hanc habent rõnẽ; qa ab autẽticis approbant quatuor cõcilia, & inter illa Nicen. qđ punit usuras, ut in d. c. qĩn. Sed si animaduertas illum tex. loquitur in clericis, in quibus deteſtat, & punit usuras, nõ in laicis. Item in eadẽ auct. de eccle. ti. §. si autẽ distulerunt. p̃cipit solui usuras in certo casu, idẽ in auct de usu nau. qđ est sequens ad illud. Nec dicas casus esse speciales, ut dicebant gl. nam generaliter & specialiter peccatum eandẽ hẽt prohibendi rõnem, nec hẽt excusationem ex fauore pię cãę, ut in c. sup eo. tit. & ita docet dñs Abbas in c. cùm sit gñale, de so. cõpe. 7. col. ubi concludit, qp de intẽtione Imperato
93 ris nõ est expresè prohibere usuras. ¶†† Leges igit usuras pmittẽtes dicendũ est non ualere, qcqd dicat ille theologus, rõ est: qa non rñdent principiis iuris naturalis & diuini, a qbus leges deriuantur;

Source : BIU Cujas

uantur: nam natura ſunt prohibitę: vt pluribus rõnib. probaꝫ in dicto mercuriali 5. col. in fi. & vtraq; pagina deteſtanꝫ, vt in d. c. ſuper eo & ſunt ꝑ ſe ſimoniacę, vt notaꝫ in c. ex parte, de of. dele. non igiꝫ pñt cõprobari iure ciuili: vt in c. quæ ⁊ mores 8. di. in c. Imperatores 9. di. & in c. fi. ea. di. & patet ex his q̃ dixi ſ. in qõe de ꝓſcriptione malęfidei. Et hoc idẽ ꝓbaꝫ a defectu iuriſdictionis legiſlatoris, q̃ non ꝑt cõprobare, q̃ de ſe improba ſunt: vt in c. fi. de ⁊ſu. in c fi. de ꝓſcri. itẽ in materia peccati ſtatuere nõ poterat, vt in c. nouit. de iudi. & in c. venerabilem. de elec. igitur ſunt nullæ, vt in c. vt animarũ, de conſti. lib. 6. & in iſta ſnĩa fuit Do. Abbas in d. c. cum ſit gñale, & alibi, quæ ſententia ſatis plana eſt.

94 ¶† At ſi dicas, q̃ leges illę ꝑſupponunt in vſuris naturalẽ obligationẽ, vt in d. l. ſi non ſortẽ. in prin. & in l. q̃uis. C. eo. ergo natura nõ ſunt ꝓhibitæ: Rñde & negari nõ ꝑt natura eſſe ꝓhibitas: vt in d. c. ſup eo. iuncto c. j. & 2. j. di. & ideo falſum eſt, q̃ naſcaꝫ naturalis obligatio, nec eſt mirũ, q̃ leges errauerint: q̃a oĩa nõ ſunt ꝑfecta iuſtitia cognita, niſi poſt Xp̃i nr̃i redẽptoris aduẽtũ, vt in c. j. 15. q. 3. & eccleſia in eius doctrina ſucceſſit: vt in c. ſignificaſti, de elect. & in c. filius, de teſt. q̃ docet S. doc. 4. ſen. di. 33. vbi tractat de mr̃imonio & cõcubinatu, & nos dicemus in l. j. §. ius naturale. ⁊.

95 eo. † facit ſenten. Mar. Tul. qui dicebat philoſophiæ eſſe noſcẽda p̃cepta, viuendũ aũt eſſe ciuiliter: ſatis igiꝫ cõſtat ius ciuile nõ ꝓſequi ꝑfectam ſemper philoſophiã: cũ ab ea q̃ñq; differat, q̃ videtur timere iuriſconſultus, cũ dicat, veram (niſi fallor) philoſophiã ꝓſequentes, vt in l. j. fi. de iuſ. & iu. & iõ dicebat alibi Cicero, nos vmbra, & imaginibus iuſtitię vti, vtinã (inquit) eas ipſas ⁊ſequeremur, nec eius ſnĩam teneas, dũ dicit, q̃ ciuiliter eſt viuẽdũ, & nõ p̃ceptis verę philoſophię: nã ſi philoſophia cõtinet veram iuſtitiã, ex ea viuẽdũ eſt, nõ ⁊ eã. Sed hęc ipſe, vt fateꝫ in libro de re publica, obumbratus dicebat: nos verò iã a cęlo habuimus ve-

96 ræ iuſtitiæ lumẽ, vi. Lactã. li. de falſa ſapientia c. 34. ¶† Fatebimur ex his, q̃ cũ Imperator legẽ euangelicam profiteaꝫ, & ſe ei ſubijciat, vt in l. cunctos populos. C. de ſum. trin. & fi. cat. & ſanctas eccleſiaſticas regulas, quę a quatuor cõcilijs editę ſunt, vicem legũ ſuarũ obtinere ſanciuit: quæcunq; igiꝫ dogmata expoſita ibidẽ, vel firmata ſunt tanq̃ ſcripturas ſanctas & ſicut leges dicit ſe obſeruare, in dicto auten. de eccle. tit. in prin. idem fateꝫ, in auct. vt cleri. apud proprios ep̃os, & in auct quomo. opor. ep̃os, in princ. cũ igiꝫ vſuræ ſint prohibitæ veteri teſtamento, & nouo, & eadẽ ꝓhibitio ſit cõfirmata iure canonũ, & in eiſdẽ concilijs ſ. in concilio Nicenenſi, vt in c. qñ. 47. di. dicendũ eſt, eadẽ regulã eſſe approbatam lege ciuili: q̃a illa eſt legis euãgelicæ, & diuinæ, qua ſe ſubiectũ, & qua ſe & oẽs ſubditos viuere debere profiteꝫ; itẽ illa eſt firmata in cõcilio Nicenenſi. Itẽ illa eſt regula ſacra, & ſacras regulas, ideſt ſacrę ſcripturæ, oĩbus dicit eſſe leges. Itẽ ſup vſuris,

97 & rebus ſpũalibus, fatetur leges canonicas in oĩbus validas eiſq; ſubijciꝫ: vt in dictis auct. † & vſurarũ crimen eſſe eccleſiaſticũ, plane conſtat in c. diſpendioſam. de hære. & notatu, in d. ca. cum ſit generale. cum ſimili. vnde veram credo opinionem gloſarũ iuris cano. & ciuilis, & fuit Ioannis, & Azonis in dicta auc. ad hæc, & Azo. in d. aucten. de eccleſia. titulis in principio. ¶ Nec obſtat reſponſio Abbatis. q̃ dictum c. quoniam loquitur in clericis, q̃d negare nõ poſſum. Sed nec do. Abb. negare poterit, ibi turpe lucrum vſurarũ appellari. Itẽ dr̃, qui exercent eas oblitos eſſe diuinæ ſcripturæ, quæ ſcriptura vſura deteſtatur: igitur hoc ipſum ab Imperatore approbatum negari non poterit; quia concilium ex diuina ſcriptura prędicit, & exponit, vnde leges antiquæ, & hæc cõprobatio nõ pñt ſimul ſtare q̃a antiquis legibus cõprobãtur,

98 hac lege vt turpes deteſtanꝫ, † antiquitus enim dabatur ex ſtipulatu actio, vt in l. eos. C. eo. hodie verò dari non poſſet, ẽt Imperatoris intentione, quia turpem cãm ⁊tinet ſtipulatio, in c. debitores, de iureiu. & in l. generaliter, de verb. obli. ¶ Nec obſtat argu. Abbatis, q̃ ab eodem auct. vſura permittatur: vt in §. ſi autem hęres, nam ibi eſt vſura, ideſt intereſſe rei legatę, quod verè non eſt vſura, q̃uis ſit lucri ceſſantis, vt latè nota. in c. conqueſtus, de vſu. & ibi doctores, & idem Abbas. ¶ Nec obſtat, q̃d de nautico fœnore dicitur, de quo inferius, vel poteſt etiam euenire, q̃ generali intentione Imperatoris ſe ſubijciat legibus diuinis & canonicis, & q̃ iuſtitiam ignorauerit in vſuris, quam ſi ſciuiſſet, non ediſſet tam inutiles leges, & a vera iuſtitia abhorrentes, vnde tenẽda eſt eius vniuerſalis intentio, quæ approbauit legem euangelicam & eius præcepta, & concilia prædicta, & quicquid eccleſia in rebus ſpiritualibus ſtatuerit. ¶ Rurſus cum ille theologus, quẽ in hoc ſequitur Ioan. And. ſubiungebat rationem, q̃ cum lex ciuilis tendat in ciuilem amicitiam, & ſocietatẽ ciuilem maximè curet, ſi per prohibitionem aliquorum vitiorum ciuilis ſocietas lęderetur, à tali prohibitione ſe præſeruat, & ita eſt in contractu vſurarum, cuius prohibitione non debet ciuilem amicitiam impedire. Ego certè hanc rationem vt iniquam ferre non poſſum.

99 ¶† Quid enim eſt dicere, q̃ caſtigando & puniendo vſuras impeditur ciuilis amicitia, quaſi dicere velint, q̃ caſtigando rapinas, impediatur ciuilis amicitia: vſura enim rapina eſt, quia vſus rapiatur, vt in capitulo, ſi quis vſuram. 14. quæſt 4. igitur apud ipſos ciuilis amicitia, & ſocietas rapinis conſeruatur. Præterea ſecundùm Ariſto. fœlicitas humani generis in virtute conſiſtit; & virtus ſemper cum vicio pugnat. Rurſus finis legum tendit ad fœlicitatem humanam, vt omnia hęc patẽt eius auctoritate in libris ethico. & nos ſ. docuimus, & oſtendimus legibus: at cùm hoc ſit vicium, vt etiam ipſi fatentur, aduerſatur virtuti, ergo vſura non conuenit fini legum. i. ſocietati humanæ, & per conſequens eius caſtigatio conuenit cum fine: vt in l. j. ⁊. eo. ibi, non ſolum meti pœnarum. & c. & in c. factæ. 4. di. ¶ Item omnipotens pater, q̃ omnia perpetua & ęterna ratione gubernat: vt in c. glorioſus Deus, de reli. & vene. ſan. li. 6. ſi vidiſſet exercitium ipſarum vſurarũ eſſe vtile & neceſſarium ad humanam ſocietatem non tantum dete ſtatus fuiſſet tale exercitium; quia ius & ratio naturalis, quæ aduerſatur vſuris, tendit ad finem conſeruationis generis humani: ut ſanctus doctor in d. q. 60. arti. 2. ¶ Item dum ipſi adducũt Auguſtinũ, in lib. j. de lib. arb q̃ lex ciuilis multa concedit & impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. Aduerte, q̃ ipſe idem Auguſti. ſubiungit hęc verba, nec enim q̃a lex ciuilis non omnia facit, ideo quæ facit improbanda ſunt, ita ipſe: ſed hoc eſt improbandum, quia vſura eſt deteſtabilis, & lex ciuilis iniuſtè eam iuſtam credidit. Igitur auctoritas Auguſtini non habet locum in vſurarum legali diſpoſitione, quia Auguſti. loqtur in caſibus, quibus ius ciuile ceſſat, quæ ceſſatio quodammodo dr̃ cõceſſio, hoc probaꝫ, vt dixi, quia Auguſtinus ſubiungit, q̃ ea quæ lex ciuilis facit, non ſunt improbanda, quamuis oĩa nõ fa-

100 cit. ¶† Præterea q̃uis lex ciuilis non puniat, nec punire dẽat oĩa peccata, ea autem, quæ in prędiudicium proximi fiunt, punire dẽt, q̃a hoc maximè tendit ad ciuilem ſocietatem, ita dicebat ſanctus doctor in d. q. 96. arti. 2. & hoc modo intelligit auctoritatem Auguſtini: quod etiam lege euangelica & canonica cõprobamus, nam in euangelio dicitur, ſi peccauerit in te frater tuus, corrige eum inter te & ipſum ſolum & c. demum dr̃, ſi te, nec illos audierit, dic eccleſię. & ex iſta igiꝫ lege euangelica ſumitur modus procedendi per viam denuntiationis: vt in c. nouit. de iudicijs, vnde non eſt iſte caſus talis, q̃ lex poſitiua debeat ſuperſedere a caſtigatione, & relinquere diuinæ prouidentiæ: cùm igitur ex rapina vſurarum peccet vſurarius in tertium, rectè dr̃ legem ciuilẽ non debere ſuperſedere in punitione talis criminis, cuius punitio q̃

101 maximè pertinet ad humanam ſocietatem † vſurarum quippe vorago animas deuorat, & facultates exhaurit: vt in cap. j. de vſu. lib. 6. hinc eſt, q̃ quamuis eccleſia cognoſcit, an ſit vſura, vel non ſit vſura, tamen vſuris poteſt etiam ab Imperatore pœna imponi, quia talis caſtigatio pertinet ad ciuilem ſocietatem & humani generis fœlicitatem, vt dicimus etiam de hęreſi: vt in c. cũ ſm leges, de hære. inquiſitionis §. prohibemus eo. titu. lib. 6. vbi prohibetur, ne iudices ſeculares cognoſcant de hæreſi: tamen poſtq̃ cognitum eſt, pœnis legum ſubijciuntur: & tunc traduntur executioni, quando cõtractus eſt a iudice eccleſiaſtico uſurarius declaratus: ut in d. c. cum ſm leges. & c. poſt miſerabilem, de uſuris, & ita intellige opinionẽ Hug. & Lauren. & no. in cle. diſpendio-

102 ſam, de iudi. in uer. uſuris, quę eſt in iſta ſenten. † & uide doctores in c. poſt miſerabilem, de uſuris, & Cardi. & Anto. & Abbatẽ in d. c. cum ſit generale, qui cõiter tenent in caſu claro poſſe iudicẽ ſecularem pronuntiare & punire uſuras, ut Bar. in l. 2. de iuri. om. iudi. & in l. Titia ſolu. matri. quia diſcernere de uſura pertinet ad eccleſiam, unde uſurę iudicium eccleſiaſticũ eſt, ſed caſtigatio uſuræ uel ex uſura iudicium bene poteſt ad iudicem ſecularem

103 pertinere, de quò alias diſſerendum. ¶† Sextò principaliter infero, quòd in nullo caſu uſura eſt permiſſibilis uera iuſtitia: nã cũ de ſe ſit turpis & inhoneſta, ius ciuile, uel canonicum nõ poteſt eam reddere non turpem, naturalia quippe a iure inferiori non mutantur, ut in §. ſed naturalia inſtit. eo. & in l. has obligationes. ff. de cap. dimi. cum mille ſimi. a ſuperiore autem. i. a Deo mutari poſſunt, ut in c. gaudemus, de diuor. hinc inferas ⁊tra aliquos, qui dicunt, in caſibus ſpecialibus permitti uſuras: ut in gl. in auc. ad hęc. in ulti. uerbis. C. de uſuris, & Bar. in l. at qui natura. §. non tantum. ff. de neg. geſt. ubi dicebat, caſum eſſe ſpãlem, quo maritus uſuras dotis percipiebat etiam de canonico iure: ut in c. ſalubriter, de uſuris idem dicebat Bal. in auc. & qui. C. de bo. auct. iu. poſſi. in ulti. car. uer. quęro mulier miſſa, ubi dicebat non ſolum marito deberi uſuras dotis, ut in c. ſalubriter, ſed etiam uxori ſoluto matr. a fortiori ratione, idem Bal. in l. fi. §. præterea. C. de iure dotium, & plures doctores in l. Titia, & in l. diuortio ſolut. mat. Nam tu clarius dices, ſi in nullo caſu uſurã eſſe pmiſſam aſſeras: quia (ut dicit Cicero l. 3. officiorũ,) nunq̃ eſt utile peccare, q̃a ſem per eſt turpe, idẽ ẽt in c. ſup eo. de uſuris, nec in c. ſalubriter, pmittit uſura, ſed fructus rei pignoratę habentur loco intereſſe, & ita no. gl. in d. c. cõqueſtus, & hoc idẽ ponderabat domi. Ioan. And. in regula, peccatũ, de reg. iur. & eo. modo ſeipſum ur̃ intellexiſſe Bar. in l. in inſulã. §. uſuras, ſol. matri. dicit enim non eſſe uſuram propriè: ſed marito id permitti tanq̃ ꝓpriũ intereſſe: & ita tenẽt oẽs canoniſtę in d. c. ſalubriter. ¶ Ego uerò diligẽtius credo aduertendũ ad intellectũ tex. illius, & de eius rõne in tex. expreſſa: quid enim facit talis rõ, q̃ frequenter dotis fructus non ſufficiãt ad onera matrimonij ſupportanda? Nã q̃ ſufficiant, uel nõ ſufficiãt nõ facit ad rõnẽ, q̃ fructus uel fructuũ intereſſe dẽri cẽſeaꝫ,

104 igiꝫ intereſſe dotis nõ ur̃ cõſiderãdũ. † Aduerte, & nũc intelliges medul-

Source : BIU Cujas

medullam illius capituli, de qua Bononiæ vidi plures doctores voces effudisse,ego verò qui tunc scholaris erã in circulis disputãdo,ita cõsiderabã,& in primis p̃supponebam,q̃ tex.ille loquit̃ in fundo a patre generi in pignus dato vt ex literis patet. Rursus dicebam,q̃ dos iure naturali debebat̃ filiæ a patre: vt in c.cũ haberet,de eo qui dux.in ma.quã po.p̃ adul.l.j.§.ius naturale.j̃.de iusti.& iu.in c.ius naturale.j.di.pro.ĩ l.fi.C.de do.& in l. qui liberos. de ritu nup.nam dos datur loco alimentorũ,quæ debentur iure. naturali,vt in c.per vestras,de do.inter vi.& vxorem.& latè Bart. in l.Meuius §.duobus,de lega.2.in 3. q. dos igitur est constituẽda ad sufficientiam alimentorũ, ad quæ pater oĩno tenet̃, vt in l.si quis a liberis.§.non tm̃ alimenta,de libe. agno. ff. vbi non tantũ ad alimenta tenet̃ pater,sed ẽt ad alia necessaria,vt ibi,& in l.si filia.§.j.fami.er.¶Tertium considerabam,q̃ aliquando euenit, q̃ dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij,vt in d.l.si filia.
105 §.j.& in dicto c.salubriter.¶†Quartum considerandum erat,qđ ferè semper hoc est contingibile,& euenit in facto, quòd pignus excedit valorem debitę quantitatis, aliàs in tam tuto non esset creditor,vt in §.fi.insti.quib.mo.re contr.obli.l.q̃uis ff.de pig. ac. at considerabam etiam,quòd legislator semper considerat & eir cumpensat qualitatem, naturam, & consuetudinem, quæ solet haberi in re,de qua agitur,vt in l.j.§ fin.si mensor fal.mo.dixe. & ad ea iure adaptamus,quæ cõtingibiliora sunt, vt in l. nam ad ea.
106 de leg.¶†His igitur prępositis fingebam casum,quid si pater fundus genero pro dote in pignus dederit,an sit gener compellendus,vt fructus in sortem computentur.Respondetur non esse cõpellendum. ¶Sed ego oppono.Certe esse põt, & contingibilius est,vt fructus fundi pignori obligati excedant vsurã,idest interesse dotis,vnde ex pignore magis haberet gener, quàm haberet ex re promissa,hæc est vera dubitatio,& hucusq; quò ad illum text. inconsiderata,ad quam respondet ratio tex. quam nunc adaptabis verę dubitationi,q̃ non est mirum,generum non computare fructus dotis.sed simpliciter eos sibi habere,quia frequẽter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonii sustentanda: nã vt pater filiæ alimenta tenetur præstare, & alia sibi necessaria, ita dotem his sufficientem:& sicut maritus eam alimentaretur,q̃uis dos non sufficeret,vt in dicta l.si filia.fam.er. ita quamuis aliquid excedat interesse dotis,æquum est marito id applicari,vt no.Bar. in l.diuortio in prin.sol.matri.5.q. & id est, qđ dicitur in ratione huius c.igitur habes verum & salubrem sensum ad ca.salubriter
107 †ex quo infero,q̃ in casu illius c.non cõsideratur simpliciter interesse dotis.patet;quia euenire potest & frequentius accidit, vt fructus rei pignoratę excedant interesse quantitatis, & tm̃ quãuis excedant,gener habebit eos,ergo ita simpliciter non considerat̃ interesse solum,sed hoc etiã consideratur,vt habeat eos fructus, quamuis excedant interesse: quia frequẽter dos non est sufficiẽs
108 ad onera,ad quæ pater iure naturæ tenet̃. ¶†Vnde infertur,q̃ si extraneus daret dotem,posset petere,vt fructus compensarẽtur, si excederent interesse dotis:quia tunc cessat ratio text. nam extraneus nulla tenebatur obligatione,nisi ex promissione, quam nuper ad dotem fecit,non igitur tenetur vltra interesse dotis.vm̃ si non compesarentur fructus interesse excedentes, videtur vsura.& nota ista, quia sunt noua & habent subtilem & ęquam interpretationem,& ex his multa inferre poteris in materia.Vides itaq;,vt eo vnde egressi sumus,redeamus,in d.c.salubriter nõ cõtingit casum usurarium,nec esset possibile, vt ius canonicum aliquam vsuram permitteret;quia tunc non esset ius, & degenerare a lege ęterna & naturali,a qua deriuatur.Sed intelligendo, vt doctores,reduci possent ad casum in quo sit usura, ideo assumas interpretationem,quam inueni.Nec obstat argu. quod sumitur ex domino Antonio,quòd cùm interesse dotis sit incertum, cõpensatio dẽt esse incerta:vt in c. salubriter. Nã quãuis sit vtrũq; incertum,tamen de consuetudine pignoris est, vt fructus excedant interesse,quia pignus præstat valorem:vt s̃. exposui,& text. rectè sentit excessum ad interesse dotis,cùm dicat,q̃ aliqñ dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij.Et vr̃ Bal. idem sensisse q̃uis in hoc ipso nõ satis aduertat, quod in casu c.salubriter vsuræ sunt reducibiles ad interesse quantitatis debitæ,& ideo nõ esse vsuras improbãdas:& ita dicit in l.fi.§.prętera. C.de iure do. 2.col.ver.adhuc.tu dic non esse vsuras, q̃uis excedant quantitatem,vt s̃.sed hęc disputationis gratia dixi,sit nobis satis constans illa applicatio,quam ad rationem tex.sum interpretatus.
109 ¶†Septimo infero ad differentiam, quæ per omnes traditur in alimentis filijs ex incestis nuptijs nati,nam de iure canonico pater tenetur ei alimenta præstare,vt in cap.cum haberet,de eo qui dux.in ma.quam pol.per adul.sed ius ciuile dicebat,nec eum esse alendum,vt in auc.ex complexu.C.de incestis nup.& in corpore vnde sumitur,& in auc.licet. in fi. C.de natu.lib.vnde Io.de Imo. in l ex facto.§.si quis rogatus.el.j.5.col.in uersi. item prędicta, tenet,q̃ in prouincijs subiectis ecclesiæ obseruabit̃ ius canonicũ, in prouincijs vel ciuitatibus imperio subiectis obseruaretur ius ciuile:vt per glo.in c-fi.de arbi.lib.6.& idem tenet Fely.in c.ecclesia S.Marię.de consti.col.18.ver.primus erit,faciũt notata in cle. dispen.de iudi.& in reg.possessor,de reg.iu.libro 6. vbi iuribus discordantibus quodcunq; in proprio foro obseruatur.

¶Tu perpensius animaduerte,& in primis id cõsidera, quòd prę-stare alimenta habet ęquitatem & causam naturalẽ,vnde in quocunque foro habet iustitiam. Nam quamuis incestuosus sit,non ex hoc creaturę cuicunq; sunt neganda alimenta; quia verũ est eum creatum,& creatus est a causis naturalibus & a lege ęterna dependentibus,igitur decet hominem creatum conseruare,nec conseruaret forsan alius,quàm pater,quia pater genitor est,& cã amoris necessaria in eo manet,hęc est igit̃ ratio, quare pater eũ alere tenet̃,maximè q̃ est creatura ad imaginem Dei a causis naturalibus producta,nam vt dicit Aug.in li.de bono coniu.quod trã scribitur in c.sicut satius.32.q.4.semen hominis ex qualicunq; homine sit,Dei creatura est,nec ipse habet vitium ex se, nec peccauit,igitur non est necandus alimẽtis prohibitis:vt in l. necare. ff.de al.le.itaq; ista causa habet naturalem ęquitatẽ, quia ab ęterna ratione procedit,vnde vbicunq; esset seruanda.
¶Item hoc idem patenter ostẽdit tex.in c. cum haberet. vbi tex. ille non disponit,quasi de nouo disponat, sed quasi iustitiam naturalem ostẽdat:cùm enim matrimonium reprobasset & filios declarasset illegitimos eos his verbis episcopo loci cõmẽdat.solicitudinis tuæ intererit,vt vterq; liberis suis, s̃m q̃ sibi suppetũt facultates,necessaria subministret. ecce q̃ solicitudinem excitat ad iustitiam,vt necessaria liberis etiam ex damnato matrimonio subministrent̃,non ergo est ius nouum, sed ad ęquitatem naturalem ferè per se sine lege notan.exhortatur & inducit episcopũ.
¶Quid igitur dicendum de lege ciuili,an erit nulla?
110 ¶†Rñde dupliciter. primo mõ, q̃ ius ciuile se habuit non tanq̃ prohibens alimenta præstari,sed tanq̃ omittens iuris robur & fomentum exhibere,ex quo alimenta præstant̃, ga iure ciuili non tenet̃ præstare,non q̃ prohibuerit, sed q̃ omiserit ingerere ciuilem obligationem ad prędanda:huic sensui satis adaptant̃ verba auc.ex complexu.ibi,indigni beneficio,vt nec alant̃ a patre: itaq; ius ciuile excludit eos a bñficio iuris ciuilis,non tm̃ negat alimẽta eis prędari iustè posse,eadẽ verba inserunt̃ in dicta auc.licet in fine,& idem videtur sensus auct. vbi sumit̃, ius itaq; ciuile cessauit in beneficio alimentorum ob detestationem criminis.¶Vel aliter,si hoc tibi displiceat, dicas, q̃ ius ciuile iudicat alimẽta nõ præstanda ex criminis detestatione,qđ videt̃ probabilius, cũ dicat,q̃ omni prorsus bñficio secludant̃,& cũ dicat in auct. vñ sumit̃,q̃ nec alendus est a patre,& in auc.ex complexu.ibi, indigni bñficio,vt nec alant̃ a patre,ius ergo ciuile iudicat eos indignos alimentorum,& non alendos:ius verò canonicum exortat solicitudinẽ,vt alant̃:itaq; iudicium diuersum est, vñ si primo mo-
111 do intelligis,quòd ius ciuile cessat,†certè canones erunt seruandi eo casu,quò iustitia ciuilis cessat: vt in c. licet ex suscepto,& c. ex tenore,de fo.com.& prout in casibus, in quibus a canone nõ est determinatum,sequimur determinationem ciuile. vt in c.j.de noui ope.nun.& in c.j.de re iudi.& in c.2.de spon. impu. ita dum lex ciuilis omittit aliquem casum, cuius iustitia a iure canonico determinat̃,determinatio canonica est tenenda etiam in foro seculari:vt argumentat̃ tex.in d.c.j.de noui oper. nuncia. & in c.clerici,de iudi.cum similibus. Si verò teneas, q̃ ius ciuile iudicet liberos nõ esse alendos, ius verò canonicũ iudicat esse alendos,quod iudicium erit p̃ferendũ? Quippe ego crederẽ, iudiciũ canonicũ esse p̃ferendũ,qa hẽt & prosequit iustitiã naturalẽ, vt. s̃.est demonstratũ,& rõ naturalis nõ recipit mutationẽ: vt in §.
112 sed naturalia,insti.de iure nat.gen.& ciuili: † & qñ canones fundant̃ ratione naturali,p̃ferunt̃ legib⁹ in vtroq: foro, vt in c. legere.x.di.& constat,q̃ iudicium iuris ciuilis,q̃uis habuerit rõnẽ detestationis criminis,tm̃ non dẽt talis rõ adeo extẽdi,vt necessaria alimenta hõi ad imaginẽ Dei creato denegari debeant: nam in tali alimentorũ negatione,nõ versat̃ vera iustitia,vt in d.c.sicut, & ideo exhortat̃ officium & solicitudo epi, vt ea præstari faciat.
¶Vnde dubito,an leges ciuiles,quæ neganda censent alimenta, habeant rectum iudicium,& pendeant a lege ęterna & naturali, quòd si non pendent,non est dubitandum, non ualere, nec esse
113 leges,vt exposui latè su. in deriuatione legum. † facit auctoritas domini Abbatis in d.capi.cum haberet,vbi tenet, quòd hodie ẽt in foro ciuili est standum determinationi ecclesiæ; quia ratione naturali disposuit liberos esse alendos, & idem est ex sen. Bart.in d.auc.ex complexu. vbi ex dispositione canonum inferebat, q̃ pater filio incestuoso poterat legare quantitatẽ ad alimenta sufficientẽ.itẽ dotare fi iam,uel legare pro dote:quia sine dote non posset nubere,dos succedet loco alimentorum. idem tenet latè Bar.in l.fi.2.col.ver.quæro vtrum.ff.de his qui.vt indi.& in l. Meuius.§.duobus,de lega.2 & in l. fi. §. si a socero.de his quæ in frau. credi.& cum Bar.loquatur simpliciter inter laicos,non sentit differentiam inter forum canonicum & ciuilem. Quod idem probatur ex d.c.cum hẽret,qui inter laicos loquitur, & tm̃ eps hanc iustitiam exhibere dẽt:at habemus regulam,q̃ qñ inter laicos iudex ecclesiasticus iustitiam exhibet, eã dẽt exhibere secularis in foro seculari,patet:quia in defectum secularis exhibere tenet̃ ecclesiasticus:igitur tenet̃ nõ deficere,arg c licet,de iureiu.lib 6.vñ non possum assistere domino Ioanni de Imo.& domino Fely.
114 ¶†Ex his infero contra intellectum & sententiam Bal.in d. auc. ex complexu qui dicit,quòd spurij sunt alendi de ęquitate canonica.

Source : BIU Cujas

nica: vt in c. cū haberet, ſed hoc non putat verum in nepharijs inceſtuoſis: vt in d. auten. ex complexu. ita quòd concordat ius canonicum & ciuile, & iſta concordia a pluribus tenetur. Ego ſanè libenter acceptarem concordiam, ſi ratio conſentiret: ſed certè diſcordat, nam quæ ratio alimentorum eſt in ſpurio, eadē eſt in nato ex damnatis & inceſtis nuptijs, ad alimenta enim nō eſt æquum, vt odium & pena procedat, vt ſupra ſatis, quocunq; igitur modo creatura naſcatur, alenda eſt, & non necanda: hoc enim ſibi pugnaret, vt ei natura naſceretur, & ei negarentur alimenta, de quo ſupra. Quod etiam ſtrictius probatur: nam in cap. cum haberet, damnatus erat coitus, adeo quòd perpetuò coeuntes ſubijciunt pœnę: attamen aluntur filij. item in auct. ex complexu diſiunctiuè dicitur, quòd filij ex inceſto complexu, aut nephario, ſeu damnato: ſed hic complexus eſt damnatus, ergo ſeq̄t damnato etiam ſuccurrendum alimētis: vt in d. c. cum haberet. & eodem modo in aucten. licet, ꝙ ex condemnato coitu natis non ſunt præſtanda alimenta: attamen contrarium cauetur in d. c. cum haberet. item eodem modo dicit imperator in auct. de inceſt. nup. in fine, qđ aduerſatur copulationes legibus contrarias, & ob hoc excludit ab alimentorum beneficio: vt in dictis auct. & in auct. vnde ſumitur tamen ex odio legis non ſunt excludendi filij ab alimentis paternis: vt conſtat in di. c. cum haberet, vbi textus magna deteſtatione & odio proſequit̄ talem cōplexum: tamen iuſtè declarat odij rationem non eſſe trahendā ad alimenta, vnde ſatis conſtat, ꝙ ratio quare ius ciuile ſecludit inceſtuoſum ab alimentis, non eſt ſufficiens ad excludendum, item ratio, qua ius canonicum declarat alimenta eſſe conceden da, habet locum etiam in inceſtuoſis, cogita.

115 ¶†Secundò infero contra determina. Io. de Imo. in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus, in dicta 5. col. vbi dicebat, quòd ſicut pater non tenebatur alere filium, quamuis eundē videret ex hoc necare, ita nec filius egentem patrem alere teneretur, argumentum eſt optimum in dicta auct. licèt, quia eadem eſt ratio de filio ad patrem, quæ eſt de patre ad filium: vt etiam dicebat Azo in ſumma. C. de natura lib. quinimmo maior ratio vī de filio ad patrē: ꝙ a filius ſine culpa eſt, pater autem magno ſe miſcuit crimini: vt in auct. de inceſt. nup. in princi. vnde minus eſſet pātri a filio ſubueniendum, idem tenuit Salic. in d. auct. ex complexu.

¶Sed ego crederem, quòd de iure canonico in vtroq; foro pater ſit alēdus etiam a filio inceſtuoſo, quia vinculum paternum ad alimenta non decet impediri ex inceſtu, & mirandum eſt, ꝙ Io. de Imo. conſiderauerit necare eum, qui alimenta negat, & quod a filio patrem, vel a patre filium, necari conſentiat, hoc. n. cōtra legem eſſet, cùm lex ipſa nec inceſtuoſum patrē, nec filium occidendum prȩcipiat, & cùm occidendus eſſet quippe ab alio eſſet occidēdus pater, non a filio, nec filius a patre, vnde nec filius poteſt negare alimenta patri, nec pater filio: vt in dicta l. necare, de al. lib. & in l. ſi quis a liberis. §. ſi uel parens, eo. titu.

116 ¶†Nec obſtat, ꝙ pater peccauerit, nam nō peccauit in filiū nec tale peccatum (vt dixi) aufert alimenta: vnde dicēdum, ꝙ rō tex. in d. l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parēs, hēt locū in vtroq; foro, & in vtroq; foro compelletur filius inceſtuoſus alere patrem per rationem c. cum haberet. q̄uis do. Io. de Imo. cōtra teneat, & do. Fely. in hoc nō cōſentiat, & hæc noſtra ſen. vī cōfirmari ab Azone in ſumma. C. de leg. hęre. circa fi. & a Bar. in l. j. ff. de his quib. vt indig. vbi dicunt, ꝙ eodem mōdo, quo ſuccedunt filij ſpurij parentibus, eodem modo parentes ſuccedunt ipſis, & ut dixi, ibi tenet ſimpliciter diſpoſitionem canonicam, vnde ex ſenſu Bar. ibi. infero contra Io. de Imo. ꝙ ſi filius patri ſpurio legaret pro alimētis, valeret tale legatū, ēt in foro ſeculari, ſicut valeret, ſi pater fi-

117 lio legaret. †Tertiò infero ad notata in l. qa ſemper, de in ius vo. j̄. vbi not. gl. ꝙ inceſtuoſus p̄t patrē vocare ſine venia in iudiciū, idem tenet ibi Iac. Bu. idē Odof. in l. parentes. eo. tit. Io. de Imo. in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus fundamentum ſumunt, quia patri poteſt negare alimenta, qđ eſt necare, multo igitur minus debebit veniam petere, & dicit Ale. in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, ꝙ eſt cōis opi. quæ q̄uis cōis ſit mihi certè ratione non conſtat: immo cùm fundamentum non ſit iuſtum, vt iure canonico, & ratione naturali dilucidè patet, non poteſt iuſtū eſſe, quod ſup̄ędificatur: vt in c. Paulus. j. q. j. & in c. maiores. de baptiſmo.

¶Quinimmo contrarium ſatis ſuadetur: quia reuerentia, ex qua venia petitur, prouenit a cauſa etiam naturali, nam generaliter quibus debetur reuerentia, non poſſumus ſine iuſſu prætoris in

118 ius vocare: vt in l. generaliter eodem titulo: † ſed quis dubitat ēt filium inceſtuoſum, genitori debere reuerentiam, quod natura ipſa abſq; conſtitutione oſtendit? Vidimus enim adulterinos & inceſtuoſos amare & reuereri patrem, igitur petenda erit venia, quod etiam ratione probatur; nam illa reuerentia & amor filiorum eſt a natura communi, in qua & nos & ceteri animantes cō uenimus: vt in l. j. §. ius naturale. j̄. eo. vnde illa natura non ¦diſtinguit inter patrem ſpuriū, & legitimum; quia genitorem natura verum eſt patrē eſſe, & ob hoc ipſum amamus, & reueremur eū igit̄ petenda erit venia, q̄ ex reuerētia naturali hēt fundm̄.

119 ¶†Hoc idem cōfirmatur: quia in materia naturali certè nomine patris etiam pater inceſtuoſus veniet, nec in hoc habet locū diſtinctio de legitimis ad ſpurios, quia eſt natura communis, vt in l. hos accuſare. §. in omnibus, de accuſa. & ibi Bart. idem infert ex textu, facit tex. in l. tutelas. ff. de cap. dimi. vbi quādo verbo naturali parentum leges diſponunt, non attendimus legis ciuilis diſpoſitionem, ſed ipſam naturam. Quod etiam probatur in his quæ pertinent ad matrimonium; nam ſanguinis coniunctio nō poteſt negari, ideo affinitas etiam inter ſpurios vim ſuam habet: vt in l non facile. §. affines. ff. de gradibus. & ibi nota. Reuerentia itaq; quæ patri vt genitori debetur, nō eſt neganda ſpurio, & qđ patri vt genitori, & non vt legitimo debeatur patet; qa naturali debetur, quamuis non ſit legitimus, vt in l. parentes. eo. titu. de in ius vocan. vbi naturalem in ius vocare nō licet; quia vna eſt omnibus parentibus debita reuerentia, ita tex. ſed pater inceſtuoſus

120 vel ſpurius parens eſt, igit̄ ei reuerētia debetur; † reuerētia enim a natura eſt, non a lege: vt ibi tex. Item argumentum & fundamentum doctorum non obſtat, cui non uideo rñſum per dom. Alexa. in d. §. ſi quis rogatus, ꝙ alere non tenetur pater, ergo nec filius reuereri eum, conuerte argumentum, alere tenetur pater, ergo filius debebit hanc naturalem reuerentiam, quam rectè cognouit text. in d. c. cum haberet.

¶Nec conſonat ratio domini Ale. in dicto §. ſi quis rogatus. vbi dicebat, hāc opinionem poſſe defendi ratione; quia aliàs in actu punitiuo, & qui meretur pœnam, mitius puniretur ſpurius quā naturalis & legitimus, & plus valeret caſtitate luxuria, contra ea quę traduntur in auct. de reſti. & ea quæ. xj. men. §. fin. ita do. Ale. eo certè aliter rem ipſam conſidero.

¶ Et primo cùm dicitur, ꝙ loquimur in actu, qui meretur pęnā, hoc facile negari poteſt: quia de hoc ipſo dubitamus, an mereat̄ pœnam ex eo, ꝙ debitam non prȩſtitit reuerentiam: quia de ſe non eſt verum, ꝙ in ius vocare ſit actus punibilis: dubitatio igit̄ eſt, an debeat reuerentiam: qa ex hoc infertur ad pœnam, ſi indę bite eum vocauerit, & ita Bar. in dict. l. quia, ſemper intelligit titulum illum vt fauorabilem patribus, non vt filijs odioſum. Item ſi ex peccato debemus luxuriam condemnare potius, q̄ caſtitatem, certè conuertetur argumentum cōtra dñm Ale. quia pater eſt peccator non filius: igitur conuenientius vī, vt patri reuerentia non debeatur, q̄ vt filius ex hoc ipſo puniatur. Sed vtroq; modo argu. non habet locum; quia conſideratur reuerentia, vt cauſa prima, ex qua in edicto cauetur, ne ſine venia debeat vocari: vt per totum titulum, ꝙ ſi ſine venia fuerit vocatus, tunc punit̄: vt in l. penul. ff. eo. nos igitur de pœna non dubitamus, ſed de reuerentia, quę cùm a natura proueniat, & verum ſit eum eſſe patrē, neceſſe eſt, vt debeatur: vt in d. l. parētes. ex his dabis illi textui pulchram interpretationem, vt in omnibus parentibus loquatur, iſtam noſtram opinionem tenet Azo. in ſumma. C. de in ius vocan. Barto. in d. l. hos accuſare. §. in omnibus. poſt. j. col. verſi. oppono quòd ſeruus. & in l. ij. verſi. quęro cum dicatur. eo. titu. de accu. & ſępius. Bal. de quo vi. Alexan. in d. §. ſi quis rogatus. v. folio. verſi. per prędicta.

¶ Nec vltimò obſtat, ſi quis Alexand. opponat, quòd iure ciuili non debentur alimenta, ergo eodem iure ciuili nec venia erit petenda. Aduerte, quòd ſi diſpoſitio legis ciuilis in negandis alimentis iuſtitiam habuiſſet, tunc poſſet forſan argumentum valere: tñ cū iā oſtendimus iuſtitia ipſa alimenta eſſe prȩſtanda, ini que fit argumentum ab eo, quod ſint prȩſtanda, nec ex tacitis argumentis ſunt inferendę ꝯcluſiones iniuſtę, & quę deuient a debito fine, nec rectè deriuentur a lege ęterna & naturę.

121 ¶ † Ex his quartò infert ad id, quod dicit Speculator in titulo de accuſa. in prima parte circa principiū, quem ſequitur Ioan. de Imo. in l. Lucius. §. fi. de leg. ij. & idem ſentit in dicto §. ſi quis rogatus. quē etiam refert Alex. quòd qui ex damnato coitu naſcuntur, non tenentur pęna legis pompeię de parricidijs. ego verò cōtrariū credo, & argumētū p̄ ſe patet, qa hic patrē occidit, ergo patrem occidentis pęna punitur: vt in l. j. ad. l. pō. de par. ff. & in §. alia deinde lex. inſtit. de publi. iu. hoc idē iterū patet, qa pęna illa p̄ſequitur eos, q̄ omnino affinitatis eius nūcupatiōe parricidij cōtinentur: vt in d. §. alia deinde, ſed affinitas naturalis paterna contrahitur inter patrē & filiū inceſtuoſū: vt in l. & nihil. ff. de ritu nup. & in c. diſcretionē. de eo q̄ cog. con. vxo. ſuę, igitur cōtinētur in l. pompeia, itaque cū filius inceſtuoſus, vel ſpurius occidit patrem, quem pro patre habebat, dicendum eſt incurriſſe pęnam parricidij.

122 ¶ †Quomodo aūt probetur pater inceſtuoſus, vide notata per gloſam in c. Michael. de filijs prȩſ. & ibi do. Anto. & in hac noſtra ſnīa habemus Ioan. An. in c. ſtatutum. el ſecundo. de hęre. lib. vi. in verbo volumus. per rationem, ne plus habeat luxuria q̄ caſtitas: nō enim ſunt plus puniendi legitimi, quam ſpurij. idē tenuit Cy. & Bal. in l. q ſqs. C. ad legem iuliam maie. idem Bald. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. de reſcrip. idem ſentit Bart. in d. l. ii. de accu. & in d. §. in omnibus. & hoc oſtēditur: qa corruit eorū fundamentum, nam ipſi dicebant, quòd pater non teneretur alere, ergo eum necare videatur, qui negat alimenta, ſequebatur non eſſe puniendum ex parricidio: vt in d. auc. ex complexu. vbi amittit nomen patris &c. Rñde, quòd amittit, vel non habet nomen patris illa conſideratione ciuili. eodem modo Aug. dicit

cum

Source : BIU Cujas

eum nõ esse filiũ,vt in c.sic non sunt.32.q.4. sed hoc dr̃ ad quandã detestationẽ:nam ſm eundẽ Augusſt. alendus est,vt in c.cum hr̃et,quia quò ad naturam pr̃ est:vt in d.§.in omnibus.cũ similibus.nec rectè rn̄det do. Io.de Im.cp in d. §.in omnibus. loquitur de naturalibus in seruitute conceptis. Nam natura generationis cõis,de qua ibi non rectè restringitur ad casum particularem,cũ iureconsultus cõem naturã appellet, & eã esse cõem a seipso patet,qa ita põt generari incestuosus ꝑut legitimus, & reliqua. Itẽ ſm eorũ argm̃ cùm alendus non sit,ergo necandus est: sed absit a iuris & iustitiæ perito tale consiliũ,sequẽdũ igitur est ius canonicũ,qd̃ verã declarat iustitiam.¶† Octauò principaliter infero, an vera iustitia filius naturalis tm̃,vel vulgo conceptus succedat matri simul cũ legitimis,de qua successione hẽmus legẽ expressam in l.si qua illustris.C.ad sena.cõ.orfi.gl.in c.nisi cũ pridem.in verbo mãzeres,tenet succedere simul cũ legitimis.idẽ tenet do. Abb.in c.cũ haberet.in fine.de eo qui dux.ĩ ma. quã pol. ꝑ adult. & in c.tãta.q filij sunt legitimi.vbi tam de canonico iure q̃ de ciuili id fatetur verũ ex p̄dicta glo. & in eadem sn̄ia est Host. in c. lator.eo.titu.& glo.ubique,cùm nullam faciant differentiam de iure ciuili ad canonicum.Fundamentum do. Abbatis, & Host.
124 est † cp cum hodie de iure ciuili etiam omnis illicitus coitus sit damnatus,vt in auth.de lenonibus,col.3.& in authen.sceni.mulieres.col.5.& in authenti.vt nõ luxurietur.colum.6. vnde legislator dicit sępius se castitatis amatorem. item in istis ecclesiasticis se subijcit ecclesię,vt in auth.vt clerici apud pro.epis.sed imperator prout põt legitimare per rescriptũ,ut in auth.quib.mo.na. effi.leg.ita per legem gn̄alẽ põt habilitare naturales ad successiõnẽ.itaq; q̃uis coitus sit reprobatus ꝑ suas leges,tm̃ voluit,vt rema
125 nerẽt leges de naturaliũ successione disponẽtes, ita ipsi.¶† Ego accuratius cogitandũ credebã,nã hæreditatis filiorũ rõ a iure naturali & a lege ęterna hẽt dependẽtiã, vt in c.ius naturale.j. dist. in l.cũ rõ.ff.de bo.damna.sed filij naturales tm̃ nõ sunt successores iuris naturæ:qa matrimoniũ est de iure naturæ, vt in l.j.§.ius naturale.j̃.eo.& in c.gaudemus.de diuor. & in c.j. de voto & vo. redẽ.li.vj.igitur filij qui nõ sunt ſm legẽ naturæ,non debent esse successores ex principijs eiusdẽ legis, maximè cũ legitimi & naturales tm̃ ↄcurrunt,qd̃ rõ ipsa & natura tibi ostẽdit: fingas filiũ in matrimonio ſm ius naturæ genitũ, deinde patre mortuo vidua mater meretricia turpitudine inuoluitur, & coinquinatur, ac filium genuit ex coitu a lege ęterna & naturali prohibito,vel anteq̃ matrimoniũ ↄheret,meretrix genuit filiũ, deinde in matrimonio aliũ filiũ habuit,certè iniquũ est, vt vterq; filius par sit in successione,quæ iure naturæ cõpetit·hoc idẽ nobis constat ex scriptura veteris testamẽti,vbi dr̃ ad Abrahã,eijce ancillã & filiũ eius,non enim erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ,vnde dr̃ in c.dicat aliquis.32.q.4.cp filius concubinæ nõ est hęres,ideo susceptus filius nec successionis põt esse hæres,nec sanguinis,vt dicebat Ambro.in sermone de sancto Ioanne, q̃ sic incipit.diximus in superiori dn̄ica.qd̃ trãscribitur in d.c.dicat aliquis. vides iccirco,cp filius vulgò natus non põt matri esse hæres cũ ipsis ltĩmis. ¶Nec obstat fundm̃ glo.& doct.nam l.si qua illustris. dũ dicit, cp cum legitimis succedit, hoc hẽt fundm̃, quia cõcubina ex licita cõsuetudine filiũ genuit,vt patet ibi ex verbis finalibus,sed constat hoc successionis fundm̃ esse iniustum, vt ẽt ipse Host.& do.
126 Abbas fatẽtur,ergo nõ est iusta successio:† concubinatus enim permissus erat a iure ciuili,vt in l.fina.de concubinis.ff.& in hoc ipso ius ciuile a vera iustitia discedebat: qa a iure naturæ est matrimonium,vt s̃.& iure naturę prohibita est fornicatio,vt tenet sanctus doctor,& ego latè expono in d.l.j. §. ius naturale.j̃. eod. & patet in l.veteri,cũ dr̃ Abraam, eijce ancillã & filiũ eius, at (ut sępè dixi) qd̃cunq; in lege veteri, vel noua circa mores p̄cipitur, id est ex iure naturæ,ut in §.fi.c.nõ est pctm̃.vj.dist.& in l.etiã noua fornicatio est ꝓhibita, cũ igitur lex ciuilis approbasset cõcubinatũ, in hoc ipso discedit a principijs suis & a lege ęterna, vñ non est lex,vt in c.consuetudo,& in c.erit.4.dist. nam nec fundamentũ hẽt,nec legis ptãtem, quia lex inferioris non põt ualere ꝑ legem superioris,a quo inferiora ordinantur, vt in l.nam magistratus.de arbi.ff.& in c.oẽs principes.de maio.& ob.Cũ igitur Iustinianus hoc iniusto fundamento licitę fornicationis dicat, ex ↄcubina genitum admittendũ cum legitimis ad succedendũ in bonis fornicariæ mulieris,vt in d.l.si qua illustris.dicendũ est,
127 nec talẽ successionẽ esse iustã.¶† Nec ob.cp dn̄s Host.& do. Abbas dicebãt, a lege imperatoria ↄcubinatũ esse prohibitum per auth.de lenonibus,& scenicis mulieribus &c.nam falsum est,cp Iustinianus probauerit cõcubinatum, & cp permiserit successionem:qa qua lege dicit naturales succedere, eadem dicit consuetudinem ↄcubinariã esse licitã,vt in d.l.si qua illustris.Itaq; Iustinianus licitũ credidit concubinatum.¶ Nec obst. cp sit castitatis amator:nam qua lege commendat,& colit pudicitiam,& castitatem,eadem permittit concubinatum.& censet licitum esse,vt vides in dic.l.si qua illustris. ubi dicit, hanc legem ipsi pudicitiæ, quam semper colendam censemus,meritò dedicamus.& paulò inferius subdit filios genitos ex licita concubinaria consuetudi
128 ne succedere in bonis maternis simul cũ ipsis ltĩmis.¶† Quid autem est dicẽdũ de auth.Rn̄deo cp meretriciũ genus, & scenicum est detestabile,& reprobatum de iure ciuili, quo iure ciuili summa cõmendatione fertur castitas, & pudicitia, vt in d.auth. ex hoc ipso non improbatur concubinatus,vt patet in d.l.si qua illustris.in j.rn̄so & secũdo,& in hoc cõsistit deceptio. Fateor tm̃ ↄcubinatũ vera iustitia improbũ,nec credas,cp eo cp sit ↄcubinaria consuetudo sit licentior, quasi cõsuetudine minuatur pctm̃, nam verè detestabilior est,q̃ simplex fornicatio, vt in c. cũ tanto.de ↄsue.& in d.c.cum haberet.de eo qui duxit in ma.quã pol. per dulte.& no.in c.ex parte Adę.de testibus. in hoc igitur deceptum fuit ius ciuile,qd̃ iniustum iustitia naturali crediderit ciuiliter.Nec ob.cp ecclesiasticis constitutionibus subijcitur, & eas imitari dignum ducit, ut in auth. apud pro. episcopos. in princ. & in c.clerici.de iudi. quinimmo euitat omne pctm̃, & cauet saluti animarum,vt in authen.ut non luxurietur.s̃. al.quod ego fateor intentione & fine uniuersali,quia idem est finis, quo ius canonicum & ciuile tendunt, vt supra in prin. huius tractatus: in particularibus tm̃ aliqn̄,licèt rarissimè,ius ciuile defecit in saluta ri suo,& deuiat a lege ęterna & naturali,a qua vim legis & originem sumit. & in hoc certè fateri cogimur verã Dei ecclesiam, pro cuius fide auctor nostrę salutis Christus summa miseratione rogauit,ut in capit.maiores.de baptismo, perfectius statuere plerunq; & mitius discedere a recta via iustitię,quę a primo principio,qd̃ est bonum,tendit ad veram fęlicitatem,vt latè patet in aliquibus casibus ciuilibus a iure canonico iustius emendatis.
129 ¶† Nec obst. cp si quis in proposito dicat, cp supradicta loquuntur in successione paterna: secus est in materna successione, qa summa est differẽtia de vna successione ad reliquam, vt in auth. licet.C.de natu.li.& in l.si qua illustris supra allega.& in §.vulgò. institu.de successio.agna.& in §.nouissimè.institu.ad orfi.
¶Respondeo,quòd eadem est ratio iustitiæ,tam in ipsa fœmina quàm in masculo, quia eisdem præceptis & eadem iustitia prohibetur concubinatus, & successio illegitimorum cum legitimis, vt in dicto capitulo,dicat aliquis.& in capitulo,meretrices. & in capitulo nemo.eadem causa & quæstione.
¶Verum aliquis ex dictis nostris inferret,cp naturalis non possit succedere matri,etiam si non habeat legitimos.Rn̄deo,cp in veteri testamento est prohibitus succedere cum legitimo.
¶ An autem cùm cęteris cognatis sit prohibitus succedere secundùm veram iustitiam, sententiam pro nunc suspendo: sat est concluisse, quòd cum legitimis fratribus non succedit: de iure verò ciuili cautum est eos succedere, vt in l.hac parte.& in l.spurios.ff.vnde cogna. vbi iure & ęquitate cognationis succedunt in bonis maternis,de quo satis dubito.
130 ¶† Ex his etiam infertur,an in duabus vncijs, in quibus naturales non existentibus legitimis succedunt,vt in auth.quibus modis natu.effi.sui.§.si verò filios,iustè succedant. glo.in d.cap. nisi cum pridem.& in c.tanta.qui filij sunt leg. & dom. Abb.ibi & in d.cap.cum haberet.& Hostiensis in d.c. lator, sunt in sententia, quòd iustè succedant,& fundamenta sunt eadem, de quibus supra.Goffredus in d.c.lator. tenuit contra, quia omnis cõcubitus præter vxorius est prohibitus de iure,vt in c.meretrices.& in ca. nemo.32.q.4. & huius auctoritate confirmantur omnia quæ superius dixi. Ego.ita distinguerem, aut in illis duabus vncijs succedunt loco alimentorum,& rectè possunt, quia quãuis ius succedendi non habeant, habent tamen ius alimẽtorum, quod eis conceditur ęquitate naturali,vt in d.c.cum haberet. & q̃uis tota hæreditas non succedat loco alimẽtorum,sexta tm̃ pars vr̃ ęquabilis,vt patet ex senten.Bal.in l.id quod pauperibus.pen.col.uer. aduerte.de episcopis & cle.& facit in argu.lex fi. in principio,de exer.actio.ff.aut considerabamus fundamẽtum iuris ciuilis, quod honestum credidit concubinatum:& tunc certè ex eo, cp ex cõcubina sit genitus,non debet habere ius succedendi,& ita habet locum ratio Gof.facit,quod tenet Bart.in l.fina.de his quibus ut indig.& in d.authen. ex complexu. quòd vbi non competit ius succedendi,potest legari ad alimenta.idem do.Abbas in d.capit. cum haberet.& est doctrina,quę passim sumitur ex.d.c.cum haberet.fadit tex.in d.auth.licet.C.de na.libe.& dic.§.si uerò. vnde sumitur.ubi dum filij legitimi succedunt,uel etiam alij hæredes, tenentur naturalibus alimenta præstare eo casu,quo nõ habent prædictas duas vncias:itaque illę duę vnciæ videntur sibi esse loco alimentorum.& isto modo rectè ius ciuile potuit eos facere successores. Nec generaliter placeret ratio ipsius Hostiensis,& do.Abbatis, cp ꝓut rescripto potest naturales facere legitimos ita lege,rescriptum enim debet habere causam specialem, quare legitimet,& quamuis valeat legitimatio consentiente patre & eo qui legitimatur,quia de nullius præiudicio agitur,cũ pater quemcunque velit possit hæredẽ instituere,vt in §.illud.in auth. qui.mod.na.effi.sui.& Bar.in l. Gallus.§. & quid si tãtùm.in fine, vbi latè disserui.Tamẽ si lex ipsa generaliter legitimaret omnes naturales,esset iniqua & contra bonum matrimonij, qd̃ tendit ad fęlicitatem generis humani & eius conseruationem,vt in l.j.
131 sol.ma.†matrimoniũ enim, vt inquit Tullius,seminariũ est ciuitatis & generis humani. At si dicas,cp lex ciuilis facit istam legitimationem, qn̄ est concubina vnica & retenta in domo, ex qua proles eodem modo conseruatur, ac si esset matrimonio con-

Source : BIU Cujas

iuncta: ut dicit imperator ibidē: ſecus ſi plures haberet ꝯcubinas ꝑ cōſuſionē: qa in tali caſu non cōcedit ſucceſſionē, & dicit ſe caſtitati legē dare non luxuriæ, vñ caſtū cenſet eū, q vnicam hēt cōcubinā, & qñ plures hēt concubinas dicit cū oībus fornicari. ¶ Rñdeo, ꝙ non ſufficit, ꝙ ſit vnica concubina: quia a lege natu
132 ræ non dēt eſſe cōiunctio libera, ſed indiſſolubilis, & hæc eſt cō-
uenientior ad finem cōſeruationis generis humani † vnde matrimonium indiſſolubiliter fuit inſtitutū ab initio, cū primus hō oīum parens dixit in paradiſo: hoc eſt os de oſſibus meis, & caro de carne mea, & ꝑ hoc homo relinquet patrē & matrē, & adhę
133 rebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, qđ latè ſcribit in c. j. de voto. li. vj. in c. debitū. de biga. & cū matrimoniū ſit de iure naturæ, vt in d. §. ius naturale, & ſit ꝯiunctio indiuiduā ꝯſuetudinem vitæ ꝯtinens, vt inſti. de pat. pote. in prin. † Dicendū eſt ēt ex con
134 cubina vnica iniuſtos, & extra legē naturalē eſſe filios, vñ nec ꝙ priè caſtè viuunt, nec lege legitimari poſſunt: maximè vt ſuccedant cum legitimis ēt maternis, qa per reſcriptū ſe abſtinet imperator a tali legitimatione, vt in d. §. illud. facit, qđ dicebat Bal. ꝙ imperator legitimans naturalē, extantibus legitimis, erat una beſtia, in c. fi. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. ſed nunq̄ ego potui fingere, aut imaginari beſtiā legitimantem, dixi in vltimis
135 uerbis in § & qd ſi tm̄ s̄. alleg. ¶ † Ex his vī tollenda dſia inter filios natos ex cōcubina, & natos ex alia, quæ nō ſit cōcubina, dū ꝓbet filius, de qua ꝓbōne vide in c. ꝓ tuas. de ꝓb. & in c. ꝓ tuas, q filij ſunt le. & in d. c. Michael. de fil. preſ. nā ſi duæ vncię pñt relinqui, hoc non prouenit iure legitimo ſucceſſionis, ſed vi rationis alimentorū: at alimenta ēt ſpurijs debent, igit ēt ſi nō ſit ex ꝯcubina, debebuntur, & hoc eſt de mente canoniſtarū, vt Abbas in c. tanta, ferè ad finē, vbi dicebat, ex concubinatu augeri pctm̄, vñ nō eſſe fauendū magis natis ex cōcubina, q̄ ex ſimplici fornicatione: qa diuturnitas pctm̄ aggrauat, vt in c. cum haberet. s̄. al. & ita dicit hæc eſſe intelligenda de iure canonico, & ego addo ita intelligendum ſm veram iuſtitiam. Vnde illa differentia iuris ci
136 uilis non eſt tenenda. † facit glo. in ca. innotuit. de elec. in verbo cōiugata, in fine, vbi ꝓbat iuncto text. ꝙ filius naturalis natus ex ſoluto & ſoluta legitimat ꝑ ſubſequēs mrimoniū, ēt ſi fuerit genitus furtiuo acceſſu, ſi ſic eſt in c. qualis. 30. q. 5. idē tenet Io. An. do. An & D. Abb. in d. c. innotuit. Nec ob. ꝙ iura ciuilia reqrant ex cōcubina eſſe genitū, vt latè no. in l. ꝯcubinā. ff. de ꝯcubinis. ex q̄bus Bar. tenuit ibi requiri, vt eſſet ꝯcubina retēta ī domo, ad hoc vt legitimarent ꝑ ſubſequens matri. & ſeq̄t eū Pet. de Anch. & conſuluit Oldr. tm̄ verius eſt, vt matrimoniū efficiat eos legitimos: qa rō concubinatus non facit niſi ad probationē, nā deteſtabilior eſt, q̄ ſimplex fornicatio, vt s̄. at nos loqmur in caſibus, in quibus ꝓbatur eorū eſſe filiū, ut notatur in d. ca. Michael. & in d. c. nihil. ita dum cōſtat, vt ꝯſtare pōt, ꝯhentiū filium fuiſſe reputatum & creatū, nulla rō impedit legitimationē, vnde in hoc nō tenerē ꝯſiderationē authēticorū, quæ reqrūt ex ꝯcubina eſſe genitos, ut in auth. qui. mod. effi. ſui. §. tribus. & §. ſi qs autē. nā hoc nullā hēt cām iuſtiorē niſi ꝓbationis, ſed probatur ſufficienter ſm rei naturā, ut not. in d. c. Michael. igitur non requirit cōcubi
137 natus. ¶ † Hinc etiā inferrur, an requirātur inſtrumenta dotalia, & de iure ciuili requirebantur, ſed canon non requirit talia inſtrumenta, ſat eſt, ꝙ matrimoniū interueniat, qđ ꝯſenſu cōſtat: vt in c. cū locū. de ſpon. & in c. tanta. qui fil. ſint legi. ita notatur in regula, ſine culpa. de re. iur. lib. vj. ubi Io. An. in mercurialibus, & not. in d. c. tanta. D. Abbas ibi & in c. innotuit. qđ non hēt dubitationem. eodē igitur modo dicendū eſt de ſucceſſione duarum vnciarum: quia eadem ratio, nā concubinatus nihil facit ad iuſtitiam ſucceſſionis. Aduertendum tm̄, ꝙ do. Io. Andr. in addi. ad Spe. in tit. qui filij ſunt legit. circa princ. tenet, ꝙ ſi non ſit natus ex cōcubina retenta in domo, non ſuccedit, per auth. licet. C. de natu. lib. cum lege prēcedenti, & in auth. quib. mod. effi. ſui. §. ſi quis autem. glo. ēt tenet hoc in d. c. niſi cū pridem. & in c. per venerabilem. qui filij ſunt legi. in verbo naturalibus, idem ſentit Spe. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. ver. nunc de naturaliū. & do. Abbas
138 in d. c. innotuit. † nam ſm Spec. tria requiruntur, vt quis dicatur legitimus. primum, ꝙ ſit natus ex ſoluto & ſoluta, inter quos potuit eſſe matrimonium. ſm, ꝙ ſit natus ex concubina retenta in domo. tertium, ꝙ ſit ex concubina vnica, quæ tria ſumūtur a legibus, vt in d. auth. licet. & in auth. ubi ſumitur. & eo. titu. §. illud. ¶ Ego verò q̄uis iſta tria video conſiderata: tm̄ ſolum unum uideo iuſtitia conſiderandum, ſ. ꝙ ſit natus ex ſoluto & ſoluta, inter quos potuit eſſe matrimonium, reliqua enim nō habent iuſtitiæ fundamentum, nec ratione conſtat, ſ. ꝙ ſit ex retenta concubina. Quid enim, ſi ex furtiuo coitu, vt in c. innotuit s̄. allegat. minorem enim habet turpitudinem, q̄ ſi furore continuo diuturnum ſit pctm̄, vt in d. ca. cum haberet. nec id requiritur, ꝙ ſit vnica concubina, quia quāuis cū pluribus ſe immiſceat, tm̄ eadē eſt rō ſuccedēdi, dū nō cū eadem ſemper, ſed cum diuerſis coit.
139 ¶ † Fatendū forſan eſſet, deteſtabilius eſſe plures habere concubinas, q̄ unam ſolam, vt in d. auth. licet. & in §. ſi verò. vnde ſumitur, tm̄ ad ſuccedendi rationem dum conſtat eorum filios eſſe, credendum foret, idem ius eſſe, quia illud, in quo ſuccedit, eſt loco alimentorum, vt ſupra, & his pariter debētur alimenta. Pręterea ratio, quare ius ciuile conſideraūit, ꝙ eſſet natus ex concubina, eſt, quia licitum credidit concubinatum, vt in d. l. ſi qua illuſtris, ſed hoc fundm̄ eſt vera iuſtitia correctum, vt in c. nemo. 33. q. 4. s̄. alleg. ergo leges illę remanēt exangues, & ſine iuris virtute, & hoc argm̄ ſentit Abbas in c. per venerabilem. ſuper glo. in d. verſi: non naturalibus: pen. col. & cum argumēto remanet.
140 ¶ Nec obſtat, quod dicebat dominus Abbas in dicto capitulo innotuit. ubi tenuit contrarium caſum eſſe de hoc apertum in capitulo liberi. quod eſt capitu. fina. trigeſima ſecunda. quæſt. 4.
141 ¶ † Nam ibi dr̄, naturales eſſe nati ex ingenuis concubinis filij: ſed ex hoc non ſequitur, ꝙ reliqui, qui non ſunt ex concubinis, non ſint naturales: quia ideo dicuntur naturales tātum, quia ſola natura eos genuit, & non honeſtas coniugii, vt ibi dicebat Iſidorus. hoc igitur nomen rectè cadit in ipſos: ius verò ciuile appellauit ſpurios eos, qui non ſunt ex concubina, quāmuis ſint ex ſoluto & ſoluta: vt puta vulgò genitos, ut in d. l. ſi qua illuſtris: quia hi extra puritatem ſunt geniti: ſed nec quia concubina gignuntur, puriſſimi ſunt: ſed ius ciuile habuit conſiderationē liciti concubinatus. ideo ſtrictè ſolum nomen naturalium adegit natis ex concubina, ſed iuris canonici veriori declaratione nos aliter ſentimus. vñ nō teneo qđ do. Abbas in diſt. c. innotuit. referebat, ſtatutum de naturalibus diſponens debere intelligi de natis ex concubinis & non de natis ex furtiuo caſu, vel aliter ex ſoluta: nam quò ad natiuitatem & gignendi pctm̄, minus peccāt taliter coeuntes. vñ talis differentiæ interpretatio nō hēt diſcretionem iuſti ab iniuſto, & ideo non eſt tenenda: vt in l. j. in prin. ff. co. Nec obſtat intentio iuris ciuilis diſtinguentis: quia iā a iure canonico declarata eſt iniuſta: vt fatebatur idem Abbas in d. ca.
142 ꝑ venerabilē. & ego ſupra oſtendo. ¶ † Ex his etiam inferri pōt, ꝙ cum in duabus vncijs non ſit legitima ſucceſſio in naturalibus ex concubinis natis, niſi ꝑ rōnem alimentorū & cū alimēta debeātur ſpurijs: vt in d. c. cum haberet. (cuius rōnē latè ſuperius oſtendo) ad talia alimenta ēt ſpurios in duabus vncijs ſuccedere. Sed verius eſt, ꝙ nullo iure patet ſucceſſio duarum vnciarum niſi natis ex concubinis: vt in d. auth. licet. q̄uis per eandē rōnē ſuccedere debeant ēt reliqui naturales, in quibus & in oībus reliquis ſpurijs patet ius alimentorum, vt in d. auth. licet. & in d. c. cū
143 haberet. cogita. ¶ † Nonò infero ad qōnem, an pater naturalis filiam teneatur dotare. Bar. in l. ſi quis a liberis. §. vtrum. tenet nō teneri, & dicit eſſe caſum in l. vxorem. §. pater naturalis. de leg. 3. idem tenet ibi Bar. cum gl. in l. fi. C. de dotis pro. poſt. j. col. verſi. ſed nunquid. ubi etiam dicit caſum eſſe expreſſum in d. §. pater naturalis. idem tenuit Bar. in l. j. ſol. mat. 3. col. uerſi. item contra. Sed ꝫ iſtam concluſionem patet arg. tam de iure ciuili, q̄ de iure canonico: quia videmus ꝙ filijs naturalibus ſunt debita alimenta de iure ciuili non ſolum a patre, ſed etiam ab hæredibus: ut in auth. licet. C. de na. li. & in auth. quibus mo. na. effi. ſui. § ſi uerò filios & §. fi. item de iure canonico non ſolum debentur alimen-
reliqui, dum maximè loquitur in exemplo donationis: igitur ius canonicum non robarat. Præterea ſi ius canon. roboraret, faceret,quod non deberet,cum robore carere debeant: quo igitur fomento, vel quo robore iuris canonici valebunt, ſi eodem iure robore carere debent? Præterea ego ſentire non poſſum, quid differat,nullius eſſe firmitatis,ab eo quod caret robore firmitatis: indefinita enim dum ratione regulari & morali diſputamus æquiualet vniuerſali: vt in capitulo, ſi Romanorum 19. diſtinct.& in capitulo,ſolitę. de maio.& obed.maximè quòd dictio,carere,& dictio,debet,ſunt præſentis temporis. facit, quod dicitur verbum,careat,inducere canonem latæ ſententiæ:vt notatur in l.prouidendum.C.de poſtu.in capit.nihil.de electio in capit.ſedes.& in capi. ſuper literis. de reſcrip. & quamuis de verbo, careat, dubitari poſſit; quia ad futurum referatur,de quo diſputo, cùm tamen eſt in præſenti tempore inducit canonis ſententiam.nam ſi tempore legis caret, verum eſt ante ſententiam iudicis & ante reſtitutionem carere.vnde ea quæ metu fiunt, dum fiunt, & à principio robore carent. Item à principio nulla fore de iure canonico ego oſtendam:niſi dicamus,etiam capitulum, ad audientiam, eſſe correctum. vides igitur, quòd quatuor iura, quæ ſola ferè in iſto propoſito inſeruntur in toto titulo, quod metus cauſa,in decretalibus probant,iure canonico non eſſe valida ea quæ metu fiunt.

397 ¶ † Videamus nunc, an in ſexto libro decretalium inueniatur ea valere. At in capitulo vno, eodem titulo dicitur, ſententiam abſolutionis ab excommunicatione eſſe nullam: dicit enim textus, quòd eam omnino viribus vacuamus. igitur ea quæ metu fiunt,non valent: ſed ſi dicas,vt omnes,ibi caſum eſſe ſpecialem, non poſſum ſanè percipere talem reſponſionem: quia titulus eſt generalis de omnibus his, quæ vi,vel metu fiunt, & ille textus eſt ſolus in toto titulo, incongruenter igitur poneretur caſus ſolus, & ſpecialis, non aſſignata maximè ſpecialitatis ratione.

398 ¶ † Præterea ſummus Pontifex dicit ibi, quòd abſolutionem viribus vacuat,& omnes doctores fatentur(vt fateri debent)nullam eſſe abſolutionem ipſo iure,quod ex eo planè conſtat; quia ſi omnino viribus vacuatur, iuris vim non habet. At cuique rectè intelligenti idem ſignificatur,ꝙ aliquid careat robore firmitatis, ac ſi vires non habeat. igitur ex regula poſita in cap. ad audientiam,quæ eſt vniuerſalis ad omnia,quæ metu fiunt ad id qđ dicitur in c.vno.nulla eſt differentia,& quidem aptè:nam cùm titulus ſit generalis, nec habeat alium ſub ſe textum, debet verificari in textu ſubiecto: itaq; vniuerſalis eſt diſpoſitio illius tex. & conformat cum regula.c. ad audientiam.

399 ¶ † Nec obſtant verba,quæ in contrarium ponderari poſſunt ibi, præſentis conſtitutionis auctoritate viribus euacuamus. Nam cùm in præſenti tempore loquatur,ſemper loquitur legiſlator:euacuat enim quodcunque metu factum fuerit tunc,cum factum fuerit;quia lex ſemper loquitur: vt in lege vna. ff. de condictione ex lege, & ibi Bartolus, & cùm ab ipſius ſummi Pontificis auctoritate omnes leges conſtent: vt in capitulo ſignificaſti. de electione, in lege prima. de conſtitution. princip. verum eſt,ipſum euacuare etiã confirmatione illius capituli, prout diſpoſitione aliorum iurium,quæ ſua auctoritate conſtant:maximè quòd ibi ratione generali ſpecialiter abſolutionem metu factam euacuat, & ob hoc non poteſt dici ſuperfluus: vt notatur in capitulo,licet canon.in gloſa prima,de electione libro ſexto. in capitulo,cum in ſingula.in verbo,intelligi.de præben.eodem libro. de hoc latius loquor in lege Gallus. §. idem credendum. de liber.& poſthum.& dicam inferius de intellectu cap.vnici, in nona illatione.

¶ Rurſus oſtendo fallaciam argumenti: nam ibi dicitur, viribus ſententiam vacuamus. ergo vires habebat, aliàs eis euacuari non poterat: vt in lege decem. de verbo. obligat. in capitulo ad diſſoluendum. de ſponſa. impub. Reſpondeo, & fingamus hodie vicarium Bononienſem vi abſoluere compulſum, quæro,an illa abſolutio viribus euacuetur? Certè fateri cogitamur euacuari per textum noſtrum, ſed quomodo hoc eſt poſſibile, cùm vires non habeat? Aut ſi id neges, oſtendas, quo iure vires habeat:& profecto non poſſumus dicere vires habere, quia nullo iure canonico habet firmitatis robur: vt in capitulo ad audientiam. & omnes doctores fatentur hodie nullam eſſe abſolutionem: & tamen viribus euacuatur, quod intellige, vt eas vires non habeat, quas aliàs haberet, ſi iuſtè & liberè fuiſſet lata, non quas alias habet iure antiquo, quia nullas habet, nec hic adducas ius ciuile ad abſolutionem excommunicatorum, de quo inferius dicam.

400 ¶ † Item ad iſtam partem vrget text.in cle.2.de pœni.vbi reſignato metu laicæ poteſtatis facta nullius decernitur eſſe poteſtatis:Doctores & do.Abbas.in c.Abbas.dicunt, ibi caſum eſſe ſpecialem:quinimmo ipſe in pe.col. dicit, ꝙ ex caſu ſpeciali probat regulam in contrarium.

¶ Aduerte,& nunc intelliges,quantum aberrent. Nam rationem adducunt ſpecialitatis; quia metu laicorum fuit reſignatũ. Sed ego video,quòd in cap.ad audientiam & in cap.ad aures. & in cap.Abbas.& maximè in cap. ad aures. ad terrorem laicorum renunciauit,& in capitu ad audientiam. ibi, grauiſſimo tandem metu regis eam renũciare eſt coactus: & tamen ijdem doctores dicunt,valere ipſo iure renunciationem: ita quòd ratio ſpecialitatis ſtare non poteſt, cùm eadem inſit in caſibus, qui determinantur ex regula generali:vt in d.c.ad audientiam.& in ca.ad aures.Vnde pulchrè probatur antiquorum fallacia, & ego oſtendo planè veritatem. Nam ratio caſus & verba quæ traduntur in dicta clemẽtina,ſecunda,conueniunt diſpoſitioni. c. ad audientiam,& ratio eſt eadem;quia idem caſus: nam in vero caſu in renunciatione metu poteſtatis ſecularis facta loquit & verba ſunt eadem in effectu:nam ſi carent robore firmitatis nullum omnino habent firmitatis robur.

401 ¶ † Quia verbum, caret, priuatiuum eſt, & ſignificationem habet negatiuam: vt ſupra latius. Præterea ſi velis illum textum facere caſum ſpecialem, neceſſe eſt, quòd textus in capitulo, ad aures.& in capit.ad audientiam, hodierno iure non procedant: quia ibi ſecundùm doctores valet renunciatio, hodie verò non valet.

¶ Rurſus videas, quamuis diſſona ſint inuolucra doctorum, quòd text.in capi.ad aures.probat nullam eſſe renunciationem: quia non obſtãte ea ante aliquam reſtitutionem poteſt adminiſtrari,& Hoſti.Petrus,Innoc.& Abbas volunt ſubaudire reſtitutionem, quam nunquam textus conſiderauit: vt ex illa ſubauditione reddatur antiquatus.

¶ Ego ſanè reſtituam poſtliminio iura illa, quæ conformiter tenent nulla eſſe,nec robur habere,quæ metu fiunt: nam textus in ca. ad aures. probat nullam eſſe renunciationem metu laicorum factam,textus verò in c. ad audientiam. dicit, non habere robur firmitatis ſicut omnia alia, quæ metu fiunt: vnde eadem regula obſeruatur in iſto caſu,& textus in clemẽtina ſecũda nullius omnino decernit eſſe firmitatis: itaque omnia conformant & ſunt conſona veritati.

402 ¶ † Nec obſtat, ſi dicamus, ius eſſe nouum in dicta clementina prima: vt Abba. & Bald. & facit pro eis verbum, decernimus, quòd videtur noui iuris introductorium. Nam reſpondeo, quòd decernit in facto, nullas eſſe renunciationes, quamuis ſint receptæ à prælato, & illud decernere eſt declarare, quia dicit,nullius eſſe firmitatis: vt eſt ſimile in capitu. fin. de præ. & ibi Panormi. & non ſemper verbum, decernimus, inducit nouum ius, nec verbum inducimus: vt dixi in lege Gallus. in princip.

¶ Sed quamuis ex ſuperioribus videatur conſtare, ea quæ metu fiunt non valere iure canonico, tamen obſtat ratio ſatis ſubtilis.

403 ¶ † Quia lege ciuili non poterit negari,quin valeant,& inſit ciuilis obligatio:vt in d.l.metum.§.ſed quod prætor.ergo illa ciuilis obligatio manet etiam in his,quę ſunt iuris canonici, vt in c. 1.de noui ope.nunc.in c.j.de re.iu.vnde neceſſe eſt,ꝙ ciuilis obligatio reſcindatur.

¶ Reſpondemus ſubtilius, ac diſtinctius hæc intuentes, quòd ſi ciuilis ineſt obligatio in his, quæ ſunt iuris canonici, ea ineſt ratione:quia à lege canonica lex ciuilis approbatur, aliàs lex ciuilis nullum in his habet Imperium: vt in capit. ſolitæ. de maio. & obed.in capitu.ſuſcipitis & in capitu.certum.10.diſtinct.& in cap.j.ead.diſtinct. ſed in caſu noſtro lex canonica non comprobat metu facta, vt lex ciuilis, immo dicit ſe non præſtare robur firmitatis,certè approbatione canonica valere non poſſunt.Nã verum eſt leges, quæ non deuiant à canonibus tacitè & expreſsè approbatas:ſed quando diſſidet via canonica à ciuili, non valet argumentum approbationis:vt in ca.ſi duobus. de app.& notatur in capitulo ſecundo,de arbi.libro ſexto, quod planè omnes doctores fatentur.

¶ Verùm ſi opponas,ꝙ etiam iure ciuili rata non habentur,ſi quæ metu fiant:vt in l.j.ff.eo.& tamen valent, vnde non diſcordat ius canonicum à ciuili.

¶ Aduerte:quia in hoc ſtat fallacia vulgi:nã falſum eſt, quod iure ciuili rata non habeantur, ſed habentur non rata non iure prætorio,& quo iure rata non habentur,eodem iure valent.

404 ¶ † Nam in omnibus acquiſitionibus prætorijs,vel obligationibus ea quæ metu fiunt, non valent eodem prætorio: vt in l. ſi mulier.§.ſi metu coactus.& ibi notatur,& patet in l. 3. §. inuito. de bon.poſ.in l.3.ſi quis autem conſtituerit. de conſtit. pec. ff. Si enim ius ciuile rata non haberet,quæ metu fiunt,impoſſibile eſſet,quod iure ciuili valerent,cum eo valeant: quia rata habẽtur: vt in d.l.legitima.& in §.per traditionem.inſti. de rerum diui. & in l.obligamur.de acti.& oblig. & in l.ſi quis argentum.§. fin. de dona.& in §.perficiuntur.inſti.de dona.

¶ Facit doctrina Barto. in l. metu. §. uolenti. in fina. uerbis, quod metus cauſa.ff.ubi ipſe fatetur,quòd ſi illa uerba, quæ ſunt in edicto prætorio,ſcilicet rata non habebo,fuiſſent legis ciuilis, haberent efficaciam plenam,& ipſo iure ualerent: ſed quia ſunt prætoria. ideo non operantur ipſo iure, ſed per reſtitutionem. At eadem uerba & fortiora ſunt tradita de iure canonico: ut in capitulo,Abbas & in capitulo, ad audientiam, & in capitu. uno.

eodem

Source : BIU Cujas

eodem titul. lib. 6. ergo operantur ipſo iure, ex quo euidenter concluditur, quòd iure canonico non valent, immo ſunt nulla ipſo iure. Sed aduerte, quòd dum Bartolus dat rationem, quare non ſint nulla, & quare non detur de directo actio, ſcilicet, quia prætor non poteſt, hoc non eſt verum: vt latè oſtendo in lege, iuriſgentium. §. prætor. ff. de pactis. & ratio eſt; quia prætor ad iudicium ſe refert, dicit enim, rata non habebo, & ita Hoſtienſis ponderat in ſumma eodem titulo. §. qualiter reſcindantur. in princip. ſed & ipſe malè infert, cùm idem credat de iure canonico: ius enim canonicum per ſe rata non habet, ex quo ſequitur, ꝙ nihil valet obligatio ciuilis in his, quæ ſunt eccleſiaſticæ iuriſdictionis. item ius canonicum non ſe refert ad iudicium, vt prætor, cuius officium erat ius in iudicio reddere: ſed per verba de præſenti decernit firmitatem non habere: vt in dicto capitulo, ad audientiam. Præterea, vt dixi, in his quæ ſunt prætoria ex intentione prætoris, qui ea rata non habet, ipſo iure prætorio non valent, eodem ergo modo de iure canonico, vide quæ dixi in dicto §. prætor. quod latius etiam ex inferioribus caſibus oſtendam.

405 ¶† Ex his primò infero, quòd non eſt ſpeciale, vt in cauſa matrimoniali metus reddat nullum matrimonium. Nam ſecundùm gloſas matrimonium eſt nullum ſpecialiter: vt notatur in l. ſi mulier. §. ſi metu coactus. & in capitu, Abbas. vbi communiter omnes, & adducunt text. in capitu. ſignificauit. de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adulte. vbi non obſtante matrimonio metu contracto potuit aliam in vxorem liberè accipere. idē in capitu. veniens. de ſponſa. ergo matrimonium erat nullum, quod planè fatendum eſt. Sed quæramus ab his patribus, not. in capitu. ſignificauit. vel in capitu. veniens. inueniant rationem iuris ſpecialis, quam text. aſſignet, vt matrimonium iure vel cauſa ſpeciali ſit nullum. Verùm ſi dicas, quòd plures ſunt rationes, quare matrimonium metu contractum non valeat, de quibus per doctores maximè per Calde. & Panormi. in capitu. cum locum. de ſponſa. fateor, quòd pluribus rationibus valeat, nego tamen, quòd ex hoc cętera valeant, & quòd in matrimonio ſit ſpeciale. Et idem dicendum eſt de his, quæ notantur in capit. bonæ. el ſecundo. de electione, in verbo metuebant. & in ca. quiſquis. eod. titulo, & vtrobiq; doctores, vbi dicitur, idem eſſe in matrimonio ſpirituali, & in electione, vt electio metu facta cenſeatur nulla, quod intellige iure regulari, nō ex aliquo ſpeciali iure, vt patet ex ſuperioribus.

¶Sed contra ſuperiora opponitur de capi. inter hæc. 23. quæſtione quarta, vbi matrimonium metu cōtractum valet, ex quo ſequitur, nec in matrimonio ſpeciale eſſe, vt nullum ſit, nec generale eſſe, vt quæ metu fiant, non valeant de iure canonico, & ita do. Card. in capitu. Abbas. tenebat per illum text. quòd matrimonium erat validum, prout reliqua: quia ſolutiones, quas dedit gloſa in capitu. Abbas. & in dicto capitu. inter cętera. facilè eliduntur omnes, quamuis plures teneant, de quibus ibi per Cardina. & dominum Abbatem, matrimonium eſſe nullum, quòd negari non poteſt. Ratio quia requiritur matrimonium eſſe liberum: vt in capitulo, cū locum. & in capitulo, requiſiuit,
40 de ſponſa.

6 ¶† Et vbi requiritur liber conſenſus, ibi metus reddit actum nullum, vt notatur in capitulo, notificaſti. trigeſimatertia quæſtione quinta, & libertas requiritur ad fidem & prolē: & ita docebat ſanctus doctor in tertia, diſtinctione trigeſimanona, articulo tertio, quæſtione ſecunda, de quo eleganter loquitur Abbas in capitulo, cum locum. itaque tam propria ratione matrimonij quàm etiam regula generali, verum eſt, matrimonium eſſe nullum.

¶Dominus Abbas reſpondet illi c. inter cæteras. quod ibi eſt ſupplendum, vt conſonet alijs iuribus.

407 ¶† At tu planè habeas intellectum Auguſtini, & eius ſententiam, quam gloſæ & doctores penitus non aduertunt, & præſupponas, quod in capitulo, inter cęteras. nec in tota illa quęſtione tractatur, an quæ metu fiant, valeant, vel ne, ſed hoc tantum, quę iuramenta ſint licita, vel quæ illicita: vt patet in ſumma eadem quæſtione. item præſupponas, quòd Seuerus epiſcopus, de quo in dicto capitulo, inter cæteras. conſulebat Auguſtinum de quodam Vbaldo, qui conſanguineis ſuæ concubinæ timore mortis inrauerat ſe illam ducturum in vxorem, nec matri ſuæ, vel fratribus neceſſaria miniſtraturum. Vnde Auguſtinus ſimul cum Ambroſio reſpondet, quòd matrimonium ſit firmum & ſtabile; quia non eſt peccatum contrahere matrimonium cum ea, quam prius habuerat, ſed cętera, quæ promiſit, iniqua ſunt, & iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum, vel matricidij, vel fratricidij, vel cuiuſcunque criminis, ita dicebat Auguſtinus. Aduerte itaque, quòd ibi non dubitatur, an matrimonium ſit nullum, vel validum; quia metu contractum, ſed an iuramentum ſit licitum, & poſſit obſeruari, vel ſit illicitum, & non poſſit obſeruari: dicitur iuramentum matrimonij fuiſſe de ſe licitum, & ideo ſit firmum & ſtabile, reliqua verò, quia turpia erant, nullo modo obſeruari poſſunt, & hoc eſt quod voluit ibi Auguſtinus: nec ibi voluit decidere matrimonium vi contractum tenere. Sed quòd ſi iuratum fuerit obſeruari poterat: ſecus eſt in alijs, quæ iurauit, quæ turpia erant: & ita in illa inſigni, & laborioſa diſputatione, quæ per Italiæ gymnaſia me aſſiſtente celebrata eſt cōcludebam, quòd ex ſenſu Gratiani & eius ſententia ſatis firmatur, cùm in textu inferius ita dicat. Sed cum his omnibus illicita iuramenta non ſeruanda probentur &c. itaq; conſultatio & ſententia ipſius Auguſtini & Ambroſij refertur ad dubium, an poſſit iuramentum obſeruari, non an debeat obſeruari. Maximè quòd ſecundùm hūc ſenſum ſequeretur, quòd matrimoniū valet, & quod iuramētū adeo obliget: vt nō poſſit peti reſtitutio, nec abſolutio, quod eſt contra textum in capitulo, ſignificauit de eo qui dux. in ma quam pol. per adulte. ſupra alle. & contra textum in capitulo, ſi verò. & in capitulo, verum. de iureiurand. & in capitu. cum contingat. eodem titulo, & in c. quamuis pactum, de pactis. lib. 6. Nam ibi verba Auguſtini excludunt abſolutionem Dum dicit, ꝙ matrimonium ſit in Deo firmum & ſtabile: quia de iure canonico non habet firmitatem: vt in c. ad audientium. quod metus cauſa.

408 ¶† Et etiam ſecundùm omnium ſententiam, tunc dicitur firmum, quando exceptione elidi non poteſt, & tunc dicitur non habere firmitatem, quando exceptione elidi poteſt: vt in dicto c. ad audientiam. ergo nō poteſt dici, ꝙ matrimonium ſit firmū & ſtabile, cum exceptione & abſolutione poſſit infirmari: itaq; intentio Auguſtini non eſt dicere, ꝙ matrimonium metu contractum ſit firmum, & ſtabile: & ita audio modernos digniſſimos præceptores hoc idem voce ſenſiſſe.

¶Sed in contraria ſententia fuit ſanctus doctor. in 3. diſtinct. 39. arti. 3. quæſtione ſecunda, vbi intelligit eandem ſententiam Auguſtini, & Ambroſij, ꝙ ex matrimonio metu iurato teneatur: & ita firmiter tenet, quòd iuramentum obligat ex ſententia Auguſtini, & Ambroſij. item Panormitanus in c. Abbas. in ſolutione illius tex. dicit, quòd quamuis ibi iuramentum nō firmet contractum matrimonij, obligat ſaltim ad contrahendum matrimonium, itaq; non poteſt venire contra iuramentum, niſi petita abſolitione.

¶ Quid igitur dicendum? Durum eſt ab interpretatione ſancti doctoris diſcedere. Sed contra eam videtur textus iuris canonici in dicto capitulo, ſignificauit. vbi matrimonium fuit iuratum, & non obſtante iuramento; quia metu contraxit, poteſt liberè cum alia contrahere, & ita notat ibi dominus Abbas ſibi non conſtans, quod etiam iuramētum erat nullum, & gloſa eſt ibi ordinaria.

409 ¶† Rurſus ego video, quòd ſi verba Auguſtini referantur ad neceſſitatem matrimonij, ſtare non poſſunt: dicit enim, quòd ſit ſtabile & firmum, igitur excluditur exceptio, & abſolutio iuramenti, vt ſupra dicebam. Nam firmum dicitur, quod in facto remanet firmum, & ſtabile, quod elidi non poteſt, & cum in facto remanet firmum, exceptio non habet locum: vt colligitur ex edicto, quod metus cauſa. ff. & Bartolus in lege metum. §. voluit. eodem titulo, & facit textus in capitulo ſecundo. de iureiurand. nam quamuis requiratur abſolutio, tamen dicitur in effectu non poſſe conſtringi: vt in capitulo ſecundo. igitur non eſt ſtabile, nec firmū. Item aduertas, & in hoc ſtat deceptio: quia in capit. inter cæteras, aut vis, ꝙ matrimonium metu contractum ſit validum, & certè nec validum eſt, nec matrimoniū eſſe poteſt: quia deficit liber conſenſus, quod eſt ſubſtantiale: vt in capitulo, cum locum. & ibi communiter doctores & in lege, ſi patre. de ritu nup

410 ¶† At iuramentum non ſupplet conſenſum ſubſtantialem: vt notatur in capitulo finali, de procurato. libro ſexto. ergo nō eſt matrimonium; quia libertas non habet locum, vbi metus, vel coactio intercedit. Aut vis, quòd in dicto capitulo, inter cæteras. iuramentum obliget ad matrimonium: vt ex eo infert ſanctus doctor & domi Abbas, vbi ſupra, & profectò ille text. nihil probat. Nam ibi dicitur, quòd matrimonium ſit in Deo firmū & ſtabile: itaq; non dubitatur de obligatione ad matrimonium contrahendum: ſed de ipſo matrimonio iam contracto, an licitè maneat in ipſo, vel illicitè: & ideo dicitur, quòd matrimoniū ſtabile maneat & firmum: quia non fuit peccatum ſuſcipere cō cubinam in vxorem, itaque de obligatione iuramenti nihil ibi probatur, & cum præſupponatur matrimonium, neceſſe eſt fateri, ꝙ ibi ille concubinarius poſt coactionem habebat eam ſecum, ex quo fuit firmatum matrimonium: vt in capitulo, ad id. de ſpon. & in capitulo, de illis. el ſecundo, de ſpon. impube. & ideo dicebat Auguſtinus, quòd firmū remaneat & ſtabile: quia licitum fuit, cętera verò fuerunt inhoneſta & illicita: vt puta nō ſubuenire matri & fratri. Habes igitur Auguſtini & Ambroſij expoſitionem.

411 ¶† An aūt iuramentum ad matrimonium vi præſtitum obliget, certè ex ſententia ſan. doctoris, & do. Abbatis obligat, quāuis non videantur probare ex textu Auguſtini.

¶Et idem dominus Abbas in dicto capitulo, ſignificauit, dicit etiam iuramentum eſſe nullum, adiungit rationem; quia cōtra bonos mores.

¶Aduerte, & declaro eius rationem; quia matrimonia debēt eſſe li-

esse libera,& obuiare libertati matrimonij etiam adiectione pęnę, est contra bonos mores: vt in capitu. Gemma. de sponsa. in lege Titia. de verborum obligationi. ergo metus, & iuramentum præstitum contra libertatem matrimonij est contra bonos mores: hæc est mens Abbatis, quamuis per verbum forte loquatur.

412 ¶†Diligentius aduertendum esset: quia nō solùm in matrimonio metus infertur contra bonos mores, sed etiam in quolibet alio contractu: vt in lege tertia. ff. quod metus causa, videmus tamen iuramentum metu contractum ipso iure esse validum: vt in capitulo secundo,& in c. si verò. & in capitulo, verum. de iureiuran. ergo hoc quod fit contra bonos mores, non impedit iuramenti obligationem. Sed stat in fronte argumentum, quo nō est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramētum: vt in regula. non est obligatorium, de regu. iu. lib. 6. in lege si quis inquilinos. §. fi. de leg. 2.

413 ¶ †Ego ita sentiebam, aut iuramentum præstatur simul cum ipso actu præsentis consensus: & tūc non est matrimonium: quia verum est, consensum non esse liberum, nec iuramentū supplet libertatem: quia aliàs iuramentum esset sine remissione obseruandum, cum esset liberum, quod tamen est falsum: vt in dicto capitulo, verum. & in capitulo, si verò. & ita est etiam eiusdem sancti doctoris, qui appellat iuramentum coactum, & dicit iurantem absoluendum: & idem dominus Abbas. ergo iuramentum non supplet libertatem, ex quo sequitur, non esse validum matrimonium.

¶ Credo autem, ꝙ quamuis ille consensus metu coactus nō efficiat matrimonium, nec eum suppleat iuramentū, tamen remanet obligatio ex iuramento ad contrahendum, quia iuramentū ex parte Dei nullam continet turpitudinem,

414 ¶†Aut per metum ante matrimonij verba fuit aliquis coactus iurare se ducturum talem in vxorem, & tunc etiam credo iuramentùm valere, quamuis absólui possit ab eodem: vt in dicto capitulo, verum. & in c. si verò.

¶ Nec obstat ratio Abbatis & argumentum ex c. Gemma. quia quamuis iuramentum sit turpe, & contra bonos mores ex parte recipientis: quia metu impellit iurare matrimonim, ex parte tamen iurantis nulla est turpitudo, quia ipse cōtrahere matrimonium iurauit, vt dicebat Augustinus, de quo in dicto capitulo, inter cæteras. cum igitur iuramentum tendat in Deum, & inter Deum, & iurantem non sit turpitudo, credo iuramentum obligare ex ratione, capituli, debitores. de iureiuran. & ita resolues argumenta.

¶ Ex his etiam constat pulcherrima limitatio ad regu. nō est obligatorium. de regulis iuris.

415 ¶†Rursus constat valere iuramentum in contractu matrimonij metu præstitum, quamuis aliter sępissimè vulgo tradatur ex dicto cap. significauit. cui respondeo, quòd non probatur in dicto c. significauit. iuramentum fuisse nullum. Nec obstat, quòd ibi sine absolutione aliam duxit in vxorem, & dicitur cū ea manendum: nam aduertendum, quòd iuramentum metu extortū quamuis valeat & sit necessaria absolutio, tamen si non fuerit obseruatum, non peccatur mortaliter: vt in c. verum. de iureiuran. ita igitur in d. c. significauit, duxit secundam in vxorem non obstante iuramento primo, & ex hoc non sequitur iuramentū non valuisse, quia quamuis ipso iure teneat, potuit de facto contraxisse, & valet matrimonium, licèt contraueniendo malè fecerit, sed non adeo malè fecit, vt sit puniendus tanquam pro mortali peccato, vt in cap. verum.

416 ¶†Secundus casus, ad quem inferre possumus, est promissio voti, vt in l. si mulier. §. si metu coactus. quod metus causa. ff. vbi Bar. ex eo no. ꝙ vbicunq; pactū cōfirmatur à lege, & producit actionem ex confirmatione pactum metu redditur nullum. Vñ moderni in l. iuris gentium. §. sed cum nulla. ff. de pactis inferebant, ꝙ de iure canonico omne pactum nudum, quod aliàs producit actionem, si fiat metu, vel dolo, est nullum, maximè attenta intētione iuris canonici, quia si dolus, vel metus interueniat iuramētum redditur nullum: vt in c. cum contingat. de iureiuran. & reliqua. ita dicit do. Iason in §. sed cum nulla. 3. col. versi. tertiò nouiter limita. do. Abb. in c. Abb. 3. col. tenet ꝙ illa regula ad omnē comprobationem legis non est generalis: sed ꝙ in dote sit speciale: vt tanquam accessoria matrimonio metu promissa, vel data non teneat.

¶ Ego de dictis Iasonis & Bar. differui latè in rep. c. j. de pactis. car. 88. col. j. ver. decima sit declaratio. Sat est, quòd ratio domini Ia-

417 sonis concludit nostram sententiam, †nam cum pacta confirmētur æquitate canonica, necesse est, vt non valeant, si metu fiant, quia quæ metu, vel dolo fiunt, ęquitate stare non possunt: vt in l. j. ff. eo. & in l. j. ff. de dolo, & l. j. ff. de doli excepti. at quòd speciale sit in dote, hoc non probatur ex accessione matrimonii, sed ex ratione generali, quia dotis promissio ex æquo & bono constat: vt l. has obligationes de capi. dimi. ff. item est bonę fidei maximè hodie: vt in l. j. §. sed & si. C. de rei vx. acti. in §. fuerat. insti. de act. ergo si dolo vel metu fiat, stare non potest: vt in l. 3. ff. pro socio. & in l. bonafides. in fine. ff. depos. nam bonę fidei, & bono, & æquo contrarius est dolus, vel metus, & hoc de iure ciuili: de iure verò canonico stat ratio vniuersalis, quòd quæ metu fiunt, rata non habentur, ergo non subsistunt ex confirmatione canonica, & ita credo, quòd vbicunque de iure ciuili pactum rei ęquitate confirmatur, si dolo, vel metu fiat, subsistere nō potest, quia deest fundamētum: vt in l. j. de doli excep. & in d. l. si mulier. §. si metu coactus, & arg. in l. sticum. §. naturalis. de sol nam vbi inest dolus vel metus, qui est contrarius ęquitati, deest ęquitas, qua sublata nihil est, quod confirmetur, quinimmo ad non seruandum adest ęquitas contraria, vt in c. ad audientiam. sępius al. & in l. j. quod metus causa. s. al. & in l. j. de doli excep. & insti. de excep. post princip.

418 ¶†Quartus casus, ad quem inferimus, est in voto metu facto, quod dicitur nullum: vt not. gl. in c. Abb. & in c. auctoritate. 15. q. j. & do. Abb. in d. c. Abb. & cōmunis est sententia, quæ his fundamentis confirmatur. Primò pro tex. in c. j. quod metus causa. 2. ex c. præsens. 20. q. iij. tertiò, quia Deus non recipit nisi sincerā & spontaneam voluntatē: vt 15. q. j. c. non est. Ego fateor nō valere votum metu factum, quòd clarè probatur ex. c. præsens. & ex c. j. s. al. sed non probatur votum esse nullū iure speciali, quinimmo si attentius consideramus rationes illius. c. j. ille tex. determinat sub ratione tituli vniuersalis de his quæ vi metusve causa fiunt, non autem ratione speciali, de qua nihil constat in illo text.

¶ Item nec c. præsens habet fundamentum iuris specialis, cū dicat, quòd psalmista voluntariè se sacrificare testatur, quod enim quis non eligit, nec optat, profecto non diligit, quod autem non diligit, facile contemnit, nullum ergo bonum nisi volūtarium, iccirco dominus non ferendam in via virgam, per quam vis alicui inferatur, præcipit, hucusque tex. nam si bonum non est nisi voluntarium, ergo si metu fiat, non est bonum, quod & in voto, & in omnibus bonis verum est, igitur quod bonum non est, ratū à iure maximè canonico haberi non debet, quia quod bonum non est, iustum esse non potest: vt in l. j. de iust. & iure. in prin. ius enim æquum & bonum est, vt ibi, ergo bonum, quod voluntas metu agit, nihil iuris habet.

¶ Rursus dicit, quòd Dominus præcipit non ferendam virgam, per quam in via violentia alicui inferatur, si igitur non est ferenda virga, quomodo volumus, vt ius canonicum non solum nō ferat: sed quòd ex actu & facto tribuat obligationem violento?

419 †Nam à vultu Dei debet pendere nostrum iudicium: vt in cap. vt nostrum. vt eccl. bene. & in c. significasti. de elect. vides itaq;, quòd quæ metu fiunt, non possunt habere iustitiam canonicam.

¶ Sed oppones forsan de iustitia ciuili, quæ necesse est bonū cōfirmet, quod verò non bonum, ratum habere non debet, quia primum omnium legum principium est, bonum esse sequēdū, malum verò euitandum, & finis earum est fęlicitas humana, igitur leges approbantes ea quæ metu fiunt, nec habent principiū, nec finem debitum.

¶ Respōdeo, quòd ex regulis vniuersalibus legis ciuilis sequitur quædam approbatio, quæ iniqua est, & ideò ius prętorium cōtra talem iniquam illationem prouidet æquitate, quod expressius

420 declaro †nam regula est iuris ciuilis: vt ex quacunque promissione licita & stipulatione roborata oriatur obligatio & ius agendi, quæ est actio, vt in l. 5. §. stipula. de verb. oblig. in princ. instit. de verb. oblig. finge igitur, quòd te metu impuli, vt mihi cētum stipulatione promitteres, certè mihi teneris ex eadem regula: nam hic est consensus duorum, quia qui metu agit, verum est agere, vt in d. l. si mulier, §. metu coactus, item est forma stipulationis de qua in d. §. stipulatio. item est res apta stipulari, igitur oritur obligatio. idem (quamuis in alio propósito) dicebat Bart. in l. si quis pro emptore. de vsucap. in 15. col. in fictione priuata versic. contra prædicta. hæc est igitur causa, quare ex regulis iuris ciuilis tenetur ex tali contractu, quod tamen erat iniquum, inspecta qualitate rei: vt in d. l. j. de doli exceptio. quia ea consideratione, quòd metu promisit, iniquum & contra naturalem æquitatem est, vt ex promissione teneatur, sed æquitas naturalis non erat confirmata à iure ciuili, nec regula illa vniuersalis promissorum erat limitata, nec distincta ratione naturalis huius casus, & ideo ius prætorium emisit edictum conforme, & consonans iuri naturæ, quo dicebat, se ratum non habiturum, quod metu gestum esset, vt in l. j. cod. tit. vnde non valent iure prætorio, nec naturali, nec etiam canonico: vt in d. c. ad audiētiam, quod verò Bar. dicit ubi s. exceptionem metu dari à iure, & in hoc ipso fingi, certè mera est fictio, nec iuris veritatem habet sententia Bar. quia cum exceptio detur contra actionem, nō fingitur actionem non esse natam: vt in l. j. de exceptio. & patet in principio insti. de excep. & recordor dixisse latius in l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis.

¶ Sed diceres forsan, quòd mero iure & vera iustitia contractus metu uel dolo factus non habet iuris obligationem, quia inspecta æquitate naturali non potest subesse ius agendi, & dum in illo ꝯctu cessat æquitas naturalis, cessat etiā obligatio ciuilis, quæ obligat uinculo superiori. s. ipsius naturæ, ut in c. quo iure. 8. dist.

& in

Source : BIU Cujas

& in c.qualiter.de accuſ.c.ſolitæ.de maio.& obe.& dixi ſuperius in prin.§.de deriuatione. Reſponde quòd talis obligatio ciuilis eſt introducta ex cauſis tantùm intrinſecis;quia habita conſideratione ad cauſas vniuerſales obligationem producẽtes iuſta eſt obligatio: nam adeſt materia & forma obligationis & reliqua requiſita,vt ſupra, ideo ergo iuris ciuilis introductio habet locũ ſecundùm naturã:quia ius ciuile in materia apta introducit ſuas obligationes poteſtate legis naturæ.Vnde l.veluti.ff.de iuſt.& iu. & in c.ſi quis.de maio.& obed.& ita Bar.in l. Iulianus verum debitorem.8. & 9.colum.de condi. indeb. Hac igitur via talis obligatio dicitur iuſta: vt inſti.de except.in princip. & in l.j. de doli except. ſed conſiderata cauſa extrinſeca ipſius rei, quæ fuit metus,certè iniquum eſt,quòd talis cõtractus metu vel dolo factus habeat iuris neceſſitatem, & ideo in tali contractu cùm non inſit naturalis æquitas:vt in d.l.j. de doli except. neceſſe eſt dicere, ꝙ non inſit obligatio naturalis,quæ ex æquitate naſcitur:vt in l. ſtichum.§.naturali ſupra alle.& ita dicebat Bal.in l. cum quis.C. de iuris & facti ign.vbi negat,ꝙ contractus dolo, vel metu factus habeat naturalem obligationem.

¶Ex his primò intelligas,quomodo obligationes ciuiles ſine naturali poſſunt conſiderari iuſtæ.Secundò intelligas,ꝙ contractus dolo, vel metu factus non habet iuſtitiam naturalem, & ꝙ æquitas naturalis non ſuadet,immo impedit, ne debeant obſeruari.Vnde eſt concludendum de iure canonico.

¶Ex quo etiam ſequitur, quòd votum Deo emiſſum nullam habet iuſtam obligationem,ſcilicet nec naturalem,nec gentiũ, nec canonicam, nec curandum eſt de ciuili:quia in his ſe intromittere non poteſt.

421 ¶† Sed ſtat argumentum, quòd iuramentum metu factum validum eſt mero iure:vt in capit.2.& in capit.ſi verò.& in capit. verum.de iureiurand.cum ſimilibus, & tamen iuramẽtum Deo fit, qui non recipit niſi ſinceram & liberam voluntatem: vt in capit.j.15.q.6.

¶Quippe argumentum eſt vrgens. Nam doctores cum reddunt rationem, quare votum metu factum non valeat, hanc oſtendunt.& idem comprobatur ex c.preſens.ſupra alle.ſed hęc ipſa ratio habet locum in iuramento,quod Deo fit:vt in cap.debitores.in fin.eodem titulo,& in ca. & ſi Chriſtus.ergo nec iuramentum valebit.Reſoluam in illatione ſequenti, quod in voto vis principaliter infertur vt Deo obligetur, & ei (vt ita dixerim) quæratur ex iuramento,tamen pars ipſa,cui quærendum eſt, infert metum, ideo iuramentum, ex quo Deo obligatur,valet,vide latius ibi.

422 ¶† Rurſus arguitur contra ſuperiora;quia videmus,quòd iure ẽt canonico voluntas coactametu habeẽt pro voluntate,& ex ea procedit;quia verũ eſt ita voluiſſe,quãuis metu velit,vt infra ca. ſacris de ſepul.in c.merito.15.q.j.Reſpondeo, ꝙ in malis & peccatis,qui metu vult, pœnam meretur; quia malum vult,& ideo peccat,nec obſtat metus, cùm potius debeat mortẽ pati, quàm malo conſentire,voluntas enim cogi non poteſt, ſed metu impelli. At metu malum velle non debet,& ob hoc ipſum ꝙ vult, peccat,vt in d.cap.ſacris. Sed ex hoc non ſequitur, ꝙ in his quæ mala non ſunt, ex eo ꝙ velit,& metu velit, id debeat ratum haberi in fauorem maximè vim inferẽtis,& ita procedit regula iuris canonici,qua non habentur rata.

423 ¶† Quintus caſus eſt in prorogatione iuriſdictionis metu facta:vt in l.2.in prin.ff.de iudi.& ibi glo.& Bar.eſt etiam tex.ſecundùm Bald.in l.ſi quis ex conſenſu.C de epiſcopali audi.no.etiam glo.in c.Abbas.vbi generaliter intelligit in quacunq; iuriſdictione per metum occupata,idem tenet Bar.in tract.de tyranno.Vnde infertur per Abbatem ad ea quæ ibi tractat Bar.& Bal.in l.decernimus.C.de ſac.ſan. eccl. ꝙ ſi ciuitas elegit officialem per metum exercitus vel tyranni,electio eſt nulla,& ipſe non habet iuriſdictionem & reliqua.

¶Animaduerte primò ꝙ iſte caſus ſpecialis ex d. l.2.procedit tam de iure canonico q̃ etiam ciuili: ſed caſus illius rationẽ ego aliter tibi oſtendo:non eſt enim ius ſpeciale, vt creditur: ſed habet rationem ex his,quæ ſuperius dixi, & conſidera, ꝙ lex illa in l.2. loquitur, quando vis à prætore infertur: vt patet in illis verbis,viribus præturæ compulſus, eſt ita text. Sed nos hoc certum habemus, ꝙ iure prætorio ea quæ metu fiunt rata non habentur,nec valent:vt in l.j.eo.tit in l.3.§.inuito. de bonorum poſſ.in l.3.§.ſi quis autem.de conſtituta.ergo ſi idem prętor vim intulerit ex ſuo edicto non valet iuriſdictio,& ideo dicebatur nullam in eo transferri iuriſdictionem.

¶Verùm ex hoc forſan dices, ꝙ ſi prętor vim non intuliſſet, iuriſdictionẽ validã fuiſſe,cũ actus metu factus iure ciuili valeat.

424 ¶†† Aduerte tamẽ, & nunc intelliges ſententiam iuris prætorij ſimul cum illa l.2.& in primis id teneas, ꝙ ius prætorium adiudicium ſe refert,prout eſt ſolitum ſe referre: vt in l. 2.3.col.§.eo.tẽpore.de orig. iu.& declarat Paulus de Caſtro in rubri. C. qui admitti,& patet in hoc ipſo edicto, quo dicit prætor,quæ metu facta erunt,rata non habebo,& ita ponderat Hoſtienſis in ſumma eo.tit.§ qualiter reſcindantur. ſenſus itaq; eſt,quæcunq; inuenerit prætor,vel iudex metu eſſe facta, ea nõ obſeruabit, nec ex his tribuet iudicium. Hoc idem conſtat ex ſententia legiſlatoris in §.j.inſti.de excep.vbi quamuis iure ciuili efficax ſit actio non obſtante metu, tamen iniquum eſt ita iudicari. Vnde iudicium nõ redditur ex cõtractu metu facto,nimirum igitur, ꝙ actus nõ valeat, ſi metus adhibeatur in eiſdem iudicialibus, cùm ius prætorium actus reſciſſionem ad iudicium referat, itaq; ſi in eodem iudicio,vel in his,quæ ad iudicia pertinẽt, metus adhibeatur,actus erunt nulli,maximè ſi prætor,vel iudex metu intulerit, qui rata, quæ metu fiant,habere non debet,& ita intellige prædictam l.2. de iud. in princ. & etiam tex.in l. ſi qui ex conſenſu.C.de epiſcopali audien.¶Ex his etiam confirmatur,quod dicimus in principali concluſione:nam ſicut ea, quæ metu apud prætorem fiunt, nõ valent iure ciuili in vniuerſo ſumpto, ita ea q̃ fiunt apud perſonas eccleſiaſticas;quia ſicut ius prętorium rata non habet, ita etiam ius canonicum.

¶Ex his infertur ad diſtinctionem,quam tradidit Panor. in c.
425 Abbas ſuper 5.caſu. † vbi dicebat, ꝙ ſi epiſcopus eligebatur metu per capitulum, electio erat nulla, ſed Inno. videbatur tenere contra in c.quod ſicut.de electione.immo ꝙ valeret mero iure, quamuis veniret reſcindenda,per tex. in ca.Abb.Panormitanus tamẽ diſtinguit,& concordat,aut tenẽtur electores eligere certum & tunc electio eſt nulla; quia eſt contra ſubſtãtialia electionis;quia electio eſt inter plures,& ita intelligitur tex.in c.vbi periculum.§.cæterum.de elect. lib. 6. vbi dicitur,ꝙ ceſſat electio,ſi adimatur libertas eligendi, aut compelluntur eligere vnum de certo genere perſonarum, & tunc metus non vitiat actum ipſo iure:quia non tollitur poteſtas eligendi,quod pulchro argumẽto probatur.nam non valet cõſuetudo,per quam aufertur libertas eligendi,vt in c.cum terra.de elect.ſed valet, vt electio fiat de certo genere perſonarum:vt in c.Abbate.de verb.ſig. & in c. cũ dilectus.de conſue.& ita notabat Io. An. in d.c.cũ terra,hæc ſunt dicta Abbatis in c.Abba.ſupra alle.& in c.licet.7.col.& in c.cum terra.3.col.de elect.& alibi.

426 ¶†† Sed aduertendum eſt,ꝙ quamuis electio fiat metu de certo genere perſonarum, non valet ipſo iure,aut ſi dicant valere, quæras ab eis quo iure valeat.dicunt ipſi: quia conſuetudo valet de certo genere eligendo, fateor, ſed conſuetudo eſt ius,& incipit à conſenſu libero,vt in l.de quibus. ff. de leg. ſed metus nullã habet iuſtitiam, nec infertur conſenſu partis, immo contra bonos mores: vt in l. metum. ff. quod metus cauſa, itaque non iuſtè concluditur ex conſuetudine ad ipſum metum. Præterea etiam ſi ſit illatus metus: vt eligatur aliquis ex certo genere,certum eſt, electionem non eſſe liberam, ſed metu electum, igitur non valebit,vt in d.c.vbi periculum.in §.cęterùm,cuius ſententia ea eſt,vt electio debeat habere libertatem, nulla re impeditam:nam arbitrium debet eſſe liberum,adeo ꝙ ſi affectus inordinatus adfuerit, vel aliqua cuiuſcunque obligationis neceſſitas, ceſſat electio, dum libertas adimitur eligendi, ita dicit text. Nec ponderes verbum,ad certum aliquid, iuncta gloſa quæ exponit, puta talem eligendum, quæ interpretatio videtur aſſentire ſententiæ Abbatis.

¶Tamen aduerte, ꝙ quando metus infertur: vt de certo genere eligatur,ad aliquid certum, infertur, aliàs non eſſet metus, nec vis:id autem certum hoc eſt: vt electio fiat de certo genere. Ac cum de iure poſſit,immo inter omnia dignitatum habilium genera debeat fieri de ſummo Pontifice electio certè contra arbitrium eligẽtium fit,quando eo modo quo poſſunt & debent non eſt permiſſum eligere.

¶Præterea ratio domini Abb.hæc eſt·vt quando eſt de certo genere electio,iam inſunt ſubſtantialia electionis: quia de pluribus elegit,quem vult:ſed ꝙ vnum præciſe eligat, hoc eſt contra ſubſtantiam.& ideo eſt nulla:ita ipſe.

¶Aduerte diligentius, quia hæc ratio aliorſum tendit, ꝙ tibi
427 patenter oſtendo, nam inter duos poteſt eſſe electio † quia de duobus vnum eligere poſſum:itaq; in hoc ipſo adeſt requiſitum ipſius electionis:vt notatur in l.ſerui elect. de lega.j. ſed ſi metus intercedat,vt vnus de duobus eligat, non valet,quinimmo etiã ipſa conſuetudo non valet.Vt in d.c. cum terra, vbi eſt caſus expreſſus,ergo nec conſuetudo illa dicitur non valere;quia ſit cõtra hoc ſubſtantiale,nec ideo cenſetur valere electionẽ de certo genere metu factam: quia habeat ſubſtantialia. Et ita diligenter attende, ꝙ non ex defectu ſubſtantialium: ſed propter metum ad electionem illatum, non valet electio, item ex eo ꝙ habeat locum electio inter duos vel plures,non dicitur libera,ſi ad electionem metu impellantur electores· nam verum eſt, non eſſe liberam,& ideo non valere,vt in d.cap.cum terra.& in cap.quiſquis.eod.tit.& in cap.meſſana,quod generaliter loquitur in qualibet electione præſumpta, ideſt præſumptione temeraria celebrata. Facit, quod docebat Bart. in l.ſi quis pro empt.in fictione priuatiua. de quo ſupra dixi,quòd uitium ipſius metus eſt extrinſecum, nec aliquid deeſt ſubſtantiale, quod à ſe ipſo patet, nam aliàs nec ſtipulatio ualeret:qđ tñ eſt falſum,ut in l.ex eo.de inuti. ſtip.& in l.j de doli excep.ff. ſi igitur ex metu dicit nulla electio, dicendum eſt,ꝙ iſta nullitas eſt ex cauſa extrinſeca,quæ ita eſt in metu electionis unius,ſicut in metu electionis ex uno genere.

Source : BIU Cujas

428 ¶ † Præterea in hoc ipso valet argumentum de electione ad matrimonium: vt expresse probatur in d. capit. vbi periculum. §. cæterum. vbi in calce sponsus datur ecclesiæ, & notatur in capitulo dudum. el grãde. & in cap. quisquis. & in d. §. cæterum. At secundum hoc sequeretur, quòd valeret matrimonium metu contractum, quando infertur, vt contrahatur cum vna ex pluribus. & ita do. Abb. dicebat posse attentari in d. c. cum terra.

¶ Quippe a iurisconsultis nihil debet attentari, quia attentata in irritum reuocantur, vt in cap. non solum. de app. lib. 6. At potius probatur matrimonium non valere, siue habeat locum regula generalis, qua ea quæ metu fiunt, non valent, vt in ca. ad audientiam. siue habeant locum plures rationes, ex quibus matrimonium censetur nullum, dum metu contrahitur. Nam ꝙ habeat locum ratio generalis, patet, quia non est ęquum, vt metu aliqs compellatur ad eligendum, vel matrimonium ꝫhendum. Nec ęquum est id ratum haberi, vt in l. j. ff. eo. Nec hoc ꝙ sit ex certo genere tollit metum. ergo nec tollit ipsius rei ęquitatem.

429 ¶ † Præterea rationes, quæ in matrimonio adducuntur habent locum etiam in isto casu. & prima est ex tribus, quas tradit Gaspar de Calde. quem refert Abb. in d. c. cum locum. quæ fuerunt sumptæ a theologis. Nam cum in matrimonio adest sacramentum, quod significat coniunctionem inter Deum & ecclesiam; vt in c. debitum. de big. sicut Christus voluntariè assumpsit carnem humanam, ita voluntarium dẽt esse carnale matrimoniũ: sed hæc rõ hẽt locum, qñ metu impellitur ad ꝫhẽdum cũ aliqua ex pluribus, siue sint quatuor, vel sex. igitur non valet si metu cõtrahatur. ¶ Secunda ratio est, quia metus impedit procreationẽ sobolis, quæ est secundum bonum matrimonij. ¶ Tertia est, qa est contra fidem, nam ex inuitis nuptijs mali solent exitus prouenire. vt in c. requisisti. & quod quis nõ diligit, facile contẽnit, vt in supra allegato capit. præsens. At cum istę rationes habeant locum, quamuis metus inferatur ad matrimoniũ vnius ex pluribus, sequitur, quòd non valeat. Facit text. in capit. cum locum. ibi, plena debet libertate gaudere. Nã doctores tam theologi, quàm etiam canonistæ ponderant illam rationem, quòd cum liber requiratur consensus, necesse est, quòd si metu cõsentiat, actus non valeat, & ita ponderant textũ in capitulo cum locũ. sed ista libertas concludit nostrum casum, cum debeat esse plena. ergo non valet matrimonium.

430 ¶ † Verum obstat in primis, quòd si metus sit talis, qui non cadat in constantem virum, non impedit matrimonium, vt in capitulo de muliere. de spon. & in capit. de illis. de sponsa. impub. attamen videmus, quòd non est plena libertas, vbi qualiscunq; metus intercedit, igitur non requiritur plena, aut verum erit, quòd qualiscunque metus reddit matrimonium nullum, quòd est falsum, vt in capit. consultationis. de spon. & in capitulo cum dilecti. quod metus causa.

¶ Respondeo, ꝙ a iure est determinatus metus & libertas· vt ille censeatur metus, qui cadat in virum constantem, vt in d. cap.

431 de illis † & illa censeatur libertas plena, quæ nõ est impedita metu sufficienti, vt in capi. consultationi. & in c. de muliere. iuncto capit. cum locum. ¶ Nec obstat argumen. quod formari potest, quòd inter plura est consensus electiuus, vt dicta l. serui elec. de. l. prima, ideo cum eligat vnam potius, quàm alteram, habetur libertas ad ipsam, & est electio, ex quo sequitur, quòd nõ obstãt rationes superiores.

¶ Respondeo, ꝙ iste consensus & libertas est respectiuus qui nõ sufficit ad matrimonium: quia omnis consensus metu coactus est etiam liber respectiuè, nam consensus cogi non potest, vt in c. sacris. eodem tit. & planè fatentur theologi. Sed metu potius elegit matrimonium, quàm pati velit id, qđ timetur, itaq; etiam in matrimonio qñ metus ad vnam tantum infertur, est electio & libertas, vt potius velit eam in vxorem, quàm pati: & in hoc ipso quòd matrimonium voluntas elegit, liberè vult, quia voluntas cogi non potest, vt in c. sacris. & tenet san. doct. 3. dist. 39. artic. 3. quæstiuncula 2. & 4. dist. 29. quæst. 4.

432 ¶ † Nec obstat id, quod dicit do. Abbas in d. capitu. cum terra, quòd olim matrimoniũ erat de præcepto iuxta illud Geneseos capitulo secundo. Crescite & multiplicamini, & notatur in cap. nuptiarum. 27. quæst. prima. Quod ego nõ disputo: dato tamen quòd verum sit, non sequitur, quòd metu possit cõpelli ad matrimonium maximè vt contrahat cum aliqua ex certis: & maximè cũ requirat libertatem, nec hodie sit in præcepto, sed stat in sola libera voluntate, vt in cap. cum locum.

433 ¶ † Sextus casus dicitur esse, quando authoritatem præstitit tutor metu: nam tunc actus est nullus, nec est opus rescissione, vt l. prima, §. fin. ff. de auth. tuto. & ita per illum text. notatur in dict. capit. Abbas. & in capit. inter hæc. & in dict. l. prima. §. fin. cum similibus. Vnde infert dominus Abbas, quòd cũ episcopus ęquiparetur tutori, vt in capit. omnibus. 6. quæst. prima, & notatur in cap. auditis. de in integrum resti. si ipse præstet auctoritatem per metum in rebus ecclesiæ sibi subditæ, non valet auctoritas ipso iure, ita not. in d. cap. Abbas. in 6. casu.

434 ¶ † Ego verò aliter considero intentionẽ iurisconsulti. in d. l. j. §. fina. & præsuppono aliud esse metum, aliud vim, vt no. Barto. in l. prima. ff. eod. nam quamuis metus inferatur consensui, vis tamen inferri non potest, & ideo in his, in quibus voluntas, uel consensus requiritur, si vis interueniat, non possumus dicere cõ sentire, quia voluntas cogi non potest. finge quòd ego ligatus vi trahor ad iudicium, quippè quamuis sim in iudicio, si tñ nihil expressi, ex quo probaretur consensus, non potest dici me consentire, vt in dict. capitulo sacris. quod metus cau. in cap. maiores. in fine, de bap. in capit. præsbyteros. l. dist. Vnde dicendũ est, quòd in his, quæ consensu aguntur, non est consensus, vbi vis interuenit, & ideo actus nullus est. Sed secus est, quando metu probatur inductus ad consentiendum: nam tunc verum est cõsentire, quamuis metu consentiat, ut in dict. capit. meritò. & in l. si mulier. §. si metu coactus.

435 † Vnde si animaduertimus casum in d. l. j. § fin. de au. tu. non fuit tutor metu coactus, sed vi adfuit, nec authoritatem præstitit, qđ planè constat ex verbis, quæ subijcio. Tutor si inuitus retentus sit per vim, non valet, quod agitur, nec enim præsentia corporis sufficit ad auctoritatem, vt si somno, aut morbo comitiali occupatus tacuisset: ita text. ecce quòd inuitus retentus erat per vim, nec aliquid aliud adhibuit nisi præsentiam, in qua cadit vis, quia corpori tantum adhibetur non animo. item patet in exemplo dormientis & morbo comitiali occupati, & ita notat ibi Barto. quòd presentia corporis non probat animi assistentiam vel consensum: itaque ibi probatur, quòd vbi interuenit vis, nõ probatur animus, nisi per alia signa animi ostẽdatur, quàm corporis præsentia, in qua violentia habet locum, non tamẽ ex hoc sequitur, ꝙ si metu præstet authoritatem, non sit præstita auctoritas, & per hoc actus valeat, nisi alio iure probetur: & ita melius intelligit illam legem glo. in dict. c. sacris. in glo. prima, vbi interpretatur in vi & non in metu.

¶ Sed contra ista opponitur. Nam in iure nostro vis pro metu, & metus pro vi assumitur: vt in l. prima, in fin. ff. eodem. & ideo prætor dicebat, quodcunque vi vel metu fieret, ratum se non habiturum. vnde constat, quòd non est facienda differentia. Rursus constat, quòd etiam ea quæ vi fiunt, non sunt nulla, sed veniunt rescindenda.

436 ¶ † Aduerte, quòd vis sumitur dupliciter. vno modo quando vis habet necessitatem absolutam, & eo modo diffinitur, in l. 2. ff. eod. vbi dicitur, vim esse maioris rei impetum, qui cuitari nõ potest. & isto eodem modo loquitur etiam Cicero, dum dicit, vim esse impetum dominantem, retinentemque rem intra terminos alienos. & hoc modo intelligunt philici violentũ. In vio lẽto enim non est actio ex parte passi. Et ideo dicunt ipsi, ꝙ violentum est, cuius principium est extra nihil conferre ante vim passo. Vnde in his, quæ vi absoluta fiunt, non adest consensus ipsius patientis, & ideo non potest esse peccatum, quia nõ agit, sed patitur, vt in capitulo sacris. & in capitulo presbyteros. versi. qui autem. l. di. supra al. & dicebat Augustinus, nullus peccat in eo, quod vitare non potest: & ita intelligitur text. in dict. l. prima. §. fin. de auth. tut.

437 ¶ † Quandoque tamen vis non habet necessitatem absolutam, sed impulsiuam, adeo ꝙ non est necessaria, nisi respectiuè & cõditionaliter. Nã si qui minantur mihi mortem, nisi tecum contraxero, hic non vis contrahendi necessaria: quia possum non contrahere submittẽdo me periculo. Vnde si contraxero, ago, & non est violentum, & hoc est, quod dicit iureconsultus, voluntatem metu coactam, esse voluntatem. Hic igitur metus in iure nostro sępius assumitur, ꝙ vi, scilicet respectiuè, vt in titulo qđ metus causa, & in cap. constat. 1. quæst. prima, & ita loquitur iureconsultus ibi. Vnde intelliges verba edicti, ꝙ ea quæ vi facta erunt, rescinduntur per exceptionem, scilicet quando nõ fiunt vi absoluta. Nam si fiant violenter absolutè, nihil sunt, vt in capitulo maiores. ferè ad finem in versi. ille verò. qui nunquam cõsentit, sed penitus contradicit. nec rem, nec caracterem suscipit: quia vi absoluta cõpellitur. Vnde restitutio quod metus causa

438 non habet locum in isto casu. † Finge, ꝙ a iure ciuili, vel statuto ciuitatis requiratur presentia alicuius, qui inuitus & ligatus adest, certè actus nihil est: quia præsentia cogi potuit, sed cõsensus non: & cùm consensus non affuisset, verum est, actum ipso iure non stare, vt in d. l. j. §. j. de cura. furi. nec in hoc casu habet locum titulus, quod metus causa: vt rescindãtur, quæ aliàs iure valida erant: quia hęc essentialia non adsunt, vt in d. ca. maiores. & in c. sacris, & ita nullum speciale est in illo casu. vnde pulchrè intellige & interpretare edictum, quod metus causa, ꝙ nõ habeat locum rescissio etiam de iure ciuili in his, quæ vi absoluta fiunt. Nam actus iure non potest valere, quia facto non cõsistit, deest igitur substantia, vt in l. obligationum substantia. de actionibus & obligationibus, quod intellige ex superioribus.

439 ¶ † Ad id autem quod dominus Abb. infert de prælato auctoritatem per metum prestante, nihil probatur, vt vides. Nam in tutore nihil est probatum in l. prima. §. fina. At non iure speciali, vt Abbas credit, sed regula generali canonica censetur nulla auctoritas per superiora.

440 ¶ † Septimus casus est, quando testes inuiti sunt presentes, ut in l. qui testamento. de testa. ff. & ita dicit Hostiensis in summa

Source : BIU Cujas

eod. titu. vbi enumerat hos casus, & dominus Abbas in d.c. Abbas. & allegat glosam in c. sacris.

¶ Aduerte, q̃ hoc dupliciter potest intelligi. Primo modo quando inuiti detinentur vi præcisa: & tunc nullum est speciale ad regulam rescissionis; quia cùm repugnent, non sunt testes: & verum est, quòd actus omnino violentus etiã de iure ciuili non valet, vt in d. l. j. §. fi. de cura. furiosi. & in isto modo intelligit gl. in c. sacris. Et no. q̃ secundùm glosam non est aliquod ius speciale, quamuis do. Abba. aliter eam citet.

¶ Secundo modo possumus intelligere, q̃ inuiti detinentur testes scilicet metu instantis periculi: & tunc bene videretur casus specialis. Sed adhuc considera, quòd nulla est ratio iuris singularis in hoc ipso. Sed ex eo quòd in testamentis requiruntur testes rogati: vt in l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. eo. titu. si inuiti detinentur, verum est non detineri rogatos, & ideo non valet testamentum. Ex hoc ergo iure & solennitate, ex qua requiritur, vt testes sint rogati, vt testamentum valeat, sequitur, q̃ si sint inuiti, non valeat, cogita.

441 ¶† Octauus casus est in sententia: ita Hostiensis in summa, & Ioan. Andr. in ca. Abb. eum referendo sequi videtur, & allegant tex. in c. iniustum. 11. q. 3. sed sola. ibi & Archid. tenent contra. & do. Ant. & do. Abbas eam approbant, & similis est in cap. j. quod metus causa. lib. 6. vbi dicitur sententia absolutoria excom. id esse speciale, & ponderat Abbas tex. ibi tãquam casum specialem; quia principes seculares vi compellebant absoluere à sententia excommunicationis, & reliqua.

¶ Ex his tamen, quæ superius dixi in quinta illatione, & casu colliges sententiam non valere metu latam: quia iudicialia non valent, vt in l. 2. in princip. de iudic. & iudicium non debet reddi: vt instit. de excep. in prin. facit tex. in dicto ca. iniustum. & in c. omne. 25. quæstione j.

¶ Nec obstat, q̃ exceptione proposita ea, quæ metu fiunt, elidantur, & antequam proponatur exceptio ius reddatur, quod fateor: quia necesse est, vt iudex sciat metum intercessisse, & sine oppositione scire nõ potest; quia scit, vt homo. Postquam tamẽ sciuerit, ipse tenetur nõ seruare ex æquitate: vt in l. quod si Ephesi. de eo quod cer. loco. iuncta. l. j. quod metus causa. ff. & l. j. de doli excep. quod intellige in actibus extraiudicialibus; quia in iudicialibus nec credo iure ciuili valere, quinimmo sine oppositione & sine sententia superioris esset nullum, quicquid metu fiat. Sed cogita. ¶ Nec obstaret tex. in l. interdum. quod cum falso tutore. ff. Quia non constat, q̃ à prætore violenter sit compulsus; sed præsumẽdum est iudicialiter compulsum. Nec obstat, quod sciebat pars ipsa falsum esse tutorem: quia ex hoc non sequitur, q̃ iudex sciret. Nec obstat tex. in d. c. vno, quem põderat Abbas, reddendo rationem metus potestatis laicorum. Nam hæc ratio generalis est, vt patet in c. ad aures. & in c. ad audientiam. eo. tit. & dixi latius in prin. Constat itaq; q̃ de iure canonico, vel etiã prætorio, quæ metu fiunt, non valent ipso iure.

442 ¶† Ex quo nonò infero, q̃ si quis constitueret per metũ, quod aliàs debebat ex tali constituto, non oritur actio constituti. Probatur: quia hæc actio est prætoria, cùm prætor æquitate naturali introducit: vt in l. j. ff. de consti. ergo si cõstitutum fiat metu, nec valebit ęquitate, qua constat: vt in l. j. de doli excep. nec iure quo introducitur, vt in d. l. j. quod metus causa, facit, quod notat Bar. in l. si mulier. §. si metu coactus. ff. eo. vbi dicebat, q̃ quãdo pactũ nudum æquitate confirmatur à iure ciuili, si metus intercedat, dicitur nullum, per illum tex. & quod dicebãt moderni in §. sed cum nulla. l. iuris gẽtium. 3. limi. facit etiam tex. in l. 3. §. inuito. de bonorum pos. & ita singulare exemplum præstare poteris casui in l. 3. §. si quis constituerit. de consti. pecunia, nam ibi quãdo per exceptionem non debetur, id est qñ debitum eliditur exceptione, non debetur iure prætorio. Vnde satis euidẽter apparet, q̃ ea quæ metu fiunt, nõ valent iure prætorio: quia obstãte exceptione nõ debentur, in actibus ergo prętorijs, si quid metu fiat, nõ habet fomentum à iure prętorio. Vnde dicimus, q̃ nec valet constitutũ metu factum, nec debitum aliàs metu factum poterit cõstitui: quia illud debitũ nec æquitate, nec iure prætorio debetur: ita intellige & declara illum tex. vbi casus est singularis.

443 ¶† Ex his etiam pulchrè declara, q̃ si quis iniuriarum actionẽ metu remitteret, remissio esset nulla ipso iure, & actio maneret in suo statu. Ratio; quia iniuriarum actio ex ęquo & bono à prætore cõstituta est, vt in l. non solũ. §. j. de iniu. ff. vbi iurisconsultus ferè omnia quæ dicimus, sua sententia cõfirmat, cùm dicit q̃ cũ iniuriarũ actio ex ęquo & bono sit cõstituta, eã metiri debemus fm ęquitatem: itaq; ęquitate aboletur & ęquitate manet. Regit ergo ęquitas ea quæ ex ęquitate constituta sunt. Et cum remissio iniuriarum actionis attentaretur per metũ, & nõ sit ęquũ, q̃ valeret, certè nõ valet, & remanet actio: vt dicit ibi iurisconsultus.

444 ¶† Ex his etiam facile resoluebam illam difficultatem Petri de Bellaper. de qua dicebat consulendum Apollinem in l. j. C. de fideiu. Quare soli ciuili obligationi sine naturali poterat accedere fideiuss. vt in l. j. ff. eo. sed sola ciuilis non poterat constitui: vt in d. l. 3. §. si quis autem, quia constitutum habet fundamentum ęquitatem naturalem, & est cõtractus prætorius, qui sine obligatione & æquitate naturali consistere non potest. Secus est in fideiussione, quæ fit per stipulationem: vt Bar. in l. j. C. de fideiuss. & dixi, si rectè memini, in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis.

445 ¶† Hinc etiam infertur ad contractum pignoris, qui fit sola cõuentione, & habet obligationem prętoriam: vt in l. si tibi. §. de pignore. de pactis. ff. & in l. j. ff. de pig. actione. Nam de pignore iure honorario ex pacto oritur actio, ergo si dolo vel metu fiat, non oritur; quia prætorio iure non roborantur, quæ dolo vel metu fiunt, nec habent æquitatem naturalem. Sed si opponas de text. ibi dum dicitur, q̃ tollitur per exceptionem. Respondeo, vt intellexi in l. legitima. de pactis. Finaliter (vt breui concludam) potest inferri ad omnes obligationes & actiones prætorias, de quibus in §. omnium insti. de obligationibus. & in §. sed istæ quidem. insti. de act. quod videtur rursus confirmari ex l. in conuentionalibus. ff. de verbo. obli. vbi docebat Vlpianus, q̃ cõuentionales stipulationes formã accipiunt à conuentione, prętoriæ verò à mẽte prętoris: cùm igitur mens & sententia prætoris non habeat rata dolosa, vel metu facta, sequitur nec prætoriam stipulationem valere, quod certè esset pulcherrima limitatio ad regulã iuris ciuilis, & videtur ratione constare. facit tex. in l. quotiens quis. de verb. obli. vbi licèt aliàs stipulatio facti alieni non valeat, vt in l. stipulatio ista. in prin. & in l. inter stipulationem. in prin. ff. eo. tit. tamẽ stipulatio prætoria æquitate sortitur interpretationem me facturum, scilicet, & curaturum, vt alius faciat: æquitate igitur su menda est interpretatio. Vnde si diligenter animaduertas, videbis in l. j. de doli excep. & insti. de except. q̃ contra rigorem iuris ciuilis ex prætorio iure datur exceptio, ergo non contra rigorẽ iuris prętorijs ex iure prætorio, hoc enim non cõsonat, & super his cogita; qa innumera sunt, & à nouo homine (si dicere liceat) lustrata, nec esset mirum, vt emendatione egerent. Sed operepre cium erit alijs occasionem veritatis inquirendæ præbuisse.

¶ Si igitur iura prętoria non comprobant, nec fouent ea, quæ metu & dolo fiunt: vt supra latissimè, & cõstat ex l. iuris gentiũ. §. prętor. de pactis. ff. ergo idem est de iure canonico in his, quæ ad ius prætorium pertinent, quia hoc etiam conformat iuri ciui
446 li. item ẽt idem erit in omnibus actibus canonicis, † quia ex prætoris ęquitate & iure prætorio magis est interpretandum ius canonicum, quàm ex rigore iuris ciuilis: vt in c. sępe. de resti. spo. & in c. dilecti. de iudi. maximè in hoc eodem casu, in quo ex rigore ciuili sequitur iniquum & contra ęquitatem naturæ, & verum iudicium: vt fatetur iurisconsultus in d. l. j. de doli excep. & idem legislator insti. de excep. in prin.

447 ¶† Decima sit, & pulchra illatio, q̃ quamuis ex traditione metu facta transferatur dominiũ fm ius ciuile, vt in l. si metus. ff. de acquære. & in d. l. si mulier. §. si metu, non tamen transfertur fm ius naturale, quod patenter oculis tuis subiicio. Nã iure naturali dominium ex traditione transfertur: quia cõuenit æquitati naturali, vt rata habeatur volũtas ipsius, qui vult rem suã in alium trãsferre: ita docet legislator instit. de rerũ diui. §. per traditionem. sed qñ metu vult transferre, non conuenit ęquitati naturali ratã habere voluntatem coactam, vt in l. j. ff. quod metus causa. & in l. j. de doli excep. vbi constat, q̃ contra naturalem ęquitatem habetur rata à iure ciuili. igitur constat etiam, q̃ iure naturæ non trãsfertur dñium, quod satis etiam probatur ex §. inuito. l. 3. de bonorũ pos. ff. iuncto. §. emancipati. insti. de hęr. quę ab intest. nam iure prætorio, quod ęquitate regitur naturali non transfertur.

448 ¶† Vnde mirabilis traderetur intellectus ad l. j. de ac. rerum do. & ad l ex hoc iure. infra eo. & ad §. singulorum. insti. de rerum diui. q̃ dominia quæ sunt à iure comprobata, metu non transferãtur. & ita etiam intellige. l. nunquam. de ac. rerum do. ff. Nec certè obstaret tex. in l. si metus. de ac. hære. & in l. si mulier. §. si metu supra alle. vbi transfertur hæreditas ex aditione metu facta: illa enim traslatio est merè ciuilis, & non per traditionem: vt in l. cũ hæredes. de ac. poss. ff. nimirum ergo si ex rigore iuris ciuilis trãsferatur dominium ciuile, contra quam translationem æquitate naturali datur remedium, & abstinendi facultas, vt patet in eadem l. si metus, & notatur in d. l. si mulier. quanto igitur minus iure naturali transferri non debet: cum translata ex eodem iure rescindantur, arg. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel al. iu. & in c. quemadmodum. de iureiur.

449 ¶† Vndecimò ex superioribus infero, q̃ glosa communiter approbata in c. super hoc. de renun. in gl. magna in medio, vbi dicitur, q̃ de iure canonico dominium transfertur ipso iure ex traditione metu facta, & idem censetur in eo, qui renũciat per metum beneficio: vt gl. ibi, & idem sẽtit Innocen. in c. ad audientiam. & in c. ad aures. de renun. vbi idem tenent Petrus & Abbas antiquus & modernus: ita tenẽt etiã domini de Rota decis. 362.

¶ Sed ego ex superioribus video dominium nõ transferri: nã non transfertur iure naturali, nec gentium, nec iure prętorio, igitur nec iure canonico transfertur; quia in hoc ipso ius gentiũ naturale, & prętorium est confirmatum à iure canonico: vt in c. ad audientiam, quod metus causa, & in c. j. eo. tit. lib. 6. Nam si iure canonico talis translatio per vim facta rata non habetur, impossibile est, q̃ ex eodẽ iure transferatur: quia ex ratihabitione iuris eodem iure transfertur, vt in §. per traditionem.

Source : BIU Cujas

450 ¶† Item in renunciatione beneficij expreſſum eſt arg. in d. c. ſu per hoc. vbi ſpontanea requiritur renũciatio: idem in c. ſolicitæ. de reſti. ſpo. Sed ijdem doctores, qui tenent contrarium, formãt hanc conſequentiam, q̃ vbi ſpontaneus conſenſus requiritur, ibi actus viciatur ipſo iure: ita do. Abbas in c. cum locum, & idẽ in c. ſignificauit. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. & in c. maiores. in §. fi. de bap. & in d. c. Abb. 2. col. & notatur in c. notificaſti. 33. q. 5. & eandem conſequentiam faciunt theologi, vt ſanctus doc. 4. diſt. 29. ar. j. & ſępius dum de matrimonio metu contracto loquitur. Conſtat igitur, q̃ cum renunciatio debeat eſſe libera & ſpontanea, ſi metu fiat, non valet. At non valet, regula vniuerſali canonica: vt in c. ad aures. & in c. audiẽtiam. quod metus cauſa. Ergo verum eſt dicere vniuerſaliter, quæ metu fiũt nõ tenere, & de hoc latè ſupra in prin. principalis quæſtionis. Sat eſt, q̃ do. Panormitanus in cap. Abb. in fine neſcit reſpondere argumento, quod ipſe ſępius fatetur.

451 ¶† Nec obſtant fundamenta gloſæ in cap. ſuper hoc, quæ allegat. l. ſi mulier. §. metu coactus. cui ſupra proximo reſpondi, & text. in c. merito. 15. q. j. in delictis loquitur, in quibus, vt ſupra dicebam, verum eſt voluntatem eſſe volũtatem, quamuis coactã, & ex hoc ſubeſt peccatum. Hæc enim voluntas facti eſt, & nihil iuſtitiæ habet. Nos tamen loquimur in voluntate, quæ iuſta poteſt eſſe, quę ſi inuita fuerit, à iure non roboratur, nec eſt iuſtum

452 roborari, de his ſuperius. ¶† Sed ſi quæras, quid ſi renunciatum ſit beneficio cum iuramento, vèl traditio rei corporalis ſit facta cum iuramento, videtur, q̃ valeat, quia iuramentum metu extortum valet: vt in c. 2. & in c. ſi verò. de iureiuran. Adhuc forſan dici poſſet, q̃ nec valeat renunciatio ipſo iure, nec transferatur dominium: quia quamuis iuramenti obligatio valeat; quia Deo fit iuramentum, parti, tamen non obligor, quæ turpiter intulit metum: vt in l. 3. quod metus cauſa, igitur non transfertur dominiũ. At dices, q̃ renunciatio non eſt tranſlatio: ſed cõſiſtit in ſola voluntate renunciantis, & debet fieri in manibus ſuperioris, vt in c. admonet. de renun. & in c. cum vniuerſorũ de rer. permu. vnde cũ verum ſit, q̃ ego renuntio, certè amitto beneficiũ, qđ amittere volo. ¶ Rñdeo, quod cum coactè volo, non amitto: quia iure amittit, & ius meam voluntatẽ ratã non hẽt, niſi ſit ſpõtanea, vt in d. c. ſuper hoc. & in c. ſolicitæ. ſu. al. & in d. c. ad audientiam.

¶ Item ſi arguas eodem modo, q̃ qui metu tradit rem ſuam, verũ eſt tradere velle, & ſe nolle dominari: ergo amittit dominium, quia nolens retinere amittit dñium: vt in l. j. & 2. pro derelicto. ff. & ita arguit iuriſconſultus in l. j. §. ſi vir vxori. de ac. hære.

453 ¶† Reſpondeo, q̃ dominium eſt iuris, vt patet per diffinitionem à Bar. expoſitam in l. ſi quis. §. differentia. de ac. poſ. ff. & notaturin Rubri. ff. de ac. rer. dñio. Eſt enim ius in re corporali liberè diſponendi. & reliqua. vnde nec amitti, nec acquiri põt niſi iure: ſed non eſt æquum, vt inuitus amittat, vt in l. j. qđ metus cauſa, & in c. ad audientiam. eo. tit. ergo nec iure naturali, nec prætorio, nec canonico amittit. ¶ Non obſtat tex. in l. j. & 2. pro derelicto. Nam voluntate amittit libera: & hoc verũ eſt oĩ iure. Nos verò loquimur in voluntate coacta, qua nec acquirit, nec amittit ęquitate naturali & iure prętorio, vt notatur d. l. ſi mulier. §. ſi metu. & in l. 3. §. inuito. de bono. poſ. & per ꝯñs iure canonico, quod illis (vt debet) aſtipulatur, & cõſentit. ¶ Nec obſtat. l. j. §. ſi vir vxori. quia ibi in poſſeſſione facti loquitur iuriſconſultus: vt idẽ ponderauit. Nec obſtat deciſio Rotæ, quæ cõem eſt ſnĩam ſecuta. Nã adeo hoc principium apud doctores hucuſq; inueterauit, q̃ nullus dubitauerit, ſed in parentũ fide oẽs id firmũ tenuerunt. Ego verò quæ iuris ſunt, niſi ratione percepero, fide certa non teneo.

454 ¶† Cùm igitur dominium iure canonico ex traditione metu facta non transferatur, ſequitur, quò tradens poterit agere actione reali, quia dominiũ non amiſit, aut ſi dicas amiſiſſe, dicas quo iure. Nam nec naturali, nec prætorio, nec canonico amiſit, vt ſupra. Sed ſi dicas ciuili amiſiſſe, ego non loquor de iure rigoroſo ciuili, quo fateri oportet amiſiſſe: vt in l. j. de doli exce. & in prin. inſti. de ac. ſed loquor de iure canonico, & in rebus quæ à canonibus iudicantur. Nec obſtat, ſi dicas, q̃ ius ciuile cenſeatur approbatum à iure canonico. Nam approbatio illa vniuerſalis eſt: particulariter tamen in iſto caſu non approbat ius canonicum metu facta. Et particularis æquitas vincit generalem: vt dicebat Bar. in l j. per illum tex. ff. de mino. & diuerſa eſt via iuris canonici à iure ciuili, ex quo dabis egregiam & pulchram declarationẽ ad tex. in l. metum. §. volenti. quod metus cauſa. ff.

455 ¶† Hinc etiam decidere poteris illam dubitationem, an alienatiorei eccleſiæ valeat, ſi metu fiat, de qua per glo. in c. Abb. & ibi Ioan. And. D. An. & do. Abb.

456 ¶† Sed in his duo reſident dubia. Primũ eſt de baptiſmo, quod ſi metu ſuſcipiat, valet: vt in c. maiores. §. fi. de bap. ergo quæ metu fiunt, iure canonico valida ſunt. Reſpondeo, q̃ ea ratione valet baptiſmus; quia in baptiſmo non requiritur conſenſus neceſſariò ipſius baptizati, cũ qñq; præſumptus ſufficiat: vt in dormiẽte & in furioſo, & qñq; parentum & alterius perſonæ ſufficiat, vt in infante. Quod ſatis expreſsè ibi nobis traditur, quod rurſum alia rõne tibi demonſtro. Nã ſi baptiſmus metu ſuſceptus regularetur rõne vniuerſali eorũ, q̃ metu fiunt, certè q̃uis ipſo iure valeret, veniret retractãdus ẽt fm doctorum opinionem, ſed hoc eſt falſum; quia efficaciter imprimitur character, q̃ euelli nõ pt: vt ibi dicitur, igit̃ ille caſus aliam hẽt rõnem, q̃ hanc vniuerſalẽ.

457 ¶† Secunda dubitatio eſt iuramẽti, q̃ ſi metu fiat, de iure canonico valet: nam requiritur abſolutio: vt in c. ſi verò. & in c. verũ. eod. tit. ergo conſtat iurantem eſſe obligatum: vt in l. decem. de verbo. obliga. & in ca. ad diſſoluendum. de ſponſa. impub. Huius dubitationis reſolutionem videbis in 22. illatione, quæ erit infra

458 proxima. ¶† Item quodcunq; dixi metu idem intelligas de dolo: nam eadem rõ eſt: vt in l. ſi cum exceptione. §. cum qui. quod metus cauſa, & in d. l. j. de doli except. itaq; quæ dolo malo fiunt, nec iure naturali, nec prætorio, nec canoni. valẽt. vbi verò in cauſa aliqua reperiuntur valida, quæ dolo facta ſunt: vt in c. ex parte. & in c. dudum. de conuer. coniuga. ibi dolus nõ eſt malus, ſed bonus: vt in l. j. §. non fuit. ff. de dolo. & ideo nec inuenies in his caſibus reſtitutionem locum habuiſſe.

459 ¶† Vigeſimaſecunda principalis illatio fit ad illam ſubtilem dubitationem; nam de iure canonico iuramentum metu extortũ valet: vt in c. 2. & in c. ſi verò. & in c. verum. de iureiur. in c. auctoritate. 15. q. 6. vbi dicitur à tali iuramento abſoluendum ipſum iurantem, ex quo probatur eum obligatum, qui enim ligatus non eſt, abſolui non poteſt: vt in l. decem. de verborum oblig. in c. ad diſſoluendum. de ſpon. impub. & ita tenent cõmuniter canoniſtæ in c. 2. & in c. ſi verò. ſu. al. poſt Innoc. in c. Abbas. de quo nullum eſt dubium, quia habemus iura expreſſa, ex quibus ẽt theologi id fatentur: vt infra videbis. Sed habemus de iure ciuili legẽ expreſſam contrariam in authen. ſacramenta. C. ſi aduer. vend. & ita fatentur doctores, q̃ aliud ſit de iure canonico, aliud de iure ciuili: vt Bar. Sali. Paulus, & moderniores in d. auth. ſacramẽta.

460 ¶† Aliqui tamen perpenſius hæc cogitantes dicebãt, q̃ quamuis differentia ſit vera inter ius canonicum & ciuile, tamẽ ius canonicum eſſet obſeruandum in iuramento, quod eſt ſpirituale: vt in c. 2. de iureiur. lib. 6. In his enim cedit ius ciuile iuri canonico: vt notatur plenè per Bar. in l. priuilegia. C. de ſac. ſan. eccle. & per Io. Cald. in c. j. de noui ope. nun. & ibi Panormitanum. Ita Io. de Imola latè in repeti. c. cum contingat. de iureiur. 2. col.

461 ¶† Ego verò nec credo differentiam inter ius canonicũ & ciuile: nec dicere auderem, q̃ tex. in d. auth. ſacra. non procedat mero iure, & vera iuſtitia: cũ maximè ille tex. ſit nouiſſimus, & ſumma religione formatus, & ſit ex authẽticis, quæ verã religionem & iuſtitiam eccleſiaſticam profitebantur: vt in auth. vt cler. apud proprios epiſ. & in auth. quomodo opor. epiſ. in prin.

462 ¶† Conſiderabam igitur primò, q̃ ſi eadem verba, quæ ſunt cõ texta in d. authen. ſacra. ſunt etiam inſerta in iure canonico, neceſſe eſt dicere nullam eſſe differentiam ius canonici ad ciuile: dicitur enim in auth. ſacra. q̃ iuramẽtum, quod per vim, vel metum extortum eſt, eſt nullius momenti: at in c. 2. de iureiurando. dicitur, nullius iuramenti vinculis poteſt conſtringi, igitur iſta iura conformant: nam nullius eſſe momenti interpretatur per doctores, ideſt non obligat: vt in noſtra eadẽ dubitatione videmus: ſed ſi vinculis iuramenti non poteſt conſtringi, ſequitur, q̃ non poteſt obligari: quia obligatio eſt iuris vinculum: vt patet per diffinitionem. conſtat igitur, q̃ ius canonicum à ciuili non deuiat, quod etiam dilucidè probatur in c. cum contingat. de iureiur. & in c. quãuis pactũ. de pactis. lib. 6. vbi in caſibus ſimilibus illi auth. ex qua prȩcipitur iuramentum à minore præſtitum eſſe ſeruandum, excipitur caſus, niſi metu, vel dolo fiat; nam tũc non eſt ſeruandum. Sed in fronte patet argumentum, nam de iure canonico obligat: vt ſupra probatum eſt, ergo falſum eſt, q̃ non obliget iure canonico, prout non obligat iure ciuili. ¶ Reſpondeo, q̃ eo. tex. ex quo patet non conſtringi, ideſt non obligari, cõſtat etiam abſoluendum: vt in c. 2. vnde hoc eſt mirabile, vt qui vinculo iuramenti aſtringi non põt, abſoluatur: itaq; aliquid latet, quod nõ cognoſcimus. Præterea adduco rõnẽ ſatis cõcludentem, q̃ iuramentum ſit nullum: quia cõtra bonos mores dr̃ vis inferri: vt in l. 3. ff. qđ metus cã: ſed iuramentũ cõtra bonos mores nõ obligat: vt in l. ſi quis inquilinos. §. fi. de leg. j. in c. non eſt obligatorium. de reg. iur. lib. 6. ergo iuramentum vi extortum non obligat.

¶ Facit, quod dicit Panor. in c. ſignificauit. de eo qui duxit in ma. quam pol. per adul. q̃ ideo matrimoniũ erat nullum, ſi metu fuiſſet contractum; quia erat contra bonos mores, ergo idem dicendum eſt de iuramento.

¶ Quid dicendum? Attende, & nunc uidebis iuris lineamenta & cauſas in materia hucusq; non expreſſas.

463 ¶† Primò itaque reſolue, q̃ in iuramento duplex ſubeſt obligatio, una ex promiſſione expreſſa, alia ex tacita, quæ in Deum reſultat, & hanc duplicem obligationem fatentur omnes doctores in cap. j. de iureiurando. & in cap. debitores. per text. ibi de iureiurando. hoc igitur præſuppoſito, quod omnibus eſt notum, præſuppono aliud, quòd quando uis infertur, ut iuretur, qui uim infert, turpiter facit, & contra bonos mores, ut in l. 3. ſu. alle. unde non eſt æquum, ut ei iure ſim aſtrictus, qui mihi uim intulit; quia quando turpitudo uerſatur ex parte ſuſcipientis promiſſionem, non eſt iuſtum homini, qui turpiter agit, in hoc ipſo in quo turpitudo verſatur, iure obligari: vt patet in eodem cap. debitores.

Source : BIU Cujas

bitores.& hoc eſt,quod dicitur in c.2.nullius iuramenti vinculis ſuper hoc poſſe conſtringi.& ita intelligitur tex.in dicta authen. ſacramenta,vbi nullius decernitur eſſe momenti.ſ.quò ad partis obligationem, cui quæri non poterat. Nam quò ad Dei obligationem ius ciuile non potuit decernere iuramentum nullum,ſi iuri canonico in hac nullitate non conſonaret,vt in c.venerabilem.de ele.& dixi latè in 20.principali illatione, eodē modo intellige.c.cùm contingat.& c.quamuis pactum ſupra alle.

464 ¶†At alia eſt tacita promiſſio,quæ ex iuramento in Deum reſultat. Nam cum Deum ipſum per iuramentum adhibeam veritatis teſtem & aſſertorem (vt dicit Marcus Tul. in li.de offi.) ſequitur me ei teneri ad veritatem eorū,quæ promiſi, & hoc eſt quod dr̄ in c.& ſi Chriſtus.& in c.debitores. eo.tit. redde Deo iuramenta ſua,& fuit præceptū veteris teſtamēti. Hæc igitur promiſſio q̄uis metu fiat nullam habet metus turpitudinem;quia Deus non intulit metum,nec ipſe perterritus turpiter fecit,dum metu,qui in conſtantem virum cadat, quicquam iurauit, vnde obligatus eſt Deo,per quem iurat,& hoc eſt,quod dicitur, eum abſoluēdum. Nam nullis obligationis vinculis tenetur parti,ſed Deo eſt obligatus,& ideo abſoluēdus, vnde clara intelliges verba ad faciem pugnantia in c.2.eo.tit.& reſolues argumenta ſuperiora,hāc eādem ſentētiam, per quam ego iuſtè iura intelligo,tenet ſanctus doctor ſecunda ſecundæ quæſtione 89.arti.7.ad 3.& ſuper 3.diſ. 39.art.3.vbi ipſe fatetur non obligari parti iure canonico, nec ciuili,ſed Deo obligari,& ideo abſolutionem eſſe petendam.

465 ¶†Nec ob.ſent.Abbatis in c.j.col.j & pen.col.& in c.debitores. & aliorum de quibus ibi,q̄ quando turpitudo verſatur ex parte recipientis promiſſionem iuramentum obligat promittentem ipſi, cui promittitur. Nam hoc ego nunquam percipere potui, quia ſi obligatio ſimplicis promiſſionis non eſt, dum recipiens turpiter recipiat:quia cum turpiter faciat,ius non vinculat ei,eodem modo,& eadem rōne in iuramento,cuius obligatio nō debet tendere ad extremum turpe, ſed tendit in Deū,qui vt in nullo peccare pōt,nec in hoc peccauit.¶Nec obſtat fundamētum, in quo ſtat fallacia,q̄ pars abſoluat,vt in c.j.cum ſim.Nam abſoluit cauſatiuè, quia ſi ſibi eſt ſatisfactum, iam ſoluta eſt obligatio Dei,vt idem Abbas fatetur in d.c.j.in notabilibus,& in c.5.co.ti. ratio,quia promiſſioni,quæ parti fiebat, fuit adiectum iuramentum,vnde voluntate partis cauſatur abſolutio, vt in l.ſolutionis verbo.de verbo.ſig.& in l.ſolutionis verba.de ſol. ff. hæc alibi latius expreſsè memini.¶Verum quamuis ſuperior cōcordia ſpecioſa videatur, profecto dubia ſatis vrgentia reſident.& primò, vt etiam in illatione ſupra proxima dicebam, Deus non recipit

466 niſi ſinceram & ſimplicem voluntatem,vt in c.j.15.q.5.† ex quo dicebat dñs Abbas cum cæteris concludens, q̄ vota, quæ metu fiunt,erant nulla;quia Deo fiebant, qui ſincerā & puram tātum voluntatem acceptat, vt in c.j.quod metus cauſa. & Panormita. in c.Abbas.dum loquitur de voto, eodem ergo modo iuramentum,quod in Deum tendit,niſi ſit purum & ſincerum, Deus nō debet recipere.Nam obligatur quis ex iuramento : quia reddenda ſunt Deo iuramēta ſua:vt in c.& ſi Chriſtus.& in c. debitores. & obligatur quis ex voto,quia reddēda ſunt Deo vota ſua, vt ait Dauid.Vouete & reddite domino Deo noſtro,vt in c.magnę.de voto,& voti redemptio.itaq; par eſt vtriuſq; ratio.¶Præterea videmus,q̄ talem promiſſionem metu factam ius canonicum ratam non habet:vt in c.ad euidentiam. quod metus cā.Nec ratione ipſa naturali ratā haberi probatur,vt in l.j.ff.quod metus cau-

467 ſa,& in l.j.de doli exceptio.ff.at ratio naturalis lex eſt diuina: † vt colligitur ex ſentētia Auguſti.in c.ſi.17.q.vlt.& in c.ſi.9.diſt.quare igitur Deus ipſe habebit ratam contra legem diuinam & humanam?Vel quare potius lex humana & etiam diuina ratam nō habet promiſſionem,quam Deus ſuſcipit,& ratam habet,cùm à vultu eius pēdere debeat omne noſtrum iudicium,vt in c.vt noſtrū.vt eccleſia bene. ſine dimi. ¶Itē de eo metu nos loquimur, qui poſſit cadere in ꝑſtantē virū:vt in l.metū in utraq;.& in l.nec timorem. ff.quod met.cauſa. & conſtantia eſt virtus, quæ comitatur iuſtitiam,nec conſtans iniuſtus eſſe poteſt:ut in l.iuſtitia.ff. de iuſti.& iure.igitur qua ratione violenta nihil ſunt,quia voluntas non agit:vt in c.ſacris.cum ſimilibus, eadem ratione vir conſtans,qui metu agit,cū iuſtè eligat.& fugiat metum,deberet non obligari,& ſecundùm iuſtitiam nihil eſſet, quo argumento concluditur regula vniuerſalis eorum, quæ metu fiunt, & etiam q̄ Deus non ſuſcipiat,quę metu conſtantis viri iurantur,quod etiā probatur exemplo ipſius Abraam & Iſaac, qui metu mortis dixerunt,vxores ſuas ſibi eſſe ſorores,qui tamen erant conſtantes.

468 ¶†His tamen non obſtantibus ſuperior concordia ſtare poteſt, & primò reſpondeo, q̄ Deus non ſuſcipit niſi ſinceram voluntatem,quando illa volūtas ſibi offertur: nam qui vouet, vult Deo in hoc ipſo miniſtrare,vt apud ipſum mereatur, ſed nec obligatio habet ſua requiſita,quando eſt coacta, nec meritum eſt in illo bono,quod fit metu:vt in c.præſens.20.q.3.& ita intellige, q̄d ibi dicitur, nullum bonum niſi voluntarium:aliud verò eſt,quādo iuratur parti ad aliquam vtilitatem : quia tunc non ad meritum,vel ad oblationē Deo factam ſtringitur, ſed ad negocia humana,ad cuius rei teſtimoniū Deus ipſe in medium affertur.Vnde quia ita voluit,vt promiſit, ne mentiantur per Deum & ipſi Deo,decet ut obſeruet,quod promittit,nec turpitudo uim inferentis conſideratur in hoc caſu:quia Deus nihil turpiter facit. ut

469 ſupra.¶† Hinc infero ſingulariter, q̄ pollicitatio etiam de iure ciuili metu fiat, nulla eſt ratio ; quia eſt ſolius offerentis promiſſio:ut in l.pactum.de pol.ff.& uidetur,q̄ cum pollicitatio dicat̄, quando quis ſua ſponte promittit reipublicę,uel Deo: ut loquitur totus titulus de polli.ſi metu,& interpellāte terrore pollicea tur,talis pollicitatio eſt nulla:nam oblatio debet eſſe uolūtaria, & quæ ratio eſt in uoto,eadem uidetur in pollicitatione: ut in l. 2.de pol.unde ex his datur pulchra extenſio ad ea,quæ notantur in d.c.Abbas.cum ſimi.q̄ ſicut uotum eſt nullum ex c.j. eo.tit.& ex c.præſens ſupra alle.ita etiam pollicitatio,& hoc dū iſta in terminis doctorum intelligimus,ſed in terminis noſtris in ſupra ꝓxima illatione concluſimus omnia,quæ metu fiunt iure canonico non ualere.¶Nō obſtat,q̄ ratione naturali & canonica, quę metu fiunt, non ſint rata;nam ſi attendimus turpitudinem uim

470 inferentis,& eius utilitatem certè rata nō debent haberi: † quia nemo ex improbitate ſua debet actionem conſequi l. non fraudantur.§.nemo.de reg.iu.& in l.itaq; fullo.ff.de fur.& ita intelligitur, quod dicit pſalmiſta. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem.Si uerò oſtendimus promiſſionem, quę licita eſt, & nullum peccatum habet ex parte promittentis, item religionem, quæ Deo debetur, certè cum iuramentum poſſit obſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,obſeruandum eſt, & hæc eſt ſententia legiſlatoris in c.ſi uerò.eo.tit.& ita in ſimili ſoluunt Canoniſtę in c.j.de iureiur.ubi Panor.in j.col.in fin.& idē eſt ex ſenſu ſancti Thomæ ubi ſupra, dum parti ad utilitatem ſuam negat obligationē, ſed tamen dicit iuramentum obſeruandum, æquitas ergo naturalis & canonica dum metu facta rata non habet,reſpicit turpitudinē inferentis & eius utilitatem, uerum ſi nemo ex improbitate ſua debet actionem conſequi ex d.l.itaq; fullo.ſequitur,q̄ iure ciuili inferens metum non debeat conſequi actionem, ſolue ut ibi.
¶Nec id obſtat,q̄ conſtans uir metum ſuſpiciat,& q̄ in hoc ipſo iuſtè agat,quod ego fateor,& ideo iniuſtum eſt,ut ipſe debeat teneri ex his,quæ metu fecit:cùm iuſtè fugerit metum. Inſpecta tñ religione,quę Deo debetur,debet iuramētū obſeruari, quia obſeruari poteſt ſine interitu ſalutis, ſed ex iſta æquitate datur abſolutio etiam à iuramento:ut in d.c.ſi uerò.cum ſimilibus.

471 ¶†Ex his intelliges,quid ſit metus, qui cadat in cōſtantem uirū, & quomodo uir conſtans timere poteſt. Nam debet librare periculum cum ipſa re,cuius cauſa timor infertur,& ſi uiderit periculum eſſe maius malum,q̄ res ipſa,iuſtè agit,dum euitās maius malum,minus eligit. finge,q̄ periculum infertur mortis : ut matrimonium cum Titia contraham : certè minus malum eſt matrimonium cōtrahere, q̄ mori: ideo uir iuſtus poterit iuſtè eligere, & hic metus qui cadit in conſtantem uirum: ut in c. cōſuluit.de ſponſalibus & in l.metum.la ſecūda,quod metus cauſa.ff.at ſi minantur mihi mortem conditione alicuius peccati , q̄uis ſit mors inſtans,metus iſte non cadit in conſtantem uirum, & potius debet eligere mortem , q̄ malo conſentire, unde metu non debet

472 eligere malum,ut in c.ſacris. cum ſimilibus. † Nam,ut dicit Philoſophus 3.Ethi.peccata ſunt maxima malorum, & eligere maius malum timore minoris, nec iuſti uiri eſt,nec cōſtantis : & ita debes intelligere & declarare, quod vulgò dicitur, metum mortis eſſe metum,qui cadat in conſtantem virum; tūc enim hoc verum eſt, dum mors eſt maius malum, q̄ id, in cuius cōditionem metus infertur,aliàs ſecus,vt ſupra vides,hinc etiam pulchè intelliges text.in l.metum,la prima.ff.quod metus cau. vbi metum accipiendum,Labeo aiebat,non quidem minoris, ſed maioris mali:itaq; metus nec eſt iuſtus,nec cadit in conſtantem virum,quādo periculum eſt minus malum,q̄ ipſa conditio, ſecus ſi periculum eſt maius malum;tunc enim Labeo dicebat,iuſtum eſſe metum,vt ſuperius declaro:& hæc adhibeas menti,nam iſta ſunt vera & ad veram intelligentiam neceſſatia.

473 ¶†Sed ad ſuperiora reſidet dubium ſatis ſubtile; quia vidimus ſupra in illatione ſupra proxima principali , q̄ in authentica ſacramenta, contractus erat nullus , nec iuramentum confirmabat contractum,ſed iuramentum: quia in Deum tendebat , erat validum: cùm à iure ciuili etiam inualidari non poſſet : ſed ſi ita eſt,fieri oportet,q̄ iuramenti obligatio,quę tendit in Deum,nulla eſt,quando metu iuratur ; quia cum authenti.ſacramenta. loquatur de tali obligatione , dicit nullus eſſe momenti.Reſpondeo,& fateor,quòd in authen.ſacramenta.contractus non ſit cō firmatus,vt oſtendi in ſuperioribus.Sed conſidero, q̄ iuramēto de non retractan.contractum duplex ex promiſſio,vt præſuppoſui ſupra & oſtendo latè, & ſubtilius in repetitione.c.j.de conſti. cum diſſero de iuramenti obligatione, illa igitur, quæ in Deum tēdit,valida eſt,nec de hac poſſet dicere nullius eſſe momēti quò ad Deum:ſed illa,quæ tēdit in partem, nullius eſt momenti, vel ēt ea quæ tēdit in Deum quò ad effectus ciuiles:quia quò ad partem,nullum eſt,cui nec actio,nec exceptio oritur , & ita intelli-

474 ge illam authē.¶† Ex his nec teneo illam ſpecioſam & exquiſitam declarationem , quam tradit dominus Abbas in c. cum cōtingat. 2. colum.de iureiuran. quæ originaliter fuit cuiuſdā Vin-

Source : BIU Cujas

centij Mediolanēsis in c. quamuis pactum. de pactis. libro sexto, ꝙ quamuis iuramentum metu extortum valeat, tamē si adiiciatur contractui à iure reprobato, non valet ipso iure; quia requiritur, vt sponte iuret, vt in d. c. cum contingat. & in d. c. quamuis. & casum dicit dominus Abbas in aucten. sacramenta. quem etiam sequitur Fely. in c. 2. j. col. & in c. si verò. de iureiur. 3. col. j. decla.

475 ¶† Aduerte tñ & verba à causis ponderes, non causas ex verbis: vt in c. intelligentia. de verborum significatio. & quæro, an improbatio contractus, quæ fit à iure ciuili, impediat iuramenti vinculum, & fateri conuenit, non impedire: vt in eisdem iuribus patet, vbi contractus sunt improbati. & tamen iuramentum valet,

476 † item quæro, an metus impediat iuramēti obligationē, & quip̄ certum est non impedire, vt in d. c. 2. & in c. verum. & in c. si vero. quare igitur vis, ꝙ impediatur, nam vides, ꝙ nulla harum cautarum sufficit: verum si dicas, ꝙ simul iunctæ poterunt impedire. Aduerte, ꝙ qua ratione separatæ impedire non possunt, eadē manet cum simul sunt iunctæ. Nam ratio erat, quia ex iuramento quis obligabatur Deo quam obligationem ius ciuile impedire non poterat, vt dicebat Dominus Abbas in c. cum contingat. 3. col. & iuramentum est quid spirituale, vt in c. venerabilem. de electione. vnde prohibitio iuris ciuilis nihil impediebat, at ista eadem ratio manet, item metus non impedit, quia iuramentum potest obseruari sine periculo salutis ęternæ, & nec iurans peccat, nec Deus, per quem iuratur, vt supra exposui. ergo sequitur, ꝙ etiam si contractus sit prohibitus, & metu sit iuratum, est obseruandum; quia eadem ratio in vtraq; causa manet.

¶ Nec obstat, quòd text. in authen. sacramenta. ponderat verbum sponte, ꝙ fateor ad inuiolabilem obseruationem: vt tex. loquitur: quia si metu fiat inuiolabilitei non obseruatur; quia petitur absolutio, vt in c. si verò. Nec obstat tex. in c. quamuis. & in c. cùm contingat, quæ iura intellige, vt supra dixi.

477 ¶†† Ex his etiam quartò inferri potest ad id, quod dicunt Host. & Io. An. in d. c. verum. & in c. ad audientiam. quod metus causa. & do. Abba. in c. si verò. in fina. verbis, & ibi Fely. in 3 declaratione, ꝙ in dubio præsumendum est, qui metu iurat nō habere animum se obligandi: ita ipsi. Tu verò considera, ꝙ qui non habet animum obligandi, verè non consentit, quamuis se consentire dicat, nō obligatur quò ad Deum, vt in c. in tua. de spon. & ita tenet gl. in c. si verò. quam ita intelligit Ioan. An. & Abbas, vbi id fatetur, & do. Fely. & Card. ibi. At si ius præsumit eum non habere animum obligandi, certè habet pro nō obligato; quia iuris præsumptio suas partes præsupponit veras, nisi contrarium probet, vt in c. cum tacitum. & in l. si pactum. ff. de probatio. Si igitur ius habet pro non obligato, sequitur non esse absoluendum, ꝙ tamen est falsum, vt in dictis iuri. Hæc enim videntur sibi non cohærere, vt iure prę̄sumatur non obligatum, & quod iure absolua-

478 tur. † Preterea si verum esset, ꝙ iure prę̄sumeretur iurantem noluisse obligari, sequeretur præsumi mendacium, quod tamē nō est præsumendum, vt inquit iurisconsultus in l. Labeo. in §. item Tubero. de sup. leg. Nam cum verba sint organum mentis, non aliter præsumendum est dixisse, quàm mente agitauerit, & dicit Grego. moralium. 28. humanç aures talia uerba nostra iudicant, qualia foris sonant: ut in c. humanæ aures. 22. q. 5. Hinc iure uerba probant consensum, quod clarè probatur in c. maiores. ad finem. de bap. & probatur in omnibus casibus, ubi coacta uoluntas iudicatur uolūtas: ut in c meritò. 15. q. j. & in l. si metus. de ac. hær. ff. & in l. si mulier. §. si metu coactus. quod me cau. Itaq; ego nescio assistere huic sententiæ, qua hi patres dicunt, metu iurantem præsumptione iuris non habuisse animum se obligandi, & in hac nostra sententia quamuis in alio proposito fuit sanctus doc. 4. sen. dist. 29. arti. 3. ubi ipse expresè reprehendit eos, qui dicunt, iure præsumi metu asserentem non consentire: non enim est elicienda talis præsumptio, cum ecclesia de nullo præsumat peccatum. ¶ Nec obstat tex. quem sumunt pro fundamento, scilicet in cap. super hoc. de renunciatione, cum simili. Nam bene præsumitur, ꝙ sponte non renunciat. Falsum tamen est, quod renunciat, nec præsumitur non renunciasse, cum maximè secundùm communem opinionem ualeat renunciatio ipso iure, & uerum est non renunciasse absoluta, & pura uoluntate, sed impulsa uoluntate renunciauit, & iure præsumitur, & probatur renunciare. ¶ Verum si fingamus, ꝙ qui metu iurauit, non obseruauit iuramentum: tunc forsan haberet locum ista præsumptio, ut credamus eum potius noluisse se obligari, & sic mentitum esse, q̄ peieraſſe, & hoc posset coniecturari ex cap. uerum. non peccat mortaliter, ut periurus, sed uniuersaliter censetur peccasse: & ita potest saluari sententia prædictorum patrum, nec referas præsumptionem iuris ad tempus, quo nihil actum est contra iuramētum: ut refert Abbas, quia tunc præsumeremus peccatum, idest mendacium, quod est improbum: postquam tamen uidemus ipsum peccasse, & non obseruando quod dixit, uel periurus est, uel mendax, prę̄sumimus eum mendacem potius, q̄ periurū: & ideo pro ueniali est penitentia imponēda, & ꝙ ita suadere debeat, ex hoc etiam uidetur confirmari; quia postq̄ constat, ꝙ nō obseruauit, nulla requiritur absolutio, sed penitentia pro ueniali, ut in c. uerum. quò ad Deum, uerò, si intentionē habuit se obligandi; quia ueritas apud ipsum semper nota est: ut in c. humanæ

479 aures. 22. q. 5. supra alle. peccat mortaliter, si non obseruat † quia periurium ex specie sua est peccatū mortale, & ita loquitur sanctus Doctor, quem refert & sequitur Archidia. in cap. habemus. vigesima secunda. qō. j. ¶ Ex his etiam infero ad declarationem eorum, quę dicunt Ioan. An. Card. Abbas & Fely. in d. c. si verò, ꝙ qui non habet animum se obligandi, non tenetur obseruare iuramentum, nec est obligatus, nec peccat non obseruando. Aduerte tamen, ꝙ in hoc ipso peccauit venialiter; quia aliud dixit, q̄ in mente concepit. mendacium ergo cum peccatum sit: vt in c. super eo. de vsuris, in c. iuramenti. 21. q. 5. peccauit certè, & non solum peccauit ex mendacio, sed etiam eo ꝙ nomē Dei vanè adiecit. Vnde infero contra id, quod dicit D. Abbas in c. si verò. 2. col. ver. ego completendo, vbi dicebat, ꝙ homo non perfectus nec venialiter, nec mortaliter peccabat, sed excusabatur propter metum ab omni peccato, arg. in c. ne quis. 22. q. 2. ita dicebat do. Ab-

480 bas. ¶† Ego credo nec perfectum hominem, nec imperfectum à mendaci peccato excusari: quia naturalis iustitia, quæ veritati coniuncta est, ostendit non esse mentiendum: nam veritas, vt inquit Tul. comitatur iustitiam, & nec ea, quæ natura ostendit, egent promulgatione: quia teste psalmista. Signatum est super nos lumen vultus Dei, ideſt ipsa ratio, qua iustitiam sacrificare tenemur: hac igitur lege omnes homines, non quia perfecti, vel imperfecti, sed quia rationales tenemur. & hoc est, quod dicitur ius naturale perequè apud omnes gentes custodiri: vt in §. sed naturalia. insti. eo. & generis est humani non particulariter aliquorum, in l. j. §. ius naturale. de iust. & iure. & in c. ius naturale. j. dist. ¶ Eodem modo potest etiam subesse peccatum: quia vanè & sine effectu adiecit mendacio sacramentum, quod idem dominus Abbas fatetur & probatur in decalogo præceptorum, vbi vana iuramenta improbantur, & in c. & si Christus. eo. tit.

481 ¶† An autem peccet mortaliter, vel venialiter, dominus Abbas dicit venialiter peccare, de quo non disputo: sed etiam dum ipse in hoc cōtemptu religionis vult distinguere inter hominem perfectum, & imperfectum, & vt perfectus nullum committat peccatum, certè religio naturalis est & communis omnium gētium: vt in l. veluti. de iusti. & iure, & non solùm apud nos, quibus religionis veritas reuelata est, sed etiam apud Platonicos, qui iustitiam ipsam & felicitatem humanam in Dei vnici cultura cō stituunt: nam & Platonem in hoc ipso iureconsulti ferè sunt imitati, qui religionem iurisgentium esse dixerunt. Rursus illud decalogi præceptum est diuinum & naturale: vt in c. 2. dist. j. & in §. in lege. 6. dist. ergo apud omnes homines perequè custodiendū:

482 sed in his cogita † nam mendacium est (vt ait Augustinus) falsa significatio vocis cum voluntate fallendi, & non est peccatum sine dolo, & in c. beatus. 22. q. 2. at cum ipsum, qui dolo facit, dolo decipere liceat, nec ei fidem obseruare teneamur: vt in c. 3. de iureiuran. & in l. si conuenerit. ff. pro socio. sequitur, ꝙ si quis vim mihi inferat, potero ei mentiri, nec hic erit malus dolus, cū vim inferens in hoc ipso dolo faciat. l. si cum exceptione. §. eum qui. ff. quod metus causa. ex quo videtur, ꝙ ex mendacio non teneatur ad peccatum, quod est contra superiora: hæc soluas ex notatis in dicto cap. 3.

483 ¶†† Sextò infero contra quandam nouam declarationem, quæ resultat ex glosa in ca. significauit. & ex text. ibi secundùm quod intelligit glosa & Abbas, quòd iuramentum in his, in quibus actus ex metu ex ipso iure nullus est etiam nullum, vt ibi patet in matrimonio. Nam tam matrimonium, quàm etiam iuramentum dicitur nullum, si metu fiat, & ita dicebat domi. Felyn. in ca. si verò. 5. declaratione, se dare nouam declarationem ad illum text. & reliqua. verum cùm ego ostenderim in illatione principali supra proxima, quòd de iure canonico regulariter actus, qui per metum fiunt, non valent, & eodem iure canonico valeat iuramentum talibus actibus adiectum, necesse est concludere, talem declarationem glosæ Abbatis & Felyn. non valere, maximè quòd ratio, qua valet iuramētum metu extortum, manet, etiam si actus sit nullus, quinimmo diuersa est ratio iuramenti, & ipsius actus: nam actus nullus est ex defectu inter vtrumq; contrahentem: sed iuṝm valet, quia inter Deum. & contrahentem nullus est defectus ex metu, quod superius latiùs ostēdi. Nec obstat tex. in cap. significauit. nam ibi non probatur, quòd iuramentum sit nullum, vt latè ostēdo in illatione supra proxima principali, vbi inuenies expositum tex. illum, & vt ibi dixi, ita est ex mente sancti doctoris. Sed ita distingue, ꝙ aut verba sunt præsentis tpis: vt si dico, ego te in vxorem accipio, & iuro te in vxorē accipere, & credo, ꝙ vt matrimonium est nullum, ita & iuramentū: quia iuramentum non facit, ꝙ liber sit consensus, cùm verum sit, metu esse contractum, & ita intelligi, quod ipsi dicunt. Sed si iuramentum refertur ad futuram promissionem, tunc certè obligat ēt ad matrimonium, & ita sunt intelligenda, quæ dixi, vnde non est summenda regula generalis ad omnes casus, in quibus actus est nullus, vt etiam iuramentum sit nullum, nisi ex rei natura vel qualitate eadem ostendatur ratio, vt in isto casu. Nec id teneas, quòd illud iuramentum, de quo in c. significauit, sit contra bonos mores, & ideo nullū, vt Abb. & Fely. vbi supra vide latè in supra pxima illa-

Source : BIU Cujas

ma illatione principali. hæc ex principijs iur. canonici & ciuilis deducens ad templum Dei non Iouis cum ipso Platone contendebam, ab hoc enim templo omnia exordiũtur, & in ipsum sunt reducenda, hæc enim est vera humanorum fęlicitas, sed dũ per leges tranquillã animorum ciuilium puritate ad nostrum principium, in quo beatitudo consistit, longo itinere contendebam, ecce reuocant aliqui iuris studiosi, qui commentaria iustitiæ à me desiderantes interrumpunt.

DE VERITATE AC EXCELLENT. LEGA. SCIENTIAE.

PET. AND. GAMMA.

SVMMARIVM.

1 *Iuris sapientia an sit scientia.*
Scientia de certis esse debet.
2 *Nihil est in intellectu, quin prius in sensu fuerit.*
3 *Scientia quid sit.*
4 *Leges cùm institutæ sunt, secundum eas iudicare debemus, & non de ipsis.*
5 *Leges pro temporum qualitate, & principis voto immutantur.*
6 *Falsi crimen incurrit legem aliquam post nouam latam allegans.*
7 *Iurisconsultorum doctrina principis animo tolli potest.*
Lex per statutum, & consuetudinem tolli potest.
8 *Scientia vera & propria secundùm Aristotelem quæ sit.*
Iuris sapientia quid sit.
Consuetudo & lex à pari procedunt.
9 *Lex quid sit, & infra nume. 12. & 29. & 32.*
10 *Iurisperitorum positio an in auctoritate consistat.*
11 *Legum farrago quæ sit.*
13 *Leges quare factæ sint.*
14 *Ratio omnium à maioribus traditorum reddi non potest.*
15 *Iura spiritus sancti instinctu diuinitus constituta sunt.*
16 *Philosophus rerum causas scrutatur.*
17 *Leges particulares Regum, & Imperatorum, licèt varientur, iuris tamen dictamen, & æquitatis ratio naturalis non variatur.*
18 *Philosophia an scientiarum princeps sit.*
19 *Deus omnium causarum immobilis est causa.*
20 *Scientia in humanis, sapientia in æternis tantum rebus secundùm Augustinum consistit.*
21 *Legis subiectum quale sit.*
22 *Deus naturæ creatæ legem statim sociauit.*
23 *Gentes legem non habentes, si ea quæ sunt legis faciunt, ipsi sibi sunt lex.*
24 *Lex naturalis quid sit.*
25 *Leges diuino afflatu hominibus demonstratæ sunt.*
26 *Philosophia ex admiratione sola processit.*
27 *Consuetudo in quo à lege scripta differat.*
28 *Lex vnde dicatur, & infra sub nume. 30.*
30 *Lex simul cum mente diuina acta est.*
31 *Lex dicitur constitutio scripta.*
33 *Iurisprudentia quid sit.*
34 *Legalis scientia priori legi naturali subalternatur.*
35 *Lex nulla reperitur, quæ veram causam non assignet.*
36 *Iuris auctoritas nulla est, quæ maxima non sit ratione fundata.*
Auctoritas virorum magnorum rationis loco esse debet.
37 *Legislatorum constitutiones veram statuendi causam demonstrant.*
38 *Fides est scientiæ fundamentum.*
39 *Iurisconsulti antiquitus qui floruere.*
40 *Seruius Sulpitius in orando post Ciceronem locum primum obtinuit.*
41 *Leges an sint nobiliores, quàm sit medicina, & infra nu. 48. & 57.*
42 *Medicinæ finis quis sit.*
Legum finis quis sit.
43 *Pacem inducere est hominum mortalitati consulere.*
44 *Sanus medico non indiget.*
45 *Medicina philosophiæ naturali subalternatur.*
46 *Argumentum ob gradus disparitatem non procedit.*
47 *Medicus in stercore speculationem habet.*
49 *Leges in paupertate viuere non sinunt.*
50 *Ars longa, vita breuis, experimentum fallax.*
Medicus carnifici similis est.
51 *Medicam artem exercens ad ordines sacros promoueri non potest.*
52 *Deus Legum auctor fuit, Esculapius verò medicinæ.*
53 *Leges inter arma silent.*
54 *Legis sensum, & non verba, spectare debemus.*
55 *Verbum dubium interpretatione indiget.*
56 *Medicum ob necessitatem honora.*
58 *Medici obstetricibus æquiparantur.*
Imperator iurisconsultos suos antecessores, & parentes vocat.

1 VRIS sapientiam † nõ esse scientiã, vt propria scĩam finitione metimur, omni sermonis periodo quidã se bonorum artiũ cultores, solosq; scientificos appellantes prędicare non desinũt, audẽtq; inductiones ac enthimemata nouo subsannationis genere corã imperitis vulgi auribus, ac dialecticarum positionum studiosis in sacrosanctã legum maiestatẽ intorquere, qui nunq̃ prima legum rudimenta, vel leuiter attigerũt, antiqui adagionis immemores, ne sutor supra crepidã iudicaret. Quocirca minimus ipse interr huiusce studij professores omnipotẽtis suffragio Christi fretus, opusculũ pñs, quo verã inesse legib. scientiã demõstrabit elucubrauĩ. In eius calce de medici ac legistæ p̃cellentia qõnẽ breuiter discutiendo. Nec ideo velim huius quẽquã fastidio affici, q̃ nullæ verborũ phalerę, nulla dicendi lepiditas auidiorẽ possit lectorẽ efficere, qm̃ ornari (vt inquit Manil.) res ipsa negat cõtenta doceri. At priusq̃ ad huius discussionẽ veritatis accedamus, haud incõgruũ erit nõnulla præmittere, ex q̃bus quid ipsa, pro qua certamen offert, scientia sit, luculenter appareat. Hanc in primis nullã in rebus esse p̃ variationẽ ac continuos rerũ fluxus, Heraclitũ dixisse cõperio, cui Socrates academiciq; alij auctoritatis nõ modicè suffragant: scientia namq; de certis ac aliter se hr̃e non valentibus esse debet, qũo autem se habeãt cęlum, ac cętera, quæ superiora nobis existunt, tanquã si q̃d in vrbe remotissima cũctisq; inaccessã fieret, esset incognitum, nullam mortalibus scientiam dari posse. Plato verò ille diuinus, qui cæteris religiosior, catholiceq;, vt plurimũ veritati inhęrens apparuit, sciẽtiam in hominibus aliquam esse dicebat, sed rectiori eam vocabulo reminiscentiam appellandam, imitatus Anaxagoram, qui dixit, nõ contingere aliquid de nouo generari, sed tantũ apparere. Auicenna in suo methaphisices libro aliquid de nouo sciri posse non per receptionem à sensibus, sed à formarũ datore, quam decimam aiebat esse intelligentiam demonstrauit. Aristoteles aũt Peripatheticorum princeps, cuius suffulti auctoritate, quos supra dixi, patres à legibus nostris scientiæ nomẽ abdicare nituntur, mediam inter antedictos, vt creber est etiam Imperatoris nostri vsus, viã eligẽs, scĩam in nobis de nouo gñari voluit, nec ab ipsa intelligentia tm̃, sed ab ipsis speciebus existẽtibus in fantasia defluxis à sensibilibus: oportet em̃, vt ipse dixit
2 in tertio de anima, intelligentẽ fantasmata speculari, & alibi. † nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Hũc igit̃ sequẽtes, qũo ipsam ꝑpriè sciẽtiã finiat, videamus. Hęc sunt eius verba in primo analeticorũ posteriorũ. Scire simpliciter vnũquodq; opinamur, cùm cãm cognoscimus ꝑ quã res est, & qm̃ illius est cã
3 & nõ est ꝓtingere, vt aliter se habeat, q̃d nihil aliud est, nisi † sciẽtia est rei per cãm cognitio, quæ aliter se hr̃e non potest. Primò itaq; vr̃ præmissam finitionem ipsi legis peritiæ nequaquã cõuenire, cũ sola cõdẽtis volũtas attẽdat̃, & quod principi placuit, legis habeat vigorẽ: vt dixit Imperator in primo institutionũ titulo de iustitia & iure. Et q̃d à patribus ꝑ legẽ decernit̃, & si intolerabile videat̃, est ferẽdũ, vt legit̃ in concilio Caroli Imperatoris trãsumpto in decretis in c. in memoriam. 19. dis. & Iurisconsin l.
4 ꝑspexit. ff. qui & à quib. † Et cùm leges institutę sunt, non est librum iudicare de ipsis, sed oportet iudicare fm ipsas: vt inquit Isidorus in c. erit aũt lex. 4. dist. Multas ad hoc possem iuris vtriusq; auctoritates adducere, quibus & in hoc & in aliis supersedebo: tum ne dum ingenio rei veritatis exquirit̃ memoriæ videar delicatis periculũ lectoribus facere, tũ quia à stilo rethorico id alienũ esse solet, tũ q̃ iuris cã agit̃, cuius testimonia suspicione non carerẽt. Addit̃ insup̃ finitioni huic, scĩam esse de his quę se aliter
5 hr̃e non possunt † At videmus, leges ipsas pro temporum qualitate, ac principis voto iugiter immutati: vñ elegãter dixit Clau.

Priscamq; resumunt canitiem leges, emendanturq; vetustę.
Acceduntq; nouæ.

Et apud Gelliũ Sex. Cecilius. Nec ideo cõtẽnas legũ istarũ antiqtates, q̃ plerisq; ipsis iã Po. Ro. deseruerit. Nõ. n., ꝑfecto ignoras legũ opportunitates & medelas ꝑ tẽporũ morib⁹, & ꝑ rerũ publicarũ gñibus, & ꝑ vtilitatũ p̃tiũ rõnibus, proq; vitiorũ qbus medẽdũ est mutari, atq; flecti, neq; vno statu ꝓsistere, quin vt facies cęli & maris, ita rerũ atq; fortunę tẽpestatibus varient̃, q̃d ẽt doctè cõplexus est Innocẽtius Põtifex in Decretalibus titulo de cõ
6 sang. & affi. † hocq; adeo verũ est, vt antiq̃ traditionẽ licet ęquã, & meliori suffultã rõne post nouas (vt legali vtar verbo) sanctiones, ne dicã sectari, sed allegare maximum nephas habeatur, falsiq; crimẽ hoc faciens incurrat. Omnia institutionum, Codicis, auctenticorum volumina, sexti & clementinarũ decisiones maiorẽ in antiquorũ traditionibus corrigendis partẽ exposuerunt.
7 † Vnde constat breui tẽporis hora dato alio principis animo iurisconsultorũ doctrinã posse tolli: vt dixit Cyn. in l. humanum. C. de legibus. Nihil deniq; tam varium, fluxũ, ac mutabile, vt ipsa lex, q̃ singulari ciuitatis statuto, vel consuetudine tolli põt, vt trita ac vulgata est canonistarũ & legistarũ oĩum positio. Inspiciamus cũctas orbis ciuitates, nullã Draconis, Lygurgi, Solonis, Põ-

Source : BIU Cujas

pilij, Cæſaris legum memoriam apud eas extare uidebimus, ſed huiuſmodi populos diuerſis penitus ac plerunq; contrariis regi apparebit. Nunc tanta eſt climatū, populorū, ciuitatū diuerſitas,
8 vt in nullo ferè cōueniant. † Cōſueuerunt inſuper talibus partē hāc argumētis cōprobare, ſola ęternorū cognitio eſt ſciētia vera & propria, vt ſenſit Ariſtoteles in ſexto Phicorū: at iuris ſapiētia eſt tēporaliū cōſtitutionū cognitio: igit iuris ſapientia nō eſt ſciētia vera & propria. Minor hęc manifeſta eſt, ſi ciuilis canonici; iuris primordia repetamus. Item ꝓſuetudo, & lex pari auctoritate iudicant. Et abſurdum erit, ſi dixerimus ſcientem cōſuetudinis, quæ ſolo hoīum vſu cōprobatur, ſcientiam, de qua loquimur, habere, igitur nec qui leges nouerit, ſciētiam dicemus aſſecutum. Ariſtoteles præterea ad Alexandrū in principio rethoricorum ita inquit. †
9 Etenim lex oratio quædā eſt, quæ cōi ciuitatis cōſenſu definita iubet, quo pacto vnūquodq; agendū ſit, cui ſuccinere vī Papinianus in l.j. de legi. in ff. ſi ergo eſt oratio definita, nō eſt ſcīa, q̄ nullo hoīum cōſenſu, ſed ſola rōne; quia ita eſt, cōprehēdit. Oīs item ſcīa eſt habitus demonſtratiuus ex primis & euidentibus principijs, ſed doctores legis nō procedunt ex talibus, cū vbi Imperator vel Pōtifex aliquid concluſerunt ex eo veritate aliter nō diſcuſſa argumētant, ſoluunt qōnes & dubia, igit nullā hūt ipſi ſcīam: dūt poſtremò nullū diſcurſum primo auctoritati innitentē gnare ſcīam, cū tunc ex credulitate nō rōne procedat, iuxta dictū Auguſtini inquientis. Qđ intelligimus
10 demus rōni, quod credimus auctoritati. † Verū oīs iuriſperitorū poſitio auctoritati maximè innitit: iccirco nullā tenēt ſcīam. ¶ Pro iſtis hactenus in iuriſprudētes ſatis argumētati ſumus. Verū ſi diſcuſſamētis caligine, & oculis nequaquā lippientibus ve-
11 ritas inſpecta fuerit, præcedentia nihil obſtare videbimus. † Ipſarū namq; legū diuina & naturalis æquitas bonū publicū & cōe ſunt farrago: ex his legūlatores ſtatuendi cām q̄runt & aſſumūt, iuris interpretes demū ęquitatis huius cām ſciunt, pp quā lex eſt
12 facta, † & quemadmodū legis nomē amitteret, ſi nulla æquitatis eſſet rōne ſuffulta, qđ oſtendit Iſidorus dicens. Erit aūt lex honeſta, iuſta, poſſibilis, & in ſacris literis, veh qui leges ꝺditis iniquas. Apertius Cicero in Retoricis; Oēs leges iudices ad cōmodum R.P. referri oportet, & eas ex vtilitate cōi nō ex ſcriptione, q̄ in literis eſt interpretari: ea.n. virtute & ſapientia maiores noſtri fuerunt, vt in legibus ſcribēdis nihil ſibi aliud niſi ſalutē & Reip. vtilitatē proponerent; neq;.n ipſi, qđ obeſſet, ſcribere volebāt, & ſi
13 ſcripſiſſent, cū eſſet intellectū repudiatū in legem intelligebāt. † Nemo eīn leges legū cā factas eſſe vult: ſed R. Pub. ꝙ ex legib⁹ oēm. R. Pub. optimè adminiſtrari putāt, hęc ille. & plura ſup his. Et Papinianus eam appellat cōem reip. ſpōſionē: vt igit obiectis rñſio apteť, ſi q̄ vñr leges, ne in ipſis cā requirať, phibere, id optima factū rōne ſciāt, nō vt legi cā deſit factæ, vel vt hmōi ſcīæ ſtudioſis interdicať, quin eā ſpeculari valeāt, ſed ne dū noxius delinquētis aīus punientis cām legis exquireret, mora, & cauillationibus criminis impunitatē adipiſceret cōtra cōem vrbis ęquitatē, ipſiusq; iuris intētū. At dices, repoſitionē hāc juriſcōſulti verbis
14 refragari · inquit.n. ille. † nō oīum q̄ à maioribus tradita ſunt, rō reddi pōt. Rō (ait ille) reddi nō pōt: nō aūt dixit nō debet, nec ea diuiſione vſus eſt, hocq; euidenter apparet. Quis clariſſimus iuris interpres certā in hoc mihi cām aſſignabit. Cur poſt 14. annū cōpletū nō aūt citra, ſi ſit idem ſenſus, ac animi vigor, teſtī factio ꝺcedat? Cur in 25. ętatis anno conſtitutus ſacris valeat ordinibus initiari, & nō citra? & cur nō 26. annus requirať? Rñſum tandem erit, ſic ſcriptū eſt, ſic placuit magno, q nos diſtinxit, Othoni, vt dixit gloſator ſexti Decreta. in j. cap. tit. de ęta. & quali. ordi. Verū
15 nec iſtis vrgeor, † nā patres maioresq; nři inſtinctu ſpūſſancti diuinitus oīa nobis iura ꝓmulgarūt, quorū ſi à nobis rō ex iuriſcōſulti ſnīa cōprehendi nō pōt, id debilioribus ingenij noſtri viri-
16 bus aſcribēdū puto. † Si qs à philoſopho, q rerū oīum cauſas ſcrutať & ardet, nunqd oēs rimatus fuerit naturæ cauſas, & oīa, quæ in ipſa ſunt, nouerit, quærat, niſi temerarius audaxq; exiſtat, rñdebit, maximā partem eorum, quæ ab oībus ſciuntur, eſſe minimā eorum, quæ ignorantur. Dicat phiſicus, cur Magnes ferrum contiguam, ambra paleam attrahant? Cur Reubarbaro ad coleram purgandam vtuntur medici? Cur in fontibus ꝺbuſdā ferrū ſupernatet, lignū aūt immergaťr? Hæc & pleraq; alia ex vi cuiuſdā potētiæ nobis ignotæ ꝓficiſci dicēt. Subiungit philoſophus, & nō eſt
17 cōtingere vt aliter ſe hēat, ſed leges mutanť &c. futile ſatis ac friuolū eſt hoc (q̄uis longè aliter ipſi credant) ad vanā iſtorū opi. ꝺprobandā. † Licèt eīn particulares hoīum Regum Imperatorū, Pontificū ſanctiones varient: ipſum tñ iuris (vt ita loquar) dictamen, æquitatisq; ratio naturalis & diuinę, quibus oēs legumlatores inſeruiūt, à quibus omnis legum dependet auctoritas, è quorum ſacratiſſimo viridario legalis ſilua pullulat, creſcit, & augeť, firma ſemper atq; immutabilia permanent, qui ab his legi cām nouerit attribuere factæ, vel nouā ex his vbi facto ꝺpus erit, condere, verā legis ſciētiā retinebit. Et ſi aliud Moſis, aliud Lycurgi, aliud aliorum videanť dogmata, & traditiones iniungere, hoc factū eſt, nō ex ſcientiæ huius defectu, ſed ex diuerſis legiſlatorum opinionibus, q hoc naturali diuinæq; æquitati cōgruū magis arbitrati ſunt, q̄ illud, qđ per anteceſſores fuerat inſtitutū, nō eo inficias, ꝙ multi in multa, vt Numa & Maumetes cęteriq;, Chriſto ac Moſe exceptis, q eqtatis ac naturæ patrē auctorē legis habuerunt, deliramēta inciderint, pluraq; iniquitatē redolētia introduxerint. † At dicāt rogo, ſi philoſophia ſciētiarum princeps & anteſignana, ſicut iſti glorianť, & ego aſſentirer, vel ſi noſtram hāc excepiſſent, vel ſi de ea loquerenť, cùm ſit philoſophia vera nō ſimulata, ſcientiæ meritò fraudabitur, ceu varia ac mutabilis, cū huius ſtudioſi dū abſtruſa quæq; naturæ ſcrutari cōtendunt, tot cōtrarias inter ſe excitāt lites, explicitasq; nōdū ꝙcertationes, vt nulli adhuc certa eorū, quæ tradūt, veritatis via patefiat, vt de cęteris ſileā, in ipſis rerum principijs, vnde oīs elemētariū effectuū cā depēdet, adeo varij aduerſiq; fuere: vt nulla adhuc cōcludenti veritatē ratione ſubſiſtāt. Aquam rebus cunctis principium extitiſſe diſputauit Thales Mileſius, q primus lunę ſolisq; defectū gentibus prædixit. Anaximander huius auditor infinitis quodāmodo rebus infinita eſſe principia demonſtrauit. Anaximenes, qui ſapientiæ ſuæ riuulos ab Anaximandreo fonte deduxit, infinito iſtud aeri aſſignat. Huic ſucceſſit Anaxagoras, qui rerū omnium, quas videmus, effectorem diuinum animum ſenſit. Diogenes Anaxagoræ commilito aerem ipſum, ſed diuinæ compotem rationis omnium materiam eſſe cōtendit: elementari hoc quaternitati attribuit Empedocles: vnde Lucre.

Ex imbri terra atq; anima naſcuntur & igne.

Epicureus verò quem Democritus Leucippus ſecuti ſunt, atomos, ideſt minutiſſimas quaſdam particulas, quæ tomin, ideſt ſectionem non recipiunt, per inane, ſeu vacuum volitantes omnibus principia rebus extitiſſe opinatus eſt, de quo Lucretius.

Omnis vt eſt igitur per ſe natura duabus
Conſtitit in rebus, nam corpora ſunt & inane,
Hæc in quo ſita ſunt, & quo diuerſa mouentur.

Quod ēt eleganter complexus eſt Virgilius in Sileno. Ariſtoteles ac omnis peripateticorum ſchola, ſolā † vnā immobilem eſſe cauſarum omnium cām, tradunt, quam primum motorē, & Deum vocabulo magis pio recentiores appellāt, verū mūdum iſtum ac naturā ipſam principij oīs expertes nullumq; in tę finem habituros, quē ēt errorem ſecutus eſt Pli. in primo rerū naturaliū. Prętera de eo quæ inter illos concordia. Platonici vnū mortalia curantem eſſe volunt, Epicurei verò ocioſum ac inexercitum credunt.

Non deſunt qui in fortunæ iam lapſibus omnia ponant,
Et nullo credant mundum rectore moueri:
Natura volente vices, & lucis, & anni.

De anima, vt dixit Lactan. inter philoſophos nondum conuenit, vnde Lucre.

Ignoratur enim quæ ſit natura animæ.

De ipſius cęli ſubſtantia quod corporeis ſubeſt oculis, nulla eſt adhuc firma concordia, Plato quem Anaximander, Anaxagoraſq; defendūt, igne per quē videri, & terra per quā tangi poſſet illud factū eſſe, ratus eſt. Empedocles verò criſtalli ſpeciem dixit cōtinere. Pythagoreorū ſnīa fuit illud eſſe ex natura eorū, q̄ ſub cęlo ſunt. Ariſto. ſubſtātiā oīum iſtorū elementorū puriorē diuiniorēq; eſſe demōſtrauit. Quā diuerſi fuerint Phiolaus, Xenophanes, Anaximander, Ariſt. cæteriq; in demonſtranda ſolis natura ſilentio inuoluam. Vnde tremor terris, & qua vi maria alta tumeſcant obicibus ruptis, inter Philoſophos adhuc non conſtat: circa fines bonorū & malorū, quā diſcrepantiſſimi ſint non recenſeo: & vt infinita paucis expediam, ita concludi pt vniuerſa philoſophorū dogmata certi ferè nihil ꝺtinere, aduerſis hinc inde ſentētijs fluctuantibus ac remittētibus. Ex quo facile, quod de academicis, qui incōprehēſibilitatem poſuerunt σκεπτικοί καὶ ἀπορητικοί: ideſt ꝺſideratores & ambigentes dictū eſt, de reliqs dici poſſe cōſtat. Si igit tā varij ac mutabiles ſm ſectarum ac magiſtrorū diuerſitates in ipſis ſcīæ ſuæ cardinibus extitere philoſophi, eā tñ ſcīam velint, qd eſt, ꝙ legum ſplēdorem pp varias mutationes ad tēporū, locorum & hoīum qualitatem factas ſciētię nomen ſubtrahētes, obnubilare molianť? cū eidē naturali diuinęq; inhęreant cōditores ęquitati, credantq; hoc ipſam magis, q̄ aliud expetere? Inſtāt adhuc curioſi legū obſtrigilatores de ęternitate veræ ſcientiæ, quāuis argumentum iſtud de ſapientia magis, quā de ſcīa concludat ſm beatū Auguſtinum in libro de trinitate, † qui voluit ſcientiam in humanis, ſapientiam in ęternis
20 tñ rebus cōſiſtere: hoc tñ vtpote validiſſimū in me iaculū intor ſit religioſus quidā venerabilis, cū in famigerata Bñdicti bibliotheca, Ioannes Monferratus iuris vtriuſq; doctor non aſpernendus, quidā alij profeſſionis huius eruditiſſimi ſcholaſtici, & ego pulcherrimè ſtaremus. in ſermonem; namq; hunc obiter incideramus; cùm enim idem doctor nobis audientibus ac annuentibus de legalis ſcientiæ difficultate conquereretur, audax religioſus pace, inquit, veſtra dictū velim: ſciētiā habetis nullā penitus, ſed tñ ſermonis cuiuſdā notitiā, qd igitur ſcientię difficultatem incuſatis? tūc ego vltra quā deceret audax, vt q ſanctiſſimæ matris iurgia moleſtè grauiterq; ferrem, non expectato eruditiorū, qui aſtabāt, reſponſo, heu tñ inquā pater excidit ore nephas? nephas inquit ille uocas, ꝙ Scotus, Auerrois, ac oīs philoſophorū ſchola cōſtanter aſſeuerat? ſtatimq; de æternitate ſyllogiſmum formauit:

Source : BIU Cujas

formauit: tunc ergo pater inquam optime, Scotum, Auerroim non vidi. Imperatores, iuriſconſultos, Tullium, doctoresque noſtros omnes inſpexi, qui ſcientiam hanc eſſe velint, qua totus illuſtretur orbis, ſed dicat queſo, volumina Platonis, Ariſt. & aliorum, a quibus omnem hauritis philoſophiæ doctrinã, ſunt ęterna? Non inquit ille, ſed ſubiectum, & id, quod in eis tractatur, eſt ęternum. quid in ipſis tractetur interrogo. cœli ait elementorũ ac rerum omnium natura, cauſęque diſcutiuntur. Cęlum igitur, elementa, & hmõi per te ſunt ęterna: tunc ille oſcitans pallidus ceu Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram, ſentiens laqueum hincinde paratum, ſunt ait ſm philoſophum. Ecquid ſm veritatem, cuius te hodie obſeruantiſſimum demonſtraſti? veritas inquit aliud habet: ergo ſm veritatẽ, vel nec philoſophia erit ſciẽtia, uel & iuris doctrina erit. Ad hæc ille, vrgent me nunc cõuentus inquit pampla negotia, vt nequeã ſuperſedere: & ſi illuc acceſſeris, tibi poſtea vni dicam. qui tanto huius ſtudio teneris: & ita omnes in diſcuſſa quæſtione conſurreximus, ſi quis tñ uoluerit pertinaciter aſſerere philoſophi ſnĩam de mundi, elementorum, cœli, hominum ęternitate veram, nulla propoſiti noſtri iactura ſequetur, quin & maior approbatio: ita ergo dicemus,

21 † legis ſubiectum ſunt cõis hominum vtilitas naturalis, ac diuina ęquitas, & iſta ſemper fuerunt, ex quo ſemper hoĩes, ſemper natura, ſemper Deus extitere: legis igitur ſcientia erit ęterna. verum vt clarius catholicèq; magis ſcientiæ principia vtriuſq; de-

22 monſtrentur, ſciendum eſt † ꝙ diuinus ille rerum opifex, mũdi melioris origo, creatæ ſtatim natutæ legẽ aſſociauit, qua cũcta norunt elementa proprios fines non excedere, & (vt ſapienter inquit Solomon) legem ponebat aquis, ne tranſirẽt fines ſuos, & hæc omni animantium generi, quę in cœlo, quæ in terra, quę in mari naſcuntur, communis erat: appellaturq; a legum conditoribus ius naturale primęuũ. Alia verò eſt lex rationali tãtum creaturę rationabiliter inſita, hanc primi orbis hoĩes inſcriptã cordibus retinebant: eaque nullo imperante regebantur, guber-

23 nabanturq;. vnde Apoſto. † Cùm enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, ipſi ſibi ſunt lex, q oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Hæc enim iubebat honeſtè viuere, alterum non lędere, ius ſuum vnicuiq; tribuere: vt luculẽter inſinuauit imperator in primo inſtitutionũ. Hæc per Alexandrum de Ales cæterosq; doctores Theologos

24 ita finiri ſolet. † Lex naturalis eſt quoddam lumen intellectus inſitum nobis a Deo in creatione ad directionem actuum humanorum ordinatum, ꝓꝓ qđ ad bonum inclinamur. Hinc conſtitit pacta ſeruari debere: nullum cum alterius iactura locupletari, nulli denique faciendum, qđ tibi fieri nolles. At quum operante illo, qui primę hoĩs morti cãm dedit ſpiritu, mortales a recto viuendi tramite declinarent, diuina lex cęlum remeãs mortales facinoribus obrutos malis dereliquit, viuebãt hi paſſim, ferarum more, potentiam ęquitati, appetitũ rõni præferentes, qđ cõe natura fecerat, potentior armis vendicabat: hinc bella, hinc cędes exoriuntur, adulteria, inceſtus, rapinæ, furta pullularunt.

25 † Humanæ tandẽ ſortis miſertus oĩpotens, diuino plures ſpiritu afflauit, qui eam quæ cordibus aufugerat legem ſcriptis hominibus litteris demonſtrarent, populosq;, vt naturalis ſuadebat ęquitas, præceptis ac ſalubribus monitis inſtruerent: inde ſcripti iuris

26 proceſſit exordium. † Philoſophia verò ex admiratione ſola, vt inquit Philoſophus in primo Methaphiſices originẽ traxit: cùm enim hoĩes tot mundi pulcherrima cœlum, ſolem, & clariſſima etheris lumina conſpicerent, admirati ſunt, ex admiratione rerum illarũ cauſas naturamq; dignoſcendi natũ eſt deſiderium, qđ vt adimplerent philoſophari cęperunt: hinc opiniones & ſententię diuerſę, hinc volumina excreuere multiſcia. Ex his itaq; breuiter ac ſtrictim prędibatis vtriuſq; diſciplinę origo eſt manifeſta. Reliquum eſt, vt cętera aduerſariorũ obiecta ſuc-

27 cidantur. † Ad illud qđ de conſuetudine obijcitur reſpondeo, ſi quis eam, vt eſt naturali rõne introducta nouerit, partem legalis ſcientiæ dicetur aſſecutus: cùm tunc in nullo alio differat a lege ſcripta, niſi in ipſa ſcriptione, quæ ad legis eſſentiam in nullo deſideratur, vt placuit Ioan. And. Cal. iuris vtriuſq; interpreti celeberrimo, & pleriſque alijs doctoribus eruditiſſimis: licet cõtrarium, & quidem perperam (vt mea fert opinio) nõnulli nitantur aſtruere. Illud ẽt quod adducitur ex dictis philoſophi nihil obſtat, cùm ea non ſit iuris vera diffinitio, ſed magę particularis ſtatuti deſcriptio, aliter eſſet opus dicere id, qđ per reges ac Imperatores ſtatuitur non eſſe legem. Sed ne vel in hoc, vel in ꝑcedentibus aliquid dubij ſuperſit ꝓꝓ termini huius ęquiuocatio-

28 nem diſtinguendum cẽſeo: † lex enim qñque a ligando dici volunt, ſignificantque quicquid Deus ac natura hoĩbus & elementis præceperunt, idemq; tunc eſt, ꝙ naturalis ęquitas, ac diuina, quibus oĩa aſtringuntur & obligantur: ita accepit Solomon dicens, Deum elementis legem impoſuiſſe, de hac ſuperius habita eſt mentio, dum legis originem percenſeremus, de hac elegãter Cicero in libro de repub. his verbis, eſt quidẽ vera lex recta rõ, naturæ congruens, diffuſa in oẽs, conſtans, ſempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando, a fraude deterreat, quæ tamẽ neque probos fruſtra iubet, aut vetat, nec improbos iubẽdo, aut vetando mouet. Huic legi nec propagari fas eſt, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt. Nec verò aut per ſenatum, aut per populum ſolui hac lege poſſumus. neq; eſt quærendus explanator, aut interpres eius alius, nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſt hanc: ſed & oẽs gentes, & omni tpe vna lex & ſempiterna & immutabilis continebit, vnusque erit cõis, & quaſi magiſter & imperator oĩum Deus, ille legis inuentor, ille diſceptator, ſator. Hæc ibi, qui alibi non minus venuſtè in Milone locutus eſt, inquiens. Eſt igitur hæc iudices non ſcripta, ſed lata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus. &

29 in libro de legibus. † Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea quæ faciẽda ſunt, prohibet ea quæ ꝭria, eadem ratio eſt in hoĩs mente confirmata, & confecta eſt lex, & dꝰ a ligando, cuius ea vis eſt, vt rectè facere iubeat, vetet delinquere, quæ non

30 tum deniq; incipit eſſe lex cum ſcripta, ſed cum orta eſt, † orta eſt autem ſimul cum mente diuina, quam obrem lex vera atque princeps apta ad iubendum, & ad vetandum eſt ratio ſummi Iouis. Hæc eſt lex illa, quæ in principio decretorum canonicorũ ius naturale appellatur. Lex qñq; a legẽdo deduci manifeſtum eſt: qñ legumlatores eas tabulis inciſas ęneis parieti affigebant, vt a populo legerentur, ad quod Maro alluſi dicens.

Fixit leges pretio atque refixit. Et apertè Ouid.

31 Nec verba minantia fixo, Aere legebantur. † Ita namq; accipiẽdo lex dicetur tantum conſtitutio ſcripta, vt ait Iſidorus, nã lectio vtique ſcripturam ſupponit, eritque illius de qua ſuperius memini ſpecies, ita appellata, vt ab ipſa lege non ſcripta ideſt cõſuetudine differat: at cum talis condendæ legis vſus aboleuerit, nec amplius populi lectio requiratur, legem abſq; ſcriptis dici poſſe non vereor, & erit quicquid vel a principe, vel a populo condendi legem voluntate determinabitur, diceturq; non a legendo ſed a ligando. Lex igit iſta ab illa priori ac ęterna, ſi ęternum dici poteſt, quod cum mundo creatum eſt, cauſam quęrit, ſolidatur, approbaturque: nec hanc rectè noſcet, qui vtranq; nõ nouerit, ab illa hæc requiritur, interpretatur, & alitur. Nec credãt iſti legum oblatratores, vt illum credamus iuris ſcientia hre, qui nouerit quicquid oĩa patrũ decreta, pontificum cõſtitutiones, ac decretales epiſtolę, Cęſarum ſanctiones, ſenatus cõſulta, prudẽtum rñſa, plebiſcita, decreuerint, niſi earũ cãm rõnemq; edoctus fuerit, & cur ita ęquum aliter iniquũ exiſtat, qđ graphicè in

32 ſinuat Celſus Iuriſcõſultus dicẽs. † Ius eſt ars boni & ęqui, cuius meritò quis nos ſacerdotes appellat: iuſtitiam namq; colimus, & boni ac ęqui notitiam profitemur, ęquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernẽtes: & imperator in primo inſtitu

33 tionũ vbi ait. † Iuriſprudentia eſt diuinarũ atq; humanarum rerum notitia, iuſti atq; iniuſti ſcientia. Ad illud, qđ de primorum ptincipiorum euidẽtia obijcitur, formaliter rñdendo, dicimus minorẽ argumenti partem eſſe falſam, ac nulla penitus veritate ſubſiſtente: cũ (vt ſupra oſtenſum eſt) omnis conſtitutio, quæ a nobis pro firmo diſputandi, ac iudicãdi principio tenetur, ſumma rõne ſit fundata, ex qua illam eſſe verã ac rectã demonſtrari poſſit. Præterea & ſi hoc verũ eſſet, ꝙ talis principij veritatẽ nequiret legiſperitus oſtẽdere, nec qcq̃ obſtaret, cũ principia ſcientiæ prima & proxima ſępius tribuantur, de primis ſemper eſt co

34 gnitio requirẽda: in proximis autẽ plerunq; differtur, preſertim in ſcientijs ſubalternatis, qualis eſt noſtra legũ doctrina, quę ſub alternatur illi naturali legi priori, de qua pauloante meminimus: tunc.n. hmõi ſcientiæ fidem adhibent talibus principijs, qđ oſtendit Beatus Thomas ſuꝑ Boetium de trinitate inquiens in ſcientijs humanitus traditis ſunt quędam principia in q buſdam eorũ, quæ non ſunt oĩbus nota, ſed oportet ea ſupponere a ſuperioribus ſcientijs, ſicut in ſcientijs ſub alternatis ſupponuntur & traduntur aliqua a ſuperioribus ſcientijs ſubalternantibus. hæc ille. maiores igitur noſtri hæc ex illa nobis doctrinæ principia conſtituerunt, quæ tanq̃ vera ſupponimus, ex illis oẽm ꝯcluſionum noſtrarũ diſcurſum traducẽtes, quemadmodũ medicina phiſicã ſupponit, illi in quatuor elementorũ ac ſimiliũ aſſertione credens: ſed abſit, vt longas peritorũ noſtrorum vigilias ita

35 reſtringamus: † cnm nulla neque Imperatorum, neque Pontificũ, aut ſenatuſconſulti in toto iuris corpore determinatio reperiatur, cuius non verã aſſignet cãm, vrgentẽq; determinandi rõnẽ. Prima illa iuris principia, quale eſt alteri ne feceris, qđ tibi fieri nõ vis, vel illud. Nullus cũ alterius iactura locupletetur, uel illud. Vim vi repellere licet, & ſimilia ꝑ oculis ſemꝑ hñt, adeoq;, vt ſupra oñſum eſt, eruditus iuris interpres nõ ex ſola ſcriptæ legis cognitione cõtentus ſtudio interiunget, ſed dicti cuiuſlibet cãm, rõnemq; indagabit & inueniet: ita vt ꝯcludi poſſit, optimũ iuris peritũ poſſe & ad prima & ad proxima legis principia oẽm diſputationẽ referre, nec erit diuerſa primę & vltimę eruditionis ſciẽtia, vt vnus alterã ſine altera ſcire valeat. Quod autem poſtremò de doctorũ noſtrorũ credulitate adducitur, ſatis poſſet

36 ex ſuperioribus ꝯfutari: illud tñ non omitto, ꝙ hoc iõ eſt: † quia nulla eſt iuris authoritas, q̃ non maxima fit rõne fundata, vnde illas abnegare imperiti, ac impuri hoĩs eſſet officiũ. Nã, vt inquit

Quint.

Source : BIU Cujas

Quint.Summorũ virorũ authoritas rõnis loco eſſe dẽt.& Pytha goricorũ mos fuit, vt ſi qd diſſerẽdo affirmare voluiſſent αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit,crebro ſermone ꝓferrẽt.dicant iſti,qs eorum tãto ferat doctrinæ vẽto,vt Ariſtotelẽ diſputãdo ſi peripateticè, vel Platonẽ ſi academicè profiteãtur,inficiari velit:oẽs deniq; Philoſophi & Theologi,qui maximè hac tempeſtate noſtra florẽt, adeo magiſtrorũ ſuorũ poſitionibus inhęrent, vt ꝟrium ſentire nephas credant,ex illis argumẽtantur,diſtinguunt,rñdent, mul taq;(ꝙ peius) ꝟ ſanctorũ decreta patrũ ſpiritusſancti afflatu edita,dũ eorũ,vt ita dicã,hæreſes ꝟfouẽt,in pulpitis ac publico ſermone proferunt. Quis ex prædicatoribus angelicũ Thomã, ex minoribus ſubtilẽ Scotũ, ex heremitanis Egidiũ abnegabit? Dicent ſcio Ariſtotelis iſtorũq; oĩum doctrinam diuinis penè rõnibus comprobatam non poſſe negari, cum euidẽter appareat
37 eius veritas.† Dicam ipſe legiſlatorum conſtitutiones ſanctiori ratione vallatas negari nec poſſe, nec licere, cũ verã ac religioſam vt plurimũ ſtatuendi cãm demonſtrent. Quin, & ſi multa eſſent,quæ euidenter probari non poſſent,non minus attamen ſcientificus diceretur iſte legis peritorum diſcurſus,cum eis credant ꝑ ſummam eorum ęquitatem, longamq; bene viuendi experientiam cum multa legum ſcientia. Multi enim temporibus iſtis aſtrorum ſcientiam profitentur,qui multas noſcũt concluſiones,quarum aſſenſus dependet ex aſſenſu voluntario aliquorũ principiorũ aſtrologię ab eis creditorum. plura namque ſunt in ea principia,quæ nullus viuens nunc expertus eſt,nec aliquam ad ea demonſtrationem tenet,nec ex aliquibus terminis ſunt euidentia.Exemplum in eo quod dicunt,ſpheram centum annis vno tantum gradu moueri, vel Saturni planetam tantæ quantitatis exiſtere.His tamen fidem adhibent ꝑ antiquorum
38 authoritatem,quos talia expertos fuiſſe credunt. † Immo fides ipſa eſt ſcientiæ fundamentum,vt voluit Ariſto. & iuſtitiæ,vt inquit Tullius. At quid amplius? nonne meritò exſibilandi ſunt huius ſcientiæ circitores moleſti,vel eo ſolo ꝙ tot diuina virorum ingenia,ſummo nobilitatis gradu, miro eruditionis torrẽte ſcatentia,oẽm huic aſſequendæ laborem,curam,diligentiam impenderunt,conſiderantes nullam eſſe virtutem quæ non prę
39 ſtituta a legibus actione finiretur? † In iure etenim ciuili Romanorum,vt de Athenienſibus & Lacedemonijs ſileatur, claruere non pauci,Sex.Papirius, qui Pomponio auctore Tarquini tẽporibus regias in vnum leges contulit.Appius Claudius decemuir & alter eiuſdem generis Appius, qui Centimanus cognomẽto dictus eſt,hic viam Appiam ſtrauit,& Claudiam aquã induxit: floruerunt.C.Sempronius.C.Scipio Naſica,cui ꝑ exuberãtem eius ſapiẽtiam,& ciuilis doctrinæ cumulum,domus in ſacra via publicè aſſignatur,quo facilius conſulenti cuique fores paterẽt. Q.Mutius,Tiberius eorum qui primus leges publicè nterpretatus eſt.Sex.Cecilius.P.Helius, Attilius q primus a populo ſapiẽs appellatus eſt.Marcus Cato. P.Mutius princeps Portiæ familiæ. Brutus Manilius,Rutilius,Ruffus,Paulus Vir. Q.Tubero ſtoicus Panſę auditor,Sex.Pompeus Gn.Pompei patruus.Celſus antipater hiſtoriarum ſcriptor non ignobilis amplo ciuilis ſapientiæ campo decertarunt.Lucius Craſſus frater P.Mutij, quæ iuriſcõſultorum diſertiſſimum Cicero prædicauit. Qu. Mutius.P.filius Ponti.max.Aquilius gallus Mutij auditor,Balbus Lucilius.C.Vi
40 uentius.†Seruius Sulpitius, qui in cauſis orandis poſt Ciceronẽ ſm locum obtinuit. Alphenus Varus. A.Offilius. Titus Celſus, Aufidius Labeo.P.Cecilius,Trebatius facundia inſignis, Caſcilius.Q.Tubero ciuilem iugiter ſapientiam profeſſi ſunt.M.T.Cicero dicendi lex ac norma quantum ſcientiæ huic præ cæteris tribuerit,nulla non eius opera teſtãtur.Ateium Capitonẽ, Antiſtium Labeonem.Maſſurium Sabinum,Caſſium Longinũ, Pegaſum,qui Veſpaſiani,ac Domitiaui temporibus floruere,cęterosq; vſque ad Iuſtinianum ſilentio præterimus, ne verboſa videamur cõmentaria moliri.A Iuſtiniano autem ad ętatem vſq; noſtram, quot eminentiſſimi profeſſores ingenij, quot ſolidæ hanc mentes illuſtrarint,non mihi ſi linguæ centum, ſint oraq; centũ,& vt Chriſti tuba ꝑſonat, ſi linguis loquar hominum & angelorũ,diſertè ſatis & cumulanter explicare poſſem.At quid ſi diuini ſacros iuris interpretes, & quot in reſerando duplicis archana tabulæ diuinitus,infuſę mẽtes inſudarint humano vellem ſermone complecti?Parcant igitur, parcant deinceps blatterones impudici decorum ſcientiæ nomen legalem ſectantibus philoſophiam detrahere, ſi non veritatis, quam odioſè proſe-
41 quuntur,ſtudio, tantorũ ſaltẽ virorũ maieſtate ꝑterriti. † Hic iã receptui canebamus in ſinum vela complicantes, cum neſcio cuiuſdã ſcripta lego maſtigis contumelias vndecunq; eructantis ad manus ꝑuenerunt. Is enim quantis,bone Deus,ineptijs,q̃ affectato maledicendi ſtudio,dum ſe artis nobilitatem medicæ tutari,gloriatur,in iuriſprudẽtes noſtros perorauit,in cuius maledicentiam niloticum breui calamum ſermone ꝑſtringemus, & contenti ſola iuris defenſione medicinalis ignobilitas artis ſilentio conuoluetur.Rationes igitur,quibus homo ille effrenis, & ex lex,ad infirmandam legalis ſapientiæ nobilitatem, medicinalisque obſcuritatem illuſtrandam vtitur ſunt hmõi.Primò, ꝙ ex continua iuris lectione habitus nuſquam ſciẽtificus genęretur,obijciens ea,quibus ſupra abunde ſatis rñſum eſt.Adducit
42 ſcdò medicinam ideo nobiliorem: † qñ eius finis eſt hoĩem in eſſe conſeruare,legis autem pacem in ciuitate inducere:at hoĩs eſſe ſubſtantia dicitur,pax verò accidens,& omni accidente ſubſtantia eſt nobilior,finis igitur ſciẽtiæ medicinalis erit dignior. Huic obiectioni rñdeo,ꝙ medicinæ eſt hominem in eſſe cõſeruare,ſed corporaliter tñ.Iuris autem officium eſt corporaliter, & cum rõne,qua recedente ex hoĩbus bruta efficimur, & in va-
43 riarũ monſtra ferarũ Circeo more tranſmutamur.† Quid enim aliud eſt pacẽ inducere, q̃ mortalitati hominũ,quæ a bello proficiſcitur conſulere?de annona de reliquo populi cõmeatu legalis affatim ſapientia diſponit, medicinam cęterasq; in vrbe ſciẽtias, ex innata ſibi benignitate,ceu illarum tutrix ac patrona cõuocat,tutatur, & alit. Vel dicemus, quòd legum finis eſt reſpu. & omnium hominum congregationes ſeruare,medicinæ verò
44 ęgrotos tantum† ſanis enim medico non eſt opus,vt inquit veritas.Vnde meritò apparet legem medicina cęterisq; liberalib⁹ excellẽtiorem diſciplinis exiſtere.Inſtat præterea, hanc iõ ignobiliorem:quia minus nobilẽ hẽt procedendi modũ, cũ multotiens medicina vtatur proceſſu dialectico ſciẽs ſe demonſtrare, qđ lõgè ſecus euenit in legũ peritis, qui doctorũ authoritatibus innituntur.Obiectũ iſtud ita repercutio, ꝙ licet interpretes noſtri dialecticis Pauli ac Ariſtotelis formaliter non vtantur,vtuntur tñ diſcurſu demonſtratiuo ſyllogizantes & ſcientes ſe ſyllogizare,dum concluſiones ſuas ex rõnabilibus legum principijs deducunt:hñt nanq; illi logicã, ideſt ſermocinãdi modũ ex medio naturalis ęquitatis fonte deductam, qua & falſam & veram iuris poſitionem dignoſcere valeant, vnde nihil eſt, vt hac parte legem uelit medicinæ ſuccũbere. † Adducitur inſuper illã
45 ſcientiam dignitate ꝓcellere, quæ digniori ſubalternatur, verũ medicina ſubalternatur philoſophiæ naturali, q̃ eſt dignior politica,cui leges ſubalternantur,ergo ſequitur medicina iure nobiliorem.At huic rñdendo dico,præmiſſum poſſe dici uerũ,qñ ſubalternatæ ſcientiæ tantundem a ſubalternantibus acciperẽt, ſed non tñ participat medicina de naturali philoſophia, quãtũ lex de politica,quia hæc totam politicã comprehendit, ample-
46 ctitur,& docet.†Vnde ꝑ gradus diſparitatem non procedit argumentatio.Præterea,vt in ſuperioribus dictum eſt,lex hæc noſtra priori illi legi ac ęquitati,qua cuncta norunt elementa proprios fines non excedere, & homines ratione vti ſubalternabitur. Sic nulla ex ſubalternãtis calore legem dignitate medicina prȩcellet,quin illius vt ſemꝑ famulitio aſtricta inferiorem ac pediſſequã ſe fore confitebitur. Garrit idẽ ſcientiam hanc ſuã nobiliorem ex fęlicitate, quæ in ſpeculando acquiritur exiſtere, cuius obiectis non rñdeo ꝑ eorũ leuitatem,conatur.n.aliunde ſumptis alas ſibi plumis conſtruere ritu Dedaleo,ſed medij non
47 gnarus humectante pluma gurgite raptus obruitur. † Quid eñ cœleſtis hẽt ſpeculationis medicus, qui lucro ex lotij ac ſtercoris inſpectione prouenienti ſemper intentus exiſtit, a tabo ac ſanie ſpiritus odoramenta ſuſcipiens? Vide igitur quanta medicus fęlicitate cenſeatur, & quo ſe ſpeculandi genere beatum faciat, ꝙ ſi miſer iſte ueram fęlicitatis ſemitam tenuiſſet,& ſi in cæteris leges dedignaretur, hac ſaltem fuiſſet rõne ueneratus, cum ſine
48 illis vera mortales fęlicitate frui nequeant. † Vnum poſtremò adducit friuolum ſatis & tenue ꝟ ipſum directè concludens, ꝙ ſcilicet ideo nobilior eſt ſcientia medicinę, quia homines facit honorabiliores.Verũ ſi in te ſenſus aliquid fuit, qũo hæc temere adeo protuleris miror,niſi quod inuidiæ furijs agitatus dictãte ſtultitia uirus indigeſtũ turpiter euomiſti: qui.n.honores, qui magiſtratus,qui dignitates conſequuntur,niſi legumperiti, qui-
49 bus remp.ſuam vt regeretur credenda eſſe duxit Imperator,†& pluries acclamatum ſit, leges non ſinunt aliquẽ in paupertate viuere.Negant diuini Moſis volumina, negant ſanctorum decreta patrum hoĩem epiſcopatu ac ſacerdotalibus infulis decorari, qui non legalis ſapientiæ fontẽ deguſtarit & hauſerit. Nulla deniq; non dignitas, quæ iuris notitia in adminiſtrando nõ egeat, ſolum ab ęgrotante magnifiendus eſt medicus, q̃q̃ & crebro dici poſſet,quod Adrianus Imperator,Dione teſte,protulit,medicorum turba principem perdidit, & grȩcum ſatis decantatum πολλῶν ἰητρῶν ἡ ἐσοδος̀ ἀπώλεσε: ideſt multorũ medicorũ itroitus me perdidit. Celebratum eſt illud Plinianum dictũ, ꝙ nullam aſſerit artem medicina incõſtantiorem fuiſſe, nec dubium eſſe medicos oĩs ſcientiæ famam nouitate aliqua aucupãtes animas noſtras ſtatim negociari diſcunt periculis noſtris,& experimenta per mortes agũt,medicoque tñ hoĩem occidiſſe ſumma impunitas,quinimmo tranſit in conuitium,& intemperantia culpatur,cui ſententiæ vr̃ aſtipulari illud Hyppocratis,dum inquit.
50 † Ars longa, vita breuis, experimentum verò fallax. Nugaces deinde ac verborum venditores temporis noſtri leguleos præconibus ſimiles duobus poſſe ſolidis ęſtimari,clamitat hic ſicophanta:ſed dicamus ipſi medicum carnifici ſimilem,uel carnifi cem magis,vnius tñ ſacci ac ſolidi mercede cenſeri, non.n.ipſe verba ſed mortes ac venena mortalibus affert: vt enim eſt in ꝓuerbio. Tituli medicorum remedia habent pixides & venena. Taceo feſtiuum Laconis dictum, qui medico dicẽti,nihil habes

mali.

Source : BIU Cujas

mali. οὐκ ἀρτιὰ ἰατρῷ χρῶτα: ideſt te medico non vtor, rñdet.
51 † Hinc apud pontificalis ſcientiæ libros decretum eſt, non facile ordinibus poſſe ſacris initiari, qui medicandi artem exercuerit, at cum, vt ſupra pollicitus ſum, non hæc medicinalem ſcientiam vituperandi, ſed legis defendendæ gratia exorſus ſim, male dictis deſinam, & quæcunque defenſionis metam verba trāſgrediunt, nō ī illos, quorum ſępius ope ac conſilio vtimur, ad atræ bilis expulſionem & exuberanti pituite reſiſtendum, in medicos dicta eſſem velim, ſed in eos tantum, qui acuminatas liuoris cote linguas in iuris prudentes noſtros exarmarunt. Non enim me præterit diuinum eſſe Appollinis medicina inuentum. Hinc illud. Inuētum medicina meum eſt, opiferq; per orbem Dicor. ſed diuinius eſt lex. † Poetæ Apollinem & Eſculapiū medicæ artis auctores comminiſcuntur, legis autem omnipotentē ac ſummum deorum Iouem. At nunc nec legis, nec medicinæ laudes narrandi eſt locus. Multa poſtremò garrulitate in ſtultiloqui exordio Ciceronis in Sulpitium verba citat fanaticus hic diſputator, quæ nullo ſunt digna reſponſo: nam ſi quid ſtomacosè ibi dixit orator inſignis, fecit non vt ciuilem ſapientiam, quam tanto aliàs ſtudio proſequitur, tantisq; laudibus effert, vitio daret, ſed vt Sulpitium, contra quem aduocabat, in iudicialis odium confeſſus induceret, faciliusq; à L. Murena, cuius partes tutabatur, impugnatione deſiſteret. O quam grauiora in eum dixiſſet, ſi mechanicis medicinæ artibus fuiſſet imbutus, area profecto negligendi Sulpitij tunc lata patuiſſet. Sed vix reperit propter quod iureconſultum à ſenatu remouēdum ſuaderet oratorum
53 princeps, niſi ꝙ locus ille militari magis dignitate cēſeretur, † & leges inter arma ſilerent. Sed quid amplius? nonne & hic inconſtantiam facile ſuam maledicens medicaſter oſtendit, cui nō leges pœnam, ſed curatorem dandum iudicarent? ſuperius namq; dixit iuriſconſultos, qui ante Iuſtinianum claruerunt, omni veneratione dignos, poſtea oratoris in eoſdem verba letanter adducit, vitio dati exibilat. Nos præterea circa literas tantum ac ſyllabas iugiter occupatos clamat: & qua id ratione fiat, noſcet qui
54 cunque prima legum rudimenta pertigerit, † cum omnes penè leges ſenſum non verba ſpectari commoueant. Facetam illam Accurſij expoſitionem, quæ eſt, olfecit. i. naſum ad culū poſuit, & fęnum. i. herba ſicca, gloriantèr obiecit ceu magnum aliquid. Mira certè fuit tua Accurſi eruditio, cui ex tanta ſcriptorum cō gerie tam modica quæ obijceret habuit inimicus, idq; ex ſenten
35 tia noſtra perperam factum cenſeo hac ſaltem ratione. † Omne verbum dubium eget interpretatione, ſed per verbum Olfecit, dubium erat, an caput an culū olfeciſſet, ergo &c. Idem pōt de fęno dici: cum illud qñq; pro viridi herba poni manifeſtū ſit: vt in Euangelio Ioannis, qñ dī, fęnum multum fuiſſe in loco, vbi Dominus quinq; hoīum millia ſaturauit. Accurſij errores ſubtiliter indagauit doctiſſimus iſte, at multa medicatarum rerum nomina apud Galenum, Auicennam, cæterosq; artis huius celeberrimos malè intellecta, peius tradita, peſſime vſurpata neglexit, & ignorauit, in qbus cū diſpendio vitæ mortaliū errāt: dicat ergo.

Cum ſua præuideat occultis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernat acutum.

In perorationis calce ideo cōcludit medicum debere magis ho-
56 norari, ꝙ medicina à ſacris literis approbatur. † iuxta illud Eccl. honora medicum propter inſtātem neceſſitatem, ſed hoc nihil eſt. Ius ciuile itidem in eccleſia milies approbatur: at videamus quantum ex illo eccl. medico tribuatur, ea enim quæ propter neceſſitatem cōcedūtur à iure, ſublata neceſſitate tollitur & cōceſſio. At pp neceſſitatē medicū iubemur honorare, ergo ſi neceſſitas non fuerit, fruſtra petit honorari. At qd amplius verbis opus eſt? Quū quæſtio hæc ad aliud non tēdat, niſi vt ſciamus, quis ho
57 noratiorem in ſtādo ac ſedendo locum tenere debeat, † hac vnica poſſumus veritatem ratione concludere, aut ius primęuum naturale & tempus, in quo ciuitatum leges non extabant, conſideramus, & fruſtra petit medicus antecellere, cū tunc nulla gradus præcellentia nulla maior dignitas eſſet, ſed oīum locorū & rerum cōis vſus, non faſces, non purpura conſulē deſignabant. Neceſſe igitur erit, vt ſi dignitatē ac p̄cellendi locū nobis polli-
58 ceri voluerimus, iſta a ciuilis legis diſpoſitione requirere· † verū ipſa lex aperte medicos vilipendit, notarijs poſtponens, & paris cū obſtetrice valoris dijudicās, vt in l. ſi duobus. C. com. de legat. Iuriſconſultos autē illuſtres anteceſſores, parentesq; ſuos, dixit Imperator in inſcriptione pādectarū & pluries alibi, ergo ineui tabiliter ſeqt, legiſperitū debere medicū p̄cellere. Supereſt tātū, vt nos, qui legalis ſtudij notitiā pfitemur, litē hanc ęquo iuris libramine dirimamus, ius ſuū cuiq; tribuētes. concl. igitur ſit hæc. Medicos medicinā ſciēter callētes, & philoſophicis p̄ditos diſciplinis, quales in noſtra hac Bononienſis vt hę plures cōſpiciuntur, ſumma dignos veneratione. Iuriſconſultum tamen quem omnifaria legalis ſapientiæ doctrina exornat maiori, propter eius quam exercet iuſtitiæ dignitatem. Legulei verò qui leges irrationabiliter tanquam picę proferūt propter doctoratus gradum, in plebe ſunt aliquantiſper honorandi, apud eruditos autē & non vulgares viros irridēdi. Empiricis verò ciuitatem ipſam penitus interdici conſulimus ex medicorum ſententia.

PLACENTINI DE SENATUSCONSULTIS TRACTATUS.

SVMMARIVM.

1 *Macedonianum a quid ſeu pro quibus fuerit introductum.*
2 *Filiusfamilias in peculio caſtrenſi vice patrisfamilias fungitur.*

¶Ad ſenatuſconſultum Macedonianum Titu. 1.

1 MAcedonianum. Quòd †parēti proſpicit & creditoris odio inducitur, filiofamilias matuam pecuniam, vel aliqd, aliud diſtrahenti non in neceſſarios vſus, quos patris pietas non recuſaret, accipiēti ſubuenit, ſiue crediderit eū filiūfamilias, ſiue ſcire potuit, & ſiue ea quantitas eſſet in peculio, ſiue non. & ſiue pater familias efficiatur, ſiue filiusfamilias remaneat, ſiue alicuius dignitatis, ſiue
2 non. † Niſi forte caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium habeat tunc vſque ad eam quantitatē ceſſabit ſenatuſconſultum, cū filijſa. in caſtrenſi peculio vice patrumfamilias fungantur. Sed & ſi in rem patris uerſa ſit, licet alio conſilio acceperit, vel paterfa. factus dederit, quatenus in rem verſum eſt, vel pignus valet, ceſſabit ſenatuſcōſultum, vel inſolidum, ſi pater ratum habuit, vel filius creditorem deceperit, vel paterfami. factus partem ſoluit, vel non errore facti nouandi animo promiſit, vel alio modo debitum agnouit: vt ff. eodem l. ſed Iulianus. §. vltimo. & l. ſed ſi paterfami. & C. eodem l. 2. & l. vlti.

SVMMARIVM.

1 *Velleianum ad quid & pro quibus fuerit inductum.*
2 *Mulier non poteſt ſe obligare ad debitum ſiue priuatum, ſiue publicum.*

¶Ad ſenatuſconſultum Velleianum. Titu. 2.

1 Velleiani. Senatuſconſulti dogma †infirmitati mulieris, facile ſe vel ſua pro alio obligari, vel ſe delegari, cum ſua interſit: patienti proſpicitur, cum id ſciuit, vel ſcire potuit, alioquin cum mulieribus nemo contraheret: quia quid acturæ ſint, ignorari poteſt. Vnde per Iuſtinianum non aliter obligantur, niſi inſtrumento publicè cōfecto etiam a tribus teſtibus ſubſignato, accipiant homines a muliere pro alijs confeſſionem, deinde ea tractauerit, quæ a veteribus legibus, vel ab imperiali authoritate introducuntur. Sed in donatione propter nuptias, etiam in eo quod ex ea immobile eſt, non aliter lędit̄ur, niſi, & ſecundò per biennium confiteatur, & aliæ res ſint in eo,
2 ex quibus ei conſuli poteſt. † Sed quoniam Iuſtinianum ſuas leges emendare non piguit, id omne conſtitutione proſpexit, vt ſi qua mulier crediti inſtrumento conſentiat proprio viro, aut ſcribat & propriam ſubſtantiam, aut ſeipſam obligatam faciat, nullatenus teneatur, ſiue ſit publicum debitum, ſiue priuatum, ſiue ſemel, ſiue ſępius conſentiat, niſi pecunia in rem mulieris expenſa manifeſtè probetur, vt C. eodem l. antiquę. §. ne autem. & l. ſi qua mulier.

SVMMARIVM.

1 *Senatuſconſultum Plautianum ad quid & pro quibus fuerit inuentum.*
2 *Maritus quando poſt diuortium cogatur agnoſcere partum.*

¶Ad ſenatuſconſultum Plautianum. Titu. 3.

1 Senatuſconſultum. † Plautianum, quod eſt de liberis agnoſcendis, ꝙ poſt diuortium edantur, duas ſpecies complectitur, vnā eorum, qui agnoſcere debent, alteram eorum, qui falſum partum ſubijciunt, permittit ergo mulieri parenti ve eius, in cuius poteſtate eſt, vel ei cui mandatum ab eis eſt, ſi putet prægnantem denuntiare intra trigima dies poſt diuortium cōnumerandos, ipſi marito vel parenti, in cuius eſt poteſtate, aut domum denuntiare, ſi
2 nullius eorum copiam habeat. † Sed poſt triginta dies denuntiari idem ſenatuſconſultum cauſa cognita permittit: pœna aūt mariti eſt, vt niſi cuſtodes præmiſerit, aut contra denuntiauit non eſſe ex ſe prægnantem, cogatur maritus partum agnoſcere, & ſi non agnouit extra ordinem coercebitur. Cæterum etiā ſatis erit ei, qui longo tempore adfuit, ſi aliquo modo agnouit ſuum partum effici. Cogendum ergo apparet, ſi alterum ex his, quæ ex ſenatuſconſulto fieri debent, omiſerit, nulli parti præiudicium generari: vt ff. de libe. agno. l. j. §. ſi mulier.

SVMMARIVM.

1 *Syllanianum & Claudianum ſenatuſconſultum ſeruos punit qui dominis in neceſſitate poſitis opem non tuleruut.*
2 *Maritus vxorem in adulterio deprehenſum occidere poteſt.*

¶Ad

Source : BIU Cujas

De ſenatuſconſul. D. Placenti.

¶ Ad ſenatuſconſultum Syllanianum, & Claudianum. Tit. 4.

1 **Senatuſconſultum** Syllianianū, † & Claudianum capite punit ſeruos, qui dominis eo tempore, quo punirentur, vel occiderentur, opē non tulerunt, & cū id audirent, vel viderent, & opem ferre poſſent, ſalutem ſuam præpoſuerunt, cuius conditionis ſunt ſerui & mulieres & ſocij. Cùm alter alterum noctu intra cubiculum ſine cauſa interfecit, ſerui pœna ſenatuſconſulti liberabuntur, ſed ſi exaudiſſent & opem non tuliſſent, plectendi erunt, nō tā-
2 tum ſi proprij eſſent mulieris, ſed etiam ſi mariti. † Si tñ maritus in adulterio deprehenſam occidat: quia ignoſcit ei, dicendū eſt, non tantum mariti, ſed etiam vxoris ſeruos liberādos, ſi iuſtum dolorem exequenti domino non reſtiterunt. Prædictis quoq; ſenatuſconſultis præcipitur, ne antequam quæſtio habeatur, tabulæ teſtamenti aperiantur, hæreditas teſtamento, vel ab inteſtato adeatur, bonorum poſſeſſio petatur, nec hæres propter compendioſum ſeruum facinus occultet, pœna centum aureorum ex bonis damnati ei qui agere volet conſtituta, contra eum qui aduerſus edictū quid feciſſe dicetur, dimidiā partem eius cuius opera fuerit conuentus, præmij nomine ſe daturum prætor polliceatur, partem in publicum delaturum, vt ff. eo. l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. & l. lege Cornelia. §. ex hoc edicto. & C. eo. l. 3.

SVMMARIVM.

1 *Piſonianum ſenatuſconſultum ad quid fuerit inductum.*

¶ Ad ſenatuſconſultum Piſonianum. Titu. 5.

1 **Senatuſconſulto** Piſoniano cauetur† vt ſi pęnę ſeruus obnoxius veniſſet, quādocunque animaduerſum in eum eſſet, vt venditor pretiū præſtaret, ne emptori feciſſe iniuriam videatur.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianum ſenatuſconſultum quando dicatur habere locum.*
2 *Reſtitutio quando fieri debeat ex trebelliano.*
3 *Actiones quando transferātur, & in quem per hæreditatis reſtitutionem.*
4 *Teſtatori nolenti hæredem retinere falcidiam parendum eſt.*

¶ Ad ſenatuſconſultum Trebellianum. Tit. 6.

1 **Senatuſconſultum** † Trebellianum locū habet, cum quis ex teſtamēto hęreditatem, vel dodrātem reſtituere rogatur, quo caſu quarta remanet tam ex fructibus, q̄ rebus principalibus. Exceptis liberis primi gradus, quibus fructus non computari in quarta, ſed
2 pro cōpetenti portione indubitati iuris eſt. † Si verò qs re vna aliqua deducta ſiue minima, ſiue quæ quartam faciat, veluti fundo, vel alia re rogatus ſit reſtituere hæreditatem ſimili modo ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtitutio fiat, perinde ac ſi quarta
3 parte retenta rogatus eſſet reliquam hæreditatē reſtituere. † Sed illud intereſt, quòd altero caſu, ideſt, cum deducta ſiue percepta aliqua re reſtituitur hæreditas inſolidū ex eo ſenatuſconſulto actiones transferuntur, & res quæ remanet apud hæredem ſine vllo onere hæreditario apud eū manet, quaſi ex legato ei acquiſita. altero veru caſu, ideſt, cum quarta parte retenta rogatus eſt hæres reſtituere hæreditatem & reſtituit, ſcinduntur actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommiſſarium, pro quadrante remanent apud hæredem. Quinetiam licèt vna re aliqua deducta aut percepta reſtituere aliquis hęreditatem rogatus eſt, in qua maxima pars hæreditatis contineatur, ęquè inſolidum transferūtur actiones, & ſecum deliberare debet is, cui reſtituitur hæreditas, an expediat ſibi reſtitui. Eadem ſcilicet interueniunt & ſi duabus pluribusve deductis perceptisve rebus, reſtituere hæreditatem rogatus ſit. Sed & ſi certa ſumma deducta perceptave, quæ quartam vel maximam etiam partem hæreditatis continet, rogatus ſit aliquis hæreditatem reſtituere, idem iuris eſt. Quę autem diximus de eo, qui ex aſſe inſtitutus eſt, eadē
4 transferimus, & ad eum qui ex parte hæres ſcriptus eſt. † Si verò expreſsè deſignauerit non velle hæredem retinere falcidiam, ne ceſſarium eſt teſtatoris voluntati parere, cum teſtatori forſitan quædam etiam iniuſtè ac impiè relinquenti tamen ſit obtemperandum, aut ſi non valuerit, morem gerere teſtatori, cum quidem recedere ab huiuſmodi inſtitutione locū verò fieri primò ſubſtitutis hæredibus, vel generali fideicommiſſario, vel ex pluribus vel parte potiori, vel ſpāli fideicommiſſario, ſiue legatario maioris emolumēti, vel oībus volentibus, vel libertate in teſtamēto donatis, prout quiſq; eorum prior nominatur exhīdatis, nec hic quidē reſpectis. poſtremò defertur extraneo vel fiſco: vt ff. & C. eo. & in inſtitu. de fideicom. hær. §. reſtituta. & §. ſi quis.

SVMMARIVM.

1 *Pegaſianum ſenatuſconſultum concedit hæreditatem reſtituere rogato, vt quartam partem tenere poſſit.*
2 *Pegaſianum exploſum eſt trebelliano ſeruato.*
3 *Actiones hæreditariæ fideicommiſſario competunt hæreditate tota ſponte reſtituta.*

¶ Ad ſenatuſconſultum Pegaſianum. Tit. 7.

1 **Senatuſconſultum** †Pegaſianum cenſuit, vt ei qui rogatus eſſet reſtituere totam hæreditatē, vel penè totā, aut res ſingulas, perinde liceret quartam partem tenere, atque lege falcidia ex legatis retinere conceditur. Poſt quod ſenatuſconſultum ipſe hæres onera hæreditaria ſuſtinebit: ille autem, qui ex fideicommiſſo recipiebat partem hæreditatis, legatarij partiarij loco erat, ideſt, eius legatarij, cuius pars bonorum legabatur, quæ ſpecies legati partitio vocabatur: quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem. Vnde quæ ſolebant ſtipulationes inter hæredem & partiarum legatarium interponi, eadem interponebantur inter eū qui ex fideicommiſſo recipit hæreditatem, & hæredem, ideſt, vt lucrum & damnum hæreditarium pro rata parte commune ſit
2 inter eos. † Sed quia ſtipulationes ex ſenatuſcōſulto Pegaſiano deſcendentes & ipſi antiquitati diſciplicuerunt, & nobis in legibus magis ſimplicitas, q̄ difficultas placet, exploſo ſenatuſcōſulto Pegaſiano placuit omnem authoritatē ſenatuſconſulto Trebelliano prēſtare, vt ex eo fideicommiſſariæ hæreditates reſtituantur, ſiue habeat hæres ex voluntate teſtatoris quartam, ſiue plus, ſiue minus, ſiue penitus nihil, vt tunc quando vel nihil, vel minus quarta remaneat, liceat ei vel quartam, vel quod deeſt, ex noſtra conſtitutione retinere, vel ſolutum per errorem repetere quaſi ex Trebelliano ſenatuſcōſulto, pro rata portione actionibus tam in hæredem quam in fideicommiſſarium competē-
3 tibus. † Si verò totam hæreditatem reſtituerit ſponte, omnes hæreditariæ actiones fideicommiſſario & aduerſus eum cōpetunt. Sed etiam id quod præcipuum Pegaſiani ſenatuſcōſulti fuerat, vt quando recuſabat hæres ſcriptus ſibi datam hęreditatem, adire, neceſſitas ei imponeretur totam hæreditatem volenti fideicommiſſario reſtituere, & omnes ad eum & contra eum trāſire actiones, & hoc tranſpoſuit Iuſtinianus ad ſenatuſconſultū trebellianum, vt ex hoc ſolo neceſſitas hæredi imponatur, ſi ipſo nolente adire fideicommiſſarius deſiderat reſtitui ſibi hæreditatem nullo nec damno, nec commodo apud hæredem remanente, vt inſtitu. de fideicom. hære. §. ſed quia.

SVMMARIVM.

1 *Senatuſconſultum Apronianum ad quid fuerit introductum.*

¶ Ad ſenatuſconſultum Apronianum. Tit. 8.

1 **Senatuſconſultum** † Apronianum omnibus ciuitatibus, quæ ſunt ſub imperio populi Romani, reſtitui debere & poſſe hæreditatē in fideicommiſſarium Apronianum ſenatuſconſultum iubet, ſed & actiones in eas placuit ex Trebelliano ſenatuſconſulto tranſferri, ſed etiam municipes ad eas admittuntur, ita tamen vt hi quibus reſtitueretur hæreditas autorem eligant, & ad agendum & ad excipiendas actiones. vt ff. ad ſenatuſconſultum Trebellia. l. omnibus. & l. ita.

SVMMARIVM.

1 *Senatuſconſultum Tertullianum ad quid inductum fuerit.*
2 *Liberi ſuperſtites defuncti matribus ſunt præferendi.*

¶ Ad ſenatuſconſultum Tertullianum. Tit. 9.

1 EX Senatuſcōſulto † Tertulliano de triſti ſucceſſione matri & non auiæ deferenda cautum eſt, vt mater ingenua triū liberorum ius habens, libertina quatuor, ad bona filiorum inteſtatorum mortuorum admittatur, ſiue ſit legitima, ſiue nō, & ſiue ſit in poteſtate, ſiue non, vt ſcilicet cum alieno iuri ſubiecta
2 eſt, eius iuſſu cuius in poteſtate eſt adeat. † Præferuntur autem matribus liberi defuncti, qui ſuperſunt, qui ſuorum loco, ideſt, emancipati, ſiue ſint primi gradus, ſiue vlterioris. Sed & filię ſuæ mortuæ filius uel filia præponitur ex conſtitutionibus matri defuncti, ideſt, auiæ ſuæ, porrò hodie impium creditum eſt caſum fortuitum in eius admitti detrimentum. Et ideo ſiue ingenua, ſiue libertina, vnum pluresve pepererit ordine mortalitatis cōuerſo, & cum ſolis fratribus, & cum ſolis ſororibus vocatur. Itē cum permixtim vocatur pater & mater in virilem portionem, ſexus & patriæ poteſtatis differentia excluſa. Defuncto quoque ſine liberis parente, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt ſalua gradus prērogatiua: ſi pares ſunt pariter ſuccedunt, parentibus quidem dimidia delata, licèt par ſit eorum numerus: vt inſtitu. eodem.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas mulieris inteſtatæ ad ſolum filium & filiam ſpectat per ſenatuſconſultum Orficianum.*

¶ Ad ſenatuſconſultum Orficianum. Tit. 10.

1 EX ſenatuſconſulto † Orficiano inteſtatæ mulieris hęreditas ad ſolum filium & filiam pertinet, ſiue ſint legitimi, ſiue vulgò quæſiti, & ſiue ſint ſoli, ſiue cum legitimis niſi mater ſit illuſtris, cuius filios ſpurios nominari ſatis impium ſatisque acerbum videatur. vt inſti. eo. & auth. qui. mo. natu. effi. ſui. §. vlt.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsultum rubrianum quare & pro quibus fuerit introductum.*

¶Ad senatusconsultum Rubrianum. Tit. 11.

1 Ex Rubriano senatusconsulto† si hi a quibus libertatem prę stari oportet, legitimè a ptore euocati adesse noluissent, si causa cognita prætor pronuntiasset, libertatem his deberi, & eo iure statutum seruari, ac si decreto manumissi essent manifestò declaratur. Hoc senatusconsultum ad eos pertinet, quibus ex causa fideicommissi libertas debetur: vt ff. de fideicom. liber. l. cum verò. §. subuentum.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsultum Trasianum qaando censeatur habere locum.*
2 *Partus seruorum quibus libertas per fideicommissum data est, iusto debent æstimari pretio.*

¶Ad senatusconsultum Trasianum. Tit. 12.

1 Trasianum † senatusconsultum si plures sunt hæredes instituti, & inter eos is qui fari nō potest, sed non ipse rogatus sit seruum manumittere, non oportet intercedere libertatem ob hoc, quòd cohæredibus suis vēdere eum infans non possit & extat senatusconsultum Trasianum,
2 quo ita commodissimè rem posse explicari ostenditur:† vt partus seruorum, quibus per fideicōmissum libertas data est, iusto pretio ęstimentur, atque ita serui ab his qui rogati sunt, manumittantur. Hi autem qui eos manumiserunt, perinde fratribus infantibus & cohæredibus obligati erunt, atque si ob eam rem ex iudicati causa cum his agi possit, vt ff. de fideicommiss. liberta. l. si plures. §. si plures.

SVMMARIVM.

1 *Damasiano senatusconsulto quid caueatur.*

¶Ad senatusconsultum Damasianum. Tit. 13.

1 Senatusconsulto † Damasiano cautum est, vt si ex iusta causa absit, qui fideicommissariam libertatem debet, & hoc pronuntiatum fuerit, perinde libertas competit, atque si ita vt oportet ex causa fideicommissi manumissus esset. Adiectum est eo senatusconsul. vt quicunque fideicommissariam libertatem qualicūque ex causa debere pronūtiatus fuerit, etiam eum eosve ex iusta causa abesse contigerit, perinde habeantur, atque si ita vt oportet ex fideicommissi causa manumissi essent, vt ff. de fideicom. liber. l. non tantum. §. senatusconsulto.

SVMMARIVM.

1 *Præsides prouinciarum de libertate possunt cognoscere, quamuis hæres non sit eiusdem prouinciæ.*

¶Ad senatusconsultum Artificulianum. Tit. 14.

1 Senatusconsulto † Artificuliano cauetur: vt in prouincijs præsides prouinciarum de libertate cognoscāt, licet hæres non sit eius prouincię: vt ff. de fideicommiss. liber. l. non tantum. §. sed &.

SVMMARIVM.

1 *Vincianum senatusconsultum quid operetur.*

¶Ad senatusconsultum Vincianum. Tit. 15.

1 Senatusconsultum †Vincianum post pronūciationem ad libertatē pducit heredis seruum, vel emptum, siue ex iusta causa dominus abest, siue latitet, siue præsens non vult manumittere: vt ff. de fideicom. liber. l. non tantum. §. & si.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsultum Emilianum quid decernat.*

¶Ad senatusconsultum Emilianum. Tit. 16.

1 Si quis seruum suum non hæreditarium † manumittere rogatus latitet, factum est senatusconsultum Emilio Vineo, & Iulio Seuero cōsulibus in hæc verba. Placere si quis ex his qui fideicommissariam libertatem ex quacunque causa deberent seruo, qui mortis tempore eius qui rogauit nō fuerit, isque adesse negabatur, prætor cognoscat, & si in ea causa esse videbitur, vt si præsens esset, manumittere cogi deberet, ita esse pronūtiet. Cumque ita pronuntiasset, idem iuris erit, quod esset, si ita, vt ex fideicommisso manumitti debuisset, manumissus esset, vt ff. de fideicom. liber. l. si eum seruum. §. si quis.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsulto Viuiano cauetur, ne liceat pactis priuatis immutare conditionem.*

¶Ad senatusconsultum Viuianum. Tit. 17.

1 Senatusconsulto Viuiano † manifestè declaratur libertinę, vel seruilis cōditionis constitutum non licere priuatis pactis conditionem immutare, pœna cōtra collusorem promissa etiam pręmio talem detegentem adficiendo, vt siquidem iste sit seruus, qui per collusionem detexisset libertatem, si verò foret libertus ius patronatus nanciscetur, vt ff. de collu. dete. l. 1. & C. de collu. dete. l. 2. & ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. patronum.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsultum Libonianum ad quos coercendos fuerit inductum.*
2 *Hæredes nominatim exhæredationem filij adscribentes tenentur senatusconsulto.*
3 *Testamentum imperfectum impunè supprimi potest.*

¶Ad senatusconsultum Libonianum. Tit. 18.

1 Senatusconsulto Liboniano † coercetur is, qui ob instruendam aduocationē testimoniave falsa pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem coierit ad obligationem innocentum. Sed qui ex testamento perfecto sibi legatū, vel ei quē in potestate habeat adscripsit, eodem senatusconsulto tenetur. Qui legatum seruo adscripsit relictum, cùm liber erit, senatusconsulto excusatur: quia suo
2 compendio nullo modo prospexit.† Sed & hæredes, qui nominatim exhæredationem filij, vel aliarum personarum, siue adēptionem legato libertatis adscripserunt, senatusconsulto tenentur. Quod verum est, vt dixi, si testamentum perfectum fuerit, cęterum si non fuerit signatum, senatusconsul. locus non erit, sicut nec interdictum de tabulis exhibendis locum habet: prius enim oportet esse aliquod testamentum iure, vel non iure factum: nam etiam falsum testamentum illud rectè dicitur, quod
3 si adulterinum non esset, verum rectè diceretur.† Imperfectum etenim testamentum etiam impunè supprimi potest, & testamenti nomen non assumit. Sunt tamen quædam personæ, quibus venia datur, vt filius qui in potestate est eius, & seruus, quibus sanè si contra domini, vel patris arbitrium volentis sibi adscribere libertatem, vel legatum venierint, imputatur. Cornelia verò latius prospicitur, vt si quis etiam ex testamento falsa significasset, deleuisset, celasset, hæreditas tota auferatur, etiam si intestato fuerat successurus, omnibus quoque publicatis deportatur, & si seruus vltimo supplicio adfici iubetur, vt ff. ad l. Corne. de fal.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsulto Turpilliano punitur crimen publici iudicij intendens.*

¶Ad senatusconsultum Turpillianum. Tit. 19.

1 Is † demum in senatusconsultum incidisse videtur, qui crimē publici iudicij intendens inscriptione deposita, & fideiussore de exercenda lite dato, eoque qui accusatur sub custodia officij facto non impetrata abolitione ab executione criminis destitit, puniendus si per calumniam intendisse, vel tergiuersatus esse, vel præuaricatus fuerit declaratus, vt ff. ad senatusconsul. Turpillia. & C. eodem l. prima,

SVMMARIVM.

1 *Largiano senatusconsulto quid sanciebatur.*

¶Ad senatusconsultum Largianum. Tit. 20.

1 Senatusconsultum Largianum† quod de latinis loquitur, talem circa eos libertatem inducens, ex qua in ipso tempore mortis in eadem persona simul & libertas & seruitium concurrebat, etiam quasi liber moriebatur, non tantum in mortem, sed etiā in seruitutem eripiebatur, iustissimè abrogatum est, vno tātum tramite omni libertate procedente, vt omnes hodie, & ciues Romani fiant, & ingenui saluo iure patronatus, vt C. de lat. lib. toll. per totum, & instit. de succeff. liber. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Sabiniano senatusconsulto sublata est superflua quædam conseruatio.*

¶Ad senatusconsultum Sabinianum. Tit. 21.

1 Senatusconsulto Sabiniano † superflua conseruatio, quæ tres mares adoptantes, & tres emancipationes, necnon personas manumissores adhibebat, sublata est. Meritò autē puta solius adoptantis, & adoptati, & eius, cuius est in potestate consensus, apud competentem iudicem interueniens nunc desideratur. Huius senatusconsulti fit mentio in instit. de hæredi. quæ ab intesta. deferun. §. sed ea omnia. & in C. de adoptio. l. penult. §. quæ autem. & C. de decurio. l. fina. in fin.

PYRRHI

Source : BIU Cujas

PYRRHI ANGLEBERMEI

De Magistratibus Romanis libri tres.

DE TOGATIS SEV PALATINIS.

LIBER PRIMVS.

CONSVLES quo pacto regibus exactis Romæ duo creati sint, satis cõstat ex Liuio & Pomp. iureconsi. in l. 2. de origi. iur. ubi & interdũ plures posteriore seculo fuisse traduntur ex literę corruptione transpositi cõmate. sic enim restitue. cõsules duo, decem & octo prętores. Calendis Ianuarijs inibant consulatum, nonnunquam & alio mense. In eburnea sella sedebãt, Iouis templum adibant, dum in capitolium ad vota nuncupanda proficiscebantur. De his & procõsulibus proconsularibusq; Budeus ex antiquis doctè ac eleganter. Cæterum quod huc pertinet pecunia largitioneque in magistratus petitione sibi suffragatorum studia conciliasse leguntur, quod non ab omnibus receptum est. ineũtes magistratũ munera, quæ missilia dicta sunt, spargebant. Hæc sparsio Iustiniani lege prorsus abrogata est, in tit. de consuli, & nõ sparg. pecu. lib. 11. Qui mos quoque a Flauio Vopisco in Aureliano damnatur, & Sueto. scribit de pdiga largitione Caligulę, qui congiarium populo dedit cõsul trecenos sextertios. Cicero Murenæ magnificentiam describit, qui sumptuosissimos in prætura ludos fecit, qui mox in petitione consulatus admodum profecerint vtpote apud populum ludis spectaculisq; atque muneribus magnopere captum. Habent consules insigna magistratus lictores præcedentes & securim fascesq; gestantes. Illam qua cõtumaces obduratosque excidant, hos verò quibus nondum assiduos castigẽt. Nã & de fascibus in his quoq; libris agitur: & Ply. lib. 19. ex betulla gallica arbore terrigiles magistratibus virgas fieri scribit. Habebant & illi accensum, de quo idem in septimo. Accenso consulum id pronũciante qui tanq; præco erat. Accensum vero militare quoque esse munus alio loco in his libris ostendi, vbi de cornicularijs & optione, de proconsulibus & eorum legatis & legatorum numero dixi in titu. de apparit. procon. Quibus verò bailliui ac seneschalli apud nos comparẽtur, nolo Budeo aliquid addere, præsertim cum huius temporis ac patriæ magistratus haud vsquequaque cum illis cõferri possint: fuit autẽ proconsul primus Publius Philo, cui primo prorogatum est imperium. Nam Liuius libro ab urbe octauo, proconsules ait esse, quibus finito consulatu prorogabatur imperium. Feneſtella de procõsulibus a Tito Quintio auspicat atque alia scribit. Consulibus cura maioris prouinciæ ac minoris dabatur. In minore erant res minoris rei, vt siluarum cura, de qua Maro. Siluæ sunt consule dignæ, ne materia fabricandis nauibus deesset. Hæc de his supra quam pro re suscepta opus. Præfectus ptorio authore Alciato ex vetustis annalibus a magistro militum discrepabat, q hic contra hostes imperium tueretur. Ille ad tuendam salutem principis excubias ageret. Hunc ego præfectum non video planè cancellario nostro comparari posse, præsertim cum olim fuisse præfectos prætorio per Galliam legamus, qui & palatij præfecti dicebantur, cuiusmodi Conestabilem vox appellat gallica. Erat enim proxima a rege dignitas, ad quam potentissimi quique Francorum proceres summa cõtentione nitebantur. Qua functi sunt Ebroynus, Marcellus, Pipinus & plerique. Danielem quoque sacerdotem primò prætorianis imposuere, idest palatinis (nam prætorium principis tabernaculum atque palatium erat) donec pmissiore capillo & barba esset. unde tonsu (vt Ricius inquit) habituq; mutato e præfectura prætorij ad regale fastigium est euectus, quod alij dicunt Cancellarij instar habuisse. In Frãcia primus senatores instituit Pipinus eorumque consilia non ea quæ nunc est forma. Semel namq; quotannis principes proceresq; in locum quendam cõueniebant, partim iudicandis litibus, partim regno constituẽdo magnos dies, tresque status vulgò appellant: principes etiam senatus elegit qui curiæ præerant, qui semper ipsum regem comitabantur. Denique domicilio Parrhisii locum accepere. De senatus institutione ac mutatione doctè ac diligenter Budeus ex antiquis monumentis Galliæ chartisque vetustissimis in pandectas fusius scribit. Sed vt ad Præfectos prætorio redeam, hi poste riore seculo dicti sunt quicunque ad prouincias regendas mittebantur. Inde Præfecti prætorio Africę, Oriẽtis, ac Illirici, a quorum sententia non prouocabatur. Scribunt olim Præfectũ prętorio talem fuisse apud principem, qualis fuit Magister militum apud Dictatorem. Suetonius nunquam nisi ab equite Ro. administratam fuisse eam dignitatem scribit. Ita (vt Plyn. inquit) ordinem illum Titus honorauit. Libet recensere quid a Paulo Emilio in eam rem scriptum extet Gallicæ hystoriæ describẽdæ stipendiario dignissimo. Is namque eum quem Ricius Præfectũ prætorio vocat, magistrum equitum appellat, quòd equitatu nobilitas gloriaque ac vires nostræ constiterint. Duces ait initio comitesque a regibus præfectos ac pro nutu reuocandos tandẽ nisi sceleris conuicti essent perpetuos. Eundem inquit Stabuli Comitem voce etiam a Iustiniano Cęsare vsurpata dicunt. Procopius Protospatarium appellari dixit. Budeus Cõstabularium magistrum militum uocat. Audies Plyn. verba in panagyrico. Traianus cum Præfectum prætorii cingulo donaret dignitatis eius insigni ita dixisse ad eum fertur. Accipito hunc ensem, ut si quidem rectè atque a repub. imperauero, p me: sin secus in me vtaris. Huius instar quam similem magis esse Cancellariũ magnum Budeus scribit. Illic urbi Cãcellarii munus ac originem tradit, quem permulti quæstori candidato, quæ summa erat inter togatos dignitas, comparandum autumant: nunquã eadem omnino huius temporis magistratuum cum illis comparatio fiet. Cæterum ad posteriores Codicis libros interpretandos satis fuerit describere, quòd Præfecti prætorio atque reliquorum munus fuerit. Itaque haud ab re erit si iureconsulti Aurelii verba de officio Præfecti prætorio huic loco subiecerim, qui ad vicem Magistri equitum Prefectos prætorio antiquitus institutos esse ait: qui dictatoribus associati principali curæ militię gratia secundam post eos potestatem gerebant. Inde regimentis reip. ad imperatores perpetuò translatis ad similitudinem Magistrorum equitum Præfecti prætorio a principibus electi sunt: data eis pleniore potestate ad disciplinæ publicæ emendationẽ. His cunabulis eorum authoritas initiata intantum meruit augeri, vt ab eis appellari non possit. Sub hæc Iustinianus in tit. de offi. præfec. Africæ prætorii, præfecturam in Africa maximam esse dignitatem scribit. Pompo. Lętus de Ro. magistratibus ait, Præfectum prætorio sub Cesaribus disciplinę militari prefuisse. Eius præterea auctoritas aucta est erga forẽses causas, vbi imperium inclinare cępit nomen mutauit: Magister stabuli dictus, q antea Tribunus celerum dictus est, & sub dictatore Magistro equitũ. In hanc sententiam Feneſtella venit. Ego per hæc Præfectum prætorio magis esse Cõestabilem, seu Constabularium, quam alium quemlibet crediderim, cuius est insigne gladius (vt conueniat Plyniano loco) quem districtum gestat, Regem præcedens: militiæ ac equitum præcipuus Magister. Est autem præfectura generis vox, vnde præfectura vrbica, militaris, castrorum, operum, fabrorum, laborum, atque idgenus aliæ. Sicut Præsidis nomen non solum prouincias regentes, a quibus prouocatio est: cuiusmodi sunt Gubernatores ciuitatum ferè: sed & qui cuilibet rei ac ordini præsunt complectitur, auctor est Ruff. Prouinciarum alias esse consulares, alias proconsulares, alias præsidales. Sueto. in Augusto de ordine prouinciarum multa. Sed vt redeam ad nostrum ordinem, cum bellis consules a dicendo iure auocarentur, creati sunt Prætores Pomponio iureconsul. authore, quorum officium erat ius dicere, atque alia illic descripta curare, quod ius prætorium atque honorarium dictum fuit, sicut honorarij ludi quos exhibebant. Prætorius quoque dicebatur is, qui prætura functus est. In his verò libris id quod ad Prætorem spectat prætorium dicitur, ceu prætoria cohors, quæ qualis fuerit satis notum. Patricius olim senatoris progeniem significauit: quia senatores a Romulo creati patres dicebantur. Liuius libro decimo, ab vrbe scribit, patricios etiam dici, qui patrem auumque ciere possent, idest ingenuos: vt Patricij plebeijs opponantur: Galli nobiles a roturarijs distinguunt. Cornelius Tacitus author est, familias patricias fuisse, quę maiorum gentium dicebantur. Budeus nonnihil de dijs maiorũ gentium minorumque. Patriciatus autem a Iustiniano summus honor dictus, quo patria potestate filii liberabantur. Hos apud nos esse pares Franciæ Budęus ex Suida scribit, quasi patriæ patres. Ducatus est principatus quidam a ducendo. Nam & belli duces hi denique imperatores dicuntur. Suetoni. in Nerone priuignum Ruffum postea natum impuberem adhuc (quia fereba tur ducatus & imperia ludere) mergendum mari demandauit. Iulius Capito & Vopiscus non semel hac voce vsi, de Ducibus & Comitibus in Francia quondam temporariis nunc perpetuis plenius a me dictum. Comitem Labeo definit eum, qui frequentandi cuiusque causa vt sequeretur destinatus fuit. Nunc verò dignitatis nomẽ est, vel quòd ipse Regem comitetur, vel quòd eum multi comitẽtur. Est autem in hisce libris Comitatus ipsa principis aula, & Comitatenses curiales & aulici: & vt Marcellinus inquit, largitionum Comes, qui largitiones principis in comitatu faciebat. Item qui largitionibus, quas populus imperatori donabat ob necessitatem belli, vel triumphi pompam, vti fusius dixi in titulo de auro Coronario, & de canone largitionalium titu. Nonnulli a comitate Comitem appellatum volunt, quod benignus & comis debeat esse, vt ne quis ethymum vocabuli desyderet. Comes domorum is a Iustin. dicitur, qui in domesticos principis præfecturam habebat. Comes laborum qui & præpositus laborum, cui mediastini omnes, aliique domus imperatoriæ artifices, atq; opifices subditi erant. Præfectos fabrorũ ita Pomp. Lętus describit, vt sint artifices, qui castra sequebantur, vt fabris lignarijs, ferarijsque præsint. Is verò magistratus eligebatur idoneus, & qui castris sciret bene prouidere,

Source : BIU Cujas

dere,prǽsertim quæ in vrbium expugnatione cuniculos ſubterraneos facere,atq; idgenus alia. Comes horreorum piſtrini principis curator fuit in his libris,habuitque mancipia quædam purgandis horreis aſcripta,coquendoq; pani principis.Sed & annonę prǽfectus horreorum comes quãdoque dictus eſt. is & Sitocomus a frumenti cura,ſeu frumentatione dictus. Prǽfectus annonæ anno ab exactis regibus decimooctauo Tito Geganio & P.Minutio conſulibus creatus eſt Romæ ob ingentem annonę caritatem, miſſiq́ue tum in Siciliam fuere P. Valerius & L.Geganius pro frumento aduehendo, alij huius magiſtratus inſtitutionem in aliud tempus referunt. De re annonaria plura dixi in titu.de anno.& tributis.Comites conſiſtoriani ſunt, qui principis conſiſtorium & tribunal comitantur, hiq́ue ſunt illuſtres: cuiuſmodi ſacri conſiſtorij regij conciliarij,qui regem, aut ipm conſiſtorium,cui prǽeſt cancellarius,ſequitur. Comites ſcholarum, qui & tribuni ſcholarum dicti a ſcholis palatinis atq; militaribus dicti,quorum munus in his libris deſcribitur, vt ſint,qui pſint epulis imperatorijs & bello & pace, & obſonia currẽt, qđ mihi abſurdum uiſum eſt, ut hi ſcholarum prǽfecti dicantur: nam ſchola exercitium eſt,omnisq; (vt dicitur) vacatio. Iſtos a veteribus elegantius epulones dictos reperio, cuiuſmodi erãt in ſacrificijs quinque viri,deinde Circẽſium ludorum ambitione ſeptem. Perfectiſſimatus erat dignitas quædam non mediocris: quia non omnes prǽſides (vt Alciatus inquit) clariſſimi fuere, ſed & perfectiſſimi quidam,prout prouinciæ dignitas exigebat. Ait verò ex vetuſtiſſimis monumentis Tarraconẽſis Hiſpanię ac Norici fuiſſe perfectiſſimos tãtum,qđ duabus litteris deſignabant.V.P.Sicut clariſſimos viros. V. C.Ammianus Marcellinus libr.21. de Conſtantino Imperatore loquitur in hæc verba. Nec ſub eo dux quiſquam cum clariſſimus prouectus eſt. Erãt enim Perfectiſſimi.Ex his conijcio Perfectiſſimos clariſſimis inferiores fuiſſe, q̃uis alij maximæ dignitatis nomen fuiſſe interpretẽtur. Ducenarii erãt equites legitimi,ideſt iuridici,quorum ordo ius dicebat,& in cenſu habebant quadringenta ſextertia ab Auguſto creati,vt apud Sueto.legimus,qui de leuioribus cauſis cognoſcebant,inde dicti,quòd ducenti eſſent, vt Centenarij a centum:alij dictos rentur a ducentum ſolidorum quantitate vltra quam non cognoſcebant. De his etiam in Tyberio Sue. & in Claudio.Ornamenta (inquit) conſularia etiam procuratoribus ſuis Ducenarijs indulſit. Ducenarij nonnunquam,qui ducentis militibus prǽſunt, quandoque & quoddam exactorum genus ſignificat in tit.de exacto.Ply.ſcribit diuo Auguſto de curias ordinante partem maiorem.equitum in ferreo anulo,qui nõ equites,ſed iudices dicebantur.Sunt autem decuriæ claſſes,ſeu camerę iudicum, & curia locus,in quo ſenatus habebatur. Decuriones in municipijs qui ſint & duumuiri, vel mediocriter eruditi non ignorant,dixi in tit.de decurio.Sed & ducenarij in quibuſcunque formis,ideſt ordinibus erant,ut inter notarios & libellarios,qui a libellis ſunt,dixi de hac re in l.ſcrinijs.ubi formæ ordines erant & decuriæ quædam: illic ego multa. Cubicularij ſunt (ita enim ut queq; occurrunt tradenda ſunt) qui cubiculo principis aſſiſtunt, quos noſtri cubiculi miniſtros appellant. Sueto. in Cęſare dictatore,manſit apud eos non ſine ſumma indignatione prope quadraginta dies cum uno medico & cubicularijs duobus. Famulitium aulicum Spartianus appellat famulos oẽs imperatorios, quos Iuſtinianus miniſteriales domus & hoſpitij & palatij vocat. Auguſtales ſunt oẽs Cæſarei miniſtri ad palatium principis, Nam Auguſtale eſt ipſum principis prætorium, & Auguſtales prætoriani cuſtodes.Palatini ſunt qui & Comitatẽſes dicti & Cæſariani & curiales, idem aulici, quos curtiſanos vulgus nominat. Auguſtales olim ſacerdotes erant Auguſto de functo decreti, ſicut Antonio Pio quibuſdamq́ue alijs imperatoribus in eorum honorem, alio ſignificatu erant ſacerdotes larium. Item in militia principales erant milites,qui (quod Vegetius ait libro ſecundo de re militari) ab Auguſto ordinarijs iuncti ſunt, qui & Flauiales a Flauio Veſpaſiano legionibus additi ſunt. Silentiarij (vt inquit Procopius) miniſtri ſunt ad ea,quę ſilentij quietiſque ſunt: interiores in principis domo arcanorum principis conſcij quique ſilendis & arcanis principis conſilijs interęſſe ſolent.quidam eos auricularios appellant, dixi ſuo loco. Erant autem numero triginta,quibus tres decuriones prǽfuere Feneſtella de triumuiris reip.conſtituendæ ſcribit neſcio quid, quod huic tamen loco nõ admodum conuenit. Scribarum ordinem honeſtum Cicero appellat, ſqui tamen apud Græcos (vt Emilius Probus tradit) honoratiores fuere,quàm apud Ro. Nã apud illos nemo ad id muneris admittebatur, niſi honeſto loco, fide ac prudentia conſpicuus,quod conſiliorum participem ſcribam eſſe oporteat, Græci grammateum uocant : latini ſcribam a ſcribendo, atque notarium a notis:& noſtri,ſecretarium a ſecretis appellant. Eorum principem Archigrammateum dicunt,quem Flauius Voſpicus Cancellarium appellat, qui plures fuiſſe Cancellarios tradit,vel a cancellando, quod plerique, vel a cãcellis,quibus occludebantur, quòd machaneos quidãq; alij, dictos. Idem ſcribit a Carino Imperatore factum prǽfectũ vrbis vnũ ex cancellarijs.Erant ſcribarum decuriæ, vt ex Sueto. collegi,dum in Claudio ſcribit.Corpus eius per municipiorum ſcribarumq́ue primores ſuſcipientibus obuijs ſcribarum decurijs ad vrbem deuectum,quod Iuſtiniani leges explicant, vbi varię ſcribarum & libellariorum formę ſunt,quod Eraſmus olim, Budeus nuper litteris aſſeruerunt, mihi ſuper hac re conſulti. Vnde primicerius & ſecundicerius & tertiocerius dicti a pugillaribus cæreis,quas habebant & varias decurias ſortiebanẽ. Formularij quoque a formulis dicti. Tabularij a tabulis. Sueto. in Domitiano: pari arrogantia cum procuratorum ſuorum formalem dictaret epiſtolam ſic cępit. Dominus & Deus noſter ſic fieri iubet.Erant autem & principis ſcribæ & iudicum & centurionum & quæſtorij ſcribæ, quos finantiarum clericos Galli vocant. Sueto. de quæſtorijs ſcribis in Claudio. Et decurio ſcribarum ſicut equitum, cubiculariorum, & palatij decurio : inquit Marcellinus,prǽfectus palatio erat. Flauius liberalis domicellæ pater : vt in Veſpaſiano Sueto.ait, non altioris dignitatis gradũ aſcendit,quam ut ſcriba quęſtoris eſſet. Olim Cato quum eſſet quæſtor, primusq́ue veniret,vltimus diſcederet in ordinem quęſtorios ſcribas redegit.Iſti ſunt ordines atque decurię quas Iuſtinianus paſſim formas appellat, notariorum primum veſtigium Romæ fuit tunc: cum Catonis Vticenſis orationem contra Cęſaris ſententiam ſolam in ſenatu exceptam fuiſſe tradunt Cicerone conſule velociſſimos actuarios ſcriptoresq́ue adhibente, qui per notas quaſdam plurium litterarum uim habentes eam colligerent,ab actis publicis & concionibus cõtrouerſijs ac ſententijs deſcribendis:actuarij dicti,quos iudicum graphiarios dicimus actuarij excepta recitabant.Sueto.in Cæſare.Quaternas litteras excipientibus dictabat. Actuarij verò commentariũ, ideſt breuiarium faciebant, quod regiſtrum vulgò appellant. Sed de Primicerio,qui in prima notariorum decuria prǽerat,& Secundicerio adde huc:vt apud bonos authores extat:primam cęram fuiſſe tabulam, in qua teſtatoris nomen : ſecundam, in qua hæredis ſcriptum erat,alij aliter hoc explicant, nec huc pertinet eares.Lege commentarios in Horatium.Quid prima ſecundo Cęra uelit verſu:ſolus multiſne cohæres. vbi prima etiam cęra nomen hęredis ſecundo verſu ſcriptum erat. Ego de tabularijs, logographis,actuariis,notariis eorumq́ue diſcrimine ſatis ſuperq́; dixiſſe videor in tit.de tabula.Proximi ſacrorum ſcriniorũ ſunt, qui ſeruant libellos principis, quos Cãdidatus quęſtor legebat, deſcrinio ac libellis Budeus ita doctè ſcribit ac copioſè,vt nihil addẽdum putem,qui proximos ſacrorum ſcriniorum magiſtris requeſtarum bene recteq; comparauit. Scriniarij verò erãt, qui cuiuſcunque prǽſidis ac iudicis acta ſeruabant, ac etiam quęſtoris ęrarii.Lampridius.Relegentibus cuncta librarijs & his q ſcrinium gerebant. Eſt & Meloproximus in Iuſtiniani libris, qui ſe cum proximo ſcrinii exercebat,curamq́; cum eo gerebat uelut ſubadiuua. Antiquarii ſunt,qui rerum antiquarum memoriam principi ſuggerebant. Iuuenalis.

Ignotosq́ue mihi tenet antiquaria verſus.

Hi memoriales quoque dici videntur:quamuis & aliud quoque in his libris ſignificent. Agentes in rebus qui ſint,non adeo ſatis conſtat, niſi quòd generis vocabulum eſt in eos relatum, q res principis agũt,aut procuratores principis ac commiſſarios,quos vocant, per diuerſas prouincias ad legatos auctoq́; imperio per turmas diſperſos. Vnde hic ducenarii, quidam alii centenarii : quid autem ſibi velit agentium in rebus nomen, clarius intelliget,qui titulum ipſum de agentibus,ipſumq́ue de ea re Iuſtiniani ſermonem ſimul & commentarios noſtros illic legerit:nam alio loco dicta rurſus in hoc rerum commentario piget inculcare. Archiatri ſunt principis medici Iuſtiniano,aliis medicorũ principes,omnes quoque,qui Romę profitebãtur medicinam. Eſt enim Sueto. author Cęſarem dictatorẽ omnes medicinam Romę profeſſor & liberalium artium doctores ciuitate donaſſe:quos etiam Iuſtinianus & iureconſulti faciunt immunes.Sed Iuſtinianus Archiatros appellat medicos ſui corporis. Caſſius Emina vetuſtiſſimus author ſcribit primũ veniſſe Romã ex medicis Archagatum peloponnenſem, cui ius quiritum datũ. Vbi quidam Archiatrum legunt.Archos principem:Iatros medicũ ſignificat.Irenarchę ſunt pacis principes & cuſtodes, vt eſt in ti. de irenarchis optimè definitũ. Dyo. Irenodicos appellat, quaſi pacis iudices,ego illic plura ex bonis authoribus ſcripſi.Admiſſionales ſunt, quos hoſtiarios Galli vocant, alii archiatrios dicunt ab atrio cuſtodiendo: nonnulli atrienſes. Hi ſunt atrii cuſtodes : illi quorum munus eſt volentes regium cubiculum ingredi vel admittere: vel repellere : neque enim cuiuis principis purpuram ſacram ſalutare ipſumq́ue adire principem licebat: dum excutiebantur ſalutaturi a limine,ne lateret ſica:vt in Seuero Lampridius:inde ius adorandę purpurę non oĩbus a Iuſtiniano datum.Inter primas quoque Traiani laudes a Plynio,Theodoſii a Pacato,Seueri ab Helio admiſſionum facilitas & ſalutandi patefactio commendatur. Erat & amiſſionis magiſter quidã authore Marcellino.Apparitores ab apparendo dicti:qa prę ſto ſint & appareãt obſequioſi iudicibus,authore Seruio grammatico, & apparitura ipſum miniſterium ac officiũ, vnde apparituram facere magiſtratibus;vt Tranquillus ſcribit in libro de grãmaticis.

Source : BIU Cujas

maticis. Optiones quasi cooptatos dici arbitror, quorum & meminit Laurētius Valla in Elegantijs: hi magistratui tanquā adiutores & q̄ ęgrotos supplebāt, militi accensi atq; succenturiones erant: nā & a Tribunis collegę cooptabantur apud Liuiū in tertio. in bello accēsus & Cornicularius dicebatur, vt ego suo loco dixi. Erant tñ in ti. de iure fisci. li. 10. C. optiones quæstorij, quos quæstorijs ærarij adiuuas fuisse, seu adiutores interpretor. Optionatus id munus est. Opinatores sunt, vt in l. missi. de exac. trib. lib. 10. C. describuntur militaris annonæ coactores. vbi ego non opinatores legēdo crediderim, sed opimatores, q̄ p̄sunt annonę opimādæ, ne desit aliqd exercitui. cuiusmodi viuēdiarios forte appellamus. Est & in his libris Biarchi vocabulū, qđ eum significat, qui prędest vitæ curandæ, aut victui, a bios, quod vitam significat deductum, quam expositionem Halciatus non improbat.

De Quæstorijs Magistratibus.

LIBER SECVNDVS.

QVid sit fiscus, Cū pleriq; recentiores, tū Asconius Pędianus in secundā Ciceronis Verrinā & Nonius Marcellus in lib. de verborū proprietate plenissimè dixere: frequētius verò significat grauioris ęris recepta culū sportulasue, q̄bus æs fisci, ideſt principis defertur, quo ēt nostri quęstores vtuntur, equis clitellarijs fiscos calatosue nummis onustos euehentes. Cuius rei clarū est apud Ciceronē exemplū ī Verrina prima. Reperiebā fiscos cōplures cū pecunia Siciliēsi a quodā Senatore ad eqtem Ro. esse trāslatos. Ex his quasi decē fiscos apud senatorē relictos esse comitiorū noīe. In eam rem Budęus copiosè. In hoc significatu est apud Sueto. in Claudio, vbi pulcher locus de annonę caritate. Vnde fiscus per metaphorā publica principis pecunia ipsumq; eius patrimoniū dr. Inde confiscare, qđ cōmittere fisco ēt iurecōsulti dicunt in l. ij. ne qd in loco pub. fiat. Scriptū extat ab Vlpiano, res fiscales priuatas p̄priasq; principis esse, atq; inibi fisci patrimoniū appellat ea quęcunq; principis ipsius sunt, & fiscalia tributa, ac vectigalia dicta, ex quibus vectigal fiscus capit vt portus, salinarum, rerū venaliū, metallorū, piscariorum, vt iureconsl. in l. inter pu. §. vectigalia. de verb. sig. Hæc altius repeto: qa res est frequens quæstoria, & Plauto auctore belli neruus est pecunia. Fiscus igit ita principis est, vt q̄nq; princeps fiscus appelletur, vt d. l. ij. §. hoc inter. vnde pōt inter tēp. fiscūq; discrimē colligi atq; ex Iuue. versu.

Res fisci est vbicunque natat.

Cū prius Cæsaris dixerat, intelligēs fiscū Cæsaris esse. Illud verò non leuis p̄trouersiæ est, qd intersit ab ęrario fiscus. In quo mihi visus est Asconius lapsus, dū ærariū priuatā principis, fiscum publicā esse pecuniā dicit: atq; nō possum non cōiectare corruptū esse Asconij Codicē. Aerariū nāq; reipu. est, fiscus principis. Etat autē in Saturnię de publicū ęrariū Budęo, Beroaldo reliquisque auctoribus. Macrobiū & Plutarchū sequutis, cuius instar habes in l. ait prætor. §. j. ff. depositi. Vnde sacrū ęrarium a Iustiniano dictū in tit. de magi. offi. l. unica. vbi tñ imperatoris pecunia ęrariū dr, vtpote rebus in eū trāsla. In pandectis quoq; fiscus & ęrariū crebro cōuertuntur. At vetustiores ita ęrariū a fisco distinguebant: ut reipu. ab imperatoris pecunia distincta erat. Sic & ærarij quæstores tribuniq; a fisci p̄fectis distabāt. Nimis vulgatū est illud optimi Imperatoris uerbum. Lieni similē esse fiscū, quo tumescente reliqua reip. mēbra marcescant & cōtabescant. Est & alia vox principe digna ab Imperatore Seuero prolata de magistratibus. necesse ut qui emit vēdat. Ea verò differentia apud Ciceronē, Plyniū probatissimosq; auctores crebra est. Solet imprimis citari locus ille Ply. nepotis in panegyrico. Quā iuuat cernere ærariū silens & quietū (nec enim quas sibi pecunias suo usui cōparauerant ciuitates extorquebat ille) & quale ante delatores erat nunc tēplū illud (alludit ad Saturni ędem) nunc verè Deus non spoliariū ciuiū cruentarūq; prædarū sæuum receptaculum: ac toto in orbe terrarū adhuc locus unus, in quo optimo principe boni malis imperatores essent. At fortasse (inquit) nō eadē seueritate fiscū, qua ęrarium cohibes? Immo tanto maiore, quāto plus licere de tuo quam de publico credis. Et paulo post. Quę tua est gloria, sæpius uincitur fiscus, cuius mala cā nunq̄ est, nisi sub principe bono. Ad hęc Spartianus ī Adriano. Vetuit Adrianus bona dānatorū in fiscū priuatū redigi omni summa in ęrariū publicū recepta. Quid plura? Hinc Eruscare veteres, ideſt æs publicū colligere dixere. Vlpianus in titu. qui poti in pig. hab. Si pignus (inquit) spāle respu. acceperit, dicēdū est, p̄ferri eam fisco debere, si postea fisco debitor est obligatus: quia & priuati præferuntur. Illic Albericus conatur hoc explicare. Haud absimile exemplum habes in tit. de ędil. edic. l. j. Sciendum est hoc edictū non pertinere ad vēditiones fiscales. Si tñ respu. aliquam faciat venditionem locus edicto erit. Idem Vlp. in tit. de manumis. ait. nihil interesse a fisco, an a ciuitate, an a priuato libertatem rede meris: alibi tñ plerunque hæc confundi reperies in pandectis: vt occurrit passim in tit. de iure fisci. ff. cuius rei quoque notum est argumentum ex Claudiani uersu.

Non tua priuatis crescunt ęraria damnis.

Sic & Cęsaris procuraror pro fisci procuratore & hic p illo frequenter occurrit. Quæstor ergo quid sit & quæsturæ munus dicendum Pompo. iurecōsultus scribit. Cum ęrarium Pop. Rom. esset opulentius, vt essent, qui illi prędessent, quæstores institutos fuisse a quærenda conseruandaq; pecunia dictos. Et quia de capite ciuis Ro. non esset permissum consulibus iniussu populi ius dicere, quæstores alij a pop. creati sunt, qui capitalibus causis prę ponerentur. Hi appellabantur parricidij quęstores, quorum meminit lex duodecim tabularum ab inquirendis maleficijs, quasi quæsitores dicti maleficiorum iudices. Alij insuper quæstores fuere cādidati libros imperatorios ac litteras legebāt summoq; in honore erant candida veste integritatis insigni conspicui, de quibus Sueto. in Augusto scribit. Cui magistratui cancellarium similem penè esse contenderim, quo functus est apud Iustinianum Tribunianus inter togatos primus, vt est apud Suidam. Lego Neronem voluisse recitari per consulem missas ad senatum orationes tanquam id foret splendidius omisso candidati quæstoris officio. Sueto. in Tito. docet, quæstoris officium esse principis orationes in senatu præfacere atque recitare. Sic & Cornelius describit, dum inquit. Ingressi curiā senatores & oratio principis p̄ quæstorem eius audita est. Sueto. in Tito. Rursus recepta ad se prope omnium officiorum cura cū patris nomine & epistolas & ędicta conscriberet, orationesque in senatu recitaret quæstoris vice. De quæstoribus quoque maleficiorum Sueto. in Tiberio meminit, & Vergilius ī Aeneide. Quęsitor minor vrnā mouet. De quæstoribus pecuniæ, de quibus præsertim dicēdum, dubium est, Romulus ne, a Tullius Hostilius eos Romæ primus creauerit. Ex his tamen nonnulli prouincias sortiebantur creabanturq; tam ex plebeis quā ex patricijs & magni honoris gradus erat, vt Cic. pro Plautio, vbi ait, quæstori suo prætorem parētis loco esse oportere. Auctor est Tacitus li. 20. Quæstores olim creatos fuisse, cum stipendiaria iam esset Italia. Non recenseo, quid Fenestella, quid Pomp. Letus, quid Vindes quoque Rhodiginus, quid Catanęus, Beroaldus, reliquique de hoc magistratu collegerint. Cæterum quæstores aurum ac pecuniam a subditis pendendam quærebant, cogebantque tributa. Liuius de auro collato scribit: cum in publico deesset aurum ex quo pacta, merces Gallis arcem oppugnantibus conficeretur, id fuisse a matronis ex monilibus collatum, propterea que institutum: vt eorum quoque sicut virorum post mortē solennis esset laudatio. Erarij cura eiusq; forma variè est habita & sępe mutata, quam Augustus ad prætores prætoriosque transmisit a quæstoribus, vt Cornelius Tacitus auctor est. Claudius quęstorem rursum imposuit atque restituit. Tertiò Nero curam tabularum publicarum, quę in ęrario seruabantur a quęstoribus transtulit ad præfectos. Erat & comparaticius status & comparaticia pecunia, quæ ex honoribus in ęrarijs ex inopia venditis (quod non secus licebat atque noua vectigalia indicere) comparata erat, quæ vox comparaticię a Iustiniano non semel vsurpata est: sed alio significatu. Nā hisce legibus magistratuum emptores plectebantur. Sueto. ait, Vespasianum candidatis honores venditasse, quod & Xersem feciſe ferunt. Redeo ad fisci magistratus. Procurator fisci a Cęsaris procuratore longo distat interuallo, quamuis & nonnunquam confundantur. Sed procuratorem alium a fiscali cæsareū fuisse constat, qui curandis rebus ad Cæsarem vt priuatum hominem pertinentibus præerat, deque controuersijs inter principem & priuatos homines iudicabat: huius gesta non aliter comprobabantur atque si ab ipso Cęsare gesta essent. Nam Claudius a senatu impetrauit, vt quæ sui p̄curatores statuissent, eam vim haberent, quam sua ędicta. Si tamen venditionis, donationis, transactionis causa quid egerint, quasi rem propriam tradentes nihil agunt: quandoquidem eorum munus est, rationes oīum reddituum quicunque ad Cęsarem pertinent, diligenter procurare cum potestate defendendi & acquirendi non distrahēdi, vt in l. prima, de offic. procu. Cęsa. ff. quod si Cęsar hæres sit miscendo se opulētæ hæreditati procurator hæredem Cæsarem facit. Interpretes nostri legum, præsertimque Cyn. in l. procurator. C. de edendo, inter fisci ac Cæsaris procuratorem hoc faciunt discrimen. Cæsar duplex patrimonium habebat. Vnum imperij causa, quod fiscus dicitur, Galli domanium vocant, huius p̄curator erat ille. Aliud suum quod ante imperiū adeptus erat, aut aliunde consequutus, quàm ab imperio, in hoc procuratorem habebat, qui Cæsaris dicebatur, quem id circo iudicem habebat aduersus priuatos: quia superiorem non habet. Vlpi. in tit. de acquirend. hæredi. scribit. Si seruus fisci fuerit institutus iussu procuratoris Cæsaris adibit hæreditatem. Item de iure fisci. Si procurator Cæsaris rem fisci vendiderit. Adrianus fisci procuratorem adiecit, quem actorem fisci Plyni. appellat in panegyrico: Lampridius in Seuero procuratores ait esse Rationales, in quorum similitudinē qui rem priuatorū curāt procuratores appellari, scribit Columella. Accursius rōnales interpretatur Cęsaris procuratores vt ille. Iulius verò Capitolinus in Maximino rōnalem pro fisci procurarore dixit. Erat (inquit) fisci p̄curator

in

Source : BIU Cujas

in Libya, qui omnes Maximi ſtudio ſpoliauerat, hic per ruſticanam plebem interemptus. Sed per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant, viderunt auctores cædis, quibus verbis eundem eſſe rationalem qui & fiſci procurator apparet: niſi quod improbat Alciatus: rationalem dixeris generis vocabulum eſſe à rationibus dictum, quod tam huic, quàm illi conueniat, nec abſurdum mihi videtur. Eſt locus alius in l. ſenatus, de iure fiſci, in pandectis, vbi iureconſul. inquit; Præfectus ærarii rationum cognitionem habere. Item is qui de cauſis fiſci, vbi aduerſus priuatos cognoſcit rationalis appellatur in l. ad fiſcū. C. vbi cauſæ fiſca. vbi Accurſius reliquique noſtri interpretes Cæſaris procuratorem exponunt. Mira in his rebus confuſio. Nam procuratorem fiſci & rationalem non alium faciunt & Capitolinus & Lampridius. Variè quoque tum in pandectis, tum in codice traduntur. De rationibus ad ærarium referendis & ſcriba cui traduntur referendæ, Budæus ex Tullio ſatis dixit, vbi antigrapheos vocat, contra rotulatores, quos vulgò dicimus ex Demoſthene & Ariſtotele, loco illorum rationalium, qui rationes audiebant & ratiociniorum iudices erant, præſides computorum habemus, quos Iuſtinianus ſacris ærariis præſidētes appellat, in titu. de aduoca. fiſci. l. vltim. Idem in titu. de modo muctarum, procuratores appellat rationales, eosdemque logiſtas, vt in titu. de tabu. logographis. Logiſtas à Logographis ita diſtinguūt, quòd logographi libros rationum ſcribebant logiſtæ curabant. Succurrit nunc quod Iaſon Maynus vir elati nominis in Cæſarea (quod dicūt) profeſſione duos rerum priuatarum Comites fuiſſe tradit, vnum in prouincia, cuius munus eſt bona vacantia fiſcoque delata capere & in fiſcum referre, qđ vulgus incorporare dicit, alium propoſitorem (inquiunt) in conſilio & conſiſtorio Cæſaris illuſtrem virum. Illud cōſtat ex l. ſi quando. C. de bon. vac. lib. decimo. hoc ex l. ij. de petitio. bono. ſubl. libro decimo. Quæſtores ærarii docti viri ſimiles his eſſe dicunt, quos mulctarum, quas emendas vocamus receptores appellant, & referre ad ærarium rationes eſt computum reddere apud eos qui ratiociniis ſunt præfecti, qui & vrbani quæſtores erant. Dicunturque computorum magiſtri. Præfecti ærarii ſunt generales finantiarum apud nos Budęo iudice. Tribuni ærarii receptores generales. Coactores ſunt receptores particulares, & coactio munus eſt argentarium cogendi pecunias. Quidam ſunt qui ad ratiocinia non obligantur, quos iure con neſcio quo pacto aualogiſtas vocat in l. quidam decedens. de adminiſtr. tuto. Præfectorum fiſci inſtar habent Theſaurarii Franciæ Canon eſt domanium ex portoriis uectigalibusque, oblatio eſt auxiliū, vt octaua vini & datia mercium diuenditarum. Indictio eſt tallia, quæ & collatio & collecta dicitur. Superindictio eſt eius augmentum, earum rerum collectores canonarii oblationes Indictionales dici latinè poſſunt: nos domanii auxiliorum talliarum præceptores ordinarios ac extraordinarios dicimus. Cohortales ſunt, qui per cohortes exigunt tributa, quos alii coarctales à coarctando & cogendo vocant. Suſceptores ſunt receptores. Arcarii ab arca dicti, qui pecunias publicas ſeruant. Diſcuſſiores, qui tributarios diſcutiunt, eorumque cenſum deſcriptum habent, qui collectores dicuntur, qui tributum viritimq; aut capitatim ſoluenda diſcutiunt. Peræquatores ſunt taxatores tributi, qui conſtituunt tributum, & ſi non iuſtè conſtituerint, puniuntur. Reliquatores, qui reliqui nonnihil debent, vnde iureconſul. reliquatores (inquit) vectigalium ad inſtaurandum conductionem admittendi non ſunt, donec ſuperiori debito ſatisfecerint, quorum & Crinitus quoque & recentiores meminere. Mancipes ſunt, qui à publico conducunt emūtve aliquid, quos publicanorum principes appellat Pedianus. Zygoſtaſia eſt ponderandi ac menſurandi nonnunquam munus: alii ſitoſtaſiam legunt frumentandi præfecturam, quæ & ſitocomia dicitur, vbi vulgo ſitonia, vel ſiconia corruptè legitur. Periſſochoregia eſt magiſtratus annonæ auctæ ſeu augmenti diſtributor. Vnde hæc ſint deriuata nomina ſuis eſt locis dictum. Decaprothi vectigalium ac publicæ pecuniæ coactores eam fiſco numerantes ſunt, & Decaprothia id munus eſt. Cicero latina voce decēprimos dixit in oratione pro Roſcio Amerino. Et penthaprothiæ munus eſt, quinque primorum, quos etiam quinque ſummates, atque quintumuiros dixere: quorum munus erat illis nō diſſimile, vt tributum à ſubditis exigerent, quod poſtea fiſco numerabant, & ſi quid deerat ſupplebant, de ſuo. Erarium militare, quos ſoli militiæ præparentur, Cæſar Auguſtus inſtituit, auctore Sue. hinc bellici quæſtores, qui Conſulem bellive quęſtorem ſequebantur. Erant autem cum quæſtoribus tabularii grammatei, qui tabulis nomina recepta & impenſa deſcribebant: vnde tabulariū dictum. Hi & Cartularii & tractores à Iuſtiniano dicti, qui & tractores alibi appellat eos quibus tractus mercium ad finitimas erat conceſſus. Sunt & Cartopatri chartæ publicę ſeruatores bigenum vocabulū. Sunt & Scrinii publici magiſtri, quorum meminit Seneca libro controuerſiarum vltimo, & Sueto. in Nerone De Tamiacis fundis: ideſt diſpenſatoriis, vt ita dicā, & Salgamo atque ſalgamariis & ſalſamentariis, vt Ply. vocat & quibuſdam aliis ſatis ſuo loco dixi.

DE MILITARIBVS OFFICIIS.

Liber Tertius.

Militiæ genera poſt Seruiū recentiores tria cōmemorāt. Erat enim ſacrm, q̄ legitima & ordinaria dicebatur Militia repentino motu eo acta, q̄ & cōiuratio dicebat: qa non ſigillatim, ſed ſimul iurabāt. Euocatio cū ad diuerſa loca diuerſi cogebant exercitus, & euocatores, q ad conuocādos milites mittebant, noſtri bannū & ſubannū proclamare dicūt, Præfecti caſtrorū munus eſt apud Vegetiū lib. 2. poſitio valli, foſſæ æſtimatio, tabernaculorū & tētoriorū cura, egrorūq; vehiculorū & inſtrumētorū belli inſtructio, ac reparatio. Sueto. in Veſpaſiano. Tribunū Pollionē prefectūq; caſtrorū fuiſſe tradit. Erant & p̄tores militares, q b. nō ſec' ab vrbanis populus Ro. initio magiſtratus munera q̄dam dabat follem, glebā, claui, q̄ pote latis erant ſigna, de q bus alio loco dixi in his libris. Tribunorū verò tres Ro. ſpecies fuere. Erant. n. Tribuni plebis, de q bus iureconſ. in ti. de origine iuris. l. 2. & ſæpe apud Liuium. Tribuni ærarij, qui & bellici quæſtores ſunt, qui ante Cæſaris ſæculum iudicijs ferendis intererant, vt Aſconius auctor eſt. Tribuni militum, de quibus Liuius in quarto & quinto, & Vegetius in ſecundo. Tribuni celerum regum tempore erant, quibus ſucceſſere equitum magiſtri: fuerunt autem militū Tribuni rogatione Camilli creati in cōtētione plebis cū ſenatu tā ex plebe q̄ ex patribus, p̄miſcuè: primū tres poſtea plures, quos Feneſtella cōſulārē in bello ptātē habuiſſe tradit. Erat Decanus militaris magiſtratus, de quo hic habes titulū: is erat cōtubernij caput in re militari, vt in alia re hodie decānus eſt translatitię. Nā decē milites ſub vno papilione degentes cōtuberniū faciebant, cui q p̄erat decanus appellabat. Decurio ēt in militia dī q turmæ p̄eſt, cui duo & triginta eqtes inſunt. Varro & Vegeti' auctores. Plura de decanis in eo titulo dixi. Primipilus, vt qdā tradūt, erat legionis caput in re militari: ſed decimæ, q̄ nobiliſſima erat & p̄cipua. Alii verò primæ illū aſcribunt, qđ ipſi vocabulo magis alludit. Erat aūt legio in cēturias ſexaginta diuiſa, manipulos triginta, cohortes decē. prima cohors auctore Vegetio reliquas & militū numero & dignitate p̄cedebat. Ego ſnīas in eā rē varias recenſui in titulo de primipilo præſertim ad leges illius tit. declarandas, q bus obligatur reipublicæ ob recepta militum ſtipendia: nam hi ſtipendia & æs militare apud ſe habebāt. vnde eorum vxores & liberi quamuis non hæredes erant reipu. obnoxij, quod ego illic ex Sueronii loco confirmaui. Præterea verò, q̄ illic dixit, ne videar eandē cantilenā repetere apud Cęſarē in commentariis hæc ſcripta extant. Erat Craſtinus euocatus in exercitu Cæſaris, qui ſuperiore anno apud eum primum pilum dixerat in legione decima. Ad hæc Liuius in ſeptimo ab vrbe ſcribit, primum centurionem eſſe, quem nunc primipilum dicunt. Item Sueto. in Caligula. Teſtamenta primipilarium, qui ab initio principatus Tyberii neque illum, neque ſe hæredem reliquiſſent, ut ingrata recidit. Et de geſtis per Caligulam in caſtris ait. In exercitu recenſendo pleriſque centurionum maturis iam & nonnullis ante pauciſſimos quam conſummaturi eſſent ſtipendia dies primos pilos ademit cauſatus ſenium cuiuſque, & imbecillitatem. Principia verò dicebantur quæ in prima acie militabant, & principes illi milites, qui primi hoſtibus proponebantur. Teren. in Eunucho. Hic ego poſt principia inde omnibus ſignum dabo. Eorum tamen poſt haſtatos pugnam fuiſſe. Liuius in octauo tradit: quamuis Vegetius eos eſſe dixerit, qui in prima militabant acie, quod & Cornelius Tacitus ſentit. Vegetius libro ſecundo ſcribit, ab antiquis inſtitutū fuiſſe: vt ex donatiuo; quod milites haberent, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, vbi militibus ad ſeruarentur. Hinc fieri, vt miles, qui ſumptus ſuos atque ſtipendia apud primipilum depoſita ſciret, de deſerendo nihil cogitaret. Eorum autem ratio erat apud illos, qui & exploratæ fidei & rationis ineundæ periti eſſent, qui locus vnus optimè leges illas explicat, quæ de primipilis loquūtur. Agonothetæ certaminum præfecti erant. De quinque Græciæ certaminibus ſuo loco dixi. Erant agonothetici fundi, vel qui certaminum præfectis ob meritum aſſignantur, vel qui ab ipſis agonothetis præmii canſa bene certantibus diſtribui ſolent, vt prædia bonis militibus aſſignata dicuntur his legibus. Limenarchæ ſunt, qui portus, quæ limena Græci vocant cuſtodiunt: nam qui limites limitanei ſtationariiq; & præſidia dūra Cæſare, Galli cuſtodias ſtationarias, garniſons dicunt. Iſtorum verò, qui portus ſeruabant, meminit in politicis Ariſtoteles: ita Budęus in titulū de ſeruis fugitiuis. l. limenarchæ. Hi ſunt (inquit) qui locis maritimis præſunt, vnde traiectus eſt ad exteras nationes. Proſtates modo præſidem adiutoremve in bello aut vicarium aut defenſorem ſignificat in his libris, modo ex Suida ſacrificulum altaribus præſidentem. Nam & proſtaſia: non vt vulgò legitur proteſtaſia: & ſacerdotia eadem in lege apud Iuſtinianum coniunguntur. Fuit etiam proſtates magi-

Source : BIU Cujas

magiſtratus, qui præerat inquilinis Athenarum, vt Suidas ſcribit. Spiculatores à Spiculis quæ geſtant dicti ſunt. Cornelius Tacitus. Dilapſis Spiculatoribus cætera cohors fuſa. Sunt autē Spicula tela, & ſpiculatores qui telo dimicant, quo eminus: ideſt à longè hoſtem feriant aut qui ſagitarii dicuntur: aut etiā qui picas ab acutiore roſtro dictas geſtant in bello quod genus armorum exercent optimè Suitenſes Sunt etiam extra militiam Spiculatores in l. diuus. ff. de bonis dānatorum, qui ſunt iudicum ſatellites, qui damnatos cum ſpiculis ad ſupplicium ducunt. Spiculatores quoq; principis laterones antiqtas dixit. Sueto. in Othone. quinque Spiculatoribus commiſſa eſt res, vbi Beroaldus ex bonis auctoribus multa: illic autem dixit, optiones eſſe, quos Cē turiones, aut decuriones ſibi optant miniſtros eos collegas, ſeu cooptatos, atque vicarios ducum eſſe docui in his libris. Circitores ſunt, qui in militia noctu caſtra circumibant & ſpeculabātur, auctore Vegetio, qui paſſim à Tribunis, qui capitanei maiores ſunt, eligebantur: quos etiam circuitores prius vocabāt, poſtea factus eſt militiæ gradus, atque circitores dicti. Sunt etiā hoc nomine in Roma. vrbe, qui noctu circuibant vrbem ad extinguenda, aut cauenda incendia: vt ſecundæ quædam excubiæ, quos ſubuigiles appellamus. In pandectis de inſtitoria actione Circitores ſunt, qui res venales proponentes vrbem circumeūt. Curioſi erant, qui paſſim delicta in re militari commiſſa nuncia bant. Scotus ad Theodoſium ſcribit in officio magiſtri officiorum eſſe Curioſum vnum, curſus publici quales ſunt magiſtri curſorum (quos poſtas Galli dicunt) vt eo loco dixi, vbi de angariis & perangariis. Itē curioſos (inquit ille) habebāt per omnes prouincias à magiſtro illo emiſſos. Erant fortaſſe hi, cuiuſmodi ſunt præpoſiti Mareſcallorum, qui & latrūculatores ſunt, alia in his libris amplius à me de Curioſis & Curionibus deſcripta. Hypocomi equorum curatores. Stratores in militia ſunt, qui caſtra præibant, vt loca ſternerent, & facerent accommodatiora, aggeres tumulosve æquando, pontes ſtruēdo, quos etiam Vegetius inſtructores appellat. Statores autem Marcus Cicero tabellarios vocat, quos princeps varia neceſſitate ad prouincias mitti, equitantes principis dicuntur: plura huc attuli in titulo de ſtatoribus. Menſores ſunt Vegetio ac Modeſto authoribus, qui in caſtris loca dimetiuntur, in quibus tentoria figi ſit commodum, qui & metatores dicti. Item & qui hoſpitia in vrbibus & pagis decernunt atque diſtribuunt. Epidemetici dicuntur, à Gallis forriarii: ego de Metatis & epidemeticis ſuo loco ſatis dixiſſe videor, & de locis quæ metata dicuntur, vbi ſunt, qui putāt, metatis pro officio dici. Riparenſes ſunt, qui in Danubii, Euphratis, aliorumque fluuiorum ripis cuſtodiendis erant ſtationarii aduerſus barbaros. Ego de hac re latius ex Herodiano in titu. de re militari. Sicut in titu. de erogatione milit. annonæ dixi de pane & buccellato & cibis militaribus & minutioribus caſtrorū miniſtris, & parthicariis qui parthicas pelles negociantur & veſtiariis & linteonibus & piſtoribus atque epiſcopis, quas interpretantur varii ſcribentes in l. ij. C. de epiſcop. audientia, & ydraulis, & id genus reliquis. Pro mea virili à me hæc vtcunque tumultuariè collecta boni, æquique conſuletis, & his meliora veſtro labore tentabitis.

DE IVRISPERITIS
DOMINI CATELLIANI
COTTAE IVRISCONSVL. Mediolanen. Clariſſimi.



IVris Ciuilis ſcientiam plurimi & magni viri profeſſi ſunt, inter quos, eorū, qui maximè auctoritatis apud Popul. Romanum fuerunt, mētio habet per Pompo. in l. ij. §. iuris ciuilis. ff. de origi. iur. & retulimus in aliis memorabilib. in dictione iuris. Verū quoniam ipſe nobis ſolum referre potuit illos, q ad eius vſque tēpora claruerunt. Reliquū eſt, vt nos quoq; ſigillatim referamus, qui poſt eum vſque ad ætatem noſtram in eodem iure, & etiam in Pōtificio nomen meruerunt, nō tamen quoſcunq;, nam dies hic nobis ſatis nō faceret, ſi tm prius ex archetypis Florētinis, & ex Iuſtiniani in pandectis præfatione, Pollicianoq; recenſuimus aliquos Iureconſultos, & numerus librorū, quib. quinquaginta digeſtorū volumina conſarcinantur. Inter quos antiquiſſimus omnium traditur Q. MVTIVS SCAEVOLA, P. F. Pontifex maximus, qui vt in viij. ſcribit Valer. maxi. Clariſſimus legum vates, & certiſſimus extitit, hic quotieſcunque de iure prætorio conſulebatur ad FVRIVM, ET CASELLIVM, quia huic ſcientiæ dediti erāt, conſultores ſe recipiebat: quo q dem facto, moderationem ſuam magis cōmendabat, q auctoritatē minuebat, ab his negociū aptius explicari poſſe confitendo, qui quotidiano eius vſu callebant. Sapientiſſimi igit artis ſuę profeſſores ſunt, à quibus & propria ſtudia verecūdè, & alia callidè æſtimantur. De Sceuola meminit etiā Cicer. epiſt. familiar. lib. vij. ad Trebat. & Gel. noct. Atti. lib. vij. cap. xv. cuius extant infinita reſponſa memoriæ digna, Furij autem pauciora. De Caſellio grata habetur mātio per Pompo & Valer. Maxi. in vi. lib. de quo Horat. Rectè concedi conſultus iuris, & actor cauſarū mediocris abeſt virtute differri Meſſalle neſcit quātū Caſellius Aulus. Sceuolę meminit, & Pomp. eiusque in Pandectis vnus tm liber diffinitionum. GALLVS deinde AQVILIVS, qui Ciceronē oratorē iudex audiuit, & quē familiarē ſuū Cicero idem in Topicis appellat, huius prudentiā Popu Roma. in cauendo, nō in decipiendo perſpexit, qui iuris ciuilis rationem nunq ab æqtate ſe iunxerit, quiq; ita iuſtus & bonus vir fuerit, vt natura, nō diſciplina cōſultus fuiſſe videatur. SERVIVS quoq; SVLPITIVS, cuius grata mentio per Pōp. multa ſcripſit, de quo etiā Tullius Philippica ix. Nec verò ſilebitur admirabilis quædam, & incredibilis, & penè diuina eius in legib. ītерpretādis æquitas, explicandis ſciētia. Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, ſi vnum in locum conferantur, cū Seruio Sulpitio non ſunt comparandi. Neq; n. ille magis iuriſconſultus, q iuſtitiæ fuit, eaq; quæ proficiſcebant à legibus, & à iure ciuili, ſemper ad facilitatē, æquitatemq; referebat, neq; cōſtituere litiū actiones malebat, q cōtrouerſias tollere, cui ſi ætatis noſtræ Iuriſconſulti ſimiles ſe pſtarent, melius nobiſcū actū eſſet, neque numeroſa hæc librorū bibliotheca adeo expetenda videret. Poſtea LABEONIS ANTISTII huc aſciſcunt libri octo pithanō, ideſt credibiliū, ſeu veriſimiliū, & idē poſteriorū decē, hos æquiparat Petronius arbiter illo carmine, atque eſto quicquid Seruius & Labeo. Fuit autem Labeo, quem vocat Horatius inſanū hic, vt in noctib. Atti. ſcribit Gellius, iuris ciuilis diſciplinā principali ſtudio exercuit, & conſulētib. de iure publicè reſponſitauit. Cæterarum quoq; bonarū artium non expers fuit, & in Grāmaticā ſeſe, atque dialecticā, literasq; antiquiores, altioresq; penetrauit, latinarumq; vocū origines, rōnesq; pcalluerat, atq; ea pcipuè ſciētia ad enucleandos plerosque iuris laqueos vtebat: ſunt adeo libri poſt mortē eius editi, q poſteriores inſcribunt, quorū tres cōtinui trigeſimus octauus, trigeſimus nonus, & quadrageſimus, pleni id genus rerū ad enarrandā, & illuſtrādā latinā linguā conducētiū. Poſt hos TREBATIVS, cuius in pādectis plurima mētio, hic TESTA appellatus eſt, Ciceronis, Iulii Cæſaris, & Auguſti familiariſſimus, ad quē ſæpiuſculè. idē Cicc. in vii. lib. epiſtolarū ſcribit, qui Tribunatus officiū ſibi à Cæſare oblatū ſpreuit. MASSVRIVS verò SABINVS, q prim⁹ publicè ſcripſit, de quo meminit Athenerius, & apud nos Perſius Saty. quinta, illo verſu, Excepto ſi qd Maſſuri rubrica vetauit. SALVII quoque IVLIANI digeſtorum nonaginta libri, de ambiguitatibus vnus, ad Minutiū ſex, ad Verſeium quatuor, floruit hic Adriani temporibus, & iudicāti fuit in conſilio magnę vir auctoritatis, bis Conſul, & præfectus Vrbi, quē amicū & virū clariſſimum appellabant diui fratres, vt refert à Iureconſulto in l. diui fratres. ff. de iure patron. Auus etiā Didii Iuliani, deinde principis, & Mediolanēſis fuit, vt ſcribit Spartianus. Refert etiā à ſcriptorib. alius eiuſdē nominis Didii auū culus, vir nobilis, & verè peritiſſimus, quē quidā cum ſuperiori confundūt. Aduocātur etiam NERĀTII PRISCI, regularum quindecim, membranarum ſeptem, reſponſionum tres, hunc ſibi putāt Traianus amicorū conſenſu ſucceſſorē deſtinaſſe, ſicut ei dixerit aliquādo, cōmendo tibi prouincias, ſi qd mihi fatale contigerit, vt apud Dionē & alios legimus, eundemque mox Adrianus habuit in conſilio. VOLVSIVS quoq; METIANVS Iuriſconſultus eſt habitus celeberrimus, quo multū eſt vſus Adrianus idē, quiq; docuit M. Antoniū Principē cognomēto Philoſophū, veniunt eodē igitur illius quoq; libri fideicōmiſſorū ſexdecim, publicorū quatuordecim. Sed Metiani nomen in Martianū depraua à librariis. Fuit. n. AELIVS MARTIANVS ipſe quoque iuris auctor, à Didio Iuliano principe occidi iuſſus, qui libros huc contulit inſtitutorum ſexdecim, regularum quinq;, de appellationibus duos, publicorum duos. Item ſingulares, quos Græci monoblib. his titulis, de delatorib. hypothecariæ, ad ſenatuſcō. Turpil. IVLIVS quoq; CELSVS Adriano fuit in cōſilio, q digeſtorū libros vnde quadraginta compoſuit. Sed & VALENS, q fideicōmiſſorum ſeptē, MARCELLVS quoq; qui digeſtorū ſcripſit vnum & triginta, reſponſorū vnū, ſex ad leges. Itē IABOLENVS, cuius acciti huc libri ſunt ex Caſſio quinq;, epiſtolarū quatuordecim, ad Plautiū quinq;, his duobus vſus eſt Antonius Pius. Claruit his temporibus etiam SERBIDIVS SCAEVOLA, cui Marcus Antonius philoſophus operam dedit, ac deinde factus Imperator multū illo vſus eſt, hic & Seuerū docuit, illū qui ſibi poſt Pertinacē magna virtute Imperium parauit. Docuit & Papinianū, de quo mox dicemus. Sed Sceuolæ huius libri deducūtur in Iuſtiniani pandectas digeſtorum quadraginta, quæſtionū viginti, reſponſorū ſex, regularū quatuor, de q̄ſtione familiæ vnus, q̄ſtionū publicę tractarum vnus. Huius auditor, vt diximus, PAPINIANVS libros

ad

Source : BIU Cujas

ad pandectas affert, quæſtionum trigintaſeptem, reſponſionū vnde vigīti, diffinitionū duos, de adulteriis vnū, ędilitiū vnū, hic habitus eſt omnium acutiſſimum, eumq; iuris aſilū vocat AElius Spartianus in Seuero, doctrinæq; legalis theſaurū, ſic vt ab illo ſtudioſi legum, q profeciſſent, appellati Papinianiſtæ qñq; fuerint, vt etiam teſtis eſt Iuſtinianus princeps ī præfatione digeſtorum, amicus & Seuero principi, ſed à condiſcipulatu neq; non affinis p ſecundā vxorem, ſucceſſor eidē quoq; in adminiſtratione fiſci. Deniq; moriēs Seuer⁹ filios ſuos nō alii magis q̄ Papiniano cōmendauit: erat aūt præfectus vrbi Papinianus, ac plus potēs in aula q̄ volebat. Itaq; deponere ſæpe nocitura potentiā fruſtra conatus. Tandē ab Antonio Caracalla, Seueri filio, militū gladiis obiect⁹, & ſecuri percuſſus eſt, q̄ excuſare parricidiū noluiſſet, eiusq; vera ætate Mariani Socini argētea Romæ reperta eſt à quodā ruſtico, in qua verba hæc legebant, Emilij Papiniani Iuriſconſulti, & Præfecti p̄torio quieſcūt hic oſſa, cui infœlix pater & mater ſacrū fecerūt, mortuo anno ſuæ ætatis 38. vel aliter, vt in antiqs marmorib. legit, Emilio Paulo Papiniano Præfecto p̄torio, Iuriſconſulto, q̄ vixit annis 36. diebus x. menſib. 3. Papinianus Hoſtilius, Eugenia Gracilis turbato ordine in ſenio, heu, parentes fecerunt filio optimo. Huius aſſeſſores in præfectura IVLIVS PAVLVS, ET DOMITIVS VLPIANVS, quos nōnulli greco vocabulo Coryphęos appellāt, quoniā quaſi verticē legitimæ diſciplinæ cum Papiniano tenuerūt. Ferunt & Vlpiani libri ad edictum tres, & octoginta, ad Sabinū verò vnus & qnquaginta, ad leges viginti, p tribunali decē, de officio procōſulis decē, regularū ſeptē, fideicōmiſſorū ſex, opinionum ſex, de adulteriis quinq;, de appellationibus quatuor, de officio conſulis tres, inſtitutionū duo, de cenſib. ſex, reſponſorū duo, tñ ſingulares hi regularum rurſus, de ſponſalib. de officio præfecti vrbi, de officio præfecti vigilū, de officio curatoris reipublicæ, de officio p̄toris tutelaris, de officio quæſtoris. Eloquentiſſimū etiā Iuſtiniano teſte, natus Phenices, q̄ vrbs Syriæ eſt, & nobilis appellat̄ à Iureconſ. in l. ij. ad finē. de excuſa. tutorū. & ſapientiſſimus ab Imperatore, in §. vlti. in auctenti. de æqualita. dot. Præfectus p̄torio Alexandri Antonij Caracallæ filii, vt teſtat̄ Alexandri lex, cuius eſt initium, ex diui Pii C. locati. vbi eū parentē ſuū appellat. Sed quāuis tā multa ſcripſerit Vlpianus, tñ PAVLVS multoplura edidit, eius. n. numerant̄ hi libri, ad edictum octoginta, quæſtionū vigintiſex, reſponſorū vigintitres, breuiū vigintitres, ad Plautiū duodeuiginti, ad Sabinū ſexdecim, ad leges decē, regularum ſeptē, ſnīarum vel factorum ſex, ſententiarū ī terū quinq;, ad Vitelliū quatuor, ad Neratiū quatuor, fideicōmiſſorū tres, decretorū tres, de adulteriis tres, manualium tres, Inſtitutorum duo, de officio proconſulis duo, ad legē Iuliā, vel (vt aliter lego) ad legē Eliā duo. Item ad legē eliaſentiā tres, de iure fiſci duo, regularum autē vnicus. Rurſus regularum ſecūdo, mox tertio, de pœnis paganorū, de pœnis militū, de pœnis omniū legum, de vſuris, de gradibus & affinibus, de iure codicillorum, de excuſatione tutelarum, ad regulā catonianā, ad ſen. cōſul. Orficianū. ad ſena. cōſul. Tertullianū, ad ſenat. conſul. Syllanianum, ad ſenatuſconſū. Velleianum, ad ſenatuſconſultū Libonianū, ſeu Claudianū, de officio præfecti vigilū, de officio præfecti vrbi, de officio prætoris tutelaris, de extraordinariis criminib. hypothecaria, ad municipalē, de publicis iudiciis, de inofficioſo teſtamento, de ſeptēuiralib. iudiciis, de iure ſingulari, de ſecundis tabulis, ad orationē diui Seueri, ad orationē diui Marci, ad legē Velleia. ad legem Cinciā, ad legē falcidiā, de tacito fideicōmiſſo, de portionib. quę liberis dānatorum conceduntur, de iuris & facti ignorantia, de adulteriis, de inſtructo & inſtrumento, de appellationib. de iure libellorū, de teſtamentis, de iure patronatus qđ ex lege Iulia & Papia venit, de actionib. de concurrentib. actionib. de interceſſionibus fœminarū, de donationibus inter virū & vxorē, de legibus, de legitimis hæreditatib. de libertatib. dandis; de ſenatuſconſultis. Hic Patauinus fuit, eiusq; ſtatua etiam hodie in patria videri poteſt. Fuere autē Paulus & Vlpianus præfecti ambo, ſed quidā factos ab Alexandro dicunt, quidā verò ab Heliogabalo, qui tñ Vlpianū remouit vt virum bonum. Cæterùm Alexāder vtrunq; magno in honore habuit: maximè autē Vlpianum, qui cōſiliarius ei quoq; fuit, & ſcrinii magiſter, nec vnq̄ ad eū ſolus quiſquā admiſſus eſt, niſi præfectus, atq; Vlpianus, tñ ſi quando alter adhibitus, ſemper tamē Vlpianus rogari iubebat̄. Proinde non immerito vertices legum appellati ſunt à Modeſtino in l. ſcire oportet. §. aliud autē. ff. de excuſatio. tut. & etiam iure optimo dicat Bal. in l. omnes populi. de iuſtitia & iure. Iureconſultos habuiſſe intellectum trāſcendentem, vt de ingenio adepto Ariſtotelis ſcribit Auerrois. PAVLVS autē ille, ad quē libros Vlpianus ſcribit, puto etiam ad quē Paulus & Pomponius, vir fuit inſignis & conſularis, ab Heliogabalo iuſſus occidi, cuius filius etiam FABIVS SABINVS Alexandro fuit gratiſſimus, & Ca. to ſui tēporis dictus eſt, illud dubium eſt, an hic filius, idē ſit Sabinus, qui conſularis, ac præfectus vrbi per tumultū fuſti pcuſſus in populo & occiſus, atq; ī publico derelictus fuerit, de illo quoque ambigit̄, vter ne de iure ſcripſerit, filius an pater. Scripſit verò iuris ciuilis tres, & Proculi ſingularē, ſed & epiſtolarū libros viii. POMPONII quoq; collati ſunt eodem, libri. I. ad quintū Mutium lectionum vnde quadraginta, ad Sabinū quinq; & triginta, epiſtolarum viginti, variarum lectionum quindecim, ad Plautiū ſeptē. Fideicōmiſſorū quinque, ſenatuſconſultorū q̄nq;, regularū vnus, enchiridii duo. CAIVM verò citat & Boetius in Ciceronis Topicon commētarijs, huius huc adhibiti ſunt ad edictum p̄uinciale libri duo & triginta, ad leges quindecim, ad edictum publicum quindecim, qui ſoli tamē reperti fuerunt, aureorum ſeptem, dodecadelti, hoc eſt duodecim tabularum ſex, inſtitutionum tres, de manumiſſionibus tres, fideicommiſſorū duo, de caſibus vnus, regularum vnus, dotalitiorum vnus, hypothecariæ vnus. Sumpſerunt hauſtus qui Tribunianum iuuerunt, ex VENVLEI quoq; ſtipulationum libris vndeuiginti, actionū decem, de offi. procon. quatuor, de pęnis paganorū vno, publicorū tribus, de interdictis ſex. Item ex MAVRITANI ad leges ſex. ex TERENTII CLEMENTIS ad leges viginti, ex APHRICANI quæſtionum nouem: ex FLORENTINI inſtitutorū duodecim: ex TERTVLLIANI de caſtrenſi peculio vno. ex IVSTI conſtitutionū viginti. ex TRIPHONIANI diſputationum libris vno & viginti. ex CALISTRATI de cognitionibus ſex, edictorū monitoriorum ſex, de iure fiſci quatuor, inſtitutorum tribus, quæſtionum tribus. ex MENANDRI militarium quatuor. ex MODESTINI reſponſorum vndeuiginti, pādectæ duodecim, regularum decem, differentiarum nouē, excuſationum ſex, de pœnis quatuor. Itē ex eiuſdem vnicū, de p̄ſcriptionibus, de inoffi. teſt. de manumiſſionibus, de legatis & fideicommiſſis, de teſtamentis, de eurematicis, de enucleatis caſibus, de dria dotis, de ritu nuptiarum. ex TARRVNTII paterni, militarium quatuor, ex MARCI militariū duobus, publicorū duobus, de officio pręſi. duobus, icoſton, ſeu verius icaſton duobus, de appellationibus duobus. ex ARCADII de teſtibus vno ex RVFINI regularum duodecim. ex ANTI, ſiue PVBLII FVRII ANTIANI edicti quinq; libris. ex MAXIMI ad legē Falci. ex HERMOGENIANI epithomarum. ſex libris. Hæc eſt deniq; tam iuris cōditorum, qui ſymbolam dederunt, q̄ librorū quoq; & titulorum, quibus noſtrę pandectæ ſe habent exactior nomenclatura: nā cęteri non intexuntur, ſed tantum citantur: q dam tamen in codicib. deprauatis, q̄uis omnino immunes munificibus tñ adnumerantur. Tituli prętерea nōnulli, ſicuti de excuſ. tut. penè integri grecè ſunt edicti, quos indoctus aliqs (vt apparet) in latinum tranſtulit. Poſt hos iurecōſultorū nomina monumentaq; deſiderātur p̄p barbarorum aduentum in Italiam, qui fana profanis miſcentes, totum Latiū igne ferroq; deuaſtarunt, vtq; Romanum nomen deleretur in perpetuū, librarias ēt bibliothecas diripuere: ppea ius noſtrum (vt alia liberalia ſtudia) iacuit per aliquod tp̄s, paulatimq; antiquę leges vetuſtate atque incuria abolуerunt, quarum & ſi iam nullius eſt vſus, notitia tñ neceſſaria videtur. Nouę autem leges a CONSTANTINO Cęſare cęperunt, & reliquis ſuccedentibus, erantq; permixtę, & in ſomatę. Poſtea verò THEODOSIVS minor Auguſtus, ad ſimilitudinem Gregoriani & Hermogeniani codicem factū conſtitutionum à Conſtantini temporibus ſub proprio cuiuſcunque Imperatoris titulo diſpoſuit, quē à ſuo nomine Theodoſianum vocauit. Demum ſucceſſit IVSTINIANVS Iuſtini filius adoptiuus, & nepos ex ſorore xvij. Cōſtantinopolitanus Imperator: hic (vt ſcribit Suidas) in primis orthodoxus, ideſt rectæ fidei, literarū verò omniū expers fuit, atq; etiā (qđ aiunt) Analphabetus, ideſt q̄ ne elemēta quidē literarū nouit, & tamen ſe tanquā legē quandam animatam à Deo miſſum hominib. teſtatur in §. vltimo. in auct. de conſul. is itaq; gloriæ cupidus, operā dedit, vt Iureconſultorum non reſponſa, ſed oracula in quinquaginta digeſtorū libros digerent̄, quib. Epigrāma hoc adſcripſit Gręcū.

Βίβλον Ιουστινιάνος ἀναξ τυχὴ σατο τὴν δὲ
Τὴν ῥα τριβωνίανος μεγάλω κάμε πανβασιλῆϊ
Οἷα τις ἡρακλῆι παναόλον ἀσπίδα τεύξας
Ἡὲ μαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα δεμίσσων
Ἀνθρωποι δ' ἀσίης τε δορύκτυτοί τε λιβύων
Εὐφώπης τε πίπτονται ὅλου σημάντορι κόσμου.

Quod in latinum ſic ſonat.

Iuſtinianus opus princeps hoc edidit, omnis
Quod Tribonianus Rectori condidit orbis,
Tanquàm aliquis varium componens aſpida magno
Alcipe, nempe hic ſplendent mira omnia legum.
Aſt Aſiæ, Europæq; homines, libyciąue ſubacti,
Omnis ſignifero mundi haud parere recuſant.

Codicem etiam edidit, nouellasq; cōſtitutiones, & inſtitutionū libros quatuor, vſus doctrina Theophili, Dorothei, & aliorum maximeq; TRIBONIANI, q̄ teſte Suida, natiōe Grecus, quālibet religionē contemſit, & maximè Chriſtianā, aſſentator, & fraudulētus extitit, perſuaſit Iuſtiniano, ne mortē timeret, q̄ppe q̄ in cœlū cū carne aſsūpturus eſſet. Queſtor fuit Iuſtiniani, ingenio doctrinaq; nemini ætatis ſuæ ſecundus, ſed auaritiam in tātū coluit, vt lucri gratia ius ſemp venale habuerit, legesq;, put amici res poſtulabant, & latas reuocauit, & nonas tulit. Fuit ſermone blādus & ſuauis, auaritiæq; morbum doctrinæ præſtantia fa-

Source : BIU Cujas

cile obumbrare potuisset. Persuasit itaque Iustiniano vt legum prolixitatem amputaret, & ob id multorum Iurisconsultorum nomen deletum est, edictumque nouum proposuit, ne quis nouas leges interpretaretur, quod etiam hodie legitur in l.j. §. nostram autem. C. de veter. iur. enucle. Huius exẽplo GRATIANVS Sancti Proculi monachus, patria Ethruscus, regnante Cõrano Sueno X. Romanorum Imperatore, decretorum volumẽ accuratissimè collegit, anno Domini Mcv. vt ipse innuit in c. appellatione interposita §. forma ij. quæ. vj. licet glosator ibi dicat cõpilatum anno Mcl. de quo latè Calde. in prooemio decretal. in iij. colum. Huius tamen opiniones non semper recipiuntur, & reprobantur in multis, vt latè retulit Dom. Fely. in c. ij col. 24. de rescrip. de auctoritate decreti etiam tractans, Bononiæ floruit. Post quem non multo tempore medio OBERTVS de Orto Mediolanensis magni nominis Iureconsultus feudales cõsuetudines disserit. Deinde PALEA Gratiani discipulus, quædam ad præceptoris monumenta addere studuit, hic etiã rubricas, immo potius summaria (vt ita dicam) ad eundem librũ cõposuit, præter primũ, quæ cõpilatori totius decreti adscribitur, vt etiam testis est Io. And. in sua ad Spec. paraphrasi, in titulo de disput. & allega. ad fin. & latè reassumit Io. de Imo. post Salyce. in rub. ff. de verb. oblig. in ij. & iij. colu. Primus autem, qui Iustiniani edictum cõtempserit, traditur HIRNERIVS, quem aliqui Guarnerium vocant, iste omnium primus leges ciuiles aperuit, glosasq; composuit, & propterea lucerna iuris appellatus est, sed falsò, cum ab eo legum tenebræ potius initium sumpserint, huius us. n. auctoritatem eo tempore maximam secuti alii, nobis vsq; ad trecenta librorum volumina relicta sunt. Sed tamen hoc potius Iustiniano adscribẽdũ est, qui cũ nullam sibi nominis comparandi viã videret ꝓpositã, ad alienas vigilias animũ cõuertit, qđ profecto dolendũ est, pulcherrimã illam, & tot librorũ admirabilẽ bibliothecã, quot à sanctissimis legũ cõditorib. scripti erant deperiisse, opera illius, qui ne elemẽta quidẽ nouerit. Putasti ne (te Iustinianum alloquor) posteritati succurrere, dũ perdidisti tot Illustrum scriptorum congestos labores, tot libros ꝓpe diuinos, & tãtam elegantiam doctrinamq;, quã quanti nunc emeremus exprimere nequeo. Existimasti fortassis plurimũ cõducere vtilitati studentiũ (vt in tua in pandectis præfatione asseueras) si qđ antea multitudine tractatuum tardius efficerẽt, coangustatis postea libris citius assequi possent? Sed non animaduertebas, ꝙ dũ ducẽ tenebris adtulisse te putas, luci tenebras iniecisti. Videamus. n. ineptos sẽpissime, variosq; intellectus, contrariasq; sñias, quotq; legẽtiũ articuli (vt ita dicã) tot penè interpretationũ volumina, quib. ẽt in dies magis, magisq; oneramur. Et ꝓpterea in tãta scribẽdi licẽtia, ne vnus inter tot operi in tẽtissimos desidiosus videar. Doliũ exẽplo Diogenis ego quoq; voluere instituti. Sed ad Hirnerium, vnde digressi sumus, redeamus, q Iustiniani etiã nouellas cõstitutiones in breuiariũ redegit, & post leges Imperatorum digessit, nõ tñ ꝓ hoc legis condẽdæ potestatẽ est assequutus, immo in multis reprehenditur, vt ẽt testis est Do. Alexã. in l. secunda. §. primo. in septima colum. ff. soluto matrimo. Deinde Bononiæ etiam claruerunt BVLGARVS, PILEVS, HVGO, patria Pisanus, regnante Federico XI. Romanorum Imperatore, qui cognomento Barbarossa dictus est, quorũ duo primi glosas in feudorum librum conscripserunt, licèt eorũ opus postea consumauerit IACOBVS Colũbi de Regio, cuius glosis hodie vtimur, eodem tẽpore extitit ROGERIVS Odofredi Beneuentani p̃ceptor, q primus paratitla conscripsit, id est rerum summas titulatim appositas, qđ à Iustiniano permissum fuerat, vt legit̃ in præallegata. l. j. §. vltimo. C. de vete. iur. enuclean. vbi mendosè in piratitia, ꝓ paratitla scriptum est. Hic in opere riualem habuit PLACENTINVM IOBOSIANVM Cremonensem, & Bosiani discipulum AZONEM Bononiensem, qui electionis vas, velut alter Paulus, & legũ fons à Baldo appellatus est, claruerunt regnãte Henrico Germanorũ Imperatore XII. anno Mcc. quo tẽpore ẽt nomen meruit MARTIANVS Bosianus Cremonensis, LOTARIVS, ET ODOFREDVS Beneuẽtanus. Per huius tẽporis curricula GREGORIVS IX. qui Tibaldus antea dicebat̃, decretales epistolas in quinq; libros digessit, vsus opera RAIMVNDI Barchion. viri doctissimi. His successit ACCVRSIVS Florẽtinus, qui quadragenarius cæpit Bononiæ huic sciẽtiæ operam dare, adeoq; profecit, vt Odofredũ p̃cellẽtẽ tunc doctorẽ lõgè superaret, fuit Azonis auditor, hic pãdectarũ volumina & Cæsarũ cõstitutiones interpretari ꝯ Iustiniani edictum veritus non est: & ipsemet dicit in præallegato §. vltimo, in verbo commentarios. Florebat anno Mccxxvij. Imperii Federici sexto, & ipse testis est in l. pen C. de accusa. quo anno Bononiæ codicem Iustiniani interpretatus est, licèt iam per annos septẽ ante scripsisset sup̃ auctẽticorũ libro, vt colligit̃ ex his, q̃ đt in auctẽtico vt p̃pon. nom. imper. circa prin. in verbo, indictionis, & cũ post Ciprianũ antiquũ enarratorẽ eẽnt Bononie duę tũc eius artis factiões, q Bulgarũ, & q Martinũ Gesiani sequerent̃, eos oĩs ipsius sciẽtiæ fama ad suã schołã cõuertit. Decessit anno vitæ 78. salutis MCCXXIX. sepultus Bononiæ apud ædem minorum, loco celebri. Post Accursium duabus olympiadibus mediis claruerunt IACOBVS BALDVINI, INNOCENTIVS quartus patria Genuensis, familia Flisca, qui Synebaldus antea vocabatur, Pontifex Romanus creatus, viuente etiam Federico XI. Hic maximam in iure pontificio authoritatem assecutus est, & fuit pater, & organum veritatis secundum Archidiaconum in c. pia. de exceptio. in sexto: vt refert dominus Felynus, vbi eum multum laudat in c. secũdo. columna vigesimaquinta. de rescriptis. & inter cætera doctrinæ suæ monumenta commentarios super decretali celeberrimos conscripsit, vita functus Neapoli, ibique requiescit in ædiui Laurentii. Huius exemplo & diligentia excitatus BERNARDVS Compostellanus eius familiaris & sacerdos anno MCCXLV librum in primo decretalium confecit. Post hunc indictione vna media legesnostras illustrauit ODOFREDVS alter a superiore, qui super. ff. & C. libros interpretationes publicauit. Hos subsequuti sunt HENRICVS Cardinalis Hostiensis, & eius discipulus GVILIELMVS Durandi. harum prior vir humani diuinique iuris peritissimus Alexandro Pontifice suadente scripsit super decretalibus, & summam etiam composuit. Alter verò, qui magister practicæ appellatur, prouincialis, & ordinis prædicatorum, iuris Speculum composuit anno MCCLXX. Non multo post vixerunt IACOBVS de Beluisio, qui inter cętera super authenticorum libro & feudis diligentissimè scripsit, licet fortè inferiori ætate rectius attribuere tur vnà cum IACOBO BVTRIGARIO, qui (si Bald. credimus consilio 140. cuius est initium, hæc quæstio fuit. in quarto libro, & consilio nono. quod incipit, ad euidentiam. in tertio. libro) Floruerunt anno MCCC. BARTHOLOMAEVS Brixiensis iuris canonici Doctor clarissimus, qui decreti glosas auxit, & digessit, hic VINCENTIVM audiuit, vt ipse refert in capit. iurauit. de probatio. qui Mediolanen. fuit ex antiqua Castelionum familia (vt quidam referunt) optimus canonista, vt Panormit. testatur in capit. si quis contra. in quinta. columna. de foro competenti. & in capitulo cum contingat. in secunda columna, de iureiur. GVIDO de Baisi Bononien. Archidiaconus, vt refert Bartolus in l. semper. §. quibusdam. ff. de iure immunitat. & GARSIAS Hispanus decretaliũ interpretes anno Mcclxxxv. Qua etiam tempestate, duobus tamen lustris medijs, BONIFACIVS octauus, patria Anagninus, qui Benedictus Gaietanus antea uocabatur, sextum decretalium librum publicauit suo iussu, a tribus doctissimis viris compilatum, & maximè opera RICARDI de Petronibus Senen. SS. Roma. Eccle. Cardinalis, & Vicecancellarii, cuius authoritas eo tempore fuit maxima. Quibus duabus olympiadibus intermedijs, successerunt IACOBVS de Rauani, hic (vt etiam testis est Cynus) ea quæ simplici sensu maiores nobis tradiderunt ad dialecticum arguendi modum deduxit. PETRVS de Bellapertica Aurelienſis Doctor consumatissimus, qui tam super pandectis, quàm super C. & institu. interpretationes edidit, composuit etiam centum disputationes, huius domus etiam hodie ostenditur in patria, ibiq; sepultus quiescit, & DINVS Mugelanus, qui cum Bonon. plures annos docuisset, vocatus a Bonifacio octauo componendo sexto decretaliũ libro, præcipuam impendit operam: deinde muneribus tantum quibusdam donatus, Bononiam rediẽs, mestus animo, ꝙ spe honoris maximi, ac Cardinalatus, qua venerat, frustratum se vidisset, in itinere subitum incidit in morbũ, quo perijt. Huic contemporanei fuerunt NICOLAVS de Neapoli magnus textualis, MARTINVS Silimani, IOAN. ANDREAS prę ceptor in legibus, IACOBVS de Arena Parmẽsis, cuius opiniones, vt etiã testatur Barto. semper de mente iuris veniũt, FRANCISCVS Accursij filius, qui paternis glosis aliquid addere studuit, & ALBERTVS Odofredi discipulus. Post hos claruit GVILIELMVS de Cuneo Gallus, RICARDVS Mălumbræ, Cremonen. ætatis suæ doctissimus, qui hæreticus iudicatus fuit, & hoc tempore Ioannes. xxij. qui Iacobus Cartucensis ante vocabat̃, Clemẽtis quinti constitutiones, quas ipse auctor in Vienẽsi cõcilio ediderat, iterũ publicauit anno 1314. His successit LABERTINVS de Ramponibus, BARTHOLOMAEVS Butrigarij. Tẽpora verò sua illustrauit IOANNES ANDREAE, patre Andrea presbytero, natus apud Mugelliũ agri Florentini oppidum, iuris scientia virtutibusq; aliis natalium pudorẽ contexit: nã domi apud patrẽ primò edoctus literarũ rudimenta, Bononiã admudũ adolescens venit, vbi ob paupertatẽ pedagogũ gessit, Scarpectã filiũ Mainardi Vbaldini erudiendo, cuius sanè fretus ope atq; amicitia, iuri põtificio ociosè vacauit, breuiq; effecit, vt in ea facultate facile princeps haberẽt̃ atq; in eodem loco annos prope 45. ꝓfiteretur, tanta alioquin vitæ abstinẽtia, vt per annos 20. pelle tectus vrsina citra lecti delitias noctibus cubitaret, & frequẽtibus ieiuniis suppliciisq; inuigilãs ętatis suę extitit consumatissimus. Proinde a Baldo iure optimo canonici iuris fons, & tuba appellat̃ in cõsi. 226. cuius est initiũ, reperitur in primo libro. Nouellas super decretali edidit celeberrimas, & in sextum librum iuuenis adhue commentarios composuit, quos postea retractauit, deinde Clementis constitutiones accuratè glosauit: cõscripsit etiam opus suum Mercuriale, & ad Speculum

Source : BIU Cujas

culũ paraphrasim eorum, quæ ad eius operis perfectionẽ deesse videbant. Senex vita functus est Bononiæ ex peste anno M.cccxlviii. sepultus in æde diui Dñici. Hac ẽt tẽpestate floruerũt CINVS Pistoriẽsis ex nobili Synibaldorũ familia, OLDRADVS Laudẽsis cõcistorialis aduocat⁹, ambo Dyni auditores, & Io. Andreæ familiarissimi, NICOLAVS Mutinensis nulli ex coetaneis inferior, IOANNES Monachi Cardinalis sexti libri glosator, IOANNES Calderini, Io. Andreæ p̃cipuus filius & discipulus, vir magnæ virtutis & sciẽtiæ, vt testat̃ Bal. consi. 226. cuius initiũ est, reperit̃ in primo lib. cuius vigiliæ in iure diuino extãt. Florebat etiã anno M.cccl. FEDERICVS Petrucius Senensis, RAINERIVS Floroliuiẽsis nomine, insignis Bartoli p̃ceptor IOANNES Fabri. Vltramõtanus Doctor magni ingenij, q̃ cõpositissima breuitate Codicis libros institutionesq; venustauit, & IAC. Butrigarii alius Bartoli p̃ceptor, SIMON de Bursiano Card. Mediolanẽsis, & PAVLVS de Eleazariis Io. Andreæ auditor decretorũ eximius, q̃ scripserũt sup̃ Clemẽ. Hi oẽs simul claruere vsq; ad annũ Mccclv. Raynerius vita functus est anno M.cccl viii. Post hos LVCAS de Pẽna Tholosanus, q̃ scripsit super tribus libris Codicis. LAPVS sancti Miniati Abbas, q̃ scripsit sup̃ sexto & clemẽtinis. IOANNES Palatẽsis de Senis Baldi p̃ceptor, & magnus textualis, à quo Bal. multa mutuatus est, ANDREAS de Isernia, quẽ iure optimo summũ feudistã appellat domi. Ias. in l. Gallus. §. ẽt si parẽte in 6. col. de libe. & posthu. hũc legimus interfectũ fuisse à quodã Barone Gallico; q̃a p̃ eũ sniam tulisset. & BARTOLVS Sextoferratensis, q̃ meritò magister & princeps academiæ lægalis nuncupat̃, huius auctoritas quãta sit, nemo est q̃ nesciat, audiuit Petrũ de Bellapertica, Cynũ, Rayneriũ, & Iacobũ Butrigarij, vita functus est anno M.cccl v. ætatis suę xlvi. de cuius studiis ipsemet dixit in l. quidã cum filium. ff. de verb. obliga. q̃ (si Roma. credimus in sing. Dccxxiiii. cuius est initium, quæro à te.) comedebat ad pondus, vt haberet ingeniũ pariter dispositum, & nunq̃ alteratũ, vt eius verbis vtar, eadẽ tempestate cũ Bartolo claruit FRANCISCVS Tigrini Pisanus, cuius vita, ac mors doctrinam eius maximè ornauerunt. NICOLAVS Alexãdrinus Bartoli gener, q̃ inter alia repetiit. §. si initiũ. in l. si quis ex Argẽtariis. ff. de edendo. licèt illa repetitio falsò Bartolo ascribat̃, vt etiam testat̃ And. Barb. post Ioã. de Platea in repetitio. rubri de fide instru. col. pen. & Alex. licèt non clarè exprimat, in l. iurisgen. §. quod ferè. ff. de pactis. & idẽ sentit, si rectè eius verba corrigantur, in d. §. si initiũ. in j. col. FRANCISCVS Albergotus Aretinus, Bartoli familiarissimus, ALBERICVS Rosatius Bergomensis, doctor magnæ practicæ, cuius scripta extant, SIGNOROLVS Homodeus Mediolanẽsis, quem laudabilis & egregiæ memoriæ virum vocat Bal. in c. clerici. circa medium. de iudiciis. & in consi. cclxiiij. cuius est initium, statuto cauetur. in j. col. in j. lib. & profundum famosumq; dicit Iaco. Alua. in c. j. in princip. in 5. col. quis dica. dux, vel march. commendat ẽt domi. Ias. in commentario. l. si is qui pro emptore. col. 26. de vsucapio. Bartoli nomen excepit BALDVS de Vbaldis Perusinus eius discipulus, qui vnà cum ANGELO, ET PETRO fratribus tempora sua illustrauit. Horum momenta extant laudatissima. Baldus præter ingenij monumenta, quæ de se prædicant, & Bartolo pares ferunt gressus. In vita etiam tantus fuit, vt facile omnes alios, iuuenis adhuc superauerit, ideo iure optimo præceptor meus Do. Iason (de quo etiam infra dicemus) sępissime admiratione quadam motus dicat, Baldum nihil vnquam ignorasse: hocque ego ausim etiam sub religionis iuramento affirmare, eum, qui Baldi scripta diligenter præ manibus habuerit quamlibet difficilem quæstionem facilem adiudicaturũ. Præceptor fuit Gregorii XI. ante eius pontificatum, obq; famam postea à Ioã. Galeacio Mediolani Duce & virtutum Comite Papiã ascitus, hic diẽ obiit, anno Domini M. ccc. quarto cal. Maij. Requiescit in Basilica diui Francisci hoc epitaphio honestatus.

Vita, labor, studium, diuini cultus amoris,
Artes maturæ, Regis fulgentia dicta,
Legales normæ, pactorum cælica iura,
Ornant Baldi animum, quem pandit dognate claro
Quisquis, nunc liquit mortalis pondera carnis,
Dulcia iam gustans auctoris pascua summi.
Clauditur hic Baldus Francisci tegmine fultus.
Doctorum princeps, Perusinaq; editus arce.

Eodem etiam anno Florentiæ decessit Ang. quem venerandum & excellẽ. fratrẽ suũ appellat Bal. cõsi. 264. cuius est initium, statuto, cauetur. ad finem, in j. lib. Petrus iuri diuino operam dedit & auxilium, eiusq; plurima mentio inter Bal. Ang. & aliorum ætatis suæ consilia. Eodem tempore claruerunt RICARDVS, ET BARTHOLOMEVS de Salyceto, cuius cõmentarii perutiles circunferuntur. BENEDICTVS de Plumbino, qui scripsit super aliquibus titulis. ff. noui, & fecit nonnullas repetitiones, quæ extant, & FRANCISCVS Baldi filius, cuius inter patris consilia plurima mentio. Non multo post in lucem venerũt IOAN. de Lignagno, quẽ canonũ, & legũ, & philosophiæ summũ & illustrẽ Capitaneũ appellat And. Sicul. in tracta. de præstan. Cardinal. in j. quæstio. primæ partis, in 8. col. hic bigamus fuit, & ideo in Cardinalem eligi non potuit, vt dixit Bal. in c. at si clerici. in pen. col. extra de iudiciis. & propterea sunt qui putent eũ potius superiorib. adnumerandum. LAPVS de Castello Florẽtinus, alter à superiore, cuius auctoritas est magna, fuit aduocatus consistorialis, vt etiã refert̃ à Ludo. Rom. in sing. xlj. conscripsit allegationes memoria dignas, & hunc quidã cum priori confunditur, & quidem imprudenter, vt colligi licet ex his, quæ ipse scripsit allegatione ci. cuius est initiũ, in ciuitate Florẽtiæ. Floruerunt etiã cũ istis IOANNES de Fãtucijs, GASPAR Calderini, PETRVS de Ancharano, qui audiuit Baldum, ANTONIVS de Butrio Ancharani discipulus, oẽs Bononienses: hic legatus est à Gregorio XII. ad Regẽ Franciæ p̃p̃ scisma Benedicti, eoque anno mortuus, optatum finem illius scismatis non vidit, vt dicunt Domi. & Domi. Felyn. in procemio Gregoria. ERANCISCVS Zabarella Patauinus, Cardinalis, ac præsul Florẽtinus, in cuius funere Poggius orauit, quãuis sint q̃ hunc putent floruisse superiori ætate circa annos Dom. M.ccclxx. audiuit Laurentiũ de Pinu, & Ioãnẽ de Lignano, vt ipse testis est in præfatione clem. & IOAN. PETRVS Ferrarius Papiensis, q̃ iudicialẽ practicã cõposuit vsq; ad annũ Mccccx. His successerunt CHRISTOPHORVS Castellioneus Mediolanen. subtilitatum princeps, & duo fulmina iuris RAPHAEL Comensis videlicet & FVLGOSIVS Placentini, qui castellionei p̃ceptoris scripta furto subtracta inter se diuiserunt, & Patauii publicauerunt anno Mcccxx. vt etiã innuit Do. Ias. in l. j. in iij. col. ff. de pactis. Deinde FRANCISCVS de Ramponib. Imolæ præceptor, PETRVS Mauro cenus Venetus Sacrosan. Rom. ec. Cardinalis, IOAN. Imolẽsis, qui vita functus est Mccccxxxvj. xij. calen. Martij. PAVLVS de Cast. Doctor aureus, qui Paduæ decessit, vbi profitebat̃ anno lvij. vt aliqui volunt. DOMINICVS de sancto Geminiano, & MATTHEVS Mathesilanus Bonon. ambo Antonii de Butrio auditores. Matth. scripsit super aliquib. libris digestorũ, maximè de appellationib. notabilia etiam quædã dicta collegit, composuit & aliquos tractatus, alii integra ediderunt commentaria. Ea dẽ ætas tulit LVDOVICVM Romanum, ingenio & memoria illustrem, quẽ tamen aliqui scribunt admodum ineptum extitisse. CHRISTOPHORVM Portium Raphaelis Comen. auditorem NICOLAVM de Tudischo Catanensem, Siculum Abbatẽ, & Archiepiscopum Panormitanum, ordine & claritudine laudatissimum. Florebat Senis anno Mccccxxx. IACOBVM Aluarotum feudistã PETRVM Mathesilanum, FLORIANVM de sancto Petro eius discipulum, & IOANNEM de Anania Bononiẽ. Archidiaconum diuini iuris interpretem eximium, & Theologũ eruditum, hic obiit anno Mccccl v. Hoc tẽpore floruerunt PETRVS Besutius Mediolanen. doctor insignis, ANGELVS de Periglis, IOANNES Petrutii, ANGELVS de Aretinis, IOANNES de Platea, IOAN. BAPTISTA Cacialupus, aduocatus consistorialis, ANTONIVS de Alexãdro, MARTINVS Laudensis, ET IACOBVS Puteus: hi interpretationes conscripserunt. Quib. succesit ALEXANDER de Imola, à quo (vt de Tibullo cecinit Ouid.) ceu fonte perenni, Vatũ Pieriis ora riganẽ aquis. Hic quasi canõ fuit posteriorib. legũ p̃cepta petentib. ab eo, velut à lege quadã, vt cũ iure optimo vnà cũ Bar. & Bal. aliis p̃ponam⁹, legit Bononiæ, Paduę, & Ferrarię. Florebat aũt anno Mcccclx. & Mcccclxx. audiuit Florianũ, & verè dicit Do Fely. in c. 2. col. 16. de rescri. q̃ est lucerna ardẽs cathedris iuris ciuil. MARIANVS quoque Socinus Senensis, quẽ celeberrimum Iureconsultum fuisse testat̃ Alex. cõsil. 4. cuius est initium, circa primum quæsitum. in vlti. col. j. libr. & Doctorem immortalẽ appellat Dom. Fely. in procemio Gregori. in 8. col. BARTHOLOMEVS Cepola Veronensis Alex. concurrens in gymnasio Patauino, q̃ obiit anno Mccccl xxvij. BENEDICTVS Capra, IOANNES Bertachinus Firmanus aduocatus cõsistorialis, qui ob copiã auctoritatũ laudẽ sibi cõparauit, LAVRENTIVS Calcaneus, BALDVS Bertolinus alter à superiore, itidem Perusinus iure consultissimus, & FRANCISCVS Aretinus, de quo id dici iure optimo potest, quod de Epicuro dicit Lucretius, verbis tamen paululum immutatis, hic genus humanum ingenio superauit, & omnes restrinxit stellas exortus, vt ethereus sol. Nam præter iura cæteras ẽt liberales artes est adeptus, & Princeps seculi sui habitus: huic enim legum anguli clarius patuere, vixit in celibatu, opibus tamẽ inhiãs, quas cumulatissimas cognatis demum coactus reliquit, cùm tñ maximè cuperet collegium fundare, eumq; celeberrimum Iureconsultum dicit Dom. Alexãd. in consilio quarto, cuius est initium, circa primum quæsitum. in vltima column. in primo libro. Eadem etiam tempestate Bononiæ claruit ANDREAS Siculus, quem vulgus Barbatiam appellat, audiuit Ioann. Imol. vt ipse testatur in repetione rubric. de fide instrumentorum, colum. trigesimaquarta, multa scripsit, q̃ tñ non sunt in cõi omniũ vsu, studio. n. impugnandi cões opiniones sępissime deliberauit, vt dicit dñs Felynus in c. cæterùm. col. viij. de rescrip. Hic riualẽ habuit BARTHOLOMEVM Mutinensem, quem postea audiuit Fely. eumq; mirificè commendat in c. ij. col. decimasexta, de rescriptis. Floruerunt nõ multo post PETRVS Philippus Cor-

Source : BIU Cujas

neus Perusinus, qui Florentiæ, Ferrariæ,& in patria annos ꝑpe quinquaginta professus decessit,ætatis tertium supra septuagesimum agens annum. BARTHOLOMEVS Socinus Senē.doctor celebratissimus Mariani filius,q Prati, Paduæ, & Bononiæ docens iam fessus viuendo,linguæ instrumento priuatus ꝑ triēnium,demum mortuus est anno in partu virginis M.D.vij. IOAN. MARIA Riminaldus Ferrariensis, FRANCISCVS de Curte,q vita functus est iij.Calen. Aug. Mccccxcv. LANCELLOTVS Dec.Mediola.vir integerrimus,Alex.discipulus,obijt Papię pridie nō. Februarij.M.D. Hi omnes in iure cesi. scriptitiarunt. In pontificio verò domi. FELINVS Sandeus Lucensis episcopus, & Rotæ Romanæ auditor, cuius scripta hodie post Abb.sicul.multum frequentanť,audiuit Aret.licēt scribendi genus diuersum à p̄ceptoris stilo affectauerit, Floruit Pisis,& IOAN. ANTONIVS de sancto Georgio Mediola.diui Ambrosij in vrbe nostra p̄positus,sanctissi.Alexādriæ Episcopus, & S.S. R.E.Cardinalis dignissimus,obiit Romæ vj.calen.Apri. M. D.ix. annum lxx.agens,cū ingēti totius Italiæ desiderio, & præsertim inclitę patriæ, cui se ciuē optimū p̄stiterat. Seculū verò nostrū, & Ticinēsem academiā exornant IASON Maynus, & PHILIPPVS Decius Mediolanēses,ambo insignes p̄ceptores mei, q leges & iura canonica s̄.alios maximè illustrarunt, & tāto maiores cæteris sunt,quāto Mediolanensis ciuitas alias excellit, vt de Virg.& Hesio.& Mātua,& Ascra scribunt historici, quorum laudē recensere in tāta omniū notitia superfluū duco, & præsertim cū singuli ꝑpriis vigiliis sint clarissimi. Ex quorū scholis vt etiā ex equo illo Troiano,multi consumatissimi doctissimiq; Iurecōsulti in lucē ꝑdierūt,& inter alios FRANCISCHINVS Curtius doctor clarissimus, PAVLVS Pichus, MATTHEVS Afflictus, ANTONIVS de Fano,q insignē tractatū de pignoribus cōposuit, IOAN. FRANCISCVS Balbus,q omnē materiā p̄scriptio. tractatu restrinxit. PVRPVRATVS, BRVNVS, ET ANDREAS Alciatus Mediolanensis omni parte consumatissimus, q Iureconsultos etiā ætate nostra latinè loqui posse demonstrauit,& qui iuris ciuilis scientiam cum studiis humanitatis optimè coniunxit. Aliiq; quamplures quos sigillatim non referam,eos quilibet pro voluntate poterit adnotare.

IVRISCONSVLTORVM VITAE PER BERNARDINVM RVTILIVM.

PAPIRIVS MAIOR.



Papirius,siue,vt tū loquebanť,Papisius inter Ro.iuris ꝑpitos principē locū obtinuit,licet,si iuris ipsos ꝓditores recēseas,Numa Pōpili⁹ ceteriq; Reges antea ciuitatē legib.instruxerint. Eū Pōponius mō Sex.mō P. Dionysius nūc C.nūc Maniū,vel (vt est in Greco Vaticano codice) Mam.ū Papiriū appellāt A Eque Pont.Max. ne, an Rex Sacrificulus fuerit,in incerto est.Nā Dionysius antiquitatū autor diligentissimus eūdē Papiriū alibi Pōt. alibi Regē Sacrificulū nominat.Etenim,cū electione Regū mutato statu ciuitatis,rerū diuinarū cura haberet,seu qa q̄dā publica sacra ꝑ ipsos Reges factitata erāt, necubi Regū desideriū esset,siue vt nomē Regū,q ꝑfuisse plurimum Reip.videbanť,in ꝑpetuū seruareť (nā vtrunq; tradit) iussi Pontifices atq; Augures ex seniorib.aptissimū vnū deligere,q nullius rei prætereq̄ diuini cultus potestatē haberet,ab omni alio ciuili bellicoq; munere liber,Regis Sacrificuli titulo,ita vt id sacerdotiū Pontifici subiiceret,ne additus nomini honos aliqd libertati,cuius tūc prima erat cura,officeret.Ii ergo Maniū Papiriū gēte iā tū patricia, virū honesto otio ac quieti deditū,primū regē sacrificiorū creauere.Is quocūq; p̄ nomine,quocunque sacerdotio p̄ditus (certe Papiriæ gētis fuisse cōstat,quāuis frustra apud Dionysiū Glareanus ambigat,& de immutāda lectione deliberet) ī primis peritus iuris,leges oēs regiās in vnū cōtulit.Nā cū antea Ancus Martius Rex Ro.leges sacras,à Numa latas, in desuetudinē iā abeūtes,reduxisset in ciuitatē,easq; ex cōmētariis Pōtificū exscriptas in foro tabulis quernis sculptas ꝓposuisset, eiectis inde Regib. Papirius hic sacras oēs ꝑphanasque leges à Regib. latas in vsum publicum deduxit,conscripto codice,quē postea ius Ciuile Papirianum appellarunt, nō q ibi q̄dquam de suo Papirius adiecerit,sed q leges uariis tēporib.latas,& sine ordine apud Pōtificū cōmētaria delitescentes in vnū corpus cōpositas inuulgauerit. Eæ paulopost, cùm duodecim Tabulæ ferrenť, tributa lege abrogatæ sunt.Vrbe inde à Gallis Senonib.capta atq; incēsa,simul cum cæteris ex illo incēdio cōquisitæ, & in vulgus editæ, nisi siquæ ad sacra pertinerent. Ille enim à Pontificibus, maximè vt religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressæ. Liber verò ipse Papirij vel ætate Pomponij Iureconsulti extabat.Vixit Papirius Tarquinio superbo regnante, & sub initia liberatis Ro. Quo fit, vt alium omnino hunc esse existimē ab illis,Papirio prætextato (quem quidam Cursoris filium faciunt,) & L. Papirio,qui pocillum mulsi,vel (vt Plinio placet) vini Ioui vouit (fuit enim id Cursoris votum) & Cn. Papirio cum dentibus nato,quamuis aliter Zasio contra temporum fidem atq; ordinem placuerit.Duæ etenim Papiriorum familiæ, patricia vna minorum gentium,altera plebeia Romæ fuerunt. Patricia varijs cognominibus clarissimos edidit viros,Mugilanos,Crassos, Cursores,Massones,in quibus Cursorem illum, quem Alexandro Magno bellicis atque Imperatorijs artibus anteponere Liuius non dubitat.Plebei minori gloria,nec sanè vtiles Reip.Carbones,Turdi,Pæti extiterunt.Vt Cicero quo quòd non satis diligenter fecerit, quòd primum patriciæ Papiriorum familiæ numerauerit.L.Papirium Mugilanum censorium.

Appius Claudius Decemuir.

E Claudiorū patricia gēte duo inter cōsultos iuris cēsenť,Appius, s.Claudius Decemuir,quem quidam Regillanum vocant,& is,qui Cæcus & erat & vocabatur. Ea familia Sabina origine fuit,ab eo propagata,qui Clausus apud suos dictus, cum ea gens bellum in Romanos moliretur, ipse pacis author a turbatoribus p̄ssus,nec factioni par,abs Regillo oppido, magna cliētum comitatus manu, Romā sexto ferè post axactos Reges annos transfugit. Huius ex filio Appio Consulari homine acri & plebi infesto nepos Appius hic iuris peritus, familiæ gloriam afflixit magis quàm honestauit.Patri tamen ad populum reo, ante iudicii diem seu morbo, seu sua manu extincto pietatē egregiè præstitit.Allato enim in forum cadauere,aditis Consulibus ac Tribunis postulauit,vt sibi de more laudare defunctum, patrem pro concione liceret. Vocato a Consulibus ad concionē populo,cum Tribuni collaudationem impedire conarētur, denunciarentque adolescenti, vt mortuum de medio tolleret atque auferret, plebs fraudari solemni honore supremum diem tanti viri noluit,& laudationem tam æquis auribus mortui audiuit,quàm viui accusationem audiuerat. & exequias frequens celebrauit.Extabant & alia variis temporibus in Rempub.collata ab Appio officia.Cæterum post aliquot annos, cùm propter intestinas discordias,quòd patres ferre plebiscita indignarētur, plebei se nimium præmi patrum decretis fremerent, placuisset populo Ro.leges a Græcis peti ciuitatibus,eæq; ꝑ legatos Ro allatæ essent,intēte instabant Tribuni plebis, vt tandem scribendarum legum initium fieret. Consules,vbi aliquandiu variis calumnijs rē inuisam patribus extraxere,tandem, vt in alios trāsferrent onus,comitia ante diē indicūt, succesśuros sibi ad legitimum tempus consules creant Appium Claudium. T.Genutiū. Ac,cum nihilo ęquiore animo diē solemnem in eūdis magistratibus plebes expectaret,Tribuni ad designatos, præcipue Appiū confugiunt,modo in concionibus,modo semotis orāt arbitris, vt plebi cōsulant,addunt spem precibus,honores atq; ingētes a plebe opes pollicēdo, donec peruincunt, ut legū cōscriptio representetur. Cęperat Appiū cupido extraordinarii magistratus, quo leges patriæ daret, futuras ciuilis cōcordiæ ac pacis iā pridē inter ordines labefactatæ perpetuum stabilimentū,pręclaro medius fidius consilio,si non mox, potestatis magnitudine nimiū delectatus,animum ad tyrānidem cōuertisset.Igitur,adducto in suam sententiam collega,uocatus sæpe in concionē a tribunis, aliqñ processit,multisq; uerbis humaniter disseruit, uehemēter placere sibi atq; item Collegæ ferri leges,quæ oēm æqui boniq; contentionē dirimerent,idq; se sīnīæ loco dicere, si potestatem inito magistratu habeāt, creaturos latores fore, qñ de legibus cōueniat,de latore nō esse diutius discrepādū,seu de patrū, seu de plebis corpore placeat.Quin agite(inquit)consules, comitia creādis latoribus legum indicite,me ac collega (vt pro eo ēt spō deam)nō modo non aduersantibus,quin ex patrū sīnīa eliganť, sed adiuturis etiā,gratiamq; insuper habituris singularē. Quod si propter designatos nos nouum alium inducere consulari potestate in Remp.magistratum ueremini, nihil impedimēto sūmus, sufficiēdis in locū nostrum honore cedimus, modo id senatus ꝓbet.Collaudāte Appij oīonē uniuersa concione, uictus studio plebis Sextius Consul solus, quando morbus collegam domi detinebat,Senatum uocat,de legibus ferēdis refert.Dictis compluribus in utranq; patrem sententiis,alij peregrinas respuebant leges,ac manendum patriis institutis censebant, alijs tolli discordiarum causas placebat.Vicit tandem Appij sententia,quā primus rogatus dixerat assentiente collega.Placet creari decēuiros sine prouocatione,qui confestim magistratum ineant,& ne quis eo anno alius magistratus esśet,utq; ij, ex patriis institutis, græcisq; legibus optima quæq; deligentes interpretātesq;,Reip. futura commodo iura conderent ac dirigerent. Ea ita rata sanctaq; futuris iudicibus & magistratibus fore, si Senatus probasset,iussisśetq; Populus. Admiscerentur ne plebei, controuersia aliquandiu fuit. Postremò concessum patribus, modo ne lex Acilia de Auentino aliæq; sacratæ leges abrogarentur.Perlecto

in

Source : BIU Cujas

in vulgus decreto, Tribuni, effusi in senatus atque Appii laudes, comitia indicunt. Ibi designati consules magistratu sese abdicāt. Ea adeo grata plebi moderatio fuit, vt legendus primoribus præcipua sit Appii collegæque ratio habita. Creatis primis octo additi nobilissimi collegæ. Ita post trecentesimum alterum conditæ vrbis annum nouus in Rempu. magistratus inductus. Eius totius regimen penes Appium erat fauore plebis, adeoque nouum ingenium induerat, vt plebicola repente omnisque auræ popularis captator euaderet pro truci seuoque insectatore plebis. Is cum decem Tabulas legū confecissent, exq; apud populū sancitæ essēt, vulgat rumor, authorib. (vt qdā ferūt) ipsis Decēuiris, duas deesse tabulas, quib. adiectis absolui posse velut corpus oīs Ro. iuris. Ea expectatio, cū dies comitiorū appropinquaret, desideriū Decēuiros iterū creandi fecit. In maxima summorū hominū cōtētione, Appius quoq;, cū diu dissimulassēt ad excitandū plebis studiū, dimissa iā in discrimē dignitate, ea ætate, his honorib. actis stimulatus, ī insequentē annū eandē, quā gerebat, potestatē petit, tāta ambitione, vt nescires, vtrū inter Decēuiros, an inter cādidatos numerares. ꝑprior interdū petēdo, q̄ gerēdo Magistratui erat, criminari optimares, extollere cādidorū leuissimū quemq; humiliūq;, ipe medius īter tribunitios Duellios Icilios q; in foro volitare, per illos se plebi vēditare, donec collegæ quoq;, q̄ vnice illi dediti fuerāt ad id tps, coniecere in eū oculos, mirantes, qd sibi vellet, apparere nihil synceri esse, ꝑfecto haud gratuitā in tāta superbia comitatē fore, nimiū in ordinē seipsum cogere, & vulgari cū priuatis, nō tā properātis abire magistratu, quā viā ad cōtinuādū magistratū quærentis esse. Propalā obuiā ire cupiditati parū ausi, obsecundādo mollire impetū aggrediūtur: comitiorū illi habēdorū, qā minimus natu sit, munus consensu iniungunt, ars ea hęc erat, ne semetipse creare posset. qđ ꝑter tribunos plebis, & id ipsum pessimo exēplo, nemo vnq̄ fecisset. Ille n. verò, qđ bene vertat, habiturū se comitia professus, impedimētū ꝑ occasione arripuit. Deiectisq; honore ꝑ coitionem duob. Quintiis, Capitolino, & Cincinnato, & patruo suo. C. Claudio cō stantissimo viro in optimatiū cā, & aliis eiusdē fastigij ciuibus, nequaq̄ splēdore vitæ pares, obstrictos sibi, Decemuiros creat, se in primis, qđ haud secus factū improbabant boni, quam nemo facere ausurū crediderat. Creati cū eo M. Cornelius Maluginēsis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Vibulan⁹, T. Antonius Merenda, M. Rabuleius. Additi, vt qdā auctores sunt, plebei tres Q. Petilius, Ceso Duillius, Sp. Oppius Cornicē, dicēte Appio, cū, vnus ille magistratus oīum authoritatē teneret, haud excludēdā honore plebē, & si ꝯ Senatus decreuisset. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit. Suo iā inde viuere ingenio cæpit, nouosq; collegas iā prius, quā inirēt magistratū, in suos mores formare. Quot die coibāt remotis arbitris, inde impotentib. instructi cōsiliis, q̄ secretò ab aliis coquebāt, iā haud dissimulādo superbiam, rari aditu, colloquētib. difficiles, ad idus maias rēperduxere, Idus tū Maiæ solēnes incundis magistratib. erāt. Inde in plebē, summo oīum consensu, fauentib. mobilib. adolescentib. maximè, seuitū est, auctæ secures, aucti fasces. Cūq; iā maior pars anni processisset, & duæ tabulæ priorib. decē adiectæ essent, nulla tñ, seu ꝑ ferendarū tabularū, seu magistratuū creandorum gīa mentio comitiorū fiebat. Iāq; res spectare ad Tirannidē videbat: & Idus Maiæ venerant, nullis subrogatis magistratib. Priuati ꝑ Decēuiris, neq; animis ad imperium inhibendū imminutis, neq; ad speciē honoris insignib. ꝓdeunt. Id verò regnū haud dubiè videri, deplorat in ꝓpetuū libertas. Externi ēt hostes, spē victoriæ in discordia Ro. collocātes, arma mouēt. Tādē, coacto belli gīa post lōgam intermissionē Senatu, cū Appius caput malorū oīum, & collegii l ōga atq; accurata oratione retulisset, ad extremūq; censuisse haberi ꝺlectū, copiasq; ad vrgēs bellū extēplo educi, ferūt L. Valeriū Politū prius, q̄ ordine snīæ rogarent, quasi in Appiū dicturū surrexisse. Tū Appius, qđ futurū erat, suspicatus, transeūtj, nō est, inqt, locus dicēdi tuus Valeri, vbi rogandis ordine sentētiis ventū ad te erit: post eos, q maiore ætate, maiore magistratu vsi sunt, dices. Cūq; ille nihilominus postularet, vt de Rep. liceret dicere, ꝓhibentib. minaciter Decē viris, ꝓditurū se ad plebē denuntians tumultū excitauit. M. deinde Oratius Barbatus atque alii qdā atroces liberasq; snīas dicunt, in Appiū pcipue inuecti. Donec ille, irritatū Senatū veritus, impetrato precib. silētio, neminē, inqt, vestrū P. C. fraudamus dicendi potestate, si dicturi ordine estis, sed ītēpestiuos hosce atq; importunos coercemus. Neq; est, quāobrē succenseatis. Erit Valerio, erit Oratio, ac deinceps aliis suus dicēdi locus, tñ ex veteri instituto ordine rogati, ad id, qđ in presentia refert, de bello dicāt. q̄ si seditionē vagando serāt, intelliges profecto. M. Orati nobis à populo Consularē Tribunitiamq; potestatē datas. Necdū magistratus tēpus excessit. Creati ad perscribendas leges sine certo die sumus, perlatis legibus magistratu abibimus, eiusq; rō exigenti dabit. Ante Consularē tribunitiāq; potestatē neque minuere, neque decedere de iure nostro ac maiestate in animo est. Dicite ꝑ honorum atque ætatis gradus de bello sententias, & qua potissimū rōne hostib. obsisti possit. Ac patuū primū appellans, dic, inqt, C. Claudi. Hic Claudius, q̄ sæpe Appio domū ventitans, exclusus per eius filios aditu, monere illū officii intra priuatos parietes nunq̄ potuerat, de belli primū causis, de uastitate vrbis ac solitudine differuit. Ad Appiū inde conuersus orationē habuit precib. quā iurgio similiorē. Orabat Appium ꝑ sui fratris parentisq; eius, manes, vt Ciuilis potius societatis, in qua natus esset, q̄ fœderis nefariè icti cum collegis meminisset. Multo id magis se illius cā orare, q̄ Reip. qppe Rēp. si à volētib. nequeat, ab inuitis ius expeturā. Sed ex magno certaminè magnas excitari fermè iras, earū euentū se horrere. Cū aliud, prętereq̄ de quo retulissēt, decēuiri dicere ꝓhiberēt, Claudiū interpellādi verecundia fuit, snīam igit peregit, nullum placere senatusconsultū fieri. Omnesq; ita accipiebāt, priuatos eos à Claudio iudicatos, multiq̄ ex consularib. verbo assentiti sunt. Aliæ inde à Consularib. dictæ snīæ, quorū L. Cornelius Maluginensis, M. Cornelij decēuiri frater, censuit, peracto demum bello, reddi ab Appio rōnē oportere, vtrū in annum decēuiros creasset comitiis suis, an donec leges, q̄ deerant, perferrent. Cæterùm, Valerio atq; Oratio Senatorib. vociferantib. anteq̄ de bello referret, liberari Rēp. oportere, aliaq; in eā snīam inuidiosissime differentib. Appius, iā ꝑpe efferatus, vt, ni violentiæ eorū pariresistaret audacia, victū imperium esset, erit melius, inqt, nisi de quo cōsulimus, vocē nō misisse, & ad Valeriū negantē se priuato reticere, lictorē accedere iussit. Iā Quiritiū fidē implorante Valerio à Curiæ limine, L. Cornelius complexus Appiū, nō (qđ simulabat) consulendo, diremit certamē: ibi tū inquit Appius. De bello Aequo ac Sabino vocati ī Senatū. P. C. oēs supremi atque infimi ordine rogati snīas dixistis. Tres ꝓnūciate sunt Claudii, Cornelii, Valerii. Plurimi Cornelio palā assensistis. Itaq; eius snīam vicisse pronuncio, eā mox scriptā audietis. Valerius, quiq; ei assentiunt, vbi consulatum gerent, diiudicatā rē, ac vobis omnibus ꝓbatā, si ita videbit, irritā faciēt, & ad disquisitionē reuocabunt. Scribā inde legere scriptā authoritatē iubet, qua delectum haberi, belliq; Imperiū penes Decēuiros esse iubebat. Ita, cū libertas nō vltra vocē excessisset, Decēuiri ꝓpositum tenuere. Dimisso Senatu, ac legionib. scriptis, inter se cōparant, quos ire ad bellū, quos pesse exercitib. oporteret. Principes erāt inter Decēuiros. Q. Fabius, & Appius Claudius. Bellū domi maius q̄ foris apparebat. Appii Violentiā aptiorē rati ad cōprimendos vrbanos motus. Itaq;, cæteris ad bellū exeuntib. Appius cū Sp. Oppio adiutore, æquo oīum Decēuirorū imperio, ad vrbē ac tyrannidē tuendam relinquit. Rei foris cū hostib. male gestæ, cædes Siccij clari militis iussu Decēuirorū addita, cū non desisterent Appius Sp. q̄ monere collegas arcanis nunciis, vt quæsitis causis, aduersæ factionis illustres clam, palā obscuros de medio tollerent. Arma interim, pecunię, cōmeatus, cæteraq; opportuna oīa ad exercitus summitti, publicis simul priuatisq; bonis impotenter ablatis, succēturiatisq; ex omni tribu atq; ætate, q̄ ferre mō arma posset, in cæsorū locū. Percōmoda vrbis loca occupati. Diligentissime animaduerti, neqd moliri factio Valerii atq; Oratii, q̄ domi creuerat, posset. Ac nihilo scelesta minus in vrbe q̄ in castris facinora edi. Post cædes Appium Claudium plebeiæ virginis stuprā dæ libido cœpit. Pater eius. L. Virginius honestū ordinē in Algido, vbi tū erat bellū, ducebat, vir exēpli recti domi militiæq;, ꝑinde vxor instituta fuerat, liberiq; instituebant. Despōderat filiā L. Icilio, viro acri, & ꝑ cā plebis expertæ virtutis. Hanc virginem adultā, forma excellentem cōspicatus in ludo literario Appius, amore ardens, cū vxorē ducere, alii desponsam, sibi marito, plebeiā patricio neq; liceret, neq; liberet, precio ac spe ꝑ internuncias ad nutricē fæmellas, cælato nomine, iactandis mō opib. pellicere adortus, postq̄ omnia pudore sæpta, & maiorē adhibitam puellæ custodiā animaduertit, ad crudelē superbāq; vim animū cōuertit. M. (alii. C. vocāt) Claudio clienti, modū edocto, negotiū dedit, vt virginē in seruitutē assereret, neq; cæderet ſm libertatē postulantib. vindicias, q̄ pater puellæ abesset, fore locū iniuriæ ratus. Virgini venienti in forū (ibi namq; in tabernis ludi literarum erant) minister Decēuiri libidinis, ingenti similium sui confidentium. ſ& ad omne paratorū facinus, comitatus globo, manū iniecit, serua sua natā seruamq; appellans, sequiq; se iubebat, cunctantē vi abstracturū. Alii iā ludū ingressam vi abreptā tradunt. Pauida puella stupēte, ad clamorē nutricis, fidem Quiritiū implorantis, fit cōcursus, Virginii patris, sponsiq; Icilii popularē nomē celebrat, notos gratia eorū, turbam indignitas rei virgini cōciliat. Iā à vi tuta erat, cū assertor nihil opus esse multitudine cōcitata ait, se iure grassari, nō vi. Vocat puellā in ius. Auctoribus, qui aderant, vt sequeretur, ad tribunal Appii, ius tum sine collega dicentis, conquirentisque pecuniā, peruentum est. Hic alii ferunt, cum iam abduceretur a Claudio Virginia, concursu alienæ turbæ exortum clamorem ac fremitum postulantium expectari propinquos virginis. Id cum decreuisset Appius, affuisse breui auunculum puellæ (auum hunc alij fuisse scribunt) Numitorium, frequenti amicorum necessariorumque stipatum manu, clarum ipsum inter plebeios, neq; multo post sponsum Icilio, magna & ipsum plebeiæ iuuētutis caterua cinctum. Hunc, vbi ad tribunal pene exanimatus venerit, elata voce iussisse, q̄s virginē ingenuam attrectare esset ausus, quibusque sibi is vellet, effari. Cæterū, vbi discrepat, nos Liuii seriē sequimur. Igitur,

Source : BIU Cujas

tur,silẽtio facto,ante propinquorũ aduentũ, notã iudici fabulã petitor,quippe apud ipsum auctorẽ argumẽti peragit, puellã domi suæ seruã natã, furtoq; inde in domũ Virginij translatũ, suppositã ei per vxorẽ esse,id se nouo indicio cõpertũ afferre, probaturumq; vel ipso Virginio iudice, ad quẽ maior pars iniuriæ eius pertineat,interim dñm sequi ancillã æquum esse. Vades daturũ se sistendæ quandocunq; virginis, seu repręsentari iudiciũ placeat,causam tũ dicturum. Addit preces plurimas,ne,ꝙ cliens Decemuiri,quòdq́ue humili loco sit, eo minus suum ius contra potentiores aduersarios teneat. Aduocati puellæ (aut secundũ priorem sententiam Numitorius) cùm Virginium Reipu.causa dixissent abesse,biduo affuturum, si nuntiatũ ei sit, iniquũ esse absentẽ de liberis dimicare,postulant,vt rem integram in patris aduentum differat, lege ab ipso lata vindicias det ſm libertatẽ, neu patiatur virginem adultam famæ prius,quã libertatis periculum adire. Appius decreto præfatus,quam libertati fauerit,eam ipsam legẽ declarare, quã Virginij amici postulationi suæ prætendant,cæterum ita in ea firmum libertati fore præsidiũ, si nec causis,nec personis variet:in his.n.q asserantur in libertatẽ, quia qui vis lege agere possit,id iuris esse,in ea,quæ in patris manu, sit neminẽ esse alium,cui dominus possessione cædat. Placere itaq; patrẽ accersiri,interea iuris sui iacturam assertorem non facere, quin ducat puellam,sistendamq́; in aduentum eus, qui pater dicatur,promittat,eius se rei,& vt ex æquo disceptetur, curam habiturum. Aduersus iniuriam decreti cũ multi magis fremerent, quæ quisquàm vnus recusare auderet, P. Numitorius, & sponsus Icilius interueniunt,dataq; inter turbam via,cum multitudo Icilij maximè interuẽtu resisti posse Appio crederet, lictor decrescere ait, vociferantẽq; Icilium summouet. Placidum quoq; ingenium tam atrox iniuria accendisset, ferro hinc tibi summouendus sum Appi,inquit,vt tacitum feras, quod cælari vis. Virginẽ ego hãc sum ducturus,nuptamq; pudicã habiturus, ꝓinde quoque,oẽs collegarum lictores cõuocans, expediri virgas & secures iube,non manebit extra domũ patris sponsa Icilij,non,si tribunitiũ auxilium, & prouocationem plebi Romanæ duas arces libertatis tuendæ ademistis,ideo in liberos quoq; nostros coniugesque regnum vestræ libidini datum est. Sæuite in tergum,& in ceruices nostras,pudicitia saltem in tuto sit. Huic si vis afferetur, ego præsentium Quiritium pro sponsa, Virginius militum pro vnica filia, omnes deorum hominumq́ue implorabimus fidẽ, neq; tu istud vnquã decretum sine cæde nostra referes. Postulo Appi,etiam atq; etiam consyderes,quo progrediare. Virginus viderit,de filia,vbi venerit,quid agat,hoc tantum sciat,sibi,si huius vindiciis cesserit,conditionem filiæ quærendam esse, me vindicantem sponsam in libertatem vita citius deseret,q̃ fides. Concitata multitudo erat, calũniator Claudius ad pedes Appij trepidus refugerat,certamenq; instare videbatur,lictores Icilium circunsteterãt, nec vltra minas tñ processum est. Appius primum, plebis rabiem veritus,consilij inops obstupuerat. Claudio deinde ad tribunal vocato,& cũ eo pauca summissim collocutus,indicto silentio,conuersus ad turbam,non Virginiam defendi ab Icilio,sed inquietũ hominem, & tribunatũ etiam nũc ſpirantẽ, locũ seditionis quærere, inqt,nõ ꝓbiturũ se illi eo die materiã, sed,vt iam sciret,non id petulantiæ suæ, sed Virginio absenti, & patrio nomini,& libertati datum,ius eo die se non dicturũ,neq; decretũ ĩterpositurũ,à Claudio petisse, vt decederet de iure suo, vindicariq; puellam in posterum diẽ pateretur, ꝙ nisi pater postero die affuisset,denunciare se Icilio similibusq; Icilij, neq; legi suæ latorem,neq; Decẽuiro constantiam defore, nec se vtiq; collegatũ lictores conuocaturum ad coercendos seditionis auctores,cõtentum se suis lictorib.fore. Longiorem dilationẽ postulantib.puellæ defensorib.nihil respondit. Cùm dilatum tempus iniuriæ esset,se fecisse sentq; aduocati puellę,placuit omniũ primum fratrem Icilij, filiumq́ue Numitorij in pigros iuuenes pergere inde recta ad portã,& quãtũ accelerari posset, Virginiũ acciri è castris,ĩ eo verti puellæ salutẽ,si postero die vindex iniuriæ ad tẽpus pſto esset. Iussi pergunt,citatisq; æquis nunciũ ad patrẽ pferũt. Cũ instaret assertor puellæ, vt vindicaret, sponsoreq; daret,atq; ad ipsum agi diceret Icilius,sedulo tempus terens, dũ ꝓriperẽt inter nũcij missi in castra, manus tollere vndiq; multitudo,& se quisq; paratũ ad spõdẽdũ Icilio ostẽdere. Atq; ille lachrymabũdus,gratũ est,inqt,crastina die vestra opera vtar, spõsorũ nũc satis est. Ita vindicat Virginia spõdẽtib. ꝓpinquis. Appius,vt alii tradũt,è vestigio,vt alij,paulisper moratus,ne eius rei cã sedisse videretur,postq̃,omissis reb.aliis præ cura vnius,nemo eũ adibat,sublata sella:domũ se tristis, atq; inflãmatus cupidine recipit. Ibi anceps rẽ aĩo volutat, quo pacto productã postridie virginẽ,si vadet,vi atq; armis adducat,maiori adhibita custodia, occupatisq; circa tribunal armatorũ cliẽtũ caterua locis,si fortè vi atq; manu resistat. Quod vt honestius,absente virginis patre, efficiat,ne is clã,recognita,sese è vallo ꝓripiat,collegis in castra scribit,ne Virginio cõmeatũ dẽt,atq; etiã in custodia habeãt. Et nequid ad intercipiẽdũ hoĩem deesset,ex vrbe emissi alij, ferẽtẽ ab exercitu,viã insidẽt. Improbũ cõsiliũ,serũ ac vanũ,vt debuit, fuit,& iã,cõmeatu sumpto,profectus Virginius deuiis itinerib. prima vigilia erat,cũ postero die mane (alij paulo post cadẽ nocte auctores sũt) de retinẽdo eo nequidq̃ literæ reddunt. At in vrbe prima luce,cũ ciuitas ĩ foro expectatione erecta staret. Virginius sordidatus filiã secũ absoleta veste,comitãtib. aliquot matronis,cũ ingẽti aduocatione in forũ adducit. Circũire ibi, & ꝓhensare hoĩes cœpit,& nõ orare solũ pcariã opẽ, sed pro debita petere,se ꝓ liberis corũ,ac cõiugib. quotidie ĩ acie stare, nec aliũ virũ esse,cuius strenue ac fortiter facta in bello plura memorari possent,qd ꝓdesse, si incolumi vrbe,q̃ capta vltima timeant, liberis suis sint patiẽda: hæc ꝓpe cõcionabũdus circũibat hoĩes similia his ab Icilio iactabant,comitatus muliebris plus tacito fletu q̃ vlla vox mouebat. Aduersus q̃ oĩa obstinato aĩo Appius indignatus euasisse insidias Virginiũ (tãta vis amentiæ verius q̃ amoris mẽtẽ turbauerat) ingenti stipatus manu,in tribunal ascẽdit,ac ꝓ propinquos ꝓduci puellã iussit. Ibi, vltro querẽte pauca petitore,ꝙ ius sibi pridiæ ꝓ ambitionẽ dictũ nõ esset, priusq̃ aut ille postulatũ perageret,aut Virginio respõdẽdi daret locus (etsi Dionysius lõgã aduocatorũ Virginiæ defensionẽ adscribit) Appius interfat. Quẽ decreto sermonẽ ptẽderit forsan aliquẽ verũ auctores antiq tradiderint,quia nusquã vllũ,in tãta fœditate decreti verisimilẽ inuenit Liuius,qđ cõstabat,nudum ꝓposuit, decresse vindicias ſm seruitutẽ,Dionysius Appiũ tradit, quasi abalienato ꝓ amorẽ atq; impotentiã sensu, neq; defensorũ puellæ orationẽ satis animaduertisse,neq; lachrymis Virginiæ fractum, miserationẽ astantiũ indignabũdũ excepisse,prorsus quasi,ĩ duriorẽ ipse amoris seruitutẽ tract⁹, maiore dignus oĩum hominũ misericordia videri debuisset. His percitũ,atq; ad insani morem extimulatũ,impudẽtissimè ea ꝓlocutũ, ꝓ q̃ fictã à se calũniã aduersus virginẽ detegeret. Impetrato.n.silẽtio, cũ forensis omnis turba,studio decreti tãdẽ audiẽdi: ad tribunal vndiq; concurrisset:ore huc illuc sępe obuerso,ac familiariũ, quib. forũ repleuerat,cateruas lustrãtẽ oculis dixisse, Ego Virgini, quiq; cũ eo adestis,haud nunc primũ hoc factũ audio: vt qđ iã diu ante initum etiã Decẽuiratũ ita cognouerim. Pater Claudij moriẽs hũc mihi puerũ in tutelã dedit, ꝙ iã tũ à maiorib. familiã nostrã coluerãt. Per tutelæ tẽpus manauit ad me de puella ista rumor:vt eã à serua Claudii acceptã Numitoria viro ſuppoſuerit, idq; diligẽtius exquirẽs:ita se habere cõperi. Cæterũ pstare duxi Claudio:vbi in suã tutelã pueniſſet integrũ relinquere vtrũ abducere ancillã an apud altores seu pcio seu gratis esse maller. Ego me interim ad Rẽp. cõuerti. Claudius fact⁹ pubes rẽ:vt fit,rõnẽq; familiarẽ recognoscẽs in iudiciũ,vt ego antea de ancilla venit. Aequũ igit postulat:cũ seruã suã in seruitutẽ asserit. Mallẽ equidẽ rẽ esse trãsactã:sed,q̃ in cõtrouersiã & iudiciũ venit, ego & testor, & iudico, Virginiã ad Claudiũ ptinere. Primò stupor oẽs admiratiõe rei tã atrocis defixit,silẽtiũ inde aliquãdiu tenuit. Dein cũ Claudius circunstãtib. matronis iret ad cõprehẽdẽdã virginẽ lamẽtabilisq; eũ mulierũ cõploratio excepisset, Virginius intẽtãs ĩ Appiũ manus: Icilio (inqt) Appi nõ tibi filiã despõdi,& ad nuptias nõ ad stuprũ educaui. Placet pecudũ ferarũq; ritu promiscuè in cõcubitus ruere: passuri ne hæc isti sint: nescio, nõ spero esse passuros illos q arma habẽt. Cũ repelleret assertor virginis à globo mulierũ circunstãtiũq; aduocatorũ silẽtiũ factũ ꝓ preconẽ. Decẽuir alienato ad libidinẽ aĩo negat hesterno tñ cõuicio Icilii, violẽtiaq; Virginii, cui⁹ testẽ Ro. Ropulũ habeat, sed certis quoque indicijs cõpertũ se haberet nocte tota cætus in vrbe factos esse ad mouẽdã seditionẽ: itaq; se haud insciũ eius dimicationis cũ armatis descẽdisse: nõ vt quẽquã q̃rũ violaret: sed vt turbantes ciuitatis otiũ ꝓ maiestate imperii coerceret, proinde quiesse erit melius (inqt) Lictor summoue turbã,& da viã dño ad prehẽdẽdũ mãcipiũ, vos, quib. nihil hic est negocii secedite. Cũ hæc in tonuisset plenus iræ, multitudo ipsa seſua spõte dimouit desertaq; ꝑda iniuriæ puella stabat. Tũ Virginius, vbi nihil vsq̃ auxilij vidit: quæso (inqt) Appi, primũ ignosce patrio dolori, si qd inclemẽtius in te sum ĩuectus. Deinde sinas hic corã virgine nutricẽ percũctari, qd hoc rei sit: vt si falso pater dictus sũ æquiore hĩc aĩo discedã. Data venia, seducit filiã ac nutricẽ ꝓpe cloacinã ad tabernas, quib. post nouis fuit nomẽ: atq; ibi ab Lanio cultro arrepto, hoc te vno quo possũ, ait, mõ filia in libertatẽ vindico pectus deinde puellæ trãfigit, respectãs, ꝙ ad tribunal: te (inqt) Appi, tuũq; caput sanguine hoc cõsecro. Clamore ad tã atrox facinus orto, excitus Appius inde coro motu verbisq; cõprehendi Virginiũ iubet. Ille ferro quacunq; ibat, viã facere: donec, multitudine ẽt prosequẽtiũ tuente, ad portã ꝓrexit. Icilius, Numitoriusq; exãgue corpus sublatũ ostẽtãt populo. Scelus Appii, puellæ in fœlicẽ formã, necessitatẽ patris deplorãt, sequẽtes clamitãt matronę, eã ne liberorũ ꝓcreãdorũ conditionẽ? ea pudicitiæ ꝓmia esse, cæteraq;, quæ in tali re muliebris dolor, quo est mestior imbecillo animo: eo miserabilia magis q̃rẽtib. subiicit. Virorũ, & maximè Icilij, vox tota tribunitiæ potestatis, ac ꝓuocationis ad populũ ereptæ, publicatumq́; indignationũ erat. Conciratur multitudo partim atrocitate sceleris, partim spe ꝓ occasionẽ repetẽdæ libertatis. Appius, vbi hæc, quo se iã ꝓripuerat, domi audiit, incẽsus ira, lictores aliquot mittit, ꝓ quos nũc vocari, nũc re tractãtẽ arripi & cadauere foro tolli, postremo, cũ locus adeũdi

apparitorib.

Source : BIU Cujas

apparitorib.nō daretur, ipſe, cum agmine patriciorū iuuenū,p turbam vadens,in vincla duci iubet, &, quam placare iram turbæ debuit,ſeuius agendo incendit. Iam circa Icilium non ſolū multitudo,ſed duces quoq; multitudinis erant L.Valerius,& M. Oratius,qui repulſo lictore, ſe iure agere, vindicare ſe a priuato Iciliū aiebāt,ſi vim afferre conaret,ibi quoq; ſe haud impares fore. Hinc atrox rixa oritur. Valeriū,Oratium q̄ lictor decemuiri inuadit,fraguntur a multitudine faſces. In concionem Appius ad vulcani ædem aſcendit,ſequuntur Oratius,Valeriusq;, aut, ſi Dionyſium ſequimur,alibi concionem habent, eos concio audit,Decemuiro illos accuſanti &, vt de rupe Tarpeia præcipitarentur,cenſenti,obſtrepitur. Iam pro imperio Valerius diſcedere a priuato lictores iubebat,cū fractis animis deſtitutus Appius, vitæ metuens,in domum ſe propinquā foro, inſcijs aduerſarijs, capite obuoluto recepit. Concitatis inde ea re militibus per atrociſſimas cōciones, in vtriſque caſtris a Virginio,Numitorio, Icilio habitas,occupatoque Auentino, & mox ſacro monte, ac viginti tribunis conſulari poteſtate creatis,miſſisque a ſenatu ad milites legatis ad cætera,de ſupplicio Decemuirorum agebatur. Sed perſuaſa plebs monitis legatorū ceſſit. Relatis ad patres plebis mandatis,alii Decemuiri,quandoquidem,præter ſpem ipſorum,ſupplicij ſui nulla mentio fieret, haud quidquam abnuere. Appius truci ingenio & inuidia pręcipua, odium in ſe aliorum ſuo in eos metiens odio,haud ignaro(inquit)imminet fortuna, video,donec arma aduerſarijs tradant, differri aduerſus nos certamen,dandus inuidiæ eſt ſanguis, nihil ne ego quidem moror, quo minus Decemuiratu abeam. Factum ſenatusconſultum, vt Decemuiri ſe primo quoq; tēpore magiſtratu abdicarent, Q.Furius Pont.Max.tribunos plebis crearet, & ne cui fraudi eſſet ſeceſſio militum tribunorum plebisq;. His ſenatus conſulto perfectis,dimiſſo ſenatu,Decemuiri prodeunt in concionem, abdicantq; ſe magiſtratu,ingenti omnium lætitia. Poſt modo,reuocata in vrbem plebe,creatis in decem tribunis Virginio, Icilio, ac Numitorio,fundata nouis legibus & poteſtate tribunitia & plebis libertate,tum tribuni, aggredi ſingulos tutum maturumque iam rati,accuſatorem primum Virginium, & Appium reum deligunt. Cùm diem Appio Virginius dixiſſet, & Appius, ſtipatus patricijs iuuenibus,in forum deſcendiſſet, redintegrata ex tēplo eſt omnibus memoria fędiſſimæ poteſtatis, cū ipſum ſatellitesque eius vi li ſent. Tum Virginius,oratio(inquit)rebus dubijs inuenta eſt,itaq; neq; ego accuſando apud vos eum, tempus terā, a cuius crudelitate vosmetipſi armis vindicaſtis,nec iſtum ad cętera ſcelera impudentiam in defendendo ſe adijcere patiar. Omnium igitur tibi Appi Claudi,quę impiè nefariè q; per biennium alia ſuper alia es auſus,gratiam facio,vnius tantum criminis niſi te vindices,ab libertate in ſeruitutem contra leges vindicias nō dediſſe,in vincula te duci iubeo. Nec in tribunicio auxilio Appius,nec in iudicio populi vllam ſpem habebat, attamen & tribunos appellauit,& nullo morante arreptus a viatore,prouoco, inquit. Audita vox vna vindex libertatis,ex eo miſſa ore,quo vindiciæ nuper ab libertate dictæ erant,ſilentium fecit. Et, dum pro ſe quiſq;,deos tandem eſſe,& non negligere humana, fremunt, & ſuperbiæ crudelitatique ſeras non tamen leues venire pœnas, prouocare,qui prouocationem ſuſtuliſſet, & implorare præſidium populi,qui omnia iura populi obtriſſet, rapiq; in vincula egentem iure libertatis,qui liberum corpus in ſeruitutem addixiſſet ipſius Appii,inter concionis murmur,fidem populi Rom. implorantis,vox audiebatur:maiorum merita in Rempu. domi militiæq; commemorabat,ſuum infœlix erga plebem Rom.ſtudium,coęquandarum legum cauſa,cum maxima offenſione patrum conſulatu abiſſet ſuas leges, quibus manentibus lator earum in vincula ducatur,cæterum ſua propria bona malaq;,cùm cauſæ dicendæ data facultas ſit,tum ſe experturum,in præſentia ſe,communi iure ciuitatis,ciuem Rom.die dicta poſtulare, vt dicere liceat,vt iudicium populi Rom.experiri. Non ita ſe inuidiā pertimuiſſe,vt nihil in æquitate & miſericordia ciuium ſuorum ſpei habeat, quòd ſi indicta cauſa in vincula ducatur, iterum ſe tribunos plebis appellare,& monere,neimitētur, quos oderint; quòd ſi tribuni eodem fędere obligatos ſe fateantur tollēdæ appellationis cauſa,in quod conſpiraſſe Decēuiros criminati ſunt, ait ſe prouocare ad populum,implorare leges de prouocatione & conſulares,& tribunicias,eo ipſo anno latas: quem enim prouocaturum,ſi ſibi indemnato indicta cauſa non liceat? cui plebeio & humili præſidium in legibus fore,ſi Ap.Claudio non ſit? ſe documēto futurum,vtrum nouis legibus dominatio, an libertas firmata ſit.& appellatio prouocatioq; aduerſus iniuriam magiſtratuum oſtentata tantum inanibus literis,an verè data ſit.Cōtra ea Virginius,vnum Ap.Claudium & legum expertem & ciuilis & humani fęderis eſſe aiebat, reſpicerent tribunal homines, caſtellum omnium ſcelerum, vbi Decemuir ille perpetuus, bonis,tergo,ſanguini ciuium infeſtus,virgas,ſecuresq; omnibus minitans,deorum,hominumq; contemptor, carnificibus, non lictoribus ſtipatus,iam ab rapinis & cędibus animo ad libidinem uerſo,virginem ingenuam in oculis Populi Ro.velut bello captam,a complexu patris abreptam, miniſtro cubiculi ſui clienti dono vindicijs dederit,vbi crudeli decreto, nefandisq; vindiciis dexteram patris in filiam armauerit,vbi tollentes corpus ſeminime virginis ſpōſum auumq; in carcerem duci iuſſerit, ſtupro interpellato magis,quàm cæde motus,& illi carcerem ędificatū eſſe,quod domicilium plebis Romanæ vocare ſir ſolitus. Proinde,vt ille iterum ac ſæpius prouocet,ſic ſe iterum ac ſępius iudicem illi ferre,vindicias ne ab libertate in ſeruitutem dederit, ſi ad iudicē non eat,pro damnato in vincula duci iubere. Vt haud quoquam improbante,ſic magno motu animorum, cum tanti viri ſupplicio ſua & plebi iam nimia libertas videretur, in carcerem,non acceptis vadibus,eſt coniectus, Tribunus ei diem prædixit. C.Claudius peroſus Decemuirorum ſcelera,& ante omnis fratris filij ſuperbiæ infeſtus,Regillum antiquam in patriā ſe contulerat. Is magno iam natu,cùm ad pericula eius deprecanda reſſet,cuius vitia fugerat,ſordidatus cum gentilibus clientibusq; in foro prehenſabat ſingulos,orabatque,ne Claudię genti eā inuſtam maculam vellēt, vt carcere & vinculis viderentur digni, virum honoratiſſimæ imaginis futurum ad poſteros,legumlatorem,conditoremq; Romani iuris,iacere vinctum inter fures nocturnos,ac latrones, auerterent abira parumper ad cognitionē cogitationemq; animos,& potius vnum tot Claudijs deprecantibus condonarent,quàm propter vnius odium multorum preces aſpernarentur:ſe quoq; id generi,ac nomini dare, nec cū eo in gratiam rediſſe,cuius aduerſæ fortunæ velit ſuccurſum, virtute libertatem recupetatam eſſe, clemētia concordiam ordinum ſtabiliri poſſe. Erant, quos moueret ſua magis pietate, quā eius, pro quo agebat,cauſa. Sed Virginius, ſui potius vt miſererentur, orabat,filięq;,nec gentis Claudiæ regnum in plebem ſortitæ,ſed neceſſariorum Virginij,& trium tribunorum preces audirent,q ad auxilium plebis creati,ipſi plebis fidem,atq; auxilium implorarent. Iuſtiores hę lachrymæ videbantur. Itaq;,ſpe inciſa,priusq; prædicta dies adeſſet,Appius ſibi manu laqueove mortem conſciuit. Alijs placet:cum Tribunorum iuſſu extinctus eſſet, volūtariam vim ad declinandam inuidiam tribunos inuulgaſſe. Arrepto inde in carcerem, & eodem fato functo collega Appij Oppio,bona vtriuſq; a Tribunis publicata ſunt, Cæteri Decemuiri, confiſcatis bonis,exilij cauſa ſolum verterunt,& M.Claudius aſſertor Virginiæ die dicta damnatus,ipſo remittente Virginio vltimam pęnam,dimiſſus,Tibur exulatū abiit,manesq; Virginiæ, mortuæ quàm viuæ fœliciores,per tot domos ad petendas pœnas uagati,nullo relicto ſonte,tandem quieuerunt,ac Reſp. poſt duorum triumve annorum Tyrannidem ſuum ſtatum recepit. Reliquit Appius Decemuir inter liberos filium Appiū, qui poſt aliquot annos præfectus vrbis fuit, & eodem prēnomine nepotē,cognomento Craſſum,vel patrem,vel auum Cæci, cuius uita ſubditur,ita,ut è malo patre haud pœnitēdi patriæ prouenerint, omnes tamen penè hæreditario odio plebi atrociter infeſti. Ab hoc Decemuiro librum de uſurpationibus, qui ad ſua tempora non peruenerit,ſcriptum dici auctor eſt Pomponius,ſi tamen ſatis integer eſt ille locus.

¶ Appius Claudius Cęcus.

EX eadem gente Appius Claudius,Craſſus,Cæcus,centū circiter triginta poſt Decemuirū annis floruit, eius pronepos, aut(parum enim conſtat) abnepos. Celebris maxime eius cenſura fuit L.Papirio.Curſore V.C.Iunio Bubulco.I.Coſſ. Collega ei datus.C.Plaucius,in alijs L.Claudiū,apud alios C.Fabiū,q ob ingſitas aquę uenas Venox cognominatus ſit,inuenio. Tanta codicum uarietas deprauatis proprijs nominibus implicat. Nam, qđ illis temporibus cenſura ſeſquiannalis erat,quibus etiam conſulibus quidq; geſſerit,inter auctores uariatur. Plures illis conſulibus,alii ſequentibus aquam Appiam inductam ab eo ferunt. Verum(quocunque anno geſta res ſit) cùm per annos quadringentos quadraginta amplius Tiberinis aquis aut puteorū ac fontiū contentus Populus Rom.fuiſſet,primus Appius,ut populo gratam rem faceret,Appiam a ſe dictam aquam in urbem inuexit. Collegam alii obſecutum Appio,alii nullam partem operis tractaſſe,quidam uenas tantum adinueniſſe,priuſquam ſe magiſtratu abdicaret,auctores ſunt,attamen nomen Appii gloriæ manſiſſe. Ea aqua decem milibus amplius,aut(ut quidam)ſex,aut octo, procul urbe petita. Quod opus magno ſumptu conſtitit, ac ſine auctoritate Senatus,inuita nobilitate,ab Appio actum. Aquædu ctus formam,a Frontino traditam,tranſcribere nō libuit. Viam inde Appiam,unde & portę nomen, quę aliter Capena, Roma Capuam uſque centum triginta quinq; millibus paſſuū amplius muniit,eiusq; partem plurimam,lucis,qui emineret, exciſis,uallibus cauisq; per opportuna explementa complanatis, ſolido lapide ac ſilicibus longe conuectis,quadratisq;,ac leuigatis: atque inter ſe apte ac quaſi ad naturalem ſpeciem coagmentatis conſtrauit. In quo prouentus omnes publicos inſumpſit, æternum ſui ea publici commodi curatione monimentum relicturus. Siquidem ea deinde uia Brunduſium uſq; ſtrata, itinere in Gręciā atque orientem maxime frequentata eſt. Neq; tamen ab Appio ultra Capuam,ut Diodorus Siculus libro uigeſimo,quem nos latinum

Source : BIU Cujas

tinum fecimus,& Frontinus tradũt. Neq; Strabo auctorem eius monumenti Brundusium vsq; facit Appium.in quo ridicula est Zasij interpretatio,parum interesse existimantis,vtrocunq; vsq; stratam dicamus,propter minimam locorum distantiam:cũ lõgius absit Capua Brundusium,quàm a Roma Capua. Quod tamẽ negamus Strabonem scribere:tradit aperte auctor eius opusculi,quod extat de viris illustribus, parum : vt mihi quidem videtur,certa in multis historiæ fide.Latitudo viæ certior, ita nanque patuit:vt plaustra duo sibi occurrentia laxe; peruadant. Durant in hodiernum ferendo oneri pares viæ reliquię,adeo in tantis opibus nemo postea æquare eius monumenti vel firmitudinem v el speciem potuit.Appius:ne non,quacunq; in re posset, nobilitati insultaret, in legendo etiam Senatu plebeios quoque libertosque,vel vt tradit Suetonius, ingenuos libertinos ex manumissis ortos multos immiscuit,nobilib honestisq; ciuibus, quorum is quasi solennis erat honos:pręteritis ad hęc infamem nullum senatu mouit,quod facere censores solebant.Cuius inui dię verecundia victus collega magistratu sese abdicauit.Appius inde antiquitus insitam pertinaciam familię gerendo solus censuram obtinuit.Et eo autore,corrupta precio quinquaginta mil lium grauis ęris Poticia gens, cuius ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium:iam inde ab Euandro dono Herculis ipsius multis ante vrbem conditam annis fuerat,seruos publicos, ministerii delegandi causa,solẽnia eius sacri docuerat. Traditur inde dictu mirabile,& quod dimouendis statu suo sacris religionem afferre facile possit, cum duodecim familiæ ea tempestate Poticiorum essent,puberes ad triginta,omnes intra annum trigesimumq; adeo intra diem : cum stirpe extinctos, nec nomen tantum Poticiorum interiisse:sed censorem etiam Appium memori Deum ira post aliquot annos luminibus captum.Quidam eum expleto magistratu:vt Senatus inuidiam declinaret, cęcitatem simulasse,ac se domi continuisse,Auctores sunt : quibus tamen in re Rom.haud plusquam latinis habeas fidei. Sed in secuti Coss.initio anni,quęsti apud populum,deformatum ordinem praua lectione Senatus, qua potiores aliquot lectis pręteriti essent,negauerunt eam lectionem se,quæ sine recti prauiq; discrimine ad gratiam ac libidinẽ facta esset, obseruaturos,& Senatũ ex templo citauerunt eo ordine, qui ante censores Appiũ Claudium & C.Plautium fuerat.Verum Appius,posteaquam eam lectionem nemo ratam habuit,nec in curia adeptus erat, quas petiuerat,opes vrbanas humilibus per omnes tribus diuisis, forum & campum corrupit,Potestatemque omnibus,in qua quisq; tribu poni &,vbi cẽseri vellet,effecit.Ea forensis factio quinto post anno C.Flauium Gn.Filium scribam Aedilem curulẽ dixit Quę comitia tantum in dignitatis habuerunt;vt pleriq; nobilium anulos aureos deponerent & phaleras. Apud quosdam creatum Aedilem ab Appio censore Flauium inuenio,eumq; Appij scribam fuisse,& hortatu eius fastos dies excepisse, consultando astu duè sagaci ingenio,promulgasseq;.Alij,cum Ap.ipse composuisset,& ad formam redegisset legitimas actiones , subripuisse Flauiũ Appio librum ac populo tradidisse ferunt,ac,licet de suo nihil adiecisset,sed Ap.labore compositę conscriptęq; actiones essent:Ius tamen Flauianum esse appellatum,fuisse ꝙ eius rei gratia non modo Aedilem,sed & Senatorem & tribunum ac prętorem etiam factum.Sed nos Liuium pręcipue sequimur. His igitur rebus conflatam sibi apud clarissimos viros inuidiam sentiẽs Appius,cauit,ne quem aliorũ ciuium offenderet, propugnaculum sibi aduersus odia nobilium in vulgarium beneuolẽtia collocans. Recensendis.n.equitibus nemini equum ademit. Tibicines tantum prohibuit in æde Iouis vesci,quod traditum antiquitus erat.Illi ægre passi Tybur vno agmine abierunt, vixq; ꝓ somnum in plaustris reuecti,restituto iure,auctaque licentia, retenti sunt. Illud minime ambigitur, secundo censuræ anno,cum per multi iam anni essent,ex quo inter patricios magistratus tribunosq; nulla certamina fuerant,ex ea familia,quæ velut fatalis cũ tribunis ac plebe erat,certamen ortum,cum.n.decem iã & octo legitimis censuræ mensibus exactis,nulla vi Appius ad deponẽdum eum magistratum compelli posset,P.Sempronius Sophus, qui tum tribunatum gerebat,longa habita oratione,minime parentem Appium præhendi & in vincula duci iussit.Approbanti bus sex tribunis actionem, collegæ tres appellãti Appio auxilio fuerunt,summaq; inuidia omnium ordinum solus censurã quinquẽnio(quod initio spatium eius honoris fuerat) gessit Neque prius dimoueri honore potuit , quam Cõsul cum L. Volumnio est factus,interpellatis tamen comitiis per L.Furium Tribunum plebis,donec se censura abdicaret. Creatus Consul,ne imperiũ Fabio prioris anni Consuli in suum annum a senatu prorogaretur,omni studio incassum annisus est.Et,cum collegæ nouũ bellum Salentini hostes decernerentur, quando belli decus penes alios esset,Romæ administrandis rebus vrbanis mansit.Nec qdquam eo magistratu memoria dignum ab eo gestũ tradit. Quin Piso in digerendis annalibus, hos Coss. & insequentes numero exemit,memoriæ ne lapsu,an ꝓ fallos putarit,incertum.Cęterũ Sexto post anno, susceptа a Tribunis communicãdorũ plebeis hominibus sacerdotiorum,quæ ad eam diem propria nobilium manserant,actione,præter cęteros certatum suadenda dissuadẽ daq; lege inter Ap.Clau.maximè ferunt,& inter P. Decium Murem.ad extremũ Decius obtinuit,vt Plebs quoq; in partem sacer dotiorum admitteretur,sicut antea consulatus, Censuræ, dictaturę ius impetratum fuerat.tametsi is,qui vitas illustrium virorũ conscripsit,falsò tradat,eam contentionem de Cõsulatu fuisse, per multos.n.ante Appium Cęcum annos ea disceptatio extiterat.Proximo anno Appius comitiorum gratia interregnum gessit,a quo tamen non habita comitia indicare videtur Liuius,sed a Sulpitio,qui successit in interregnum. Cæterum grauis auctor Cicero in Bruto ait,interrege Appio Cęco, diserto homine,comitia contra leges habente,cum de plebe cõsulem non accipiebat, Marcum Curiũ tribunum ple.patres ante auctores fieri coegisse,quod fuerit permagnum nondum lege Męnia lata. Triennio post,cum Consulum comitijs summo studio Q.Fabius a cũctis centurijs crearetur,Appius consularis candidatus,vir acer & ambitiosus,non sui magis honoris causa,quàm vt patricij recuperarent duo consularia loca,cùm suis tum totius nobilitatis viribus incubuit,vt se cùm Q.Fabio Consulem dicerent.Cum ille recusasset Cõsulatum,L.Volumnius de plebe cum Appio Claudio Consul est factus,priore item consulatu inter se comparati. Nobilitas inde obiectare Fabio, fugisse eum ne Appium Collegam haberet eloquentia ciuilibusq; artibus haud dubiè prætantem.Eo anno Resp.in Samnio egregie gesta,multæ vrbes captæ, multa millia hominum ęsa captaq;.Cæterùm, quia,cuius auspicijs id bellum gestum sit,ac maior pars scriptorum ad consules vtrosq; trahit,non est visùm Appio ascribere,cũ præsertim certis ipse rebus clarus illustrisq; abunde sit.Eodẽ namq; anno concitato in Etruria quatuor maximorum per Italiam ea tempestãte populorum,Samnitium,Etruscorũ , Gallorum , Vmbrorũq; bello, Ap.Claudium primo quoq; tempore in Etruriam ire placuit,duæ Romanæ legiones secutę prima & quarta,& sociorum duodecim millia,castra haud procul ab hoste posita. Cæterùm magis eo profectum est,quod mature ventum erat, vt quosdam spectantes iam arma Etruriæ populos metus Romani nominis comprimeret,quam quod ductu Cos.quidquã ibi satis scite aut fortunate gestum sit.Multa pręlia locis & temporib. iniquis cõmissa,spesq; in dies grauiorem hostẽ faciebat,& iam prope erat, vt nec duci milites,nec militibus dux satis fideret.Literas ad collegam accersendum ex Samnio,missas in trinis annalibus inuẽtum est:piget tamen incertum ponere , cum ea ipsa inter Coss. populi Rom.simul iam iterum eodem honore fugentes discrepatio fuerit,Appio abnuente missas,Volumnio affirmante Appij se literis accitum.Iam Volumnius in Samnio tria castella ceperat,in quibus ad tria millia hostium cęsa erant,dimidium ferè eius captum. Et Lucanorum seditiones, a plebeis & egentibus ducibus ortas,summa optimatium voluntate per Q. Fabium ꝓconsulem,missum eo cum veteri exercitu,compressérat. Decio populandos hostium agros relinquit,ipse cũ suis copijs in Etruriam ad collegam pergit.Quem aduenientem lęti omnes accepere. Appium ex conscientia sua credo animum habuisse haud immerito iratum,si nihil scripserat,illiberali,& ingrato animo, si egerat ope,dissimulantem. Vix enim salute mutua reddita, cùm obuiam egressus esset,satin salue,inquit,Luci Volumni ? vt sese in Samnio res habẽt?quæ causa,vt prouincia tua excederes, induxit?Volunnius in Samnio res prosperas esse ait: literis eius accitum venisse,quæ si falsæ fuerint,nec vsus sui sit in Etruriam, extemplo conuersis signis abiturum.Tu verò abeas(inquit) neq; te quisquam moratur.Etenim minimè consentaneum est, cum bello tuo forsitan vix sufficias,huc te ad opem ferendã aliis gloriari venisse.Bene Hercules verteret,diceret Volumnius , malle frustra operam insumptam , quam quidquam incidisse,cur non satis esset Hetruriæ vnus consularis exercitus. Digrediẽtem iam Cos.legati tribuniq; ex Appiano exercitu circunsistunt,pars imperatorem suum orare,ne collegę auxilium,quod accipiendum vltro fuerit,sua sponte oblatum sperneretur,plures abeunti Volumnio obsistere,atq; obtestari, ne prauo cum collega certamine Remp.perdat.Si qua clades incidisset, desertori magis quàm deserto noxiæ fore,eo rem adductam , vt omnis rei bene,aut secus gestæ in Hetruria,decus dedecusq; ad L. Volumnium sit delegandum,neminem quęsiturum,quę verba Appij,sed quę fortuna exercitus fuerit,dimitti ab Appio eũ:sed a Rep. & ab exercitu retineri,experiretur modo voluntatem militum. Hęc monendo obtestandoq; prope restitantes Coss. in concionem pertraxerunt.Ibi orationes longiores habitæ in eandem fermè sententiam , in quam inter paucos certatum verbis fuerat . Et, cum Volumnius,causa superior,ne infacundus quidem aduersus eximiam eloquentiam collegę visus esset,cauillansque Appius sibi acceptum referri diceret debere,quod ex muto , atq; elingui facundum etiam Cos.haberent,priore consulatu,primis vtiq; mẽsibus,hiscere eum nequisse,nunc iam populares orationes serere,quam mallem(inquit Volumnius) tu a me strenuè facere,quã ego abs te scire loqui didicissem.Postremo conditionem ferre, quæ decretura sit,non,orator (neq; enim id desyderare Remp.) sed imperator vter sit melior,Hetruriam, & Samniũ prouincias esse,

Source : BIU Cujas

esse,vtrã mallet, eligeret,suo exercitu se vel ī Hetruria,vel in Sānio rem gesturum. Tum militum clamor ortus, vt simul ambo bellum Hetruscum susciperēt. Quo animaduerso consensu, Volumnius,quoniam in collegæ voluntate interpretanda, inquit, erraui,nō committam,vt,quid vos velitis, obscurum sit,manere,an abire me velitis,clamore significate. Tum verò tantus est clamor exortus,vt hostē è castris exciret. Armis arreptis in aciē descendūt,& Volumnius signa canere,ac vexilla efferri e castris iussit. Appium addubitasse ferunt,cernentem,seu pugnante, seu quieto se,fore collegę victoriam,deinde veritum, ne suæ quoq; legiones Volumnium sequerentur, & ipsum flagitantibus suis signum dedisse. Ab neutra parte satis commodè instructi fuerunt. Nam & Samnitium dux Gelius Egnatius pabulatum cū cohortibus paucis ierat,suoq; impetu magis milites,quam cuiusquā ductu,aut imperio pugnam capescebant. Et Romani exercitus nec pariter ambo ducti,nec satis temporis ad instruendum fuit,prius concurrit Volumnius,quàm Appius ad hostem perueniret. Itaque fronte inæquali concursum est,&,velut sorte quadam mutante assuetos inter se hostes,Hetrusci Volumnio Samnites parumper cunctati,quia dux aberat,Appio cōcurrere. Dicitur Appius in medio pugnæ discrimine, ita vt inter prima signa manibus ad cœlum sublatis conspiceretur,ita precatus esse, Bellona, si hodie nobis victoriam dederis, ast hic ego tibi templum voueo. Hæc precatus,velut instigante Dea,& ipse collegæ, & exercitus virtutem adæquauit ducis. Imperatoria opera exequitur,& milites,ne ab altera parte prius victoria incipiat,annituntur? Ergo fundunt,fugantq; hostes,maiorem molem haud facile sustinentes,quàm cùm qua munus conserere assueti fuerant. Vrgendo cedentes,insequendoq; effusos cōpulere ad castra. Ibi interuentu Gelij cohortiumq; Sabellarū paulisper recruduit pugna, ijs quoq; mox fusis, iam a victoribus castra oppugnabantur, &, cum Volumnius ipse portæ signa inferret,Appius Bellonam victricem identidem celebrans,accenderat militum animos. Per vallum,per fossas irruperunt,castra capta,direptaque, pda ingēs parta,& militi concessa est. Septem milia ac trecēti hostium occisi,duo millia & centum viginti capti. Inde reuocatus nouis Sānitium tumultibus,Volumnius audaciores Tuscos fecit. Itaq; redintegratum bellum,lidem populi solicitati congregatiq;. Quæ de re indictum Romę iustitium,delectus studiosè habiti. Crebrę afferebantur literæ Appii,monentis,ne regionis eius motum negligerent,quatuor gentes conferre arma,Hetruscos, Samnites, Vmbros,Gallos. Iam castra bifariam facta esse, quia vnus locus capere tantam multitudinem nō posset: Ad hæc iam appetebat tempus comitiorum. Igitur,creatis consulibus summis duobus viris in Rep. sæpe aliàs collegis, q ex discordia Cōsulum prioris anni magnopere periclitatum fuerat, Appius ad verborum linguæque certamina quàm armorum expertior,callidus,solersq;, Iuris atq; eloquentiæ consultus,vt Iuri ac foro pręsideret,prętor absens ad iura reddenda creatus est. Fabius alter consulum,cui Hetruria prouincia data,literis Appij de periculo ac magnitudine belli sæpe recitatis, in Hetruriam proficiscitur, & ad opidum Aharnam,vnde haud procul hostes erant,in castra Appij prętoris pergit,paucis citra millibus lignatoris ei cum pręsidio occurrunt,cumq; iussi a Fabio retro redissent, terrorem in castris atq; ipsi Appio fecerunt. Appius prætor postridie Romam dimissus, paulopost relatione sua,qua ad senatum belli pondus auxit, Fabium eodē retraxit,vt quidam auctores sunt, quasi dux vnus sufficturus non esset, neq; exercitus vnus aduersus quatuor populos,periculosum esse,siue iuncti vnum premāt,siue id diuersi gerant bellum,ne ad omnia simul obire vnus nō possit, duas se ibi legiones Rom. reliquisse, & minus quinq; millia peditum æquitumque cum Fabio venisse,sibi placere P. Decium consulem primo quoq; tempore in Hetruriam ad collegam proficisci, L. Volumnio Samnium prouinciam dari,Si Consul malit in suā prouinciam ire, L. Volumnium in Hetruriam ad consulem cum iusto exercitu consulari proficisci. Cùm magnam partem moueret oratio prętoris,placuit Consulem Romam ad belli molem exponendam acciri. Sunt,qui scribant,Fabium absentem ab Appio ad populum criminatum esse,cumque redisset,prętoris aduersus eum contumaciam. Eodem anno victis a consule Samnitibus,deductoque exercitu bellum redintegratum est. Aduersus eos Appius Claudius prętor cum exercitu mortui Consulis missus. Samnitum legiones cùm partem Appius,partem L. Volumnius proconsul sequeretur, in Agrum Stellatem conuenerunt. ibi & Samnitium legiones omnes considunt,& Appius Volumniusq; castra cōiungunt. Pugnatū infestissimis animis, hinc ira stimulante aduersus rebellantes toties, illinc ab vltima iā dimicantibus spe. Cęsa ergo Samnitium sexdecim millia trecenti, captam duo millia septingenti: ex Romano exercitu cecidere duo millia septingenti. Felix annus bellicis rebus, pestilentia grauis,prodigiisq; sollicitus,nam & terram multifariam pluisse, & in exercitu Appij plerosque fulminibus ictos nuntiatum est, librique ob hęc aditi. Post aliquot deinde annos,quadringentesimo sexagesimo quarto. s. ab vrbe cōdita, Pyrrhus Epiri Rex, Alexandri magni successorum opibus adiutus, per speciem ferendi Tarentinis auxilij, bellum in Romanos gerens, cùm eos ita profligasset, vt Prænestę vsq; milliario fermè ab vrbe vigesimo processisset, admiratus Fabricij cęterorumq; Rom. vt ferunt, constā tiam, legatum Cineam nomine misit, qui pacem ita peteret atque offerret, vt partem Italiæ, quam iam armis occupauerat, reti neret. Senatus clade perterritus, & grauiora metuens, ad pacem societatemque eam iam propemodum inclinabat. Sed Appius vir amplissimus quidem, cęterum senectute & orbitate oculorū a Reip. muneribus vacans, auditis ijs, quæ a Rege nuntiabantur, ac rumore obtinente Senatum pacem esse decreturum, tolerare non potuit, sed in curiam se deferri iussit. Latus igitur in lectica per forum, vbi ad ianuam Curiæ peruenit, filij simul, & gener suscipientes ipsum stipantesque in senatum duxerunt. Cùm patres ad conspectum tanti Senatoris obmutuissent, Ille, vbi suo loco constitit, ita dicere est orsus. Equidem antea P. C. meā hanc oculorum fortunam permolestè ferebam, nūc autem doleo atque angor, quod nō vltra cæcitatem ipsam, surdus etiam sim, ne turpes consultationes ac sententias vestras, quæ huius vrbis gloriam subuertunt, audire compelleret. Vbi enim illa est ferocia, quam crebrò verbis vsurpare soletis, affirmantes, si magnus Alexander in Italiam profectus nobiscum adolescentibus aut cùm patribus nostris tunc florentibus gessisset bellum, nequaquā eū tunc vt inuictum gloriam relaturum, sed aut fuga aut morte sua maiorem huic vrbi gloriam nomenque relicturum fuisse? hanc igitur verborum insolentiam nunc rebus ostendite. Chaones & Molossos, qui semper Macedonum preda fuere, & Pyrrhum Regem eorum formidatis, qui vnum ex Alexandri satellitibus sem per secutus est ac coluit. Et nunc, non tam Tarentinis auxilium ferens, quàm hostes domi fugiens, in Italia versatur, ausus profiteri principatum in Italia cum potentia, quæ ad exiguam Macedoniæ partem conseruandam sufficere non valuit. Itaque non hunc remouebitis, si amicum feceritis, sed alios ptemptu nostri inuitabitis, quasi superare nos facile sit, si Pyrrhus abeat non modo pœna non data eorum, quæ cōtra nos gessit, verumetiā mercede accepta fœderis eo auctore cum Tarentinis Samnitibusq; recipiendi. Itaq; acerba in patres oratione inuectus, pacem vt insalubrem diremit, & ad belli studium animos traduxit. Neque id modo, sed etiam admitti in vrbem Pyrrhum, inspiciendi amice gratia id orantem, vetuit. Renuntiatum est igitur Pyrrho a Senatu, eum cùm Rom. nisi ex Italia recessisset, pacem habere nō posse, &, quo ad in armis esset, Populum Rom. in eum gesturum bella, vel si mille Consules vicissiet. Itaque Cineas legatus, admiratione plenus reuersus, quærenti Pyrrho respondit regum se patriam, & consessum vidisse, talisque Romę esse omnes sigillatim qualis vnus Pyrrhus apud Epirum & reliquam Græciam putaretur, & aduersus Lernæam quandam hydram pugnari, tantum esse & militum & populi numerum. Salubre Appij cōsilium euētus comprobauit, nā paulopost Pyrrhus vi victus atq; expulsus Italia est. Eius orationis initium Ennius in annalibus ita expressit. Quo vobis mentes, rectę quę stare solebant ante hac, demēti sese flexere ruinā? sed & Appij oratio ipsa & nōnullę mortuorum laudationes vsque ad Ciceronis extremam ętatem peruenere, adeo non omnibus improbatæ, vt inuenti sint, qui Appium q Catonem magis imitarentur. Actiones etiam ab eo scriptas Pōponius tradit. Legimus & carmen quoddam ab eo relictum a Pythagoreorum institutis non abhorrens, quòd Panetius Stoicus philosophus quędam ad Q. Tuberonem epistola valde laudarit. Ab eodem affirmare videtur Pomponius vsum R. literæ in multis nominibus traductum, quæ prius per S, enunciabātur, vt pro Valesijs Valerij, pro Fusijs Furij essent. Quod verisimilius facere videtur Cicero ad Pętum scribens, L. Papirium Crassum, in cuius senectutem incidit iuuenta Appij, primum desiisse vocari Papisium, & Papirium appellatum. Neque tamen dissimulauerim haud satis integrum videri eum Pomponij locū, eum enim ad tertium quendam Claudium Iurisconsultum quidam trahunt. Quod quando nobis adhuc parum in comperto est, vitam eius non adiunximus, quem illi cognomento Centinianum, vel Cētimalum (nam vtrumque legitur) vocant. Ea de re nos apud Pōponium longius verba fecimus, ostendimusque existimari posse, cognomen id aut toti Claudiorum familiæ, aut certe parti cui dam ex ea esse impositum. Nam, quin de Cæco sentiat Pomponius, dubitari non potest, vel ex ordine enumerationis, vel ex rebus eius gestis paucis, quę ab eo quasi notæ loco ascribuntur, vel etiam ex Liuio. Illud quoque (ni fallor) ad Cæcum pertinet, q sapienter solitum dictitare Ap. Claudium accepimus, negociū Populo Rom. meliusquàm ocium committi, non q ignoraret q iocundus tranquillitatis status esset, sed q animaduerteret prępotētia imperia agitatione rerum ad virtutem capescendā excitari; nimia quiete in desidiam resolui. Et sanè negocium nomine horridum ciuitatis Rom. mores in suo statu cōtinuit, blandæ appellationis quies plurimis vitiis respersit. Infinitum prope annorum numerum orbatus luminibus exegit Ap. quatuor filios, q nque filias, plurimas clientelas, rem deniq; P. fortissime, hoc casu grauatus, rexit, ita vt nec priuato, nec publico muneri defuerit.

Inter filios duos reliquit Tib. Claudium Neronem (id cognomen

Source : BIU Cujas

men lingua Sabina fortem ac strenuum significabat) & Ap. Claudium Pulchrum. Ab illo paternum, ab hoc maternũ genus post multos annos Tiberius Augustus, in familiam tamẽ Octauiam aut Iuliam ascitus, ducebat, cum duobus alijs Augustis, C. Caligula, & Claudio, etiam inter diuos telato, alijsq; aliquot Cæsaribus, quibus præpropera mors ademit imperium, Drusis tribus, Germanico, Nerone, Britannico, in quo Domitij Neronis adoptiui fratris fraude sublato, gens Claudia, imperatoria quidem, defecit. Vbi illud quoq; singulare contigit, ꝙ ante Neronem hunc Domitium Cæsarem, pestem humani generis, nemo vnquam p adoptionem nomini Claudio insertus est. Legitur etiam C. vel Ap. Claudius Cæci F. Ruffus, qui cum Tuditano Consul fuerit anno post V. C. (vt quidam ferunt, nam inter auctores non conuenit) quadringentesimo octuagesimo, quibus nonnulli quinq; adijciunt. Et P. Claudius Cęci N. Pulcher, vicennio post cum L. Iunio Pullo Cos.

P. Sempronius Sophus.

GEntem Semproniam antiquæ inter patritias nobilitatis fuisse non ambigitur, vt in quam tertiusdecimus a regibus eiectis Cõsulatus venerit. Sed & plebeios quosdam Sempronios legimus. Primum eis cognomen Atracinum (Atratinum, Atacinum habent variè codices) tum deinde Sophos, Tuditanos, Lõgos, Gracchos inuenio. Consulatus quatuor, totidem Tribunatus Consulari potestate, omniumq; adeo primus, vnum equitũ Magisterium familiæ, perdiu futuræ nobili, ante iurisconsultum contigerant. Hinc igitur ortus P. Sempronius Longus, quem populus Rom. primum Græco sapientiæ nomine Sophum appellauit, Tribunus Pl. cum esset, in Ap. Claudium, qui postea Cęcus est dictus, censorem, circumactis decem & octo mensibus, (quod temporis Aemilia lege finitum censuræ spatium erat) cũ C. Plautius collega eius magistratu se abdicasset, summa contumacia, ne deponeret, recusantem, finiendę intra legitimum tempus censuræ actionem suscepit, non popularem magis, quàm iustam, nec in vulgus quam optimo cuiq; gratiorem. Is, cum identidem legem Aemiliam recitaret, auctoremq; eius Mamercum Aemilium dictatorem laudibus ferret, qui quinquennalem ante censuram & longinquitate potestatis dominantem, intra sex mensium & anni coegisset spatiũ: dic agendum (inquit) Ap. Claudi, quidnam facturus fueris, si eo tempore, quo M. Furius, & M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses? Negare Appius interrogationem Tribuni magnopere ad causam pertinere suam, nã & si tenuerit lex Aemilia eos censores, quorum in magistratu lata esset: quia post illos censores creatos eam legem populus iussisset quodq; postremum iussisset, id ius, ratumq; esset: non tamẽ aut se, aut eorum quenquam, qui post eam legem latam creati censores essent: teneri ea lege potuisse. Hæc sine vllius assensu cauillante Appio, en (inquit Quirites illius Appij progenies, q Decemuir in annum creatus altero anno se ipse creauit: tertio nec ab se, nec ab vllo creatus, priuatus fasces, & imperium obtinuit: nec ante continuando abstitit magistratu, quàm obruerent eã malè parta, malè gesta, malè retenta imperia. Hæc est eadem familia Quirites, cuius vi atq; iniurijs compulsi extorres patria Sacrum montem cępistis. hæc, aduersus quam tribunitium auxiliũ vobis comparastis. hæc, propter quam duo exercitus Auentinũ insedistis hęc, quę fœnebres leges, hęc, quę agrarias semper impugnauit. hęc cõnubia patrum & plebis interrupit, hęc plebi ad curules magistratus iter obsepsit. Hoc est nomen multo quam Tarquiniorum infestius vestræ libertati. Ita ne tandem Ap. Claudi, cum centesimus iam annus sit ab Mamerco Aemilio dictatore, tot censores fuerint nobilissimi, fortissimiq; viri: nemo eorum duodecim tabulas legit: nemo id ius esse, quod postremo populus iussisset: sciuit? immo verò omnes sciuerũt: ideo Aemilię potius legi paruerunt, quam illi antiquæ, qua primum cẽsores creati erant: quia hanc postremum iusserat populus: & quia, vbi duę contrarię leges sunt, semper antiquam abrogat noua. An hoc dicis Appi, non teneri Aemilia lege populum? an populum teneri, te vnum extra legem esse? Tenuit Aemilia lex violẽtos illos censores M. Furium, & M. Geganium, q, quid iste magistratus in Repu. malè facere posset, indicarũt: cùm ira finitę potestatis Mamercum Aemilium, principem ętatis suę belli domiq;, ærarium fecerunt, tenuit deinceps omnes censores intra centum annorũ spatium tenet C. Plautium collegam tuum, iisdem auspicijs, eodem iure creatum. An hunc, non, vt qui optimo iure cẽsor creatus esset, populus creauit? tu vnus eximius es: in quo hoc præcipuum ac singulare, valeat? En quem tu regem sacrificiorum crees, amplexus regni nomẽ, vt, qui optimo iure rex Romæ creatus sit, creatum se dicat, quem semestri dictatura, quem interregno quinque diebus contentum fore putes? quem claui figendi, aut ludorum causa dictatorem audacter crees? quam isti stolidos, ac socordes videri creditis, eos, qui intra vicesimum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicauerunt? aut q vitio creati abierunt magistratu? Quid ego antiqua repetam? nuper intra decem annos C. Menenius dictator, quia, cũ quæstiones seuerius, quàm quibusdam potentibus tutum erat, exerceret: contagio eius, qđ ꝝrebat, criminis ipsi obiectata ab inimicis est: vt priuatus obuiã iret crimini, dictatura se abdicauit. Nolo ego istã inte modestiã, ne degeneraueris a familia imperiosissima, & superbissima, non die, non hora citius, quàm necesse est, magistratu abieris: modo ne excedas finitum tempus. satis est aut diem, aut mensem censuræ adiicere. Triennium, inquit, & sex menses vltra, q̃ licet, Aemilia lege cẽsuram geram: & solus geram, hoc quidem iam regno simile est, an collegam subrogabis? quem ne in demortui quidẽ locum subrogari fas est. Pœnitet enim, quod antiquissimum solenne, & solum ab ipso, cui fit, institutũ Deo, ab nobilissimis antistitibus eius sacri ad seruorum ministerium religiosus censor deduxisti, ac gens antiquior originibus vrbis huius, hospitio deorum immortalium sancta, propter te, ac tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est, nisi vniuersam Remp eo nefario obstrinxeris: quod ominari etiam reformidat animus. Vrbs eo lustro capta est, quo demortuo collega C. Iulio censore L. Papyri? cursor, ne abiret magistratu, M. Cornelium maluginensem collegam subrogauit, & quanto modestior illius cupiditas fuit, quã tua Appi? nec solus, nec vltra finitum lege tempus L. Papyrius cẽsuram gessit: tamẽ neminem inuenit, qui se postea auctorem sequeretur: omnes deinceps censores post mortem censoris collegæ se magistratu abdicarunt. Te nec quòd dies exijt censurę, nec quòd collega magistratu abijt, nec lex, nec pudor coercet: virtutem in superbia, audaciam in contemptu deorum hominumq; ponis. Ego te Ap. Claudi pro istius magistratus maiestate ac verecundia, quem gessisti, non modo manu violatum, sed ne verbo quidem inclementiori a me appellatum vellem: sed & hæc, quæ adhuc egi, peruicacia tua & superbia coegit me loq, & nisi Aemiliæ legi parueris, in vincula duci iubebo: nec, cum ita comparatũ a maioribus sit, vt comitijs, nisi duo confecerint legitima suffragia, non renuntiato altero, comitia differantur; ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar. Hec taliaq; cùm dixisset, prehendi cẽsorem, & in uincula duci iussit, approbantibus sex Tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt: summaque inuidia omnium ordinum solus censuram gessit. Sophus idem quinto post anno consul cum P. Sulpitio Auerrione fuit, quo tempore Romani cum Samnitib. bellum gerebãt. Qui cùm eo anno legatos de pace Romam misissent, responsum est P. Sempronium Consulem cum exercitu breui in Samnio fore, eum ad pacem bellumve inclinarent animi, falli non posse, comperta omnia senatui relaturum: decedẽtem ex Samnio consulem legati sequerentur. Itaq;, cum pacatũ Samnium exercitus Ro. benigne prębito commeatu, peragrasset, fœdus antiquum post annotum circiter viginti bellum Samnitibus redditum. Ad Aequos inde veteres hostes, cæterum per multos annos sub specie infidæ pacis quietos versa arma Ro. qđ incolumi Hernico nomine, missitauerant simul cum his Samniti auxilia, & post Hernicos subactos vniuersa prope gens sine dissimulatione consilij publici ad hostes desciuerat, &, postq̃ icto Romæ cum Samnitibus fędere, feciales venerant res repetitum, tentationem aiebant esse, vt terrore incusso belli Romanos se fieri paterentur, quod quantopere esset optandum. Hernicos docuisse, cum quibus licuerit, suas leges Romanæ ciuitati pręoptauerint, quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro pœna necessariam ciuitatem fore. Ob hęc vulgo in cõcilijs iactata Romanus P. bellum fieri Aequis iussit, consulesq; ambo ad nouum profecti bellum, quattuor millia a castris hostium consederunt. Aequorum exercitus (vt qui suo nomine per multos annos im belles egissent) tumultuario similis, sine ducibus certis, sine imperio, trepidare, alij exeundum in aciem, alij castra tuenda censent, mouet plerosq; vastatio futura agrorum, ac deinceps cum leuibus prędidiis relictarum vrbium excidia. Itaque, postquam inter multas sententias vna, quę omissa cura communium, ad respectum suarum quẽq; rerum auertisset, audita, vt prima vigilia diuersi e castris ad deportanda omnia tuendaq; mœnibus in vrbes abirent: cuncti eam sententiam ingenti assensu accepere. Palatis hostibus per agros, prima luce Romani signis, platis in acie consistũt: &, vbi nemo obuius ibat, pleno gradu ad castra hostiũ tendunt. Cęterùm, postquam ibi neque stationes pro portis, nec quenquam in vallo, nec fremitum consuetum castrorum animaduerterunt, insolito silentio moti, metu insidiarum subsistũt, trangressi deinde vallũ, cum deserta omnia inuenissent: pergũt hostem vestigijs sequi. Sed vestigia in omnes æquè ferentia partes, vt inde lapsis passim, primò errorem faciebãt: post per exploratores compertis hostium consilijs ad singulas vrbes circunferendo bello, vnum & quadraginta oppida intra dies sexaginta omnia oppugnando cœperunt, quorum pleraq; diruta atq; incensa, nomenq; Aequorum prope ad internitionem deletum, deque his celebri pompa triumphatum, exemploq; eorum clades fuit, vt Marrucini, Marsi, Peligni, Ferentini mitterent Romã oratores pacis petendæ amicitiæq;, ijs populis fœdus petentibus datum. Hęc omnia ideo ascripsimus, ꝙ alij auspicijs Sempronij tantum gesta memorant, præcipuã certè eius operam in eo fuisse bello id argumẽto est, ꝙ & Senatus hostibus responderat Sẽ-

pronium

Source : BIU Cujas

pronium in Samnio fore. Tertiò deinde anno: cum post magnam contentionem obtinuisset plebs, vt sui ordinis hominib. sacerdotia quoque communicarentur, Sēpronius Pontifex creatus, & proximo anno censor cum eo, quem in consulatu collegam habuerat (tametsi corrupta Liuij exemplaria opinor, vt p P. Sempronio scriptum sit P. Sulpitio Auerrione, & pro P. Sulpitio Auerrione suppositum mendosè P. Sulpitio Sopho) tribus duas Aniensem & Tarentinam addidit. Duobus post annis p̄tor (nam ne post maiores quidem magistratus is honostum sperne batur) cùm nuntiatum esset, Etruscos, Vmbros, Samnites, Gallos etiam in armis esse, & iam vrbi minitari, summæ rerum a senatu præpositus, iustitium indixit, delectum omnis generis hominum habuit, nec ingenui modo aut iuniores sacramento adacti sunt, sed seniorum etiam cohortes factę, libertiniq; cēturiati, & defendendæ vrbis consilia agitabantur. Eodem anno iussus est plebiscito triumuiros creare, qui Sinuessam nouos colonos deducerent. Hęc de eo Sempronio inuenimus, q primus omnium Sophus est dictus, de quo dubio procul sensit Pomponius. Post quem Sempronij permulti varijs cognominibus atque honoribus illustres: namq; P. Sempronium Sophum anno post superioris (patris opinor) cōsulatum circiter trigesimo quinto Consulem cùm Ap. Claudio Russo Cęcilio in breuiarijs reperio, tum Sempro. Blesum bis Cos. & M. Sempronium Tuditanum aliquanto post, mox T. Sempronium Gracchum, deinde T. Sempronium Longū anno primo secundi belli punici, postquam T. Sempronium Gracchum bis Cos. ante eum Sophum, cuius vitam hic addemus. Equidem non ignoro P. illum Sempr. Sophum iuris consultum de quo supra scripsimus, nō posse eundem esse cum P. Sempronium. Tutidano, cuius vitam subiecturi sumus: neq; is sum, qui erroris notam facile scriptoribus antiquis impingi velim, sed tamen, cum videam cum quoq;, quem cēties Tuditanū Liuius vocauerat, & sub eo nomine inter multas laudes etiam cognitione iuris pontificij honestauerat, nihil tale de primo illo locutus, eundem libro eius quarto & trigesimo Sophum appellari, putaui, siue deceptus esset Pomponius, corrigendum, siue is Tuditanus filius forte, aut certe inter posteros primi illius fuisset Sophi, coniungendos esse atq; ampliandos familiæ honores. Itaq; P. Sempronius Tuditanus Sophus, cum bello punico secundo Cānensi acie afflictis Romanis, qui superstites fuerant, alij in maiora castra (nam bifariam metati erant) alij in minora sese recepissent, ibique semiermis multitudo sine ducibus esset, nuntium, qui in maioribus erant, mittunt, dum prœlio, deinde ex lætitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, vt ad se transirent, vno agmine Cannusium abituros esse. Eā sententiam alij totam aspernari: cur enim illos, qui se accersant, ipsos non venire: cum æque coniungi possent: quia videlicet plena hostium omnia in medio essent & aliorum, quàm sua, corpora tanto periculo mallent obijcere. Alijs non tam sententia displicere, quàm animus deesse P. Sempronius Tuditanus Tribunus militum, capi ergo mauultis, inquit, ab auariſſimo & crudelissimo hoste? æstimariq́ue capita vestra? & exquiri pręcia ab interrogantibus, Romanus ciuis sis, an latinus socius? vt ex tua contumelia & miseria alteri honos quæratur: non tibi. Non vos quidem L. Aemilij, qui se bene mori, quàm turpiter viuere maluit, & tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumulati iacent, si miles estis. Sed antequam opprimat lux; maioraq́ue hostium agmina obsepiant inter, per hos, qui inordinati, atq; imcompositi obstrepunt portis, erumpamus. Ferro, atq; audacia inter fit, quāuis per confertos hostęis. cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, vt si nihil obstet, transibimus. Itaq; ite mecum, qui & vosmetipsos, & Remp. saluam vultis. Hęc vbi dicta dedit, strinxit gladium cuneoq́ue facto per medios vadit hostes &, cum in latus dextrum, quod patebat Numidæ iacularentur, translatis in dextram partem scutis, in maiora castra ad sexcentos euasērunt, atque inde protinus alio magno agmine adiuncto Cannusium incolumes perueniunt. Hęc apud victos magis impetu animorum, quem ingenium suum cuique, aut fors dabat: quàm ex consilio ipsorum, aut imperio cuiusquam agebantur. Quarto inde anno, cum ædilis curulis esset, primusq; ludos scenicos per quatriduum cum collega edidisset, prætor est in sequentem annum designatus, & Ariminum prouinciam (ita tum Cisalpinam Galliam appellabant) habuit, ita vt duas legiones a M. Pomponio, cui succedebat, acceperit. In eo magistratu Aeternum oppidum expugnauit, amplius septuaginta hominum cępit, & æris argentiq́ue signati aliquantum. Itaque prorogatum ei in annum cum suis copijs imperium est, atque inde in alterum, neque eo biennio quidquam gestum ab eo memoria dignum reperio.

Biennio post, antequam Consul fieret, censuram obtinuit cum M. Cornelio Cethego, vtq́ue agrum Campanum fruendum locarent, ex auctoritate patrum latum ad plebem est, plebesq́; scisuit. Senatus lectione contentio inter censores de principe legendo tenuit. Sempronij lectio erat, cæterùm Cornelius morem traditum a patribus sequendum, aiebat: vt, qui primus censor ex ijs, qui viuerent fuisset: eum principem legerent (is T. Manlius Torquatus erat) Sempronius, cui dij sortem legendi dedissent: ius liberum eosdem dedisse Deos, se id suo arbitrio facturum, lecturumq́ue Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ ciuitatis esse, vel Annibale iudice victurus esset. Cum diu certatum esset verbis concedente collega, lectus a Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus Consul. Inde alius lectus senatus, octo prēteritis, inter quos L. Cæcilius Metellus erat, infamis auctor deferendæ Italiæ post cannensem cladem. In Equestribus quoque notis eadem seruata causa. Sed erant perpauci, quos ea infamia attingeret: Illis omnibus (& multi erant) adempti equi, qui cannensium legionum æquites in Sicilia erant, addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita stipendia procederent ijs, qui equo publico meruerant: sed dena stipendia equis priuatis facerent. Magnum prēterea numerum eorum conquisiuerunt, qui equo mereri deberent, atq; ex ijs, qui principio eius belli sexdecim annos natifuerant, neque militauerant, omnes ærarios fecerunt. Locauerunt inde reficienda, quæ circa forum incendio consumpta erant. Vini tabernas, macellum, atrium regium. At verò in sequenti anno (nam sesquiannalis censura erat) lustrum condidit cum collega, censa sunt ciuium capita centum triginta septem millia, centum & triginta octo, minor aliquanto numerus, quam qui ante bellum fuerat. Triennio post Consul absens, cum prouinciam Græciam haberet, creatus est in insequentem annum: nam, cum neglectæ per biennium res in Grecia essent, Philippus Aetolos desertos ab Romano, cui vni fidebant, auxilio, quibus voluit conditionibus, ad petendam & paciscendam subegit pacem, quod nisi omni vi perficere maturasset, bellantem eum cum Aetolis P. Sempronius proconsul, successor imperij missus Sulpitio cum decem millibus peditum & mille equitibus, & trigintaquinque rostratis nauibus, haud parum momentum ad opem ferendam socijs oppressisset. Vix dū pace facta nuntius Regi venit, Romanos Dyrrachium venisse, Partheno sq́ue, & propinquas alias gentes motas esse ad spē nouandi res, Dimallumq́ue oppugnare (eo se auerterant Romani ab Aetolorum, quo missi erant, auxilio, irati, quod sine auctoritate sua aduersus fœdus cum Rege pacem fecissent) Ea cum audisset Philippus, ne qui motus maior in finitimis gentibus, populisq́ue oriretur: magnis itineribus Apolloniam contendit, quo Sempronius se receperat, misso Lectorio legato cum parte copiarum, & XV. nauibus in Aetoliam ad visendas res, pacemq́ue, si posset, turbandam. Philippus agros Apolloniatum vastauit, & ad vrbem admotis copijs, potestatem pugnæ Romano fecit. Quem posteaquam quietum muros tantummodo tueri vidit, nec satis fidens viribus, vt vrbem oppugnaret, & cum Romanis quoque, sicut cum Aetolis, cupiens pacem, si posset, si minus, inducias facere, nihil vltra irritatis nouo certamine odiis, in regnū se recepit. Per idem tempus, tędio diutini belli, Epirotæ, tentata prius Romanorum voluntate, legatos de pace communi ad Philippum misere, satis confidere conuenturam eam, affirmantes, si ad colloquium cum P. Sempronio Imperatore Romano venisset. Facile impetratum (neque enim ipsius quidem Regis abhorrebat animus) ut in Epirum transiret. Penice vrbs est Epiri, ibi prius collocutus Rex cum Eropo, & Darda, & Philippo Epirotarum prętoribus, postea cum P. Sempronio congreditur. Affuit colloquio & Aminander Athamanum Rex, & magistratus alii Epirotarum, & Acarnanum. Primus Philippus prætor verba fecit, & petijt simul ab Rege, & ab Imperatore Romano, vt finem belli facerent, darentq́ue eam Epirotis veniam. P. Sempronius cōditiones pacis dixit, vt Partheni, & Dimallum, & Bargulum, & Eugenium Romanorum essent. Atintanas, missis Romam legatis ad Senatum, impetrasse, vt Macedonia cederet. In eas conditiones cum pax conuenisset, ab Rege fœderi ascripti, Prusia Bythyniæ Rex, Achęi, Bœotij, Thessali, Acarnanes, Epirotæ, ab Romanis, Ilienses, Attalus Rex, Pleuratus, Nabis Lacedæmoniorum tyrannus, Elei, Messenij, Athenienses. Hęc conscripta modo, consignaq́ue sunt, & in duos menses induciæ factæ, donec Romam mitterentur legati: vt populus in has conditiones pacem iuberet. Iusseruntq́ue omnes tribus, quia auerso in Africam bello, omnibus alijs in pręsentia leuari vòlebant bellis. Sempronius pace facta ad consulatum Romam decessit. Quo inito (quintusdecimus is annus punici belli erat) Brutii ei prouincia (ea nunc Calabria est) ita vt nouas scriberet legiones, decreta, vtq́ue P. Licinus prioris anni Consul, qui eam prouinciam gesserat, eandem cum duabus legionibus obtineret, quoad eum in prouincia cum Imperio manere è Rep. Sempronio visum esset. Itaque consules delectum habere instituerunt, & ad nouas scribendas in Brutio legiones, & in cæterorum (ita enim iussit ab Senatu erant) exercituum supplementum. Vbi id actum, eiusq́ue rei ergò auxilia a coloniis acerbissimè exacta, curatumq́ue, vt collatę a priuatis in publicum pecunię restituerentur, & Locrensibus, post deploratas longa oratione miserias, tandem per consules rogatis patribus inter varias sententias remedium malorum excogitatum est, egressus in Brutios prouinciam Sempronius, in agro Crotonensi per ęstatem cum Annibale in ipso itinere tumultuario prelio conflixit, agminibus magis quàm acie pugnatum est. Romani pulsi, & tumultu verius, quàm pugna, ad

mille

Source : BIU Cujas

mille & CC. de exercitu Consulis interfectis, in castra trepidi rediere. neq; oppugnare tamen ea hostes ausi. Cæterũ silentio proximæ noctis profectus inde consul, præmisso nuntio ad P. Liciniũ proconsulem, vt suas legiones admoueret, copias coniunxit, ita duo duces, duo exercitus ad Annibalem redierunt, nec mora dimicandi facta est, cum consuli duplicatæ vires, Pœno recens victoria animos faceret. In primam aciem suas legiones Sempronius induxit, in subsidijs locatæ P. Licinij legiones. Cõsul principio pugnæ ædem Fortunæ primigeniæ vouit, si eo die hostes fudisset. Cõposq; eius voti fuit. Fusi, ac fugati Pœni supra quatuor millia armatorum cæsa, paulo minus trecenti viui capti, & equi XL. & XI. militaria signa. Perculsus aduerso prælio Annibal Crotonem exercitum reduxit. Eadem æstate in Brutijs, iam Petilia a consule deducta, Cosentia & Pandosia & ignobiles aliæ ciuitates voluntate in deditionem venerunt. Exacto anno, in insequẽtem annum ei prorogatum imperium est, ita vt in locum P. Licinij succederet: nam eodem Gn. Seruilius Cæpio cũ summo imperio mittebatur. Sempronius enim bello quoq; bonus habitus ac cætera, quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebat, congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis, nobilis idem, ac diues erat, forma viribusque corporis excellebat, facundissimus habebatur, seu causa oranda, seu in Senatu, & ad populum suadendi, ac dissuadendi locus esset, iuris pontificij peritissimus, super hæc bellicæ quoq; laudes consulatus compotem fecerant. In ea prouincia, qꝫ summum imperium consulis fuit, quę gesta sunt, nequaquam Sempronio ascribuntur. Reuocatus inde Romam, Biennio post cum duobus collegis ad Ptolomęum Aegypti Regem missus est, vt annuntiarent victum Annibalem Pœnosq;, & gratias agerent regi, quod in rebus dubijs, cum finitimi etiam socij Romanos desererẽt, in fide mansisset, & peterẽt, vt, si coacti iniurijs bellum aduersus Philippum Macedoniæ Regem suscepissent (quod futurum videbatur) pristinum animum erga Populum Rom. conseruaret. Alexandriam cum venissent, peracta legatione, cum audissent, a Philippo Rege Abydum oppugnari, de collegarum consensu. M. Aemilius natu minimus ad eum venit, questusque Romanorum socijs illatam iniuriam, apud superbũ Regem nihil profecit. Significare videtur Liuius hunc Sempronium itèrum censorem fuisse, atq; ædem primigeniæ fortunæ, quam consul vouerat, in colle Quirinali censorem locasse, sed eam censuram a Liuio suo loco expositam non reperio. Illum verò Sophum, quem supra quasi primi F. posuimus, patrem huius non absurdè existimauerim, certe ille etiam censor fuit per secundum punicum bellum cum M. Valerio Maxim. ita tres magistri morum cõtinua serie ex eadem petiti domo: illud non satis scias, ad quem horum pertineat, quod inter seueritatis exempla numeratus Sophus, qui coniugem repudii nota affecit, nihil aliud, quàm se ignorante ludos spectare ausam.

T. Coruncanus.

COruncanorum familia Camerio oriunda, Romæ illustris fuit, ex ea ortus Tiberius, vel (vt alibi est) Titus Coruncan⁹, publicè primus Ius professus traditur, superiores enim velut in latenti ius ciuile retinere cogitarant, solumq; consultoribus vacantes haud ferme discere volentibus se præstabant. Quin & pri⁹ de plebe Pontific. Maxi. Creatus est, quingentis circiter ab vrbe condita annis. Sed prius annis plus minus quinque ac viginti cõsulem fuisse eum cum P. Valerio Leuino apud quosdam inuenio, cuius tẽporis, quòd Liuij annales deperditi sunt, sigillatim res gestas prodere non licet. Illud non ambigitur, constititque vel ex commentarijs pontificum, eum ingenio plurimum valuisse & peritissimum fuisse pontificem, eoque de numero hominũ qui sapientiam cum eloquentia (quantum illa ferebant tempora, nam præ illis insecutis literarijs sęculis aspere loquebãtur, sed fuere contenti eloquentia suorum temporum) cõiunxere, & se ad remp. gerendam dederunt: nam & ea sapientia fuit, vt ad eũ de omnibus diuinis atque humanis rebus referretur, idemque & in Senatu, & apud populum, & in causis amicorum, & domi, & militię, consilium tuum fidemque præstabat, ac quotidie solebat transuerso ambulare foro, quod erat insigne, eum, qui id faceret, facere ciuibus omnibus liberaliter consilii sui copiam, ad quem olim & ita ambulantem & in solio sedentem domi, sic adibatur non solum, vt de iure ciuili ad eum, verumetiam de filia collocãda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni deniq; aut officio, aut negocio referretur. Huius iam tum ętate sua nullum extitisse scriptum Pomponius ait, sed cõplura & memorabilia fuisse responsa, quorum auctoritatem Seneca quasi suo sęculo extantium citat, itemq; Cicero illud in legibus, qui tantundem caperet, quantum omnes heredes, sacris alligari. Ab eisdem inter paupertatis exempla ponitur, creditурq; facile ęquales suos Curium & Fabricium singulares viros omni virtutum genere assecutus. Malè eum Pomponius & Fabio & Nasicę posteriorem tradit, cũ floruerit, si Ciceroni credimus, per Pyrrhi bella, in ipsumq; adeo consulatus eius annum prima cum Pyrrho pugna inciderit collegæ eius Valerio Leuino. Inuenio etiam apud auctores, & Polybium circa hæc tempora, cum Illyrij maria atq; Italos mercatores infestarent, cumq; id ad se antea sępe relatum contempsissent. Ro. tandem multis in senatu conquerentibus, legatos in Illyricum missos C. & L. Coruncanos, quibus dato dicẽdi, quę vellent, a Regina Theuca tempore, de iniurijs sibi illatis differuisse, & a Regina superbè nimium atq; insolenter auditos: cumque illi dicẽdi finem fecissent, effecturam sese dixisse, nequa ab Illyrijs iniuria publicè Romanis inferretur, prohibere verò Illyriis, ne priuatim e mari, quàm quisq; possit, vtilitatem capiat, haud esse regij moris, ad ea reginæ verba iunior legatus intrepidè quidem magnanimum responsum, sed nõ satis pro tempore dedisse fertur at, quoniam (inquit) Rom. Theuca optimus mos est, priuatas iniurias publicè vlciscendi, iuuandique iniuria affectos, dabimus operam, dijs volentibus, vt non longe post regias istas consuetudines cogaris emẽdare, ad hæc Regina temere sanè ac muliebri ingenio eo iracundię prorupit, vt, neglecto iuregentium, cum legati reuerterentur, miserit post eos, qui iuniorem illum auctorẽ eiusmodi verborum obtruncarẽt: itaq; legatus ne gladio quidẽ, sed, vt victima, securi percutitur. Patrato facinore, quidam alterum quoque legatum & cæteros comites sibi ipsos manum intulisse adiiciunt: sunt & qui, cùm legatos vtroq; cæsos, tum auctorem eius iniuriæ non Teucam (tã & si eam probatiores tradunt) sed Agronem virum eius etiam tum superstitem ferant. Ro. summa rei in vrbem perlata, bello Illyriis illato, & domita ac subacta late gente, legatorum manibus litauere, statuasque eis de more Populus Rom. tripedaneas (ea mensura honorata tunc erat) in foro posuit. Hæc tametsi mihi parum adhùc constet, an ab hoc Coruncano gesta sint, hic tamen ad scribenda visa sunt, quòd & is auctor eorum esse potuit. (Illis enim temporibus viguit) quãuis prenomen (vt in plerisque,) vacillet, & quòd vel ad filios, vel ad familię certè dignitatem pertinebant. Neque fermè plura de Coruncanis vllis inuenias: vt credi possit, hoc Reginę scelere vniuersam gentem ad internicionem esse in iis duobus legatis extinctam.

Q. Fabius Pamphilus.

HErculem Alcidẽ Fabia gens originis auctorem ferebat, nomenque a fouea, in qua ex coitu Etruscæ virginis filium genuerat, seu qꝫ is primus captandorum foueis vrsorum luporumque artem monstrauerat, principi generis Fouio, mutatisq; postliteris: Fabio inditum proditur. Quod alii malunt a Fabis (multa enim a leguminibus Romanorum nomina) deducere. Multa multorum Fabiorum egregia merita in Remp. extabant. Magistratum gessere, quod legerim, primum quæsturam per Cæsonẽ anno post eiectos reges quarto & vigesimo. Septem proximis consulatus in tribus fratribus Cæsonis F. Q. Cæsone, M. alternis, tertio Cæsoni addito, continuauit. Quo tempore vna familia Veiens bellum sibi priuatim deposcere ausa, trecentis ex Fabii, re aliquandiu bene gesta, cæsi ad vnum omnes, atque vnum modo prope puberem ætate Q. Fabium M. F. relictum traditur, stirpem genti Fabiæ, dubiisque rebus Populi Ro. sępe domi bellique vel maximum futurum auxilium. His omnibus proximisque cognomen Vibulanorum additur, posteri Ambusti, Maximi, Gurgites, Pictores, Buteones, Licinii, Verrucosi, Labeones, Pamphili, aliisq; pręterea cognominibus nuncupati, perniciem patrię Ambusti penè attulerunt, cùm ad Gallos Clusium legati missi iniussu Reip. pugnauere, inde. n. irritati Senones captã urbem inflammarunt. Ex hac stirpe genus duxit Q. Fabius, quẽ tamen Pomponii plęraq; vulgata exemplaria. Q. Mutium falsò vocant. Is belli punici secundi anno primo, aut, si Polybium sequimur, proximis ante Coss. duplici (ni fallor) legatione functus est. nam, cùm Annibal pœnus, ferendis circa bellis, Saguntum Hispanam vrbem contra fœdera Romanorũ & Carthaginiensium violaturus videretur, ac Saguntini bellum prouidentes, Legatus Romam petitum auxilium misissent, ac paulopost, omnium spe celerius, Saguntum iam oppugnari allatum esset, P. Valerius Flaccus & Q. Fabius Pamphilus legati Saguntum ad Annibalem atq; inde Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti diposcendum, simulq; speculatum acta Annibalis, cui, si videretur digna causa, denunciarent, vt ab Saguntinis sociis Populi Ro. abstineret, aut inde in Africam eorum querimonias deferrent, ac res sociorum inspicerent, missi sunt. Cùm in Hispaniam venissent, duplex fama est: alii admissos ad Annibalem, q̃ voluerint, facta potestate, locutos, denunciasse scribunt, vt a Saguntinis abstineret quasi Populi Ro. sociis, deinde ne Iberum (quod id fœdere quodam caueretur) transcenderet, cum responso accepto appareret non destiturum bello Annibalem, Carthaginem profectos. alii obuiam legatis ad mare missos ab Annibale, qui dicerent, nec tuto eos adituros inter tot tam efferatarum gentium arma, nec Annibali in tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire. Certe Carthaginem profectos constat, req; in senatu acta, iisdemq; denunciatis, perorante Valerio, parum amice responsum esse, itaq; vana atq; irrita legatio fuit. Legati Romam reuersi, hostilia omnia

Source : BIU Cujas

nia retulerunt. Inde, nuncio expugnatæ Sagunti accepto, altera eodem anno legatio missa. Cuius quia Q. Fabium Pamphilū verisimile est cognitione itineris & tractatæ rei caput fuisse, hæc quoq; adscripsimus huius Fabij vitæ, cùm præsertim Silius vtriusque legationis sententiam in vnam concludat. Igitur, vt oĩa iusta ante bellum fierent, Fabius natu grandior a Populo Ro. dux legationis cum quatuor prouectæ ætatis collegis in, Aphricam est missus, ad percunctandos Carthaginienses, publico ne consilio Annibal Saguntum oppugnasset, & si (id quod facturi videbantur) faterentur, ac defenderent publico consilio factum, peterent, vt vel Annibal in pœnam rupti fœderis dederetur Rom. vel indicerent populo Carthaginiensi bellum. Legatis, postquã Carthaginem venerunt, cum Senatus datus esset, & Q. Fabius nihil vltra, quàm vnum, quod mandatum erat, non sine Carthaginiensium indignatione, percunctatus esset, Anno autem factionis Barchinę princeps, Annibalis fautor, longa oratione de iure fœderũ differuisset, ad extremumq; ita peroraſſet, proinde omittite Romani mentionem Sagunti atq; liberi facere, & quod diu parturit animus vester, aliquando pariat tum Fabius legatorũ natu Maximus, cum eam de iure fœderum disceptationem vt alienam a dignitate Populi Rom. atroci oratione respuisset, eam ita tolerari posse inquiens, si res Saguntinorum integra esset, nũc vero excisa Sagunto, violatisq; iniquissime fęderibus, vel patratorem sceleris dedendum Romanis, vt appareret Saguntum publico Carthaginiensium consilio minime oppugnatam, vel, si id nollent, ac suo consilio expugnatam vrbem faterentur, vt se ad bellum pararent, vbi tergiuersantes pœnos animaduertit, verbũ non addidit, sed sinum e toga factum senatui ostendens, hic, inquit, vobis bellum pacemq; portamus, vtrum & eligitis? vtrum placet, sumite. sub hanc vocem haud minus ferociter, daret, vtrũ vellet, vel (vt alij tradunt) bellum, succlamatum est. Fabius, iterũ effuso in media Curia sinu, bellum dare se dixit, non sine horrore, quasi plane id in sinu ferret, accipere se illi omnes alacri vultu responderunt, &, quibus acciperent animis, iisdem esse gesturos. Pomponius rem omnem paulo aliter explicat, sed nos vetustissimis quibusq; auctoribus plurimum fidei habemus: quibus tamen ipsis hac in parte non satis conuenit, nam M. Varro, Tesserulas, in quibus simulachra fuerint hastæ & caducei, belli & pacis signorũ, missas Carthaginem scribit, alij hastam ipsam & caduceum. Illud inter omnes peræq; constat datam ab eo Carthaginiensibus optionem belli, pacisve eligendæ, non acceptam ab illis, sed relatam siue Imperatori (nam & hic variant) siue legato Rom. Fabio. Cæterùm ea directa percunctatio ac denunciatio belli magis ex dignitate Populi Rom. visa est, quam de fęderum iure verbis disceptare, cùm ante, tum maximè Sagunto excisa. Legati ab Carthagine, sicut his Romæ imperatum erat: in Hispaniam, vt adirent ciuitates, ac in societatem pellicerent, aut auerterent a Pœnis, traiecerunt. Ad Bargusios primũ venerunt, a quibus benigne excepti: quia tædebat imperii punici, multos transiberum populos ad cupidinem nouę fortunę erexerunt. Ad Volcianos inde est ventum, quorum celebre per Hispaniam responsum cęteros populos a societate Romana auertit. Ita enim maximus natu ex ijs in concilio respondit. Quæ verecundia est, vos, Romani, postulare, vti vestram Carthaginensium præponamus amicitię: cum, qui id fecerunt, Saguntinos, crudelius, quàm Pœnus hostis perdidit: vos socij prodideritis. Ibi queratis socios, cenſeo: vbi Saguntina clades ignota est. Hispanis populis sicut lugubre, ita insigne documentum Sagunti ruinæ erunt, ne quis fidei Romanæ, aut societati cõfidat, inde extemplo abire finibus Volcianorum iussi, ab nullo deinde concilio Hispanię benigniora verba tulere. Itaq; nequicquam peragrata Hispania, in Galliã trãseunt. In his noua, terribilisq; species visa est, & armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt. Cum verbis extollentes gloriam virtutemq; Populi Ro. ac magnitudinẽ imperii petissent, ne Pœno bellum Italię inferenti, per agros, vrbesq; suas transitũ darent: tantus cũ fremitu risus dicitur ortus: vt vix a magistratib. maioribusq; natu iuuentus sedaretur adeo stolida, impudensq; postulatio visa est, censere, ne in Italiam transmittant Galli bellum: ipsos id auertere in se, agrosq; suos pro alienis populandos obiicere. Sedato tandem fremitu, responsum legatis est, neq; Romanorum in se meritum esse, neq; Carthaginensium iniuriam: ob quæ aut pro Romanis, aut aduersus Pœnos sumant arma. Cõtra ea audire sese, gentis suæ homines agris, finibusq; Italię pellia Populo Rom. stipendiumq; pendere, & cętera indigna pati. Eadem fermè in cæteris Gallię concilijs dicta, auditaq;. Nec hospitale quicquam, pacatumve satis prius auditum, quam Massiliam venerunt: ibi omnia ab socijs inquisita, cum cura ac fide cognita, pręoccupatos iam ab Annibale Gallorum animos esse: sed ne illi quidem ipsi satis mitem gentem fore (adeo ferocia, atq; indomita ingenia esse) nisi subinde auro, cuius auidissima gens est, principum animi concilientur. Ita, peragratis Hispaniæ & Galliæ populis, legati Romam redeunt: haud ita multo post, quàm cõsules in prouincias profecti erant, ciuitatem omnem in expectationem belli erectam inuenerunt: satis constante fama iam Iberum Pœnos transisse. Cętera, quæ ad hunc Q. Fabium pertinere possent, quia parum constat, qui fuerit, prętermittemus, & si cui forte placeat, hunc fuisse Q. illum Fabium Max. quinquies Cos q cunctator, qui verrucosus, qui ouicula sit dictus, qui Annibalem primus cessando restinxerit, quoniam e natu grandioribus missos posteriores hosce oratores scribit Liuius, efficeret, vt nõ idẽ esset cum illo Fabio Pamphilo, qui priore legatione est missus: mouet me etiam, & oratorem fuisse hunc Fabium Verrucosum testatur & Cicero & Plutarcus, quod facile fieri pt, vt cum iuris cognitione iunctũ fuerit. Si is igitur iureconsultus ille est Verrucosus, reliqua ad vitam eius pertinentia in vnũ corpus a Plutarco collecta sunt. inde, qui volet, petat: fuerat autem ante fm puni cũ bellum bis consul, quor ĩ annorũ res gestas & in Liuio annimus, neq; Plutarcus attigit. sed & a Polybio, atq; Eutropio omnino pręteriti, vt appareat in summa pace nihil memorabilis rei esse gestum. Quicunq; fuerit, eum perperam Pomponius & Nascę postponit, & Coruncano anteuertit.

P. Aelius Pætus.

AElia gens quamquam inter plebeias futura illustris, sero tamen ad magistratus summos admissa est, consulatum quidẽ non nisi centesimo circiter trigesimo a Regibus electis anno in sua domo vidit, auguratum aliquanto post, quo primũ tempore plebi cõicata sacerdotia. Cognomen Pęti. quod a lasciuia oculorum traxit, cõe illi cum Aemilia domo (nisi vocis propinquitas deprauat codices) Papiria Cęsonia, Fuluia: nonnullisq; aliis fuit. Tuberones quoq:, Stilones, Galli Aelii fuere. Neq: aliud significasse arbitror grammaticũ Festum, cũ ait gentem Aeliam appellari, quæ ex multis familijs cõficiatur. Quinetiam Tuberones ex Aelijs Pætis fuisse indicat. Tacitus, qui Aeliam Pætinam familiæ Tuberonum ascribit. Ex Pętis, orti Q. Aelio patre, eo (nisi me cõiectura fallit) qui Pont. pugna Cannensi cecidit, duo fratres, exq; vno eorũ filius, celebre nomen in iuris scientia & Reip. administratione obtinuerunt. Horum P. Aelius Pætus, quo anno ędilis Pl. erat, & per triduum ludos Plebeios cũ Collega dederat & Iouis epulum, prętor creatus est, duobus Gn. Seruilijs Cepione, Geminos Cos. per bellũ Punicum fm, in eo honore vrbanã iurisdictionem sortitus est, forte eo anno Scipio, qui post Aphricanus maior est dictus, Carthaginẽses magna clade prostrauerat, ac Regem Syphacem cõprehenderat, eo cum primioribus Numidarũ captiuis per Lęlium Romã missis, Prætor, coacto senatu, Lęliũ, quæ in Aphrica gesta essent, omnia ordine exponere patribus iubet, auditus est ingenti omnium, & in præsens lætitia & in futurũ spe, consulti inde per Prætorem patres, Regem in custodiã mittendum Albam censuerunt, Lælium retinendum, donec legati Carthaginenses venirent. Supplicatio in quatriduũ decreta est, Prætor senatu misso, & concione inde aduocata, cum C. Lęlio in rostra ascendit. Ibi vero audientes, fusos Carthaginensiũ exercitus, deuictũ & captum ingẽtis nominis Regẽ, Numidiã omnẽ egregia victoria peragratam, tacitũ continere gaudiũ non poterant, quin clamoribus, quibusq; alijs multitudo solet, lætitiã immodicam significarent. Itaq; prætor extemplo edixit, vti æditui ædes sacras omnes tota vrbe aperirẽt, circumeundi, salutandiq; deos, agendiq; gratias per totũ diẽ populo potestas fieret. Postero die legatos Masiniſſæ in senatũ produxit. Gratulati primũ senatui sunt, quod P. Scipio prospere res in Aphrica gessisset, deinde gratias egerunt, & Masinissam non appellasset modo Regem sed fecisset, restituendo paternũ regnũ, in quo post Syphacẽ sublatũ, si ita patrib. visum esset, sine metu & certamine esset regnaturus, deinde, quod collaudatum pro concione amplissimis decorasset donis, quibus ne indignus esset, & dedisse operam Masinissam, & porrò daturũ esse, petere, vt regiũ nomẽ, cæteraq; Scipionis beneficia & munera senatus decreto confirmaret, &, nisi molestũ esset, illud quoq; petere Masinissam, vt Numidas captiuos, q Romæ in custodia essent, remitteret, id sibi amplũ apud populares futurũ esse. Ad ea rñsum legatis datũ, rerũ gestarũ in Aphrica, prospere, cõem sibi cũ Rege gratulationẽ esse. Scipionẽ recte, atq; ordine videri fecisse, & eũ Regẽ appellauerit, & q cq aliud fecerit, qđ honori foret Masinissę, ea patres comprobare, atq; laudare. Munera, q̃ legati ferrent Regi, decreuerunt, singula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, & lato clauo, tunicis, equos duos phaleratos, bina equestria arma cum loricis, & tabernacula, militaremq; supellectilẽ qualẽ pberi cõsuli mos est. Hæc Regi prætor mittere iussus, legatis in singulos dona ne minus qnã milliũ, comitibus eorũ mille æris, & uestimenta bina legatis, singula comitibus, Numidisq;, q ex custodia missi redderent Regi, ad hoc ędes, libera loca, lautia legatis decreta. Multis pterea rebus cũ felix annus fuisset, abitu ptertim Annibalis in patriã reuocati, habito senatu cõclamatũ ex omni parte curię est, ut referret P. Elius Prætor de gratiis alijs hẽndis, decretũq; est, ut qnq; dies circa oĩa puluinaria supplicaret, uictimęq; maiores īmolarent cẽtũ uiginti. Paucis post dieb. Carthaginẽsiũ legatis ad urbẽ Romã, pfectis, datoq; eis senatu, cũ longa excusatione crimen oẽ in Annibalẽ trãstulissent, ptor, more tradito a patribus, potestatẽ interrogandi legatos, si qs uellet, fecit, cũq; illi parũ constanter

respon-

Source : BIU Cujas

respõderẽt, negata pace dimissi sunt. Per eos quoq; dies Gn. Seruilius alter consulum, haud dubius quin pacatæ Italiæ penes se gloria esset (quod multæ in Brutijs vrbes ad eum defecerant, ac ieui quodam prælio Annibalem vicerat, secundumq; id confestim Italia reuocatus excesserat) velut pulsum ab se Annibalẽ p̃sequens, in Siciliam, indein Aphricã transiturus, traiecit, qđ ubi Romæ vulgatũ est, primò censuerunt patres, vt prætor scriberet consuli, senatui q̃uũ videri, vt is reuerterẽt in Italiã; deinde, cũ Prætor spreturũ eũ literas suas diceret, dictator ad id ipsum creatus P. Sulpitius pro iure maioris Imperij consulẽ in Italiã reuocauit. Sequenti anno Aelius a Gn. Seruilio Gemino dictatore magister equitũ est dictus: vt comitia haberẽt, q̃b. vltra solẽne tẽpus (id erant tũ idus Martiæ) per tẽpestates dilatis: creati tandem consules P. ipse Aelius Pętus, & Cornelius Lentulus, q̃ cũ cupiditate Aphricæ p̃uinciæ flagraret: nec quicquã prius agi paterẽt, quàm sibi Aphrica decreta esset, concedente Aelio moderato viro & prudẽte, q̃ gloriæ eius certamẽ cũ Scipione, p̃terquã q̃ iniquũ esset: ẽt impar futurũ cernebat, res ad populũ agitata, postremò senatui permissa est. patres igit̃ iurati (ita conuenerat) cẽsuerunt vti cõsules prouincias inter se cõpararent sortirẽturve: vter Italiam, vter classem nauiũ, quinquaginta hẽret, multis additis, quę alterutrũ gerere oporteret. Aelio Italia prouincia fuit, & cũ collega duas vrbanas legiones scribere iussus, vt quattuordecim legionib. eo anno centũ nauib. longis respublica administraret. Eo anno finitum fm punicũ bellũ, paxq; petentib. Carthaginensibus data. Eodẽ anno cũ Romæ de bello Macedonico consultaretur, res integra rd Aeliũ consulem, q̃ tunc in p̃lio cũ Boiis erat, reiecta est, nã p̃ id tempus P. Aelius Cos. in Gallia cũ audisset a Boiis ante suũ aduentũ incursiones in agros sociorũ factas, duabus legionibus subitarijs tumultus eius causa scriptis, additisq; ad eas quatuor cohortib. de exercitu suo C. Appiũ p̃fectũ sociũ hac tumultuaria manu p̃ Vmbriam, quã tribũ Sappiniã vocant, agrũ Boiorũ inuadere iussit, ipse eodem aperto itinere per montes duxit. Appius ingressus hostiũ fines, primò populationes satis prospere, ac tuto fecit, delecto deinde ad castrũ Mutilũ satis idoneo loco, ad demetenda frumenta (iam enim maturæ erant segetes) profectus, neq; explorato circa nec stationib. satis firmis, q̃ armatæ inermes, atq; operi intentos tutarent̃, positis improuiso impetu Gallorũ, cũ frumentatorib. est circũuentus, inde pauor fugaq; ẽt armatos cępit, ad septẽ millia hominũ palata per segetes sunt cęsa, inter quos ipse C. Appius p̃fectus cæteri in castra metu cõpulsi, inde sine certo duce cõsensu militari proxima nocte, relicta magna parte rerũ suarũ, ad consulẽ per saltus prope inuios peruenere. Qui, nisi q̃ populatus est Boiorum fines, & cũ Ingaunis Liguribus fœdus init, nihil, quod esset memorabile, aliud in prouincia cũ gessisset, Romã rediit. Cũ primum senatũ habuit, vniuersis postulãtib. ne quã prius rem, quã de Philippo, sociorum q̃ querelis ageret, relatũ extemplo est, decreuitq; frequens senatus, vt P. Aelius Cos. quẽ videret ei, cũ Imperio mitteret, q̃ classe accepta, quã ex Sicilia Gn. Octauius reduceret, in Macedoniã traiiceret. M. Valerius Leuinus proprætor missus. Exitu anni, cũ crearentur decemuiri, q̃ agrũ Samnitẽ atq; appulũ (P. enim populi Rom. erat) metirentur, & militibus, q̃ cũ Scipione bellũ Punicũ confecerant, diuiderẽt, in his & P. Aelius creatus est, decretumq;, vt, quot quisq; miles annos in Hispania aut Aphrica militasset, in singulos annos bina iugera acciperet, cũ agrũ decemuiri assignarunt. Aelius per eosdem dies comitia creãdis magistratibus habuit. Biennio post, quęrentibus Narniẽsiũ Legatis ad numerũ sibi colonos non esse, & immixtos quosdã non sui generis pro colonis se gerere, earũ rerũ causa triumuiros creare, Cornelius cõsul est iussus, creatus P. Aelius cũ Sex. fratre & P. Cornelio Lentulo. Eodem anno, cũ censores crearẽtur, multis claris petentibus viris, ipse prælatus cęteris, ac P. Cornelio Scipioni Aphricano collega est datus, ij magna inter se cõcordia & senatũ sine vllius nota regebant, & portoria venalium Capuæ Puteolisq; item castrorũ portoriũ, quo in loco post oppidũ fuit, fruẽdũ locarunt, colonosq; eo trecentos (is enim numerus finitus ab senatu erat) adscripserunt, & sub Tifatis Capuæ agrũ vendiderunt. Biennio post, cũ decem legati in Macedoniã mitterentur, de quorũ cõsilio T. Quintius inibi Imperator leges pacis Philippo Macedoniæ Regi victo daret, in ijs & P. Aelius fuit, itaq; secuto anno, profectis legatis, leges datæ, singula eius legationis p̃currere, q̃a caput eius Aelius nõ fuerit, haud est visum certe legatos p̃terea regũ gentiũq; audiuere, & ab iis omniũ earũ prouinciarũ status formatus est. Cũ deinde munia inter legatos diuiderent̃, vel diuisa prius a senatu essent, quam q̃sq; gentẽ regemq; ordinaret, ad dirimẽda inter Antiochũ Syriæ & Ptholomeũ Aegypti reges certamina missum cũ quatuor collegis P. Aeliũ Sesymbriam in q̃busdã locis inuenio, vñ re infecta discessum est, & Legati Romam sequẽti anno rediere, ac senatui, quo in statu res oriẽtis & Greciæ essent, q̃ dq̃; egissent, retulerunt. Sequenti anno, poslulante T. Quintio, qui Philippũ deuicerat, vt de ijs, q̃ cũ de cẽ legatis ipse statuisset, senatus audiret, eaq;, si videret̃, auctoritate sua confirmaret, Græciæ legatis in senatum introductis, auditisq;, benigne omnib. rñsum, cũ Antiocho, quia lõgior disceptatio erat decẽ legatis, quorũ pars aut in Asia, aut Lysimachię apud regẽ fuerãt, delegata est, Quintio mãdatũ, vt adhibitis iis legatorũ Regis verba audiret, q̃b. auditis, req; iterũ ad se natũ delata, legatos mitti ad regẽ eosdẽ, q̃ Lysimachiæ apud eũ fuerant, placuit P. Sulpitiũ, P. Iuliũ, P. Aeliũ, iiq; e vestigio p̃fecti sunt. Cogor tñ de Liuiani codicis fide subambigere, nã q̃uis in postrema hac legatione fuisse P. Aeliũ aperte tradat, non tñ. vbi Lysimachiæ primũ cõgressum cũ rege exponit, affuisse Aeliũ dicit, & in hac ipsa posteriore legatione exponẽda postquã ad Regẽ ventũ est, nullã Aelij mẽtionẽ facit, & duos tantũ legatos cõmemorat, nisi q̃ ex Claudio fuisse in ea legatione Aphricanum scribit. Vndeuigesimo inde anno P. Aeliũ triumuirũ inuenio in coloniã Lunam duo Millia ciuiũ Ro. cum collegis deduxisse, ac quingena & singula iugera & semisses agri in singulos dedisse, de Ligure captus is ager erat. Hetruscorũ, antequã Ligurum, fuerat, incertũ tñ facit non additũ Pęti cognomen, an ad hunc ea deductio pertineat, quod fuit per ea tempora alter P. Aelius cognomine Ligur. Sequenti demũ anno Pętus, cũ Augur esset, pestilẽtia obiit. In cuius locũ, ne honos de familia exiret, Q. Aelius Pætus suffectus est, quem Q. Aelium ne illũ esse putem, qui a Pomponio inter iurisperitos ponit̃, vt Publii huius aut Sexti filius, fãcit, quod hunc Q. Aelium consulatum gessisse reperio, quem adimere Pomponius illi filio videtur.

Sex. Aelius Pætus.

SEx. Aelius Pætus, Publii frater, ædilis curulis cum M. Claudio Marcello, anno ab vrbe cõdita quingẽtesimo quadragesimo primo frumẽti vim magnã ex Aphrica aduectã binis q̃ris in modios populo diuisit, & ludos Romanos cũ magno apparatu fecit, diẽ vnũ instaurauit, signa ænea q̃nq; ex mulctatitio argẽto, in ærario posuit. Sequẽti anno ad supplẽdos Narniẽsibus colonos secernẽdosq;, qui non sui generis immisti pro colonis se gerebãt, triumuir a cõsule cũ P. fratre & P. Cornelio Lẽtulo creatus est. Cõsul anno proximo creatus cũ. T. Quintio Flaminio, cũ quo ex senatusconsulto in Capitolio scripto sortitus p̃uincias, Italiã obtinuit, cũ nouo omni exercitu, nã delectũ habuit. Attali inde Regis legatos in senatũ cũ Collega introduxit, eisdemq; senatus iussu, vt optabant, respondit. Cumq; prodigia multa nunciarent̃, supplicatio vnũ diẽ habita, & consules rebus diuinis operã dederũt, placatisq; diis in prouincias profecti sunt, Aelius cũ Aelio prætore in Galliam insubriũ exercitumq; ab L. Lentulo acceptũ, quem dimittere dẽbat, prætori tradidit, ipse nouis legionibus, quas secũ adduxerat, bellũ gesturus. Neq; memorabilis rei quicquam gessit, cũ duos exercitus in prouincia habuisset, vnũ retentum, quẽ dimitti oportebat, cui L. Cornelius proconsul p̃fuerat (ipse ei C. Aeliũ p̃torẽ p̃fecit) alterũ, quem in prouinciam adduxit, totũ prope annũ Cremonensibus Placentinisq; cogendis redire in Colonias, vnde belli casibus dissipati erant, consumpsit, itaq; Galliaco anno p̃ter spem quieta fuit. Inde comitiorum causa Romã reuersus, creauit cõsules Gn. Cornelium Cethegũ & Q. Minutiũ rufum biduo post prætorũ comitia habuit. Quadriẽnio post creatus censor cũ C. Cornelio Cethego, principẽ senatus P. Cornelium Scipionẽ Aphricanũ, tunc iterũ consulẽ, quẽ & priores censores legerant, legit tres omnino senatores, neminẽ Curuli honore vsum p̃teriit, gratiam quoq; ingentẽ, sibi apud eũ ordinẽ peperit, qđ ludis Ro. imperauit ædilib. Curulib. auctore Aphricano consule, vt loca senatoria secernerent a populo, nã antea in promiscuo spectabant, itaq; senatus tũ primũ secretus a populo ludos spectauit cũ magna plebis indignatione, nec sine Aphricani auctoris pœnitentia, mos tñ inualuit, equitib. quoque perpaucis ademit equos, nec in vllũ ordinẽ sęuiit, atrium libertatis & villa publica ab eo refecta amplificataq;, ver sacrum ludiq; votiui, quos vouerat septennio ante Seruius Sulpitius Galba cõsul, facti oĩa cõiter cũ collega, nã sequẽtib. sex mẽsib. lustrũ a collega p̃ditũ. Is Sex. Aelius ex illis est, q̃ more veteri trãsuerso foro ambulãtes, ciuib. oĩb. p̃silii sui copiam faciebãt, ad quos olim & ita ambulãtes & in solio domi sedentes de reb. oĩb. referebaṫ, de quo more nos latius in Coruncano diximus. Habitus est. n. Aeli⁹ nõ mõ oĩum æqualiũ suorũ iuris peritissimus, sed ẽt ad dicẽdũ paratus, vt nõ immerito Ennius poeta eũ ita laudauerit, Egregie cordatus, hõ catus, Aelius sextus. Extabat liber eius Põponii tpe, q̃ tripartita inscriptus erat, qđ lege xii. tabularũ p̃posita iungebatur interpretatio, dehinc subtexebaṫ legis actio, ita veluti cunabula iuris p̃tinebat, & ius Aelianũ appellabaṫ. Eiusdẽ tres alii esse libri ferebanṫ, quos tñ q̃dã eius negabãt esse. Cicero certè ad Trebatiũ scribẽs, auctorẽ Sex. Aeliũ facit eius sñiæ, q̃ possit hĩs rectè furti agere de furto, qđ antea factũ esset. Sed & in libris de Oratore & Topicis cõmẽtarios Sexti Aelii citat, & aliquot p̃terea auctores vetustissimi, vt appareat vehementer scripta. Aelii ea tempestate in manibus hominum esse versata.

Aelius Pætus filius.

AElii filiũ inter Iurecõsultos ponit Pomponius, sed ita, vt ne scias, Publii ne, an Sexti filiũ intelligat, neq; p̃nomen adiicit, cęterũ, cũ in Liuii annalib. duo iuniores p̃ P. & Sex. Aeliorũ tẽpora Aelii nominent̃, nos vtriusq; vitã in incertũ collegimus, q̃ alioq; nõnihil attinere ad gloriã patris ac patrui poterat, q̃nq; dẽ

ne gra-

Source : BIU Cujas

ne grauiſſimis quidē philoſophis diſplicet,partē fęlicitatis in po ſterorū,vtiq; proximorū ſucceſſibus eſſe poſitā. C. igitur Aelius ędilis plebis cū eſſet P.Cornelio Lentulo.P.Iulio Appulo cōſulibus,ludos plebeios cū collega inſtaurauit,epulū ludorū gratia Ioui fecit.Eodemq; anno in inſequētē p̄tor creatus,Galliā inſubriū prouinciā ſortitus eſt, & eo cū Sex. Aelio cōſule patre, vel patruo(vt quidem nos opinamur) profectus, nihil memorabile geſſit,vt in vita Sex.Aelij ſcripſimus.Nouēnio poſt C.Aeliū ſiue Heluiū (nā vbiq; ea ambiguitas eſt) auſpicijs Gn. Manlij Volſonis conſulis militaſſe in bello aduerſus Gallogręcos inuenio:legatū arbitror cōſuli datū in eo bello,cū ad Olympū pugnaturus conſul eſſet,trifariam diuiſio exercitu, Aeliū cū tertia parte circuire ſenſim per infima mōtis, deinde ab æſtiuo occaſu erigere agmē iubet ille, vt & alter legatus ab alia parte, cū, quoad viam colles obliqui dederunt, aſcēdiſſet, poſteaquam ad inuia ventū eſt,flexit iter in partem mōtis,quæ vnà habebat iter,& ſequi cōſulis agmen velut ex cōpoſito cępit,quod primò optimum factu fuiſſet,in id neceſſitate ipſa compulſus:ſubſidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximæ ſpei ſuis fuerint,vt primis fortè deturbatis,ſecūdi & tegāt pulſos,& integri pugnā excipiāt, itaq; hoſtes fuſi, capta caſtra, à quorū direptione cū cōſul milites ad inſequēdū hoſtē diuertiſſet,C.Aelius cū tertio agmine aduenit, nec continere ſuos à direptione caſtrorū valuit, prædaq; eorū, qui pugnæ non interfuerant,iniquiſſima ſorte facta eſt. Sequēti etiā anno in eadē legatione fuit. M.verò Aelius anno poſt Caiū ędilis plebis cū fuiſſet,creatus in inſequentē quartus eſt p̄tor, quo primū anno ſex prętores creari cępti,creſcētibus iā prouincijs,& latius pateſcēte imperio. In eo magiſtratu vlteriorem Hiſpaniam prouinciā ſortitus, cū Gn. Sēpronius Tuditanus collega eius,qui cū etiā ędilitatē geſſerat,citeriorē obtinuiſſet,à ſenatu terminare iuſſi ſunt, qua vlterior ceteriorq; prouincia ſeruaretur,militū octo millia peditū ſociū ac latini nominis & quadrigētos equites accepit,vt è prouincia ſua veterē mitterēt militē,fortè ingēs eo anno in vlteriore Hiſpania coortum eſt bellū. M Aelius literis ſenatū certiorē fecit, Culcam & Luſcinonē regulos in armis eſſe,cū Culca decē & ſeptē oppida,cū Luſcinone fidas vrbes Cerdonē & Bardonē & maritimā orā omnē,quæ nōdū ſuperioribus bellis animū mutauerat,ad finitimorum motus cōſurrecturam,literis lectis,ſucceſſuro p̄tori bellū decretū eſt: nec quidquam p̄æterea ab eo in ea prouincia memorabile geſtū reperio,cū triēniū in ea fuiſſet:nā finito anno, in quē ei data fuerat,retentus ibi lōgo & graui fuerat morbo. Cęterùm decedēti inde Aelio cū p̄ſidio ſex milliū militum, à p̄ætore dato, Celtiberi agmine ingenti ad oppidum Iliturgim occurrerūt, viginti millia armatorum fuiſſe Valerius ſcribit, duodecim millia ex iis cæſa, oppidū Iliturgim receptū,& puberes oēs interfectos, inde ad caſtra Catonis Coſſ.Aelius peruenit,&,qa tuta iā ab hoſtibus regio erat, p̄ſidio in vlteriorē Hiſpaniam remiſſo Romā cōtendit,& ob rem fęliciter geſtā ouans eſt ingreſſus,argēti infecti tulit in ærariū quatuordecim millia pondo, ſeptingenta triginta duo,& ſignati bigatorū decem ſeptē millia viginti tria, & oſcenſis argēti cētū viginti millia quadringēta triginta octo cā negati triūphi fuit, qđ alieno auſpicio & in aliena prouincia pugnaſſet. Sequēti anno cū duobus collegis Triumuir colonię deducēdæ,Sypuntū in agrū,qui Arpinorū fuerat, coloniā ciuium deduxit.

Attilius Sapiens.

L. Attilius,ſiue,vt eſt in Pōponio, P.(nā ego plus fidei in hoc Ciceroni adhibendū puto) qui ſapiens primus à populo Ro.appellatus eſt, q̄ prudens eſſe in iure ciuili videbatur, is(opinor)eſt,qui cū M. Aelio p̄tor poſtremus creatus Sardiniā prouinciā ſorte obtinuit. Vbi nihil, quod magnopere memoria dignū ſit,ab eo geſtū reperio.Familia,quāquā plebeia,ingentiū virorū ferax principem in ea cōſulatus inuenio M.Attilium Regulū(nā eo potiſſimū cognomento Seraniq́ue & Calatini Balbi ac Glabrionis inclyta)collegam M.Valerij Coruini quarto conſulatu.multo ante Tr.militum Coſſ.poteſtate bis L. Attilium,p̄torem longo interuallo M. Attilium.Secutus eſt Regulus ille Seranus bis cos.qui rarò fauere fortunā ſummæ virtuti docuit: captus enim à Carthaginenſibus per primū bellū punicū,Romāq; ad cōmutandos captiuos,data redeūdi fide, dimiſſus, eā permutationem in ſenatu diſſuaſit,& ad hoſtē reuerſus, miſerabili tormētorū cruciatu diſperijt.Iis aliquotq; p̄æterea maioribus illuſtris Attilius noſter,familiæ titulis,ſapiētiæ cognomē adiecit,ne ſola auorū gloria niteretur:ſed vt poſteris, qui plurimi & clariſſimi extitere,hac vera humani animi laude p̄æluceret. Quā eandē Græco cognomine Sempronius ante obtinuerat, in quo Accurſius & Zaſius fruſtra torquentur.

P.Cornelius Scipio Naſica.

PAtricia gens Cornelia nobilitatis antiquæ fuit, vt quæ vigeſimumquintū ab eiectis regibus cōſulatum, & decemuiratū geſſerit,inter cognomina primū Maluginenſe,ab origine(nifallor) prioris patriæ,obtinuit. Coſſi dein, Scipiones, Scapulę, Barbati,Lentuli,Dolabellæ,Rufini,Merendę,Blęſi,Falcones,Cethegi,Merulę,Leuini,Cinnę,Syllæ. Scipiones quoq; varijs agnominibus diſtincti,Aruinæ,Aſinæ,Calui,Naſicę,& à deuictis prouinciis Aphricani, Aſiatici. Eorum primus legitur P. Cornelius Scipio magiſter equitū M.Furii Camilli primū dictatoris: idēq; anno ſequenti Tr.militum Cos. po. quinquēnio ferè ante captā à Gallis vrbem,diuq; poſt primū Coſ.L.Cornelius Scipio Aruina.Naſicam neminē ante hunc,cuius nunc vitā ſcribimus,dictū reperio. Igit̄ P.Cornelius Scipio Naſica,Gn. Cornelii Scipionis in Hiſpania occiſi filius, frater patruelis fuit Aphricano maiori,eū inter Iurecōſultos nominat Pōponius. Is,cū bello punico ſecundo,M.Cornelio Cethego,P.Sēpronio Tuditano, Cōſulibus,vel proximis prioribus, Scipione.ſ. Aphricano, & P.Licinio(nam vtrunq; Liuius diuerſis locis à ſe ipſe diſſentiēs ſcribit) vt alienigena hoſtis ex Italia pelleretur,monitu Sibyllini carminis,Idea mater magna deum Cybele è phrigię oppido peſſimūte Romam aduecheret,ac iā Tarracinā aduenisſet,& recipi eam hoſpitio optimi in ciuitate viri,cōſecrariq; ex oraculo Pithyo oporteret, haud paruæ rei iudiciū ſenatum tenebat, qui vir optimus in ciuitate eſſet.Veram certè victoriā eius rei ſibi quiſq; mallet, quā vlla imperia honoresve,ſuffragio ſeu patrū, ſeu plebis delatos.Patres conſcripti iurati P.Scipionem Naſicā adoleſcentē nōdum quæſtoriū (quibus virtutibus non traditur) iudicauerūt in tota ciuitate virum optimū eſſe.Quæ laus vni huic à cōdito quo cōtigit.Itaq; explica totos faſtos, cōſtitue oēs currus triūphales, nihil tamen in eorū principatu ſpecioſius reperies. Igitur cū omnibus matronis Hoſtiā ire iuſſus obuiā Deæ,isq; eā de naue accipere,& in terrā delatā tradere referendā matronis. Poſtquā nauis ad hoſtiū amnis Tyberini acceſſit,ſicut erat iuſſus,in ſalū naue euectus,ab ſacerdotibus deā accepit,extulitq; in terram,lapis erat,quē matrē deorū incolæ dicebant,ab Attalo rege Aſiæ Romanis traditus.Matronæ primores ciuitatis,inter quas vni⁹ Claudiæ Quintiæ inſigne eſt nomen,accepere,cui dubia (vt traditur) antea fama inducta Romā deorum matre,cum nauem, qua vehebatur aduerſo Tyberi,repente in vado cōmoratā,& nullis viribus mobilē,zona pertraxiſſet,precata deā,vt,ſi pudicam ſe ſciret,ſequeretur, clariorē ad poſteros tā religioſo miniſterio pudicitiam fecit.Eę per manus ſuccedētes deinde aliæ aliis, omni effuſa ciuitate obuiā,thuribulis ante ianuas poſitis,qua præferebatur,atq; accenſo thure, precantibus vt volens propitiaq; vrbem Romam iniret,in ædē victorię,quæ eſt in Palatio, pertulere deā pridie idus Aprilis:isq; dies feſtus fuit,populus frequēs dona deę in Palatio tulit, lectiſterniumq; & ludi fuere Megaleſia appellata.Alibi Liuius ab ipſo Naſica delatam Romam à mari deam in Palatium ſcribit,quod tamen opera mulierū,præeūte ipſo,quaſi ab eo factum intelligi poteſt. Quidam addunt deā ab ipſo priuatis etiam ædibus exceptam. Decennio inde prætor factus(nihil enim inter hæc ſcriptū de eo comperi,niſi is fuerit, q quinq; ante annis triūuir ad ſupplendū Venuſinis colonorum numerū cū C.Terētio Varone T.Quintio Flaminio eſt datus, colonosq; aſcripſit.Quod & ad Aphricanū pertinere pōt.Nā vterq; P. Cornelius Scipio dicebatur(neq; eſt aut Aphricani,aut Naſicę agnomen additū,vt celebriorē accipi Aphricanū par ſit) vlteriorem Hiſpaniā ſorte obtinuit.Ibiq; trans Iberū multa ſecunda prędia fecit.Quo terrore nō minus qnquaginta oppida ad eum defecerunt,prætor hæc geſſit.Poſtero anno proprætor Luſitanos, peruaſtata vlteriori prouincia,cū ingenti prędа domū redeuntes in ipſo itinere aggreſſus, ab hora tertia diei ad octauā incerto euētu pugnauit,numero militum impar,ſuperior aliis,nā & acie frequenti armatis aduerſus longū & impeditum turba pecorū agmen,& recenti milite aduerſus feſſos longo itinere occurrerat. tertia nāq; vigilia exierāt hoſtes,huic nocturno itineri tres diurnæ horæ acceſſetant,nec vlla quiete data laborē viæ prędium exceperat.Itaq; principio pugnæ vigoris aliquid in corporibus animisq; fuit,& turbauerāt primo Ro. deinde æquata pauliſper pugna eſt.In hoc diſcrimine ludos Ioui,ſi vi fudiſſet excidiſſetq; hoſtes,proprætor vouit,tandem gradum Ro.acrius intulerunt, ceſſitq; Luſitanus,deinde ꝓrſus terga dedit,& cū inſtitiſſent fugientibus victores,ad xii.millia hoſtium ſunt cęſa,capti quingēti quadraginta,oēs fermè equites,& ſigna militaria capta centū triginta quatuor,de exercitu Ro.ſeptuaginta & tres amiſſi.Pugnatū in de haud procul Ilipa vrbe eſt,eo victorem opulentū prædа exercitum P.Cornelius reduxit,ea omnis ante vrbē expoſita eſt, poteſtasq; dominis ſuas res cognoſcendi facta,cætera vēdēda quæſtori data,quod inde redactum eſt,militi diuiſum.Quę res eo opportuniores euenere,quòd Sex. Digitius citerioris Hiſpanię prętor crebra aduerſa prędia fecerat,& dimidium acceptorum militum amiſerat, vt, niſi Scipio Hiſpanos contudiſſet, omnis Hiſpania ſublatura animos fuerit. Inde Romam reuerſus in maximo Conſulatus ambitu, competitore ex patriciis L. Quintio Flaminio, & C.Mallio Volſone,in Campum deſcendit,ſed omnium oculi in Quintium & Cornelium coniecti,nam & in vnū locum tendebant patricii ambo, & rei militaris gloria recens vtrunque commendabat. Cæterùm ante omnia certamen

Source : BIU Cujas

accendebant fratres candidatorum,duo clarissimi suæ ætatis Imperatores,maior gloria Scipionis,&,quo maior, eo proprior inuidiæ,Quintij recētior,vt qui eo anno triūphasset.Accedebat,q̄ alter decimū iā prope annū assiduus in oculis hominum fuerat, quæ res minus verēdos magnos homines ipsa satietate facit.Cōsul iterum post deuictū Annibalem Cēsorq; fuerat, in Quintio noua & recentia omnia ad gratiā erant,nihil nec petierat à populo post triūphū,nec adeptus erat, pro fratre germano non patruele se petere aiebat, pro legato & participe administrati belli,se terra,fratrē mari rē gessisse.Is obtinuit,vt prēferretur candidato,quem Aphricanus frater ducebat,quē Cornelia gens,Cornelio Consule comitia habente, quē tantū prætudicium Senatus, virum è ciuitate optimum iudicatū, qui matrem Ideā pessimunte venientem in vrbem acciperet.L.Quintius & Gn.Domitius Aenobarbus Coss. facti, adeò ne in plebeio quidem Cōsule,cū pro C.Lelio niteretur,Aphricanus valuit. Sequentis tamē anni consulatum in magna rursus cōpetitorum cōtentione accepit,vt delatum priore anno tali viro,nō negatū honorē appareret. Inito magistratu,Consules à patribus,priusquā de prouincijs agerent,res diuinas facere maioribus hostiis iussi sunt in omnibus phanis, in q̄bus lectisterniū maiore parte anni fieri solet, prēcariq;, quod Senatus de nouo bello in animo haberet: vt ea res Senatui Populoq; Ro.bene atq; fēliciter eueniret,ea oīa sacrificia lęta fuerunt,primisq; hostiis perlitatum est, & ita aruspices respōderūt,eo bello terminos populi Ro.propagari,victoriā ac triumphum ostendi.Hæc cum renunciata essent,solutis religione animis,patres rogationē ad populū ferri iusserunt,vellent, iuberēt ne cū Antiocho rege,quiq; sectam eius secuti essent,bellū iniri,si ea perlata rogatio esset,tū,si ita videretur Consulibus, rē integram ad senatum referrent. P. Cornelius eam rogationem pertulit. Tū Senatus decreuit,vt Cōsules Italiam,& Grēciā prouincias sortirentur,cui Græcia euenisset, vt p̄ter eū numerū militū, quē P.Quintius in eam prouinciam ex auctoritate Senatus scripsisset,imperassetve, eū exercitū acciperet, quē M. Bebius p̄tor anno priore ex S.C.in Macedoniā traiecisset,& extra Italiam permissum,vt,si res postulasset, auxilia ab sociis ne supra.v. millia numero acciperet.L.Quintium superioris anni consulē legari ad id bellū placuit. Alter cos,cui Italia prouincia euenisset,cū Boiis iussus bellū gerere vtro exercitu mallet ex duobus, quos superiores Coss.habuissent,alterum vt mitteret Romam,eęque vrbanæ legiones essent paratę,quo Senatus censuisset. His ita in Senatu,ad id,quæ cuius prouincia foret,decretis, tum demū sortiri Consules placuit,Attilio Grecia,Cornelio Italia euenit.Certa deinde sorte;Senatusconsultum factum est,quod popu.Ro.eo tempore duellum iussisset cū rege Antiocho esse,quiq; sub Imperio eius essent, vt eius rei causa supplicationē imperarent Cōsules.Supplicatio paulo post ab duobus Cōsulibus edicta per biduum fuit. Cùm instaret in Græciam & Antiochum regē Syriæ bellum,adeò in apparatū curamq; eius belli ciuitas intenta fuit, vt P.Cornelius Consul ediceret,qui Senatores essent, quibusq; in Senatu sententiam dicere liceret, quiq; minores magistratus essent nequis eorū ab vrbe Roma longius abiret,quàm vnde eo die redire posset,neve vno tempore quinque Senatores ab vrbe Roma abessent.Deinde,priusquā in prouinciā suam ad bellum, quod cū Boiis gerendū erat in Cisalpina Gallia,proficisceretur, postulauit ab Senatu,vt pecunia sibi decerneret ad ludos, quos p̄tor in Hispania inter ipsum discrimen pugnæ vouisset. Nouū atq; iniquum postulare est visus.Censuerūt ergo, quos ludos inconsulto Senatu ex sua vnius sententia vouisset, eos vel de manubiis,si quam pecuniam ad id reseruasset, vel sua ipse impensa faceret,eos ludos per dies decem P. Cornelius fecit. Per idē fere tēpus ædes matris magnæ deę dedicata est,quā deam is P.Cornelius aduectā ex Asia in Palatium à mari detulerat.Locauerāt ędē faciendam M.Liuius C.Claudius Censores M.Cornelio T.Sempronio Coss.Tertiodecimo anno postea,quàm locata erat, dedicauit eam M.Iunius Brutus, ludiq; ob dedicationē eius facti, quos primos scenicos fuisse Valerius Antias est auctor, Megalesia appellatos,quidam ab ipso Nasica factā dedicatamq; ferunt. Cū adhuc Romę maneret,nūciatis prodigiis,iussus à Senatu est, vt quibus diis q̄busq; hostiis ędixissent decēuiri,sacrificaret . placatis diis nunc votis rite soluendis, nunc prodigiis expiandis, in prouinciā proficiscitur, atq; inde Gn. Domitium proconsulem dimisso exercitu Romā decedere iussit,ipse in agrum Boiiorum legiones induxit.ac duobus fere post mensibus cū Boiiorū exercitu signis collatis egregiè pugnauit.duodetriginta millia hostiū cæsa,Antias Valerius scribit,capta tria millia & quadringentos, signa militaria cxxiiii.equos mille ducentos triginta,carpēta ducēta quadraginta septē, ex victoribus mille quadringētos octogintaquattuor cecidisse, vbi in numero scriptori parū fidei sit: quia in augendo eo nō alius intemperatior est: magnā tamē victoriam fuisse apparet,q̄ & castra capta sunt,& Boii post eā pugnā extēplo dediderunt sese,& q̄ supplicatio eius victoriæ causa decreta ab senatu,victimęq; maiores cęsę. Inde primo obsidib⁹ à Boiiorum gēte acceptis,agri parte ferè dimidia eos mulctauit, quo,si vellet,Populus Ro.coloniā mittere possit. Inde Romā vt ad triūphū haud dubiū decedens,exercitū dimisit, & adesse Romæ ad diē triūphi iussit, ipse postero die, quàm venit, senatu in ædem Bellonæ vocato,cū de rebus ab se gestis disseruisset,postulauit,vt sibi triūphanti liceret in vrbē inuehi.P.Sēpronius Blęsus Tribunus plebis non negandū Scipioni,sed differendū honorē triumphi censebat,bella Lygurū Gallicis semper iūcta fuisse,eas inter se gētes mutua ex propinquo ferre auxilia, si P.Scipio deuictis acie Boiis,aut ipse cū victore exercitu in agrū Lygurū transisset,aut partem copiarum Q.Minutio misisset, qui iā tertiū ibi annū dubio detineretur bello, debellari cū lyguribus potuisse: nunc ad triūphum frequentandū deductos esse milites, qui egregiam nauare operā Reip.potuissent,possent etiā,si senatus,quod festinatione triūphi prætermissum esset,id restituere,differendo triūpho,vellet,iuberent Cos.cū legionibus redire in prouinciā, dare operā,vt lygures subigantur: nisi illi cogantur in ius ditionemq; populi Ro.ne Boiios quidē quieturos,aut pacē, aut bellū vtrobiq; habenda:deuictis lyguribus paucos post mēses proconsulem P.Cornelium multorum exemplo,qui in magistratu non triumphauerunt,triumphaturum esse. Ad ea Consul,neq; se lygures prouinciā sortitū esse ait,neq; eū lyguribus bellū gessisse, neq; triumphū de iis postulare, Q. Minutiū cōfidere breui subactis iis merito triūphū postulaturū atq; impetraturum esse, se de Gallis Boiis postulare triūphū,quos acie vicerit, castris exuerit, quorū gentē biduo post pugnā totā acceperit in deditionē,à quibus obsides abduxerit pacis futuræ pignus. Verū enimuerò illud multo maius esse,quod tantū numerū Gallorū ceciderit in acie, qđ cū tot millibus certè Boiiorū nemo ante se imperator pugnauit,plus partem dimidiā ex quinquaginta millibus hominū cæsam,multa millia capta,senes puerosq; boiis supesse. Itaq; id quē quā mirari posse,cur victor exercitus, cū hostē in prouincia neminē reliquisset: Romā venerit ad celebrādū Cos. triūphū? Quorū militū si & in alia prouincia opera vti Senatus velit,vtro tandē modo prōptiores ad aliud periculū nouūq; laborē ituros credat,si per soluta iis sine detractatione prioris periculi laborisque merces sit?an si spē pro re ferētes dimittant,iā semel in prima spe deceptos? Nā,qđ ad se attineat, sibi gloriæ in omnē vitā illo die satis quæsitū esse,quo se virū optimū iudicatū ad accipiendā matrē Idæam mississet Senatus hoc titulo,& si nec Consulatus,nec triūphus adiicitur,satis honestā honoratamq; P. Scipionis Nasicæ imaginē fore. Vniuersus Senatus non ipse modo ad decernēdum triūphū cōsensit,sed etiā tribunū ple.auctoritate sua compulit ad remittēdā intercessionē.P.Cornelius Cos. triūphauit de Boiis,in eo triūpho Gallicis carpēris arma signaq; & spolia omnis generis trāsuexit,& vasa ænea Gallica, & cū captiuis nobilibus equorū quoq; captorū gregē traduxit, aureos torques transtulit Mcccclxx. ad hæc auri pōdo.ccxlv.argenti infecti factiq; in Gallicis vasis nō infabre suo more factis duo milia.cccxl. pondo bigatorū numum ccxxxiiii.militibus,qui currum secuti sunt,cētenos,vicenos,qui nos asses diuisit,duplex cēturioni,triplex equiti. Postero die,cōcione aduocata,de rebus ab se gestis,& de iniuria tribuni,bello alieno se illigantis,vt suæ victoriæ fructu se defraudaret,cū disseruisset,milites exautoratos dimisit.Habitis inde comitiis sub anni exitum,Cōsules L.Corneliū Scipionem, quē ipse competitorē in cōsulatu habuerat,C.Læliū creauit. Biennio inde cēsurā cū multis magnæ dignitatis viris cum petisset, repulsum tulit. Iterūq; quinquēnio post petitā cū octo cōpetitoribus haud obtinuit. Anno proximo triumuir ad Aquileiā coloniā latinā deducēdā creatus,& cū T.Quintio Flaminio,ac L. Scipione Asiatico ad Prusiam Bithynię regē est missus,vt quidā auctores sunt,nā variant,satis cōstat in gratiā Populi Ro. contendēte legatione,effectū à Prusia,vt Annibal pęnus imperator, q̄ apud eū fortè tū erat,obseptis p̄sidio militū omnibus cubili exitibus, sumpto veneno occūberet.Biennio post Nasica cū collegis coloniam Aquileiam deduxit tria millia peditū, quibus data quinquagena iugera,cēturionibus centena, cētena quadragena equites acceperūt.Intercesserāt anni vndecim cū Hispanis, q̄ per legationem se spoliatos vexatosq; à magistratibus Ro. apud senatum querebantur,facta ab eo potestas est,vt apud datos recuperatores quattuor patronos eligerēt,q̄snā causam tuerentē,dissensione inter duarū prouinciarū legatos orta, citerioris Hispaniæ populi M.Porciū Catonem & Nasicā sumpserūt patronos,vlterioris L.Paulū & C Sulpitiū,ac duobus p̄toribus repetūdarū reis in exiliū expulsis,cæteri silētio obliterati, in futurū Hispanis cōsultum ab Senatu. P. is noster Nasica Iurisperitus maiorē natu è duabus P.Aphricani maioris,patruelis sui filiam à patre collocatā in matrimonio habuit. Huic etiā publicè domus in sacra via data est, quo facilius consuli posset. Huius esse arbitror illud dictum,simulatione stultitię bellum,cùm enim ad poetam Enniū venisset,eiq;,ab hostio quærenti Ennium,Ancilla dixisset,domi non esse,Nasica sensit,illam domini iussu dixisse, & illum intus esse, paucis post diebus, cùm ad Nasicam uenisset Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Nasica, se domi non esse:tum Ennius, quid? ego non cognosco vocem (inquit) tuam? hic Nasica, homo es (inquit) impudens, ego, cum te quærerem, ancillæ tuæ credidi, te domi non esse, tu mihi non credis ipsi?

Iuuat

Source : BIU Cujas

Iuuat post iocos inserere hoc loco veteris paupertatis cū summa gloria cōiunctæ exēplū. Sororem is Nasica habuit, cuius iam adultæ virginis dotē cum pater Hispaniæ præfectus senatui scripsisset sine se expediri non posse, ac proinde peteret, vt sibi successor mitteretur, Senatus, ne Resp. bono duce careret, patris sibi partes desumpsit, consilioq; vxoris ac propinquorū Scipionis constituta dote, summā eius exærario erogauit, ac puellā nuptui dedit, dotis modus quadraginta millia æris, qua parsimonia vixisse tū priuatos putemus, cū Ro. Resp. quæ iā tū vniuersam Italiam, Hispaniam, Siciliam, Sardiniā, & circūiectas insulas numerabat in censu, haud amplius quàm aureos nostrates. cccc. filiabus suis in dotem daret? Plinius de nostro hoc scriptū reliquit, bis in toga candida à populo repulsa notatū esse, quod potest ad illas duas censuræ, quas diximus, petitiones pertinere, tametsi an tea quoq; in petitione consulatus semel repulsus erat: sed, quod adiungit, non licuisse ei in patria mori: vereor ne per errorem ex alio Nasica ortum dixerit, nā ille Gracchanæ cædis inuidia cedere Italia coactus apud Pergamū Asiæ interiit. Plures enim (nequid cuipiā fortè præteritum à nobis in huius vita videatur) post hūc fuere Nasicę cognomine. Primus ille, quē appellatū Corculū ait Cicero, qui bis Consul & Censor fuit, & habitus est eloquens, quē ego propè est, vt huius nostri filiū existimē, licèt eum cū hoc iurisperito Cotta Mediolanēsi seūdem esse falso tradat. Inde Nasica Serapion, qui Cracchū perculit, quē nepotē, & aliū inde P. Nasicam, qui Iugurthæ bellum indixit, quem pro nepotem fuisse puto ex Bruto Ciceronis. ostendit id Paterculus planissimè libro posteriore, cum de occisore Gracchi loqueretur, P. Scipio Nasica (inquit) eius, q optimus à Senatu iudicatus erat, nepos, eius, qui censor porticus in capitolio fecerat, filius, prone pos autem Gn. Scipionis celeberrimi viri, P. Aphricani patrui, tametsi falsò scriptū est, patruus, apud Paterculū. Hoc in genere ēt à Valerio Maximo peccatū est, qui putauit eundē esse hunc nostrū Nasicam cū eo, qui Coss. Iugurthæ bellum indixerit, & qui multas & pestiferas seditiones oppressérit, q aliquot annos princeps senatus fuerit. Itaq; non videt Valerius duorū triū, vt homi nū ac fortè quattuor res in vnū congeri, & Consulatus, annorū inter se octuaginta interuallo distantes, in vnū hominem cōferri. Sed &, quod addit de repulsa, vereor ne nō ad hunc pertineat, eiusq; errorem fortè secutus sit. & Plinius in vniuersa illa laudatione. Id verò tale est (nā adscribere in incertū libuit) cū ædilitatem curulem adolescens peteret, ac manū cuiusdam rustico ope re duratam, more candidatorū tenacius apprehēdisset, ioci gratia interrogauit eum, nū manibus solitus esset ambulare. Quod dictum à circūstantibus exceptum ad populum manauit, causamq; repulsæ Scipioni attulit: oēs nāq; rusticæ tribus, paupertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes, iram suā aduersus contumeliosam eius vrbanitatē distrinxerunt. Igitur ciuitas Ro. nobilium iuuenum ingenia ab insolentia reuocādo, magnos & vtiles ciues fecit, honoribusq;, non patiendo eos à scurris peti, debitū auctoritatis pōdus adiecit. Ne illud quidē omittēdū, in quorūdam breuiariis nostrū hunc M. dici nō P. quod ego magis mēdo librarii, quàm auctoris mēdacio factū interpretor. Hęc sunt, quæ de Nasica viro optimo ab optimis relata auctoribus inuenias. Cæterū, ga Cicero cōiecturā præbet. & auctor leuis opusculi de viris illustribus planè indicat, iuris scientia excelluisse illum, qui propter hāc cognitionē & eloquentiā, & prudens ingeniū sit cognominatus Corculū, quē nos supra huius viri optimi filiū fuisse ostendimus (licèt eundē cū patre filium idem auctor inscite faciat) fit, vt verear, ne Pōponius patrem pro filio in hūc censum retulerit, vtq; ea, quæ sparsim de Nasica Corculo apud auctores leguntur, tanquàm ad Nasicā iurisperitum, vel suo nomine magis, vel patris non multo minus pertinentia, duxerim colligenda. Sed illud in primis testatū relinquam, quæcūq; apud auctorem Liuianæ epitomes. libro xlvii. xlviii. xlix. scripta sunt de Scipione Nasica, nos à Corculo gesta esse existimare. quāuis auctor ille ea ex professo Scipioni viro optimo à senatu iudicato ascribat, mouet me, q ad illa vsq; tēpora pueniisse nō opinor virum optimum, futurū, si peruenisset, supra octuagenariū, cum tamen non sit eius senectus celebris, & q, si eas res Corculo adimas, nihil relinquetur, quod ab eo in tantis honoribus gestū scripsisse Liuius dici possit, quod quidē in illam epitomē sit relatū, quod mihi verisimile nō fit, hæc autē ferè sunt. Priore Cōsulatu Dalmatas domuit, addit Appianus, & Scordiscos gētē Illyricā a L. Scipione ppè ad internitionē esse deletā, ipsum deinde, cū Medis & Dardanis sacri auri, quod illi, expoliatis templis atq; oraculis, pdati fuerāt, pactione corruptū iecisse fędus, q sacrilegij cōtagio Rēp. deinde perpetuis ciuilibus bellis ad tyrannidē vsq; inuoluerit, qd tū, à Corculo ne, q P. non L. fuerit, gestum sit, nōdum satis cōstitutū habeo, vt Corculo attribuā, facit, q scriptor virorū illustriū ab eo consule expugnatam tradit Delminiū vrbem Dalmatarum, additq; imperatoris nomē à militibus & triūphū à senatu oblatum recusasse. Illud igit certios, quod traditur, cū in finibus Carthaginensium maximus Numidarū exercitus, Archobazane Duce Syphacis nepote, diceret ēē: & M. Cato suaderet, vt Carthaginensibus, q exercitū specie contra Masinissam regē, sed re vera contra Ro. accitū in finibus haberent, bellū indiceretur, cōtra dixisse Nasicā, effectūq;, vt legati mitterent Carthaginē, q specularent, qd ageret. quibus missis, neq; satis benignè acceptis, cū Gulussa Masinissæ filius denunciasset Carthagine delectus agi, classem cōparari, & haud dubium bellū strui, Catone suadente, vt iis bellū indiceret, Nasica dixit, nihil temere faciūdū. Itaq; rursus legati exploratum missi, qui cum reuersi legationem retulissent, Catone & aliis principibus senatus suadentibus, vt in Aphricā cōfestim transportaret exercitus: Nasica sententiā dixit, nondū sibi iustam causam belli videri, quāuis exercitus & classis Carthagine deprehensa esset. Itaq; placuit, vt bello abstineret, si Carthaginenses classem exussissent, & exercitum dimisissent, sin minus, proximi Coss. de bello punico referrent. Interim, cū censores theatrū lapideum in vrbe ad floraliū cæterorūq; ludorū spectacula construendū locassent, is, ne fieret, grauissima oratione obstitit, persuasitq;, ne Græcā luxuriam humilibus patriæ moribus paterent obrepere, inimicissimū hoc fore inquirens bellatori populo, ad nutriendam desidiā, lasciuiamq; commentum, adeoq; auctoritate sua mouit senatum, vt nō solū vendi omnia theatro comparata iusserit, sed ēt subsellia, quibus ad breue horæ spatiū cōgestis, in ludorū spectaculo, iā vti ciuitas cęperat ludis, poni intra vrbē propriusve mille passus prohibuerit, quod factū traditur anno ab vrbe condita circiter sexcētesimo: vt s remissioni animorū iniūcta stādi virilitas propria Ro. gentis nota esset. Sed reclamat hic rursus D. Augustinus, vir, vt cæterarum literarū, ita historiæ quoq; peritissimus, qui hāc theatri interpellationē Nasicæ Pon Max. tribuit, id autē sacerdotiū gessit nō Corculus, sed filius eius Serapiō, auctore Cicerone atq; aliis. Deinde, cū Cato nō desisteret, quacūq; de re, ageret ī senatu, ad extremū sentētiæ exclamare deleda esse Carthaginem, Nasica dissentiēs instituit in hūc modū cōtrariā tueri sentētiam, vt semp haberet in ore, è Rep. sibi videri, Carthaginē, nō euerti, potissimū quoniā pop. Ro. secūdis rebus elatus, & insolēs à multis iā sceleribus cōtineri nō posset, q prosperitate rerū adeo luxuriaret, vt quo impetus aiorū ferret, eo per vim atq; impotētiam grassaret, hunc ergo metū moderatorē & salutarē quasi frenum quoddā temeritati multitudinis retinēdū cēsebat. Carthaginenses. n. quēadmodū Romanos superare nō possent, sic satis esse ad pop. Ro. intra moderationis terminos cōtinendū ad extremū tū peruicit Catonis sentētia, nō multo magis, si ex euētu rerū iudicandū est, Reip. salutaris, quā Nasicæ: placuit tū, vt vrbs tantū loco moueret, nihil. n. spectosius visum, quā esse Carthaginē, q nō formidaret. Idē aliū quoq; cōsulatū gessit, & cū se aduersis auspicia consulē à Graccho nominatū coperisset, magistratu se abdicauit: à Tiberio enim Graccho ad collegiū augurū literis ex prouincia missis, quibus significabat, se, cū libros ad sacra populi pertinentes legeret, animaduertisse vitio tabernaculū captū, comitiis consularibus, q ipse fecisset: eaq; re ab auguribus ad senatum relata: iussu eius C. Figulus è Gallia, Scipio Nasica è Corsica Romā redierunt, & se consulatu abdicauerūt. Quod inter cultæ religionis exēpla ponitur, id tū priore eius consulatu gestū existimo, in quo habuit collegam Figulū, in posteriore M. Claudium Marcellum ij. Censor etiam fuit, & statuas, quas sibi quisque per ambitionem in foro ponebat, sustulit, porticusq;, vt diximus, in capitolio fecit. Multa alia scripta de Nasica reperias, quę neq; ad hunc, neq; ad patrē eius referri possint, quale illud, qd scribit Valerius, maxima libertate ad populū dixisse Nasicam, plus se q Quirites, quid Resp. expediret, intelligere, quod ad Serapionem pertinere facilè dicas ex Epitome Liuii lib. lv. multa, in quibus dubites: vt quod tradit Plinius Nasicam cēsorem collegā Lanati primum Romæ aqua diuisisse horas æquè noctium ac dierū: idq; horologium sub tecto publicè dicasse. L. etiā quēdam Porcium Nasicam apud Ciceronem reperio.

Q. Fabius Labeo.

Q. Fabius, qui primus in familiā Labeonis cognomen attulit, tametsi à Pomponio prætereatur, à Cicerone iuris & literarū atq; antiquitatis bene peritus esse existimatus dicitur, iccirco vitā quoq; eius inserēdā putauimus, fuit enim vir in Repu. magnæ dignitatis. Is qstor vrbanus cū L. Aurelio anno ab vrbe condita Dxxxxiiij. magnū certamen cū omnibus sacerdotibus habuit. Pecunia. n. opus erat, q vltimā pensionē pecuniæ in bellū collatę persolui priuatis placuerat, qstores ab auguribus Pont. q, qui stipēdiū per bellū nō cōtulissent, petebāt, illi nequicquā tribunos appellauere, omniumq; annorū, per quos nō dederāt, exactum est. Septēnio post ptor classem sortitus, in Asiā ad mare venit, quod pacatū adepto, cogitātiq; Fabio, cui rei potissimū insisteret, ne ociosam prouinciā habuisse videri posset, optimū visum est in Cretā insulā traijcere. Cydoniatæ bellum aduersus Cortynios Gnosiosq; gerebāt, & captiuorū Ro. atq; Italici generis magnus numerus in seruitute esse per totā insulā dicebatur. Classe ab Epheso profectus, cū primū Cretæ litus attigit, nūcios circa ciuitates misit, vt armis absisterēt, captiuosq; in suis quēq; vrbibus agrisq; conquisitos reducerent, & legatos mitterent ad se, cùm quibus de rebus ad Cretenses pariter Rom. quod pertinentibus ageret. Nihil magnopere ea Cretenses mouerunt,

Source : BIU Cujas

captiuos præter Gortynios nulli reddidere. Valerius Antias ad quatuor millia captiuorum, quia belli minas timuerint, ex tota insula reddita scripsit, eamq; causam Fabio, cū rem nullam aliā gessisset, naualis triūphi impetrādi ab senatu fuisse. A Creta Ephesum Fabius rediit, inde tribus nauibus in Thraciæ orā missis, ab Aenio & Maronia præsidia Antiochi reduci iussit, vt in libertate eæ ciuitates essent. Sequentis anni Cos. mādat Fabio, q adhuc classi præerat, vt Patara extēplo proficisceretur, quęq; ibi naues regię essent, cōcideret, cremaretq; Profectus ab Epheso, qnquaginta tectas naues aut cōcidit, aut incēdit. Telmessum eadē expeditione, territis subito aduētu classis oppidanis, recepit, ex Lycia protinus iussis ab Epheso sequi, qui ibi relicti erāt, per insulas in Græciam traiecit. Athenis paucos moratus dies, dū Piræeum ab Epheso naues venirēt, totam inde classem in Italiā reduxit. Quidam auctores sunt, cū ipse Antiochum bello vicisset, pactusque esset in fœdere, vt sibi dimidia nauium regis pars daretur, medias oēs secuisse, vt eū tota classe priuaret. Romā inde delatus, petito triumpho, cū obstarent Tri. pl. iactarentq; non modo nō iustum bellū ab eo gestū, sed hostem omnino non visum, à senatu deterriti sunt, ita ille triumphauit. Quadriennio post eū consulatum petisset, tanta ambitio exarsit, vt è quatuor plebeis cōpetitoribus P. Claudius Consul is, tum Ap. Claudij frater Consulē secum sine lictoribus toto foro circūducēs, Fabiū deiecerit, opinione omniū iam Consulatui destinatum, clamitantem cū maiore parte senatus, meminisse Ap. Claudium debere prius, se Cōsulem populi Ro. quàm fratrē P. Claudii esse, quin ille sedēs pro tribunali aut arbitrum, aut tacitum spectatorem comitiorum se præberet: coerceri tamen ab effuso studio nequiuit, magnis contentionibus Tribunorū quoq; pl. qui aut cōtra Consulē, aut pro studio eius pugnabant, comitia aliquoties turbata, donec peruicit Appius. Eo anno Fabius Polētiam in Picenum, Pisaurū in Gallicum agrū colonias cū collegis deduxit, singulis sena iugera distribuit. Consul anno proximo, cū de prouinciis cū collega ad senatum retulisset, Lygures cū ijsdē exercitibus, quos proximi Consules habuerant, ipse & collega decreto obtinuere, qui, priusquā eo proficisceretur, legationes transmarinas in senatum introduxerunt, quæ tantæ nunquàm Romæ fuerāt. Tū profecti: sed Fabius in Lyguribus nihil admodū memorabile gessit. Eodē anno deductam coloniam Ro. ciuiū à Q. Fabio Labeone cū collegis triūuiris Saturniā in agrū Caletranū, & iugera in singulos data dena inuenio: sed, idē ne fuerit, qui Consul, auctores nō tradunt: cæterùm verisimillimū videtur diuersum esse, q Cōsul in prouincia perseuerauit, ita, vt, cū Romā scripsisset Apuanos ad rebellionē spectare, periculumq; esse, ne impetum in agrū Pisanū facerēt, cū exercitu, quē habebat, ei prorogatū in annū imperiū sit: verū ne tum quidē, quia eodē profecti sunt cum imperio Consules ambo, quidquā auspicijs aut cōsilio Labeonis gestum reperio. Pontifex in demortui locū triennio post suffectus est. De Q. Fabio Labeone id quoq; traditur, cùm arbiter Nolanis & Neapolitanis de finibus agri constituēdis datus esset à senatu, & ad locū venisset, cū vtrisq; separatim locutū, nequid cupide agerent, nec appeterent, atq; vt regredi, quàm progredi mallent, id cū vtriq; moti auctoritate viri fecissent, aliquantū agri in medio relictum est, itaq; illorū fines, sicuti ipū dixerant, terminauit, in medio relictū quod erat, populo Rom adiudicauit, si id iudicare fuit, non decipere, videlicet imitatus eū Scaptium illū senem cōcionalem de plebe, qui po. Ro. persuasit, vt agrum, de quo Ardeates, atq; Aricini po. Rom iudicem sumpserant, sibi adiudicaret. Verùm, idem ne cum Consule, aut idem ne Consul, & triumuir ille, quiq; iureconsultus, non satis compertum habeo.

Q. Fabius Pictor.

QVi primus Fabij generis dictus est Pictor, ideo appellatus creditur, q pingeret, tametsi ea res tū viro nobili apud Ro. nō satis daretur. Auctor eius cognominis post Vibulanos, Ambustos, Maximos, familiæ multis titulis nobilissimę fuit Q ille Fabius, qui sua manu parietes pinxit in æde Salutis, quam C. Iunius Bubulcus dictator dedicauerat, eisq; nomen suū inscripsit anno V. C. cccl. vnde ad huius nostri prēturam centū amplius anni intercessere, quem nostrum, q quidā maximum etiā vocant, indicio est principē agnominis filiū fuisse. Q. Fabii Rutiliani, qui primus est Maximus cognominatus per Bubulci tempora. Pictores duos sub bella Pyrrhi inuenio, vt appareat cognomen id Fabiæ genti à primo illo mansisse. Itaq; Q. vel Ser. Fabius Max. Pictor, quē ne ipsum quidē numerat Pōponius, iuris & literarum & antiquitatis bene peritus. Prætor eodem, quo Fabius Labeo, anno fuit ab V. C. Dlj. flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat. Sardiniam prouinciā sortitus, antequā eo proficisceretur, certamen cum P. Licinio Pōt. Max. habuit, tenebat enim Fabium, ne in prouinciam exiret, & in senatu, & ad populum magnis cōtētionibus certatū est, & imperia inhibita vltro citroq;, & pignora capta, & mulctæ indictæ, & Tribuni appellati, & prouocatum ad po. est, religio ad postremū vicit, vt dicto audiēs esset flamen Pontifici, & mulctæ ex iussu Po. remissæ. Ira prouinciæ ereptæ Prætorem magistratu abdicare se conantem patres auctoritate sua deterruerunt, &, vt ius inter peregrinos diceret, decreuere. Neque aliud ab eo gestum in Rep. sed anno quarto ac vigesimo post vitam obiisse apud Liuiū cōperio, tametsi corruptè. M. pro Q. scriptum est: solet enim mortes sacerdotū diligēter colligere, quā Pictoris nunquā antea tradidit. Versatū hunc in punicis bellis & Pontificē fuisse quidā auctores sunt, certè annales conscripsit, in quibus cætera quidem breuiter, sui verò temporis res gestas, quo tēpore senatui intererat, bello scilicet punico secundo, fusius persequebat, primusq; Ro. scripsisse res dicit: scripsit autē græcè, vt fragmenta illa duorū librorū, quæ sub eius nomine circūferunt, collectitia sint ex varijs auctoribus, qui Fabii testimonio sint vsi, qualia & nos multa collegimus, quę fragmentorum titulo aliquando fortasse edentur.

M. Portius, M. F. Cato.

MIlle Porcius Cato Censorinus princeps Porciæ familiæ, quę inter plebeias subsistit, Tusculo oriūdus, ita inter suę ætatis iureconsultos est habitus (quamuis & eloquentiæ laudibus & imperatoriis senatoriisq; excelleret) vt, pterq; q laudatur à Pōponio, nō dubitet scribere Cicero fuisse eū iuris ciuilis omnium peritissimum: sed, q de vita eius est Plutarchi libellus diserte cōscriptus, ac etiam in latinū sermonē iāpridē versus: actū (quod aiunt) non agā: tametsi haud sanè pauca adiici illis posse videant ex Cicerone, Liuio, aliis auctoribus. ex quibus duo illa quin ponā, tēperare mihi nō possum, q dicere solebat literarum radices amaras esse, fructus iucūdos: itē leges neruos esse ciuitatum. Is Cato filios duos genuit, vnum ex priore vxore, alterū ex Salonina. Prior ille à Pōponio in numerū iurisprudētum refert. Is ex matre lōgè magis antiquitate generis q diuitiis nobili natus, & materno lacte nutritus, tātopere à patre dilectus ē, vt è foro, quoties lauaretur puer, pānisq; inuolueret, domū (nisi qd maioris publici negocij impediret) visum veniret, quoq; gratior seruis dominus foret, ancillarū quoque suarū pueros mater vberibus admouebat. Hūc, vbi primū per ætatē capere literas potuit, pater ipse eruditiuit, quāuis Chilonē grāmaticū celebrē inter seruos haberet, qui etiā tū pluribus pueris ludū aperuerat, indignum ratus, natū suū, si fortè discēdo tardiusculus esset, à seruo castigari, & vulsis auribus distorqueri, & doctrinæ insuper gratiā mācipio debere: itaq; ipse filio literarū præceptor fuit, ipse leges docuit, ipse exercendi corporis magister, nō modo iaculādi, tractandi arma, equitandi, sed ēt pugno dimicandi, & calorē ac frigus tolerandi, ac rapidos fluuios & asperrimos gurgites tranādi artibus instruxit, quin & propria manu historias maiusculis literis exarasse tradit, vt antiquę virtutis exēpla filiolo esse vsui atq; adiumento domi possent. Eo presente sic à verborū obscenitate abstinuit, quasi cū vestalibus virginibus loqueret, nec cum eo vnqā lauit: vt cæteri solebant, omnia deniq;, quæ ad ingeniū ac mores pertinerēt, à patre filius percepit. Cuius cū corpus natura mollius esset, quā vt bellicis laboribus suffecturū videret, strictè ac castigatè viuēdi leges sibi remisit: studio tñ atq; industria, adeo in re militari excelluit, vt, cū in pugna Pauli Aemilii aduersus Persea regem Macedoniæ multa fortitudinis atq; audaciæ facinora ediderit, tandē, dū inter cōfertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus, pedestre prœliū adolescēs aggrederet: nā cadentem manipulus hostiū cū horrido clamore, velut iacentē obtrūcaturus, circūsteterat. at ille, citius corpore collecto, magnas strages edidit. Cū ad vnum opprimēdū vndecunq; hostes cōuolarēt, dū procerū quēdā petit, gladiū è manu præ sudore in ictu prolapsum traditur amisisse, qui cum in mediā cohortē hostium cecidisset, ipsum, vt egregii animi adolescētē, multisq; disciplinis pditū, & magno patri magnæ virtutis debitorē, nequaquā sibi viuendum existimasse, si eius spolio potiret hostis. Itaq; per prœlium discurrētē, vbi quē amicū aut familiarē cōspexisset, eū sibi in auxiliū adiunxisse, atq; ita collecta iuuenū manu, impetuq; in hostes facto, multisq; vulneribus ac cædibus repulso hoste, nudatoq; circūloco, gladium quæsisse. sunt, q vmbone se protegentē, inspectāte vtroq; exercitu, inter insestos hostiū mucrones irruisse, ac multa vulnera accepisse scribāt. Quē postq tādem in magno armorū & cadauerum aceruo inuenerit, exultātē lętitia cum sodalibus rursus maiore impetu in hostes irrupisse, cęterisq; audaciā eius imitatis partā esse victoriā. Quo audito Paulum imperatorē socerum eius (nam filiam suam adolescēti nuptui dederat) magna esse cum admiratione tum voluptate affectum: extabat & patris ad filiū epistola, in qua studiū id recipiēdi ensis magnopere laudabatur, scilicet imitatus in eo patrē fuerat, qui cū ab hoste in acie vehementi periculo petereť, vagina gladius eius elapsus decidit, quē subiectū prœliantium globo, atque vndiq; hostilibus pedibus circundatū, postquam abesse sibi animaduertit, adeo constanti animo in suā potestatē redegit, vt illū non periculo oppressus rapere: sed metu vacuus sumere videretur, quo spectaculo attoniti hostes, postero die ad eum supplices pacē petentes venerūt. Fuit igitur ea indole virtutis hic Cato filius, vt, præterquā q sua magis dignitate, quā splēdore patris, affinitatem Aemilii sibi cōparārat sedulitate, industria, diligentia, & paternæ, & omniū hominū expectationi satis rndisse videat.

Illud

Source : BIU Cujas

Illud præterea, quod ad rẽ militarem attinet, de eo traditur, cũ in exercitu Popilij imperatoris Tyro militaret, visumq; Popilio esset legionẽ, in qua Cato militabat, dimittere, eũ inter alios exautorasse: sed cum is amore pugnãdi in exercitu remãsisset, scripsisse ad Popilium Catonem patrem, vt, si filiũ suũ pateretur in exercitu remanere, secundò eũ obligaret militiæ sacramento, quia priore remisso, iure cũ hostibus pugnare non posset, & extabat senis Catonis ad filium epistola, ĩ qua scribebat, se audisse, eũ missum factũ esse à Consule, cũ in Macedonia bello Persico miles esset, monebat igitur, vt caueret, ne pręliũ iniret, negabat enim, ius esse, qui miles non sit, pugnare cũ hoste, adeo summa erat Ro. populi obseruatio in bello mouendo. Scripsit præterea ad eũ commentarios pater, in quibus eũ admonebat, vt omne medicorũ genus deuitaret, instruebatq;, quo pacto incolumitatẽ vel tueri posset, vel recuperare, quo ĩ opere de valetudinis obseruatione, vt ex oraculo aliquo prodidit, senilem iuuentam præmaturæ mortis esse signum. Sed & in medicinam præsertim Græcorum ita inuehebatur, dicã de istis Græcis M. fili, quid Athenis exquisitum habeam, & quod bonum sit illorũ literas aspicere, non perdiscere, vincam nequissimum & indocile genus illorum, & hoc puta vatẽ dixisse, quãdocũq; ista gens suas literas dabit, omnia corrũpet: tunc etiam magis, si medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se barbaros omnes necare medicina: sed hoc ipsum mercede faciunt, vt fides his sit, & facilè disperdant. Nos quoq; dictitãt barbaros & spurios, nosq; magis quàm alios opicos appellatione fędant, ea viuendi austeritate cũ aliquandiu familiam in sanitate continuisset, tãdẽ vxorẽ amisit, cũ iam vxorẽ filio tradidisset. Tũ delectatus senex puellæ cuiusdam coloni sui clientisq; filiæ coitu, quę ad eũ ventitabat, vtebatur, id facilè propter domus angustias deprehensum est filius, cũ mulierculã impudentius actum multuosius ad patris thalamum profectã intellexisset, verbũ nullũ fecit, sed quasi rei turpitudine affectus, grauius in eam oculos coniecit, quod vbi pater intellexit, nihil quẽstus, nullo doloris vestigio vel vultu vel fronte ædito, cũ in forũ descẽdisset, nouercã filio superinduxit. Audita re filius, ægre passum patrẽ arbitratus, collectis sodalibus hominem cõuenit, veniam orat, q eũ sua cõtumacia senem ad secundas nuptias impulisset, cui pater, meliora quęso, inquit, fili, tua me omnia voluptate afficiunt, neq; est quidquam, quod tibi succẽseam, verũ id consilij cæpi, vt tui similes multos mihi filios, patriæ ciues relinquerẽ. Post aliquot annos filius hic designatus prætor, vel, vt alii scribunt, cũ in imperio rẽ gereret, patre superstite, vita excessit, cuius funus tenuissimo: vt valuit (nã pauper erat) pater sumptu fecit, eiusq;: vt viri optimi memoria à patre multis est scriptis celebrata. Hic cũ esset patris disciplinã secutus, cõplures egregios de iuris scientia libros reliquit: vnde illud annotat miraturq; Cicero: vel apud eũ L. Crassus orator, nominatim ferè referri, quid alieni de iure viro aut mulieri responderit: quasi in nominibus non in re consultationis aut dubitationis causa esset: quo tamẽ in exemplo etiam insecutus iurisperitorum ordo perseuerauit: vt, quidquid quãtumuis generaliter, aut disputẽt, aut respõdeãt, præpositis personarũ propriis nominibus tractent, quod non videtur satis intellexisse Zasius, præterquàm q de paternis libris accepit, extãt hodie in libris legũ regula catoniana ad legata pertinens, & de diuidẽdis stipulationibus per subtilis doctrina, alięq; aliquot sententiæ. Reliquit & filiũ qui nõ leuis orator fuit, multasq; orationes ad exẽplũ aui scriptas reliquit, & vir clarissimus ac potentissimus. Consul cum Q. Martio Rege, in Aphricã profectus, ibi extinctus est, relicto & ipse filio, qui cũ ædilis curulis & prætor fuisset, in Galliã Narbonensem profectus moritur, hęc proles per gradus ex Catonis filio iureconsulto progenita est. Ex secundis nuptijs tulit Cato pater filium, qui materno cognomine Salonianus est dictus, is: cũ esset imperator, moritur superstitibus filiis L. & Marco, ex M. qui tribunatu plebis functus, prætu ræ candidatus interiit, natus est Cato ille, qui se Vticę bello Cęsariano manu sua interfecit, cuius vitã Plutarchus idẽ conscripsit, quamuis Plutarchus hunc Marcũ scribat Vticensis auum nõ patrem, & Consulatu etiam esse functũ: sed potior est apud nos in Ro. rebus Latinorũ fides, nã & Cicero Pliniusq; & alibi Plutarchus ipse & Solinus Catonẽ illũ primũ Censorium proauũ dixit esse Vticensis, & id diligentissimè Gellius confirmat.

M. Manilius Torquatus.

NObilissima inter patricias gens Manilia, eadẽq; Manlia & Mallia, decimũ ab electis regibus consulatũ in M. Manlio Tullo, cui quidã addunt agnomen Longi, assecuta plurimos deinde summos honores gessit. Inter cognomina Tullos, Cincinnatos, Volsones, Capitolinos, Torquatos, Vitulos, Regulos, Aticos, Lucrones, Accidinos, Maximos habuit. Multa eius familię egregia in Rẽp. merita produtur, inter q̃ nobile Capitolini adolescentis factum, cui tumultu Gallico detractus in singulari certamine ferocienti hosti torquis cognomẽ Torquati dedit. Idem antea patrẽ, quãuis in se acerbissimũ, &, vt vocabat, imperiosum, ab insectatione Tr. pl. audaci cõsilio exemerat. admissus. n domi. à Tr. quasi accusationẽ instructurus, stricto ferro iusiurãdũ haud vltra vexãdi patris extorsit. Idem iij. Cõsul, cum latini populi per Anniũ Setinũ legatũ in senatu peterent, vt consulẽ vnũ ex suis Romano collegã quotannis darẽt, & senatus pars æqua vtrinq; esset, vnus po. vna Resp. fieret, adeò nõ tenuit irã, vt, si tãta demẽtia P. C. cępisset, vt ab Setino homine leges acciperẽt, gladio cinctũ in senatũ se esse vẽturũ, palã diceret, ac, quẽcũq; latinũ in curia vidisset, sua manu interempturũ. & ad secutũ inde bellũ imperator missus, filiũ contra sua edicta: cùm hoste pugnare ausumatq; victorẽ securi percussit. vnde Maniliana imperia in prouerbiũ seueritatis venere. Ex eadẽ domo fuerat M. Manlius Capitolinus. qui capitolio à Gallis seruato, tyrãnidẽ dein affectare visus. de rupe Tarpeia præcipitatus est, adiectaq; præter publicam notam, ne quis patricius in arce aut capitolio habitaret, gentilica quoq;, q gentis Manliæ decreto cautũ est, nequis dein M. Mãlius vocaretur, & si quidã nõ M. prænomine, sed cognomine capitolini interdictum familiæ tradũt: vt cũq; est (ego tũ abolitum longo tẽpore domesticũ decretũ interpretari malim) is, cuius vitã scribimus, M. est dictus, & ex Capitolinis Torquatis fuit iis (vt quidã autores ferunt) cęso matris vtero in luce editus, cũ L. Martio, vel (vt apud Eutropiũ & alios) Mallio, Cẽsorino, cõsul fuit, anno ab vrbe cõdita sexcẽtesimo, vt quidã, secũdo, vt alii, quinto, vt Cicero, sexto, nã apud Paterculũ, vbi est Dcxxxxi. mendũ esse suspicor. hunc vt pro eo accipiã, quẽ vt iurecõsultũ Põponius & alii pleriq; celebrãt, suadet, q nullũ præterea M. Maniliũ per hęc tẽpora cõsulẽ reperio, nã q Zasius quasi ex Ciceronis Bruto Catonẽ Cẽsorinũ cũ M. Manilio ꝓsulẽ facit, errore labi, Catonis q; nomẽ de suo falso adiicit, neq; erat, cur Censorinũ dictũ fuisse solũ Catonem interpretaretur, cũ significet, sicut cõsularis, qui cõsulatũ, sic Censorinus, qui censurã gessit, neq; enim Caro cum Manilio cõsulatum, sed illo & Martio Censorino cos. mortem obiit, vt est in eodem Bruto Ciceronis. His igitur cõsulibus tertiũ bellũ punicũ exortũ est, & vterq; eo M. Manilius pedestribus copiis L. Martius equestribus præfectus, missi sunt, eis clã mãdatum à senatu erat, ne prius Carthagine exercitũ deducerẽt, quã vrbẽ euertissent. Per actis sacris, e Sicilia soluentes Vticã versus nauigare pergunt, quinqueremes quinquaginta, sexquiremes cẽtũ vnã ducentes, has onerariæ & rostratę naues quãplurimæ sequebant, quę octoginta millia peditũ, equitũ quatuor millia ex habitis vndecunq; delectibus secũ vehebant, cùm oẽs ferme ciues, oẽs socii, veluti ad insignem quãdã militiã & sperata victoriã vltro accederent. Tertius nouitate rei Carthaginẽsibus, legatisq; cõfestim Romam destinatis, responsum à senatu est, si cõsulibus in Sicilia existentibus intra diẽ trigesimũ trecentos pueros è nobilissimis obsides dedissent, fore, vt cæteris, q̃ dicturi essent, aurẽ pberẽt. Sed aliud clã ad Cos. scribũt patres, placere sibi: itaq; pueri aduecti in Siciliam, Romã à cõsulibus missi sunt, & ab eis dẽ respõsum Carthaginensibus, se eis ad finẽ belli cætera ad Vticã dicturos. ita classe delati in Aphricã, castra locant, pedites, vbi antea sub Scipione, tabernacula ponunt, naues in Vticæ portu stant, profectis inde ad eos Carthaginẽsiũ legatis. Cos. in ædito quodã loco cõsedere, ducibus ac tribunis militũ eos circũstantibus, quos vniuersus deinde exercitus longo ordine insignibus obibat armis, vexilla recta stetere, vt corã legati multitudinem copiarum intuerentur. Postremò Cos. indicto per tubas silẽtio, accedere legatos per tubicinem iussere: illi per ingentia profecti agmina, neutiquàm ad Consulum tribunal admissi sunt, sed eo tabernaculo, quod in medio situm erat, perstitere. Inde, si qd vellent, fari à Cos. iussi, longa & miserabili oratione habita, datoq; à L. Martio Consule respõso, vt omnia Carthaginis arma, naues q; traderentur. ijsq; traditis ad eũ numerũ, vt facilè Aphrica ex his tota armari potuerit, cũ omnibus instrumentis belli, si qua Carthagine erãt, atq; incẽsa in ipso vrbis cõspectu, vniuersa classe, cũ petisset consul, vt vrbs dederetur, quo pro senatus iussũ funditus diruerẽt, multis vltro citroq; habitis orationibus (tãgebat. n. etiã Cos. tãti excidii misericordia) cũ permitteret à Cos. euocatis principibus, vt, si salui esse vellẽt, migrãtes finibus, aliam vrbẽ decẽ à mari millibus passũũ, nec minas, vbi liberet, cõderẽt, inq; ea liberi suis legibus viuerẽt, neq; ea cõditio à Carthaginẽsibus acciperẽt, neq; spacium daretur mittendi Romã legatos, dolore apud Carthaginẽses ꝓ atrocitate rei atq; indignitate in iras, & desperationẽ verso, cõploratũ publicè statim, & pari voce clamatũ est ad arma, seditq; sentẽtia quoq; modo rebellãdũ, nõ qa spes vlla iã supereset, sed qa patriã suã mallent hostiũ, quàm suis manibus euerti, sęsq; & propter ipsam & cum ipsa vno eodẽq; funere cõtumulari. Itaq; ducibus creatis duobus Asdrubalibus, ad bellũ itũ est, tãto studio ac furore, vt ad fabricanda arma, deficiente iam ferro atq; ære, in officinis, aurum & argentum conflaretur. tecta domusque in vsum nouæ classis rescissæ sint. matronęq; in tormentorum vincula crines suos contulerint. Cos. pœnitentiam eorum desperationemq;, quasi obsidentes, opperiebantur. Masinissa interim non sat aperto animo cum Cos. agens, cùm ab eo illi auxiliũ petissent, tũ se missurũ respondit, cũ eis opus fuisset, paulò deinde post: cũ ad Cos. misissẽt, siqd opus esset, paratum se fore, Cos. superbiam eius non ferentes, & quasi iam præsenio desipienti minus confisi respondere, missuros se: cũ indiguissent, exercitui interim cõmeatũ omni cura studioq; parabant,

Source : BIU Cujas

parabant,ex oppidis,quæ Romanæ ditionis erant. Paucis inde diebus Carthaginem versus mouere copias: partito inter se exercitu ad pugnã instructi.Manilius a mediterraneo supra collũ vrbis repleturus fossam ferebatur:vt breui murũ,q illi imminebat:& ab illo altiora mœnia inuaderet, Cẽsorinus a mari aggressus est.Situs Carthaginis huiusmodi fuisse dicit,viginti duo, vel(vt aliis) vigintitria millia passuũ muro amplexa,cingebatur pene tota mari præter fauces quæ trium milliũ spatio a continẽte patebant. Is locus murũ triginta pedes latũ habuit saxo quadrato,altũ cubitos quadraginta. Arx cui Byrsæ nomen fuit paulo amplius quàm duo millia passuũ amplexa,murũ ex parte vna communem vrbi habuit imminentem mari,quod stagnum vocabant,quoniam obiectu protentæ linguæ tranquillabatur. Igitur Coss.ambo, veluti inter inermes pugnaturi, quippe traditis antea armis,grassabantur: donec nuper armatis occurrentibus inopina virorũ multitudine deiecti repellũtur, ita ea soluta oppugnatio est:sed,cum pugnam iterassent, rursusq; pellerentur, Carthaginensibus creuere animi.Itaq; Asdrubalem ducem Carthaginensium,qui extra vrbem erat, veriti (nam post eos haud magno interuallo supra stagnũ castra habebat) exercitus ambo vallo muniunt. Censorinus prope stagnum ac sub ipsis mœnibus, Manilius supra collum ad viã,quæ in mediterranea vertit, insederat,confectis a Censorino machinis, iterũ vrbem ambo oppugnant,iterato pelluntur. Manilius, cum aliquantam muri partem machinis diruisset, ab incepto destitit, neq; multo amplius cum profecisset collega,reparatis noctu per Carthaginenses mœnibus, ad inuadenda etiam cum facibus atq; igne castra Ro.erupere,ac magnam eorũ partem absumpsere. Sed succurrentibus Ro.in vrbẽ,vastatis magna ex parte castris,reuersi sunt.

Postero die vix illucescente Romani,qui cum Manilio erãt, qua murus corruerat,nondum firmiter refectis mœnibus,inuadunt,vrbemq; vi ingredi conantur, campus interiore pomerio ad pugnam accomodus latè patebat, in hoc Carthaginẽses primum armatos a fronte constituunt,a tergo horũ inermes lignis lapidibusq; instructi erant: plurimos etiam super imminentes campo & viis domos collocarunt, qui hostes ingressos desuper impeterent.Romani ad pugnam acrius incensi,prorsus quasi ab inermibus despicerentur,audacius in eos feruntur, & cũ neglectos ab una parte muros duo tribuni, frustra reclamante Aphricano minore, qui tunc tribunatum gerebat militũ, temere cũ cohortibus irrupissent,& ab oppidanis grauiter cedentibus pellerentur,Aphricanus,qui suas cohortes,plurifariam distributas per interualla in muro statuerat,eos,repulso intra mœnia hoste incolumes recepit.Cuius rei gratia,& ꝙ castellum, quod noctè ab hostibus oppugnabat,paucis equitibus adiuuãtibus, castraq; etiam ab alio nocturno impetu defenderat,donatus est a Manilio obsidionali corona, simul ꝙ tribus cohortibus eductis tres alias ab hostibus obsessas,vt suo loco dicetur,sospites reduxerat, quod statuæ eius in foro suo Octauius Augustus, postea inscripsisse fertur. Sed(vt ad ordinem reuertar) eodem tempore Censorinus a mari re haud quaquam fœliciter gesta,paulò post Romam ad comitia decessit,relicto penes Manilium,vniuerso belli pondere.itaq; hinc rem omnem quasi eius auspiciis gestam peragam. Carthaginenses solito audacius soli Manilio insultabant,alii noctu armati cum plurimis inermibus congestos asseres iniicere castrorũ fossis,alii vallũ trãscẽdere agressi. Romanis nocturno pauore pterritis,Scipio ꝑ eas portas, q̃ auersissimæ ab oppugnatione erant,cũ ęq̃tibus accurrit,inde in Carthaginẽses ꝓuectus tm̃ terroris iniecit,vt relictis castris retro in vrbẽ redire compulerit,rursusq; seruasse exercitum Rom.sic visus.Manilius exercitum munire,præducto ante vallum muro, diligentius cępit,& nauale præsidium ad commeatus custodiam à mari imposuit.ipse ad mediterranea conuersus cum decem millibus peditum,equitum duobus millibus duces emisit, qui oram popularentur, ligna, pabulum, commeatum omnem in castra conferrent. Ductabant tribuni vnus post alium frumẽtatores. Sed erat Phanias quidam Himilconis præfectus equitum Carthaginẽsiũ, vir fortis,& cuius præcipua opera pęni tuebantur,qui paulo ante auctis prosperа pugna animis, cum equis paruis atque agilibus & gramine tantum pasci solitis vteretur, quibus famem sitimq; pati, cùm oporteret, perfacile esset, in syluis delitescens ac conuallibus, nec opinato pabulantes aggrediebatur Romanos, & in mortem aquilæ ingruens subinde, ac fugiens, deprędabatur. Cæterùm,vbi Scipio ductaret,nusquã apparebat.Is enim pedites in ordinem dispositos & paratos equites in promptu habere, in metendo non prius solui ordines pati,quàm campũ, in quẽ eundũ esset,peditibus occupasset,equitibus circũunisset,ipse cũ aliis equitũ turmis præsens astitisset. quippe qui in egressum ordine aut corona militẽ grauiter animaduertere soleret. Itaq; Phanias cũ Scipione congredi ne vtiquã audere, ex ea re crescere in dies Scipionis gloria.Quod cũ cæteri intelligerent tribuni, per inuidiam detrahere homini, quasi necessitudine inter Scipionem & Phaniam iam inde ab auo perdurante, non desistere: eueniebat etiam,vt pœnos intra oppida & castella,quibus abundabãt, se se recipientes cæteri tribuni simulatis fœderibus circũuenirẽt,Scipio aũt seruata fide domos quosq; suas dimitteret. Itaque nemo dedere se ante audebat, q̃ interueniisset Scipio: tanta illi virtutis ac fidei opinio breui etiam apud hostes creuerat.Sed,redeũtibus aliquãdo à pabulatione Romanis, Carthaginenses nauium custodiam inuaserant,clamor quoq; varius ac multiplex ciuiũ, ad tumultũ conclamãtiũ,in vrbe audiebatur. Manilius cũ strepitus causam ignoraret,copias intra vallũ continuit. Scipio, pauidas secũ ducẽs cohortes,præire cũ accẽsis facibus iubet,neq; per noctem cõgredi hostibus, sed cũ igne huc illuc discurrẽtes ingẽtis agminis prębere speciem,metũq; hosti incutere,quo pauore vtrinq; perculsi Carthaginenses in vrbem refugere. Scipio omnium in ore esse, dignus Paulo patre, dignus auo adoptiuo Scipione existimari. Paulo post Manilius aduersus Asdrubalẽ, qui cũ altera manu iniquũ saltũ insederat,mouẽdũ cẽsebat. Nepheris iugo nomẽ erat. Scipio, qui per rupes & cõualles præruptaq; loca iter esse faciendũ videbat,suasit primo Consuli, ne tam iniquo loco confligeret.Ille tamen processit: cũq; iã haud amplius quingẽtis passibus ab Asdrubale abessent, & transmitti fluuium oporteret,vereri rursus,& suadere de reditu cepit,quasi alio tempore atq; ordine in Asdrubalem eũdũ esset. Sed victus compluriũ tribunorũ sententijs, qui & prudentiæ eius & virtuti inuidebãt,ignauięq; nõ consilij esse dicebãt, si in cõspectu hostiũ cederent,qui fugam opinati, ex templo se à tergo inuaderent,monere eos instituit:vt saltẽ vallũ ante amnẽ iacerẽt,vt,si fortè pellerẽtur,tutus receptus supereesset,cùm fugæ nullus aliunde relinqueretur locus.Id verò irridere tribuni, vnus etiam abiecturũ se ensem iracũdè minatus est,si non Manilius, sed Scipio esset imperator. Igitur Manilius ex pluriũ sententia trãsmisit exercitum,& saltũ sequente etiã Scipione ingressus est,cui statim Asdrubal ex aduerso occurrit,cędes vtrinq; magna exoritur. Asdrubal, postquã intra vallum se receperat,nihil aduersi pati poterat,tantũ,vt abirẽt Romani,operiebatur, quo eos à tergo inuaderet. Romani,sera erroris pœnitentia adducti,regredi incipiũt:cũ fluuio appropinquassent,& sub ordinibus trãsire vado angusto atq; aspero nõ possent,necessariò turbãt ordines,quod cõspicatus Asdrubal,summa alacritate eos aggressus, plerosq; fęda prostrauit strage,cũ omnibus in fugam versis,nulla pars exercitus alteri subueniret.Tribunos tres occubuisse cõstat, ex iis, qui ducẽ in primis ad pręliũ impulerant:Scipio trecẽtos circiter equites, quos secũ habuit,additis aliis,quotcunq; cogere in vnũ potuit, in duas diuisit acies,easq; in hostẽ emisit,iussas celeri cursu,per vices iaculando,incurrere:vt pars incesseret pars regrederetur,& continuè iaculãdis missilibus sese inuicẽ quodã quasi circulo cõmutarẽt. Id cũ illi assiduè ac sine intermissione fecissent,pęni,in eos conuersi,in Scipionẽ ferebant. Ita abeũtes Romani, minus infesto hoste,Scipioneq; iugiter in eũ adequitando dimicãte,traiicere flumẽ permissi.Interea quatuor Romanorũ cohortes(tres alii,quidã duas,alij octo scripsere) pugnę initio per hostẽ à fluuio intercluſæ,ad tumulũ quẽdam cõfugerãt,quẽ Asdrubal obsidere cœpit,ea res nõ prius,quàm in castra redierint,animaduersa, tũ demũ vehementer omniũ animos perculit,nõnullis deserẽdas cohortes cẽsentibus, ne totus exercitus paucorũ causa in discrimẽ veniret,Scipio apertè ostendit,priusquam inciperent, cõsilio & prudentia,in illo suorũ periculo,si boni fortesq; essent, manuũ atq; animi prõptitudine esse opus,ipse cũ nõnullis delectis equitibus aut alacriter rediturũ in castra: aut cũ cæteris læto animo occasurum se pollicitus,sumptis duorũ dierũ cibariis,cũctis de reditu eius desperantibus, iter peregit: cũ ad tumulũ peruenisset, assensum quẽdam,qui tumulo præminebat,superat cursu sic vt vna duntaxat vallis inter illũ & hostes intercederet:tũ verò pœni obsessos acrius vrgere, ac prædicare neutiquã à Scipione propter itineris difficultatẽ auxilium suis afferri posse:at Scipio, radices vtriusq; tumuli & interiacentem contẽplatus vallẽ, extẽplo per eã in hostes ferẽ,qui statim vtrinq; circũuenti, in fugã vertuntur,eos Scipio numero militũ haud quaquã par (nã aut tres tãtũ cohortes,aut,quod alii tradẽt, exiguas equitũ turmas eduxerat) liberè abire passus,obsessos in castra incolumes reduxit, quẽ cæteri à longe venientẽ cũ sociis, præter spẽ saluũ adesse conspicati,clamoribus maximis ingentiq; lætitia excepere, non sine opinione fauentis ei numinis,à quo etiã Scipioni maiori auo eius futura sæpenumero prænunciata esse vulgo ferebatur. Manilius in castra vrbi proxima reuersus, multã comminatus est,siquis in recipiendis copijs Scipioni dicto audiens non fuisset. cęterũ męrebat vniuersus exercitus, ꝙ cęsi ad Nepherim Tribuni & milites insepulti iacerent. Scipio captiuũ quẽdam dimitti ad Asdrubalẽ iussit,qui iusta cadaueribus impetraret. Asdrubal perquisita corpora & ex annulis agnita(aureis enim tribuni, cæteri ferreis vtebantur) sepulturæ tradidit, seu communẽ mortalitatis cõditionẽ miseratus,seu ꝙ Scipionẽ iam tũ reuersitus,inire ab eo potissimũ optauit gratiã. Euenerat etiã,vt,Romanis ab Asdrubale redeuntibus: Phanias recẽti clade pculsis occurreret,& ab alia parte Carthaginẽses facta eruptione inuaderẽt. Ibi aliquot,qui cum impedimentis & sarcinis erant,occisi sunt. Interea Senatus in Aphricã miserat,q diligentissimè oĩa,quæ gererẽtur, cognoscerẽt.apud quos Manilius cæteriq; ꝓ se q̃sq; duces Tribuniq; omni

depositа

depoſita inuidia: exercitusq; omnis Scipioni ob res ab eo fortiſſimè feliciſſimeq; geſtas teſtimoniū virtutis præbuit, quæ cum legati Romam renunciaſſent, Senatū gaudio repleuere. Sed, quamplerasq; haud ſanè proſpere in Aphrica euenerāt, placuit ad Maſiniſſam inuiſendū legatos mitti, qui illū hortarentur, & ad bellū ſtrenue in Carthaginenſes gerendum incitarent. verum ille, propterea q̄ ſenio ac valetudine confectus iacebat, à legatis adiri non potuit, rogatu eius Manilius Scipionem, quem ille inſtāti iam fato curatorem liberis dare præſentem cupiebat, ad regē tranſmiſit. Is, poſt Maſiniſſæ mortem, compoſitis inter regulos rebus familiaribus, cùm rediret in caſtra, Guluſſam regis filium in ſocietatem belli ſecū duxit, cuius conſilio potiſſimum Phaniæ inſidias, quibus Romanos aſſiduè infeſtos habebat, repreſſit, fortè contigit, vt Scipio & Phanias per crepidinem quandā, quę vaſtam in medio habuit & inacceſſam vallem ducerent, ita ſe alter alterū aggredi non poſſet. veritus Scipio, ne quis locū ponendis inſidijs ante caperet, progreſſus tribus dumtaxat comitantibus, cuncta rimatur. Id conſpicatus Phanias, vnico ex ſuis comite, proceſſit obuiam, ratus igitur Scipio eſſe, q̄ ille communicatum vellet, vnico & ipſe comitatus accedit, ibi cū appropin quaſſent, vt ſe inuicem audire poſſent, Scipio audacter (præiuerat enim & Phanias Carthaginenſes) cur (inquit) de ſalute tua non cogitas Phania, quando communem deſperatam vides? at ille, quid eſt, quod mihi ſalutis ſperare poſſim hoc rerū noſtrarū ſtatu, qui tanta mala vobis intulerim? tū Scipio, ſpondeo (inquit) & præſtabo veniam tibi apud Romanos, & gratiam non defuturam, annuit Phanias, &, cū ſe minimè dubitare dixiſſet, quin tantū apud ſuos valeret Scipio, dirempto colloquio vtriq; receſſere. Manilius pudore cladis ab Aſdrubale acceptæ, ſumptis quindecim dierū cibarijs, rurſus ad Nepherim mouit, & cū appropinquaſſet iugo, caſtra poſuit, vallum foſſa munijt, & cū nihil opportuni omiſiſſet, pauere tamē ac trepidare videbatur, ne abeuntibus à tergo inſtaret Aſdrubal. Interim nuncius ab exercitu Guluſſę epiſtolam Scipioni reddit, eam acceptam, ſicut erat, obſignatam imperatori tradidit: cū aperuiſſent, in hanc ſententiam ſcriptū inuenere. hoc ipſo die eo loci veniam, tu, cùm quibus placuerit, accedito, cuſtodibus impera, vt ad ſe veniētem noctu accipiant, nihil plus literis ne nomen quidē auctoris inerat. Quamobrem Scipio à Phania miſſam eſſe credere, Manilius Scipionis ſaluti metuere, callidū & inſidioſum pœnū dicere, ad extremum mitti Scipionem placuit, qui Phaniæ incolumitatē polliceretur, honorem aut beneficiū nullū certum, ſed pro meritis, quæ ille apud ſuos renunciaſſet, nō defuturam ei apud Ro. gratiam. Sed ne id quidem expectauit Phania, ſed; vbi primum in Scipionis conſpectum venit, ſatis ſe ei de ſua ſalute fidei habere profeſſus, quantum ſibi à Rom. gratiæ referretur, in eorū poteſtate fore affirmauit. hæc fatus, poſtero die aciem inſtruit, & cùm cæteris ducibus progreſſus in mediū, quaſi aliud conſulturus, cùm ſuos hortatus eſſet, vt, quando cōmuni non poſſent, ſaluti ſuæ conſulerent, ſeſeq; imitarētur, cū equitatu ſuo & prę fectis aliquot ad ſummam equitum duum milliū ducentorum amplius ad Ro. tranſijt, quos & Hanno cognomine Leucus imitatus eſt, reuertenti Scipioni cū Phania obuiam profectus exercitus, quaſi triūphantem letis clamoribus excepit. Manilius imperator gaudio elatus, cū haud amplius periculoſum iter arbitraretur, nec Aſdrubalem metu territū vlterius à tergo inſecuturū putaret, tādem neceſſitate rerū cōpulſus receſſit: ſeptimū enim ac decimū agebat diem, & defecto bidui cibariis triduū inſuper in reditu abſumendum erat, famesq; perferenda. Verùm Scipio cum Phania, & Guluſſa cæterisq; ſuis, Italica præmiſſa manu, ad campū proceſſit, quem magnum Barathrum incolæ vocant, ingentemq; vim frumenti, & commeatus exercitui per noctē ſupportauit. Cognito deinde Manilius ſucceſſorem ſibi Calphurnium Piſonem cū imperio mitti, Scipionem cū Phania Romā dimiſit, qui incredibili dolore militū profectus in vrbē, honoribus muneribusq; à Senatu, vt Phanias exciperetur, effecit. Manilius paulopoſt & ipſe tradito Piſoni imperio, cū, præter res ſuperius expoſitas, Tenzagam quoq; vrbem, cæſis duodecim millibus Aphrorum, ſex millibus captis, expugnaſſet atq; diripuiſſet, Romam ex prouincia deceſſit. Biennio poſt à Scipione conſule victa ac deleta Carthago quam primus Ro. Manilius per vim cū exercitu intrauerat, vt ſupra demonſtrauimus. Is prudēs etiā orator eſt habitus. tres libros de iure ciuili ſcriptos reliquit, ex q̄bus multa, præſertim de venalium vendendorum legibus, & actionibus, ac veterū verborū proprietatibus à Cicerone & Varrone citantur. Deniq;, præter egregia multa raræ dignitatis, ſacrorū quoq; Pontificaliū peritiſſimus fuit, & ex illis, qui trāſuerſo foro ambulantes conſilij ſui copiam omnibus facerent, quiq; omnia, quæ quidem tū Ro. ciuitas noſſet, vt ſapientiæ gloria excellerent, complecti ſolebant. fuit P. Scęuola æquali ſuo oratione copioſior nec multo minus prudens. Paternæ etiam ſeueritatis inſigne exemplum edidit. Nam, cū ad Senatum Macedonia de filio eius, qui à patris nomine cui in adoptionem datus fuerat, Decius Syllanus dicebatur, qui eā prouinciā prætor obtinuerat, q̄relas p̄ legatos detuliſſet, q̄ pecunias cępiſſe arguerent, à P. C. petijt, nequid ante de ea re ſtatuerent, quàm ipſe Macedonum filijq̄ ſui cauſam inſpexiſſet. ſummo deinde tū amplisſimi ordinis, tū etiam eorū: qui quęſtum venerant, conſenſu, cognitione ſuſcepta, domi conſedit, ſolusq; vtriq; parti per totū biduū vacauit, ac tertio die, pleniſſimè, diligentiſſimeq; auditis teſtibus, ita pronuntiauit, Syllanum filiū meū pecunias à ſociis accepiſſe mihi probatum ſit, neq; talem fuiſſe in imperio, quales maiores mei fuerint. & Rep. eum & domo mea indignū iudico, protinusq; è conſpectu meo abire, nec redire vltra iubeo: tā triſti patris ſententia percuſſus Syllanus, lucem vlterius intueri nō ſuſtinuit, ſuſpendioq; ſe proxima nocte conſumpſit. Peregerat iam Torquatus Seueri patris, religioſi iudicis partes, ſatisfactum erat Reipu. habebat vltionem Macedonia, potuit tam verecundo obitu filij, patris inflecti rigor: attamē ille neq; adoleſcentis exequiis interfuit, &, cū maximè funus eius duceretur, conſulere ſe volentibus domi de more ſedens vacuas aures accōmodanit: videbat enim ſe in eo atrio cōſediſſe, in quo illius imperioſi Torquati ſeueritate cōſpicua imago poſita erat, prudētiſſimoq; viro ſuccurrebat, effigies maiorū ſuorū cū titulis ſuis idcircò in prima ædiū parte poni ſolere, vt eorū virtutes poſteri non ſolū legerent, ſed ēt imitarentur. Hæc quaſi de iurecōſulto ſcribi à Valerio Maximo dubitari non poteſt, quem cū Titū prænominet, Cicero verò Luciū, eiq; collegam in conſulatu Cn. Octauiū aſcribat libr. 1. de finibus, magnopere verebar, ne M. ille Manilius, cui res multas bellumq; præſertim punicum tertiū attribuimus, nihil omnino ad numerū iuriſperitorū pertineret: ſed tū, cū videam apud eundē ſępe Ciceronē, M. Varronem, & in libris iuris ciuilis perpetuo M. Manilium auctorē reſpōſorū & rerum legitimarū nominari, fit, vt temere putarit Valerius, Seuerū illū Sillani patrem, collegā Octauii, eū extitiſſe, q̄ ſtudio rerū ciuiliū & iuris claruerit, & facilius poſſis iureconſulto hanc grauitatis laudem: quā belli decora, & ſuperiorem gloriā detrahere. Ne illū quidem arbitror fuiſſe iuriſperitum, quē tradit Plinius ſenatorem maximis nobilem doctrinis doctore nullo, qui primus atq; diligentiſſimus rogatorum de phenice prodiderit, neminem extitiſſe, qui viderit veſcentem. ſcripſit enim ille P. Licinio, M. Cornelio Coſſ. quinquaginta annis poſt noſtri conſulatum.

M. Brutus.

IVniæ familiæ celebris antiquitas noſtrę ſcriptionis prę conia parum deſiderat, quippe cum Ilio oriūda, in Italiā cū Aenea venerit, affinitateq; Ro. reges contigerit, & ille liberator po. Ro. L. Iunius cognomento ſimulatæ ſtoliditatis Brutus, M. patre V. C. genitus, marrē habuerit Tarquiniā Tarquinii priſci regis filiā, qui quidę necati fraude regia patris fratriſq;, ſimul & violatæ pudicitiæ vindex accerrimus, Tarquinū ſuperbum regem, auuncu lum aut amitinum ſuum regno deiecit, neq; minus fortis vltor rentatæ libertatis, non modo vim Hetruſcam ad mortem vſque ſuſtinuit, ſed etiam duos filios inſidiantes patriæ virgis cæſos ſecuri percuſſit. Superſtitibus ne liberis alijs deceſſerit, incertū facit auctorū diſſenſio. Plutarchus ei alios prę terea fuiſſe filios tradit. Dionyſius & antiquior, neq; minus diligēs, teſtimonio ēt certiſſimorū auctorū negat, Iuniosq; & Brutos, q̄ poſtea extiterint plebeios fuiſſe, hūc patriciū, ſcribit, niſi fortè, vt de Octauiis quoque tradit, ad plebē ſe ſpōte contulerint. certè ab eo Iuniorū nemo per prope ducētos annos ædilitatem aut tribunatum exceſſit, donec Iunius Brutus a P. Philone dictatore magiſter equitū dictus, & duodecim poſt anno T. Iunius Brutus Sceua conſul eſt factus, cū iā plebeis quoq; is honos pateret. Succeſſit vir inſignis Iunius Brutus Bubulcus, vilia nomina, ſed in ſordidis titulis honeſtæ virtutes latebāt. Libones dein, Peræ, Pulli, Syllani, Iuliani ex adoptionibus. Hinc itaq; genitus M. Brutus iurecōſultus, præturam, vt Pomponius putat, non exceſſit, ideo difficilius, & quis fuerit, & q̄d geſſerit, dictu eſt. Ab eo relictos ſeptē libros de iure ciuili idē eſt auctor, quorum tū tres tantū vere fuiſſe Bruti Cæſar apud Ciceronē ſe ex Scęuola audiſſe, & alibi Cicero ipſe confirmat. Inde illi L. Craſſi oratoris ioci: nā, cū is Brutus, M. filiū reliquiſſet (q̄ magiſtratus nō petiuit, ſed fuit accuſator vehemens, & moleſtus, vt facilè cerneres naturale quoddā ſtirpis bonū: pater enim vir optimus & iuris peritiſſimus fuerat, degeneraſſe vitio deprauatæ voluntatis: accuſatoriam enim artē profitebatur) cū igitur eū filiū reliquiſſet Brutus, magnū generi dedecus, eum in quodā iudicio ex his libris mirificè vexauit Craſſus: nā, cū Brutus duos lectores excitaſſet, & alteri orationē Craſſi de colonia Narbonenſi legendā dediſſet, alteri de lege Seruilia, & cū contraria inter ſeſe de Rep. capita cōtuliſſet, Craſſumq;, q̄ primus peregrini marmoris colūnas Romā ad palatinas ędes ſuas inſtruēdas aduexerat, Venerem Palatinam appellaſſet, Craſſus facetiſſimè tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus lectoribus legendos dedit, in libro primo ita erat, fortè euenit, vt ego & M. filius in Priuernati eſſemus, tū Craſſus, Brute, teſtificat pater ſe tibi Priuernatē fundum reliquiſſe. deinde ex libro 2. in Albano eramus ego & M. filius: hic Craſſus ſapiens videlicet homo cū primis noſtræ Ciuitatis norat hunc gurgitē, metuebat, ne, cū is nihil habe-

Source : BIU Cujas

ret,nihil esse ei relictum putaretur:tum ex libro tertio,in Tiburti forte ædibus ego & M. filius. Crassus hoc loco, vbi sunt ii fundi Brute, quos tibi pater publicis commentarios consignatos reliquit? q̄ nisi puberem te(inquit)iam haberet, quartum librum composuisset & se etiam in balneis locutū cum filio scriptum reliquisset,nam forte nuper Brutus filius Balneas paternas vendiderat. Vnde ille etiam eiusdem Crassi iocus, cum enim se Brutus sine causa sudare in facili & aperta causa diceret,minimè mirū (inquit Crassus) modo enim existi de balneis. Hæc, quæ ad fortunas,filium commentarios M.Bruti iurecōsulti pertinebāt, non putaui indigna,quę adscriberentur,vt sunt apud Ciceronē. Illa quoq; sententia de actione furti testatori facti danda hęredi apud hunc erat, sicut apud Sex.Aelium,M.Manilium,sed & sedulitatē adhibuit,vt multa verba,quæ iam maioribus fugitiua obliuione prærepta fuerant,retraheret. Tenuit is Brutus nonnullum etiam inter oratores locum: neq; honorem vllum (vt diximus) prætura maiorem gessit, pudendo Zasij apud Pomponiū errore. M.etiam Brutum, M.Bruti diuini hominis,qui C.Iuliū Cæsarem tyrannum interfecit,patrem existimat Cicero nō modo acutum oratorem,sed etiam iuris publici,& priuati sanè peritum fuisse:eum Pomponius non numerat.Is, Marianos secutus partes,primo cum Cn.Pompeio etiam tum adolescente consilixit,quo in prælio turbatis equitibus bruti, peditatus quoq; in fugam est versus: ita fusus fugatusq; Brutus.Prętor inde cum esset, Mario intra vrbem incluso,Senatum conuocauit, in quo à Mario multi diuersæ factionis principes occisi.Aliquot post annos, mortuo Sylla,Lepidoq; Marianas partes rursus capescente,eum sectatus est Brutus.Galliam Cisalpinam is à Lepido victam tenebat,contra eos missus est Pompeius magnus, qui cum cætera facilè vicisset,Brutum in reditu diutius Mutinę obsedit, sed ille siue à militibus proditus, seu sponte mutato ad defectionem animo,salutem suam ac militum Pompeio commisit.deinde equitibus quibusdam præmissis ad castellum quoddam iuxta Padū consedit,eo postridie cū Geminius Pompeij iussu venisset,Brutus apud Regium occisus est, cuius cædes magno crimini Pompeio fuit: cùm enim initio captæ Mutinæ ad Senatū scripsisset, voluntariam à Bruto deditionem esse factam, post cædē deniq; eum per alias literas apud Senatum criminatus est, in quo perfidiam prius ac crudelitatem exercuerat. Neq; verò à Cæsare fęlicius Bruto fuit, siquidē Cæsar (vt impudicitiæ & adulteriorū cupiditate flagrabat) vxorem Bruti Seruiliam etiam tum viuo viro,adolescens turpissimè ante alias adamauit: cuius etiam post viri mortem allatas ad se in Senatum literas, Catoni Vticem sitorino Seruiliæ fratri, dum is vehementissime in Catilinæ coniurationem inueheretur,Cæsar legendas præbuit,cum eum Cato ex earum lectione in suspitionem traheret,eidem Seruilię primo suo consulatu sexagies sestertium margaritam mercatus est, & bello ciuili super alias donationes ampliſſima prædia ex auctionibus hastæ numo addixit. cùm quidem plerisq; vilitatem mirantibus:facetissime Cicero,quo melius (inquit) emptū scias, tertia deducta est, existimabatur enim Seruilia etiam filiam suam Tertiam conciliare Cæsari,quo adulterio & quod eum Cęsar inter vulnera filium appellauit, quidam natum esse Brutum suspicati sunt,illum tyrannicidam.

P. Mutius Sceuola.

IN Sceuolarum familia complures iuris cognitione celeberrimi extitere,vt non immerito quasi hæreditaria eius gentis existimata sit. Origo Sceuolæ nominis sub initia Ro. libertatis à Mutio iam tum nobili familia spectatæ virtutis adolescente,qui, cùm Porsenam Etruscorum regem interfecturus, in castra eius Romam obsidentis venisset,vori impos in volam, ideſt manū, quæ pro rege scribam obtruncasset, igni impositā seuierit. Ex hac gente primus P.Mutius. P. F. Sceuola iuris scientiæ gloriā est adeptus.Is P.(tametsi C.pro P.in breuiarijs reperio) anno ab vrbe condita Dcxxi. vel (vt apud alios, nam tota hæc consulum series triennio ferè aut non multo secus apud auctores variat) vndeuicesimo,cōsul,cum L.vel,Cn.Calphurnio Pisone fuit, vere enim tradi quidquā ꝓpter deperditos hinc Liuij annales vix licet. In eo magistratu, cùm Tiberius Gracchus Tribunus plebis legem agrariam ferre vellet,ei in consilio fuit. sed obscurius, non vt seditionem suscitaturus,sed legis æquitatem iuueni assentiens:atq; ex ea re ciuitate commota,conuocatoq; per Mutium Senatu,in ædem fidei publicæ, & interrogatis patribus, quid nā in tali tempestate faciendum esset (nam ea lex patres vt diuites offendebat) Scipio Nasica Serapion cunctiq; patres consulem ad Remp.capescendam cohortati,id ab eo respōsum accepere, se nec auctorem intestini belli fore, nec ciuem Ro in dicta causa necaturum,nec,siquid per vim ad populum Gracchus tulisset, pro lege habiturum,quod Zasius per errorem Q. Mutio Auguri attribuit:quinetiam tribus coegit,cùm ille leges ferret. Idem tñ, qui in gerenda Rep.putabatur fuisse segnior consul atq; languidior,gesta, multis senatusconsultis Nasicam, qui Gracchum interfecerat, extemplo reum factū non modo defendit, sed etiam ornauit,& iure optimo sumpta esse, vel à priuato in tribunū arma contendit: ita maiorem iustitiæ quam fortitudinis ex eo negocio laudem reportauit. Pōtifex etiam maximus fuit, postque eum ait Cicero desitum esse à Ponticfiibus maximis confici annales maximos,quos ab initio rerum Ro.ad eum conscripserāt, vt res singulorum annorum mandarent literis, publicæ memoriæ retinendæ causa,afferreq; in album solebant, & tabulam domi proponere,potestas vt esset populo cognoscendi.In pontificatu illud gestum ab eo traditur,cùm Licinia virgo vestalis,summo loco nata,sanctissimo sacerdotio p̄dita T.Flaminio, Q Metello consularam, & ædiculam & puluinar sub saxo sacro dedicasset,eam rem ex auctoritate senatus ad collegium pontificū Sex. Iulius prætor retulit:tum P.Sceuola Pontifex maximus pro collegio respondit,q̄ in loco publico Licinia C.F. iniussu populi dedicasset,sacrum nō videri esse. Senatus prętori vrbano negociū dedit,vt curaret,ne id sacrum esset, & vt, siquæ essent incisæ aut inscriptæ literæ,tollerentur.adeo auctoritas Mutij valuit. Is Mutius, cum P. Crassum Mutianum oratorem fratrem adoptiuum haberet,iuris eum doctrina imbuit, quantum esse oratorio muneri necessarium existimauit.Sceuola ipse nonnullum inter oratores locū tenuit,dicebat.n. valde prudēter,& acute, & paulo ēt, quàm multi æquales sui,copiosius.Iudex iniuriarum condemnauit eum, qui L. Acciū poetam lędēdi gratia in scena nominauerat,cùm C.Cælius absoluisset eum,qui Lucillium poetam in scęna nominatim læserat. Reliquit de iure ciuili libellos. x. Huic illud etiam ridiculè contigit, q̄, cùm eum Scipioni multis probris onerato M.Flaccus iudicem tulisset,eiero,inquit Scipio,iniquus est.cumq; esset admurmuratū,ah (inquit) P.C.non ego mihi illum iniquum eiero,verùm omnibus. Is P.pila etiā & duodecim scrupis atq; alea optimè lusisse dicitur, ita vt illo duodecim calculorum lusu tanta diligentia fuerit, vt, cùm aliquando calculum promouisset,essetq; victus:dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo loco errasset recordatus, redierit ad eum, qui cum luserat, isq; ita factum confessus sit. Ita non vno diuerticulo animum forensibus ministerijs fatigatum recreare contentus fuit, sed, cùm bene ac diu iura ciuium & deorum cerimonias ordinasset, & in rebus seriis Sceuolā egisset, in iocosis agebat hominem quamquam hæc magno errore Valerius Maximus de Q. Mutio augure memoriæ prodidit,vt in eius vita lōgius demonstrabitur.

P. Licinius Crassus Mutianus.

PLebeia gens Licinia prima suo ordini tribunatum militum cos. potestate dedit in P. Licinio Caluo, post multas contentiones vix extortum patribus,eundem ipsa primum ex patricijs antea honoribus nacta:&,cum idem P.quadriennio post reficeretur,impetrauit à tribubus,vt sua vice filium legerent.idēq; (opinor,nam apud Liuium variant prenomina P.C.q̄,atq; inde scriptoribus breuiarij cōss.errādi occasio, & Caluos cū Stolonibus cōfundendi) ipse P.F.Caluus primus de plebe magister equitum dictus,breuiq; post cos. Eadem domus C. Licinium Stolonem dedit virum in causa plebis expertæ virtutis,qui Tr.pl.decimum refectus,collega L.Sestio,tandem rogationes pertulit,frementibus patribus, de ære alieno minuēdo,de finiendo modo agrorū,deq; cōsulatu plebi cōicando,quo munere delinita plebs vtrunq; deinceps vno interposito primos ex suo corpore coss.fecit.Inter cognomina gētis fuere & Vari, & Crassi. Crassum primū inuenio dictū eū qui per secundū punicum bellū, nondum ædilitius Q.Fuluium Flaccū & T.Manlium Torquatū bis coss.& censorios,in petitione pont.Max. deiecit: cū ante intra centū & viginti annos nemo pręter vnum creatus esset pont.max.q̄ sella curuli non sedisset, idē postea magister equitum & coss. fuit: accessit genti ex opulentia diuitum agnomen, multiq; ex ea principem locum in Rep. tenuerunt, inter quos M.ille Crassus,qui cō spiratione cum Pompeio & Cęsare inita,cęsus deinde à Parthis, optimatium dignitatem illis debilitatam reliquit,illustrauit gentem,& Licinius Macer vetus annalium Ro.scriptor. Quidam & Lucullos Licinijs annumerant. Igitur P. Licinius Crassus Mutianus,cognomine diues,naturalē ortū è Crassorū gēte habuit, sed adoptione in familiam Mutiam transiit.Is sexcentesimo circiter ab vrbe cōdita anno quæstor est factus.Ac triennio post,cū nondū à Cēsoribus in ordinem senatoriū lectus esset (quo vno modo etiam iis,qui iam honores gesserant, aditus in curiam dabat)& rure domū reuerteretur. Q. Fabius Max. ignarus Crassum Senatorē nondū esse, narrauit in itinere, quod secreto in curia de tertio bello punico indicendo actū erat. Quamobrē à consulibus obiurgatus est Fabius. Crassus à P. Scæuola fratre domesticā iuris disciplinā hausit,& valde probatus est orator habitus:nā ingenio p̄terea valuit & studio,& summo oratori Ser.Galbæ,cuius filio Caio filiā suā collocauerat,affinitate sese deuinxit.In eo industriā summā cōstat fuisse,maximāq; gratiā,cū & ꝑsuleretur plurimū,& diceret.Itaq;,ēt cū ędilitatē peteret,de iure ꝑsulebat, &,cū rusticanus q dā cōsulēdi gr̄a accessisset,eūq; seduxisset, atq; ad eū retulisset,rñsumq; ab eo verū.n.magis,q̄ ad suā rē accommodatum

Source : BIU Cujas

modatum abstuliſſet,Galba, qui Craſſum in petitione aſſectabatur,vbi triſtem ruſticanum vidit,nomine appellauit,quæſiuitq́; qua de re ad Craſſum retuliſſet.ex quo vt audiuit,commotumq́; vt vidit hominem,ſuſpenſo(inquit) animo & occupato Craſſō ribi reſpondiſſe uideo,deinde ipſum Craſſum manu prehendit, &,heus tu(inquit)quid tibi in mentem venit ita reſpondere? Tū ille fidenter, homo peritiſſimus,confirmare, ita ſe rem habere, vt reſpondiſſet,nec dubium eſſe poſſe.Galba autem alludens variè,& copioſè multas ſimilitudines afferre,multaq́; pro æquitate contra ius dicere,Craſſus,cum diſſerendo par ſummo oratori Galbæ eſſe non poſſet, ad auctores confugit, & id,quod ipſe diceret,& in P. Mutii fratris ſui libris, & in Sex. Aelii commētariis ſcriptum protulit, ac tamen conceſſit, Galbæ diſputationem ſibi probabilem, & prope veram videri.Aedilis itaque factus functus eſt edilicio maximo munere: primus enim argento auroq́; folia imitatus coronas dedit, acceſſerūt Iemniſci quoque, quos adiici ipſarum coronarum honos erat, propter Hetruſcas, quibus iungi niſi aurei non debebant. Is quoq; Tiberio Graccho legem agrariam ferenti, cp filiam ſuam alteram C. Graccho fratri Tiberii in matrimonium locauerat (id enim & a pluribus tradi ait Plutarchus,& Cicero affirmat,cui ego maximè credo,quamquam alii Bruti putent) palam in conſilio fuit, quo interfecto ſe natus,iram plebis leniturus, impugnare legem deſtitit, & in Tiberii locum diuiſorem P.Craſſum legit. Conſulatum inde cum L.Valerio Flacco geſſit,anno ab V.C. Dcxxiii.vel,vt alii,ſecūdo i. biennio poſt P.Sceuolam fratrem,in quo magiſtratu,cum ferretur ad populum, quem ei bellum contra Ariſtonicum gerere placeret,Craſſus, qui tum Pont. Max. erat, Flacco collegæ, cp erat flamen Martialis, & eam prouinciam ambiebat, mulctam indixit,ſi a ſacris diſceſſiſſet,quam mulctam populus Ro.remiſit pontifici tamē flaminem parere iuſſit, neque tamen ad priuatū detulit bellum,quāquam erat Africanus, qui anno ante de Numātinis triumphauerat,qui cū longe omnes belli gloria & virtute ſuperaret,duas tantum tribus tulit,& populus Ro.conſuli potius Craſſo, quàm priuato Aphricano bellum gerendum dedit. igitur in Aſiam ad debellandum Ariſtonicum, qui mentitus regiæ ſtirpis originem (ſunt,qui Eumenis regis nothum filium tradant,& Attali fratrem, eius, qui Aſiam populo Ro. teſtamento reliquerat) eam prouinciam occupauerat, cū imperio,& inſtructiſſimo exercitu eſt miſſus,cum eſſet Conſul & idem Pōt.Max. quod nunquam antea factum erat, vt Pont. Max. extra Italiam proficiſcereṫ,habebat Craſſus infinita regum auxilia,nam & Bithynię rex Nicomedes,& Mithridates Pōticus,& Ariarates Cappadox,& Pilemenes Paphlagon Romanos iuuere:ibi,cum obſidionem oppugnationemq́ue Leucatis oppidi moliretur, opuſq́ue eſſe firma ac procera trabe ad arietem muris quatiendis conficiendum animaduertiſſet, recordatus duos a ſe opportunos ei rei malos Athenis viſos, Architectum Athenienſium armamētarii per literas monuit,vt maiorem ad ſe mitteret:ille re cauſaque eius perſpecta, commodiorem arbitratus minorem, miſit, accitum cum Craſſus, interrogatumq́ue, quid ita alium, quàm quem petierat, malum miſiſſet, excuſationem eius rationeſq́ue non accipiens,nudatum virgis cædi iuſſit, corrumpi ac diſſolui omnem imperatoris dignitatem atque officium ratus, ſi quis ad id, quod facere eſt iuſſus, non obſequio ſed conſilio irrequiſito reſpondeat. Illam etiam incredibilem in eo magiſtratu laudem eſt memoriæ conſecutus, vt quinque græci ſermonis differētias ſic breui penitus perdidicerit, vt, qua quiſque apud eum lingua ad tribunal eius poſtulaſſet, eadē ius ſibi & decreta referret,quæ res maximum ei ſociorum amorem conciliauit.Sed,cum bellū gereret,vel vt aliis placet,è prouincia decederet, ab hoſtibus pōlio victus eſt:ſunt,qui Attalicæ prędæ quam bello intentiorem, extremo anni tempore inordinata acie prælium conſeruiſſe aſſerant, cęſo igitur exercitu. Thraces,quorum magnum numerū Ariſtonicus in præſidio habuit, recipientem ſe Craſſum inter Eleam & Smyrnam intercepere. Sed ille memor, & familiæ, & nominis Romani ne inditionem hoſtis perueniret, dedecus accerſita ratione mortis fortiter effugit: virgam enim,qua ad regē dum equum vſus fuerat,in oculum cuſtodientis ſe barbari direxit,ita vt excæcarit.ille,vi doloris accenſus,latus Craſſi mox ſicca confodit: dumq́ue ſe vlciſcitur, imperatorem Ro. maieſtatis amiſſæ turpitudine liberauit: itaque oſtendit fortunæ Craſſus,q̄ indignum virum tam graui contumelia afficere voluiſſet, quandoquidem iectos ab ea libertati ſuæ miſerabiles laqueos prudenter ſimul & fortiter rupit. ſeque iam Ariſtonico donatum dignitati ſuæ reddidit. Caput tamen mortui Ariſtonico oblatū eſt,corpus Smyrnæ ſepultum,ſed breui poſt Craſſi ſucceſſor Perpenna ſtragem eius,capto Ariſtonico & Romæ in carcere ſtrangulato,vindicauit. Traditur Craſſus Mutianus multis ac præcipuis bonis ornatus fuiſſe quinque præſertim,cp ditiſſimus,cp eloquentiſſimus,cp nobiliſſimus,cp iuris cōſultiſſimus,cp Pōt.Max. Sanè P. ille Craſſus, quem bello ciuili Syllano, ſua manu interfectum Cicero ſcribit, Lucanus verò & Florus laceratum a fimbria cum patre, alium ab hoc Mutiano fuiſſe temporum etiam ordo indicat.Putarē citius Mutiani filium, ſi patris mors concederet, aut ſi alioqui relictum a Mutiano filium conſtaret: nam de morte facilius Ciceroni accedam.Sed & alius P.Craſſus fuit,quem veterem appellat Cicero, qui cū ſuperiore Aſricano Conſul fuit, & ipſe diues vocatus: nam eorum, quæ Zaſius Mutiano apud Pomponium tribuit,nihil ad eum pertinet.

C.Liuius Druſus.

LIuiorum familia quamquam plebeia.ſeroq́;, ad magiſtratus patricios admiſſa,tamen & ipſa admodum floruit, octo conſulatibus, cenſuris duabus, triumphis tribus, dictatura etiam & magiſterio equitum honorata,clara & inſignibus viris,ac maximè Salinatore Druſiſq́ue, princeps in ea conſulatus M. Liuius Denter anno ab V. C.ccccii. dein M. Liuius poſt duos cōſulatus & dictaturam Salinator dictus,cp in cenſura nouum vectigal ex ſalaria annona commentus putabatur ex odio populi,cp iniquo eius iudicio poſt conſulatum multa irrogata ſe damnatum dolebat. qua quidem etiā indignitate vniuerſas tribus, præter vnā Metiam,leuitatis nomine notauit,& ærarias reliquit cp & innocentē ſe cōdēnaſſent, & condēnatū,iterū conſulē ac cenſorē feciſſent,neq; inficiari poſſent,aut iudicio ſemel, aut comitiis bis ab ſe peccatū eſſe,collegam quoque, qui ſe dempto equo inter ærarios retuliſſet, pari nota affecit.Poſt C. Liuius Druſus,hoſtiū duce Druſo cōminus trucidato, ſibi poſterisque ſuis cognomē inuenit: traditur etiam pro prętor ex prouincia Gallia retuliſſe aurū Senonibus olim in obſidione capitolii datū, nec(vt fama eſt) extortum a Camillo, is & coſſ. fuit cū Africano minore,eius abnepos,ob eximiam aduerſus Gracchos operā, patronus ſenatus dictus:filium reliquit, quem in ſimili diſſenſione multa variè molientem diuerſa factio per fraudem interemit. Ex hac ſtirpe natum C. Liuium Druſum tanta laude iuris ſcientię celebrari a Valerio Max.deprehendi,vt, licèt a Pōponio prætеritū, inuolui ſilentio paſſurus non ſim: ea namque induſtria ac ſtudio fuiſſe hominem tradit, vt & ętatis viribus & acie oculorum defectus, ius ciuile populo benigniſſime interpretatus ſit, vtiliſſimaq́ue diſcere id cupientibus monimenta compoſuerit:nā, vt ſenem illum natura, & cęcum fortuna facere potuit, ita neutra interpellare valuit,ne non animo & videret,& vigeret.Sanè qui nam prędicipue is fuerit, aut quibus temporibus,pro certo nō poſuerim.Cicero tres in oratorum numerum Druſos refert, M. Druſum C. F. qui in Tribunatu C. Gracchum collegam iterum tribunum fecit,virum & oratione grauem,& auctoritate, eiq́ue proximè adiunctum C.Druſum fratrem,& M Druſum patritiū auunculum magnum M.Bruti eius, qui Cęſarē occidit, qui fuerit grauis orator,ita duntaxat,cum de Rep.diceret, quem ego illum,eſſe opinor, quem poſt multa Paterculus in Tribunatu iuuenem occiſum tradit. Ex his ego illum Caium C. F. opinor iuris conſultum fuiſſe,quem ſecundo loco poſui,¦M. Druſi fratrē. video enim Druſum cęcum ab eodem Cicerone alibi Caium vocari, tametſi in iis maximè prænominibus mendoſi codices ſunt. Idem Cicero de hoc iureconſulto ſcriptum reliquit, domum eius (vt acceperit) compleri conſultoribus ſolitam,&, cū, quorum res eſſet:ſua ipſi non viderent cęcum adhibebant ducē. Durauit genus ad imperatoria vſque tēpora. Fuit enim M. Druſus conſul cum Calphurnio Piſone:anno Dccxxxix.ab V C.vt apud quoſdam inuenio: principatu. ſ.Octauii Cęſaris. Sed & Liuius Druſus in hanc familiam per adoptionem inſertus:cū natu rale genus ab Ap.Pulchro Ap. Claudii cęci filio duceret, Liuię Druſillę pater (tametſi apud Paterculum mendoſè ſcriptum eſt Iulię) eius, quam poſtea Octauius vxorē duxit qui partibus Bruti & Caſſi,in quibus fuerat,victis, ne tentata quidem hoſtis miſericordia, ipſe ſe in tabernaculo interemit: filia auguſtū honorē per maritum Liuiæ genti addidit,Tiberio filio,pro nepote Caio Caligula,nepote D. Claudio faſtigiū imperatorię dignitatis adeptis.

C.Martius Figulus.

AN cum Martium regem Ro.Numę Pompilii ex filia nepotē principem Martii generis ferunt,cuius filii duo prope pubes relicti,ne cęſo quidem Tarquino priſco ſucceſſore patris,regnare potuerunt; ſed Sueſſam pometiam in exilium ſponte ¦profecti damnatiq́ue ſubiſtere:regii tamen tituli honos durauit in gente,Romam(opinor) exactis regibus reuerſa: ſunt enim dicti Martii Reges,eorum nemo coſſ.legitur prętеr vnum Q.Martiū collegam M.Catonis nepotis, anno ab V.C.Dcxxxvi. adeo ſummi generis amplitudo ſemel proſtrata, diu interdum iacet:ea tamen prope reuixit in Iulio Cęſare, ſiquidem auia eius paterna huius nominis fuit. Legimus & Martios Rutilios, & Tremulos, & Philippos,& Figulos,& Rallas,de plebe omnes. Ex Figulis primum coſſ.reperio C.Martium cum Naſica Corculo,anno ab V. C.Dxcii.& ſeptennio poſt iterū cum Cornelio Lentulo. Is filiū genuit C.iuris ciuilis ſtudio celeberrimum,qui cura Pomponio prętermiſſus ſit,equidem ſatis mirari non poſſum: cum etſi mā ſuetiſſimi ingenii, ita tamen prudentiæ ac moderationis aliqū immemorem reddiderunt:nam,cum in petitione conſulatus repulſam

Source : BIU Cujas

pulsam tulisset,tanto dolore accensus est:atq; eo magis q̄ illum honorem bis patri suo datum meminerat, vt, cum ad eum postero comitiorum die multi consulendi causa venissent, omnes dimiserit,ita præfatus.omnes consulere scitis, consulem facere nescitis.dictum grauiter & meritò,sed tamen aliquāto melius non dictum.Nec quidquam vltra de eo comperi.

P.Rutilius Rufus.

NAutia gens,quæ Rutiliorum cognomen assumpsit,Troianæ originis fuisse proditur.Nautius namq; auctor generis cum Aenea domo profugus, sacerdos Palladis vrbium custodis fuit,eiusq; simulachrū in Italiam trāstulit, quod inde Nautij per manus traditum custodiuere.Neuij quoque (nisi fallunt Codices Liuij) Virginij patriciæ gentes, & Martij plebeia eodē cognomine fuerunt,vt non falso grammatici,quibus ista consectari curæ fuit,scribere videantur,antiquas mulieres,q̄ studiose rufi.i.rutili coloris fuerīt,primū Rutilas. Rutiliasq; dictas,quasi valde rufas, itēq; viros Rutilios.Ex Nautijs & Virginijs Rutilijs multi sub initia Ro.libertatis cōsulatus sūmosq; alios honores gessere, primus Sp. Nautius V. C.annis duobus & viginti post pulsos reges,plurimi deinde Nautij,Virginij,Martij,quorū omnium titulos exequi longum est. Cæterum qui primus Rutilij nomen,non cognomen, habuerit: legitur Sp.Rutilius Crassus, gente patritia, tribunus consularis anno ab V. C. cccxxxix.

Fuit & M.ille Rutilius Censorinus, qui iterum creatus censor, ad cōcionem vocatum populum, quàm potuit grauissima oratione, corripuit, quòd eam potestatem bis sibi detulisset, cuius tempus:quia nimis magna videretur, maiores coarctandum iudicassent vterque rectè,& Censorinus,& populus, alter enim vt moderate honores crederent,præcepit,alter se moderato credidit. Insertus est familiæ & Q. Fabius Rutilianus (tametsi quidā Rollianum malunt) qui primus ex Fabijs ob virtutem Maximi cognomen adeptus,hæreditarium generi reliquit, qui consulatus quinq; tres triumphos,dictaturam,censuramq; vnam gessit, alteram repudiauit,cui mortuo tantum æris liberalitate populi congestum est, vt inde filius viscerationem & epulas publicè dederit.Inter cognomina & Calui fuere. Familiam ijs honoribus illustrem, excepit P.Rutilius Rufus hic iureconsultus, non minus dignam seriem posterorum, vt inseruiente Rep. post se habiturus. Is itaq; P.Rutilius Rufus M.F.adolescens P. Mutiū Sceuolam sectatus est, ab eoq; & iuris scientiam & innocentiæ morumq; opinionem hausit. Tribunus plebis,cum prius eius honoris candidatus repulsam tulisset,C.Mancinum proconsulem,Numantinis ex senatusconsulto in pœnam turpis cum illis initi fœderis deditum,neq; acceptum,domum reuersum, & in senatum venire ausum,extrahi iussit, q̄ eum ciuem negaret esse,quia sic esset memoriæ proditum,ei, quem populi Ro.iussit pater patratus dedisset,nullum esse ius postliminij. Consulatum inde cum petisset cum M.Aemilio Scauro,acri homine,& vehementi, repulsusq; esset, non modo accusauit ipse ambitus competitorem Scaurum designatum consulem,sed & a Scauro absoluto vocatus est ipse in iudicium, in quo illud acutè atq cōcinnè coniectura explanatum est,aliter,quam esset.Nam,cū accusator Scaurus ostenderet in Rutilij tabulis literas A.F.P.R.idque ita interpretaretur,actum fide P.Rutilij,Rutilius autem ita, ante factum post relatū : C.Cannius eques Ro. qui Rutilio aderat,exclamauit,neutrum illis literis significari. &, cum Scaurus interrogasset,quid ergo? Aemilius fecit,plectitur Rutilius, inqt Cānius.Postea tamē cōsul fuit,cū C.Mallio, anno ab V.C.Dcij. quo in magistratu armorum tractandorum meditationem militibus tradidit,ac, nullius ante se imperatoris exemplum secutus, ex ludo C.Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accersitis,vitandi atq; inferendi ictus subtilitatem ac rationem legionibus ingenerauit, virtutemq; arti,& artem rursus virtuti miscuit vt illa impetu huius fortior, hæc illius scientia cautior fieret. Idem quoq; de iure tribunorum militariū, vt a consule non a populo fierent,legem tulit.vnde illi Rufuli Rutiliq; dicti : neq; aliud quidquā propter scriptorū paucitatē ab eo dignū memoria gestū in consulatu reperio.Asiæ inde proconsul fuit. Sed & in Saturnini tumultu Remp.adiuuit. Admirabile etiā exēplū constantiæ,grauitatis,innocētiæ præbuit: cū enim aliquando amici cuiusdam iniustę rogationi resisteret, isq; indignatus dixisset,quid ergo mihi amicitia tua,si nihil abs te impetro,opus est? Respondit Rutilius,immo quid mihi tua,si propter te inhonesti aliquid facturus sum? Nec tamen quamuis innocētissimo fortunę & improborū vim effugere licuit:in iudiciū enim ordinū magis dissensione,quàm sua culpa reus a M.Scauro repetundarū nomine vocatus est,conspirantibus in eū publicanis, propterea, q̄ legatus C.Marij proconsulis ab eorū iniurijs Asiā defenderat,quamuis eorū ordini adolescens ipse reo aliqñ nō defuerat : sed plus valuit recens iniuriarū memoria, quo q̄dem in iudicio mirificè Rutilii virtus cōstantiæ enituit : nā nec mutare vestē sordidamq; induere sustinuit,neq; insignia senatoris deponere,neq; capillū barbamve ad cognitionis vsq; diē summittere,nec supplices ad iudicū genua manus tendere,nec dicere q̄dquam q̄d non splendori p̄teritæ ætatis suæ, & gestorū magistratuū responderet. &,cū ea tempestate florerent in rep. eloquentissimi viri L.Crassius,& M. Antonius consulares,adhibere corū neutrū voluit.dixit ipse p̄ se esse,& pauca C.Cotta, q̄ sororis eius erat filius,& is quidem tamen vt orator, quanquam erat admodū adolescens,& Q.Mutius,enucleare ille quidē & politè, vt solebat,nequaquam tamen ea vi atq; copia, quam genus illud iudicii & magnitudo causæ postulabat. Igitur pertesus iudiciū cū multa,tametsi falso,se indigna, quæ ad suspitionem stuprorū ac libidinū pertinerēt, audire cogeretur, vir totius eui non modo sui sæculi inter Ro.optimus,innocentissimus,sanctissimus.temperatissimus,Mariana seditione & iudicū , qui cām dicēt oībus sæculis,p̄iurio victus,ab ingrata ciuitate in exiliū abire maluit, damnatusq; est equitū sententiis, qui tū Gracchanis legibus iudicia obtinentes,in optimū quemq; maximè sęuiebant,præsertim si publicani qui ex eodem erant ordine,anniterentur. Cæterū illo Rutilii iudicio conuulsam penitus esse remp. existimatū est. Illam certè in maximo gemitu ciuitatis laudem tulit,vt Socratem,quo neminem vnquam in terris vixisse meliorē hominem philosophi putant.egregie imitatus homo Ro.& consularis videret.Sic enim damnationem suam tulit, tanquam illi nihil molestū esset aliud,quàm q̄ malè iudicaretur. Asiā igitur petenti vt exuli,triūphare contigit , siquidem omnes illius prouinciæ ciuitates legatos ei obuiam miserūt.orātes, pro se quęq; vt tanti viri hospitio atq; exilio ornarentur, ipse Smyrnā incoluit,ibiq;,cū ei reditū in patriā Syllana victoria p̄stitaret, in exilio,nequid contra leges faceret,aut ciuili seditione reuocatus videretur,quamuis reuocante Sylla,substitit,ei reditū suū negare ausus,cui nihil tūc negabatur: neq; tantū solus dictatori aliquid negauit,& reuocatus non redijt , sed longius etiam fugit. viderint,inquit,hoc isti, quos Romæ deprehendit fœlicitas tua. videant largū in foro sanguinē,& supra Seruilianū lacū (id enim proscriptionis spoliariū est) Senatorū capita, & passim vagationes per vrbem,percussorū greges,& multa millia ciuiū Ro.vno loco post fidem,immo per ipsam fidem trucidata, videant ista, qui exulare non possunt.Itaq; passus est iniqore animo eripi sibi exiliū,q̄ se patriæ. Ergo literarū studiis vacans in Asia Smyrnæ cōsenuit,& ciuitatis dono vltro affectus ciuis esse Ro.desiit. q̄n &,cū ab amico quodam prius consolaret̄,dicereturq;instare arma ciuilia:breui futurū esse,vt cū exulibus cæteris reduceret̄, qd tibi (inqt) mali feci, vt mihi peiorem reditū q̄ exitū optares? malo vt patria in exilio meo erubescat,q̄ reditū mœreat. Ibi dū esset,versareturq; in Asia, exorto inter Mithridatem regem ac Romanos bello, Mytilenis a rege deprehensus cū rex vno die Ro.omnes,qui in Asia erāt,per literas occidi iussisset, crudelitatem eius in togatos vestitus mutatione vitauit , sibiq; soccos & palliū greco more induxit,quod erat homini Ro.alioqui dedecori. Sylla inde in Asia res gerēte cū Fimbria, desperatis omnibus,colloquiū Syllæ expetisset,ille Rutilium (hūc opinor) ad Fimbriā misit,qui oranti veniam Fimbriæ pollicitus est, fore, vt a Sylla vsq; ad mare tutus dimitteretur,si ex Asia, cuius p̄consul Sylla esset,enauigare vellet,quod ille ægreferens,paulo post manus sibi ipse intulit. Eodem Mithridatico bello, cū Marius & Eumachus duces a Mithridate aduersus Lucullū missi essent,magno exercitu breui congregato,cū P.Rutilio (nescio an hoc nostro) apud Chalcedoniā cōgressi, eū plurimamq; exercitus eius partem ceciderūt. Hæc in vita & moribus,illa in doctrinis præstitit Rutilius.Inter oratores nō obscurū locū tenuit,sed in quodam tristi ac seuero genere dicendi versatus est, & natura vehemens,& acer, & studio etiā stoicæ philosophiæ, cui præceptore Panetio operā dedit,græcis literis nō modo eruditus,ac doctus, sed propè in stoicis perfectus, quorū peracutū & artis plenū otationis genus,sed tamē exile, nec satis populari assentioni accōmodatū.itaq; illa,q̄ p̄pria est huius disciplinæ philosophorū de se ipsorū opinio,firma in hoc vno & stabilis inuenta est.In forēsibus actionibus ac patroni munere multa opa, multaq; industria fuit,q̄ erat propterea gratior, q̄ idem magnū munus de iure respondendi sustinebat.ergo orationes reliqt Ciceronis iudicio ieiunas : multa insuper præclare de iure scripta composuit, quorū interdū testimonio posteriores vsi sunt, & habitus est in stoicis oratoribus,eum ita doctū existimauit Lucillius,vt in suis illis publicis eruditorū reiectionibus,Tarentinis,Cōsentinis,Siculis se scribere diceret,propterea q̄ Rutilij,Persij, Scipionis iudiciū reformidaret.Inter orationes vnam reliqt de modo ædificiorū,quū postea Augustus recitauit Senatui, & notā populos p̄ edictū fecit,quo magis p̄suaderet eā rē nō a se primo aīaduersā, sed antiqs iā tū curę fuisse.Neq; verò sibi tñ seuer⁹ Rutilius fuit (q̄uis hoc p̄cipua laude dignū!) sed & alios oratoriis fucis in iudicio vtētes nō dubitabat vituperare,& fures flagitiososq; dicere: vt L.Crassū,& Galbā, cæterosq;. Panetio p̄ceptori suo plurimū tribuit:itaq; solebat dicere,vt nemo pictor esset inuēt⁹, q̄ Veneris eā partē,q̄ Apelles inchoatā reliqsset:absolueret (oris.n.pulchritudo reliq corporis imitādi spē auferebat) sic ea,q̄ Panetius intermississet,& nō p̄fecisset p̄p eorū,q̄ fecisset, p̄stātiā neminē esse p̄secuturū : reliqt ēt historias & libros de vita sua,quorū nihil ad nr̄am ætatē seruatū est.Peruenit vsq; ad Ciceronis tp̄a: vt

à quo

Source : BIU Cujas

a quo visus auditusq; sit, fundū ī Formiano habuit. Sanè nō satis ꝓstat an is sit P. Rutilius, quē tradit̄ leui morbo impeditū, nūciata fratris in petitione consulatus repulsa, illico expirasse: nam tres P. Rutilios hoc tempore intra triginta prope annos reperio consules: hunc Rufum, & eum, qui aliquanto ante cum Popilio Lenate Consul fuit, alium P. Rutilium Lupum, qui post Rufum hunc nostrum annis quindecim honorem eundem gessit. Certè constat hunc iuris peritum in exilio indignissimè mortuum, vt qui maleuolentiæ immerito non sacer, fortunę aduersæ impetum non ad imminutionem virtutis, sed ad experimētum cōtulit. Sororem habuit Rutiliam, quæ pari virtute C. Cottam filiū, cum is depulsus per inuidiam tribunatu, non multis ab eo tempore mensibus, eiectus esset e ciuitate, secuta est in exilium, & vsque eo fuit indulgentia cōstricta, vt mallet exiliū pati, quàm desyderium. nec ante in patriam, quàm cum filio rediit. Eundem iā reductum & in Rep. florentem tam fortiter amisit, q̄ secuta fuerat, nec quisquam lachrymas eius post elatum filium notauit, in expulso virtutem ostendit, in amisso prudentiam · nam & nihil illam a pietate deterruit, & nihil in tristitia superuacua stultaque detinuit. Fuit & Rutilius Lupus, q Gorgiæ Græci rhetoris sui tēporis quatuor libros de figuris in vnum suū trāstulit, qui nunc versatur in manibus.

Q. Aelius Tubero.

TVberonū quos ex Aeliis Pætis fuisse supra ostendimus (nā & posthumios Tuberones & Tubertos legimus) primum inuenio P. Aelium prætorem sub finem belli punici secundi. Ea quoque familia haud vno fuit iureconsulto contēta. E duobus, qui sanè ætatibus distincti sunt, maior, Q. Aelius Tubero, natus est ex Q. vel vt alibi est C. Aelio Tuberone cognomento Catelio (vel vt est apud Plinium, Cato Aelio: & si ferè suspicor vtrunque deprauatū ex C. Aelio: neq; enim hic fuit ille Catus Aelius Sextus) & Aemilia L. Pauli, qui Persem deuicit, filia: itaque auūculum habuit P. Africanum minorem, qui Pauli & ipse filius in Scipionum familiam per adoptionem venerat. Pater Tubero, vir fuit optimus, & magnæ in Rep. auctoritatis, sed ita tenui patrimonio, vt sex & decem viri ex Tuberonum familia simul vnis ædibus, & quidem modicis, cum coniugibus & liberis habitarent, eodem loco, quo postea fuerunt Mariana monumenta, erat iis vnus in agro veiēte fundus multo pauciores cultores desiderans, quam habere dominos, inq; maximo circo Flaminio spectaculi locus, quæ quidem loca ob virtutem publicè donata possidebant, eadem gens nullum antea scrupulum argenti habuit, quā Paulus, Perse rege deuicto, huic Q. Tuberoni genero suo phialā quinq; pōdo argēti ex prędā donaret: in talē tamē domum princeps ciuitatis Aemilius collocare filiam suam non recusauit, ipse quoq; gloria, quàm pecunia ditior. Tuberoni verò iureconsulti patri hoc quoq; gloriosum contigit, quod, cum in expeditione contra Persem esset, socerum comitatur, dedēti se Perseo & in castra Ro. proficiscenti obuiam missus est a Paulo, Tuberoniq́ue custodiendus traditus est rex, magni Alexandri inter successores inclytus. Eidem consulatum gerēti, in quē socero successerat, cum Aetolorum gens omnis vsus vasa argētea magno pōdere, exquisita arte fabricata per legatos misisset, q̄ supiori tēpore gratulādi causa ad eū ꝓfecti, retulerāt: fictilia se in eius mēsa vasa vidisse, monitos, ne cōtinētiæ, quasi pauptati succurrēdū, putarēt, cū suis sarcinis abire iussit, quā bene Aetolicis domestica ptulerat, si frugalitatis eius exēplū posterior ætas sequi voluisset. Sed quo paulo postea ventum est: a seruis vix impetrari poterat, ne eam supellectilem fastidirent, qua vti cōsul non erubuerat. Plinius. n. eundem hunc esse tradit, qui fuerit Aemilii gener. Ex hoc patre ortus Tubero iurisperitus, vita seuerus durusque fuit, & congruens cum stoica disciplina, quā colebat, & a Panetio græco philosopho dies noctesque studiose hausserat, adeo vt in triumuiratu contra Africani auūculi sui testimonium non dubitauerit iudicare, vacationem auguribus, quo minus iudiciis operam darent, non competere. Eundem tñ Africanum post mortem funebri laudatione a C. Lelio, vt fertur, conscripta de more laudauit, ipse. n. nullo in oratorum numero est habitus, sed, vt vita, sic & oratione durus, incultus, horridus, deniq; mediocris in dicendo, doctissimus in disputando, q̄d ferè stoicis omnibus pp nimiam in arguta illa & arida dialectica cō suetudine contigit, itaque honoribus maiorum pauptate oōnis rñdere non potuit, tametsi ad consulatum peruenisse eum, scribit Pomponius, q̄d ego in̄ breuiariis non comperi, constans alioqui ciuis, & fortis summaque virtute & prudentia, & in primis Graccho molestus, quamobrem & Gracchi in eum oratio, & Tuberonis in Gracchū plures relictæ sunt: cognitione verò iuris non modo non cessit maioribus suis Tubero, verumetiam doctrina præcelluit. Scripsit etiam historias, vnde multa citant Liuius, Dionysius, Gellius, & librum ad C. Oppiū, & de officio iudicis: existimabat etiam nullum senatusconsultum fieri posse, non facta discessione, & ius esse præfecto vrbis latinarum causa relicto, senatus habendi. De eo illud quoq; traditur, cū esset a Fabio Max. epulū populo Rō. nomine P. Africani patrui sui defuncti dante, rogatus, vt tricliniū sterneret, lectulos ligneos punicanos pellibus hedinis strauisse, & pro argēteis vasis samia exposuisse, cuius rei deformitate sic omnes esse cōmotos, vt, cum alioqui vir egregius haberetur, comitiisq; prætoriis cādidatus in cāpū L. Paulo auo, & P. Africano auunculo nixus, descēdisset, repulsa inde notatus abierit· nam, vt continentiam semper priuatim probabant, ita publicè maxima cura splendoris habebaī, quocirca Ro. ciuitas non vnius cōuiuii numerum, sed totam se in illis pelliculis iacuisse credēs, ruborē epuli suffragiis suis vindicauit. Sed qd cū populo bellua multorum capitū agas, qui sapiētius ęstimāt, hoc vno facto Tuberonē cui vis optimo ac summo viro comparare non dubitant, & Leliis ac Catonibus inserunt, quibus videtur censura illa, fuisse non cæna inde illa Senecæ cōquestio. O q̄ ignorāt homines cupidi glorię, quid illa sit, aut quēadmodum petenda: illo die populus Rom. multorum supellectilem spectauit, vnius miratus est, omnium illorum aurum argētumq; fractum est, & millies conflatum, at omnibus sæculis Tuberonis fictilia durabunt: paupertatem enim se dignam & capitolio iudicauit, cum fictilibus in publica cæna ante ipsius Iouis cellam vsus, ostendit debere his hominem esse contentum, quibus dii etiam tum vterentur. Hunc (vt diximus) etiam Cos. fuisse auctor est Pomponius, quod equidem apud alios non inuenio: vir certè fuit & eruditus, & honestus, & nobilis, ciuis optimus, atque integerrimus. Quædā ad eum scripsit p̄ceptor eius Panetius, vt de dolore patiendo, & epistolas, quibus inter cætera præcipiebat, vt Crātoris veteris academici libellū de luctu aureolū ediscceret ad verbū. Discipulus quoq; Panetii Hecaton Rhodius de officiis ad Tuberonē scripsit. Idem Tubero L. Lucullū Xersem rogatum appellabat propter ea ædificia, & moles, quas in Campania mari impoſuerat, quæ Tubero haud sanè admirabatur,

Paulus Virginius.

PAulū quoq; Virginiū hoc ferè ordine Pōponius enumerat, de quo ipso nihil memini scriptū legisse. Virginia gēs antiqssima patricii ordinis, vt ex qua Opiter Tricostus Ostricatusve cognomine o[illegible]auū a pulsis regibus consulatū tenuerit: is, qui Cameriā vrbē euertit. Multi deinde Virginii insignes viri, variis cognominibus, Tricosti, Celimōtani, Rutilii. Fuit & alia plebeia, quam illustrauit ille interfector filiæ, ex vtra ortus iurecōsultus, incertum.

Sex. Pompeius.

SEx. Pompeius Sex. F. Cn. Pompei magni patruus, præstantissimum ingenium contulit ad summam iuris ciuilis, & ad perfectam geometriæ ac rerum stoicarum scientiā. Fratrē habuit Cn. Pompeiū in aliquo oratorū numero. ipse ad Ciceronis vsq; adolescētiam peruenit. De maioribus eius haud sanè multa prodita monumentis legimus, consulatum primus intulit in familiam Q. Pompeius cognomento Nepos, anno ab V. C. Dcxiii. nec qs q̄ postea traditur cos. in gente ante Gn. Pompeiū Strabonem, huiꝰ nr̄i germanū, magni patrē qui Syllanas partes acriter sustinuit, dignitas generis a filio ad summū cōcessæ in libera ciuitate amplitudinis gradū prouecta, in nepotibus frustra Cæsarianæ tyrānidi obluctatis, penè funditus cōcidit: duo tamē Sex. Pōpeii per Octauii principatū lōgo interuallo in numerū coss. referunt̄, fuerat & Q. Pōpeius Rufus, Strabonis in cōsulatu successor: inuenio etiā Sex. Pōpeiū prætorii viri patrē, Hispaniæ citerioris principem, cum horreis suis ventilandis præsideret, correptum dolore podagræ mersisse in triticum sese supra genua, leuatūq; siccatis pedibus, mirabili modo, hoc postea remedio vsum esse.

L. Cælius Antipater.

LCælius Antipater, quāuis inter iuris peritos numeretur, maiorē tamen eloquentiæ q̄ scientiæ iuris operam dedit, neq; tamen ita, vt sit magnus orator habitus, aut nimis facūdè historiā cōscripserit, paululū modo se supra Pictorē, Pisonē, Catonē, Fannium, Vennonium, antiquiores rerum Ro. scriptores erexit & addidit historiæ maiorem sonum vocis, nam illi non exornatores rerū, sed tātūmodo narratores fuerāt: ita is illos quidem vicit, sed ne ipse quidē distinxit historiam varietate locorū, neque verborū collocatione, & tractu orationis leni, & æquabili p poliuit illud opus, q̄d Salustius postea, & T. Liuius egregiè absoluit, sed, vt homo neq; valde doctus, neq; maximè aptus ad dicēdū: sicut potuit, dolauit, & paulò inflauit vehemētius, habuitq; vires agrestes ille quidē atq; horridas, sine nitore ac palęstra, sed tamen admonere reliquos potuit, vt accuratius scriberent: & tamē. Adrianus Imperator, vetusti generis dicendi studiosus, hunc Salustio præferebat. Deniq;, vt temporibus illis luculentus scriptor fuit, iuris valde peritus, multorum etiam, vt L. Crassi summi oratoris, non P. Crassi Mutiani (in quo Zasius fallitur) magister, & cum eodē Crassō familiariter vixit, estq; vir optimus existimatus. De huius quoq; maioribus pauca cōperi, nec nisi circa eiꝰ tēpora C. Cælium Caldū cos. nam, quem alii antea P. Cæliū Ligonem numerant, est apud Liuiū sępe Aelius Ligur. Addidit deinde familiæ nōnullæ decus M. Cælius Rufus, vir prætorius, non

leuis

leuis orator,pro quo extat Ciceronis oratio, & eius epistolatum liber inter Tullianas:vixit.n.cum eo familiarissimè.

Q.Mutius Sceuola Augur.

Q. Mutius Sceuola Augur,is est, quē Cicero in libris de Oratore facit cum L.Crasso genero suo quem & ius ciuile docuit,de oratoris officio differentem,& in dialogo de amicitia disputantem,meminit & in Bruto, multisq; præterea locis: eum enim adolescens Cicero coluit,ad eumque frequentissimè ventitauit, & ius ciuile ab eo didicit. Is Mutius in oratorū quidē numero nō fuit,sed,quod pro se opus erat,ipse dicebat, vt de pecuniis repetundis contra T.Albutium,quo in iudicio cum esset absolutus,bellè obiurgauit Albius Granium:cum enim Granij tabulis quiddam Albutius in Sceuolam probasset,valdeq; absoluto Sceuola gauderet Granius,non intelligis (inquit Albius) contra tuas tabulas Grani esse iudicatum? Iuris autem ciuilis intelligentia, atq; omni prudentiæ genere & stoica philosophia, vt Panetii auditor, præstitit, quo magis miror a Pomponio iureconsulto in commemoratione iurisperitorum esse præteritum, cum & domum eius quotidie maxima consulentium frequentia,& maximorum hominum splendore celebratam legamus,ita vt propè habita sit totius oraculum ciuitatis, nisi q̄ fortè scripti nihil reliquit. Habitus est etiam percomis, & facetus, vt in eundem accusatorem suū T.Albutium, qui quū vt videretur, Græcus,vsq; ad ineptias affectaret,a Sceuola est prætor salutatus Athenis,quem quidē locum cum multa venustate & omni sale posuit Lucillius,apud quē præclarè Sceuola. Græcum te Albuti,quàm Romanum atq; Sabinum,municipem Ponti: Titi,Anni,Centurionum præclarorū, hominum ac primorum,signiferūq;,maluisti dici.Græcè ergo prætor Athenis,q̄ id maluisti,te,cū ad me accedis,saluto. χαῖρε, inquam,Tite,lictores, turma omnis,cohorsq; χαῖρε. hinc hostis Muti Albutius, hinc inimicus.Eū etiam pedibus laborasse constat, & tamen Sceuolam optimè pila lusisse in certo est:in quo tamen(si fas est dicere)suspicor hallucinatū Valeriū Maximū,hæc nostro huic auguri tribuentem,quæ videtur Cicero sub Antonii persona de P. Mutio Sceuola vitam suprascripsimus, prodidisse lib.1.de oratore, his verbis:nam si(inquit)quisq;,vt in aliqua arte, & facultate excellens,aliam quoq; artem sibi assumpserit,is perficiet,vt,quod præterea sciet,id eius,in quo excellet,pars quædam esse videatur, licèt ista ratione dicamus pila bene & 12. scriptis ludere propriū esse iuris ciuilis,quoniam vtrūq; eorum P. Mutius optimè fecerit.hæc Cicero: & quo minus ambigat, illa præsente Q.Mutio hoc augure dicta sunt,de quo augure non sensisse Valeriū,ne suspicandum quidem est; cū eum & Lelii generū & socerum L. Crassi dicat,tametsi pro L.Crasso P.Crassum exemplaria mēdosa Valerii habeant,lib.8.c.8.Itaq; hæc de P. illo Sceuola ego accipio,q̄ decem libellos reliqt,de quo supra diximus,fratre P.Crassi Mutiani. Habuit igit Q.Mutius Lelii filiam maiorem in matrimonio,ab eoq; in augurū collegium cooptatus est,C.Fannio altero genero præterito grādiore. Filiam suam Mutius ipse nuptui dedit summo oratori L.Crasso,a quo ita est reueritus,vt magistratus petens, cū omniū candidorū morū circaforū supplex ambire populū cogeret,nūquam adduci potuerit, vt id præsente socero suo grauissimo,& sapientissimo viro faceret: itaq; rogabat eum Crassus, vt a se, dū ineptæ rei inseruisset (quod erat blandius petere) discederet, maiorem verecūdiā dignitatis eius, quàm candidæ togæ suæ respectum agens. Idem Mutius tanta moderatione erat, vt, cū de iure prædiatorio consuleret, homo peritissimus consultores suos non nūquam ad furiū & Casseliū prædiatores reiiceret,q̄ putabat negocium ab his aptius explicari posse,qui quotidiano eius vsu callebant. Prætor Asiā obtinuit,in qua cū esset Rhodi,sæpe cum discendi magistris,præsertim clarissimo Apollonio contendere consueuerat, philosophiam oratoriæ facultati anteponens. Consulatū etiam gessit anno ab V.C.Dcxxxvii.in quo magistratu de Dalmatis victis cū collega triumphauit, alii collegam solū, idq; sine causa, triumphasse scribunt.Cum Sylla, depulsis prostratisq; inimicorū partibus, Remp.occupasset, senatumq; armatus coegisset,& summa cupiditate ferretur,vt quam celerrime senatus C.Mariū hostem patriæ iudicaret, nec quisquam senatorum voluntati eius resistere auderet,solus Sceuola de re interrogatus dicere sentētiam noluit. quin etiam truculentius sibi minitante Sylla, licet (inquit) agmina militū,quibus curiam circū sediſti, mihi ostētes licet mortem identidem miniteris, nūquam tamen efficies, vt propter exiguū senilemq; meum sanguinem, reip.hostem Mariū iudicem,a quo vrbs,& Italia cōseruata est. Bello etiā Marsico cū esset summa senectute,& perdita valetudine, quotidie, simul atq; lucebat faciebat omnibus conueniēdi sui potestatē neq; eum quisquam illo bello vidit in lecto, senexq; & debilis primus veniebat in curiā. Idem confectus iam senectute,præpeditus morbo,mancus,& membris oībus captus,ac debilis, cū pp Saturnini tumultū senatus capiēda esse arma decreuisset, ha ſtuli nixus,& animi vim, & infirmitatē corporis ostentauit, neq patriæ,ne extremo q̄dem in spiritu desuit.Habuit Mutius subiratū Lucilliū poetam satyrarum auctorē,a quo etiam carminis licētia impetitus est,& q̄dē patiētissime,vnde illud est Iuuenalis:

Quid refert,dictis ignoscat Mutius,an non
Irridens autem Mutium Lucillius, sic loquentem faciebat in Albutium aduersarium suum,
Quam lepide lexeis compostæ,vt tesserulæ omnes,
Arte pauimento atq; emblemate vermiculato.
Crassum habeo generum,ne rhetoricoteros tu sis.

Q.Mutius Sceuola Pont.Max.

P Mutii, a quo decem de iure ciuili libellos esse relictos supra demōstrauimus,filius Quintus cognomen habuit Mutium augurē,cuius item vita supius scripta est. Itaq; sacerdotio distinguūtur,ille etenim Augur,hic Pont.Max.fuit,quo sacerdotio patrem quoq; eius Publiū functū ostendimus. Cæterùm is filius tribunatū gessit,eoq; tū in rostris sedēte suasit Seruiliam legē L.Crassus,q̄ cū viro eloquentissimo postea consulatū gessit Sceuola,cæteroſq; omnes magistratus,præter tribunatū,quē anno post,& cēsuram,q̄ aut semp̄ spreuit,aut certè nūquā assecutus est,in consulatu legem tulit,ne esset pro ciue,qui ciuis nō esset: tradit etiam (hūc enim opinor) Q.Sceuola P. filius primus oīum Romæ pluriū simul leonū pugnam in spectaculis curulis ædilitatis edidisse. Procōsulatū quoq; Asię obtinuit,quo exituro illud peruenustè dictū contigit per dissimulantiam, quā ironiā græci vocāt:nam, cū rogaretur a septumuleio Anagnino, cui p̄ C. Gracchi turbulentissimi ciuis capite erat aurū repensum: vt se in Asiam perfectū duceret,q̄d tibi vis(inquit)insane,tanta malorū est multitudo ciuiū,vt tibi ego hoc confirmem,si Romę mā seris,te paucis annis ad maximas diuitias esse venturū. Prouinciam tam sanctè,tamq; fortiter administrauit, vt non modo, si quis integrum magistratū dicere vellet, Q.Mutiū cū appellaret sed etiā senatus deinceps in eam prouinciā ituris magistratibns exemplū,atq; formā officij Sceuolā decreto suo proposuerit,illud sigillatim traditur, nullū ibi iudicem ex cohorte sua iudicādis rebus dare solitum Edicto quoq; nescio cui exceptionem illam addidit, extra quam si ita negocium gestum est, vt eo stari non oporteat ex fide bona. Illud quoq; edixi, vt Græci inter se legibus suis disceptarent,atq; alia multa quæ quàm plurimi postea magnæ integritatis viri in sua transtulerunt. Inimicissimos verò habuit propter seueritatem suam publicanos,genus hominum morosum, & nihil non sibi pecuniæ studio indulgeri cupiens,Romæ tamen, q̄ splendidissimū ex equestri ordine esset nimio plus,quā opportuisset,potens,Sceuola autem ita seuerus, vt a iure equoq; & bono nullius causa dimoueri,ne trāsuersum quidem(q̄d aiunt) vnguem vnquam potuerit, gloriam iustitiæ, & abstinentię eo illustriorem ex prouincia retulit,q̄ cito decessit:nam solos nouem mēses Asiæ præfuit. Ciuili quoq; tumultu Saturnini armatus pro patria accurrit. Omnino moribus ornatissimis fuisse traditur,nam & parcorum elegantissimum, & in multa seueritate comem fuisse,& multis præterea rebus elegantem hominem constat. fundum habuit, pertenui villa, vt vix meslem caperet,cum eadem ætate villa Luculli fundū desyderaret. itaq; vterq; ab agriculturę peritis in eo reprehensus est.

Studia hæc maximè coluit.Habitus est præter iuris ciuilis cognitionem in patronorum atq; oratorū quoq; numero: erat.n. & disciplina iuris eruditissimus,& ingenio prudentiaq; acutissimus,& oratione maximè limata atq; subtili verbisq; ad rē summa cum breuitate explicandam mirabiliter accommodatis, vt eum non immerito collega eius Crassus iurisperitorum eloquētissimum,eloquentium iuris peritissimum existimauerit.Clarissima eius oratio fuit in iudicio M.Curii,& M.Coponij apud centum viros: cum enim ita substitutus esset Curius posthumo, si is antea moreretur,quàm in suam tutelam peruenisset, Sceuola Coponium ab intestato hæreditatem petentem defendit,negauitq;,si posthumus natus non esset,locum substituto factum:ita enim scriptum esse,vt & nasci eum oporteret,& pupillum deceděre. Contra collega eius L.Crassus,ex bono, & æquo, auctore Mutio Augure socero suo,substitutum admittendum esse contendit,etiam non nato posthumo, q̄ id sensisse testator videretur,vt,etiam si non natus esset posthumus,admitti tamen substitutum vellet:vterq; vero ita se in ea causa iactauit, vt omnium iudicio laudatissimi discesserint,multa dixit Sceuola de testamētorū iure,de antiquis formulis,quemadmodū scribi opportuisset,si etiam non nato posthumo substituere testator Curium voluisset q̄ captiosum esset populo,quod scriptum esset,negligi,& opinione quæri voluntates,& interpretatione disertorum scripta simplicium hominum peruertere: multa etiam de auctoritate patris,q̄ semper id iuris esse defenderat,multa quoq; de cōseruādo iure ciuili,quæ quidem omnia tam perite,scienter,breuiter, presse, ornatè explicuit, vt nemo in populo fuerit, qui aut expectaret, aut fieri posse quidquam melius putaret. Cuius tamen sententia D.Marci & Veri constitutione reprobata tandem est: dixit & pro P. Rutilio repetundarum reo, enucleatè, & politè. & orationes aliquot scriptas reliquit,

ciusdem

Source : BIU Cujas

eiusdem multa in iure ciuili ferũtur dicta: nam & formulã iurisiurandi ꝑdidit,quo in arrogationibus vterẽtur,& dicere solitũ ferunt,non esse vsurpatã mulierẽ,quę,cum Cal. Ianu.apud virũ matrimonii causa esse cępisset, ad diẽ quartum Cal. Ian.sequentis anni vsurpatũ isset:nõ enim posse impleri trinoctiũ,quo abesse a viro vsurpandi causa ex xii. tabulis deberet, quoniam tertię noctis posteriores sex horę alterius anni essent, qui inciperet ex Cal. summam vim esse dicebat in omnibus arbitriis, in quibus ageretur ex fide bona,fideiq; bonæ nomen existimabat manare latissimè,idq; versari in tutelis,societatibus,fiduciis,mandatis,rebus emptis,venditis,conductis,locatis,quibus vitæ societas cõtinetur.In his magni esse iudicis statuere, præsertĩ cũ in pleriſq; essent iudicia cõtraria, quid quẽq; cuiq; præstare oporteret. Ipse cũ aliquãdo postulasset,vt sibi fundus, cuius emptor erat,semel indicaretur, idq; venditor ita fecisset,dixit se pluris ęstimare, addidit cẽtũ millia:adeo a viri boni officio nõ discedebat. pontifices ab eo dictos interpretabãt, ꝙ posset facere nexum,quicquid pęs & librã fieret,aut obligaret, pręterquam si daret mancipio, multorumque prętera verborum ethymologias conatus est sedulo retrahere,quę fugitiua obliuio maioribus iã tum ademerat, dicebat,vt ex patre etiam audisset, pont. neminem bonum esse, nisi q ius ciuile cognoscet. Primꝰ ius ciuile ꝑstituit gñatim in libros 18. redigendo, plurimosq; auditores habuit, sed præcipuę autoritatis,Gallum Aquilium, Lucilium Balbum, Sex. Papiriũ, C.Iubentium, ei & Cicero adolescens operam dedit post Sceuolę Auguris mortem,ab eoq; multa didicit, quorũ meminit pręcipuè de legibus, cùm de iis agit, qui sacris defuncti alligentur: eum ita probauit Sceuola,vt diceret fore,vt Mariana quercus in Arpinati,quã Cicero carmine celebrasset,canescęret sæculis innumerabilibus,is quamquã nemini se dabat ad docẽdum,tamẽ consulentibus respondendo,studiosos audiẽdi docebat:fit autẽ vt quũ tot sint Sceuolę,multa circũferãtur; quæ ad quẽ pertineant,incertũ sit,nisi aut prænomẽ, aut signũ aliud adiiciatur: nã, & si põtifex dicitur, nescias patrẽ,ne an filiũ accipi oporteat, vt illud,qđ est apud Macrobium, solitum Sceuolã põtificẽ dicere, qui feriis indictis cõceptisve opus fecisset prudens,expiare non posse,quod tamẽ Varro innuit ad filiũ ꝑtinere, quũ scribit,prętor, qui illis feriis prudẽs sit fatus, ex Q.Mutii sentẽtia ambigi cũ expiari,vt impiũ nõ posse.Itẽq; illud,Sceuola(inquit) comultus, quid agi feriis liceret,respõdit.quod prętermissũ noceret tametsi hæc promiscue dicta libẽtius ad filiũ retulerim,q est celebrior habitus,iuris pręsertim cognitione, nisi quæ aut tẽporũ aut alia impediat ratio.Illud verò,quod legitur,pertulisse Q.Mutiũ multa aspere, & ferociter, & libere in se dicta, ad vtrum referemus? Augurẽ:in quo genuinũ fregit Lucillius? an põtificẽ?q ꝑconsulatu Asiæ, ac reliqua seueritate inimicitias sibi publicanorũ cõflauit? & illud, quod inter moderationis animi exẽpla in Q.Sceuola excellentissimo viro adnotatũ est.testis nãq; in reũ productus,cũ id respõdisset,quod salutẽ periclitãtis magnopere lęsurũ videbatur,discedẽs adiecit,ita sibi credi oportere,si & alii idẽ asseuerassent; quoniã vnius testimonio aliquẽ credere pessimi esset exẽpli, & religioni igitur suę debitã fidẽ, & cõmuni vtilitati salubre cõsiliũ reddidit.Sed (vt ad huius certa & propria reuertamur) orta inter Syllã & Mariũ cõtẽtione, quũ pro Sylla sensisse crederetur Marianiq; vrbẽ inuasissent, sub specie habendi senatus, instigante Mario filio tum cos. Damasippi prætoris iussu (alii Damam,quidam Damascium tradunt)omnis nobilitas conuenit,obsessaq; curia,sic de senatu,quasi de carcere,qui iugulare tur,educti tum Sceuola fugiẽs,& vestales amplexus aras, ad Marii funus in curia Hostilia a C.Fimbria iam grandis natu trucidatus est ita, vt sanguine suo sacrarium, & simulachrum Vestę rescergeret. Quem cùm ex vulnere aliquantisper recreatum fimbria,ac posse viuere conspexisset, adiecit sceleri ludibrium. Sceuolam enim apud populum accusare instituit, eiq; diem dixit,interrogatus deinde,qđ de eo secus dicturus esset,cui pro sanctitate morũ satis digna laudatio reddi non posset, ille (vt erat furiosus atq; insanissimus)respondit, se obiecturũ illi,ꝙ parcius neq; totũ corpore telum recepisset. Attamen Sceuola obiit, corpusque inde in Tyberim proiectũ est.Hunc vir optimus,temperantiæ ac prudentiæ specimen, infęliciſſimũ exitũ fortunæ iniuria est perpessus,mors eius tantum potuit, vt omnes ciues suos perderet, quos quia seruare per compositionem volebat, ipse ab eis interemptus est,neq; id imprudens,nam,cum dicere soleret, se id fore videre,quod factum est,possetque suas partes extra vrbem sequi, se id malle prædicabat, q̃, cùm discessisset, armatum ad patriæ męnia accedere.

Lucanus tamen ante Marii patris mortem significare videtur extinctum esse Sceuolam,illis versibus;

Te quoque neglectum violatæ Sceuola dextræ.
Ante ipsum penetrale deæ semperque calentes.
Mactauere focos,paruum sed fessa senectus.
Sanguinis effudit iugulo,flammisque pepercit.
Septimus exequitur repetitis fascibus annus.
Ille fuit vitæ Mario modus.

Quam necẽ Blondus magno errore Mutio Auguri ascribit: vt contra Mediolanensis Cotta huic illud de reiiciendis ad Furium & Cascellium consultoribus, qđ nos supra Auguri tribuimus: neque minus inperitè Zasius ab Augure ad hunc transfert illud de domo eius a Ciceronе scriptum in personam L. Crassi, quæ fuerit habita totius oraculum ciuitatis,& de seditione Gracchana, cuius tempore non hic, sed pater eius P. Mutius cos.fuit. Hunc antiquissimum ferunt inter eos, quorum ex libris confecerit Iustinianus pandectas iuris ciuilis, vnumque tantum ibi librum eius acciri definitionum.

C. Aquilius Gallus.

AQuilii generis nobilitas vtinam tam egregio quàm veteri facinore constaret. Siquidem inter coniuratos reducendi Tarquinii regis per proditionẽ, Aquilii ex sorore Collatini cos. nati,leguntur,& cos.C.Aquilius anno xxiii.post pulsos reges,ali quotque deinde Corui,Florique Galli cognomine primus inuenitur L.Aquilius,qui prætor Siciliam obtinuit anno ab V.C.Dlxxviii.Hac ortus familia C. Aquilius Gallus eques Ro. a Q. Mutio Pont.Max.ius ciuile didicerat:cumq; acutus esset & exercitatus, promptam & paratam in agendo, & respondendo celeritatem obtinuit,fuitq; maximę auctoritatis apud po.Ro.& res multas iudicabat,transactionibusq; sese interponebat, & peritissimꝰ existimatus est: itaq; regnũ quoddam eius iudiciale erat, cuius gratia a petendo etiam consulatu abstinuit, cùm prætera morbum iurasset.Ipse Seruium Sulpitium ius ciuile docuit, & ab eo illustratus est,nã alioqui scripta eius non talia fuere,quę in posterorum manibus magnopere versata sint, atq; expetita. Celebre illud est æquitatis eius exemplum,nã cũ C.Visellius Varro graui morbo correptus, trecẽta millia nũmũ ab Octacilia Laterensi, cum qua cõmercium libidinis habuerat,expensa ferri sibi passus esset,eo cõsilio,vt,si decessisset, ab hæredibus eã summã peteret, quã legati genus esse voluit, libidinosam liberalitatẽ debiti nomine colorando, euasit deinde ex illa tempestate aduersus vota Octaciliæ, quæ offensa, quòd spem prędę suę morte non maturasset, ex amica obsequẽti subito districtam fęneratricem agere cępit,nũmos petendo,quos vt fronte inuerecunda, ita inani stipulatione captauerat,de qua re C. Aquilius vir magnæ auctoritatis,& scientia iuris ciuilis excellẽs, iudex adductus adhibitis in consilium principibus ciuitatis, prudentia, & religione sua mulierem repulit, quòd si eadem formula & Varro damnari,& aduersaria absolui potuisset, eius quoq; non dubito quin turpẽ & inconcessum errorem libenter castigaturus fuerit.nunc priuatę actionis calumniam ipse compescuit, adulterii crimen publicę quęstioni iudicandum reliquit. Remp.etiam attigit,& optimatium partibus adhæsit.i.iis,qui diligere patriam videbantur. Domum habuit in colle Viminali, consensu omnium,multo cęteris omnibus Ro.ędibus illo ęuo pulchriorem,vt existimari possit secundum nostrorum hominum in veteribus pecuniis æstimandis diligentiam, ducentis circiter millibus nostratium aureorũ habitasse Gallus, eius nõnulli hodieq; ostẽdi fundamenta apud Susannę ædes auctores sunt, qđ an ad iurisperitum referendum sit, frustra dubitat Zasius. inter repẽtinę mortis exempla numeratur P. Quintius Scapula, qui apud hunc cęnãs repẽte animam efflauerit.Filium etiam habuit Gallus. quem viuens amisit. Vixit cum M.T.Cicerone familiariter,collegę. n.in prętura fuerũt eumque orantem iudex non semel audiuit: iurisdictionem etiã de ambitu exercuit. Solebat Gallus: cum de littoribus ageretur,quęrentibus iis,ad quos ea res pertinebat,quid esset littus,ita definire,qua fluctus eluderet, describens.sper translationes verbi ex similitudine cum quadam suauitate, vt oratores, & poetæ solent.Ac,si quando aliquis ad eum quid tale retulerat,vt de facto quęreretur,quia id nihil ad ius pertinebat,ad Ciceronem,in quibat Gallus oratoris munus esse interpretans. Cumq; Gallus de dolo malo formulas protulisset, cuerriculum malitiarũ omniũ (nam antea in tutela tantum xii.tabulis & circũscriptio adolescentium lege Plectoria, & sine lege iudiciis, in quibus ex fide bona agebatur,dolus malus erat vindicatus) quęrente de eo Ciceronе quid esset dolus malus,respondebat luculẽter:vt homo peritus definiẽdi:cũ eẽt aliud simulatũ,aliud actũ.Huius viri prudẽtiã populus Ro.in cauendo,nõ in decipiendo perspexit: iuris enim ciuilis rationẽ nũquã ab ęquitate fungebat Multos annos ingeniũ,laborẽ, fidẽ suã populo Ro.prõptã expositãq; præbuit. Deniq; ita iustus,& bonus vir fuit,vt natura nõ disciplina cõsultus esse videretur,ita peritus ac prudẽs,vt ex iure ciuili nõ scientiã solũ quãdã, verũetiã bonitatẽ ei natã appareret. Eius tantũ fuit ingeniũ,& prõpta fides,vt, quidquid inde haurires, purũ liquidũq; te haurire sentires,ideoq; respõsa eius maximę apud iudices autoritatis erãt: ex qbus multa adhuc in libris digestorũ extant,celeberrimum illud de posthumis neporibus hęredibus instituendis.

L.Lucillius Balbus.

LLucillius Balbus,doctus,& eruditus ac peritissimus homo,& ipse Seruium Sulpitium instruxit in iure ciuili.In agendo,& respondendo cõsiderata tarditate vtebatur.Eius quoque scripta parũ versata sunt in posterorũ manibus, sed a discipulo Seruio maxime illustratus ẽ. Is plurimũ cõsulabat. Dedit & stoicę philosophię

Source : BIU Cujas

losophię operam,qua in disciplina tantos progressus, habebat, vt cum excellentibus in eo genere grecis compararetur. Itaq; ēt Antiochus grecus philosophus ei opus suum quoddam misit. ex quo cum Cicero partes stoicorum in suis libris defendentē fecit. P. ēt quendam Octauium Balbum iurisperitissimum, in genio prudentissimum,fide,religione, officio diligentissimum, nominat in oratione pro Cluentio Habito,& in Verrem,qui ali quando iudex fuerit. Vt idem esse possit, ratio temporis, vt non possit,varietas nominum facit : De origine aut antiquitate gētis vix quicquam comperi, vt inter nouos homines numerari Lucillius possit. fuit eodem nomine poēta satyrarum apud latinos auctor, & qui primus condidit stili nasum, ętate paulo superior Balbo ex Aurunca.

Cn. Aufidius,aliiq;.

CN. etiam Aufidium significat Cicero inter iurisperitos fuisse,licet eum omiserit Pomponius. Is,cum esset cęcus. tamē & in senatu sententiam dicebat,cum esset prætorius,nec amicis deliberantibus deerat, & græcam scribebat historiam, multūq; videbat in literis. Et, vt vna defungamur opera, idē Cicero aliquot sparsim enumerat circa hæc tempora,aut paulo ante,a Pōponio prēteritos,credo ꝙ nihil scripti reliquerāt, in iis est. C. Aculeo materterę Ciceronis vir,qui cum L. Crasso oratore familiariter multūq; vixit,filiusq; eius C. Visellius Varro cōsobrinus Ciceronis. C. Fimbria. Q. Lucretius Vispillo, C. Bilienus, P. Quintilius. M. Marcellus. L. Valerius ille facetissimus, Ciceroni familiaris,cum quo per literas festiuissime iocatur, & sodalem suum nuncupat, sed & P. consa. quem facetissimè irrisit Cicero ; nam, quum in iudicio de re quadam testis interrogatus,negasset se qd q̄ scir,fortasse de iure interrogari te putas,inquit Cicero. alios p̄terea recēset nō tam ciuilis quàm aut pontificii,aut publici,vt L. Posthumiū,aut Auguralis iurisperitos , vt Ap. Claudiū ęqualē suum,a quo scriptos ad se libros de iure Augurali indicat. Hos igitur omnes nobis non est visum longius attingere.

C. Iuuentius.

C(vel, vt apud Ciceronem est) T. Iuuentius, Q. Mutii Pont. Max.& ipe auditor fuit,p̄cipuę auctoritatis,nā & oratoriam exercuit,& in priuatis causis multum versabatur, nimis ille quidem lentus in dicendo,& penè frigidus, sed & callidus, & in capiendo aduersario versurus,& præterea nec indoctus,& magna cum iuris ciuilis intelligentia. Cuius auditor P. Orbius, Ciceronis ferè æqualis, in dicendo non nimis exercitatus, in iure autē ciuili non inferior,quàm magister,fuit. Itaq; ne huius quidē Iuuentij scripta valde in manibus hominum versata sunt. Hunc etiam Seruius Sulpitius audiuit,& crebram in libris suis mentionem eius faciebat. Familiæ non in postremis claritas. Primum legi T. Iuuentium prætorem anno V.C. Dlx. qui peregrinam iurisdictionem habuerit,neq; multo post eos . M. Iuuentium,tum eiusdē prænominis prætorem,qui sit a pseudo Philippo in Macedonia cum exercitu cæsus,& post iurisperitū ille, vita & morte cōsentaneus , & meritò appellatus vir sanctissimus Iuuentius Lateranensis,qui bello ciuili Antoniano, cū diu egregiam reip. operam præstitisset,& se tandem deceptum perfidia M. Lepidi intelligeret,cui valde suaserat,ne se cum Antonio cōiungeret , gladio se ipse transfixit,vir & fidei & animi in patriam singularis: fuit per idem tempus is quoq;,cuius mellitos oculos lasciuo carmine celebrat Catullus. cognomen omnibus vnum propemodum datur,sed inconstantia codicum varium. Talpas enim, Taluas,Caluas,Heluas,dictos reperias.

Sex. Papirius.

INter auditores eiusdem Q. Mutij,quorum summa extitit auctoritas, fuit & Sex. Papirius, quem etiam Seruius. Sulpitius & audiuit,& scriptis suis,parum, per sua ipsius monumēta celebrem, illustrauit, originem gentis & titulos in Papirio maiore executi sumus. Huius Papirij prænomen ex Sex. in L. mutare nititur Zasius,ratione imbecilli.

P. Seruius Sulpitius.

SVulpitiorum familia Romæ nobilissima antiquissimaq; fuit, vt ex qua oriundus Galba Imperator,paternam originem ad Iouem,Minoremq; retulerit, proposito etiā stemmate, in atrio palatinæ domus, relictam in Hetruria sobolem ferunt ex Glauco Minoris filio,qui bello illis gentibus illato captus Vetulonię substiterit. Multi tamen Sulpitij sub liberatam a regibus Romā illustres cognomento Cametini cōiecturā faciūt gentē Cametio oriundam fuisse: vtcunq;, varia gētis cognomina atq; honores exequi hoc loco non vacat. Illud non prætereūdū,ex Sulpitiis Calbis Augustum patrēq; eius inter iurisperitos a nonnullis numerari: nam pater modicæ in dicendo facultatis, causas industrię actitauit. filius inter liberales disciplinas attēdit & iuri . Sed res eorū gestas elegāti libello Suetonii inter Cęsares relatas repeti superuacaneū est. Itaq; redeo ad Seruiū Sulpitiū, cui qdā p̄nomen P. addunt , Cicero etiā Rufi & Lemonię cognomina . Rufum quidem Sulpitiū primum dictum inuenio post Cameri nos , Cossos,Cornutos,tribus consularem anno,quo vrbs a Gallis capta sit, vt inde durarit in gente . Cæterum significare videtur Cicero quodam loco,gentem Seruiam præcipuam quandam & a Sulpitia diuersam fuisse, cum ait ad allusionem nominis fingi posse,originem a Seruio rege Ro. traxisse. Vtcunq; sit, auus Seruij huius nulla illustri laude celebratus: pater Q. Seruius equestrem locum non excessit . Itaq; P. Seruius Sulpitius Rufus Lemonia, cuius nunc vitam scribimus, memoriam generis sui prope intermortuam virtute renouauit. Is adolescentiæ suæ annos eloquentiæ exercitationibus philosophiæq;, eiusq; adipiscēdæ gratia Rhodum est cum Cicerone profectus, quo melior esset,& doctior, & inde vt rediit , cum in eloquentia , & patronorum numero principi cuiuis par esse posset,maluit tamen in iure ciuili primum,q̄ in eloquentia Ciceroni proximū locum obtinere. Scribit autem Pomponius,cum in causis orandis Seruius primum locum aut certè post M. Tullium obtineret,dici ad cōsulendū Q. Mutiū Pont. Max. de re amici sui venisse: cūq; rūsum Mutij de iure Seruius parū intellexisset,iterumq; Mutiū interrogasset. ne secundum quidem responsum percepisse, itaq; obiurgatum a Mutio,ꝙ diceret turpe esse patricio , & nobili viro , & causas oranti,ius,in quo versaretur,ignorare: ea veluti contumelia tactum Seruium, ait Pomponius iuri operam dedisse sub Gallo Aquilio, Lucillio Balbo, Sex. Papirio, C. Iuuentio. Iuris autem scientia ita excelluit, vt omnes non eiusdē modo ętatis , sed eos etiam,qui antea fuissent,longe superauerit: & si enim iuris ciuilis magnum vsum multi ante Seruiū habuerat : is tamē primus arte quadam eam scientiam pertractauit: dialecticam enim adhibuit,qua confusum antea ius in partes distribueret , definiret, interpretaretur,distingueret,regulam deniq; haberet, qua vera a falsis dignosceret,videretq;,quæ quibus propositis, quæq; non essent consequentia,adiunxit & literarū scientiam,& loquendi elegantiam : cumq; discendi causa duobus peritissimis operam maximè dedisset, L. Lucillio Balbo, C. Aquilio Gallo , Galli hominis acuti,& exercitati,promptam & paratam in agēdo , & rēndendo celeritatē,subtilitate,diligētiaq; superauit, Balbi docti & eruditi hominis in vtraq; re consideratā tarditatē vicit expediēdis conficiēdisq; rebus: sic & habuit,qđ vterq; eorū,& expleuit qđ vtriq; defuit. Ita ꝙ sapientissime,cū duæ ciuiles artes ac forē ses plurimū & laudis haberēt,& gratiæ,perfecit,vt altera præstaret oībus,ex altera tīn assumeret,quantū esset, & ad tuendū ius ciuile,& ad obtinendam senatoris dignitatem satis. Reip. quoq; assidue se dedit . in qua , quod memoriæ proditum sit hæc ferè egit. Quæsturam cū L. Murena petijt, priorq; renunciatus est & sortitus prouinciam Hostiensem,non tam gratiosam, & illustrem,quā negotiosam & molestam, in ea fere nomen eius consedit , nullū. n. ci sors campū dedit , in quo excurrere virtus & cognosci posset. Inde se ad iuris exercitationem cauendi,respondendi,scribendi contulit,plenum sollicitudinis & stomachi iuciuile didicit,multū vigilauit,laborauit,præsto multis fuit, multorū stultitiam perpessus est , arrogantiam pertulit , difficultatē exorbuit,vixit ad aliorū arbitriū,nō ad suū,multas indignitates deuorauit. Præturam inde longo interuallo cū eodē Murena petiit,ac prior designatus est,in qua casu nullos ludos edidit , cum collega magnificentissimos exhibuisset. Quęstionem peculatus sorte habuit,in quam Reip. gratia multos & ędere non infimos viros,qui publicam pecuniam auerterant , & scribam damnare necesse habuit. Functus prætura exire in prouinciam noluit. Cū Cicerone in omni consuetudine,& reip. administratio vixit cō iunctissimè: studiosum etiam habuit M. Catonem Vticēsem. Ciceronis consulatu , ipse Seruius in insequentem annum petiit : sed declaratis Syllano ac Murena repulsam ipse tulit,accusauitque ambitus Murenam Seruius per filium,ꝙ flagrantibus comitijs tam constanter denunciarat, vt minitari interim non desiterit,se,quisquis collegarum ambitum exercuisset, accusaturū : legem etiam ferri de ambitu nouā flagitauit , lata est grauiore , quàm cæterarum,in reos pœna, ita vt ne morbi quidem excusationem admitti voluerit, quin ad comitia iretur , confusionem etiam flagitiorum flagitauit , prorogationē legis Manilię,ęquationem gratiæ,dignitatis, suffragiorum ædilitios iudices esse voluit,loca non dari in circo aut foro amicis aut tribubus: deniq; , abiecto propemodum petitoris munere , accusatoris partes assumpsit. Quæ omnia tametsi irrideat Cicero,eiq; forte apud imperitam plebeculam offecerint,negari tamen nō potest iusti ac grauis & incorrupti ciuis fuisse,& quin ipse plus gloriæ ex repulsa,quàm corruptores ex adepto consulatu retulerit . Post octo deinde annos,cum turbata rep. neq; Coss. creatis,res sæpe ad interregnum redisset,ipse interrex ad extremum creatus auctore senatu,constituendæ ciuitatis , tumultusq; sedandi causa , dedit operam,vt Cn. Pompeius Magnus solus Cos. crearetur,ipsumq; ad v. Cal. Mart mense intercalario Consulem renunciauit. Ipse sequenti anno , cū se in consulatu competitorem M. Catoni professus esset,ingrati nomen apud plærosq; non effugit. Catoni tamen nimia seueritate in ea petitione vso , neq; ambire populum de more sustinenti,iam in petendo cautior, sine vlla tamen,vel ipsius Catonis testimonio,corruptela prælatus est,collegamq; habuit M. Marcellū. In eo magistratu hæc ferè memoratu digna ab eo gesta esse traduntur. Ciceronem in Ciliciā prouinciam

Source : BIU Cujas

uinciam cū imperio profecturū,legionibus militum, quibus ea contra Parthorum incursiones defendebatur, supplementum in Italia cum scribere senatus concederet,Seruius Cos.non permisit. Et,cum primis tēporibus collega eius adimere prouincias Gallias C.Iulio Cęs.ante tempus vellet, idq; ad senatū retulisset,neue absentis in petēdo consulatu ratio haberet, Seruius, bellum ciuile cōmoueri hac Marcelli acerbitate intelligens, restitit,senatumq; accuratissime monuit,collectis omnibus bellis ciuilibus,vt & illa timerēt, quę ab alij in flicta Reip. vulnera intestinis seditionibus meminissent,scirentq;,cum superiores,nullo tali exemplo antea in Rep.cognito,tā crudeles fuissent, quique postea Remp.oppressisset armis, multo intolerabiliorē futurum,quod.n.exemplo fieret,id etiam iure fieri existimari, addi præterea afferriq; a nouis multa de suo,neq; toto cōsulatu destitit prædicere,q̄ esset pestiferū futurū bellū : vicit tamē vel dignitas,vel fatū Reip.factūq; est.S.C.pridie Cal.Oct. vt proximo anno circiter Cal.Mart.de prouinciis ageretur. Re inde sæpius dilata,multis conditionibus vtrinq; propositis,neq; cōuenientibus,tādem ciuile bellum,carnis complutę, neq; putrefactæ,sed ab auibus direptæ,prodigijsq; præmonstratū,erupit, initio anni ab V.C.septingente simi tertii. In quo Seruius eam est moderationē secutus,vt &,quoad licuerit,a bello abesset, neq; tamen destiterit,& cōciliare pacē,& Reip.dignitatem defendere: nam cū,pulso ex italia Pōpeio, Romam Cæsar cū exercitu venisset, senatu paucorū habito,in quo Seruius,valetudinis impedimēto retentus Romę,interfuit,ita est locutus,vt diceret (tanta fuit hominis constantia) neq; placere sibi Cæsarem cū Rep.bellū gerere,neq; in Hispanias, vt facturū apparebat, ad Pompeij legatos exercitusq; oppugnandos proficisci,tentandā pacem,& Pōpeiū Senatūq;,q cū eo magna ex parte ab vrbe fugerat, in Italiā Romamq; reuocādos:nihil deniq; p̄termisit aut querelarū aut monitorū,q̄ cū frustra dixisset, Cæsare in Hispanias profecto, ipse cū Cicerone,etiā tū in Italia circa sua p̄dia cōmorante, locutus, tandē est,ne Reip.deesset,in Africā profectus.ibi Iubā regē, partes Reip.secutū,C.Curione Cæsaris legato fuso,fugato,cæso,Vticā deduxit.Sequēti anno,Cæsare, post victū pharsalico p̄lio Pōpeium,potito rerum,Seruius finem sibi belli fecit, & in Græciā se contulit: in Italiam enim neq; audebat,neq; (ꝙ M.Antonio Cæsar Alexandria scripserat:prohiberet oēs senatores Italia: ni si quorū ipse causas cognouisset : vt scilicet vafer tyrānus eā indulgentiæ vmbrā suo sceleri nefario p̄tenderet) licebat.Ibi aduētu Cæsaris in Italiā diutius expectato:nūc se Athenis: nūc Sami alijsq; Græciæ locis cōtinuit, scholisq; etiam Græcorum more habitis patricios Ro.inq; his M.Brutū frequēter auditorem adhibuit,cū de iure pōtificio, qua ex parte cū ciuili coniungerē, disputabat, solatia tanti mali interim a studijs petens. Cum Cæsar tandem reuertisset,non modo restitutus ab eo, sed Græciæ quoq; præfectus est.Quam prouinciam aliquandiu ille summa moderatione,summaq; iustitia, ac prudētia singulari administrauit.Ibi M.Marcello collegæ suo per Magiū Chilonē clientem interfecto, funus nobilissimū, monumentūq; Athenis in Academiæ gymnasio faciundū curauit.Reuersus in Italiā, Cęs. tādem interfecto, auctor Senatui decernēdi fuit, ne qua tabula post Idus Mart.quo die cęsus ille fuerat, vllius decreti Cæsaris aut bñficij figerē. Mox tñ tumultuāte Antonio Cæsarianisq;, desperata Rep.iacebat, & ad tēpus abfuit Roma. Octauio inde,qui postea Augusti honorem,ab oppressa Repu.extorsit,magis q̄ meruit,in Seruij sentētiam decretum a Senatu est, vt omnes magistratus ei ante tempus annalium legum petere liceret, ꝙ is Antonio,concitatis veteranis ad vrbem diripiendam properanti,restitisset.Cumq; mensēs aliquot summa auctoritate,& optimè de Rep.sentiens Seruius viguisset, bello tandem per M. Antonium triumuirū scelestissimū ciuem in Remp. renouato, cū ille Mutinæ D.Brutū obsideret,creatus a senatu Seruius legatus cū L.Philippo,& L.Pisone consularibus, ad M.Antonium, si fieri posset,a perditis consiliis ad sanitatem,pacemq; reducendum,legationis eius curā,quo ad potuit, valetudinis excusatione vehementer deprecatus est:qđ cū non impetrasset,itinere,iā sed nondū legationis munere confecto, ingrauescēte morbo, extinctus est,vxore ac filio superstitibus,Hircio, & Pansa Coss. Ei de more,ꝙ in legatiōe mortē obijsset, Cicero pedestrē ex ęre statuā faciendā & in rostris collocandā,funusq; & sepulchrum, Romā relato amplissimū sumptu publico cōdendū grauissima oratione cōtendit, positā statuā & ætate sua extitisse pro rostris Augusti,corpusq; eius publico funere elatū Pomponius, & D. Hieronymus apud Eusebiū auctores sunt.Cęterū,ꝙ adhuc beni gnitate fortunæ orationē Ciceronis in manibus habemus, eaq; singulari viro grauissimū & virtutis, & doctrinæ testimoniū præstat:nos plura de eo scribere supersedebimus, constet modò hominem iustitia,fide,pudore,temperantia, grauitate, virtutibus deniq; omnibus excelluisse.Vxorē habuit Posthumiā,quā adulterio a C. Cęsare corruptā constans opinio est filiū Seruiū studijs(si Ciceroni credimus) deditissimum,moribusq; & virtute p̄stantē,cuius etiam operū auctoritate Festus nō raro vtit. Eum scribit idem Cicero militasse cum Cęsare, & ad obsidendum Brundusij Pompeium, a patre missum, quod postremum per iracundiam scilicet dictum est. Reliquit & filiam, quam in matrimonium duxit Q. Tubero iure cōsultus, cuius vita paulò post suo loco ponet.Scripta sua de iure Seruius pater multa iam tū viuus edidit,q̄bus nulla fuisse similia Cicero tradit,pleraq; eorum scripta ad Cercinnā insulā,eūq; ibi aliquādiu vixisse Pōponius significare videtur:ambiguis tamen neque sat integris verbis:nam de Sicyone quod ait Zasius, non puto ad illa tempora aut peruenisse Aquiliū, aut Seruium didicisse ab eo ciuile ius q̄ ipse iā tū grādis natu morti q̄ disciplinę aptior erat:sunt, qui & versiculos ab eo, & quidē interdum ludricos, & lasciuiusculos, factitatos scriptū, reliquerint. Festus eū in duodecim sępe citat. Pōponius centū ꝓpe octuaginta libros a Seruio relictos tradit, in his duos ad Brutum per quam breuissimos,ad edictum inscriptos,quam partem iuris ille primus scripto attigit. Plinius addit commentationem ab eo factam, quā obrem mēsa linquēda nō sit,quod addit Zasius, commentationem & librum ab eo compositum de claris iurisconsultis,exemplo Ciceronis, cuius extat de claris oratoribus opusculū, vtinā verè diceretur, & ille labor extaret,melius dignitati huius ordinis quā nostra hac opera consultum esset: sed Zasius nimirum fallitur,neq; Pomponius aliā q̄ prędceptorū suorum habitā a Seruio in eius opibus mētionem ondit. Cuius tamen ex tam multis monimentis nihil ad nos peruenit, prędter epistolas duas ad Ciceronē scriptas, sed eas ea prudentia,eaq; verborum,ac sententiarum elegantia, & subtilitate, vt de toto homine iudicium inde facere possimus.Illud ad extremum addemus,tātam ei curam omnis iuris percipiendi fuisse,vt nō dubitauerit diligentissime per literas interrogare M.Varronem, quid fauissę verbum in iure censorio significaret, vt discāt nostrates hi iuris professores, non tam pro nihilo cognitionem proprietatis verborum, & literarū politiorū professionem ducere,eas ostēdit, Pompeius Festus fuisse locū iuxta templa, in quo fuerit inclusa aqua, aut in Capitolio cellis cisterniq; similes,vbi reponi ea consueuerint,quæ facta essent in templo vetustate inutilia.Reliquit etiam Seruius ingentem discipulorū numerū, qui post Trebatium ordine referētur.

C. Trebatius Testa.

C Trebatius Testa,eques Ro.iureconsultus,nullis,quod sciā, maioribus illustris, adolescens in amicitiam, fidemque M. Tulli Ciceronis oratoris V.C.se contulit,eoq;, dū vixit,patrono fortunarum suarum & honoris est vsus : nam primum cum se Cicero Pompeio Magno annonę per omne imperiū prędfecto legari passus esset,cum secum in prouinciam ducere,domumq; commodis, & ornamentis omnibus honestissimum reducere in animo habuit. Deinde,vbi id longius fieri mutariq; ferè sententiam suam videret,Cęsari, Gallias tunc cum imperio obtinēti,Trebatium cum literis misit,& sæpe per literas diligentissimè commendado,effecit,vt in familiaritatē Cęsaris intimā peruenireț,vtq; ei Cęsar tribuni militum stipendia,dempto etiam militiæ labore,deferret. Quam ab vrbe absentiam initio, ꝙ in loca inamęna,& barbara veniisse sibi videbat, vix ferebat Trebatius, miroq; vrbis & vrbanitatis desiderio tenebat:paulatim tñ & Ciceronis adhortationibus,& Cæsaris gratia retentus in castris, in patriam non sine magnis emolumētis redijt.Quo magis miror, Zasium credidisse, Trebatiū insigni inter optimates dignitate, secutum Pompeianas partes,interuentu Ciceronis restitutionē a Cęsare impetrasse,ac tum demum,quæ diximus,cōmoda consecutū. Fuit igitur postea Trebatius semper ex intimis familiaribus Cęsaris. Orto ciuili bello Cęsariano, qđ Ro.Remp.ad extremū funditus euertit,orare, obtestariq; Ciceronē Trebatius literis non destitit : vt vel se Cęsari coniungeret,spe certa successus & cōmoda belli oīa cū Cęsare cōia habēdi, vel, si senectutis excusatione in detrectando bello vti vellet, in Græciam se longe a bellis ad solitudinem otiūq; conferret, iniquo aīo passus Cicero a Cęsare secū ꝑ Trebatii potius,q̄ ꝑ eius literas agi nihil aliud rūdit,q̄ se nihil neq; dig itate sua, neq; rep.indignū esse facturū. Cæsare inde ex vrbe ad Hispanias ꝓfecto,tētatoq; ꝑ Trebatiū Seruij Sulpitij cū Cicerone colloquio, tandē Cicero ad Pompeiū in castra ex Italia ꝓfectus est. Occupata deinde ꝑ Cęsaris tyrannidē Rep.fretus eius bñuolētia Trebatius, adeunte quondā Cęsarem cū pluribus honorificentissimisq; decretis senatu, sedētē eū ꝓ ęde Veneris genitricis admonuit,vt P.C.assurgeret, qđ ille ita ægre tulit, vt subirato vultu Trebatiū respexerit. Quā tñ despecti senatus cōtumeliā auctores inter p̄cipuas Cęsarianæ necis cās cōmemorāt.Fuit Trebatius in iure ciuili singulari memoria,summa sciētia,Prędceptorē habuit P. Cornelii quēdā maximū,nō satis celebrē suo noīe iurisperitū,quo fit, vt nihil sit,qđ de vita eius p̄terea tradi possit.Natura fuit Trebatius familiaris, & iocosus,vt ex epistolis ad eū Ciceronis, q̄bus nihil fieri possit festiuius,ostēdit.Familiares multos habuit, sed, vt diximus, Ciceronē in primis,à quo etiā impetrauit, vt Aristotelis topica,quæ extāt in latinum verteret,sibiq; dicaret,exemplis etiā ex iure ciuili adiectis. Ei, si qd Ciceroni inter orandum aut etiam amicorum gratia incidisset,in quo esset iure ciuili opus : sumministrare,cumque eo interdum etiam disceptare consueuerat. Aedes

Romæ

Source : BIU Cujas

Bernar. Rutil. Iurisconsultorum vitæ.

Romæ habuit in lupercali.fundos,villamque Veliæ in Lucania: domumq; etiam Papirianã, oppidũ ipsum, & Vlubras multaq; præterea in patrocinio. In honore fuisse etiam Octauii Augusti tẽporibus, significat Horatius Flaccus poeta, cùm ad eum satyram scribẽs,patrem optimũ appellat,& doctum.Denique Augustus dicitur, cùm deliberaret, an vsum codicillorum ante ea tempora insolitum sanciret,cõuocasse sapiẽtes viros, inter quos Trebatium quoque, cuius tunc auctoritas maxima erat, & quęsisse,an posset recipi hoc, nec absonus a iuris ratione codicillorũ vsus esset,& Trebatium suasisse Augusto,ꝙ diceret,vtilissimũ,& necessarium hoc ciuibus esse, propter magnas & longas peregrinationes,quę apud veteres erant,vbi siquis testamentum facere non posset,tamen codicillos posset. Sunt, qui locum ei etiam inter poetas fuisse scribant,quod & Horatius innuit,libros certè multos de iure ciuili composuit, & de religionibus nouem: sed eius opera non nimis lectitari solita,scribit Pomponius.Fuit autem peritior iuris quàm eloquentior. Auditorem habuit Antistium Labeonem,eumq; ius docuit.

A.Offilius.

SEruientis iam hinc ciuitatis hominum, ac proinde minus in gerenda Rep.illustrium,vitas peragam, quorum ostendi maiores nequeant,aut certè quã pauciss̃imi·quot.n.familias,quantum florem nobilitatis cum bellis ciuilibus tum dominatu ac tyrannide illa triumuirorum esse extinctum putamus? Sed ab intempestiuis ac nimiũ seris querelis ad historiã reuertamur.Aigitur Offilius eques Ro. Seruii Sulpitii auditor, ab eo ius ciuile didicit, vixit Octauii Cęsaris imperio, ita vt iam tum viuo Seruio (quod coniectari ex Cicerone licet) de iure responderit. Floruit omnino his temporibus,quibus & Trebatius:eo autem & Cassellio,æquali itẽ suo,habitus est doctior.Apparet ab eo etiam re pecuniaria adiutum Ciceronem, aut omnino aliquid interessisse inter eos commercii. Perseuerauit omnino in equestri ordine, quamuis esset Cęsari familiarissimus. Libros de iure ciuili plurimos,& q oẽm partẽ operis fundarent,reliquit,nam de legibus vicesimę primus conscripsit,de iurisdictione,idem edictum prętoris primus diligenter composuit,instruxit etiam iuris ciuilis scientia Q.Tuberonem.

A. Cassellius.

ACassellius,vel, vt in plęrisq; locis est, Cesellius, & ipse eques Ro.Q.Mutii Volusii opera ius ciuile didicit æqualis Trebatio,atq; Offilio sed,cum vtroq; esset minus & doctus, & peritus, eloquentia ambos anteibat. Itaq; eum vt venustum etiã laudat Quintilianus,consulenti.n.mercatori,ac dicenti,nauem cum socio diuidere volo,perdes (inquit) ex ambiguitate iocatus,ꝙ diuisæ nauis perdatur vsus: vrbanitatis enim miræ libertatisq; est habitus, præcipuè tamen is iocus eius innotuit. lapidatus a populo Vatinius,cum gladiatorium munus ederet,impetrarat,vt ędiles ediceret, nequis in arenam aliud quàm poma mitteret, forte iis diebus, a quodã cõsultus Casellius, an nux pinea pomum esset, respondit, si in Vatinium missurus esset, pomum esse, qđ Zasius inmemoriter ad L.Cicilium refert,rem omnem peruertens:neque.n.is fuit iocus Cecilii,sed ille, ꝙ cum C. Cęsar aliis, qui fecũ pila lusitabant,centena sestertia,illi vni quinquaginta dari iussisset,quid? ego (inquit) vna manu ludo,non duabus, vt tantundẽ accipiam?Optimum tamẽ iurisconsultum quoq; significare videtur Horatius Flaccus,cum ait,nescit,quãtũ Cassellius Aulus, Sed tamen in pręcio est.mediocribus esse poetis.

Non dii,non homines, non concessere columnę.

Fuit autẽ questorius, nec vltra progredi voluit, cum Octauius Cęsar illi etiam consulatum offerret,credo ꝙ eũ Reip.statum,accipiendis a tyranno magistratibus, probare nollet, vir in libera ciuitate,& natus, & ad virilem vsq; ætatem innutritus: dedit.n. singulare pręclarissimę libertatis exemplum, cum nullius, aut gratia, aut auctoritate compelli potuit,vt de aliqua earum rerũ, quas Triumuiri Reip.euertendę (non,vt ipsi se appellabant) constituendę, Lepidus, Antonius, Octauius, dederant, componeret formulam, hoc animi indicio victorię eorũ beneficia extra omnẽ ordinẽ legum ponens· &, cum multa de tẽporibus Cęsaris liberius loqueretur,amiciq; ne id faceret,monerent, duas res, quę hominibus amarissimę viderẽtur,magnam sibi licentiam prębere respondit,senectutem,& orbitatem.Huius etiam opera vsum se Cicero sub extrema vitę tempora significare videtur. Sane Q. Mutium Volusium,quẽ non tam inter iurisconsultos, quàm vt Magistrũ Cassellii nominat Pomponius,satis non scio,an in hũc censum referam,satisq; integra sit codicis fides,sed tamen ostendimus apud Pomponium etiam Cassellii Magistrum, tametsi a Plinio Volcatius dicatur, corrupto forte codice, Volusium esse debere, de quo illud scribit Plinius, Asturcone e suburbano redeuntem,cum adueserauisset inuasum a latronibus,a cane esse defensum.Illud certè cõstat,a moriente Cassellio Q.Mutiũ nepotem præceptoris sui Mutii in honorem eius, testamento hæredem esse relictum. Nihil aliud e scriptis Cassellii extitisse suo tẽpore Pomponius scribit,quàm vnum librũ benedictorum. Aliꝰ fuit paulò antiqor Cassellius ille prędiator,quẽ tũ Cotta p errorẽ cũ iurispito cõmiscet,& Furiũ prędiatorẽ iuris prudẽtibꝰ annumerat.Aliꝰ itẽ Ceseliꝰ ille vindex, cuius frequẽter Gellius cõmẽtarios citat rerũ antiquarũ, fuit.n.ille,quãtũ apparet,grãmaticus.

Q.Aelius Tubero.

QAelius Tubero,illustri familia L.Tuberone patre,ingenioso,ac docto homine genitus, patritio Ro.q quõdã legatus Q.Ciceronis propręture Asiam obtinentis, fuerat,ꝙ esset Ciceronibus propinqua cognatione cõiũctus,primũ orator fuit: itaque ad olescens, cũ bello ciuili Cęsariano pater eius a rep.staret, & S.C.ad obtinendam pro patribus Africam missus esset (quod quidẽ munus ille æger penè inuitus susceperat) cũ eo filius in ꝓuinciam contendit.Sed nauibus Vticam petens,cũ ꝓhibitus eẽt patera Q. Ligario, qui prius eã ꝓuinciã obtinuerat,eaq; inde ab Actio Varo occupatã,orę maritimę ꝑerat, ac neq; applicare littori neq; haurire aquam ęgrum siuisset,aut filiũ valetudine affectũ exponere in terram,sublatis anchoris recedere ide est compulsus,& in Macedoniam in Cn.Pompei castra, a quo missus in Africã fuerat,reuersꝰ cũ filio est. Ibi vterq; bello accerrime,ꝑlio etiã pharsalico interfuit? Apud victorẽ denide Cęsarẽ, finito bello,Tubero filius Ligariũ accusauit,ꝙ patrẽ suũ cũ imperio ꝓficiscentẽ in Africã repulisset,nõ tã causa,apud illũ ꝑsertim iudicẽ,quã offensa in illũ.Cęsaris,fretus,nam & Ligarius cũ Rep.cõtra Cęsarem senserat,eoq; nomine patria etiam tũ carebat:dixit autẽ Tubero tanta vehementia,vt Cęsar, certo iã consilio damnandi Ligarii,defensorẽ eius:delectationis potius gratia, quàm cognoscendæ causæ: auditurum se dixerit,ad extremum tamen Ligariorum fratrum bene de Cęsare meritorum, ac Ciceronis p̃ces & facundia plus apud Cęsarem, quàm crimẽ Q.Ligarii,aut oratio Tuberonis valuere:itaq; absolutus est Ligarius.Q.Tubero inde a causis dicendis ad ius ciuile transijt, & A.Offilio operã dedit,doctissimusq; habitus est iuris publici ac priuati,& cõplures vtriusq; operis libros reliquit: sermone etiam antiquo affectauit scribere, & ideo parum grati ad posteros libri eius fuere. Is(opinor) est, qui Octauii dominatu consulatũ cũ Paulo Fabio Maximo gessit, anno ab V. C. septingentesimo quadragesimotertio,qui fuit(vt quidam computant) annus nonus ante exortũ Xp̃i Dei.Quo in magistratu qd gesserit ab auctoribus nõ traditꝰ, serua quippe iam ciuitate imago cõsulatus nõ potestas permãserat. Inuenio tamẽ de curatoribus aquarum facta esse in sententiam eius collegæq; senatus consulta plurima,quæ: qa apud Iulium Frõtinũ extãt,nõ apponã. Seruii Sulpitii filiã in matrimoniũ duxit, exq; ea filiam suscepit. Habuit & superior & insecuta proximè ætas alios quosdam Tuberonũ nomine,quorũ,quia ab hoc diuersi sunt res prætermittimus.

P.Alphenus Varus.

PAlphenus Varus, auditor & ipse Seruii Sulpitii, plurimum inter æquales auctoritatis habuit.eum Vafrum appellat Horatius cognomine ne gentili pro Varo, vt Horatianis interpretibus placuit,an totius iuris adiectione,quod ipsum idem alibi Vafrũ nominat,incertũ.Is, quocũq; cognomine, Cremonę natus, in eo municipio diu sutrinam exercuit,tandem,vt poeta iocosè testatur,abiecto instrumẽto artis clausaq; taberna,Romã se contulit, & Seruio operam dedit, eoq; iuris ciuilis cognitione atq; exercitatione peruenit,vt vel consulatũ adipiscereturfuit. n.(vt quibusdam placet) cũ P. Vinitio Cos. Octauii Cęsaris dominatu, triẽnio post natum in terris Christum. Rerũ antiquarũ nõ incuriosus habitus,reliqt digestorum libros,quorum vel quartũ & trigesimum citat Gellius,idemq; collectaneorũ ſm quo magis miror, fuisse, qui scriberẽt ex Lampridio, Alphenũ Alexandro principe iuri operam dedisse, nisi verò alter ille sit eodẽ nomine,& studio celeber:satis constat Alphenum publico funere esse elatum. Fuit & alius eo nomine Bebriacensi tumultu prędfectus castrorum, & alius, de quo multa Cicero in oratione pro Quintio,sed nihil ad hunc.

Caius.

INter Seruii auditores Pomponius numerat & Caium, cuius non modo nullum extat nomẽ,sed ne qui fuerit qdẽ satis scitur,certè perabsurdũ est,qđ quidam fecerunt, credere hũc illũ esse Flauium scribam,qui cornicũ oculos confixerit,arcanis actionũ & iuris inuulgandis:ille.n.& longe antiquior,quippe Ap.cęci scriba,& Cn.prænomine fuit,neq; minus inepte C.Drusum accipias,a Cicerone in iuris consultis positũ:nã & ille Seruio antiquior & a nobis dudũ suo loco relatus,ętate mea venere in lucẽ Caii institutionũ libri duo,vnde Iustinianus multa in suas transtulerat:sed is ne fuerit Seruij auditor,incertũ, illud satis mirari nequeo,eũ,qcunq; tandẽ fuerit,adeo aut ignobilẽ genere ac maiorib.aut p̃stanti gloria extitisse,vt solo prænomine innotuerit, & si ferè suspicor nomẽ eius in p̃fatione Iustiniani scriptũ, vitio exẽplariũ in nostri dictionẽ deprauatũ: qd.n. ita suũ appellet Iustinianus p̃cipue hunc Caiũ tot ante sæculis demortuũ? Sunt q Caium floruisse per imperiũ Caracallæ tradant,qđ si recipimus, duos fuisse iurisperitos Caios tẽporũ interualla fateri coegerint, q̃ Riuallius parũ animaduertit,quũ huius posterioris septimũ librũ de origine vocabulorũ ab A.Gellio citari ꝓdidit:neq; .n. ad

illa

Source : BIU Cujas

illa vſq; tēpora peruenit Gellius, & iuriſconſultum Caium non tam vocat, q̃ innuit. Cęterum, ſiue vnum modo, ſeu duos numeremus, ꝙ neuter ſatis eſt notus, & illa ſcripta, q̃bus conferti ſunt legum libri, vtrius fuerint, in ambiguo eſt, ea hoc loco a nobis referentur, vt ſunt apud Politianum, cui hāc quoq; lucubrationem noſtri homines debent: ſunt autem hæc. Ad edictum ꝓuinciale lib. 32. ad leges 15. ad edictum publicum 15. qui ſoli tum reperti fuerunt, aureorum ſeptem, dodecadelti. i. 12. tabularū ſex, inſtitutionum tres, quos tñ Boetius duos tantum fuiſſe ſignificat, quum poſteriorem cōmentarium Caij inſtitutionū citat, de manumiſſionibus tres, fideicōmiſſorum duo de caſibus vnus, regularū vnus, dotaliciorum vnus, hypothecarię vnus, nominat Iuſtinianus eius cōmentarios ēt rerum quotidianarum. p̃terea, quod diximus, Gellius de origine vocabulorum opus, cuius ex ſeptimo libro teſtimonium citat, ſi modo ille eſt iuriſperitus, illud ad extremum teſtabor, prænomen hoc Caij apud Pōponiū videri ſuppoſititium, niſi vero gemino prænomine Offilium C. A. vocemus, quē morē duplicandi prænominis an veteres vſurparent, nondum ſatis obſeruaui: eſt tñ apud Liuium (niſi codices fallunt) non ſemel Q. P. Philo. mouet, ꝙ Seruii auditores Pōponius decem numerat, plures exponit, quod cum & Zaſius videret: exuberantia tñ nomina neque expunxit, neque ad decem homines ꝺxit, id quod ita fiet, ſi, abolito, aut ad Offilium proximumve Titium (C. enim Titium in Cicerone & Macrobio legimus) tranſlato C. prænomine, G. deinde Atteium Pacuuiū pro vno eodemq; acceperimus: duæ namque hominum appellationes decuriam illam auditorum Seruii perperam in Pomponio augent. Ita vnus ille relinquetur poſterior Caius, ſolo p̃nomine, & modo enumeratis operibus illuſtris, hoc ipſo loco, ad expurgādū Pōponij codicem, paulò ante tempus a nobis expoſitus.

Titius Cæſius.

E Iuſdem Seruii auditor a Pomponio in numerū iuriſpruden tum refertur Titius, incerto ex varietate codicū cognomine: variè. n. Cęſius, Celſuſq; dr̃, de quo quidquam tradi vix licet. Titii duo C. & Sex. ferè ęquales apud Ciceronem in oratoribus habentur, ſed paulo etiam, q̃ Seruius ætate ſuperiores, vt nihil, niſi aliqua forſitan neceſſitudine ad hunc petineāt. quorum C. eques Ro. iudicio Ciceronis eo eloquētiæ peruenit, quo potuit ferè latinus orator, ſine græcis literis & ſine multo vſu, ꝓuenire, eius orationes tñ argutiarum, tñ exemplorum, tñ vrbanitatis habebant, vt penè attico ſtilo ſcriptę eſſe viderentur, eaſdē argutias in tragedias, ſatis quidem ille acutè, ſed parum tragicè, tranſtulerat, quem ſtuduit imitari L. Afranius poeta. Sex. verò Titius orator fuit loquax ſanè & ſatis acutus, ſed tam ſolutus & mollis in geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet, adeo cauendum eſt, nequid in agendo dicendove facias, cuius imitatio rideatur. Scribit idem Cicero ad P. Cæſium literas, ſanè quaſi ad iuriſconſultum, & patronum, ſeq; natu minorem: rogat. n. hominē & proſtia & pro paterna amicitia, ut P. Meſſēnium familiarem ſuum in fidē recipiat, eiusque rem famamq; tueatur: cōmendat etiā Titio L. F. Rufo prętori vrbano, cū eſſet in Cilicia procons. L. Cuſtidium tribulem, municipem, & familiarem ſuum, & T. Titio T. F. legato annonę C. Auianum Flaccū, & (nequid prætereā) extat eius epiſtola, qua Titiū nullo prænomine quaſi virum doctum conſolatur, ſuper morte liberorum, oppreſſa iam Rep. illud longe a iuriſconſulto alienius duco, quod ex eiſdem epiſtolis Zaſius de T. Fabio aut Fadio annotat. Titium etiam Feſtus citat, & Seruius, & Macrobius, ſuper feriis. Horatius Titiū lyricū & tragicū poetā noīat ſodalem ſuū, & Claudii Tiberii, ꝙ poſtea imperauit, comitē, eum Porphyrio doctiſſimū fuiſſe, & ſcripſiſſe lyrica ad Pindari imitationem teſtatur.

Aufidij duo.

E X eodem Seruii auditorio prodiere Aufidius Tuca, quē alii Surem nuncupant, Aufidius Namuſa', Mamuſave, magno annorum numero vtriq; ab illo Cn. Aufidio cęco, quem ſupra retulimus, diſiuncti, & a tribus aliis Aufidiis, quos Zaſius diligenter collegit, quibus, vt totum prope gentis nomen peragatur, adiungi poteſt ille T. Aufidius, qui vixit ad ſummam ſenectutē, & bonus vir & innocēs, qui orator fuit per Syllę dictatoris tempora, ſed dicebat parū iuris autē intelligentia callidus, T. Iuuentio & P. Orbio, quos dicimus, uolebat eſſe ſimilis. Idē ne fuerit T. Aufidius, ambigo qui eum, aſiatici publicani exiguam admodū particulam habuiſſet, poſtea totam Aſiam proconſulari imperio obtinuit, nec indignati ſunt ſocii, eius parere faſcibus quē aliena tribunalia adulantem viderant: geſſit ſe etiā integerrimè ac ſplendiſſimè, miroq; id modo demonſtrauit, priſtinum quæſtum, ſuæ fortunæ, pręſens verò dignitatis incrementū, moribus ſuis aſſignari debere. legimus & Aufidium Baſſum, & Gn. Aufidium Oreſtē ſolū in familia Cos. anno V. C. Dclxxxiij. vtriuſque Aufidii in legum libris non raro laudatur auctoritas. Namuſa etiam dr̃ volumina & ſcripta octo ęqualium & condiſcipulorū ſuorum collecta in centum quadraginta libros diſtribuiſſe.

C. Atteius Pacuuius.

I S quoque a Seruio inſtructus eſt, quem vt pro vno accipiam, facit illa numeri rō, in Caio inita, de quo pauca dicenda ſunt, ꝙa nulla vel aliena vel ipſius de eo monumēta loquunt̃, ne maioribus q̃dē eius, ꝙ ſciam, claris: nullum. n. legimus Atteium curuli honore functum, ante Capitones, quos paulo poſt ſuo loco referam.

Flauius Priſcus.

A Seruio fuit Flauius quoque Priſcus, nihilo, q̃ Atteius, notior aut ſuo aut maiorum ſplēdore: aliamq; etiam opinor fuiſſe gentem Flauiam Reate oriundam, tribus auguſtis Veſpaſiano, Tito, Domitiano poſtea illuſtrem, fuerat quidem longè antea Gn. ille Flauius Libertini generis, ſcriba Ap. Cæci, ad quem ſtemma atq; originem Flauii Priſci referre, putidū exiſtimo. Sed quis antiquitatem oīum aut ſtirpem teneat? cū noui quotidie homines ac repentini ad ſummam euadant gloriam, nec virtus aliam, quā animi, quē incolit, nobilitatē deſyderet. Macrobius, vbi de intercalandi rōne agit, Flauium nominat, & alium M. Flauium ſcribam, qui, C. Cæſare tyranno corrigente annum, ſcriptos dies ſingulos ita ad eum retulerit, vt ordo eorum inueniri facillime poſſet, & inuento certus ſtatus perſeueraret.

Cinna.

A Vdiuit & Cinna Seruium Sulpitium: ita. n. legi apud Pomponium mihi iampridem placuit, potiusq̃ aut Cecinna, q̃ ſtudio augurali & diſciplina Hetruſca, nō ciuili claruit, aut porcina, vt reponit Zaſius. M. enim ille Aemilius Lepidus, q̃ eſt porcina dictus, a Priſciano laudatus, apud Ciceronem inter oratores, ſine vlla intelligentiæ iuris mentione numeratur, quam tñ ſolet accurate in illis ſuis oratoribus ponderare. adde, ꝙ & Seruium multis annis præceſſit: deniq; codex noricus, cuius auctoritate crebro vtitur Zaſius, Cinnam habet, idemque non raro in libris legum accitur. Familiam gentis Corneliæ fuiſſe ſupra demōſtrauimus. primum, qui Cinna ſit dictus: inuenio illum quater Cos. Marianarum partium, patriæ ac libertatis penè oppreſſorem. & quod ad iuriſperitum magis forte pertineat, per eius tempora Cinnam poetam auctorem Smyrnæ: quem celebrat Catullus, & Virgilius, Lucretium quoque Cinnam Cos. anno V. C. Dccxxxv. Octauij dominatu, & C. Cinnam magnum ſeptennio poſt natum in terris Chriſtum. De ipſo iuriſperito, an ex his vnus fuerit, aut certi quidquam tradere non habeo.

P. Cecilius.

D Edit operam Seruio & P. Cecilius, cuius perfrequens in digeſtorum libris citatur auctoritas. Cecilia gens antiquiſſima primum trib. Cos, habuit T. Cecilium cognomento Siculū, anno V. C. cccx. in quo tñ arbitror vitiatos Liuij codices, & pro Clęlio Cecilium indum: eundem. n. Dionyſius Clęlium vocat, & aliquanto ante idem cognomen Quinto tribuit, qui apud vtroſque Clęlius dr̃: ſed & Clęlium alium Liuius ipſe Siculū vocat. Itaque rectius Cecilij generis primus nominabitur L. Cecilius Metellus Cos. anno V. C. ccccl xix. multi deinde Cecilij Metelli varijs agnominibus celebres extitere, quos ſigillatim enumerare longum eſt, cùm p̃ſertim neſciam, an quidquā ad hunc noſtrum pertineant: nā ne ipſe quidem ſatis, cōſtat, qs aut vnde fuerit, tantam iacturam librorum fecimus, præter vetuſtatē, rerum omniū, quamuis illuſtriū, obtricē. Sanè huius ille fuiſſe iocus creditur, quē Macrobius L. tñ non P. Cecilio tribuit, trallatitio. f. illo & frequenti prænominum errore: nam, cū C. Cęſar cęteris colluſoribus ſuis pillę cētena ſeſtertia dati iuſſiſſet, ſoli Cecilio quinquaginta: quid ego, inquit, vna manu ludo, vt nequeam tātundem capere? Fuit & alius Sex. Cecilius per Traiani & Hadriani principatus, in diſciplina iuris ac legibus po. Ro. no ſcendis interpretandisque ſcientia, vſu, atq; auctoritate illuſtri, extat eius & Phauorini Philoſophi perelegans apud Gelliū diſputatio de legibus xij. tabularum. purgat. n. Cecilius illa vitia, quę fuerant à Phauorino illis legibus imputata, Leuitatem, duritiem, obſcuritatem, remiſſionem. eundem cum hoc putat fuiſſe Riuallius illum Cecilium, quem Gallum cognominat Macrobius, & virum doctiſſimum appellat, qui ſcripſerit de ſignificatione verborum, ad ius ciuile pertinentium, libros aliquot in quo ego ſubdubito.

Sulpitius Galba.

H Orum temporum ęqualis Sulpitius Galba, poterat: vt a Pomponio, prætereiri: niſi eum inter iurecōſultos ponerēt, qui de perſonis Horatianis ſcripſerunt. idq; & nos ſupra promiſeramus, ſed dignitas hominis mutare ſententiam coegit. Huic abauus fuit Sergius Galba cōſularis, temporum ſuorū eloquentiſſimus, quem tradunt Hiſpaniæ proprætorem, xxx. Luſitanorū millibus perfidia trucidatis Viriatini belli cauſam extitiſſe. auus ob conſulatus repulſam infenſus Iulio Cæſari, cuius legatus in Gallia fuerat, conſpirauit in cędem eius cum Bruto & Caſſio, ꝓp quod pedia lege damnatus eſt, patrem habuit clariorem ſtudio q̃ dignitate: non. n. egreſſus p̃turę gradum, multiplicem, nec incuriosam hiſtoriam edidit, ipſe ad cōſulatum peruenit, quem tñ in breuiarijs non reperio: neq;. n. is fuit P. Sulpitius Quirinus, cum M. Valerio Meſſala ij. Cos. quem nihil ad veterem & patriciam Sulpitiorum familiam pertinuiſſe, affirmat Cornelius Tacitus, ſed ortū municipio laniuino, vnus relinqtur Q. Sulpitius Camerinus, quinquennio ante mortē Octauij principis, collega

Source : BIU Cujas

C. Poppei Sabini, & si Porphirio Seruium Galbam vocat: nam C. Sulpitiũ, qui cum Hario Cos. fuit decennio ante eum Galbã, qui postea principatum tenuit, facilius crediderim iurisconsulti filiũ: id. n. & Tacitus & Suetonius significat: quãti tñ id refert: eo rũ tẽporũ vix habemus historias, annales certè nullos, nec nisi ministrorũ principis res gestas: satis tũ erat Coss. notare annũ, imperatore pro libitur tẽp. administrãte, itaq; res hominis priuatas pſequar, corpore fuit perbreui, atq; ẽt gibbo, & ad oĩum cauillos exposito. Octauius agẽti apud se cãm, atq; identidẽ repetẽti, corrige in me, siquid reprehẽdis, ego te, inquit, monere possum, corrigere non possũm. In eundẽ M. Lollij vox circũfereba tur, ingenium Galbæ malè habitat, ne grãmatici quidẽ dicacitatẽ euasit vir inter ciuitatis principes: siquidẽ, cũ Orbilius iudicio frequenti testimoniũ diceret, interrogatus a Galba, diuersæ partis aduocato, cui vel incognitus erat, vel dissimulabat ad ruborẽ inijciẽdũ, quidnã ageret, & quo artificio, vteretur, rñdit, a se gibbos in sole fricari, atq; inde in vmbrã trãsferri solere. qđ tñ in libris Suetonij minus accurate scriptis, ad Varronẽ & Murenã inconstanter pro Galba relatum legimus: nã Macrobius planè de Galba tradit, quem alibi idem ipſe & Suetonius gibbosum produnt. Modicæ in dicendo facultatis, vt diximus, cãs tñ industriæ actitauit. Vxores habuit Mumiã Achaiam, neptẽ Catuli, proneptemq; L. Mũmij, qui Corinthũ excidit, ex qua liberos, C. & Sergiũ procerauit, quorũ maior C. attritis facultatibus, vrbe cessit, prohibitusq; a Tiberio principe sortiri anno suo ꝑconsulũ, voluntaria morte obijt. Sergius ad imperiũ vsq; peruenit, sed non diuturnius septimestri in secundis nuptij habuit Liuiã Ocellinã: ditẽ admodũ & pulchrã, aqua tñ nobilitatis cã appetitus vltro existimabatur, & aliquanto enixius, postq̃ subinde instanti, vitiũ corporis, secreto, posita veste detexit, ne quasi ignarã fallere videretur. Laborasse hominẽ adulteriorũ infamia, significat Horatius Flaccus illis versibus, quinetiam illud accidit, vt quidam testes caudamq́ue salacem demeteret ferro, iure omnes, Galba negabat quasi & ipse sectator matronarum habuit & villam sup positam colli prope Tarracinam, & siniſtrorsum Fundos peten tibus, in qua natus est filius postea imperator, q & ipse, vt supra quoq; memorauimus inter liberales disciplinas, attendit & iuri.

Antistius Labeo, pater & F.

VEtus Antistiorũ familia, Gabijs (nisi me coniectura fallit) oriunda, ibi plurimũ polluit: habuit. n. Petronẽ Antistium virum pace belloq; clarissimum, quem Sex. Tarquinius regis superbi filius, quasi insidiantẽ sibi, dolo sustulit, in illo simulato exilio & paternis simultatibus, cũ decutiẽdis papauerum capitibus summi, cædem principũ Gabinæ ciuitatis nuncio filij tacitus indicasset, ea calamitate multis Gabinorũ in exilium pulsis, multis sponte profectis, capta deinde vrbe, & pace inita, labente paulatim Gabina re, verisimile est, Antistios migrasse Romam. Ibi inter plebeos retenti, primum curulem magistratũ in L. Antistio tribuno consulari tenuere, ante impartitũ plebi cõsulatũ, anno V. C. cccIxxvj. in libera ciuitate nullũ reperio Cos. dñatu Octauij C. Antistiũ veterẽ, biennio ipso ante natũ in hominibus Chrm, aliquot deinde Antistios veteres. Labeonis cognomine primus extat is, qui prętor Siciliã sorte habuit, bello Philippi Macedonico. Ex hac prosapia ortus Q. vel (variant. n. in p̃nomine, vt solẽt, exẽplaria auctorũ) M. Antistius Labeo patrẽ habuit Antistium Labeonẽ virũ sapientia illustrẽ, qui inter occisores Iulii Cęsaris tyranni fuit, perstititq; cõstantissime in partibus, donec pharsalica acie, M. Bruto, cuius erat legatus, ab Antonio & Octauio iniquitate fortunæ superato, vbi eum mortuũ, se ab eo cũ suspirio cõmemoratũ, hostes victores cognouit, locũ in tabernaculo ad corporis sui modũ effodit, ac mandata, q̃ ad coniugẽ, & liberos ferrentur, seruis ex ordine tradidit, epistolasq́ue ẽt ad familiares dedit. vnũ deinde ex seruis fidissimũ dextra apprehẽsum, & ad se versum (qđ moris fuit in danda libertate Romanis) tradito gladio, oblatoq; vltro iugulo, vt se necaret iussit: sic illi tẽtoriũ pro sepulchro fuit, atq; ita manus hostiũ deuitauit. Hunc quoq; ꝑpe est, vt putem, a Põponio inter iuris professores & Seruij discipulos numerari, cũ pſertim videã ab Appiano huic sapiẽtiæ laudẽ attribui, tametsi celebriorẽ iuris sciẽtia filiũ facere videatur. Eo parẽte genitus Labeo, gloriã patris adauxit: nam & philosophię operã dedit, & ius ciuile a plerisq; suę ętatis natu grandioribus, sed a Trebatio præsertim didicit. Plurimam studiis operam dedit, & totum annum ita diuiserat, vt Romæ sex mensibus cũ studiosis esset, & secederet sex mensibus, & conscribẽdis libris operam daret: itaq; reliquit quadraginta volumina, vel (vt alibi castigatius) quadringenta, ex quibus plurima in manibus posterorũ ad multos annos versata sunt, & frequenter accita. Is primus ueluti sectam quãdam iuris cum Atteio Capitone exercuit, nam, illo in veteribus præceptis permanente, Labeo doctrina atq; ingenio fretus, innouare instituit, quo minus fidei in nonnullis habeas scribenti Atteio apud Gellium, hominem hunc libertate quadam nimia, ac vecordia esse vexatum, vsque eo, vt Octauio iam principe, ac rempub. opprimente: nihil tñ faceret, quod nõ iustũ sanctũ q; esset, & in Ro. antiquitatibus legisset: quid. n. hic reprehendere iure possit Atteius? Sanè constat Labeonẽ seu iniuria paternę cædis, seu ingenua libertate cõmotũ, quasi in libera ciuitate vixisse: nã & ea senatus lectione, qua vir uirum legebat, (Sic. n. emendandi codices tranquilli) P. & Cn. Lentulis Coss. legit M. Lepidum hostẽ olim Octauij, & tunc exulantẽ, interrogatusq; ab eo, an essent alij digniores, suũ cuiq; iudiciũ esse, rñdit, auctores sunt, Octauiũ ea de re suppliciũ homini interminatũ, puerũ eũ appellasse, cũq; ille dixisset, qđ. n. cõmisi, si hoĩem, quẽ tu Põtificẽ esse ꝑmittis, in senatũ asciui? placatiorẽ sese Labeoni exhibuisse; cõcupiuerat. n. id sacerdotiũ Octauius Cęsar, neq; tñ eripere viuo Lepido, iã reliqua omni dignitate ac patria spoliato, vnq̃ sustinuerat. Verbis aliqñ in senatu habitis, vt senatoribus ea dignitas in successionẽ seruaretur, Labeo, cũ neq; assenti ri vellet, neq; aduersari aperte posset, rogat⁹ snĩam, sterto (inqt) neq; tñ mihi me dormitũ conferre ante eũ licet. Ea cõtumacia effectũ est, vt Octauio parũ probaretur. iccirco in iniuriam eius ꝓsulatũ Capitoni accelerauit, vt Labeonẽ, eisdẽ ciuilib⁹ studiis ꝑcellentẽ, dignatione eius magistratus Capito anteiret: nã illa ętas duo pacis decora simul tulit, sed Labeo incorrupta libertate, & ob id fama celebratior, Capitonis hoĩs longè minus sui capitis obsequiũ dominantibus magis probabatur. Igitur Labeo intra pturã stetit, atq; ex ea iniuria cõmendationẽ assecutus est: tametsi nõ desunt, qui scribant oblatum ei ab Octauio ꝓsulatũ, vt suffectus fieret, & honorẽ susciperet, a Labeone recusatum. Exẽplum libertatis eius illud quoq; fuerit, quod Atteius vecordiã interpretabatur. Cũ a muliere quadã tribuni plebis, aduersus eum aditi, Gellianũ viatorẽ ad eum misissent, vt in ius veniret, & mulieri rñderet, iussit eum, qui missus erat, redire, & tribunis dicere, ius eis non esse, neq; se, neq; alium quemquã in cãm vocandi, q̃ more maiorũ Tribuni plebis prẽhẽsionẽ haberẽt, vocationẽ non haberent, posse igitur eos venire, & prẽhendi se iubere, sed vocãdi absentẽ ius non habere: constanter itaq; fecit homo liberi animi, qui, qđ iuris esse putabat, ab eo decedere noluit: tametsi Horatius satyrica petulãtia hoĩem hunc insanũ vocauit, in gratiam nimirum Octauii, quam notã Flaccus ne a suis quidẽ interpretibus tacitam tulit: nam, q̃ ille liberè in Cæsarẽ Octauiũ inueheretur, hoc gratificatũ Octauio poetã oẽs annotãt. Certè inter omnes constat legum morumq́; & antiquitatis, ac iuris ciuilis doctũ apprime Labeonem esse habitũ, i a vt eũ Petronius arbiter Seruio Sulpitio cõparet, illo versiculo, atq; esto, qdquid Seruius & Labeo. Inuenio ẽt apud auctores Vestiliã ꝓtoria familia genitam vulgasse apud ędiles stupri licentiã, more inter veteres recepto, q satis pęnarũ aduersum impudicas in ipsa professione flagitij credebant, exactã ẽt a Titidio (sic. n. scriptũ est ꝑ Antistio forte) Labeone Vestilię marito rõnẽ, cur ĩ vxore delicti manifesta vltionẽ legis omisisset, atq; illo ꝓtendente, sexaginta dies ad cõsultandum datos, nõdum ꝓterijsse, satis visum est de Vestilia statuere, eaq; in insulam Seriphũ ablegata est. Sed, quia multi aliarum quoq; gentium Labeonis tulere cognomen, hoc libentius eã contumeliam ab Antistio auerterim: est & apud Senecã inter oratores declamatoresq́; Labeo: cuius tñ libri accuratius scripti Labienum seruant, cõsentiente ẽt Suetonio. Cornelium Labeonem citat Macrobius, nos Fabiũ Labeonẽ supra memorauimus. Idẽ error ex Labieno Labeonẽ fecit apud Plutarchum in Pompeio, in Grecis quoq; exẽplaribus: & si Antistij ẽt Pompeium affinitate contigerint: habuit. n. primis nuptiis in matrimonio Antistiam, cuius pater vir ꝓtorius ꝓp eam propinquitatem quasi Syllanus in senatu iugulatus est. Illud certè de hoc Labeone traditur, primum codicillis esse vsum, atq; ita factum, vt huius simul & prẽceptoris sui Trebatii, quam diximus, auctoritate, postea nemini dubiũ fuerit, quin iure optimo suprema volũtas codicillis testata relinqueretur. Ex Labeonis operibus, inter quæ numerantur etiam ad xii. tabulas & xl. posteriorum libri, ad edictum prẽt. peregrini xxx. ad vrbani cõplures, existimat Politianus adhibitos a Tribuniano in suos legũ centones, decẽ libros posteriorum, octo probabilium, quam snĩam Riuallius refellit ratione non insubtili, neq; in eo tñ, sed & in Q. Mutio põt & Aquilio Gallo. Sane, quãuis Labeo principali studio iuris prudentiam exercuerit, & consulentibus publicè responderit, attamen cęterarum quoque bonarum artium expers non fuit, & in grammaticam sese atque dialecticam literasq́ue antiquiores altioresq́ue dederat, ac latinarum vocum origines rationesq́ue & proprietates percallebat, eaq́ue præcipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vtebatur, apparuit hoc ipsum in libris posteriorum, post eius mortem, vt ferunt, editis, quorum continui tres 38.39.40. pleni erant id genus rerum, ad enarrandam illustrandamq́; latinam linguã ad modum cõducentium.

C. Atteius Capito.

CAtteius Capito, auo centurione Syllano, patre prætorio, haud admodum vetere, nec tamen ignobili familia ortus, consulatum Romę gessit cum Germanico Cęsare, Octauij imperio, anno post Christum natũ decimotertio. Quo quidem in magistratu adeo nihil egisse traditur, vt ne iudicauerit quidem, collega eius omnia iudicia peragente, error est in Coss. Cassiodori, Holoandri, Glareani, pro Atteio Fonteium scribentium, quos

Source : BIU Cujas

quos diuersos fuisse,& hunc consulem, etiam ex Tacito discas. Is quoq; magnam sibi in iure ciuili auctoritatem comparauerat,& alter quasi oraculum ciuitatis eo tpe habebatur. Doctorē habuerat Offilium,in cuius etiam præceptis, atq; sententijs perseuerabat,dissidebatq; a Labeone non modo disciplinę exercitatione,sed moribus etiā,& toto vitę genere, ille cū principibus contumacia certabat, hic obsequiosus dominantibus in adulationē vsq; erat.Quibus illecebris ꝓbatus Octauio, consulatum exq; eo honore inuidiā adeptus est. ac sequēti anno in curatione aquarum Męcenati successit: itaq; triennio inde cū Tiberis vrbem inundasset,relabentemq; secuta esset ędificiorū,& hominū strages,remedio coercendi fluminis a Tiberio principe præfectus est,collega dato, L.Arruncio.Qui cū in senatu egissent,an ob moderandas Tiberis exundationes, auerti flumina & lacus oporteret,ꝑ quos augescit,auditis municipiorū & coloniarum, ad quas ea res pertinere poterat,legationibus, nihil mutari placuit.Auxit adulationis vitium Capitoni, Tiberii principis dissimulata insolentia,qui,cum nimio plus adulatoribus delectarē, amare tñ in ciuibus, ac senatoribus libertatem dicendi simulabat:itaque eius animi non ignarus Capito,cum L.Ennius eques Ro.maiestatis postulatus, ꝙ effigiē principis Tiberii promiscuū ad vsum argenti vertisset, recipi inter reos vetaretur a Cęsare, palā quasi per libertatē aspernatus est, non.n.debere eripi patribus auctoritatem statuendi, neq; tñ maleficium impune habēdū,sanè lentus in suo dolore esset,reip.iniurias ne largiretur: intellexit hæc Tiberius,vt erant,magisq; vt dicebantur, perstititq; intercedere.Capitoni insignior infamia fuit,ꝙ humani diuiniq; iuris sciens,egregium publicū, & bonas domi artes dehonestauisset,eodemq; ipso anno est mortuus, qui fuit post Christū natum xxiij.Illa Capitonis ridicula fuit adulatio: nam, cum Tiberius edicto quodam verbum parum apud latinos vetus inscripsisset,eiusq; recordatio noctu principi subisset,cōuocatis postridie,quotquot Romę grāmaticam,aut verborum interpretādorum scientiam profiterentur, Pomponio grammatico verbum reprehendente,Capito affirmauit, & esse illud antiquū, & si nō esset,futurum certe iam inde,& ciuitatem in gratiam Cęsaris id verbum inter antiqua relaturā,quod adeo tacitum non tulit,vt grammaticus ad Tiberium conuersus, mētitur Capito,rñderit, tu eiñ Cęsar ciuitatē Ro.dare potes hominibus, verba & linguæ latinę vsum non potes,eam rñsionē Dion Procillio cuidam senatori ascribit,sed pluris est apud me Suetonii diligentissimi scriptoris auctoritas. Idē Capito Atteium philologum grāmaticū dicebat,inter grammaticos rhetorem, inter rhetores fuisse grāmaticum.id quod hodie multis euenit. Reliquit Capito libros non paucos,quorum testimonio sępe Gellius,interdum & Macrobius & Frontinus vtuntur.Multa de Atteio Capitone Tribuno plc.sunt apud Dionē lib.xxxix.sed ea ad patrē potius iurisco-sultum pertinere,temporum rō indicat: quemadmodū & quæ in senatusco-sulto a Cęlio ad Ciceronē ī epistolis misso. forteq; ēt,quæ de Atteio quodā copiarū ductore ꝑ Octauii, & L.Antonii bellū scribit Appianus lib. 5.bellorū ciuilium·sed & illud,qđ scribit Paterculus,Capitonē senatorii ordinis virū, patruū suū, Agrippę,C.Cassiū de cędę Cęsaris lege Pedia accusanti, subscripsisse,ad patrem melius q̄ ad filium referas, quasi iam tū ab eo hęreditarias acceperit partes Cęsarianas fili⁹: licēt hoc mali Zasius filio ascribere. Fuit & quæstor Iudęę Capito quidā, C. Caligulæ imperio, vt Philo Iudęus scribit, quem non temere filiū huius iuris cōsulti existimaueris:quēdā ēt Capitonem inser primarios declamatores memorat Seneca, Plinius Iunior Titinium Capitonem scriptorē virorū illustrium. Sisinnium quoq; & Asiniū Capitones inuenio.Sed,vt ad nostrū redeamus, libros hos ꝺscripsit,commentaria ad xij.tabulas coniectaneorum libros cclx.de pontificio iure, cuius consultissimus fuit, septem, de senatoris officio vnum, de iure sacrificiorum decem,commētarium etiā de iudicijs publicis: ex ijs operibus permulta citantur a Gellio, Festo,Macrobio, Nonio, Frontino.

M.Cocceius Nerua pater, & filius.

M. Cocceius Nerua iurisconsultus Cocceium Neruā patrē habuit,qui cum L.Gellio triumuirali dominatu consulfuit,& conciliandæ inter Antonium & Octauium amicitię sese cū Męcenate interposuit. Narniense familię genus. Nerua ipse iurisconsultus Labeonis sectam excepit, & dissensiones disciplinarum cū Capitonis successoribus adauxit. Is omnis diuini atq; humani iuris sciens,eaq; cognitione illustris, familiarissim⁹ atq; assiduur Tiberio Cęsari fuit. In curatione aquarum (quod munus principibus in ciuitate viris dari consueuerat) Satrio Rufo successit, Seruio Cornelio Cethego, L. Visellio Varrone Coss. anno postnatum Christū quinto ac vigesimo. Biennio post solus ex senatorio ordine Cęsarem in Campaniam atq; insulam Capreas secedentem secutus est, ibiq̄ cū eo annos ferme octo permansit.Traditur etiam ante consulatu functus, ꝙ extraordinario ac suffectitio munere ei contigisse existimo, atque ideo nullum annum in commentariis conficit, nec sciri potest,qbus Coss.gesserit cōsulatum.Anno,postq̄ secesserat, ferme octauo, cū Tiberius omnia cędis ac libidine repleuisset, vir prisce probitatis Nerua,eius consuetudinis impatiens, integro statu, corpore illeso,moriendi consilium cępit. qđ vt Tiberio cognitum est,assidere Neruę,causas requirere, addere preces,fateri postremo,graue conscientiæ,graue famæ suæ, si proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret. auersatus sermonem Nerua,cum diu nullis precibus elici ab eo rñsum potuisset,abstinentiam cibi continuauit, atque ita vitam finiuit, causæ mortis præcipue ferebantur a gnaris cogitationum eius,ꝙ,quanto prius mala Reip.intueretur,præ ira ac metu, dum integer, dum intentatus esset,honestum finem voluerit, alii præter alias hanc addunt,ꝙ leges a Cæsare positas de condemnationibus reperiret,vnde infidelitatis plurimum,ac tumultus prouenire oporteret. Cæterum adeo commotus est tacito mortis eius conuitio Tiberius, vt confestim ad mitigandas vsuras vigintiquinque sestertiorum millia in publicum contulerit, vnde gratuito indigētibus in trienniū mutuo daretur,& celeberrimos,ac notissimos quosq; accusatores iusserit vno die interfici. Reliquit filium Nerua eadem iuris cognitione celebrem, qui libros de vsucapionibus reliquit. Eo natus est Nerua ille, qui Ro. imperium optime omnium gessit, vt non modo Nerua hic probitate conspicuus ipse fuerit,sed filio,nepote,ac deinceps propinquis,pręsertim vero arrogato Traiamo opt. principe iurisque diuini atq; humani consultissimo, deincepsq; adoptione optimorū principum ad Commodum vsque censendus sit.Nerua filius (si Vlpiano credimus) annum agēs ętatis septimum ac decimum, aut paulo plus de iure publicè respondit. Fuerunt & Syllij & Licinij Neruæ, sed aliæ gentes, nec nisi cognomine similes.

Masurius Sabinus.

MAsurius Sabinus e plebe homo, Atteio Capitoni in disciplina iuris successit,& Cocceium Neruam emulū habuit. Receptus est in equestrē ordinē iam grandis natu, & annorum fere quinquaginta,ei neq; amplę facultates fuerūt, sed plurimū a suis auditoribus sustentatus est,obtinuitq; a Tiberio Cęsare,vt sibi de iure rñdere liceret. atq; ita publicè primus rescripsit. Nā, vt obiter sciamus, ante tempora Augusti, publicè rñdendi ius non a principibus dabatur,sed,qui fiduciā studiorū suorū habebant,consulentibus rñdebant,neque rñsa,vtique signata, dabāt, sed plerūq; iudicibus ipsis scribebant,aut testabantur illos,ij,a qbus consulti fuerant.Primus Oct.Augustus,vt maior iuris auctoritas haberetur,constituit, vt ex auctoritate eius rñderent, & ex illo tpe peti hoc pro beneficio cępit.Vnde paulò post effectum est,vt pestis humani generis Caligula,inter cętera liuoris,ac malignitatis in oēs claros viros scelera, de iuris quoq; ꝺsultis, quasi scientiæ eorum oēm vsum aboliturus,sępe iactauerit,se mehercle effecturū,ne quid rñdere possent,præter ęquum.Postea deinde optimus princeps.Adrianus,quasi pristinū morem,& libertatē relaturus,cū ab eo viri periti peterent,vt sibi liceret rñdere,rescripsit eis,hoc non peti,sed p̄stari,atq; effici solere: & ideo,si qs fiduciā sui haberet,placiturū se populo, ad rñdendum se præpararet.Postremo res eo deuenit,vt,retento Augusti more,nemo iurisconsultus appellaretur,aut publicè ius interpretaretur, deq; eo rñderet,nisi eam auctoritatē a principe impetrasset,quorum oīum snīæ,& opiniones in tm̄ honoris venere,vt ex principum constitutionibus recedere ab eorum rñso iudicibus nō liceret: & ex horum tantummodo scriptis Iustinianus confici pādectas suas,cęteris reiectis,voluerit:extat de Masurio illud ī satyra Persij carmen in persona Libertini.

Vindicta postquam meus a prætore recessi,
Cur mihi non liceat,iussit quodcunque voluntas,
Excepto, siquid Masuri, rubrica vetauit.

Et (vt quidā putāt) epistola Plinii Cęcilii li.4.qua eū vt religiosū defensorē supremarū volūtatū laudat:sed ego ad illa tpa nō puto peruenisse Masuriū.Opera hæc ab eo ferunt relicta, memorabiliū lib.12.iuris ciuilis tres, cōmētarii de indigenis, liber de furtis, vnde multa Gellius Macrobiusq; nominatim sumpsere.

Cassius Longinus.

CAssij patritii iam inde ab initio Ro. libertatis magni atque ampli extitere. Sp. enim Cassius, cognomento Becillinus (Vscellinum, Vicellinum auctores aut librarii variant) octauo post pulsos reges anno Cos. duos deinde alios, & magisterium equitum primus gessit. postremò, cū iactanda lege agraria, quæ nunq̄ deinde sine maximis motibus rerū agitata est, ea largitione captare animos plebis, & sibi viam ad tyrannidem facere videretur,ubi primum magistratu abiit,damnatus necatusque est: sunt, qui patrem auctorem eius supplicii ferant.eum, cognita domi causa,verberasse ac necasse, peculiumque filii Cereri consecrauisse,signum inde factum esse,& inscriptum,ex Cassia familia datum:sed,quæ familia primum molitorem tyrannidis dederat: eadem post multos insignes viros, accerrimum vindicem libertatis protulit C. Cassium Iulii Cæsaris interfectorem. Longini cognomen habuisse primus legitur Q.Cassius Coss.anno V. C. Dxc. multique deinde ampiissimis functi magistratibus, insignis est in genere & L. ille Cassius prætor, cuius tribunal, propter nimiam seueritatem, scopulus reorum dicebatur. Ex hac gente, Cassius Longinus, natus ex filia Tuberonis, nepte

Source : BIU Cujas

Bernar. Rutil. Iuriſconſultorum vitæ.

Seruii Sulpitii, prope hæreditariam iuris ciuilis ſciẽtiã exercuit, cum proauum Sulpitium, Tuberonẽ auũ maternos habuiſſet. Is Maſurio Sabino ſucceſſit, & Caſſianorum nomen ſuis reliq t, princepsq; & parens eius ſcholę eſt habitus. Hunc alii C. alii L. prænominant. Conſul fuit cum Quartino quem alij M. Vinitiũ vocant, anno imperii Liberii Cęſaris decimoſeptimo. In quo quid geſſerit, vir alioqui ingentis ſpiritus: qm̃ eius anni hiſtoria apud Tacitũ deſideratur, ſciri non ſatis põt. Sequenti anno, cum atroces in ſenatu ſnĩæ in Iuliã Tiberii quondã vxorẽ dicerẽtur, & vt bona Seiani, qui ex maxima principis gratia in ſęuiſſimam ignominiã ac necẽ deciderat, ęrario ablata in fiſcũ referrentur, in ijs & Caſſius idẽ aſſeueratione multa cẽſuit. Extremo deinde Caligulę principatu, cum Aſiæ proconſul eſſet, & fortunæ Antiatinæ principi rñdiſſent, vt a Caſſio caueret, ĩmemor princeps Caſſium Chereę quoq;, a quo poſtea occiſus eſt, eſſe nomen, interficiendũ Caſſium Longinũ delegauerat, ſed fatalis neceſſitas ingruens Caligulæ Longinũ ſeruauit. Rerũ inde potiente Claudio, Caſſius Syriæ præfecturam accepit Marſo ſuccedens, qua in prouincia cũ eſſet, ſacerdotalẽ ſtolã põtificis Iudęorum, qua ille ſolennibus modo ſacrificiis vtebatur, magna ſumptu elaborata, in cuſtodiam Romanorum redegit: ea.n. cũ antea vſq; ad Tiberii tpa inturri, quam Barin vocabant, ſeruaretur, ita, vt pridie ſacrificiorum, adhibito pontificis Iudæi ſigillo & ducis præſidii Ro. promeretur, & peractis ſacris, eodẽ inſpiciẽte cõderetur, Tiberius in gratiã Agrippę regis, ſtolã poteſtati oĩno iudęorũ permiſerat: hanc igitur Caſſius cũ Cuſpio Fado procuratore iudeæ in Antonianã (ſic.n. turrim, q̃ prius Baris dicebatur, in Antonij gratiã Herodes rex vocari iuſſerat) turrim deponi iuſſit. Romanos.n. vt prius, principes eſſe oportere, neq; de veteri iure quidq̃ detrahi. id.n. petiturus de iudęis Caſpius, veritus ne non obtẽperaret gens religionis, & ſacrorũ tenaciſſima, cui tũ ipſe præerat, Caſſiũ ex Syria cũ magnis copiis acciuerat, roganti igitur populo, vt p̃ſides ſpatiũ indulgerent legatos ad Claudiũ Cęſarẽ ſuper ea re mittendi, cõceſſum eſt, acceptis filijs obſidibus tãdẽq; res a Cæſare impetrata. Et, cum legati Parthorũ Meherdatẽ eius gentis, qui tum Romæ erat, in regẽ aduerſus tyrannidẽ Gotarzis expetiſſent, princeps miſſum Meherdatem cũ literis, Caſſio, vt ad ripam Euphratis amnis deducat, mandat. Caſſius ea tẽpeſtate cęteros pręeminebat peritia legu: militares.n. artes per otiũ ignotæ, induſtriosq;, ac ignauos pax in ęquo tenet: attamẽ, quantũ ſine bello dabatur, reuocare p̃ciſum morẽ, exercere legiones, cura, ꝓuiſu perinde agere, ac ſi hoſtis ingrueret, ita dignũ maioribus ſuis & familia Caſſia, per illas quoq; gẽtes, ob virtutẽ egregiã C. Caſſij eius, q C. Iulium Cęſarẽ tyrannũ interemerat, & Pompei legatus eã aliquando prouinciam obtinens bella cũ Parthis geſſerat, celebrata, ratus. igitur excitis ijs, quorũ de ſnĩa petitus rex fuerat, poſitisq; caſtris apud Zeuma, vñ maximè peruius amnis, poſtq̃ illuſtres Parthi, rexq; Arabũ Abbarus aduenerat, monet Meherdatẽ Caſſius, barbarorũ impetus primo acres, cunctatione inde langueſcere, aut in p̃fidiã mutari. itaq; vrgeret cępta, qđ ſpretũ fraude Abbari, Meherdatẽ in p̃niciẽ ac manus inimicorũ deduxit. Poſt nouẽniũ, Nerone iam dñatum exercente, nuncia ta de Parthis victoria, cum finis non fieret agendis ſupplicationibus, referendisq; inter feſtos diebus, quibus parta victoria, & ad ſenatũ nunciata relataq; eſſet, aliaq; in eandẽ formã nimis modũ egreſſa decernerent̃, Caſſius cohiberi nõ potuit, quin, de cæteris honoribus aſſenſus, diceret in ſenatu, ſi pro benignitate fortunæ diis gratiæ agerentur, ne totũ q dẽ annũ ſupplicationibus ſufficere, ideoq; oportere diuidi ſacros, & negocioſos dies, quibus diuina colerent̃, neq; humana impedirẽtur. Eodẽ anno, tumultuantibus ſeditione plebis in ſenatoriũ ordinẽ Puteolanis, Caſſius adhibẽdo remedio dilect⁹ eſt, cuius cũ ſeueritatẽ nõ tolerarẽt, p̃cante eo, ad alios ea cura trãſlata eſt. Triẽnio inde, cum ageret̃ in ſenatu de nece Pedanij Scũi præfecti vrbis, quẽ ſeruus eius, ſeu p̃p negatã libertatẽ, cui p̃ciũ pepigerat, ſiue amori exoleti, infenſus, & dñm emulũ non tolerans, interfecerat, & ex veteri more familiã oẽm, quæ ſub eodẽ tecto mãſitauerat, ad ſuppliciũ agi oporteret, ac concurſu plebis, quæ tot innoxios protegebat, ad ſeditionẽ vſq; vẽtũ eſſet, ſenatoribusq; ſtudiis in p̃rias partes inclinãtibus, inter eos, q nihil mutãdũ cenſebant, Caſſius ſnĩę loco in hunc modũ diſſeruit. Sępenumero P.C. in hoc ordine interfui, cum p̃ inſtituta, & leges maiorũ noua ſenatus decreta poſtularẽtur, neq; ſum aduerſatus, non quia dubitarem ſuper oĩbus negotijs melius atq; rectius olim prouiſum, & quæ cõuerterentur, in deterius mutari, ſed ne nimio amore antiqui moris ſtudiũ meũ extollere viderer. ſimul, q cq̃d hoc in nobis authoritatis eſt, crebris p̃dictionibus deſtruẽdum non exiſtimabam, vt maneret integrum, ſi qñ Reſpubl. conſilijs eguiſſet, quod hodie euenit, conſulari viro domi ſuæ interfecto per inſidias ſeruiles, quas nemo prohibuit, aut prodidit, quamuis nondũ concuſſo ſenatuſconſulto, quod ſupplicium toti familię mitabatur, decernite hercule impunitatẽ: at qnẽ dignitas ſua defendet, cũ p̃fectura vrbis non profuerit? quẽ numerus ſeruorum tuebitur, cũ Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? cui familia opem feret, quæ ne metu quidẽ pericula noſtra auertit? an, vt quidã fingere nõ erubeſcunt, iniurias ſuas vltus eſt interfector? quia de paterna pecunia tranſegerat, aut auitum mãcipium detrahebatur, pronunciemus vltro dñm iure cęſum videri: libet argumenta conquirere in eo, quod ſapientioribus deliberatum eſt. ſed, & ſi nunc primum ſtatuẽdum haberemus, creditis ne ſeruum interficiendi dñi animum ita ſumpſiſſe, vt non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? ſanè cõſilium occuluit, telum inter ignaros parauit, num excubias trãſirct? cubiculi fores recluderet? lumẽ inferret? cędem patraret? omnibus neſcijs. Multa ſceleris indicia præueniunt, ſerui ſi prodant, poſſumus ſinguli inter plures, tuti inter anxios, poſtremo, ſi pereundum ſit, non inulti inter nocentes agere. Suſpecta maioribus noſtris fuerunt ingenia ſeruorũ, etiam cum in agris aut domibus ijſdẽ naſcerentur, charitatemq; dñorum ſtatim acciperẽt: poſtq̃ verò nationes in familiis habemus, qbus diuerſi ritus, externa ſacra, aut nulla ſunt, colluuiem iſtã non niſi metu coercueris: at q dam inſontes peribunt, num & ex fuſo exercitu, cum decimus quiſq; fuſte quæritur, etiam ſtrenui non ſortiuntur? hẽt aliqd ex iniquo omne magnum exemplum, qđ p̃ ſingulos, vtilitate publica, rependitur. Snĩæ Caſſij, vt nemo vnus p̃ire auſus eſt, ita diſſonæ voces rñdebant, numerum aut ętatem, aut ſexum, ac pluri morum dubiam innocentiam miſerantium. Præualuit tñ pars, quæ ſupplicium decernebat. Quadriennio poſt, cũ Poppeę Neronis coniugi mortuæ funus fieret Caſſio Nero oſficia exequiarum prohibuit, qđ primum illi indicium malifuit: neque in longum dilatum eſt. igitur miſſa ad ſenatum oratione, remouendũ Caſſium a Rep. diſſeruit, obiectauitq;, q in vetere gentili ſtemmate, inter imagines maiorum, etiam C. Caſſii tyrannoctoni effigiẽ reſtituiſſet, ita ĩſcriptã, duci partiũ: ſemina.n. belli ciuilis & defectionẽ a domo Cęſarum quęſitã, ac, vt memoria tñ infenſi nominis ad diſcordias vteretur, aſſumpſiſſe L. Syllanũ iuuenẽ, genere nobilem, aĩo promptum, quẽ nouis rebus oſtentaret. Is diſciplina Caſſii, apud quem educatus fuerat, ad magnã claritudinẽ euaſerat. Inducit poſthac ſub noĩe indicum, qui in Lepidã Caſſii vxorẽ amitam Syllani, inceſtum cũ fratris filio, & diros ſacrorum ritus confingerent. Tunc ſenatuſcõſuito exilia Caſſio, & Syllano decernuntur, de Lepida Cęſar ſtatueret. Deportatus eſt in inſulã Sardiniã Caſſius, & ſenatus iuſſus. expectabatur. Syllanus quoq; relegatus paulo poſt iuſſu Neronis ſubmiſſo pcuſſore occiditur. Alii deinde multi, vt conſcii, vexati ſunt, adeo calamitas illa dira ciuitati Ro. incubuerat, vt ſenẽ iuris peritiſſimũ luminibus orbatũ (nam id quodq; de Caſſio traditur) nullo crimine, niſi q opibus vetuſtis & grauitate morum præcelleret, affligere non dubitauerit: & ſunt (ſi diis placet) qui principis vnius libidinem publicæ libertati, vbi & ſentire, q̃ velis, & quæ ſentjas, dicere liceat, anteponendam putẽt. Cęterum ad Caſſium redeamus, qui beneficio longiſſimę ętatis, Rep. ad meliorem principẽ delata, a Veſpaſiano de relegatione reuocatus, vitã in patria finiuit, domũ habuit, quæ poſtea teſtõ Numidiæ Quadratillę ad Quadratũ oratorẽ deuenit. Fuit & alius Lõginus ex equeſtri ordinẽ, q poſtea ad p̃turã vſq; ꝓuenit, ad quẽ cur potius exilium retulerit Aimarus Allobrox, quã ad conſularem illũ iuriſconſultum, equidem cãm non inuenio, cum ex Tacito apertiſſime cõſtet de iuriſperito dictũ. Aliũ C. Caſſiũ quidã memorant p Hadriani tpa, qui decem iuris ciuilis libros ſcripſerit, ad quem mulierem quandam cum quinq; liberis, vno partu editis, adductã ait Caſſium & Macrobius citat. Inuenio ẽt L. Caſſium Longinũ iiſdem tpibus plebeio genere, verũ antiquo honoratoq; qui ſeuera patris diſciplina educatus, facilitate ſępius q̃ induſtria commendatus fuerit. Cui Druſillam, Germanico Tiberii ex Druſo fratre, nepote, & adoptiuo filio ortã, Tiberius in matrimonium dederit, ſupq; ea re cũ leui honore iuuenis ad ſenatũ ſcripſerit, ac triennio poſt, cũ vrbs graui incẽdio afflicta eſſet, ęſtimando cuiusq; detrimẽto, cũ tribus ſororijs, & P. Petronio p̃fecerit, eam Druſillã adeo amauit. C. Caligula Imperator, q̃uis ſororẽ, ut & ante, q̃ Lõgino collocaret̃, virginẽ p̃textatus adhuc vitiauerit, & in concubitu, ẽt eius quondã deph enſus ſit ab auia Antonia, apud quã ſimul educabantur, mox Lõgino nuptã abduxit, & in modũ iuſtę vxoris ꝓpalã habuit, hæredẽ quoq; bonorũ atq; imperii ęger inſtituit. eadẽ defuncta iuſtitiũ indixit, in quo riſiſſe, laua ſſe, cęnaſſe cũ parẽtibus aut cõiuge liberisve capitale fuit, ac meroris impatiens, cũ repẽte noctu profugiſſet ab vrbe, trãſcurriſſetq; Cãpaniam, Syracuſas petiit, rurſusq; idẽ propere rediit, barba capilloq; ꝓmiſſo, nec vnquã poſtea, quãtiſcunq; de rebus, ne pro concione quidẽ populi, aut apud milites niſi per nomen Druſillę deierauit. Hæc addidimus, q aut filius fuiſſe, aut omnino aliquid attinuiſſe Longino is iuuenis exiſtimari poterat: nã, vt hic ille ſit, qui ad præturam vſque peruenit, impedit, q conſularem eum appellat Suetonius. Appoſuimus etiam epigramma quoddam vetus libertorum Longini, Romæ repertum.

D. M.

C. Caſſius Verecundus fecit ſibi, & Caſſiæ Damalidi libertæ cariſſimæ, & bene mer. idem cõiugi, & C. Caſſio Cotino, & Caſſiæ Moſchidi parentibus, ſuis iſdem patron. libertis, C. Caſſij Longini, & libertis ſuis, libertabusque, poſterisque eorum.

Aminius

Source : BIU Cujas

Aminius Rebius.

AMinij Rebii nihil præter mortē & epitaphiū inuenimus: sed,qa eū Tacitus peritia legum inter primores numerat, visum est inserere.De maioribus nihil comperi ipse pecuniæ ditissimus, famæ non admodū bonę fuit, ob libidines muliebriter infamis: mortem tamen opinione hominum constantius tulit,atq; adeo sumpsit: cruciatus enim ęgræ senectę, misso per venas sanguine, effugit, obijt imperij Neronis anno tertio.

Proculus.

SCholam,& disciplinā Neruę patris Proculus excepit,magna is autoritate fuit,ac plurimū potuit nō ciuili ī modo sciētia, in qua tanti fuit,vt q prius a Labeone,ac Nerua nomen accipiebant,ab eo Proculiani cępti sint dici, sed (opinor) ēt in Rep. hūc nō eū esse arbitror (multi.n.& priscis tēporibus, & illo ęuo Proculi extitere) qui C.Acerronius Proculus vocatus,& cū C.Pontio Nigrino Cos.fuerit,extremo Tiberij principis anno.Caligula dn̄ationem ingressus,cū decretū interceſſisset, vt Coss.magistratu se abdicarēt,quo principi daretur,id quidē abnuit Imperator,sed vna tn̄ ipse ac Claudius patruus cū illis consulatū gesserę.Sed ne eū quidē puto,quē Cocceium Proculum vocat Tacitus,& spiculatorē fuisse indicat,nec quē Plinius Cecilius vt poetā bonū memorat:sed Liciniū illū Proculum, qui Othonianas partes secutus,cęso Galba, p̄fectus p̄torio creatus est: fuerat is intima familiaritate Othoni ꝯiunctus,ac suspectus cōsilia eius fouisse.Post,Othone iā rerū potito, cū seditio, ac tumultus militū ipsorū in vrbe exortus esset,Proculus milites allocutus, ꝓmissis quinis millibus nūmū, turbas sedauit. Cūq; Otho obuiā ire Vitellio cōtēderet, plurimū spei & fiduciæ in Proculo collocauit: itaq; eū peditū equitumq; copijs p̄fecit:is.n.vrbanæ militię impiger,bellorū insolēs,cęteros criminādo,prauus & callidus bonos & modestos anteibat.Cū prope hostes ventū esset,agitāte consilia Othone,an bellū trahi oporteret,cæteris ducibus trahēdum putātibus,Proculus inclinatū in diuersam sn̄iam principē adulatione atq; imperita ꝓperatione iuuit:fortunā.n.ꝙ & copię alacres,& victoria recens esset, & princeps hostiū Vitellius aberat, deos quoq; & numē Othonis adesse cōsiliis,vnà cū Ticiano fratre principis testabat.itaq;, postq̄ pugnari placuit,idē auctor principi,ne p̄lio interesset,vt Brixellū se cōferret,impulit,ibiq̄ue duobus p̄liorū exēptus summæ rerū & imperio se ipse reseruaret, q̄ res in primis partes eius afflixit.profecto,itaq; Brixellū Othone, honor imperii penes Titianū fratrē,ius atq; potestas ad Proculū resedit.qui,positis ridiculè castris, ītermedia flumina atq; aquas milites siti conficiebantur.& cum postridie in hostē procedere vellet,itinere viginti milliū amplius,neq; Paulin⁹ collega assentiretur,superuenere a Bebriaco Othonis literæ, qbus rē quā primū decernere iubebantur. Vbi igit ventū in pugna est, confuso agmine,fusi Othoniani: ita vt apparuerit nō ignauia militū, sed ducū temeritate p̄ctn̄,in fuga Proculus castra vitauit.Aliquāto post veniēte ī Italiā Vitellio (nā duces absente eo ad Padū Othonianos deuicerāt) cū cæteris ducibus occurrit & Proculus, quē cū Suetonio Paulino primū tristi mora squallidū tenuit: donec auditi cū necessariis magis defensionibus q̄ honestis vterent: ꝓditionē vltro sibi imputabant, spatiū longi ante pręliū itineris, fatigationē Othonianorū, permixtū vehiculis agmē, ac pleraq; fortuita fraudi suæ assignātes:ita Vitellius credidit de perfidia:& fidē absoluit.Hæc oīa ideo de iurisconsulto dici interprætati sumus,ꝙ plurimū potuisse eum Pōp. tradit, id quod de nullo alio Proculo his tēporibus reperiebamus: nā neq; prætorii præfectura a iurisconsulto abhorrebat,quā postea & Papinianus. tantus in ciuili facultate vir,aliiq̄ue gesserint.Neq; vltra quidquam nobis de Proculo compertum est, nisi ꝙ eum Vlpianus quasi non leuē iuris auctorem nominat ex rescripto diuorū fratrū. Celsus verò etiam filium Proculum auctorem iuris habuisse videtur.

Cęlius Sabinus.

SVcessit Longino in disciplina iuris Cęlius Sabinus,is ab Othone bimestrem Quintili,scilicet & Sextili mense consulatū cū Flauio Sabino ante acceperat, quorū honori ne Vitellius quidē victor interceſſit.Vespasiani tn̄ postea tēporibus plurimū potuit,siue ꝙ cum fratre eius Flauio Sabino amicitia & ꝯsulatu coniunctus fuerat,siue quia initium Vespasiano imperii primo eius consulatus die Cal.ipsis Sext. feliciter occeperat, Alexādro Tiberio in Vespasiani sacramentum Alexandriæ adigente, isq; primus principatus dies in posterū celebratus est. Librū de edicto ędiliū curulium scripsisse dr, in quo multa scripsit de venaliū seruorū legibus:id enim erat pręcipuum argn̄ edilitij edicti.

Sex. Pedius.

QVo tempore vixerit Pedius,in incerto est, mihi nō admodum abesse a vero videtur, hominem circa hæc tempora ponere,illumq̄ue ipsum esse, quem significat Persius in Satyra etiam oratorem eloquentissimum extitisse,illis versibus.

Fur es, ait Pedio, Pedius quid? carmina rasis.
Librat in antithetis,doctas posuisse figuras, laudatur.

Nisi tn̄ malimus in Persio eum accipere, de quo & Horatius (solet.n.Persius vti nominibus & personis Horatianis.) Cū Pedius causas exudet publicus. Traditur & de Pedio Blęso temporibus Neronis,qui sit repetundarum & furti damnatus Sed,quicunq; fuerit is iureconsultus,& quacunque ætate, libros reliquit de stipulationibus, item ad edictum quinque viginti: vnde multa citātur a plerisq; auctoribus Iustiniani digestorum. quod indicio est hominem & satis antiquum esse & magnæ auctoritatis.

Pegasus.

PRoculus successionem disciplinę reliquit Pegaso. Is temporibus Vespasiani Cos.fuit,cum pusione, quo magistratu in verba eius factū est S. C.vt ei, q rogatus esset hæreditatē restituere,perinde liceret quartam partē retinere,sicut p legē falcidiam ex legatis retinere iampridē licuerat: ex singulis quoq; rebus p fideicōmissum relictis eadē ꝓmissa retētio est, illud quoq; eodē S.C.cauebatur,vt,si recusasset scriptus hęres adire hr̄ditatē quasi suspectā atq; dānosam, desiderante fideicōmissario iussu p̄toris adiret,& restitueret hr̄ditatē, cuius decreti multa abrogauit Iustinianus,multa in Trebellianum S.C.trāstulit, pp captiosas nescio quas stipulationes.Certè Pegasianū ab eo nomē habuit.Eo dē imperante p̄fectus vrbis fuit,atq; ēt Domitiano,qd̄ significare vr̄ Iuuenalis, honorificētissimo hominis testimonio;ait en̄.

Rapta properabat abolla
Pegasus, attonitę positus modo villicus vrbi
An ne aliud tum præfecti? quorum optimus atque
Interpres legum sanctissimus, omnia, quamquam
Temporibus diris, tractanda putabat inermi
Iustitia.
Vexabat enim tunc Romam Domitianus.

Priscus Iabolenus, & Plautius.

SVcessit Cęlio Sabino Priscus Iabolenus. Is officiis interfuit, adhibitus cōsiliis est,ac de iure publicè rn̄dit:tametsi sunt, q eū inter malè sanos numerēt. Ad Antonini Pii imperium vsq; puenit,eūq; est vsus princeps iurisperito,cū multa iura sanciret. Argn̄ dementiæ eius illud fertur, ꝙ,cū Passēnius Paulus splendidus eques Ro.& ī primis eruditus scriptor elegorū, municeps & gentilis Propertii,recitaret,& ita carmen cæpisset dicere, Prisce iubes:ad hoc Iabolenus Priscus (aderat.n.vt Paulo amicissimus) ego verò non iubeo hic tibi risus,ioci, eo maiores,quo vir grauioris ꝓfessionis desipuerat, & qd̄ Paulo aliena deliratio aliquantū frigoris attulerat.E Cassio quindecim libros, epistolarū quatuordecim,quinq; ad Plautiū reliquit. Fuit.n.& Plautius inter iuris prudētes celeberrimus, de quo & si nihil cōperti in vita habeo, sępe tamē in libris legū accitur, multosq̄ue & præcipuos iuris prudentes vel ad eum, vel in opera eius scripsisse constat: quamquam eo quoque cum multis tacuit Pompon.

Iuuentius Celsus, pater ac filius.

CElsus pater Pegaso succesſit, de Mario quodā Celso multa apud Tacitū ī rebus Othonis inuenio, quorū nihil pertinere ad hunc nostrū arbitror.Is Celsus & apud Traianū magno in honore,& Hadriano principi inter iudicandū præcipue in cōsilio fuit,cū ille non amicos suos,aut comites solum,sed iurisconsultos ēt,quos tn̄ senatus omnis,pbasset,adhiberet.Filius quoq;, quē quidā Iuliū voeāt,eodē studio clarus, duos ꝯsulatus per Hadriani,vt ferunt,principatum gessit, vnum cū Neratio Marcello,posteriorē cū Iulio Balbo,quē apud Cassiodorū nō cōperio: sed & pro Marcello,Marcellinū ponit. Plinius tn̄ Cecilius Marcellum seruat:est sanè apud eundem Cassiodorū cos. Celsus cū Crispino per Traiani principatum, anno xix. ante consulatū illū cū Neratio:vt possit is honos ad patrē ēt ꝓtinere.Filius libros reliquit digestorū xxxix.institutionū xx.epistolarū xiii. Hadriano in cōsilio fuit.De Iuuentiorum gente,satis supra demōstrauimus. Extat hodie apud Alberinos Romæ marmor cum iis inscriptionibus libelli precum.

VELIVS FIDVS IVBENTIO.
CELSO
COLLEGAE SVO SALVTEM. Desideri frater Arri Alphii Arrię Fadillę dn̄i. N. Imp. Antonini Aug. matris liberti libellū tibi misi cogniti mihi ex longo tpe primæ iubētutis ēt miratus cū ab ędib⁹ esse quot eo lo.se ꝯtulisset, a quo didici cā se reqtionis seu reqetionis P.R.& religiōis magnope a dn̄o N.Im.ī petrasse ita ne qua mora videat ei p nos fieri libellū subscriptū p eun dē publicū sine mora mihi remittas. opto te saluon & febcē es.

EXEMPLVM LIBELLI DATI

Cū ante hos dies cōiugē & filiū amiserim & pressus necessitate corpora eorū fictili sarcofago cōmēdauerim, doni quies locus quē emerā ædificarēt via Flaminia inter milliar II.& III.eū tibus ab vrbe parte lęua custodia monumēti Fla.Thumeles Amesolę M.Sini Orgili rogo dn̄e permittas mihi in eodem loco in marmoreo sarcofago quē mihi mō cōparaui ea corpora colligere, vt qn̄ ego esse desier pariter cum eis ponar. Decretum fieri placet.Iubētius Celsus ꝓmagister subscripsi iij. non. Nouēb. Antio Polione & Opimiano Cos. ordinalis Seuero & Sabiniano Cos.

Neratius Priscus.

IS quoq; scholam Celsi patris excepit. Traianus princeps optimus tantopere eū probauit,vt frequens opinio fuerit, eum in animo habuisse,Neratium,non Hadrianum,successorem relinquere,multis id ei amicis assentiētibus,vsqueadeo, vt Prisco ali-

Source : BIU Cujas

quãdo dixerit,cõmendo tibi prouincias, si quid mihi fatale contigerit:nam & Traianus ipse(vt quidam tradunt) iuris diuini atq; humani cõsultissimus fuit, quod magni huic studio honoris loco habendum est.Sed tñ Hadriano,seu fauore Plotinæ, seu propter suspicionem affectatę a Palma & Celso inimicis eius cõtra Traianum tyrãnidis,in adoptione atq; imperij succession promoto,Neratius inter præcipuos iudiciario cõsilio affuit:consulatum etiam (incertum,quo tpe) administrauit,quidam addunt ei collegam Antonium aut Antoninum,eius hæc ferebantur volumina,membranarum libri septem,qõnnm tres,responsorum quinq;,e Plautio decem,quatuor epistolarum, regularũ quinde cim,vnus de nuptijs,vnde Gellius morem sponsaliorum latinorum annotat. Neratios præter hunc aliquot legimus.Neratium Marcellum,vt dixi,nominat Cęcilius:est verò apud Gellium ex libris Labeonis nequam ille Neratius,qui pro oblectamento habebat,os hominis liberi sua manu verberare, sequente seruo eũ loculis plenis assiũ, & quẽcũq; dñs depalmauerat ,numerari statim ex xij.tab.asses xxv.iubebat,ꝓpea ptores edixerũt, se iniuriis æstimandis recuperatores daturos, atq; ita paulatim lex abolita desuetudine est. Domitius Labeo.

GEntis Domitiæ originem ac progressus,ad imperatorios titulos Neronis a Suetonio relatos, non tam inertia hoc loco prætermittimus, quam instituto & cõsilio, sua apud quẽque auctorem relinquendi,nihilq;,tantum vt transcribam, transcribendi,& ꝙ is Labeo familiæ ne ac stirpis Domitiæ fuerit, nobis in ambiguo est,cum præsertim ea nominum inditione plebeiorum hominum,qui se ipsi adoptabant, & maiorum gentium titulis nuncupabant, magna ex parte corruptam Ro.historiæ veritatem,Cicero affirmet.Is,quacunque progenie fuerit,Hadriani temporibus floruisse dr̃,& libros epiromatum vnum, epistolarum complures ab eo relictos,vnde ea sint omnia,quæ Tribunianus suis digestis inseruit Labeonis nomine, nõ ab Antistio, quem Politiani errorem,repetitum,vt pleraque,a Cotta,Riuallius Allobrox non absurde coarguit,cuius sñiam vt probẽ, facit a Labeone citata sæpe Labeonis in legibus auctoritas. ff.de ꝙdi. & dem.l.xxxix.& xl.§.pe. sic.n.malo accipi, quã, vt mihi quoque ipsi aliqñ placuit,patrẽ a filio laudari,quos ambos supra memorauimus. T.Aristo.

TQuoque Aristonẽ, & si omisit Pompon. nobis nõ est visum præterire:fuit enim iurisc̃ōsultus & doctus,& priuati iuris ac publici peritissimus,qđ non modo Gellius indicat, sed Plinius quoque iunior honorificentissimis ad eũ literis testatur: consulit.n.hominem de obscuro iure quodã senatorio (quod, & si corruptis exemplaribus,partem ait esse publici.) an sñias diuidi,an iri,in singulas oportuerit.aitq; Aristoni, in omnium penè negligẽtia,& temporũ Domitiani iniquitate, supfuisse curę, sic iura publica,vt priuata,sic antiqua,vt recentia,sic rara,vt assidua,tractare,apud eũdem alia epistola se purgat, de recitatis verisiculis molliusculis,in quo illum amice ac simpliciter a qbusdã reꝑhensum docuerat;scripsit Aristo volumina de decretis Frõtinianis.Frõtinum.n.& Corellium (vt ne hos quidem prætereã) ait idem Cæcilius spectatissimos in ciuitate viros extitisse sua tẽ pestate,& a se in consilium adhibitos super in officioso testamẽto:quos tñ nescias an inter iurisperitos numeres. idem certè Plinius mortem Corellij sine vlla eius professionis mentione, describit.ideoque omittimus.

Albvrnius Valens & Tuscianus.

IAbolent auditotes,Alburnius Vallens, quẽ quidã Eburnium. Capitolinus Saluium nuncupat (nisi verò duo sint,alter ab altero diuersus Valens,atq; Alburnius,siue malis Eburniũ) & Tuscianus,parum omnino habent,quod in eorum vita memorari possit, nisi quòd Valens traditur Antonino Pio operã suam in iure condendo,atque vsum præstitisse,ac reliquisse fideicõmissorum libros septem.Neque verò satis constitutum habeo, hũc illum esse Valẽtem,ad quem sunt Plinii Cęcilii literæ, cum nõnulla tamen significatione vel iuri vel adnocationibus dediti hominis,illum quidam cum Vero fuisse eos. tradunt.

Vindius Verus, Vlpius Marcellus.

HOs quoq; Antonino Pio fuisse in consilio,cum iura cõderet,qbus nõ mediocriter incubuit,Capitolinus est auctor, sed ita, vt quibusdam quattuor, aliis duo videantur, quod proprius vero est.Vlpium igitur Marcellum etiam Seuerri imperio floruisse fuerũt,& reliquisse libros digestorum vnum,vel,vt est apud alios,octo & triginta, responsorum vnum, sex ad leges, quibus adiicit Riuallius quęstionum xxix. de iure militari duos, quinque de officio cos.Vtraq; familia & Vera & Marcella nobilissimę,illa verò ẽt imperatoria, sed quarum nescias ii necne fuerint progenies.Marcella durat in hodiernũ Venetiis, & pristinã nobilitatem retinet vt & aliæ aliquot Ro.Calua, Memmia, Balba,Veturia,&,vt quibusdam placet,Cornelia, ex fuga seruitutis & barbarici in portum libertatis principatusq; seruatæ.

Arrianus.

HAdriani atque Antonini tempora vt pacata & iusta, uultos iuris prudentes tulere, in ijs etiam Arrianũ, qui libros fertur scripsisse complures,prę̃sertim de re militari.Sunt,qui existiment,hunc illũ esse,qui res gestas Alexandri Macedonis Græcè scripserit,quib.ego non facilè assentiar, cuius illũ extitisse putem,ad quem multæ sunt Cęcilij epistolæ, quibus eum non tam quasi iurisconsultorum,quàm vt aduocatum & oratorem, atq; adeo Demostheni & Caluo vi orationis parẽ alloquitur, significatq; & in senatu versatũ,tandemq; in otium se cessisse.

Tertullianus.

EIdem ætati ascribitur Tertullianus, qui libròs qõnum quattuor,vnum de castrensi peculio edidit,quidam eum & quos fuisse produnt, quod ego apud Cassiodorum non reperio, sed Tertullũ,quem Cęcilius Cornutum vocat, principato Antonini Pij, collegam Sacerdotis ad cuius ẽt relationem factũ interpretor S.C.Tertullianum,sed Hadriani imperio, de successione matris in bona filij intestati,ad quæ per xij.tab.antea non admittebatur,sunt,qui conijciant eundem esse Tertullianum, qui postea religionem Christi amplexus,egregios pro ea libros reliquerit.id mihi nondum planè liquet.extat alioqui apud D.Hieronymum inter scriptores christianos.

Saluius Iulianus.

SAluius Iulianus cognomento Seuerus origine Mediolanẽsi, nobili familia,iuris peritissimus fuit,quam cognitionẽ à Prisco Iaboleno acceperat,is perpetuum edictum diligentissimè cõposuit,supꝑeuitq; etiam,nouo addito capite,quo liberi emancipato patri coninngerentur in bo. possessionibus successionum prætoriarum,anno post natum Christum 134.per Hadriani Imperium:cui etiam in consilio,cum indicaret,assedit. Antonino deinde Pio ac DD.fratribus carus & magno in honore fuit: eũ enim quodam rescripto & amicum suum & V.C.appellant, extat eius apud Pomponium memorabilis illa vxor, & si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc tamen addiscere vellem, consulatus duos gesit,& præfecturã urbis, sed iuris ciuilis scientiã maximè nobilitatus est,reliquit libros digestorum nonaginta,de ambiguitatibus vnum. ad Minutiũ sex, ad Vrseium quattuor.Hũc nonnulli vetustissimum putant,inter eos, quorum ex operibus digesta Iustiniani Tribunianus confecerat. Constat ex antiquissimis & illi æuo proximis auctoribus, parentum proauũ fuisse iurisperitum Didio Iuliano,qui,post Pertinacem,imperiũ Ro.à militib. pecunia redemit: tametsi apud alios leuioris fidei scriptores auum,a Politiano autem (per errorem credo) auũculus dicatur:nam ex iurisconsulti filio natus Petronius Didius Seuerus principem ex clara Aemilia genuit. Saluium ad Commodi vsque tempora peruenisse,ab eoq; inter principes viros cæsũ, memoriæ proditur a Græcis quibusdam auctoribus, quorum fidei temporum interualla non satis congruũt,nisi ad extremã senectam venerit.Imperator ipse proauum iuris gloria adæquasse creditus,cuius vitam,ꝙ optimis plurimisq; auctoribus,ampliore titulo,inter imperatorias traditam habemus,conscribendi consilium non fuit.Sepultus est vterque via Labicana,milliario ab vrbe quinto:sunt,quibus placeat. ẽt Iulianum illũ Christianæ religionis desertorem.Ro.principem,ex hac familia nonnullã originem ducere,quod nobis non satis constat:ille enim ex Cõstãtio Constantini Magni fratre germano est natus,prosapia paterna Dardanę originis,matre Basilina nobilissima, per quã si forte Iulianorum domum cõtingebat,satis imperii nomine & scriptis testatam sui memoriam reliquit.

L.Volusius Metianus.

ANtoninus Pius,& (vt Politianus addit) Hadrianus etiã hoc quoque iuris perito sunt vsi. Marcus verò Antoninus philosophus, cum iuuenis adhuc iuri operam daret, eundem hunc magistrum habuit quod haud mediocris laudis loco equidẽ posuerim,cum ille vere diuinius princeps tantopere vel studia coleret,quibus meliorẽ fieri viram negari non potest, vel magistros honoraret:solebat enim ille imagines prꝰceptorum aureas in lario hẽre,& mortuorũ sepulchra, adhibitis hostiis & floribus. sꝑ ornare.Tradit a Lampridio Metianus ẽt discipulus fuisse Papiniani,& Alexãdri Imperatoris familiaris, & in cõsilio socius, vt rõne temporum adducar, ne eũdem Metianum putẽ,fuerũt alterutrius,aut utriusque opera hæc, fideicommissorũ libri sexdecim,publicorum quattuordecim,addit Ruual.qõnum singul.

Martianus,Mauricianus.

VT similia noña,quæ sæpe mutuò viciantur coniũgamus,fuit ꝑ eadẽ sane aut paulò iferiora tpa Aelius Martianus auctor iuris nõ inceleber,eum Didius Iulianus Imperator iusserat occidi:sed elapsus discrimi.postea:n cõsilio Alexãdri fuit. Libri eius hi ferebãtur, institutorũ sexdecim,regularũ quinque, de appellationib.duo,totidẽ publicorũ, singulares tres, de delatoribus, hypothecariæ,ad S. C.Turpil. Sane eadẽ hic quoque, quæ & in Metiano,ambiguitas. Martianũ n.Lampridius inter discipulos Papiniani,familiaresque socios & cõsiliarios Alexãdri principis numerat,ad quem sunt ab Hadriano anni amplius cẽtũ. a Iuliano ferme quinquaginta:sed tñ nõ habeo auctorem veterem de intentata ei a Iuliaao cęde,& pugna est non inter Capitolinũ & Lampridiũ,sed inter hunc & Politianũ,quique eius auctoritatẽ secuti sunt. Mauricianum prꝰterea quendam numerat Riuallius,cuius fuerint ad leges libri sex.

Serbi-

Source : BIU Cujas

Serbidius Sceuola.

M Antoninus,quem ſapiẽtiæ ſtudium, philoſophi cognomine honeſtauit,hoc præcipuè iuriſperito & ſanciendis legibus,& in conſilio imperator eſt vſus,& ante imperiũ, vt nõ nulli tradunt,etiam præceptore. Docuit præterea Serbidius Septimium Seuerũ Afrum,qui poſt Iulianum glorioſiſſimè impe rauit,& Papinianum etiam:ſolebat dicere, ius ciuile vigilãtibus eſſe ſcriptum,reliquit libros quæſtionũ viginti, digeſtorũ xxxx. rũſorum ſex,regularum quattuor, de qõne familiæ vnum, aliũ qõnum publicè tractatarum,in reſponſis eam ſemper cautionẽ adhibuit,vt ius ad facti conditionem,qualitatemq; accommodaret:itaq; ſemper illa clauſula vtitur,ſm ea,quæ proponerẽtur.

Aemilius Papinianus.

IVris ciuilis cognitionem Papin.Hoſtilio Papiniano,atq; Eugenia Gracili natus,a Sceuola didicit, procurationẽ fiſci poſt Septimium Seuerum exercuit, cui ꝙ vel ex condiſcipulatu, vel affinitate per ſecundam vxorem (nam id quoq; traditur) vel cõſuetudinis gratia,amiciſſimus erat,vbi ille rerum potitus eſt,Papinianum præfectum prætorio cõſtituit,non, vt ait Politianus & Cotta,vrbis,quo in magiſtratu Paulum atq; Vlpianũ diſcipulos ſuos aſſeſſores habuit. idem princeps ei moriens filios ſuos commendauit,quorum alter Antoninus Baſſianus Caracalla a patre poſt habitus,ad imperium tñ fauore exercitus cum perueniſſet,Getãq; de medio tollere in animo haberet, & de inſidiis eius apud prætorianos milites in caſtris queſtus eſſet, Papinia. etiã tum prætorij præfecturam obtinens,fratrum concordiam, quam potuit maximè, fouit,egitq;,ne Geta occideretur, qua de re,cæſo iam fratre,infenſus ei Caracalla, tametſi eum cum cæteris concordiæ autoribus perdere deſtinaſſet,ei tñ innitens,a Capitolio in palatium redijt,nec multo poſt, alijs compluribus ſublatis,qui fautores fuerant Getæ,a militibus, non ſolum permittẽte,verumetiam ſuadente Caracalla, occiſus traditur: ſunt, qui in conſpectu eius ſecuri pcuſſum, & a militibus confoſſum ſcribant,ideoq; carnifici dixiſſe principem, gladio te exequi oportuit iuſſum meum.cã mortis,vtcunque, aut prætextus certe atq; occaſio,amor Papiniani non tam in fratrem,q̃ in concordiam vtriuſque fuit:proditum tñ variè memoriæ eſt.multi dixerunt, Caracallam, occiſo fratre, mandaſſe Papiniano, vt & in ſenatu per ſe & apud populum facinus dilueret,illum reſpondiſſe, non tam facile paricidium excuſari poſſe, q̃ fieri. alij rogatum ferunt a principe:vt orationem,qua inueheretur in fratrem, ſibi dictaret,recuſaſſe,ac dixiſſe,aliud eſt parricidiũ,aliud accuſare innocentem occiſum,quam cãm tametſi quidam improbẽt, cur nõ conueniat,haud equidem video: in iuriſperito præſertim, q nõ minorem dicendi,q̃ armorum facultatẽ haberet: illud conſtat, diuinã ab eo in morte editã vocem. nã, cum raptus a militibus ad palatiũ traheretur occidendus,dixit,ſtultiſſimum fore, q ſibi ſuccederet,præfectum,niſi violatam crudeliter præfecturã vindicaret.quod & factum eſt:nam ſucceſſor Papiniani OpiliusMacrinus,& ipſe a iuris ſtudio non abhorrens, occiſo Caracalla,ex præfecto prætorij imperium inuaſit,cuius Macrini vitã, ꝙ multis imperij nomine conſcripta eſt:non cõficiemus.ſicut ne Traiani quidem aut Iuliani,aut denique cæterorum imperatorum confecimus. Hunc finem immeritiſſimo habuit vir ſanctitate morum,ſcientia ac rebus geſtis inclytus, qui iuris Aſylum,q doctrinæ legum theſaurus fuerat,ex cuius ludo, tanquam ex equo Troiano, innumerabiles ciuilis ſcientiæ proceres exierant,atq; ideo habuit, ꝙ paricidium excuſare noluerat,ne homini per ſe & ſua conſcientia magno dignitas ſaltem deeſſet. Verùm enim uerò longè tum is ea de morte fęlicior,quã ille de imperio,qui ſe fęliciſſimum omnium exiſtimabat. Neque tñ tanto ſcelere ſatiari rabies tyrannica potuit: ſed innocentiſſimi filij cędem patris ſanguini addidit,qui quum triduo ante quæſtor opulentum munus edidiſſet,interemptus eſt, & paucis diebus innumeri,q Getæ partibus fauebant.ita,quãtum in illa fuit peſte, atq; immaniſſima bellua,ſeminarium omne iuris interciderat, niſi cõplures,atq; oẽs, quos infra ſubnectã, hauſtam e Papiniani fontibus diſciplinam,vnde ipſi Papinianiſtę ſunt dicti, conſeruaſſent, & volumina eius,quę hæc fuere,libri reſponſorum xix.quæſtionũ xxxvii.definitionum duo, de adulterijs vnus, ad edictum ędiliũ curulium vnus,digeſtorum xiix.Fertur hominis epitaphium duplex:nã Socinus filius ſcribit,ętate ſua,vt ex patre audierit,vrnã argenteam,a quodam ruſtico Romæ inuentam,oſſaq́ inde in Tiberim proiecta, vbi hic titulus fuerit. Aemilij Papiniani iureconſulti & præfecti prætorio requieſcunt hic oſſa, cui infęlix pater & mater ſacrũ fecerũt,mortuo anno ſuæ ætatis xxxviij.Alterũ ex marmoribus,qđ ego diu q̃ſitũ Romę non cõperi,tale fuit.

D. M.

Aemilio Paulo Papin.præfect.prætor. iuriſconſulto qui vixit annis xxxvi.diebus x.M.iiij.Papin.HoſtiliusEugenia Gracilis turbato ordine in ſenio heu parentes fecerunt filio opt.

Sũt & alijpcelebres iuriſperiti,veluti Domitius Vlpianus,Iulius, Paulus,Pomponius,Herennius Modeſtinus, & alij id genus,Tribonianus & ſocij, de quibus luculẽter ſupra per Valentinũ Forſterium in hiſtoria iuris ciuil. libr.2.quẽ(ſi vacat) videre poteris.

VITAE RECENTIORVM I. CONſultorum, qui poſt recuperatam Romani iuris prudentiam,eandem & docendo & ſcribendo profeſſi ſunt ad hæc vſque tempora.

PER IOANNEM FICARDVM Francofurtenſem.

IRNERIVS.



VI vetuſtiorum poſt recuperatã Romani iuris prudentiã Iure conſultorũ mẽtionẽ in ſcriptis ſuis fecerũt, Irneriũ ferè omnes tanq̃ primũ illius Iuris reſtauratorem celebrarunt. in l ius ciuile.ff.de Iuſt.& Iure. Idem Gãma. in tracta.exten.col.3.dicit. Quẽadmodũ enim Odofredus (qui non ita longo eũ interuallo inſecutus eſt) cõmemorat, cũ Bononię primũ artes liberales tñ, publicè docerentur, eſſẽtq; inter ipſos earũ profeſſores etiã hic Irnerius,poſtea verò ius ciuile Romanũ recuperatũ eſſet,& Bononiã quoq; importatum, cœpit Irnerius, ſepoſitis alijs ſtudijs, huic ſe totũ dedere:tantaq; eius dignitate atq; elegantia captus, nullo ẽt magiſtro,ſedulo illi ſua Minerua incumbere. Cętęrum cum eius vſum vtilitatemq; eſſe permaximã, & longè præſantẽ intelligeret, illud profiteri ẽt atq; docere alios primus inſtituit.Primus itẽ gloſſulas obſcurioribus difficilioribusq; locis apoſuit. Quą de re & celeberrimũ apud oẽs nomen ſibi comparauit,& primus Iuriſprudentiæ illuſtrator, adeoq; lucerna Iuris, paſſim vocitari cępit.Quãquã enim (vt idem Odofredus ſcribit) alius quidã,Pepo noĩe,primus Bononiæ propria authoritate leges eſſe profeſſus feratut,tñ tam obſcurus ille, tamq; nullius nominis fuit,vt meritò ante Irneriũ nemo Ius docuiſſe,dici poſſit. Neq; verò gloſſas tñ interlineares,legib⁹,vt dictũ eſt,appoſuit: ſed & Autẽticas (ſic vocant) ex ipſo Autenticorũ Iuſtiniani Imperatoris volumine, quàm breuiſſimè iuxta ſnĩam tñ deſumptas, legibus Codicis eiuſdẽ Iuſtiniani inſeruit: rẽ gratiſſimã ſimul,& cõmodiſſimã Iuris ſtudioſis faciens. Etſi autẽ ſint q hoc alijs ex vetuſtis tribuant,cõis tñ poſt Accurſium (qui id cõpluribus in gloſſis Autenticarum teſtatur) opinio eſt, Irneriũ Autenticarũ authorem eſſe. Exceſſit è viuis hic Irnerius circiter annũ dñi MCXC.cum Ius ciuile ex Malfitanæ vrbis direptione in Italiam Piſas,ab ipſis Piſanis victoribus eſſet relatum anno MCXXVIII, vt meminit Viglius, vir abſoluta non modo Iuriſprudentia, ſed & omnium adeò diſciplinarum eruditione.

Hugolinus, Bulgarus, Martinus,Placentinus,Ioannes.

POſt Irnerium increbreſcere ſtatim Iuriſprudentiæ ſtudiũ cępit:nec diſcentium tantum multitudo, verumetiam doctorum copia fuit.Circa eadem enim tempora anni MCXC. profeſſi ſunt leges.vide Bal.in ꝓę.Feudo.Hugolinus,Bulgarus,Martinus,Placentinus,Ioannes:vt alios interim obſcuriores ignobilioresq; omittamus:quales fuerunt,Aldericus,(qui tamẽ homo magnæ authoritatis à Rofredo appellatur, & in Gloſſis Accurſij ſæpe allegatur) Barnerius,Kilianus, Columbus, Faſolus, & ſimiles,quorum nulla omnino monumenta extant. Nam & iſti quos paulo ante commemoraui,nihil admodum inſigne & præclarum præſtiterũt: licet poſteriores duo Summas quaſdã poſt ſe reliquerint. De Hugolino quidẽ hoc refertur, ꝙ ipſe author fuerit eius:quam quidam Collationem decimam vocant. Primus enim libros Feudales,& Conſtitutiones Friderici vtriuſque & Conradi Imperatorum collectas, Nonæ collationi Autenticorum Iuſtiniani ſubiunxit, Decimamq́ue ex ijs Collationem (vt tradit Odofredus) conſtituit. Bulgarus verò,ex docendo tantum paucisq; gloſſis innotuit primum, & deinceps in poſterorum memoria permanſit. Bulg. Iuris ciuilis antiquus gloſſator adeo cõſenuit, vt cum pueris luderet ad puluerem, quod refert Bertran.conſi.336.num.11.vol.j. Similiter & Martinus: ſed non admodum ille feliciter.Siquidem pleræq́ue eius in iure deciſiones,à poſteris in controuerſiam vocatæ confutataeq; ſunt:adeò vt alicubi Iaſon Inſtit.de Actio.§. ſi minus col.v. dicere non vereatur,Martinum nihil vnquam ſani veriq; dixiſſe. Placentinus ad montem Peſſulanum Summas in Codicem, & libros Inſtitutionum compoſuit: quæ ſuperioribus annis apud nos demum euulgatæ,nec pęnitendæ ſunt.Mar.fuit de Goſis de Bono.vnde Goſiani qui tenent eius opi appellantur: vt per Cy. in l.vnica. in §.taceãt.in fi.C.de rei vxo.act.Ioannes Boſianus Cremonẽſis patria,ſimiliter ẽt ipſe Summã cõſcripſit ſup Pãdectas,ſed breuiorem. Hanc Odofredus ventoſam Summulam vocat, & ſcribit

Source : BIU Cujas

solummodo ad Placentinum exagitandum editam, præterea autem nihil boni continere. Fuit præceptor Azonis & Accursii, quare crebra ipsius per illos fit mentio. Floruerunt isti circiter annum MCXC.

A Z O.

AZo Bononiensis fuit. Præceptorem habuit Ioannē Bosianum Iurisprudentia reliquis ętatis suæ iurecōsultis longè præstitit: quā publicè Bononiæ primū professus est. Inde verò ęmulorum inuidiæ cedens, ad Montem Pessulanum se contulit, ibidemq; non minori cum gloria, cum illum optimus atque studiosissimus quisq; eruditionis causa sequeretur, quasi priuatim docuit. Verum cum in dies magis ac magis nomen ipsius celebraretur, virtute inuidiam superante, Bononiam est reuocatus, magnoq; deinceps in precio fuit. Multos claros viros erudiuit. Summam in omnes Titulos Codicis cōscripsit elaboratissimā, doctorumq; omniū calculis primo loco receptam. Cōscripsit etiam magnos apparatus super digesto veteri. Hunc Bald. in l. j. ff. de eden. (non imperitus ingeniorum iudex) plus semel, tanq̄ fontem legum, & vas electionis prædicat. De morte tanti viri nescio quæ ex maiorum relatione per quosdam feruntur, qbus tamen, quando eius rei nullum ex historiis aliorumve scriptis iudiciū hr̄ (quod ego quidē sciam) fidē hactenus hr̄e nō potuit. Monumētum sanè, quod ei mortuo positum est, & nūc ad viā publicam propè turrim Sancti Seruatii vr̄, etsi non ornatum sit, honorificum tñ est cum primis. Hāc enim habet inscriptionē.

TRINITATI
AZONI IVRISCONSVLTORVM
NVMINI
ANNO GRATIAE MCC. HIC TVMVLATO
IN SEPVLCHRO VETVSTATE
COLLAPSO
AC INTER RVDERA VIX AGNITO
IO. FRANCISCVS ALDROVANDVS
DICTATOR
ET CONSVLES BONON.
P. IMPENSA:
CONCIVI SVO B. M. MEMORIAM
POSVERVNT.
ANNO SALVTIS MCCCCXVI.
V. IDVS OCTOBR.

Nihil itaque verisimilius est, quàm citra notam vita defunctum esse eum virum, cuius memoriam summi magistratus sacram habuere, & ab interitu asserendam vltro sibi sumpsere. Ex epitaphio tempora vita colligi possunt.

ROFFREDVS.

ROffredus patria Beneuentanus, vir doctus & festiui ingenii fuit: quod eius scripta satis indicant, quibus multis in locis opportunè suauiterq; iocatur. Præceptor vsus est Kiliano quodā, cuius tñ scriptum nullū extat. Audiuit etiā Azonē, vt ipse refert in Actione negatoria, proindeq; illum frequēter Dñm suū appellat. Post transmigrationem Bononiæ (vt ipse vocat) pfessus est Ius ciuile publicè Aretij, vbi & egregiū illud op⁹ Libellorū, & Qōnes suas Sabbatinas edidit. Floruit anno MCCCCXV.

ACCVRSIVS.

HIs succeſſit Accursius Florētinus, auditor Ioannis & Azonis, vir magni ingenij, & singularis industrię. Primus enim in vniuersum corpus Legum, ipsasq; singulas leges Glossas conscripsit: cū superiores hoc solūmodo in obscurioribus locis nō ordine, sed passim fecissent. De hoc dici pōt, qđ quidā de Bartolo dixerunt: præclarum fuisse virum, multa tñ habere præceptorum suorum. Extabant. n iam tum compluriū Glossæ in leges: Irnerii videlicet, Bulgari, Martini, Placentini, Io. Azonis, & aliorum, de quibus tñ etiam tum Azo in prooe. Sum. conquerebat, ꝙ legum notitiam sępenumero tenebris obscurarent. Ex his oībus cum Accursius perpetuo ductu atq; contextu suas Glossas composuisset, ꝙ essent absolutiores & ordinatiores illę, tum etiam quia reliquas in se continere viderentur, solæ deinceps ad hæc nostra vsque tempora Iuris studiosorum manibus versatę, & ita veteres abolitæ sunt. in quantā verò authoritatē deinceps illę apud omnem posteritatem excreuerint, nihil opus est commemorare, cum vulgatū sit illud, Glossæ authoritatem omnes excellere, & illi tanquam Carotio veritatis perpetuo adhærendum esse. Ias. in l. vt vim. col. pen. ff. de Iusti. & iur. Sūt qui tradunt Accursium XXXVII. demum ętatis anno Iuris ciuilis studium esse ingressum: quod sanè mirum videri poterit illis, qui cū hūc excellentissimam iurisprudentiam consecutum esse fateantur, tamen affirmare, deque eo contendere solēt, nullam hominis ætatem huius disciplinę cognitioni sufficere, maximè si qui Bartoli opinionem (quod plerique illi faciunt) sequantur, qui negat præsumi post XXV. annum quicquam amplius a quoquam addisci posse. Sed stultissima illa sententia, multis etiam in hac legali disciplina exemplis, eorum hominum qui in clarissimos viros, ēt sero studium capescentes, euaserunt, cōfutari potest: vt infra suis locis indicabitur. Professus est Bononiæ, vbi relicto filio Francisco Accursio, ipso ēt iureconsulto & professore, sed patre longè obscuriore, decessit. Sepultus est ad S. Franciscū Bononiæ, vbi foris iuxta ingressum, illius monumentum, quod filio cōe est, extat: hanc habens simplicissimam inscriptionem.

Sepulchrum Accursii Glossatoris legum &
Franciſci eius filii.

Quo anno decesserit, non satis constat. Floruit autem anno MCCXXVI. vel anno 1236. Vt in Cro. Bossiana. Imo. 1246. In Auth. vt præpo. no. impe. quo tempore (vt ipse refert) etiā Glossas in Autenticorum volumen conscripsit. Cùm hoc autem Accursio finem ipsi Glossatores habuere: cum post illū nemo fuerit, qui Glossas amplius conscripserit, vel ꝙ omnem glossandi materiam iam esse consumptam arbitrarentur: vel quod ipsam commentandi rationem maioris laudis & glorię ducerent.

ADDITIO.

Mirū est, ꝙ de Ceruoto altero filio nihil dicat, ideo adde Bal. in l. j. in §. interdum ff. de legi. tu. & dic ꝙ additiones huius plures sunt ferè oēs reprobatę, vt in l. liber hō. in §. si Attilicinus. & ibi Barto. ff. de hær. inst. & in l. pręterea. & ibi Bald. ff. mand. & in l. 1. in §. officio. ff. de tu. & ra. dist. præter intellectum cōiter ap̄batū ad l. singularia. ff. si cert. pet. & eū reprehendit etiam quoad alia Imo. in l. Modestinus. ff. de solu. Immo ꝙ ēt intellectus ad d. l. singularia veri simiſiter fuit vt ibi p̄ Bar. Iacobi Baldui. qui succesſit Accur. & ęqualis fuit Io. de Blanasco, ex quo ab Odoffredo disci pulo relatus est: & no. ꝙ Accur. filium Franciſ. emancipauit. Vt per eundem Bar. in l. in quartam. nu. 10. ff. ad l. Falc.

IOANNES DE BLANASCO.

IOannes de Blanasco Burgundus, non longo interuailo Accursium insecutus, Bononiæ Iura professus est. Fuit ęqualis Iacobi Balduini, qui & ipse tum magni nominis erat inter Iuris p̄fessores: quanquam nullum post se scriptum reliquerit, sed per Odofredi discipuli sui scripta potissimum in memoria remanserit. Ioannes tñ de Blanasco in Commentariis suis super Titu. de Actionibus, in Instit. aliquoties ipsius Balduini opiniones affert, vt nescias vtrum id tanquam lector, vel tanquam auditor fecerit. Hic Blanascus anno MCCLVI. Cōmentaria illa de Actionibus, vt iam dixi, Bononię edidit, in quibus veteres, Martinū, Placentinum, Azonem, Roffredū, Accursium identidem, & ipsum illum Balduinum nonnunquam allegat. Vide de his Cōmentariis Io. And. in add. ad Spec. in prę fa. Multa in formulis Libellorum Roffredi negligenter tradita, vel omissa, notauit potius q̄ reprehendit. Ista commentaria iam propemodum ignorata, aut saltem apud perpaucos sepulta, hac ętate in lucem restitui per doctissimū virū Iustinū Goblerum iurecōsultum, & illust. Principis Erici Ducis Brunsuicensis Consiliarium, amicum nostrū, curauimus. Scripsit Blanascus & Ordinē iudiciariū satis docta tractatione, qui publicè extat. & (vt quidam tradūt) Variarū quę stionum librū vnum. Amplius de ipso nihil habeo compertū.

INNOCENTIVS.

SInibaldus (qui postea Pontifex Max. factus, Innoc. quartus dictus est) Ianuensis, ex nobili Fliscorū familia fuit. Audiuit Bononiæ Azonem iam senem, Accursiū, & Iacobū Balduinū. Eruditione atq; prudentia oībus ętate sua longè p̄stitit, quapropter & inter Cardinales cooptatus, & demum Pontifex Max. creatus est. Tradūt eū post synodū Lugduni habitam (in qua Fridericū II. imperio abdicauit) cum ibidē longius moraretur, Cōmentarios suos in Decretales cōscripsisse. Immo cōposuit ēt tractatū sup̄ feudis & homagijs, vt testatur Bal. ipsumq; Doctorē subtilē appellat consi. 291. col. 4. volu. 2. qui quidē Cōmentarij in tanta apud posteros Iureconsultus authoritate dignationeq; fuerunt, vt pleriq; patrē veritatis Innoc. appellauerint. In eo tñ à qbusdā reprehēsus est, qđ dū breuis esse laborauit, obscurus fuerit. Hoc memorabile est, ꝙ quanq̄ Pōtifex iam Cōmentarios illos edidit, non tñ maiorē illos authoritatē aliorū scriptis hr̄e ipse quoque voluerit: ingenueq; professus sæpe fuerit, non hoc se cogitasse cū cōmentaretur, vt glossæ suæ ius facerent. quasi diceret: Veritatē nullius p̄iudicio grauari, sed libera tam scriptorū q̄ lectorum iudicia esse debere. Quæ in administratione Reipublicę Christianę ante Pontificatū & postea gessit, nihil ad hanc historiā attinent: sed peti possunt ex illis scriptoribus, qui vitas Pōtificū Romanorū memorię prodiderunt. Scripsit hic Innoc. prętera de iurisdictione imperij, & authoritate Pontificis Romani, ꝺ Petrū Vinęam, Apologeticū librū vnū. Host. in c. solet. de sent. excō. li. 6. Tandē XII. Pontificatus sui Anno Neapolim à p̄ceribus regni Sicilię euocatus, ibidem moritur, sepultusque ad Sanctum Laurentium est, Anno MCCLIIII.

OTTHOFREDVS.

EOdē hoc tpe floruit Otthofred⁹, patria Beneuētanus, Iacobi Balduini discipulus. Ipsemet dicit in l. test. col. 3. ff. si cert. pet. Professus est Bononię magna cū gr̄a, id qđ & ipsius Lecturę satis ostendunt, q̄ viuida quadā energia. & lepida docēdi rōne refertę sunt. Non. n. legere illū, sed p̄pemodū audire Lector sibi videat. Reliqt igit̄ post se iā dictas Lecturas sup̄ Codicē & Digesta, Prętera de Formulis actionū lib. j. De ordine iudiciorum lib. 1. De arte Notariatus li. 1. & quædam alia. Mortuus est Bononię. anno MCCLXV. vt colligitur ex Epitaphio suo, qđ hēt in hęc verba.

DEO

Source : BIU Cujas

DEO TRI. VNI.
PIRAMIDEM ET SEPVLCHRVM VETVSTATE CORRVPTAM, QVAE ALBERTVS GENITORI SVO ODOFREDO LEGVM PARENTI ANNO DOMINI MCCLXV. III. NONAS XBRIS POSVERAT: LAVRENTIVS ODOFREDVS DOMINICI ODOFREDI POSTERIORIS FILIVS, ALBERTI TRINEPOS, SVA IMPENSA IN MELIOREM FACIEM OPERE ET CVLTV SPLENDIDIORE RESTITVIT. ANNO SALVT. MCCCCXCVII. CAL. SEPTEMB.

HOSTIENSIS.

SVcceſſit iſtis Henricus de Seguſia, poſtea Cardinalis Hoſtiēſis factus. Hic ob eximiam eruditionem ſuam primum Innocentio IIII. Pontifici, & inde Alexandro IIII. eius ſucceſſori valde gratus fuit. Iuris ciuilis & Pontificij ſummam vno volumine complexus eſt, ordine conuenientiſſimo, & tractatione elegantiſſima. Illud poſt longum vtriuſq; iuris ſtudium atq; exercitiū inceptum, poſtea verò incendio amiſſum, tādem Cardinalis inter alia ſua negocia abſoluit, vt ipſe refert in fine eius operis. Edidit præterea Lecturas in V. libros Decretales. Et dicit Matthelilanus In tract. de ſucceſ. ab inteſt. permagnam eſſe huius Hoſtiēſis inter iureconſultos authoritatem. Floruit ſub dictis Pontificibus, Anno MCCLV. & ſequentibus.

SPECVLATOR.

HOſtiēſis prędicti auditor. & diſcipulus fuit Guilielmus Durandus, qui poſtea eximium opus, quod Speculum inſcripſit. Anno MCCLXXI. Edidit (vide apud eum in tit. de Inſti. eo. §. j.) ex eo magnam ſanè gloriam apud poſteritatem cōſecutus. Multa tñ veterum ſcriptorum ipſe ſibi ſumpſit, & in hoc opus ad verbum deſcripſit, quæ poſtea Io. Andreas in Additionibus ſuis paſſim notauit atq; prodidit. Prętera frequentiſſimum hoc illi eſt, opinionibus aliorum hinc inde vtramq; in partem recitatis, ſubticere, quæſtionemq; in ſuſpenſo relinquere, quę quidē res dubium lectoris animum magis etiam implicatum reddit. Nihilominus tamen vtilis ſcriptor eſt, deq; Iuris prudentia bene meritus. Exceſſit ex vita nō multo pòſt, quàm Speculum abſoluiſſet, iuuenis adhuc, & annū XXX. non ita multum egreſſus.

Iacobus de Bellouiſo.

HIc ſepties libros Feudorum publicè prælegit, & in illos demum Commentarios conſcripſit. Præterea Practicā iudiciariam in Criminalibus, & librum Quæſtionum edidit. Floruit circa hæc tempora.

Bartholomæus Brixienſis.

QVæſtiones Dominicales & Veneriales, & præterea additiones quaſdā ad Gloſſas Decreti conſcripſit. Fuit ijſdē tpibus, ſed ætate ſenior aliquanto, quibus duo proximi.

IPHO.

IPho Britannus natione, ſub Philippo Pulchro Galliarum rege (qui quidem Anno Chriſtiano MCCLXXXV. regnare cę pit) viguiſſe traditur. Natus eſt claris & opulentis parentibus, qui puerum Iphonem Lutetiam primum, pòſt Aureliam ſtudiorū, & maximè Iuris ciuilis diſcendi gratia miſerunt. Cæterum abſoluto poſtea ſcholaſticorum ſtudiorum curſu, ad ſuos reuerſus, cum excellens eius nō tm̄ eruditio, verumēt vitæ ſanctimonia paſſim celebraretur, ab Epiſcopo Trecorenſi accerſitus, & ab eo cauſis audiendis præfectus eſt, quem Officialem nunc vulgò appellant. In hac præfectura tam innocenter, tam iuſtè, tam clemē ter, tamq; integrè ſe geſſit, vt nullius rei præter virtutem, appetēs vnquam fuiſſe, ab omnibus iudicatus ſit. Erat autem inter cæteras virtutes eximia quadam erga pauperes miſeratione conſpicuus, quos ſuis opibus omnes quoad poſſet, magno ſtudio ſublevabat. Tandē circiter quinquageſimum ętatis ſuæ annū vita defunctus, nō vulgi ſolum opinione, ſed ſummi etiam Pontificis iudicio authoritateque inter Diuos relatus eſt, & eius feſtus dies VI. Calend. Septembris celebrari iuſſus. Quæ propterea hic cōmemoraui, vt adoleſcentes in illius feſto die ex more declamaturi, hinc qualemqualem eius viri cognitionem (cum obſcura ſit aliàs hiſtoria) ſumere queant: cuius ignoratio, me aliquando declamaturum valde torquebat. Præterea indecorum videbatur, quem Pontifex Max. in catalogum Diuorum retuliſſet, eum in hunc clarorum iureconſultorum numerum non recipere.

DINVS.

DInus Mugelanus, clariſſimi nominis pfeſſor ætate ſua fuit. Cōmentatus eſt ſuper Digeſtis: ſuper Titulum de Actionibus, in Inſtitutis: ſuper Titulum de Regulis Iuris, lib. VI. eum tñ Titulum non tanquam Canonum, ſed Legum peritus explicauit. quare nunquam ferè Ius Canonicum allegat, contentus eo iure quod ipſe didicerat. Nam Canonici iuris inſcius fuit, ſi Ioanni Andreæ credimus in addi. ad Spec. de ſucc. ab inteſt. Sepultus eſt Bononiæ ad S. Dominici templum, ſepulchro humili quidē, ſed ob tanti viri memoriam notiſſimo. Et proximè quidem iuxta ipſum Cynus ſepultus eſt: vt non minus animis quàm nominibus inter eos conueniſſe, intelligere poſſis. Vixit anno Milleſimo trecenteſimo.

ADDITIO.

Adde, q̄ Dy. fuit de Roſſonibus de Mugello, cuius opera vſus eſt multum Bonifacius octauus, & maximè in cōpoſitione ſexti decretalium. Mortuusq; eſt Bononiæ anno 1303. Io. villa. lib. 8. c. 65. Eumq; præceptorem Innocen. appellat in c. grauis. de reſti. ſpol. & reprehendit: quia tenuit opin. Bart. in l. properandum. in §. ſin autem alterutra. C. de Iudi. quod Iudex non poſſit condemnare victum in expen. ſi non ſit petitum, aliquid Iaſin l vinum. col. pen. limi. 10. ff. ſi cert. pet.

Petrus de Bellapertica, Iacobus de Arena, Martinus de Sulmannis.

EOdem tempore floruerunt Petrus de Bellapertica Burgundus, illuſtris Iureconſultus, qui ſcripſit ſuper. ff. ſuper Codice, & ſuper Inſtitutis, & complures Diſputationes. Itē Iacobus de Arena Parmenſis, qui breuiter quidē, ſed vtiliter & docte ſcripſit ſuper Digeſt. & Codice. Illius opiniones, vt meminit Bartolus, vt plurimum Iuri conſonæ fuerunt, & genuinum Iuris intellectum conſecutæ ſunt. Item Martinus de Sulmannis. Hic in legibus (quas Bononiæ profeſſus eſt) p̄ceptor Ioannis Andreę fuit. Nullum illius ſcriptum commemoratur. Teſtatur Alb. etiam in proę. C. in fi. q̄ hic fuit antiquus & famoſus Doc. Bonon.

Richardus de Malumbris.

RIchardus de Malumbris Cremonenſis fuit. Profeſſus eſt tēpore regis Roberti Patauij. Hic (Baldo teſte) omnium ætatis ſuæ Iureconſultorum doctiſſimus & prēſtantiſſimus habitus eſt: tandem tamen inhæreſeos calumniam incidit, de qua etiam condemnatus fuit: iure ne an iniuria, & cuius hæreſeos nomine, non ſatis conſtat. Cæterum hoc notum eſt, interceſſiſſe pro eo apud Summum Pontificem Collegium Iureconſultorum Bononienſium: ſed incaſſum. Quid igitur tandem actum fuerit cū eo, non legi. Multa ſcripſit, vt Baptiſta Caccialupus tradit: quorū tamen copia rara ſit. Floruit Anno M.CCC. huius etiam memini honorifice Albe. in l. j. col. 3. C. de no. C. compo. & in l. Deo nobis. col. 3. C. de Epiſc. & cler. Venetijs ſepultus eſt in cimiterio S. Io. Pauli, præceptor fuit Albe. vt teſtatur in proę. fforum. col. j. Bal. in l. Quicunq;. C. de Epiſ. & cler.

Ioannes Andreæ.

IOannes Andreæ Bononiæ natus eſt, parentibus honeſtis quidem, attamen obſcuris. Vide addi. ad Spec. tit. de fi præſ. Patrē habuit Ludimagiſtrum, ſub quo octennis literas & grammaticā diſcere cœpit. Deinde patre ſacerdotio initiato, ſub præceptore Bonifacio quodam Pergamenſe literarum ſtudium abſoluit, adeò feliciter (prout ea tum tempora fuere) vt ipſe præceptor adoleſcenti prædiceret, fore vt in celebrem virum & Doctorē euadere Floruit an. 1316. paralip. rerum memorabi. In iuris ciuilis ſcientia Martinum de Sulmannis audiuit. Canonici tamen lōge ſtudioſior fuit, quapropter in eo ſolo ſuis ſcriptis illuſtrando poſtea elaborauit. Itaque Gloſſas continuas ad librum VI. Bonifacij VIII. & Nouellas Clementis V. conſcripſit. Præterea Commentariorum volumina duo, quæ Nouellas & Mercuriales inſcripſit. Poſtremo autem opus additionum ad Speculum Gulielmi Durandi, quod edidit Anno MCCCXLVII. Fuit vir eleganter doctus, nec in Iureconſultorum tantum, verū etiam bonorum authorum omnium ſcriptis diligēter verſatus: id qđ multis in locis Commentariorum & Gloſſarum eius apparet. Hic à doctis omnibus ad cœlum vſque laudibus vectus eſt. Ludouicus Romanus in Singula. 667. omnium hominum prēſtantiſſimum appellauit. Hoc vitij tamen in tanto viro notatum reprehenſumque à quibuſdam eſt, quòd multa ex Conſilijs Olradi Laudenſis ſibi, vero auctore diſſimulato, aſcripſerit: & id quidem frequentiſſimè Albert. Bru. in ſecun. par. Trac. mone. Bald. in add. Spec. tit. de conceſſ. præben. in fin. Quapropter eum Baldus, inſignem furem alienorum laborum alicubi exclamat, & aliquot eius furta prodit. Cæterum hoc vitium cum noſtris ētemporibus magis ac magis inoleuerit, in quorum ſcriptores pmultos competere videtur vulgatū illud, Muta ſtylum, libriq; titulum, & efficies opus nouum: humanus in tanto viro ferendum eſt. Porrò Ioannem Calderinum, hominem non tantum ingenij, ſed etiam indolis optimæ in filium adoptauit, quod quidem quamobrem fecerit, amore ne Calderini, an alia de cauſa, obſcurum eſt: cum alioqui & filium habuerit Bonicontum nomine (cuius de Appellationibus tractatus quidam extat) & filiā Bitinam dictam, quam collocauit Ioanni de Sancto Georgio Bononienſi, celebri Iuris Canonici Doctori. Hæc ſepulta eſt Patauij ad S. Antonium in circuitu, cum hoc Epitaphio.

SEPVLCHRVM DOMINAE BITINAE FILIAE QVONDAM DOMINI IOANNIS ANDREAE DE BONONIA, ARCHIDOCTORIS DECRETORVM ET VXORIS DOMINI IOANNIS DE SANCTO GEORGIO DE BONONIA DOCTORIS DECRETORVM. QVAE OBIIT ANNO D.N. MCCCLV. DIE LVNAE. V. OCTOBRIS.

Tandem tempore peſtilentiſſimo ingruēte mortuus eſt, vir immortalitate dignus, Anno MCCCXLVIII. Vaticinatus ipſe de morte ſua videtur, dum ſcribit in Additionibus ſuis, ſub Tit. de

Filiis

Source : BIU Cujas

Filijs præsbyterorum: Suſpicor q̄ hæc poſſent eſſe vltima mea ſcripta &c. Anno enim proximè ſequente vita defunctus eſt, vt ex prędictis colligi poteſt. Extat honorificum eius monumētū Bononiæ, in templo S. Dominici, cum hac inſcriptione:

Hic iacet Andreæ notiſſimus orbe Ioannes.
Primo qui Sextum, Clementis atq; Nouellas.
Hieronymi laudes, Speculi quoq; iura peregit:
Rabi Doctorum, Lux, Cenſor, normaq; morum.

Occubuit anno prædiræ peſtis, M. CCC. XLVIII. Die VII. Iulij.

CYNVS.

CYnus ex nobili Sigisbuldorū familia Piſtorij natus, floruit an. 1335. Paralipome. rerū memorabi. audiuit præter alios Dynum Muxellanum, quem multis locis præceptorem reuerēdiſſimum appellat. Vir ingenioſus fuit, & diligēs. Scripſit plenè ſuper prima parte Digeſti veteris, vſq; ad Titulum, Si ex noxali cauſa agatur, incluſiuè, & in Secūda parte, ſuper Titulo de rebus creditis. Anno M. CCC. XIII. in die Barnabæ Apoſtoli abſoluit Lecturam ſuam ſuper Codicem, quam anno prędecenti incępe rat. Scripſit autem accuratè, & illis tātum qui aliquo modo iam prouecti in hoc legum ſtudio ſunt, vt ipſe ſignificat. l. non modus. C. de ſer. & aqua. De hac Cyni Lectura refert Bald. in Feudal. Iaſ. in §. Item Seruiana. Inſti. de act. In l. ſi certis. C. de pact. aliquando Bartholum ſibi dixiſſe, q̄ illud quod ſuum fabricauerit ingenium, fuerit Lectura Cyni. Et quidem maioris ille authoritatis apud plerosq; eſt ipſo præceptore ſuo Dyno. Canonici iuris ſectatores nonnihil exoſos habuit, eosq; ſępe ſcriptis ſuis perſtrinxit. De iure conſultis qui Canonum quoq; ſuffragijs vtuntur, ita alicubi ſcribit, q̄ tales manus habentes extra gazophylacium Iuſtinianæi theſauri, apud mendicantes merito vadunt mendicatum. Alibi ſcribit, in l. quoties. C. de iud. Canonicos Iurecōſultos feciſſe ſibi iura pro libitu volūtatis ſuæ, & leges ciuiles eos ſeruare ad commodum ſuum, non autem contra ſe, propter ambitū ſecularis Iuriſdictionis vſurpandæ, & non propter aliud. Fuit tamen amicus Ioannis Andreæ, vt per eundem in Additionibus memoratur. Deceſſit Bononiæ, iuxtaq; præceptorem ſuum Dynū proxime ſepeliri voluit, in ſimili quo Dynus ſepulchro: hoc eſt, humili & vulgari. Epitaphium autem vtriuſq; obambulantium hominum pedibus tempore obtritum eſt, vt legi non poſſit. Fuit & alius quidam Cynus Piſtorienſis, Decretorū Doctor: ſed nullo ſcripto inclaruit.

OLRADVS DE LAVRE.

OLradus de Ponte, patria Laudenſis, ſub Dyno præceptore Iuriſprudentiam didicit. Poſtea Aduocatus Conſiſtorialis Romæ, & demum auditor quoq; cauſarum factus, magna in exiſtimatione fuit: potiſſimum apud Ioānem XXII. Pōtificem Maximum, qui in arduis Reipublicæ negocijs componendis, huius Olradi conſilijs maximè vſus fertur. Extat Conſiliorum eius volumen vnum lōgè doctiſſimum, reliqua verò ipſius ſcripta (quæ non pauca fuiſſe traduntur) aut interciderunt, aut alia de cauſa forte neglectui data ſunt. Ex conſilijs huius Olradi multa Ioannes Andreas ſibi aſcripſit: quo ſolo vitio ſe quibuſdam reprehēdendum prębuit. Floruit Olradus Anno M. CCC. XX.

IOANNES CALDERINVS.

IOannes Calderinus Bononienſis, nō eruditione tantum, verumetiam vitæ integritate ſuo tempore celebris fuit. Itaq; à multis ſcriptoribus prædicatur, & Doctor magnæ ſcientiæ, ſanctæq; vitæ appellatur. Quæ cauſa etiā fuit, q̄ illum Ioannes Andreæ in filium adoptiuum ſibi ex omnibus vnum elegerit. Scripſit poſt ipſum Ioannem Andream Commentaria in Decretales. Item Conſiliorum opus inſigne.

Iacobus de Butrigarijs, & Reinerius de Foro Liuij.

VTerq; hoc tempore inſignis & celebris, vterq; Bartholi Saxoferrati præceptor fuit. Sed Iacobus quidem complures libros poſt ſe reliquit. Scripſit eñ ſuper Digeſto veteri, ſuper Codicem quoq; Lecturas duas, veterem & nouam. Item commentatus eſt ſuper Tit. de Actionibus, in Inſtitutionibus. Edidit etiā quamplurimas diſputationes, vt refert Baptiſta Caccialupus. Floruit Anno M. CCC. XX. Raynerius autem & ipſe commentatus fertur ſuper Iure ciuili. Sed id in obſcuro eſt. Deceſſit ex viuis Patauij: & in Sancti Antonij, vbi nunc in Circuitu vetus marmoreum illius monumentum videtur, ſepultus.

BARTOLVS.

BArtolus de Saxoferrato natus eſt Anno MCCCIX. Puer præceptorem habuit Petrum de Aſſiſſio, virum doctum & eximie pium, à quo in literis & Grammaticis eruditus fuit. Vide ipſum Bart. & Iaſ. in l. quidam cum fil. ff. de verb. obl. Ad Iuris ciuilis diſciplinam ſe contulit Anno ætatis XIIII. in ciuitate Perufina, quam tanta diligentia & induſtria didicit, ſub præceptorib. Cyno Piſtorienſi, Iacobo Butrigario, & Reynerio Foroliuienſi, vt poſtea XX. anno ætatis Bononiæ de Iure publicè reſpōderit, & anno ſequenti ſolennia Doctoratus inſignia receperit. Hic cū intelligeret praxim eſſe, quæ omniū optime Iuris ſtudioſorum oculos recludat, animos accendat, & iudicia abſoluat, ad eam ſe ſtatim primis poſt Doctoratum annis contulit, & diligenter illi incubuit. Itaq; Aſſeſſor criminalium cauſarum factus, in ea functione eò vſq; perſtitit, donec illi res ſanè quàm acerba cōtingeret. Nam male audire cępit, quod legibus nō perpenſis, reū quēdam male examinaſſet, & furcæ ſupplicio præter meritum condemnaſſet. Bal. in l. j. C. qui accu. poſ. Eius ſanè rei & Andreas Barbatias ita meminit in c. licet ij. de for. comp. nu. 41. vt ad doctrinā Bartoli, qua tradit furem pro furtis alibi commiſſis, etiam eo loci furca puniri poſſe, vbi furtum leuius, & furca non dignum poſtea commiſerit, continere ſe non poſſit, quin exclamet, Nō mirari ſe iſtum rigorem Bartoli, cum illud, quod imbibimus in annis iuuenilibus, inſequatur nos ad candidam vſq; ſenectam, dicēte poeta: Quod noua teſta capit, inueterata ſapit. Et ſubiūgit: Bartolus in annis iuuenilibus fuit iudex maleficiorum, & imbibit illam ſeueritatem condemnādi facinoſos, quare inſequitur eū illa ſeueritas: & quos non potuit perdere ore, conatus eſt perdere calamo. Bartolus igitur, ſiue conſcientia, ſiue calumnia illa perturbatus, relicta tali functione, rurſum ad libros & ſtudia ſeceſſit, ad locum Sācti Victoris, qui à Bononia ad II. lapidē diſtat. Vbi cùm in ſolitudine aliquādiu ſtudijs priuatis incubuiſſet, accerſitus ad profitendum, Piſas contēdit. Iſtic igitur primo anno, ætatis autem ſuæ XXV. edidit celebrem illam Repetitionem Legis, Si is q̄ pro emptore. in Digeſt. ſub Titulo de vſucapionibus: cępitq; ſtatim magis ac magis inclareſcere. Poſtea verò relictis Piſis (forſan ob ſtatum eius reipublicæ ſemper turbulentiſſimū) Peruſium conceſſit, vbi & vxore ducta, & vitæ portu cōſtituto, reliquam ætatem profitendo tranſegit. Quotidianis itaq; prælectionibus ibi exercitus, ad illud eruditionis gloriæq; faſtigiū excreuit, vt dum viueret, & ſummi Iuriſperiti nomen ſolus in vniuerſa Italia haberet, & ad illum audiēdum vndiquaq; maximus omnium ſtudioſorum concurſus eſſet: & deniq; mortuus, per elaboratiſſima ſua ſcripta incomparabilem propè famā, & memoriam ſempiternā ſit cōſecutus. Ab hoc plurimi profluxerūt, qui profitendo ſcribendoq; poſt eum clariſſimi fuerunt. Ex illis præcipuus fuit Baldus Peruſinus, qui refert in c. j. de ſucc. feu. Bartolū ſemper tenuiſſe opiniones placentes Laicis (hoc eſt, vt ego intelligo, quę ſemper ſenſui & intellectui cōmuni acceſſerint) q̄ opinionibus ſuis multum honoris conciliauerit. Illud memorabile eſt, quod traditur eum toto quinquennio in Repetitione legis De ætate, Digeſt. Tit. de minoribus, abſoluenda elaboraſſe. Quem Bartoli morem vtinam, qui hac ætate commentātur, ex aliqua parte imitari dignarentur, pauciores haberemus libros, ſed vtiq; meliores, expolitioresq;. Eſt præterea qui ſcribit, vt Ro. ſin. 713. aliàs nu. 704. Bartolum ad pondus comedere ſolitū fuiſſe, vt intellectum haberet pariter diſpoſitum, & nunquam alteratum, quod non ridebit, qui Italicorum profeſſorum in ingenio fouendo curam & ſtudium cognitum habet. Diplouatatius autem hoc de Bartolo commemorat, quod memoriam non ſatis firmam fidelemq; habuerit, adeò vt ſi aliquid commentaretur, neq; leges in promptu reperiret, Franciſcum Tigri. Piſanum (qui eodē tempore legit Peruſij, & ipſi intima amicitia erat coniūctus) ſolitus fuerit accedere, qui locos illi indicarit, & leges ſuppeditauerit. Habebat enim hic Frāciſcus magnam Singularium rerū memoriam, vt de ipſo Baldus refert in l. Si quis ſeruo. ff. de ſolu. Et ſanè Angelus quoq; & Caſtrenſis teſtantur, Bartolū ex dictis Franciſci Tigrini magnum ſibi honorem comparaſſe, exiguū autem ipſi Franciſco, vt quem aut nūquam, aut rarò nominaret. Reprehenditur autem Bartolus aliàs quoq; hoc de vitio, q̄ ſimiliter veterum quoq; nomina tacuerit, & illorum inuenta ſibi ſumpſerit, pręcipue aūt Nicolai de Matarellis Mutinenſis antiqui Doctoris, cuius permultas opiniones ſibi aſcripſerit Bal. in l. precibus C. de Imp. & al. Sub. Sed ita profectores haberet, quod nullum tam excellens perfectum q̄; ingeniū fuit vnquam, quin ſuos habuerit æmulos & oſores: & eo quidē plures infeſtioresq; quo ipſum eſt cæteris præſtantius. Equidem nec ingenium, nec memoriā Bartolo defuiſſe, facile iudicare poteſt, qui conſideret & Hebraicas ipſum literas & Mathemata (quorum vſum ad ius quoq; ciuile in Cōmētarijs ſuis induxit) perdidiciſſe ipſe Bar in lib. de Inſig. & plurium diſciplinarum q̄ Iuris ciuilis peritiam habuiſſe. Scripſit doctiſſima Commentaria ſuper totum propè Ius ciuile, quæ autem illius nomine ſuppoſita ſint lectoribus, & quæ ſuſpecta doctis, cùm præter cæteros Iaſon quoq; in l. Quidam cū filiū. Digeſt. de Verb. obl. recenſuerit, nihil opus eſt hic commemorare. Huius Bartoli excellentem doctrinam ipſe quoq; Romanorum Imperator Carolus IIII. ſuſpexit, eaq; de cauſa & ipſum & oēm eius poſteritatem inſignibus, & alijs egregijs benefi cijs ac priuilegijs illuſtrauit. Fuit Bartolus ſani iudicij & animi, vitæq; integræ. Filiam habuit, quam in matrimoniū tradidit Nicolao Alexandro, viro docto & Iureconſulto. Mortuus tandem eſt Peruſij, Anno ætatis ſuæ XLVI. Anno verò Dñi. MCCCLV. Floruit an. 1347. Paralip. memor.

ALBERICVS.

ALbericus Roſates Bergamenſis æqualis Bartoli fuit, ipſius tamen Commentarios Bartolus non uidit: Albericus autem Bartoli uidit, cum aliquoties loco ex illis citet. Fuit uir excellenter doctus, & magnus (ut Iaſon ſcribit in l. j. ff. de no. ope. nun. & alijs locis. & Bart. in tra. de præſ. car. in 2. q. par. 1.) Practicus, cui

plus

Source : BIU Cujas

plus q̃ alteri Doctori deferunt Aduocati Mediolanenſes. Reliquit doctiſſima Commentaria ſuper Digeſtis, & Codice. itē De ſtatutis volumen j. item Dictionarium in Iure ciuli lib. j. Floruit Anno Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo.

ADDITIO.

Alber. de Bergomo doctorem & Commentatorum eximiū dicit Fulg. conſi. 47. col. j. & conſi. 120. col. 2. & optimum praticū conſi. 155. col. 2. & conſ. 173. col. j. & conſ. 179. col. pe. & con. 237. col. j. dedicauit opus ſuum collegio docto. Bono. vt ipſe teſtatur in prin. C. fuit electus ad corrigenda ſtatuta Bergomi: vt refert in l. j. in j. col. C. de no. Co. Compo. Orator aliàs tempore Benedicti Pap. 12. Magnifi. D. Io. Epiſcopi Nauarien. & Luchini de Viceco mitibus Dominorum Mediolani, vt teſtatur in l. Iubemus nulli. col. j. C. de ſacroſan. eccl. anno 1340

BALDVS.

PEtrus de Vbaldis nobilis Peruſinus, artium & medicinæ Doctor tres ſuſtulit filios, Baldum, Angelum, & Petrum, quos ſingulos longe diuerſo conſilio, quàm quo ipſe vitæ ſtudia erat ingreſſus, non Medicinæ, ſed Iuriſprudentiæ mancipauit. Qua propter nō ipſos tantum longe celeberrimos Iureconſultos vidit, & gloriæ fructum, quem ſperauerat, ex illis percepit: verum etiam familiam ſuam omnem hac ſcientia longa poſteritate inſignem poſt ſe reliquit. Siquidem ex Baldo Zenobius & Franciſcus, ex Angelo Alexander, & Angelus nepos: ex Petro verò Matthæus, & Petrus & Baldus nepotes: ex Baldo porro Nicolaus, Matthæus, & Sigiſmundus pronepotes, omnes ferè Iurecōſulti deſcenderunt. Vt igitur ad Baldum reuertamur, floruit Bal. ann. 1365. Paralip. rerum memorabi. audiuit ille adoleſcentulus Ioannem Pogliarenſem, quem vocat primum Doctorem ſuū. Item Franciſcum Tigrinum Piſanum, virum magnæ memorię & doctrinæ, ſanctęq; (vt alij tradāt) vitæ. Et Bartolum de Saxoferrato, quem ſcribit multum ingenio ſuo contuliſſe, in c. ſi Vaſallus. tit. ſi contro. fu. inter do. & va. & præ reliquis illis tanquā prę ceptorem ſuum in multis locis prædicat & tollit Fel. in Rub. de Magiſt. Fuit aūt Baldus tam maturo feliciq; ingenio, vt XVII. ſtatim anno publicè repetierit legem Centum Capuæ, Digeſtis De eo quod certo loco. Poſtea cum ſtudiorum ſuorū legitimū tempus abſoluiſſet, ac ſolitis Doctoratus inſignibus eſſet ornatus, Bononiam profitendi cauſa cōceſſit, Anno MCCCXLIIII. Et quia illud Bartolus quoq; aduenerat, eo præſente Baldus publicè diſputauit Quæſtionem illam Senis quoq; à ſe antea (fortè in tranſitu) diſputatam, videlicet, Vtrum municipes alicuius loci ſtatuere poſſint: quod non poſſit fieri appellatio, niſi ad iudicem illius loci. In qua quidem diſputatione (vt ipſe refert in trac. Iudiciario. Rub. de App.) oppoſuit ſe illi Bartolus, & acerrimus antagoniſtes ab hora XVI. vſq; ad horam XXI. cum eo contendit, ſed tandem victus diſceſſit. Fuit autem & aliàs vehemens altercatio inter eoſdem de Textu Parag. vltimi, Legis Si creditor. Dig. de diſt. pig. cum Bartolus in ſuo codice haberet Nullam vēditionem, Baldus verò Vllam venditionem. Adeoq; tum in ea contentione animis exarſerūt, vt miſſum ſit Piſas, & veteres Pādectæ iſtic inſpectæ, quæ cum codice Bartoli cōſonarunt. Alex. in l. ſi filio. §. fi. ff. ſolu. matr. Quanquam autem complures auctores huius altercationis meminerint, difficulter tamē induci poſſum, vt illis fidem adhibeam, cum ipſe Bartolus in dicta L. Si creditor, & in l. Filius familias. §. Diui. De leg. j. non aliter eius rei mē tionem fecerit, quàm his verbis: Cum ſemel haberemus hāc q̃ſtionem, miſimus vſq; Piſas ad librum Pandectarum &c. quem vix crediderim adeò modeſtum eſſe potuiſſe, ſi cum Baldo illi res tam odiosè fuiſſet. Multo minus veriſimile illud eſt, quod quidam commenti ſunt, Baldum tunc complures aliorum codices corrupiſſe, expungendo literam N. & ob id fuſtigatum, patriam ſuam Peruſium reliquiſſe, his Scipionis Aphricani verbis; Ingrata patria, ne oſſa quidem mea habebis. atq; ita quaſi in exilio conſenuiſſe, mortuumq; eſſe. Quomodo enim potuiſſet Baldus ad eum modum inſanire, vt codicis corrumperet? Quàm excellentis autem & propè diuini fuerit ingenij Baldus, cū ex ſcriptis illius manifeſtiſſimum ſit, nihil opus eſt referre. Eruditionē in illo ampliorem nemo, ſed conſtantiam complures deſiderarunt. Variauit enim perſæpe, & contraria inuicem pugnantiaq; multis in locis ſcripſit. Sed humanum eſt hoc vitium, non ſemp dictorū meminiſſe, & cauſę interdū inſeruire. Imò verò ne poſſibile quidē videtur, vt qui polygraphus eſt, (qualis Baldus fuit) idem per omnia ſibi conſtare poſſit. Exempla in promptu ſunt. Sed illi forſan non tam vitium illud, q̃ eius crebritatem in Baldo reprehendunt. Fuit autem Baldus non Ciuilis tantum, ſed & Pontificij Iuris doctiſſimus: id quod pauci ex æquo præſtare potuerunt. Itaq; miratur Ludo. Romanus in l. admonendi. ff. de iure iu. q̃ eum tam magnum Canoniſtam fugerint aliqua capitula &c. Cum igitur maximi nominis eſſet in tota Italia, accerſitus tandem eſt à Ioanne Galea Mediolani Duce Papiam, vbi compluribus annis publicè profeſſus eſt. Edidit multa volumina in Iure ciuili, & in iure Canonico. Allegantur etiam quædam, quæ cum operibus ſuis impreſſis non inueniuntur, puta liber, quem Peculiū inſcripſit: & Tractatus de Cōmemorationibus famoſiſſimorum Doctorum in vtroq; iure, & quædā alia. Profeſſus eſt ad extremam vſq; ſenectam. Nam tum temporis cum Commētaria in Feudales libros pararet, XLVII. annis prælegerat, vt ipſe refert in eorum Commentariorum præfatione. Et tamē ibi ſubiungit: Quòd ſi ex parte aliquid didicerim, tamē in comparatione latitudinis intellectus profectò nihil me intellexiſſe agnoſco. Hæc ille iam ſenio confectus, & per omnem ætatem in iuris ſciētia diligentiſſimè verſatus, verè agnoſcere potuit: nos hac ætate agnoſcere nō poſſumus, qui nobis neſcio intra quot menſes Iuriſprudentiam arroganter & ſtultè pollicemur. Filios duos habuit (vt tradit Iacobus Philippus Bergomenſis in Chronicis) Zenobium, qui & Equeſtribus ornamentis & Doctoratus inſignibus donatus fuit: & Frāciſcum, & ipſum vtriuſq; iuris Doctorē. Mortuus tandem eſt Anno MCCCCXXVIII. die Aprilis, & Papiæ in templo Sancti Franciſci (inter cuius familiam adoptari, ciusq; habitu ſepeliri voluit) ſepultus eſt. Extat marmor primi ſepulchri ſui in eodem templo habens inſcriptionem aliquot verſuum, quorum poſtremi ſunt.

Conditur hic Baldus, Franciſci tegmine fultus,
Doctorum princeps, Peruſina conditus arce.

QVI OBIIT ANNO MCCCC. DIE XXVIII. APRILIS IN AVRORA.

Inde enim iuxta ſummum altare tranſportata ipſius oſſa ſunt, vbi in alio ſaxo legitur hoc epitaphium.

DALDVS EDITIOREM LOCVM SORTITVS, HIC OCTO ET DECEM SVPRA CENTVM ANNIS OBDORMIVERIT. MDXIX.

ANGELVS PERVSINVS.

ANgelus de Vbaldis Peruſinus ijſdem præceptoribus quibus & frater, ius ciule didicit. Ipſe Ange. in l. j. §. pueritiam. ff. de poſtu. In tract. Suitatis. Anno XXIII. ſuæ ætatis Doctoratus inſignia ſumpſit, & publicè profiteri cępit. Non indignus fratre ſuo Baldo fuit: ingenio inferior, eruditione par, acri omnino & ſolido iudicio præditus. Itaq; Ioannes Pyrrhus hunc inter Triūuiros Iuriſprudentiæ cum Bartolo & Paulo Caſtrenſe nominauit. Reliquit doctiſſima Commentariorum & Conſiliorū opera, quibus ius ciuile maiorem in modum illuſtrauit. Mortuus eſt Florētiæ eodem anno, quo Baldus frater ſuus, relicto poſt ſe vnico filio Alexandro legum profeſſore, ex quo Angelus ſecūdus, iſtius Angeli nepos poſtea prognatus eſt. Ille à maiorum virtute neutiquam degenerans, in celebrem iuris profeſſorem euaſit, & cum publico ſalario multis annis Patauij profeſſus eſſet, à Sixto Pontifice Maximo Romam vocatus, & in Aduocatorū Cōſiſtorij Pontificalis numerum aſcitus eſt.

PETRVS DE VBALDIS.

TErtius denique frater Petrus de Vbaldis pari propemodū dexteritate fratrum veſtigijs ingreſſus, poſt legitimum ſtudiorum tempus abſolutum, & ipſe vtriuſque iuris Doctor creatus eſt. Cum tamen Canonici iuris ſtudioſior eſſet, quàm Ciuilis in eo ſolo elaborauit, & eruditionis ſuæ multa monumenta reliquit, vt traditur. Ex hoc natus eſt Matthæus Vbaldus, vir equeſtri poſtea dignitate inſignitus, & omni ſcientiarum genere inſtructus. Qui duos porrò filios procreauit: Petrum, qui vtriuſque iuris profeſſor fuit: & Baldum, qui etſi iureconſultus non eſſet, prudentia tamen & cōſilijs inter primos patrię ſuæ proceres habebatur. Hic Baldus aui ſui Petri Vbaldi felicitatem conſecutus eſt, trium doctiſſimorum filiorum ſucceſſione, Nicolai, Matthæi, & Sigiſmundi, quorum primus Rotæ auditor, alter publicus Peruſij legum profeſſor fuit.

BARTOLOMAEVS DE SALICETO.

BArtolomæus de Saliceto Bononienſis, eodem cum proximè prædictis tempore extitit floruit anno. D. 1408. paralip. rerum memor. Profeſſus eſt ius ciuile quatuor annis Patauij. Deinde cum in peſtifero illo ſciſmate Romanæ Eccleſiæ per Bonifacium VIII. Papam, & Benedictum Antipapam, continuato, tota ferè Italia bellis & ſeditionibus vexaretur, Bononiam in patriam ſe recepit. Ibi Anno MCCCCLXXXII. mēſe Maio, exorſus Commentaria ſua in IX. libros Codicis: quę ſequentibus annis iuxta publicas prælectiones abſoluit. Profeſſus eſt autem magna cum laude. & inter ſui temporis Doctores cum primis fuit. Monarcham eximium dicit Cuma. cōſ. 138. ad fi. De hoc ſcribit Iacobus Philippus Bergomenſis in Chronicis, q̃ Alberto Eſtenſi Ferrarię Marchioni, cum apud eum magno eſſet in precio, primus author & ſuaſor fuerit, vt à Bonifacio Pontifice priuilegiū impetraret Scholæ publicæ in vrbe Ferraria conſtituendæ. Mortuus eſt Bononiæ iam ſenex, & ad Sanctum Dominicum ſepultus, vbi in Choro extat illius monumentum cum hoc Epitaphio.

Hoc tumulto legalis apex, dulciſſimus ore,
Et patriæ lux alma ſuæ pietatis amator,
Iuſtitięq; ſacræ clypeus, baculusq; cadentis,
Qui iuuenis, multoq; etiam venerabilis æuo
Edocuit: ſuperauit eum nec pena laboris
Scribendo, & pariter iuris nucleando tenebras,
De Saliceto requieſcit Bartolomæus.

ADDI-

Source : BIU Cujas

ADDITIO.

Præceptorem appellat Clariss.Fulg.eiusq; opi. Confutat, quo ad intellectum.l.hac edictali.C.de secun.nup.cons.97. Antonius colum.vlt.

PETRVS DE ANCHARANO.

PEtrus de Ancharano,Bononiensis,floruit anno D.1399.Paralip.rerum memorabi. & auditor Baldi fuit.Scripsit in Decretales,Sextum,& Clemētinas.item in aliquot potiores Regulas iuris,in VI.Scripsit quoq; in Digest.vetus, & Digest. nouum, vt Caccialupus refert & opus præterea Consiliorum. Fuit iureconsultus excellens,& magnæ existimationis. Floruit tempore Saliceti.Mortuus est Bononiæ,& in S.Dominici templo sepultus, vbi monumentum illius extat cum longiusculo epitaphio, quod tamen mortis tempus non exprimit.

ANTONIVS DE BVTRIO.

ANtonius de Butrio,& ipse Bononiensis,vir excellens, sanctæq; vitæ,& Doctor omni veneratione dignus fuit, vt inquit Caccialupus. Floruit an. 1417. Paralip. rerū memorabi.Fuit æqualis Ancharani.Scripsit in Decretales,& Clementinas. item Opus Consiliorum.Et secundùm eundem Caccialupū duo pulchra Repertoria:vnum in iure Canonico,alterum in Iure Ciuili.Mortuus est Anno MCCCCVIII.No.Octob. vt habet Epitaphium ipsius,quod Bononiæ ad S.Michaelem in Monte(si bene memini) vbi sepultus est,extat.

ADDITIO.

Fuit vir Anto. de Butr. maximæ auctoritatis, vt testatur Pau. Cast.consi.180.super co.vol.j in fi.

CHRISTOPHORVS DE CASTILIONO, ET RAPHAEL VTERQVE.

CHristophorus de Castiliono Mediolanensis, eodem tempore excellens Iurisconsultus fuit, acri magnoq; ingenio præditus,& subtilitatum (vt eum Iason vocat in l.Admonendi) princeps.Itaq;,vt ferè assolet,ingenij sui facilitate,& doctrinę fiducia,vt olim Antistius Labeo, fretus,multa innouare, & receptas in Scholis opiniones vbicunque posset magno studio labefactare instituit. Hunc morem Raphael Fulgosius Placentinus,& alter Raphael Comensis,eius discipuli postea secuti,innouationes illas magis ac magis auxerunt . Fuerūt isti duo illustres Iureconsulti.Claruerunt Patauij Anno MCCCCXX. vbi in tēplo S.Antonij magnificum extat Fulgosij monumentum,cuius epitaphium tamen mortis tempus non meminit.

ADDITIO.

Legistarum principem, & comitem illustrem, ac præceptorem appellat Fulg.consi.25.col j.in fi.

Fuit etiā Io. de Castelliono in iure canonico pręceptor eiusdem Fulg.quem citat consi.308.in proposita.in prin. Floruit anno D.1457.Paralip.rerum memorabi.

IOANNES DE IMOLA.

IOannes de Imola eodem hoc tēpore extitit. Scripsit in tres priores Libros Decretalium.item in Sextum, & Clemētinas. In iure verò ciuili scripsit in Digest. Infortiatum; vt refert Caccialupus.Est cum primarijs interpretibus iuris, & fuit præceptor Alexandri Imolensis. Obijt Anno Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto,XVIII.die Februarij.

PAVLVS DE CASTRO.

HVius Imolensis equalis fuit Paulus de Castro, iureconsultus doctissimus, & in tota Italia celeberrimus. Professus est Florentiæ, Bononiæ, & Patauij:vbi tandem & vita defunctus est. Multa præclara & eximiæ authoritatis scripta post se reliquit.In libros Digestorum,& Codicem Commentaria:item volumen Consiliorum.Mortuus est anno MCCCCXXXVII.paulo post Ioannem Imolensem. Reliqua ex eius Epitaphio, quod illi satis ornatum Nicolaus de Castro eius ex filio nepos in templo Seruitarum Patauij,iuxta monumentum posuit,colligi possunt,quod ita habet.

PAVLVS DE CASTRO IVRECONSVLTVS DISERTISSIMVS, MAXIMAE AVTHORITATIS APVD OMNES HABITVS, QVOD FLORENTIA TESTATVR, CVIVS IVS MVNICIPALE INNOVAVIT, ET IN EA CONIVGATVS PETRAE VXORI, VICARIATVS OFFICIVM IN SPIRITVALIBVS RO. PONTIF. DECRETO EXERCVIT. VBI ETIAM IN BONONIENSI ET PATAVINO GYMNASIO PVBLICE PROFITENDO FLORVIT, AETERNAMQVE SIBI GLORIAM COMPARAVIT. RELINQVENS CONSILIORVM ET IN IVRE VOLVMINA PLVRIMA AEDITA, QVAE INTRA MANVS VERSANTVR. ET IPSIVS ANGELVS FILIVS CLARVS INGENIO, AMBORVM IVRIVM TENENS FASTIGIA XL. ANNOS PATAVII IVRA DOCVIT, EOQVE NICOLAVS CANONICVS PADVA. QVI AB HIS PROCESSIT, VTRAMQVE ET IPSE PARENTVM VIRTVTEM ADEPTVS, HOC IMMORTALITATIS OPVS ILLIS CONSECRAVIT. MCCCCXCII.

PANORMITANVS.

NIcolaus Siculus, Abbas primum Monacensis,inde Archiepiscopus Panormitanus fuit . Vnde fit, vt diuersis cognominibus communiter allegetur. Magnę eloquentiæ & doctrinę fuit:quæ vtraq; si vnquam aliàs, certe in Concilio Basiliensi, in eo summè enituerunt Syluius in gestis Conc.Basiliensis.Professus est Anno MCCCCXXV. & aliquot multis sequentibus ius Canonicum in Schola Senensi. Edidit Commentaria in Decretales vtilissima.Multa præterea Consilia,Repetitiones,Disputationes.Mortuus est (si bene memini) non multo pòst, quàm ex Concilio in Italiam redijsset.

ROMANVS.

LVdouicus Pontanus, patria Spoletinus, & tandem ob id quod Romæ commoraretur Romanus dictus,Ioannis Petrucij celeberrimi apud Perusinos iureconsulti,& Ioan.de Imola auditor fuit.Floruit anno D.1457.Paralipo. rerum memorabi. Senis & ipse ius ciuile aliquot annis professus, inde Romam commigrauit, vbi maxima in existimatione habitus est. Panormitano singulari amicitia coniunctus fuit, cum quo postea Basileam ad Synodum profectus, istic morbo pestilenti correctus mortem obijt iuuenis admodum, & vix XXX.ætatis annum tū egressus, vt commemorat Aeneas Syluius in Historia Basiliensis Concilij, cuius operæprecium est integra verba huc ascribere. Finitis, inquit, Panormitani verbis, Ludouicus Romanus Protonotarius,totius humani iuris gnarus assurrexit.Cuius tanta memoria fuit, vt nulli veterum cedere putaretur, siue Simonidem, siue Theodecten, siue illum qui à Pyrrho missus ad Senatum venit, Cyneam, siue Carneadem Seriphium, Metrodorum, Hortensium, siue qui horum vltimus fuit Lucium Senecam dediuinitate memoriæ commēdemus. Erat enim memor omnium quæ ipse vnquam aut legisset, aut audiuisset nec oblitus erat eorum aliquid, quæ ipse vidisset. Nec vt cæteri iurisconsulti principia legum in disputando allegabat, sed quasi Codicē legeret, sic Textum memoriter referebat. Vir non Roma tantum,sed cęlo dignus: & cui nemo mortalium comparandus videretur,non admirationi,sed stupori futurus omnibus populis, si vt æquum videbatur, ætatis tempora duplicasset. Sed inuidit fortuna Italiæ,nec tantum scientiæ lumen crescere passa est. Im misit pestiferum morbum,virumque vix XXX. egressum ætatis annum abstulit, nec plus horis sex & triginta sinit ægrotare. Visusque non transitus ille hominis,sed furtum. Quis enim virum adeò iuuenem, adeò robustum, tam breui morula expirare putasset? Sed fuit mors damnosior morte cuiusuis regis: quippe quod regi hæres succedit in regno, viro autem adeò docto nullus supereſt in literis hæres. Sed dum Cardinalati vir benemeritus manet,apud Carthusiam sepelitur. Hæc ille. Reliquit doctissima ingenij sui monumenta, Comment.in digest. & Codicem. Consiliorum volumen 1.Singularium lib.j.& quasdam Repetitiones.Mortuus est Anno MCCCCXXXIX. vt indicat eius Epitaphium,quā quam nimis iam attritum etiam, quod extat apud Carthusianos,in hæc verba:

ANNO DOMINI MCCCCXXXIX. REVERENDVS IN CHRISTO PATER DN. LVDOVICVS PONTANVS DE ROMA, VTRIVSQVE IVRIS DOCTOR EGREGIVS S. SEDIS APOSTOLICAE PROTONOTARIVS, CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE, AMEN.

Reperitur & aliud Epitaphium in eundem ab Aenea Syluio conscriptum,quod ita habet:

Si mille, aut totidem rapuisses vsque virorum,
Pestis,adhuc poterat parcere sæua tibi.
Viuens quo nusquam fuerat præstantior alter,
Extinctum potius reddis iniqua lues:
Quem fletis Leges,quem fletis Iura,sacriq;
Nunc Canones:obijt,quem coluistis,herus.
Hic vos ornarat,vestras vbicunque fuerunt
Soluerat ambages:nunc sine voce iacet.
Heu voces,heu verba viri diuina,memorq;
Ingenium, quo vis nunc tua multa loco est?
Heu Romane iaces, quo nec Romanior vllius
Antè fuit, quo nec forte futurus erit.
Te pater, & charus retur modò viuere frater,
Heu quantos gemitus ille vel ille dabit.
Te Roma,atque omnis plorabit Etruria,teque
Tota petet lachrymis Itala terra pijs.
Te nunc Concilium,te nunc vlulatibus vnum
Ipsa quoque extinctum quæritat Ecclesia.
Heu vanas hominum mentes,heu pectora cæca:
Cuiq; dies certum est fata dedisse suos.
Et nos cum Superi statuent,veniemus ad illos:
Nemo parum vixit,cui bona vita fuit.

IOANNES DE ANANIA.

IOannes de Anania Bononiensis, ibidem in patria Archidiaconus:& Canonici Iuris professor publicus annis compluribus fuit. Scripsit in Decretales,reliquit item Consiliorum volumen j.Hunc Andreas Siculus in Tracta.de Testibus, vocat Sanctæ vitę

Source : BIU Cujas

ctæ vitæ dominum ſuum, ſemper merito honore obſeruãdum. Mortuus eſt, Anno MCCCCLV. Præceptor Alex. de Imola vt ipſe teſtatur conſi. 178. viſo proceſſu. nu. 10. vol. 7.

ALVAROTVS.

EOdem ferè tempore vita defunctus eſt apud Patauinos Iacobus Aluarotus, ex familia Aluarotorum ibi natus. Præceptore in iure ciuili primum vſus eſt Bartholomæo Saliceto, in iure verò Canonico Franciſco Zabarellæ, celebri iuris profeſſore, qui tandem Cardinalis fuit, eum compatrem quoq; ſuum appellat. Fuit XXX. annis in Iurecõſultorum Collegio Patauij. Sed XVI. tantum annorum meminit, quibus continuè prælegerit, incertum Patauij ne an alibi. Tum enim cum Commentarios Feudales Vniuerſitati dedicaret, in profeſſorum numero ſe non fuiſſe, in ipſo operis limine ſignificat. Mortuus eſt Anno MCCCCLIII. ætatis ſuæ (vt Bergo. tradit) anno LXVIII. Sepultus eſt in templo Sancti Antonij, vbi iuxta ſacellum Sancti Ioannis in Tabula legitur hoc Epitaphium:

AMICE QVI ISTAC TRANSIS, ETSI PROPERAS, LAPIS HIC TE ROGAT, VT PAVLISPER INHAEREAS, ET HAEC SCRIPTA LEGAS. HAC IN BASILICA BEATI IOAN. BAPTISTAE SVNT IACOBI ALVAROTI PATAVI INSITA OSSA. QVI DVM VIXIT, SVO STVDIO ET DOCTRINA POST SVSCEPTAS DOCTORALES INFVLAS, COMMENTARIOS VTILES CVM REPERTORIO IN IVS FEVDALE FORMAVIT: EOSQVE VENERANDAE VNIVERSITATI IVRISTARVM DONAVIT. VOLVI VT ISTA NON IGNORES, ET PRO ANIMA IPSIVS ORES. OBIIT AVTEM DIE LVNAE, XVIII. IVNII ANNO MCCCCLIII. V. F.

CORNEVS.

PHilippus Corneus Peruſij natus eſt ex nobiliſſima iſtic & vetuſtiſſima Corneorum familia. Domi à priuatis præceptoribus literis & artibus feliciter inſtitutus, cùm XII. annum exceſſiſſet, & vltra ætatem animo & iudicio matureſceret, ſtatim ſe ad ius ciuile diſcendum contulit. Audiuit Ioannem Petrutium, qui tum mane prælegebat. Is Petrutius Peruſinus erat, vir nobilis, profeſſor doctiſſimus, & tum temporis celeberrimus. Multi illum clariſſimi viri audiuerunt, inter quos fuerunt Ludouicus Pontanus, Ioan. Baptiſta Caccialupus, & hic Corneus, qui eius poſtea gener factus eſt, vt dicetur. Exceſſit autem è viuis Anno MCCCCLXII. Tantam autem eximia diligentia ſua iuris ſcientiam paucis annis Corneus conſequebatur, vt præter alios, ipſius quoque præceptoris animum in admirationem & ſui amorem pertraxerit. Itaque Petrutius illi tum adhuc diſcipulo ſuo, filiam cum magna dote deſpondit, ex qua poſtea Philippus VI. liberos ſuſtulit, III. maſculos, & totidem femellas. Cùm autem poſthæc ſolennia Doctoratus inſignia recepiſſet, ſtatim ſuſpici, prædicari, & celebrari cœpit. Primò enim Peruſij cum aliquandiu profeſſus eſſet, à multis vndique Gymnaſijs expetitus accerſitusque fuit. In primis autem Ferrarienſes non deſtitere, donec illum maximis propoſitis præmijs ad ſeſe pellexiſſent. Sed paulopoſt indignabundis Sixti ſummi Pontificis literis reuocatus, & Peruſium redire coactus eſt. Verum cum ſtatus Peruſinæ reipublicæ neſcio quibus ex cauſis turbaretur, obtinuerunt ab eo Florentini, vt in Piſana ſchola ius profiteretur, videlicet vt illa iã collapſa, illius fama rurſum inſtauraretur, & illuſtraretur, quod quidem ſedulo per triennium præſtitit. Cæterum cum illum Peruſini ſui maximopere deſiderarent, per Pontificem Romanũ iterum effecerunt, vt ille Peruſium retraheretur. Ex eo autẽ tempore, quo iſtuc rediit, celeberrimus ſemper non modò profitendo, ſed & conſulendo & patrocinãdo factus atq; habitus eſt. Studioſiſſimus per omnem ætatem fuit, & laborum tolerãtiſſimus. Profeſſus eſt annis circiter quinquaginta. Reliquit Commẽtaria in Codicem, & quatuor volumina Cõſiliorum. Mortuus eſt tandem Anno ætatis LXXVII. ſuperſtite vxore & liberis.

ALEXANDER.

ALexander de Tartagnis, patria Imolenſis, Ioannis de Imola popularis ſui, & Ioannis de Anania diſcipulus fuit. Doctor vtriuſque iuris XXI. anno ætatis ſuæ creatus eſt. Iuris ciuile prælegit aliquot annis Patauij, vbi Concurrentem habuit Bartolomæum Cepollam Veronenſem. Cum hoc acerrimam habuit contentionem, præcedendi cauſa, cum Cepollæ, quanquã ſeniori, cedere nollet, & fiducia doctrinæ illi ſe anteponeret. Profeſſus eſt item Ferrariæ: & demum Bononiæ, vbi reliquam ætatem tranſegit, & eam ſcholam nominis ſui celebritate ita illuſtrauit, vt quicquid vſquam iuris ſtudioſorum eſſet, iſtuc confluxerit. Abſolutiſſimam doctrinam, & ſummam in docendo gratiam habuit. Publicè annis XXX. ferè docuit. Cõſcripſit egregia opera, q̃ nota ſunt. Exceſſit è viuis Anno MCCCCLXXVII. ætatis verò ſuæ LIII. relictis tribus filijs, quorum maior natu Antonius, & ipſe patris exemplo vtriuſque iuris Doctor fuit. Extat ipſius Alexandri magnificentiſſimum monumentum ex candido marmore elaboratiſſimum, in templo S. Dominici loco cõſpicuo poſitum, cum hoc Epitaphio:

ALEXANDRO TARTAGNO IMOLENSI LEGVM VERISSIMO AC FIDISSIMO INTERPRETI, Q. V. AN. LIII. FILII PIENTISS. P. OPT. B. M POS. OBIIT ANNO MCCCCLXXVII.

FELINVS.

FElinus ex nobili Sandeorum familia Ferrariæ natus, ibidem in patria Ferraria, & Piſis publicè multis annis ius ciuile tanta diligentia, tantoque iudicio docuit, vt ſuo tempore omnibus propemodum profeſſoribus fuerit prælatus. Itaque & plurimos auditores ſectatoresque habuit, & celeberrimi in Italia nominis fuit. Qua de cauſa Innocentius octauus eum Romam accerſitum, in Collegium Rotæ legit, multisque inſuper dignitatibus auxit. Reliquit doctiſſima ingenij ſui, & longè vtiliſſima monumenta, quæ nota ſunt.

RIMINALDVS.

IOannes Maria Riminaldus & ipſe Ferrarienſis Alexãdri Imolenſis auditor & diſcipulus Ferrariæ magna cum laude ius ciuile profeſſus eſt. Extant illius aliquot ſcripta. Mortuus eſt Anno MCCCCXCVI. ætatis autem LXIII. Inque Sancti Franciſci templo ingenti funeris pompa ſepultus.

IASON DE MAINO MEDIOLANENSIS.

HIs ſucceſſit Iaſon de Mayno, Patricius Mediolanenſis, Catonis Sacci Papienſis diſcipulus, qui compluribus annis Patauij publicè profeſſus eſt. Poſtea Papiam quaſi in patriam, à Ludouico Sfortia Mediolani Duce reuocatus, & ab eo inter Ducales Senatores relatus, ad finem vſque ſuę vitæ XX. amplius annis iſtic prælegit. Floruit ann. Do. 1498. Paralip. rerum memo. De Iac. patre præceptore ipſe Iaſ. in l. j. pen. col. ff. de no. oper. nunc. Erat vir magni ingenij, cæterarum quoque artium, Rhetoricæ puto & Philoſophiæ non ignarus. In iure verò ciuili in Italia cũ Carolo Ruino, & Decio, facile princeps ſuo tempore fuit. Commentaria ſua nota ſunt. Mortuus eſt anno MDXIX. menſe Aprili. Papiæ extra vrbem in Cœnobio S. Pauli ſepultus. Eius Epitaphium (ſi bene memini) ita habet:

HIC REQVIESCIT IASON MAYNVS, QVISQVIS ILLE FVIT.

Sed & aliud Epitaphium eius extat, longè id quidem elegantiſſimum, in hæc verba:

Quis iacet hoc hoſpes tumulo? Quis? Summus Iaſon.
Ille ne Phryxeæ vellere diues ouis?
Clarior hic illo longe eſt. Quis nam oro? Maynus,
Excellens Iuris gloria Cæſarei.
Non fuit hoc quiſquam Iuris conſultior alter,
Qui extinctum poſſet reddere ius melius.
Sed tamen hoc ſummi vetuit mens dia parentis,
Cæſaribus cupiens vſque fauere ſuis.
Te audijt, ò nimium fœlix, qui iura legentem,
Damnantemq; acri plurima iudicio.
Nec tamen infœlix, tua qui monimenta reuoluit,
Et memori condit lecta, fouetq; ſinu.
Et quanquam obloqueris plebs inuidia, ſolus Iaſon
Hic legum nodos difficiles ſoluit.
Amborum ſic fama omnem vulgata per orbem:
Ille nitens belli laude, ſed iſte togæ.

DECIVS.

EOdem tempore floruit Philippus Decius, & ipſe Mediolanenſis, qui ſuo tempore inter iuris ciuilis principes profeſſores, & in celeberrima fama fuit. Annis triginta cum ius ciuile in celebratiſſimis quibusque Italiæ Gymnaſijs profeſſus eſſet: (nemo enim pluribus in locis eruditionis ſuę lumen oſtentauit) neſcio quo infortunio coactus eſt in Galliam profugere. Ita nãque ipſe in Conſiliorum ſuorum dedicatione apud Narbonenſem Archiepiſcopum conqueritur, ſe poſt rerum ſuarum omnimodam iacturam, non ſine maximo vitæ diſcrimine, Lugdunũ confugere compulſum: quanquam non ſolum à crimine, verumetiam criminis ſuſpicione vacuum. Proinde egenum, inopem à patria eiectum, fortunis omnibus abſque ſua culpa ſpoliatum ſe præter ſpem (vnicum miſerorum ſolatium) nihil reliquũ habere. Hæc autem perpeſſus eſt, regnante tum Carolo XVIII. Gallorum rege, qui mortuus eſt Anno MCCCCXCVIII. Sed inde poſtea per rempublicam Florentinam reuocatus, multis annis iterum Piſis, & poſtremo Senis profeſſus eſt, proſperrimam rurſus fortunam conſecutus. Quare ad ſolatium vtriuſque fortunę, ſuique perennem memoriam, magnificentiſſimum ex candido marmore, & ornatiſſimum monumentum) cui impoſita eſt ex aperto libro docentis ſimulachrum) in campo quem vocant Sanctum, Piſis extrui ſibi viuus curauit. Cui ex eodem marmore ſubiuncta eſt tabula, hanc continens inſcriptionem:

PHILIPPVS DECIVS, SIVE DE DEXIO, MEDIOLANENSIS IVRISCONSVLTVS CELEBRI FAMA NOTISSIMVS: CVM PRIMVM LOCVM STVDII IN IVRE CANONICO VEL CIVILI TENVISSET PISIS, SENIS, FLORENTIAE, PADVAE, PAPIAE, DEMVM VLTRA MONTES IN GALLIA, REVOCATVS, IN ITALIAM AB EXCELSA FLORENTINORVM REPVBLICA,

Source : BIU Cujas

PVBLICA, POSTEAQVAM STIPENDIVM MILLE QVINGENTORVM AVREORVM IN AVRO PRO LECTVRA CONSECVTVS FVISSET, DE MORTE COGITANS HOC SEPVLCRVM SIBI FABRICARI CVRAVIT. NE POSTERIS SVIS CREDERET.

Ex prædictis colligi poteſt, non modò pluribus in locis, verumetiam pluribus annis eum publicè profeſſum eſſe, quàm quiſquam alius vnquam in Italia Iureconſultus. Si enim ante mortem Caroli regis XXX. annis iam erat profeſſus (qui, vt dictum eſt, Anno XCVIII. obijt) & poſtea quoque ad annum vſque MDXXXV. profeſſus fuerit, ſequitur cum circiter LXV. annos publicè ducuiſſe. Reliquit in vtroque Iure ſcripta doctiſſima, & præterea Conſiliorum libros IIII. Mortuus eſt tandem Senis, prædicto Anno MDXXXV. XII. die menſis Octobris. Cuius poſtea corpus Piſas ad illud monumentum ſuum tranſlatum eſt.

SALAMONIVS.

MArius Salamonius Albertiſchus Eques Romanus per eadem tempora viguit. Auditor fuit Baptiſtæ Caccialupi. Ius ciuile non tantum docuit, verumetiam adminiſtrauit. Egit enim aliquandiu præſidem Campaniæ, vt ipſe quodam in loco commemorat. Inde Romam reuerſus ad Iuris profeſſionem eſt, vbi auditores multos, magnamq; exiſtimationem apud omnes habuit. Inter cætera autem in gratiam Iulij Medices Cardinalis & eccleſiæ Romanæ Procancellarij inſtituit diſputationē ſuper lege Gallus in Digeſt. Tit. de liberis & poſthumis. quam publicè magna celebritate, in XXII. Cardinalium conuentu, frequenti Epiſcoporum, Iurecōſultorum, & omnis generis doctorum hominum concurſu, magna cum nominis ſui fama, publicè exegit. poſteaq; in iuſtos Commentarios redactam, eidem Iulio Mediceo inſcripſit, & edidit. Per ipſum enim Iulium in Aduocatorum Pontificalis Conſiſtorij collegium aſcitus fuit, de quo Marius ſibi ipſi gratulabatur, quod nihil ad dignitatem amplius, ad ſtudia accommodatius, ad ætatem expetibilius ſibi condonari potuiſſet. Tandem verò ſenio prægrauante, à cauſis orandis ad ocium totū ſe contulit, eo (vt ſcribit) cōſilio, vt qđ viribus præſtare non valeret, ingenio ſaltem elaboratum aliquid reponeret. Inceperat igitur eo in ocio iuſſu hortatuque Leonis X. Pontificis, in libros Digeſtorum exactiorem interpretationē conſcribere, iamque in librum primum abſoluerat etiam, cum morte interceptus perijt. Scripſit præter iam dictam Interpretationem, & Commentaria in legem Gallus, etiam Repetitiones, & Tractatus aliquot, quæ vulgò impreſſa habentur. Item Commentaria de Probationibus, & libros de Principatu ad ipſum Leonem X. Floruit ſub iam dictis Pontificibus, facitque in ſcriptis ſuis æqualium ſuorum Iureconſultorum, puta Iaſonis, Decij, Alciati, Zaſij, inter alios crebram mentionem. Quo tempore mortuus ſit, mihi non conſtat: niſi q̄ ſuſpicor, ſub ipſo Clemente VII. cum obijſſe. Hoc tamen ſatis colligitur ex illius ſcriptis, eum valde ſenem ex vita exceſſiſſe.

ZASIVS.

REſtat Vdalricus Zaſius, qui eodem tempore quo iſti in Italia, ipſe Germanus in Germania ſua, maxima laude floruit. Natus eſt Conſtantiæ, vrbe celebri, & Synodo quoque vniuerſali inſigni, parentibus honeſtis, & mediocris inter ſuos conciues ordinis. Puer literarum ſtudijs adhibitus, liberaliter atque feliciter didicit: vt in illis temporibus, quibus primum in Germania illuceſcere (ſed ſubobſcurè adhuc) bonæ literæ incipiebant. Quanquam verò illa ipſa ætas, in quam puer inciderat, inculta adhuc barbaraque eſſet, eaque de cauſa pueritiæ ſtudia rectius alijs collocare non poſſet, tamen cum & literæ indies magis magisque emerſiſſent, & ipſe interea adoleuiſſet, ingenij dexteritate facile effecit, vt omni barbarie excuſſa, in omnibus liberalibus diſciplinis eleganter doctus & eſſet & haberetur. Iuuentutem paulò ſolutiorem eum egiſſe ferunt, praua ſocietate (quod ætas iſta peculiare malum habet) corruptum. Et memini, cùm ipſe aliquoties eius temporis iacturam apud me cæterosque ſuos familiares deploraret. Poſtea verò relicta ſchola, ſe ad forum & negocia tranſtulit, conſilio ne, an caſu incertum. In numerum Notariorum Conſtantienſis Conſiſtorij, quod iſtic ſanè celebre atq; frequēs eſt, conceſſit: vbi aliquandiu negocijs forenſibus exercitatus, à Senatu Friburgenſi (quod Briſgoiæ oppidum eſt) accerſitur, & in Archigrammatæum eius Reipublicæ eſt acceptus. Delectabatur ille etiamnum ſtudijs (quæ priuatim nunquam intermiſerat) & in primis Iuris ciuilis cognitione ardebat, cuius præſentem dignitatem, vtilitatemque, iam rectius atque olim, per ætatem iudicare conſiderareque poterat. Itaque quod in adoleſcentia per imprudentiam prætergreſſus erat, poſtea meliori conſilio, etſi ſerius, ſecutus, atque etiam conſecutus eſt. Prouecta iam erat ętate, trigeſimumque annum exceſſerat, cùm primum cępit Ius ciuile addiſcere, quod quo rectius atque expeditius facere poſſet, abdicato à ſe publico illo officio, totum ſe deinceps Iuris ſtudio addixit atque dedit. Præceptores audiuit eos, qui tum Friburgi (quod publicam & primarij nominis ſcolam habet) profitebantur, ex quibus ipſe poſtea ſcriptis ſuis duos potiſſimum celebrauit, Ioānem Knapum Germanum, & Paulum de Cittadinis Patauinū, cuius ēt in familiaribus colloquijs amiciſſimā mentionē ſępe habebat. Breui tempore plurimum in Iuris diſciplina profecit: erat enim natura laborum tolerantiſſima, memoria ſumma, iudicio prope tum perfecto prædituſ, quibus accedebat illa forēſium negociorū cognitio, quibus Iuris ciuilis rationes vſu prius quàm literis iam didicerat. Quapropter cum Paulus ipſe ingenij iudicijque dexteritatem in Zaſio diſcipulo ſuo perſpiceret, cum ſibi in ordinaria prælectione, quāquam etiam dum Scholarem (vt nunc vocant) & ob id multis ex profeſſoribus ferè tumultuantibus, ſurrogauit. pro quo tum Titulum de conditionibus Inſtitutionis, publicè prælegit. Hic quod & naturali quadam dicendi facultate præſtaret, & præter aliorum morem pro ſua eruditione cultius elegantiusque profiteretur, ſtatim celebrarij, & gratus omnibus eſſe cępit. Quapropter vt primum Doctoratus inſignia tecepit, inter ordinarios profeſſores relatus, ex eo tempore non ſcholaſtica profeſſione tantum, verumetiam ſcriptis editis deinceps magis & magis inclaruit, ac quaſi ſecum ſibi ipſi certamen eſſet, ſeipſum indies eruditione & fama ſuperauit, quā vtranque quantam ſit conſecutus, cum in medio ſint eius doctiſſima atque vtiliſſima ſcripta, nihil opus eſt meum hic iudicium afferre. Cæterùm ad vitam, quod attinet, erat ille honeſtiſſimis & amabiliſſimis moribus prædituſ: liberalis, humanus, affabilis, læti & perquàm feſtiui ingenij, vt qui libentiſſimè ſemper iocaretur. Dapſilis erat, & crebrò conuiuabatur, adhibitis plerunque doctis viris, amicis ſuis, quorum ſuauiſſimis confabulationibus animum ſuum ſubinde recreabat. Nihil enim minus, quàm ſolitudinem ferre poterat. Cibi atque vini nonnihil erat auidior (vnde & craſſitiem corporis contraxerat) vt mirari non pauciſolerent, quomodo vir iſtis rebus intemperantior, tantos tamen labores lucubrationesque (quibus plurimum vtebatur) ſuſtinere citra morbum poſſet. Sed ea erat naturæ ſuæ (quæ fortiſſima illi contigerat) pręſtantia. Conuerſatio reliqua omnis decora, & perquàm vrbana fuit. In profitendo ſummam gratiam habebat & affectionis viuidiſſimam energiam. Mihi vero contigit illum iam propè ſeptuagenarium audire, quo tēpore quāquam ob ſenium multa erant in illo remiſſiora, etiam vox ipſa (quod tum edentulus eſſet) bleſior, tamen ita adhuc docendo vigebat, ita viuebant omnia quæ loquebatur, vt liquidò iurare poſſim, neminem me ex Germanis & Italis profeſſoribus audiuiſſe, qui hunc viuida illa docendi ratione ſuperarit. Erat candidiſſimi ingenij, minimeque inuidi. Aliorum laudes non ſolum libenter admittebat, ſed etiam ipſe frequenter prædicabat, nec ego profecto memini vllius illum profeſſoris vel ex demortuis, vel ex illis qui ſuo tempore celebrabantur, honori nominique vnquam obtrectauiſſe. Pertinacior tantum in illis defendendis, quæ ſemel aſſeruerat, & reprehenſionis nonnihil impatiens eſſe videbatur. Cætera vir permagnæ erat humanitatis, vt dixi: quacùm alios omnes, tum maximè diſcipulos ſuos, & ex illis ſtudioſiſſimum quenque complectebatur. Nihil erat, quod illis non communicaret ex ſuis: nihil quod, ſi poterat, nō præſtaret. In me ipſum diſcipulorum ſuorum inertiſſimum, quantum contulerit beneuolentiæ, quantum etiam operæ, non facile dixerim, fortaſſe tamen aliquo tempore commemorabitur. A Ferdinando tum Hungariæ & Boemię, nunc etiam Romanorum rege, poſt dedicatam eidem lucubrationum ſuarum editionem, inter alia hoc priuilegio donatus erat, vt quandocunq; ei luberet, in ociū ſe literarium recipere, & operoſum prælegendi laborem à ſe abdicare poſſet, ſaluo nihilominus ſibi annuo ſtipēdio ſuo. Friburgenſis. n. Schola ſub Ferdinandi, tanquā Archiducis Auſtrię, dominio eſt. Cæterùm hoc priuilegio Zaſius nūquam vſus eſt, ſed amore ſtudioſorum, quorum non paucos immenſis etiam itineribus ſecutos ſe videbat, perpetuò, ſi per valitudinem licebat, prælegebat. Nam podagra ſæpe impetebatur, & illi etiam ſenectus ipſa (iuxta prouerbium) morbus erat. Vxores habuit duas, ex quarum prima Ioachinum, qui poſtea Ducis Sabaudienſis Secretarius fuit, & filias duas, Clementiam mercatori poſtea, & Catharinam Georgio Funck Conſtantienſi docto Iurecōſulto nuptam, Latinis literis induſtria ſua prętęr Germanię morem eruditam, ſuſtulit. Senior iam ſecūdam duxit, quę illi filios tres, & filiam peperit. Ex illis natu maior Ioan. Vdalricus, iuuenis ingenij acrimonia, memorię prętantia, dicendique promptitudine à patre neutiquam degenerans, hoc anno ex Italia (quò poſt obitum patris ſui ad audiendum virum doctiſſimum Marianū Socinū miſſus erat) ſolitis titulis inſignitus redijt: vt magna ſpes ſit, eum in paternas laudes eſſe ſucceſſurum, modò indefeſſam patris diligentiam perinde ſequi non grauetur. Reliquit Zaſius multa pręclarè ſcripta, quorum quędam vltimam manum accepere, & ab eo edita ſunt puta. Intellectus Singulares: Commētaria in legem ſecundam, Digeſt. de origine Iuris: Tractatus Subſtitutionum, Tractatus de Iudęorū infantibus baptizandis, Apologia contra Eccium, Item contra Stellam Aurelienſem, & Epitome

tome in vſus Feudales. Reliqua verò poſt mortem illius edita ſunt à diſcipulis cõfuſa adhuc, incorrecta, & reliquis ſcriptis propter vltimæ manus defectum, propè diſſimilia, quæ ſunt: Summa in Digeſtum vetus, Lecturæ in aliquot Titulos primæ partis Digeſti Veteris: Et in Titulum, Si certum petatur, in ſecũda parte. Item ſuper Titulum de Actionibus, in Inſtitutis. Item Conſiliorum libri duo. Et reſtant adhuc plura eius opera, quæ & ipſa fortaſſe in publicum prodibunt futuris temporibus. Illa autem omnia ſi ab eo fuiſſent ipſo emendata, haud dubie longe aliam faciem fuerint habitura, quam nunc habent. Cuius ego neutiquam leuem cõiecturam ex Tractatu Subſtitutionum ab eo ipſo poſtea euulgato facere poſſum: qui tantopere diſtat ab illo quem in Scholis nos Auditores ex illius ore exceperamus, vt Lecturam præ illa editione vix agnoſcere poſſis Zaſij fuiſſe: tã multa iſtic immutata, tam multa etiam reciſa, tam multa denique ex integro illuſtrata ſunt. Ex qua quidem editione plane perſpexi, Zaſium hoc ferè emendationis genus in vſu habuiſſe, quod Horatius in Satyris deſcribit, dum ait:

Deterreret ſibi multa, recideret omne quod vltra
Perfectum traheretur: & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, viuos & roderet vngues,
Sæpe ſtylum vertens, iterum quæ digna legi ſint
Scripturus: & cętera.

Aliàs enim in Lecturis erat multo effuſior, & minus cõcinnus, & verborum (quibus ſæpenumero inquinatis, ſignificantibus tamen vtebatur) ferè negligens fuit, Qua de cauſa Zaſium ſinceri lectores excuſatum habere, ſicubi in poſterioribus editionibus eum ſibi ipſi diſſimilem inuenient, & illius quod apud Naſonem eſt, humaniter meminiſſe debent:

Emendaturus ſi licuiſſet, eram.

Mortuus eſt optimus ille & doctiſſimus vir Anno ſalutis MDXXXV. VIII. Cal. Decemb. ætatis verò ſuæ Anno LXXIIII. Elatus eſt magno totius vrbis luctu, & in ſummo templo honorificè ſepultus, vbi illi ex decreto Senatus & Reip. Friburgẽſis ad extremã gratitudinis ſignificationem (municipales enim leges eius vrbis Zaſius omnes illis condidit) elegans monumentum poſitum eſt cum hac inſcriptione:

HVLDRICHO ZASIO IVRECONS. SVORVM TEMPORVM TOTO ORBE CELEBERR. HVIVS ACADEMIAE ORNAMENTO SINGVLARI, ET REIPVBLICAE FRIBVRGENSIS IN RESTAVRANDO IVRE MVNICIPALI IAM OLIM STRENVAM OPERAM NAVANTI, ALIISQVE MVLTIS NOMINIBVS DE SE BENEMERITO, MAGISTRATVS OFFICII MEMOR FIERI IVSSIT.
CONCESSIT NATVRAE, ANN. SALVTIS MDXXXV. VIII. CALENDAS DECEMBREIS.

Aliud Epitaphium.

Siccine mors crudelis, & inuida præripis orbi
Vlrichum Zaſium, decus admirabile Iuris
Cęſarei ſimul & ſacri (pauciſſima dixi)
Immò doctrinæ totius, & artis honeſtæ
Theſaurum, ac mundum locupletem: cuius ab ore
Manabat ſermo vel melle ſuauior omni.
Quid nunc collaudem ſummum pietatis amorem,
Et mentem cęlo dignam? quo iam illa ſoluta
Corporis inuolucrus fruitur, ſine fine beata.
Quod ſupereſt, te compello ſtudioſa Iuuentus,
Tandem pone modum lachrymis, iſtoq; dolori.
Vocis adempta tibi Zaſianæ copia: verùm
Extant ingenij monumenta perennia, quæ ſi
Aſſiduè manibusq; teras, oculisq; frequentes,
Spirat in his, loquiturq; viri pars optima ſemper.

Hæc ego ex plurimis de præceptore optimè merito, paucis propterea ſum proſecutus, quòd dudum in animo gero, aliquãdo iuſto quodam commentario vitam eius omnem, & quę plurima ab eo crebris colloquijs noſtris bene dicta ſunt, ex ordine commemorare, quæ quidem dum paro, hanc interea gratitudinis erga illum meæ teſtificationem extare volo.

Vitæ recentiorum Iureconſultorum
per Ioan. Ficardum
Finis.

EPITOMAE VIRORVM ILLVSTRIVM

Qui vel ſcripſerunt, vel Iuriſprudentiam docuerunt in Scholis, & quo tempore etiam floruerunt, Ordine alphabetico conſtitutum, quo Studioſi facilius alliciantur ad legendum, nunc primum in gratiam ipſorum editum.

Authore MANTVA, Patauino, Iuriſcon.

Adiectis in calce quoq; inuectiuarum libello, necnon Venetæ Ariſtocratiæ laudibus, & Patauinæ verbis ſimul, omnibus cũ ſcitu tum annotatu dignis, vt ſic viros, ſic patriam vnde ortum habuerunt, ad vnguem (quod aiunt) obſeruaſſe potius quàm neglexiſſe videatur.

PROOEMIVM.

MVLTI ſanè ſunt, qui virorum Illuſtrium vitam diligentiſſimè conſcripſerunt quo tẽpore maximè floruerint, & ſi quæ amplius monumẽta reliquerint, quæ nam ea ſint, quæ inueniũtur, quibusq; temporum iniuria careamus, præſertim Rutilius, Seueri nus, Ioan. Baptiſta à S. Blaſio, Catellia nus Cotta, Neuizanus; & alij, verum quia ſuppletione in multis egere videntur, multiq; etiam prætermiſſi ſunt, ſua laude non fraudandi, ſtatui ego Mantua Patauinus, epitomate quodam, prœoculis id vnum ſemper habens, ad cauſam non magnam adhibere ſuperuacuam verborum copiam, luxuriæ genus eſſe, idq; delectabilius (vt Philoſophus inquit) quod eſt breuius eiſdem ſuppetias ferre, partimq; eorum quorum vitam tunc literis tradiderunt, patimq; (vt diximus) prætermiſſorum, & forte de induſtria ne in immenſum creſceret opus, æqui igitur boniq; cõſulat lector, & ſi quid vnquam quod non probandum ſit ipſe poſtea inuenerit, ignoſcat queſo, quoniam voluiſſe ſat eſt, ſin minus patienter feram, ęquoq; animo, quoniã nec Momus olim ſomni & noctis filius ſuperos quidem inculpatos reliquit.

A. Caſſellius.

1 ACASSELIVS, maximus, celebratusque Iuriſconſultus fuit, quem tanti faciebat Q. M. Scęuola, vt cum de iure prædiatorio conſuleretur, ad Furium & Caſſelium (Author eſt Val. Max.) reijceret conſultores, cuius etiam in arte poetica meminit Flaccus dicens.

O maior iuuenum quamuis & voce paterna
Fingeris ad rectum, & per te ſapis, hoc tibi dictum
Tolle memor, certis medium & tolerabile rebus
Recte concedi, conſultus iuris & actor
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti
Meſſalæ, neſcit quantum Caſſelius Aulus,

Nec omittendum cenſui, q̃ eodem tempore etiam fuerunt, Trebatius, Caſſelius, & Offilius, ex q̃bus Trebatius peritior, Caſſelius eloquentior, & (vt dicitur in l. 2. in §. Seruius ad fi. ff. de ori. Iu.) Offilius vtroq; doctior iudicatus eſt.

Antonius Butrius.

2 ANTONIVS BVTRIVS Bononienſis fuit quoque vir maximæ auctoritatis, vt teſtatur Pau. Caſt. conſi. 180. incip. ſuper eo. vol. j. in fi. Floruit anno Domini (aliter ſe decepit Ioan. Fichar. in eiuſdem vita) 1417. legit Bononiæ vbi etiam ſepultus eſt in Eccleſia S. Michaelis in nemore, in Monachorum Clauſtro, egoq; eius tumulum vidi, & epitaphium legi anno 1548. vnà cum Alexandrino collega illuc profecti ſolatij gratia, & vt non amplius viſam vrbem, tam vetuſtam, nobilem & claram ſpectaremus. Aliquo tempore docuit etiam Ferrariæ, inuita Minerua tamen, quod ipſemet in obitu filij vnici quem habebat, epiſtola quadã compatri ſuo ſcripta oſtendit, & in qua conqueſtus varij ſunt, poſita aliàs in vol. conſi. ſuorum poſt 47. ſtatum, fuit quoq; præceptor Ioan. Imolenſis, & Geminiani, vt ille dicit, & teſtatur, conſi. 101. incip. in cauſa, ad fin. iſte conſi. 66. incip. pro declaratione, col. 4.

AZO.

3 AZO BONONIENSIS fuit pariter, quibus in locis docuerit & quo tempore floruerit, ſatis conſtat ex eius vita ab alijs ſcripta, hoc tantum addẽdum eſt, q̃ pręter doctoratus gradum erat etiã canonicus, & ſic cęteris honorabilior, quia dignitas eſt, quæ non ſolet communiter conferri niſi optimis ciuibus & literatis, vt per Inn. in c. fraternitatem, de ſepul. Rota deciſio. 450. Io. Staphi. in

Source : BIU Cujas

phi.in tract.de gratijs.§.inter formas.nu.6.quodq; ius pontificiũ docebat.Præceptor quoq; Io.And.quod teſtatur in mercu.inq; regu.exceptionem obijciens.col.j.de re.iu in 6.& adeo eminentis ſcientiæ,ꝙ non dubitarunt ſcribentes,præſertim Gui.Papa ip ſum veritatis tubam appellare conſi.63.incip.circa contractum. col.vlt.& conſi.98.incip.ex duabus.col.2.& Bal.in l. contractus. C.de fi.inſtru.relatus à Stepha.Fed.in tracta.de int.iur.col.91. dicere,ꝙ eſt vas electionis vt Paulus, ideſt fons legum, idem Bald. conſ.290.incip.Iſtæ allegationes.in prin.vol.j. Ferunt à Bulgaro ira accenſo occiſum,vt in Bulgaro infra.

Arſendinus Arſendus.

4 ARSENDINVS ARSENDVS Foroliuienſis, egregius legum doctor fuit,Rainerij filius,legit hic & Bononiæ,& quia fuſius Io.Bapt.à S.Bla.de eo deq; virtutibus ipſius & excellentia locutus eſt tranſeo.

Angelus Vbaldus.

5 ANGELVS VBALDVS Peruſinus contemporaneus Bal. fuit,vterq; diſcipulus Bar.& Franciſci Tigrini,deceſſit Florentię anno 1423.vt infra de Bal. cætera in vita ipſius, eſt verum præter hæc ꝙ ſeipſum citat in §.omnis.inſt.de verb.obl. in l.nam ad ea. ff.de legi.& tamen id non reperitur.

Angelus Caſtren.

6 ANGELVS CASTRENSIS floruit anno 1484. Eques comes,& Aduocatus conſiſtorialis,legit hic tantum.

Antonius à S.Angelo.

7 ANTONIVS A S. ANGELO Patauinus floruit anno 1394.legit hic multo tempore,& inter cętera (vt inquit S.Blaſi.) l.ſi inſulam,repetijt.ff.de verb.ob. quam tamẽ ego nunquã vidi.

Antonius Orſatus.

8 ANTONIVS ORSATVS Patauinus Iuriſc.eloquẽtiſſimus floruit anno.1473. docuit hic in patria ſemp, & ſtatuta collegij noſtri reformauit,multis ſuperinde ẽt additis, quæ adhuc ſeruantur, quæq; recordatione tanti viri, ſemper viguerunt & vigent, multa ſcripſit,ſed nihil quod ego viderim, vulgatũ eſt, niſi oratio gratulatoria,quã habuit(orator enim erat egregius)Venetijs, in creatione noui ducis Nicolai Marcelli anno 1474.& quidem luculentiſſima,ac nunquam ſatis laudata.

Antonius Turchetus.

9 ANTONIVS TVRCHETVS Patauinus hic docuit tantum, eodemq; tempore floruit, quo Antonius Orſatus, ex quo ipſe quoq; paulò ante orationem habuit pariter in creatione Nicolai Troni,anno ſcilicet 1472.

Antonius Burgos.

10 ANTONIVS BVRGOS Hiſpanus,cui aliàs Salamãtica erat patria,floruit anno 1506.hic docuit,Bononię,Salerni,& Romę, ibiq; Referendarius iuſtitiæ mortuus eſt, ędidit præclariſſima cõmentaria hic dum legeret in titu.de emp.& ven.

Antonius à Prato.

11 ANTONIVS A PRATO veteri Bononienſis præceptorem habuit Florianum à S.Petro,vt ipſe in vol.conſi.Alex.teſtatur.4. nu.131.incip.Vere.in fi. Docuit Bononiæ & Senis, temporibus S.Bernardini,quod adhuc ipſe refert eo.lib.conſ.45. incip.Paucis vtar.col.3. qui ſanctus poſtea fuit canonizatus à Nicolao 4.Pontifice,anno iubilei 1446. & ſeptem annis ante mortẽ multis claruit miraculis,vt inquit Gui.Papa deciſio.84.incip.Temporibus meis,col.2.cui etiam Auus meus maternus erat familiaris & domeſticus.Repertorium inſuper ad Bar.compoſuit, & ad Bal.nõ impreſſum, ꝙ ego habeo manuſcriptũ, aliqui dicunt,ꝙ hic quoque legit,quodq; collegam habuit Paulus Caſtren.

Antonius Franciſcus à Doctoribus.

12 ANTONIVS FRANCISCVS à Doctoribus Patauinus floruit anno 1465.Docuit annos 53. hic in patria, & Ferrariæ, ibiq; Felinum Sandeum collegam habuit,multa ſcripſit,ſed erant tm̃ additiones ad Abbatem Panormitanum, & ẽt ad Alex.Imolen.

Alexander Imolenſis.

13 ALEXANDER TARTAGNVS Imolenſis legit Papiæ,hic, & vltimo loco Bononiæ, vbi etiam ſepultus iacet, floruit anno 1467.multa edidit,notiſſimumq; eſt,& fuit præceptor Bartholomæi Socini,vt ipſe teſtatur in l.certi condictio. in fi. prin.ff.ſi cer. pe.Solebatq; ſemper veritatem amplecti,& doctor hinc non abre veritatis appellatus eſt, vt per Cur. Iuni.conſi.139.incip. Præſupponitur.nume.10.& Galliau.in l.Centurio.col.8.ff.de vulga. & pup.ſub.

Andreas Ciaffi.

14 ANDREAS CIAFFI, Piſanus egregius Doctor fuit,veriſimileq; eſt;quia nobis aliter non conſtat,in patra docuiſſe, quando quidem ipſum ſępe citet Albe.& potiſſimũ in §.diſcipuli.col.j.in proę.digeſtorum,& Bar.in l.non ſolum.in §.morte.num.11.ff.de no.ope.nun.& in l.ſi is qui pro emptore.col.3.& 4.ff.de vſuc.notiſſimumq; eſt etiam feciſſe tracta.de Gerund. qui impreſſus eſt.

Andreas Siculus.

15 ANDREAS SICVLVS vulgò appellatus Barbacia floruit anno 1466.quod ipſe teſtatur in c.Raynaldus.in repe.col 34. de teſta.& anno 1484 præceptorem habuit Io.Imo.& Ioan.Anna. quem doctorẽ excellentem ibidem vocat,& ſanctę vitę,col.85. & 155. etiam patrem Reuerendum 159. & 83. quod anno 2. ſui ſtudij ſub ipſo diſputauit. Bononiæ docuit & Ferrariæ, vt ait in dicto loco col.62.& ſicuti innoteſcit omnibus multa ædidit & à Corſe. In ſingu. minor j. lucerna iuris appellatur. Verum adde, quod tract.de præſtan.Cardi.fecit iuuenis admodum,vt teſtatur ipſemet rurſum in c.in præſentia,nu.6.de proba.& rub. ſimul de acqui.hæ.quam nõ habemus,eodem teſte in præalleg.c.Raynaldus.col.154.& 162.

Accurſius Florentinus.

16 ACCVRSIVS FLORENTINVS non ignobilis Iuriſconſulqui Bononiæ docuit,vt ipſe teſtatur,in authen.vt præpo.no.imp. in prin. floruit anno 1236. nonnulli anno 1246. ſed nulli magis quam ipſi credendum eſt,ſic appellatus deinde fuit : quia occurrit tenebris iuris ciuilis,& gloriatur, hoc ipſumq; ore proprio dixit in l.facta in §.ſi in danda.ff.ad Treb.& idem quod Accur. hic facit etiam Bernar. in c. quod ſicut. de elec. & memoratu dignũ videtur,ꝙ Placentinum derideat tanquam dementem,& immemorem legum in l.cum notiſſimi.C.de præſcri.30.anno. & ſomniantem in l.cogi.C.de peti.hæ.& (quod peius eſt) veluti hæreticum,in l.ſtatuæ.ff.de vſuf.meminit Bal.in d.l.cum notiſſimi.col. 2.& maximè mirum eſt,ꝙ de Franciſco filio tãtum mentio fiat, de Ceruoto autem nihil altero eiuſdem nato,idcirco Bal.addendus eſt in l.j.in §.interdũ.ff.de legi.tu.quodq; huius Ceruoti plures additiones factæ fuerunt, quæ Ceruotinæ appellantur, ferè omnes reprobatæ, vt in l.liber homo, in §. ſi Attilicinus. & ibi Bar.ff.de hæ.inſti.& in l.præterea. & ibi Bal.ff. man. & in l.j.§.officio.ff.de tut.& ra.diſtra.præter intellectum communiter approbatum ad l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.quem tamen reprehendit etiã quoad alia Imo. in l. Modeſtinus. ff. de ſolu. Immo ꝙ d.intellectus quoque fuit veriſimiliter (vt ibi per Bart.) Iacobi Balduini, qui ſucceſſit Accurſio. Et ad Franciſci propoſitum ſciẽdum eſt, ꝙ idem Accurſius pater,ipſum emancipauit,vt per eũdem Bar. in l. in quartam. nu. 10. ff. ad legem fal. qua de re autẽ hoc ipſum fecerit non conſtat.

Albericus Roſatus.

17 ALBERICVS ROSATVS Bergomenſis, quo tempore floruerit,& quæ ædiderit ſatis liquet ex eius vita ab alijs conſcripta, adde quod eſt antiquus & contemporaneus Io. vt per Odof. in authen.ſi quis in aliquo.col.j.C.de eden. quodq; ipſum doctorẽ & commentatorem eximium prædicat & extollit Fulg. cõſi.47. incip.Ser Michael.col.j.& conſi.120.incip.ſuper eo.col.2.& optimum praticum dicit conſi.155.incip. proponitur. col.2. conſil. 173.incip.In cauſa.col.j.& conſi.179.incip.dubia.col.pen.& conſi.237.incipiẽ. Dynus.col.j.Verbumque eſt,ꝙ in ore frequenter habebat recolendæ memoriæ Hiero. à Doctoribus eques & Iuriſcon.egregius, mihi cum multis officijs tum maxima familiaritate cõiunctiſſimus, & patriæ noſtræ tunc decus & ornamentũ, is etiam(vt reuertamur vnde diſceſſimus) opus ſuum ſuper toto iuris corpore Sacro collegio doctorum Bononienſium dedicauit,quod teſtatur in prin. Codicis,electusq; fuit aliàs ad corrigenda Bergomatum ſtatuta,vt refert in l.j.col.j. C.de nouo Cod.cõpo. & orator tempore Benedicti Papæ XII. annoque Domini 1340.magnificorum dominorũ Io. Epiſcopi Nouarien. & Luchini Vicecomitum dominorum Mediolani,& fuſius vt per eũ in l.iubemus nulli.coll.j.C.de ſacroſan.ecc.

Aemilius Feretus.

18 AEMILIVS FERETVS patria Anconitanus eloquentium iuriſperitiſſimus, & iuriſperitiſſimorum eloquẽtiſſimus, floruit anno 1544.Auinioni toto tẽpore vitæ ſuæ docuit, ibiq; ẽt mortuus eſt,commentaria reliquit in ordinarias partes matutinas & veſpertinas,quæ poſtquã ædita fuerunt, nõ modo expectationẽ æquarunt,verumetiam longe ſuperarunt,doctrina & eloquio.

Aemilius Papinianus.

19 AEMILIVS PAPINIANVS ſublimiſſima prætoriana præfectura decoratus fuit,vt in proę.digeſtorum & in l. lecta.in princ. ff.ſi certum petatur.Vir (mitto quod in eius vita Rutilius, deque eo loquens Cotta,dicant ipſum eſſe iuris Aſylum,ac doctrinę legalis theſaurum. Verbaq; formalia ſunt Aelij Spartiani grauiſſimi hiſtoriarũ ſcriptoris) pfectò ſubtili ingenio,acutiſſimus, prudentiſſimus diſertiſſimus:& maximus iuriſcõ.l.cum acutiſſimi.l. cum virum.C.de fideicom.l.cũ Papinianus.C.de ſen.l.fi. C.de inſti.§.ſed quia,inſt.de fideic.hę.late Albe.in loco de quo ſupra,id eſt in §.tertio autem anno.in proę.fforum,nõnihil Bal. in l.omnes populi.col.7.ff.de iuſti.& iu.& Anchara.in repe.c.canonum ſtatuta.col.316.extra de conſti.

Africanus.

20 AFRICANI vita non aliter ſcribitur à Rutilio, ſed quæ monumenta tm̃ reliquerit,ideo & nos de induſtria hoc ẽt ſolũ adijciemus, ꝙ omnes leges ferè eiuſdem obſcuritatem quandã præ ſe ferre videntur,vſq; adeo vt iam factum ſit tritum ſermone ꝓuerbiũ. Africani lex eſt, ergo difficilis, vt per Bar.in l.cum quis, in prin.ff.de ſolu.& Ang.in l.fin. ff.de nego.geſt.& Deci.ſen.in l. eius qui in prouincia.in prin.ff.ſi cert. pet.vbi etiam ego. Et in l. frater à fratre. in prin. de condi. inde. quodq; ab Aemilio Papiniano inſtructus Alexandri tempora, & Imperium illuſtrauit.

Andreas

Source : BIU Cujas

Audreas Iſernia.

21 ANDREAS Iſernia egregius Iuriſc.fuit,qui Neapoli,vt inqt tex.in l.aduocati.C.de aduo.di.iud. ibi militant. nanq; aduocati, militabat in cõſiſtorio regio,is occiſus eſt à Gallo quodam domum rediens ante portam Petrucij; quia contra ipſum ſentẽtiã tulerat,vt Preuidellus Regien.de quo infra,crimenq; huiuſmodi lęſæ maieſtatis habitũ eſt ob viri excellentiam,officijq; dignitatem.Reliquit is egregia cõmentaria in cõſtitutiones feudales omnib.nota,eumq; ſummis extollit laudibus Ang.conſi. cx. incip.Sanctiſſima,col.6.Et factũ tam atrox refert Antonius Capici.deciſi.130.incip.primũ dubiũ.nu.43.& eũ maximũ feudiſtam vocat Cur.iunio.conſil. 138.Habita,nu. 20. Et Euangeliſtã in regno Gramma.voto 30.incip.Illuſtriſſime,num. 16.

Abbas Panormitanus.

22 ABBAS Panormitanus,aliàs Nicolaus Siculus vir præſtantiſſimus fuit,quo tempore floruerit,quęq; monumenta reliquerit, in eius vita apud alios legi poteſt,eſtq; notũ omnibus,id tñ ſilentio haud inuoluendũ putaui,ꝙ Franciſcũ Zabarellã Florentinũ Cardinalẽ habuit prꝛceptorẽ,quẽ ipſe honorificè citat in c.extir pandę.in §.qui verò.in rep.col.5.de præben.in rub. de iudi.in c.j. col.1.de cau.po.& prop.& in c.potuit.in fi.de loca.& conſil. 102. incip.Circa,col.j.vol.2.& in diſputa.incip.Titius,col.9.quodq; legit Senis:vt colligitur ex dictis eiuſdem in ca.dilectus.de ſeq. po. & fruc.& in c.decernimus,in fi.de iudi.& in c.fi.col.12.de fo. cõpe.& in c.1.col.6.de lit.con.& in.c.j.col.2.de ſpon.& in c.quoniã Abbas,col.2.de offi.de.& in c.eccleſia S.Mariæ,col.6.de conſt.& in c.fi.ad fi.de fur.legit etiam Parmæ annos ſex, vt teſtatur in d. c.j.col.4.de lit.con.& Abbas dicitur per excellẽtiã : qa eſt nomẽ dignitatis,etiam quod huiuſmodi eſſet,& quia æquiparat epiſcopo,qui eſt dignitatis culmen,vt per Archi.in c.licèt,de præbẽ.in 6.Milis in §.dignitas,verſi.3.Et quia Abbas idem eſt,ꝙ pater , ex quo lingua ſyra abba nil aliud ſignificat .

Antonius Porcellinus.

23 ANTONIVS Porcellinus doctor & Eques Patauinus floruit anno 1532.legit hic aliquot annos, orationem habuit Venetijs in crearione Ducis Andreæ Gritti, inq; aduentu Illuſtriſſimi & Reuerendiſs.F.Piſani Cardinalis Epiſcopi Patauini anno 1523. & 1529.

Antonius Zachus.

24 ANTONIVS Zachus doctor Patauinus floruit anno 1504.legit libros inſtitutionũ biennio,poſtea fluxu ſanguinis nobis ꝓreptus eſt,iuuenis certè,niſi periiſſet tantæ ſpei tunc , quantæ alius quiſq;,à quo ſum ego quoq; olim primus illis rudimẽtis edoct⁹.

Aeguinarius Baro.

25 AEGVINARIVS Baro Leonenſis, fuit maximus Iuriſcõſultus,docebat Biturigibus,& floruit anno 1542.aliqua reliquit, teſtantia eloquij & doctrinę profunditatem, & maximè tracta. de diuidu.& indiuidu.quem ſi videbis tantum probabis,vt ea in re nil tibi aliud quærendum ſit.

Arcoanus Buzacharenus.

26 ARCOANVS Buzacharenus Antonio zacho ſucceſſit,eoſdemq; libros legit,& niſi ipſe iuuenis quoque fuiſſet nobis ereptus,tam magnam ſpem de ſe pariter conceperat , vt non poſſit aliter dici,niſi ꝙ iacturam incredibilem poſteritas morte iſtorum iuuenum omnino paſſa ſit .

Andreas Alciatus.

27 ANDREAS Alciatus Mediolanenſis noſtra hac ætate floruit:& quia nouum modum ſcribendi inuenit,tam magnũ nomẽ ſibi compararat,vt dictu mirabile ſit . Erat enim grauis Iuriſconſultus,literisq; Latinis & Græcis eruditiſſimus, quod præclariſſima eiuſdem monumenta multa ſanè ædita declarant, iuuenis mortuus eſt literatis deſiderium relinquẽs , quoniam multũ etiam ſi vixiſſet profuiſſet poſteritati,docuit Biturigibus, Papiæ, Auinioni,Bononiæ , & Ferrariæ , magno euocatus ſtipendio ab Hercule Duce Illuſtriſſimo,& literatorum omnium fautori maximo mortuus eſt anno 1550.Papiæ ibiq; ſepultus in diui Epiphanij templo.

Antiſtius Labeo.

28 ANTISTIVS Labeo iuriſprudentia clarus, & (vt in eius vita dicitur quam alij conſcripſerunt) Trebatij auditor fuit,eaq; præſtantis animi liberalitate,vt Octauio rerum potiente , nihil probarit,quod non iuſtum ſanctumq; eſſet,inq; Romanis antiquitatibus legiſſet,quemadmodũ Atteius ait apud Gel.lib. 13. c.12. refertq; vltimò Balduinus interpres optimus. Inſt. de codicil. in prin.& bene à verbo Labeonis,de quo ibi occaſione ſumpta.

Ad Antiſtium Labeonem adde (vt Fulgen. Placiades ſcribit) ꝙ fuit in Iure Pontificio & veterum doctrina reliqua eruditiſſimus,quodq; libros etiam Tagetis quindecim voluminibus expoſuit.Tages enim Deus apud Hetruſcos habitus eſt. Haruſpicine inuentor.

Andreas à Barulo.

29 ANDREAS à Barulo ſæpe ab interpretibus noſtris citatus , & potiſſimum per Bar.ea de re ipſum magnum & famoſum dñt ac vocant,præſertim Iſer.in l.j.in prin.de proh.offi.occa. in conſti.Neap.& in ſpecie Afflic.ꝙ fuit aduocatus fiſcalis incomparabilis tempore Regis & Imperatoris Federici,quo in regno cęperunt collectę antea non impoſitæ,in ca. j. in §.& extraordinaria nu.43.45.46.quę ſint rega.in vſib. feud.

Antonius à S.Leonardo.

30 ANTONIVS à S.Leonardo Patauinus præſtantiſſimus Iuriſ cõſultus fuit,qui ingenio & memoria plurimũ pollebat, adeoq; tenaci,vt omnia vel eſſet lex,vel gloſa(mitto cęteros quoq; doctorum apparatus)ad literam ſine libris recitaret , floruit anno 1506.monumentorum aũt ingenij ſui nihil reliquit,quanquam aliquot annos hic in patria docuerit .

Aloyſius Diſcalcius.

31 ALOYSIVS Diſcalcius ſenior Patauinus elegãtiſs.& Doctiſs. Iuricõſultus, floruit anno 1530.in patria hic multo tempore docuerat,& ſubinde etiam in inclita ciuitate Venetiarũ, patronus forenſia negotia cauſasq; ſumma cum ſua laude & gloria pertractauerat,mortuus & ſepultus ſenex in patria.

Achilles Senenſis.

32 ACHILLES Senenſis nobilis,& natus ex Comitibus Ilcij,floruit anno 1519.legit Papiæ & hic,forte annos 15.poſtea à Ferdinando S.Seuerino tunc Salerni Principe conductus magno ſtipendio in itinere perijt,is fuit coetaneus meus,eodemq; tẽpore Hieronymũ Butigellam , & Carolũ Ruinũ præceptores habuimus,eoq; poſt ſuum diſceſſum in ipſius locũ (prius enim decennio eram ius pontificum interpretatus) ab Illuſtriſſimo Dominio noſtro,ſiue ab ampliſſimis viris,tuncq; Gymnaſij reformatoribus Georgio Piſano,& Marino Georgio ſuffectus ſum.

Antonius Roſellus.

33 ANTONIVS Roſellus Aretinus doctor celeberrimus floruit anno 1480.ſcripſitq; multa,quibus tamẽ temporum iniuria caremus,& ſi quid eſt,quod paſſim legi poſſit,eſt inquam mirabilis ille tractatus,de poteſtate Papę,quem vulgò monarchiam vocant omnes.is etiam fuit Eques,Comes, & Aduocatus conſiſtorialis optimè meritus, vt multæ ipſius ſubſcriptiones declarant & teſtantur,quæ hinc inde fecit ad conſilia aliorum excellentiſſimorum iuriſconſultorum .

Alexander Neuus.

34 Alexander Neuus Vincentinus iuris ac legum interpres iuuenis admodum,floruit anno 1457. hic docuit multo tempore & ſuæ virtutis etiam multa reliquit monumenta,maximè conſilia in materia vſurarum,nunquam apud poſteros interitura .

Andreas Gammarus.

35 ANDREAS Gammarus Bononienſis vir ſanè clarus fuit, in patria docuit,& floruit anno 1512.multa ſcripſit, & præſertim q̃ legi poſſunt,Topicorum libros tres,& ſubtiliſſimum ac vtilem tractatum extenſionum,repetijt etiam c.j.de rerum permu. in 6. & dum eſſet ſcolaris,alium tractatum de cognitione iuris in lucem emiſit,quaſi Arrhabones ſuarum laudũ virtutis & gloriæ.

Antonius Dandulus.

36 ANTONIVS Dandulus Venetus nobilis patria, nobilior genere,doctrina verò nobiliſſimus vir magni ingenij fuit,vt teſtat Io Bap.in tracta.ſupra allega.de ſtudio lega.docuit Peruſij,hic & Piſis,ſuiq; deſiderium maximum moriens reliquit poſteris.

Antonius Bernardus.

37 ANTONIVS Bernardus Venetus adhuc vir magni ingenij fuit,qui etiam hic docuit per aliquot annos,& ſumma cum laude quidem poſtea in patriam reuerſus eſt,& per omnes dignitatum gradus peruagatus omnibus apertiſſimè demonſtrauit,qualis,quantusq; foris,domiq; ſemper fuerit, cuius laudes nec idem auctor in loco præallegato tacuit.

Antonius Leonus.

38 ANTONIVS Leonus Patauinus,hic in patria legit multo tẽpore,nomenq; Doctoris textualis & optimi quidem,omnium iudicio ſibi vendicauit,licèt nõ ſatis conſtet nobis præciſe quando floruerit.

Angelus Buzacharenus.

39 ANGELVS Buzacharenus Patauinus aliquot annos pariter docuit hic in patria maiorum ſuorum veſtigia ſequutus , ſed poſtea labores hos continuos perteſus , vt ferunt, ſe totum ſtudio camerario tradidit, & inglorius,ſenex admodum, ex hac vita diſceſſit,memoria dignus tamen,quia vir optimus erat,& inculpatæ vitæ .

Alexander Papafaua.

40 ALEXANDER Papafaua Patauinus,vt patriæ ſuæ honori eſſet,& emòlumento,eiuſdem amantiſſimus,nec laboribus aut vigilijs pepercit unquam ſtudendo,& docendo,& niſi morbus incurabilis ei ſuperueniſſet,in virum euaſiſſet præſtantiſſimũ,quoniam magnæ admodum ſpei tunc erat adoleſcens .

Aluarotus .

41 ALVAROTVS AB ALVAROTIS Patauinus, Petri , de quo infra,Pater,hic docuit , & floruit anno 1384. Poſt hunc fuit alius , qui docuit hic pariter & floruit anno 1455. & alius demum , Iacobi Aluaroti Iunioris , cuius mentio pauloante facta eſt , frater , qui ſuo tempore etiam claruit , anno tamen 1498. quique etiam hic docuit , poſtea Romam profectus eſt . Hicque rurſum Canonicus erat Cathedralis Eccleſiæ , ibi ve-

Source : BIU Cujas

ro Sancti Petri,optimè meritus, sic sua multa exigente virtute, & nisi iuuenis admodum decessisset, in curia ipsum breuissimo temporis curriculo magnum ecclesiæ Romanæ columen sine dubio vidissemus.

Alexander Socinus.

42 ALEXANDER Socinus Senensis Mariani iunioris filius eo tempore quo pater hic docebat, floruit anno scilicet 1538. tertumq; locum matutinis horis legit biennio paritet, postea Maceratæ conductus fuit stipendio satis honesto,pro loci conditione,ibiq; inopinata morte præreptus est patri, & studiosis, quod nisi fata permisissent, tam magnam spem de se opinionemque concitauerat, vtipsum alterum Socinum seniorem ac iuniorem futurum sine controuersia omnes coniectura facile iudicauerint.

Ansuinus Medices.

43 ANSVINVS Medices Florentinus elegantissimus iurisconsultus literis cum Latinis tum Græcis eruditissimus,floruit anno 1545.legit Biturigibus,hic,Bononiæ,& Pisis,ibiq;,seu verius Florentiæ adeo iuuenis mortuus est calculi morbo, vt dolendum sit valde tanti viri florenti ętate nobis erepti iactura.

Augustinus Fatius.

44 AVGVSTINVS Fatius Patauinus discipulus meus fuit,delectabatur summopere literis humanis præter iuris prudentiam, & Ethruscis pariter,eo præsertim tempore, quo industria ac studio quàm maximo Petri Bembi Cardinalis florere cœperūt, hic in patria docuit ius Pontificium aliquot annos & iuuenis admodum viuis adhuc parentibus non sine ipsorum acerbissimo luctu,atque amicorum omnium mœrore decessit, anno 1520.sepultus est in templo diui Francisci.

Alexandrinus.

45 IOANNES Antonius Rubeus Alexandrinus,Collega noster olim,& compater,Iurisconsultus eloquentissimus,comes, ac supremi consilij Excellentissimi Ducis Sabaudiæ Senator, & eminentiss.scientiæ vir,post Curtij iunioris mortem, quæ fuit anno 1533.magno stipendio ab Illustrissimo D.nostro conductus est, hicq; cum summa omnium laude suiq; gloria docuit, prius Taurini, Valentiæ in delphinatu,& Papiæ,multa scripsit commentaria & consilia,quæ prę manibus habentur,& diem suum obijt extremum anno 1544. sepultus in templo D. Ioannis Baptistæ in viridario.

Antonius Corsetus.

46 ANTONIVS Corsetus Siculus acutissimus floruit an. 1489. legit hic multo tempore,& præclarissima reliquit commẽtaria, & quæ sibi magnum nomen pepererūt,singularia adeo pulchra & vtilia,vt nihil pulchrius,nil vtilius possit à studiosis desiderari,& consilia etiam aliquot pro tuitione sacri montis pietatis.

Bartolus.

47 BARTOLVS Saxoferratensis eminentissimæ scientiæ iuris, vir suo tempore clarus fuit & illustris,quod ex eius vita, quã accuratissimè Ioan.Fichardus scripsit,satis superq; satis constat,adde tu floruisse anno 1347.quodq; omnia vidit,vt post Bald.testatur Stepha.Fed.in tracta.de int.iu.col.91.& Anch. ipsum magnũ legistam vocat,consi.429.Pro euidentia col.j.& lumen iuris Buti.in l.j.nu.50.& aurigam in §.siquis ita.nu.11.in fi. & maximæ auctoritatis in d.l.j.nu.102.ff.de ver.ob. & Ias. magistrum legistarũ in l.j.col.7.ff.fol.mat.& idem Bal.in c.primo.in prin.col.vltim.de suc.feu.in vsib.feud.q fuit subtilis, quodq; semper tenebat opiniones placentes laicis,& q istud sibi multum honoris attulit,fuisius ibi afflic.nu.141.Et summum iuris apicem Fed.adhuc in tracta.præallega.col.35.& rursum Bal.in l.j.col.10.C. qui ac. nõ po. quod multum inhæsit praticæ,q fuit primus assessor Tuderti,postea Pisis,& quòd ibi cępit legere,vbi omnia habuit à Francisco Tigrini,quem nunquam citat tamen,vt aduertit Ange. in l. siqs seruo.ff.de sol.aliquid idem Bal.in l.si auus.col.pe.C.de libe.præte.& in c.primo in §.primo,Ep.vel Abba.in vsib. feud. & q Pisis legerit ipsemet testatur in l.hoc articulo,in pen.col.ff.de hæ. insti.postea Perusium profectus est, vbi in præstantissimum Iurisconsultum euasit,& comperio ipsum etiam consi. 198. In quæstione ad fi.sic dicentem,& ita consului Veronæ,postquam Patauium accessi,non nihil Cur.Seni.consi.57.Super eo. nu. 10. q est lucerna iuris,post Ang.in loco per ipsum alleg.ibi. & idem Cur. etiam Iuni.consi.5.Videretur.nu.23.& fuit eiusdem Bald. præceptor illustris,de quo ipse gloriatur in l.ædita,in vlti.col. in princ. C.de eden.lectur.secunda Perusina,& in l.fi col.5.C.de oper. lib. & quòd præceptor Bar.fuerit prius Iacobus Butri. quem sæpe citat & refert,testatur ipse in l.j.col.2.C.de pœna Iud. qui ma.lud. est verum,q non multum praticus fuit iuris canonici, quod apparet:quia aliquando canonistas consuluit,vt in q.habeo filiam. 11.ad fi.Nec silentio inuoluendũ est cõmentaria, q̃ à plurib. tribuunt Bar.eiusdẽ non esse,maximè in tit. de agrico. & censi. lib. 10.& in plures alios librorũ triũ codicis,sed D. Contilio de Perusio,qui opus ab ipso Bar.incohatũ absoluit,q testatur Ale.consi. 50.incip.Visis,col.vlt.vol.2.& consi.125.incip.Viso,col. vlti.vol. 7.Is etiam(quod non dicitur in eius vita)accepit insignia doctoratus anno 1388.Mense Iulio,in vigilia S. Petri & Pauli, refertq; Bal.discipulus in l.j.in fi.C.si quacunq; prædi potesta.& quod eiusdem auctoritas maxima sit,ex eo planè liquet, q in Hispania lege cautum est,ne ab eo in dubijsq; opinionibus discedant hispalenses,vt Seue.testatur in tracta. de modo studendi, & post eum Gig.in tracta.pensionum q.66.col. 2.& hac de re non immerito dici solet rursum,quod inscitiam ostendunt, qui ei aduersantur. c.inter illa 11.q.3.Tinda.in tracta.de testi.c.9.nu.3. vbi etiã subijcit,q anno 44.vita functus est,aliter Io.Fichar. cui potius credendum sit,iudica tu,vestigia ipsius igitur sequenda sunt,vt inqt Ange.in l.j.C.de iudi.& Crot.in l.omnes populi.in prin. ff. de iust. & iu.quia semper in ore habebat veritatem Ro.teste.consi.69. inci. Quoad primum.in fin.& Crot. in l. 4. in §. Cato.in 3.oppo.ff.de verb. obli. tamen aliquando sibi ipsi contrarius fuit,vt ostendit Anto.Rosel.in tracta.concilio.in verbo postquam, nu. 8. eiusq; sententia interdum mollis & effeminata,vt inquit Iacob.Canis in tracta.represalia in prin.nu.15. Immò q expressum eius errorem detegit Zasi.in tracta. substitutio.de pupilla.in prin. & in cõpendiosa,nu.2.quodq; plerunq; est etiam contra casum legis loquutus,vt dixi ego in lib.obserua.de Baldo scribens, & in libro, qui Enchiri rerum sing.inscriptus est c.j. & infra in libello inuectiuarum,q tamen nouissimè fuerit magister legistarum vt supra,tradit etiam Alexandri.Collega consi.149.incip. In contractu.nu. 11.& dux cæcorum,admonet Cur.iunior consi.81.incip. Viso.nu.2.& inris illuminator, Abb. consil. 3.incip.Casus col.2. vol.1.& terrestre numen Purpu.in l.j.in prin.C.de sum.tri.& fid. catho.multa Gramma.decisio.63.incipi. Honorabilis nu.14.15. Seysel.in l.vt vim,in repe.col.pe.ff.de iust.& iu. & hæc sufficiant: quoniam in locis supra allega.à me satis etiam dictum fuit, & si quid amplius addendum est,id solum addi potest, quod legebat bis in die,vt ex.l.ædita.col.5.C.de eden.colligitur,& ex l.vnica,in prin.C.de sen.q̃ pro eo.& aliud si placet,q fuit expositus, quodque adhuc effigies Tolosæ manet ante portam hospitalis S.Iacobi iuxta pontem subracij,Gallico distico parieti d.loci inscripto, & vt plenius etiam testatur Bermon.Choueroni. in tracta.concubinat.fol.365.nu.97.& conferunt ad dicta eiusdem Bart.in le. quidam cum filium.ff.de ver.ob.

Baldus.

48 BALDVS Vbaldus Perusin⁹ subtilissimus iuris interpres fuit, cuius vita etiam à Ioa.Fichar.scribitur, nosq; multa in libris obseruatio.de eo locuti pariter diximus.Sed quia non tantũ adhuc dici potest,vt non supersit semper aliquid dicendum, addendũ est (quicquid alij sentiant) ipsum floruisse anno 1365.seu & ver⁹, quod ipsemet testatur in l ædita.lectu.Perusina in fi.C. de eden.) anno 1378.sub Francisco Carrarien.Laudutiam ad propositum quoq; vxorem habuit,quæ anno 1359.duos sibi peperit filios, q adhuc meminit ipse in l.arboribus.lectu.2.col.j.ff.de vsuf.Docuit in patria,hic,& Papiæ,& dolore pedum correptus aliquando cessauit à lectionibus,docebatq; eius loco Rogerius, vt inquit rursum in l.fi.ff.de aqua plu.ar.magna est igitur eiusdem laus, quòd nullum ignorauerit tex.secũdùm Ias.in l.lecta.col.8.ff. si cer.pet. refertq; Sauilia.consi.92.incip.Scripsi,nu.2.& cons. 166.incip.Licet.nu.4.vol.j.Insuper certũ est,q pręceptorem habuit Bar.qđq; ipsius opiniones maximè in consulendo sequutus est c.j. in prin. de suc.feu.& ibi Afflic.nu.141 .in vsib.feud.Bal. met in l. pater filiũ.ff.de inof.test.& in l.in rem,in §.2.& in l.ex diuerso,in prin. ff. de rei vend.& in c.j.de benefi.fra.in vsib. feud. & ibi ẽt idẽ Afflic. nu.9.& in c.j.in §.vasallus ad fin.si de feu.fue.controuer.inter do. & agna.eo.lib.& dicit Seuer.in l.frater à fratre.in prin.ff.de cond. inde.q non dabat operam studijs,nisi duabus horis diei, præterquam in illa l.q̃ est Africani,& cõsequenter difficilis, vt inqt Bar. in l.cũ qs.in prin.ff.de solu.& q magna fuerit & sit eiusdẽ auctoritas,testaẽ Saui.consil.præallega.166.ita vt non hẽat contradicẽtem & obseruari dẽat,inqt Ale.in l.Gallus,in §.etiã.col.4.ff.de libe.& posth.& post eũ Restau.Castal.in tracta.de Imperato.q.48. ad fi.licet tamen subtilissimus iuris interpres sit, fatẽ nihilominus se plerunq; habuisse oculos nicticoracis in l ex hoc iure.col. 2.ff.de iusti.& iu.qđ etiã confirmat Io.Parisi in tracta. de primogenitu q.25.col.2.Sed nihil est,cùm hoc idem ipse non alius dixerit,moderationiq; animi est ascribendũ.Et q maximę auctoritatis fuerit,eaq; omnimodo attendi dẽat,vt supra, probant Regien.consi.3.incip.De pluribus,nu.18. vol.2.& consi.58. incipiẽ. Visis,nu.15.vol.3.Et docet Por.adhuc in §.item Romæ,col 2.insti.de excu.tu.statutum factum fuisse tunc , cum Papiæ doceret, neminem examinari potuisse,qui ipsum in promotorem nõ accepisset,eodem tñ auctore ex his quæ scribit Cur. Iuni.consil.5. incip.Videretur,nu. 12. quem vberrimũ iuris fontem rursus appellat Barba.in l.cùm acutissimi.col.105.C. de fideicom. & Illustrem Aluaro.in proæ.feudo.col.2.& Ange.In q.Vsurarij. col.5. iuris vtriusq; monarcham sanguine germanum,alimonia,ętate, & doctrina patrem & Gerar.Pet.Sanc.in singu. suis 29. incipien. tu habes,q omnia sciuit vt Barto.& ante eum Ias. in l. 1. in 2.lec. col.13.

Source : BIU Cujas

col.13.C.de ſum.tri.& fi.catho.& idem Cremen.Singu.19.incip. Tu ſcis, & ſpecialiter primū cōſilium, quod ex cōmiſſione iudicis dubitantis vnquam emiſerit, fuit in caſu l. ad ꝓbationē C.de proba.vt ibi per eum, citat etiam in addi.ſpe.de lib.concep.in fi. F.Petrarcham, & aſtruit fuiſſe tunc poetam maximū. Conſiliū quoq; ſciſmatis eiuſdē poſitū ſub titulo ſi quis aliquē teſta. prohi.C.diuinum appellat Iaſin l.i. ff. de condic. ob turpē cau. & in l.de fideicōmiſſo.col.i.C.de trāſac.& in §.ſed iſtę.nu.110.inſt.de ac.& in l.3.col.2.C.de libe.præte.& de ſeipſo locutus iterū, præmiſſo prius eo quod cōmuniter allegari ſolet, loco ꝓuerbialis ſchematis vſurpatum, quod habet,

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe,
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

Gloriatur ſe plenius in materia quadam ſcripſiſſe, quàm fecerit aliàs Nicolaus Matarellus conſil.419. incip. Amplius, in fin. vol.3. fuit inſuper cōtemporaneus Angeli. Vterq; verò Bar. diſcipulus. (de Baldo iam dictum fuit ſupra) & Franciſci Tigrini, docuitq; (quod adhuc dictū eſt) Papiæ ſub Philippo Maria Mediolanenſi Duce anno 1423. deceſſitq; mēſe Aprilis, & ibi ſepultus eſt in ædibus ſacris D. Franciſci, & ſi præſcriptum modū horum duorum iuriſconſultorū, prætergreſſus videbor, agnoſcat lector velim, quoniam his tantū tribuendū eſt, vt (quemadmodū de Donato, Seruio, & Priſciano inquit Valla in proę. 2.) poſt eos quicunque aliquid de iuris prudentia ſcripſerunt, balbutire, ſeu mauis ineptire videantur. Quamuis dicat rurſum Pa. Caſtr. ꝙ aliquando volauit per aera & nubes, quodq; tantū ſubtilizat plerunq;, vt ſe ipſum frangat, in l.j.C.qñ non pe.par.& in l. ædita. in prin.C.de eden. Placet etiam addere, ꝙ ipſius temporibus erat maximum inter Vrbanum Sextum, & Clementem ſeptimū, ſciſma, quorum quilibet ſe Petri ſucceſſorē eſſe dicebat, viresq; ſuas ita extendit, & amplificauir, vt in toto orbe chriſtianitatis partialitas debaccharetur, ad quæ conferunt, quæ infra etiam in vita Io. Pagliarenſis dicemus, & ꝙ quanquam fuerit tam magnus I. con. non erubuit tamen dicere ſe in materia legationis didiciſſe pulcherrimam diſtinctionem ex conſilio collegij noſtri Patauini, in l. inter cauſas, in §. non omnia. col.2.ff. manda.

Bartholomæus Salicetus.

49 BARTHOLOMAEVS Salicetus Bononienſis contemporaneus Petri Ancharani, vt ex eius conſi. licet elicere 188. incip. Viſis. in prin. Monarcha eximius iuris à Cuma. appellatus eſt, conſi. 138. incip. Hoc maxime, in fine. Vitaq; eius, & mores ac loca, in quibus docuerit à Io. Fichar. pulcherrimè deſcripti ſunt, hoc ſolum addendum eſt (quicquid dicat) floruiſſe anno 1404. & 1408. & quamuis pro virtute rei opiniones ſuas confutet, quòad intellectum l. hac ædictali. C. de ſecun. nup. Fulgo. conſi. 97. incip. Antonius, col. vlt. eiuſdem tamē pręceptor fuit, quem clariſſimum eo in loco vocat, atq; etiam Iacobi Aluaroti, quod ipſe teſtatur pariter in proę. feudo. col. 2. quem realis ſcientiæ doctorem vocat Barba. in repe. c. Raynaldus. col. 22. de teſta. & refert col. 59. ꝙ aliquando fuit caput partis, expulſus ac relegatus propter partialitates. Docuit in patria, & hic, & aliquando vixit etiam Ferrariæ, ibiq; tantæ auctoritatis fuit apud Albertum Ducem, vt à Bonifacio Pontifice maximo obtinuerit eo in loco Gymnaſium erigi anno 1398. primusq; fuerit, qui ibidem leges interpretatus ſit, quod etiam Fichar enarrat, ſed non adeo plenè, vt lectori ſufficiat, hoc ipſum fuſius ſcire cupienti. Et adeo ſubtili ingenio fuiſſe videmus, vt eiuſdem opiniones ferè ſint ſemper cōtra omnes, & atteſtatur quoq; Alexan. conſi. 134. incip. Præmiſſo, colu. vltima volumine primo.

Bartholomęus Bologninus.

50 BARTHOLOMAEVS Bologninus docuit in patria, & floruit anno 1498. ſub Io. Bentiuolo 2. tūc eiuſdem vrbis domino. Scripſit multa præclariſſima commentaria, licèt non inueniantur niſi in authen habita. C. nc fi. pro pa.

Bartholomæus Bellencinus.

51 BRRTHOLOMAEVS Bellencinus Mutinenſis, auditor rotæ fuit excellentiſſimus, floruit anno 1475. vt in glo. regu. cancella. 10. legitur, tracta. de charitati. ſub. reliquit ędítum, (quod ī pę. teſtatur) anno 1477. regnante Sixto III. Pontifice maximo. quo tempore florebat etiam Ioan. Franciſcus Pauinus Patauinus, de quo inferius & alij quàmplures egregij ac excellentes iuriſconſulti, ſcripſit etiam multa ſuper certis tit. 3. lib. decretal. & niſi Curia ipſum vocaſſet, habuiſſet hæc noſtra ſcientia alterum Alexā. multosq; labores alleuiaſſet poſteris, vt ille, q hodie eſt lucerna Iuris ciuilis, inquit Feli. eiuſdem Bellencini diſcipulus in c. ex parte. col. 15. de reſcrip. nonnihil in c. cum ſit Ro. col. pe. de ap.

Bertuccius Bagarotus.

52 BERTVCCIVS Bagarotus Patauinus floruit anno 1506. Iuriſconſultus excellētiſſimus, & in foro magnus praticus, magnificus & liberalis, hic in patria multos docuit annos ſumma cum laude, & pontificium quidem ius ferè ſemper interpretatus eſt, multa ſcripſit, quę tamen cum tota Italia retroactis temporibus arderet bello, caſu perierunt.

Bartholomæus Vrbinas.

53 BARTHOLOMAEVS Vrbinas Patauinus eiuſdem Bertucii collega, magnus & ipſe, corpore atq; ingenio iuris interpres, eodem tempore floruit, nec alibi ipſe quoq;, quàm hic in patria docuit, memoria adeo tenaci erat, vt omnia non ſecus ac Anto. à S. Leonardo, cuius paulò ante mentionem fecimus, ſemel viſa vel audita (mitto lectiones quotidianas) ex tempore recitaret, dictuq; incredibile eſt magnam partem. ff. veteris, quocunq; in loco quis legere cepiſſet, ſine aliquo temporis interuallo, vel lex fuiſſet, vel glo. me multisq; aliis audientibus, clauſo poſtea libro memoriter pcurriſſe, & totū vt coniicio ſi audire voluiſſemus, is non admodum ſenex ex equo delapſus periit, ſine ſobole, nec diuturnitatis, vt dicitur in l. liberorum. ī fi. ff. de verb. ſi.) ſibi memoriam in æuum reliquit, multa ſcripſit & ipſe, ſed conſanguineorum ignauia omnia perierunt, & deperdita ſunt.

Bartholomæus Laurarius.

54 BARTHOLOMAEVS Laurarius Patauinus elegantiſſimus Doctor, latinis literis & ethruſcis delectabatur mirum in modū. Is hic & Venetijs belli temporibus cauſas egit forenſes, poſtea notariatus artem docuit ſtipendio ſatis condecenti & honeſto, conductus ab Illuſtriſſimo D. noſtro, floruit anno 1531. & cum vnico filio, quem mirificè diligebat, Caſtorem nomine, iuriſcōſultum pariter orbatus manſiſſet, volūtarium elegit exilium, & ruri ſe contulit, vbi ſenex admodum prolixa barba & capillo cōtentus modico vixit, & tandem viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, multa etiam ipſe ſcripſit, quæ tamen ſuorum ignauia pariter nunquam exierunt in lucem.

Baldaſſar Carduccius.

55 BALDASSAR Carduccius Florentinus, ſeditione ciuiū patria pulſus eſt, Iuriſconſultus grauiſſimus, floruit anno 1520. hic magnoq; ſtipēdio docuit ius Cæſareū & Pontificiū, deinde poſt aliquod tempus Venetias ſe contulit, mox in Galliam, vltimo loco vero in patriam reſtitutus, ibi admodum ſenex deceſſit, eoq; tempore quo ius Pontificiū hic profitebatur ab illuſtriſſimis D. meis, loco Antonij Franciſci à Doctorib. tunc ipſius collegæ fui ego honorificentiſſime legēdi munere cohoneſtatus, cōgreſſus ferè nunquam ſecum, quoniam morte chariſſimæ cōiugis afflictus atq; animo conſternatus hinc diſcedere coactus eſt.

Bernardinus Claricinus.

56 BERNARDINVS Claricinus Gāmarus Bononiēſis in loūc Carducij euocatus, eiſdē tēporibus floruit, hicq; docuit, & prius in patria multos annos, vir. n. erat ingētis ſpiritus, & naris emunctiſſimæ, quod tum ſcripta quæ reliquit teſtantur, tum hi qui ipſum audiuerunt, quique cum eo etiam familiariter vixerant, locupletiſſimum perhibent teſtimonium, & ego lōge magis, quo cum ſæpiſſime congrediebar ſuo tempore, deceſſit ætate admodum viridi, anno 1528. & in templo D. Mariæ ab Auantio, amicorum cura ſepultus eſt.

Bartholomæus Socinus.

57 BARTHOLOMAEVS Socinus Senenſis Iuriſcōſultorū facile princeps (aliorum pace dixerim) floruit anno 1498. legitq; etiam aduocatus conſiſtoria is exiſtens in patria, Piſis, hic, & Bononiæ, eiuſdem prœceptor fuit Thomas neſcio quis Senenſis, & Ale. Imo. vt ipſemet teſtatur in l. legem col. 2. C. de pac. & in l. certi condictio in prin. col. vlti. ff. ſi cert. peta, & breuiter ſcriptē oſtēdunt, eum talem fuiſſe, vt futura ſecla deſperent, aliquem ſibi ſimilem, vllo vnquam tempore futurum. Mordet eum Dec. Iuni. tamen quod in cauſa pro vtraque parte conſuluiſſet, aliquando in l. precibus col. 2. de impube.

Bulgarus.

58 BVLGARVS non illaudatus vir etiam fuit, & ſuo tempore clarus, de quo tamen nō aliud nobis cōſtat, niſi ꝙ patria erat Piſanus, & gloſator antiquus, vt ꝑ Bar. in l. hac cōſultiſſima. in prin. C. qui teſta. fa. poſſ. & Vicarius Imperatoris Bononiæ, quodq; cō ſuetudo in curia ipſius inducta eſt, vxorem ſi vſufructuaria à marito relicta ſit, filijs hęredib. inſtitutis, nil aliud cōſequi poſſe, niſi præeminentiam in domo & alimenta, vt per gl. & ibi Saly. pulchrè in auten. hoc locum. col. 2. C. ſi ſecun. nup. mu. Bar. plenè in l. Titia. in §. Titia. nu. 3. ff. de lega. 2. Soci. conſil. j. col. 3. vol. 4. Alex. conſi. 74. incip. In cauſa. ad fi. vol. 7. Deci. conſil. 15. incip. Viſa. in prin. vol. 3. & quęſtionem vulgarem appellat Ro. in l. j. in §. fin. in prin. ff. de publica. multa Sauilia. conſi. 32. incip. Teſtator, col. j. & 2. vol. 1. Non omittentes etiam, ꝙ Odof. os aureum Bulgari vocat, in l. qui reſtituere. col. 4. ff. de rei vend. aliter Deca. 7. F. Leand. hiſt. Bon. ſcriptor, ꝙ dum Ius Cæſareū pub. profiteretur ira percitus Azonem occidit. I. Con. egregium quāquam oſcuro loco natum, quodque ipſe ea de re quoq; vltimi ſupplicii pœna mulctatus eſt, non ſine maximo ſtudioſorum hominum luctu. & honorificentiſſimè poſtea ſepultus in S. Geruaſi & Prothaſi tēplo.

Bertrandus Montis Fauentini.

59 BERTRANDVS Montis Fauentini fuit vir eminentiſſimæ ſcientiæ, de quo per Bar. in l. diem functo. ff. de offi. aſſe. ꝙ ex eo liquet, quia (vt ibi Albe. teſtatur col. pe.) eā legem repetijt in mōte Peſſulano, quodque erat magnus iuriſta, & quòd ob eius eminentem literaturam ad dignitatem Cardinalatus euectus fuit,

Source : BIU Cujas

& ſic quòd eum vidit in collegio Cardinalium ſummo cũ honore,argumentum ſanè apertiſſimum ipſius Alberici tempore floruiſſe,& idem quod Albe.dicit etiam Nico.Boeri.deciſi.6.incip.Et videtur num.8.par.j.Addendumq; eſt,vt idem Bar.inquit in l.i.in §.diuus.num.xij.ff.de va.& extraordi.cogn. quòd fuit collega Guiliel.cu.quodque deceſſit tempore peſtis, quæ fuit anno 1348.eodem adhuc teſte,in leg.naturaliter.colum.vtim.ff.de acqui. poſſ.

Bulgarinus.

60 BVLGARINVS Bulgarini Senenſis fuit ſubtilis Doctor, & maximę eruditionis,floruit anno 1493.in patria docuit,& Piſis, & aliqua etiam ædidit ſanè à ſtudioſis multum laudata præſertim in tit.de verb.ob.& qui admi.

Baptiſta à S.Blaſio.

61 BAPTISTA à S.Blaſio Patauinus Iuriſconſultus non contẽnendæ auctoritatis,floruit anno 1473.docuit hic in patria ſemp multo tempore multaq; etiam ſcripſit,nec ex his quæ iam ędita circunferuntur,nobis ignota ſunt, ſed inter cætera conſiliũ ſtupendum extat in materia diuiſionis feudi,ac ad declarationẽ c.j. §.prętereа ducatus,de prohibi.feu.alie.per Fed.poſitum in vol.cõ ſilio.feudalium Alber.Bru.Aliudq; pro ſacro monte pietatis, & licèt Baptiſta dixerimus, nomen eius tamen erat Io. Baptiſta.

Benedictus Raymundus.

62 BENEDICTVS Raymundus filius Raphaelis Cumani ſubtilis Doctoris nomen ſibi vendicauit, quoniam ingenio paterno pollebat plurimũ, floruit anno 1447. hicq; docuit annos 30. & amplius, monumẽtorum verò nihil (quod ego viderim) reliqt.

Benedictus Sala.

63 BENEDICTVS Sala Patauinus omnium eminẽtiſſimus, floruit anno 1445.& in patria pariter, hic ſcilicet ſumma cum ſua laude docuit,& memoriam ſolum nominis nobis reliquit.

Bartholomæus Cepola.

64 BARTHOLOMAEVS Cepola Veronenſis Iuriſconſultus maximus,Eques,& Aduocatus conſiſtorialis, optimè meritus, floruit ſecundùm aliquos anno 1458.hic docuit ſemper,& (vt ipſe teſtatur Caute.207) anno 1466. multaq; etiã ſcripſit & ædita quantum poſteritati profuerit,demonſtrant, maximè cõſilia ciuilia & criminalia,tract.de ſeruitu. de ſimulatio.cont. de cogni. lib.de impe.militum deligen.Caute.de ver.ſig.de vſucap.pro empto,& alia propemodum innumera quæ non habentur.

Bernardinus Bonfius.

65 BERNARDINVS Bonfius Patauinus,& eccleſiæ maioris Decanus,iuris vtriuſque Doctor,& diſcipulus meus, claruit per hæc tempora anno ſcilicet 1545. hic in patria docuit ſtipendio ſatis honeſto ius pontificium horis matutinis,ingenio erat prõptus,& aptus ad omnia munia perferenda,& niſi morte immatura (ò fallacem hominum ſpem) nobis fuiſſet ereptus,tam magnã de ſe conceperat opinionem, tantumq; emolumenti & honoris erat patriæ,parentibus,& poſteritati allaturus, quantum quiſque exoptare potuiſſet,quoniam iuuenis erat & nondum annũ 46. attigerat.

Butigella.

66 HIERONYMVS Butigella Papienſis Iuriſconſultus egregius,& ſingularis,ac omniũ eloquentiſſimus profundiſſima memoria fuit,quod ego locupletiſſimum teſtimonium perhibere poſſum, quandoquidem illum quadrienuio cõtinuo audierim, & ſi quid in me eſt,illi id totum acceptum refero, hic igitur docuit,& Papiæ prius,poſtea Romæ,quo in loco etiam deceſſit, & in Templo Mineruæ ſepultus eſt, floruit anno 1504. multaq; ẽt ſcripſit, quæ ædita in ordinarias partes matutinas & veſpertinas teſtantur,qualis quãtusq; fuerit vir ille diuinus ingenio,memoria,& eloquio.

Burla.

67 IO.Franciſcus Burla Placentinus collega Achillis Senẽſis,cuius mentionem fecimus ſupra, eodem tempore, quo & ille floruit,anno.ſ.1519.Doctor erat eloquẽs,& acutus,literisq; humanis delectabatur plurimum,quod eo argumẽto conſtat;quia Cælium Rodiginum,virum alioquin eruditiſſimũ,deq; literis optimè meritum,quod teſtatum faciunt diuini illi libri antiquarum lectionum,quos edidit,per id tempus quo hic docuit, ſecũ ſemper habuit,nec omittendum cenſui, Papiæ prius etiam docuiſſe, hinc diſceſſit,& cum negocia Clementis VII. Pontificis maximi nuncius ageret in Germania apud Carolum V. Imp. ex quo triſtem habuerant exitum,nec obtinuerat,quod impetrarat, animi mœrore (vt ferunt) admodum iuuenis in patria ex hac vita diſceſſit.

Berous.

68 AVGVSTINVS Berous Bononienſis,ætate & doctrina grauiſſimus legũ Monarcha,floruit anno 1550.& in patria toto tẽpore vitæ ſuæ ius pontificium docuit,magno etiam quantum dari conſueuit Bononienſibus emeritis,ſtipendio,multa viuẽs edidit, maximè quæſtiones familiares, commentaria in ordinarias partes,ferè totam decretalem complectentia, propediem plurima conſiliorum volumina,quæ admirationem non paruam videntibus & legentibus ſunt allatura.

Bartholomęus Capouacenſis.

69 BARTHOLOMAEVS Capouacenſis Patauinus,illuſtris & excellens fuit,docuit hic in patria multo tempore, nihil monumentorum reliquit,pręter conſilium contra Richa.Malumbrã, quod inſertum eſt inter vol.Bal.3.conſi.419. Floruit anno 1348.

Carolus Ruinus.

70 CAROLVS Ruinus Regienſis,quem ego pariter aliquot annos audiui,fuit grauis quoque & magnus legum interpres, floruit anno 1520.hic docuit,Papiæ prius,& vltimo Bononiæ, vbi etiam mortuus anno 1530.& in Diui Franciſci templo ſepultus eſt,orbatus vnico filio tantum,priuſquam ex hac vita migraſſet, quem hic ſuſceperat,non ſine magno ipſius luctu & familiæ ſuæ iactura,multa ſcripſit ęditaq; etiam ſunt,& adeo multa quidem, vt multis quoque ſpem ſcribendi auferant.

Catus.

71 LVDOVICVS Catus Ferrarienſis Doctor & Eques vere Catus cognomento,quandoquidem nil aliud ſonet,quàm acutus, ipſe verè omniũ acutiſſimus erat,qđ re ipſa multi experti ſunt, & ſcripta eiuſdem multa pariter declarant,præſertim contra Alciatum,& ad interpretationem l.quinque pedum C.fini. regun. aliaque plurima quanquã adhuc non ędita, floruit in patria anno 1550.ibiq; toto vitæ ſuæ tempore docuit,adeo Alphonſo patri,& Herculi filio Ducibus carus,vt à Venetis, & Bononienſib. ſępe vocatus,& magno ab his inuitatus ſtipendio, nunquam diſcedere potuerit (& ſic in patria ſenex) & podagra maximè laborans fatis conceſſit,Renato filio relicto, Iuriſconſulto apprime erudito,qui mortui parẽtis imaginem ingenio,doctrina, & morum elegantia referret protinus.

Camillus Viſitarinus.

72 CAMILLVS Viſitarinus Laudenſis,floruit anno 1518.Ferrariæ docuit,nec aliud reliquit,quod ego viderim,niſi commentariolum,non illaudatum certè,in rub.ff.ſolu. mat.

Corradus Boſchus.

73 CORRADVS Boſchus Papienſis Butigellæ collega, hic docuit,& eodem tempore floruit,quo ille,anno.ſ. 1504. & prius in patria,ſed nullum quod videri poſſit ingenij ſui monumentũ reliquit,caq; ratione potiſſimum:quia ingruente tunc bello inter Maximilianum Cęſarem,& Venetos hinc diſcedere coactus eſt, & quia ſenex etiam in patria non multo tempore poſt ex hac vita diſceſſit.

Cynus Piſtorienſis.

74 CYNVS Piſtorienſis fuit elegantiſſimus Iuriſconſultus, & Frãciſci Petrarchę coetanus,ac Poeta mirabilis,quod ex pluribus locis eiuſdem Pet.elicitur maximè,nel ſonetto, Piangete Donne. & Senuccio mio,& nella Cãzona,Laſſo,me ch'io non ſo,ibi, La dolce viſta e'l bel guardo ſoaue, principio d'vn'altra di Cino. Cuius vitam & mores ponunt Seuer.& Fichar. Sed quicquid dicant,ſcias floruiſſe anno 1335.& addas amplius, dũ aiunt,Dyn. præceptorem habuiſſe,ꝙ hoc idem ipſemet teſtat in l. inſtrumẽta.ad fi.C.de fideicom.& in l.cum ſeruum col.1.C. de ſer. fugi.& ꝙ fuit examinatus in materia l.fi.C.de vſufr.ibiq; Bal.ipſum mordet col.2.& refert Barba.in l.cùm acutiſſimi,col.75. C.de fideic. qui dicit quoq; in repe c.Raynaldus,col.20.de teſta. ꝙ ipſe Rich. Malum.& Rayn. mirum in modũ in iure floruerunt, ante tempora Bar.& quoniam errores canoniſtarum ſæpe damnabat, in ſpecie ipſum reprehendit Abb.in c.fi.col.4.de for.compe.& in c. ſuper literis,col.2.de reſcrip.nonnihil Præp.Alex. in c. per venerabilem,in §.primo nu.135.qui fi.ſint legi.& Steph. Fede. in tracta.de int.iu.col.90.Et Bal in l.j.col.2.C communia de lega. nititur oſtendere ipſum adhuc eſſe contra caſum legis locutum, & in l.j col.j.C.de his qui ante aper.tabu.ait,quòd aliquando mutauit opinionem in deterius,& in l.Paulus.ff.de ſta.ho.quod etiam ſæpe ſomniauit in Parnaſo; Bononiæ ſepultus eſt in ędibus ſacris D.Dominici, vt atteſtatur etiam Frater Leand. Deca. in hiſto. Bononien.

Chriſtophorus Caſtillioneus.

75 CHRISTOPHORVS Caſtillioneus Mediolanenſis,eiusq; vita & mores deſcribuntur à Ioan. Fichar. quo tempore floruerit, & reliqua.Igitur hoc ſolum addendum eſt,dum inter cętera dicit,quòd pręceptor Fulgoſij fuit,& veriſſimum eſt, ipſum Fulgo. hoc idem teſtatum reliquiſſe conſil.25.incip.Spectabilis,col.j.& plus,quòd etiam Legiſtarum principem,archidoctorem legum comitem illuſtrem & D.ſuum præcipuum vocat in dicto loco, inque iure Pontificio Io.Caſtillioneum conſi.108.incip. In propoſita quæſtione,in prin.& pro veritate rei nullus eſt,qui ipſum tantum extollat & admiretur,quantũ facit Iaſ.vulgoq; alter Sceuola tunc appellatus eſt,ſcripſit multa conſilia rep. & tractatus, & pręcipuè de duello quem legiſſe te non pęnitebit,ſi ipſum cũ alijs contuleris.

Chriſtophorus Albericius.

76 CHRISTOPHORVS Albericius Papienſis declaratiuus doctor,& cumulatiuus fuit,quod ex multis conſtat, licèt nihil editum ſit,& maximè ex rep.l.certi cõdictio §.ſi nummos.ff. ſi cert. pe. quã ego manuſcriptã habeo,& ibi ſumpta occaſione ex verbo,illo,

Source : BIU Cujas

bo,illo,cùm quotidie credituri mutuam pecuniã ab alio poſcamus & c.argumentum à ſolitis tractat,quod in iure frequentiſſimum eſt,floruit anno 1494.& docuit hic ſummo cum honore, Papiæq; prius,& cum nuptui collocaſſet filiam Curtio Iunicri, nec paciſci potuiſſet ac conſequi quantum ſtipendij ſibi ſoluendũ erat, ab illuſtriſſimo D.noſtro pro dignitate (vt ipſe tñ dicebat) perſonæ atque loci,ſumpta occaſione ab amico diſceſſit & aliorſum vela tetendit.

Curtius Iunior.

77 FRANCISCHINVS Curtius,qui Iunior dictus eſt,vt à ſenio re diſtinguatur ipſius auunculo & præceptore vt teſtatur in l.2. nu.12.C.de eden.patria Papienſis fuit, Iuriſconſultus conſumatiſſimus,& grauis,ac Chriſtianiſſimi Francorum Regis conſiliarius optimè meritus,floruit anno 1531.& docuit in patria multo tempore,& cùm ab exercitu Cæſareo obſeſſa captaq; fuiſſet, nec ipſe quoque manus hoſtium effugiſſet, Venetiasq; applicuiſſet,vadimonio obſtrictus ſe redimẽdi cauſa,quod effecit poſtea ab illuſtriſſimo Dominio magno ſtipendio coronatorum mille ad docendum hic conductus eſt,cum quo tunc ego vtpotè filius cum patre amanter & beneuole congrediebar,multa ſcripſit,editaq; ſunt,hic,quia notiſſima,non aliter annotanda, deinde anno 1533. morbo apopletico abſumptus eſt, nõ ſine luctu tunc vniuerſæ Scholę Patauinę,quod atteſtatur quoque Soci.Iuni.mihi vti frater honorandus,qui per id tempus hic pariter docebat,conſi.30.incip.Inſpectis nu.19.vol.1.& ſepultus in æuum, inq; D.Franciſci templo hic conquieſcit.

Curtius Senior, infra Franciſcus.

Cagnolus.

78 HIERONYMVS Cagnolus Vercellẽſis, Excellentiſſimi Sabaudiæ Ducis Senator,Eques,& Iuriſcõſultus diſertiſſimus,Taurini multo tempore docuit,poſtea hic,& tũc maximè floruit anno 1546 poſt Alexandrini mortem, ſumq; ego pariter cum eo ꝙgreſſus, vſq; ad Tyberij Deciani Vtinẽſis viri alioqn doctiſſimi & eruditiſſimi aduẽtũ, qui in eius locũ poſtea ſuffectus eſt, egregia reliquit in ordinarias partes matutinas commentaria, & ſimul de regu.iuris,pluraq; alia ædidiſſet,niſi ineuitabile fatum ſibi vitam eripuiſſet,antequam ſexageſimum (vt mihi dixerat pridie quàm moreretur,quæ fuit 1.Feb.1551.)attigiſſet annum.

Chriſtophorus ab Alexandris.

79 CHRISTOPHORVS ab Alexandris Patauinus,vir ſanè optimorum morum,& laudabilis vitæ,floruit anno 1470. & hic in patria tantum legit pluribus annis,nec aliquid ſcripſit.

Cato Sachus.

80 CATO Sachus Papienſis celebratiſſimus fuit iuriſconſultus, qui toto vitę ſuę curſu docuit in patria,ibiq; ſepultus eſt, in Carmelitarum templo ſacro claruit temporibus Bal. inque eius tumulo,ferunt,nil aliud ſcriptum reperiri,niſi iſtud. Catonis reliquum.ſæpe citatus eſt,ſed quod quicquam ediderit neſcio.

Comes Aluarotus.

81 COMES Aluarotus Pater Iacobi Iunioris & Aluaroti, quorum mentio facta eſt ſuperius abunde, ſenex erat venerandus, prudẽs & diſertus, floruit anno 1490.& in patria docuit aliquo tempore,nec a maioribus ſuis virtute,eloquentia & doctrina degenerauit.

Calderinus.

82 IOANNES Calderinus Bononienſis fuit vir magnę ſcientię, & inculparæ vitæ,vt atteſtantur,qui ipſius vitam ſcripſerunt, de eo loquuti,quodq; non ab re Ioannes And.ipſum vti filiũ adoptauit. Adde tu,quòd ita etiam ante eos dixit Bald. conſi.226.incip.Reperitur in fin.volu.j. & Abb.conſi.58.incip.In quæſtione. col.3. volu.j. (referendo ſingula ſingulis) ſcripſit multa & inter cętera de interdic. eccleſiaſti. & conſi. vt infra in vita Gaſparis, aliaq; innumera penè,ratione breuitatis inſtitutæ, non aliter referenda.

Claudius Seyſellus.

83 CLAVDIVS Seyſellus Sabaudiẽſis,Senator Regius fuit, abſolutiſſimus omnium ſui temporis iuriſconſultus: floruit anno 1487.& docuit Taurini in locum Iacobi à S.Georgio ſuffectus, multa ſcripſit ſtudioſis non ignota,talia & tanta vt honoris plurimum ſint eis allatura,qui eadem in cathedra referre aliquando,non dedignãtur,quodq; ſępiſſime Cagnolus facere ſolebat, & Aquenſem (Claudius etiam ab Aquis vocabatur) ſemper habebat in ore,& meritò quidem.

Decius Iunior.

84 PHILIPPVS Decius Mediolanenſis iuriſcon.& Chriſtianiſſimi Francorum Regis conſiliarius illuſtris,ſcientia clarus & incõparabilis, floruit anno 1502. Docuitq; in Delphinatu,Papię, Patauij,Florentiæ,Senis & Piſis,Commẽtaria (vt notum eſt) cũ iuris Pontificij,tum Cęſarei,in omnes ordinarias reliquit partes: & cõſiliorum volumina tria, propemodum diuina,quæq; poſt Alex.ſunt tanti ponderis,tantęq; auctoritatis, vt ipſum pro oraculo habeãt iudices,ſi in cauſis,quod ſunt iudicaturi,ab eo id deciſum eſſe comperierint.Erat etiam Decius promptus, habebãtque reſponſiones eius aliquid ſalis,vt videri poteſt in l.precibus. col.2.C.de impub.Et dum ſibi diceretur,ꝙ Iacobus quidam niger Bononienſis impugnauerat quaſdam ſuas opiniones,& Ripa ſimiliter,melius feciſſent (inquit) ille non denigrare chartas, iſte verò obmuteſcere,quoniam flumen non attingit.

Daniel à Rido.

85 DANIEL à Rido Patauinꝰ,floruit anno 1370.& hic in patria tantum docuit aliquo tempore,nec aliquid memoratu dignũ, quod legi poſſit,conſtat reliquiſſe.

Dinus Mugelanus.

86 Qualis & quantus fuerit DINVS Mugelanus,ſcripta demonſtrant,maximè de regu.iu.in 6.& vtinam præclara eiuſdem opera haberemus,quæ multa & varia fuerũt,ex quo nos in tenebris cęcutientes ad lucem perducerent,& vt latius Seue. atq; Fichar. aiunt in ipſius vita, breui admodum & ſucciſa, Adde tu ꝙ fuit ex Roſſonis dicto in loco,& vt per Bal.in l.ſi ita.in §.dominus.ff. de vſu & ha.melius & verius Io.Villa.in annalib.ſuis lib.8.ca.64. ſummus & mirabilis legum interpres,inquiunt Veronen.conſi. 34.incip.Si vnquam,nu.19.cauſarum criminalium, quodq; eius opera vſus eſt multum Bonifacius octauus, & maximè in compoſitione Sexti Decretalium, & non ab re inquit idem Bald. in l.cum antiquioribus.col.6 quòd in dicta aurea compilatione error inuentus non eſt.C.de iu.delibe.& ipſum Bonifacium tollit ad ſydera idem Dyn.in prin.titu.præallega.de regu.iu.& repetitio ipſius Dy.in c.nullus pluribus.eo.tit.& lib.in materia cumulationum laudat adhuc Bar. & dicit ſubtilem ac pompoſam in l.edita,col.5.C.de eden.& quamuis Inn. ipſum præceptorem appellet,in c.grauis,de reſti.ſpo.reprehendit tamẽ,quia tenuit opi. eiuſdem Bar.in l.properandum.in §.ſin autem alterutra.C.de iu di.ꝙ iudex non poſſit condemnare victum in expenſis,ſi non ſit petitum,aliquid Iaſ.in l.vinum,col.pen. limitatione 10.ff.ſi cer. pe.fuit etiam præceptor Cy.vt ipſe teſtatur in l.inſtrumẽta. ad fi. C.de fideicom & in l.cum ſeruum,col.1.C.de ſer.fugi. & Oldradi,vt per Ro.conſi.171.incip.Pro deciſione,in prin.mortuus tãdem Bononiæ anno 1303.quicquid alij dicant, inque ędibus ſacris D.Dominici ſepultus,vt in hiſto.Bononien. legitur. Et horrendum dictu refert Ange.in l.j.C.de fal.cau. ad. habuiſſe à quodam S.viro ꝙ Dy apparuerat ſibi in ſomno, dicens ſe fore damnatũ,quia in quadam cauſa contra ius conſuluerat. Idemq; Barba conſi.65.incip.Circa dubium,col.4.vol.2.& Purpu.in l.edita. col.3.C de eden.

Domitius Vlpianus.

87 DOMITII Vlpiani vitam deſcribit Rutilius,deq; eo multa dicit,& inter cætera,quòd aſſeſſor Alexandri Seueri fuit Chriſtiana Mammea geniti adde tu claruiſſe anno Domini 228.quòdq; alibi nobilis appellatur,in l.2.in §.amplius.ff.de excu.tu.& egregius in l.3.in §.fi.ff.qui pet.tu.& diſertiſſimus in l.fi. C. de inſti. & ſummi ingenij vir in l.vnica.in §.ne autem.C.de cadu.tol.& amicus ab eodem Alexandro in l.ſecundùm.C.de contrahen. & cõmit.ſti.ſicuti & ego licet indignus,aliquãdo, ab Illuſtriſſimis Ducibus Ferrariæ Florentiæ,& Vrbini in cauſis conſultus,& ꝙ ipſe ac Iulius Paulus Patauinus noſter claruerint eiuſdem Alexandri temporibus teſtantur multi,ex noſtris verò Bal.in l.j.in prin. C. de inoffi.dona.

Dionyſius Franciſcus.

88 DIONYSIVS Franciſcus Venetus hic docuit aliquo tempore & floruit anno 1483.nec in poſtremis habitus eſt,licèt nihil videamus,quo poſſit patria longè magis, tanti viri memoria,ac recordatione gloriari.

Decius Senior.

89 LANCELOTVS Decius Mediolanenſis,frater carnalis Philippi fuit, clarus & ipſe, floruit maximè anno 1495.& Papiæ docuit, ac præclara etiam reliquit commentaria in ordinarias partes matutinas & veſpertinas, eratque acris iudicij, breuis & acutus,pungebatq; tantum difficultates,nec prolixitate delectabat. Et(quod ego viderim) neminem habuit,qui ipſum quaſi ęmulũ inſectaretur,præter Cur.Iuniorem,quod factum nec laudo,nec vituperio,ſed hoc ipſum aliorum iudicio miſſum facio.

Aegidius Bellamera.

90 AEGIDIVS Bellamera multa ſcripſit cõmentaria preſertim in decretales,conſilia & deciſiones,quæ tãquam Apollinis Delphici oracula ab omnibus iudicant̃,fuit auditor ſacri palatij apoſtolici;& claruit anno 1374.& 1378. quo tempore ſciſma 22. in eccleſia Dei obortum eſt.Vltimoq; loco in Epiſcopum Auinionenſem electus,ibi reliquum vitæ tempus exegit, ſuiq; moriens his præclariſſimis monumentis, poſteritati teſtimonium virtutis & doctrinæ ſuæ locupletiſſimum perhibuit.Nec ſi quo in loco docuerit,exploratum habemus, & minus qua in patria ortus ſit,ſed iſtud nobis erit ſatis,quòd mundanus fuerit, vt dicebat Socrates,ipſiq; virtute & ſapientia non inferior.

Felinus Sandeus.

91 FELINVS Sandeus canonicus Ferrarienſis, in patria multo tempore legit,atq; etiam (eodem teſte in c.ſi.in fi.de conſt.) Piſis poſtea in collegium auditorum Rotæ à Sixto IIII.Pontifice maximo fuit cooptatus,non vt Fichar.inquit ab Innocẽtio octauo. Adde floruiſſe temporibus Antonij Franciſci à Doctorib.Patauini, cuius erat Ferrariæ collega & coetanus etiam Decij iunioris,ciuſ-

Source : BIU Cujas

ris,eiuſdemq; Piſis collega pariter,vt ipſe teſtatur in rubri. de ap. col.2.Et ſenioris:quia ipſum vocat compatrem,& citat in l.2.col. 1.C.de in ius vocan.Et quorum omnium mentio facta eſt ſupra, commentaria reliquit multa in decretales, & conſilia quædam paucula,quæ omnia tamen ſi legantur,adeo copioſa ſunt & prægnantia, vt poſteris non ſpem ſcribendi reliquiſſe videatur, ſed potius ademiſſe.

Franciſcus Curtius.

92 CVRTIVS Senior Franciſcus nomine, ad iunioris differentiam,qui Franciſchinus vocabatur,vt ſuo loco diximus. Papienſis ex nobiliſſima Curtiorum familia floruit, in patria pariter anno 1482.ibiq; toto tempore vitæ ſuę Ius Cæſareum docuit,maiorumq; ſuorum veſtigia,qui innumerabiles fuere, ſequutus præclara facinora egit,quę videri poſſunt,cū multa ſint,& adeo multa quidem,ut cæteris exemplum præbuiſſe videatur,uirtute tātū contendere,ut breuitatem uitæ poſteritatis memoria cōpeſent.

Franciſcus Ramponius.

93 FRANCISCVS Ramponius doctor Bononienſis ſolemnis & nunquam ſatis laudatus (ut inquit Seuer.) floruit anno 1404. & docuit hic,Piſis atque in patria ſumma cum laude,ipſius mentio fit ſępe ab interpretibus & doctoribus noſtris,extantq; plura eiuſdem conſilia,inter uolumina conſil.Bal.inſerta,mihiq; 421. incip. Super eo præcipuū uiſum eſt omiſſis alijs uol. 3. cui ſe tūc ſubſcripſerat ēt Io.Lignanus & alij præclariſſimi Iuriſcon. ueriſ ſimileque eſt plura etiam ſcripſiſſe, licèt in lucem non exierint.

Franciſcus Porcellinus.

94 FRANCISCVS Porcellinus Patauinus magnus etiam Iuriſconſultus habitus eſt,temporibus Pauli Caſtrenſis.& etiam multo poſt,floruit anno 1440.legitq; hic in patria,& Ferrariæ,anno 38. multaq; etiam ſcripſit, teſtantia tantum in ſcholis profuiſſe, quantum nocet poſteritati nunc ea,temporum iniuria,& imprimentium auaritia,nunquam edita fuiſſe, quamuis nec tracta.de inuentario, alijsq; manu ſcriptis quibuſdam maxime conſilijs ad interpretationem multorum ſtatutorum noſtrorum, quæ circunferuntur,fraudati fuerimus.

Franciſcus Capiliſtius.

95 IO.FRANCISCVS Capiliſtius Patauinus annos 40. publicè docuit hic, multaque etiam commentaria in ordinarias partes ueſperinas ſcripſit,& reſponſa dedit,nunquam tamen edita,cōtēporaneus Fulgo.& Cumani, quod ex eius ſubſcriptionibus cōſtat,ad illorum conſilia, & tantæ auctoritatis deniq;, ut à multis etiam citatus ſit in pluribus locis, & nouiſſimè à Soci.in l. frater a fratre.nu.15.ff.de cōdi. indebi. Miſſus amplius ab illuſtriſſimo D.noſtro ad cōciliū Baſilienſe anno Domini 1434.in quo adeo egregiè ſe geſſit,ut amplisſimis priuilegiis à Sigiſmundo anno imperii 1. uelut optimè meritus cohoneſtatus ſit.

Franciſcus Barotius.

96 FRANCISCVS Barotius Venetus,docuit hic pariter ius Pōtificium,& floruit temporibus Antonij Roſſelli, de quo ſupra, eo argumento quoniam collegam illum habuit. Nec idem etiā ſilentio inuoluendum,quòd nepos fuit Pauli II.Pontificis maximi ex ſorore.

Franciſcus Breuius.

97 FRANCISCVS Breuius Venetus hic rurſum & Romæ etiā multo tempore docuit,poſtea cùm ad Epiſcopatus gradum euectus fuiſſet deſponſata ſibi Cęnetenſi Eccleſia à publico docendi munere ſe ſtatim abdicauit,immo quòd auditor Rotæ etiam fuit,& ferunt floruiſſe anno 1478.

Ferdinandus Loazes.

98 FERDINANDVS Loazes Hiſpanus floruit anno 1518. & Papiæ tantum docuit,monumentaq; doctrinæ ſuæ multa reliquit,præſertim de iuſti.& Iu.& de lega. 1.

Franciſcus Fatius.

99 FRANCISCVS Fatius Patauinus,Auguſtini frater maior natu,multo tempore docuit hic in patria ius Pontificium, & iuuenis admodum deceſſit ſui deſiderium bonis relinquens,& parētibus viuis lachrimas,ac ſuſpiria,floruit anno 1501. literis humanis vt frater,multum delectabatur,& ſacris amplius, quandoquidem prælatura quoque eſſet decoratus,& picturę mirum in modum deditus:Imo quod plerunq; tam belle penicillo naturam imitabatur certis in rebus,vt nil melius fingi potuerit,ac deſiderari à quouis etiam probatiſſimo artifice, & breuiter quàm charus omnibus fuerit,infraſcriptum carmen,quod ſibi in morte tumulo appoſitum eſt,declarat.

Hic ego religio canos laniata capillos
Mœſta fleo,noſtra hic contegit oſſa lapis.
Ilicet vt charum rupit mors triſtis alumnum
Iniecitque auidas in mea ſacra manus,
Iuſtitia interiit,latuerunt iura,nec vſquam
Victima grata Deo,ſanguine tinxit humum.
F.Fatium luget pietasq; fidesq;,
Lætentur quamnis ſydera,terra dolet.

Franciſcus Parma.

100 FRANCISCVS Parma collega Caroli Ruini eo tempore florebat,nec alio in loco docuit niſi hic anno 12. vel circa, nec rurſum aliud cognomen habebat niſi patriæ,erat doctor parum cultus,ſed acumine ingenij cultiſſimus, ſubtilis & acer ridebat ſemper vrgendo in congreſſibus collegam,ipſe verò ira percitus excandeſcebat,tandem eo vētum eſt, vt cum famulo neſcio qd denegaſſet,ab eo miſerrime proditus & occiſus ſit.

Franciſcus Sfrondatus.

101 FRANCISCVS Sfrondatus Cremonenſis Petri Pauli Pariſij Conſentini collega, eodem tempore floruit, quo ille,ann.ſ. 1518.erat enim tunc elegantiſſimus iuriſcon.& magnæ ſpei, qđ exitus demonſtrauit poſtea, & nedū hic docuit,verumēt Papię, poſtea ſic ſua multa exigente virtute Senator Mediolani primū factus eſt,mox Caroli V.Imp.vicari⁹ Senis,deinde Cremonæ patriæ ſuæ Epiſcopus,& tandem ad Cardinalatus faſtigium Paulo Pontifice tertio imperante euectus,& niſi morte immatura præreptus fuiſſet,aliud maius etiam nobis ipſis polliceri facile poteramus.

Franciſcus Tigrini.

102 FRANCISCVS Tigrini Piſanus fuit vir eminentiſſimæ ſciētiæ & ſanctæ vitæ,in patria docebat,vt teſtatur Bal.in c.j. in §.j.ad fi.ep.vel Abb.in vſib.feud.& Barb.in l.cū acutiſſimi.col.75. C.de fideicom.qui dicit etiam in rep.c.Raynald.col.14.de teſta. q̄ eſt vir obſeruandæ memoriæ Etiam ferunt eiuſdem Bal. præceptorem fuiſſe,præcipuè Rimi.in rub.de eden.C.col.2. floruit eo tempore quo ibi etiam Bar.cœpit legere:& vt inquit Ange. in l.ſi qs ſeruo ff.de ſol.ab illo multa habuit,licèt non dicat,viderenturq; furta Bar.uiſi temporum iniuria ſcripta tanti viri,vt idem Ange. ait,perijſſent,fuſius Afflic.poſt Bal.in c.j.in §.vaſallus 1.ad fidem; ſi de feu.con.ſit inter do.& agna.in vſib. feud. quod ſingularium rerum memoriam habebat.

Franciſcus Niconitius.

103 FRANCISCVS Niconitius Nigro Corcireus Referēdarius apoſtolicus diſcipulus meus (quod etiam multis in locis teſtatū reliquit) iuriſprudentiæ fuit ſtudioſiſſimus;floruit anno 1526.& multa in iure ſcripſit ſol.mat.de noui oper.nunciat. de eden.de proba.de teſta.conſilia,& alia, fuit à Secretis Sereniſſimi Poloniæ Regis aliquo tempore,& cùm Romā reuerſus eſſet, domūque in monte Quirinali cōduxiſſet,noctu a famulis proditorie occiſus eſt,non ſine maxima literarum iactura.

Franciſcus Accolti.

104 FRANCISCVS Accolti Aretinus iuriſcōſultus egregius, quē (quod ad ſuarum laudum cumulum accedit) ſæpiſſime ſubtilitatum principem appellat Iaſ. & id quidem commentaria teſtantur in omnes partes ordinarias,ac conſilia quę reliquit;floruit tēpore Felini Sandei,hoc idemq; cōiectura facile aſſequimur,quoniam (vt ait in proę.de reſcrip.) ipſum audiuit Piſis,eiq; vtpotè p̄ceptori totū,qđ hēt acceptū refert,& ego aliàs in Aretio patria ſua Thuſciæ ciuitate vetuſtiſſima, inq; diui Auguſtini tēplo eius imaginē ad viuā effigiē vidi expreſſam manu Lucæ Signorelli Pictoris egregij mecūq; copiā illius attuli, præ ſe ferētis nil aliud certè, niſi quod in effectibus erat,dum in humanis eſſet.

Franciſcus Zabarella.

105 FRANCISCVS Zabarella Patauinus legum interpres fuit,& Cardinalis Florentinus,p̄ceptor & dominus Abbatis Panormitani,& compater Petri Ancha.vt ipſe teſtat cōſi. 88.incip. Viſis. in prin.qui(vt notiſſimū eſt) multa edidit cōmentaria, & cōſilia adeoq; multa,vt patria hæc noſtra,in qua floruit anno 1400. vetuſtate,pulchritudine & nobilitate illuſtris,tanti viri gloria illuſtrior reddita ſit,cuius oſſa ſita ſunt in Eccleſia Cathedrali, inq; ſacello diuæ Marię virginis à latere ſiniſtro.

Federicus Senenſis.

106 FEDERICVS Petruccius Senenſis vir recolendæ memoriæ, & p̄ceptor Bal.vt inqt in l.ſi qs ad declinandā col.6. C.de epiſ.& cle.magnæ ſcientiæ fuit,qđ teſtat Io.An in c.j.col.2 de maior. & obe.lib.6.Docuit in patria,& Peruſij illisq; temporib.floruit,qb. p̄dicti,Bal.ſ.& Io.And. ex quo illius (vt diximus) p̄ceptor fuit & dñs,iſtius verò cōtēporaneus,qñquidē diſputaſſe id referat in loco p̄alle.de quo tūc dubitare cōtigerat: immo (vt ipſemet inqt) qđ Io.An.pręceptorē habuit in proę cōſi.ſuorū, quodq; Peruſii eadem fecit,& illius correctioni amplius ſummiſit.

Federicus à Scalis.

107 FEDERICVS à Scalis Bononienſis fuit quoq; magnus Doctor,ſi Bar.credēdū eſt,q ita dicit in l.ſi qs ſub ꝯditione.nu.16.ff. de teſta.tu.& cū ſit antiquus(vt ibidem ſubijcit) non ſatis exploratū hēmus,quo tempore floruerit,credētes tamē (vt veriſimile eſt) in patria docuiſſe,quem ſolemniter etiam citat Ang. in l.j. in §.pueritiam.ff.de poſtu.& Ale.cōſi.61.incip. circa col.1. vol.4.

Florianus à S.Petro.

108 FLORIANVS à S.Petro Bononienſis conſumatiſſimus legū interpres fuit:&, vt inquit Barba. in l. cum acutiſſimi. col. 78. C. de fideicom. omnium elegantiſſimus in patria docuit, & floruit anno 1497. 1498. & 1505.quodque ipſe in diſputatione incipiē. Baro.etiam teſtatur, multa ſcripſit, & præcipue ſuper. ff. veteri,

& in

Source : BIU Cujas

& in titulos maximè, qui ordinariè non leguntur, floruit tempo ribus Rapha. Cuma. quoniam eiusdem consilijs etiam se (vt videri potest) subscripsit aliquando.

Franciscus Curtius, supra Curtius.

Franciscus Papafaua.

109 FRANCISCVS Papafaua Patauinus, floruit anno 1550. multa scripsit, præcipuè consilia nõ edita, & quod videri possit in lucem, consilium est egregium tantum in materia vsuraria, & ad sacri montis Pietatis huius magnificentissimæ vrbis propositũ, quod paulo antequam è vita discederet imprimẽdum curauit, iuuenis admodum & valetudinarius decessit.

Franciscus Pepus.

110 FRANCISCVS Pepus Florentinus, qui scripsit copiosam & vtilem repetitionem authen. præterea. C. vnde vir & vxor. Pisis docebat & floruit anno 1494.

Gabriel ab Osseletis.

111 GABRIEL ab Osseletis doctor Mutinensis fuit, magnæ existimationis apud omnes, ipsumq; magni facit Alb. Rosa. & citat in l. 3. col. 1. C. de assesso. & in l. omnem in fin. princip. in proœ. digestorum, & in l. fin. in fin. ff. de consti. prin. & in l. 3. ff. de sta. ho. & in l. qui in vtero ff. eo. & in l. generalis, & in l. non enim. col. 1. & 2. & in l. adoptio non iure facta. ff. de ado. & in l. item lapilli. ff. de re. di. & in l. Barbarius. col. 7. ff. de offi. ptæt. & in l. nec quicquam. ff. de offi procon. & in l. senatusconsulto, in fi. ff. de offi. præsi. & l. quæ acta. in vlt. col. ff. de offi. procu. Cæsa. inque pluribus alijs locis, Idemq;, facit Fulgo. consi. 173. incip. in causa. argumentũ plauè apertissimum, virum hunc talem fuisse, qualem ipsi existimabant. Non constat aliter tamen an docuerit, vel si docuit, vt par est, quo in loco id fecerit, & quo tempore floruerit. Sed verisimile est, postquam certi aliud non habemus, eodem tempore, vel paulò ante Albe. floruisse, scripsit multa, vt ex locis supra allegatis elici potest, & in specie tracta. de fama, quem idem Alb. celebrat multum in d. l. 3. de assesso.

Gaspar Orsatus.

112 GASPAR Orsatus Patauinus Antonio, de quo supra cõsanguineo non inferior, floruit anno 1503. & aliquo tempore docuit hic in patria senexq; admodum, postquam à legendi munere se abstinuisset, non minus patriæ charus, quàm parentibus & amicis, ex hac vita discessit.

Gulielmus Cunius.

113 GVLIELMVS Cunius singularis vir à Bar. sæpe relatus, fuit collega Bertrandi Montis Fauentini, de quo per eundem Bar. in l. diem functo. ff. de offi. assesso. fusius vbi hoc idem testatur in l. j. in §. diuus, nu. 12. ff. de va. & extraordi. cog. Eoq; tempore floruit, quo & Albe. vt supra, Albericus & Bertrandus.

Galianus Angaranus.

114 GALIANVS Angaranus Vicentinus collega fuit Iacobi Aluaroti iunioris, eoq; tempore floruit hic, & ius ciuile docuit aliquot annos, omniũ profecto eloquẽtissimus, postea in patriam reuersus decessit admodum iuuenis, & filium Gabrielem præ cæteris reliquit, iurisconsultum eruditissimum, qui nisi quoq; iuuenis è vita discessisset, non absimilis patri futurus erat, quia multa pollicebatur magnamq; de se opinionem conceperat.

Galeacius à Gurgo.

115 GALEACIVS à Gurgo Vicentius pariter hisdem temporibus floruit & Antonij Zacchi collega fult, in studijs assiduus, ita vt ferè semper hac de re oculorum lippitudine laboraret, in patriam quoq; reuersus iuuenis mortuus est, scripsit multa, sed nũquam ædita fuerunt.

Georgius Cauallinus.

116 GEORGIVS Cauallinus Clericus Patauinus Decretorũ Doctor, fuit satis clarus, textualis, & vtilis auditoribus plurimũ, floruit anno 1507. & hic in patria tantum ius Pontificium docuit, sed quia ad asmum erat procliuis, se à munere legendi abstinere in totum coactus est, vnde non multo tempore etiam post ex hac vita migrauit.

Gaspar Malmignatus.

117 GASPAR Malmignatus, ex Oppido munitissimo Lendenarię natus, in hac nostra Patauina Academia semp gradatim ascẽdens docuit, collegam habuit vltimo loco Marianum Socinũ iuniorem, eoq; tempore floruit, anno scilicet 1538. & cum sibi maximam comparasset gloriam ac immortale nomẽ, in medio vitę cursu febre ethica correptus admodum iuuenis nobis præreptus est.

Guido Papa.

118 GVIDO Papa Gallus in Curia Parlamenti Delphinatus magnus sui temporis Consiliarius fuit & grauissimus iurisconsultus, floruit anno 1442. vt colligi potest ex his, quæ dicit decisio 453. incip. Camera fiscalis. col. j. multa scripsit, q̃ velut notissima transeo, commentaria, decisiones, singularia, & consilia, ex quibus tãtum frugis potest quis facile consequi, quantum dici potest, si legere hæc eadem non detrectabit.

Gaspar Calderinus.

119 GASPAR Calderinus, filius fuit Ioannis Calderini, de quo supra, qui patrem suum ad vnguem adeo imitatus est, vt doctrina & moribus vnum ab altero haud seiungamus, ex quo fit, vt non ab re, vtriusq; responsa ẽt simul ædita legant̃, nec minus pulchra sint, & copiosa, quàm vtilia, & posteritati frugifera.

Gulielmus Durandus.

120 GVLIELMVS Durandus, vulgò Speculator appellatus, fuit maximus vir, vt per Seueri. & Fichar. adde solũ Albe. testatũ quãtæ auctoritatis fuerit in c. suspitionis. ad fi. de offi. de. quodq; prædicti non meminerunt ipsum scripsisse ẽt opus de Concilio, nũquam satis laudatũ, & qđ ei nondũ attingenti annum 24. cõmissa aliàs fuit causa, dum in humanis esset, cæpta antequam nasceretur, quod refert Ias. in l. properandum col. 2. C. de Iudi.

Hieronymus Butigella. supra Butigella.

Hieronymus Cagnolus. supra Cagnolus.

Hieronymus Præuidellus. Infra Preuidellus.

Hieronymus Paulus.

121 HIERONYMVS Paulus Berchionẽsis, Vicerector & magnus praticus Romæ diu summa cũ laude in curia versatus est, vt testatur Seue. in tracta. de pensio. q. 30. col. 2. scripsit librum à S. Sede Apostolica approbatum, qui inscribitur prouincialis, seu pratica cancellarię, & huiusce rei locupletissimum perhibuit testimonium Cardi. in clem. j. in §. irritum. col. ij. de elect. & Gomes olim collega in proę. regula. cancella. nu. 16.

Hostiensis.

122 HENRICVS Hebredinensis, quondã Ecclesiæ Archipresul, & Cardinalis Hostiæ, per Antonomasiam Hostiensis dictus appellatusq; est, forte quia per eũ tanquam per hostium patuit aditus omnibus ad iurisprudentiam, hunc magnum canonistam dicit Gem. consi. 114. incip. si procurator, col. 3. & Abb. in c. ex conquestione, col. 6. de rest. spo. quod soluet vt plurimum reprobare, opiniones rigorosas Innocentii, eoq; magis laudandus est, cũ à villa Secusia originem duxerit, vt ipse testatur in c. nonnulli, in §. cum autem, in prin. de rescrip. & nihilominus euectus sit tunc ad Cardinalatus fastigium vt supra. Barba. quoq; ait in rep. c. Raynaldus. col. 171. de testa. quod iste & Inno. fuerunt duo luminaria cęli, & col. clxiiii. quod ipse rursum Io. And. & Bernardus suis acutissimis ingeniis illustrarunt sacros canones. Et quia in cæteris satis clarum est, quid quantumq; valuerit, quæq; opera & monumenta reliquerit, transeo.

Hieronymus Tortus.

123 HIERONYMVS Tortus Papiensis magnus iurisconsultus, à quo multa habuit Ias. citatusq; ab ipso sæpe, floruit anno 1485. tempore Laurentij Medices, & regnãte Galeaciomaria Sforcia insubrium Duce sexto. Docebat in patria frequentissimo auditorum concursu, ibique mortuus est, multa scripsit, quæ ego uidi non edita tamen in ordinarias partes uespertinas, solũ legitur cõsiliũ pro potentissimo florentino populo aliàs factũ multa eruditione refertum.

Hieronymus Iustus.

124 HIERONYMVS Iustus Patauinus decretorum Doctor honestus sanè uis, & exemplaris floruit anno 1476. docuit hic in patria annos xxx. & ut cognomento erat iustus, ita (quod memoria proditum est) erat uita & moribus.

Hippolytus Marsilius.

125 HIPPOLYTVS Marsilius Bononiensis iurisconsultus disertissimus, his tẽporibus floruit, maximè anno 1524 in patria semper criminalia docuit, multa scripsit omnibus nota, repetitiones, consilia, singularia, aliaq; ad praxim pertinentia, penè innumera, & copiosissima quidem, unde tãquã ex penu singula pro cuiusque desiderio expromi possint. Petasatus semper incedebat, prolixaq; barba, ut (gutturosus enim erat) turpitudinem tegeret.

Henricus Hebredinensis: supra Hostiensis.

Io. Baptista à S. Blasio, supra Baptista.

Io. Calderinus: supra Calderinus.

Io. Antonius rubeus, supra Alexandrinus.

Io. Franciscus Burla: supra Burla.

Io. Franciscus Capilistius, supra Franciscus.

Iacobus Aluarotus.

126 IACOBVS Aluarotus senior & iunior diuersis temporibus floruerũt, ille anno 1439. iste uerò anno. 1500. uterque hic in patria docuit, & commentaria in constitutiones feudales quàm elegantissima senior reliquit, multaq; etiam consilia in uol. cõsi. feudalium, Alber. Bruni inserta, discipũlus Cardinalis Zabarellæ & cõpater (ut ipse testatur in proę. feu. col. 2.) Iunior verò, post certum tempus ab Alphonso q. Ferrariæ Duce: Herculis patre, in consiliarium ascitus est, apud quem honorificè uixit, inque summo honore, donec diem suum obierit extremum, quique mihi etiam dum hic doceret, præceptor fuit, & dominus sempiterno memoria & recordatione colendus, sepultus est Ferrariæ in templo diui Francisci.

Io. Baptista Rosellus

127 Io. BAPTISTA ROSELLVS Patauinus iurisc̃onsultus illustris, qui tamen ab Antonio Roscllo, de quo supra, ortũ habuit, hic in patria multos docuit annos, & si 50. dixero, nõ errabo, flo-

Source : BIU Cujas

ruit anno 1489. & a legendi munere nunquam destitit, immo quòd senex admodum textus duntaxat & glosas interpretabatur, tantumq; frugis assequabãtur auditores, vt ordinarias lectiones omitterent, & solum Rosellum adirent, statura erat paruus, ingenio tamen maximus, & Antonio Rosello supradicto non inferior, Collega Io. Campegij Bononiensis, nihil monumentorum reliquit, nisi consilia quædam pro sacro pietatis monte, tametsi multa scripserit, quoniam capta vrbe aliàs depopulataque ipsius domo, prædonum incendio & rapina perierunt.

Iacobus Leonissa.

128 IACOBVS Leonissa Patauinus iuris vtriusq; Doctor & Canonicus optimè meritus, Ecclesiæ Cathedralis fuit, ac magnus praticus in spectantibus ad curiam, tantæ existimationis, vt Papa Martinus anno 1460. eum legatum in tota Romandiola delegerit, deq; anno 1466. ad Romanorum Regem destinauerit nuncium Apostolicum, exactorem & Capellanum suum perpetuum, cuius etiam præclarissima extant monumenta, & p̃cipuè consilia, non aliud arguentia, licèt nunquam impressa fuerint, quæque apud Petrum Leonissam iurisconsultum Patauinũ Ioannis filium, & ipsius Iacobi hęredem, aliaq; multa longè præstantiora inueniuntur: docuit etiam multo tempore hic Ius Pontificium, & floruit anno 1449. anno verò 1474. in suprascripta Ecclesia sepultus est, inque ipsius tumulo, nil aliud inscriptum, nisi verbum hoc. SACRVM.

Iacobus Rauamacus.

129 IACOBVS Rauamacus scripsit super. ff. veteri & cum nihil certi habeamus, vnde fuerit, quo tempore floruerit, quove in loco docuerit, hoc ipsum dixisse sat sit, quod eum citat Albe. sæpe & potissimum in proę. fforum. col. 4.

Iacobus Zochus.

130 IACOBVS Zochus Ferrariensis, Decretorum Doctor magni nominis fuit, multa scripsit super decretalibus, quæ tamẽ ędita fuerunt nunquam, extatq; solum tractatus, de Ieiunio, & repetitio. c. omnis vtriusq; sexus, de pœni. & re. & difficulter hæc quoque inuenitur, floruit anno 1440. vsque ad annum 1460. legit in patria, & hic, vbi etiam mortuus est & sepultus in Diuæ Iustinę templo, prope altare maius, à latere sinistro, ipsum citat Alexan. consi. 26. incip. cumulatissime, in fi. vol. 7.

Iacobus Canis.

131 IACOBVS Canis Patauin⁹ multa scripsit, paucula edita sunt, & si quid est, quod legi possit, est tracta. de represal. docuit hic in patria multo tempore, & floruit anno 1452.

Io. Andreæ.

132 IO. Andreæ Bononiensis, tuba iuris Canonici fuit contemporaneus Nicolai Materelli, & præceptor Pauli Leazarij, vt testatur Cardi. in proę. Clem. in princip. primus omnium qui scripserunt, & cæteris non tantum ordine, verum etiam re & emolumento præferendus, floruit anno 1316. & legit annos 50. Bononiæ, Pisis, & hic Paduæ, decessitque (vt Seue. & Fichar. aiunt, Verumque est) tempore mortalitatis, quæ fuit de anno 1348. & meminit Bar. in l. naturaliter. colum. vltim. ff. de vsucapio. quo mortuus est etiam Bertrandus montis Fauentini, vt per eundem Bar. in leg. j. in §. diuus, numer. 12. ff. de ua. & extraordi. cog. ego supra Bertrandus, & quod Ioan. Andre. Tuba iuris Canonici fuerit, & fons, testatur Bald. consi. ccxxvj. incip. Reperitur. in fin. vol. j. longe plura Cur. Iunior. consi j. col. 4. in princip. Et quantæ fuerit auctoritatis apparet ex verbis Rom. consil. 12. incipient. Viso. colu. 2. & Pet. Anch. dicentis consi. ccccxj. incip. Prima facie, in princ. ꝙ ipse & Hosti. illustre Ius Canonicũ reddiderunt, quodq; non est tutum recedere ab eorum opinionibus, Idemque Barbat. in repet. capit. Raynaldus colum. 164. de testa. & inquit etiam Aretin. consi. 2. incipien. Intellecta, colum. 4. quod ipse adhuc & Fed. Senen. sunt patres canonum, quodque eis in materia plurimum credendum est, & deferendum. Nonnihil Bald. de eo, deque Magistro Gentili Fulgineo (vide quantum eis tribuat) in authen. habita. colum. j. C. ne fi. pro pa. & quod in iudicando & consulendo non parum urgeat eius auctoritas, scribit Alexand. in leg. 2. colum. 3. ff. solu. matr. hoc etiam non prætermittentes, quòd clerici filius fuit, antequam tamen pater initiaretur sacris, natus, vt idem Bald. refert in leg. imperialis, in §. his illud, in princi. C. de nup. ipsemet Io. And. in rub. de fi. præsbite. scripsit vltra memorata à Fichar. in eiusdem vita, tracta. etiam de interdic. ciui. de sponsa. de consangui. & affi.

Iacobus Ardizonus.

133 IACOBVS Ardizonus Veronensis summam in vsibus feudorũ scripsit, ex qua qualis & quantus fuerit planè liquet. Immo quod Bal. preconio dicentis, eam subtilem esse & laudabilem, inter maximos & egregios Iurisconsultos est sine controuersia dinumerandus, consi. 190. incipi. Ad euidentiam. col. 2. vol. 3. & ad idem inquit etiam Alua. in proœ. feudo. col. 2. quod adeo redundans est, vt nihil intactum penitus relinquat, quod possit in materia desiderari.

Io. Anania.

134 IO. Anania Bononiẽsis Archidiaconus fuit, & Ale. Imo. præceptor, vt ipse refert, consil. 178 incipi. viso processu, col. 4. vol. 7. Necnon Barbatiæ, sub quo anno 2. suorũ studiorum publice de iure respondit, quod testatur in rep. c. Rayn. col. 83. de testa. & dicit col. 160. ꝙ erat ætatis anno 70. & valetudinarius, quodq; quotidie missam audiebat etiam quod legeret, & ꝙ deniq; diuinum officium vt sacerdos pariter dicebat, scripsit tantum super 5. decretalium, & consilia, docuit in patria, & floruit anno 1450.

Io. Palatensis.

135 IO. Palatensis fuit doctor Senensis, Bald. magister, & hac de re, eo tempore floruit quo ipse Bal. literis operam nauabat, & in patria profitebatur, ac etiam pro magno testuali habitus est, vt refert Alex. in l. si fundus, in fi. ff. sol. mat.

Io. Campegius.

136 IO. Campegius Bononiensis eo tempore floruit, quo Ioannes Baptista Rosellns, anno scilicet 1489. Iurisperitorum eloquentissimus, & eloquentium Iurisperitissimus, qui multo tempore hic docuit Bentiuolis Bononiæ imperantib. Quibus à Iulio. II. Pon. Max. postea expulsis in patriam reuersus est, ibique vsque ad supremum vitæ exitum, vt inquit I. con. in l. 4. ff. de adim. le. eodem interpretãdi munere functus est, scripsit multa in ordinarias partes matutinas, non ædita tamen, quæ apud multos manu scripta reperiuntur, & præter hęc tracta. varios, præcipue de dote, de exactione dotis, & de pactis dotalibus: fuitque non solum Doctor & iurisconsultus egregius, ac illustris, verumetiam aduocatus consistorialis, vt ipsemet in subscriptionibus consiliorum suorum positorum in volum. consiliorum feudalium Alber. Bruni, testatur.

Io. Faber.

137 IO. Faber dictus est, non ferrarius, vt verbum sonat, sed quia libenter operabatur, & operari faciebat, vt ipsemet, cui magis est credendum, quàm alijs, testatur in §. e diuerso, in princip. institu. de rerum di. Et inquit Ias. insti. de ac. in prin. colu. 7. quòd est magnæ auctoritatis, alibi verò insignem, & fundamentalem doctorem vocat, in l. naturaliter, in §. nihil commune, col. 2. ff. de acqpo. & Ale. subtilem, in rub. de nou. ope. nun. col. 2. & testatur ipsemet rursum in §. fi. insti. quib. ex cau. ma. li. ꝙ forensibus negocijs operam dederat, agendo causas in foro scilicet annos 13.

Io. Fasoli.

138 IO. Fasoli Doctor non ignobilis fuit, qui multa scripsit, & prę-cipue tracta. de summarijs cogni. de quo per Alb. honorifice mẽtio fit in l. j, C. de his qui in ec. ma. quoad alia, quia nihil constat, transeo.

Irnerius.

139 QVIS fuerit Irnerius, Patriam, mores, quo tempore floruerit, quo in loco docuerit, quando decesserit, & reliqua, satis superq; satis edocet Io. Fichar. ita vt à me solum addendum sit, quòd post testatem legis condendę non habuit, sicuti nec Obertus ab orto, de quo infra, qui fuit causarum patronus in curia Mediolanensi. c. j. prin. duę fue. prima cau. be. amit. in vsib. & primũ testatur Ale. in l. 2. in §. quod si in patris, col. 2. ff. sol. mat. Alij in l. j. ff. si cert. pet. & in auth. ex causa. C. de lib prę-ter. Parisi. in c. de quarta, in fi. de p̃scrip. Itẽ ꝙ fuit primus legum glosator tanto in precio tunc habitus, vt nihil supra, quod vltra Odoffe. in l. ius autem ciuile. ff. de iust. & Iu. & Seue. de mo. stu. refert etiam And. Gamma. in tracta extensio. in prin. col. 3. aliter inquit Canciun. in tract. de offi. Iud. col. 1. quod in transcribendis autenticorum textibus aliquando, vel dormitauit, vel punica religione fidem seruauit, & Cy. in l. cũ testamentum, in prin. C. de Iu. & fac. ign. quod eius opinio ibi de libro esset abradenda, & nimirum, quoniam multis alijs in locis errauit, reprobataq; est potissimum in l. precibus C. de impube. & in l. singularia ff. si cert. pet.

Iacobus Puteus.

140 IACOBVS Puteus præceptor Ias. fuit, quem ipse honorifice nominat in l. j. col. pe. ff. de no. ope. nunc. eoq; tempore floruisse liquet paulo ante annum 1498. & hoc idem omisit Fichar. in vita Ias. vt infra Iason.

Io. Blanascus.

141 IO. Blanascus Doctor antiquus est, contemporaneus Iacobi Balduini, de quo j. adde ꝙ ipsum citat sæpe Bal. potissimum in l. nequicquam in §. de plano. lectu. 2. ff. de offi. procon. & con. 291. incip. ad euidentiam col. 4. vol. 2. ipsum vocat nobilem & subtilem, & testatur pręter ea quę in eius vita dicit Fichar. tract. de feudis & homagijs etiam scripsisse.

Io. Imolensis.

142 IO. Imolensis vita ponitur a Io. Fichar. id solũ addendũ est, ꝙ nedũ Alexandri verũ etiam Barbatiæ fuit præceptor, vt ipse testatur in c. Raynal. in repe. col. 5. de test. & col. 7. & in apostillis ad Bal. in l. 2. C. de liber. & eo. libe. Dum etiam tempus sui obitus dicit. Adde aliud tu, ꝙ Bononię obijt, vbi docebat, sed quo in loco loci sepultus sit, non satis cõstat, nisi, ꝙ in Diui Dominici tẽplo iacet, & memoratu dignũ est, ꝙ scripta sua aliquando incendio perierunt, vt ipsemet testat in l. fin. col. 6. ff. de hę. insti. ita vt mirũ sit, quomodo sic egregia eiusdem monumenta inueniantur.

Io. Pogliarensis.

143 IO. POGLIARENSIS fuit primus Baldi Perusini præceptor, alius qui singularium rerum memoriam habebat, Fran-

cus

Source : BIU Cujas

ſcus Tigrini,de quo ſupra,ſed qui multum contulit ſuo ingenio, fuit Bar.Sexoferratenſis,quos omnes longo tempore audiuit,& rarò ſe ab ipſis ſeparabat,ſubiiciens eundem Bart. dicentem audiuiſſe, quod ingenium adhuc ſuum fabricauerat lectura Cyni Piſtoriēſis, in c.j.in §.vaſallus,in princi.ſi de feu.ſuc.cōtrouer.inter Do.& agna. in vſibus. Nihil monumentorum reliquit, nec nobis conſtat,quo in loco præcisè docuerit, niſi Peruſij, coniectura hoc ipſum aſſequamur feciſſe.

Io. Leoniſſa.

144 IOAN. Leoniſſa Patauinus nepos ex fratre Iacobi, cuius mentio paulò ſupra facta eſt, Iuriſconſultus grauis & prudens, floruit anno 1496.Docuitque aliquo tempore hic in patria, aſſeſſorq; Illuſtrium virorum quàm ſæpiſſime fuit,& in Epiſcopali curia magnus cauſarum patronus, diu vixit & ſenex admodū honoratus ex hac vita diſceſſit anno 1535.

Iacobus Balduini.

145 IACOBVS Balduini Bononienſis Accurſio ſucceſſit, & contemporaneus Ioannis Blanaſchi, de quo ſupra, fuit ſolemnis & egregius Doctor,qui aliquando ſe ab hoc legendi munere abſtinuit, præſertim cum Ianuæ prætor eſſet deſignatus, vt inquit Albe.in l.lecta.col.4.ff.ſi cer.pe.ſubiiciens, quando periti tales eliguntur, ciuitates optimè regi, & gubernari,malè verò cum imperiti dominantur,vt hodie in Italia, & aliud (quod eſt annotatu dignum) in l.j.C.vbi Se.vel cla.cp eo tempore cum laqueo ſuſpenſus fuiſſet nobilis ob graue ſcelus, eò ſic iubēte municipali lege non obſtante,quæ contrarium diſponebat, nec abre quonjam quandoque licet leges tranſeendere, ſecundùm Inno.in c.j.de conſti.l.per omnes.C.de defen.ciui.Ianuenſes aliam tulerunt legem,cp nullus Doctor poſſet amplius eligi, & malè. Citat eum quoque idem Albe.in l.in tantum.in §.religioſum,ad fin.ff.de re.di.& in l.Barbarius,col.7.ff.de offi.præto.& ferunt Innocentii etiam præceptorem fuiſſe,vt infra.

Io. Coraſius.

146 IO. Coraſius Tholoſanus elegantiſſimus iuriſconſultus floruit anno 1546.diſcipulus Curtij Iunioris, vt ipſe in pluribus teſtatur locis; recordorq; ego,cum hic Patauii ſecum congrederer.In patria docuit,& Ferrariæ, & iuuenis admodum mortuus eſt, elegantiſſima reliquit commentaria, & interpretationes in varias iuris partes.

ADDITIO.

Falſo rumore perlato, ita ante hac creditū ſcriptumque eſt, nunc (vt certo aiunt multi) adhuc viuit, inq; ſuprema Pariſiorum Curia præſidet,tanta auctoritate quanta alius quiſque.

Io. Franciſcus Ozerius.

147 IO. Franciſcus Ozerius Tolentinas legit hic, & Romæ plurib. annis,& in libros inſtitutionum præclariſſima ſcripſit commentaria,quæ ædita arguunt,quantum in hac noſtra iuris prudentia ſemper profecerit,& proficiat,floruit anno 1524.nūc verò quieſcit in patria.

Iacobus Iſolanus.

148 IACOBVS Iſolanus Iuriſcōſultus veriſimiliter egregius fuit, licèt non ſatis exploratū habeamus,qua in patria ortus ſit,ſi docuit,quove in loco,eo ſolo argumento,quod ipſum ſocium venerandum appellat Bald.dum illius conſi.ſe (vt moris eſt) ſubſcripſiſſet,in ſuis volum.j.conſi.lxxxviij.incip. ex infelicitate fati,in fin.& ſic eodem met tempore quo Bald. coniectura facile aſſequimur etiam floruiſſe. Et idē de Fulgo. pariter dici poteſt, quem ſimiliter ſocium & amicum vocat,conſi.cviii.incip.Quęritur,in fin.eo. lib.

Io. Franciſcus Muſſatus.

149 IO. Frāciſcus Muſſatus Patauinus floruit anno 1520.docuit hic aliquo tempore,& multa ſcripſit,ſed nihil æditum eſt,niſi index locupletiſſimus ad Bald.quo ſi vſus fueris etiam quod illum Antonii à Prato veteri non habeas, facilem tibi ipſi viam ad ea quæ ſcire deſideras quàm maximè comparabis.

Io. Ludouicus Lambertacius.

150 IO. Ludouicus Lambertacius Patauinus erat (vt memoriæ proditū eſt) magnus textualis & tūc Patauinorum prmiarius, floruit anno 1382.& hic in patria multo tēpore docuit, ſimulq; multa collegii noſtri ſtatuta ædidit, quæ adhuc vigent, & ſunt (quod aiunt) etiam in viridi obſeruantia.

Io. Franciſcus Pauinus.

151 IO. Franciſcus Pauinus Patauinus, ſacræ Theologiæ, & iuris vtriusq; Doctor fuit, necnon ſacri Palatii Apoſtolici Auditor, an in patria docuerit,aliove in loco prius,nō inuenimus,id certo tamen non omittentes, allegationes pulcherrimas in cauſa beati Simeonis,tractatum de viſitatione,de offic.ac poteſta.cap. ſede vacan.reliquiſſe,quibus declaratur,quàm magnus fuerit in Curia Romana,& domi Doctor atque Auditor,floruit temporib. PAVLI II. Pontificis Maximi, & SIXTI IIII. anno 1464. & 1471. nonnihil dictum eſt etiam ſupra, in Bartholomæi Bellencini vita.

Io. Franciſcus Balbus.

152 IOANN. Franciſcus Balbus Taurinenſis acutiſſimus iuris interpres floruit anno 1510.Docuit in patria ſemper,& præclariſſima ingenii ſui ac doctrinæ monumenta reliquit omnibus nota,adeò vt illa ſcribere in præſentiarum opus non ſit, & ſiqd ſtudioſorum vſui ex omnibus, eſt inquam aureus ille præſcriptionum tractatus,cui ſimilis nunquam æditus eſt, nec in futurum ædetur,quoniam nihil reliqui fecit, qđ amplius ſcribi poſſit,& à repub. literalia deſiderari.

Iacobus Beluiſius.

153 IACOBVS Beluiſius patria Bono. fuit magnus Iureconſult. ſæpiſſime citatus à Bar. multa ſcripſit, & præter dicta ab his qui ipſius vitam literis mandarunt, tracta. etiam de excommunica. floruit anno 1475.& doctorem perſpicuum appellat Aluaro. in proœ.feudo col.2.& inquit Bal.in c.j.in §.fi.de feud.mar.in vſib. cp vnà cum Petro de Cer.tanquam doctores boni & antiqui de lectabantur Brocardis,quorum auctor à principio fuit Pyle. medina in libello ſuo diſputatorio,cuius etiam meminit Bar. in l.ſi quis ſub conditione,num.27.ff.de teſta.tut.

Iacobinus à S.Georgio.

154 IACOBINVS à S.Georgio diſcipulus Iaſonis,vt infra Iaſon per ea tempora floruit,& Taurini docuit, vbi Patriæ ſuæ Gymnaſiū florētiſſimū ſemp viguit & viget, & ex quo non ſecus,ac ex Equo illo Troiano innumerabiles viri omni virtutum omnium genere cumulatiſſimi prodiere,anno 1482. poſtea eius loco Claudius ab Aquis,de quo ſupra,& meritò quidem,ſubrogatus eſt, multa edidit in ordinarias partes matutinas,quæ adeo lucent; & à doctiſſimis quibusque probantur, vt ſint in perpetuas æternitates manſura.

Io. Franciſcus Purpuratus.

155 IO. Franciſcus Purpuratus Pinerolius Taurinenſis Iuriſconſultus egregius, Senator & in ſupremo excellētiſſimi Sabaudiæ Ducis Senatu,Præſes fuit,optimè meritus,floruit anno 1523. & in patria docuit ſemper,præclariſſima reliquit & ipſe commentaria in ordinarias partes matutinas, adeo prægnantia, copioſa, & multarum rerum eruditione plena, vt nil amplius deſiderari poſſit:quia omnia legiſſe & conſideraſſe (iudicio enim erat exquiſitiſſimo) videtur.

Io. Gloſator.

256 IOANNES Gloſator non ſecus ac ille, qui iuris ciuilis tenebris occurrens, magnus legum interpres iudicatus eſt, ſua tempeſtate etiam clarus fuit, nec minori commendatione dignus, quandoquidem ipſe quoque tenebris iuris pontificii pariter occurrens,tantum effecerit, vt eius ope Sanctorum Patrum decreta prius ſenſibus variis & diuerſis obuoluta, nunc quam facillime intelligantur,floruit anno 1256.

Io. Franciſcus Ripa.

157 IO. Franciſcus Ripa Papienſis receentibus Iuriſconſultis, maximus certè, floruit anno 1519. & docuit in patria Valentiæ in Delphinatu,& Auinioni, multaq; ſcripſit in vtroque iure, cùm Pontificio,tum Cæſareo,adeo ſtudioſis grata,vt in ſcholis legantur, & magno etiam ſilentio audientium excipiantur. Sepultus eſt in patria,inq; fratrum Carmelitarum Eccleſia.

Innocentius.

158 INNOCENTIVS IIII. Pontifex maximus,Ianuenſis patria fuit,nunc tantæ auctoritatis (neminem enim noſtrum latet, in decretales opus ſanè ſcripſiſſe,abſolutiſſimum) vt eiuſdem opiniones (cætera dę induſtria omittemus, quoniam à Seue. & Fichar.ſatis dictum eſt) in Conſiſtorio Papæ, velut ſacrum Euangelium teneātur, quod atteſtatur Ro ſingula 165.incip.Iudex à quo,in fin.cp autem fuerit Papa, quòdque eius lectura quotidie vtamur,firmat etiam Abb in c.quoniam contra col.10. de ꝓba.

Io. Crotus.

159 IOANNES Crotus Monferratenſis floruit anno 1513. Docuit Bononiæ,& Piſis,iuuenisq; admodum mortuus eſt, multa ſcripſit maximè repetitiones, quibus adeo delectantur legū ſtudioſi (ordinate enim diſtincte & copioſe loquitur) vt cætera prætermittant,quaſi ſtomachati, & ſolum Io.Croti audire conſiderationes pro temporis opportunitate contendant.

Io. Petrus Ferrarius.

160 IO. Petrus Ferrarius Papiēſis fuit inſignis Doctor & magnus practicus,quod teſtatur opus illud egregium,cuius titulus ab ipſius auctoris patria inſcriptus eſt. Pratica Papienſis pater & verus interpres ſtatutorum Papię,vt inquit Cur.Iunior conſi.5.incip.videretur,col.14.floruit anno 1400.

Io. Sadoletus.

161 IOANNES Sadoletus Mutinenſis, Bononiæ docuit multo tempore, floruit anno 1492. ſcripſit multa, ſed quod ego viderim,non aliud editum eſt,niſi paucula quædam in titu. de confeſſis,& in l.3.ff.de legat.j.omnimodo arguentia ipſum & ingenio & doctrina valuiſſe plurimum. Et dicit Barbat.in repe.cap. Raynald.colum.171.de teſta.cp iſte & Hoſtien. fuerūt duo luminaria cœli.

Io. Franciſcus Bebius.

162 IO. Franciſcus Bebius Regienſis iuuenis admodum, hic docuit,non multo tempore,tamen,floruit anno 1526. quo Marinus Georgius ampliſſimus vir,& Gimnaſij noſtri Patauini Moderator Prætura gerebat,in diſputando acer, in docēdo clarus, quiq;

Source : BIU Cujas

quiq; etiam adeo purè loquebatur, vt nullus tunc desperaret, se breui assecuturum, quod suis doctissimis lectionibus pollicebatur, recessit postea, cõsenuit in patria, & cum se sacrarum literarum studiis totum tradidisset, deuenisset que à negocio ad ociũ, podagrosus decessit.

Io. Georgius Branditius.

163 IO. Georgius Branditius Vicentinus iuuenis & ipse admodũ, per aliquod tempus hic docuit, & floruit anno 1494. & prout ex commentariis quos in libros institutionum æditos reliquit, elici potest, in maximum euasisset Iurisconsultum, si cepto operi tam ardenter incubuisset, & in recessu ostendisset, prout pollicitus est in fronte.

Iacobus Butrigarius.

164 IACOBVS Butrigarius ex auctoritate Seuerini & Ioann. Fichar. scriptis in eius vita, fuit præceptor Bart. adde q̃ eum etiam maximè extollit Bald. in l. quicunque. in fin. C. de epis. & cler. qđ omnium Iurisc̃onsultorum totius Italiæ (magnum verbum est) fuerit tunc excellentior, & lumen iuris ciuilis, consi. ccccxciii. incip. circa, colum. 1. volum. 2. & quòd fuerit præceptor Bart. ipsemet testatur in l. j. num. 3. C. de pœ. iud. qui ma. iud. Aliquid in l. si quis sub conditione. num. 27. ff. de test. tu. multa scripsit super ff. & C. vt prædicti referũt, adde tu etiam tract. de dote de oppo. compromi. de renunciatio. & de testibus.

Iason Maynus.

165 IASON Maynus Doctor eximius Ducalisq; Senator Mediolanensis, cæterisque præstat doctrina & eloquio, talis & tantus Iurisconsultus, vt dubium sit forte, an Mediolanensis patria aliquem ipso præstantiorem habuerit vnquam, multa scripsit, omnibus sanè nota, quia leguntur quotidie in scholis. Docuit Papię & hic multo tempore, habuitque prius præceptorem Iacobum Puteum, vt ipse testatur in l. j. in pen. col. ff. de no. op. nun. & discipulos, qui in viros excellentissimos euaserunt, præ cæteris Iacobinum à S. Georgio, de quo supra, quod ipsemet dicit in Rub. de edic. diui adr. tol. col. 2. aliàs nu. 3. & ad idem inquit Cotta in memorali. lib. quod ipse & Philippus Decius, de quo etiam supra, tã to maiores cæteris fuerunt, quanto Mediolanum Ciuitas alias omnes excellit, siue (addas tu) quanto olimpicum stadium cæteris pari numero factis, anteit & præstat; floruit anno 1485. & 1498. Sepultus est Papiæ extra portam, qua itur Mediolanum, in ædibus Sacris. D. Iacobi, in que eius tumulo sic inscriptum.

Iason Maynus Mediolanen. I. con. Comes & Eques talis qualis ille fuit, hic iacet.

Iacobus Arena.

166 IACOBVS Arena Parmensis super ff. & C. scripsit, vt Seue. & Fichar. testantur; adde, q̃ extant etiam eiusdem tracta. de excussio. bono. de commissa. de positio. de expen. de sequestra. de banni. de quæstio. de cessio. ac. aliaque multa, floruit anno 1302. nec quo in loco docuerit, constat aliter.

Io. Lignanus.

167 IOANNES Lignanus Doctor Bononiensis egregius tempore Vrbani V. anno scilicet 1380. floruit, multo tempore docuit in patria, nec minus multa scripsit in omnes Decretaliũ libros, licèt ædita nunquam fuerint, ad præsens in maioris Ecclesiæ Bibliotheca hic reperiunt̃, manu scripta, quę ego vidi & legi, aliaq; etiam in studiosorum gratiam ædita. de horis canoni. de censu. Ecclesiast. de plurali. benefi. de duel. & de amicitia.

Ludouicus Gozzadinus.

168 LVDOVICVS Gozzadinus illustris patria & genere floruit anno 1530 Docuit tantum eo in loco, vbi natus erat, alitus & educatus, Bononiæ scilicet, multaque scripsit in Iure repetitiones, & consilia doctissimis viris non ignota, quæ adeo eruditione sunt plena, vt legẽtes trahant quoscunque in sui admirationem, ibiq; mortuus est anno ætatis suæ 60. obitus verò 1537.

Ludouicus Bologninus.

169 LVDOVICVS Bologninus Bononiensis, Doctor, Eques, Aduocatus Consistorialis, & Ducalis, ac Regius Cõsiliarius, floruit anno 1499. & summa cum laude vixit, ac docuit in patria toto vitæ suæ tempore, multa scripsit, quæ ædita sunt, repetitiones, interpretationes legum veteres & nouas, consilia, tractatus, additiones ad consilia etiam Io. Ananię, aliaque pleraque, arguentia ipsum talem fuisse, qualem orbis totus prædicat, & extollit. Sepultus est in D. Dominici templo, cum hac inscriptione tumulo eius. Omnia bona mea mecum porto. dictumque fuit olim Biantis Pryenæi.

Laurentius Campegius.

170 LAVRENTIVS Campegius Bononiensis Ioannis, de quo supra, filius, iuuenis admodũ eo tẽpore floruit, quo pater, hicq; docuit vnà cum eo, & postea Bononiæ, deinde in Cardinalium collegium cooptatus est, & cum ad maiora animum magnum atque excelsum eleuasset, nihil monumentorum reliquit, nisi q đ nomen (cũ esset eloquentissimus, & acerrimus sanctæ sedis Apostolicæ defensor, & conseruator) immortalitati cõsecrauit.

Lambertinus Ramponus.

171 LAMBERTINVS Rãponus Bononiensis Doctor egregius & aduocatus antiquus fuit, quem extollit maximè Barto. in l. j. nu. 9. C. de sen. & int. om. iud. & pfundæ scientiæ magistrũ suis se inquit Io. And. in c. si pater. col. 2. de testa. in 6. floruit anno 1313. & in patria docuit, nec monumentorum ipse quoq; aliquid reliquit, quod uideri possit, memoria tamen colendus, post eaquam viri tam celebres, vt Io. And. & Bar. (duo lumina illa iuris) ipsum ad sydera tollunt. Nouissimè tamen in lucem venerunt distinctiones quædam, super. ff. vet. appositissime inquam conscriptæ.

Lancelotus Galliaula.

172 LANCELOTVS Galliaula Papiensis floruit anno 1513. in patria docuit, & Valentiæ in Delphinatu, multaq; egregia reliquit scripta, quæ arguunt (nisi admodum iuuenis decessisset) digito cœlum tangere, ferireque sydera (vt aiunt) vertice potuisset.

Lapus Castellioneus.

173 LAPVS Castellioneus Florentinus, fuit etiam illustris Doctor & Aduocatus Consistorialis, qui temporibus. Ioan. Lignani, Ioannis Calderini, Butrij, & Richardi Salyceti anno scilicet 1334. seu verius 1347. floruit, magnaq; erat eius auctoritas, vt testatur Ro. sing. 9. inci. an habens, in fine, multa ingenij sui prę clarissima reliquit monumenta, maximè allegationes & tractatus de hospitalibus, & de canonica portione.

Ludouicus Catus, supra Catus.

Ludouicus Pontanus.

174 LVDOVICVS Pontanus patria Romanus fuit, ob id quia Romæ commoratus erat, sed tamen ex Spoleto aliàs ortũ habuit Vmbriæ ciuitate, vt inquiunt, qui vitam ipsius scripserũt & bene vir sanè diuinus, & doctrina, ingenio ac eloquentia tũc nemini secundus, quo tẽpore floruit, quove in loco docuerit, & alia ex eisdẽ assequi poteris, solũ illud addentes, q̃ is primo anno quo licentiatus fuit in iure ciuili, legit primã partẽ. ff. noui, vt ipse testatur in l. si finita. in §. Iulianus, in fi. ff. de dam. inf. quodq; habuit in punctis (alla barba) il voglio pur dire nella nostra lingua per esser meglio inteso (delli nostri che si dottorano hoggi.) l. si quis in tantam, quæ repetibilis est. C. vn. vi.

Laurentius Rodulphus.

175 LAVRENTIVS Rodulphus Florentinus nobilis patria & ingenio, floruit anno 1503. in que ea docuit aliquo tempore, & tractatum vberrimum de vsuris etiam scripsit, repetitis, rub. & c. consuluit eo. tit. de vsu.

Ludouicus Gomes.

176 LVDOVICVS Gomes Hispanus, vrbis Oriolæ Regni Valẽtiæ, hic scholaris postea Doctor ius ciuile & Pontificium aliquo tempore est interpretatus, mihiq; dum simul doceremus in collegam datus fuit. Deinde Romam profectus, Auditor Rotæ declaratus est, anno 1518. dignitateq; Archiepiscopatus Sarnẽsis auctus, & nõ multo post iuuenis ex hac vita discessit, multa scripsit in libros institutionum, sexti decretalium, & regularum Cancellariæ Apostolicæ, & nisi tam cito mors ipsum nobis eripuisset, absq; dubio ad Cardinalatus fastigium fuisset euectus.

Lancelotus Decius, supra Decius.

Lancelotus Politus.

177 LANCELOTVS Politus Senensis floruit tempore Leonis X. Pontificis Maximi, anno scilicet 1512. docuit in patria, & multa scripsit, sed si quid est maximo in precio apud omnes, & adiumento studiosis, est tractatus substitutionũ omnibus numeris absolutissimus, repetitionesq; multiplices, præsertim l. filiũ quẽ habentem. C. fami. er. & l. re coniuncti. ff. de leg. 3. & nisi relicto seculo fuisset religionem ingressus, alia verisimiliter edidisset, sicuti cuculatus fecit aduersus Lutherum, opus sanè frugiferum, & multarum rerum eruditione, in spectantibus ad fidem tamen refertum, is senex admodum mortuus est, qui non amplius Lancelotus, sed nomine mutato Ambrosius etiam vocabatur, dum in humanis esset.

Ludouicus Braynus.

178 LVDOVICVS Braynus Patauinus Decretorum Doctor & Iurisconsultus Egregius fuit, floruit anno 1539. Patriarcæ Venetiarum per id tempus Vicarius etiam generalis; & Giberti quondam Episcopi Veronensis. Deinde reuersus in patriam, cùm esset quoq; in cathedrali Ecclesia perpetuus Custos, docuit multos annos Ius Pontificium, & licèt multa etiam scripserit, nihil tamen hucusq; editum est.

Martinus Glosator.

179 MARTINVS Glosator Bononiensis, licèt Fichar. non dicat in eius vita, Gosianus cognomento appellatus est, eoque argumento licet elicere; quia tenentes eiusdem opiniones, sæpissime reprobatas, immo ferè semper, Gosiani appellantur: vt p Cy. in l. vnica, in §. taceant, in fin. C. de rei vxo. ac. & notandum est (vt ibi subijcit) quòd erant nobilissimi ob partem Gibellinam expulsi.

Martinus Silimani.

180 MARTINVS Silimani Bononiensis fuit etiam Illustris, & Antiquus Doctor verisimile est, quicqd dicant Seueri. & Fichar. multa scripsisse, cum ibi docuit (vt testatur Alberi. in proœ. C. in fi.) extatq; eiusdem feudorum tractatus, sanè laudatus nunquã satis, cætera vt per eos.

Modestus

Source : BIU Cujas

Modeſtus Polentonus.

181 MODESTVS Polentonus Patauinus Iuriſconſul. egregius, Orator maximus, & Eques, Siconis Polentoni Poetæ, & Oratoris facundiſſimi filius, floruit anno 1480. docuit hic in patria, & multa etiam ſcripſit, licèt edita nunquam fuerint, obiit anno 1490. ſepultusq; eſt in tẽplo Diui Ioannis Baptiſtæ in viridario.

Marcus Blancus.

182 M. Blancus Patauinus, diſcipulus meus Iuriſconſultus eruditiſſimus, floruit anno 1545, docuitque hic in patria aliquo tempore criminalia, inque agendis cauſis primus (aliorum pace dixerim) erat iudicatus tractatum reliquit editum eo viuente, de compromiſſis, necnon de indiciis & tortura, pulcherrimos, & niſi iuuenis è vita exceſſiſſet, alia vidiſſemus longè pulchriora & præſtantiora.

Marianus Socinus.

183 Qualis quantusque fuerit MARIANVS SOCINVS Bartholomæi Socini pater, Senenſis patria, conſilia atque in decretales commentaria, necnon tractatus de oblatio. & de viſitatio. teſtantur ita, vt planè ſuperuacaneum ſit aliud de illius egregiis virtutibus, doctrina, eruditione & moribus in præſentiarũ ſcribere, rei enim demonſtratæ demonſtrationem adiicere fruſtra eſt. l. j. ff. de do. prælega. & ſi quid amplius dicendum eſt, id ſolum à me dictum ſit, patriam illam Senarum nobiliſſimam & antiquiſſimam gloriari poſſe, tam magnos & diuinos propemodũ iuris theſauros, non ſecus ac noſtra hæc Iulium Paulum Zabarellam, aliosque innumerabiles peperiſſe.

Marſilius Papafaua.

184 MARSILIVS Papafaua patricius Patauinus Frãciſci, de quo ſupra, frater, maior natu, excellẽtiſſimus Doctor fuit, floruit anno 1524. legit hic in patria aliquot annos, & iuuenis admodum deceſſit, calamitoſo illo tẽpore, quo multi alii ſanè per totum terrarum orbem contagione quadam inſolita Medicisq; tunc parum nota miſerè perierunt.

Martinus Fanenſis.

185 MARTINVS Fanenſis Doctor celebris fuit, ſed nõ ſatis nobis liquet, quo in loco docuerit, quoue tempore floruerit, at ſolum quòd aliqua ſcripſit maxima tractatum de modo ſtudendi, vt per Albe. in proœ. digeſtorum, colum. j. qui poſtea dicit in §. quibus col. ij. quòd non inuenitur communiter, teſtatur etiam in Rub. de ſta. ho. in prin. quòd alium tractatum fecit pariter pulchrum & longum. Fortè de iure emphiteu. vt mihi retulit Horatius Callič. diſcipulus meus acutiſſi. & ſtudioſus antiquitatis admodum, ſe vidiſſe aliàs manuſcriptum, adde tu alium eiuſdem de negatiua probanda, in ſtudioſorum gratiam editum.

Martinus Sillanianus.

186 MARTINVS Sillanianus celebris Iureconſultus fuit, quod eo argumento planè nobis liquet, quoniam ipſum tanquam dominum & præceptorem citat Io. And. fons legum & tuba Iuris Canonici, & eiuſdem opinionem ſequitur in c. in præſentia, ibi vt refert Abb. in 14. colum. in fin. de proba. quo in loco docuerit, patriam reliqua, nobis aliter non conſtat.

M. Anto. Baueria.

187 M. Ant. Baueria Imolen. excellentiſſimus Iuriſcõſultus fuit, floruit anno 1493. docuit Bononiæ, Piſis, & hic aliquo tempore, ſcripſit in libris inſtitutionum egregia commẽtaria, à doctis viris probata quãmaximè, aliosque tractatus minimè negligẽdos, & maximè de virib iuramenti, & de mora. Sepultus eſt Bononiæ in D. Dominici eccleſia vnà cum Baueria patre.

Martinus Laudenſis.

188 MARTINVS Laudenſis non eſt etiam ſua laude fraudandus, quandoquidem fuerit ipſe quoque Iuriſconſultus prudentia & ſapientia plenus, docuit Papiæ & Senis, & floruit maximè anno 1438. & 1445. egregiaque reliquit commẽtaria, adeo multa vt non facile poſſint enumerari.

Nicolaus Materellus.

189 NICOLAVS Materellus Ioan. And. fuit contemporaneus, quod ex eo conſtat: quia ſimul in quadam cauſa ſibi ad conſulendum commiſſa hic colloquium habuerunt, vt ipſe Io. And. teſtatur in addit. Specu. j. ad fin. in §. ſequitur videre, de confeſſ. Docuit hic rurſum, Bononiæ, & Piſis, multa etiam ſcripſit commentaria, nunquam tamen (quòd ego viderim) edita, & etiam conſilia eoque argumento licet etiam videre; quia Bald. vt ſuo loco diximus, gloriatur in conſilio 439. incip. Amplius. in fin. volum. 3. ſcripſiſſe fuſius in quadam materia, quam ipſe Materellus feciſſet, quem nouiſſimè citat Cuma. conſi. xxxij. incip. inculpatus, in fin.

Nicolaus Bellonus.

190 NICOLAVS Bellonus Caſalenſis Iuriſconſultus optimus fuit, floruit anno 1542. Dolæ ſumma cum laude & admiratione docuit, & Placentiæ, vt ipſe teſtatur conſi. xlv. incip. Viſo inſtrumento, in fin. præclaraque etiam commentaria reliquit ſupputationes maximè, repetitiones, tractatus Antimoniarum Iuris diſſolutiones, conſilia, & alia quamplura.

Nicolaus Spinellus.

191 NICOLAVS Spinellus Neapolitanus, legum Doctor ſubli-mis, ſcripſit in tres libros Cod. & inſtitutio præclara commentaria, hicque docuit & in patria, ſed quo tempore floruerit, explo ratum non eſt. Et ſi cõiectura aliquid aſſequi poſſumus, floruit anno ſalutis 1342. Ioannæ Neapo. Reginæ Rob. regis filiæ, olim Conſiliarius, omnium calculo præ cæteris ſapientiſſi. eruditiſſimusque. ll. Monarcha Iudicatus.

Nellus S. Geminiani.

192 NELLVS S. Geminiani Patricius Florẽtinus fuit magni ingenii, & multum praticus, ac verus ſtatutorum interpres, floruit anno 1423. & præclara virtutum ſuarum monumenta reliquit, nunquam interitura, & maximè tractat. de teſti. & quòd õmnes alios pondere, numero, & menſura longè ſuperat, de Bannitis, & quòd fuerit magnus praticus locupletiſſimum ipſius teſtimonium perhibet Franciſcus Pepus conterraneus ſuus in authent. præterea, colum. 69. C. vnde vir & vxo.

Nicolaus Tudiſcus.

NICOLAVS Tudiſcus Abbas Panormitanus Siculus ſupra loco ſuo, Abbas.

Obertus ab Orto.

193 OBERTVS ab Orto cuius mentio in feudis ſæpiſſime facta eſt, immo ipſe fuit, qui librum feudorũ compilauit, vt in capit. j. quæ fue. prima cau. bene. ami. quique magnus cauſarum patronus in Mediolanẽſi curia floruit, ſed non habuit, ſicuti nec Irnerius, vt ſuo loco dictum fuit ſatis, poteſtatem legis condendæ, hunc conſumatiſſimũ Iuriſconſultum vocat Aluaro. in proœ. feudo colum. ij. & quia maxima dubitatio eſt, an ſolus feuda cõpilauerit, an verò ei adiutor fuerit Girardus Cagapiſti, nec ipſe Iuriſconſultus ignobilis, licet Bald. dicat in capitu. j. in princ. colum. iij. hic fini. lex Domini Fed. quod fuerunt duo pecora, ad lõgum videndus eſt poſt multos Mod. Pariſ. in conſue. Pariſien. par. j. in princip. num. 46.

Petrus Beſſutius.

194 PETRVS Beſſutius Doctor Mediolanenſis, & Comes ſæpe à Iaſ. citatus, fuit multum ſubtilis & inſignis, vt idem refert in l. ſi ego. in ij. colum. in fin. ff. ſi cert. peta. Docuit Papiæ, ſed quo tempore floruerit, non aliter pro nunc mihi conſtat.

Paulus Caſtrenſis.

195 PAVLVS Caſtrenſis conſumatiſſimus legum vertex fuit, & iuris Aſylum, vt de Papiniano Lampridius inquit, innoteſci tq; omnibus ex eius præclariſſimis commentariis & conſiliis, qualis quantusque fuerit omni tempore, floruit quicquid dicatur anno potiſſimum 1457. in cæteris quo in loco docuerit & reliqua tibi Ioann. Fichar. in eius vita declarabit, & teſtabitur, id vnum nos haud prætermittentes, iam tritum in omniũ ore prouerbium extare, adeo tex. bene enuclaſſe gl. & cætera, vt dicatur, ſi non eſſet Bar. quòd eſſet Paulus.

Paulus Leazarius.

196 PAVLVS Leazarius ſuo tempore clarus Decretorum Doctor fuit, quem vnà cum Raynerio Foroliuienſi celebrat Abba. in cap. cum ſecundum, colum. 1. de ſecun. nup. ſcripſit multa, ſed quo tempore floruerit non conſtat, & inter cætera quæſtiones eiuſdem editæ ſunt adeo copioſæ & vtiles, vt frugi homo eas maximè faciat.

Præuidellus.

197 HIERONYMVS Præuidellus Regienſis non obſcurus Iuriſconſultus fuit, qui cùm ad doctoratus apicem peruenisſet, breui temporis curriculo, tam magnum nomen ſibi comparauit, vt non dubitauerint Bononiẽſes tunc, cum Bononiæ doceret Ruinus, cuius etiam fuerat diſcipulus publico ſtipendio, & quidem ſatis honeſto ſibi legendi munus demandare, in quo obeundo adeo egregiè ſe gerebat, vt futurum eum alterum Ruinum omnes affirmarent, inq; eius locum, ſi vixiſſet, nec ſicarij cuiuſdam manu, contra quem patrocinium præſtiterat, interfectus fuiſſet, abſq; dubio ſucceſſurum, floruit anno 1523. nil aliud relinquẽs, niſi tractatum de peſte, ſanè vtilem & pulchrum, in quo tanti iuuenis ingenium, doctrinam & eruditionem tanquam in ſpeculo contemplabis.

Paulus Orianus.

198 PAVLVS Orianus, Brixianus patria, Doctor legum, & iuuenis admodum, floruit anno 1520. Docuit Papiæ, & luculentiſſimam atq; copioſiſſimam repetitionem edidit rub. & l. j. ff. de offic. eius, nunquam ſatis laudatam. Alius fuit Orianus ſenior, qui hic docuit, & floruit anno 1488. quique præclariſſima ingenij ſui monumenta reliquit, de proba. de iureiu. de teſta. de verb. ſig. de vulg & pup. ſub. de cau. po. & pro. & alia multo plura, quæ tantũ ſplendoris adiecerũt huic familiæ, vt inter alias Illuſtres iure merito poſſit connumerari.

Pileus Medina.

199 PILEVS MEDINA cum Iacob. Belui. & Pet. Cer. Doctores antiqui delectarentur Brocardicis ipſorum fuit auctor in libello ſuo, diſputatorio, quo tempore tamen floruerit, quove in loco docuerit, exploratum nobis non eſt, & fuit Bald. memorabile dictum in cap. 1. in §. fin. de feu. mul. in vſib. decq; iſto libello Pilei diſputatorio, quodq; alias ſcripſit quæſtiones, teſtatur Albe. in l. fi. in fin. C. de off. præfec. præto. Af. & in l. j. in fin. C.

vt quæ

Source : BIU Cujas

vt quæ de.aduo.& in l.1.in prin.C ne quis in ſua cau.

Petrus Soncinus.

200 PETRVS Soncinus Patauinus Doctor præclarus floruit an. 1494.docuit hic in patria annos 28. & iuuenis admodum mortuus eſt, multa ſcripſit in ordinarias partes veſpertinas nunquã tamen edita, quia nec recognita fuerant veriſimiliter, ex quo (vt vidi ego) mutilata ſunt, & cum inuida mors dũ floreret, ipſum eripuerit, recognoſci facile non potuerunt.

Paulus Picus.

201 PAVLVS Picus Papienſis nobilis & acutus Iuriſconſultus, floruit anno 1493.docuit in patria, ediditque ſanè commentaria ita ſubtilia, ne copioſa dicam & prægnantia, vt non facile ſibi æqualem inueniat.

Paulus ex Freſchis.

202 PAVLVS Ex Freſchis Oppidi Maroſticæ, Vicentini diſtrict⁹, ciuis ac iuuenis ingentis ſpiritus & magnæ ſpei, dum hic ius ciuile profiteretur, anno quo maximè florebat 1498. domum rediens ab hoſte nocturno obtruncatur; quod carmen tumulo eiuſdem inſcriptum declarat, tibique hoc ipſum dixiſſe ſit ſatis, qualis quantusq; erat, qualis quantusq; futurus, niſi liuor edax illi vitam ademiſſet; ſed iam audias carmen, & caſum innocẽtiſſimo iuueni calamitoſum atque funeſtum deplora.

Cui genus ex Freſchis, cui clara Maroſtica tellus,
Paulus in exiguo contegor hoc tumulo.
Doctor eram iuris cenſura clarus vtraque,
Et iuuenis tota notus in Auſonia.
Nocte domum repetens, nocturno obtruncor ab hoſte
Me dedit huic virtus inuidioſa neci.

Prosdocimus Comes.

203 PROSDOCIMVS Comes Patauinus vir ſingularis & doctrina exquiſita, floruit temporibus Raphael. Cuma. & Fulgo. de quibus ſupra, quod videre licet ex ſubſcriptionibus eiuſdem ad conſilia prædictorum. 1.24.57.70.81.102.104.128. Docuit in patria multo tempore, præſertim ius pontificium, multaque etiam ſcripſit, licèt nihil editum ſit, niſi tracta. differentiarum Iuris Ciuilis & Canonici, necnon de conſanguini. & affini.

Petrus Andreas Gammarus Bononienſis, ſupra Andreas.

Petrus Maurocenus.

204 PETRVS Maurocenus Venetus legũ Doctor celeberrimus, qui tanquam de literis optimè meritus poſtea ad Cardinalatus faſtigium euectus eſt, floruit anno 1424. & ſcripſit commentaria ſuper 6. Decretalium, licèt impreſſa nunquam fuerint, magna literatorum hominum, & maximè Iuris Pontificij, iactura.

Petrus Paulus Pariſius.

205 PETRVS Paulus Pariſius Conſentinus, magnus legum profeſſor, qui hac de re primum Auditor Cameræ Apoſtolicæ electus eſt, poſtea Cardinalis, ſub Paulo III. Põtifice Maximo creatus, floruit anno 158. Docuit Romæ primum, hic poſtea, & Bononiæ, magno ſtipendio, multaque ſcripſit, ſed nihil editum eſt, niſi repetitiones & commẽtaria in Decretales, ac titulos, quidam & ingentia conſiliorum volumina, ex quibus ſibi etiam maximum auri pondus comparauerat.

Paulus Cittadinus.

206 PAVLVS Cittadinus Mediolanenſis docuit Friburgi, & floruit tempore Maximiliani Imperatoris, anno ſcilicet 1500. & aliqua ſcripſit præſertim tractatum & præcipuum quidem de iure patronatus, ſi maximè cum alio Rochi Curtii Papienſis, de quo infra, legere aſpernatus non fueris.

Paulus Dotus.

207 PAVLVS Dotus Patauinus, erat etiam magni nominis Iuriſconſultus, quod ex ſubſcriptionibus ad conſilia Cumani, & Fulgoſij factis liquet, eo tempore igitur, quo & Prosdocimus Comes, & Chriſtophorus Caſtellioneus, & Ioann. Lignanus, & Florianus S. Petri, & prædicti Cuma. ac Fulgo. de quibus ſupra, & infra ſine dubio floruit, docuit hic in patria, & multa ſuper Decretalibus ſcripſit, licèt edita (quod ego viderim) nunquam fuerint.

Papinianus ſupra Aemilius Papinianus.

Petrus Aluarotus.

208 PETRVS Aluarotus Patauinus, aliis non inferior, nec tam illuſtri domo indignus, aut degener, decus auxit & gloriam, & non ſolum hic, verumetiam Bononiæ docuit, vt ex quibuſdam ſubſcriptionibus apparet, floruit anno 1393. monumentorum nihil reliquit, tametſi ſcripſerit multa.

Petrus Franciſcus Rauena.

209 PETRVS Franciſcus Rauena legum interpres docuit hic, & Ferrariæ multo tempore, & floruit anno 1474. veriſimileque eſt ſcripſiſſe etiam multa, ſed nihil circunfertur, quod legi poſſit, niſi alphabetum vtriuſque iuris editum iam multos annos vtile admodum ſtudioſis & frugiferum.

Petrus Saxonia.

210 PETRVS Saxonia fuit Doctor alicuius nominis, ſed non quod certi aliquid habeamus, ſicuti nec de aliis quampluribus, quo tempore floruerit, vel quo in loco docuerit, niſi quòd ipſum ſolenniter citat Flo. in l. regula. in §.j.in fin.ff. de iu. & fac.ignor.

Pariſius, ſupra Petrus Paulus Pariſius.

Philippus Decius.

211 PHILIPPVS Decius Mediolanenſis ſatis notus eſt ex dictis ſupra in verbo Decius Iunior, nouiſſimè tamen addendum putaui, obiiſſe Piſis (quod ibi dictum non fuit) anno 1535. vidiq; ego ipſius tumulum in loco, qui vocatur Campus ſanctus, prope Eccleam Cathedralem, refertque etiam Marianus Socinus Iunior, eiuſdem compater, conſil. ſuo 127.incip. Viſo themate, num.ij. volum.j.

Petrus Ancharanus.

212 Nec in vita iſtius eſſet immorãdum: quoniam ſcribit Fichar. ſed quia non ſatis, addendum eſt floruiſſe anno 1385.& 1399. ſecundùm alios, & ſi Salyce. contemporaneus fuit (vt ferunt diximusq; in vita eiuſdem ſupra) erit annus 1408. docuit hic, & Bononiæ, & ipſum Doctorem illuſtram vocat Areti. conſi. xxx. incip. Viſo themate. col 3.& 5.& conſi. lxxiij. incip. Diligenter, colum. 4. non quia veram haberet dignitatẽ, ſed ob præclarũ eius ingenium, morum elegantium, & literarum eruditionem, vt in ſimili de Iacobo Raue. inquit Bald. q̃ & ipſe quoque hac de re illuſtris appellabatur in proœ. digeſtorum, in fi. verum iuris interpretem quoque dicit Barba in l. cum acutiſſimi, colũ. 97. C. de fideicom. & quod conſi. 249 incip. De iure. & conſi. 385. incip. Licet, aliquid habuit, vltra hominem Iaſ. in l. certum, col. 2. ff. ſi cer. peta. & quod fuerit diſcipulus Bald. (vt inquit idem Fichar.) ipſemet Anchara. teſtatur in pluribus locis; præſertim conſil. 142. incip. Clarior. colum. 2. & conſi. 144. incip. Poſſet argui. colum. j. & conſi. 163. incip. Viſis, colum. j & conſi. 170. incip. Principaliter, col. j. & conſ. 72. incip. In cauſis, colum. 1. & conſi. 202. incip. Circa, colum. j. & conſi. 213 incip. Pro iſto, col. 2. & conſi. 220. incip. Hæc quæſtio, colum. 2. & conſi. 237 incip. Quia in primo, colum. 2. & conſi. 269 Pro declaratione, colum. 2. & conſi. 283. incip. Iure ſtricto, in fin. vbi non ſolum Dominum ſuum & præceptorem vocat, ſed etiam legum patrem, & conſi. 308. incip. Prima facie, col. 2. & conſi. 427. incip. Circa primum, col. j. & quod ſuper ff. nouo. & Cod etiam ſcripſerit nedum in Decretales Sextum & Clementinas, vt adhuc idem Fichar. ait, liquet ex eo, q̃ conſi. ſupra allega. 269. teſtatur, ſe de materia illius conſi. dixiſſe in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. obli. & conſi. 350. incip. In quæſtione, colum. ij. dum dicit latè ſcripſiſſe, an propter maioritatẽ rationis inducatur legum correctio in l. ij. C. de noxa. Non omittentes hoc vnum quoque, quòd fratribus minoribus longe magis quàm aliis fauebat, quoniam eos etiam plus diligebat, nec aliunde fauor proueniens, vt ipſe ingenue fatetur conſil. 214. incip. Franciſcus, in princip.

Panormitanus, ſupra Abbas
Romanus, ſupra Ludouicus Romanus.

Raphael Cumanus.

Raphael Fulgoſius.

213 RAPHAEL Cumanus ex nobiliſſima Raymundorum familia fuit, eodemque tempore Fulgoſius Placentinus, duo lumina Iuris, vt duo illa fulgura belli Scipiadæ floruerunt anno 1426. quicquid dicatur ab his qui ipſorum vitam ſcripſerũt. Imò quod Cumanusmet, ſe hic diſputaſſe, meminit, an quod legitur in §. habeat. in Authent. vt eccle. Ro. procedat nedum ciuili iure, verumetiam Canonico, anno 1424. conſi. 67. incip. Statuto. in fin. adde etiam quod Bald. conſi. 108. incip. quæritur, in fin. vol. j. Fulgoſium ſocium & amicorum vocat, quodq; ſic Iacobum Iſolanum eodem tempore florentem appellat pariter, conſi. 88. Ex infelicitate fati, in fin. eo. lib. & quod denique Cuma. (de Fulgoſio notum eſt, ſepultus fuit in templo Diuæ Iuſtinæ prope altare S. Prosdocimi, à latere dextro) & præter hæc ſubtiliſſimus à Iaſ. Mayno iudicatus eſt, in l. cum filiusfamilias, col. pen. ff. ſi cer. pet. ſicque etiam dicit Barba. in c. Raynaldus. in repe. col. 6. de teſta. q̃ ſuo tempore huiuſmodi erat, immo q̃ ambo libenter contra communes opiniones tenebant, adeo ſubtili erant ingenio.

Recuperus à S. Miniato.

214 RECVPERVS à S. Miniato fuit Doctor antiquus & maximę auctoritatis, ex eoque conſtat, quia Barto. honorifice ipſum citat, in l. conditioni, in fin. C. de inſtit. & Bald. in l. non ſolum. in §. fi. ff. de excu. tut. & in l. vbi adhuc, col. pe. C. de iure do. ſi docuerit, & quo in loco, neſcimus, certi tamen ex his, q̃ temporibus Bar. & eiuſdem Bald. maximè floruerit. Atteſtatus etiam in l. Libertinus. in fin. ff. de ritu nup. q̃ fuit diſcipulus Ioan. And.

Rochus Curtius.

215 ROCHVS Curtius Papienſis in patria ius pontificium docuit, & floruit anno 1515. ſcripſit multa præſertim tracta. de iure patrona. cuius etiam ſupra mentio facta eſt, & de conſuetudi. repetitio. capit. fin. eodem titu.

Robertus Cremona.

216 NEC iſtius certi aliquid habemus, niſi id tantum, quod idem Bald. aliquando dedignatus non eſt, eiuſdem opiniones referre, in materia ſtatutorum Bononien. & Pataui. ſi occiſor pacem habuerit ab vno ex hæredibus occiſi, & non ab aliis, an gaudeat

beneficio

Source : BIU Cujas

beneficio ſtatuti, ꝙ ſoluta certa quantitate pecuniæ communi eximatur à banno,in l.ij.colum.ij.C.de liber. & eo. libe.

Rolandus Placiola.

217 ROLANDVS Placiola Patauinus Doctor maximus fuit, qui non ſolum hic in patria docuit, verumetiam ſcripſit Rolādinam ſummam, & in conſtitutiones feudorum egregia commentaria,vt Aluar.ibidem in prooe.teſtatur,& de pa. tenen. col. ij.tantæ auctoritatis amplius,vt Bal.omnium princeps,ipſum citare non erubeſcat,in d.ſumma ſub Rub. inuentarium ab hæredibus &c. quod in inuentario non requiruntur multæ ſolennitates,quodq; ſufficit,ꝙ factum ſit coram iudice citatis citandis, in l.fi.in fi.prin.C.de iure deli.ſepultus eſt in Cimiterio eccleſiæ Diui Antonii Confeſſoris,iuxta capellam luporum, vbi tibi ipſi mutuabis tempus,quo floruerit, & alia longè plura, virtutis & excellentiæ tāti viri teſtimonium locupletiſſimum perhibētia.

Robertus Maranta.

218 ROBERTVS Maranta Venuſinus fioruit anno 1519. docuit Salerni,pluraq́ue ſcripſit,repetitiones,diſputationes,& ſpeculum aduocatorum, qđ Pomponius eius filius diſcipulus meus elegantiſſimus, Iuriſconſultus egregius in lucem dedit, me impulſore, ob memoriam tanti viri, longo interuallo poſt ipſius auctoris mortem.

Richardus Malumbra.

219 RICHARDVS Malumbra Cremonenſis Iuriſconſultus fama ſuper æthera notus, ſæpiſſime ab interpretibus noſtris citatus,& cuius vitam Seueri.ac Io.Fichar.optimè deſcripſerunt,ad de tu dum idem Fichar.ait,hic floruiſſe,& docuiſſe tempore Regis Roberti,Cyn.ita referre,& amplius, quòd eo viuente ex hac vita deceſſit,in l.ſi viua matre, in fin.C. de bon. mater. quodq́ue fuit diſcipulus & Auditor Iacob.Aret. & præceptor Albe. Roſa, vt ipſe teſtatur in prooe.digeſtorum,colum.j.& in l.omnem,colum. iiij. & quod deniq; Anch. vocat ipſum patrem legum cōſi. 248.incip.Ad prædicta,colum.iij.& Barba. ſolennem doctorem in rep.c.Raynaldus.col.18.de teſt.& quod ipſe Cy.ac Rayne.mirum in modum in iure floruerunt ante tempora Bar. col. 20. citat ipſum etiam Bald.in diſputa.incip.habet conſuetudo, quam hic fecit,conſi.429.incip.Ad euidentiam, col.ij. volu.iij. & dictu mirabile eſt,ꝙ aliquando fuerit Bononiæ relegatus, vt per Bar. in l.ſi quis ſub conditione.nu.27.ff.de teſta.tu. hic leges etiam cō poſuit Reipub.Venetæ, ab Illuſtriſſimo D. noſtro vocatus, Venetiisq́ue ſepultus eſt in Cimiterio Fratrum S.Ioan.Pauli,prope portam eccleſiæ. Fuit etiam alius Richardus de Senis, qui Neapoli docuit,ad Cardinalatus faſtigium poſtea euectus,cuius meminit Cyn.in l.fin.in fin.C. de fer.ſed non Malumbræ, vt ſentit Cæpo.in l.j.num.5.ff.de edili.edic.

Richardus Salycetus.

220 RICHARDVS Salycetus Bononienſis Doctor fuit (vt ferunt) magnus textualis, floruit anno 1360.quamuis Seueri. teſtetur floruiſſe potius Bald. temporibus, cui credendum eſt, Iudicatu.

Raynerius Arſendus.

221 RAYNERIVS Arſendus Foroliuienſis floruit anno 1330. fuitq́ue Bart. præceptor (vt ipſe teſtatur quæſtione incip. iudex 19.& in l.ſi is qui pro emptore.colum.iiij.ff.de vſucapio.) mirandumq́ue eſt maximè, quòd in caſu dixerit alibi ipſum malè cōſuluiſſe,in l.ſi pater,in fi.C de inſti.vbi Pau.Caſtren.reprehendit Bar.Docuit Piſis,Bononiæ,& hic,fuit etiam Auditor ſacri Palatii,& Conſiliarius Caroli Boemiæ Regis.Repetiit.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.anno ætatis ſuæ 35.& dicere ſolebat etiā,quòd nullum conſilium inueniri poteſt cōtra legem Sancimus.C.de dona.vt refert Bald.conſi.cxiii.incip.Quædam, ad fi.volum.j.ipſumq́ue ſolemnem doctorem appellat Abb.in c. cum ſecundū. vnà cum Paulo Leazario,de quo etiam ſupra, de ſecun. nup. & idem facit Albe. teſtatus amplius licèt viua voce ipſum nō audieritis,ſcripta eius tamen legiſſe,quodq́ue viſa ſibi fuerunt ſubtilia,vtilia,delectabilia,& realia,& ꝙ ſua laus cōparatiuè eſt infima,in prooe.ff.noui,colum.pen.aliquid Bart. deq́ue aliis,de quibus ſupra in l.ſi quis ſub conditione.nume. 27.ff. de teſta. tute. & præter hæc,nonnihil nos etiam infra, Signorolus Homodeus.

Raymundus Barchinonenſis.

222 RAYNVNDVS Barchinonenſis fuit vir admodum literatus, de quo in prooe. Decretali.ibi ſanè diuerſas conſtitutiones, & Decretales,epiſtolas &c.Per dilectum filium fratrem Raymūdum Capellanum & pœnitentiarum noſtrum, in vnum volumen redigendas procurauimus, oriundus (vt ibi dicit Abba.in fin.) ex Cathalonia, vbi ex promiſſo non datur actio, & ad ꝓpoſitū, ꝙ dictæ compilationis cauſa efficiens proxima fuit Grego.IX.Pontifex Maximus,quem ſummopere extollit idem Abba.in c.Piſanis,col.5. de reſti.ſpo. remota autem Deus à quo cūcta procedunt,Inſtrumentalis verò Raymundus prædictus, qui ſub eodem Pontifice floruit anno maximè 1227. ſcituq́ue dignum eſt,eundem Gregorium Peruſij Gymnaſium extruxiſſe, Raymundum autem (vt Plati. inquit grauiſſimus auctor) ita quoſdam laudare, vt nemo maiori commendatione laudari poſſit.

Speculator, ſupra Gulielmus Durandus.

Signorolus Homodeus.

223 SIGNOROLVS Homodeus Mediolanenſis præclariſſimus fuit Iuriſconſultus, Miles & Comes Palatinus, multaq́ue reliqt commentaria ſelectarum quarundam legum, & volumen conſiliorum ſatis amplum.Fama ab omnibus tunc notus & quem etiam vita functum,ipſius recordatione poſteritas colit & venerat̄,ipſiusq́ue inter cæteros honorifice mentionem facit Alb. maximè in l.qui in vtero,colu.pen. ff.de ſta.ho Floruit tempore Raynerii Foroliuienſis, de quo ſupra, quod eo argumento licet videre; quia fuit eius diſcipulus,cōtra quem ſcribit, quia in quodam caſu noluit ſe & ſuum errorem corrigere,vt ipſe Rayne.teſtatur conſi.vlt.quod inter conſi.eiuſdem Signoro.inſertum eſt, euenitq́; iſtud ipſum dnm hic idem Rayn.actu legeret, Imperātibus Iacobo & Iacobino Carrarienſib. quo in loco idē Signo. docuerit,non ſatis exploratum habemus, niſi Vercellis, quanquam veriſimile ſit Taurini quoque,vel Papiæ, qđ alii Mediolanenſibus negatum eſt nunquam, abſq; dubio etiam docuiſſe.

Sigiſmundus Brunellus.

224 SIGISMVNDVS Brunellus Patauinus Doctor excellens, floruit anno 1538. Docuit hic in patria Ius Pontificium aliquo tempore, & iuuenis admodum viuo adhuc patre Iacobo, nondum annū 40.ingreſſus, ex hac vita deceſſit anno 1543. ſcripſit veriſimiliter,ſed cum nihil vnquam ad lucem peruenerit,credibile eſt,hæredum incuria omnia periiſſe.

Saluius Iulianus.

225 SALVIVS Iulianus eſt, qui dixit, & ſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc tamen addiſcere vellem, memorabiliſq́ue vox apud Pomponium extat l.apud Iulianum.ff.de fideicom.liber.teſtaturq́ue etiam Rutil. & quod iam anum ſexageſimum agebat.Pet.Ancha.conſi.410.incip. Ponderata, colum.ij. latè Pragma.Sanc.in §.cui rei,in glo.iuuenibus,& ad idem dicebat quoq; Solon. multa quotidie ſe diſcentem conſeneſcere, & Plato ille diuinus, quo nihil maius habuit Græcia, Philedono cuidam,ipſum carpenti.quod non minus in dicendo, quam in docendo ſtudioſus ac ſedulus eſſet, & quoad diſcipulus eſſe vellet interroganti,quod huiuſmodi eſſe volebat, donec meliorē atq́ue peritiorem eſſe ipſum non pœnituiſſet,argumentum planè apertiſſimum, qualecunque horum ſapiētiſſimorum hominum dictum acutius contemplemur,menteq́; reuoluamus ſemper,& à quocunque diſcendum eſſe,etiam ſi quercus loquatur, hunc ad propoſitum citat etiam Aphrica.in l.frater à fratre.ff.de condic.inde. & eius auctoritate fretus Paulus condidit l. Iulianus.ff.eo.nec dubitarunt in l.nō ſine. C. de bonis quæ liber. Leo & Anthemius Impp.ipſum magnæ exiſtimationis virum, & diſertiſſimum Iuriſconſultum appellantes, opinionem eius tunc ſequi,æquitati maximè conuenientem,Et ꝙ ſapientiſſimus fuerit legum & perpetui edicti cōditor,vt idem Rutili.ait, & bene, habetur etiam originaliter in authē quib.mod.na.effi.le.in prn. & in l.ij.in §.contrarius,in fin.ver.ſed quia diuinæ quidem res.C. de ve.iu.enuclean.nonnihil in l.ſi quis ſeruum, in fin. C.de condic.inde.ibi.& huiuſmodi ſententiæ ſubtiliſſimum teſtem adducit Saluium Iulianum ſummæ auctoritatis hominem,& Prætoriani ædicti ordinatorem.

Ad dicta etiam in vita Saluii Iuliani addendum eſt, quòd nō ipſe author fuit edicti perpetui, ſed Cornelius Trib. Pleb. aliàs qui videns ius ita variè dici, & litigantibus incommodum eſſe ac Prætoribus indecorum,ſanxit, vt in iure dicundo Prætores perpetuum edictum obſeruarent,quod poſtea Saluius Iulianus Hadriani temporibus in vnum collegit, & in certos titulos digeſtorū interpretatus eſt,& meminit Imp.in l.ij.C. de vete. iu. enu. Et tanta fuit inſuper edicti perpetui auctoritas, vt ſi quid ex eo decretum fuiſſet,non liceret inde appellare,l.fin ff.de ap. reci.

Socinus,dictum eſt ſupra Bartholomæus Socinus.

Thomas Parpalea.

226 THOMAS Parpalea Taurinenſis floruit anno 1510. & docuit in patria tantùm, multaq́ue edidit præclariſſima commentaria, fuit ordinatus, eruditus, & ſubtilis, omnesq́ue veteres in hac noſtra iuris prudentia complexus eſt.

Thomas Zanechinus.

227 THOMAS Zanechinus Vicentinus inter egregios Doctores abſque dubio eſt enumerandus quandoquidem in dicendo, ac diſputando non minus promptus eſſet,quàm in diſponendo prudens & grauis, eoq́ue magis:quia in Inclita Venetiarum Ciuitate multo tempore forenſes egit cauſas,poſtea hic Ius Pontificium docuit ſumma cum laude, & gloria, donec laboribus fractus,ſenex admodum vitam cum morte commutauit anno 1538. vnde elicere potes, quo etiam tempore floruerit, ſcripſit multa,ſed nihil vnquam edidit.

Vincentius Saluiolus.

228 VINCENTIVS Saluiolus, aliàs ab Ocha appellatus Bononienſis,floruit anno 1518.docuit in patria,& hic,multaq́ue præclariſſima commentaria & conſilia ſcripſit,ſed nihil editum eſt, quod legi poſſit,niſi ſubtilis admodum & copioſa repetitio rub. ſol.mat.erat enim bonus vir, plenius modeſtiæ, & humanitatis,

& Petri

Source : BIU Cujas

&Petri Pauli Parisij, de quo supra, concurrens, dum hic simul magnis profiterentur stipendiis.

Vincentius Rubeus.

229 VINCENTIVS Rubeus Patauinus Iurisconsultus celeberrimus, magnus Praticus, & assessor illustrium virorum sæpissime fuit, floruit anno 1539. & in patria per aliquod tempus etiã docuit, & cum postea à publico docẽdi munere se abstinuisset, curæ reipublicæ administrandæ animum adiecit, & cum (vt est in prouerbio) iacuisset sub pondere cymba, graui morbo, oppressus, anno cretico ætatis suæ 63. Ex hac vita discessit.

Vincentius Harculanus.

230 VINCENTIVS Harculanus Friscus, sic vulgò appellatus, patria Perusinus fuit, honestis ortus parentibus, & Iuris prudentia clarus, qui docens in patria tam magnum nomen sibi comparat, vt per totam Europam vndique personaret, diceretur que tunc vulgò (quemadmodum de Socrate Laertius ait) Mortalium vnus Frisius verè sapit. Floruit anno 1502. suique moriens præclarissimis monumentis memoriam reliquit posteris, in ordinarias partes (vt aiunt) vespertinas, quæstiones aliquot, cùm elegantes & doctas, tum vtiles & quotidianas, multarumq; rerum eruditione refertas, necnon ingentia consiliorum volumina, quæ etiam præter cætera (vt fama est) propediem imprimentur.

Vbaldinus ex Malauoltis.

231 VBALDINVS Ex Malauoltis fuit magnus Aduocatus, qđ ex eo constat, quia meminit post Cyn. Barto in l. siquis sub conditione, in fin. ff. de testa. tu. vbi aliorum præstantissimorum Doctorum tunc temporis florentium opiniones etiam recitat, præsertim Iacobi Butriga. Rayne. Foroliuien. Richar. Malumb. & aliorum, quo tempore tamen floruerit, & quo in loco docuerit exploratum nõ est, & minus quod monumentorum aliquid reliquerit huius etiam meminit Bald. in l. inter socerum, in §. cum inter. colum 7. ff. de pact. do.

Secundò adde ad Vbaldinum ex Malauoltis quòd ipsum quoque refert Albe. in l. j. in §. videamus. C. de rei vxo. ac. & Deci. cõsi. 106. incip. Et pro tenui, in prin. volum. j.

Vbertus Bobius.

232 VBERTVS Bobius sæpe etiam à Doctoribus citatus est, solum istud addendum putaui, quòd in Gymnasio Vercellensi legebat actu: vt testatur Albe. in l. de creationibus, colum. ij. C. de epi. audien. Verum quo tempore non satis constat, scripsit libellum, cuius titulus est, patria potestas, vt idem Albe. dicit in l. j. C. de his qui in eccl. ma & in l iij. colum. ij. C. de iura. calum. & col. 10. tracta. de positio. & alia quæ non refero.

Vbertinus Zuchardus.

233 VBERTINVS Zuchardus Corrigiensis floruit anno 1536. Docuit Ferrariæ, & multas egregias repetitiones edidit viuens, maximè qui admitti, de edic. di. ad. tol. de bono. pos. contratab. & pleraque alia, si vixisset, absque dubio dedisset in vulgus, verũ senex decessit; nec potuit (vt mihi dixerat, cum essem Ferrariæ secum) exequi quod animo conceperat.

Alios quamplures scripsissemus in hoc albo, sed quia non satis nobis constat, quo tempore quove in loco docuerint, silẽtio eos præterire decreuimus, molestiam hanc relinquẽtes aliis, putantesque satis esse horum paucula hæc quoque percurrisse, nec rursus præsentium mentionem fecimus de industria, qui florẽt nunc Biturigibus, Tholosæ, Romæ, Pisis, Neapoli, Bononiæ, Ferrariæ, hic, Papiæ, aliisque in locis, Germaniæ & Hispaniæ scholis, & quia etiam moris non est, vel vt ipsi denique post funera cùm loquendi, tum scribendi posteris materiam quoq; præbeãt iuxta illud tritum iam factum sermone prouerbium. Præsentes iudicent posteri. Et si in aliquo erratum est, quo lector offendatur, supradicti Rutilius scilicet Seuerinus S. Blasius, Cotta, Neuizanus, & alii omnino supplebunt.

Laus Deo Optimo Maximo.

Ε᾽λέουκων.

In Romanum.

1 INuehit in Roma Barba. eumque appellat miserum: quia errauit in l. sciendum, col. 15. ff. de verbo. obl. & subiicit, q̃ arbitratus est eo in loco se summam Mineruæ arcem superasse, nec tamen oculus habuit, qui eam videre potuerint.

In Socinum.

2 In Socinũ Decius Iunior, q̃ in cã magni ponderis Lucæ consuluerat contra ipsum leuiter, quodq; postea viso suo cõsilio ad literam rationes refert, eisdemque respõdere conatur & minus sufficienter, in c. at si clerici, in prin. colum. 6. de iudi. & q̃ vterq; locutus est contra tex. in terminis, ostẽdit Galliau. ac in casu, de quo per eum, in l. Centurio, col. 2. de vulga. & pup. sub.

In Bar.

3 In Bar. Corsetus, q̃ nõ fuit bonus Canonista, in singula. vẽditio. 2. Aliquid Ancha consi. 429. incip. pro euidentia, colum. 1. & plus, q̃ nititur ostendere Roma. singula. 332. incip. malẽfidei, q̃ est locutus contra casum legis. in l. cum proponeretur, in §. prædiis. ff. de leg. iij. Idemque facit Bald. in l hæreditas, in fin. C. de his quib. vt indig. & ore rotundo in l. super lõgi. colum. 4. C. de præscrip. lon. tempo. & Ang. in l. in his, in §. 1. col. 2. ff. solu. mat. quod non est recordatus de text. in l. si seruus communis. ff. de do int. vi. & vxo. & quòd non recte intellexit l. defunctis. C. de legi hæ. Idem Bal. ibidem col. 2. & quòd errauit alibi, etiam in l. executorem, col. 3. C. de execu. rei iud. nonnihil Abb in c. fides Apostolica, col. vlt. de rescrip. & quòd fuerit sibi ipsi cõtrarius in l. quote. ff. si certum peta. & in l. Paulus, col. 3. ff de sol. ostendit Ias. in d. l. quote. col. 6. & in l. hæc verba, col. antepen. ff. de lega. 1. immo quòd dixit adhuc contra casum legis, docet ibidem col. pen. & in l. eius qui, in ver. quas verò, col. 2. ff. si cer. pet. quodq; errauit, rursum in l. cum procurator. in §. si dominus. ff. de no. ope. nun. testatur Bal. in c. 1. in §. sancimus. col. 2. quo tempo. mi. in vsib. alibi verò, quòd inaduertenter loquatur, idẽ Ias. demonstrat. in l. si vnus, col. 2. C. de testa. & contra casum legis nouissimè idẽ Bald. in d. c. 1. in §. 1. col. 2. quo tempo. mi. in vsib. & in l. 1. col. 2. ff. de dona. & q̃ errauit in intellectu. l. amicissimos. §. Lucius Titius. ff. de excu. tu. ibidem col. 2. & in l. comparationes, col. 3. C. de fid. instr. & plus dicit consi. 486. incip. licet. vol. 3. q̃ assessores sequẽtes ipsum in l. eos. ff. ad legẽ Cor. de falsi. sunt cæci, & quòd errauit ibi in positione casus.

In Bal.

4 In Bal. Barbatia, q̃ in l. va vim. ver. quintò quæritur. ff. de iust. & iu. allegat tex. in l. cum alienam. C. de lega. q̃ amicus leui amicitia coniunctus amicum sine mandato non defendit, & nesciuit (cùm ille tex. hoc non dicat) adducere gl. in l. in testamento, ff de fideicom. lib. subijciens illustre ingenium Bal. in hoc defecisse, in l. cum acutissimi. col. 41. C. de fideicõ. & in alio dũ dicit adhuc ibidem, q̃ amici veniunt appellatione suorum, & nihil allegat; cùm de hoc sit glo. in l. 2. C. in quib. cau. colo. cen. lib. 10 inuchitur etiam Alex in l. quod meo, col. 3. de acqui. poss. q̃ multa mirabilia dixit in Decretalibus, quæ tamen non probauit, & q̃ in intellectu. l. Macedoniani. C. ad Macedo. errauit, tradit Rom. in l. si donatione. in fi. C. de colla & testatur Ias. q̃ aliquando est etiam ipse locutus contra casum legis, refertq; idẽ Alex. in l. cum ex filio, in §. quidam, col. 1. ff. de vul. & pup. sub. Idem Ias. in l. si ex tribus. col. 2. C. de inoffi. testa.

In Cynum.

5 In Cynum Bal. in l. fi. in fi. C. de vsuf. q̃ gloriatur se mirabilia dixisse. in d. l. fi. & scit Deus (inquit Bal.) si dixerit veritatem, qđ etiã refert Barba. in l. cũ acutissimi. col. 75. C. de fideicom. Et q̃ est locutus ipse quoque contra casum l. in l 1. col. 2. C. communia de lega. & peius dicit in l. 1. col. 1. C. de his qui ante aper. ta. Bar. in l. eãdem. col. pe. ff. de duo. reis, & q̃ in l. 3. C. plus va. quod agi. errauit in intellectu. c. ad nostram, de iure iu. firmat Abb. consi. 77. in prę senti consultatione. col. 2. vol. 1.

In Abbatem, & Butrium.

6 In Abbatem & Butrium, idem Barbatia. in d. l. cum acutissimi, col. 104. C. de fideicom. q̃ errarunt, quodq; defecerunt in salutari suo volentes in c. tanta. qui fi. sint legi. illa uerba, legitimi habeantur, esse verba fictionem imporrantia, quia nõ est verũ, cùm sint prolata à legislatore, & debeant consequenter pro ueritate capi, & vt ibi per eum fusius.

In Martinum.

7 In Martinum Glosatorem, q̃ solus erat in opinionibus, licèt totus mundus teneret contrarium. Glo. in regu. Cãcella. 32. col. pe. quod nihil aliud est facere, quàm dessipere, quodq; scutũ albo nigroq; variabat, vt telorum omnem vitaret amaritudinem. l. hæres. §. si. vbi gl. ff. de peti. hæ.

In Innocentium, & Butrium.

8 In Innocentium, & Butrium se inuoluentes Abb. in c. cũ Ecclesia Sutrina. col. 4. de cau. po. & prop. & 11. pariter, & in c. quoniam contra, col. 10. de proba. & in c. dilectus. 2. de simo. & in c. 2. col. 8. de lib. obla. immo q̃ nititur ostendere in c. extirpandæ. in §. quæ verò, col. 24. de præben. quod idem Innoc. in casu de quo ibi est sibi ipsi contrarius. Dicit etiam in c. ex conquestione, col. 6. ad fi. quod Host. solet reprobare eiusdem opiniones rigorosas, & de Butrio, q̃ est locutus contra casum legis, testatur Alexã. in rub. ff. de offi. eius in puncto de quo ibi col. 2.

In Petrum Ancharanum.

9 In Petrum Ancharanum, q̃ non fundauit se super firmã petram, consi. 92. incipien. In auxilium, quodq; aurum & pecunia corruperunt veritatem & iustitiam, & q̃ deniq; coegerũt eũ male consulere in casu, de quo per Ias. in l. 2. col. 4. ff de iurisdom. iud. Aret. consi. 94. incip. Respondeo, col. 1. in fi.

In Io. And. seu Archidia.

10 In Ioan. Andream, seu Archidiaconum, quòd est locutus cõtra casum legis, Roma. singula. 693. incipien. Ex longæua, & singula. 667. incip. Nos sumus.

In Oldradum Laudensem.

11 In Oldradũ Laudensem, quòd sit locutus contra casum legis pariter ostendit Bal. in l. 1. in prin. C. de fur. nonnihil, quòd imperite loquitur, in l. ex testamẽto. in fi. C. de fideicom. & in l. 2. col. 2. C. de liber. & eo. libe. quòd vacillauit, & in l. 1. quòd adhuc contra casum legis locutus est col. 2. ff. de dona.

In

Source : BIU Cujas

In Azonem.

12 In Azonem Abb.quòd eius opinio est contra casum legis, in c.relatum,col.1.de offi.dele.

In Alexandrum Imolensem.

13 In Alexandrum Imolensem, quòd simili modo locutus est contra casum legis,Deci.seni.in l.1 col.5.ff.de offi.eius, & Ias.in l.si ex toto,in §.si ita legatum, col.iiij.de leg.j.

In Signorolum Homodeum.
Inque Raynerium Foroliuiensem.

14 In Signorolum Homodeum Raynerius Foroliuiensis Præceptor,inque Præceptorem Signorolus discipulus,iste cõsil.69.incip.In quæstione.ille consi.263.incip.Ad confusionem cuiusdã nostri discipuli,quod insertum est in volu. consiliorum præfati Signoroli, & Bald.etiam quòd ipse malè intellexit Doctores in l.j.C.de bo.ma.in l.fin.in §.vbi autem.C. de bonis quæ libe.

In Nicolaum Materellum.

15 In Nicolaum Materellum,q̃ in leui puncto errauit,Bald.in l. fin.in §.si autem.C de iure delibe.

In Iacobum Arenam.

16 In Iacobum Arenam,q̃ est locutus contra casum legis,Bal.in l.j.col.ij.C. communia de lega

In Petrum & Iacobum Rauena.

17 In Petrũ & Iacobũ Rauena, Bal. q̃ eod.mõ errauerint,loquẽtes pariter p̃ casũ legis,Bar.in l.eandẽ,in penul.col.ff. de duo.re.

In Speculatorem.

18 In Speculatorem,q̃ in eadem nauigauerit naui, idem Bart.in l.cum oportet,colum.ij.C. de bonis quæ libe.

In Salycetum.

19 In Salycetum Pau.Castrensis consil.154.incipien. Super primo,in fin.volu.j.q̃ in l.cum te. C.de donat.ante nupt.vtatur verbis & expositionibus grammaticalibus, quæ tamen debent intelligi secundùm communem vsum loquendi.

In Butrium.

20 In Butriũ Iason in l.generaliter ad fi.ff.de in ius voc. q̃ in c.ij. in prin.de treu.& pa.immodestè locutus est,quando dixit appellatione asinorũ venire clericos, nec ab re,quoniã rationem tibi assignat tex.in c.laicos,& in c.laici.ij.q.7. igitur mirandũ non est.

In Richardum Malumbram.

21 In Richardum Malumbrã Bartholomæus Capouacẽsis Patauinus,consi.419.incipien.Ad euidentiam,col.ij.vol.iij.cõsiliorũ Bal.q̃ errauit in quadã disputatione, quã hic fecit,incip. Habet consuetudo,an debitũ bonorũ subsidiũ per statutũ tolli possit.

In Petrum solum.

22 In Petrum Bellapertica Bal.consi.425.incip.Visis col.ij.vol.iij quòd in l.si certis annis.C.de pac.errauit quoad intellectum.capitu.querelam,de elect.

In Iasonem.

23 In Iasonem Seysellus,q̃ est locutus contra casum legis,in l.fi. colum.vlti.ff.de consti.prin.& Curtius Iunior in l. diem functo num.39.ff.de offic.asse. q̃ grauiter errauit in inductione. l. si pecuniam.ff.de condic.ob causam.

In Doctores Modernos.

24 In Doctores Modernos Petrus Bellapertica,q̃ in illa difficultate,an & quando pœnalis stipulatio incipiat à præcedenti cõuentione grauiter errant.q.177.incip. Si tu quæras.

In Alexandrinum,Decium,& Ruinum.

25 In Alexandrinum,Decium, & Ruinum Tiraquellus, q̃ sunt sibi ipsis contrarii,in consiliis in tracta. constituti per iij. limi. iij. fol.119.num.14.

Et ad propositum his sic stãtibus dicendum est (vt dicit Hiero.) repræhensiones,vitare nõ posse, nisi qui omnino nihil scribit,maximè qa etiam ex Cratis Thebani sniã,impossibile est aliquẽ inuenire,qui aliqñ lapsus non sit, veluti in malo punico, in quo granũ quoq; aliquod putridũ semp inenit̃, & quia nemo omnibus horis sapit.Nec est in medico semp releuetur vt eger.

Κλάσμα.

DE INCLITA Venetiarum Ciuitate, cæterarũ vrbiũ (ipsarum pace dixerim) Regina & præcipua quidem, deque Illustrissimis Dominis meis Venetis,cùm iam ad coronidẽ peruenerimus,aliqua calamo non occludemus, scitu etiam digna, ex quibus elici possit,quamuis nec alia desint, dignitatem atque excellentiam,& magnitudinem tam florentis Reipublicæ arguentia,qualis quantaque sit & fuerit semper.

1 Et primò cũ sit fundata in alueo maris, nullusque alueus insula sit, q̃ nec ipsa ciuitas erit huiusmodi, de quo sanè aliqui satis ridiculè dubitarunt.

Eoque magis: quia proprium nomen illustris ciuitatis hẽt. In Marchia Taruisina iuxta mare viuũ vel mortuũ posita.

Et quia si esset insula etiãum, ibi absq; dubio possent sontes deportari, quod est absurdum, quia deportatio pœna dicit̃, & ibi est paradisus delitiarum. Concedereturq; ex nobilium recessũ occupanti, quod etiam quàm absurdum sit, neminẽ latet.

Et adhuc cum insula nil aliud sit, nisi terra aqs circundata indubitatum erit insulam non esse, non ex prædictis nominatam vt Sicilia,Ciprus,Brunduſium,& similes, & minus innominatã, cum inhabitabilis sit.hominesque habeat siluestres, & pulchrè tradit Bal.consi.473.incip.Quidam emerunt, col.j. volum j. qđ repetitum est in quinto vol.ita signanter incipiens nume.411.

2 Secundò,quòd ciuitas hæc est citra Tyberim,non vltra, vt ẽt idem Bald. concludentissimis argumentis & rationibus ostẽdit consi.474.incip.Verba contractus,col.j.volum.j.

3 Tertiò,quòd noua Roma potest appellari,immo q̃ eã sic appellat Fulgo.consi.62.incipien Stante Statuto,colum. ij. & dicit in causis in quibus leges scriptas non habemus, quòd eius consuetudo spectanda est.

4 Quartò,quòd hæc admirabilis & nunquam satis laudata, præ cæteris sex nobiles & illustres Viros eodem tempore florentes habuit,Hermolaum Barbarum, Hieronymum Donatum, Gasparem Contarenum,Petrum Bembum,Andreã Nauagerium, & Ioann.Baptistam Egnatium.

5 Quintò,q̃ Dña est Maris Adriatici (vulgò.n.aliàs ipsum Gulphum vocant) ita vt iure proprio possit etiam si velit impedire omnes nauigantes,qđ ex multis ꝓbat Ang.nec vllus dubitat cõsil.290.incip.Circunscripta.colu.j.& ij.Seueri.in l.cunctos, nu.4. C.de summa Trini.& fi.Catho.& est tex.in l.sanè.ff.de iniur. vbi Rayne.Foroliuien.ait esse casum apertum, signãter exẽplificandõ in Gulpho D.Venetorum Ias.in l.ex hoc iure, col.5.ff.de iusti.& iu.& in l.quominus.in 11.q.ff.de flumi.Balb.in tracta præscriptio.in iiij par.prin.q.vj.nu.vj.& hoc idẽ ex præscriptione tãti temporis,vt initii memoria in p̃rium nõ existat, q̃ vim habet priuilegii & cõstituti l.hoc iure § ductus aquæ. ff.de aqua quoti. & æsti.c.sup quibusdã.§ præterea,de verb. signi.& vt in dictis locis susius,& ita totus mundus tenet, & affirmat nouissimè Bart. & Ang.in l.iniuriarum.in §.fin.ff.de iniur.Veronen. in tracta. de serui.rustico.prædio.in titu.de mari col.ij.& Lauren.Calca. cõsi. 89.incip.Quia ista quæstio.colum.vltim.

6 Sextò,q̃ non recognoscit aliquem in superiorem, vt no.Bal. in l.j.colu.ij.ff.de re.diui.& hoc ex inueteratissima consuetudine tanti temporis (vt proximè etiam dicebam de Gulpho) q̃ non est memoria hominum in contrarium,& idem dicit Aluaro.in c.j.colum.penul.quis dica.Dux & Mar.in vsib.& Bar. in l.hostes. col.2.ff.de capti. & postli.re.Veronen.in l.cum qui vectigal.nu. 2.de verbo.sign.& Albe.in l.j.col.5.C. de summa Tri.& fi. catho. ex quo fit,vt nõ ab re in monetis ipsius legatur, Tibi soli honor & gloria,Deo scilicet Optimo Maximo.

7 Septimò, q̃ cõsuetudo eligẽdi Ducem laudabilis est, quodq; iuste dominatur, & q̃ regimen ipsius optimum est, & maximè Sereniſſimi Francisci Venerii nunc imperantis, & ad ꝓpositum firmat Bald.in l.decernimus.in prin. C. de sacrosanct. eccles. & post ipsum Roch.Cur. in tracta.de consuetu.num. 218.

8 Octauò,q̃ Venetiis nobiles Magnifici appellantur,Florentię Magnates,vt per Bartho.in l.j.colu.vlt.C.de dignita.libr.10.estq; iudicio quidem meo, illud isto appellatiuum nomẽ pulchrius, nobilius,& excellentius, ac illustrius, nec ab re quoniam sunt etiam nobiliores,quàm ipsi,aut Ianuenses.vel Ragusini,ex quo maius quoque habent imperium & administrationem,quæ lõgè & latè terra,mariq; protenditur, vt in simili in Cardinalibus dicimus; q̃ longè digniores ipsi pariter sunt Episcopis, ratione maioris officii,& administrationis, quandoquidem præsint gubernationi vniuersalis Ecclesiæ,iuxta not.per Barto. in l.j. in §.si quis.ff.de ap.pulchrè Ioan.Staphi. in tracta. prærogatiua. expec. in §.videndum,num.28.29.30. Aliqua ego in l.j. ff.de offic. eius lectu. anni 1551.

9 Nonò,q̃ ibi omnia regia exequuntur manu, nec iura imperialia seruantur,vt olim Romæ in initio ciuitatis, & vt latius dicitur in l.ij.in prin.ff. de ori.iu. q̃ tum experientia docet rerum efficax,tum quia testatur etiam Barto. in l.rerum quidem amotarum,colum.ij.ff.de act.re.amo.

10 Decimò & vltimò, q̃ peruetusta est ante vrbem conditam, multis seculis, vt Poe.Liricus F.Petrar.testator,in epist.Andreę Dandulo Duci missa anno 1351.cuius verba sunt hæc.Peruetusta,si nescis,gentis tuæ fama est,quod plerique non putant, multisq; ante vrbem conditam seculis non Venetorum modo, sed q̃ magis mirabere, Veneti etiam Ducis clarum nomẽ inuenio, & dictu mirabile videtur,cum à primordio rei maritimæ intendisset,quod tãtum opibus classe & imperio creuit, vt Dalmatia, Epiro,vniuersaque pene Græcia ditionis suæ subactis post innumerabiles victorias in Græcos,Illyricos,Pisanos,Ianuenses, Turchas cæterosque per totum vndique Mediterraneum mare partas,ad Tanaim vsque, & vltra fœlicissimis auspiciis victricia arma intulit,ex quib.adeo splendore enituit, vt nulla alia ad hunc vsque diem per omnia Romanę gloriæ magis æmula appareat, quæ (vt inquit Candi.de vetustate Aquileiæ scribens, grauissimus & elegantissimus author) Italia cadente, imperio velut diuina quadã prouidentia,exurgere visa est, eo ipso tribus de causis digna,vt olim Roma, patriæ scilicet zelo, iustitiæ & pietatis, ciuitas inquam,& præter hæc apparatu magnificentissima, situ admirabilis,omnium rerum abundantia incredibilis, ordine & forma in republica administrãda quadam propemodum Diuina,nobilium copiosa populo plena,ædificiis cum publicis tum priuatis

priuatis ſtupenda, & breuiter à quouis quanquam eloquentiſſimo,nunquã ſatis laudata,faxit Deus Optimus Maximus, vt floreat ſemper inuiolabilis, augeatur & perpetua ſit.

Κλάσμα.

DE Inclita Venetiarum Ciuitate dictum eſt proxime, deq; Illuſtriſſimis D.meis, nunc modo conſentaneum erit, & non ab re, Patauinæ huius noſtræ patriæ, cui dominantur & imperant,verba etiam facere,eaque tantum dicere, quæ annotatu digna eſſe videantur pariter.

1 Et primò,cp eſt ciuitas nobilis & regia, quòdq; hac ratione iura in ea doceri poſſunt, & omnes ſcientiæ, propter nobilitatem ſcilicet l.non tantùm.§.Ilienſibus.ff.de excu.tu. Bald. pulchrè in proœ.digeſtorum,in §.hæc omnia tria.

2 Secundò,cp Regia dicta eſt, quia ab Anthenore Rege Priami fratre,& Laumedontis filio condita fuit, & hic etiam (vt notũ eſt) ſepultus iacet,prope Diui Laurentii templũ à latere dextro, eiusque tumulo ſic inſcriptum carmen.

Inclytus Antenor patriæ vox nixa quietem.
Tranſtulit huc Enetum Dardanidumque fugas
Expulit Euganeos Patauinam condidit vrbem
Quem tenet hic humili marmore cæſa domus.

3 Tertiò,cp Padua dicta eſt à Pado fluuio, quaſi Padauium qđ hic excurrebat,ſiue quia erat inter paludes,& ſic à paludibus iuxta not.in l.ij.in §.appellata.ff.ſi cer.pet.vel ἀπὸ τοῦ πετάσα, ideſt à volando,cp captato augurio condita ſit.

4 Quartò,cp in ea viget ſtudium generale,ex conſuetudine tanti temporis,vt non ſit memoria hominum in contrarium, quæ habet vim priuilegii & conſtituti,ſicuti etiam proximè de Gulpho loquentes diximus,per tex.in l.hoc iure, in §. ductus aquæ ff.de aqua quoti.& eſti.& in c.ſuper quibuſdam,in §.præterea.de verbo.ſigni.Nouiſſimè Bar.in proœ.digeſtorum, in fi. Canoniſtæ in c.ij.de priuile.in 6.& hac ratione Scholares examinati hic debent aliis præferri,etiam examinatis Bononiæ,& Lutetiæ, ſeu Pariſius,ex quo iſtud habẽt Pariſienſes à Carolo Magno,Bononienſes verò à Theodoſio Imperatore,vt idem Barto.dicit in loco præallega. & fuſius Alber. in §. hæc autem tria. Nos autem à vetuſtiſſima conſuetudine (vt dictum fuit) omni priuilegio digniori & præſtantiori.

5 Quintò,cp olim poteſtas in cauſis criminalibus vnà cum Ancianis nu.18.iudicabat,vt per Alb. in l.non ambigitur, in fin.ff. de legi.hodie 16.tantum ſunt, nec iudicant, ſed præſunt ciuitati,vtilitati eiuſdem inſudantes, alioque nomine Deputati appellantur.

6 Sextò,cp quamuis dicat idem Albe.in l.ſi in aliquam,in §.1.ff. de offic.procon. cp in eccleſia maiori non eſt niſi vna dignitas Archipresbiteralis,eſt tamen etiam Archidiaconatus & Decanatus erecta nouiter tempore Lucæ Bonfij, me in cauſa Patrono,& Duce Suffraganeo Paulo Borgaſio viro alioquin doctiſſimo,& de iuriſprudentia optime merito.

7 Septimò,cp & hæc ciuitas habuit etiam genuitque viros,omni virtutum genere cumulatiſſimos, præſertim (vt alios ſileamus,de quibus ſupra) Iulium Paulum,Franciſcum Zabarellam Cardinalem,Albertum,Petrum Aponum,Liuium, Aſconium Pedianum,& Stellam.

8 Octauò, quòd mulieres Patauinæ pudicæ ſunt, iuxta illud Poetæ.

Tu quoque nequitias noſtri luſusque libelli.
Vda puella leges ſis Patauina licet.

Cœlius fuſius antiquarum lectio.lib.7.c.27. Plin.Cæcil. familia.1.& nos in libello cui titulus eſt,ſuaſoria. πτυκάρπος ad compeſcendos mulierum luxus.

9 Nonò,cp fit mentio huius præſtantiſſimæ vrbis & Aponi fontis in vita Tiberii apud Sueton.capitu.14. ibi, vt mox cum Illyriam petens iuxta Patauium adiiſſe Gerionis oraculum ſorte tracta,qua mouebatur, vt de conſultationibus in Aponi fontes talos iaceret aureos,euenit vt ſummum numerum iacti ab eo oſtẽderent,hodieque ſub aqua viſuntur,Lucan.etiam 7.ſic.

Euganeo ſi vera fides memorantibus augur,
Colle ſedens,Aponus terris vbi fumiger exit.
Atque Anthenorei diſpergitur vnda Timaui.

10 Decimò,& vltim.cum Antonius eſſet hoſtis Populi Romani,cp Patauini alios excluſerunt,alios eiecerunt ab eodem Antonio miſſos, pecunia militibus,& quod maximè deerat armis Romanos Duces adiuuerunt,vt in Philipp.inquit Cicer.12.& ſi legere cupias Strabon,de ſitu Orbis,videas, vbi longè plura, & præcipuè in ea olim quingentos equeſtris ordinis viros, cenſos fuiſſe,tibi ipſi mutuabis, quandoquidem hæc in præſentiarum mihi ſatis eſſe videantur. Iterumque Deo Optimo Maximo laus, Beatæ Virgini, Prosdocimo, Iuſtinæ, Danieli, Antonio Confeſſori, ſanctiſſimis protectoribus huius magnificentiſſimæ Ciuitatis, & interceſſoribus noſtris.

D. ANTONII MASSE GALLESII

Ciuis Romani De exercitatione Iuriſperitorm.

SVMMARIVM.

1 *Exercitatio,& experientia quanti ſint in omnibus artibus momenti.*
2 *Sapiens rerum humanarum qui eſſe cupit,in quibus uerſari, agere, & ſe exercere debeat.*
3 *Ad Artificem peritum,in vnaquaque arte faciendum,tria eſſe neceſſaria.*
4 *Iuris ciuilis ea pars,quæ conſiſtit in conſideratione legum, inter artes præſtat & quotuplex ſit.*
5 *De legum poſitione quid authori videatur,& vnde petendum.*
6 *Iudicialis peritia ex quibus comparetur.*
7 *Iuris ciuilis, & Pontificij doctrina an hucuſque bene tradita, & unde petenda.*
8 *Sine ratione & arte an poſſint quæ ad iuriſperium pertinent,exerceri.*
9 *Ratio,& experientia ad quid a Natnra data ſint,& quomodo, ac quibus conferant,& an ſeparentur,ex Galeno, Fabio,& Cicerone.*
10 *Ad agendum illico a præceptore quis ſe non debet conferre,& quæ in gymnaſiis diſcantur.*
11 *Actiones circa quæ verſentur.*
12 *Experientia quantum præualeat doctrinæ.Ex Ariſto.Fabio, Theophraſto, & Galeno.*
13 *In ſcientiis veris vniuerſales rationes ſex quibus probentur.*
14 *In ſcientijs actiuis,& ſic in Ciuili facultate, vniuerſalium comprobatio ex quibus ſumatur.*
15 *L.primæ.ff.de reg.iur.pulchra declaratio.*
16 *Iuſta,& iniuſta per accidens,& verè quæ ſint, & an facile intelligantur.*
17 *Exercitatio cuiuslibet artis,& præcipue iuris ciuilis,quid ſit,& eius efficium quotuplex ſit.*
18 *Sine via præceptorum non poteſt ad vllius artis peritiam peruenirl.*
19 *A Iuriſperito,ad opus quando accedendum ſit.*
20 *Exercitationis illa pars,quæ exemplis conſtat,qua uia faciliori diſcatur.*
21 *Iuuenis inexercitatus quomodo ab exercitato diſcere debeat.*
22 *Iuuenis inexercitatus, qui ab ore exercitati diſcere nequit, quomodo ſe exercere debeat.*
23 *Viam,qua ſingularia præcepta ſingulis particularibus cauſis applicantur, ex quo liceat diſcere,ubi laus Bartho.& Felyni.*
24 *Via,qua ad vnius certæ cauſæ definitionem plura præcepta adducuntur, à quibus monſtretur.*
25 *Conſilia doctorum ipſis lecturis ad praxim vtiliora ſunt.*
26 *Finis optatus peritiæ iuris quis ſit.*
27 *Iuriſperitorum exercitatio in quibus vt plurimum verſetur.*
28 *Iudicum, Cauſidicorumq; actiones, fines,& inſtrumenta,an ſint eadem, vel diuerſa.*
29 *Iuriſperitorum exercitationi quòd ſit aptum inſtrumentum.*
30 *Ex comparatione rerum,& cauſarum quid aſſequatur.*
31 *Aliquid idem eſſe,quot modis dicatur,ex Ariſt.*
32 *Identitatis modi ſex.*
33 *Diuerſum,& differens quæ,& quot modis dicantur.*
34 *Simile,& diſſimile quæ,& quot modis dicantur.*
35 *Similia,& diſſimilia cui prædicamento conueniant.*
36 *Simile,quid ſit ſecundum Platonem.*
37 *Similitudo laxius accepta pro qua re ſumatur.*
38 *Sub ſimili maius, & minus,ac proportio cadunt,& eorum poteſtas.*
39 *Similia,& eadem quæ magis,& minus ſint,ex Ariſtotele.*
40 *Legis cauſa finalis,Ratio,& Mens,an ſint idem, uel differant, ex Alciato,Tiraquello,& Zaſio,ac eorum laudes, Item ex Bart.& Dyno.*
41 *Legis rationem cognoſcendi diuerſi modi,remiſſiuè.*
42 *Legis finis, lex ipſa,legis ratio, Item Mens,ſententiaque legis, ſecundum authorem diuerſa ſunt.*
43 *Edicti de poſtulando, Cauſa impulſiua, finalis, & ratio, vbi probentur.*
44 *Legem non eſſe ſine cauſa finali,& ſine ratione.*
45 *In lege eſſe non poſſe, quin ratio inueniatur, Contra Alciatum, & Zaſium.*
46 *Ortum qualecunque, cauſam à Natura habere, neceſſe eſt,ex Cicerone.*
47 *Legis vnius vnica eſt ratio.*
48 *Cauſas duas vnius,& eiuſdem rei non dari,aſſerens Diuus Thomas,quomodo ſit intelligendus, & an diuerſorum generum poſſint eſſe plures cauſæ.*
49 *Legis cauſa,& ratio quæ ſint.*
50 *Cauſa præſertim expreſſa in lege præſumi debet finalis ſecundum communem opinionem.*
51 *Quod ratio eſt alterius,ſe habet ad illud,ut formale ad materiale,ex Diuo Thoma.*
52 *Legi materia ex quibus conſtet.*
53 *Forma dat eſſe rei,& habet connexitatem inſeparabilem cum fine.*
54 *Problemata in lege vnde facta ſint.*
55 *Regulæ iuris deſcriptio ſecundum Paulum iureconſultum, Accurſium Grãmaticos, Archid.& Fabium.*

Source : BIU Cujas

56 *Regulæ iuris quo pacto sint constituendæ.*
57 *Regulæ, & legis differentia.*
58 *Artis principium, & perfectio vnde proueniant, secundùm Aristo.*
59 *Regula, & generalis, siue vniuersalis loquutio differunt, & quomodo, contra Abba. & Car. Alex. & quibus verbis regula concipiatur.*
60 *Pro regulis multæ sunt positæ in tit. de reg. iur. ff. quæ non sunt contra Compilatores, & quæ illæ sint.*
61 *Axiomata quæ sint ex Gellio.*
62 *Regulas, Maximas, & Principia idem significare, asserens Accursius aberrauit, vt ex Aristote. & Seneca ostenditur.*
63 *Principia cuiusque scientiæ cuiusmodi sint secundùm Aristo.*
64 *Regulæ officium quod sit.*
65 *Regulæ finis vltimus quis sit.*
66 *Artem qui tenent, eis, qui solam habent experientiam, sapientiores putantur, & quare ex Aristo.*
67 *Regulæ propinquior finis, & vtilitas.*
68 *Causæ quot sint.*
69 *Interrogationi factæ, propter quid sit aliquid? quomodo respondendum.*
70 *Regula, & generalis seu vniuersalis loquutio Natura ipsa nullam, sed ab hominis dispositione aliquam patiuntur exceptionem.*
71 *Regulam per exceptionem non vitiari, nec confirmari, neque contingere, exceptionem esse de regula, ab authore nouiter asseritur, contra secus tenentes, & legum, quæ in contrarium adducuntur, declaratio.*
72 *In regulæ constitutione cuiusmodi causæ communitas, & coniunctio requiratur, etiam Aristo. exemplo, & quòd ea debet esse proxima, & immediata.*
73 *Interrogati, an vsus, effectusque priuilegij petendæ restitutionis in integrum transeat ad hæredem minoris, & quæ sit causa, quomodo respondendum.*
74 *Interroganti, an rei sacræ, vel liberi hominis facta promissio mercatur exequutionem, si contingat rem sacram profanari, & liberum seruum fieri, & quæ sit causa, quomodo respondendum.*
75 *Exceptiones, quæ à plerisque fallentiæ, & limitationes appellantur, quid circa regulas, secundùm nouam authoris declarationem, operentur.*
76 *L. primæ ibi, simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum. ff. de regu. iur. Exemplo ex Diuo Thoma sumpto not. declaratio.*
77 *Regulæ vitium interdum apparenter, interdum vere contingere potest, & istorum exempla.*
78 *Casu, & fortuitu quæ dicantur, secundùm communem omnium opinionem euenisse.*
79 *Ratio rerum, quæ licet contra iuris regulas, iustè tamen recipiuntur, quæ sit, & vnde petenda.*
80 *L. natura. ff. de verbo. signi. exempla, & declarationes.*
81 *Cauillationis, & deceptionis vitandæ modus optimus, ex Platone.*
82 *Exceptiones regularum iuris à quibus capitibus descendant.*
83 *Iurisperitis omnibus, & qui iudicant, & qui causas agunt, vnum est instrumentum, & commune, ac quod sit illud.*
84 *Status omnis, & constitutio causarum, prædicati loco expressè vel tacitè, habet iustum & iniustum, istorum exempla, & quomodo iustum, & iniusium cognoscatur.*
85 *Iudicialis disceptatio omnis circa quæ uersetur etiam authoritate Arist.*

Liber Primus.



1 VANTI momenti exercitatio sit, atque experientia † in omnibus artibus, cum luculentissimè expresserit Aulus Gellius: eius verba tãquam pro foribus in initio Libri huius, quem de exercitatione Iurisperitorum scribere aggredior, collocanda esse duxi. Is enim Acticarum noctium li. 14. cap. 8. inquit. Maxime hoc atque verissime Afranius Poeta de gignenda, cõparandaque sapientia opinatus est, quòd eam filiam esse vsus & memoriæ dixit, co
2 nànque argumento demonstrat, qui sapiens † esse rerum humanarum velit, nõ libris solis, neque disciplinis, sed oportere eum versari quoque, exercerique in rebus humanis noscendis periclitandisque, eaque omnia acta & cuenta firmiter meminisse, & proinde sapere ex his quæ pericula ipsa rerum docuerunt, non quæ libri tantùm, aut magistri per quasdam inanitates verborũ, & imaginum tanquam in mimo, aut in somnio delectauerint. hactenus Gellius.
3 Et cum tria necessaria † sint ad faciendum vniuscuiusque artis peritum artificem. Ingenium, Ratio artis, & exercitatio. Ciui-
4 lisque † facultatis ea pars quę consistit in consideratione legum, & est partim ipsarum legum positiua, partim iudicialis non infimum inter alias artes obtineat locum, sed in primis existat. De
5 legum † positione quid mihi dicẽdum occurrerit apparebit ex ijs libris, qui scripti sunt de principijs legum, cuius etiã argumenti specimen quoddam apparet in libello de Iudicijs bonæ fidei.
6 Iudicialis autem † cum (sicuti aliarum artium peritia) compare tur natura, doctrina, & vsu. Quantum attinet ad doctrinam, rationemque artis nostri (Romani inquam) iuris siue ciuilis, siue pontificij, quod canonicum appellatur, in vniuersum quidem
7 † non puto, quicquam amplius, aut melius dici posse, quàm sit ex Iustiniani Imperatoris institutionibus pãdectis & codice, ipsisque pontificijs decretalibus, colligere: additis præsertim Azonis, Ostiẽsis, & aliorum prudentium, quas vocant summas. Quibus existentibus (nisi ego quid sit ars ignoro) falsò conqueruntur nonnulli, qui quasi peritia hęc non sit adhuc artis præceptis illustrata diuinum aliquem uirũ, qui iuris scientiã ad artis præcepta redigat, ad nos de cœlo mitti desiderare videntur. Eius igitur rei securo, cum de exercitatione iuris peritorũ videretur mihi ab his, quorum scripta in publicum hactenus prodierũt aliquid posse desiderari, quid ea de re mihi venerit in mentem, ac quo pacto me ipsum exercere consueuerim, propalare decreui. Sed quoniam non dubito fore quibus, seu quod ipsi meliora nouerint seu aliam ob causam nostra hæc non placebunt. Illud mihi præfandum est, me non quid ab omnibus, tãquam factu optimum sit faciendum: sed quod ipse fecerim proponere: & dũ hæc in medium cõfero, nec optimam nec omnibus placiturã viam inuenisse opinari, nec aliud omnino conari, quàm vt pro virili mea in commune bonum aliquid conferam, & eos quibus hæc non placebunt excitem, saltem vt ipsi meliora promant. Proinde quicquid hic dicturus sum, non aliter accipi velim, quàm vnius cuiuslibet in commune consilium suam asserentis sententiam, meliori æquo animo cessuram: tametsi nõ adeo venerim ad sententiam ipsam dicendũ exercitationis expers, quippe qui post scholastica illa studia multis iã annis in Romanæ Curiæ tribunalibus, qua industria, quove fructu, aliorũ sit iudicium, summo certè assiduoque sim cum labore versatus.

Sumam autem initium ab ea parte exercitationis, quã vnusquisque per se ipsum priusquàm ad publicam actionem se inge rat, antecapere debet, accepta videlicet à Præceptore artis methodo, & ratione.

8 ¶Nam si qui sola experientia sine ratione, † & sine arte putẽt se, quæ attinent ad iuris peritum exercere posse, non solùm ipsi falsi sunt, sed maius detrimentum, quã emolumẽtũ plerunque asserũt ijs, qui eis fidẽ habẽt. Verũ nãque est, & ab omnibus sapiẽtibus acceptatũ, Galeno etiã de cõp medica. per loca li. 2. c. 8. atte stante Veluti iudicãdi instrumẽta nobis à natura data esse ad co
9 gnitionem actionum vitæ, † experientiam, & rationem: quę quidem vtraque ex æquo quibusdam conferunt ad artem, quibusdam verò alterum altero amplius: & tamẽ semper ad perfectionem alterum altero opus habet: & quemadmodum idem eo. li. cap. de epate. dixit. qualem facultatem ad ambulandum vtrumque crus exhibet, talem in artibus habent ratio, & experientia. Quod aptissimè paucis verbis Quintilianus lib. 12. cap. 6. concludit dicens. Tum dignum operæprecium venit, cum inter se congruunt præcepta, & experimenta. Quę omnia doctissimè, vt semper, Cicero pro Archia poeta complexus dixit. Si quid est in me ingenij, iudices, quod sentio, quàm sit exiguum, aut si qua exercitatio, in qua me non inficior mediocriter esse uersatum, aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studijs, & disciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse, earum rerum omnium, & quæ sequuntur.

10 Ne igitur existimet quis illico ad actionẽ † se posse conferre à præceptore atque à scholis, vnde prẽterquã vniuersalis quędam doctrina, vniuersaliaque prẽcepta, & (vt nostri loquuntur) generales regulæ rarò aliud afferri cõsueuit. audiat Aristotelem, qui Eth. lib. 2. cap. 7. postquam uniuersaliter de uirtute loquutus dixerat, eam esse mediocritatem, subiungit. At uerò non oportet solum vniuersaliter hæc dicere, sed particularibus etiã accomodare, quæ enim de actionibus fiunt disputationes, si vniuersaliter tractantur communiores, si particulariter ueriores sunt: circa particularia † enim actiones uersantur, quibus consentanea
11 esse debent, quæ dicuntur. Et lib. metaph. primo, vbi ait, expertos rem magis attingere, efficacioresque esse, quàm eos qui rationem artis sine experientia habent, quem imitatus loco superius citato, Quintilianus ait. Plus (si separes) vsus † sine doctri-
12 na, quàm citra usum doctrina valet. audiat & Theophrastum, qui in secundo de causis eorum omnium, quæ terra fundit, libro, hæc scribit. Ac ea quidem quæ de toto genere habetur oratio in omnibus arboribus fortasse verè dicitur, vtrisque locis vtrumque genus arborum oportere conseri, de rebus autem singulis accurata, certaque disputatio sensus magis munus, ac iudicium desiderat, nec oratione id explicari, & constitui facile potest: & Galenum qui in libro superius citato, de compositione medicamentorum per genera, ita scriptum reliquit. Cum liber hic hunc quoque cum alijs scopum teneat, vt si quando librum quo medicaminum consuetorum compositiones scriptas habemus perdiderimus [illegible] si nos perditis similia possimus reficere, neceſſarium est primùm nos in vniuersum viæ formulam quãdam didicisse, qua propositum inueniamus, deinde per hanc viam in multis particularibus exerceamur oportet, scientes citra talis studij exercitationem nullum rectè opus perfici.

Source : BIU Cujas

Ea verò est inter diuersas scientias notissima differentia, quòd in
13 illis quæ veré scientię † sunt vniuersales rationes non ex particu laribus, sed ex ipsis vniuersalibus fidem sibi faciunt, ac confirmant. Geometra enim triangulum tres angulos habere æquales duobus rectis, non ex particularibus triangulis probat inductione hoc modo vtens. hæc triangula figura tres angulos æquales duobus rectis habet, & hæc item nihilominus, & singulę aliæ particulares: idcirco vniuersale quoque illud enunciatum verum erit, quòd omne triangulum idem habere inquit: sed è contrario, demonstratione vniuersali hoc ita esse confirmat. In acti
14 uis † verò (qualis est iuris ciuilis scientia) vniuersalium comprobatio ex particularibus sumi consueuit: vt in medicina quoque fit, in aqua calidum remittere ac relaxare, frigidum contrahere & condensare, ex particularibus confirmatur. Item veratrum bilem purgare ex eo cognoscitur, quòd ex particularibus aliquis eius sumptione fuerit purgatus. Quod significauit Iulius Paulus
15 Iurisconsul. vbi dixit. Non ex regula † ius sumi, sed ex iure, quod est, regulam fieri. Non enim sufficit si regulam enunciatumue aliquod vniuersaliter dixerimus, sed oportet, vt vnamquamque speciem sub rationem regulę eiusdem cadentem persequamur, eamque esse sub tali ratione comprehensam ostendamus, alioqui vana erit omnis vniuersalis tractatio, nisi singulis ac particularibus fuerit accommodata, atque huc apprime confert eiusdē
16 Aristotelis sententia lib. Ethic. 5. dicentis. Cognoscere iusta † atque iniusta nullam sapientiam esse putant, propterea quod non est difficile ea, de quibus leges dictitant, intelligere, at non hęc sunt ipsa iusta, nisi per accidens: sed tūc sunt iusta, cum quodam aguntur modo, & quodam distribuuntur modo. Id autem difficilius est, quàm quæ sanitatem efficiunt scire: & ibi. Namque mel vinum veratrum, adustionem incisionem ve scire persacile sanè est: sed quonam modo ad sanitatem efficiendam, & cui, & quando sint tribuenda, tanta est difficultas scire, quāta est me dicum esse. Quem locum imitatus Ouid. lib. de Ponto. 3. dixit. Non eadem ratio est sentire & demere morbos.

Sensus inest cunctis, tollitur arte malum.

17 ¶Ergo cum exercitatio † cuiuslibet artis, ac potissimum iuris ciuilis scientię, nihil aliud sit, quam usus Pręceptorum, eius officium duplex esse statuo. Vnum, quo vim præceptis inclusam exemplis & fingat, & exprimat. Alterum, quo ipsa præcepta in opus ducat. Illud autem nemini dubium fore existimo, nisi via
18 † preceptorum non posse ad vllius artis plenam notitiam perueniri. Perceptis igitur artis præceptis, aggrediendam duco esse primam exercitationis partem, quam exemplorum esse dixi, quæ generalem doctrinam singulari quadam ratione explicant. Vniuersales namque illas propositiones moderantur & regunt, ac quasi gubernant, & nunc ratas efficiunt, nunc irritas personarū, causarum, temporum, & ipsius circunstantiæ necessitates, quas 24 includere in præcepta difficile est. Quamobrem quicunque harum differentiarum ignorantes fuerint, distinctum in rebus singulis præceptum capere, ad datæ causæ accomodare nequeunt, quos ideo Felynus in c. primo, de Prescrip. & in c. cum ordinem. de rescript. appellat homines positiuos, & pauperes Doctores, cum nesciant ex particularibus decisionibus respondere, sed cō sultores expediunt per regulas generales, quod elegātius expressit Aristo. Reth. lib. 2. vbi inquit. Hinc plerunque illa opinio sequitur, vt in turba probabilius dicere videantur indocti, quam docti, quod quidem & poetę intellexerunt: dum affirmant. videri vulgo imperitos fortius, & concinnius dicere: illi enim communia & vniuersalia duntaxat sectantur periti verò ex ijs, quæ
19 sciunt, etiam proxima eliciunt. Deinde hoc † peracto ad opus accedarur, quod ita ab antiquis factitatum esse colligi potest ex Cice. qui de oratore Libro primo, dicit. Excitabat eos magnitudo & varietas, multitudoque in omni genere causarum, vt ad eam doctrinam, quam suo quisque studio assequutus esset, adiū geretur vsus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. & alio loco inquit. Non vt in foro discceremus, quod plerique fecerunt, sed vt, quantum nos efficere potuissemus, docti in forum veniremus.

20 ¶ Atque primam illam exercitationis † partem, quę exemplis cōstat, dum discitur, quo pacto vniuersalia præcepta sint ad particulares negotiorū species deducendæ iudicio meo breuior est & felicior via, si cui contigerit, vt ex clari alicuius viri consuetudine assequi illam valeat. Verumtamen quia siue quòd iuue-
21 nes † plerique videri volunt scire prius, quàm discant, siue quòd doctorum morositatem ferre nolint, aut nequeant: quando quidem (vt Ciceronis verbis vtar) quo quisque est solertior, & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius: quod enim ipse celerius arripuit, id cum tarde percipi videt, discruciatur, siue alia quacunque causa eueniat, ea felicitas cōtingere omnibus nō solet, supereſt vt saltē ex libris genus hoc exercitationis sibi prę-parent: quāquàm si res ipsa quo fieri debet modo expendatur, 26 omnibus ea dabitur consuetudinis occasio: cogitare enim de-27 bent iuuenes, adire se nō ludi magistrum, aut ex professo doctorem, quem sint quasi in scolis docentē audituri, & pro libito suo de re qualibet interpellaturi: sed eū virum, cui cum domesticū tempus cognoscendis, instruendisque, ac componendis causis, forense in agendis, reliquū in se ipso reficiendo omne sit consumendū, non habet instituendi, aut docendi locū, atque propterea decet se operam dare, vt quasi spectator accedens, dum clarus ille vir consulentibus respōdet, dum causas instruit, componit, agit, ipse discat. Itaque fiet: vt sine vlla temporis iactura doctus ille simul sibi ipsi, & amicorum quas aget causis, simul & discere volenti satisfaciat: neque (vt puto) reperietur aliquis adeo morosus & rusticus, qui discendi studioso iuueni oportune interroganti, & percunctanti, interdum etiam respondere, & eum docere nolit.

22 ¶ Veruntamē cui talis commoditas ex ore † viri nō datur, capienda est ex libris, & priuato labore, ne alioqui omnino rudes (sicut plerique illi quos reprehendit Cicero) veniamus in forū, vt ibi alieno periculo discamus: id aūt duplici via fuit à me tentatū, vna qua considerabam, quemadmodū vnumquodque præceptū vniuersale particulari causarū pluriū decisioni à iuris cōmentationibus esset adaptatū. altera, qua conuerso modo ad vnius certæ causæ diffinitionem plura essent adducta præcepta. Intelligo autem hic iuris generalia præcepta esse, tum problemata & propositiones quasdam absolute dictas, cum eas quas regulas iuris appellamus.

23 ¶ Viam illam, qua singularia † præcepta singulis particularibus causis applicantur, discere licet ex omnibus ferè commentatoribus, sed ex Bartholo pręcipuè, qui vt in cæteris nulli est secundus, in hac certè parte omnes longo post se relinquit interuallo: ex professo autem obseruatis omnibus, qui ante se scripserant, vnum in locum omnes eiusmodi factas decisiones cogere multi tentauerunt. sed (meo quidem iudicio) nemo elegātius, nemo breuius id fecit: nemini successit fœlicius, quàm Felino Sandæo, qui singulas (vt ita dicam) exemplificatas multis modis regulas postea declarat, distinguit, & limitat, ita vt generalis illarum prolatio studiosum fallere non possit, vt facit (exempli gratia, quia nunc aperienti mihi librum is locus primum occurrit) in c. ex tenore. de rescriptis. vbi ex generali illo præcepto, qđ habetur de reg. iur. lib. vj. non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. recitat circiter sexaginta particulares difficultates à diuersis iuris consultis decisas, præter eas quæ à gl. Dyno, Ioā. And. & aliis in illo c. decisæ apparent, & quas per se ipsum & alios doctores in aliis locis refert esse determinatas: deinde sic exemplificatam regulam, ne quis eā absolutè ac simpliciter intelligēdo deciperetur, distinguit & limitat multis modis, atque itidem facit vbique locorum, ita vt eius doctrina bene perpensa, de singulis quæ pertractat adeo plenè satisfaciat, q acquiescens studiosi animus nihil amplius ea in re desiderare videatur.

24 ¶ Alteram quoque oppositam viam † indicant equidem cōmentatores in locis vbi disputandas in vtranq; partem proponunt quæstiones, & qui etiam separatim, ac latissimè disputatas quæstiones ediderunt. Veruntamen quia Scolasticæ illæ disputationes plerūq; sunt subtiliores magis, quàm esse possint in iudiciis vtiles: & ferè sunt minus consideratæ, minusq; distinctæ: atque ad libitum confictæ, non autem ex facto natæ, cùm ingenium magis ex facti periculo excitetur, iudicaui semper hac in
25 re maiorem fructum percipi ex Iureconsultorum † cōsilijs, quæ consultoribus pro certis ex facto designatis causis reddita fuerint, qualium circumferuntur multa, atq; immensa multorum Doctorum volumina: & in singulis ferè pro more ad propositi articuli decisionem multa citantur in vtranque partem generalium præceptorum argumenta, illisq; ex vna parte improbatis, ex altera confirmatis retinent, quam probare volūt conclusionem: & si quem pigeat omnia quæ impressa sunt eiusmodi volumina percurrere: velitq; aliquos præcipuos eligere: mea quidem sententia, sunt ad hoc (de quo agimus) propositum omnibus aliis anteferendi. Ludouicus Romanus, Alexander Imolensis, Philippus Decius, & Carolus Ruinus. Sed qui versantur in Romana curia meliorē adhuc habent huius experientię modū. Nā cū in Auditorio Rotæ, vt sunt ibi causæ plerūque arduæ, interq; viros potentes, diligētius (quod est omnibus notissimū) quā alibi discutiantur, datis ex vtraq; parte, super vnoquoq; pūcto, multiplicatis etiā informationibus peritissimorū virorū, atque illis per tot egregios Auditores examinatis, dubitari nō potest, quin post tātā exagitationē veritas inuēta secernatur. Quisquis ergo (quod vnicuique facile est) curauerit eiusmodi informationes colligere, & eas collectas, ac super illis factas resolutiones cōsiderare: magnū ꝓculdubio fructū ad exercitationē iuris peritię sentiet se cępisse: atq; hęc dicta sint hactenus de ꝓparatione præambula, quæ ad quē finē dirigi debeat inferius apparebit.

Supereſt potissima illa exercitationis pars, quæ (de quibus loquuti sumus) præcepta & apparata in opus deducat, qui est optatus † iuris peritiæ finis. Cumque omnis iurisperitorum exercitatio † versetur vt plurimum in iudicijs: in eisque quidam iudicent, quidā litigatoribus dent operā, quos hic causidicos appellare libet, siue illi voce, siue ex scripto agant. Ideo necessariū vr esse, vt de vniuscuiusq; gñis hominum exercitatione separatim

dicatur:

Source : BIU Cujas

dicatur: si prius de eo dixerimus, quòd omnibus est commune.
28 Diuersæ sunt Iudicum Causidicorumque actiones † diuersi actionum fines: instrumentum uerò cum quo agunt omnes (ni si ego fallor) est unum & idem, atque hoc primum sum declaraturus. Oro tamen Lectorem, ut dicenda perlegat antequàm iudicet, & ne statim audito quod proponam, quasi incredibile aliquod aspernetur, & intellecta priusquàm sint, contempta relinquat cætera. iuxta text. in l. in ciuile. ff. de legibus. Omnium er
29 go (ut opinor) Iurisperitorum exercitationi aptum † instrumentum est Rerum, causarumque comparatio, quam qui bene face re didicerit, is perfecto Iurisperito conueniens instrumentum
30 habebit. Quoniam uerò per comparationem rerum, † causarumuè, quarum fit comparatio, identitatem, aut diuersitatem similitudinemque, aut dissimilitudinem uenamur: suntque faciendæ comparationis materia, & ceu argumẽtorum loci: idem & diuersum, simile & dissimile. Ante omnia uidetur esse declarandum, quot modis aliquid idem & diuersum, ac simile vel dissimile alteri esse dicatur, de quibus & si nihil noui dicturi sumus: ideoque conueniens esset præsupponere Lectoris præcognitionem, aut remittere eum ad libros Aristotelis Metaphis. quintum, Topicorum quintum & septimum, in quibus ea tractantur, & per expositores amplissimè declarantur: tamen pro faciliori dicendorum intelligentia, non ab re futurum esse existimaui, si breuiter ex dictis Aristotelis ea, quę nobis hoc loco in seruiunt, ad memoriam reducamus.
31 Eadem igitur tot ferè modis aliqua † esse dicuntur, quot modis dicitur esse unum. Vnum ergo & idem quadripartito distributum est: aut enim numero, aut specie, aut genere, aut analogia, seu similitudine causæ & rationis, idem dicere soliti sumus. Ac numero quidem eadem sunt, quorum & nomina plura & res una est, ut uestimentum & uestis. Dominium & proprietas. Speciei autem eiusdem sunt ea quæ plura sunt, neque specie differunt, ut duo serui, duo testamenta: ea enim eiusdem speciei dicuntur, quę eidem speciei subiecta sunt. Itemque eiusdem generis sunt ea, quæ eidem generi subijciuntur, ut homo & equus, mutuum & commodatum. Analogia & similitudine rationis eadem esse dicuntur, quæ sic habent, ut ad aliud. Constat autem inter omnes, id quod est unum numero, uerissimè ac magis propriè idem appellari: sed hoc quoque in plures tribuitur partes, quarum prima est & maximè propria, qua aliqua eadem diuerso nomine, uel definitione explicantur: vt uestimentum, & tunica; dominium & proprietas: animal grandiens bipes, & homo. hæc solis uocabulis differunt, re autem sunt unum. Secundo loco ea quæ eiusdem sunt proprietatis, cuius generis est hoc totum, quod uim habet ad cognitionem percipiendam, & homo, & quod sublimè natura fertur, & ignis: suum cuique tribuere, & iustitia, & in summa quoties vnum nomen significat subiectum, alterum illius subiecti proprium.

Tertio loco cum id ab accidentibus nascitur: ut quod sedet, quodque musica prędictum est, idem est quod Socrates: quoniam accidens, quod est sedere, unitur subiecto: & ratione unionis sunt idem numero secundùm illud accidens: quale esset si diceretur. Scius hæres. Titius legatarius, & his similia. Idem igitur quatuor dictis modis, atque idem numero tribus alijs
32 proximè explicatis dicitur, ut sic in summa sex sint † modi identitatis. nomine, proprio, accidente, specie, genere, ratione. Semper autem (inquit Aristo.) posteriora sequuntur prędecentia: quę enim numero secundum nomen, seu definitionem & proprietatem sunt unum, ea sunt & specie unum: & quę specie sunt unum, ea non omnia numero sunt unum: sed omnia genere sunt unum, quæ sunt specie unum: quæ uerò genere sunt unum, ea non omnia sunt specie unum: cuncta tamen sunt unum similitudine rationis, at quæ similitudine rationis sunt unum, ea non omnia sunt genere unum. Sunt autem talia quæcunque genere inter se differentia, habent quandam rationis & comparationis similitudinem, ut cor, fons, & unitas quæ genere differunt, sed similitudine rationis eadem sunt: quoniam sicut se habet fons ad fluuium, ita se habet cor ad animam, & unitas ad numerum: fons enim fluuij, cor animalis, unitas numeri
33 principium est. Diuersum uerò † totidem oppositis modis dicitur. Differentia dicuntur ea, quæ diuersa sunt, etiam si aliquo modo eadem sunt: modò non sint eadem numero & definitio
34 ne, sed aut genere, aut specie, aut causa. Similia † dicuntur ea, quæ sunt eodem affecta: & quæ sunt pluribus eisdem, quàm diuersis affecta: & quorum qualitas una est. Dissimilia his opposito modo dicuntur. Hęc in summa collegi ex Aristo. secundùm quę patet, quòd significare uoluit similia, & dissimilia, quemad-
35 modum conueniunt † prædicamento qualitatis: nam idem ubi de qualitate differit, ita inquit. Similia & dissimilia secundùm solas dicuntur qualitates: simile enim & dissimile alteri non est, nisi secundùm quòd illud quale appellatur. est igitur qualitatis proprium, ab ea simile aliquid uel dissimile nominari. cui con-
36 formis est Plato in Parmenide dicens. Simile est † cui idem quid
37 dam accidit. Sed non est ignorandum, ꝙ etiam laxius † quando que sumitur similitudo pro quacunque conuenientia duorum in aliquo prædicato, siue illud sit substantiæ, siue accidentis, & oppositio modo dicitur dissimilitudo: atque hac ratione similia dissimiliaque præter qualitatem in alijs quoque prædicamentis inueniuntur. Quod autem hic de affectione & qualitate dicitur: pro tractatu præsenti intelligo suæ cuiusque rei ueritatis probabilitatem: ut in summa. Simile sit illud, quod eandem cum altero, cui assimilatur, suę ueritatis probabilitatem habet. Illud quoque semel dicendum esse uidetur: sub simili cadere etiam
38 † maius & minus & proportionem: maius enim est, quod suæ veritatis maiorem habet probabilitatem. Maius è diuerso, ꝙ minorem. Per proportionem autem habitudo comparatur habitudini. Sed ne ex proportione ac similitudine rationis (secundùm quantum idem, tum simile significari diximus) confusio nascatur, considerandum erit, quo pacto habitudinis rationisque proportio arguatur. Nam si dicantur duo habere habitudinem ad unum, sicut sanum dictum de urina, & de medicina, dicuntur in ordine ad sanitatem hominis, ea proportio significat identitatem numero tertio modo, idest per accidens, vt sunt Socrates & sedens. Scius & hæres: si uerò dicatur eandem esse proportionem duorum ad diuersa, sicut tranquillitatis ad mare, serenitatis ad aerem, ac fontis ad fluuium, & unitatis ad numerum, ea proportio significat similitudinem, quod inferius ex legum exemplis clarius ostendemus. Neque id silentio uidetur esse prætereundum, quod in singulis modis prædictis inueniun-
39 tur, quæ magis † minusue sunt eadem, ac magis & minus similia. Aquæ enim omnes, quòd similitudinem quandam inter se habeant (eodem Aristo. auctore) eiusdem speciei sunt: sed inter eas quæ ab eodem fonte fluunt, excellentior est & maior similitudo: quemadmodum & gemelli (veluti Castor & Pollux) numero differunt, & specie conueniunt, maiori tamen & uehementiori specifica identitate, quàm Socrates, & Plato, & sic de singulis.

¶Illud autem, quod dixi, solam eiusdem & diuersi, ac similis & dissimilis cognitionem, seminarium & horreum quodammodo esse nostrarum disputationum: ut euidentius comprobem, operæprecium fore arbitror: si prius de Regulis iuris uideamus, quid sint, quo pacto constitui possint, & quibus uerbis describi, & quæ proueniat ex regulis utilitas, & quid distet regula à lege, & à generali, atque ab uniuersali pronuntiato, quæque sit ratio exceptionum (quas vulgo dicunt fallentias) regularum: sed antequàm hæc determinemus, uidetur conueniens hic locus esse, ut declaremus, quid sit causa legis, quid item mens, seu sententia, quid ratio, quid uis, & quid potestas legis, quę declarata non solum ad huius regularum tractatus, sed ad aliorum quoque inferius dicendorum intelligentiam erunt ualde utilia, & quodammodo necessaria. Bart. in l. 2 §. ultimo ff. de donat. & in l. demonstratio falsa. in fi. ff. de cond. & demonst. imitando glo.
40 in l. cum tale. §. falsam causam, eo. tit. videtur sentire, quòd † eadem sit causa finalis, & ratio legis, dum loquens de causa impulsiua determinat causam esse de præterito, rationem uerò de futuro: & quòd legis obseruantia eatenus uigeat, quatenus ratio viget. Idem Bart. in l. cum mulier. ff. solut. matrimo. post Dyn. in capit. ultimo. de regul. iur. lib. Sexto, tenet unum idemque esse rationem & mentem legis. Alciatus multæ uir eruditionis in l. nominis & rei. §. primo de uerbor. significatio. dicit, quòd eadem uidetur esse mens, seu sententia, & ratio legis, ut plerique omnes aiunt: sed addit: aliqua tamen est differentia, quia ex ratione deducitur sententia: Tiraquellus omnimodæ lectionis, diligentissimæque obseruationis Doctor in rep. L. si unquàm C. de reuocatio. donatio. post alios quos ibi citat, asserit, quòd ratio legis est ipsa lex, aut certè si non sit lex integra, est potior illius pars, scilicet anima & spiritus, & sicut homo est ex anima & corpore, sic lex ex mente seu ratione, & ex verbis: vt verba sint tanquàm corpus, & superficies, ratio uerò ut anima & spiritus. Zasius sinceræ doctrinę Iurisconsultus in l. scire leges, & in l. nõ omnium. ff. de legi. tenet, esse differentiam inter causam & rationem, ut ratio sit illud, per quod causa demonstrari potest. Vult tamen, quòd ratio, & lex sit unum & idem, ita quòd ratio nunquàm à lege separetur, docteq; ac philosophicè diuersos tradit
41 † modos & regulas, ad dignoscendum vniuscuiusque legis rationem: supposita ex Diuo Thoma illa propositione. Quòd non sit nulla lex scripta, cuius non subsit aliqua ratio, quæ legislatori constiterit, licèt nobis non constet: alij quoque, quos longum esset referre, aliter atque aliter de his decreuerunt, ex quorum dictis (tametsi ipsi rectè fortasse senserint) cum non uideatur pro studiosorum desiderio sufficiens facta declaratio, certaque tradita esse doctrina: non prætermittam quin ego quoq; meam pronunciem sententiam: quæ (ut puto) probabilior uidebitur, si rem pinguiori minerua ex figura practicę demõstremus. Illo tamẽ præmisso, quod uocabulis ipsis per me licet, ut quilibet suo modo vtatur, & quicũque velit indifferẽter vnũ pro altero ponere, faciat vt libet: ego eiñ de rebus ipsis nõ de uocabulis cõtendo. Et in summã dico diuersas † res esse, licèt quodãmodo inter se connexas, natura tamẽ & ordine omnino separatas,

Source : BIU Cujas

quæ per antedicta vocabula significari possunt, quod ad sensum demonstratur hoc pacto. Contingit, vt in pluribus, quòd quicunque legislator aliqua particulari occasione commouetur, impelliturque ad legem condendam: sic autem impulsus, aut etiã nulla tali impulsione præcedente, quilibet incipiens de conditione legis cogitare, primùm respicit finem, qui ex eius legislatione sit prouenturus: & hæ sunt duæ causæ impulsiua & finalis: deinde componit describitque verba suum conceptum explicantia, quæ verborum compositio dicitur lex ipsa. sed dum hoc facit, idem legislator simul cogitat rationem conuenientem, qua sic composita lex ad parturiendum propositum finem idonea probabilisq; iudicetur, quam rationem quandoque aperit, & cum ipsa lege exponit, quandoque non. Verum quia sic probata lege, incidunt sæpe casus verbis ipsius legis clarè non comprehensi, sed quos iurisperiti contendunt, vi & potestate legis comprehendi, talemque dicunt fuisse mentem sententiamq; legislatoris: hinc oritur materia indagandæ mentis, seu sententiæ, commisurandæque vis & potestatis legis eiusdem: hoc autem efficitur ex consideratione propositi finis legis subiectæque illi rationis: Huic sic designatæ figuræ quadrant (nisi ego fallor) omnia nostrarum legum exempla: pro noto autem & facili accipiamus edictum prętoris † de postulando, cuius causa impulsiua habetur in l prima ibi. Origo verò introducta est à Calphurnia improbissima fęmina, quæ inuerecundè postulans & magistratum inquietãs, causam dedit edicto: finis verò seu causa finalis habetur in principio, dum dicit. Vlpianus. Hunc titulũ Prætor proposuit habendæ rationis causa, suæq; dignitatis tuendę & decoris sui causa, ne sine delectu passim apud se postuletur. Hocque fine sibi proposito composuit legem, idest edictum, qđ declarant sequentia verba. Ea propter tres fecit ordines, nam quosdam in totum prohibuit postulare, quibusdam pro se permisit, quibusdam & pro certis duntaxat personis, & pro se, permisit. Et singulis ordinibus singulas suę probabilitatis rationes adiunxit, sed nos breuitatis causa, omissis alijs, prosequamur secundum ordinem eorum, qui ne pro alijs postulent, prohibentur, inter quos sunt fęminæ. Et ratio (inquit Vlpianus) prohibendi est, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immiscеant, ne virilibus officijs fungantur mulieres. Hactenus omnia propositæ a nobis figuræ conueniunt. Quòd si fingamus. fęminam quampiam filij tutricem, pro pupillo postulare velle, & dubitetur, an sit admittenda: certè cum verba legis aperta sint, ne fęminæ pro alijs postulent, verbis ipsis etiam mater & tutrix videbatur excluſa, verum quia sententia mensq; prætoris (quæ ex proposito fine, & ratione subiecta deprehendi potest) non fuit, vt excluderet nisi eas, quæ contra pudicitiam sexui congruentẽ in dedecus Prætoriæ dignitatis coram eo in alienis causis postulando se vellent ingerere: & talia non conueniunt maternæ pietati, & tutricis officio: Idcirco tãquam vera legislatoris sententia comperta, dixit Paulus. Puto autem oẽs qui nõ ſpõtè sed necessariò funguntur officio, posse sine offensa edicti postulare, ẽt si sint, qui non nisi pro se postulare possunt. Eandem formam, atq; ordinem si quis experiatur, inueniet in singulis alijs & titulis & legibus: sicq; apparet, quemadmodũ res per se clarissima fuit, per Doct. ambagibus offuscata, & pro exercitationis vsu possumus hæc, vel similia pronunciata memoriæ commendare. Primum, quòd licet antedicta vocabula reperiantur interdum promiscuè posita, res tamen ipsæ inter se differunt, & quo ordine differunt. Deinde ꝙ non est dare † legem sine causa finali, & sine ratione, quã necesse est legislatori fuisse cognitã & constitutam, licèt ea sit nobis incognita: regulas autem illius ubi expressa non est indaganda; quia mihi videtur commodissimè Zasius in d.l. omnium. & Alciat. in lib. suo de verb. signif. primo, posuisse: non est quid illorum dictis putem esse addendum: excepto eo quod post alios antiquiores admittere videntur, contingere posse interdum, ꝙ nulla cuiuspiam legis appareat ratio, interdum ꝙ plures proponantur vnius legis probabiles rationes, quorum neutrum mihi persuaderi potest. Nam si secundum doctrinam Diui Thomæ, non est (prout non est) lex cuius legislatori ratio non constiterit, quamuis eam non expresserit, & ratio ipsa inseparabiliter cohæreat fini, seu causæ finali, ad quam respexit legislator, finis autẽ ipse necesse est, vt sit verbis expressius, aut ex sententia facilè apparens: nisi noster deficiat intellectus, esse non potest † quin ratio quoque inueniatur, vt ipse etiam Zasius tandem affirmat. Restat igitur, vt nos laboremus, quomodo illã inueniamus. Qua de re venit in mentem elegans quædam Ciceronis sententia, qui lib. de Diuinatione 2. de portentis & mõstris loquens ait. Quorum omnium (ne sim longior) vna ratio est: quicquid enim oritur, qualecũque † est, causam habeat à natura, necesse est; vt etiam si præter consuetudinem aliquid acciderit, præter naturam tamen non possit existere: causam igitur inuestigato in re noua, atque admirabili si potes, si nullam reperis, illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuisse sine causa: eumque errorem, quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito: ita te nec terræ remitus, nec cęli discessus, nec lapideus aut sanguineus hymber, nec traiectio stellæ, nec facies visæ terrebunt. In nostro autem negocio non est tanta difficultas, quia causæ, rationesq; legum sunt omnes de rebus notis & quotidianis, & vix esse potest, vt nisi ambæ, causa videlicet & ratio, vna saltem ex eis expressa, uel ex expressis facilè sit colligibilis: vnaque ex eis inuenta, altera nulla difficultate detegetur. Illud quoq; alterum falsum esse probatur: quia cum ratio iuxta superius dicta sit vt forma, seu causa formalis, & per naturam impossibile est, quòd duæ causæ cõpletæ sint immediatè vnius & eiusdem rei: vt ponit & defendit idem diuus Thomas. 1. quæstio. 52. argum. 3. & 1. distinct. 37. q. 1. argum. 1. sequitur impossibile † esse, quòd vnius, eiusdemque legis, & similiter duæ sint rationes, quæ immediate ac complete illam informent, talem autem debere esse rationem legis patebit ex infra dicendis, vbi loquemur de causæ coniunctione per regulam facienda, & tex. §. affinitatis. insti. de nup. cum alijs per Do. ad probandum pluralitatem rõnum adductis, nihil (vt ego quidem arbitror) ad rem faciunt, quod aptiori loco interius explicabitur, vbi de suscipiendo causarũ patrocinio, causisque ipsis discendis loquemur. Illa autem mera esset cauillatio, siquis consideraret diuersas rationes vnius legis, ex eo quòd interdum lex plura habet capita, & vnumquodq; ex illis diuersam habet suæ probabilitatis rationem; sicut in proposito exemplo edicti de postulando, quilibet ex tribus prohibitis personarum ordinibus propria ab alijs differenti ratione cõstat: nam quantum attinet ad præsens institutum, vnumquodq; legis caput habet instar separatæ legis. Ad diuersum cõtingit in fine, seu causa finali: quoniam esse potest, vt sub vnius finis consideratione condatur lex habens multa capita, singulis ac differentib. rationibus suffulta: & ita plures sint rationes, non vnius capitis, sed ad vnum finem tendentium capitũ diuersorum, sicut in eodem edicto vnus est antedictus finis, in quem respiciunt omnes rationes singulorum ordinum; qui postulare prohibiti sunt. Qđ vero ex Diuo Thoma dixi non dari † duas vnius, & eiusdem rei causas, intelligendum est de singulis vniuscuiusque generis causis, ac de immediatis, & propinquis. Nam diuersorum generum plures vnius eiusdemq; effectus causæ esse possunt: vt exẽpli gratia, sit verborum obligationis causa efficiens contractus: formalis ista stipulatio conceptis verbis contracta, & sic de singulis. Item est dare vnius effectus duas eiusdẽ generis causas: ita vt vna propinqua sit, altera remota: sicut actionis causæ sunt efficientes contractus, & obligatio, hæc tamen propinqua, sed contractus mediante obligatione remotior. Sed animus non quiescit (quippe cum res magni sit momenti) nisi clarius probem differentiam positam inter causam & rationem. Intelligo enim ꝙ causa † sit vt finis, ratio verò sit vt forma legis. Quod dico de causa, minorem habet controuersiã; quia cõis videtur esse Doctorũ opinio, ꝙ causa † præsertim expressa, præsumi dẽt esse finalis. l. vlt. ff. de hæred. insti. & l. vt liberis. C. de collat. Quòd aũt ratio sit vt forma, colligitur ex similitudine facta per Doc. dicentes, eam esse vt animam legis, apertè autẽ id affirmat Diuus Thomas in qõnibus disputatis de malo. q. secunda, arg. 2. in rñsionibus ad argum. v. & xi. dicens, quòd semper illud, quod est ratio † alterius, se habet ad illud, vt formale ad materiale, & omne quod comparatur ad alterũ, sicut ratio eius se hẽt ad illud, sicut forma ad materiam, vnde ex duobus fit vnum, sicut ex materia & forma: cui conuenit ẽt diffinitio posita per Ciceronem lib. de Inuent. 1. vbi inquit. Ratio est, quæ continet causam, quæ si sublata sit, nihil in controuersia relinquitur. Itaque (vt hoc quoque obiter indicemus) patefactæ sunt omnes legis causæ, nã forma & finis ex proximè dictis, ipse quoq; legislator vt causa efficiens vnicuique est per se notus: materia verò † constat pariter ex verbis, ac mẽte seu sentẽtia legislatoris, ex quib. causis proueniunt effectus, qui sub vi, & potestate clauduntur. Et quoniam forma † est, quæ dat esse rei, habetque connexionem cum fine quodammodo inseparabilem. Idcirco vis & potestas legis plurimum à causa finali, & ratione ipsa dependet. Hincq; facta † sunt problemata, ꝙ lex cessет, restringatur, & amplietur, interdum secũdùm causam, interdum secundùm rationem: quod tametsi ex innumerabilibus penè iuris locis probari potest, his paucis contentus ero. l. 1. §. item faciendum est. ibi. cuius rei illa ratio est: & c. & l. debitor. ibi. neq; enim ratio iuris, quę causam fideiussionis excluſit & c. ff. de separ. bonor. l. si postulauerit. §. iubet lex. per totũ. ff de adul. & l. vulgo. ff. de vsur. & l. si ex plagis. §. in cliuo. ibi. in causa ius esse positum. ff. ad leg. Aquil. supponendo, quòd propositus illius legis Aquiliæ finis est emendatio damni iniuria dati: vt colligitur ex toto titulo, & præsertim. l. si seruus seruum. §. tertio autem capite. eodem titulo, & l si vxor. §. siquis planè. vbi, cæterum quæ vim patitur, non est in ea causa, vt adulterij vel stupri damnetur. ff. de adulter. & l. secunda. §. separata causa est possessionis & vsucapionis & capitul cum §. sequent. ff. pro empt. His ita determinatis reuertendum iam est ad institutum. de regul. iuris tractatum.

¶ Regula (vt † à Paulo l. prima. ff. de reg. iur. describitur, & declarat ibi Accursius) est plurium rerum compendiosa narratio, & quasi causæ coniectio. Nec absimile est, quod Grammatici dicunt, eam esse multorum similium collectionem. In

summa

Source : BIU Cujas

ſumma autem eſt perinde, ac ſi quis prædictis, cum verbis Archid.diſtinct.3.cap.regula.coniunctus, ita diceret, ꝙ Regula iuris ſit compendioſa definitio, ſeu cum Quintiliano vniuerſale, vel perpetuale præceptum, diuerſarum rerum quaſi ſub vnam, eandemque cauſam cadentium vniuerſitatem complectens.

56 ¶Quo autem pacto † ſint regulæ conſtituendæ colligi poteſt ex verbis Pauli ſubiungentis. Non vt ex regula ius ſumatur, ſed vt ex iure, quod eſt, regula fiat. Quibus ex verbis obiter etiam
57 declaratur, quid interſit † inter legem, & regulam. Lex enim (vt Zaſius quoque declarauit) à perſonis & negocijs certis initium ſumens, ad generalia facienda aſſurgit. Regula verò principium à genere ſumit, & actus humanos in vniuerſo complectitur. Vn de pulchrè dices, legem oriri ex facto, regulam à lege. Propoſitum autem de conſtituendis regulis clarius efficietur ex auctoritate Ariſtot. qui Metaphyſic. primo inquit. Artem fieri, cum ex multis experientiæ conceptibus vna de ſimilibus oritur vni-
58 uerſalis exiſtimatio, quod eſt dicere, artis † principium eſſe ab experimento ſingularium, perfectionem verò ex coniunctione cauſæ: & ponunt ibi Phyſici exemplum eius qui cum viderit Reubarbarum purgauiſſe choleram in Platone, Socrate, & Challia, ex his experimentis concepit mente propoſitionem illam, quòd Reubarbarum purget choleram: cauſa autem inuenta incipit eſſe ars. Nos multis noſtrorum exemplis id illuſtrare poſſemus: ſed ſatis erit ſi vnum aut alterum exponamus. Vlpianus cum in diuerſis iuris partibus vidiſſet moribus introductum eſſe, & deinde legibus conſtitutum, alicubi fęminas non poſſe eſſe iudices, alibi nec poſſe eas gerere magiſtratum, alibi nec poſtulare, nec pro alio interuenire, alibi nec curatrices eſſe,
62 vniuerſaliter definiuit, quòd fęminæ ab omnibus ciuilibus offi-
63 cijs, vel publicis remotæ ſunt. l. ſecunda. ff. de reg. iur. quæ regula vna tantum cauſa fęminei ſexus coniungit omnes caſus ſub illa cadentes. Altius verò coniecturam faciendo propter quid Romanis moribus de fęminis ita eſſet introductum: ea inuenta in ſuperius recitata. l. prima. §. ſexum. ff. de poſtulando, dixit. Et ratio quidem prohibendi eſt, ne contra pudicitiam ſexui cõgruentem alienis cauſis ſe immiſceant, ne virilibus officijs fungantur mulieres. Paulus quoque (vt patet ex l. regu. ff. de iu. & fact. ignoran.) cum vidiſſet, quòd ſi quis ius ignorans lege Falcidia vſus non ſit, ſolutum non repetit, & alibi. Quod ex cauſa fideicommiſſi indebitum datum ſit, repeti non poſſe, conſiderauit inde conſtituti regulam. Quòd vbi quis ius ignorans indebitam pecuniam ſoluit, ceſſat repetitio. l. cum quis. de iur. & fact. ignoran. cumque vidiſſet & in vſucapione iuris ignorantiam non prodeſſe. l. iuris ignorantiam. quæ eſt Pomponij Iuriſconſ. ff. de iur. & fact. ignoran. hinc ipſe Paulus eodem tit. generalius dixit. Iuris ignorantiam cuique nocere. *Huius* verò ratio ſuperior eſt; quia impermiſſa eſt iuris, & legum ignorantia. l. conſtitutiones. C. de iur. & fac. ignoran. l. leges. C. de legi. Hoc autem ideo eſſe dicit Neratius in l. in omni. ff. de iur. & fac. ignoran. quia ius finitum eſſe & poteſt & debet, & quia publicum eſt: vt dict. l. leges. Patere iam ex dictis poteſt conſtitui regulam, vbicunque compendioſa aliqua definitio ſub eadem, & communi cauſa complectitur res generum diuerſorum, quaſi eadem affectione laborantes. Qualis eſt apud Ariſt. ſecundo Poſterio. defluere folia, quæ paſſio cõmunis eſt vitibus, ficubus, & alijs eiuſmodi arboribus, inter quas nihil eſt aliud commune, præterquàm lata folia, eaq; decidua habere, huius autem ſuperiorem cauſam eſſe, humoris areſcentiam, aut quid ſimile: nec ab re poſui in regulæ definitione verba rerum ſub vnam cauſam cadentium, feciq́ue cauſæ mentionem, & non rationis, aut finis: quoniam ſicut ex antedictis patet, vocabulum cauſa eſt vt genus, cuius ſunt ſpecies finis, & forma, ideſt ratio legis.

¶Simul etiam notum efficitur, quid interſit inter regulam
59 † & generalem, ſiue vniuerſalem locutionem. Nam & ſi non poteſt inficiari, quin regula tum per generalia, tum per vniuerſalia, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua, tum per indefinita vniuerſalibus æquipollentia verba conſtituatur, quod omnes vnanimiter voluerunt Doct. in l. prima. ff. de regul. iur. & in rubr. extra eodem tit. lib. 6. non tamen omne generale, aut vniuerſale pronunciatum illico regula eſt, niſi etiam vinculo vnius, eiuſdemque cauſę, aut paſſionis, affectionisve diuerſas rerũ ſpecies comprehendat: atque etiam generalis determinatio inrra generis expreſſi ſpecies continetur, cum regula plerunque diuerſorum genera formas amplectatur, modò ſub vnius affectionis cauſam cadant, etiam ſi affectio ſit rebus ipſis accidens, atque extra illarum ſubſtantiam, quod patet ex dicta l. regula. de iur. & fac. ignoran. ad finem. vbi dicitur, generale fuiſſe initium conſtitutionis, fideicommiſſum indebite ſolutum repeti non poſſe: & ſubiungitur, quòd item & illa pars æque generalis eſt, vt qui iuris ignorantia legis Falcidiæ beneficio vſi non ſunt, nec poſſint repetere, & eæ conſtitutiones cadunt ſub regula per ipſum Paulum ibi poſita. Iuris ignorantiam cuique nocere. Qua de re fortaſſe vi-
68 deri poterit errauiſſe Panormit. Abb. qui in ca. venerabilem. de-
69 cimo not. de elec. voluit plus importare generaliter, quàm regulariter dictum, & quòd generale infallibiliter ſit verum, regula-re in aliquibus caſibus fallat: quod etiam repetit in capitu. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. & ſequitur Cardin. Alexandrinus in cap. ſynodum. colum. prima. diſtinct. 17. nam ex dictis patet generale dictum non eſſe amplius quam ſit regula, cum ſępe pro vno eodemq́; ponantur, vt l. in perſonam. §. generaliter. ff. de regu. iur. & dicta l. regula. in fin. ff. de iur. & fact. ignorant. & in alijs multis locis, & inferius oſtendetur, non magis fallere regulam, quàm generale dictum: vniuerſalis verò locutio, niſi etiam ſingulorum cauſam coniungat, nihil habet cum regula commune. Apparet etiam parum conſtitiſſe memoria egregios alioqui viros illos Pandectarum ſub Iuſtiniano compoſitores
60 † qui ſub titulo regularum iuris, inter alias pro regulis poſuerũt multas, quæ nec ſunt, nec dici poſſunt regulæ: ſed ſunt ſimplicia pronunciata, ſeu (vt ipſi dicunt) Axiomata, de ſingulis quibusq́ue rebus particulariter dicta, veluti ſunt illa. Non vult hæres eſſe, qui ad alium transferre voluit hæreditatem. Imaginaria venditio non eſt precio accedente. Quatenus cuiuſque interſit in facto, nõ iure conſiſtit. Plus cautionis in rem eſt, quàm in perſonam, & ſimilia multa, in quibus non eſt dare coniũctionem cauſę diuerſorum caſuum: quamquam totum illum titulum oſcitanter fuiſſe cõgeſtum, ex illo etiam apparet, quòd nullo ordine, & diuerſis in locis repetitæ ſæpius eædem poſitę ſunt:
61 quæ autem ſint † Axiomata, & quod modo dictæ aliæq́ue ſimiles de ſingulis quibusq́; prolatæ ſententiæ talia ſint & dici debeant, oſtenditur ex ijs quæ dicit Aul. Gellius lib. 16. capit. octauo. Noctium acticarum. Accurſius quoque videtur non parum aberrauiſſe à vero: cum in auc. de reſt. & ea quæ parit &c. idem ſigni
62 ficare † voluit principia, maximas, & regulas: cum Ariſtotele au-
63 ctore, cuiusq́ue ſcientiæ † principia ſint quædam propria, quæ quòd vera ſint non contingit demonſtrari: & quæ per ſe & non per alia fidem habent, quoniam nihil prius ſuperiusq́ue in ea ſcientia eſt, per quod confirmari explicariq́ue poſſint. Talium autem principiorum nonnullæ ſunt poſitiones, alię dignitates, ſic dictę ob id, quòd iure illis fides habenda ſit, cum ea vnuſquiſque audita ſtatim admittat, quale eſt illud. Totum vnumquodlibet maius eſt qualibet ſui parte. hæ rurſus appellantur maximæ propoſitiones, & cõmunes animi conceptiones, quòd multorum ſcilicet intellectu facilè percipiantur: tales autẽ non ſunt regulę, quæ licèt ſint vniuerſalia præcepta, indigent tamen probatione & probari poſſunt, nec ſtatim auditæ admittuntur, & quemadmodum dixit in ſimili diſputatione Seneca epiſt. 95. dicere poſſumus, hoc intereſſe inter principia, ſeu dignitates, & regulas, quod inter elementa & membra. hęc ex illis dependent, illa & horum cauſæ ſunt & omnium, ita regulæ ex principijs dependent: illa ſunt regularum omnium, & legum cauſæ.

¶Reuelantur prętera ex dictis tenebrę, & obſcuritates, quæ multis noſtrorum doctorum impoſuerunt: cum quaſi ſynonima eſſe reputantes regulam, genus, ſiue generalitatem & vniuerſitatem, confuſè de omnibus tractauerunt, & ex vno ad alterum arguere, atque illationes facere voluerunt, quod infra latius declarabitur.

64 ¶Officiũ † regulę, vt ex ipſa ſuperius poſita diffinitione colligitur, eſt plures caſus vinculo cauſæ coniungere.

65 ¶Finis verò † ad quem regula conſtituitur, vltimus quidem eſt, vt non tantum ab experientia, & notitia particularium, ſed etiã per cauſam & ex arte ſciatur: quandoquidem, vt loco ſuperius
66 citato dicit Ariſt. eos qui † artem tenent, quàm eos qui ſolam habent experientiam ſapientiores eſſe putamus: quoniam experti, eſſe quidem ſciunt, ſed propter quid ſit ignorant: ſapientes verò & artifices propter quid & cauſam ipſam cognoſcũt. Pro-
67 pinquiorem verò finem † & vtilitatem, quæ ex regula capitur, intelligere eſt ex Cicer. qui in lib. de Claris Oratoribus, inter alia ad iuris ſcientiam, ex Dialectica Seruium Sulpitium regulam attuliſſe referens, ait. Eam artem, quę doceret rem vniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde diſtinguere, poſtremò habere regulam, qua vera & falſa iudicarentur, & quæ quibus propoſitis eſſent, quæq́ue non eſſent conſequentia, ſicq́ue clarè ponit Cicero finem regulæ iuris eſſe, vt per eam vera & falſa iudicentur, & quæ quibus propoſitis ſint, quę non ſint conſequentia. Eum autem effectum (niſi ego fallor) parit communitas & coniunctio cauſę, quę eadem eſſe videtur cum ea, quam demonſtrationem appellat Ariſtoteles, & dicitur eſſe ſillogiſmus faciens ſcire, ideſt rem per cauſam intelligere.

¶Neque hic eſt docendi locus, ſiquis fortaſſe quęreret, quot ſint genera, differentię, modi, & naturę cauſarum, ex quarum coniunctione ſint regulę conſtituendę, faciendaque demonſtratio, & iudicanda conſequentia propoſitis, ac vera à falſis diſcernenda: ea enim principia ſunt ex ijs, quę prius percepta debent ſecum afferre, qui ad legum ſtudium ſe conferunt, nec ſunt artes inuicem confundendę. Satis ergo hic erit, ſi rememo-
68 remus, quòd quatuor † dumtaxat ſunt cauſę: efficiens, forma,
69 materia, & finis. Nam ad interrogationem factam † per verba, propter quid ſit aliquid, nihil aliud vnquam reſpondetur, quàm aliqua ex dictis quatuor cauſis: inter quas tamen finis eſt

Source : BIU Cujas

potiſſima, & quaſi aliarum cauſa, materia enim non eſſet cauſa,niſi haberet formam:& forma itidem niſi ab agente introduceretur,agens quoque non ageret niſi moueretur à fine:finis autem ipſe immobilis permanet,eſt ergo primum mouens, & prima cauſa,cætera petantur à philoſophis.

¶Vt exceptionum ratio quo pacto conſtet clarius eluceſcat: puto eſſe conſiderandum, à qua diſpoſitione fingamus aliquid
70 excipi:quoniam diuerſa multum ratio † eſt inter regulam generalem q́ue & vniuerſalem locutionem. Nam & ſi natura ipſa tã generalis & vniuerſalis locutio, quàm regula nullam omnino patiantur exceptionem,hominis tamen voluntate,atque etiam iuſtè,fieri poteſt,non quidem,vt quæ à natura inſunt ſub genere ſpecies,aut ſub vniuerſo,vel toto partes ab illis eximãtur: id eñ eſt re ipſa impoſſibile: ſed (quod homo facere poteſt) vt ſua diſpoſitio in ſpecie,vel parte excepta locum non habeat: ſed regula ab ea, quam à natura habet,amplitudine, hominis etiam voluntate contrahi coarctarive non poteſt;quia cum eius cauſa ſit à natura, non poteſt ab ea per hominem iuſtè, vt eadem remaneat regula,pars illius aliqua ſeparari: ſicut domus, cuius facien dæ cauſa ponitur eſſe, vt per eã habitantes protegantur ab æſtu, frigore,pluuia,& ſimilibus,remoto tecto,vel pariete,perdet offi cium ſuum,nec domus poterit amplius appellari.Nec quẽquam turbet numeroſitas illa exceptionum,quę poſt ſingulas quaſque regulas à Doctoribus poni conſueuerunt:illæ enim non ſunt regularũ paſſiones quaſi regulæ ipſæ falſæ ſint, ſeu propterea truncentur: ſed ſunt declarationes & quaſi limitationes vis & poteſtatis illarum:quæ quia(niſi ita declarentur) facile nos fallere poſſent:ideo cęptum eſt dici,q̃ illo & illo caſu regula fallit, & nonnulli eas appellauerũt fallentias,ideſt deceptiones, à quibus niſi animaduertas falleris,decipierisque.

¶Hæc à me ita ſimpliciter dicta,nec dignũ eſt,nec poſtulo,vt pro veris accipiantur,niſi ẽt de fide dignis auctoritatibus & rõnibus comprobentur.& niſi ſimul etiã quæ à Doctoribus pro contrariæ opinionis fundamento adducta ſunt confutentur.

¶Pono igitur hoc pro vero,q̃ de generali, ſiue vniuerſali aliquo,poteſt per hoĩe fieri exceptio,& q̃ propterea verè dici poſſit(q̃ exceptio in caſu excepto detrahit de generali,ſiue vniuerſali diſpoſitione,& (ſicut Doct.dicunt) illam viciat,& contra in caſibus remanentibus,& non exceptis illam confirmat. Regulam
71 verò per exceptionem aſſero nec viciari † nec confirmari,neque contingere exceptionem eſſe de regula. & ſi diſcurramus illa eadem,per quæ Doct.conati ſunt opinionem ſuam adſtruere, ex illis hoc quod dico verum eſſe apparebit.

¶Ad comprobandum, q̃ exceptio in caſib. non exceptis firmat regulã,adducũt leges, quæ de regula nequaquã loquuntur, ſed de generali,vniuerſalive diſpoſitione,vt ſunt.l.nam qđ liquidæ.§ vlt.ff.de penu leg.& l.quæſitum.§ denique ff.de fund. inſtr. cũ multis alijs congeſtis per gl.in d.§.deniq;. in quibus nulla omnino eſt mẽtio regulæ neq; exceptionis factæ de regula, ideſt de vniuerſitate rerũ (iuxta ſuperius dicta) vna & eadem iuris cauſa ſiue rõne coniunctarũ,ſed duntaxat de gñalibus, ſiue vniuerſalibus diſpoſitionibus,non per cauſæ,vel rõnis cõiũctionem: ſed ſolũmodo ex ſui natura,& ipſo vocabuli ſignificatu, ſpecies plures,aut rerum diuerſarũ multitudinem vniuerſam comprehendentibus,veluti in d.l.nam quod liquidæ. §.vlt. cum legata eſſet pœnus præter vinum, quis dubitare poteſt, quin ſub gñe pęnus veniret & vinum,niſi fuiſſet exceptum?ergo illo dumtaxat excepto rationabile eſt,vt reliquę omnes ſpecies ſub legato comprehendantur,ſed hoc nihil habet commune cum regula, ſimiliter & de alijs ad id allegatis omnibus dici poteſt.

¶Ad comprobãdum autem, q̃ exceptio ſit & debeat eſſe de regula,adducunt.l.ſemper ſpecialia generalibus inſunt,de regul. iur.& §.vt autẽ.in auct.de non alien.quæ magis confirmant hoc quod dico:cũ apertè loquantur de generali ſiue vniuerſali diſpoſitione,nulla habita mentione regulæ,neq; cauſæ coniũctionis, per quam regula conſtituitur,& ne ſim prolixior eodem modo ſe habent ea,quę adducũtur ad comprobandum,q̃ exceptio reſtringat & declaret regulam:vt ſic abſolute verũ eſſe appareat legem non probari,q̃ regula habeat,ſeu patiatur exceptionẽ,& conſequenter q̃ exceptio facta de regula habeat qualitates, & pariat effectus per Doct.conſideratos: ſed bene probari, q̃ ea contingant in generali vniuerſalive diſpoſitione, atq; in illis ex hominis duntaxat volũtate non re ipſa. Vnus tantũmodo ſcrupulus videtur remanere,quia illud,Quòd exceptio vitiet regulã, ſicq; q̃ regula patiatur exceptionem, videtur aperte probari in d.l.1. ff.de reg.iur.ibi,quæ ſimul cum in aliquo viciata eſt, perdit officiũ ſuum.& ff.de legi.l.in his quæ cõtra rõnem iuris recepta ſũt, non poſſumus ſequi regulam iuris.Qui quidem planius ſcrupulus remouebitur.ſi prius viderimus, cuiuſmodi cauſæ cõitas &
72 coniũctio in regulæ conſtitutione requiratur:ea autem † eſſe debet immediata,& quæ affectioni propoſitæ adæquetur, & cum ea conuertatur. Nam (vt Ariſtotelis vtar exemplo) ſiquis interrogatus,cur homo reſpiret?reſpondeat: quia eſt animal,id non erit ſcire per cauſam immediatã,& propoſitæ affectioni adęquatam,cũ multa ſint animata quæ nõ reſpirant,vt arbores,vermes, & alia quædã: propria aũt reſpirationis cã hñe pulmonẽ: quamobrem ubi ſciero hoĩem reſpirare,quia hẽt pulmonem,tũc ſciero ſimp̃r & p̃ cauſam propriã, & propoſitæ affectioni adęquatam, qñquidem alia quoq; oĩa pulmonem habẽtia animalia reſpirant,illo aũt carentia nõ reſpirant. Ita & Anacharſis(eodem Ariſtotele auctore) cum percunctanti cuidã,cur in Scythia muſici non eſſent?rñdiſſet:quia Scythia vites nõ ferret,cauſam reddidit remotiſſimam.Nam proxima huius quæſiti (ſm Anacharſidem) cauſa erat q̃ Scythæ ebrij non fierent: cauſa item huius quia vinum non haberent: huius denique quia vitibus carerent, tale eſſet,ſiquis interrogatus cur pluit? Dei voluntate id fieri rñderet:quemadmodum Heſiodus ĩ interrogatis muſis, cur hominum pars hæc ſine nomine vitam ducat, & illius cur fama æterna p̃ altum,euolet?reſponſum ponit.Iouis magni cõſilio.Et Enniana illa mulier,apud Quintilianum lib.5.cap.10. & apud Ciceronem lib.2.ad Herennium. cauſam quamobrem eius hera Medea erraret animo egra amore fæuo ſaucia; longe remotam alieniſſimamq́; ponit: quia in nemore Pelio cęſæ fuerant abiegnæ trabes,ex quibus compacta erat nauis Argo,qua uecti Argiui ſecũ illam abduxerant.In hac ſpecie reprehenſus eſt Plato ab Ariſtotele Poli.li.5.c.vlt.vbi inquit.In Republica verò Platonis Socrates de mutationibus loquitur,nec tñ rectè: illius enim Reip. quæ eſt optima atq; prima,mutatio nulla propria aſſignatur.Inquit enim cãm eſſe mutationis:quia ſic natura comparatũ ſit, ut nihil permaneat,ſed ĩ ambitu quodam tpis mutationẽ recipiat, & inferius dicit.Sed hęc qũo propria mutatio eſſet illius Reipublicæ,quam optimam eſſe dicit,magis quàm aliarum omnium, & vniuerſorum quæ fiunt ẽt in tempore? atq; vt exemplum aliquod ex ijs, quæ facile imperitis imponere ſunt apta, de noſtris
73 quoq; adponatur.Si quis interrogatus,an vſus † effectusq́; priuilegij petendæ reſtitutionis in integrum trãſeat ad hæredem minoris?affirmatiuè rñdeat,cauſamq́; reddat ex regula,quæ habet.hę redẽ eiuſdem poteſtatis iurisq́; eſſe, cuius fuit defunctus. l.hęredẽ.ff.de reg.iur.is imperitis fortaſſe ſatisfaceret,ſufficienter tamẽ nõ rñderet,quoniam,neq; propinquam, neq; propriam cauſam redderet.Non enim oẽ priuilegium tranſitorium eſt ad hæredẽ, ſicut nec in exẽplo Ariſtotelis oẽ animatum reſpirat. Præterea propria & immediata dicti priuilegij cauſa eſt ipſa læſio,non aũt ſola minoris p̃ſona ſine læſione.l.verum.§.ſciendũ,& l.non oĩa. ff.de mino.Sieq́ue priuilegium illud,cum ſit rei magis, quàm p̃ſonę cõſideratione datũ ad hæredes tranſit, per alteram regulã iuris,quę habet,q̃ cum priuilegia quædam cauſæ ſint, quædam perſonæ;ideo quędam ad hęredes tranſmittũtur,quę cauſę ſunt, quę p̃ſonę ſunt ad hęredes non trãſeunt,& huius (quantum attinet ad realia) cauſa eſt iam dicta,quia hęres eſt eiuſdẽ poteſtatis, iurisq́; cuius fuit defunctus,vt ſic appareat,quàm remota ſit hęc cauſa ab affirmatiua reſponſione,facta ad quęſitum prędictum. Quod ſi quis ad primum interrogatum reſponderet non tranſmitti id priuilegium ad hęredem, quaſi perſonę minoris cõceſſum propter regulam, quòd vbi perſonę conditio locum facit beneficio,ibi ea deficiente beneficium quoque deficit. l.in omnibus cauſis.ff.de regu.iur.c.priuilegium.eodem titu.libro ſexto, ex antedictis apparet, quòd ea reddita eſſet cauſa omnino falſa. hęc autem colliguntur ex Commento Dini in dicto cap.priuilegium,qui pro ſimili ponit etiam exemplum beneficij Velleiani Sena.conſ.quod fęminis lęſis fuit conceſſum, cum diuerſum ius ſit in priuilegio,quod habet maritus in reſtitutione dotis,vt non condemnetur niſi in quantum facere poteſt, & in alijs ibi p̃ glo. & Din.poſitis, quę vt ſunt ſimpliciter perſonalia, perſonam ſequuntur,& cum ea finem habent. Item ſiquis interrogatus † an
74 rei ſacrę,vel liberi hominis facta promiſſio mereatur exequutionem,ſi contingat rem illam ſacram profanari, & liberum illum hominem ſeruum fieri, negatiuè reſpondeat & cauſam addat, quia earum rerum nullum eſt commercium, nulla obligatio,is impropriè reſpondebit: quęſtio enim propoſita eſt propter id quod accidit,rem illam ſacram profanatam,& liberum hoĩem ſeruum effectum eſſe,cuius vt negatiuè reſpondeatur, propria cauſa eſt,quia non firmatur tractu temporis id, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.l quod initio. ff.de regu. iur. cap.non firmatur.eodem titu.lib.6. huius autem illa, quòd talium rerum obligatio ab initio eſt nulla: & contra,ſi affirmatiuè reſponderet,& pro cauſa adderet:quoniam multa reperiuntur in iure ab initio inualida,quę ſuperueniente cauſa cõfirmantur,vt patet ex multis deductis per Dinum in dicto capit.non firmatur. & per alios in dicta l.quod initio: Is improprium,& longè à propoſito alienam afferret cauſam, quoniam propoſita quęſtio eſt propter ſolum temporis curſum: dicta verò cauſa temporis curſui addit factum confirmans. Poſſent his ſimilia exempla multa figurari,veluti ex l.ſi maritus. C.de donatio.inter vir.& vxor. l.cui fundus legatus.ff.de condi.& demonſt. l.miles. §.quę propter impuberem.& l.mariti per quęſtum.verſ.quòd ſi patiatur.ff.de adulte. l.ſi qua pęna. & l.in lege cenſoria.de verborum ſignificatio.l. ſed & partus.§.Iulianus.l.ſi cum exceptione. & l.metum autem. §.ſed licet vim. ff.quod met.cauſ.l.prima.§.hoc interdictum de ciſterna.ff.de fonte. l.peregre.§.vltimo, & l.generaliter. §. nihil commune.

Source : BIU Cujas

commune. ff. de acquirend. possessio. & l. secunda. §. separata est causa. ff. pro empt. & alijs penè innumerabilibus locis, ex quibus probatur, nihil efficere causam, quæ non sit immediata, ac propria, & adæquata propositæ affectioni, seu qualitati. Sed quoniam ad probandum id, quod propositum est, superius figurata sufficere videntur, & vnusquisque cætera ex prædictis considerare suo modo poterit, & inferius alia pleraque ad hunc finem tendentia dicenda erunt, ad præsens finem faciemus.

¶Ex dictis autem planè colligitur in coniungendis causis, ac per illas constituendis regulis, & præceptis decidendisque litibus falli nos posse, si causa ponatur vel omnino falsa, vel minus propria, vel non propinqua: & si bene considerentur omnes omnibus regulis per Doctores datæ exceptiones † quas plerique fallentias, & limitationes appellant (absit à me arrogantiæ suspitio) inuenietur eas nihil aliud facere, nisi quòd declarando vniuscuiusque regulæ veram & immediatam causam, & præterea verborum significatum, relinquunt illius dispositionem ad propriæ causæ limites restrictam: separatis casibus, qui quòd alias (iuxta prædicta) causas habeant, & tamen cum causa regulę cognationem habere videantur, studiosos fallere possent. Itaque regulę virtus propterea non diminuitur, neque vitiatur in se ipsa, sed declaratur. Et quoniam per eam declarationem separantur casus externi, qui videri nonnulli potuissent, sub illius causæ ambitu, & sub verborum regulę significatu comprehendi; & studiosos fallere: non omnino ab re dictę sunt illę fallentię & limitationes, quæ fallentię cum nulla magis, quàm identitatis ac similitudinis specie decipiant: ideo rectè dictum esse puto, id solum esse iurisperitorum instrumentum, rerum causarumq; comparationem, concurrente in hanc sententiam Platone, qui in Sophista ita inquit. Eum qui à deceptione tutus viuere debet, à similitudine summopere cauere oportet. lubricum porrò & occultum hoc genus, quod etiam sensisse videtur Vlpianus, dum dixit. Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: rarum est enim, vt non subuerti possit. & clarius Quintilianus qui lib. secundo, cap. 13. dixit. Nemo autem à me exigat id præceptorum genus, quod est à plerisque scriptoribus artium traditum, vt quasi quasdam leges immutabili necessitate constrictas studiosis dicendi feram addens inferius. Propter quę mihi semper moris fuit, quàm minimè alligare me ad præcepta, quę catholica vocant, idest (vt dicamus, quomodo possumus) vniuersalia vel perpetualia: rarò enim reperitur hoc genus: vt non labefactari parte aliqua ac subuerti possit. Et hæc ratio reddi potest eius, quod ex Felyno superius dictum est. Docti, & verè iurisperiti non esse, vt consultoribus per generales duntaxat regulas & præcepta, responsa tradat, atque hoc ita esse vt dixi inferius, vbi de identitatis & similitudinis cognitione agemus, dilucidius apparebit. Cum autem ex dictis appareat re ipsa regulam non posse per exceptionem dismembrari, vt simul eadem regula, idest illius causæ coniunctio remaneat, sicut neque domus remoto tecto apta erit protegere habitantes ab æstu, frigore, &c. nisi ego fallor, sublatus est propositus scrupulus de dicta l. prima, de regu. iur. & l. in his. de legi. Nam si natura est (prout est) impossibile, de regula (vt remaneat regula) facere exceptionem, leges illæ non possunt de tali exceptione intelligi, neque his quę diximus obstare, neque ex illarum verbis colligi po-
76 test eorum auctores ita intellexisse: dicit † enim Paulus in dicta l. prima, quòd regula simul cum in aliquo viciata est, perdit officium suum: sed vitiatam esse regulam, ac eam perdere officium suum, id non est pati exceptionem, quod licèt ex verbis ipsis sit clarum, adhuc exemplo ex Diui Thomę prima quæst. 22. arg. 2. mutuato, clarius ostendetur. Nemo negabit, regulam hanc ex rerum natura esse veram. Omne aridum combustibile supposito igne comburi. ponamus ignem suppositum esse lignis aridis: certè secundùm regulam ligna comburentur: sed si accidat, aqua forte superiecta, combustionem impediri, sicq; ignem viciatum perdere officium suum, dicemus ne illam regulam. Quodcumque aridum supposito igne comburi, pati exceptionem hanc, nisi fuerit aqua superfusa? & quòd hæc exceptio etiã sit de genere ipsius regulæ? nemo doctus (vt puto) hoc dicet: ita & illa per quę regula iuris viciata perdit officium suum, dici non possunt esse de regula, neq; exceptiones regulę. Duplici autem
77 † via tale vicium videtur posse cõtingere, interdum verè, interdum apparenter, verè vbi per malitiam, seu per errorem, aut per vim quicquam priuatim, vel publicè cõtra iuris regulam decernatur: vt contigit cum C. Marius filius ante annos legitimos per vim Consul creatus est, & cum Cornelius Cinna consul occiso 79
Cn. Octauio collega contra formam legis continuato magistratu citra vlla comitia cum C. Mario patre consulem se ipsum in sequentem annum renuntiauit. Quod est simile dicto exemplo aquæ igni superfusæ: & vtinam nõ multa indies apparerent vndiq; similium viciorum exempla legum iniuste à Principibus priuati interdum commodi potius, quàm publicæ vtilitatis causa latarum, priuilegiaque, & legum (quas dispensationes vulgò dicimus) dissolutiones, quę passim nulla habita causæ cognitio-
80 ne conceduntur. Apparenter autem cõtingit vitium, vbi vnus, plures vel legibus, aut canonibus soluuntur, dispensanturque, vt contra legum & canonum decreta quidlibet facere possint, non tamen pro libito principum, sed ratione, vtilioriq; causa id suadente. Vt P. Scipio Aemilianus cum Aedilitatẽ peteret, Consul à Populo dictus est: sed quoniam decem annis iunior erat, quàm vt eum consulem fieri liceret, legibus solutus, & Consul creatus, Carthaginem debellauit. Et iterum cum vicio Ducum bellum Numantinum non sine publico pudore duraret, delatus vltrò est eidem Scipioni ab Senatu Populoq; Romano consulatus, quem cum ille capere, ob legem, quæ vetabat quenquã intra decem annos iterum Consulem fieri licere, minimè vellet: sicuti priore cõsulatu legibus est solutus, & Numantiam deleuit, huius generis est, quod apud Virgil. lib. 9. inquit Ascanius;

Si verò capere Italiam, sceptrisq; potiri
Contingerit victori & præde ducere sortem,
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus: ipsum illum clypeum, cristasq; rubentes,
Excipiam sorti, iam nunc tua prę mia Nisę.

Talia quoq; sunt, de restitutione in integrum minorum, & simi lia iura singularia passim in iure nostro contra cõiores iuris regu las constituta: & de his intellexit Iulian. in d. l. in his. Ideo autem dixi hoc apparenter contingere, quia regula re vera per talia nõ viciatur, qñquidem ea aliam habeant causam, à causa regulæ separatam, atq; illam superiorẽ, & à primis legum & iustitiæ principijs dependentem: licq; sub regula, & eius causa non includantur, licèt primo aspectu minus subtiliter intuentibus includi videantur, quod figura tale quid esse videtur, quale per alterũ, ab eodẽ Diuo Thoma loco superius citato sumptum exemplũ significatur. Nemo negat, cõisq; est oĩum opinio, †q quæ hoĩbus
78 aliud agentibus præter eorũ intentionem eueniũt, ea casu & fortuito dicantur euenisse. ponamus herũ quempiã data opa diuersis itinerib. duos pluresve seruos eius rei insçios ad certũ locum misisse, illosq; sibi inuicẽ occurrere. certe ipsi serui, simul & alij heri propositũ ignorantes putabũt, & dicent occursum illũ esse fortuitũ, cũ tamen vere non sit fortuitus, sed ab hero designatus, & præscitus: sicq; ab alia quã fortunæ casusve causa proueniẽs. eodẽ pacto cõtingit in ijs, quę cõtra rõnem scripti alicuius iuris iustè recepta sunt: in quib. licèt non possimus illius iuris regulã sequi, aliam tñ habent superiorem cãm, & rationem, quamobrem salua remanente regula iuris, ipsa quoq; iusta sunt. Quapro pter in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliã. dixit Iulianus. Multa iure ciuili contra rationem disputandi, pro vtilitate communi recepta esse. & Papa Gelasius, cũ necessitate tpis videret Italicam ecclesiam propter belli, famisque incursionem ferè omnium clericorum ministerio destitutam, adeo vt plerisq; populis subsidia regendarum deessent animarum in c. 1. lv. dist. priscis, pro sua reuerentia, manentibus institutis, quæ vbi nulla rerum, vel temporum viget necessitas, regulariter conuenit custodiri, concessit de monachis vel de laicis clericos assumi. Et Leo Quartus 1. q. 7. c. requiritis. rigor (inquit) disciplinæ quandoque relaxatur ex dispensatione misericordiæ: multorum enim crimina sunt damnabilia, quæ tamen ecclesia tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, siue vtilitatis, & pro euentu rei, cui consentit Maldense concilium ea. q. cap. tali dicens. Raptarum virginum coniugio generatos ecclesiasticis ordinibus non applicari, nisi fortè eos maxima ecclesiæ vtilitas, uel necessitas postulet, vel euidens meritorum prærogatiua commendet, cui conforme est alterum dicti Gelasij capitulum. & si illa. ead. q. Vrbanus verò. 56. dist. dicit. Cenomanensem electum pro eo, cp filius sacerdotis dicitur (si ceteræ virtutes in eum conueniunt) non reijcimus, sed suffragantibus meritis eum patienter susçipimus, non tamen, vt hoc pro regula in posterum assumatur, sed ad tempus ecclesiæ periculo consulitur. & Leo d. q. 7. c. exigunt. Laicis, qui contra decreta canonum erant ad Episcopatum promoti, susceptum officium tenere permittens. addit. Non præiudicantes Apostolicæ sedis statutis, nec beatorum patrum regulas soluentes, quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi: ponit etiam hæc Azo in summa tit. de regul. iur. & paucioribus verbis omnia comprehensa sunt à Paulo in titulo de legibus dicente; Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate cõstituentiũ introductum est. Ex quibus (vt puto) intelligi potest verum esse, vt dixi, propterea quòd interdum contingat, aliquid contra regulam iuris recipi, & regulam eo casu perdere officium suum, non sequi, quòd regula patiatur talem exceptionem, aut quòd
79 ea exceptio sit de genere, vel de natura regulæ. A quo † autem fonte emanet causa & ratio eorum, quæ licèt contra iuris regulas, iustè tamen recipiuntur: & quia non est hic aptus dicendi locus, & copiosè dictum est, vbi de principijs legũ tractauimus, siquis intelligere cupiet, inde petat. Hactenus hæc dicta sint pro eo quod attinet ad limitationes regularum, quæ fiunt declarando causas illarum proprias. Restat altera pars de ijs, quæ accidũt ex declaratione verborum cauillosis argumentationibus impli
80 citorum. Iulianus † in l. natura. de verbo. signif. repetita in l. ea est.

Source : BIU Cujas

de regu. iur. dicit, eam esse naturam cauillationis, quam Græci sophisma appellant, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt, perducatur. Quod simul, & illud quod dicere soleo, difficultatem omnem in iurisperitia ex falsis similitudinibus prouenire, doctè & eleganter in d. l. ea est. declarans Accursius exponit, quòd ea cauillatio, idest deceptoria argumentatio contingit per mutationem terminorum dissimiliter acceptorum, vt in hoc exemplo. Res diuinæ in nullius bonis sunt: at ꝙ in nullius bonis est, conceditur occupanti, ergo res diuinæ conceduntur occupanti, quod est falsum, & deceptio contingit ex eo, ꝙ medius terminus, idest dictio nullius, dissimiliter accipitur: cum in propositione ad hominẽ tantum referatur, in assumptione ad hominem pariter, & ad Deũ. Res enim diuinæ in nullius, scilicet hominis, bonis sunt: sunt tamen in bonis Dei constitutione hominum. Vnde apparet, quã rationem habeat limitatio data per ipsum Accursium in l. 1. ff. de rer. diuis. & Dyn. & alios in rub. de reg. iur. lib. 6. illi regulę, quę habetur in §. ferè instit. de rer. diuis. Quod ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, videlicet ꝙ regula fallat in libero homine, in rebus sacris, & similibus, quæ in nullius bonis sunt: ea enim non est exceptio de regula, sed exclusio cauillationis prædictæ, quæ apta esset studiosum fallere, subiungit in d. l. ea est. alterum exemplum Accursius. Fructus rei est pignori dare licere: sed omnis fructus rei pertinet ad fructuariũ: ergo fructuario licet pignori dare, ꝙ est falsum, & deceptio est, quia vocabulum fructus, ī propositione ponitur pro quadam commoditate extrinseca, in assumptione ponitur pro vtilitate, quæ prouenit
81 ex re ipsa. Et quoniam ad propositum effectum † vitãdi deceptiones huiusmodi ex falsis similitudinibus oriri solitas, multum confert: locum integrum ex Phędro Platonis inferere hic operæprecium esse duxi, est autem talis. Socrates. Enimuero Eleatẽ Palamedem artificio suo efficere solitum accepimus, ut eadem audientibus similia & dissimilia, unũ & multa, manẽtia & fluentia uiderentur. Phedr. maxime. Soc. facultas ergo cõtradictoria non in iudiciis solum & cõcionibus, verum etiam in omnibus, vt apparet, quæ dicuntur (quandoquidem vna quædam ars est) versatur, qua quis poterit omnia omnibus, quæ possunt, & quibus possunt similia fingere, & alio similia isto oculente in lucem educere. Ph. Quonam pacto id ais? Soc. hoc equidem: num deceptio in his quæ multum, an quæ parum differunt accidit? Ph. in his quæ parum. Soc. Atqui si paulatim transieris, latebis magis, dum ad contrarium venies, quàm si subito transilieris? Ph. quid ni? Soc. oportet igitur eum quicunque decepturus sit alium, ipse minime decipiẽdus, similitudinem & dissimilitudinem rerum exquisitè dignoscere. Ph. necessariũ est. Soc. Nunquid igitur singulorum veritatis insçius poterit eius, quod ignorat similitudinem in vniuersis paruam, aut magnam diiudicare? Ph. impossibile id quidem. Soc. ergo illos qui præter rerum naturã opinantur falsiq; sunt, constat propter similitudines aliquas sic esse affectos. hæc Plato.

82 ¶ Constat igitur † omnes regulatum iuris limitationes à duobus iam dictis capitib. descendere: declaratione uidelicet significatus verborum, & assignatione propriæ causæ. Et restat vt super tractatu regularum digressione facta, iam latius euagati, re-
83 uertamur ad id quod propositum erat. ostendamusq; unum † & idem esse omnib. iurisperitis, & qui iudicant, & qui causas agũt commune instrumentum, quod est eiusdem & diuersi, ac similium dissimiliumque per comparationem cognitio. Quod paucis indiget, ut probetur: cùm noti vulgatique iuris sit, in iudicio non exaudiri, qui non afferat pro se legem, aut aliud, quod obtineat vim legis. §. consideremus. in auc. de trien. & semis. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. l. feruum. §. non dixit prætor. de acqui. hæred. l. dissentientis. C. de repud §. cum igitur. in auct. de non elig. secun. nub. c. is qui. de sent. excom. lib. 6. quapropter Bal. in ca. nihil. circa fi. de elec. dixit. Quod lege non cauetur, in practica non habetur. & Archid. in c. nolite timere. 11. q. 3. vbi id probari affirmat, ait, ꝙ non tenemur credere alicui etiam magno uiro, nisi dictum suum probet per authenticam scripturam. dixi, aut aliud quod vim legis obtineat, propter consuetudines, statuta locorũ, priuilegia & similia: ac etiam propter naturalem rationem, quę tametsi nullibi appareat scripta, uim legis obtinet: adeò ut idem Bal in rub. ff. de rer. diuis. circa finem dicat. Quærere rationem uel legem, ubi naturaliter sentimus, est infirmitas intellectus: est verò ad hoc tex. in l. cum ratio. ff. de bonis damna. in l. scire oport. §. sufficit. ff. de exc. tut. in c. vlt. ex. de transac. & in Clem. 1. in prin. de elec. Sed euitandę prolixitatis gratia, deinceps legis duntaxat mentionem faciam, idem nihilominus intellecturus de iis quæ habent vim legis. Hoc igitur posito, ꝙ quicquid intendamus dicamusque in iudicio, sit lege confirmandum: eaque confirmatio non possit contingere nisi citata lex conueniat cum specie facti propositi, succedit consequentia, ꝙ omnis nostra propositio confirmanda sit per identitatem, aut similitudinem legis, aut eius quod legis vicem teneat. Illud verò ꝙ citata lex conuenire debeat cum specie facti propositi, quamuis apud nos indubitabile esse videatur, tamen siquis adhuc dubitet, planè demõstratur hoc pacto. Quamuis plures sint iudicialium causarum status, & cõstitutiones, quas olim & nos latè declarauimus in eo libello,
84 cui tituius est. De exceptionibus, omnes tamen † in sui propositione prædicati loco expresse vel tacitè habent iustum, vel iniustum. Qui enim accusat aliquem, vt ille pęna afficiatur, id proponit, quoniam fecit aliquid iniustum: & qui petit debitũ, vel prę-mium, id proponit quod dari sit iustum. Contra, qui defendit, vtriusque oppositum probare nititur, nec aliud præterea in iudicijs disceptatur. Quod autem proposita facti species iusta sit, vel iniusta, ex eo solo, quod proponitur, & est in controuersia, probari non potest: sed opus est, vt aliqua lex proferatur, per quam probetur id esse tale, quemadmodum siquis ostensam lineam (exempli gratia) decem cubitorum, & frumenti cumulum, decem modiorum esse dicat: fidem non faciet, nisi cubitali mensura, & modio prolatis, vtriusque mensuræ, cum proposita linea frumẽtique illo cumulo comparationem fecerit: leges enim dudum antea generalibus verbis, & de futuris negociis cõpositæ, describere non possunt factum, de quo nũc est controuersia: ideo relinquitur esse necessarium, vt litigatores id quod proponũt, ita iustum iniustũve esse dicant, aut negent, sicut est iustũ iniustumve in illa, uel illa lege descriptum. quod nihil aliud est, quàm species quædam quæstionis quærentis de magnitudine rei & mensura, quasi diceret, accusator, factum cuius pęnam expetit, esse tam magnæ iniustitiæ, quantæ est factum in illa lege descriptum, & ea pęna signatum, & actor rem petitam sibi dari tam iustum esse, quàm iustum est, eam rem dari, quæ per illam legem dari debere sancitur: & quasi, è contra defensor negaret factum in accusatione propositum ita iustum, & rem petitam petitori dari, ita iustum esse, sicut illis legibus iustum iniustumq; describitur. Vt sic dici possit vniuersaliter, ꝙ iudicialis disceptatio
85 † ferè omnis nihil aliud sit, quàm comparatio quædam rerum & causarum. Quod more suo doctissimè significat Arist. lib. Eth. 5. cap. 4. ubi colligit ius, & æquum pluris & paucioris esse medium proportione arithmetica: & iudicem medium, seu mediatorem, ad quem cum altercantur homines, confugiunt, vt ille altercationem eorum ad æqualitãtem redigat, & Politicorum libro 3. cap. vlt. vbi ait manifestum esse quod iustum quærentes medium quærunt.

SVMMARIVM.

1 *Exercitatio omnis imperitorum in sola rerum, causarumq; comparatione consistit.*

2 *Artes omnes, quæ maiorem exigunt exercitationis vsum, naturaliter cognitu sunt faciliores.*

3 *Leges qui ex libris didicerint, Item vulgares, qui ex suo ingenio iusti, & iniusti intelligentiam profitentur, citra exercitationem, non erunt periti artifices.*

4 *Iurisperitia pars quædam prudentiæ, circa quæ versetur, & quo instrumento comparanda.*

5 *Iurisperitus debet accuratè, & celeriter, quæ inter se similia, & dissimilia sint, deprehendere.*

6 *Aliquis ab alio ad aliud transgrediens: quando vera dicat, & quãdo non.*

7 *In scientijs actiuis vniuersalium comprobatio ex particularibus sumitur.*

8 *Imperitos nonnullos peritis quandoque auctosiores esse, & in reliquis eos, qui sunt periti: vnde fiat.*

9 *Prudentia est actiua, & quæ secum rationem, & experientiam quærit.*

10 *Aliquem plures artes bene exercere posse quodammodo impossibile, & unde verisimiliter proueniat.*

11 *Prouerbia, Quam quisque nouit artem, in ea se exerceat, & alia congesta, vnde inualuerint.*

12 *Identitas, & diuersitas. Similitudo, & dissimilitudo, in hoc tractatu sunt quasi materia. Comparatio verò quasi instrumentum.*

13 *Comparatio in omnibus iudicijs vnde sumenda: & quis eam rectè facere possit.*

14 *In præparatione ad institutiones iuris ciuilis, dum declarauit author, qualis esset vniuscuiusque illius operis tractatus, tum dispositio, via, ratioq; instituendi ab Imperatore obseruata: quid significare voluerit.*

15 *Aliqua, quæ vna ratione dicuntur eadem, alia dici poterunt similia: idem in diuersis, differentibus, & relatiuis procedit.*

16 *Relatiua quæ sint, & an magis, & minus suscipiant.*

17 *Similitudo communiter, vel extra prædicamentum qualitatis dicta in quibus sit efficax, vel non.*

18 *Similitudinum quæ in collatione causæ ponenda sit.*

19 *Iudiciorum finis quis sit.*

20 *Qualitatibus inter se ineſt repugnantia: & magis, ac minus recipiunt.*

21 *Similitudo quæ requiratur in hoc tractatu, et in eo vnde ex similitudine argumentum sumitur qualis esse debeat.*

22 *Certius debet esse id, quod rem confirmat, quàm res confirmata.*

23 *Similitudinis, & identitatis inquisitio in quibus prosit.*

25 *Comparatio in hoc tractatu cuiusmodi sit, et quòd non est locus, sed methodus quædam per se.*

26 *Affectio, siue Qualitas eiusdem, aut similis habitudinis & rationis, quid sit.*

27 *A iurisp-*

Source : BIU Cujas

27 *A iurisperitis pro actore & reo, qui voce in iudicijs causas agunt, & qui de scripto consilia tradunt, quæ ratio sit habenda.*
28 *Diuersis legibus positis docet, quo pacto ad quæsita circa illas sit respondendum.*
29 *Institutio simpliciter dicta est genus supremum: & quando sit genus subalternum: & quæ sint eius species, & indiuidua.*
30 *Similitudo magis propinquitatem significat, quàm identitatem: & alia huiusmodi, quæ notant doct. in l. qui liberis. ff. de vulg. & pup. quomodo sit intelligenda.*
31 *Pluralitas rerum existens ad sensum nota non recipit dubitationem.*
32 *Genere, & specie, vt aliqua eadem dici possint, quæ requirantur.*
33 *Specie quæ differant, licèt genere supremo, & subalterno sint eadem.*
34 *Similitudo falsa, generisq; anceps acceptio; quot modis possit nos decipere.*
35 *Interroganti, qua ratione, in venditione idem iuris est quod in locatione, ut emptio rei suæ consistere non possit, quomodo respondendum sit.*
36 *Genera omnia, & species propria nomina non habere contingit.*
37 *Actuum quorumcunque, qui depositi sint ad res nostrum singulis acquirendas, summa diuisio quæ sit.*
38 *Genus supremum, subalternum, & species in seruitutibus quæ sint.*
39 *Vsucapionem ad perficiendam quæ requirantur, & quæ genera, & species possessionis constituendæ sint.*
40 *Possessio carens titulo, & bona fide quomodo appellabitur.*
41 *L. ij. & l. si ancillam. ff. pro suo, cum alijs similibus declaratio.*
42 *In similitudinibus, & dissimilitudinibus tradendis Iureconsulti uitiquv quandoq; à iunioribus reprehensi sunt.*
43 *Formæ mutatio rerum ex stipulatione debitarum est genus, & quæ sint eius species.*
44 *Experientia tota peritia iuris in exemplis discernendis consistit.*
45 *Vlpianus, post Offilium asserens, frumenti aceruum, vini dolium, & hominem contrectari, esse similia, ab authore nouiter reprehenditur.*
46 *Auris hominis, & poculi ansæ contrectatio, bene inuicem comparantur ab Vlpiano.*
47 *Arg. non persistit ex sola speciei, generisve identitate, nisi conueniat etiam rationis communitas: & reprehenduntur, qui in iure voluerunt valere arg. à tali re, ad talem rem, ut à contractu, ad vltimam voluntatem cum similibus, & quo modo subijcit exempla.*
48 *Casuum, in quibus ratio sit eadem, est impossibilis enumeratio propter eorum multitudinem.*
49 *Generum, specierumq; exacta cognitio quibus conferat.*
50 *Iurisconsulti quibus in casibus posuerunt in ipsorum responsis rationem, & quibus non.*
51 *Genere, & numero, vel specie quæ sunt eadem, intelliguntur eadem iuris ratione, & istorum effectus.*
52 *Ratione eadem esse aliqua, duobus modis contingit, & quo pacto hi diuersi sint.*
53 *Rationis identitatem, aut similitudinem, probandi onus incumbit allegan ti, & multa exempla eorum, quæ non sunt eadem genere, specie, & numero, sed ratione tantum.*
54 *Iustum quid sit.*
55 *Lex quid sit.*
56 *Simile iusto quod sit.*
57 *Parum expertus facile falli poterit in discernendis exemplis, quæ eadem, vel simili ratione decidantur.*
58 *Iurisperitus qui esse cupit, in qua re plurimum se exercere debeat.*
59 *Causa eadem, vt dici possit, quæ requirantur exempla.*
60 *Actio exercitoria quando locum habeat.*
61 *Actio institoria quando locum habeat.*
62 *Similitudo vt bona sit, quæ secum requirat.*
63 *Similitudo bona est difficilis cognitu, & inuentu, in ea cognoscenda nobilior artis portio versatur.*
64 *Identitas vtraque, & similitudo rationis, vnde proueniant.*
65 *Regula simplicissima absque aliqua limitatione est. Quod vbicunque proponitur factum habens eandem rationem cum facto per legem deciso, tunc eadem decisio facienda est. Vbi autem non est eadem, sed similis ratio, aliud statui potest.*
66 *Deceptio doctorum vnde proueniat.*
67 *Ratio legis condendæ quæ fuerit, quando non apparet, quid faciendum.*
68 *Ratio leges, non solùm difficile, verùm plerumque impossibile factu est, vt inueniatur.*
69 *Lex nulla est, quæ sua causa, suaq; ratione careat.*
70 *Legis rationem, etiam in ea non expressam, possibile est inueniri, nisi noster deficiat intellectus: & quomodo inueniatur, quando inuenienti standum sit, & de interpretatione ex identitate rationis.*
71 *Sententia lata contra legem est nulla: & pariter lata contra rationem legis, & quid de lata contra simile legis.*
72 *Lex tanquàm iniusta, & sine ratione posita reprehendi non debet.*
73 *Stat. quo cautum est, vt stat. secundùm litteram intelligantur, est probabile.*
74 *Legis ratio quando inquiri possit, & quando non.*
75 *Lege prohibita interpretari, si occurrerint casus interpretatione indigentes, quid agendum.*
76 *Legislator vitaturus tyrannidis suspicionẽ, debet rationem legis assignare.*
77 *Ratio in lege quando non est reddita, vel non scripta, aut breuitatis causa resecata, quid agendum.*

Liber Secundus.

HACTENVS quãta sit exercitationis efficacia, quiq; nobis occurrerint præambuli quidã exercitationis modi, exposuimus, & quod omnium iurisperitorum tam qui iudicũ, quàm qui causidicorum officio funguntur, vnum idemq; sit instrumentũ, & quale sit illud (vt puto) probauimus: nũc restat vt eos dicto instrumento primùm armemus, deinde armatos instructosq; in campum deducamus. Nõ ignoro, à doctis plerisq; super significatu similitudinis, collationis, & comparationis, diuersas, adeo prolatas esse sententias, vt vix deliberare possint lectores, quam sit eis in partem eundum: ideoq; illud mihi hoc loco testandum esse censui, quòd (eam quæ de nominibus est concertationem curiosis relinquens) res ipsas proponam, quib. per me licebit, vt quisque suo iure nomina imponat. Illud verò admirari meritò poterit aliquis: si verum est, quod proponimus,
1 omnem iurisperitorum † exercitationem in sola rerum causarumq; comparatione cõsistere, quo pacto fieri possit, vt in vna re sola, per totum vitæ spacium se exercẽtes vix facti senes eiusmodi exercitationis periti euadant? præsertim cum singularum rerum tractatu, habeamus explicitè perspicueq; descriptos, tractemusq; res cognitu minimè difficiles, quippe in quotidiano vitæ vsu consistentes? sed is (vt puto) acquiescet, postquàm consi-
2 derauerit, ita bene factum esse à natura: vt eæ artes † quæ maiorẽ exigunt exercitationis vsum, cognitu sint faciliores. Omnia eñ (exempli gratia) rethoricæ ac musicæ præcepta quilibet mediocris etiam ingenij vir, paucis mensib. cognoscere ac discere poterit: peritus autem musicus & orator non erit, nisi post eiusmodi cognitionem ea in re multis annis se exerceat. Et in ipsa iuris
3 scientia peculiare est, nõ solum quod ex libris † facile & breui disci possit: sed (qui suiipsius est vnicuiq; amor) etiam sine studio iuris scientiæ, plerique sibi videntur esse iurisconsulti, & vulgares etiam homines reperies, qui iusti intelligentiam ex suo ingenio profiteantur: sed neque tales, neque etiam qui ex libris tantũ leges didicerint, citra diuturnam in particularibus causis exercitationem iuris scientię periti artifices erunt, aut verè vnquam dici poterunt, quemadmodum teste Cicerone lib. Officiorũ primo. Nec Medici, nec Imperatores, nec Oratores, quanuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine vsu & exercitatione consequi possunt. Et quemadmodum picturæ studiosis nihil profuerit Michelangeli & Appellis exemplaria cognouisse: nisi & ipsi pingere tentauerint: & longinquum iter aggressurus, nihilomagis ignotarum antea viarũ gnarus erit, eo quòd Ptolomęi tabulas accuratè mensurauerit, quàm qui eas tabulas nunquam viderit: ita & Iuris scientiæ sola cognitio sine exercitatione Iurisperitum nunquam efficiet. Hoc autem ex eo prouenire videtur, quia iuris peritia † pars quædam est prudẽtiæ, versaturq; circa iusti & iniusti considerationem, quæ quoniã non corporeis sensibus, sed solo intellectu facienda est, alius alio fertur:
4 nonnulla enim secundùm similitudinem, vel immutationem eorum, quæ ipsis insunt, ita sibi inuicem respondent, vt in aliquo sint similia, in aliquo dissimilia, oportet autem talia internoscẽtem esse † artificem, vt accuratè simul & celeriter queat deprehẽdere, an inter se similia sint, an dissimilia. Quod paulò post locũ superius citatum declarauit Plato sic dicens. Soc. An cõstat cuique, ꝙ in alijs dum loquimur idem sentimus omnes, in aliis non idem? Ph. Quamuis quod ais intelligere videor, planius tamẽ vt dicas cupio. Soc. quando quis ferri nomen vel argenti pronunciat, idem omnes protinus intelligimus. Ph. prorsus. Soc. quid cũ iusti vel boni nomen? nonne alius aliò fertur, atque cum alijs, & nobiscum ipsi ambigimus? Ph. magnopere. Soc. in alijs ergo consentimus, in alijs dissentimus. Ph. sic est. So. vbi nam facilius falli possumus? & in quibus horum Rhetorica plurium valet? Ph. patet in quibus ambigimus. So. oportet igitur eum qui Rhetoricã sit assequuturus, primum hæc ordine discreuisse, & quæ vtriusq; speciei figuræ sint pcepisse, & vbi maximè falli ambiguitate multitudo potest, & vbi non potest. Ph. præclaram quandam ò Socrates agnosceret speciem, qui cogitatione id caperet. Soc. deinde oportere arbitror, eum nihil latere, cũ ad singula euenerit, sed acutè persentire, id de quo dicturus sit vtrius sit generis. hactenus verba Platonis. Cùm igitur aliquis secundùm simi itudinẽ, aut
6 identitatem ab alio † ad aliud transgredietur, vera dicet: vbi autem secundùm dissimilitudinem, aut diuersitatem, mentietur, multo magis secundùm contrarietatem: & hoc est: quia in actiuis huiusmodi † scientijs vniuersalium comprobatio ex particularibus sumi consueuit, quapropter Arist. lib. ethi. 2. cap. 7. de mediocritate virtutum loquutus, ea verba subiunxit, quæ sunt superius relata, & lib. 6. cap. 1. Quoniam antea dixerat medium esse eligendum, & medium esse, sicut recta ratio præscribit, subiũgit hæc verba; Ac si ita dicamus, verum quidem est, non tamen perspicuum: quippe cum in omnib. alijs studijs circa quæ est scientia,

Source : BIU Cujas

tia, verum sit dicere, neq; amplius, neq; minus esse elaborādum, neq; ociandum, sed mediocriter, atque vt recta ratio præscribit. Nam qui solum hoc habet, nihil amplius cognoscet, verbi causa qualia corpori adhibenda sint: siquis dixerit ea quæ iubet medicina, & sicut is, qui ea est præditus statuit, & ad rem nostrā propinquius eo lib. cap. 6. ait: Adde, ꝙ neq; vniuersalium tātum prudentia est: sed opus est, vt singula etiam cognoscat: est enim actiua, at actio circa particularia versatur. Hinc fit, vt nonnulli etiā
8 † nescientes nōnullis scientibus actuosiores sint & in reliquis illi qui sunt periti: nam siquis leues quidem carnes cognouerit faciles concoctu esse, & salubres: quæ tamen leues sint ignoret, is ꝓfectò sanitatē non efficiet, sed ille efficiet magis, qui auiū carnes
9 esse leues & salubres sciuerit. Prudentia † verò actiua est, quare vel vltra quę (rationem scilicet & experientiam) vel hanc potius habere oportet, cui conforme illud quoq; est, quod lib. 2. cap. 2. dixerat. Quoniam igitur præsens tractatio non est speculationis causa, quemadmodum aliæ (non enim vt cognoscamus quid sit virtus, sed vt boni efficiamur, alioqui nulla eius erit vtilitas) necesse est, vt de actionibus quomodo agendæ sint, consideremus, quippe cum in eis sita vis sit, vt habitus quoq; præditi qualitate quadam reddamur: & elegantissimè (vt semper) Galenus de Placitis Hyppocratis & Platonis lib. 9. ait. Quod igitur semper & dicentem me, & scribentem audis: id in præsentia etiam auditurus es. Generalis methodus citra multorum particularium exercitationem, bonum efficere artificem non potest: id quod in omnibus eiusmodi licèt conspicias, in nonnullis tamē adeo validam obtinet vim vt vniuersalem methodum vno anno solo absolutissimè queas discere: exercitationem verò, nisi per totam vitam fiat, ad artis opera parum proficere. & paulò inferius addit. Itaq; laborandum est in vnaquaq; artis exercitatione circa materias, quarum actiones vitę vtiles expetimus: quamuis enim naturam aliquis vel multo præstantissimam ad quodcunq; opus habeat, exercitationem verò negligat, nullo eorum qui natura destituūtur exercitationis autem cura, & sedulitate vincunt, præstantior erit, & ante ipsum Galenum Thucidides lib. historię suæ primo, sub persona Periclis, ait; Genus artis est, vt quidlibet aliud res nau
10 tica, in qua non oportet succisiuis quibusdam temporibus delicatè versari, sed siquis eius bene peritus esse velit, opus est, vt per totam vitam in ea se exerceat. Arq; hinc verisimile est prouenire, ꝙ complures artes † vnum quempiam bene exercere sit quodammodo impossibile. Eādemq; ob causam Stratonicus cytharedus (vt est apud Athenęum lib. 8.) Regi Ptolomeo secum contentiosius de cytharistica disputāti, adpositè dixisse fertur. Aliud esto Rex sceptrum, aliud plectrum. Et Appelles (teste Plinio lib. 35. c. 10.) Alexandro magno in officina multa imperitè de pictura differenti, comiter suasit silentium, admonens illum rideri à pueris, qui colores terebant, & inualuerunt Prouerbia. Quam
11 quisq; † nouit artem in ea se exerceat. Ne sutor supra crepidam. Tractant fabrilia fabri, & his similia. Ex quibus (nisi ego fallor) probatum est ingenium natura perspicax, atq; illi etiam additā iuris scientiæ præceptorum cognitionem, sine diuturna in particularibus exercitatione, iurisperitū facere non posse. Et quamobrem tam diuturna sit opus exercitatione, cum ipsa scientia breui tempore addiscatur, & eius exercitatio in sola cōsistat rerum causarumq; comparatione, quod ex dicendis quoq; clarius elucescet. Dicendum autem prius est, quarum rerum & causarum in hac exercitatione idētitas & diuersitas, similitudo & dissimilitudo sit discernenda: sed ad dicendorum euidentiam hic quo-
12 que repetendum id, quod superius dictum est. intelligere me in hoc tractatu identitatem † & diuersitatem, similitudinemq; & dissimilitudinem esse quasi materiam, comparationē verò quasi instrumentum, quo mediante diuersarum rerum collatione facta discerni dijudicariq; possit, an eædem, vel similes collatæ cōparataeq; res sint, an verò diuersæ & dissimiles, in quo significatu posuerunt comparationem, Paulus in l. non distinguemus. §. illud. in pri. ff. de recept. arbi. Ibi. sed compromissum illud comparauimus ordinariæ actioni &c. & Papinianus in l. stichū aut Pāphilum. §. si mandato meo. ff. de solutionibus ibi. & ad hoc pertinet tutoris & pupilli debitoris nos feciſſe comparationem. Ad
13 propositę igitur quæstionis resolutionem pono, ꝙ comparatio † in omnibus iudicijs sumēda sit à specie facti, certa aliqua lege descripti, vel ab illius causa, aut simul ab vtraq; : faciendaq; illarum cum controuersi facti specie, vel causa, aut vtrisq;, collatio, quod quia rectè facere nemo poterit, nisi qui omnium legitimorum actuum, instrumentorum, & articulorum iuris, genera, species, differentias, & propria prius ex præceptis artis didicerit, deinde vniuscuiusq; negocij genere, specie, differentijs, & proprijs, ac per ea similibus, dissimilibusq; dignoscēdis se exercuerit: ideo talium rerum exercitationem dico esse opportunā. Illud tamē volo studiosis hic nō esse incognitum, eodem tendere vnumq; in effectu esse omnes illas considerationes, videlicet quæ cōsiderat cuiusq; generis, & speciei propria, & cōmunia: & quę discernit, num eędem an diuersæ, similes, an dissimiles res, quæ comparantur, existant: & quæ speculatur, quid idem in ipsis sit, & quid diuersum: & quæ à primo, & generalissimo genere diuisoria methodo ad ea quæ non amplius diuidi possunt per differentias in medio consistentes descendit: aut contra compositoria ratione à specialissimis quæ multa sunt, ad primum genus ascendit: atq;
14 hęc significare † volui, dum in prępparatione ad institutiones iuris ciuilis declaraui, qualis esset vniuscuiusq; illius operis tractatus tum dispositio, tum via, ratioq; instituendi ab Imp. obseruata. Hoc autem, de quo nunc loquimur, ita vt supra designatum, & verborum compendio inuolutum, latius est explicandū. Premitto autem, ꝙ (quemadmodum ex antea dictis liquere potest)
15 nonnulla; † quæ aliqua ratione dicuntur eadem, alia ratione dici potuerunt similia: itidem, & quæ diuersa, & quæ differentia, & quæ ad aliquid siue relatiua sunt, aliqua ratione dici poterūt esse similia, & dissimilia, quod ipse quoq; Aristoteles sensit: cùm in
16 prædicamento ad aliquid dixit. Ad aliquid sunt † quæcūq; hoc ipsum, quod sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud: vt mons magnus ad alium montē (magnum enim ad aliquid dicitur) & simile alicui simile, & paulo infra. Vidētur autem ea quæ ad aliquid sunt, magis & minus suscipere', simile enim & dissimile magis & minus dicitur, & par & dispar, magis & minus dicitur, cum vtrumq; sit ad aliquid: simile enim alicui simile dicitur, & impar alicui impar; similiter & in alijs prædicamentis communiter dictæ similitudinis, & dissimilitudinis poni exempla possunt: sed quod attinet ad rem nostram, similitu-
17 do † communiter & extra prædicamentum qualitatis dicta, nō
18 erit efficax nisi in cōparanda specie facti: sed in collatione † causæ ponenda est similitudo propria dūtaxat qualitatis. Nam cum
19 iuxta superius dicta, iudicia † non sint aliud quam disputationes quędā de eo, quod ponatur aliquid, aut negetur esse iustum, vel iniustum, sicut est iustum vel iniustum in lege citata descriptū, & cui quod est in controuersia tanquā similes, & pariter aut magis iustum comparetur, aut tanquam dissimile comparandū esse negetur. patet, ꝙ necesse est, eam similitudinem qualitatis dici, cum iustitia, iniustitiaq; sint qualitates, nec cadant sub alio prædicamento, quod (vt cætera omnia) sensit posuitque admirabiliter idem Aristoteles in prędicamento qualitatis, ita inquiens. Est au
20 tem qualitatibus inter ipsas † repugnātia, vt iustitia iniustitiæ cōtraria est, & cādor atrori, itemq; cætera eiusdem generis: eadem est eorum ratio, quæ ex ijs qualia nominātur: veluti iusta iniustis contraria sunt, & nigra cādidis, & paulò inferius addit. Amplius si quod contrarium in qualibus est, alterum etiam in ijs fore, qđ singulatim cæteras cathegorias intuēti perspicere licet, velut. Si iniustitiæ contraria sit iustitia: iustitia autem sit qualitas, & iniustitia qualitas sit necesse est. Nulla enim cathegoria, nec quantitas, nec quæ ad aliquid, neq; locus, neq; prorsus aliud eiusmodi iniustitiæ coniungitur, neq; accommodatur, & inferius etiā subiungit. Recipiunt autem qualia magis & minus, nā & albū aliud alio albius, minusq; album dicitur, & aliud alio magis, minusve
21 iustum. Similitudo autē † de qua loquimur, licèt necessariò nō requiratur magis in vno q̄ in alio, sed sufficiat, si æquè sit in omnib. similibus, euidentior tñ esse debet in eo, vnde argumentum ex similitudine ducitur, quod clarius est, q̄ vt probatione indigeat, quo enim pacto concludere possemus iusti in cōtrouersia positi rationem eadem esse, vel similem rationi legis, à qua similitudinem adducimus, nisi illius legis ratio sit euidens: semper. n.
22 † certius debet esse id, quod rem confirmat, q̄ res quæ probatur. Quoniam autem identitas & similitudo quærenda est duntaxat causæ iustitiæq; & iniustitię, quam qualitatē esse dictum est, non
23 minus valebit † in ijs, quę diuersorum sint generum, q̄ in his quę eiusdem sint generis, etiam si generis nomine speciem quoque intelligamus, si in omnibus æquè eiusdē generis specieb. aut speciei cuiuslibet indiuiduis eadem sit iuris ratio: hoc tamen intere
24 rit, ꝙ qui probat speciem † facti in controuersia positi esse eiusdem vel generis, vel speciei, cuius est factum in lege citata descriptum, illico habet intentum consequentiæ; ꝙ eadem iuris ratione vinciatur, sicq; onus incumbit aduersario probandi ex alia lege, ꝙ ea species ab illo genere sit excepta; cùm è contra si diuersi generis facto fiat comparatio, illius qui argumentatur officiū sit ostendere, ꝙ eadem, vel similis vtriusq; sit qualitas, & causa, vel ratio iusti. Antequàm dictorum exemplа ex legibus ipsis ad
25 ducam, illud quoq; præmittendum videtur, ꝙ comparatio † de qua loquor, non est locus quidā certus, vt quilibet ex ijs qui Topici appellantur, sed est separata quædam methodus, per quā loci ipsi Topici, & ex illis accepta argumenta adaptantur quæstionibus factis de magnitudine rei, habetq; secundùm singula comparationis genera locos certos, ex quibus argumēta sumi queāt, quos ne hic omnes Aristotelis Topicorū libros transcribamus, qui voluerit, inde petat. Loci enim, per quos cōstituitur, destruiturq; idem numero, primo ex tribus modis, & magis propè sumptum, integros implent libros sextum & septimum, & per quos idem numero proprio, libro quinto, & per quos idē numero accidente, libro secundo: per quos autem idē genere ac specie probari ac refelli potest, habetur libro quarto: & per quos idem ratione, siue analogia & proportione libro secundo, vbi de construendo destruendoq; per comparationem accidēte loquitur:
26 affectio † autem, siue qualitas eiusdem aut similis habitudinis &

rationis

Source : BIU Cujas

rationis (quod ex antedictis patet) nihil aliud est, quàm qualitas vnicuique accidens. Ipsius quoque similitudinis probandæ, vel improbandæ (vltra ea quæ superius dicta sunt) loci habentur ad finem libri secundi. Quæ omnia cũ legibus comprobauero, putabo simul ostensum, cui nobis vsui sint loci topici, ac me solutum nexu obligationis ꝑctæ, per ea quæ dixisse memini in libro vsus iudiciorum palatii pontificii, vbi pollicitus sum ostendere, quæ nam iurisperitis cõsulendi de iure, atque in iudicijs iuris sui tuendi ratio conueniat: manifestum est enim, quòd ij, qui voce
27 † in iudicijs causas agunt, & qui de scripto consilia tradunt, hoc solum, & præterea nihil aliud, quod ad rem faciat, curare debẽt, aut possunt, nisi vt qui sunt pro actore, proponant certam legẽ, cuius determinationi similem in proposita causa decisionẽ fieri debere intendant, deinde vt facta comparatione ea duntaxat argumenta adducant, per quæ, iuxta superius dicta, identitas, aut similitudo comprobetur, & contra qui sunt pro parte altera, deducant ea per quæ probetur diuersitas, aut dissimilitudo. Quòd si hac lima quis tot edita consiliorum volumina rimari, & ex illis nihil ad rem facientia, superfluaq́ue argumenta reijcere voluerit, certo certius est, quòd ea redigentur ad multo minorem cartarum numerum: sed hæc omnia melius ipsis exemplis dilucidabuntur. Quorum quidem exemplorum, non admiretur lector, cur hæc quæ inferius describentur, potius, quàm alia posuerim, & fortasse multa inuenirentur, quæ res ipsas dilucidius probare potuissent, nam cum innumerabilis eorũ sit copia, & obuia legentibus vndique compareant: ea posui, quæ vel succurrerunt memoriæ, vel apertis libris prima occurrerunt. Incipiamus ergo ab is, quæ sunt captu faciliora. Nemo (vt puto) negabit, generalissimi illius generis rerum, quæ à priuatis possideri possunt, inter alia vnum esse genus subalternum earum rerum, quæ nec soli sunt, nec solo cohærent: & eius speciem vnã inter alias esse earum rerum, quæ licèt non sint soli, nec cohærentes solo, sed mobiles, vt nauis, & vehiculum: tamen à nobis ita possideri possunt, vt nos in eis simus non minus quam in quolibet
28 prædio alijsve rebus solo cohærentibus. Sit ergo † lege declaratum, quòd interdictum prætoris ad recuperandum possessionẽ pro ijs, qui vi deiecti fuerint, non pertineat ad eum, qui de vehiculo deiectus est, & contingat quempiam de naui deiectum illo interdicto agere, dicatq́ue tam iustum esse illud sibi interdictum concedi, quàm iustè concessum est illi, qui de ligneis ędificijs deiectus fuit. l. 1. § planè. ff. de vi & vi arma. Si sapiet, respondebit alterius partis causidicus nauis (nempe mobilis omnino existentis) definitionem in proposita specie magis esse vehiculo, quàm ligneis ædificiis similem d. l. 1. §. si quis de naue: sicque nõ esse eiusdem rationis, cuius sunt ædificia lignea, quæ & si, quemadmodum nauis est, lignea sint, solo tamen cohærent, & illud interdictum non pertinet nisi ad eos, qui de solo uel re solo cohærenti deiiciũtur. Sed potius eius dicet esse rationis, cuius sunt res mobiles, ad quas ad interdictum non pertinet, sed pro illis furti, vel vi bonorum raptorum actio competit. dict. l. 1. §. hoc interdictum & §. illud vtique. Itaque in tali specie identitas non est capienda à materia lignea, sed à forma cohærentiæ solo, uel mobilitatis. Item sit hoc constitutum, quòd siue corpore, siue animo quis possidens deiectus fuerit, vi deiectus esse dicatur: ut dict. l. 1. §. siue autem, & sit lege certa declaratum, æstiuorum hybernorumq́ue saltuum nos possessiones animo retinere: vt habetur. ff. de acqui. poss. l. peregre. §. vlt. & l. sequent. & deiectus aliquis de vinea, uel de domo, eo quòd inde procedẽs nemine seruorum relicto, mox reuertens prohibitus sit ingredi: illud interdictum pro recuperanda possessione, quam animo retinebat, concedi sibi petat, exemplo eius, qui eodem modo æstiuorum hybernorumq́; saltuum possessionem amiserat: nõ rectè opponet aduersarius, si dicat, non esse easdem hybernorũ ęstiuorũq́; saltuum, ac domus, & vineę possessiones: quoniam illorum possessio corpore certis anni partibus (quod æstiuorum hybernorumq́; uocabula significãt) communiter detineri: reliquo verò tempore nullo custode solita est relinqui, cum domus & vineæ possessio toto tempore continuari possit & soleat. Nam non quæritur hic identitas à specie possessionis, vt continue, vel interpollatim retineri solitæ: sed quòd recedens quis eam habeat mentem, ut amittere possessionem nolit, quod in omnibus prędiis locum habet dict. l. prima, §. quod vulgò. Prædicta videntur esse adeo clara, vt nemo negaturus sit, ea ita se habere, sicut est dictum: sequentia tametsi eiusdem sint farinę, ob causam tamẽ infra dicendam, videbuntur fortasse in se continere obscuritatem. Sint pupillaris substitutionis species vna earum quæ purè, altera earum quæ sub expressa conditione fiunt, & sit lege declaratum, quòd per illa uerba: si filius meus intra pubertatem decesserit, Seius hæres esto, intelligatur purè esse substitutus: adiectis autem uerbis, si idem filius hæres sit, substitutio sub conditione facta esse censeatur, & propterea quòd non possit esse hæres ex substitutione, nisi ex institutione hæres fuerit, cõtingatq́; aliquem vnà cum impubere filio quibusdam aliis institutis, ita substituere: quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit, idem impuberi filio hæres esto, mortuoq́ue testatore, & deinde etiam filio impubere, vnum ex institutis, qui paternam ex testamento hæreditatem repudiauerat, prætextu substitutionis portionem hæreditatis occupare, & contra illum formato iuditio, alter, qui ẽt patri hæres esse uoluerat, dicat: tam iustum esse, vt hic, sub illa conditione, quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit, substitutus, cum ex institutione patris hæres esse noluerit, etiam filii ex substitutione non sit hæres, sicut est iustum per illam legem declaratum: ubi videlicet erant uerba. Si filius mihi hæres erit: cũ vtrobique sit expressa conditio, non rectè dicet aduersarius, si neget bonam esse comparationem, quasi ex diuersis factam, cũ illa, quæ in lege descripta est conditio ex aditione filii, hæc verò ex ipsius substituti aditione pendeat: non enim hic facit idem & diuersum uerborum conceptus, sicq́ue ipsius substitutionis materia: sed forma conditionis, qua non impleta, ratio pariter in vtraque suadet substitutionem nõ debere effectum sortiri. l. qui liberis. in princ. ff. de vulg. & pupil. & licèt eæ diuersæ sint uerborum formæ, sunt tamen uelut singularia indiuidua eius speciei substitutionum, quæ dicitur conditionalis, sicut Plato & Socrates hominis. Item sit lex, vt quibuslibet confecta sententijs in quolibet loquendi genere formata hęredum institutio ualeat, si modò per eam liqueat uoluntatis intentio, ut habetur in l. quoniam. C. de testa. & prout perfecta clarissimaq́ue est, & valet institutio ex illis verbis. Lucius Titius mihi hæres esto, ita etiam lege altera declaratum sit ex tribus verbis. Lucius hæres esto, atq; etiã ex duobus. Lucius hæres: cõceptam institutionem ualere, quasi in ea plus nuncupatum minus scriptum fuerit: & per eas nihilominus liqueat uoluntatis intentio, contingatq́ue alicuius testamentum exhiberi conditũ per hæc uerba, Lucius est, certè hæc quoque institutio valebit, cum sit eadem definitione, eiusdemq́; speciei institutionum cuius est illa. Lucius hæres, quæ licèt uerbis minus contineant, quàm nuncupatum esse ueri simile est, & scriptum esse debuit: ex ijs tamen liquet uoluntatis intentio, nõ minus quam ex illis. Lucius hæres, ꝙ si nomen Lucius solũmodo scriptum esset, non procederet, essetq́; omnino diuersa: quia ex eo solo nomine intentio uoluntatis faciendi Lucium hæredem liquere, aut coniectari non potest, hæc habentur in l. j. ff. de hæred. instit. sicq́ue harum quoque identitas & diuersitas nõ ex uerborum conceptu, atque ex ipsa materia dignoscitur: sed ex definitione ac fine considerato, si ex illis uoluntatis intentio liquere possit nec ne, & species ipsę non ex verborum forma, sed
29 ex ipso fine distinguuntur, ita vt dici possit genus suprem ũ † institutio simpliciter dicta, cuius sit genus subalternũ, institutio imperfecto uerborum cõceptu facta: cuius sint species, una earum imperfectarum, ex quib. intentio non liqueat: altera earum ex quibus licèt imperfectis, intentio tamen voluntatis liqueat, & huius singularia indiuidua, sicut hominis sunt, Socrates, Callip⁹, & Plato, sint illæ. Lucius hæres esto. Lucius hęres, & Lucius esto. Ob quam autem causam dixerim fore, vt postrema hæc exẽpla obscuriora videri possent, intelligi potest ex ijs, quæ superius ex Phedro Platonis sunt recitata: ędificia enim, & naues, & uehicula, & omnino res soli, & solo cohærentes, ac res mobiles, de quibus concepta sunt priora exempla, corporeis sensibus haud obscurè subiiciuntur. Conditionales verò substitutiones, ac imperfectę voluntatis indicatiuę, seu non indicatiuę institutiones, sicuti & cætera similia magis iudicio intellectus sunt discernendæ. Ex prædictis etiam decidi potest, quo pacto intelligendum
30 sit illud, quod in † dict. l. qui liberis. notant Doctores, quòd similitudo magis propinquitatem significat, quàm identitatem, & quòd nullum simile est idem. Nam in terminis illius l. qui liberis. ubi ipsi id notant, non verificatur nisi in eo modo identitatis, quo superius ex verbis Aristotelis diximus nonnulla dici vnum & idem numero, qua de re, nisi esset fatuus, nemo dubi-
31 taret, cum rerum † pluralitas existens ad sensum nota, non recipiat dubitationem; aliis enim modis, videlicet specie, genere, & causæ similitudine substitutiones ibi positæ sunt eędem: sicut eisdem tribus modis eadem quoque sunt vehiculum, & nauis: necnon hyberni saltus, & uineæ possessionis, institutionesque hæredum. Lucius hæres esto. Lucius hæres, & Lucius esto, de quibus in antecedentibus exemplis facta est mẽtio. Sicut etiam Plato, & Socrates licèt numero diuersi, ijdem tamen sunt specie hominis, genere animalis, & similitudine rationis, atque humanitatis: & hoc conferunt quæ not. glo. in l. vlt. ff. de magist. conuen. & text. l. secunda. in princ. ff. si certum petat. vbi tamen impropriè ponitur genus pro specie, & species pro indiuiduo. Atque ex hac declaratione innumerabilia per Doct. diuersis in locis, dictæ maximæ propositionis (nullum simile est idem) simpliciter intellectæ prætextu facta argumẽta destrui poterũt, si studiosus lector ea obseruabit, & ne in singulis exemplis infra dicendis hoc idem sit repetendum, semel dictum stabilitumq́ue esse volo: ad hoc vt aliqua rectè †
32 eadem esse specie dici possint, necesse est, vt comprehendantur sub specie infima, cuius nõ sit alia inferior species: & ad hoc vt dici possunt eadem genere, necesse est, vt genus consideretur superius proximum, non autem absolutè, & remotum: nam ille homo, & hic camelus dici non possunt ijdem specie, licèt contineantur sub animali, quod est

species

Source : BIU Cujas

ſpecies corporis animati: quia infra animal ſunt vltimæ ſpecialiſſimæ (vt ita dicam) ſpecies Homo, & Camelus, ſub quibus continentur ea, quæ ſunt eadem ſpecie, vt hic & ille homo, hic & ille camelus. Neque etiam homo & camelus, ſimpliciter dicti poſſunt cenſeri eſſe ijdem genere, propterea quòd ambo ſint ſub corpore animato: quia infra corpus animatum propinquius eſt ſubalternum genus animal: & infra illud rationale, & irrationale: quemadmodum ſi (exempli gratia) fingamus in propoſito exemplo, quòd illæ inſtitutiones. Lucius. & Lucius eſto, licèt ambæ ſint imperfecto verborum conſtructu ſcriptę, non tamen ſint eædem ſpecie: quia imperfectio illa non facit ſpeciem; ſed genus ſubalternum, continens ſub ſe ſpecies duas, vnam earum, quæ nihilominus indicant voluntatis intentionem, alterā, quæ non eſt voluntatis indicatiua: ſed bene ſint eædem genere illo ſubalterno, & proximo, imperfectè conceptarum, neutra verò ex eis dici poſſit eadem genere cum perfecta illa. Lucius Titius mihi hæres eſto: quia genus illud inſtitutionum, quod ſimpliciter dictum, omnes perfectas imperfectasq; comprehendit, non eſt prædictis imperfectarum ſpeciebus proximum genus, ſicut
33 nec animal homini & camelo. Eorum † quæ genere ſiue ſupremo & generaliſſimo, ſiue inferiori & ſubalterno ſunt eadem, ſed differunt ſpecie: plura exempla ſunt & clariora quàm vt eis deſcribendis opera ſit hic perdenda: nemo enim ignorat, perſonales prędialesq; ſeruitutes, nec non locationis, & conductionis, emptionisque, & venditionis cōtractus, eoſdem genere eſſe, diuerſos ſpecie: item tutores & curatores: legata & fideicōmiſſa, aliaq; complura. Itaque prætermiſſis eorum exemplis, tantū repetam illud, quod ſuperius dictum fuit, cauendum eſſe, ne nos
34 decipiat falſa ſimilitudo, ancepsq; generis acceptio, † quæ dupliciter poteſt contingere, ſi non proximum, ſed remotum genus accipiatur: & ſi non ſecundum eam rationem, ſm quam eſt in propoſito accipiendum: cum multa ſint, quæ diuerſis rationib. diuerſorum generum eſſe contingit: vt ſiquis diceret. Aquilam vna ratione eſſe de genere volatilium, alia de genere bipedum, & contractum emptionis & venditionis eſſe de genere contractuum, qui conſenſu contrahuntur, alia ratione de genere contractuum iuris gentium, & alia de genere contractuum, ex quibus bonæ fidei actiones concedantur, & ſic de ſingulis, quæ deceptio: quia ſępe etiam doctos fallit, non videtur ſine exēplo eſſe tranſeunda. Dicit Iabolenus in l. ei à quo fundum. ff. de vſucap. In vēditione idem iuris eſt, quod in locatione, vt emptio rei ſuæ
35 conſiſtere non poſſit. Si interrogatus † qua ratione competat illis contractibus ea qualitas, vt de re ſua facti non valeant? fortaſſe ratiocinando conſideres, quòd cum diuerſæ ſint ſpeciei, non poſſunt dici eſſe iidem numero, neque ſpecie: propterea que dicas id competere illis tanquam ſub uno genere conſtitutis, decipieris, nec rectè reſpondebis, ſed gratia ſermonis (conceſſo tantiſper vt rectè reſpondideris) ſi genus ipſum explicando dixeris proximum: quia ſunt eiuſdem generis contractuum, qui cōſenſu contrahuntur, non rectè dices: quoniam ea qualitas, nec omnibus qui conſenſu ſolo fiunt contractibus conuenit, vtpote ſocietati & mandato: & præterea conuenit etiam nonnullis ex ijs, qui præter conſenſum, rei quoque interuentum requirunt, vt pignus & depoſitum: ſicq; deceptus eris in identitate generis, cum dicat Vlpian. de reg. iur. Neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neq; emptio, neq; locatio rei ſuæ conſiſtere pōt, quibus accedit etiam ſtipulatio, ut inſtit. de ſtip. ſeru. in fi. At ſi volēs errorem corrigere, dicas, identitatem eſſe in ſuperiori generaliſſimo genere contractuum, ſub quo illæ ſunt vt ſpecies, contractus qui re, qui verbis, qui litteris, qui conſenſu contrahuntur, adhuc falſus eris, cum ea qualitas æquè amplectatur actus alios nedum ab omnibus contractibus ſeparatos, vt eſt legatum. Inſti. de legat. §. ſed ſi rem, & iudicialis actio, vt Inſti. de actio. §. ſic itaq; diſcretis. ſed & illis contrarios, atque etiam illicitos. vt eſt furtū, & clandeſtina poſſeſſio: quam tamen qualitatis prædictæ reſpectu à dictis contractibus ſeparari nō poſſe affirmat Aphricanus in l. ſi de eo. de acquiren. poſſeſſio. dicens. Si ſeruum meum bonæ fidei emptori clam abduxerim, reſpondi non videri clam me poſſidere: quia neque precarij rogatione, neque conductione rei ſuæ dominum teneri, non poſſe cauſam clandeſtinæ poſſeſſionis ab his duabus cauſis ſeparari. Quibus intellectis neceſſe eſt, vt mentem agitando cogites, quòd genus aliud ſit ſuperius omnibus prædictis ſpeciebus commune: & (ne ignoretur) hoc
36 quoque obiter dictum volo, non contingere † vt omnia genera, omnesque ſpecies certa habeant, & propria nomina, itaque interdum ex rebus ipſis fingēda ſunt. Ergo in propoſito exemplo, quoniam (niſi ego fallor) non datur inuenire nomen generis, quod ſpecies prędictas omnes complectatur: erit ex rerum natura circumſcribendum, conſiderata qualitate ipſa, quæ facit controuerſiam: ea autem eſt acquiſitio dominij, quæ impeditur in antedictis ſpeciebus; quia quod proprium eſt alicuius, amplius eius fieri nō poteſt. Certè generaliſſimum dictorum genus erit
37 Actuum † quorumcunque, qui diſpoſiti ſunt ad res noſtrum ſingulis acquirendas. Inſtit. de rer. diuiſ. §. ſingulorum. & ſequē. eius generis ſumma diuiſio fingi poteſt, quòd eorum actuū nonnulli ſint efficaces, vt ſunt legitimi contractus, legata, vſucapiones, & iudicia: alij ſint inefficaces, quorum vna ſpecies eſt eorum talium actuum, qui fiunt circa res antea ſuas, atque in hac ſpecie identitatis erant clandeſtina illa poſſeſſio Aphricani, nec non eius qui rem ſuam conduxit vel locauit, & alij actus ſupradicti. Poteſt eſſe, quòd à me non ſit rectè conſtitutum generaliſſimū illud genus actuum ad res acquirendas diſpoſitorum: neque id ego ſuſtinere pertinaciter contendā, permittens vt quilibet ſuo ſibi modo deſcribat: mihi verò ſatis ſit (quod volebam) oſtēdiſſe figuram exempli. Verùm quia res videtur eſſe magni momēti, ponam inſuper alia clariora. Genus † eſt notiſſimum ſeruitus
38 eius ſpecies, & reſpectu inferiorum ſpecierum genera ſunt ſubalterna, ſeruitutes prædiales, & perſonales, & prædialium vna ratione ſpecies ſunt, Vrbanorum, Ruſticorumq; prædiorum ſeruitutes: vt autem patet legenti, & exponit Azo in ſumma. ff. tit. commu. præd. ea quæ ponuntur in generali titulo, de ſeruitutibus, competunt vniuerſaliter omnibus tam perſonalibus, quàm prædialibus, ſicq; tamquam exiſtentibus eiſdem genere illo ſuperiori: quæ autem ponuntur in illo titulo, communia prædiorum, competunt dumtaxat prædialibus, tanquam exiſtentibus eiſdem genere illo ſubalterno, aut ſpecie inſpecto genere ſuperiori, alia verò, quæ ponuntur ſeparatim in tit. de ſeruit. ruſti. & vrban. prædio. competunt eis ſeparatim, vt ſunt poſtremæ ſpecies illius ſubalterni generis prædialiū ſeruitutū: & ſingulæ prædiorum, vel vrbanorū, vel ruſticorum ſeruitutes, tamquā ſingula ipſarum ſpecierū indiuidua, dici poterūt eſſe eadem ſpecie: & tali ratione pati eandem affectionem, habereq; eandem qualitatem reſpectu contentorū in dictis particularibus titulis. Prætera nemo ignorat, ꝙ ad perficiēdū † acquiſitionem ex vſucapio
39 ne requiritur poſſeſſio temporis lege definiti: cū bona fide, & iuſto titulo acquiſita, ex ea conſtitutione ad decidendum qōnes de vſucapione contingentes, neceſſe eſt cōſtituere genus quoddam poſſeſſionis generale: cuius vnà ſpecies, ſeu ſubalternū genus ſit poſſeſſio efficax ad vſucapiendum, habens omnes qualitates prædictas. altera è contra † inefficax carēs vel titulo, vel bona fide, illamq; (iudicio meo) appellare poterimus poſſeſſionem
40 pro ſuo. l. j. & ij ff. pro ſuo, hanc verò pro alieno, per ea quę notantur ibidem, & in l. ſi ancillā. in fi. eo. tit. vbi Vlpianus dicit. Neque idē pro ſuo & clam poſſideri poteſt, poſſeſſionis pro ſuo tot ſunt ſingulares modi, quot ſunt legitimæ acquiſitionis, vt not. in d. l. ſecūda, pro alieno verò particulares modi ſunt vi, clam, vel precario poſſidere, & ſi qui ſunt alij tales. Qui autem legerit Porphyrij dialecticas, inſtitutiones, vbi docet. Quæ ī medio locata ſunt, ſuperiorum ſpecies & formas, inferiorum genera nū cupari: nō mirabitur, ꝙ eaſdem in ſuperioribus exēplis dixerim eſſe reſpectu ſuperiorum ſpecies reſpectu inferiorum genera ſubalterna. Et quia videtur conferre ad propoſitū iudicandi occaſiones deceptionum, magis quam ſtudio reprehendendi virum iuriſperitiſſimum atque omni laude dignum Accurſium, nō prętermittam detegere quo pacto vir tantus deceptus fuerit in d. l. ſecun-
41 da. † ff. pro ſuo. vbi dicit tex. Eſt ſpecies poſſeſſionis quæ vocatur pro ſuo, & ipſe in prima glo. ait, mirabiliter dicit ſpecies, cū concurrat cum quolibet titulo, ſed reſpexit ad id quod quandoque procedit, etiam nullo alio titulo interueniēte, qui intellectus eſt ex oppoſito contrarius menti Iuriſconſulti: cauſa autem admirationis Accurſij proceſſit ex eo: quia non conſiderauit, ꝙ iuriſconſultus appellauit eam ſpeciem inſpecto genere ſuperiori, vt ſupra dixi, ſimilis eiuſdem lapſus eſt in d. l. ſi ancillam. in vlt. gl. & in alijs pleriſque locis. Quid quod etiam ipſi eminentiſſimi illi antiqui Iureconſulti ſępiſſimè his laqueis capti ſunt: vt paſſim le
42 gentibus apparet, vbique † antiquiores à iunioribus (illuſtratis latentibus ſimilitudinum diſſimilitudinumq; ambagibus) eſſe reprehēſos, nec erit fortaſſe inutile ſi ex tot numero vnū, aut duo hic referamus exempla. Papinianus in l. qui res ſuas. §. areā. ff. de ſolut. ponit hoc quæſitum. Aream promiſi alienam, in ea dominus inſulam ædificauit. An ſtipulatio extincta ſit? & antequā ipſe ſuam dicat ſententiam refert Celſi reſponſum, quem duplicatè reprehendit: & ꝙ non rectè reſponderit ad quæſtionem propoſitam, & quòd reſponſionem ſuam non bene ſimili argumento firmauerit. Dixerat enim Celſus. Si alienum hominē promiſi, & is à domino manumiſſus eſt, liberor: & ſi idem rurſus lege aliqua ſeruus effectus ſit, peti eum poſſe, addito exemplo: quia ſi nauem, quam tu promiſiſti dñs diſſoluerit, deinde eiſdem tabulis compegerit, tu teneris. Papinianus verò reprehendit primum illud, ꝙ homo liberatus iterum factus ſeruus peti poſſit: ait enim in perpetuum ſublata obligatio reſtitui nō poteſt, deinde redarguit ſimilitudinem nauis diſſolutæ: ea enim (inquit ipſe) eadem nauis eſt, quam te daturum ſpopondiſti, vt videatur magis obligatio ceſſare, quàm extincta eſſe, & ſubdit. Homini autem manumiſſo ſimilis fiet, ſi ea mēte diſſolutam eſſe nauem poſueris, vt in alios vſus conuertentur tabulæ, deinde mutato cōſilio eaſdem compoſitas: alia enim videbitur eſſe poſterior nauis, ſicut ille alius homo eſt. Hocque pacto ſententia & argumento Celſi confutatis, remouendo ſimilitudinis deceptionem, ſimul dicit ſuam ſententiam, quam alijs argumentis comprobat: ait enim.

Non

Source : BIU Cujas

Non est his (homini. s. manumisso, & naui dissolutæ) similis area, & subdit rationem dissimilitudinis. Non enim desijt in rerum natura esse, postea subiungit suam de proposita quæstione sentẽ tiam, dicens. Imo & peti potest area & æstimatio eius solui debe bit, pars enim Insulæ area est, & quidem maxima, cui etiã superficies cedit. Et quoniam fallere nos poterat alia similitudo, illã quoque releuat, dicens. Diuersum dicemus, si seruus promissus ab hostibus caput est: hic enim interim peti nõ potest, quasi ante diem, sed si redierit postliminio, rectè tunc petetur: cessauit. n. hic obligatio, area autem extat, sicut cætera, ex quibus ædificiũ consistit: deinde suam sentẽtiam confirmat proprio simili sumpto ex lege 12. tabu. dum dicit. Denique lex 12. tabularum tignũ ædibus iunctum vendicare posse sciuit, sed interim id solui prohibuit, preciumq; eius dari voluit. Ex quibus apparet bene similia esse inter se aream ædificatam & tignum ędibus iunctum. Itẽ hominem manumissum iterum factum seruum: ac nauem ea mente vt tabulæ in alios vsus conuerterentur, dissolutam, deinde mutato proposito refectam. Item nauem simpliciter dissolutam deinde eisdem tabulis compactam, ac seruum ab hostibus captum, postliminio reuersum: separatim autem hæc ab illis esse dissimilia. & si quærat fortasse aliquis, qua nam ratione inter se cõstent similia prædicta, & an aliquo ex quatuor antectictis modis eadem dici possint, dimittam (quemadmodũ & superius dixi), vt vnusquisq; suum sensum sequatur, mea tamẽ opinio fert, vt omnia antedicta sex exempla sint eadem genere: vnũquodq;
43 autem par illorum sit idem specie: vt sit genus † mutatio formę rerum alienarum ex stipulatione debitarum: eius autem generis hæ sint species, vna eius mutationis quæ rem perimit: cuiusmodi sunt, seruus manumissus, & nauis ea mẽte dissoluta, vt in alios vsus tabulæ conuerterentur. altera, quæ rem facit solummodo ad tempus cessare: vt seruus ab hostibus captus postliminio reuersus, & nauis simpliciter dissoluta eisdem tabulis refecta: tertia per quam res mutata nec definit, nec cessat, vt sunt area ædificata, & tignum ædificio iunctum: differentiæ autem, per quas hę species de genere trahuntur, sint obligationis extinctio, cessatio, & perseuerantia. Vereor ne tedio sit lectori hæc exemplorũ prolixitas, attamen quia (sicut antedictum est) tota † peritiæ nostræ
44 experientia in his discernendis consistit, non ab re alienum videtur, si & alterũ subijciamus. Dicit Vlpianus sub titulo, de furtis. Vulgaris quæstio est, an is qui ex aceruo frumẽti modium sustulerit, totius rei furtum faciat, an verò eius tãtùm, quod abstulit? Offilius totius acerui furem esse putat, nam & qui aurẽ alicuius tetigit (inquit Trebatius) totum videri eum tetigisse: proinde (inquit) qui dolium aperuit, & inde parum vini abstulit, non tantũ eius quod abstulit, verum totius videtur fur esse. Pro cuius respõ si intelligentia reminiscendum esse duco illud quod est ex diffinitione furti notissimum: furem furtumq; dici ex sola cõtractatione, vt sic proposita quæstio sit solummodo de qualitate furti, non de quantitate, in qua fur teneatur, quam in sequentibus postea verbis determinat Vlpianus. † Igitur Offilius visus est sen
45 tire illa in proposito esse similia: frumenti aceruum: vini doliũ: & hominem, ita ꝙ ex tactu partis totum videatur esse contrectatum, nec Vlpianus Offilium reprehendere, sed tacitè sequi videtur. Ego verò, si licet (vt vulgò dicitur) ponere os in cęlum, longè ab homine, cuius est corpus integrè vnum, dissimilẽ esse puto aceruum frumenti, quod ex multis separatis corporibus constat, venitque in mentem similis argumenti dissolutio, quæ est apud Lucianum in dialogo; cui titulus est, Hermotimus, siue de sectis. Cum enim Hermotimus probaturus, quod ad dijudicandum philosophicæ cuiuslibet sectæ excellentiam non erat opus omnia illius dogmata rimari, sed sufficiebat, si quædam essent prægustata, sumpsisset argumentum à vino: quemadmodum ex modica tenuique vini deguſtatiuncula, de toto illius dolij vino, cuiusmodi sit, pronunciare possumus. Respondens Lucianus, & negans bonam esse similitudinem vini. ait, dolium autẽ & cauponem adhuc tibi sinemus, nihil autẽ insit in eo vini, sed potius omnium frugum eõfusum quoddam seminariũ, in summo quidem triticum, cui subsint fabæ, quibus deinde subiectum sit hordeum, mox lentes, quintò cicera, postremò aliæ quæpiã diuersorum seminum species: iãm si institorem accederes seminũ mercandorum gratia, illeq; à summo tritici aliquot grana inspicienda in manum tibi traderet, posses ne igitur conspectis granis dicere, cicer esse mundum, & lentes probè purgatas, fabas autem inanes? Hermot. nullo modo. Lucia. proinde neque philosophiam ab vno aliquo eorum quæ quis dixerit, vniuersam pernosces, cuiusmodi tota sit: neque enim vna aliqua res est, quale est vinum, cui quidem tu illa tametsi valde inæquali comparatione contulisti, contendens similem esse totam primo gustui. hæc Lucianus. Ex quibus apparet (quod dixi) non esse similem humanæ auris tactum, & modij ex aceruo frumenti contrectationem: sed ego nec vini (quod Lucianus Hermotimo concesserit) similitudinem admitterem: cum eodem fieri possit, vt super vino in eodem vase sit oleum: & (quod etiam arte quadam compositum vidimus) infra illud per se aqua, quod si contingat, & is qui de medio vasis extractum vinum gustauerit, quicquid in vase est eiusmodi vinum esse dixerit, falsus erit: bene autem cõ
46 parata erit hominis † auri poculi ansa, de qua inferius in d. l. vulgaris. tractat Vlpianus, in talium ergo cognitione penenda est iurisperiti plurima exercitatio. Hæc hactenus de ijs quæ numero, specie, genereque sunt eadem, ex quibus & illud colligi po-
47 test, ꝙ cum argumentum non persistat † ex sola speciei, generisve identitate, nisi conueniat etiam rationis communitas, nõ rectè collegerũt ij, qui ex qualibet comparatione in legibus reperta constituere voluerunt regulam, ꝙ valeat argumentum à tali re ad talem rem: puta à contractu ad vltimam voluntatem, & his similia. Quod etiam vtile erit, si exemplo demõstretur. Quia dixit Africanus in l. seruum filij. de legat. pri. eum qui chyrographum legat, debitum legare, non solum tabulas, argumento est venditio: nam si chyrographa veneunt, nomen, siue corpus venisse videtur. Hinc nonnulli collegerunt, valere per locum à simili argumentum, à contractu ad vltimam voluntatem: quod tamen illi ijdem postea dicunt esse limitandum ad ea duntaxat, in quibus eadem sit ratio: quare (iudicio meo) nihil dici potest insulsius: quoniam satis erat, si dixissent, valere argumẽtum, vbi-
48 cunque est eadem ratio: enumerare autem † casus, in quibus eadem si ratio, est perinde, ac si quis capillos capitis, aut etiam arenulas littorum enumerare vellet, & plerunque collectiones illę alio respectu demonstrant auctorum imperitiam cùm non sint causis adæquatæ vt in suprascripto exemplo: causa propter quã sancitum est venditis & legatis chyrographis, nomina in illis cõtẽta significari, exponitur per Iulianum de leg. 3. l. qui chyrographum legat. non tantum de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus, quarũ probatio tabulis continetur: appellatione enim chyrographi, vti nos pro ipsis actionibus, palã est, cum venditis chyrographis intelligamus nomen venisse, quę causa non magis cõ uenit venditioni, & alijs contractibus, ac legatis, & vltimis volũtatibus, quàm alijs hominum dispositionibus: & ideo qui chyrographum furatus fuerit, censetur eius summæ quæ in chyrographo continetur furtum fecisse, vt est apud Vlp. in l. qui tabulas. ff. de furtis. Quòd si aliquis ingeniosè mihi nunc opponendo dicat. Quò ergo tendit à te sumptus labor explanãdi tot modos identitatis? Respondebo, id à me duplici de causa ectum esse; &
49 quia definitionis generum † specierumque exacta illa cognitio plurimum confert ad discernendas rationum, causarumq; identitatem, & diuersitatem: & quia rationis identitas, quoniam nõ cadit sub sensibus, difficilius ostendi potest: probata autem secũ dùm supradicta identitate rei, vel definitionis speciei & generis, quæ probatu est longè facilior, & ex ipsis verbis plerunq; patens, illico (sicut superius dixi) qui eam probauerit, fundatam habet intentionem, ꝙ in omnibus eiusmodi sit eadem ratio iuris: onusque recidit in aduersarium, si neget esse identitatem rationis, vt ipse teneatur ostendere diuersitatem. Quam rem tametsi plurimas ex proposito leges intẽtius considerans, visus mihi sum verissimam comperisse: tamen relinquam, vt vnusquisq; suo modo iudicet: homo enim sum natura parum contentiosus, & qui nunc nihil aliud ago, nisi vt iuris candidatos excitem ad diligentem exercitationem, quam, liberum esse permitto, vt vnusquisq; suo sibi modo faciat: interim si forte ego prędicta rectè coniecissem, vt magis conferam studiosis nolo prætermittere, quin exẽplis ea aliquot illustrem. Nam primùm animaduerti, ꝙ sapien-
50 tes illi iurisconsulti † ad quæsita rerum eiusdem numeri, definitionis, proprietatis, generis, vel speciei existentium ferè responsum semper faciebant simplex, nulla pro ipsius responsi confirmatione subiuncta causa per illa verba. respondi ita esse secundùm ea, quæ proponuntur ita videri. Nihil proponitur, cur non ita sit. Nisi aliud proponatur, ita videri. Cur non ita dicamus, ratio reddi non potest, & similia: & è contra, vbi proposita nõ sint aliquo ex dictis modis eadem: cum responso rationem illius dicunt. Sicut vicissim volentes ostendere, ꝙ proposita plerunque eadem esse apparentia, sint diuersa, ipsi diuersitatis causam dicunt: & vt de multis aliqua in medium afferamus, Vlpianus in l. pri. ff. de legat. præstan. ait. Generaliter autem parentes & liberos prętor excepit, nec gradus liberorum, parentumve enumerauit: in infinitum igitur eis præstabitur. Idem in l. in fraudem. de mili. testam. Bonorum possessionem vltra tempora ædicto tetminata, nec militis posse agnosci Papinianus lib. decimoquarto scribit; quia generalis est ista determinatio. Iabolenus tit. de cond. & demonst. quæ conditio cum ad genus personarum, non ad certas & notas personas pertineat, eam existimamus totius esse testamenti, & ad omnes hæredes institutos pertinere: at quæ conditio ad certas personas accõmodata fuerit, eã referre debemus ad eum duntaxat gradum, quo hæ personę institutę fuerunt. Scę uola tit. de his quæ pę. nom. plures testamento manumiserat, in quibus Sabinam & Cyprogeniam cum quisque eorum ad trigesimum annum ætatis peruenisset, & cum liber quisque eorum esset, certam summam dare voluit, & coniuncta scriptura ita cauerat. Sabinæ & Cyprogeniæ dari cum ad statutam ætatem peruenerint, singulis decem: & hoc amplius alimentorum nomine in annos singulos quò ad viuent singulis decem. Quæsitum est, vtrum omnibus manumissis alimenta debeantur? An verò Sabinæ &

Source : BIU Cujas

binæ & Cyprogeniæ solis? Respondi secundùm ea quæ proponerentur videri omnibus alimenta legata. Idem Scæuola in l. Lucius. de legat. 3. Quæsitum est, an quod hæredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret? Respondi pertine
53 re, nisi aliud sensisse testatorem probetur. Idem in l. vxorem. eodem tit. Concubinæ inter cætera his verbis legauerat. Fundum in Appia cum villico suo & contubernali eius, & filijs dari volo. Quæsitum est, an nepotes quoque cum villico & contubernali eius testator ad concubinam pertinere voluerit? Respondi, nihil proponi, cur non deberentur. Venuleius tit. de verb. oblig. A Titio ita stipulatus sum, si qua mihi nupserit, decem dotis eius nomine dare spondes? Quærebatur, an subsistat talis stipulatio? Respon. Si stipulanti mihi dos ita promissa est, quamcunq; vxorem duxero, dotis eius nomine decem dare spondes? nihil in ea causa est, quare pecunia conditione expleta non debeatur: nam cum conditio etiam ex incertæ personæ facto parere obligationem possit: veluti. Si quis in Capitolium ascenderit, decē dare spondes? Si quis à me decem petierit, tot dare spondes? cur non idem & in dote promissa respondeatur, ratio reddi non potest. Hæc (vt puto) sunt satis ad probandum quòd in ijs quæ nu-
51 mero † genere, vel specie sunt eadem, ipso facto intelligi debeat eadem esse iuris ratio: ex sequentibus autem probatur, quòd volenti contrarium asserere, incumbit onus demonstrandi diuersitatem rationis: in ijs scilicet, quæ specie vel genere dicētur esse eadem: nam in ijs, quæ numero sunt eadem, vix contingere potest, vt non sit eadem ratio. Ergo diuersa existente ratione, cessat generalis, aut specialis vinculi efficacia, vt superius dixi, & declaratur ex verbis Vlpiani in d. l. j. de leg. præstā. vbi post superius relata verba dicit. Sed nec personas sequutus est, vtrum ex virili sexu, an femineo descendāt. Quisquis igitur ex liberis, parentibusque fuerit, ad legati petitionem admittetur: sed ita demum si iura cognationis sint inter eos. Iabolenus in l. hæres meus. de lega. 1. Duæ statuæ marmoreæ cuidam nominatim, item omne
54 marmor erat legatum. Nullam statuam marmoream, præter duas, Casellius putat deberi. Offilius, & Trebatius contra. Labeo Casellij sententiam probat, quod verum puto: & (quia probabile videbatur, vt sub generali marmoris legato venirent omnes statuæ) addit contrariam rationem: quia duas statuas legando, potest videri non putasse in marmore se statuas legare. Modestinus in l. Mæuio. §. primo. de legat. secundo, elegantissimè probat hoc quod dico, ait enim. A me hærede vxori meæ ita legatum
56 est. Quicquid propter Titium ad Seium dotis nomine peruenit, tantam pecuniam Seius hæres meus det Titiæ. Quæro, an deductiones impēsarum fieri possint, quæ fierent, si de dote ageretur? Respondi. Non dubito, quin vxori tuæ tota dos sine ratione deductionis impensarum debeatur, & addit rationem diuersitatis, dicens. Non autem idem ius seruari debet ex testamēto extranei, quod seruatur in testamēto viri, qui dotē vxori legauit: hic enim taxationis loco habendum est, quicquid ad te peruenit: illic autem vbi vir vxori legat, id videtur legare, quod in iudicio dotis consequutura fuit. Paulus in l. quæsitum. de leg. 3. Illud fortassis quæsiturus sit aliquis, cur argenti appellatione etiam factū argentum comprehendatur, cum si marmor legatum esset, nihil præter rudem materiam demonstratum videri possit? Cuius hæc ratio traditur. quippe ea quę talis naturę sint, vt sæpius in sua possint redigi initia, ea materiæ potentia victa nunquā uires eius effugiant. Et Procul. in l. vlt. de tritico, vino, & oleo legato. Cui dulcia legata essent (si nihil aliud testamento significetur) omnia hæc esse legata, mulsum, passum, defrutum, & similes potiones, item vuas, ficus, palmas, caricas, quòd si ita esset legatum. Vinum amphorarium, aminæum, græcum, & dulcia omnia: nihil inter dulcia; nisi quod potionis fuisset, legatum putat Labeo, ex collatione vini amphorarij: quod non improbo. Sunt & alia pluſquam sexcenta similia, quæ si omnia transcribere vellem, Menemachi, Menodotique ac nostri etiam Barbatię libros prolixitate (vt puto) superarem: ideo indicatis tantummodo certis, vt sunt. l. 1. §. item sciendum est vulgò. & l. debitor. ff. de separ. bo. l. Titio centum. §. j. de condit. & demonstra. cum l. Titia de verb. oblig. l. milites. 1. & 2. in prin. de re milit. l. Titia. §. Caius Seius. de leg. 2. l. cum filius. §. dominus hæredi. eod. tit. l. adigere. §. quāuis. de iurepatron. l. Iulianus. §. idem qui furem. de action. empt. l. legatorum. §. 1. de legat. 2. cætera quisque colligere & considerare per se facilè poterit.

¶ Iam tempus est, vt declaremus, quæ sint eadem ratione, quo peracto, simul studioso lectori expositum erit, quæ non sint eadem, sed diuersa, aut similia vel dissimilia, necnon & contraria.
52 Huius autem proportionis † cùm dixerimus duos esse modos, & si duo habent habitudinem ad vnum, quam nōnulli propriè comparationem dici existimauerunt, & facit esse eadem accidente: & si eadem est proportio diuersorum ad diuersa, quam propriè similitudinem appellandam esse censuerunt. In his quoque (vt euitetur confusio) distinctè procedendum est: multum enim inter vtramque speciem interest: ex primo enim modo apparens est eadem in vtroque comparatorum causa vel ratio: in postremo est quidem natura, & certo modo eadem, sed cum ea non appareat, eæ quę apparent rationes, dicuntur esse similes, quod inferius est apertius declarandum. Sed illud non videtur sine animaduersione prętereundum esse, quòd hic quo
53 que rationis identitatem † aut similitudinem probandi onus incumbit alleganti, quod ex sequentibus confirmabitur. Ponamus ergo exemplum primi modi. Cum neque numero, neque specie, neque genere sint ijdem, quilibet creditor, debitor, & mandator: cum tutore, pupillo, & debitore pupilli: & tamen in proposito sibi facto Papinianus eadem videret esse rationem: ideo in superius citata. l. Stichum aut Pamphilum. de solut. dixit. si mandato meo Titio pecuniam credidisses, eiusmodi contractus similis est tutori & debitori pupilli: & ideo mandatore conuento & damnato (quamquam pecunia soluta sit) non liberari debitorem ratio suadet: sed & prestare debet creditor actiones mandatori aduersus debitorem, vt & satisfaciat: & ad hoc pertinent tutoris & pupilli debitoris nos feciſſe comparationē: nam cum tutor pupillo tenetur ob id, quod debitorem eius non conuenit, neque iudicio cum altero accepto liberatur alter, nec si condemnatus tutor soluerit, ea res proderit debitori. Quinetiam dici solet, tutelæ contraria actione agendum, vt ei pupillus aduersus debitorem actionibus suis cedat. Eodem modo, cum lucrari dotem ex adulterio vxoris, & illam adulterij ream facere, omnino essent diuersa, præterquam rationis identitate. ideo Scæuola tit. solut. matrimo. dixit. Cum mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinet: cur enim improbet maritus mores, quos ipse aut antea corrupit, aut postea probauit? Sed & si ex mente legis sumat quis, vt nec accusare possit, qui lenocinium uxori præbuit, audiendus est. Et his quilibet poterit alia passim obuia talium exempla obseruare, in quibus eadem apparens est ratio diuersorum. Alterius modi, cum diuersæ sed similes apparent rationes. exempla ponit Aristot. in rhet. ad Alexandrum, vbi postquam distinxerat iu-
54 stum, & legem, & diffiniuerat, quod iustum † est omnium, aut plurimorum non scripta consuetudo, honesta turpiaque determinans; vt est honorare parentes, & his similia, quæ nos dicimus esse de iure naturali, vel gentium, & quæ non iubent scriptæ leges hominibus facienda, sed consuetudine non scripta & communi quadam lege legitima fiunt: & addiderat, quòd lex
55 † est communis ciuitatis consensus, qui scriptis præceperit, quo modo vnumquodque agendum sit, inferius subiungit simile
56 veriusque, dicens. Simile iusto † est huiusmodi. Nam quemadmodum iustum existimamus obtemperare parentibus, identidem conuenit filios parentum res gestas imitari. Simile legi scriptæ esset huiusmodi. Nam sicut legislator maximis animaduersionibus fures plectendos esse voluit, ita & seductores maximopere sunt mulctandi, etenim hi furantur eius, quem deceperint hominis mentem. Ex qua postrema Aristotelis sententia noster Iustinianus composuit legem: siquis seruo. C. de furtis & seruo corrupto. Nam quamuis diuersa sint maleficia, furis, & eius qui deteriorem seruum fecit: vt habetur in l. Neratius. §. vltimo. ff. de seru. corrup. nec dici posset eadem in vtroq; subesse ratio: tamen quia decisum antea fuerat in eiusmodi specie furti, quid iudicandum esset, videbaturque & si non eadem, similis tamen (iuxta sententiam Aristotel.) inesse ratio: idcirco Iustinianus respondit. Si quis seruo alieno suaserit aliquam rem domini sui subripere & ad se deferre, seruus autem hoc domino manifestauerit, & domino concedente res eius ad iniquum huiusmodi suasionis auctorem pertulerit, & ipse inuentus fuerit rem detinens, quali teneatur actione is qui rem susceperit? vtrum ne pro occasione furti, an pro seruo: quia eum corrupere voluerit: vt non solum furti, sed etiam corrupti serui obligetur? veteres dubitauerunt, nobis itaque eorum altercationes decidentibus, placuit non solum furti actionem, sed etiam serui corrupti contra eum dare: licèt enim seruus deterior minimè factus est: tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis serui introductum est: & quemadmodum secundum iuris regulas furtum quidem non est commissum; quia is videtur furtum committere, qui contra domini uoluntatem res eius contrectat: ipse autem furti actione propter dolū suum tenetur, ita & serui corrupti contra eum actio propter suum vicium non ab re extendatur; vt sit ei pœnalis actio imposita, tamquam ipsa re fuisset seruus corruptus: ne ex huiusmodi impunitate, & in alium seruum qui possit corrumpi hoc facere pertentet. In hac specie nulla erat comparatorum identitas, sed omnia similia: furtum non verum, serui corruptio simulata, ipse delinquens, quantum in eo fuit verus fur, efficax serui corruptor: ratio hinc dolosa, rei alienæ contrectatio, illinc dolosum consilium ad pernitiem probitatis serui introductum. Papinianus quoque titu. de acquiren. possessio. ait. Quanuis saltus possidendi proposito fuerit alius ingressus, tamdiu priorem possidere dictum est, quandiu possessionem ab alio occupatam ignoraret: vt enim eodem modo vinculum obligationum soluitur, quo quæri adsolet, ita non debet ignorāti tolli possessio. Et Vlpianus titu. de iniusto, rupto, & irrito testamen. in l. si quis filio. sic arguit. Quatenus tamen diximus ab

hostibus

Source : BIU Cujas

hostibus capti testamentum irritum fieri, adijciendum est, & postliminio reuersi, uires suas recipere iure postliminij: aut si ibi decedat, lege Cornelia confirmari. Ergo & si quis damnatus capite, in integrum indulgentia principis sit restitutus, testamentum eius conualescet: hic quoque omnia sunt diuersa, captus ab hostibus, postliminio reuersus capite damnatus, indulgentia principis restitutus: & vtriusque decisionis rationes sicut in præcedenti quoque diuersę sunt, ex vna parte. Vinculum obligationis, eiusque dissolutio, & ratio decisionis quę est; quia nihil tam naturale est, quàm eo genere quodque dissolui, quo colligatum est, de regu. iur. l. nihil tam, & ex parte altera possessio solo animo retenta, eiusque amissio; & ratio iustæ ignorantiæ: ex his informatus lector (iudicio meo) poterit alia passim ex libris occurrentia obseruare, quales sunt. l. prima in princ. ff. si is qui testa. lib. esse iuss. & de magist. conuen. l. duo tutores. l. peto. §. mater. de leg. secundo, & alię multę. Quoniam verò facile
57 est † ut in discernendis exemplis, quæ eadem & quæ simili tan-
tummodo ratione deciduntur, parum expertus falli possit, hor-
58 tor, quicunque desiderat † esse iurisperitus, ut in huiusmodi obseruatione se plurimum exerceat: habeatque mihi hac saltem in re fidem: quoniam nihil omnino est ad eam peritiam consequendam equè conducens: & ad hoc pertinet nos docuisse superius cuiusmodi causæ coniunctio necessaria sit, vt regula con-
59 stituatur. Nam vt eadem † causa dici possit (quemadmodum ibi dictum fuit) necesse est, vt sit propria & propinqua: alioqui non poterit eadem verè dici: vt si diceret aliquis in d. l. siquis seruo. vtriusque capitis vnam eandemque esse rationem, ne delicta remaneant impunita, aut aliam talem, quæ cum non sit propinqua, sed longè remota, non potest eadem dici: quod etiam ex plerisque in superiori libro positis exemplis est perspicuè declaratum. Verùm quia ad rem confert, estque inuestigatio hæc adeo vtilis, vnum adhuc decreui ponere exemplum: ex quo luce clarius ostenditur, quæ ratio eadem dici possit, qua cognita, eius quæ non sit eadem cognitio per consequentiam habebitur: cum talium nemo ignoret eandem esse disciplinam. Determinatum erat iure prætorio, quod licèt ex contractu filij, vel serui, pater vel dominus ipso iure non obligaretur· tamen æquitate suadente peculiotenus (quod veluti patrimonium est filij, & serui) dominus paterque condemnari possunt. Insti. de actio. §. actiones autem dubitaturque de gestis iussu patris aut domini: ad eam dubitationem. Instit. quod cum eo qui in ali. pot. respondet Imperator his verbis. Si igitur iussu domini cum seruo negocium gestum erit, insolidum Prætor aduersus dominum actionem pollicetur: Scilicet quia is qui ita contrahit fidem domini sequi uideatur: & sic ratio causaque proxima faciendæ eius decisionis fuit illa. Quia is, qui ita contrahit, fidem domini sequi uideatur, postea sequitur. Eadem ratione Prętor duas alias insolidum actiones pollicetur, quarum altera exercitoria, alte-
60 ra institoria appellatur: exercitoria † tunc locum habet, cum quis seruum suum magistrum naui præposuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpositus erat, contractum fuerit. Institoria
61 tunc † habet locum, cum quis tabernæ forte, aut cuilibet negociationi seruum suum pręposuerit, & quid cum eo eius rei causa, cui præpositus erat contractum fuerit. hic uides propter identitatem rationis, ad exemplum eius, quod iussu, formatas esse actiones exercitoriam, & institoriam, vide quid sequatur. Quoniam proximæ dictæ duæ actiones inuentæ erant propter contractus eorum exercitorum, institoremque, qui serui alicuius essent: & tamen eadem ratio concurrere videbatur, etiam si quis liberum hominem exercitorem aut institorem fecisset. Ideo prosequitur Imperator dicens. Istas tamen duas actiones Prætor reddit, & si liberum quis hominem, aut alienum seruum naui, aut tabernæ, aut cuilibet negociationi præposuerit: scilicet quia eademque æquitatis ratio etiam eo casu interueniat. Ideo autem superius dixi, etiam in posteriori illo similitudinis rationis modo, vbi duorum ad duo fit comparatio (videlicet facti in lege decisi, & illius rationis, ad factum controuersum, & rationem qua mediante similem decisionem fieri postulemus) natura esse eandem rationem, licèt non sit ita manifesta: quia ut
62 bona † sit similitudo, necesse est, quòd comparatæ rationes ambæ ab eodem capite, & eadem in superiori quasi gradu quodam constituta ratione descendant, quæ plerumque non apparet, &
63 difficilis † est cognitu atque inuentu: estque ea profecto nobilior huius peritiæ portio: quoniam cætera (sicut in sequenti libro dicetur) inartificialia quodammodo sunt, hoc verò totum ab ipsius artificis ingenio dependet. Sed quia eiusmodi superiorum rationum inueniendarum uia satis (ut puto) in libris principiorum est demonstrata, eaque est ab exercitationis instituto differens contemplatio, nunc ad alia transeamus, illud so-
64 lummodo indicantes, quòd utraque identitas † & similitudo rationis ab accidente aliquo proueniunt, sicut numeri ab vnitate, identitas tamen à propinquo & apparente, similitudo à remotiori, ac plerunque parum exercitatis incognito. Et ante omnia uideamus, an iuxta oraculum Imperatoris dicentis posse per vnius forsitan & deterioris sententiam, & multos & maiores aliqua in parte superari, cōcesserit mihi Deus optimus, vt ex antedictis reuelauerim tenebras, quibus obuoluti plerique viri docti, post multas & longas de facienda in similibus casibus interpretatione legum, habitas disputationes, tandem aliqui concluserunt, non posse dari certam doctrinam, aliqui posuerunt regulam negatiuam, & ex oppositio fallentias affirmatiuas, aliqui contra regulam affirmatiuam, easque regulas tot limitationibus, atque illas tot sublimationibus circunsepserunt, vt verius sensisse videantur illi qui dixerunt, non posse dari certam doctrinam.
65 Ego enim puto simplicissimam † nulla exceptione labefactatam regulam posse constitui: atque ita pronuntio. Quod vbicunque proponatur in controuersia factum, habens eandem rationem cum facto per legem decisio, illius legis decisio facienda sit similiter in proposita controuersia, siue ea legis decisio sit penalis, siue correctoria, siue limitatoria, & exorbitans à iuris regulis, siue etiam simul penalis, correctoria, & limitatoria, seu exorbitans: vbi verò non sit eadem ratio, sed similis, tunc locus esse possit ijs distinctionibus, quæ sunt à Doctoribus circa faciendam vel non faciendam extensionem considerate. Nam vbi eadem est ratio, repugnat rectæ doctrinæ, vt dicatur extensio fieri: de faciendo autem, uel non faciendo transitu ad similia, videri poterunt ea, quæ post alios antiquiores eleganter & doctè (vt solet) huius scientiæ illustrator Alciatus, de verbo. significatio. lib. secundo scripsit. Copiosè quoque & eruditè Tyraquellus in dicto suo commento. l. si vnquam. C. de reuoca. donatio. & nouissimè impensè doctus vir, & (quantum ex eius libris conijci potest) veritatis amator Aymo, in quarta parte tractatus, quem de antiquitate temporis edidit. Hoc autem, quod modò est à me pronunciatum, quanta maximè potui diligentia contuli cum omnibus per Doctores citatis legibus; nec (quantum ingenij mei captus comprehendere potuit) remanet obstaculum vllum, quod ex prædictis non remoueatur: bona enim pars dece-
66 ptionis † prouenit ex confusa, atque equiuoca, nec distincta intelligentia eiusdem & similis, proprieq; & propinqua, nec non alienæ & remotæ causæ & rationis, quæ si in contrariorum collatione fuerint obseruata (nisi ego fallor) per ea apparebit pronunciatum hoc nostrum esse verum, & nō pati vllam exceptionem: cum quæ videri possent exceptiones (secundùm dicta in prędcedenti libro) sint casus à limitibus regulę per declarationes prædictas excluſi. Velit Deus: vt sicut bona mente hac in re publicæ vtilitatis causa intētissime laboraui, ita rectè coniecerim; & facta simili collatione, si ita reipublicæ expediat, in diem alij quoque viri docti consentiant. Prædicta autem (dicet fortasse aliquis) ita accipi possent, vbicunque lex habeat scriptam ac pa-
67 tentem rationem: quid autem faciendum † erit, ubi ratio legis condendæ quæ fuerit non apparet? quod dubitari non potest, quin in multis contingat, cum ti. de legibus dicat Iulianus. Non omnium quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest. Subiungatque ibi Neratius. Et ideo rationes eorum, quæ constituuntur, inquiri nō oportet: alioqui multa ex ijs quæ certa sunt, subuerterentur: & ipse quoque Plato (in primo legum suarum libro) nō permittat cuiquam de suis legibus negocium insumere, sed ingenua fide accipi iubeat, quæcunque sanctiones ferantur, nec curiosius eas perpendi, si bene habeāt, vel perperam. Ex
68 quibus uidetur nō solum † difficile & plerumque impossibile factu esse, vt legis ratio inueniatur, sed impermissū quoque, vt inquiri possit. Aduertendum puto esse, quid quęratur: aut enim in quęstione est, an sua ratione subsistat omnis lex: aut possitne omnium ratio reddi: aut item liceatne rationē legis inquirere, & si liceat, an & quis reddere illā teneatur. Ex ijs autem quę in ante-
69 cedenti libro dicta sunt apparet non esse † legem, quæ sua causa careat, suaque ratione. Et quoniam superius ex Diuo Thoma probauimus rationem esse, vt formam legis, & forma dat esse rei. l. Iul. §. siquis rem. ff. ad exhib. patet, quòd non potest
70 esse lex, & ratione carere, & quòd possibile est † eam rationem, quanuis in lege non expressam, inuenire nisi noster deficiat intellectus: & quoniam dictum similiter est, & clarius libro sequenti probabitur: non posse nisi vnam cuiusque legis esse rationem, hic addo, quòd vbi non sit expressa in lege ratio, vna probabili allegata, ea tenenda est, nisi per negantem probabilior ostendatur, quod ex superius citatis legibus satis constat: probaturque argumento legum, quas ad hoc citat Bal. in l. maximum vitium. columna tertia, versic. sed ista ratio Bartoli. C. de liber. præter. qui citat. l. nominatim. ff. de liber. & posthum. l. fundus qui locatus. ff. de fund. instruc. & instr. leg. & l. si optio. primo responso. ff. de optio. lega. Et quamuis Alexan. in l. si constante. in princip. in decima tertia columna. ff. sol. matrimo. & Iaſ. in aucten quas actiones. in septima columna. C. de sacrosanct. eccles. (dicentes ita tenuisse Salicetum in l. secunda. C. de noxal.) voluerint sufficere, si dicatur, plures esse rationes, nisi ex aduerso probetur esse tantummodo vnam, eorum opinionem grauiter confutat egregius opinionum conciliator Marianus Socinus iunior in primo suorum consiliorum, numero

quin-

Source : BIU Cujas

quinquageſimotertio, poſt Claudiũ Aquẽſem, quem cum meritiſſima honoris præfatione citat, concludens, non deſtrui argumentum ab vnica probabili ratione, licèt in lege nõ expreſſa, tanquam ab expreſſa factum: niſi aduerſarius alteram probabilem allegando, in dubium reuocet, an ſit tantùm vna: & hoc ait ſenſiſſe Salicetum. Sed ſi verum eſt, quod nos dicimus, non poſſe niſi vnam cuiuſque legis propriam, & immediatam rationem eſſe: ſequitur, quòd vbicunque continget, ſecundùm proximè citatos Doctores plures vnius legis rationes adduci, ſi ſubtilitas intellectus indagando præceſſerit, inuenietur vera, & propria, ſecundùm quam reiectis alijs, erit iudicandum. Addo & conſequenter, quòd interpretatio per identitatem rationis procedat, & valeat: ſiue ratio ſit in lege expreſſa, ſiue non, dummodo de ea conſtet: vt tenuit Bal. loco proximè citato, & ante eum Dynus in cap. vlt. de regu. iur. lib. ſexto. Et vltra per eos adducta faciunt. l. prætor ait. §. primo. ff. de no. ope. nunciatio. l. ſi plures, in fin. de vulga. & pupilla. l. libertum. §. ſenatuſconſulti. de ritu nuptiarum. l. fin. C. de indic. vidu. tolle. inſt. de legit. patr. tut. §. j. Et ad ea quę in contrariam partem adducta ſunt per Albericum in 9. queſtione pri. partis ſtatutorum, & alios quoſdam, facilis eſt reſponſio: quia error prouenit ex differentia eiuſdem & ſimilis rationis: contraria enim poſſunt habere locum, vbi eſt ſimilitudo tantùm: non autem vbi eſt identitas rationis. Ex his autem
71 infertur, quòd ſicut ſententia † lata contra legem eſt nulla. l. ſi expreſſim. ff. de appellatio. declarando ſicut faciunt Abb. & Felyn. in cap. primo de re iudica. itidem nulla ſit lata contra rationem legis, quod eleganter poſt Butrium probauit Abba. in d. c. primo. colum. 3. ver. quid autem ſi lata. Quod iuxta proximè dicta intelligendum eſt, ſiue ratio ſit expreſſa in lege, ſiue non expreſſa, cum ſecus eſſe in ſententia lata contra ſimile legis aut eius rationis, teneat idem Abbas poſt alios, quos citat. An autem
72 licita † ſit huiuſmodi inquiſitio, puto adhuc diſtinguendum eſſe: quia ſi inquiſitio tendit ad effectum, vt redarguatur legislator, reprehendaturve lex, tanquam iniuſtè, & ſine ratione poſita: id minimè licet, quoniam iuxta Diuum Auguſtinum. 4. diſt. in iſtis temporalibus legibus, quãquam de ijs iudicent homines, cum eas inſtituunt, tamen cum fuerint inſtitutę, & firmatę, non licebit iudici de ipſis iudicare: ſicque procedit notiſſima illa Vlpiani ſententia in l. proſpexit. ff. qui & à quib. manum. dicentis. Quod quidem per quam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt: quamobrem & diuinæ legis interpres Moſes Deut. cap. 12. dixit. Omne quod ego præcipio vobis cuſtodietis, vt faciatis, non addetis ſuper illud, & non diminuetis ex eo, quod eſt dicere, non quod vobis bonum videtur faciatis, ſed quod mihi: & Plato in ſuperius citato libro recitat, & tanquam optimam laudat illam, quæ apud Lacedæmonios & Cretenſes erat lex prohibens. Ne quis iuuenum quærere auderet, rectè ne, an contra ſe leges habeant: ſed vno omnium ore vnaque voce rectè tanquam à Dijs poſitas cõcedi iubens, nec vllo modo aliter pati quicquam à iuuenibus cogitari. Et Diuus quoque Franciſcus in calce ſuæ Regulæ præcipit: vt ex ijs quæ ibi ſcripta ſunt nullus minuat, neque ſcriptum aliquod deſuper addat, nec aliam regulam fratres habeant, quod in teſtamento quoque repetens ait, per obediẽtiam teneant iſtis verbis non addere, nec minuere: & ſemper hoc ſcriptum habeant ſecum iuxta literam: & non mittant gloſſas in regula, nec in iſtis verbis, dicendo ita volunt intelligi: ſed ſicut dedit mihi dominus purè & ſimpliciter & ſine gloſſa intelligãt, &
73 cum ſancta operatione vſque in finem obſeruent. Idem † etiam multarum ciuitatum ſtatutis cautum eſt: vt ſecundùm literam intelligãtur: atque id optima quidem ratione, quam ex eiuſdem Platonis dialogo, qui Crito, ſiue de eo, quod eſt agendum, inſcribitur, colligere licet. Quia ſi permiſſum eſſet vnicuique legem ſuo modo interpretari, parata eſſet legum, & ſimul Reipublicæ corruptela, eſſet turbidum & confuſum quoddam genus viuendi, quale in interregnis eſſe ſolet: & quale deſcribitur in ſacris literis in lib. Iudicum cap. 17. & vl. In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſq; quod ſibi rectum videbatur hoc faciebat: & huc reſpicere videbatur Cretenſium & Lacędemoniorũ lex, eandẽ cauſam prætendens Mahometus, ſed re vera diffidens (vt veriſimile eſt) legem illam ſuam (vtpote ſine ratione compoſitam, apertaque mendacia, impietates, vanitatesque multas in ſe continentem) diſputando defendi ſuſtinereque poſſe: multis in locis iubet, vt contradicentes & non aſſentientes, ſi fieri poſſit, interimantur: de alijs verò, in quos non daretur gladij poteſtas, in Azoara. 20. ſic præcipit. Contradicentibus dicito, vt ſibi ſua ſint negocia, tibique tua: ipſique à tuis factis, & tu à ſuis liber. Sin
74 autẽ † cauſa, ratio ve legis inquiratur ad effectum indagãdi mẽtem, & ſententiam legis, vt ſecũdum illam diſpoſitio legis interpretatur extendatur, vel reſtringatur, ſiue ad effectum iudicandi alias controuerſias per identitatem ſeu ſimilitudinem coniũctionem ve cauſæ & rationis, videtur eſſe animaduertendum, an legiſlator id fieri prohibuerit, an non: vbi enim non eſt prohibitum, negari non poteſt quin ſit permiſſum: facta autem prohibitione, cõſiderandus eſt modus prohibitionis. Nam ſi id tantum habeat, vt non addatur, neque minuatur quicquam, ſicut dixerunt Moſes, & diuus Franciſcus in regula, non puto id eſſe impedimento, quo minus ex cauſa & ratione legis mens, & ſentẽtia legislatoris interpretari, & per eã vis & poteſtas legis circumſcribi, ac etiam ad ſimilium caſuum deciſionem trãſitus fieri poſſit: cum hoc nõ ſit addere legi, neque ab illa diminuere quicquam. Quod ſi (quemadmodum factum eſt à Diuo Franciſco in teſtamento, & pleriſque alijs qui diuerſarum ciuitatum ſtatuta condiderunt) additum fuerit, vt quod ſcriptum eſt accipiatur iuxta literam, nec poſſit per interpretationem inquiri quid legislator intellexerit: quia ceſſat occaſio arguendi ex mente & ſententia: tantum reſtat, vt per identitatem rationis tranſiri poſſit ad deciſionem ſimilium controuerſiarum, quod, niſi eſſet expreſsè prohibitum, ſemper licitum, immo neceſſariũ eſſe exiſtimo. quem admodum prudẽtiſſimè dixit Iulianus in ſuperius citato titulo de legibus. Nõ poſſunt omnes articuli ſigillatim, aut legibus, aut ſenatuſconſultis comprehendi: ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt ad ſimilia procedere, atq; ita ius dicere debet: & ante eum docuit Ariſt. Rhet. lib. pri. ca. 1. & Polit. lib. 2. capit. 5. & lib. 3. capi. 12. & Ethico. lib. 5. cap. 10. vbi rationem explicat. Quia lex eſt vniuerſalis, & de futuris: fieri autem nõ poteſt, vt de quibuſdam talibus vniuerſaliter rectè dicatur, & ſubiungit, ea tum rectè ſeſe habere, vbi ea parte, qua legislator omiſit, atque peccauit abſolutè loquutus, emẽdetur defectus, quod & ipſe legislator, ſi adeſſet, hoc modo diceret, & ſi ſciuiſſet iubẽtem legem tuliſſet: & ita factum eſt per Clementem Papam quintum ſuper dicta regula ſancti Franciſci, in cle. exiui de paradiſo. de verbo. ſigni. Quod ſi etiam ipſe ad ſimilia trãſitus eſſet à legislatore prohibitus (ſicut fecit Nicolaus Papa tertius in ſua cõſtitutione: exijt qui ſeminat, prope illius finẽ, de verb. ſign. li. 6. vbi poſtquam dictam regulam ſancti Franciſci multifariam declarauerat, ſub grauiſſimis pęnis iubet, vt eadem conſtitutio ſua, ſicut prolata eſt, ſic fideliter exponatur ad literã, nec intellectus ipſius deprauetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad
75 aliquid, quàm litera ipſa ſonat.) Tunc aliud † fieri nõ poteſt, niſi vt euenientibus caſibus, qui interpretatione deciſione vè indigeant, nec ſint verbis legis comprehenſi, recurratur ad Principem, ſeu ſuperiorem illum, cui ea facultas competat, qui vinculum inhibitionis relaxet, Sicut fecit Ioannes Papa xxij. qui dictã prohibitionem Nicolai tertij ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ ſuſpendit per aliam extrauagantem, quæ impreſſa eſt ante tractatum Minoritarum; quem Barto. compoſuit. Diuinus inquam ille Bartholus à natura, vt iuſti, æqui & boni interpres eſſet, adpoſitè factus, qui de dictis quoq; prohibitionibus interpretationum adeo doctè & prudenter ſimulque breuiter loquutus eſt in repeti. l. omnes populi. in antepe. colum. ff. de iuſti. & iur. vt nihil melius videatur dici potuiſſe, tametſi eius dictis multas addiderit conſimiles auctoritates doctor ille ſincerus Ioannes Baptiſta Caccialupus in penult. colum. lecturæ eiuſdem. l. omnes populi. Per quem autem reddenda ſit ratio legis, quantum attinet ad Iudices & Cauſidicos, explicabitur libro ſequenti. Legislator ve
76 rò (ſi Platoni credimus) ni velit † ſuſpicionem quandam Tyrannicę poteſtatis incurrere, debet omnino legis rationem aſſignare. Is enim ad finem dialogi de legibus ſeptimi ita dicit. Videtur legumlatoris officium non ſolum hoc eſſe, vt leges conſcribat: ſed etiam vt medio vtatur illo, quod inter admonitionem eſt & leges. & paulò inferius. Oportet, vt legislator leges non ſolùm conſcribat, ſed etiam declarationem quandam ijs adiungat, qua quæ honeſta turpiaque ſibi vidẽtur ſignificet, & dialogo nono. Sic igitur leges Ciuitatibus conſcribantur, vt patris, matrisque perſonam lator legum penitus gerat, ſcriptaq; charitatis & prudentiæ virtutem habeant potius, quàm domini tyranniqúe imperium, minitantis tantum & deſcribentis, rationem verò nullam penitus aſſignantis. quod in dialogo quarto adhuc clarius expreſſit, probãs debere legislatorem conari, vt perſuaſionibus, & exordijs faciat leges probabiles videri, reddatque ſubditos ad virtutis officia perſuaſos maximè, & obtemperantes: reprehendensque eos, qui ſtatim quid faciendum ſit, & quid non, exponunt, nulla ratione ad exhortandum perſuadendumque adhibita: quos comparat imperitis, & ſeruilibus quibuſdam Medicis, qui omnia circumeuntes, nec rationem vllam de ſingulis ſeruorum morbis, aut reddunt, aut accipiunt: ſed quæ vſu prodeſſe videntur quaſi exactè ſciẽtes, tyrannorum inſtar ſuperbè & pertinaciter imperant: cum cõtra bonus medicus à principio morbi naturam perquirat, communiterque cum ægrotante & eius amicis verſetur, tum diſcendo ab illis non nihil, tum quoad fieri poteſt docendo: nec ante imperat quicquam, quàm perſuaſerit: atque ita perſuadendo, ſemper manſuetè ad ſanitatem perducere ægrotantes conatur. Quapropter & Galenus in ſecundo de morbis curandis, lib. de rationalibus & empiricis medicis loquens, ait. Atqui illi (ſcilicet rationales) ſi non aliud, ſaltem ſuadere, ac docere auditorem ſtudent, non cogere, iubereque: hi (ſcilicet empirici) totum contra, tyrannorum ritu iubent, ne quæramus actionis cãm. Verum nos hoc nomine Dionyſium,

Source : BIU Cujas

ryſium, Phalarim, cæterosque tyrannos odio proſequimur, quòd iubent imperantque, non ſuadent ac docent, ſicut Solon, Draco, & Lycurgus: & deinde eodem libro pluries eandem ſententiam repetens dicit. Tyrannorum eſſe imperare tantum, nulla aſſignata ratione, contra bonorum legiſlatorum eſſe, quæ iuſſerint euidentibus rationibus probare. Et in quarto commentario ſexti libri Hyppocratis, de morbis popularibus, lectione decimanona, in fine ait. Neque enim homines habent fidem his, quæ ſine demonſtratione proferuntur: & id præterea videtur perperam dictum, non licere medico naturales rationes attingere: hoc enim oſtendit eos, qui iſtud aſſerunt velle (ac ſi ipſi tyranni eſſent) ſuis obtemperari mandatis: præſtaſſet autem non ita more tyrannico imperare, ſed potius nos docere, & reliqua. Quibus conſonat Innocentij Papæ quarti præceptum, qui de ſentent.excommunica.libro ſexto dixit. Cùm medicinalis ſit excommunicatio, non mortalis: diſciplinans, non eradicans (dum tamen is in quem lata fuerit non contemnat) caute prouideat iudex eccleſiaſticus, vt in ea ferenda oſtendat ſe proſequi, quod corrigẽtis fuerit, & medẽtis. Ex quibus planè liquet non eſſe boni legislatoris opus, edere legem non reddita illius ratione, ſecundùm quòd etiam in capitulo corepiſcopi, ſexageſimona diſtinctione, habetur. Quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt. Veruntamen ſi con-
77 tingat † non eſſe omnino rationem redditam, vel (vt ſæpius accidit) dum lata eſt lex voce vel inſcripto proœmio reddita, in ſcriptum non redacta, aut poſtea breuitatis cauſa reſecata fuerit (ſicut factum eſt in pleriſque Pontificum decretalibus, & legibus Codicis) omnino eſt legi vtcumque poſitæ acquieſcendum, ſecundùm ea quæ ponunt gloſſ. & Doctor in l.non omnium. ff.de legibus. & in capitu.ſiquando. extra de reſcript. Atque hæc hactenus de cognitione eiuſdem & diuerſi, ac ſimilis & diſſimilis, pro rectè formanda comparatione, quàm iuriſperitorum inſtrumentum eſſe poſuimus, dicta: cum abunde ſufficere videantur, Reliquum eſt vt in libro ſequenti de ipſius comparationis vſu, & reliqua omni exercitatione tractemus.

SVMMARIVM.

1 *Officium iureconſulti latius patet, quàm iudicis.*
2 *Officium Iudicis in quo verſetur.*
3 *Officium Iureconſulti in quibus verſetur.*
4 *Iudicis, & Iureconſulti finis in genere quis ſit.*
5 *Iudicis, & Iureconſulti finis in ſpecie quis ſit.*
6 *Iuriſperiti, & Iudicis officium in agendis cauſis diſcrepat.*
7 *In omnibus iudicijs tria neceſſariò ſpectanda.*
8 *Officium eius, qui cauſam dicit, quod ſit.*
9 *Officium Iudicis, cauſa dicta, lege exiſtente, vel non, quod ſit.*
10 *Officium Iudicis, & cauſam dicentis, ex quibus expleatur.*
11 *Iuriſperiti cura, in ſingulis cauſis ad ſe delatis, quæ eſſe debeat.*
12 *Iudicis, & Iuriſperiti, circa cauſas ſuſcipiendas, vel non, diuerſa eſt deliberatio.*
13 *Cauſidico non obſtet pudor, quin ſuſceptam cauſam cognita iniquitate dimittat.*
14 *A Cauſidico, Amicorum cauſæ, aut deſtinatæ, aut ad exemplum pertinens item claræ, atque illuſtres ſuſcipiendæ ſunt, & quamobrem ſint ſuſcipiendæ.*
15 *Cauſidici officium, poſt ſuſceptam cauſam eſt, in ea atq; eius circunſtantijs perdiſcendis.*
16 *Cauſidicus, qua percunctari litigatorem, & quotiens, ac quam perſonam cum eodem litigatore ſuſcipere debeat, vt ad cauſæ veritatem perueniat.*
17 *Cauſidicus circa inſtrumenta litigatoris rimanda quam diligentiam impẽdere debeat; & inſtrumentorum prædictorum inſpectionis effectus.*
18 *Cauſidicus tertiam perſonam ſuſcipiendo, ſcilicet iudicis, litis euentum cernet.*
19 *Exercitationis in agendo cauſas quis ſit fructus, & effectus.*
20 *Inexercitatus in agendis cauſis, in quibus primum debeat exercere ad effectum, vt viſis inſtrumentis, confeſtim litis euentum præuideat.*
21 *Propoſitiones colligendi ratio quæ ſeruãda, & qua methodo compoſiti ſint ſinguli inſtitutionum iuris ciuilis tractatus, ſeu tituli.*
22 *Reſcripta omnia principaliter in quibus verſentur.*
23 *Reſcripta gratioſa, & concernentia iuſtitiam quæ ſint.*
24 *Ordo in colligendis propoſitionibus contractuum, & aliorum huiuſmodi, quæ per genera, & ſpecies, mediis differentijs diuidi poſſunt, vel non, ab authore ſeruatus quis fuerit.*
25 *Iuſtinianus Imperator quam viam tenuerit in diſpoſitione librorum iuris ciuilis a ſe compoſitorum, & quam Rochus Curtius in tractatu Iuriſpatronatus.*
26 *Tractatuum cõponendorum viæ quæ ſint, & earum prima quæ ſit, ac magis laudetur.*
27 *Repertorio alphabetario qualis doctrina paretur, & quis in ea re præſtiterit.*
28 *Repertorium, qui ſuo ingenio, & labore parauerit, ab eo, qui ad Berthacchinum confugit, quantum differat.*
29 *Authoris cuiuſdam magni factus mos illaudatus in voluminibus componendis.*
30 *Locis propoſitionum ordinatis quid agendum.*
31 *Propoſitionum prius magis communes, deinde minus communes, tandem propriæ, & quo ordine ſcribendæ ſint: ac communes, & minus communes quæ ſint.*
32 *Iuriſperitus quem fructum capiet ex propoſitionum apparatu.*
33 *Status cauſæ inuenio quare iuriſperitum fallit.*
34 *Legis vnius vnica eſt ratio proxima, & propria: & ſecus ſentientes damnantur.*
35 *Subiectum vnum in naturalibus impoſſibile eſt habere, niſi vnicam formam.*
36 *Ratio eſt forma, & anima legis.*
37 *Propoſitiones duæ in acquiſitionum materia, quarũ vna generalior altera.*
38 *Fundum à Scio, legatum habens, ſi eundem fundum a Sempronio ſibi legatum dicat, an quicquam petere poſſit: & qui ſtatus ſit cauſæ.*
39 *§. affinitatis. inſt. de Nupt. nouus intellectus ex Theophilo.*
40 *§. 1. in princip. inſtit. de vſucap. addito ex Theophilo, & clarius intellectus.*
41 *Conſultus, an poſſidens ex venditione vſucapere poſſit, quæ a conſultore pro vero reſponſo ei dando, quærere debeat, & alia ibi huiuſmodi.*
42 *Status proprius cauſæ ex quibus inueniri poſſit.*
43 *Iudex quo pacto de cauſa informari debeat.*
44 *Opuſculum de Notis Iudicum ab authore conſcriptum, & quid contineat.*
45 *A quibus Iudicibus, ab vnoquoque caueri poſſit, vel non.*
46 *Iniuſtitiæ extremum genus quod ſit.*
47 *Cauſa didicita quid agendum à Cauſidico.*
48 *Cauſidici pro Actore, vel Reo, princeps cura circa quæ verſari debeat.*
49 *Ius omne quod proponitur pro facienda comparatione, quale, & quotuplex ſit.*
50 *Status cauſæ coniecturalis, diffinitiuus, legalis, qui, & quales ſint. Vbi de ſtatu cauſæ, quando à ſimili legis arguitur, & negatur ſimilitudo, atque authoris ſententia circa numerum ſtatuum cauſarum legalium.*
51 *Lege poſita, quomodo ab Identitate ſpeciali in comparatione arguendum, & reſpondendum ſit.*
52 *Idem numero quomodo vere dici poſſit.*
53 *Pro Regula poni poteſt, quòd data nominum diuerſitate præſumatur eſſe rerum quoque diuerſitas: & alleganti Identitatem incumbit onus illã probandi.*
54 *Lege poſita, quomodo ex identitate, numero definitionis per comparationẽ argumentandum, & reſpondendum ſit.*
55 *Identitas definitionis quomodo deſtruatur.*
56 *Lege poſita, quomodo de ſpecie legis arguendum, & reſpondendum ſit: vbi de ſcripto, & voluntate legis agitur, & de vero intellectu. c. reintegranda. 3. q. 1. in illis verbis, quacunque conditione temporis &c. & gloſ. in c. 2. de reſtit. ſpoliat.*
57 *Lege poſita, quomodo per Idem numero accidente, in perſonis, & rebus arguendum, & reſpondendum ſit: vbi de ſtatu legum contrarium tractatur.*
58 *Statuum omnium cauſarum qui ſint fontes.*
59 *In ſtatu ratiocinatiuo, quamobrem ſit ſæpius controuerſia, & quæ capita eius ſint.*
60 *Identitate generis, ſpecieiq; probata, diuerſitatem rationis probandi onus cui incumbat.*
61 *In ſtatu ratiocinatiuo quot ſpecies iuris veniant.*
62 *Identitas, & ſimilitudo maior in quo comparatorum requiratur.*
63 *Comparationem facturi, quid primum, ac principaliter conari debeant, & de ſtatibus legalibus confirmandis, aut deſtruendis.*
64 *Diuerſitas diſſimilitudoq; rationis, in quibus verſetur, & ipſarum exemplum.*
65 *Collectoris Decimarum beneficium vacans, Pontificis collationi generaliter reſeruatum eſt, & Reſeruationes omnes an eandem vim habeant.*
66 *Comparationibus rectè, atque exactè faciendis quæ ſcienda, & memoria repetenda ſint, & legis quot ſenſus ſumi poſſint.*
67 *Oppoſitio, quot modis conſiderari poſſit, et quot ſint ſpecies eorum, in quibus oppoſitio conſideratur.*
68 *Coniunctio quot modis accidit.*
69 *Leges poſita, ex conſideratione contrarij, & à coniunctis, quid intelligatur.*
70 *Summaria legum, ac ex illis notabilia, & inſignes propoſitiones, qua ratione colligendæ.*
71 *Pro comparatione rectè facienda an vniuerſarum rerum, cauſarumq; circunſtantia eadem, aut ſimiles eſſe debeant, & quæ ſufficiant.*
72 *Argumentum a ſimili quando valeat ſecundùm noſtros doctores, & ſimilitudo, ac diſſimilitudo in quibus, & quando probanda ſit.*
73 *Similitudinum probationes cuiuſmodi faciendæ ſint.*
74 *Argumentũ a ſimilis in iure multum habere viriũ, & eſſe demonſtratiuũ.*
75 *Eorum, quæ idem genere, vel ſpecie ſint, multa exempla.*
76 *Iudex, quomodo iudicare debeat ex præcepto Iuſtiniani, & Socratis apud Platonem, & multa de iudice iudicaturo.*
77 *Iudicium quid ſit.*

Source : BIU Cujas

78 *Iudex, iudicandi peritus, quis esse possit, vel non. Et peritia hæc ex quibus consistet, & comparetur, ac quæ ex se, & ab alijs iudex consequi debeat, & 80.*

79 *Dictionum vite, & rectè vera significatio, contra glossa in varijs legibus.*

81 *Exempla eorum, quæ requiruntur ad faciendum bonum iudicem: & quantum in omnibus artibus exercitati præstant ijs, qui non sunt exercitati.*

82 *Quàm sit inconueniens iudicandi officium inexercitatis, atque imperitis iuris mandare.*

83 *Ratio per iudices vniuersæ administrationis reddenda, qui appellatur syndicatus: & an, & quando sit in singulis sententijs ratio exprimenda, vel non.*

84 *Vbi lex rem indeterminatam arbitrio Iudicis reliquit: quo pacto sit iudicandum. & quæ sint illa, quæ soleant per legem arbitrio iudicum relinqui.*

85 *Quid sit Iurisperito proprium, & exinde qui sint vere Iurisperiti.*

86 *Quo pacto cognoscetur, an quispiam sit sufficienter exercitatus.*

87 *Quam vtilitatem ex hoc opere futuram esse promittat auctor.*

Liber Tertius.

1 2 VReconsulti officium latius † patet, q̃ iudicis. Hic enim in eo dũtaxat † versatur; vt ita iudicet, quemadmodum scriptis legibus, & ꝯstitutionibus, aut moribus proditũ est, inst. de offi. iud. in princ. Iureconsultus † autem (secũdùm Ciceronem pri. de oratore) & ad respondendum de iure, & ad tractãdũ in iudicio causas, & ad cauendum in contrahendis negocijs peritus esse debet. finis Iudicis, † & eius qui consultus de iure respondet, vnus 4 idemque est: quoniam (si eidem Ciceroni in oratione pro Cecinna credimus) fieri non potest, vt aliud iudicari de iure, aliud responderi oporteat: nec vt quisquam iuris numeretur peritus, qui id statuat esse ius, quod non oporteat iudicari. igitur cum, eodem Cicerone (pro Cluentio) teste, iudices sint legum interpretes, secundùm Lysiam, eandem debent habere mentem, quam 5 leges ipsæ, vtriusque finis † esse debet (quem ponit Cicero libro primo de oratore) legitimè, atque vsitatè in rebus, causisque ciuium æqualitatis conseruatio. In agendis † autem causis aliud est 7 iurisperiti officium, ab eo quod est iudicis. Tria. enim † in omnibus iudiciis necessariò sunt spectanda. Primum lex, deinde iu- 8 dex, tum is qui causam dicit. Huius † officium est (secũdùm Aristo. rethoricorum primo) vt iudici ostendat, res sit, nec ne: & factum ne sit, an non; videndo, quæ ex singulis causæ circunstan- 9 tijs, ad id probãdũ trahi possint accomodata. Iudicis verò † officium est, id iustũ ne sit, an iniustũ, ſm qꝑ lege determinatũ fuerit iudicare. Quæcunque verò lex non determinauit, neque definiuit, ea non à litigatoribus, causidicisve ipsis accipere, sed per se ip- 10 sum scire, & interpretari, Vterque † autem suum officiũ explet iam dicto instrumento, de cuius vsu nunc est tractandum. In sin- 11 gulis † ad se delatis causis triplex esse debet iurisperiti cura: vt iudicet, suscipienda ne sit vnaquæque causa: Deinde vt susceptam bene discat: postremò vt ad agendum accedat. Circa suscipien- 12 das † aut reijciendas causas; diuersa est Iudicis, & causidici deliberatio. Iudex enim illud tantummodo considerare debet, an causa suæ sit iurisdictionis: cæterum indifferenter omnes pro religione officij recipere, ac iudicare cogitur. Causidicus verò liberum habet arbitrium, quascunque velit recipiendi causas: verũ tamen ab eo; qui non solum pecunias, sed gratiam quoque, & laudem ab hominibus, & à Deo æternę vitæ præmium desideret, habendus est suscipiendarum accuratus delectus. Nam, vt omittam, quod non sunt suscipiendæ, nisi quæ sint, vel videntur 13 iustæ. Ita (vt Fabio præceptore lib. xij.) non † obstet pudor, quominus susceptam, cum melior videretur, cognita inter discẽdũ iniquitate, dimittat, cum prius litigatori, dixerit verum: neque enim dignus est (inquit) opera patroni, qui non vtitur consilio. Præterea memorabile videtur Cæcilij (epistolarũ lib. 6. ad Quadratum) præceptum ex Thrasea Pæto dicentis. suscipiendas † esse causas, aut amicorum, aut destitutas, aut ad exemplum pertinentes; quibus ipse addit claras, atque illustres. Claritudo autem (vt idem lib. 2. ad Maximum docet) vel personarum qualitate, vel negocij magnitudine consideratur. Cur amicorum? (inquit) non eget interpretatione. Cur destitutas? quod in illis maxime, & constantia agentis, & humanitas cernatur. Cur pertinentes ad exemplum? quia plurimum refert, bonum, an malum inducatur claras & illustres, quoniam (ait) æquum est, agere nonnunquam gloriæ, & famæ.

15 ¶ Post susceptam † causam, proxima succedit illius discendæ ratio, qua de re, quum nihil habeam melius, quàm sit à Tullio, & Fabio dictum: illorum præceptis vtendum esse censeo, quæ in summam hęc sunt. Primum vt putetur, hoc esse causidici fundamentum, causæ circunstantias omnes habere prægnitas: neque enim quisquam tam ingenio tenui reperitur, qui cum omnia, quæ sunt in causa, diligenter cognouerit, ad docendum certè Iudicem non sufficiat: cùm è contra, nemo possit de ea re, quã 16 non nouit, non turpissime dicere. Deinde † vt liberum demus ijs, quorum negocium erit, tempus, ac locum, exhortemurque vltro, vt omnia, quamlibet verbosè, & vnde volent repetita, ex tempore exponat: non enim tam obest audire superuacua, quã ignorare necessaria. Nec tãta sit acturo memoriæ fiducia, vt subscribere audita pigeat. Nec semel audisse sit satis: cogendus eadẽ iterum dicere, ac sæpius litigator, non solùm, quia aufugere aliqua prima expositione potuerunt, sed etiam, vt sciamus, an eadẽ dicat: plurimi enim mentiuntur; & tanquam non doceant causam, sed agant, non cum patrono, sed vt cum iudice loquuntẽ. Cum satis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rursus patrono personam transeundum est, agendusque aduersarius: proponendum quicquid omnino excogitari contra potest, interrogandus quàm instantissime, ac præmendus: nam dum omnia quærimus, aliquando ad verum, vbi minimè expectauimus, peruenimus. In summa optimus est in agendis causis patronus incredulus.

17 ¶ Præterea, opus est intueri omne litis † instrumẽtum, quod videre non est satis, perlegendum erit: nam frequentissimè, aut non sunt omnino quæ promittebantur, aut minus continent, aut cum alio aliquo nocituro permixta sunt, aut nimia sunt, & fidem hoc ipso detractura, quod non habent modum. Multa ẽt, quæ litigator nihil ad causam pertinere crediderit, patronus eruet, modo non penitus rudis huc atq; inexercitatus accedat: ad huncq; potissimum finẽ conducent exercitationes illę præambulæ, de quibus libro primo facta est mentio. Eidemque viro exercitato, quum res penitus, causaque cognita fuerit, statim occuret animo, quæ sit causa ambigendi, & quid sit illud, quo referenda sit omnis illa oratio; quæ sit propositæ quæstionis, & iudicii propria: nempe ipsius causæ status: inuenta autem ambigẽdi ratione, & statu causæ: propositis sibi ante oculos omnibus, quæ 18 prosint, noceantve: tertiam † deinde causidicus personam induat Iudicis, fingatq; apud se agi causam, & quod ipsum mouisset, de eadem re pronunciaturum, id potentissimum apud quẽcumque agetur, existimet: & sic eum rarò fallet euentus, aut cul- 19 pa iudicis erit. Quæret fortasse † aliquis, quo pacto poterit ita ex improuiso proponere sibi ante oculos causidicus, quæ prosint, noceantve parti suæ: is sciat, eũ esse exercitationis fructum, quẽ capiet maiorem, quincunque magis fuerit exercitatus. Nam inexercitato tanquam hostiatim, per loca singula quærenda erunt argumenta, & infinitam faciet ea res tarditatem, imperitiæque 20 vituperationẽ tardo illi cõciliabit: & hic quoque proderit † præambula illa exercitatio, de qua superius est facta mentio: sed vt ea exercitatio via & ratione procedat: habeanturque in animo parata quæcunque poterunt ad singulas causas facere, vt ex illis opportuna possimus sumere argumenta. Primum profuerit, si (exemplo eius, quod rhetoricorum primo, & Topicorum octauo docuit Aristo.) ex ipsis iuris vtriusque libris collectas, atque in ordinem certum redactas, habeamus multas de vnaquaque materia propositiones. Deinde si exercitati fuerimus, circa identitatis, & similitudinis constructionem, & destructionem: quæ quibus ex locis efficiantur, precedenti libro est enarratum. Ra- 21 tionem † autem colligendi propositiones, & disponendi illarũ apparatum siquis faciliorem habet, & promptiorem, eam sequatur, sin minus p̃ambula illa, de qua libro primo loquuti sumus, exercitatione. qua ipse me exercui vtendum esse suadeo. Constitui enim mihi singularum, quę in frequentiori videbantur vsu esse, materiarum, capitales quosdam locos, ad quos postea referebam, quæ inter studendum, ea de re occurrebant propositiones: locorum autem ordinem, ea qua Plato faciendum esse precipit regula, plerumque disponebam: qua & Iustinianum in singulis institutionum tractatibus, & iureconsultos (quantum ex digestorum centonibus colligi potest) vsos esse animaduerterã. Vt à primo, & maximè generali, ad ea, quę nullam amplius sectionem admitterent, per medias differentias descenderem, vt (exempli gratia) cum cõsiderauissem principalium literarum, & rescriptorum amplam materiam variis in locis dispersam, per medias differentias, & componi, & dissolui posse, ita particbar; 22 vt quædam † dicerentur meræ gratiæ collatiua, quædam meræ 23 iustitię, quædam mixta. Eorum autem, quæ gratiam † continerent. Quædam super eccle beneficiis tum vacantibus, tum vacaturis. Quædam super dignitatibus, honoribus, feudis, & aliis rebus prophanis. Alia essent priuilegia, & licentiæ quicquam contra, vel præter leges faciendi. Quædam verò indulgẽtiæ, & dispẽsationes iam factorum. Alia pœnarum remissiones, & perditarum rerum restitutiones. Eorum autem quẽ iustitiam concernerentur, quædam essent simpliciter delegatoria, partim vniuersitatis, partim generalitatis, partim singularum causarum,

alia

Source : BIU Cujas

alia incidentiũ accumulatiua,nonnulla aduocatoria, & ab vno iudice ad alium translatiua causarum, plęraque litium extinctiua,quædam siue gratiarum,siue sententiarum exequutiua : atq; hæc singula in inferiora quædam genera distinguebam. veluti quod eorũ quę super ecclesiasticis beneficiis emanant,alia sunt de his beneficiis,quæ actu vacant,alia, de vacaturis, quæ & ipsa in plures dissecantur species, quarum differentiæ vel ex modo vacandi,vel ex ipsius prouisionis forma colliguntur:& sic de ceteris.Eandē† methodum seruaui in colligendis propositionibus contractum,vltimarum voluntatũ, seruitutum,& aliarum materiarum;quæ per genera & species mediis differentiis distribui commodè possent.In illis verò,in quibus ea partitio non cadebat:eã sum ingressus viam,quæ ex definitionis dissolutione, seu explicatione conficitur.Veluti in materia Matrimonij:proposita enim definitione,quæ est viri,& mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem præstans.Ex ipsis in definitione positis verbis,locos insigniui ad singulosq; illorum, prout vnicuiq; conueniebant, compertas propositiones retuli. Hanc viam tenuit Iustinianus in iuris ciuilis per eum cõpositis voluminibus, institutionum videlicet, digestorum, & Codicis, in quorum vnoquoque per se particulares tractatus (quos via resolutiua superius compositos esse diximus)& reliqua omnia dispositа sunt ad explicandum quatuor illas dictiones positas in definitione iustitiæ,ius vnicuique suum tribuendi, quod quia latius in principiorum explicatur,hic satis est ita obiter indicauisse : eandem viam tenere voluit Rocchus Curtius in tractatu iurispatronatus,sicque (vt hoc quoque obiter indicem) hæ† duæ sunt componendorum tractatuum nostrorum viæ. Prior illa, qua ex notione finis,per resolutionem à summo genere ad vltima indiuidua proceditur : secundùm quam Iustinianus totum pandectarum opus,itidem,& Institutionum libros componi iussit. Et altera, quæ ex definitionis expositione totam rei substantiam complectitur, & declarat. Galenus in libro Artis Medicinalis de hac postrema loquens,ait. quæ quantum ab ea, quæ ex resolutione consistit,& dignitate, & docendi ordine linquitur, tantum & ad totius compendium, & ad singulorum memoriam præstare inuenietur : sufficienter enim memoriæ commendantur ex definitionis dissolutione vniuersa : quod tamen mihi experto aliter succesſit, disposita enim ex ordine resolutionis antedictæ, facilius commendata memoriæ, diutius mihi hęrent, quàm quæ ex definitionis expositione:sed hæc sunt ex illis, quę pro sui quisque ingenii modo facere potest. Alii plęrique sunt, vel ingenii crassioris,& (quod dici solet) pinguis mineruæ, qui nesciant,vel nimis delicati, qui laboris tedio nolint vias prædictas incedere:sed propositiones,vt quęque occurrant,ad Alphabetarium Repertorium referant, qua† ex opera vix vnquam certa doctrina, & stabilis memoria parari potest : maximè, nisi aliquo tandem ordine distincta singula collocentur, qua in re Ioannes Firmanus, (quem Bertacchinum appellant) ante omnes præstitit: ita quòd etiam inertes,& semisomnes habent Bertacchini amplissimum pratum,ex quo suos sibi colligant flores: tantum interest,† quòd qui suos sibi ingenio,iudicio,& labore, quæ opus est parauerint,ea per causas,& rationes sciunt : ac memoria retinent:eademque & diuersa distinguere, similia,& dissimilia dignoscere, ac singula suo tempore opportunè proferre possiunt,qui verò in repertorijs,præsertim alienis repositam spẽ habent,hi nihil ex arte,& ratione scientes,ad improuisa stupidi, ex tempore nihil respondere possunt : sed ad repertorium,tanquam ad vatem consulendum, interposita mora, inde confusa & ambigua plerunque reportant oracula,vel à re aliena,quæ tamen eis (quippe arte, & ratione carentibus ;) adpositissima videantur. Quale verò iudicium facias, de quodam magni † olim fastus homine, qui magnis etiam librorum de iure voluminibus in publicum datis,terrarum orbi notam facere voluit suam doctrinam,quam hoc pacto comparauerat,alebat assiduè domi duos aut tres iuuenes, vel ex copistarum(quos appellant) tabernis accitos,modo aliquid latinè scirent:illisque(quod sępius me præsente fecit)omnis farraginis libros legendos dabat: iubebatque, vt singulas interlegendum repertas sententias in margine libri cuiuslibet extraherent, ac postea,cum ad finem libri peruenissent, eas sententias ad Abecedarium magnæ molis (quem Thesaurum suum appellabat) codicem transferrent:atque ipse deinde ex illo Thesauro sumptas monetas in vulgus emitteant, quod ita factum esse,quilibet ex eius libris iudicare potest : sunt enim vbique vnaquaque de re,vsque ad fastidium,multa authorum nomina congesta,nullo illorum delectu habito:commixtis antiquis,& modernis,doctis & indoctis, etiam Astronomis, Theologis,musicis,& coquis,extra propositum digressiones importunæ, antiquo quorundam ineptorum more,qui vt se plurima nosse ostentent,pateatque suarum opulentia rerum,quicquid opum congesserunt, sinę more, sine arte irrisi effundunt : sed (quod nulla dignum est venia) in fastuosi hominis prædicti libris crebro est inuenire falso citatas propositiones , & sententias ex authoribus,qui vel nihil tale,vel non eo, quo citantur pacto,dicant,scilicet,quia copistæ illi, accepta parum fideliter, & plerunque nullibi accepta retulissent in codicem rationum, quem solum ipse legerat. Ordinatis ergo † locis, vel per viam resolutionis ex ratione finis, vel per viam declarationis verborum diffinitionis:ipsæ quoque propositiones ordine suo sub illis sunt describendæ : vt prius magis † communes, deinde minus, sed certis communes, postremo propriæ singulorum ponantur. Communio autem accipienda est penes causæ coniunctionem, vt ea propositio. Contractus ex conuentione legem accipere.& illa. Non posse conueniri, ne dolus præstetur.l.1 ff. depositi.omnibus conueniunt contractibus, quia ipsarum propositionum rationes aptæ sunt pariter omnibus. Quod nequaquam accidit si quis dicat. Contractum per Nuncium vel per Epistolam absolui posse.l.quæ autem §.fi.ff.de const.pecu.l.consensu.de actio.& obligat.Cuius ratio non contingit omnes,sed eos dumtaxat contractus,qui consensu solo perficiuntur, & sic de aliis.Qua de re(quoniam superius,vbi de regulis iuris, & causæ coniunctione tractauimus, abunde loquuti sumus) non est quid amplius hic dicendum restet. Tali ergo † propositionum apparatu instructus,& in eiusdem ac diuersi, necnon similium & dissimilium cognitione exercitatus iurisperitus : cognitis (vt ante dictum est) causæ cuiuslibet circunstantijs,illico, & nullo labore,ambigendi rationem,& causæ statum intelliget, considerabitque parti suæ nocitura,& profutura. De ipso statu causæ inueniendo,tametsi latè disseruerim in eo libello, cui titulus est, de exceptionibus,volo tamen hic (quod permaximè videtur ad exercitationem esse profuturum) planius exponere, quod circa veri cuiusque causæ status inuentionem † inde potissimum deceptio prouenit;quia erratur in suppositione causæ, & rationis siue dubitandi, siue decidendi : cùm non assumitur propria, & proxima, sicut faciendum esse in superioribus diximus. Atque ex hoc quoque errore prouenit, quòd (sicut etiam antea diximus)nonnulli putant,plures esse † vnius legis, & dubitandi, & decidendi causas,& rationes:cùm tamen impossibile sit, esse nisi vnam proximam & propriam. Quod si exemplis confirmemus, simul exercitationis viam elucidabimus : simul ostendemus,verum esse id, quod diximus, vnius legis non dari duas rationes : quemadmodum in Naturalibus quoque ponitur absoluta illa propositio. quod vnum † subiectum habere nisi vnam formam est impossibile : cuius ratio assignatur per Comment. in tertio libro de partibus animalium.c.de corde:quia videlicet vnius rei vnum est esse,nam id quod est vnum,est vnum per formam suam vnicam.quia est vnum per id,quod est, & habet esse per formam suã,alioquin (vt dixit etiã Themistius in paraphrasi libri primi de anima.c.20. sequeretur absurdum,& ridiculum dictu quòd in vno homine, tanquam in equo Troiano possent esse plures animæ : quam ob rem cum ratio†sit forma,& anima legis : sicut esse non possunt vnius hominis duæ animæ, ita nec vnius legis.Ergo vt ad exempla deueniamus:cùm in acquisitionum†materia duas habeamus propositiones,vnam.Quod meũ est,amplius meum fieri non posse.inst.de legat.§.sed si rem . Alteram.Duas lucratiuas causas in eundem hominem, & eandem rem acquirendam concurrere non posse, eo.titu.§.si res aliena. Et(quod de se patet) prior illa sit superior, & pluribus communior,quàm hæc solis lucratiuis causis communis.Si † fingamus, quòd Titius fundum sibi aliàs à Seio legatum habens,nouissimè eundem fundum à Sempronio legatum sibi esse dicat,ac te propterea consulat.Num valeat legatum? ipsęq; fundũ,vel eius æstimationem à Sempronii hæredibus iuxta. d.§.si res aliena. eo.tit. petere possit ? Et vt illi respondeas,nõ posse propter eam rationem,ꝙ nõ possit esse duarum lucratiuarũ cõcursus.Iccircoq; putes,hic esse statum causę coniecturalem,siue diffinitiuum:illum videlicet.An hoc casu sit talis concursus . decipieris,ductus errore impropriæ causæ,& oblitus propriæ,& prioris illius,quod alicuius est, illius amplius fieri non posse, sicque status erit causæ non quem putabas,sed diffinitiuus,aut coniecturalis ille,an fundus huic secundo legatus ex priori legato suus esset §.sed si rem legatarii. eodem titulo . Quod si fortasse responsum tuum vtraque ratione muniendum esse putaueris:indoctè nimium,atque imperitè loqueris. vnam propriam,proximam,& sufficientem habens rationem, vnumque verum causæ statum inani verborum,& difficultatum numero,ac tumultu litem intricaturus.Et ne tanquam ex nostro capite ficta hæc omnia, minoris sint authoritatis,vide quid dicant Iustinianus Imperator,& Theophilus paraphrastes, insti.de nupti.† §.affinitatis. quo ex loco nonnulli fundare voluerunt contrariam propositionem. Videlicet cùm præsupponerent posse vnius legis duas esse rationes, notãt inde colligi, quòd & si ex duabus rationibus, siue causis, altera cesset,altera nihilominus remanens eundem parit effectum.Capitalis in eos pœna constituta est, qui binas simul nuptias contrahunt : prohibitę item sunt nuptię inter affines. Et cùm dicat ibi Imperator. Affinitatis quoq; ratione, à quarundam nuptiis abstinere necesse est:vt ecce Priuignam,aut Nurum vxorem ducere non licet:quia vtręque filię loco sunt. Quod ita scilicet accipi debet,si fuit nurus aut priuigna tua, nam si adhuc nurus tua est : idest, si adhuc nupta est filio tuo, alia ratione vxorem eam

Source : BIU Cujas

ducere non potes, quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt. Theophilus autem poſt verba priuignam, aut nurum, vxorem ducere non licet : ait, porrò his addēda eſt dictio quondam, qua dictione addita, oſtendemus perſonas eas non extare, quæ affinitati cauſam dederunt. & ſubiūgit. Etenim ſi hæc adhuc priuigna mea eſt, & illa adhuc nurus: maior eſt ratio, quæ prohibet, ne eā vxorem ducam : quoniam futurum eſt, vt aut vnus vir duas habeat vxores, aut vna mulier duobus viris nupta ſit. porrò capitalis in eos pęna conſtituta eſt, qui binas nuptias contrahunt. Nemo igitur maiore prohibitione omiſſa, de minore diſputat. Cū itaque Imperator aliam, & Theophilus maiorem dicat rationem, clarè ſentiunt non eſſe duarum concurſum. Item cum iure ciuili conſtitutum ſit, vt qui bona fide ab eo, qui dominus non erat, cum crederet eum dominum eſſe, rem emerit, vel ex donatione, aliave iuſta cauſa acceperit, is eam rem certo tempo
40 re vſucapiat, inſtit. † de vſucapioni. in princi. & ſicut ibidem habetur: cum Imperator excepiſſet liberum hominem, res ſacras, & religioſas, ac ſeruum fugitiuum, resq; furtiuas, & vi poſſeſſas: quæ nec ſi tempore illo poſſeſſæ fuerint, vſucapi poſſunt. ſubiūxiſſetque illa verba. Quod autem dictum eſt, furtiuarum, & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitam eſſe, nō eò pertinet, vt ne ipſe, fur, quive p̄ vim poſſidet, vſucapere poſſit. Nam his alia ratione vſucapio non competit, quia ſcilicet mala fide poſſident, ſed nec vllus alius, quamuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiendi ius habeat. addē-
41 do Theophilus dicit. Quum te igitur aliquis † conſulit. Num ille, quod ex venditione poſſidet, vſucapere poſſit? te ante omnia quærere oportet, bona fide, an mala fide poſſideat. Et vbi intelleris, bona fide poſſidere, ad ſecundam mox quæſtionem decurre, & roga. Num ſacra ſi res? num religioſa? num libera perſona? num furtiuum? num vi poſſeſſum? Et ſi quid eorum inueneris, dic vſucapionem non procedere, propter vitium rei inhærens; quoniam furtiua eſt, aut vi poſſeſſa. An igitur fur, qui per vim poſſidet, vſucapere poteſt? forte inconſultè proſiliens, dices nequaquam propter vitium, quod rei adhæret: Nam furtiua eſt, aut vi poſſeſſa. Verum id te dicere non oportet, ordinis enim es oblitus, ſed dicere debes. vſucapionem non procedere propter priorem rationem; quoniam mala fide poſſidet: nouit enim furtiuam eſſe, aut vi poſſeſſam. Quòd ſi fur, quive per vim poſſidet, eam rem alteri bona fide accipienti tradat : tunc ex priori reſponſione, cum bona fide poſſideat, is qui rem poſſidet, vſucapio non impeditur, ſed propter vicium rei inhærēs prohibebitur. Nam furtiua eſt, aut vi poſſeſſa. Ex his (niſi me fallit opinio) apertiſſime probatur, intellexiſſe Imperatorem, & Theophilum verum eſſe id quod dico, vnam videlicet ſolam eſſe vniuſcuiusque legis rationem propriam, & quòd qui aliam putat eſſe rationem, oblitus ordinis errat, & inconſultè reſpondet. Iterum in titulo de Teſtamentis dicit imperator. In teſtibus teſtamenti non debet eſſe is, qui in poteſtate teſtatoris eſt : ſed ſi filiusfamilias de caſtrenſi peculio poſt miſſionem faciat teſtamentum, nec pater eius rectè adhibebitur teſtis, nec is qui in poteſtate eiuſdem patris eſt : reprobatum eſt enim in ea re domeſticum teſtimonium. Theophilus verò ait. Quum quis teſtatur, ſi teſtamentum ſuum eſſe vult perfectum, & ſine vitio, videat ante omnia, qui ſint inter teſtes futuri : & inquirat, num quis eorum in poteſtate teſtatoris ſit : & inuentum à teſtimonio repellet. Illud verò amplius non quærimus, num quis teſtium in poteſtate habeat teſtatorem : Et ratio eſt hæc. Vtrum vis teſtatorem eſſe ſui iuris, an in poteſtate ? ſi ſui iuris eſſe dixeris, non procedet quæſtio. Quod ſi in poteſtate fingas eſſe : iam maiore ratione vim teſtamenti ſoluis : quoniam, qui in aliena poteſtate eſt, teſtari non poteſt. His bene † conſidera-
42 tis, illisque, quæ de propriæ & proximæ cauſæ cognitione in primo libro dicta ſunt rememoratis, facile Iuriſperito erit (vt puto) proprium cauſæ ſtatum inuenire, atque illo inuento, quę nocitura, quæque profutura ſint parti ſuæ conſiderare : ſicque (quantum mihi videtur) completa ſunt ea, quæ ad cauſidici officium circa cognoſcendam, & diſcendam cauſam ſpectant. Iudex † autem quo pacto de cauſa debeat informari, paucis ver
43 bis docuit Plato, dialogo 6. de legibus dicens. Iudex autem mutus, qui nec (inſtar arbitri) aliquid pluſquam litigantes dixerint, in cauſis diſcutiendis præcunctatur, nunquam ad ius declarandum ſufficiens erit. Oportet autem ſemper, vt quod quęritur, ab vtriſque declaretur : tempus autem, & mora, & frequens inquiſitio ad aperiendam controuerſiam cōferunt, quod quia in libello, vſus iudiciorum palatij pontificij dictum eſt: nec melius fieri poſſe arbitror, quàm in illo auditorio fiat : non habeo quid hic addere poſſim : præſertim cum aliud conſcripſerim † opuſculum, de notis iudicum, in quo pleraque apparebunt,
44 ad boni iudicis officium pertinentia: multorumque (propriis etiam nominibus demonſtratorum) iudicum errores, fraudesque in cauſis per me actis commiſſæ, & pleræq; ex ipſis proceſſibus, ac regeſtis apparētes, quaſi in ſpeculo compoſitæ inuulgabuntur : vt hac quoque parte quantum in me eſt reipublicæ proſim, ſcilicet quo ex horum ſaltim infamiæ metu, qui eum libe-

brum legerint, Iudices à ſimilibus abſtineant : & litigatores, ac cauſidici ab eis cauere ſciant. Nec quiſquam exiſtimet, eos tantum notare me iudices, quorum errores, fraudesque, eo quòd ipſi ſtultitiæ, vel malitiæ, atque auaritiæ vitio palam ſint inquinati
45 omnibus innoteſcant: à talibus enim † vnuſquisque per ſe facile cauere poteſt. Ab illis verò, difficile eſt cauere, qui ſimul docti, expertiq; cum ſint: graues etiam, & bene morati, ac religioſi eſſe
46 apparēt: nec ſunt. Nā vt Plato dicit. extremū † iniuſtitię genus eſt, iuſtum haberi, qui iuſtus non ſit: ex eo igitur libello multæ detegentur fraudes eiuſmodi iudicum. nec putes me triuiales dumtaxat homines notare, ſed magnos principes ipſorumque principum conſiliarios, ex vniuerſis chriſtiani orbis locis; ex quibus cauſę, proceſſusque cauſarum ad me in Romana Curia ſunt delati. Ipſiusq; Romanæ Curiæ primores, qui fucatæ bonitatis, & doctrinæ opinione in bonorum iudicum numero erant, & à quorum actionibus quilibet etiam cautiſſimi litigatores, & cauſidici ſupplantari, & decipi facile potuiſſent.

47 ¶Sic igitur † didicita, & cognita cauſa, procedēdum eſt ad actio-
48 nem, in qua † princeps cauſidicorū debet eſſe cura, vt is, qui erit pro actore, comperto cauſæ ſtatu proſpiciat, cui legi ſuæ patris intentionem comparandam eſſe putauerit. Is verò, qui erit pro reo, conſideret quo pacto comparationem ex parte actoris pro-
49 poſitam excludat. Ius omne, † quod pro facienda comparatione cauſarum in iudicio proponitur: aut tanquam proprium, & expreſſum, aut tanquam ſimile expreſſo adducitur, ipſumque proprium expreſſum, aut certum eſt, aut incertum, & de-
50 bitum : ſi reus † admittat propoſitum ius, ita vt proponitur, ſe habere : vt cauſa conſiſtat, & lis ſit conteſtabilis, aliud non poteſt, quàm negare factum : aut ſimpliciter dicendo non eſſe, & naſcetur cauſæ ſtatus coniecturalis. Ita ſit, nec ne ? aut dicendo non eſſe tale: & erit ſtatus diffinitiuus, ſit ne hoc tale ? Quod ſi admiſſo facto, dicetur, ius non eſſe certum, vt proponitur, ſed incertum, & dubium. hinc aliquis orietur ex illis qui legales appellantur ſtatus, videlicet Ambiguum, diſcrepantia ſcripti & voluntatis, leges contrariæ, ac Syllogiſmi, ſeu ratiocinationis vna ſpecies. Sed ſi negotio, ſine propria lege propoſito, ex aliqua lege ſimile ius faciendum eſſe contendat : & reus neget ſimilitudinem, erit cauſæ ſtatus alterius ſpecie, Syllogiſmus, & ratiocinatio. Oſtendamus igitur aliquot exempla faciendæ comparationis per ſingula identitatis, & ſimilitudinis genera iam dicta : per ſingulosque cauſarum ſtatus, & habebimus figuram iudicialis eius exercitationis, quam docere inſtituimus. Illud verò nolo eſſe prætermiſſum, quòd licèt facilioris intelligentiæ cauſa recitauerim quatuor illos iuris incerti, & dubii ſtatus, tamen eius ſemper fui, ac ſum ſententiæ; quòd breuitatem, ſimplicitatemque amanti, pro ambigui ſcripti & voluntatis, contrariarum legum, & ſyllogiſmi ſpecie illa, qua ex eo quod ſcriptum eſt, id quod incertum eſt colligitur : ſufficiat vnus ille, qui à ſcripto & voluntate ſcriptoris denominatur, & ad quē alii tres referri poſſunt, cum in illis quoque in ſumma, nihil aliud quæri videatur, niſi qualis fuerit mens, & propoſitum, ſeu voluntas, & intentio ſcriptoris. Sed clarioris doctrinæ gratia nunc per ſingula diſtinctim procedamus. Illo repetito, ne quis admiretur, cur infraſcripta potius quàm alia, quæ aptiora forſan potuiſſent inueniri exempla poſuerim : quoniam in his eligendis nullam adhibui curam : ſed cum omnia ſint talibus plena, ea ſumpſi, quæ vel primum libris apertis obuia facta, vel
51 memoriæ præſto fuerunt. Directus quidam † fundi dominus vendicabat illum a poſſeſſore, cui dicebat fuiſſe conceſſum titulo emphiteuſis perpetuæ cum pacto, quòd inueſtitura deberet ſingulo quoque vigeſimonono anno renouari : & quia iamdudum prę̄teritis annis vigeſimonono eiuſmodi renouatio non erat petita : dicebat, tam iuſtum eſſe eum fundum ſibi adiudicari, quàm iuſta erat deciſio legis deſuper ſcripte, cui ſuam cauſam ab identitate ſpeciali comparandam eſſe cenſuit. Poſſeſſor autem reus, incipiendo à facto, negat eſſe verum. quòd per ſe inueſtitura non fuerit innouata. ſicque orta eſt conſtitutio cauſę coniecturalis, interueneritne ea renouatio ? Sed quia actor ex inſtrumento (in quo eſt pactum) fundatam habet intentionem : illico reus conuictus fuiſſet, niſi vlterius procedendo, ſuam aſſertionem confirmaſſet. iccirco addidit argumentum hoc pacto formatum. Quia prę̄teritis annis vigeſimonono à te permiſſus in poſſeſſione perſeueraui: tibique recipienti penſionem conuentam perſolui, iuſtum eſt cenſeri factam fuiſſe mihi renouationem, ſicut iuſtum eſſe ponitur in l. item quęritur. §. qui impleto. ff. loca. Et quia actor replicando, negauit eiuſdem eſſe comparationem, ex caſu dicto §. qui impleto. quia inquit, ex allegata per te perſeuerantia poſſeſſionis, non vera, & ſcripta : ſed tacita, & ſine ſcripto prę̄ſumpta reſultat renouatio : vt in d. §. qui impleto, quę nō valet, quotieſcunq; de natura contractus requiritur ſcriptura, vt no. ibidem Bart. Emphyteuſis autē contractus, & eius renouatio exigit ſui natura ſcripturā, no. in l. 1. C. de iur. emphy. & in c. potuit. extra locati. Bal. in l. pe. col. C. quando no. pet. part. ſequitur iuſtum non eſſe, vt cenſearis renouationē obtinuiſſe. Hic cauſa cępit cōſiſtere in ſtatu diffinitiuo.

renoua-

Source : BIU Cujas

renouationis in hac ſpecie requiſitæ;cum actor diceret eam debuiſſe neceſſariò fieri per ſcriptum; reus contra putaret ſufficere, etiam ſi ſine ſcripto ac tacitè interueniſſet. At acutus Iudex vtriuſque partis allegationibus conſideratis animaduertit,quòd actor formabat comparationem ſuæ replicationis in eo genere identitatis,per quod dicitur idem ſpecie: quoniam allegata p̃ eum loquuntur in emphiteuſi requirente ſcripturam · contractusq́;,de quo erat p̃trouerſia, in ipſo inſtrumento nominabat Emphiteuſis. Rei verò cõparatio relata ad textũ d. §. qui impleto.facta erat ad idem numero, proprietate: qm̃ non erat parua (licut ſolet eſſe in p̃tractu Emphiteutico) ſed conſtituta erat magna penſio, correſpõdẽs fructibus: ſicque locationis perpetuæ magis.quàm emphiteuſis contractui conueniens. Bal. in c.literę.de dilat.per not.in glo.l.i. ff.de ſuperf. ſenſit falſam eſſe identitatem ab actore propoſitã, cum res eſſent ſubſtãtia diuerſæ,propterea q̃ rei comparationem, ſumptam à proprietate contractus eſſe potiorẽ: ſicut Papiniano in l. ſi vno.in princip. ff. locat. circa remiſſionem penſionis ob anni ſterilitatem, ſub nomine donationis conductori factã,potior viſa eſt rei cõſideratio, quã ipſius donationis nomen,quaſi (inquit) non ſit donatio, ſed trãſactio,quod itidem probatur per alia no.in d. l. prima.de ſuperfi. & per Bar.in diſputatione,incip. publicanus. ſicq́; reũ ab actoris petitione abſoluit. Ex dictis patent comparationis exempla eiuſdem numero proprio,& eiuſdem ſpecie, in coniecturali, &
52 diffinitiua cauſę conſtitutione.Ac notari poteſt, Idem † numero vere dici nõ poſſe ex nominis ſolius identitate, ad placitũ cõtrahentium poſita,niſi res ſignificata, ſecundùm eius ſubſtantiã ſit talis: vt ſic identitas exiſtimanda ſit magis circa ipſius rei ſubſtantiam, quã circa appellationẽ à cõtrahẽtibus pro eorũ libito factam. Sed vbi res eſt vna, quàmuis plura eius ſint nomina,dicitur tamen eadem numero,vt Eulogium,& Teſtamentum l.q-dam eulogio. C.de iu.deli. Articuli,& capitula,de fid.inſtr.c.cum Ioãnes,de teſti.c.fraternitatis,& c. veniens 2. Primas, & Patriarcha, qui vnam formam tenẽt, licèt diuerſa ſint nomina. Itidem Metropolitanus,& Archiepiſcopus:vt diſti.99. in ſumma, ac c.i. & 2.Sed alio quoq; modo, & ſine conſideratione ſubſtantiæ,& diffinitionis per ſeipſam refutatur nominis identitas, ſi in altero ſit aliquid additũ,quod p̃batur inſt.de rer.diuiſ.vbi inquit Imper.Gallinarum autem, & anſerum nõ eſt fera natura: idq́ue ex eo poſſumus intelligere,quòd aliæ ſunt Gallinæ,quas feras vocamus. item alij ſunt anſeres, quos feros appellamus. Pro regula
§3 † verò poteſt poni,quòd data nominum diuerſitate præſumatur eſſe rerum quoque diuerſitas: & dicenti identitatem incumbit onus illam probandi,per l.ſi idem.C.de iure codicillor.Nunc po
54 namus alia exempla.Cùm eſſet lex † municipalis, vt ad creditoris inſtantiam procedi poſſet ad capturam debitoris etiam non citati;& quidã creditor actionem ſuam alteri ceſsiſſet: ad inſtantiamq́ue ceſſionarij captus fuiſſet debitor non citatus,dubitaretur q́ue,an id iure factum eſſet, eo q̃ debitor captus diceret, legẽ de creditore loquentem, locum ſibi vendicare non poſſe in ceſſionario creditoris:ſicq́ue eſſet ſtatus cauſę ſimiliter diffinitiuus. An is ceſſionarius dici poſſet creditor,ita vt frueretur illius legis beneficio?Conſultus Ludouicus Romanus conſ.142. reſpondit eum eſſe creditorem per comparationem ex identitate, numero diffinitionis,quam probauit,& directè: quia ſicut primo creditori,ita & eius ceſſionario competat ea diffinitio quòd ſequatur debitoris fidem, habeatq́ue contra illum actionem ſine ope exceptionis,& exigat ab inuito:& à contrario, ſiue correlatiuo; quia quemadmodum in l.ij.C.de donat.is cõtra quem ceſſæ ſunt actiones, appellatur debitor · ita mereatur creditor appellari is,
55 cui eædem actiones ſunt ceſſæ. Sed ipſa † quoque diffinitionis identitas deſtruitur data diſtantia rerum.Ecce,Seruus à domino hęres inſtitutus, deinde ab eodem domino antequã moreretur manumiſſus,hero mortuo fuerat ex teſtamento hęres.dubitabatur,an eſſet,vt neceſſarius,an verò vt extraneus hæres habendus cum ipſe,vt extraneum ſe exiſtimaret?Aduerſarius ab identitate diffinitionis arguebat, eum tam eſſe cenſendum neceſſarium, quàm illum,de quo inſt de hęred.quali.& diff.Neceſſarius hęres eſt ſeruus,qui hęres inſtitutus poſt domini mortem liber ſtatim & neceſſarius ſit hęres. Sed deſtruxit comparationem ſeruus,oſtendens, non eſſe veram propoſitam identitatem: cum ſibi ea diffinitio non conueniret,qui vtrumque ex defuncti teſtamento conſequutus non erat,libertatem ſcilicet,& hęreditatem.Deſtruitur alijs quoque modis pluribus, quos colligere licet ex antea indicatis Ariſto. locis. Tranſeamus ad alia. Epiſcopus quidã
56 † dicens Eccleſiam ſuam anteactis annis per commune ciuitatis poſſeſſione cuiuſdam caſtri fuiſſe ſpoliatam, vocauit in iudiciũ quendam nobilem,qui tunc bona fide,& cum titulo ante ducẽtos annos per ſuos auctores habito caſtrum poſſidebat: factaq́; ſimili per ſpeciem comparatione, dixit: non obſtante tanti temporis lapſu, tam iuſtum eſſe, poſſeſſionem dicti caſtri ſibi, & eccleſiæ ſuę reſtitui:quàm iuſta fuit reſtitutio per Ioannem Papam ordinata.3.q.i.vbi inquit.Reintegranda ſunt omnia ſpoliatis,vel eiectis Epiſcopis præſentialiter ordinatione pontificum,& in eo loco,vnde abſceſſerant, funditus reuocanda quacunque condi-

tione temporis aut captiuitate;aut dolo,aut violẽtia maiorum, & per quaſcunque iniuſtas cauſas res eccleſiæ, vel proprias (ideſt ſuas) ſubſtantias perdidiſſe noſcantur,declarata per glo.vlt.c. ij.de reſt.ſpoliat. dicentem, quòd quamuis actio interdicti vnde vi de iure ciuili ſit quò ad pœnã annalis, quò ad rei perſequutionem perpetua:tamen ſecundùm Canones videtur, quòd etiam ad pęnam perpetuò agi poſſit: quia (inquit) nulla conditio temporis opponi poteſt.3.q.i.c.reintegranda.E contra dictus nobilis reus conteſtando litem, negauit intentionem actoris probari verbis Ioãnis Papę,& gloſſę prędictę.Primùm:qa nõ is eſſet dicti cap. reintegranda, verborum contextus, vt ex eo elici poſſet,q̃ ſpoliato nulla præſcriptio tẽporis opponi poſſit,& hoc modo (quãtum in eo fuit) deſtructa comparatione actoris de ſpecie capituli reintegranda,dixit reſtare cauſam,eodem comparationis modo,conformem eſſe antiquioribus legibus,de longi temporis x.vel xx.annorũ, aut ſaltem (quoniã ageretur de re eccleſiæ) de longiſſimi temporis xxx. vel xl. annorum præſcriptione loquẽtibus: vt auten. quas actiones. C.de ſacroſanct. eccle.& de præſcriptionibus c.de quarta,cũ ſimilibus. ſic ortus eſt legalis ſtatus,de ambiguo intellectu dicti.c.reintegranda;Inſuper addidit q̃ ẽt cõceſſis verbis dictę glo. videlicet q̃ actio dicti canonis ſit p̃petua, vel q̃ illius remediũ p̃ponẽti nulla poſſit opponi præſcriptio:adhuc eſſent aliæ leges, quibus cũ huius cauſę ſpecie cõparatis ipſe veniat abſoluendus: quoniã & quæ perpetuo competunt actiones xxx.vel.xl.annorũ præſcriptione tollũtur. l. ſicut, & l.omnes C.eo.tit.& inſt.de p̃pet.& tẽpo. actio.Et vbi etiã omnis excluſa eſt pręſcriptio immemorabilis temporis (ideſt centum annorum) continuata poſſeſſio actorẽ excludit.c.i.§.præterea,& ibi glo.ver.præſcriptione.de capitulis corradi,in lib.feudorum. vbi poſt antiquiores feudalium legum peritiſſimus Mattheus Afflictus hoc confirmat,allegãdo etiam c. i. de præſcripti. lib.6.Atque hic inſurrexit alius,ſcripti & voluntatis (d. c. reintegranda) ſtatus.Gulielmus Caſſador.Rotæ Romanæ olim integerrimus Auditor.in 6 deciſione, tit.de reſtitu. ſpoliat. Quamuis referat,in cauſa quadam Feſulana, ſecũdùm quinque Auditorum vota deciſum fuiſſe,quòd dictũ c.reintegranda deberet intelligi ſine præfinitione temporis: ipſe tamen (vt erat vir prudens, ac doctus) poſthabita ſui collegij deciſione, recitatis diuerſorũ doctorum ſcriptis, tandem reliquit cogitandum eſſe, quæ nã pars dubij ſit verior. In illa tamen cauſa, q̃ poſtea fuit ad me delata, inueni in quodam magno collegio, vbi ſententiæ iudicum numeratę magis,quàm põderatæ fuerant,ſecundùm vota partis illorum, vno tantum maioris (quemadmodum & in dicta cauſa Feſulana) deciſum fuiſſe, q̃ omni, quamlibet infiniti temporis poſſeſſione reiecta, concedenda erat dicto Epiſcopo dicti caſtri reſtitutio:nulla alia ratione, niſi q̃ ita cõmuniter à doctoribus intelligeretur.d. c. reintegranda. & conſiderata amplitudine dictionis, quacunque conditione temporis & cętera. & quòd imp̃ba poſſeſſio indigna eſſet priuilegio iuris l improba. C. de acq. po.Qui Iudices, quales ipſi eſſent, & quibus non rationibus,ſed proprijs affectionibus moti ita iudicauerint: & quam meliores, doctioresq́ue illis eſſent,qui (licèt vno tantum pauciores numero) noluerunt eis aſſentiri:apparebit ex dicto libro,de Notis iudicum ſcripto;vbi hæc ſingula patefient:hic tãtummodo eius ſententiæ iniquitatem ſum oſtenſurus · ac ſimul propoſitos ambiguitatis,& cõtrariarum legum cauſę prędictę ſtatus reſoluturus. Tanta eſt hominum quorumdam ſtultitia, & ignorantia, vel in opinione ſua obſtinatio:vt pleraque ſub meridiana luce expoſita non videant. Tales dici poſſunt antedicti iudices, qui ſi non legerant verba legis,de cuius intellectu iudicare debebant, ideſt dicti c.reintegranda;ſed dumtaxat lecta dicta glo.c.ij.de reſti.ſpoli.quæ præſupponit in c.reintegranda. eſſe ſcriptum, quòd nulla conditio temporis opponi poſſit, eiuſdem gloſſæ errorem ſunt ſequuti imprudentes,ac ſtulti poſſunt merito appellari:ſi autem legerant textum, ſed non perſpexerant, quòd non ita dicat: ea fuit mera,ne dum ignorantia,ſed cæcitas:cùm verba ſint clariſſima.obſtinatio verò cum malitia coniuncta fuit, ſi perſpectis, ac cognitis verbis,nihilominus dictæ gl. errorem ſequi maluerunt. Verùm quia eius erroris fautores me fortaſſe irriderẽt, niſi (quãquam euidentiſſimæ per ſe rei) authores aliquos mecum facientes in medium conuocem. citetur ergo Archidi.inter commentatores Decreti antiquus,& omnium doctiſſimus:is enim,exponendo ibi dicta verba,quacunque cõditione, dicit forte ibi erat guerra,cuius occaſione multa ibi ablata ſunt, uel ibi metu latronum nullus audebat morari, ſecundùm Hug.audiatur Paulus Caſtrenſis, vir omnium ſententia iuriſconſultiſſimus in cõſilio 105.in queſtione,quæ ſperatur.lib.primo, ſecundùm nouam impreſſionem,cuius hęc ſunt verba.Tertiò principaliter dubitatur vtrum cõtra agentem ex illo canone poſſit obijci exceptio præſcriptionis?Dicunt quidam,quòd non, per illũ text.dũ dicit, quacunque conditione temporis &c. ſed mirandũ eſt de illis; quia (ſi dicere licet) non intelligunt illum textum, qui ſic dicunt: Non enim dicit ille text. Quòd quacunque conditionem temporis non obſtante teneatur reſtituere, vel debeat reintegrari poſſeſſio:tunc enim poſſet procedere, quod illi dicunt:ſed vult

Source : BIU Cujas

dicere litrera, quòd res deperditæ, quacunq; conditione temporis, puta per negligentiam, vel captiuitatem, vel alio modo &c. debeant reintegrari: illa enim verba, quacunq; conditione temporis &c. determinant verba, perdidisse noscuntur, quę ponunt in fine. & sic nihil penitus facit ad propositum ille textus. hactenus Paulus. & sic dilucidata ambiguitate verborum dicti c. reintreganda: remanet ambiguus ille cāę status, decidēdus in fauorē rei possessoris, quòd debeat absolui probata per eum possessione. 40. annorum, ex quo res est ecclesiastica. d. authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & c. de quarta. de præscripti. cum similibus, aut (quod nullo colore inficiari potest) probata possessione annorum centum. Atq; in eandem partem, procul omni dubio resoluitur alter quoq; propositus scripti & voluntatis status cū nihil per actorem consideratione dignum replicari possit. immo ipsa rei circa illum statum, superius de l. sicut, & l. omnes. C. de præscripti. 30. vel 40. annorum, & insti. de perpetuis & temp. actio. & de c. 1. §. præterea. cum ibi no. de capit. Conradi, facta cō paratio, per Paulum in dicto consilio, & per alios inferius recensendos doctores, multis & legibus & rationibus confirmātur, quæ apud eos legi poterunt. Nam falsa est illorum Auditorum apud Cassadorum assertio, quòd ea sit communis opinio: cum (excepto Ioanne Imo.) ante tempus factæ dictæ decisionis nemo id scripsisset, sed omnes alii oppositum, vel expressè scripserant, vel tacitè senserant. & in primis ipsa Rota in nouis, decisione 259. si rector parochialis. vbi etiam citatur dicto cap. de quarta. Anto. de Butrio in dicto cap. 2. in fine. & ibidem Abb. versi. gloss. vltima, qui ita etiam Ioan. Andre. sensisse interpretantur, concordat ibidem Card. Zab. & Petrus de Ancha. & Alexan. Imol. consilio 9. colum. 3. lib. 3. & Pau. Cast. in dicto consilio. Iaſ. Barto. Soc. in l. rem quæ nobis. in 8. quæstione. de acquiren. poss. & consi. 39. colum. 3. lib. 3. Lanfranc. in rubr. de causa possessi. & proprie. in 3. col. versic. est & etiam aduertendum. Decius consi. 302. diligenter perspectis. col. vltima, num. 24 Ruinus consil. 44. num. 16. lib. 4. Balbus. in tractatu præscripti. in quarta parte quartæ partis principalis quæstio. 24. Card. Parisius consil. 1. numero 144. lib. primo, & alij nouissimi; Solus (vt dixi) Ioannes Imol. dicit hæc verba: nota caudam huius gloss. quæ videtur velle, quòd nulla præscriptio habeat obstare agenti possessorio de iure canonico. & sequitur hic Goffredus, & D. Anto. licèt secus de iure ciuili. C. de præscripti. 30. ann. l. si quis emption. ff. de vi, & vi armata, l. 1. in quo ipse Ioannes est mendax, quia id non dicit D. Anto. sed solummodo declarando verba Goffredi concludit, quòd condictio ex can. reintegranda, est tanquàm condictio ex lege, quæ vt personalis est perpetua. C. de præscripti. 30. ann. & c. vnde consequenter vult, quòd cōdictio ex illo canone perimatur præscriptione. 30. annorum, allegata autem lex. improba. C. de acquir. possessio. nihil aliud facit in proposito, nisi quòd eorū qui tale argumentum faciunt, improbam temeritatem, atque ineptiam ostendit: cùm si id passim concedendum esset, destruerentur omnes vsucapionum, prescriptionumque leges, à sapientissimis legumlatoribus è republica, & necessariò positæ ductæque ex altioribus rationum principiis, quam illorum obtusa ingenia suspicere queant: & omnino in casu proposito possessio, quæ erat plusquam ducentorum annorum, cum titulo & bona fide continuata, non comparari possessioni, de qua loquitur dicta lex. improba. Sentio in hoc me exemplo paulo morosius, quam mei sit moris, esse versatum. Sed (ita me Deus adiuuet) nō alia de causa impulsus feci, quàm quia iniquissimam eam sententiam, ad publicæque vtilitatis perniciem tendere: & (iuxta Cæcilii præceptum) plurimum referre arbitrabar, in tam frequenter vsitati Iudicii forma, bonum, an malum induceretur exemplum. Lex est notissima, hęredem instituī non posse, nisi vt certus demonstretur, instituerat quis hæredem per hæc verba. illum, quem illa mulier ex adulterio peperit, hæredem instituto:
57 agensque ille iudicio petitionis hæreditatis † per comparationem numero tertii modi, quem diximus esse idem numero accidente. dicebat ex accidente demōstrato per illa verba. quem illa mulier ex adulterio peperit, certam esse sui demonstrationem, non aliter, quam si proprio nomine, ac cognomine appellatus esset: quoniam, vt ait Caius. ff. de manu testa. nominatim videntur liberi esse iussi, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo euidenter denominati essent, veluti dispensator meus, Cellarius meus, & socius meus, & Pamphili serui mei filius. Cum verò aduersarius diceret, comparationem ex dicta l. nominatim, non esse conuenientem dictę institutioni factæ per verba contumeliosa: cum dicat Vlpianus in l. quotiens ff. de hæred. instit. Si quis nomen hæredis quidem non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstrauerit, quod penè nihil a nomine distat (non tamen, eo quòd contumeliæ causa solet addi) valet institutio. Ipse autem replicando conaretur suam comparationem sustinere: cum dicat idem Vlpian. ff. de liberis. & posthumis. l. secunda & tertia. nominatim exhæredatus filius ita videtur. filius meus exhæres esto. Et si pepercerit filium dicere, ex Seia autem natum dixerit, rectè exhæredat. & si cū conuitio dixerit, non nominandus, vel non filius meus latro, gladiator, & si ex adulterio esse natum dixerit, & Martianus. ff. de hæred. instit. l. his verbis. §. illa institutio valet. filius meus impiissimus, malè de me meritus hæres esto, purè enim hæres instituitur cum maledicto: & omnes huiusmodi institutiones receptæ sunt: hic iam vides omnem causæ statum esse legum contrariarum circa id, quod hinc ponitur, inde negatur, esse idem numero accidente. Quid autem faciet exercitatus iudex? ductu, & auspicio perspicacissimi doctoris Bartol. Socini in dicta lege, & si pepercerit. considerabit præsentem quæstionem esse de institutione hæredis non nominati, sed per verba, dumtaxat contumeliosa demonstrati: & sic remouebit comparationem dicta l. & si pepercerit, vbi agitur de exhæredatione, cui aptè conueniunt verba contumeliosa, quæ non conueniunt institutioni: remouebit etiam argumentum legis, his verbis. §. primo, quia ibi appellatus erat filius, addito, quod erat impius, & malè meritus: sicque etiam remota turpi demonstratione impietatis persona remanebat certa ex appellatione filii. Et consequenter concludet, veram, propriæque, & immediatæ huius, de qua agitur quæstione, causæ conuenientem esse comparationem dicto §. si quis nomen. quoniam sicut ibi, ita in proposita specie, nihil aliud est, præter ipsa verba contumeliosa, per quod hæredis persona demonstrari possit, pronunciabitque actorem non esse hæredem: sub hoc genere cadunt Homeri, & Virgilii demonstrationes: cum ille Vlissem significaturus, virum dixit, captæ post mœnia Troię, qui mores hominum multorum vidit, & Vrbes. Et hic Aeneam virum dixit, Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus venit, & reliqua. Quod alii quoque poetæ in suorum poematum propositionibus obseruare consueuerunt: quoniam student postea nomina ipsa non expectata legenti promere, suspensosque animos nouitate tenere: Atque per ambages seriem deducere rerum: vt ait elegantissimus nostri sæculi Poeta Hier. Vida, de arte poetica libro 2. Dictæ Identitatis, quæ est numeri accidentis, quemadmodum superiora de personis posita sunt, ita etiam poni posset exemplum in rebus ipsis, de quibus litigatur: sed quia non id nostri est instituti, vt cuncta persequamur; qui volet sumat ex l. certum ff. si certum petat. & ex alijs locis, ibi per gloss. & doct. recitatis. Eius quod specie, vel genere idem esse dicatur, cùm in præcedenti libro plura posuerimus, clarissimaq; exempla: & muta sint passim legentibus obuia: superfluum videretur, si alia hic repeteremus. Id quoq;, qđ ratione dr̄ esse, idē, & id qđ dr̄ esse simile pluribus: & clarioribus, vr̄ antea demonstratū esse, quàm vt vlterioribus hic exemplis sit lector fastidiendus. Vt tamen aliquid in summa colligamus, operęprecium erit memi
58 nisse; quòd duo sunt † quasi fontes, & origines omnium statuū. Aut enim lis consistit contestata quæ est, propterea quòd negata sit rerum, seu rationum comparatarum identitas, vel similitudo. Aut propterea, quòd negatum sit legē id dicere, quod proponitur. Nam si idem numero propositum simpliciter negetur, status erit coniecturalis: si verò ipsum numero, nō simpliciter, sed fm aliquid: necnon idem specie, & idē genere esse tale, negatū fuerit: status erit diffinitiuus: & si eadē, vel similis esse ratio negetur; status erit ratiocinatio, siue syllogismus. Si aūt non ad actoris intentionem, sed ad verba, vel sensum legis, cui sit facta cōparatio Rei depulsio conuertat̄, inde status procedet aliqs de quatuor illis, quos legales appellari, & tanq̄ de incerto iure nasci diximus. Atq; hic manifestū efficitur, quamobrem frequentius ac
59 cidat, in statu † Ratiocinatiuo esse controuersiam. Qm̄ plura habet originis suæ capita, videlicet, vbi proponitur, negaturq; rōnis identitas, aut similitudo. Et vbi proponitur speciei, generisve identitas, quæ (vt antea demōstrauimus) per se non est satis, nisi etiam rationis concurrat identitas. Sed hoc interest, quòd pro-
60 bata † speciei, generisve identitate, aduersario incumbit onus probandi diuersitatem rationis. De syllogismo, seu ratiocinatione
61 tractans. Quintilianus libro vij. capitu. viij. ait. Hic status † ducit ex eo, quod scriptum est id quod incertum est, quod quoniā ratiocinatione colligitur, ratiocinatiuus dicitur. In has autem fere species venit. An quod semel ius est, idem & sæpius? An quod in vno, & in pluribus? An quod ante, & postea? An quod in toto, idem in parte? An quod in parte, idem in toto? In his syllogismis scripto alter nititur; alter non satis cautum esse dicit; & ex eo quod manifestū, colligit, quod dubium est, hæq; cadunt sub eam, quam superius posui, primam syllogismi speciem. Deinde idem Quintilianus alteram speciem assumendo dicit. Maioris pugnæ est, ex scripto ducere, quod scriptum non est. In hoc genere hæc quæruntur. An quotiens propria lex non est, simili sit vtendum? An id de quo agitur, ei de quo scriptum est, simile sit? Simile autem, & maius, & par, & minus. Illo priore, an satis lege cautum sit? An & si parum cautū est, hac sit vtendū. in vtroq; de voluntate legumlatoris: sed de æquo tractatus potentissimi. Illud quoq; semper est ante oculos habendum: vt quoniam certius debet esse id, quod rem confirmat, q̄ res quæ probatur, quā quàm identitas, & similitudo, siue eadem, aut similis affectio, in
62 omnibus comparatis esse debeat. Illa † tamen euidentior esse debet, vnde argumentum sumitur; & cui rem causamq; nostra cōparamus:

Source : BIU Cujas

paramus:atq; ideo neceſſariũ eſſe puto, vt quotieſcunq; facturi
63 † ſumus comparationem, id primum conemur, ut legem, cuius comparatione vtemur, claram, & euidentem eſſe oſtendamus, præoccupantes quicquid aduerſarius contra poſſet opponere, ſicque tollendo occaſionem introducendi ſtatus legales: Qui, omnesque alii ſtatus, quo pacto, q busve ex locis confirmari, & deſtrui poſſent, diſci poteſt ex Cicerone, & Quintiliano, ſed clarius ex Trapezuntio, qui ab Hermogene ſumpta omnia minutius deſcribit. Meminiſſe illud quoq; oportet, quẽadmodũ antea demoſtrauimus, nonnulla eſſe alijs magis eadem, vel ſimi
64 lia: ita diuerſitatem † diſſimilitudinemque rationis in eo etiam verſari. Si eadem ratio inſit quidem omnibus comparatis, nõ tamen ęque omnibus inſit. Quod facilius intelligetur, ſi exemplis demõſtretur. In quarto de finibus bonorum, & malorum, Cicero ſtoicorum argumẽtum ponit, quo illi probãt peccata eſſe paria. Vt (inquit) in fidibus plurimis nulla earum ita contenta numeris ſit, vt concentum ſeruare poſſit, omnes æquè incontentæ ſunt: ſic peccata, quia diſcrepant, æquè diſcrepant, & paria ſunt. falſum (vt ait Cicero) eſt aſſumptum: neque enim ſi æquè omnibus contingit vt incontentæ ſint, propterea æquè contẽtæ ſunt: quẽadmodũ æquè omnib. peccatis accidit, vt mala ſint: ſed nõ vt æquè mala. quẽadmodũ æquè omnibus Mauris contingit, vt nigri ſint, ſed nõ vt æquè nigri: alij alijs. n. nigriores ſunt. De qua re loquens Horatius, non illepide ſermone tertio, dixit. Queis paria eſſe ferè placuit peccata, laborant cum vẽtum ad verum eſt: ſenſus, moresque repugnant, Atque ipſa vtilitas iuſti prope mater, & æqui. Et paulo infra. Non vincent ratio hoc tantumdẽ vt peccet idemque: Qui teneros caules alieni fregerit horti: Et qui nocturnus Diuum ſacra legerit. adſit Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas. Nec ſcutica dignum, horribili ſectere flagello, & quæ ſequuntur. Huiuſmodi eſt id quod ponit Salycetus in L. iij. C. de pigno. vbi cum in quęſtione propoſita, ſi creditori, (cui ex pacto licebat propria authoritate rei ſuppoſitæ poſſeſſionem ingredi, & retinere) debitor ſe opponens reſiſtat, & creditor eius reſiſtentia ſpreta, nihilominus ingrediatur, an vim feciſſe creditor dici poſſit: cum Bart. conciliando contrarias gloſſatorum ſententias dixiſſet. Quòd ſi debitor verbis tãtum reſiſtebat, non dicetur creditor ingreſſus vim feciſſe: & hoc operabitur vis pacti: cum aliàs ſola verbalis prohibitio faciat cenſeri vim eſſe factam. l. i. §. quid ſit. ff. quod vi, aut clam. ſed ſi (inquit Bart.) debitor etiam facto reſiſteret: & creditor nihilominus de facto, & manu armata ingrederetur, vim faceret, nec pactum intelligi poteſt vt hunc caſum complectatur: quia eſſet turpe, & cauſa tumultus,
71 & rixæ: quod priuatorum pacto induci non poteſt. l. pacta quæ contra legem. ff. de pactis. l. non eſt ſingulis. de reg. iur. cum ſimilibus. Salycetus animaduertens falſum eſſe aſſumptum Bartholi ſimpliciter loquentis de violentia facti, quaſi omnis violentia facti eſſet æquè impermiſſa, & illicita, ſicut ſtoicorum paria illa peccata: dicit diſtinguendum eſſe, an ſola interueniat violentia ſine alio delicto admixto: & tunc non dicatur contra formam pacti per vim ingreſſus, & viciosè poſſidere: ſecus verò dicendũ eſſe, ſi violentia haberet aliquod delictum coniunctum: puta quia ingreſsus eſset coactis hominibus, vbi coactio non eſſet permiſſa: vel cum effuſione ſanguinis, & ſimilibus illicitis, quæ non ſunt ex pacto permiſſa. l. quoniam multa. C. ad l. Iuliam de vi public. Tale etiam eſſet, ſiquis diceret, poſſeſſorem beneficij eccle-
65 ſiaſtici collati ſibi ab Epiſcopo, dum vacauiſſet per mortẽ † Collectoris decimarum; (quorum beneficiorum collatio per Cancellariæ regulas ipſi Papæ eſt generaliter reſeruata) ſi ſpolietur, nõ eſſe reſtituẽdum: aut etiam poſt pacificam triennio cõtinuatam poſſeſſionem, poſſe nihilominus ſuper eodem beneficio in iudicium vocari, non ſuffragante ſibi Regula Cancellariæ Papalis, de triennali poſſeſſore non moleſtando: quoniã legiſſet eũ effectum parere generales eiuſmodi reſeruationes, vt inutilia, inefficaciaque reddant, quæ in earum contemptum geſta ſint: cum tamen omnes reſeruationes in prædictis eandẽ vim nõ habeãt. vt patet ex his, quæ dicit Rota in nouis deciſ. num. 16. aliàs de reſtitutione ſpol. tertia, & Guilielmus Caſsador. eo. ti. deciſ. 1. & commentatores dictæ Regulę de triennali, in eorũ commentis.
66 Nec ab re fuerit, pro rectè † atq; ex arte faciẽdis comparationibus, ſcire, ac reminiſci, quo pacto capienda, & proponenda ſit ſpecies cuiuſlibet legis, cui noſtrã cauſam cõparare voluerimus. Niſi quis fortè putaret, ad id tantum nos eſſe adſtrictos, atque alligatos, quod legis verba ſonãt. Nam præter clarum, directũque verborum ſignificatum ſumi poteſt alius ſenſus, qui tacitè ſignificetur, habita conſideratione oppoſitionis, aut coniunctionis
67 cum re, quam verba expreſſa ſignificant. Oppoſitio † conſiderari poteſt, aut in correlatiuis, aut in contrarijs, quorũ multæ ſunt
68 ſpecies. Quemadmodum & coniunctio † multiſariam accidit: veluti ex genere, ex partibus, ſeu unitis & annexis, ex antecedẽtibus, ex principio, & fine, ex cauſis & effectibus, ex conſequenti & acceſſorio, ac ſubrogato, ex his quæ in aliqua lege parificãtur, & ſi quę præterea ſunt talia, quæ ſingula, cum ſint ſub titulo Topicorum, à viris plerisque doctis abũde tractata, ab illis peti poterunt: Ego exemplis tantum contentus ero. Cum loco ſuperius

69 †citato lex dicat. Neceſſarius hæres eſt ſeruus hæres inſtitutus. Ex verbis apertè intelligimus, oportere illum eſſe ſeruum; & quòd ſit in teſtamento inſtitutus hæres. Tacitè verò facta relatione, quamquam non ſit verbis expreſſum, intelligimus, teſtatorem debere eſſe illius dominum; quia ſeruus ſine domino eſſe non poteſt. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & conſideratione contrarij intelligimus, hunc non eſſe extraneũ, & voluntarium hæredem, quippe cum ſit neceſſarius, & neceſſitas voluntati ſit oppoſita, nec poſſent ſimul eſſe, vnoque eorum poſito, alterũ ſublatum eſſe cenſeatur, inſti. de hæred. inſti. §. ſeruus autem; & de hæred. qualit. §. cæteri, & l. hæc verba. ff. de verbo. ſigni. A coniunctis verò ſimul intelligimus, dominum eſſe mortuum: quia niſi teſtatore mortuo non poteſt eſſe hæres; l. qui hæreditatem. ff. de acqui. hęred. Et ipſum hæredem eſſe à ſeruitute liberatum: quia ſine libertate ſeruus à domino hæres inſtitui nõ poteſt, inſtit. de hæred. qualit. & diffe. in princ. & tamen intelligimus eum non fuiſſe liberatum à domino viuo: ſed per mortem virtute inſtitutionis: quoniam ſi viuo teſtatore manumiſſus eſſet, non eſſet hæres neceſſarius, ſed ſuo arbitrio poſſet hæreditatem adire. inſtit. de hæred. inſti. §. ſeruus autem & ſic de reliquis antedictis coniunctorum locis. Item cum in d. l. tertia. C. de pigno. Seuerus, & Antonius Imperatores dicant. Creditores, qui non reddita ſibi pecunia, conuentionis legem, ingreſſi poſſeſſionem exercent, vim quidem facere non videntur: attamen authoritate præſidis poſſeſſionem adipiſci debent. Vltra ea, quæ verba expreſſa ſignificant ex virtute vocabuli, creditores, facta relatione, intelligimus, q̃ ea, de quorum poſſeſſione agebatur, erant bona debitorum, & lex conuẽtionis huiuſmodi poſita erat in contractu pignoris, ſeu hypothecæ, & ab effectu conijcimus cõuẽtionis verba in d. l. 3. non expreſſa fuiſſe, vt licèt creditoribus non reddita ſibi pecunia, propria authoritate ingredi eorundem bonorum poſſeſſionem. Et à contrarij conſideratione cõcludimus, quod tali pacto non addito propria authoritate ingrediens uideretur vim facere, & ſic de reliquis. Rectè igitur facta eſſe dicetur comparatio, ſi rem, cauſamque noſtram, non ſolum his, quæ legis cuiuſque verbis, & eorundem verborum proprio ſignificatu aperte continentur, ſed illis etiam, quæ oppoſitione, vel coniunctione mediantibus tacitè intelliguntur. Et (vt obiter hoc quoque
70 dicamus) ex dictis colligitur † ratio faciendi ſingularum legum ſummaria: & colligendi ex illis notabilia, & inſignes propoſitiones: ſummaria enim conſtituenda ſunt ex his quæ legum ipſarũ expreſſa verba ſonant. Notabilia verò ex his quæ tacitè intelliguntur. Nec putet quis vniuerſarum † rerum cauſarumque circunſtantias, eaſdem, aut ſimiles eſſe debere, vt Comparatio recte facta eſſe dici valeat: ſufficiet enim ſi conformentur in ea parte, de qua eſt quæſtio, ratioque ipſa legis eam partem concernens, cauſę noſtrę, & rationi quæ cauſam dubiã facit aſſimiletur. Quẽadmodum e contra, data in ea parte rationis diuerſitate, ſeu diſſimilitudine, nihil profuerit facti ſpeciem in fronte ſimilem, eãdemve apparere. Veluti ſi à Poeta quopiam, vt de Aiace loquutus eſt Homerus Iliadis lib. xi.

Turnus dum ab urbe hoſtili Teueris vrgentibus actus,
Vix pugna abſiſtit, ſimilis dicatur Aſello,
Quem pueri læto paſcentem pinguia in agro
Ordea, ſtipitibus duris detrudere tendunt
Inſtantes, quatiuntque ſudes per terga, per armos
Ille autem campo vix cedere, & inter eundem
Sepe hic atque illic auidis inſiſtere malis.

Videbuntur equidẽ aſpectu primo, omnia conuenire, facereque imaginem ſimillimam, ſed ſubtilius, ac proprius intuenti aliter apparebit, alia enim longe erat ratio, quamobrem Turnus à Teucris impetitus, vix tamen cedere volebat: à ratione, qua tardatur aſellus, quamlibet à pueris impulſus: aſelli enim cura ſola eſt, vt paſcendo ventrem ordeis impleat: non vt quaſi eum pudeat vapulationis, & fugæ: perſiſtere, & de verberantibus vindictam ſumere velit. Turni autem, tanquàm viri, & fortis, & irati cura, & ratio erat ea, vt minimè videretur vi, & metu fugatus, vtque de inſtantibus hoſtibus vindictam ſumeret quam poterat maiorem. Hanc autẽ ſpeciem (vt diuino viſum eſt Maroni) aptius refert leo, quem neque terga ira dare, aut virtus patitur, neque ſufficit vnus tendere tot contra, telisque obſtare ſequentũ. quod ſentiens, de natura Deorum libro primo, Tullius ait. Ipſa vero quam nihil ad rem pertinet, quæ nos delectat maximè, ſimilitudo: quid canis nonne ſimilis lupo? atque vt Ennius, Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis? at mores in vtroque diſpares. In hoc omnes † ferè noſtri doctores conſentiunt, à ſimili argu-
72 mentum valere, quàmuis non ſit omnino ſimile, ſi eſt ſimilitudo in actu de quo fit collatio. & econtra non valere, ſi in eo actu in quo fit collatio detur diſſimilitudo, habetur per gl. & doct. in c. relatum. 37. diſtinct. & in c. ſicut vrgeri. 1. q. 1. Abb. Panormi. in c. conſtitutus. 2. in 3. no. de appellatio. & in c. tranſlato. de conſti. Iaſon in l. creditori. 3. not. de no. op. nunc. Et per alios in alijs locis, Nec in illo diſſentiunt. dum ad quęſitum, per quem ſimilitudo p̃bãda ſit, aut diſſimilitudo? vnaniminter dñt, q̃ induces ſimile dẽt hoc p̃bare ſaltẽ colorate c. cũ dilecta. de confir. vti.

Source : BIU Cujas

vel inuti. negans verosimile colorate inductū, hēr ꝓbare dissimi litudinem c. 2. de transla. epi. Sed quo pacto faciendæ sint huiusmodi ꝓbationes, nemo est, à quo certā habere possit doctrinā, 73 præter id, quod confuse dicunt, sufficere, ꝙ in illo actu, seu in illa materia, in qua ponitur argumentum sit similitudo, & identitas rationis, licet in aliis sit dare instantiam. Quapropter nonnulli viri etiam docti, quasi incertitudine, immensitateq; rei perterriti, dialecticosq; imitati, pronunciauerunt. Omnium locorum, è quibus ducuntur argumenta, nulli ferè minus esse virium cōtra renitentem auditorem, q̄ similitudini: non animaduertentes, ꝙ longe alia est apud dialecticos consideratio, similitudinis 74 alia apud nos; quibus † necessarium, & demonstratiuū est tale argumentum, quippe ex legibus ipsis procedens, ex quibus cōparatio sumitur. Verùm quia confusio hæc processit ex ignoratione, seu non animaduersione distinctionis, & doctrinæ, à nobis antea de eodem & simili, diuersoque & dissimili traditæ. Ideo si quis ante dicta bene perpenderit, sciet quo pacto. Idem, & diuersum, simile, & dissimile possit probari. Nam vt ex illis ipsis, in quibus doctores se inuoluunt (vltra superius posita locis exem- 75 pla † sumamus. Negari non potest, quin ijdem genere hominum ad longinqua pro alienis negocijs euntium sint nuncius, & procurator; quorum comparatio facta est in d.c. constitutus. de appellat. & quin similiter genere probationis eadem sint antiqua priuilegia, iam nimia vetustate ferè consumpta, ac testes valetudinarij, & alii de quorum morte, vel diuturna absentia ve risimiliter formidatur, de quibus in d.ca cum dilecta. de confirmatio. vti. vel inutil. atq; ideo, cum neq; ibi, neq; daretur diuersitas rationis, Romano pontifici placuit ab illis identitatibus facta comparatio: sic & Iulianus Iureconsultus, cum videret eosdem genere esse, in quantum vnius eiusdemq; summæ sunt debitores, reus & fideiussor. ff. de con. dict. indebit. dixit. Si reus & fideiussor soluerint, pariter in hac causa non differunt a duobus reis promittendi. quare omnia, quæ de his dicta sunt, & ad hos transferre licebit. & è contra: quoniam idem erat genus rerum corporalium, & spiritualium, & propterea videbatur in omnibus pariter esse locum regulæ omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur c. 1. extra de reg. iur. & l. nihil tā naturale. ff. eo. tid. sicque ex ipsa generis identitate fundata erat translati Episcopi intentio, propterea Papa in d.c. 2. de translati. episc. vt contrariam faceret decisionem, proposuit, inter corporalia, & spiritualia circa constitutionem destructionemq; differentiam esse, ꝙ corporalia facilius destruuntur: spiritualia vero facilius construuntur. Quod pluribus probauit exemplis: & similiter in d.c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, Quoniam genere, vel potius specie i dem filii. V. de Monte Pesulano, & filij Regis Franciæ: sicq; legitimatione Papali digni esse videbantur filii dicti. V. non minus quàm fuissent filii Regis antea legitimati. Idcirco Papa laborauit, vt ostenderet inter eos, circa legitimationem obtinendam, plures esse differentiæ rationes, quibus redditis dicto V. pro filiis eius adulterinis legitimationem concedere denegauit. Eodem modo in c. nuptiarum. 27. quæstio. 1. diuus Augustinus differentias carnalis, & spiritualis matrimonij conatus est ostendere, dicens. fallit quippe eos similitudo veritatis & c. Ex quibus & alijs in antecedēti libro positis exemplis instrui possumus, qua ratione colligi valeant differentiæ. secundùm quas specie, vel genere eadem, in subiecta qualibet materia ostendantur esse ratione diuersa; sicq; non eodem iure censenda, videlicet si in altero sint accidentia, seu qualitates, quæ faciunt illud esse magis, vel minus tale: sicut superius diximus de Cytharę cordis magis, minusq; contentis, & de Mauris magis & minus nigris, & de violentia ac furto maiori, & minori: & sicut proximè citatis locis ostensæ sunt differentiæ inter corporalitū, & spiritualium constitutionem, & destructionem, & inter hos, & illos illegitimè natos filios legitimandos, & inter carnale, & spirituale matrimonium deferendum, inter asellum & leonem Turno comparandum. Sunt enim ijdem genere, scilicet animalis. Turnus, asellus, & leo. Sed in proposita specie, cum assimilandus esset Turnus, non homo dumtaxat, quem ciues de sua ciuitate pellere conarentur, sed cui acciderat esse virum inimicum, fortem, & iratum: hæc accidentia constituunt differētiam, propter quam relinquitur, bonam esse leonis, non autem asselli cōparationem. Ex hactenus dictis liquere potest (quod ostensurū me esse antea sum pollicitus) quemadmodum ipsi Causidici singulorum, quæ in iudicio proponent, ex comparationis constructione vel destructione rationem reddere debeant. Supereſt, vt 76 de Iudicibus dicamus, & quo † pacto de singulis controuersijs iudicare, & an ipsi quoq; suarum sententiarum rationem reddere teneantur. Nemo ignorat, summa præcepti à Iustiniano traditi eam esse. Ne Iudex aliter iudicet, quàm legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est. Cui consentit Socrates apud Platonem in apologia dicens. Non enim ad hoc sedet Iudex, vt per gratiam concedat, sed vt iudicet secundum leges, atq; id iureiurando promisit, non per gratiam cuicunque libuerit condonare, sed iudicare secundum leges. Sed opus ac labor in eo versatur, vt sciat iudex, qua via & ratione procedendo, sit secundum leges iudicaturus. Qua de re multa dici possent, siquis sibi placere, ad ostentationem ꝙ doctrinæ multiloquio vti vellet. Ego autem rem ipsam (vt se habet) nudam, ex quibusq; auctoribus eam sumpserim, exponā; quo maioris apud lectores sit authoritatis, & memoriæ facilius hæreat, ac diutius retineat. Quoniam, (nisi ego decipior) abunde probatum est antea. Iudicium 77 † nihil esse aliud, quàm propositæ causæ cum citata lege comparationem, aut saltem, quòd non sit absque comparatione, hoc 78 quoq; venit in consequentiam, quòd impossibile † est iudicandi peritum esse, qui non sit etiam peritus dignoscendi rectè ne factæ sint propositæ comparationes, an non. Eam autem peritiam tria hæc facere videntur. Primum, vt habeatur scientia iuris, & legum, ad quas facienda sit comparatio. Secundum, vt Iudiciarij ordinis tractatio, & faciendarum comparationum peritia non ignoretur. Tertium, vt vniuscuiusq; controuersię, quę in comparatione ponetur, status, ac circunstantiæ omnes bene intelligantur. Primum, & secūdum debet Iudex à se ipso habere. Tertium à litigantibus accipere. Tripartitam hanc positionem facit ipse etiam Plato, cuius in 2. de legibus Dialogo hæc sunt verba. In imagine omni, siue per picturam, siue per musicam, siue quomodocunq; aliter fiat, tria hæc prudentem Iudicem facere oportet. Primum, aut cognoscat, quid sit, quòd in imitationem cadit. Secundum, vt rectè. Tertium, vt bene quælibet similitudo verbis, concentibus, numeris effecta sit, nouerit. Ne autem ex ipsius Platonis verbis aliqua oriatur cōfusio, volo hoc quoq; 79 obiter dixisse, quòd licèt glos. † in l. non putauit. § non quæuis, ff. de bon. pos. con. tab. & in l. 2. de inoffi. testa. constituat differentiam in significatu dictionum rite, & rectè, volens quòd ritè significet solennitatem & ordinem, rectè verò causam, & probitatem actus: ego tamen ex latinis authoribus, & ex ipsis legibus. 2. de inoffi. testa. & l. non putauit. §. non quæuis. de contratab. & l. & si non pepercerit. de lib. & posth. didici dictionem, rectè, ad solennitatem, & ordinem referri, sicut rite: sed hoc interesse, ꝙ rite de rebus sacris propriè dicitur, rectè de rebus aliis: ita quòd aliud sit rectè & rite, aliud verè, probè, bene dicere, seu facere: cū rectè & rite ad verba, ad solennitatem, ad ordinem; verè, bene, probè, ad sententiam verborum, substantiamq; actus referātur: & dictioni rectè, secundum proprium eius significatum, opponatur dictio, oblique, & secūdum translatiuū sensum dictio perperam, exempla sunt apud Terentium, Ciceronem, & alios latinæ linguæ authores clarissima. Itaq; apparet, proximè relata Pla 80 tonis verba id significare, † vt secundo loco rerum ordo, tertio veritas, probitasq; veniat cognoscenda. Quæ nec nostrum Ciceronem latuerunt: is. n. pro A. Cluentio ait. Sapientis Iudicis esse, cogitare tantum sibi esse permissum, quantum commissum, & creditum: & semper, non quid ipse velit, sed quid lex & religio cogat, cogitare, animaduertere qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quęstione versetur. & pro Rabirio Posthumo. Vbi est igitur sapientia iudicis? in hoc, vt non solū quid possit, sed etiam quid debeat ponderet: nec quantū sibi permissum meminerit solum, sed etiam quatenus commissum sit datur tibi tabella iudicii, qua lege? Iulia de repetundis. quo de reo? de equite Romano: at iste ordo ea lege non tenetur, & quæ sequuntur. Huc confert eiusdem Platonis de legibus dialogo 12. præceptū vbi ait. Cauere autem debet quisquis aliquem iudicaturus, est, ne sponte, aut inuitus supplicium mulctamve, falso & non meritò inferat. Iudicium enim virgo quædam pudica esse verè dicitur: pudori autem atq; iudicio, secundum naturam odio mendaciū est. quam Platonis sentētiam bene expressit noster Martianus. qui. ff. de pœnis ait. Respiciendum est iudicare debenti, ne quid durius aut remissius constituatur, quā causa deposcit. nec enim aut seueritas, aut clementiæ gratia affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quęque res postulat, statuendum est. Sed vt clarius res eluceſcat, consideremus ab eisdem Platone, & Cicerone hac de re posita exempla. Siquis (ait Plato) corporis depicti modum non teneat, cognoscet ne vnquàm, verumne sit pictum? nullo modo. Sin autem cognoscat aliquis hominem esse id quod pictū vel quoquo modo formatum est; suasq; partes omnes, & figuras, & colores ab arte accepisse. Nū idem necessariò, sicubi defectus aliqs pulchritudinis in eo sit, cōtinuo cognoscet. Oēs fermè hoc modo hospes, q̄ in alimalibus pulchrè se habēt, cognosceremus. hæc Plato. Similiter de Musicis: fingamus nos Musicæ oīno imperitos, Musico fidibus, eam q̄ appellant Lucretiā, seu Paduanam, aut similem saltationem, nobis etiā de nomine incognitam, pulsanti, ac saltatori illā ad numeros saltāti assistere, cognoscem⁹ ne, an saltator ille verè, & ꝓbè Lucretiā, aut Paduanā imitet? nō profecto. Qđ si viderimus aliquādo eandem saltationē expressō nomine pulsari ac saltari esse poterit vt cognoscamus, quæ sit saltatio: sed si secundum numeros, ac probe saltetur & pulsetur, & si in aliquo saltator musicusve deficiant, Musicæ, ac saltationis ignari nunq̄ cognoscemus. & cōtra, quamlibet simus Musicæ, ac saltationis periti, nisi antea cognouerim⁹ eiusmodi saltationē, nō poterimus cognoscere, an rectè, & verè fiat, Lucretiæ, Paduanæve imitatio: sicq; apparet verū esse id qđ diximus ad faciendum vniuscuiusque imitationis comparationisve

Source : BIU Cujas

nisve peritum iudicem,& artis ipsius,& modi faciendæ per eam imitationis peritiam, & rei comparatæ notitiam requiri, quod significauit Academicarum quæstionum libro 2. Cicero, dicēs. Quàm multa vidēt pictores in vmbra,& in eminentia, quę nos non videmus? quàm multa,quæ nos fugiunt in cantu,exaudiunt in eo genere exercitati? qui primo inflatu tibicinis, Antiopā esse aiunt, aut Andromacham, cùm id nos ne suspicemur quidem, & quo pacto iudex cognoscere poterit, secūdùm quam partem iudicare debeat in causa eius, qui ex testamento petit hæreditatem,nisi omnia de talibus tractantia iura sciuerit? & de huius testamenti verbis, ac personarum qualitate informatus, an rectè atque ordine facta sit hæredis institutio considerauerit? nullo equidem alio pacto. Nō sufficiet ergo iudici,vt boni iudicis fungatur officio, si ius ciuile ex libris & præceptoribus didicerit, & controuersiæ,de qua iudicaturus est,circunstantias omnes intelexerit,nisi in faciendis quoq; & discernendis comparationibus fuerit exercitatus; quoniam facile est,vt à falsa cōparatione decipiatur,quod & de sapiente loquens Cicero Academicarū quę stionum lib.2.demonstrauit inquiens. Sed ad cæteras res habet quandam artem,qua vera à falsis possit distinguere, & ad similitudines istas vsus adhibendus est: vt enim mater geminos internoscit consuetudine oculorum,sic tu internosces, si assueueris. vides ne,vt in prouerbio fit, Ouorum inter se similitudo? tamen hoc accepimus.Deli fuisse complures,saluis rebus illis, qui gallinas alere permultas quæstus causa solerent: hi cū ouum inspexe-
82 rant, quæ id gallina peperisset,dicere solebant. Quæ † si sunt vera, quid de illis dicemus, qui plerunq; tribunalibus imponuntur iudices,de iure disputantes audituri,non tantum similium inexercitati,sed iuris etiam omnino imperiti? illud dicere iustè poterimus, quod apud Solonem degens Anacharsis dixit. se maximè admirari, cùm concioni interesset, quòd apud græcos homines
83 sapientes dicerent,stulti verò iudicarent. De ratione † autem per ipsos iudices vniuersę administrationis reddenda (qui appellatur vulgò Syndicatus) dubitari non potest, quia id est clarè sancitū. C. vt omnes iudices tam ciuiles,quàm milit.& in auth. Vt Iudic. sine quoquo suffrag.& in auct.de administratoribus,& antea dictum est iudicis officium esse,vt iudicet secūdum leges, &c. Sed illud in quæstionē verti solet,an in sententia seu decreto quolibet exprimere debeat iudex rationem & causam, qua motus ita decreuit & iudicauit? vt habetur per glo.& Doct.in c.sicut. de re iudica. & in aliis plerisq; locis. Qua de re vt simpliciſſimè, ita & bene, pronunciauisse mihi videtur Doctor verè doctus ille Hēricus Boich.in d.c.sicut.cuius hęc est sententia. Quòd vbicunque expressio causę parere non potest aliquem bonum effectum pro iuris publici,vel priuati tuitione, ibi non sit causa exprimenda; quoniam expressa posset producere incommodum, & periculū publici,vel priuati iuris,dat exēplum,quia posset contingere, ꝙ expressa causa esset mala,atq; inepta,pręterita verò esset bona,& propterea sententia (licèt aliàs iusta) non valeret: vt de restit. in integ.c.cū literis.§. nos igitur.versi illa innitens. & de conces.p̄b. c.ex parte Asten. vbi Ostien. super verb. occasione consilij. ff.de excus.tut.l.qui testamento. sicq; satis est sententiæ causam colligi posse ex actis.ff.de re iudi.l.in summa.& C.de sentent.quæ sine cer.quanti.per totum. Vbi verò parere potest effectum aliquem, ibi omnino sit causa exprimēda, ponit exempla superius citati. c.cū medicinalis.de sent.excom.lib.vj.item quando iudex causę appellationis priorem sententiam propter deducta nouiter coram se,vel cassat,vel corrigit: vt saluus sit primi iudicis honor. c. cū Ioannes. in fi. de fide instru.& quando sententia contra iuris communis regulas profertur.ff.de appel.recip.l.sciendum. in authen.de Iudici § oportet. & quando reus conuentus absoluit ab instantia iudicij,l.properandum.§.illo proculdubio. C. de Iudicijs.& quando conuentus iudicio rei vendicationis absoluitur: quia nō possidet rem petitam,de except.c.pen. & in aliis casibus positis per Ostien.in summa.de senten,& re iudicata. §.qualiter. col.ij.ver.nisi in casibus, pro quorum corroboratione addit ipse Henricus notabiles certè textus.ff.de suspec. tut. l. hæ enim causæ.de fideicommiss libertat.l.si legatario.in fi.& de iure fisci.l.ij. §.Senatus. Igitur vt secundùm leges iudicemus,ex antedictis colligi potest in summa nihil aliud esse inspiciendum, nisi rectè ne facta sit comparatio,an non: siue certæ ac determinatæ legi, siue (vbi certa non reperitur) ei quæ certæ dicatur esse similis,contro
84 uersia præsens fuerit comparata. Et † quamuis nonnulla sint,quæ quia lex determinare vel nō potuit, vel noluit, ea reliquit ipsius iudicis arbitrio determinanda: vt in casu.l.j.in fi.& ibi Bal.ff.de iure delib.l.mora.ff.de vsur.l.de accessionibus.ff.de diuers.& tēpo. præscript.c.in causis.& ibi Abb.de off.deleg.l.3.in prin.ff.de testi. l.Gracchus.in princ.C.de adult.cū similibus cumulatis per Tiraquellum in d.l.si vnquā. C. de donat. in glo. omnia vel parrē aliquam,numero 30.& antea per Afflictū in c.1.ex quib.caus.feud. amitt.in primo not.nu.122.& multis seq.vbi etiam nu.41.& seq. idem Afflictus post Bald.ibi.& post glo.in l.neque leges.ff. de legib.ponit causas, propter quas talia solent à legislatoribus iudicis arbitrio relinqui: in illis tamen determinandis nō habent iudices arbitrii liberas habenas,sed debent id arbitrari,quod sit vel conforme iuri communi,& patriæ statutis,vel moribus, & consuetudine obseruatum: vt plenè notatur in l 1.C.de summa Trinit.& per Card.in clem.1.de baptis.& Alex.consi.10.col.1.lib.4. vel omnino id quod æquitati sit magis consonum.l.quod Ephesi.ff.de eo quod cer.loco.l.& si.§.idē Labeo.ff. de relig.& sumpt. fun.cū simil. Hæc habui quæ de exercitatione Iurisperitorū scribenda esse cēsuerim,quæ si vera sunt, † patet simul, qui verè sint, 85 & dici mereantur Iurisperiti,& qui non: quemadmodum enim regula,cuius proprium est rectitudo,etiam si lōgitudine minor, & latitudine angustior, & materia vilior sit: si tamen id habeat, quod regulæ proprium est, regulā vocari: si verò ad rectitudinē non accesserit,etiam si longa,lata,& aurea fuerit, omnia potius quam regula vocari poterit: sic & Iurisperitus etiam si plurium linguarum notitiam,& non iuris duntaxat, sed omnium quoq; aliarum artium scientiam habuerit faciendarum autem de iure comparationum vsum non habeat,quid uis aliud potius, quàm iurisperitus dici poterit: & quemadmodum corpus animatum si illi sint ossa exempta,redditur totū inutile: ita & Iurisperitus,si hunc illi vsum abstuleris,ad iudicialia munia erit omnino ineffi cax: & si cum exercitato in similibus comparetur,idiota,imperitusq; esse videbitur. In omnibus enim artibus exercitati tantùm inexercitatis præstant, quantū cæcis qui aspectu commodè vtun
86 tur. Sed † si aliquis considerans hoc ita vniuersaliter dictum esse, quęrat quo pacto de vnoquoq; particulariter diiudicari poterit: sitne bene ac sufficienter exercitatus,an nō? Dicam, vt habetur ex Seruatore nostro Lucæ ca.6.vnaquęq; arbor de fructu suo cognoscitur,& subiungam; quod apud Xenophontem ait Socrates. Vt statuarios examinemus, non verbis eorū suasi, sed quoscunque videamus primas statuas bene feciſſe, eos credimus cæteras quoq; bene facere Ergo neq; nostrum hunc librum legisse sufficiet,nisi lector deinde secundū ea quæ diximus se exercuerit; quoniam,vt apud eundem Xenophontem ad milites cōcionando aiebat Cyrus. Nulla est adeo bona admonitio, quæ viros si eam audiant non fortes, vno die fortes factura sit: non igitur sagittarios faciet bonos,nisi antea sagittam exercuerint, neque equites,nec item corpora ad laborandum sufficientia,nisi antea
87 fuerint ad labores exercitata. Finis † igitur, atq; vtilitas huius nostri operis (vt hoc ipso librum concludamus) non est, vt eo perlecto quisquam illico exercitatus dici possit Iurisperitus, sed ut certam, compendiariamq; discat futuræ exercitationis viam, quam vt monstrarem pro uiribus laboraui. Ac propterea huius rei studiosos L.Moderati Columellæ, ac Socratis deinde verbis ad opus hortabor. Nam Columella de re rustica lib.1.postquam recensuit nomina omnium,qui ante se rei rusticæ præcepta scriptis mandauerant,cū Siluino amico loquens ait. Hos igitur, Publi Siluine,priusquā cum agricolatione contrahas aduocato in consilium: nec tamen sic mente dispositus, vel vt summā totius rei sententijs eorum cōsecuturus, quippe eiusmodi scriptorum monumenta magis instruunt, quam faciunt artificem: vsus, & experientia dominantur in artibus,& paulo infra subdit. Quare nostra præcepta non consummare scientiam, sed adiuuare promittunt,nec statim quisquam cōpos agri colationis erit his perlectis rationibus,nisi & obiter eas voluerit, & per facultates potuerit. Socratis verò apud Platonem in Phædro talis est sermo. Soc.dic.age,siquis amico tuo Eryximacho,vel patri eius Acumeno,dicat in hunc modum. Ego quidem illa scio corpori admouere,quib.& calescat ꝓ arbitrio meo, & frigeat, vomitū quoq;, rursusq; deiectionem, & expurgationes alias ꝓuocare, cæteraq; huiusmodi multa teneo, quibus cognitis, & medicum me esse profiteor,& alium quemlibet medicum me facere posse: quid illos responsuros existimas? PH. Quidnam aliud quàm percunctaturos,nunquid etiam sciat,quibus,quando, quousq; singula horum sint adhibenda? Soc.ergo si dicat nullo modo se id intellige re, sed oportere eum, qui ab ipso didicerit talia quædam facere posse, quid respondebunt? PH. Certè huiusmodi hominem insanire, qui cum ex aliquo medicorum libro audiuerit quādoq; aliquid,& in medelas nonnullas inciderit, neq; quicquam artis intelligat,medicū euasisse se putat. Soc. Quid verò si ad Sophoclem,& Erupidem diceret quis, scire se parua de re prolixā orationem habere,& contra de magna breuissimam,& quotiēs velit misericordiam mouere,atq; eius contrarium, horrorem, & minas incutere,cęteraq; similia,atque his docendis tragicā poesim se docere putaret? PH.& hi ò Socrates,vt opinor,illum riderint,qui tragędiam aliud quicquam putaret esse, quàm horum compositionem,& partibus inuicem,& toti conuenientē. Soc. non tamen rusticè,vt arbitror,increparent,sed facerent perinde ac musicus aliquis offendens hominem,credentem se musicum esse ex eo quod sciat, quo pacto fides tum grauissimæ reddātur, tum acutissimæ: hic.n. non acerbè quidem diceret, ò miser insanis: sed utpote musicus sic mitius admoneret, ò vir optime, necesse est omnino hæc illum tenere,qui futurus sit musicus: nihil autem prohibet eum,qui sic affectus est,vt tu,de harmonia nihil penitus intelligere,nempe quæ ante harmoniam necessaria sunt agnoscis,harmoniam prorsus ignoras. Ph. Rectissimè. Soc. sit Sophocles illum sibi obuium, quæ tragœdiam antecedunt potius,

quàm

Source : BIU Cujas

quàm tragędiam habere diceret, & Acumenus medicus medicinæ præcedentia, non medicinam. PH. Ita prorsus. Soc. Quid verò? si mellifluus Adrastus; aut Pericles audirent, quę nunc ipsi referebamus egregia verborum artificia, breuiloquia, similitudines, & reliqua illa, quæ in lucem producta considerandа iudicabamus, nunquid censemus illos quemadmodum nos præ rusticitate asperrimè illis succensuros, qui talia scripserint, docuerintque tanquam rhetoricam facultatem? An potius vrpote nobis sapientiores, nos ita increpaturos? O Phædre, atque Socrates, non succensendum est, sed ignoscendum, si qui differendi ignari definire quid rhetorica sit, non possint: atque ita affecti, dū artem antecedentia possident rudimenta, rhetoricam inuenisse se iactent, & ea docentes oratoriam artem absolutam tradere profiteantur. Singula verò istorum ad persuasionem disponere, totamq; orationem contexere, quasi in his præceptore opus non sit, oportere discipulos suos propria industria comparare. Ph. talis profecto, ò Socrates, ars illa videtur esse, quā isti tanquā rhetoricá docent, & scribunt. Ac mihi videris vera dixisse. Verū oratoris persuasorisq; veri artem quo nam pacto, & vnde nobis vendicare poterimus? Soc. consentaneum est, ò Phædre, fortè etiam necessarium, quemadmodum in cęteris, ita & in hoc certamine peragendo perfectum esse. Quippe si tibi natura, vt sis orator, tribuerit, accedente doctrina, & exercitatione excellens eris orator: si quid verò tibi horum defuerit, mancus eris.

DE COGNITIONE LIBRORVM Iuris Canonici. D. Bartholomei Cepollæ Veronensis.

PROOEMIVM.

SVNT nonnulli, qui sacrorum canonum summi apud omnes interpretes esse, & haberi volūt, similes militibus, qui summam rei militaris scientiam profitentes, nec equos, nec arma militaria cognoscunt, similes etiam medicis illis, qui omnia, quæ ad sanandum vtilia sunt, scire se existimant, & res medicinales, si vitiosæ sunt, vel perfectæ, nequaquam intelligunt. Hi enim iuris Pontificij professores, licèt multa scire videantur, tamē dū sanctorū patrū decreta, summorūq; Pontificū constitutiones, in quibus totū ius canonicum versatur, in manibus habet, eorū neciunt defectus, aut vitia, nec quantū alii aliis præstet, q̄ profecto reprehendendū est. Ne igit quisquā id deinceps valeat ignorare, illo breui opusculo declarare constitui, quo in loco capitula, quæ paleę appellantur in lib. decretorū esse cōsueuerint, & illæ in primis, quæ quādoq; deficiūt, ac etiā glosas optimas, & quāplures Bartholomei Brixiensis, quas glosis Ioā. Teutonici vtilibus addidit, & nōnullas additiones Archidiaconi, glosis illis insertas. Subijciā deniq; plurimos eo in lib. Gratiani decretorū auctoris errores: tū paucis ostēdā quonā modo intelligi pōt, si in libro decretaliū sunt additiones Bernardi ad glosas suas, præsertim cum in multis libris deficere videantur: deinde quia plures glosarum apparatus in lib. Decretaliū scripti reperiuntur, qs vsu præualeat, & quo pacto cognoscantur, & quæ sint auctoritates Ioan. And. Bononiensis ad glosas suas apertè monstrabo, postea verò quas additiones liber clementinarum habeat, breuiter intelligi poterit. postremò quæ sint additiones, quas fecit Inn. Papa tertius subtiliter lecturæ suę, super quinque libris decretalium, & quibusdam tunc extrauagantibus conscriptæ paucis persoluam. Quibus explicatis, planè quisque intelligere poterit, si libris iuris pontificii perfecti sunt, & in quibus errores ac defectus reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Decretorum liber per Gratianum compositus fuit.*
2 *Decretorum libro Romam per Gratianum portato & peruento in manibus cuiusdam Cardinalis, qui ei additiones fecit, oritur cōtrouersia, quis eorum auctor fuerit.*
3 *Palea dicuntur illa capitula decreti, quæ per Gratianum posita non fuerant, & quare.*
4 *Decretorum liber perfectus non est, nisi paleas habeat.*
5 *Decretorum liber, quomodo cognoscatur, an paleas habeat.*
Paleæ distinctionum decretorum.
6 *Constantinus lepra mundatus Ecclesiæ Romanæ donationem fecit.*
7 *Paleæ quæ habentur in causis decretorum.*
8 *Decretorum liber à quibus glosatus fuerit, & quis præualeat.*
9 *Glo. Ioannis an additiones Bartolomei Brixiensis habeant, quomodo cognoscatur.*
10 *Testimonium & interrogationes in secreto fiunt.*
11 *Leges in libro decretorum canonizatæ an approbatæ sint, & quæ.*
12 *Decretorum liber an per ecclesiam approbatus sit.*
13 *Additiones Archidiaconi factæ gl. do. Ioan. Teutonici in consideratione habendæ sunt, & quæ glo. quærendæ sint.*
14 *Errores Gratiani circa rubricas decreti qui sint, & nu. sequ.*
16 *Rubricæ decretorum allegari non possunt, nec ius faciunt, vna excepta.*
17 *Rubricæ decreti excepta prima quare auctentica non sint.*
18 *Errores Gratiani ad textus, qui sunt in decretis, qui sint, & nume. sequentibus.*
19 *Vigilia Pentecostes an ieiunandum sit.*
20 *Consuetudo in ieiunijs obseruanda est.*
21 *In decretis aliqua quandoque inseruntur, quæ ad propositum non faciunt.*
22 *Sententia in momentanea possessio. est diffinitiua, vel quasi.*
23 *Laici non criminosi an clericos accusare possint.*
24 *Infames an accusare possint.*
25 *Clericum verberans quomodo puniatur.*
26 *Præscriptio xl. annorum sola de iure communi contra ecclesiam currit nulla facta distinctione inter ecclesiam & monasterium.*
27 *Accusator secundum Italiæ consuetudinem iurare debet.*
28 *Decretalium liber quòd additiones Bernardi glosis suis habere dicatur.*
29 *Decretalium liber sextus à quibus glosatus fuerit.*
Glo. Io. monachi in 6. decretalium libro vbi incipiant.
Glo. Archidiaconi ad dictum librum vbi incipiant.
30 *Glo. Io. And. ad dictum librum vbi incipiant.*
31 *Ioan. And. verus iuris canonici interpres glosas suas super 6. decreta plenius, quàm Archi. edidit.*
32 *Actio redhibitoria emptori competeret contra vendentem librum 6. decret. sine glo. Io. And.*
33 *Ioan. And. glo. suis additiones fecit, & vbi incipiant.*
34 *Clementinæ per Ioan. And. glosatæ fuerunt, sed eius additiones non reperiuntur.*
35 *Innocentius fecit additiones in sua lectura super quinque libris decretalium & quibusdam extrauagantibus, & vbi sint.*

1 GRATIANVS † sancti Felicis Bononiēsis monachus opus elegans, & præclarum, & inter alia excellentissimum, ex multis. s. patrum dictis, & summorum Pōtificum decretis, imperatorūq; constitutionibus, ac iurisconsultorum legibus composuit. Quod liber Decretorum nuncupat. Is et nonnulla ex eius sententia eidem libro addidit, quæ in ea parte eius descripta videntur, qua paragraphi designati esse reperiuntur, vt Archi. in eiusdem operis initio testatur. † Hunc librū cum Romam detulisset, vt à summo Pontifice probaretur, Cardinali cuidam doctissimo primùm tradidit, vt Pontifici probandū præsentaret, Cardinalis alienæ laudis & gloriæ cupidus, operis nobilitatem intelligens, se auctorem eius ostēdere in animo instituit, vnde multa sanctorum patrum, & Pontificum dicta, Gratiani ordinem sequutus, addidit. Orta deinde apud Pontificem quæstione, qui eorum author illius operis extiterit, offert se Gratianus, vt ipse scriptorem fuisse ab omnibus intelligi posset, ordinem libri, & partes, ac singula eius capitula ad sensum, non ad verba memoriter relaturum. Cardinalis assentit, putans se authorem futurum, cū multa de suo addita essent, quæ Gratiano certè ignota esse sciebat. Dū Gratianus omnia singulariter, vt statutum erat, perfectè referret, prætermittebat quandoq; capitula, quæ Cardinalis addiderat, quorum penitus erat ignarus. A Cardinali quamprimum opponitur, quod librum neciat, & nec ideo composuerit. † Monachus, ea quæ prætermiserat, sui operis non esse cognoscens, sed cardinalis additiones respōdit, vbi huiusmodi capitula reperiūtur, palea est, nec de grano meo, hinc postea dicta capitula palea appellata sunt, & si quidam, alia ratione paleas dici, affirmare velint. Sed quam dixi, verior est sententia: & propterea multi, maximè antiqui libri decretorum reperiuntur, qui paleas illas non habeant. Postea verò, cum cognitum fuerit, capitula, quæ palea nuncupantur, vtilia esse, multi ea primò inserere cęperunt. Deinde ex eis, quædā, vt pars operis, vt auctenticæ, glosatæ fuere. † Ita quòd vsu eo deuentum est, vt nullus decretorū liber perfectus esse de cætero existimetur, nisi qui omnes paleas in se contineat, & qui eas in margine vel nusquam habuerint, imperfecti esse iudicentur.

¶† Vt igitur scias, an liber Decretorum habeat paleas, quærendæ sunt tam in distinctionibus, quàm in causis istæ, quas statim commemorabimus, quæ si reperiuntur omnes, alias existere iudicandum est. ¶ Primò, est vna 6. distin. post capitu. testamentum. & incipit, sed pensandum, & continet circa vnam columnam, & finit ex delegatione. ¶ Secundò, tres debent esse. 44. distinct. post cap. conuiuia. prima incipit, nullus. Alia, quādo. Tertia similiter, quando. ¶ Tertiò, habetur alia palea, quæ est duarum columnarum & vltra 96. distin. post cap. nunquam de Pontificibus, alias post capitu. si Imperator. in fin. & incipit, Constātinus Imperator. iiij. die sui baptismi priuilegium Romanæ Ecclesiæ

Source : BIU Cujas

cleſiæ contulit.& in fine eiuſdem dicitur,huiuſmodi verò imperialis decreti paginam proprijs manibus roborantes ſuper venerandum corpus beati Petri poſuimus. Datum Romæ 4. Calend.
6 April. à Conſtantino Auguſto iiij. conſule & Galicano.†In qua quidem palea dicitur contineri priuilegium Conſtātini, in quo Imperator Conſtātinus mundatus à lepra per beatum Silueſtrū Papam donauit Eccleſiæ Romanæ ciuitatem Romanā, & multa alia bona temporalia,de qua donatione habetur in capit.fundamenta.de electio.in 6.& in clemen.Romani.de iureiur.& per Iac.Butrigarium,& Bald.plenè & Doct.in j.conſt.Codicis, & per Guil.de Cuneo,& Bart. ac Doct.in j.conſt.fforum,& per Bart.in extrauagan.ad reprimen.in ver.totius orbis,& per Bal.& Ang.in l.filio quem pater.ff.de lib.& poſth.& per eundem Bald.in c.ſi in generali.in princi.in titulo,ſi de feu.fuer.contro.in c. ſi quis fuerit.in tit.quo tempo.mil.inueſt.fa.de.in vſib.feu.& per Cy.in l.cō perit.in j.oppo.C.de præſcrip.30.vel 40.anno.& plenè per Dantē poetam,in libro ſuo Monarchiæ,& pleniſſimè per d. Anton.de Roſel.etiam in ſua Monarchia: ſed ante dictam paleam capituli, Conſtantinus,& poſt dictum cap. nunquam de Pontificibus, eſt vnus.§.in quo ita ſcribitur.Item Conſtantinus Imperator coronam, & omnem regiam dignitatē in vrbe Romana & Italia, & partibus occidentalibus Apoſtolicæ ſedi conceſſit. Nā in geſtis beati Sylueſtri, quę beatus Pelagius Papa in concilio lxx.Epiſcoporum à catholicis legi cōmemorat,& pro antiquo vſu multas hoc imitari dicit Eccleſias. Ita legitur, priuilegio Conſtantini Imperatoris. ¶ †Quartò in cauſis habentur, & exquirendæ
7 ſunt duæ aliæ paleæ,vna eſt.2.q.j.legum eccleſiaſticarum,quę eſt 15.linearum, vel circa,poſt c ſtatutis.quod habetur in l.fin.C.de ſenten.ex breuicu.recitan.& ante.c.notum.alia eſt 27.q.2.quæ incipit,lex diuina.& eſt vnius columnæ, poſt c.cum ſocietas. eadē q.quam paleam declarat Fed.de Sen.in conſi. ſuo 287. quod incipit,magiſter noueritis.ſunt etiā multæ aliæ paleæ, ſed ſi iſtæ re-
8 periuntur,quas s̄. retuli,alias ineſſe credendum eſt. ¶ †Sciēdum eſt autem,q̄ librum decretorum multi gloſauerunt, præſertim Laurentius,Tancredus,Hugutio, Ioan. Teutonicus,& Archid. ſed Ioan.omnibus doctrina,& vſu præualuit,& prę ſertim in ſuis ſummis,quas in cuiuſlibet diſtinctionis, & qōnis principio ele-
9 ganter ac etiā vtiliter conſcripſit. ¶†Sed ſi intelligere volumus, an gloſæ ipſius Ioannis,quæ nunc in vſu habentī,additiones Bartholomei Brixienſis contineant,videndum eſt in principio Decretorum,quia eſt ibi prima additio 15.linearū, & eſt tota ipſius Bartholomei,& incipit,qm̄ nouis ſuperueniētibus cauſis, nouis eſt remedijs ſuccurrendum, & finit, ad vtilitatem omnium ſtudentium in iure canonico. ¶ Alia additio eſt 4.diſt.§.leges.in fin. vlti.gl.& additio eſt poſt illa verba,ſola ſcientia Papæ,& incipit, ſed credo,q̄ conſuetudo.& finit,quæ ſeruantur ſcire, & eſt quatuor linearum. ¶ Tertia eſt 10.diſt.lege,imperatorum in fin. gl. paruæ,in ver.diuiſiones.quæ eſt in hæc verba, ſed credo, q̄ Papa hoc poſſit facere ex cauſa,& etiam epiſcopus, vt in eadem decretali,ſicut vnire.¶ Quarta eſt 12.diſt.illud.in gl.magna, circa fi. & incipit,ego credo q̄ iudex,& finit,quæ contra morem. ¶ Quinta eſt 63.diſt.Salonitanæ.in gl.2.quæ eſt magna, in ver. ſub excōmunicationis,in fin. q̄ ita dicit, ego dico,aliàs ego credo,q̄ à die conditionis exiſtentis per decretalem illam, præterea. ¶ Sexta eſt j.q.j. qui ſtudet.in gl.vlti.in fi.in ver.dimiſit.& incipit Tancredus tamen dicit.& finit,cū prohibitum non inueniatur.¶ Septima eſt 2.q.j.in primis.in fi.gl.magnæ.in ver.expendidiſſe, quæ po
10 nit de materia expenſarum,& incipit additio,hoc tamen teneas pro certo.& finit.j.q.6. omnino. ¶ Octaua eſt,in eod c.in ver.prę ſente in fin.cuius hæc ſunt verba, notabilia in practica.†Sed certè,ſicut teſtimonium dicitur in ſecreto,ita interrogationes fiunt in ſecreto,& dantur in ſcriptis,& ita ſeruatur de facto. ¶ Nona eſt eodem in loco in gl.duarum linearum, in ver.lex. & additio
11 ita dicit ſingulariter,vel ſtabitur huic legi, cum ſit canonizata, q̄ ſolet allegari hoc modo ſingulariter, † licèt leges canonizatę,in lib.decretorum non ſint approbatæ,vt per glo.in c.forus.ad fin. probatur,in verbo fœmina.extra de verbo.ſig.& per gl.in c.2.qđ incipit,ex parte.& ibi not.per Ioan.An.& docto.de reſcrip. & hī
12 per Archi.50.diſt.de his.el primo, & 8.diſt.quis neſciat.†Vbi ponit,an liber decretorum ſit approbatus per Eccleſiam Romanā, an non,& habetur etiam per Io.An.in c.fi.extra de feu.& per Feder.de Sen.in conſil.ſuo 76.tamen hoc limitatur ſingulariter,ni ſi reperiatur aliqua lex,poſita in medio vnius.cap. per text. cum glo.præalleg.in c.in primis. ſunt etiā multæ aliæ additiones eiuſdem: ſed ſi prædictæ reperiuntur, aliæ etiam ineſſe creduntur.
13 ¶†De additionibus Archidiac. etiam factis gloſis Ioan. Teutonici in decretis habenda eſt conſideratio, & duæ in hoc tantum gloſæ quærendæ ſunt. Vna eſt 96. diſtin.in cap. bene quidem. in verſic. præter Romanum Pontificem, & eſt glo. 15.linearum,& incipit,argumentum cauſa eccleſiaſtica,& finit,extra de ſenten. excommu. canon. de qua glo. facit mentionem Arch. in c. j. de cleri.coniuga.lib.6.in ver.diſtringi,in fi.qui dicit, quidam nō habent illam glo. & malè, ſiue defectiuè. immo dicit etiam Feder. de Sen.in conſil.ſuo 120. quòd illa glo. communiter non habetur,& de iſta glo.fit etiam ratiocinatio per Doct.in cap. quanto, extra de conſuetu.Alia gl.quærenda eſt j. q.j. dedit, circa mediū gl.magnæ,poſt illa verba, ſufficere ad ſalutem,& eſt additio triū linearū,quę incipit,de hoc & Ambroſius.& finit, in Chriſti nomine amen:eſt tamen & tertia,quæ in fi.facit mentionem de Archid.8.diſt.in c. epiſcopus ad ſynodum. ¶ Nunc dicamus de erroribus Gratiani. Et primò videamus circa rubricas, deinde circa textualia.†Quantum ad rubricas, Gratianus malè dixit in ru-
14 bro,quod eſt.3.q.j.curiæ. Nam dum dicitur, reo abſente libellus accuſationis fruſtra offertur, non bene dicit,quia text.non intelligitur de libello accuſationis, ſed de libello atteſtationū, vt no. glo. ibi in d.rub.licèt ſecundùm Lauren. in d.c.curiæ.non ſit verum, quòd illud rubrum ſit falſum; quia immo ibi loquitur de
15 libello accuſationis,dum dicit curiæ,†quaſi dicat, quòd libellus accuſationis non ſit recipiendus cum effectu,abſente altera parte,non per contumaciam,argum.l.2.C. de re qui.reis. & hoc innuit etiam Vgutio, vt refert Archid.in d.c.more,qui cum Laur. & Vgolino tranſit:ſed in capit.quis neſciat.9.diſtin.tenet opi. gl. q̄ illud rubrum ſit falſum, & iſta eſt communis ſententia, quā ſequitur Vincentius in proęmio decretal.in ver.vtimur, & Spe. in titulo de diſputa.& allegat. in §.fi.in fi.& Ioannes Andreas. in proę.ſexti libri,in penultima columna,in fin.in nouel.& Ant.de But.in proę.Gregoriano,in §.ſanè.& Dom. de S.Gemi.in proę.
16 6.libri.in §.ſanè.in fin.& † propterea dixit Specul.in d.§.fin.in fi. quòd rubricæ Decretorum non poſſunt allegari, neque ius ponunt,tum quia ſunt falſæ, vt in d.c.curiæ, & 16.q. 3. placuit, el 2. tum quia alius fuit conditor Decretorum,& alius rubricarum, & idem dicunt Ioan.And.& An. de But.ac doct.in proę.decret. in §.ſanè.excepta prima rub. Decretorum,quam dicunt eſſe authenticam: & hoc etiam notat Ioannes de Imola in rubr. ff.de
17 verbor.oblig.& Ioan.de Anania in rub.extra de accuſat. ¶ †Qui dicunt,quòd aliæ rubricæ,excepta prima, ideo non ſunt auctenticæ, quia non fuerunt poſitæ per omnia, ac etiā quia ſunt ſummaria, non rubricæ, de quo ego etiam dixi in rub. extra de teſt. in 3.q. de rubrica. Sunt itaque plures cauſæ ſiue rationes, quare rubricæ Decretorum,prima excepta,non ſunt auctenticæ.¶ Prima eſt,quia aliquæ ſunt falſæ,ſicut eſt illa.3. q. 9. curiæ. & 16.q.3. placuit.el 2.¶ Alia,quia non ſunt poſitæ per Gratianum auctorē libri, ſed per alium,vt dixi. ¶ Tertia, etiam ſi fuiſſent inſertæ per Gratianum, tamen non ſunt auctenticæ iudicandæ, ſecundùm D. Domi. de S.Gemi. 9.diſtin. quis neſciat, cum eius dictis fides non detur,vt not.in c ij. de reſcrip. & ſupra dictum eſt. ¶ Quarta eſt ſecundùm Ioan.de Imol.& Io.de Ana. quia non fuerunt poſitæ per omnia,& vbique in eo.lib. ¶ Quinta & vltima eſt ſecundum eoſdem, quia ſummaria ſunt,& non rubricæ, & ideo multi appellant rubrum,& non rubricam,vbi huiuſmodi rubricæ reperiuntur. Sed aduertendum eſt,q̄ error iſte non videtur inſeribendus Gratiano, quia ipſe illas rubricas non ſcripſit, vt dixi, ſecundùm Spec.licèt quidam velint, q̄ fuerint inſcriptę à Gratiano,vt dicit Ant.de But.in proę. Gregor.in §. ſanè. quod videtur tenere D.Domi.in d.c.quis neſciat. 9. diſt. ſed prior opin. verior
18 eſt. ¶ †Quantum verò ad textus Gratiani,qui ſunt in decretis,in pluribus & diuerſis locis errauit. Primò enim ſequendo ordinē libri,non bene loquutus eſt. 68. di. in prin. coniuncto. c. j. nā ibi Gratianus nō bene inducit.c.primū ad quæſtionem, nam illud. c.loquitur de his qui ordinati ſunt à talibus,quos cōſtat eſſe epiſcopos,illud contrarium,quod ſequitur ſimiliter malè inducit, quia nullo modo eſt contrarium,& ita ſuperficialis eſt argumē-
19 tatio magiſtri Gratiani, vt not.glo. in d.c.j. 68.diſtinct. ¶†Secūdò errauit in vigilia Pentecoſtes,quia dixit.76. diſt. §.neceſſario. & in § ſeq.q̄ non eſt ieiunanda,quia immo eſt neceſſariò ieiunā da,vt in c.de ieiunio,& in c.noſce.ea.di. & q̄ ita ieiunari debeat, habet hoc eccleſiæ conſuetudo generalis, vt dicit glo. notab. in d.§.neceſſario.Vnde licèt vulgò dicatur,inter duo paſcha nō eſt vigilia facta, tamen vigilia Pentecoſtes. i. paſchę ieiunanda eſt,
20 †quia ſi in ieiunijs conſuetudo obſeruanda eſt, vt dicitur de vigilia beati Bartholomei, vt eſt text. in cap.conſilium. de obſeruat. ieiunio.& not.glo.in c.videtur.76. diſt.ſine dubio vigilia Pentecoſtes eſt ieiunanda,cùm generalis,vt dixi, cōſuetudo eccleſię, hoc obſeruet. ¶ Tertiò errauit ea. diſt. ieiunium. vbi inducit ad quoddam ieiunium de Tito Veſpaſiano, cum ante per multa tē pora fuerat illud ieiunium conſtitutum,& quod dicitur ibi non
21 facit ad propoſitum,ſecūdùm glo.ibidem,in verbo multa.†Quę ſubdit, quòd ex hoc eſt argu. q̄ quandoq; aliqua inſeruntur decretis,quæ non faciunt ad propoſitum,argu.etiam 75.diſt. quod die.ver.Sabbathi initium.cui adde, quod dixi in primo errore. ¶ Quartò errauit.j.q.j.cum ſcriptura.Nam dicit ibi gl.in ver. Geroboan, q̄ ipſe Geroboan fuit malus, ſecundùm falſum intellectum Gratiani, aliàs dicitur Geroboal,quaſi ſacra deſtruens,ierō enim, ſacrum dicitur, & bal,deſtruens: hinc enim dictus eſt Gadeon, & ſecundùm hoc non facit ad propoſitum Gratiani. ¶ Quintò.ij.q.vj. §.diffinitiua. ver.de poſſeſſione. reprehenditur Gratianus,vt not. Ioan. And. & Doct. in c.ij extra de reſcrip. &
22 Io.de Ana.in c.cum veniſſent.in ij,col.extra de inſtitu. †Nam dicit ibi, quòd ſententia de momentanea poſſeſſione interloquutoria appellatur,& non bene, quia immo eſt diffinitiua, vt not.

glo.

Source : BIU Cujas

glo.& Doct.in l.vnica. C.si de momen.poss.sue. appel. & in l.post sententiam.C.de sen.& interlo.om.iudi. Vel est quasi diffinitiua, vt est glo.no.in c.consultationibus.extra de offi.delega.& ibi per
23 Docto.¶†Sextò falsum dixit Gratianus.2.q.7.§.opponitur. dum voluit, ꝙ laici non criminosi possint accusare clericos,quod est contra.c.de cętero,extra de testi.vt dicit glo.secundùm Vgol.in
24 d.§.opponitur.¶†Septimò,dū Gratianus infert à contrario sensu in c.alieni.2. q. 7. ꝙ infames accusare possunt, reprehenditur per glo. in c. 2.à nobis. extra de excep. quia illud quod dicitur in
25 d.c.alieni.est speciale.¶†Octauò. 11.q.3.§. euidenter, vbi Gratianus videtur sentire,ꝙ qui clericum verberat tantum priuatus est sacramentis,& ab ingressu ecclesiæ,nec ob.canon,si quis suaden te.17.q 4. quia anathema ibi,idem est quòd separatio,hoc tamē non tenet ecclesia,& contra eum est,extra de appel.c.peruenit, el primo.secundùm glo. in d.§.euidenter.in ver.ab ingressu. Nā priuatur etiam communione fideliū,vt d.c. peruenit. & ibi hoc not.Docto.& maximè D.Nicola.Abb Sicu.¶Nonò in quęst.illa,an clerici possint habere proprium,Gratianus. 12. q. j. allegat pro,& contra,deinde soluit in §.cū ergo & malè,vt no.glo.ea.q. in prin.& in d.§.cū ergo.Sed tu solue,vt habetur in d.gl j. ¶Decimò,reprehenditur in eo,quod dixit.16.q.3.§.pater.versus fi.per vnam columnam.versi.in canonibus verò, vbi facit differentiā inter ecclesiam & monasterium, dicens in canonibus ecclesia aduersus ecclesiam.30.annis,monasterium aduersus ecclesiam, non nisi 40.annis præscribere permittitur. Sed in hoc non bene
26 distinxit: † quia hodie de iure communi sola 40.annorum prę-scriptiō currit cōtra ecclesiam,nulla distinctione facta inter ecclesias & monasteria,vt probatur in c.de quarta,extra de p̄scrip. & 16.q.3.§.quas actiones. qui habetur in aucten.quas actiones. C.de sacrosanc.eccle.& not.glo.& Doct.in d.c.de quarta. ¶ Vndecimò,magister Gratianus errauit in nomine vnius tituli & legis,in §.qui autem.17.q.4.qui est post.c. si quis suadente diabolo. nam dum ibi allegauit.ff.ad leg.Iul.pecuni.repetun.l.vlti.debuit allegare.ff.ad leg.Iul.pecula.l.sacrilegi.secundùm gl.j.in ver.repetundarum.in d.§.qui autem.¶Duodecimò.§.quamuis,ver.illud verò.32.q.7. vagatur Gratianus pro solutione.ca. quod posuistis. ea.q. quia quandoque bonus dormitat Homerus,& cum non in ueniat,somniando attribuit Gregorio maiori, quod egit Greg. minor:sed hic casus.s̄.reprobatus est,ita dicit gl. d. §. quamuis.&
27 idem vult gl.in d.c.quod posuistis.in prin.¶†Tertiodecimò erra uit etiam Gratianus.35.q.6.si duo.vbi gl. dicit secūdùm quosdā, Gratianum ibi fuisse deceptum per consuetudinem Italiæ, quæ est, ꝙ accusator debeat iurare iuxta tenorem.c. de parentela. ea. q. Sed iure non tenetur,de quo dic, vt ibi plenè per glos. Isti sunt errores, in quibus magister Gratianus principaliter reprehenditur.Et ideo dicitur, quòd liber decretorum non est approbatus quantum ad dicta Gratiani,quæ quotidie reprehendimus,sicuti etiam dicta Magistri sententiarum reprehenduntur,vt no.Ioan. And.Anto.de But.& Doct.in c.ex parte.el 2.de rescrip.¶Hacte-
28 nus de libro decretorum,vti digniori visum est.†Nunc verò dicamus de libro decretalium, quādo additiones Bernardi glosis suis habere dicatur,omissis glosis Goffred.& si vtiles sint,ex quo Bernardi apparatus in vsu non habetur,& propterea decretales glosatæ secundum Goffred. hodie in pretio non habentur. Qui igitur scire vult, an additiones, quas fecit Bernardus de Botono Parmensis glosis suis,sint in decretalibus,quærat quas statim cōmemorabimus,& si eas inuenerit,quia de vltimis fuerunt, iudicare poterit reliquas additiones eiusdem,quæ multæ sunt, eodē in libro existere. Et ipsum quò ad apparatum glosarum pertinet in additionibus non deficere. Si verò non reperirentur, sicut in multis codicibus,seu libris, præsertim antiquis, euenire solet, liber ille imperfectus,& vitiosus,& quasi inutilis iudicandus,adeò ꝙ in huiuscemodi libris locū haberet actio redhibitoria, iuxta not.per glo.in l.j.ff.de ędil.edic. & quod ibi plenissimè scripsi, & per glo.insti.de suspect.tuto.in §.nouissimè. Et in primis quęren da est gl.in c.quod sicut.in verbo diuidatur.extra de electio.ante fi.vbi est vna additio Betnardi,quæ incipit, de hoc quod dixit Vgolinus, quæsitum fuit à me Bernardo Parmēsi,canonico Bononiensi,& capellano D. Papæ, in consecratione Episcopi Bononiensis, & finit,& hac de causa ponitur hæc additio.Quidam omittunt illa verba, de hoc quod dixit Vgolinus, & dicunt, ꝙ incipit ibi. Quęsitum fuit à me Bernardo. Alij autem dicunt, ꝙ additio incipit.s̄. post princ.glo. ibi, hac ratione quia consecrationes episcoporum. Sed communis sentētia est, quòd incipiat ibi, quæsitū fuit à me Bernardo,& desinat,vt dixi. Et hac de causa ponitur hic additio. & dicit ibi Ioan. An. quòd audiuit à Domino suo,qui fuit Archid. quòd ista fuit vltima additio,quam fecit Bernardus in decretalibus: & ideo secundùm eundem Ioā. Andr. Anto. de But. & Docto. ibidem solet dici & instrui,quòd libri habentes in contextu glosarum istam additionem, verisimiliter habent & alias. Et propterea tu ad ipsam primò semper recurras.¶Est etiam alia additio in c.sequenti, auditis, in verbo cassatam,quæ incipit,de facto intellige,& finem facit ibi, in fine vltimæ notulæ,& est sex linearum. ¶Tertia est in eod.tit.in cap. scriptum.in glo.in verbo maior, quæ incipit,& ita videtur. Sed principium additionis est ibi,& quod dicitur hic,& durat vsq; in fi.ibi,vt supra dicitur in eadem notula,& est similiter linearū sex. ¶Quarta est etiam in eodem titulo,in c.ecclesia vestra.in j. gl. in fi. quæ sic dicit, vel dic, quòd voluit interesse ad terminum statuendum,in quo debeat electio fieri. ¶ Quinta est in c.ex parte. de rescript.in verbo prosequuntur,quæ incipit,literas impetrando,& est duarum linearum.¶Sexta est in tit.de præscrip.in c.veniens,in ver.intentioni,quæ incipit,dicebat Abbas,& finit,& de cretali venerabilium,& est 12.linearum. ¶ Septima est etiā noūissima in cap. nobis.de iurepat. super ver. in capella, & est glos. magna, additio incipit circa medium ibi, sed his non obstan. ¶Octaua est in cap. Ray. de testa. quæ incipit, ad intelligentiam huius decretalis pone, & est prima glo. quam pauci libri habēt. ¶Nona est eod. tit. in c. Raynal. quæ similiter incipit,ad intelligētiam huius decretalis,& ista etiam rarò reperitur. Quas si Decretalis habet, præsumendum est, quòd alias Bernardi additiones habeat. Postquā de additionibus Bernardi in Decretalibus, quæ libris quinque continentur,dictum est, consequens est, vt additiones etiam Io.An.quas libro sexto Decretalium inseruit,
29 declaremus.¶†Prius tamen sciendum est, ꝙ sextus liber Decretalium à tribus vtiliter glosatus extitit,à Ioanne. s.Monacho, & Archidiacono,ac Ioan.And. Apparatus glossarum Ioan.monachi,qui satis vtilis est,incipit, In nomine Dei amen, secundum Philosophum, scire,est rem per causam cognoscere. & finit, in titu.de regu.iur.in c.si certum.& etiam de priuileg.quauto.& 14. q.3.pleriq;. & in illo.c.tres tantum lineas scripsit. Archidiaconi verò apparatus, qui communiter in lectura reperitur extra text. sexti,incipit,venerabilibus & discretis viris.Rectoribus vniuersitatis scholarium Bononien.& finit,in c.fi.de verbo.signifi.ibi,& notatur etiam de cleri.ęgro.in c.cum percussio.in fi.Iste Archid. qui Guido de Baisio dicebatur,non scripsit super titu. de reg.iur. eo.libro,& lectura eius,vt plurimum consistit circa verborū ex-
30 positiones & significationes. ¶†Glosæ autem Ioā.And.Bonon. quæ vsu approbatæ sunt,& in scholis publicè leguntur, incipiūt, quia præposterus est ordo prius humana subsidia petere,& finit, in data.6.libri,vtiles eis in posterum labores meos offeram iam, licet nouiter inchoatos. Cęterum prędicti glosarum apparatus, non solùm ex cuiuslibet principio,& fine cognoscuntur, sed ēt quia Archidia.in primis circa verborum expositiones & significationes versatur,& nihil scripsit super titu.de reg. iur. nec super data Io.monachi.Melius iuris dubia enucleando etiam super titu.de regu.iur.licèt non multa, datam sexti omittendo. ¶†Con
31 scripsit Io.An.qui verus iuris canonici interpres meritò dici potest,glosas suas, primò super toto sexto libro edidit, & plenius quam Archidiac.in titu.de regu.iu.vtiliter glosauit, ac etiam super data eiusdem plura circa duas colūnas in quatuor glosis conscripsit:& quia glosæ Ioan.And.& non Io.monachi, vel Archidiaconi,ab omnibus legunt̄,& apparatus monachi & Arch. pro
32 lecturis in vsu habentur,† si quis sextum ignoranti venderet cū glosis Io.monachi,vel Archidia.& non Io. And.haberet locum actio redhibitoria,vel quāto minoris, quia vitiosus & mēdosus esset,sicut dicitur de libro Decretaliū glosato per Goff.vel quando deficiunt additiones Bernardi,per notata in l.j.ff.de ędil.edic.
33 vt supra dictum est,& bene notandum in practica. ¶†Postea verò idem Ioan.And.nonnullas fecit additiones glosis suis,& quibus in locis sint,subijciamus. Prima additio est in c. si motu proprio,de præben.in gl.2 in verbo beneficium, post illa verba,super quo fundatur distinctio. & incipit, hoc hodie approbatū est per cle.eod.tit.si Romanus,& plus non cōtinet,postea in gi. seq. præterea licet valeant literæ.¶Secunda est in eod.tit.cap. si pauper in glo.j.in fin.post illa verba.j̄.de concess.præqen.in cap. vltimo,& additio continet hæc pauca verba,& hoc approbat clem. de rescrip.gratiæ.¶Tertia est in eo.cap.si pauper clericus in versicu.prouideri, quæ sic dicit, talis forma gratiæ non extenditur ad hospitalia, vel similia,vt in clem.eod. tit. per literas. ¶Quarta est in c.cum singula officia eod.tit. de præben. in 6. prioratus. in fi.post illa verba.j̄.ne cle.vel mona.cap.j. & additionis verba, quæ sequuntur, sunt hæc, & hoc approbat clemen. de supplen. negligen.præla.quia regularis in fin. ¶Quinta est in eod. cap. in versic.eligibilis,ad fin.post illa verba,prout indistinctè loquitur, & additio,quæ sequitur,dicit, & hoc approbatur per cle. de supplen.negli.prę-la.quia regularis.in fin.aliās dicit, approbatum est per concilium Viennense,de supplen.negli.prę-la.quia regularis in clem.¶Sexta est in c.j.quia cunctis de concess.præben. in fin.j. gl.post verbum vacante,& est in hæc verba, contra hunc casum stilus curiæ clausulam adinuenit; quia statuit terminum acceptandi, inhibens infra illum collationem fieri cum decreto, vt in clem.eod.tit.cum ei quem ij.responso. ¶Septima est in eo. c.in §.subiunctum in glo.in versi.acceptaret in fin. & additio ita dicit, intelligitur autem acceptare, petendo per exequutorem suum sibi conferri beneficium,quod poterat acceptare,vel recipiendo præsenti collatum, vt in clem.eod.titu.cum ei quem. 3. responso. ¶Octaua est in eod cap.§.subiunctum in versi. astrinxisset, quæ sic dicit, concordat clem. cum ei quem j. responso. ¶Nona est in cap. j. dudum de rebus eccle. non alien. in verbo,

quia

Source : BIU Cujas

quia in conceſſione huiuſmodi.cuius verba ſunt hęc,facta eſt de decimis eccleſiæ vacantis,ſecus ſi concederetur,vel vniretur ipſa eccleſia vacans,quod dic vt in clem.eod. tit. ſi vna. ¶ Decima eſt in c.j.in ver.reſignāt,de re.permuta.quæ dicit ita, & ſi reſignata conferantur alijs,quàm permutare volentibus,non valet collatio,vt in clem.eo.tit.c.vno. ¶ Vndecima habetur in c.ſi religioſus.de teſta.in ver.officium,& eſt huiuſmodi,hodie huius officij ratione ordinarius loci exigit a religioſis,etiā exēptis, & ſi circa id deliquerint,punient illos,vt in clem.eo.tit.religioſi.¶ Duodecima eſt in c.j.animarum,de ſepul.in ver. æternæ, quæ his verbis ſcripta eſt,hodie tranſgreſſores excommunicati ſunt ipſo iure, nec abſoluūtur ab alio, quàm a Papa,niſi in mortis articulo,per clem.de pęn.cupientis in fi.quæ reſeruat etiam pœnas.j̃. poſitas. ¶ Tertiadecima eſt in c.2.cum quis,eo.tit.in gl.3 .in ver.canonica in fi.poſt verbum cathedram,quæ varijs modis habetur, nam in quibuſdam libris iſta ſunt verba additionis,Reuocatam per concilium Viennenſe,eo.tit.dudum.Sed in alijs dicitur,Quæ reuocata fuit,ſed hodie innouata,per cle.eo.titu.dudum.¶ Quartadecima eſt in c.j.diſcretionis.in gl.j.in fi.poſt verbum, vt ſequitur, ſic dicens,hodie contra omnes religioſos, quibus non cōpetit percipere decimas,per clem.de pęn.cupientes 2.reſponſo. ¶ Quintadecima eſt in c.j.is qui.in ver.diſſimilitudine.de regulari.in hęc verba,patenti in colore ſciſſura,vel forma ſenis, quò ad hunc caſum de alia latenti,de qua loquitur hic finis,vt in cle.eo. ti.eos q. & vide qđ ibi no.in gl.2.& in gl.licet ergo. ¶ Sextadecima eſt in c.cōſtitutionem eo.tit.de reg.in gl.in ver.prorogamus.circa principio.poſt verbum Bonifacij,ibi,hæc parua additio ſequitur, q̄ habetur in clem.de ſepul.dudum.¶ Decimaſeptima eſt in c.vnico, periculoſo,in ver.ſacri ordinis,poſt illa verba,ſed iam diſputaui, & terminaui contrarium,& dicit,eſt hodie approbatum per cōſtitutionem Ioan.antiquæ.¶ Decimaoctaua eſt in eo.c. vnico,in fi.ſuper ver.vltimò attributum.ita,ſaluo eo quod habes in clem. eod.titu.attendenti.¶ Decimanona eſt in cap.vnico, de iurepatro.in gl.penul.in ver.ſemeſtre.in fi.poſt verbum,vt ibi notatur, & additio ſic poſtea dicit.Item contra ſupra eod.lib. de deci c.2. in fi.ſed ibi ſoluitur in vlti.glo. ¶ Vigeſima eſt in c. quamquam, de cenſi.in fin.glo.primæ,poſt illa verba contraria conſuetudo, quæ ſic ſequitur,clementina hoc addit,ꝙ dioceſani,quibus conſtat aliquos has ſententias incurriſſe,illas publicare debēt, & eas facere obſeruari eod.tit.præſenti.¶ Vigeſimaprima eſt in c.Chriſtianos de hære.in glo.2.in ver.infames ad fi.ibi.4.diſtin.quęris,& tunc ſequitur hæc additio.& hoc bene expeditum eſt in concilio Viennenſi.de ſum.trini.c.vno.& vult allegare in clem. ¶ Vigeſimaſecunda eſt in c.inquiſitionis.in ver.eorum aliquo.eo.tit. Quæ dicit,hodie dic,vt in clem.eo.titu.multorum.§.ſanè.& §. ſequentibus. ¶ Vigeſimatertia eſt in c. cum ſecundum leges. eod. tit.in verſi.bona hæreticorum.ſub his verbis,ſecus in bonis eccleſiarum,in quibus intitulati erant ipſi hæretici, quod dic,vt in clemen.eod.titu.volentes,poſt prin. ¶ Vigeſimaquarta eſt in c.ſtatuta.in prin.eo.tit.in gl.magna in ver.figura.poſt prin.ibi.C.quo.legato l.vna.tunc ſequitur iſta breuis additio,hodie dic,vt in clem. de ver.ſigni.ſæpe,& vide quod not.in glo. ¶ Vigeſimaquinta eſt additio breuiſſima,in c.j.ad fi.in glo.magna,in fin.quæ finit.§. ſanè de ſciſmat.dic vt in cle.de elec. ne Romani. ¶ Vigeſimaſexta eſt in c.quamquam.de vſu.in §.pe.in ver.ſubiacere,ita dicens,hodie tales excommunicati ſunt ipſo facto,non obſtantibus exceptionibus,vel priuilegijs,vt in cle.de ſepul.eos qui. ¶ Vigeſimaſeptima eſt,in c.vno,de exceſ. præla. ad fin. quæ in verbo decernentes,ita loquitur,hodie tranſgreſſores ſunt ipſo facto excommunicati,per clem.de pęn.cupientes.j.reſponſo.¶ Vigeſimaoctaua eſt in c.auctoritate. de priuil. in verbo interdicti, per hęc verba,hodie religioſi etiam exempti,uiolantes generale interdictū quod ſeruat mater eccleſia,excommunicati ſunt, per clemen.de ſen.excom.ex frequentibus.¶ Vigeſimanona breuis eſt, in eod. cap.in fi.in uerſi.non aſſumant,quæ dicit,eſt ſimile,quod habes, de deci.cap.j.¶ Trigeſima etiam breuis eſt,in cap. epiſcoporum, eod.tit.in fin.primæ glo.ſic,uide clem. de ſent. excom. in cap. j. ¶ Trigeſimaprima eſt in cap.ſi Papa.in uerbo aſſerat, in fin. poſt uerbum de narratiuis, & additio eſt iſta, hodie plenè probatur narratiua literarum Papaliū,ſi ſunt de facto ſuo,& ſuper ipſis fundet gratia,vel ipſius intētio.p cle.de,pb.literis, & vide qđ ibi no. in gl.antepe.¶ Trigeſimaſecūda eſt in c.eos.de ſen. excom. in gl. in ver.canonis,circa medium,poſt ver.prælatis, in fi.quæ ita ſubdit,iſti duo ſunt hodie ſublati,per cle.de immu. eccle. quoniam. ¶ Trigeſimatertia eſt in eadem gl.ad fi.ibi.5.eo.decætero,quæ ita ſequitur, quinquaginta tales caſus expreſſos, & duos tacitos inductos per clemen.notaui in cle.eod.tit.c.j. in ver. eſt ſciendum. ¶ Trigeſimaquarta eſt in c. alma mater,in §.addicimus . in verbo horis.vbi ſic dicit,vide quod not.in cle.de æta.& qualita.vt hi qui.in gl.no.¶ Trigeſimaquinta eſt, in c.quæ à iure . de regu. iur. circa medium glo. poſt verba,pręeminentię paſtoralis, quæ ita dicit,quæ habetur in cle.de ſepul.dudum.¶ Trigeſimaſexta & vltima eſt,in ea.glo.ad fi.ibi,de regulari . conſtitutionem. ſequitur additio,& ibi de hoc in 4. gloſ. & in clementi. de ſepul.dudum. §. huiuſmodi . in gloſ. vt patet. Sunt etiam plures aliæ additiones Ioan.Andreę.in 6.lib.vſq; adeo ad ti.de pręben.quæ breuitatis cauſa,omittuntur.Sed iſtæ ſufficiunt ad intelligendum , an liber ſexti habeat additiones Ioā. And. & ad cognoſcendum quę ſint illæ additiones,habeas iſtam regulam generalem, ꝙ vbi in gloſis ſexti reperitur allegari aliqua clementina, illa eſt additio.

34 ¶ † De clementinis nunc dicendum eſſet, quæ ſint earum additiones,pòſtquam de 6.libro vidimus. Sed quia Io.And.eas gloſauit,& communiter additiones nō reperiuntur, quas viderim,licèt aliqui aliter dicant,ideo de ipſis nihil dicendum eſſe putaui.

35 ¶ † Poſtremò expediens eſt intelligere de additionibus Innoc. quas fecit in lectura ſua ſingulari ſuper quinque libris decretalium,& quibuſdam tunc extrauagantibus,& duæ in primis reperiuntur,ad quas recurrendum eſt, ſi habentur . Vna eſt in c. Cumana.extra de elect.in fi.primæ glo. quæ eſt principalis illius , & eſt vnius columnæ,& finit.j̃.quod metus cau.c.relatum.Additio poſtea incipit,ſed ecce ꝙ aliquis, & finit , niſi in quantum de iure fuerit,& eſt circa 12.lineas , & illa gl.eſt ſingularis , quæ docet in practica,qualiter quis debeat proteſtari de incompetentia iudicis,quam ſequitur Ange.de Peru.in auct.de exhiben.re.§.illud quod,in prin.2.col.5.collatio.Alia additio eſt in c.dudum.el 2.eo.titu.de elect.ſuper vlti.glo.in ver.de nouo, prope fi. illius gl. & c.poſt illa verba,voluntates ampliandæ,additio incipit , & ſic obtinuerunt Lugdunenſes contra Præpoſitum Argentinum:& finit,reſponderi quo s̃.aliàs,vt ſupra dictum eſt , & continet circa 25.lineas. Hæc de cognitione librorum iuris pontificii dixiſſe ſufficiat .

EPISTOLA FRANCISCI ĐVARENI ad Andre. Guillartum, clariſſimi viri Andre.Guillarti,libellorum in regia magiſtri filium,de ratione docendi,diſcendiq; iuris conſcripta.

SAEPE mecum egiſti, Guillarte, vt quæ tu, & ex æqualibus tuis, nonnulli ciuilis diſciplinæ ſtudioſi iuuenes, me aliquando de ratione docendi, ediſcendiq; iuris,ex tempore diſſerē tem audieratis, ea vobis paulò accuratius deſcripta traderem , ac cōmunicarem, quo & diutius permanerēt prodita literis, & facilius etiam à vobis repeti, ac per otium conſiderari poſſent.Quod autem,expectatione tua id tardius effecerim,vna hæc cauſa mehercule fuit,qa verebar,vt ſatis maturum noſtrum iſtud cōſilium eſſet , quod in gratiam potiſſimum tuam à nobis deſcriptum ad multorum manus peruenturum augurabar. Itaque,ego aliquantiſper cunctandum eſſe duxi , vt mihi non ſolū in eius rei cogitatione diutius verſari, verumetiam cum viris ſapientibus,& eruditis de toto hoc genere colloqui, ac commentari poſſem , haudquaquam ignarus , quantum ea συζήτησις , & communicatio opinionum , ad quāq; rem cognoſcendam percipiendamq; momentum habeat.Illud verò percommodè cecidit,ꝙ ſicut M.Cicero de optimo reip. ſtatu ſcripturus , Romanā tantum rempublicam ſibi deſcribendam eſſe putauit, ꝙ ea omnibus alijs antecelleret,ita & mihi quod nam eſſet optimum, illud iuris docendi genus inquirenti , quo etiam magna ex parte eiuſdem diſcendi ratio videtur contineri, non aliud tandē mihi hoc tempore præſtantius occurrit, quàm quod in noſtra ſchola haud ita pridem inſtitutū & à te,cæterisq; ſęliciores ingenii atq; indolis iuuenibus magno cum plauſu exceptum fuit.Sic.n.futurum ſpero,aut confido potius,vt noſtrū hoc inſtitutū, quod vel primoribus deguſtatum labris tantopere placuit, vbi variā multiplicemq; eius vtilitatē,ac ſuauitatem oſtendero ſingulari quodam ſtudio, & amore complectamini . Atque vtinam ego tam graphicè rem totam depingere , vobisq; velut oculis ſpectandā proponere poſſim,quàm vehementer, quamq; ex animo de veſtris,omniūq; proborū adoleſcētiū ſtudijs bene mereri ſtudeo : non.n.ſum neſcius,quam perſonam in hac celebri ſchola ſuſtineam,& quantum expediat iuuētuti,de his rebus,quæ ad ſtudiorum rationem pertinent , ſubinde admoneri, cū præſertim hodie quàm pauciſſimi ſint,qui ea recto conſilio aggrediantur , & in quos illud non conueniat , καλῶς μὲν τρέχουσιν ἀλλ' ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ. Inde fit,vt ſedulo quidē plerosq;, ſed irrito labore , & admodū infeliciter moliri videamus,quos ab errore in viā reuocare, boni p̄ceptoris eſſe exiſtimo . Sed cū vos iam cohortatione noſtra excitati rectam,niſi fallor,viā ingredi cęperitis , nō adeo fortaſſis neceſſarium vobis hoc noſtrum officium videri poſſit. Attamen,vt currentes,quod aiunt,inſtigemus, dabimus operam , vt quæ nos ad rectam ſtudiorum inſtitutionem idonea,atque vtilia

eſſe

Source : BIU Cujas

eſſe comperimus,ea ſi minus eleganti & ſplẽdida oratione,ſimplici certè,& non nimis,vt ſpernamus abiecta,nunc breuiter exponamus. Verum antequam ad eius rei tractationem aggrediamur, quædam de vulgari illo profeſſorum in legibus interpretãdis more,qui etiãnũ vbiq; in ſcholis retinet,dicturi ſumus, Ilmeniamq; tibicinem imitaturi,qui diſcipulis ſuis non tantũ bene,ſed etiam malè canentes oſtendebat, dicens. Hoc modo canendum eſt,illo nequaquam. Nam & hac ratione aduerſariorũ calumnias refellemus, quos vtiq; nobis æquiores fore confidimus,vbi intellexerint veterem,receptamq; docẽdi conſuetudinem non temere à nobis, nec qualibet de cauſa immutatã fuiſſe. Scimus.n. quanta nos præmant inuidia apud imperitã plebeculam nonnulli,duorum.ſ. vitiorum inſimulantes, quorũ vnũ græci φιλόκαινον, ideſt nouarum rerum appetẽtiam, alterum huic germanum ac propinquum ἀψικορον vocant,quo mox faſtidiunt paulò ante adamata. Quibus vitijs haud ſcio an aliud in rep. ſit periculoſius. Et vtinam accuſatores noſtri à maledicentia,& obtrectandi libidine tam alieni eſſent,quàm nos hæc vitia odimus ac deteſtamur. Etenim tantum abeſt,vt res bonas atq; vtiles innouantibus faueamus,vt ne eas quidem, quæ aliquid habent incõmodi,mõ nimis intolerabile non ſit,facilè mutari patiamur,nec adeò Plautinum illud vſquequaq; improbamus, quod à quibuſdã accepimus nobis obijci ſolere. Nota res mala, optima eſt: verũtamen ſi quid,tempore ipſo admoniti,in veteribus inſtitutis deprehendimus,quod ſeculi noſtri moribus parum conueniat, idq; emendatione aliqua dignũ iudicauimus, equidem non arbitror iure id nobis vitio verti poſſe. Nam, & in legibus publicis idem vſu venire ſcimus,quæ (vt ait Liuius) mortales,ac temporibus ipſis mutabiles ſunt,vt quæ in bello latæ ſunt,pax,quæ in pace bellum pierunq; abroget. Sic & in nauis adminiſtratione alia in ſecunda,alia in aduerſa tẽpeſtate vſui eſſe videmus, & experimur. Iam verò cum inter omnes ſanos,& eruditos homines, qui ſeſe huic ſtudio dediderunt,conſtet,eam interpretandi iuris conſuetudinem inoleuiſſe,vt nullo vnquam ſeculo ferri à quoquã debuerit,nedũ hoc ſeliciſſimo, & præcellẽtium ingeniorũ feraciſſimo tempore,quis tam iniquus in nos iudex,vt cauſam noſtrã, bonorum omnium fauore ac patrocinio magis, quam inſectatione dignam eſſe non protinus indicet? Nec ſanè opus eſt, quæ peccantur in ea re,ſingula copioſius hic recenſeri,quæ vobis nõ ignota eſſe reor. Memini ſiquidem ex vobis audire, cùm nuper in huiuſmodi Doctores inciditis, tantum iſtius corruptiſſimæ doctrinæ odium animo concepiſſe,vt parum abfuerit, quin ſtudio iuris multa ſalute dicta,ad quamuis aliam ex inferioribus,ac leuioribus diſciplinis animũ applicaretis, idq; vos facturos fuiſſe niſi noua noſtra docendi ratio,aut,vt verius dicam, vetus, ſed à nobis longo interuallo repetita ac renouata,cuius fama vos in ſcholã auditoriumque noſtrum pertraxerat eoſdem repreſſiſſet, & continuiſſet. Dicam igitur ex multis ac propemodum infinitis pauca,ex quibus noſtrum de ea re iudiciũ à veſtro non multum diſcrepare cognoſcetis,& vos iſtius incepti quaſi ex certa ratione magis, quàm errore aliquo ac lenitate iuuenili profectum ſit,minus,vi ſpero. pœnitebit. Ac in primis illud magnopere improbandum ducimus, quòd proprietas latini ſermonis, cuius meritò tribuitur laus veteribus iureconſultis,hodie in omnibus ferè gymnaſijs negligitur. Nam pro latinis proprijs & elegãtibus vocabulis noua eademque inepta & monſtroſa à profeſſoribus cuduntur, ex quibus cõflata oratio, quia præ nimia obſcuritate non intelligitur, idonea ad docendum eſſe non poteſt. Idque factum à pleriſque ſcio, qui cum verbis, proprijs & apud ſcriptores probatos, quos quotidie manibus fererent vſitatis, ſatis commodè & dilucidè cogitata ſua efferre poſſent: in quo diſputationes ſuas obſcuriores redderent,& offuſa rudioribus caligine maiori in vulgus eſſent admirationi, noua atque inaudita comminiſci maluerunt, quæ nemo niſi ab ipſis per multos annos edoctus, aut in huiuſmodi ſcriptis diu multumque verſatus intelligeret. Erunt fortaſſe qui dicent rudi adhuc, & impolito ſeculo uerbis ex medio ſumptis utendum fuiſſe, quæ ab idiotis, & plebeijs hominibus, quales tum plerique huius artis ſtudioſi erant, minore negotio perciperentur. Balbus enim, ut in prouerbio eſt, balbum rectius intelligit. Sit ita ſanè. Nõ enim ſummo iure cum ijs qui iſta defendunt contendere cupio. Sed quę malum dementia eſt uobis ueſtrique ſimilibus, ideſt bonarum artium linguarumque peritia non leuiter inſtructis iuuenibus, quales hodie magna ex parte uidemus eos qui ad iuris ciuilis ſtudia ſe conferunt, haſce ineptias obtrudere & ea oratione uti, quæ rebus obſcuris nullam addat lucem, claris uerò & perſpicuis tenebras obducant. Accedit hoc etiam mali, quòd ea ſermonis ruſticitas, & pluſquam ſcythica barbaries auditores ipſos elegantioribus perpolitos literis ab hac diſciplina prorſus alienat & auertit, quos ad eam potius, utpote ſcueriorem, & primo aſpectu inamenam orationis nitore & puritate uelut illecebris quibuſdam, & lenociniis allici conueniebat. Nec tantum ideo nocet iuuentuti horrida incultaque iſtorum oratio, quod nullis eam blãdiciis demulceat,uerumetiam: quia nullius ferè creduntur eſſe iudicij, qui tam ineptè & inquinatè ſiue ſcribunt,ſiue loquuntur. Nam incredibilis illa infantia eos in rectè dicendi ſtudio,& iis authoribus legendis, quibus prudentia & iudicium acquiritur & confirmatur, ſeriam operã nõ poſuiſſe,ac ne puerilibus quidem diſciplinis imbutos eſſe ſatis arguit. Itaq; talibus profeſſoribus ſi qui dant operam, vel inopia meliorum,vel aliqua fortaſſis neceſſitate adacti: quia contemptim & oſcitanter audiunt magis, quam auſcultant, minore cũ fructu id faciant neceſſe eſt. Cęterùm iſta corruptè loquendi, ac ſcribendi conſuetudo, quos errores, quaſq; contentiones pariat,tam facile mihi eſſet hic demonſtrare,quam liquidò confitmare poſſum,ingentem illam commentariorum molem, qua totum pene ius obrutum eſt magna ex parte ex futilibus & ocioſis altercationibus quas puri ſermonis contemptus & ignoratio peperit, natam eſſe. Sed quia inſtituti noſtri ratio fulius hęc differi non patitur, ad reliqua iuris profeſſorum vitia atque errata iam noſtra feſtinat oratio. In quibus illud non minimum eſt, ꝙ methodus & ars docendi non minus quàm ſermonis proprietas apud eos contempta iacet,licet vtraq; res ad docendum æquè ſit neceſſaria. Nam vt præclarè inquit Cicero, non ſolum aliquid ſcire artis eſt, ſed eſt quædam ars etiam docendi, in qua Seruium Sulpitium valde exercitatum fuiſſe, ideoq; cæteris excelluiſſe iureconſultis,idem ambor eſt. Fieri enim. non poteſt, vt ſine ea methodo,quam Ariſtoteles,Galenus & alij eruditiſſimi viri docuerunt,quaq; in ſcriptis ſuis nunquam non vſi ſunt, quicquam rectè doceatur,at in iſtorum doctrina dij boni quàm confuſanea ac(vt verè dicam) monſtroſa ſunt omnia? Miſcentũ, & confunduntur,q̃ oportebat ſecerni,& q̃ natura coniungi poſtulat,ſeiunguntur ac diſtrahuntur,vt qđ de veterib. quibuſdam
" Iureconſultis ſcriptũ reliquit Cicero,multo rectius in iſtos tor-
" queri poſſe videat. Sed iureconſulti (inquit) ſiue erroris obijcien
" di cã,quo plura & difficiliora ſcire videant,ſiue(qđ ſimilius veri
" eſt)ignoratione docendi ſępe quod poſitũ eſt in vna cognitione id in infinita diſpertiunt: nonne videtis,vt oẽs in oĩum interpretũ,q prope innumerabiles ſunt cõmentarijs magis, q̃ legibus interpretandis occupati de re pauciſſima pter rẽ infinita tũ ſcribunt,tũ loquunt: vt alieniſſimis locis inculcant quæcunq; libet, vt vnius voculę arrepta occaſione euagant a propoſito,nihil pẽ ſi habentes,qd quoque loco aut dicat,aut ſcribat· vt deniq; Bartolis,Paulis,Fulgoſijs,Alexãdris,laſo. Socinis,Curtijs,Decijs,Purpuratis,alijsq; multo ignobiliorib. appellandis,eorumq; recẽſendis opinionib. ſibi placent,quaſi non cuiuis homini ingenioſo, & mediocriter in his ſtudijs verſato id factu perquam facile ſit, aut obſcurum ſit,eos ad inanem quandam memoriæ oſtentationem non ad ſtudioſorum vtilitatẽ id facere. Titus Quintius imperator Pop. Ro. cum Etolorũ legati in cõſilio quodam Acheos a fide Ro. abducere volentes vires ſuas ſupra modũ extollerent, ac varijs generib. armorũ & inauditarũ gentium nominib. commemorandis ipſos terrerent,facetè ſic eos eluſiſſe fertur. Res (inquit) ſimillima eſt cenę Chalcidẽſis hoſpitis mei hoĩs & boni & ſciti conuiuatoris,apud quẽ ſolſtitiali tempore conuiuio accepti cum miraremur,vñ illi eo tempore anni tanta ſuppeteret venatus copia,tum arridens homo, non quantum iſti ſunt glorioſus ex vno ſuo domeſtico varietatem illã & ſpeciẽ ferinæ carnis factam eſſe confeſſus eſt, non ſecus iſti faciunt (inqt) qui varijs & horrendis nominib. vos territant,cum vna gens ſit: hi.n. oẽs Sirij ſunt,ſed armis inter ſe ad ſpeciẽ ingentis exercitus diſtincti: idẽ & vos de hac tã magnifica & faſtuoſa variorũ iuris interpretũ librorũ tractatuũ cõmemoratione proculdubio exiſtimare dẽtis, q̃ ſine vllo fructu,& cõmodo ad miraculũ excitandũ fieri ſolet; cadẽ.n. deſcripta ſunt a plurib. ſed paucis cõmutatis verbis,ac plerunq; ne cõmutatis qdẽ toties repetita,vt non dubitẽ,qn oĩa huiuſmodi ſcripta quantulibet prolixa & verboſa,ſi qs in eo modi cẽ ſibi elaborandũ eſſe duxerit, ad pauciſſimũ numerũ librorũ facile redigi queãt. Eſt & aliud,idq; tertiũ, ĩ quo ita grauiter meo iudicio peccãt a multis,vt cętera,q̃ p ſe grauia ſunt errata, p̃ hoc vno leuia ac prope cõtemnenda videanť, nempe ꝙ illis impoſtoribus non ſatis eſt barbarè & cõfusè oĩa tractare, niſi etiam diſputationibus ſuis ſophiſticen perpetuò admiſceant. Summã.n. ingenij laudem eſſe dicunt non vera explicare, ſed bonas, vtiles & receptas aliorum ſnĩas petulanter euertere, quaſi ipſos pudeat vſquam cum quoquam conſentire,& nihil verum, niſi idẽ diuerſum ſit. Et quia turpe ſibi exiſtimant homines plus ſatis ambitioſiq; recta & ſimplicia ſunt: quia nimium ſint vulgaria, & facilia, ſequi, quibus præſtigijs, dij boni, & commentis veritatem obruunt,quo aliquid paulò argutius, nec ab alijs ante excogitatum (id enim palmarium eſt) inter eos in medium adduxiſſe videantur. Itaq; de huiuſmodi doctoribus illud verè dici poteſt, quod Antonius apud Ciceronem de Philoſophis ſcribit, ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus,& multa quęrendo reperiunt nõ modo ea,quæ iam non poſſint ipſi diſſoluere, ſed etiam quibus ante exorſa & potius detexta prope retexantur. Hæc quia non intelliguntur a iuuenibus, nec adeo intelligi poſſunt, videntur pleriſq; ingenioſa,qui ea ſola mirantur & habent in p̃tio,qua nõ intelligunt,& ſubtiliſſimã oportere rẽ eſſe arbitranť,quã ipſi nõ cernant. Quæ uerò ſimpliçia,atque perſpicua ſunt, quęque plus

operis

operis habent, quam ostentationis ipsis vt puerilia sordent, ac nihili fiunt. Ego verò tantum abest, vt acumen istud magnopere miror, vt etiam bonorum omnium virorum & eruditorum odio, & insectatione dignum esse putem. Nam pleraq; id genus inuenta, quæ magno illi cum fastu vt noua atque inaudita in cœlum efferunt huiusmodi esse certo scimus, vt mirum videri nõ debeat, si homini sano & integri iudicij nullo vnquam tempore in mentem venerint. Quæ quidem, vt arguta sint, atque ingenioſa, quia tamen inaniſſima prudentiæ sunt, nullũ adferunt istudiosis fructum, quin potius ita iudicium omne peruertũt & corrumpunt, vt vulgus hominem rectius ac sincerius, quàm qui talibus argutijs, sophisticisq; cauillis assueuerunt de ciuilibus ac seriis rebus iudicare soleat. Quid enim aliud eos facere videas, quã λεπτολογεῖν, καὶ περὶ καπνοῦ στενολεχεῖν, vt de Philosophis Aristophanes ait, idest, non tantum de rebus tenuibus ac friuolis disputare, sed etiam de meris nugamentis anxiè torqueri. Euclidis scholam, quòd arguta quidem, sed ad rectè viuendum inutilia docere videretur, χολὴ, idest bilis ac molestia à quodam vocitata est, cũ tamen discipulis suis ea traderet, quæ si minus ad mores, & rectã vitæ institutionem saltem ad ipsum, quod profitebatur, magno pere pertinerent. Quo igitur nomine istorum scholam vocari par est, qui veram, germanamq; philosophiam, idest boni & æqui scientiam professi non tam iustitiæ, & æquitatis, quàm litigandi monstrant vias? Quædam fortassis augendi criminis causa nonnullis confinxisse videbor, verum non dubito, quin homines sani & eruditi, quibus hæc τοφισμανία ignota non est multo partius, quàm res tanta postulet, de ea me loqui existiment. Ac breui futurum auguror, vi fucus ille, quem pauci tantum hodie perspiciunt, non minus innotescat hominibus, quàm Aristotelicæ (vt de Christiana taceam) philosophiæ professorum impostura nostro seculo omnibus patefacta atq; explorata est. Eo enim iam euaserunt istorum præstigiæ, vt nulla dissimulatione tegi diu possint, quas ne ipsi quidem omnino probant, sed eos id piget confiteri, tum quia seram esse pœnitẽtiam credunt, tum etiam quia nisi omnia perturbent, & de industria nebulas offundentes artem reddant obscuriorem, verentur, ne in tenui & exposita omnibus scientia versari, nec tanta mercede, quanta plerique eorum docent, idest amplissima dignit. videantur. Scitum est illud Catonis, qui mirari se aiebat, quòd non rideret aruspex, quoties aruspicem vidisset, sentiens hoc genus diuinationum nihil aliud, quam meram impostu ram esse. Nobis verò longè aliud accidit, quàm Catoni, qui iuuentutis imperitę stultitiam, & patientiam facetè & suauiter eos ridere solitos non ignoramus. Malam eorum mentem atque improbitatem magis demiramur, quos non pudet studiosorum iuuenum simplicitate sic abuti, & in ea re, quæ maximè omnium seria est, maximique momenti, tam procaciter ludere, idq; vel in ipsis Institutionum libris, qui elementa iuris ciuilis via & ratione perquam eleganter accurateque descripta continẽt. Quo quid indignius dici cogitarive potest? Hæc sunt, mi Andrea, quæ de corruptissima illa iuris interpretandi consuetudine, quę vulgò in gymnasijs hodie recepta est, quantum instituta benitas & modus epistolæ patiebatur. Immo verò magis, quàm patiebatur, dicenda putaui. Ex quibus (opinor) intelligis, quantopere hæc pestis discentium studia remoretur, quantumq; detrimenti qua publicè, qua priuatim adferat. Vnde fit, vt cum scientia iuris omnium facillima meritò à veteribus existimata sit, nullus tamen labor, nulla ætas ad percipiendam eam satis esse credatur. Menedemus quidam Heretriensis dicebat, plurimos nauigare Athenas studiorum gratia, qui primum essent sapientes, deinde philosophi, hoc est sapientiæ amantes, postea Rhetores denique progressu temporis euadere idiotas. Idem de huius disciplinæ studiosis vulgò iactari solere, quis nescit? nimirũ, quòd primo anno sint doctores, altero licentiati, tertio baccalaurei, postremo rerum omnium imperiti. Quod vtique de his, qui à sincophantis istis præstigiatoribus instituuntur, qui frigidissimis nescio quibus argutijs instructi arcem iurisprudentiæ solos se tenere iactitant, verissimum esse puto. Nec tamen inficias eo, ex illis tenebris quamlibet densis, ac planè cymmeriis, quosdã fortassis emergere, & ad culmen eruditionis aliquando aspirare, id quod si fortè nobis obijciat aliquis, in promptu est, quod respondeam, qui hoc exemplo adducti à methodo, & recta discẽdi ratione abhorrent, ijs hominibus persimiles videri, quos accepimus, cùm ipsis Romam contendentibus tuta plana, compendiaria & facilis monstrata esset via, per aliam nihilominus asperiorem longioremque ac longè periculosiorem iter facere maluisse, quod eo itinere plerosque cũ ingenti sudore, ac summis difficultatibus eò peruenisse intelligerent. Superest vt illam ipsam vobis commonstremus viam, qua facilè, & sine vllo, aut certè quam minimo errore, vt quidẽ nostra est opinio, ad summum doctrinæ ciuilis fastigium conscendere possitis. Qua in re vereor, ne si fortè reconditum quidam, aut valde difficile & magnificum à me expectatis intellecta oratione, consilioque nostro protinus audiam ὁδωσὲν οὗρος εἰ τὰ μὴν ἀπέχτεκεν. At videndum est vobis, ne quod plerique faciunt rei vtilitatem & fructum ex specie eiusdem metiamini, idemq; vobis eueniat, quod cani Esopico, qui vmbram carnium, quòd ea maior appareret captans veras amisit carnes. Quę enim hac de re à nobis dicentur, etsi primo aspectu tenuia fortè appareant, ea tamen multo plus habere in recessu, quam in fronte polliceantur, confirmare ausim. Sed iam ad institutum reuertor meum. Si igitur mihi iuuenis in iure ciuili detur instituendus, explorabo primum, ac perspiciã, an his literis, quibus tinctum esse eum oportet, qui non tam leguleius, quàm iurisconsultus, ac (vt græci dicunt) πολιτικὸς sit futurus, mediocriter saltem instructus sit. Nam sicut Arcesilaus dicebat, in officinam fullonis lanam deferendam non esse, ita magno in errore versari eos existimo, qui cum literis græcis ac latinis ne imbuti quidem sint, intẽpestiuè, & illotis, quod aiunt, pedibus ad iuris ciuilis studium irrumpunt. Ac si mihi quidem videbitur ab ijs rebus non omnino imparatus esse, quæ viam ad cognoscendum ius ciuile muniunt, hortabor eum ante omnia vt libros quatuor Institutionum accuratè legat, atque ediscat, quos magna ex parte vel absque doctoris opera per se ipse assequi, & intelligere poterit. Quia tamẽ viua præceptoris vox maiorem ferè vim habet, quàm lectio, nec sicut præceptor, ita libri dubitantibus nobis (vt ait Plato) satis commodè respondent, hoc quoque adiumento laborẽ eius minuere, ac subleuare conabor, sed ita vt præter simplicissimam quandam & breuissimam obscuriorum vocum, & propriarum huius artis explanationem nihil à me accipiat. Quod cum paucis mensibus perfectum à nobis fuerit, is si me audiet, eandem crebro repetet lectionem ac tandiu leget relegetque, quò ad memoriæ penitus hæserint, quæcunque illis libris descripta sunt. Est autem ea Iustiniani isagoge tam artificiosè contexta, vt si quis εἰκονομίαν eius atque ordinem, quo nihil est ad memoriam iuuandam vtilius, considerauerit, adhibita mediocri diligentia, facilè totam recitare memoriter queat. Hoc veluti iacto gradu ad pandectarum lectionem progrediendum erit, quæ (vt nomen ipsum indicat) vniuersum boni, & æqui scientiam atq; doctrinam complectuntur. Sed ne rerum infinita propè multitudine, & varietate, obscuriorum præsertim, & perplexarum, quæ iis libris disputatæ sunt, paulò rudius adhuc ingenium obruatur, facturus mihi videor opere pretium, si titulos ipsos, eo quo descripti sunt ordine à Triboniano leui ac simplici interpretatione percurrero, & tanquã in tabula depinxero, q d sub quoq; summatim cõtineatur. Ac in singulis ferè edictũ aliqđ à prętore propositũ videas, cui ex Vlpiano, alijsq; veteribus consultis subiecta sit interpretatio. Quod qui non animaduertunt: quia scopum non vident, ad quem referenda sint omnia, maximis sępe, & grauissimis erroribus implicantur. Itaque demonstrata serie, ac dispositione titulorum, quam vulgò continuationem vocant, eius ędicti, tum auditorẽ admoneri, tum verba, si quę sint, quæ lucem interpretationis desiderent, breuiter & perspicue declarari sufficiet. Quod munus in nostro gymnasio quanta cum laude obierit collega meus Doctorque vester, nomine Baro, sed doctrina & eruditione Varro, nemo vestrum est, qui ignoret. Earum verò quæstionum omnium, quę ex singulis edicti verbis existunt, & ab Vlpiano, ac cæteris diligentissimè explicantur, in aliud tempus tractatio reijcienda est. Huiusque consilij mei sanè grauissimas causas habeo. Nam eruditorum consensu receptum est. In docendis artibus, ab ijs, quę vniuersalia, & nobis notiora sunt, ad singularia procedendum esse. Ac sępenumero expertus ipse sum, quantum ea res fructum studiosis adferat. Legendo si quidem, ac docendo in pleraque Iureconsultorum responsa crebro incidi, quæ & si breuissima sint, & ad titulum vnum specialem maximè pertineant, nemo tamen ex eis sensum aliquem idoneum, nisi præceptis quinque, sexve alijs titulis, elicere possit, Titulos cum dico, capita, & summas rerum intelligo, quas tenere, ac velut in conspectu habere mirum in modum prodest iuris studioso, antequàm vastissimum illud pelagus pręceptionum, quæ circa singula versantur, ingressus fuerit. Tantaque est rei vtilitas, vt confirmare non dubitem, si quis ita se bona fide exercuerit, eum in iure ciuili rudem habendum non esse. Verum vt operi inchoato fastigium imponatur, nihilque prætermittatur eorum, quę iuris nostri authores prodiderint, quæque ad cumulandam iurisprudentiam pertinent, conabor equidem eum, quem, vt dixi, instituendum suscepero, quasi decurso spatio à calce, vt ita dicam ad carceres reuocare. Itaque iam inde ab initio repetita Pandectarum prælectione, omnia sic excutiam, vt nihil tam minutum sit in his libris, quod non persequar & explanem. Nam etsi prima illa, de qua iam diximus, informatio mirè vtilis sit, non tamen ea est, vt hominem ciuilis disciplinæ auidissimum omnino explere, & satiare queat. Nec verò hoc Paulò subtilior disputatio, vt ingentem eius fructum mittam, aut iniucunda aut omnino difficilis ei futura est, si ratione ac modo gubernetur, idest si explosis primum argutissimis illis (si dijs placet) interpretum nugis omnia ad boni & æqui normam sincera, & commoda interpretatione exigantur, deinde disponantur, & artificiosè digerantur ea, quæ sparsim, & sine vllo ordine à Triboniano sub singulos Pandectarum, & Codicis Iustinianei titulos

Source : BIU Cujas

los cõgeſta ſunt. Tametſi enim de titulorum collocatione neminem iure conqueri poſſe arbitror, tamen res ipſa loquitur, Tribonianum in tractando cuiuſq; tituli argumento, nullã ordinis, aut methodi rationem habuiſſe. Quamobrem ad profeſſoris munus maximè hoc pertinere exiſtimo, vt quæ ſic diffuſa, ac diſſipata ſunt generatim deſcribere, & tum diffinitionibus, tũ diuiſionibus, ex arte petitis digerere, atq; illuſtrare ſtudeat. Ita enim fiet, vt quæ infinita, ac innumerabilia videntur, in certa, eademq; pauciſſima cogantur genera, nec ſolum commodius doceri, & percipi, ſed etiam multo facilius memoria comprehendi poſſint. Idq; ego pluribus oſtenderẽ, niſi ad quos hæc à me ſcribantur cernerem. Nam ex quo hanc iuris diſcendi viam in publico auditorio iuuentuti præmonſtrare, atq; adeo prẽire cẽpi, equidem facilè animaduerti, quàm cupidè eam ſecuti ſitis, vt iam non poſſit tota noſtra ratio vobis perſpecta nõ eſſe, quàm quo vehementius amare, & amplecti in animum induxeritis, eo maiorem, ac vberiorem ex ea fructum vos percepturos ſperamus, atque confidimus. Confecto enim hoc curſu, librisque pandectarum, & codicis Iuſtinianei hac ratione atq; arte compoſitis, & concluſis, ſi quis tertio, aut quarto quoq; menſe non oſcitanter eos perlegerit, quod fieri commodiſſimè poſſe non ſemel expertus ſum, non dubito, quin omnia tandem quęcũq; eiſdem volumibus continentur velut vngues, digitosq; ſuos in memoria, & tanquàm innumerato habiturus ſit. Itaq; ꝙ cæteri toto vitæ ſuæ tempore vix credẽdis laboribus, & vigilijs, ac permagno valetudinis incommodo, aut rarò, aut nunquã aſſequũtur, facilè & cum tanta voluptate, quanta ex cuiusq; artis ſtudio maxima percipi poteſt, breui tẽpore perueniet. Quod tñ nõ ita accipi velim, quaſi eo aſpirare, quanquam hoc ſtudio poſſe contendam, vt omnes caſus, qui quandoq; inciderint, quidq; de ſingulis reſpondendum ſit in promptu habeat: natura n. rei non patitur, hæc vllis literis, aut ſcriptis comprehendi tantum abeſt, vt hominis memoria contineri poſſint. Quapropter eorum ſtultitiam admirari ſoleo, qui in vulgatiſſimis interpretum commentariis omnem ætatem terunt, vt inde ſingulorum negociorum cognitionem hauriant, ei profectò non abſimiles, cuius meminit Lucianus, qui in maris litore ſedens conabatur ſingulas vndas pernumerare, donec vndas vndis trudentibus obrueretur, animoq; angeretur, quòd eas numero complecti non poſſet. Nam vt quis memoriæ mandet, quæcunq; à Bar. & cæteris ſcripta ſunt, quod fieri profecto nequit, quota tamen erit portio eorum, quæ quotidie inter mortales contingunt, nec vllis adhuc ſcriptis definita ſint? Ex hoc igitur ſtudio præceptionum quarũdam & theorematũ vniuerſalium, quibus ad iudicãdũ ex bono & equo de ſingulis negociis præparemur & informemur, cognitio tantũ ſperanda eſt. Nã ſingularia ꝙa infinita ſinnt ſub nullam artem, aut præceptionem cadunt. Verùm vt certius atq; expeditius boni & ęqui artẽ ad negocia ſingula accõmodare queamus, adhibendus eſt vſus, ſine quo diſciplinæ fructus omnis perit, vt vice verſa vſus abſq; methodo & via minimum valet, alterius ſic altera poſcit opem res, & coniurat amice. Is igitur qui id perfectionem huius artis conſequendã aceruũ ingentẽ librorũ ſibi parant, periculũ eſt, ne idem ꝙ illi medico eueniat, quẽ Galenus ſcribit, cũ nullam vnquam methodum cõponendorum pharmacorũ didiciſſet, amiſſis libris, quibus multę huiuſmodi compoſitiones deſcriptę erant, tabe confectum perijſſe.

Expectas forſitan à me, vt q d de Bar. Bal. Iaſ. & alijs eiuſdem notæ ſcriptoribus ſentiã: quoq; in numero apud me ſint, & an eorum ſcripta exiſtimẽ ad id, quod inſtituimus, profutura planius explicem. Quod an facturus eſſem, hoc tempore multum addubitaui. Qui enim iſtorum authoritatẽ, aut conuellere omnino, aut labefactare ſtudent: quanta ẽt nunc flagrent inuidia, quantaq; tum inſcitiæ, tum arrogãtiæ & temeritatis ſuſpicione laborent, non ſum tam imperitus rerum, vt nõ intelligã· quoſdam item ſcio clari nominis Iureconſultos mãdaſſe literis adeo neceſſaria huiuſmodi cõmentaria eſſe, vt ſine illis tueri ſe non poſſit iuris ciuilis diſciplina. Quorũ authoritatẽ ac iudicium eleuare hominis confitentis atque impudentis eſſe videtur. Attamen: quia non ego is ſum, qui me falli non putem poſſe, neque hoc mihi aſſumo, vt quenquam ex his, qui aliter, quam ego ſentiunt, ad meam opinionem traducã equidem in nullius hominis iuſtam reprehenſionem incurſurum me putaui, ſi, de rebus vtiliſſimis & cognitione digniſſimis, qui metus ſit ſenſus, tibi id efflagitanti familiariter & humaniter, vt ſingularis tua in me beneuolentia, atq; obſeruantia, & meus in te amor poſtulat, explicarem, ac patefacerem. Hæc igitur mea ratio eſt, vt quamuis nõ nemo ex eorũ authorũ lectione aliquid fortè vtilitatis referre poſſit, ſi quis tamen via nobis monſtrata ad vereq; ſolidę eruditionis laudem graſſari volet, nulla re vehementius curſum eius tardari, atq; impediri exiſtimem, quàm ſi in huiuſmodi ſcriptis hereat. Quæ qualia ſint, quia abunde iam à nobis diſputatũ eſt, hoc loco nihil attinet dicere. Ne tamen hæc ad viuum (vt dicit) reſecare videamur, Platonicę cuiuſdam legis in hac re exẽplũ ſecuturi ſumus. Sicut enim in legib. ſuis aquam alienam vicinis haurire prohibet, antequam in ſuis fundis ad argillam vſq; terrã effoderint, regionemq́ue aqua carentem inuenerint, ita & nos huius diſciplinæ ſtudioſo permittimus, vt cùm ſe in veterum iuris authorum lectione diligenter exercuerit, ſi doctrina eorum ſuauiſſima non vorata modò, ſed concocta etiam, & in ſuccum ac ſanguinem conuerſa, nondum expletus fuerit, ad præclaros hoſce magiſtros ſe cõferat, eorumq; doctrina arbitrio ſuo ſe ingurgitet: verùm non puto, vt dicam ingenuè, cniquam mortalium hoc accidere poſſe, vt tam lautis innutritus epulis, iſtorum menſas vnquam expetat. Quanquam enim homini in veterum ſcriptis feliciter verſato, multa ex facto proponi poterunt, in quibus hærere videbitur, ſubſidium tamen non ab huinſmodi cõmentarijs, ſed ad vſu, & exercitatione magis petendum ſibi eſſe cogitabit. Rectè ſi quidam & verè Anaxagoras dixit, manũ eſſe cauſam ſapientiæ: his verbis innuens, eam ſine vſu & experiẽtia parari non poſſe. Sed quia uon paucos huic noſtræ ſententiæ adeo refragaturos eſſe ſatis perſpicio, vt nullis poſſint rationibus flecti, quibus videlicet perſuaſum eſt, omnia quæcũq; in quęſtionẽ venire poſſunt, ex lectione & libris diſcẽda eſſe authoris grauiſſimi, & locupletiſſimi Ciceronis iudicium ipſis opponã, qui li. 2. de Orato. ita ſcribit. Sic ſtatuo, vt in cęteris artibus cũ tradita ſunt cuiuſq; artis difficillima, reliqua quia aut faciliora, aut ſimilia ſint, tradi nõ neceſſe eſſe, vt in pictura, qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit, poſſe eum cuiuſuis, vel formę, vel ętatis, etiam ſi non didicerit, pingere, neq; eſſe periculum, qui leonem, aut taurum pingat egregiè, ne idem in multis alijs, quadrupedibus facere non poſſit, neq; eſt omnino ars nulla, in qua omnia, quę illa arte effici poſſunt à doctore tradantur, ſed qui primarum, & certarum rerum genera ipſa didicerint, reliqua perſequuntur. Similiter arbitror in hac ſiue rõne, ſine exercitatione dicendi, qui illam vim adeptus ſit, vt eorũ mẽtes qui aut de rep. aut de ipſius rebus, aut de ijs cõtra quos, aut pro quibus dicat, cũ aliqua ſtatuendi poteſtate audiant, ad ſuum arbitrium mouere poſſit, hunc de toto illo genere reliquarũ orationum non plus quæſiturum eſſe, quid dicat, quàm Polycletum illum cum Herculem fingebat, quemadmodum pellem aut hydram fingeret, etiam ſi hæc nũquam ſeparatim facere, didiciſſet. Habes mi Andrea omnem rationem conſilij mei, quæ vt grauior ſit apud vos, atque, etiam gratior illud verè dixero, non tantum me ſi ita tulerit occaſio, libenter ea vſurum.

Verum etiã poſt quindecim, & eo amplius annos, quo euoluendis interpretum omnium quemlibet leuiũ, ac plebeiorum cõmentarijs conſumpſit, cũ me profectus mei maximè pęniteret, aliis prius tentatis diligenter omnibus vijs, in hac vna tandẽ me conquieuiſſe, nec portũ vllũ adhuc, qui me tanquam ex lõgo errore diu iactatum exciperet, alium reperire potuiſſe. Cum igitur tantũ in hac ſtudiorũ rõne cõmodi deprehendiſſe mihi videar, quantũ vix eloqui poſſum, nõ ſolũ tibi ſępius idẽ rogãti conſiliũ impertiri meũ volui, ſed hortari etiã, & admonere, vt ab ea, quã pleno iã gradu me auctore ingreſſus es, via ne vnquã deflectas tametſi. n. me errare, & labi poſſe cogito, tñ quia te ꝓp ſuauiſſimos mores, eximiãque tuã, ac verè heroicã indolẽ vnicè diligo, meq; tibi chariſſimũ eẽ ſentio, facere ꝓfecto nõ poſſum, quin te ad id ſtudiorũ genus extimulẽ, atq; incẽdã, qd cũ longo vſu & meditatione optimũ eſſe iudicaui, tũ vſq; eo mihi probatũ eſt, vt præcæteris id mihi amplectendũ eſſe dixerim. Excitat me præterea non mediocriter hinc muneris mei, illinc generis ordinisq; tui recordatio, vt ibi, quẽ ſapiẽtiſſimus, clariſſimusque pater mihi in diſciplinam tradidit, honeſtiſsima quędq;, & vtiliſſima ſuggeram, ſi enim lõgè vtilior eſt is, qui multos reddit idoneos gubernandæ reipublicæ, quam qui ipſe rectè gubernat, vt Socrates dicebat, tãto certè fęlicius operã in ſtudiis tuis promouendis poſiturus ſum, quãto doctrina tua ob ſplẽdorẽ fortunę, patriamq; ſimul & auitã amplitudinẽ illuſtrior, & magis conſpicua futura eſt, eiusq; fructus & vtilitas latius diffundẽ. Marcus Cicero quondam Romæ ſenatum decreuiſſe ſcribit, vt de principum filiis ſex ſingulis Etruriæ populis in diuinandi arte inſtituendi traderentur, ne ars, vt ipſe inquit, tanta propter tenuitatẽ hominum à religionis auctoritate abduceret ad mercedẽ, atq; quæſtũ. Sic mihi videtur iuriſprudentia, quam eorum hominũ conditione, qui lucri tantũ cauſa illi ſe dedunt, vulgò obſoleſcere videmus, non aliter dignitatem maieſtatemq; ſuam retinere poſſe, quam ſi nobilitas capeſcendæ reipubl. auida ſtudio iuris præcipuè eacolatur, & velut interdicto aliquo in veterem reſtituatur poſſeſſionem. Nã priſcis temporib. ita ſe huic ſtudio nobiles adoleſcẽtes dabãt, vt eius ordinis ꝓpriũ quodãmodo eſſe videretur. Quod vt ſummè optandũ eſt hoc tpe, ita maiore quodam ſtudio & alacritate in id incũbendum eſſe diximus, vt tritã à maioribus viam, quæ aſperitate ſua nõ te ſolum, ſed quoſcũq; alios generoſioris animi iuuenes ab itinere ſuſcepto deterrebat, aut induſtria noſtra complanaremus, aut certè, quemadmodum id commodè perfici queat, oſtẽderemus. Quod & ſi fortè nos vſquequaque aſſecuti non ſimus, honeſtam tamen voluntatem noſtram, & conatum, qui in magnis rebus plerunque laudari ſolet, te alumnum diſciplinæ noſtræ boni & æqui conſulturum non diffidimus. Vale.

TRA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS

Insignis, & rarus Contradictionum Iuris Canonici cum iure Ciuili nominatissimi doctoris

D. BAPTISTÆ A SANCTO

Blasio Patauini, duas Contrarietatum centurias continens.



IN quibus cõtradicat ius canonicum cum iure ciuili, enumerabo contradictiones iurium prout nunc mihi in mentem occurrit, sed futuro tẽpore succedente, addam alias, quæ differũt inter se in pluribus, & adinuicem contrariantur in pluribus.

¶Primò.

¶ De iure canonico, malẽfidei possessor nullo tempore præscribit, loquendo etiam in præscriptione longissimi temporis, vt est casus in c.fi.& ibi no de præsc. & in cap.possessor malẽfidei.de regu. iur. lib. 6.Sed de iure cinili præscribit malafide non obstante præscriptione longissimi temporis, vt not.in c.fi.& l.sicut,& l.omnes,& l. cum notissimi. C.de præscri.30.vel 40.anno.& per Ang.in rep.l.j.C. de iudicijs, quicquid dixerit Bar.in l.sequitur.§.si viam.ff.de vsuc. & in l.hæc autem iura.ff.de seruit.vrba.prædi.& ibi scripsi, vbi Bar.dixit, illud c.possessor.non procedere in actionibus personalibus &c. quod falsum est ratione peccati, vt in d.c.fin.

¶Secundò.

¶ De iure canonico, in omni rescripto Papæ subintelligitur illa clausula, scilicet si preces veritate nitantur, vt in c. ij. de rescri. & per Specu.in tit.de reseri.præsenta.§.ratione quoque defectus, versi.j. Sed de iure ciuili rescriptum principis non valet, nisi in eo sit expressa illa clausula, vt in l.vniuersa rescripta. C. de diuer. rescri.quæ est 25.q.2.c.vniuersa. Et ita tenet etiam Anto. de But. in d.c.ij.ad finem commenti sui, vbi dicit, q̃ non statur legibus canonizatis in eo, in quo contradicunt iuri canonico, prout est d.l.vniuersa.

¶Tertiò.

¶ De iure canonico, ex pacto nudo nascitur actio, vt in c.j. de pactis, secundum communem opi.canonistarum. Secus de iure ciuili, vt in l.iurisgentium.ver.igitur nuda. ff. de pact.

¶Quartò.

¶ De iure canonico, quis potest alteri stipulari, vt no.j.q.7.c.quoties cordis oculus. facit in arg.c iuramenti. 22.q.4.& habetur per legistas in l.stipulatio ista habere licere.§.alteri.ff.de verbo. obli. Secus est de iure ciuili regulariter, vt in d.§.alteri,& insti. de inuti.stipula.§.alteri.cum simi. vide quod dicam in c. ius publicum. j.distinc.j.in 2.notabili.

¶Quintò.

¶De iure canonico, valet pactum iuratum de succedendo in hẽreditate recipientis pactum, vt in c.ij.de pactis.lib.6 secus de iure ciuili, vt ibi no.& est text.in l.pactum quod dotali.C. de colla.& l.fina. C. de pact.

¶Sextò.

¶De iure canonico, causa meri vel mixti imperij potest delegari, vt in cap.in archiepiscopatu.de raptoribus, & quod ibi not. & c.fin.ne cle.vel mo.nego.secu.se immiscẽant, lib.6.secus est de iure ciuili.l.imperium.ff.de iurisdi.om.iudi. cum si.

¶Septimò.

¶ De iure canonico, fabricator famosi libelli punit pœna citra mortem, nam subditur verberibus, vt 5.q.j.c.j. & quandoque excommunicatur, vt in c.hi qui.ea.causa & quæstione, quod habet locum in illo, qui ponit libellum famosum in ecclesia, vt ibi. & si sponte confitetur aliter non conuictus, mitius cum eo agitur, vt in c.quidam.in fin.eadem causa & quæstione. Et plenè not. in d.q.j.in glos.summæ, sed de iure ciuili conuictus de libello famoso decapitatur, vt in leg.j.C.de famosis libellis,& in cap.si quis famosum.5.quæst.j.vbi d.l.j.est canonizata,& notatur ibi, in glos. summæ.

¶Octauò.

¶ De iure canonico, regulariter ab omni interlocutoria potest appellari, vt in cap.vt debitus,& c.cum cessante, de appel. secus est regulariter de iure ciuili, vt in l.2.ff.de appella.non reci. Et ibi enumeraui fallentias.30.vel circa.

¶Nonò.

¶ De iure canonico, ab interlocutoria si appellatur, debet appellari in scriptis,& exprimi causa grauaminis spiritualis, vt in c.cordi.de app.lib.6.& cle.appellanti.de app. sed de iure ciuili vbi potest appellari ab interloc.nõ est necesse, q̃ appelletur in scriptis: vt no.gl.in l.ij.ff.de ap.reci.& in l.j.in fi.ff.de ap.& per Bar.& alios ibidem,& in l.eius.ff.de ap.reci.vel non.in j.q.Adde tamen, q̃ ẽt de iure canonico si appelletur incontinenti ab interlocutoria, & exprimitur causa grauaminis, potest appellari viua voce secũdum Io.An.in nouel.in c.quamuis,de elec.lib.6.& approbat Ange.in l.litigatoribus.C.de appel.quod multum limitat dictum. c. cordi. Adde etiam, q̃ qñ appellatur ab interlocutoria, quæ non est mera interlocutoria, iuxta no.per Io.de Imo.in l. 5. in prin.ff. de verb.obli.& ibi etiam per Ang.tunc idem est in ea, quod est, quando appellatur a diffinitiua, vt dixit gl.in c.fin. de elec. lib.6. super verbo, naues.& no.Ang.de Are.in l.j.§. libelli. ff. de appel. quod etiam multum limitat dictum c.cordi.

¶Decimò.

¶ De iure canonico, Ex tribus arbitris vno eorum absente & requisito, ab alijs duobus præsentibus, presentes ꝓcedere possunt ad expeditionem causæ arbitralis,& valent acta per eos, & sententia eorum, vt in c.fi.de arbi.lib.6.secus est de iure ciuili, vt in l. si tres.ff.de arbi.Et idem in terris ecclesiæ tantum seruabitur dictum c.fi.vt dicit glo.super eo.in verbo, ciuilis.in fi.

¶Vndecimò

¶De iure canonico, videlicet compromissum vt in arbitrum factum per partes in iudicem causę, vt in c.cum tpe.de arbitris. & per Inn.in c.innotuit,& c.exposita.co.ti.secus est de iure ciuili, vt in l.sed & si in seruũ.§.si quis iudex.ff.de arbitris, & ibi per Raph.Ful.q̃ dicit, q̃ in terris ecclesiæ seruabitur ius canonicum, in terris verò imperij ius ciuile, ita ẽt scripsi in d.§.si quis iudex.

¶Duodecimò.

¶ De iure canonico, inter patrẽ & liberos in eius patria ptãte cõstitutos p̃t esse iudiciũ in terris ecclesię, vt no.Io.An.in c.si annũ de iudiciis.lib.6.& tenet Ang.in l.lis nulla.ff. de iudicijs. secus est de iure ciuili, vt in d.l.lis nulla,& est gl.in verbo.non ęquamus.in c.quæritur 2.q.7.Et est cõis opinio doctorum ſm Ludoui. de Roma in suo singulari, quod incipit, iudicium non potest esse &c. vbi allegat tres glo.iuris canonici, de quo tamen latius dixi in d. l.lis nulla, in prima limitatione, prima glo.est in d.c.si annum.in glo.penul.secunda glo.est in d. c. quæritur.in verbo, non æquamus.tertia glo.est in c.si ecclesia.22.q.4.in verbo, melius. seu illa capitula allegantur per glo.Io.An.in d.c. si annum. quicquid dixerit Bar. in suo tractatu de differentijs inter ius canonicum, & ius ciuile, in 2.col.

¶Decimotertiò.

¶De iure canonico, saltem in causis spiritualibus, filiusfami.etiã minor annis 25.potest stare solus in iudicio, vt in d. c. si annum, de iudi.lib.6.Secus de iure ciuili, vbi pater est legitimus administrator.l.j.C.de bo.maternis,& l.cum non solum. §. necessitate, & quod ibi no.C.de bo quę liberis,& per doct.in d.l.lis nulla.

¶Decimoquartò.

¶De iure canonico, venditio vel alienatio fundi dotalis, vel donationis propter nuptias facta per mulierem, vel maritum cum iuramento mulieris valet propter efficaciam iuramenti, vt in c. cum contingat,de iureiuran.& in c.licet mulieres.eo.tit.lib.6.secus est de iure ciuili, cui tamen in hoc præualet ius canonicum, vt no.in dictis iuribus,& in l.non dubium.C.de legibus,& ꝑ Bar. & alios in l.si quis pro eo.in prin. ff. de fideiuss.

¶Decimoquintò.

¶De iure canonico, sicut in causa principali non possunt alii testes examinari super primis capitulis propter timorem subornationis, vt in c.fraternitatis,de test.ita in causa appellationis nõ poterunt examinari alij testes super primis capitulis prædictis in causa principali, vt in cle.testibus,de testi.secus videtur esse de iure ciuili in ipsa cã appellationis, vt no.in auc.qui semel.C.de proba.& in l.per hanc.C.de temporibus & repara.appel.dic vt ibi dixi & vide Ang.in suo consi.155.in j.col.vbi dicit, q̃ primi testes iurati, sed non examinati, vel etiam noui testes super eisdem capitulis, non possunt examinari in causa appellationis de iure canonico, licèt aliud dicat esse de iure ciuili.

¶Decimosextò.

¶De iure canonico, p̃ta quocunq; iudice appellari ad Papã ẽt omissis medijs, vt in c.dilecti filij prior.& c.si duobus,de ap.secus de iure ciuili, quia omissis medijs non potest appellari ad principem, sed gradatim est appellandum.l.imperatores.ff.de appel.qd autem si appellatur ad inferiorem a Papa omissis mediis? dic vt no.in d.c.dilecti filii prior.vide infra in differentia 74.

¶Decimoseptimò.

¶De iure canonico, quis potest alteri delegare, quod nõ potest per se exercere, vt in pęna sanguinis, vt in c. fi. ne cle. vel mo. nego.secula.se immiscẽant li.6.& c.sententiam eo.tit.in antiquis,& in c.nõ liceat.di. 86. & in aliis multis iuribus ibi in glo.allegatis,

Source : BIU Cujas

secus de iure ciuili: cū delegatus fungat iurisdictione, & vice delegantis, vt in l.j.§.qui mandatū.ff.de offi.eius cui manda. est iurisdictio.& sentit gl.in d.c.fi.in verbo, maleficio.

¶Decimooctauò.

¶De iure canonico, multa possunt expediri per denuntiationē euangelicam, de qua in c.nouit.de iud.& in c.si peccauerit.2. q. j. de quibus per Bar.in extrauag.ad reprimendū, in ver. per denuntiationem, quæ tñ de iure ciuili sunt destituta omni remedio, vt habetur per Bartiin d.extrauaganti. ad reprimendum, in d. verbo, per denuntiationem.

¶Decimononò.

¶De iure canonico, vsurarius manifestus non p̄t testari, nō præstita satisdatione de restituendis vsuris ablatis, vt in c.quamquā, de vsuris li.6.sed de iure ciuili secus vr̄, vt in toto titulo.ff. & C.de testamen.& qui testa.facere possunt,& instit.quibus non est permiss.facere testamentum, per totum.

¶Vigesimò.

¶De iure canonico, ēt post biennū p̄t opponi excepti non numpec.in vim exceptionis doli mali ꝯ dolosum, vt p̄ Dy.in c. locupletari.de regu.iur.lib.6.secus est de iure ciuili, vt in l.in contractibus.in prin.C.de non nu.pecu.& insti.de literarū oblig.per totū, de qua materia vide Ang.in l.si non singuli.C.si cer.pet.& in suo consi.cliiij.& consi.ccxlij.in iij.col.& in remiss.ibi per eum adductis,& per Bal in l.si ex cautione.C.de non nu.pec. in q. ix. & per eundem in l.j.C.de confes.in ij.col.& per Ludō.de Roma. in l.diuortio.ff.de verb.obli.in 3.col.ad fi.& per Ang.de Are. instit. de excep.§.j.in prin.& per Ant.de But.in c.is qui.de solu. & per Ioā. An.in c.qui pleriq;.de immu.eccl.de qua materia vide, qđ scripsi in d.l.si non singu.vbi limitaui titulum.C.de non nu.pec.quadraginta vno modis, dic vt ibi plenè dixi.

¶Vigesimoprimò.

¶De iure canonico, vidua absq; pœna infamię, vel alia pœna libere potest nubere.ꝯ.tempus luctus primi viri sui defuncti, & sic.ꝯ. annum p̄p permissionem Apostoli, vt in c.pe.& c.fi. de secundis nuptijs,& qđ ibi no.per gl.& doct.secus est de iure ciuili, vt.C.de secundis nup.l.j.& auc.ijsdem pœnis,& in auct.de resti. & ea quę parit.§.fi.& l.genero & l.liberorū.§.j. vsq; in finem. ff. de his qui notantur infa.de quo dic vt in dictis iuribus.

¶Vigesimosecundò.

¶De iure canonico, per solū ꝯctū matrimonij inter concubinariū & ꝯcubinā, cū qua poterat ꝯhi mr̄imoniū tp̄e ꝑplis susceptę, legitimant̄ liberi naturales tm̄, absq; cōfectione instr̄orum dotaliū, s̄m eōem opinionē, vt in c.tanta.qui filij sint legitimi.secus est de iure ciuili, nā illo iure vltra matrimoniū dēnt cōfici instra dotalia ad effectū legitimationis filiorū naturaliū tm̄, vt habet̄ insti.de nup.§.fi.& habet̄ in c.per venerabilē.qui fil. sint legit.

¶Vigesimotertiò.

¶De iure canonico, aliter fit cōputatio graduū, nam duo fratres sunt in primo gradu cōsanguinitatis & fiiij duorū fratrum sunt in secundo gradu, vt habet̄ in d.c.non dēt.de consangui.& affi.& per Io.An.in arbore cōsanguinitatis,& dixi.s.eod.in q.xiij. secus est de iure ciuili, nā fratres sunt in secundo gradu, filij verò duorum fratrum sunt in quarto gradu &c. vt in §. duorum. instit. de nup.& per Io.An.in dicta arbore consanguinitatis &c.

¶Vigesimoquartò.

¶De iure canonico, valet matrimoniū ꝯctum per filium vel filiamfa.ēt sine consensu, vel contra voluntatem patris; quia sufficit consensus illorum, de quorum coniugio tractatur, vt in c. cū apud.de sponsalibus,& notatur institu.de nupt.in prin.secus de iure ciuili; quia requiritur cōsensus patris, vt insti.de nup. in principio.& ibi no.& l.3.ff.de ritu.nup.

¶Vigesimoquintò.

¶De iure canonico, valet matrimonium inter tutorem vel filiū eius & pupillam vel adultam, cuius ille gesserat tutelam, vel curam, vt per doctores in d.c.pen.in fi.de secun.nupt.secus est de iure ciuili, vt.C.de interdicto matrimonio contracto inter pupillum & tutorem &c.in rubro & nigrō.

¶Vigesimosextò.

¶De iure canonico, liberi ēt nepharij vel incestuosi & nati ex dāmato coitu sunt a parētibus alēdi: vt in c.cū hēret.de eo qui duxit in matrimoniū eā quā polluit p̄ adulterium. Secus est de iure ciuili, vt in auc.ex complexu.in fin.C. de incestis nup.

¶Vigesimoseptimò.

¶De iure canonico, in cā principali non finit̄, vel non perit instantia triennij vel biennij, vt in c.venerabilis, de iudicijs. Secus de iure ciuili: vt in l.properandum.C.de iudicijs,& l.j. C. vt intra certum tempus causæ tam ciuiles quàm criminales &c.

¶Vigesimooctauò.

¶De iure canonico, ad validitatē sententiæ non curamus, vtrū verba obligatiua, vel executiua referant̄ ad persona procuratoris, per quę dñs litigauit, vel ad persona dñi; qa semper valet sententia de ęquitate canonica, vt in c.querelā. de elec. & ibi p̄ Bernardum.in no.& doc. Et ita seruat cōis stilus curiæ s̄m Ange. in l.j.C de sent.& interlo.om.iudi. & per Lud.de Roma. in suo singulari.xxi.de quo vide per Bar.& alios in l. stipulatio ista. §. si stipuletur.ff.de verb obli.& per Ange in suo consi.xcviij. per totū, vbi declarat, quod ius sit seruandum: sed de iure ciuili ad validitatem sententiæ, opus est, q̄ verba obligatiua referant̄ ad personam procuratoris,& executiua ad personam domini, vt in d. l.j. C de senten.& interlocu.om.iudi. quod tamē limita multis modis, vt posui in d.l.j. vltra omnes.

Vigesimononò.

¶De iure canonico, hastiludia vel torneamenta p̄p periculū aīę ac vitæ & personæ sunt prohibita, vt in c.j. de torneamētis, secus est de iure ciuili, vt in l.Septitia,& l.imperatores. in fi. ff. de pollicitatio,& in toto tit.C.de spectaculis,& in toto tit.de expensis ludorum lib.xj.quicquid dixerit Bar.in suo tract. de differentijs inter ius canonicum & ius ciuile, in prin. 8. col.

¶Trigesimò.

¶De iure canonico, prohibet̄ concubinatus & oīs coitus p̄ter matrimoniū, vt habet̄ in c.tanta.qui filij sint legi.& 32. q. 4. §.his ita rñdet̄. Sed de iure ciuili concubinatus est licitus inter solutū & solutā, inter quos matrimoniū ꝯhi posset, vt in toto titu. ff. & C.de concubinis,& habetur instit.de nuptijs. §.fi.

¶Trigesimoprimò.

¶De iure canonicō, testis factū corā presbytero & duobus vel tribus alijs testibus valet, vt in c.cū esses,& c.seq.de testa.qđ ius canonicū in hoc imitatur ius diuinū s̄m qđ in ore duorū, vel triū stat oē verbum, vt ibi,& per Bar.in l.admonendi.circa fi. ff.de iureiu. Sed de iure ciuili regulariter requirunt̄ septem testes, vel in codicillis quinq; & eodē mō in donatione cā mor. vt in l.hac cō sultissima.C.de testa.& l.hr̄des palam.in princ.ff.de testa.& l.fi.C. de codicillis.& l.fi.C.de dona.cā mor. licet in piam causam sufficiant duo testes, vt per Bar.in l.j.C.de sacrosan.eccl. dic vt ibi per legistas. Et inter liberos similiter sufficiunt duo testes.d.l.hac cōsultissima.§.ex imperfecto.& in testō militis degentis in expeditione sufficiunt similiter duo testes de iure ciuili.l.milites in expeditione degentes.C.de testa.mili.

¶Trigesimosecundò.

¶De iure canonico, clericus nunq̄ potuit, nec p̄t renūtiare suo priuilegio fori, vt in c.si diligenti,de foro comp.secus de iure codicis, vt in l.si quis in conscribendo.C.de pac.licet hodie iure actenticorum idem sit, quod de iure canonico, vt ibi no.

¶Trigesimotertiò.

¶De iure canonico, fas est trānsire per agrū alienū, ac p̄p necessitatē famis comedere, sed non asportare de vuis & spicis, vt in c. j.j.di.& in c.discipulos,de cōsec.di.5. Sed de iure ciuili non licet, vt in l.per agrū.C.de seruit.& aqua.& probatur in d.c.j. in j. di.& qđ ibi no.& scripsi in rub.ff.de seruit.vbi multa pulchra dixi.

¶Trigesimoquartò.

¶De iure canonico, maximè clerici in terris ecclesiæ, vel imperij prohibent̄ docere, vel audire ius ciuile; qa eis dēt sufficere ius canonicū, vt in c.super Spec.de priuile. Dicitur tm̄, q̄ hoc studiū Patauinum hēt hoc priuilegium, q̄ clerici possunt audire ius ciuile per quinquennium ad eorum instructionem, vt facilius capere possint doctrinā iuris canonici. Sed de iure ciuili secus est, quia omnes possunt docere, vel audire ius ciuile, arg. l. necnon. §.quod eis.ff.ex quib.causis maio.

¶Trigesimoquintò.

¶De iure canonico, serui possunt contrahere matrimoniū, dūmodo præstent debita seruitia dominis suis, vt in c.j. & quod ibi no.de coniugio seruorum: secus est de iure ciuili; qa non dicitur cum eis, vel inter eos contrahi matrimonium, sed contuberniū. l.cum ancillis.C.de incestis nup.

¶Trigesimosextò.

¶De iure canonico, ædificiū factū in solo alterius de pecunia ecclesiæ, trahit ad se dominiū soli fauore ecclesiæ,& sic in hoc casu solū cedit pecunię, vt no.in c.apostolicos.xij.q.2.gl.fi.in fi.sui. Sed de iure ciuili ædificiū semper cedit solo, nec reperit̄ ob hoc exceptum ędificatum de pecunia ecclesiæ, vt in l. redemptoris. ff.de rei ven.& l.adeo.§ cum in suo.ff.de acquir.rer. do. & insti. de rerum diui.§.cum in suo.& dixi in d.l.redemptoris.

¶Trigesimoseptimò.

¶De iure canonico, in testamentis admittuntur ēt fœminæ in testes, cum in ipsis testamentis s̄m illud ius seruet̄ ius gentium, vt in d.c.cum esses,& c.relatum,de testamen. s̄m quod nō debet esse differentia inter masculum & seminam.l. maximum vitiū. C.de liberis præteri.vel exhære. Sed de iure ciuili fœminæ nō admittuntur in testamentis in quibus septem testes requiruntur, vt in d.l.hac consultissima.& l.qui testamento §.mulier. ff. de testa. & insti.de testa.§.testes.

¶Trigesimooctauò.

¶De iure canonico, fœmina, seu mulier in causis criminalibus non potest esse testis regulariter, vt in c.mulierem.33.q. 5. & qđ ibi no.& quod habetur in c.forus.§.fi.de verbo.signi.secus de iure ciuili, vt in d.l.qui testamento.§.mulier,& quod no. in d. c. forus.§ fin.& in d.c.mulierem.

Trigesimononò.

¶De iure canonico, periurus etiam in iuramento iudiciali efficitur infamis patet, quia prohibet̄ a testimonio, & xl. dies in pane,&

Source : BIU Cujas

ne,& aqua,& ſeptem ſequentes annos debet pẽnitere, & nunq̃ eſſe ſine pẽnitentia,vt in c.quicunq;.d.q.j. & ibi gl. ſed de iure ciuili periurus in tali iuramẽto iudiciali, quod defertur in iudicio a parte parti;ſolum Deum habet vltorem, nec punitur in hoc ſeculo,vt in l.2.& quod ibi dixi.C.de rebus credi. & iureiu.

¶Quadrageſimò.

¶De iure canonico, emphyteuta eccleſiæ,vel alterius priuati,licet ceſſauerit ſoluere canonẽ p̃ bienniũ,vel trienniũ, iuxta auc. qui rem.C.de ſacroſanc. eccle. tñ celeri ſatisfactione p̃t offerendo canones præteritos, ſeu penſiones præteritas morã purgare, vt in c.potuit.de locato.Sed de iure ciuili per lapſum dicti temporis cadit a iure ſuo irreparabiliter,ſi dñs velit,nec de iure ciuili p̃t moram purgare,vt probat̃ in l.2.C.de iure emphy.& notãt aliqui Moderni in l.ſi inſulam.ff.de verbo.obli.& in d.l. 2.

¶Quadrageſimoprimò.

¶De iure canonico,pro legitima liberorum conſequenda reuocantur alienata per parentes in fraudem liberorum,etiam ſi alienatio facta ſit ex cauſa oneroſa,puta ex cauſa venditionis, vel p̃mutationis,ne dũ ex cauſa lucratiua,puta ex cã donationis,vt in c.Raynutius.de teſt.& ibi per Hoſt.& per Bar.& Bald. & Pau. de Ca.C.ſi in frau.patr.alie.a libertis facta ſit l fi.ſed de iure ciuili reuocatur per liberos ex cauſa legitima eorum ſolum alienata in fraudem ex cauſa lucratiua,vt in titu.C.de inoffi.dona. & l. non vſq; adeo.ff.ſi a paren.quis manumiſ.fue.

¶Quadrageſimoſecundò.

¶De iure canonico,affinitas ꝯhitur per coitum carnalem in vaſe debito,ſiue per viam matrimonij, ſiue abſq; matrimonio, vt no.in l.non facile §.affines.ff.de gradi.& inſti.de nup. §. affinitatis,& 35.q.3.c.extraordinaria,& habetur in arbore conſanguinitatis & affinitatis per Io.An.& alios doc.ſed de iure ciuili per ſolum matrimoniũ,etiam abſq; copula ꝯcta eſt affinitas, vt not.in c.ſi quis deſponſauerit.27.q.2.& in d.§.affines,dic vt per Ioa.An. in d.arbo.affinitatis,vbi etiam per Anto.de Roſellis.

¶Quadrageſimotertiò.

¶De iure canonico,filij duorum fratrum vel ſororum,qui dicũtur conſobrini,vel patrueles non poſſunt inter ſe cõtrahere matrimonium,vt in c.non debet,de conſanguini. & affini. cũ ſimi. ſecus eſt de iure ciuili,vt in l.in celebrandis.C. de nup.& ibi gl in §.duorum fratrum.inſti.de nup.facit,quod habetur 35.q.j.c.cum igitur,& § hac itaque.

¶Quadrageſimoquartò.

¶De iure canonico, poteſt intentari interdictum recuperandæ poſſeſſionis etiam ad pẽnam poſt annum, licet ſecundum ius ciuile ad pẽnam poſt annum agi non poſſit,vt no.in c.2. de reſtit. ſpolia.in gl.fi.& 3.q.j.c.reintegranda.

¶Quadrageſimoquintò.

¶De iure canonico,ſeruus non tenetur præferre charitatem domini ſui charitati ſuæ propriæ,arg.ꝯ.j.diſt.humanum, vbi omnia quæcunq; &c.ſed de iure ciuili ſecus eſt l.j.§.eodem autem tecto. ff.ad ſylleia.& dicam ꝯ.di.j.huma.in contrario 8.

¶Quadrageſimoſextò.

¶De iure canonico,iudex ordinarius p̃t vt ſuſpectus recuſari ex iuſta cã,vt in c.2.requiris §.3.poſtulas, de appel. ſed de iure ciuili aſſociatur,non autem recuſatur,vt in l.apertiſſimi,cum auc.ſi vero contigerit,ibi ſignata.C.de iudi.

¶Quadrageſimoſeptimò.

¶De iure canonico,ſenes & alij ſimili rõne excuſati ne ferãt teſtimonium,admittuntur in teſtes & coguntur ferre teſtimoniũ propter peccatum,ſed de iure ciuili ſecus eſt,& dicitur ſenex,qui eſt ętatis lxx.anno.vt in l.inuiti,& ibi no.ff.de teſti.

¶Quadrageſimooctauò.

¶De iure canonico,in traditionibus innominatis non habet locum pnĩa.etiam re integra,vt per Ang.in l.in traditionibus.ff.de pact.& per Bal.in rubrica.C. de rerum permu. vbi allegat notata per gl.in c.cum inter.de electi.& per Bal.in l.cum quis.C.de iuris & facti ignoran.& in l.ſiue apud acta.C.de tranſact.licet Romanus contra in l.ſi pecuniam,in princi.ff.de condit.ob cau.argu.c. ratum,& no.in c.ſi qui teſtium.de teſti.vbi gl.c.cum expediat, de electi.ſed de iure ciuili ſecus eſt,vt in l.ſi pecuniam in prin. ff.de condi. ob cau.

¶Quadrageſimononò.

¶De iure canonico,etiam in cauſis criminalibus licet criminaliter imputatis, poteſt committi alteri examinatio teſtiũ ſicut in ciuilibus,vt per aliquos doct.in c. ſi qui teſtium, de teſti. & in c. quoniam contra falſam,de prob.ſecus eſt de iure ciuili,vt in l.iudices,& auc.apud eloquentiſſimum.C.de fide inſtru.

¶Quinquageſimò.

¶De iure canonico,actio iniuriarum eſt tranſmiſſoria ad hæredes & contra hæredes,vt habet̃ in c.in literis,de rapt. ſecus eſt de iure ciuili.l.ſi eum §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.de quo tamen, vt per doctores in dicto c in literis,& vide per Modernos,maximè per Io.Petrucij in l.j.§.hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicen. non obtemperauerit.

¶Quinquageſimoprimò.

¶De iure canonico ſacerdotium,& quilibet ordo ſacer liberat quem a patria poteſtate,vt no.in c.indecorum,de æta. & qualit. de quo tamen dic:vt per Abbatem in c.cõſtitutus, de reſti. in inte.in 4.notabili:ſed de iure ciuili ſola dignitas epiſcopalis liberat quem a patria poteſtate,vt in auc.ſed dignitas.C. de epiſ.& cleri. & quod no.Sali.in l.ſacroſanctæ.C.de epiſ.& cle.

¶Quinquageſimoſecundò.

¶De iure canonico,omnes clerici,& epiſcopi,vel adminiſtratores eccleſiarum de bonis proprijs quæſitis aliter,quam contemplatione eccleſiæ poſſunt teſtari,& diſponere pro libito volũtatis eorum,vt habetur 12.q.j.c.ſint manifeſtæ,& eadem cauſa q.5. c j.ſed de iure ciuili epiſcopi & adminiſtratores de quęſitis ex induſtria eorum,vel laboribus eorum non poſſunt teſtari, ſed acquiritur eccleſiæ eorum,vt in auc.licentiam, & ibi per Salice.C. de epiſcop.

¶Quinquageſimotertiò.

¶De iure canonico,deſerens bellum,vel fugiens infamis eſt, vt vij.q.j.infames,ſed ſecundùm leges capite punitur,vt.ff. de re mi. l.omne §.qui in aciem.

¶Quinquageſimoquartò.

¶De iure canonico,tenetur hæres ex delicto defuncti,etiam lite non conteſtata,vt per Hoſt.in ſumma de teſtamen.§. tenetur autem hæres,in prin.de iure ciuili ſecus,vt in l.j. C. ex deli. defunc. in quantum hæredes conueniantur,& per Proſcho.& Anto. de But.in c.cum dilectus,de ordi. cogni.

¶Quinquageſimoquintò

¶De iure canonico,conſuetudo non valet,niſi ſit præſcripta. vt in c.fi.& ibi gl.magna in fi.de conſuetudi. ſecus ſecundũ leges, vt ibi no.& ſentit gl.in c.mos eſt.di j.in addi.Bar.Brixien. de quo tamen per Bal.in l. de quibus,de legibus.

¶Quinquageſimoſextò.

¶De iure canonico,donatio facta eccleſię ſub modo non reuocatur,licet modus nõ ſit adimpletus,ſed agit̃ ad modũ adimplẽdum,vt in c.verum,de condi.appoſi.ſm intellectum gl.j. & Inn. & doc.Secus de iure ciuili l.j.C.de dona.quæ ſub modo.

¶Quinquageſimoſeptimò.

¶De iure canonico,difficultas iurãtis, vel maiora eius negotia excuſant iurantem a periurio,vt eſt glo.22.q. 2. beatus. Secus videtur de iure ciuili.l.continuus §.illud ff. de verb. obli. & dixi in l.2.C.de rebus credi.& iureiur.

¶Quinquageſimooctauò.

¶De iure canonico,deſcendens grauatus per fideicommiſſum, quãdo ei debetur legitima,detrahit duas quartas, ſi eſt grauatus poſt mortem ſuam reſtituere, vt in c. Raynutius, & Raynaldus, de teſta.Secus videtur eſſe de rigore iuris ciuilis, vt in l. iubemus. C.ad trebel.& ibi per doc.licet opinio canoniſtarum de conſuetudine ſeruetur etiam per legiſtas: vt ibi no. doc.

¶Quinquageſimononò.

¶De iure canonico,impediens legatum amicorũ,vel hoſtiũ excõicat̃, vt 93.di.ſi quis, ſed ſm leges traditur hoſtibus, vt ſeruus eorum fiat l.vlti.ff.de leg.& eſt gl.j.di.c.Ruſgentium.in gl. fi.

¶Sexageſimò.

¶De iure canonico, omne crimen infamat, ſecus ſm leges, vt no.gl.in verbo,fures.in c.infames.6.q.j.

¶Sexageſimoprimò.

¶De iure canonico,omne crimen eſt publicum,ſecus ſm leges, no.gl.in d.c.infames,in dicto verbo fures, quod not.

¶Sexageſimoſecundò.

¶De iure canonico,in criminalibus p̃t abſens dãnari poſt litem cõte.ſi liquet de cã,licet ſit ſecus de iure ciuili l.abſentes ff.de pęnis,& in toto ti.ff.de requi.reis,ita dicit gl. magna in c. caueant.3. q.9.de quo vide plenè per Bar. in d.ſuo tra.in 3.col.

¶Sexageſimotertiò.

¶De iure canonico,præſcribenti datur nedum exceptio, ſed ẽt actio,vt no.Io.And.in regula, poſſeſſor,de reg.iu.li.6.Sed de iure ciuili poſſeſſori bonęfidei idem,ſed malęfidei datur exceptio nõ actio,niſi contra furem ſeu violentum poſſeſſorem l. ſi quis emptionis.C.de præſcrip.triginta vel quadraginta annorum, & no. Gaſpar.de Calderinis in c.ad aures, de præſcriptio.

¶Sexageſimoquartò.

¶De iure canonico,mulier etiam nobilis tenetur,& dẽt p̃ ſeipſam lactare filios ſuos,nec poteſt,vel dẽt eos tradere alii mulieri ad lactandum,vt in c.ad eius.diſtin.5.Sed de iure ciuili hoc cõceditur mulieri nobili,vel vbi eſt talis conſuetudo, vt per Bald. in l.alimenta.C.de neg.geſt.& dicam in d. c. deniq;.

¶Sexageſimoquintò.

¶De iure canonico, non licet viro dimittere vxorem ſuam excepta cauſa fornicationis,vt in c ſi vxorem 32.q 5. cum ſi. ſed de iure ciuili ex aliis multis cauſis vir poteſt dimittere vxorem ſuã, & econtra,vt in l.conſenſu §.cauſas. C.de repudiis.

¶Sexageſimoſextò.

¶De iure canonico,licet compromitti etiam cum iuramento, vt in c.cum tempore & c.cum ex parte,de arb.ſecus eſt de iure ciuili, vt in auc.decernimus.C. de arbi.

¶Sexageſimoſextò.

¶De iure canonico,vniuerſitas conſtituit ẽt procuratorẽ, vt in c.petitio.de procura.& c.in cauſis eodem titu. & in c. cũ cauſam.

Source : BIU Cujas

de iuramen. calum. & de iure canonico omnes administratores appellantur hoc generali vocabulo, procuratores, vt in c. in per tractandis, de iura. calum. sed de iure ciuili vniuersitas constituit sindicum non procuratorem, vt in l. sicut. §. j. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine: licèt quidam dixerit idem de iure ciuili, quod dictum est de iure canonico, de quo per Bar. in suo trar. de differentijs inter ius canonicum & ius ciuile, in secunda differentia.

¶ Sexagesimo septimò.

¶ De iure canonico, possessiorium recuperandæ possessionis ꝑt intentari contra quemcunq;, ad quem res illicitæ peruenit, vt in c. cum dilectus, de ordi. cogni. & ibi no. sed de iure ciuili pōt intentari contra spoliatorem tantum, vel mandantem, vel ratum habentem spoliationem, vt in l. cum a te. ff. de vi, & vi arma. & no. Bar. in d. suo tractatu in j. col.

¶ Sexagesimo octauò.

¶ De iure canonico, non licet iudici seculari etiam incidenter cognoscere de causa spirituali, vt in c. tuam, de ordi. cogni. & in c. causam, & c. lator. qui filij sint legitimi: secus esset de iure ciuili, vt l. 2. ff. de iurisd. omni. iud. & in l. quoties. C. de iudi. & vide in cle. dispendi, de iudi. & in l. Titia ff. sol. matri.

¶ Sexagesimo nonò.

¶ De iure canonico, prælatus ecclesiæ ꝑt procuratorē constituere in eā ecclesiæ suæ etiā ante lit. conte vt in petitio. de ꝓcur. sed de iure ciuili non ꝑt nisi post lit. cōte. ad similitudinem tutoris, vel curatoris, vt no. in l. neq;. C. de ꝓc. & no. in c. edoceri, de rescr.

¶ Septuagesimò.

¶ De iure canonico, accusatus condemnatus de crimine, suū accusatorem, vel extraneum accusare non potest, vt 6. q. j. c. qui crimen, & no. 3. q. 9. c. neganda, secus est de iure ciuili, si ex illa sñia non perdit ciuitatem vel libertatem, vt not. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & per Bar. in dicto suo tra. in 4. col.

¶ Septuagesimo primò.

¶ De iure canonico, nedum per litis contesta. sed etiam per solā citationem perpetuat̄ iurisdictio delegati, vt sic postea mortuo delegante non finiatur iurisdictio delegati, vt in c. gratum, de offic. deleg. sed de iure ciuili non perpetuatur nisi per litis contest. non autem per citationem solam, vt in l. & quia. ff. de iurisd. om. iudi. per Bar. in dicto tractatu, in 4. col. in fi.

¶ Septuagesimo secundò.

¶ De iure canonico, potest causa appellationis delegari reserua ta sententiæ prolatione, vt in c. super quæstionum. §. intentioni, & ibi no. de offi. deleg. secus est de iure ciuili, vt in auct. ad hęc. C. de iudicijs, & per Bar. vbi s̄. in prin. 5. col. de quo per Abb. in c. pastoralis, de offi. ordi. in notabili. 3. dic vt ibi per eum.

¶ Septuagesimo tertiò.

¶ De iure canonico, iudex potest causam delegare cuicunq;, vt in c. pastoralis, de offi. deleg. sed de iure ciuili, iudex causarum audientium non potest delegare nisi suis consiliarijs, vt in d. auc. ad hæc. C. de iud. & per Bar. vbi s̄. in 5. col.

¶ Septuagesimo quartò.

¶ De iure canonico, si iudex delegatus subdelegat cām in totū; tunc appellatur ad primum delegātem, si verò subdelegat cām, aliquo sibi reseruato, & sic aliquē articulū cāę tantū. Et tunc appellatur ad ipsum subdelegātē, vt in c. super qōnū. §. porrò, & qđ ibi no. de offi. deleg. sed de iure ciuili, si delegatus subdelegat, appellatur ad ipsum subdelegantē, vt in l. vnica. C. qui pro sua iurisdictione, de quo tñ vide qđ dixi in l. eo casu. C. de ap. & quod no. in c. dilecti filij prior, de ap. de hoc vide s̄. in differentia 16.

¶ Septuagesimo quintò.

¶ De iure canonico, furtum capitur largo modo ꝓ omni illicita contractione, vt no. 14. q. 5. c. dominus, sed de iure ciuili capit̄ furtum, prout diffinitur in l. j. in fi. ff. de fur.

¶ Septuagesimo sextò.

¶ De iure canonico, non licet iurare per creaturas, nisi quatenus reperitur expressum, vt per euangelia, & altare, & per crucem, vt 22. q. j. c. cōsiderate, & c. clericum, & c. hēmus, & x. q. 5. c. periurat. Sed de iure ciuili, licet iurare per creaturas quaslibet, præterq̄ per membra Dei, vt 22. q. j. c. si quis per capillum, & in auc. vt non luxurientur contra naturam, circa medium, & probatur primū in l. 3. § fi. & l. seq. & l. qui per salutem ff. de iureiuran.

¶ Septuagesimo septimò.

¶ De iure canonico, non est necesse in libello exprimere nomē actionis, vt in c. dilecti, & ibi no. de iudi. secus ſm ius ciuile, vt in l. j. in prin. ff. de eden. & l. edita. C. de eden. quamuis aliqui dicant idē esse de iure ciuili: vt Azo, de quo dic, vt no. in d. l. j. in prin.

¶ Septuagesimo octauò.

¶ De iure canonico, qñ recusat̄ iudex delegatus vt suspectus, est opus cām suspitionis allegare, & sic eam corā arbitris ꝓbare, vt in c. suspitionis, de offi. dele. & in c. 2. reqris § j. & c. cū spāli, de ap. sed de iure ciuili nō est opus allegare cām suspitionis, & sic nec probare eam, licet qdā ꝺ dixerint, vt no in l. aptissimi. C. de iudi.

¶ Septuagesimo nonò.

¶ De iure canonico, ecclesia ꝺ præscriptionem cursam cōtra eā non restituitur, vt no. in c. auditis, de in integ. re. sed de iure ciuili restituitur intra quadriēnium a tpe præscriptionis ꝯpletæ; ꝙa ecclesia & respublica æquiparant̄ l. fi. C. de sacrosan. eccle. & respublica restituit aduersus p̄scriptionē l. respublica. C. ex qb. ca. maio. ergo & ecclesia licet Bar in d. tractatu tētauerit, ꝙ ēt de iure canonico ecclesia restituit̄ ꝺ p̄scriptionē: ꝙa ꝯparat minori &c. vt. c. i. de in integ. resti. & c. auditis. cū fi. secundum Bar. ibi. vii. col.

¶ Octuagesimò.

¶ De iure canonico, sola fama, quòd quis sit excommunicatus, facit illum esse euitandum, vt in c. cum desideres. de sen. excom. sed de iure ciuili fama sola non facit plenam probationem, vt ꝙ Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quęstio.

¶ Octuagesimo primò.

¶ De iure canonico, confessores & prędicatores non habentes aliter vnde viuant, licitè ēt inuitis dñis possunt recipere eleemosinas ab vsurariis & raptoribus aliarum rerum, quasi gestores eorum, quorum res raptę sunt, vt in c. cum voluntate. de senten. excom. & ibi per Inno. secus est de iure ciuili, argu. l. extat. ff. qđ me. causa. & l. vltima. C. de nego. gest.

¶ Octuagesimo secundò.

¶ De iure canonico, clerici Parisius commorantes possunt etiā in causa pecuniaria coram episcopo loci conuenire laicos, vt in c. qđ clericis. de foro comp. Et ratio est, quia ibi episcopus est comes, vt ibi not. secus est de iure ciuili. l. fi. C. vbi in rem actio. & quod habetur in l. si qui ex consensu. C. de epis. audi.

¶ Octuagesimo tertiò.

¶ De iure canonico, clericus nō potest prorogare iurisdictionē alterius iudicis ecclesiastici absque consensu sui proprii ep̄i, vt in c. significasti. de fo. cōpe. sed de iure ciuili pōt prorogari iurisdictio iudicis non sui ēt sine consensu proprii iudicis: vt in l. ii. in prin. ff. de iudi. & dixi in repetitio. l. i. ff. de iudi.

¶ Octuagesimo quartò.

¶ De iure canonico, in causis matrimonialibus vbi agitur pro matrimonio non dissoluēdo, & in causis electionū, pōt procedi ad sñiam diffinitiuā ēt lite non contest. vt in c. i. & c. quoniā frequenter. §. porrò. vt lite non contesta. sed de iure ciuili secus est, nisi in causa appellationis altera parte absente, vt in l. fi. §. illud. C. de tempo. & reparati. appel.

¶ Octuagesimo quinto.

¶ De iure canonico, propter absentiam rei pōt fieri sequestrū, vt in c. ex literis. de do. & contu. & ēt in multis casibus permittitur, in quibus de iure ciuili non permittitur, vt no. in c. cum dilectus. de sequestra. pos. & fructuum: secus est de iure ciuili, vt in l. i. C. de prohibita sequest pecuniæ, & ibi latè dixi.

¶ Octuagesimo sextò.

¶ De iure canonico, in negotiis ecclesiasticis cessat remediū offerendi se liti: quia offerens se liti nō admittitur, ac si possideret, ne delicta personæ redundent in damnum ecclesiarum, vt in c. ecclesia, vt lite penden. vbi de hoc, secus de iure ciuili; quia offerens se liti condemnatur, ac si possideret rem, quæ venditur. l. is qui se. ff. de rei vend. & l. qui se liti. ff. de peti. hæredi.

¶ Octuagesimo septimò.

¶ De iure canonico, ad probandum consanguinitatem pro impediēdo matrimonium admittuntur testes de credulitate & auditu, vt in c. quoties, & c. licet, de probatio, sed de iure ciuili nō reperitur hoc permissum, immo regula est in contrarium, vt in l. j. in princ. ff. de ventre inspi. arguendo a speciali, & habetur in l. solam, & l. testium. C. de testi.

¶ Octuagesimo octauò.

¶ De iure canonico, sñia in causa matrimoniali ꝑt fieri sine scriptis, vt in c. Albericus, & ibi no. de testibus, secus de iure ciuili per regulam l. fi. & quod no. C. de senten. ex breuiculo recitandis.

¶ Octuagesimo nonò.

¶ De iure canonico, aliquando creditur dicto vnius testis ad plenam probationem. s. quando illud non est in præiudicium alicuius, puta si dubitatur inter aliquos, vtrum aliquis sit baptizatus, vel vtrum ecclesia sit consecrata, vt in c. paruulos, de conse. dist. 4. & c. cum itaq;, vel vtrum quis pœnitentiā egerit, vt in c. nemo, de simo. & c. omnis, de pœni. & remi sed de iure ciuili vnius dicto non creditur, vt in l. iusiurandi. C. de testi. vide tamen plures casus, in quibus creditur dicto vnius tantùm, de quibus per Spe. in tit. de testi. §. restat. versi. hoc tamen fallit.

¶ Nonagesimò.

¶ De iure canonico, Abbas in causa monasterii sui debet iurare de calumnia in anima maioris partis de capitulo suo vel cōuentu suo, vt habetur in c. dudū, de elec. sed de iure ciuili iurat in animam suam; quia habet personam legitimam stādi in iudicio, vt in l. 2. §. quod obseruari, & § hoc etiam: & ibi not. & quod habet̄ in auct. causa quæ sit cum monacho. C. de epis. & cle.

¶ Nonagesimo primò.

¶ De iure canonico, non ita absolutè testes compelluntur ferre testimonium, vbi alii testes haberi possunt, vt in toto tit. de testi. cogen. maximè c. super eo, & per Inn. in c. i. eo. ti sed de iure ciuili testes magis absolutè compelluntur ferre testimonium, vt in l. si quando, in prin. & ibi no. C. de testi. & dixi. ſ. in ver. clx.

¶ Nonagesimo secundò.

¶ De iure canonico, frater potest accusare fratrē, vel sororem, ēt de cri-

Source : BIU Cujas

de crimine graui, puta de hęresi, vt in c. literas. de pręsump. sed de iure ciuili frater non potest accusare fratrem vel sororem de graui vel magno crimine, vt in l. si magnum. C. qui accusa. non pos. secus si de leui crimine, vt in l. si sororem. eo. ti.

¶ Nonagesimotertiò.

¶ De iure canonico, parentes possent testificari ꝑ liberos vel ꝓ liberis & econtra. in d. c. literas. de præsum. & in c. diaconi sunt. xciij. di. de quo vide in c. super eo. de testibus. & in c. videtur. qui matrimonium accusa. pos. secus est de iure ciuili, vt in l. parentes. C. de testi.

¶ Nonagesimoquartò.

¶ De iure canonico, Exceptio excommunicationis dilatoria potest opponi in quacunque parte iudicij, etiam post litis contestationem, vt in c. exceptionem, de excep. & c. pia. eo. tit. lib. vj. Sed de iure ciuili nulla exceptio dilatoria potest opponi post litem ꝯtesta. vt in l. ita demum. C. de ꝓcura. & l. fi. C. de excep. & habetur in c. inter monasterium. de re iudi. nisi sit nouiter orta, vel detecta, vt in c. pastoralis. de excep. & l. ij. C. de consortibus eiusdem litis.

¶ Nonagesimoquintò

¶ De iure canonico, lata sinia ꝑ matrimonium ꝑ mulierem: ēt si sniа iam transierat in rē iudicatam, vt quia mulier videbatur verè contumax, tamen fauore matrimonij statur suo iuramento, qđ fraude suplanatata non venerit in peremptorio citata, vt in c. ex literis. de jn integ. resti. licet secus effet in alia causa, vt ibi. Sed de iure ciuili hoc non reperitur permissam, argu. l. j. C. senten. rescin. non posse. & l. qui licitam. C. vt lite penden.

¶ Nonagesimosextò.

¶ De iure canonico, omnis cessio recepta per clericum a laico pręsumitur simulata, vt in c. ex parte, de alie. iud. mutan. causa facta: secus est de iure ciuili, nisi aliter probet de fraude, vel simulatione, vt in l. per diuersas. & l. ab Anastasio. C. mandati. l. militem. C. de procura.

¶ Nonagesimoseptimò.

¶ De iure canonico, pro parte soluta forte ꝯsistente in dando obstat excep. petendi pęnā ꝓ rata pecunię solutę, vt in c. suam. & ibi gl. magistra, de pęnis. secus est de iure ciuili, qa pęna insolidum exigi potest ratione partis non solutę, vt ibi not. & l. stipulationū. §. fi. la. ij. ff. de ver. obli. & l. hęredes. § in illa. ff. fami. ercis.

¶ Nonagesimooctauo.

¶ De iure canonico, quis tenetur furem indicare, & sic nihil pōt recipere vt furem indicet, vt in c. q cum fure. de furtis: secus est de iure ciuili, vt in l. si ob turpem. ff. de condi. ob turp. cau. & in l. solent. ff. de præscriptis verbis, & in illis legibus nota. & l. 3. §. si tibi iudicium. ff. de condi. ob turpem causam.

¶ Nonagesimononò.

¶ De iure canonico, ordinator ad sacros ordines, nec tabellio nō potest aliquid accipere pro ordinatione, vel scriptura, reprobata omni consuetudine in contrarium faciēte, vt in c. sicut episcopum non decet. j. q. 2. Sed de iure ciuili permittebatur talis cō suetudo, vt in auc. de sanc. epi. §. pro consuetudinibus. & no. in d. c. sicut episcopum. in gl. magna in fi. sui.

¶ Centesimò.

¶ De iure canonico, in causa spirituali nullo modo licet desistere, & sic transigere pecunia accepta, arg. totius tituli de simonia. & j. q. j. per totum. Sed de iure ciuili nedum in ciuilibus, sed etiā in criminalibus licet transigere. s. in criminibus publicis ingerētibus pęnam sanguinis, excepto in crimine adulterij. In criminibus verò non ingerentibus pœnam sanguinis excepto crimine falsi non licet transigere, vt in l. transigere. C. de transactio.

¶ Centesimoprimò.

¶ De iure canonico, pares simul habitantes & se tractantes vt vir & vxor, non præsumuntur vir & vxor, & sic non præsumitur matrimonium nisi ostendat solēnitas nuptiarū, vt 30. q. 5. c. j. Secus de iure ciuili, vt. ff. de rit. nuptia. l. in libere mulieris. & ibi no.

¶ Centesimosecundò.

¶ De iure canonico, promissio pęnę, vel arrarum in matrimoniis non valet: quia est eadem ratio pęnę arrarū, arg. c. inter corporalia. de transla. prelatorum, casus est in c. Gemma. de sponsalibus, sed de iure ciuili promissio pęnę in matrimonijs non valet, vt in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbo. obli. sed promissio arrarum valet, vt in l. fi. C. de spon. & no. d. c. Gemma.

¶ Centesimotertiò.

¶ De iure canonico, pater non potest filiam suam inuitā marita re, vt in c. cum locum, de sponsali. & c. j. de desponsa. impube. secus est de iure ciuili, nisi maritus sit persona turpis, vel indignus, vt in l. sed ea quæ patris. ff. de sponsalibus.

¶ Centesimoqurtò.

¶ De iure canonico, spurij, incestuosi, vel adulterini, & sic nati ex damnato coitu prohibentur eligi ad decurionatum, vel aliū honorem, vt in c. j. de filijs presbyter. secus est de iure ciuili, vt in l. spurij. in principi. ff. de decurionibus, & l. generaliter. §. spurios quoq; eod tit.

¶ Centesimoquintò.

¶ De iure canonico, ecclesia in suis ꝯtractib. nō ꝑt decipere secū contrahentē, ēt vsq; ad dimidiā iusti pretij, immo dēt stare contenta iusto pretio; vt no. in c. hoc ius porrectum. x. q. ij in verbo, plus offerenti. Sed de iure ciuili hoc non inuenit in ecclesia, immo gñaliter licitum est ꝯhentib. se inuicē in pretio decipere vsque ad dimidiam iusti pretij, vt in l. item si pretio. ff. locati. & l. in causæ. ff. de mino. In alijs autē personis q̄ in ecclesia ꝯhente idē est quod est de iure ciuili, vt in c. cum dilecti. de empt. & vend.

¶ Centesimosextò.

¶ De iure canonico, hæres non adimplens voluntatem defuncti priuatur in totū hæreditate etiam nulla sibi relicta legitima, si sit de liberis, vt no. in c. experientiæ xj. q. j. de quo dic vt ibi not. Sed de iure ciuili hæres non adimplens voluntatem defuncti. ꝯ. annum priuatur hæreditate, relicta tamen sibi legitima, si est de liberis, vt in l fi. & auc. hoc amplius. C. de fideicommissis, & habetur in c. licet. in fi. de voto & voti redemp.

¶ Centesimoseptimò.

¶ De iure canonico, sacrilegus varijs pœnis punitur, iuxta ea quæ habentur in cap. siquis suadente diabolo. xvij. quæst. 4. sed de iure ciuili sacrilegus punitur alijs pęnis, de quibus in l. sacrilegij pœnam. in principio. & l. sacrilegij. in prin. ff. ad l. Iuliam peculatus, & de sacrilegijs.

¶ Centesimooctauò.

¶ De iure canonico, iuramentum in pupillo doli capacis seruādum est, & sic valet, vt in c. paruuli. 22. q. 5. & ibi no. secus videtur esse de iure ciuili, vt in auct. sacramenta puberum. C. si aduetsus vendi. Fallit in casu l. fin. ff. de liberali causa, videlicet si pupillus manumissus iurat se præstaturum operas suo manumissori.

¶ Centesimononò.

¶ De iure canonico, Fur est, qui non intrat per ostium animo furandi, quamuis nihil adhuc acceperit, vt in c. tres personas. & ibi gl. 23. q. 4. sed secus est de iure ciuili, quia requiritur, ꝙ subsequatur contrectatio rei, vt in l. vulgaris. §. qui furti ff. de furtis.

¶ Centesimodecimò.

¶ De iure canonico, Omnia iura habentia causam cōtinuā vel discōtinuā cōtra ecclesiā præscribunt spacio 40. annorū vniformiter, vt in c. de quarta & c. vigilāti. & c. fi. de præscrip. sed de iure ciuili in iuribus non habentibus cām continuā, vel quasi, requritur tm̄ tēpus, cuius initij memoria nō existat. l. j in fi. ff. de aqua plu. arcen. facit. c. j. de præscr. lib. 6. quod est verū, nisi allegetur titulus, ad cuius probationem inducatur patientia vsus per tēpus decem annorum inter præsentes, vel viginti annorum inter absentes, vt not. in l. seruitutes. la grande. ff. de serui. titulo generali. & vide in c. peruenit. de censibus.

¶ Centesimoundecimò.

¶ De iure canonico, ille qui post fundatam intētionem alterius vult aliquid quòd proponit probare, si deficiat in probatione, condēnatur in expensis illius articuli etiam ante euētum totius causæ, vt in c. finem litibus. de dolo & cōtumacia. Et maximè in beneficialibus, vt ibi in litera: sed de iure ciuili reseruantur tales expensæ in fine litis, vt ibi not. per l. properandum. C. de iud. in §. finautem. & ibi notatur.

¶ Centesimoduodecimò.

¶ De iure canonico, alia est pœna incēdiariorū, de qua in c. si qs dānum. de iniurijs & damno dato. & in c. deuotissimā. 12. q. 2. sed de iure ciuili aliter punit incendiarius, prout no. in d. c. cum deuotissimam. super verbo, si verò prædam & c. de quo vide distinctionem Bar. in l. j. ff. de offi. præfecti vigilum.

¶ Centesimodecimotertiò.

¶ De iure canonico, plures vulnerantes vnum, etiam si certum est, quòd ex ictu vnus perierit, censent homicidę oēs: vt dicit gl. in c. fi. 23. q. fi. sed de iure ciuili cēsetur homicida ille solus, ex cuius ictu perijt, quia actus vniuscuiusq; cōtemplandi sunt, vt in l. si in rixa. ff. ad l. Corn. de sica. & no. in d. c. fi.

¶ Centesimodecimoquartò.

¶ De iure canonico, alia pęna imponitur maleficis vel diuinatoribus, de qua in c. qui diuinationes. 26. q. 5. Et alia pœna imponit sm ius ciuile, quia diuinatores concremantur, sed illi qui in eorum domibus hoc fieri fecerunt post publicationem bonorum suorum in exilium mittuntur, vt in l. nemo. & l. nullus. C. de malefi. & mathema. & nota. in d. c. qui diuinationes. de quo etiā habetur in c. 2. de sortilegiis.

¶ Centesimodecimoquintò.

¶ De iure canonico, qui cognouit carnaliter monacham, si clericus est, deponitur, si verò est laicus excōicatur: vt in c. si qs episcopus. 27. q. j. sed de iure ciuili laicus decapitatur. l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cleri.

¶ Centesimodecimosextò.

¶ De iure canonico, non dissoluitur matrimonium altero coniugum volente intrare monasterium, nisi talis ingressus fiat ante secutam copulam, vt in c. ex publico de conuersio coniug de quo vide no. in c. Agathosa. 27. q. 2. secus est de iure ciuili in auc. de nupt. §. distrahuntur.

¶ Centesimodecimoseptimò.

¶ De iure canonico, legatum rei alienæ nō valet indistinctè, ut in c. filius. de testa. & ibi not. sed de iure ciuili distinguitur, vt in l. cum alienam. C. de lega. & in l. si res obligata. ff. de leg. j.

Source : BIU Cujas

¶Centesimodecimooctauò.

¶De iure canonico, filiusf. obligatur in voto, vt in c. mulier. 32. q.2. & ibi no. secus de iure ciuili, vt in l. si rem §. voto. ff. de pollicita. & idem glo. in l. Deo nobis. §. hoc etiam in verbo, ingratum. C. de episco. & cle.

¶Centesimodecimononò.

¶De iure canonico, peccans contra naturam punitur citra pœnam mortis vt in c. clerici. de excessibus præla. & 32. q 7. & c. flagitia. sed de iure ciuili capite punitur, vt in l. cum vir nubit in feminam. C. ad legem iuliam de adulte. & in auct. vt non luxurientur con. na. circa finem.

¶Centesimouigesimò.

¶De iure canonico, pater, nec maritus, nō potest occidere adulteram, per regulam de qua in c. si non licet. 25. q. 2. de iure ciuili permittitur impune patri occidere filiam nuptam repertam in adulterio, vt in l. nec in ea. cum l. seq. ff. ad l. iul. de adulter. & maritus punitur mitius, licèt nō in totum excusetur, vt in l. Gracchus. C. ad l. iul. de adulte.

¶Centesimouigesimoprimò.

¶De iure canonico, quia mulier rapta potest nubere suo raptori, vt in c. accedens. de raptoribus. secus de iure ciuili, vt in l. vnica. C. de raptu virginum.

¶Centesimouigesimosecundò.

¶De iure canonico, emens rem ecclesiæ a fisco non est securus, immo rem ecclesiæ restituere tenetur, vt in ca. 2. de rebus ecclesiis non alienand & ibi not. secus de iure ciuili in emente rē alienam quancunq; a fisco, vt in l. bene a Zenone. C. de quadri. præscrip. & est glo. in dicto c. 2.

¶Centesimouigesimotertiò.

¶De iure canonico, in alienationibus rerum ecclesiasticarū sufficit solennitas, de qua habetur in c. sine exceptione, & quod ibi no. 12. q. 2. sed de iure ciuili requiritur maior solennitas, de qua in auct. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. & 10. quæstio. 2. capit. hoc ius porrectum, & no. Inno. in cap. dudum, de rebus eccle. non alie.

¶Centesimouigesimoquartò.

¶De iure canonico, si primus conductor sit scholaris habitans domum cōductam, prohibetur alius scholaris inuito primo inquilino scholare illam domum conducere, vt in c. j. de locato. & ibi no. secus est de iure ciuili, vt in l. ne cui. C. locati. vbi nō requiritur consensus primi inquilini.

¶Centesimouigesimoquintò.

¶De iure canonico, licitum est pignorare bona ecclesiæ sacra, vel religiosa ex causa necessaria, vt in c. j. de pigno. & quod ibi nota. secus est de iure ciuili, vt in l. 3. C quæ res pignori oblig. pos. & est gl. in d. c. j. de pigno. in gl. in verbo, necessitate.

¶Centesimouigesimosextò.

¶De iure canonico, voluntas testatoris, maximè in piā causam potest cōmitti in arbitrium alterius, nec cēsetur captatoria, vt in c. cū tibi, de testa. & ibi no. secus est de iure ciuili, vt in l. illa institutio. ff. de hæredi. instit. & l. captatorias. ff. de testam. milit.

¶Centesimouigesimoseptimò.

¶De iure canonico, quò ad onus soluendi decimam ex fructib. non deducuntur sumptus ex fructibus, vt in c. tua nobis, de decimis. sed de iure ciuili vbicunq; fit mentio fructuum, fructus sem per intelliguntur deductis sumptibus. l. fructus. ff. sol matri. & l. j. C de fructi. & lit. expen. & ibi latissimè scripsi vltra alios.

¶Centesimovigesimooctauò.

¶De iure canonico, imponentes noua & insolita vectigalia primò moniti, quòd desistāt & satisfaciant, donec nō satisfecerint, priuantur communione ecclesiastica: vt in c. innouamus, de deci sed de iure ciuili perpetuo exilio puniuntur, vt in c. fin. C. noua vectigalia institui non posse.

¶Centesimouigesimononò.

¶De iure canonico, si quis contraxerit cum puella nondū septē anno. habente, cū qua tentauit copulā, licet non potuerit pp illius puellæ ætatem, & matrimoniū secutū postea non fuit, nō potest ducere in vxorē aliam consanguineam illius puellæ, vt in c. iuuenis, de sponsalibus, sed de iure ciuili videtur secus, per not. p Azo. in summa. C. de nupt. & per not. per gl. in §. fi. insti. de nupt. vbi istud impedimentum non connumeratur.

¶Centesimotrigesimò.

¶De iure canonico, in electionibus seruatur forma, de qua in c. quia propter, de elect. & in c. cum dilectus, de consuetudine. nec est opus alia obseruatione, vt ibi. sed de iure ciuili debent præstare iuramentum de eligendo illum in abbatem, quem sciunt vita carum, fide rectum, & qui vtiliter monasterio prodere valeat, vt in auc. de sanctiss. epis. §. igitur abbatem.

¶Centesimotrigesimoprimò.

¶De iure canonico, in cōtrahendo matrimoniū inter valentes loqui requiruntur verba cōsensum exprimētia, secus in nō valētibus loqui; qa tūc sufficit cōsensum nutu declaratū, vt hētur in c. tuæ, de sponsalib. & ibi no. Sed de iure ciuili sufficit solus cōsensus qualitercunq; declaratus ēt inter valētes, loqui per l. nuptias. ff. de regu. iur. & l. cui fuerit. ff. de condi. & demonstratio.

¶Centesimotrigesimosecundò.

¶De iure canonico, archiepiscopus cum pallio sepelitur, vt in c. 2. in fi. de aucto. & vsu palij. & ibi no. sed de iure ciuili nemo debet sepeliri cum ornamentis aliquibus: vt in l. at si quis. §. funeris causa. ff. de reli & sum. fune.

¶Centesimotrigesimotertiò.

¶De iure canonico, archiepiscopus non potest vti pallio suo extra suam prouinciam, vt in c. j. & c. ex tuarum. de aucto. & vsu pallij. Sed de iure ciuili ipse sicut proconsul videtur, quòd possit vti insignibus suis vbiq;, præterquam in vrbe Romana, vt in l. j. ff. de offi. proconsul. & lega.

¶Centesimotrigesimoquartò.

¶De iure canonico, ille qui obtinuit à Papa licentiam renuntiādi dignitati, vel episcopatui, vel beneficio, cogitur illi cedere, vt in c. quidam cedendi, de renun. sed de iure ciuili ille, qui cessit bonis in integrum ex pœnitentia potest bona recuperare. l. is q. ff. de his qui bo. cede. possunt, & ratio no. in d. c. quidam. vbi glo. ponit hanc differentiam.

¶Centesimotrigesimoquintò.

¶De iure canonico, in libertis ecclesiæ multa specialia seruantur, de quibus in c. de famulis. de seruis non ordi. sed de iure ciuili illa talia ibi enumerata non inueniuntur competere patronis eorum, vt in titu. ff. de ope. liber. & c.

¶Centesimotrigesimosextò.

¶De iure canonico, pro falsitate multiplex pena imponitur, vt habetur in c. ad falsariorum. de crimine falsi. & per Goff. in sum. eo. ti. Sed de iure ciuili in homine libero est pena deportationis & omnium bonorū publicationis, in seruo verò vltimum supplicium. l. j. §. fi. ff. de falsis.

¶Centesimotrigesimoseptimò.

¶De iure canonico, laicus patronus præsentans indignum non priuatur ea vice iure præsentandi indignum, vt gl. in c. cum vos. de offi. ordi. in gl. in verbo, idoneè, sed de iure ciui. priuatur ea vice iure præsentandi, & illa potestas deuoluitur ad superiorem, vt in auct. de sanctiss. epis. §. moratorium.

¶Centesimotrigesimooctauò.

¶De iure canonico, alia pena imponitur interficienti filios, seu liberos suos, vel parētes, vt in c. j. & 2. de his qui filios occiderūt, & alia imponitur de iure ciuili, vt in l. j. C. de his qui parentes, vel liberos occiderunt, & in l. penul. ff. ad leg. Pomp. de parricidiis.

¶Centesimotrigesimononò.

¶De iure canonico, nō licèt clerico aliū occidere pro defensione rerū suarū, vt hī in c. suscepimus. de hom. & ibi gl. j. sed de iure ciuili cuilibet licitum est pro defensione rei suę alium occidere, si aliter rem suam defendere non possit: vt in l. 4. ff. ad legē Aquiliam. & l. furē nocturnū. ff. ad leg. Corneliam de sica. nisi res sit vilis per l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. & videtur casus in d. c. suscepimus. & de materia vide in c. si plodiēs. de homicidio.

¶Centesimoquadragesimò.

¶De iure canonico, abducens secum virginem, tenetur eam dotare & accipere in vxorem. Et si pater mulieris nō velit eā tradere in vxorem illi, tūc reddet eam & eā dotabit, vt in c. j. de adult. & stupro: sed de iure ciuili aliud videtur, vt habetur in l. j. C. de raptu virginum. & in auct. de rapt. mulie.

¶Centesimoquadragesimoprimò.

¶De iure canonico, stuprator virginis si cum ea contrahit matrimonium & eam dotauerit, aliter nō punitur, sed si eā recusēt, est excōicatus, & verberatur, & in monasteriū detrudit, vt in c. ij. de adulte. & stupro. sed de iure ciuili aliter castigatur, quia si per vim rapuerit mulierem, capite punitur. d. l. j. C. de raptu vir. si verò non per vim, tunc si est vilis persona, uerberatur, si uerò honesta, relegatur, ut institu. de publ. iud. § itē lex Iuli. & §. sinautem. & not. in d. c. 2.

¶Centesimoquadragesimosecundò.

¶De iure canonico, raptor dicitur cū non desponsata per prius, sed non cum desponsata, quam sponsus postea rapuit, ut in c. fi. in prin. de adult. & stupro. sed de iure ciuili dicitur raptus etiam cum desponsata, ut in d. l. j. C. de raptu uirginum. & notat glo. in dicto c. fina.

¶Centesimoquadragesimotertiò.

¶De iure canonico, falsarius quandoque signatur in facie, ut in c. ad audientiam. de crimine falsi. sed de iure ciuili nemo debet signari in facie, ut in l. si quis in metallum. C. de pœnis. & not. in d. c. ad audientiam.

¶Centesimoquadragesimoquartò.

¶De iure canonico, simul & semel potest procedi & sententiari super possessorio & petitorio, ut habetur in c. 2. de cau. pos. & proprie. sed de iure ciuili prius proceditur & sēt ētiatur super possessorio quàm de proprietate cognoscatur & pronūtietur, ut in l. ordinarij. C. de rei uend. & l. incerti. C. de interd. & l. exitus. ff. de acquir. poss. & l. si de ui. ff. de iud. & no. in d. c. 2.

¶Centesimoquadragesimoquintò.

¶De iure canonico, illa dicitur terra noualis, quę est de nouo reducta ad culturam, de cuius culturæ initio nō extat memoria in preteritū, ut in c. j. quid per nouale. de uerb. sign. & ibi plenè per

Car.

Source : BIU Cujas

Car.ſed de iure ciuili illa dicitur terra noualis,quæ anno ceſſauit arari,& poſtea aratur,vt melius & vberiores fructus producat, vt in l.ſilua.§.noualis.ff.de verb. ſigni.

¶Centeſimoquadrageſimoſextò.

¶De iure canonico,petens plus re,cauſa,loco,vel tempore,cõdemnatur ſimpliciter in expẽſis,& damnis vel intereſſe,vt in c.j. de plus petit.ſed de iure ciuili condemnatur in triplo dãni ſportularũ paſſi ꝑ reũ,vt in §.tripli.inſtit.de actio.immo de iure canonico ſportulę receſſerũt ab aula,vt in c.cũ ab oĩ.de vi. & ho. cle.

¶Centeſimoquadrageſimoſeptimò.

¶De iure canonico, delegatus etiam ab ordinario exequit̃ ſuã ſententiã,cũ omnia delegata cenſeant̃,ſine quibus res ad effectũ deduci non poteſt,vt in c.ſuſpitionis,de offi.dele.& c.ſi quis contra clericum.de foro compet.ſed de iure ciuili ſecus,niſi ſit delegatus a principe,vt in l.a diuo Pio.in prin.ff.de re iud.

¶Centeſimoquadrageſimooctauò.

¶De iure canonico,in pluribus iudicibus collectis nõ valet ſententia omnium vel maioris partis eorum,ſed omnes debent cõcorditer iudicare ĩ cauſa criminali mota ꝑtra aliquẽ epiſcopũ, vt in c.ſi qs eps. vj. q. iiij. & ibi glo. ſed de iure ciuili ſufficit concordia & ſententia plurium ſeu maioris partis eorum, vt in l. duo ex tribus.ff.de re iudic.

¶ Centeſimoquadrageſimononò.

¶ De iure canonico,eijciens epiſcopum a propria ſede,vel eum comprehendens,vel percutiens, punitur confiſcatione bonorum ſuorum, quę applicantur illi eccleſię, cuius eſt paſſus iniuriam,& etiam anathematizatur, vt in c. ſi quis deinceps. xvij.q. iiij.ſed de iure ciuili,bona damnatorum reſeruantur hęredibus, vt in auc.bona damna.C.de bo.dam.

¶ Centeſimoquinquageſimò.

¶ De iure canonico, iudex a quo appellatur põt appellanti pręfigere terminũ,infra quẽ iter arripiat ad iudicẽ appellationis,& infra quẽ ſe preſentet corã iudice,ad quẽ appellatur,& infra quẽ faciat iudici a quo fidẽ de prędictis, vt in c.cum ſit Romana. de ap.& c.cordi.eo.tit. li. vj. ſed de iure ciuili hoc cautum non reperit̃,immo ꝓbat̃ ꝑtrarium ex regula tituli. ff.nil no. app. pendẽte.

¶ Centeſimoquinquageſimoprimo .

¶ De iure canonico, iudex a quo eſt appellatum põt per appellantem tanquam ſuſpectus recuſari in alijs cauſis pẽdente illa appellatione, vt in c. ad hęc ſi vna. de appella. ſecus eſt de iure ciuili,vt in l.vnica.ff.an apud eum a quo appellatur &c.

¶Centeſimoquinquageſimoſecundò.

¶De iure canonico,appellari poteſt a ſnĩa lata in poſſeſſorio, vt in c.ſignificauerunt de teſti.& no.per Inn.in c. fi.de no. ope.nun. & per Bal.in l.j.C.ſi de momenta.poſſue. appel. quod eſt verum in poſſeſſorio recuperandæ,per gl.magnam in fi. c. cum ad ſedẽ. de reſti.ſpo.ſed de iure ciui.ſecus eſt,vt in d.l. j. ꝙ vide Angel. in ſuo conſi.46.& quod ego latè dixi in l.poſt ſententiam. C.de ſen. & interlocu.om. iudi.

¶Centeſimoquinquageſimotertiò.

¶De iure canonico,a ſententia eps̃i debet appellari ad Papã, aut ad metropolitanum,vt in c.duo ſimul.ff.de off.or.& in c.ad Romanam.2.q.6.ſed de iure ciuili poteſt appellari ad iudicium ſeculare,vt in auc.ſi quis litigantium.C. de epi. audien.

¶Centeſimoquinquageſimoquartò.

¶De iure canonico,a ſnĩa lata per eps̃m appellatur bis,ſed nõ tertiò,vt hr̃ in cle.j.de ſen.& re iudi.ſed de iure ciuili ſemel tantum a ſnĩa eps̃i poteſt appellari:vt in d.auc.litiganrium,quia de iure canonico contra eccleſiam non currit præſcriptio,viuente,vel ſuper extãte rectore eccleſiæ,qui alienauit illicitè rem eccleſiæ,vel qui rem eccleſię dilapidauit,vt in c.ſi ſacerdos.16.q.2. ſed de iure ciui. ſtatim incipit currere preſcriptio etiam cõtra eccleſiam, vt in auct.quas actiones de ſac.ſan.eccle.

¶Centeſimoquinquageſimoſextò.

¶De iure canonico,in cauſis ſpiritualibus,vt in decimis, & ſimilibus,ceſſat iuramentum calumniæ,quod eſt credulitatis, & vendicat ſibi locum iuramentum veritatis,vt in c.literas,de iu. calu. ſed de iure ciuili in quibuſcunq; cauſis ſufficit iuramentum cal. l.j.C.de iura.calum.præterquam in criminalibus,vt habetur in l. Marcellus.ff.rerum amota.& ibi per Barto.

¶Centeſimoquinquageſimoſeptimò.

¶De iure canonico, qõ vtrum quis ſit filius legitimus vel nõ p̃t cognoſci per iudicem eccleſiaſticũ tantũ, & nõ ꝑ ſeculare, ẽt ſi corã ea ſit qõ ſucceſſionis hæreditatis principaliter, & quæſtio filiationis incidenter,vt in c. tuam.de ordi.cogn.& c.lator.& c.cauſam,qui filij ſint legi. ſed de iure ciuili talis cognitio incidenter pertinere iudici ſingulari principalis cãæ,vt l.quoties. C. de iudi. & per Bar.in l. Titia.ff.ſolu.matri.& l.2.ff.de iuriſ.om.iudi.

¶Centeſimoquinquageſimooctauò.

¶De iure canonico,poteſt admitti poſitio negatiua etiã improbabilis,ſi iudi.ęquum eſſe videbitur,vt in c.fi.de confeſ.libr.6.ſed de iure ciuili illam tãtum ſunt punibilia, quæ ſunt probabilia, vt habetur in l.2.§.quod obſeruari.C.de iura. calum.

¶Centeſimoquinquageſimononò.

¶De iure canonico,teſtis criminoſus,ſiue damnatus de crimine ſiue non damnatus,repellitur a teſtimonio, dummodo probeẽ eius crimen,vt in c.ſuper eo.& c.teſtimonium,de teſti.ſed de iure ciuili,ſolùm teſtis criminoſus damnatus de crimine famoſo repellitur,vt in l.athletas.§.calumniator.ff. de his qui no. infa. & l.3.§.lege iulia.ff.de teſti.

¶Centeſimoſexageſimò.

¶De iure canonico, teſtes non compelluntur ferre teſtimoniũ in cauſa criminali,vt in c.dilectorum.de teſti.cogen. in ciuilibus ſic,vt ibi,ſed de iure ciuili omnes coguntur ferre teſtimoniũ, exceptis quibuſdam perſonis,vt in l.ſi quando.in princi. C.de teſt. & dixi.s̃.in verſi. 91.

¶Centeſimoſexageſimoprimò.

¶De iure canonico, mulier poteſt de adulterio accuſare virum ſuum adulterum, ar.c.nouit,de iudi.& quod no.32.q.j.§. publico iudicio.dic,vt ibi nota.ſed de iure ciuili ſecus eſt;quia mulier nõ habet thorum,vt in d.§.publico & l.j.C.de adulte.de quo dixi in meo tractatu correlatiuorum .

¶Centeſimoſexageſimoſecundò.

¶De iure canonico,pro adulterio agitur ſolùm ad ſeparationẽ thori & ad lucrum dotis,vel donationis ꝓp nuptias, vt in c.tuæ. de procura.Sed de iure ciuili ad pœnam corporalem infligendã adulterę,vt in l.q̃uis.& in auct.ſed hodie.C.de adulterijs.& in d.c. tuę.& dixi.j̃.clxx.

¶ Centeſimoſexageſimotertiò.

¶ De iure canonico,iudex recuſatus vt ſuſpectus,cauſa ſuſpitionis legitima coram eo propoſita, ſi probata fuerit coram arbitris,ſi eſt ordinarius,poteſt alteri cauſam totam delegare,vt in c. cum ſpeciali,in fine principij,& ibi no. de appel.ſecus ſi ſit delegatus,vt in c.ij.requiris.in fi.eod.titulo,& ibi no.ſed de iure ciuili videtur,quòd iudex recuſatus poſſit alteri non ſuſpecto cauſam delegare,vt habetur in l.apertiſſimè.C.de iudi.& no.in d.c.ſecũdò requiris.in fine.

¶ Centeſimoſexageſimoquartò.

¶ De iure canonico, etiam poſt quinquenniũ põt quęri de adulterio vxoris ad ſeparationẽ thori &c.vtĩ c.admonere.xxx.q.ij.& ibi no. ſed de iure ciuili poſt quinquennium nõ audit̃ maritus de adulterio vxoris ſuę, vt ff. de adul. l. miles. §. adulterij reum.

¶ Centeſimoſexagaſimoquintò.

¶ De iure canonico, iudices nihil poſſunt a partibus habere vltra expenſas, qñ proficiſcuntur, vt in c.cum ab omni. de vita & hone. cle. & ibi no. ſed de iure ciuili ordinarij recipiunt ſportulas,vt in auc.generaliter. C.de epi. & cle. & delegatus a principe in principio cauſę duos aureos, & in fine alios duos aureos & non vltra,vt in auc.de iudi.§.ne.autem.

¶ Centeſimoſexageſimoſextò.

¶ De iure canonico, in notorijs extra ordinẽ & iuris ordine nõ ſeruato proceditur,vt in c.veſtra. de coha.cle.& mulie. & in c.cũ ſit Romana. in fi. de ap. & in c. ad noſtram noueris audientiam, de iureiur. ſed de iure ciuili videtur ſecus eſſe, vt in l. prolatam. C.de ſen.& interlo.om.iud.& l.abſentem.C.de accuſ.

¶ Centeſimoſexageſimoſeptimò.

¶ De iure canonico,licitum non eſt actori trahere reum coram diuerſis iudicibus, ſed debet eodem tempore eum trahere corã eodem iudice,vt in c.nonnulli.de reſcrip. ſed de iure ciuili ſecus eſt,niſi continentia cauſarum aliud ſuadeat,vt in l.j. & ij. ff.de q̃bus rebus.ad eundem iudi.eatur.& l.nulli.C.de iudi.

¶ Centeſimoſexageſimooctauò.

¶ De iure canonico, cauſa ciuilis etiam ardua, puta trecentorum aureorum, delegari poteſt abſque alia iuſta cauſa,dummodo malitioſè ſe exonerare non quęrat, vt in c.paſtoralis.in prin. de offi.deleg.in c.ſi pro debilitate.eo.tit.ſecus eſt de iure ciuili,vt in l.placet.C.de pedaneis iudicibus.

¶ Centeſimoſexageſimononò.

¶De iure canonico,poteſt prorogari iuriſdictio iudicis ordinarij de perſona ad perſonam, ſed non iuriſdictio iudicis delegati, vt in c.P.& G.de offi.deleg.& ibi no.ſed de iure canonico poteſt fieri prorogatio iuriſdictionis etiam iudicis delegantis de perſona ad perſonam,vt in l.j.& 2.in prin.ff.de iudi.de quo tamẽ dic, vt dixi in repetitione dictæ legis.j.in 5.notabili.

¶ Centeſimoſeptuageſimo.

¶De iure canonico, vir poteſt accuſare ſuam vxorem de adulterio,& agere ad ſeparationem thori tantum, & talis non dicitur miſta,id eſt nec merè ciuilis,nec merè criminalis,vt in c.tuæ, de procurat.ſed de iure ciuili nõ patet iſta via marito, immo debet accuſare vxorem de adulterio,vt puniatur pęna legali, & poſtea eam repudiare,vt in auc. vt liceat matri & auiæ. §. quia non plures,& dixi.s̃.161.

¶ Centeſimoſeptuageſimoprimò.

¶De iure canonico,pacto poteſt dari hæreditas,vt in c.fi. de ſuc. ab inteſt.& ibi per Abbatẽ,ſecus de iure ciuili, vt in l. licet inter priuatos.C.de pac.quod no.ad illam.l.licèt inter priuatos.

¶ Centeſimoſeptuageſimoſecundò.

¶De iure canonico,ille locus dicitur religioſus,qui eſt conſtructus auctoritate pontificali, ut in c. ad hoc. de religio. do. & in c.nemo eccleſiam. de conſe. diſtin. j. ſed de iure ciuili ille locus

Source : BIU Cujas

dicitur religiosus, in quo homo mortuus sepultus est, vt in l. cũ diuersis & l. cum loca. ff. de reli. & sum. fune.

¶ Centesimoseptuagesimotertiò.

¶ De iure canonico corpora mortuorum sunt sepelienda in ecclesijs, vel cemiterijs ecclesiarum, iuxta ea quæ habentur in c. cũ grauis, & in c. seq. xiij. q. 2. sed iure ciuili sunt sepelienda extra ciuitatem, ne ciuitas corrumpatur fętore, vt in l. mortuorum. C. de religio. & sump. fune.

¶ Centesimoseptuagesimoquartò.

¶ De iure canonico, in præscribendo decimas in alterius parrochia per ecclesiam vltra bonam fidem requiritur titulus, saltẽ in sui prima figura coloratus, ẽt in prę̃scriptione longissimi tẽporis. xl. anno vt est gl. in l. si diligenti in glo. fi. in fine sui. de præscriptio. sed de iure ciuili in tali præscriptione longissimi temporis non requiritur titulus, vt in l. omnes & l. sicut & l. cum notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. anno. Et ita consului in quodam meo consilio, quod incipit, Christi nomine amen. dubitatur, vtrum ecclesia sancti Georgij &c.

¶ Centesimoseptuagesimoquintò.

¶ De iure canonico, semel interrupta præscriptione per litis cõtestationem cum præsumatur mala fides, vt in l. nemo. C. de acquir. posses. non procedat præscriptio noua, vt in c. fi. de præscriptitio. & ca. possessor malefidei. de regulis iuris. lib. 6. & quod ibi nota. secus est de iure ciuili, vt in l. fi. C. de præscriptioni. triginta, vel xl. annorum.

¶ Centesimoseptuagesimosextò.

¶ De iure canonico, pęna canonica potest excedere quadruplũ, immo quandoq; est vsq; nouem cuplum, vel decuplum, vt in c. quisquis. in fi. 17. q. 4. & in c. cum deuotissimam. 12. q. 2. sed de iure ciuili pęna non excedit quadruplum, vt in §. omnes institu. de actio. & no. in d. c. quisquis. in fi.

¶ Centesimoseptuagesimoseptimò.

¶ De iure canonico, index cãę potest totam cãm alij delegare, ẽt si in principio & in medio & in fine cãm nõ audiat, in c. super quæstionum. §. intẽtionis de off. dele. secus de iure ciui. vt in auc. ad hæc. C. de iudi. & sentit dictus. §. intentionis.

¶ Centesimoseptuagesimooctauò.

¶ De iure canonico, in eligendo ep̃m requiritur, ꝑ eligẽdus cõpleuerit tantum trigesimũ, & requiritur ętas 30. anno, vt in c. cũ in cunctis. de elec. sed de iure ciuili in publicis honoribus sufficit ętas legitima 25. anno, & annus inceptus habetur pro completo, vt in l. ad rem publicam ff. de mu. & hono. & nota. in d. c. cum in cunctis, & habetur in c. quicunq; 77. dist. & 78. distinctio. c. j. & c. præsbyter.

¶ Centesimoseptuagesimononò.

¶ De iure canonico, eius obseruantia in spiritualibus, vel cõcernentib. animam hẽt locum nedum in terris ecclesiæ, sed in terris imperij, vt in c. nouit. de iudi. & c. fi. de præscrip. & ibi no. & dixi. s̃. in q. 18. sed de iure ciuili obseruantia iuris ciuilis non extenditur extra terras imperij, vt habetur in c. per venerabilem. qui fin. sint legi. & in c. j. de op. no. nun. & dixi in d. q. 18. facit l. extra territorium ff. de iurisdi. om. iu. & in prin. proęmij. digestorum, & in l. cunctos populos. C. de summa trini. & fide catho.

¶ Centesimooctuagesimò.

¶ De iure canonico, episcopus qui est iudex ordinarius, vt in toto titulo de offi. ordi. potest in omni loco suę diœcesis sedere, & sententiare, vt in c. cum eps, de offi. ordi. lib. 6. sed de iure ciuili iudex ordinarius debet in certo loco maiorum suorum sedere & sententiare, vt in l. pen. in fi. ff. de iusti. & iure.

¶ Centesimooctuagesimoprimò.

¶ De iure canonico, reiterans baptismum punitur hac pęna, qa non potest promoueri, ſm Rayn. summa in titu. de sacra. iteran. vel non, sed de iure ciuili capite punitur actiuè & passiuè, vt in l. 2. C. ne sanctum baptisma iteretur.

¶ Centesimooctuagesimosecundò.

¶ De iure canonico, sunt certæ pęnę impositę, de quibus not. in c. ad reprimendam. de offi. ord. in gl. 2. & 68. dist. c. sicut. & 18. dist. c. placuit, dic vt in d. iuribus, sed de iure ciuili sunt alię & diuersæ pęnę impositæ, vt in l. si quis forte. §. nunc genera pęnarum, cum duabus legibus sequentibus. ff. de pęnis.

¶ Centesimooctuagesimotertiò.

¶ De iure canonico, homicida clericus deponitur, laicus excõmunicatur ſm Vin. & Goffr. vt no. Io. An. in c. sicut dignum. de homi. sed de iure ciuili honestiores deportantur in insulã, & bona eorum publicant̃. Viliores verò decapitãtur, vel bestijs subijciuntur, vt in l. eiusdem in fi. ff. ad l. corne. de sica. de quo dic latè, vt dixi in c. omnis autem lex. distin. 4.

¶ Centesimooctuagesimoquartò.

¶ De iure canonico, confugiens ad ecclesiam nõ dẽt inde extrahi, immo hẽt immunitatẽ ecclesiasticam, nisi sit publicus latro, & nocturnus depopulator agrorũ, vt in c. inter alia. de immu. ecclę. sed de iure ciuili vltra latrones, & depopulatores nocturnos excipiunt̃ ẽt homicidæ, ac adulteri, & raptores virginũ, licet raptores virginũ de iu. cano. hẽant immunitatẽ: vt in c. de raptorib. 36. q. j. ita hr̃ in auc. de man. prin. sicut delinquentes, & est gl. not. in d. c. inter cætera, quæ assignat hanc differentiam.

¶ Centesimooctuagesimoquintò.

¶ De iure canonico, in petenda restitutione in integ. per procuratorem sufficit mandatum speciale, licèt non specialissimum, vt in c. coram, de restitu. in integr. sed de iure ciuili requirit̃ mandatum specialissimum, puta in tali causa contra talem, vt per Cy. & legistas in l. vnica. C. etiam per procuratorem in integr. restit. agi posse: quamuis etiam Bar. in l. filius familias. ff. de dona. dicat sufficere speciale mandatum, de quo tu vide per Abbatem in dicto c. coram. in 2. colum.

¶ Centesimooctuagesimosextò.

¶ De iure canonico, ecclesia potest restitui in integrum etiam in præiudicium laici secum contrahentis, & hoc coram iudice ecclesiastico, vt est casus in c. constitutus. de in integ. restitu. & ibi per Abb. sed de iure ciuili semper dẽt adiri iudex illius, de cuius præiudicio tractatur, etiã si sit ecclesia, quæ petit restitutio. in integ. vt in l. 2. C. vbi & apud quem ad fi. literę.

¶ Centesimooctuagesimoseptimò.

¶ De iure canonico, singularis successor, in quem est facta alienatio causa mutandi iudicium, potest conueniri ex rescripto ẽt impetrato contra alienantem tantum, qui postea alienauit causa mutandi iudicium successore participante fraudẽ, vt in c. j. de alie. mutandi iudicij causa, & ibi per Abb. in 2. col. sed de iure ciuili talis successor singularis poterit cõueniri coram iudice suo tantum, sed non coram delegato per rescriptum impetratũ cõtra alienantem, vt in l. j. in fine. C. eodem titu. & notatur in dicto c. j. in glosa 4.

¶ Centesimooctuagesimooctauò.

¶ De iure canonico, iuramentum obligat iurantẽ, vt in c. ꝑ tuas. de arbi. & ibi no. per abbatem, sed de iure ciuili iuramentũ nõ inducit obligationem regulariter, vt in l. vt iurisiurandi. in princi. ff. de operis liber. & habetur in l. si quis maior. C. de transact. Aliqui moderni notant in l. j. in prin. ff. de verb. obli. fallit in liberto iurante se patrono prę̃staturum operas d. l. vt iurisiurandi. & vide per Abba. super rubrica decretalium circa finem.

¶ Centesimooctuagesimononò.

¶ De iure canonico, sententia lata contra mr̃imoniũ nunquam transit in rẽ iudicatã, immo qn̄cunq; cõperta veritate in ꝺrium retractat̃, vt in c. lator. & c. tenor. & c. consanguinei, de re iudica. secus est de iure ciuili, vt in toto titulo. C. de execu. rei iudi.

¶ Centesimononagesimò.

¶ De iure canonico, beneficia ecclesiastica sub conditione, vel ad tempus nõ dantur, vt no. in c. pastoralis. 7. q. j. vbi gl. magistra, sed de iure ciuili secus videtur, quia beneficia ecclesiastica non connumerantur in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. de quo dic vt in dicto c. pastoralis.

¶ Centesimononagesimoprimò.

¶ De iure canonico, licèt per confectionem inuentarij hæres ꝑdat detractionem falcidię, vel trebelliani. vt in ca. Raynaldus. de testa. tn̄ non tenetur hæres vltra vires hæreditarias creditoribus vel legatarijs, & hoc de ęquitate canonica; vt ꝑ Ang. in l. fi. §. fi ve rò postq̃. C. de iure delibe. secus de iure ciuili, ſm oẽs doc. in l. fi. C. de iure deliberan. tu autem, vtrum hoc sit verum, vide plenissimè per Io. de Ana. in c. in literis. in pen. & vlt. col. de raptoribus, vbi recitat opiniones omcium doctorum, in hac materia dic vt ibi per eum, & per Bar. & alios in rub. ff. de acq. hære. & in l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad l. falci. vbi per Bar.

¶ Centesimononagesimosecundò.

¶ De iure canonico, pro modica iniuria, vel ꝑ modica re qs cõdemnatus non efficitur infamis: vt in c. cum te. de sen. & re iudi. & quod ibi no. de furto, quod fit ẽt in re modica, vt no. in §. galli narum. insti. de re. diui. & in quo quis condemnatus de iure ciuili efficitur infamis, vt in l. non potest. ff. de fur. sed de iure ciuili cõdemnatus iniuriarum indistinctè etiam pro modica iniuria quis efficitur infamis, arg. c. fi. 13. q. 6. & l. fi. C. de iniu. arg. no. in d. §. gallinarum, & quod no. in d. c. cum te. de quo tamen vide Bart. in l. infamen. ad fi. C. de publi. iudi.

¶ Centesimononagesimotertiò.

¶ De iure canonico, testamentum factum nutu valet, vt not. per glos. in c. cum tibi. de testa. secus est de iure ciuili, quia licet legata possint fieri nutu. ff. de leg. 3. & l. in epistola C. de fideicommis. tamen secus est in hæredis institutione, & si in testamento, vt l. hæredes palam. in princip. ff. de testamen. & not. in dicto c. cum tibi, quod nota.

¶ Centesimononagesimoquartò.

¶ De iure canonico, medici vocati ad ęgros ante omnia debent ægros inducere ad confitendum eorum peccata, vt in c. cum infirmitas, de pęniten. & remissio pec. sed iure ciuili hoc non reperitur, vt in toto titulo. C. de profess. & medicis qui in vrbe Constantinopolitana.

¶ Centesimononagesimoquintò.

¶ De iure canonico, fęmina potest esse arbitra, seu in fœminam potest compromitti, vt in arbitrium, vt in c. dilectus filius, de arbi. secus de iure ciuili, vt in l. fi. C. de arb. de quo vide in Spe. in tit. de arbitro. §. 2. in princip.

¶ Cen-

Source : BIU Cujas

¶Centesimo nonagesimosextò.

¶De iure canonico, sententia arbitri indistinctè potest homologari per partes, vt in c.per tuas.& ibi per Abbat.de arbit. sed de iure ciuili potest homologari solùm, quando cõpromissum est factũ ꝑ pactum nudũ & sine pœna, vt in l.cũ antea. & ibi ꝑ Bar. C.de arbit.de quo dic vt ꝑ Abb.in d.c.per tuas. &ibi ꝑ doctores.

¶Centesimo nonagesimoseptimò.

¶De iure canonico, reperitur iuramentũ malitiæ vltra iuramẽtum veritatis & vltra iuramentum calumniæ, vt in c.ij.de iura. calum.in eo.lib.vj. secus est de iure ciuili; quia reperitur solum iuramentum veritatis & calumniæ, non autem illud iuramentũ malitiæ, vt in toto titu.ff.& C.de iureiur. & de iuramen. calum.

¶Centesimo nonagesimooctauò.

¶De iure canonico, nullum rescriptum principis seu Papæ regulariter valet vltra vnam dietam, vt in c.statutum.§ primo, de rescriptis. libro vj. & quod habetur in capit. nonnulli.de rescriptis.in antiquis, vbi de iure veteri erãt statutæ duæ dietæ, sed (vt dixi) de iure nouo est statuta vna dieta tantùm per dictum capitulum statutum.§.j.sed de iure ciuili hoc statutum non reperit, immo rescriptum imperatoris ad causas vel lites generaliter valet: qa quod principi placet, legis hẽt vigorẽ, vt ĩ l.j.ff.de manda. princi.& in §.sed qđ principi. insti.de iure naturali gẽtiũ & ciuili.

¶Centesimo nonagesimononò.

¶De iure canonico ecclesia potest petere in integrum restitutionem pro damno eminentissimo, seu pro læsione enormissima etiam post quadriennium,& sic quandocunque, vt est glos. singularis in c.j.de resti.in integ.lib.vj. in gl. fin. in vltimis verbis suis,& not.Abba.in c.j.de resti.in integ.in antiquis. in fin. secundi notabilis.Sed de iure ciuili nõ reperitur, ꝙ concedatur in integrum restitutio vltra quadriennium, vt in l.fin.C.de tempo.in integ.restitu.peten.

¶Ducentesimò.

¶De iure canonico populus consuetus occidere suos episcopos punitur, ꝙ careat episcopo, taliter ꝙ ab extrinsecis gubernatur ecclesia, vt in c.ita nos xxv.q.ij.Sed de iure ciuili hoc cautum nõ reperitur, immo alia pœna punitur omnis homicida, verũ tamen propter consuetudinem delinquendi potest pœna exasperari, vt in l.capitalium.§.famosos.ff.de pœnis.& l.capitaliũ §. crassatores.eo.tit.& l.aut facta.ff.eo.tit.& l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa. & l.& si seuerior.& l.& li Possidoniũ. C.ex quib.causis infamia irrogatur.Et sic de iure ciuili non reperitur illa certa pœna limitata, de qua in d.c.ita nos.¶Adde, ꝙ de iure canoni.mala grammatica vitiat rescriptum Papæ, vt in ca. ad audientiam. de rescriptis, sed de iure ciuili non vitiat rescriptum imperatoris, vt dixi s̃. in Rub.oppositione prima, in fine primæ solutionis. ¶Adde de iure canonico spoliatus possessione ecclesiæ, vel beneficij petit restitutionem, & sibi non obstat exceptio tituli non legitimi, vt in c.literis. de resti. spolia. Secus videtur de iure ciuili per l.ij.§. quædam. ff. de interdic. vbi dicit, ꝙ interdictum de locis sacris seu religiosis habet annexam causam proprietatis,& sic videtur, ꝙ sit probandus titulus, aliter ꝙ sibi obstet exceptio tituli non legitimi.¶Adde, ꝙ de iure canonico monachus in hæreditate sibi delata æquiparat̃ filiofamil. & patri, vt sic monasterium possit adire hæreditatem delatam monacho recusanti adire, seu ꝙ non sit necessarius consensus ipsius monachi, vt plenè notat Abb.in c. præsentia. de probatio. & per legistas in l.cum proponas.C.de hære. insti. sed de iure ciuili apud legistas videtur, ꝙ æquiparatur seruo,& domino iuxta dictam l. cũ proponas, & sic ꝙ sit necessarius consensus & aditio monachi vltra iussum monasterii, vt per Abba. in d.capit.in præsentia.& vide plenè per Ioann. de Petru.in d. l. cum proponas, vbi refert quasi omnes, vide etiam per Paulum de Castro in suo primo consilio.in fin. ¶Adde, ꝙ de iure canonico non reperitur distinctum interdictum vti possidetis pro rebus immobilibus ab interdicto vtrobi pro rebus mobilibus, vt habetur in c.licet causam.de probatio.Sed de iure ciuili secus, vt in toto titulo.ff.& C.vti possi.& ff.vtrobi.& dixi in meo tractatu de actionibus & natura earum. ¶Adde, ꝙ de iure canonico si appelletur ab inferiore ad Papam omisso medio etiam ex certa scientia, valet appellatio, nisi excipiatur, vt notat glossi.in c. dilecti filii prior.& ibi ꝑ Do.Phi.de appel.sed de iure ciuili est funditus nulla, qa ius ciuile subuenit errãti tãtùm, vt in l.j.ff de appellationib.

DE DIFFERENTIIS LEGVM ET CANONVM I. V. D.

Domini Galuani Bononiensis.

1 SECVNDVM Canones ante sententiam potest appellari secundùm leges non, nisi in certis casibus,de appel.super eo. Et, vt plus liqueat, dic, ꝙ secundùm Canones potest appellari ante sententiam à grauamine, etiam si non est expressum in iure, vbi proceditur sine clausula appellatione remota. Sed secundùm Leges solum vbi est expressum. Et sic intellige c.non solent ij.q.vj.& vide de appel. cap. pastoralis, super verbo expresso.

2 ¶Iudex appellationis secundùm leges non potest causam delegare, secus secundùm Canones, de offic.delega.c. super quæstionum.§ intentionis.in gl.in fin.c.de offi.ordi.pastoralis.& eod.titu.c.vt litigantes.lib.vj.

3 ¶Iudex coram eo facit lit.contestari, vt per se ferat sententiam, medium tantum committit secundùm Leges, secundùm Canones omnia committit & principium tantum & finem tantum: vt in eo c.super quæstionum,in glo. illud oportet.

4 ¶Secundùm Leges committi examinationem consiliariis, secundùm Canones cuicunque vult: vt in c.pastoralis.supradicto.

5 ¶Secundùm Leges testis repellitur à testimonio, si est damnatus de aliquo scilicet crimine, secundùm Canones repellitur, siue sit damnatus per sententiam, siue aliàs prohibeatur. de testi. super eod. in glo.

6 ¶Secundùm Leges actio est proponenda, secundùm Canones non, de iudi.dilecti.& dic vt ibi in glo.sic patet.

7 ¶Secundùm Leges locum habet rigor legis: vt in l.si quis in tantam.C.vnde vi. secundùm Canones non, nisi in rebus ecclesiarum, de dolo & contuma.c j. in glo.

8 ¶Secundùm Leges missus in possessionem propter contumaciam statim est verus possessor, secundùm Canones mittitur in possessionem causa rei seruandæ, vt de do.& contu.c.j.in glos.

9 ¶Secundùm Leges filius retinet tantum vnam falcidiam secũdùm Canones retinet duas, scilicet debitam iure naturæ & Trebellianicam.de testa.Raynutius.in glo retinebunt.

10 ¶Secundùm Leges testamẽtum non videlicet, nisi habeat subscriptionem septem testium, secundùm Canones sufficit, si corã præsbytero,& aliis testibus duobus aut tribus fiat vt de test.cap. cum esset.

11 ¶Secundùm Leges si testator legauerit rem alienam, hæres cogitur soluere, secundùm Canones secus, de test.filius.in glo.ij.

12 ¶Secundùm Leges non tenetur hæres de delicto defuncti, nisi inquantum ad ipsum peruenit de ipso delicto, secundùm Canones tenetur, licèt nihil ad ipsum peruenit, etiam quàmuis lis nõ fuerit contest.de sepul.cap. fin.

13 ¶Secundùm Leges, qui non habent continuam causam ad præscribendum, requirunt duplicatũ tempus, secundùm Canones secus, vt de eã pos.& propriæ, cum eccclesia, in glo.circa prin.

14 ¶Secundùm Leges præsumitur, ꝙ mulier mecum habitans sit mea vxor, secus secundùm Canones. de præsumpti. ca. illud.in glo. sed quæritur.

15 ¶Secundùm Leges iudex datus vt cognoscat de ꝓprietate non potest cognoscere de possessorio.C.si à non compe.iud.l. si proprietate, secundùm Canones cognoscit etiam de illa. de causa possi.pastoralis, in glo.ij.& antepe.de sequestra.c.ij.Et intellige, vt no.ibidem per Ber.vel dic, si hoc non placet, ꝙ priuatorum cõsensus possunt constituere quem, aliàs aliquem iudicem qui ꝑsit iurisdictioni, secundùm Canones non, nisi de consensu sui episcopi. de foro compe. c. significasti.

16 ¶Secundùm Leges qui offert se liti condemnatur, ac si possideret, secundùm Cano.non: vt lit.pen.c.ecclesia.j. in glo fin.

17 ¶Secundùm Leges in causa appellationis noui testes super eisdem capitulis recipi possunt, secundùm Canones non, de testi. fraternitatem in glo.pen.& eod.titu.in cle. de testi.

18 ¶Secundùm Leges non admittitur quis ad possessionem, nisi ex toto renunciauerit iudicio proprietatis, secundùm Canones secus, de testi.significauerunt,& de caus.pos.

19 ¶Secundùm Leges bonum est aliquid facere ad ostensionẽ virium, secus secundùm Canones.de tornea. c.j.

20 ¶†Secundùm Leges non possunt committi, quæ sunt meri imperii, secus secundùm Canones, de offi.ordi.ꝙ seden.ap.in glos. penul.de rap.in archiepiscopatu.in glo. fin.

21 ¶Secundùm Leges possessor malę fidei spatio triũ, vel quatuor annorum præscribit, secus secundùm Canones. de præscri. vigilanti.in j.glo.de re iudi.possessor.lib.6.

22 ¶Secundùm Leges instantia iudicij perit lapsu triennij, secus secundùm Canones, de iudi.c.penul.

23 ¶Secundùm Leges ad imperatorem nõ potest appellari omisso medio, secundùm Canones secus, de appel. si duobus. in glo.

24 ¶Secundùm Leges differentia est inter æconomum, procuratorem,& syndicum, secundùm Canones omnes hi comprehenduntur sub procuratore, de procu.petitioni.in glo.iij.

25 ¶Secundùm Leges concipitur sententia in personam procuratoris, quandoque in personam domini, vel contra eum qui producit, secus secundùm Canones, de proba.licet, in glo. penul. de elect.querelam.in glo.iij.

26 ¶Secundùm Leges patre volente tenetur filia recipere maritũ, nisi ei dare pater voluerit turpem moribus suis indignum, secus secundùm Canones: quia secundùm eos eam compellere non potest, de despon.impu.cap.j.in glo.j.

27 ¶Secundùm Leges Mulier admittitur in testimonium in causa criminali, secundùm Canones non. de verbo.signi.c.forus.in glo.hæc intellige.

¶Secundùm

Source : BIU Cujas

Balua.bono.De differen.legum & canonum.

28 ¶Secundùm Leges arræ dantur pro ſponſalibus perficiẽdis, ſecundùm Canones non.de ſpon.Gemma.j.glo.fi.

29 ¶Secundùm Leges teſtes inuiti ſunt cogendi, ſecundùm Canones nõ,niſi ſit timor partis aduerſæ:vt ſi ſe odio,gratia,vel timore ſubtraxerint,de teſti.cogen.c.ſuper eo. in fin. & c. pen.

30 ¶Secundùm Leges ſi vnus primò percuſſit & vulnerauit, & alter occiderit,primus non tenetur niſi de percuſſione & vulnere,ſecundus tenetur de occiſione,ſecundùm Cano. de homi. ſignificaſti.ij.in glo.tandem.

31 ¶†Secundùm Leges lata interlocutoria ſuper exceptione poterit appellari,ſecundũ Canones poterit appellationi deferri vſq; ad euentũ negotij principalis,de appel.in c.fi.in gl.,p emp.in cle.

32 ¶Secundùm Leges in ordinarium non poteſt compromitti,ſecus ſecundùm Canones,de arbi.cum tempore.ij.q.vj.§.quod de arbi.in glo.ij.

33 ¶Secundùm Leges cum agitur de computatione graduum in linea æquali,quoto gradu quis diſtat à ſtipite,toto duplicato diſtant inter ſe,& ſibi attinent,ſecundùm Canones ſimpliciter & nõ duplicatio,vt in arbore cõſanguinitatis, ver. nũc vidẽdũ eſt.

34 ¶Secundùm Leges in linea æquali quot ſunt perſonæ dempto ſtipite,tot ſunt gradus, ſecundùm Canones verò quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite,toto diſtant inter ſe : vt in eadem arbore.ver.nunc videndum eſt.

35 ¶Secundùm Leges affinitas contrahitur ex legitimis nuptiis, ſecundùm Canones ex omni coitu, vt in arbore cõſanguinitatis, in princip.& idem eſt de conſanguinitate,de proba.ca. per tuas.

36 ¶Secundùm Leges non poteſt fieri denominatio, ſiue denuntiatio,niſi ſuper quibuſdam criminibus,vt no.in glo.iiij.c. vt noſtrum.titu.vt eccleſiaſtica beneficia, ſecundùm Canones ſuper omnibus criminibus ij.q.j.ſi peccauerit.de iudi. nouit iiij.q.iiij.§. aliquando.Eſt & tex.de teſti.c.fi.ſuper verbo accuſatore, vel ſic appellans fruſtratoriè punitur duabus libris argenti in ciuilib. ſm Canones in expen.ij.q.vj.omnimodo.in gl.j. & C. quorũ appel.non reci.l.ab executore,& extra eodem,reprehenſibilis.

37 ¶Secũdùm Leges non valet citatio, niſi aſſignetur terminus.ff. de verb obli.l.ita ſtipulatus ſecundùm Pet. de Bellaperti. ſecundùm Canones ſecus,de appel.cum parati.in fine.

38 ¶Secundùm Lèges non omnia crimina ſunt publica: ſed quæ publicam infamiam irrogant,ſicut adulteria,homicidia & ſimilia,ſm Canones omne crimen cenſetur publicum. de colluſione detegenda c.j.in gl.pen.ij.q.ij.in l.omnibus.de iu.nouit.

39 ¶Secundùm Leges mulier ſi infra tempus luctus nupſerit, incurrit infamiam,ſecundùm Canones non,de ſecun.nupt.ca. fin.

¶Secundùm Leges cauſa religionis debent coniugia diſſolui, ſecundùm Canones non.

40 ¶Secundùm Canones non poſſunt parentes denegare ſpurijs alimenta,ſecus ſecũdùm Leges,vt qui filij ſunt legitimi. ver. venerabilem,in fin.& de eo qui dux.in matri. cum haberet. in glo.

41 ¶Secundùm Leges infamis poteſt eſſe procurator, ſecundùm Canones non,de iura.calum.imperator, in glo.

42 ¶Secundùm Leges vſuræ permittuntur, ſecundùm Canones non.de vſur.c.iij.

43 ¶Secundùm Leges raptor cum rapta matrimonium contrahere non poteſt,ſecundùm Canones contrahere poteſt,de rap.ca. vltim.de hære. cum ſecundùm Leges.lib.vj.

44 Stuprãs virginem relegatur & verberatur: ſi tamen per vim hoc facit,capite punitur ſecundùm Leges,ſecundùm Canones recipiet in vxorem eam,aut verberabitur, & poſtea detrudetur excommunicatus in monaſterium,de adulte.c.ij.

45 ¶Secundùm Leges,concubitus eſt licitus, ſecundùm Canones non.xxij.quæſt.iiij.nemo.in glo.fin.de appel.c. de priori.

46 ¶Secundùm Leges delegatus ab ordinario non poteſt ſententiam executioni demandare,ſecus ſecundùm Canones,de foro compe.ſi quis.in glo.penul.

47 ¶Secundùm Leges iuriſdictio non perpetuatur, niſi per lit.cõteſt.ſecundùm Canones per ſolam citationem.de offic. delega. gratum.& c. relatum.

48 ¶Secundùm Leges arbiter, qui cognouit de cauſis ſuſpicionis illa probata etiam cognoſcit de cauſa principali, ſecus ſecundũ Canones,de offi.deleg.ſuſpicionis.

49 ¶Secundùm Leges mulier auditur contra alienationem rei do talis etiam iurata,ſecundùm Canones non. de iureiurand. cum contingat.iij. q.ij.

50 ¶Secundum Leges filius non conqueritur de patre in cauſa criminali vel ciuili,niſi de caſtrenſi peculio, ſecundùm Canones conqueritur de vtraque.ij.q.vij.quæritur.

51 ¶Secundùm Leges ludere cauſa conuiuij poſſumus,ſecundùm Canones non,de excep.præla.cum inter.in glo. iiij. & xx. diſtinctione. commeſſationes. & c. non debet.

52 ¶Secundùm Leges induciæ dilatoriæ xxx.dierum dari debent. iij.q.tertia.c. offeratur. ſecundùm Canones eſt arbitrarium, de procura.dilectus.in glo.fin.

53 ¶Secundùm Leges delegatus habet ſportulas, ſcilicet duos aureos in prin.& duos in fin. ſecundùm Canones nihil datur. de reſcrip.ſtatutum.lib.vj.de vi,& hone.cle.cum ab omni.

54 ¶Secundùm leges fẽmina non poteſt arbitrarî, ſecundùm Canones poteſt,hoc verum,ſi eſt conſuetudo.de arbi.c.cũ dile.&c.

55 ¶Secundùm Leges epiſcopalis dignitas tantùm liberat a patria poteſtate, ſecundùm Canones tunc etiam ſubdiaconatus liberat.de ęta.& quali.iudiciorum.qui filii ſint legiti.per venerabilẽ, circa prin.de ſen.excomm.cum voluntate.

56 ¶Secundùm Leges hęres filius,non autem impubes hereditatis patris priuatus reſeruatur ſibi legitima portio: ſecundùm Canones non reſeruatur,de teſta.ſi hęredes.

57 ¶Secundùm leges mulier non poteſt eſſe procuratrix,ſecundũ Canones poteſt. de confir.vti.vel inuti.cum dilecta, in gloſſ.ſic agitur.

58 ¶Secundùm Leges ſi tres ſunt arbitri,& tertius legitimè requiſitus non curauit intereſſe, alii non poſſunt diffinire, ſecundùm Canones ſic.de arbi.c.fi.lib.6.

59 ¶Secundùm Leges pęna mortis,vel ſanguinis infligitur, ſecundum Canones non,de rap.c.in archiepiſcopatu.& ibi text.inuenies ſcilicet morte moriantur,de fur.c.1.& de homi.c.j. Expone moriantur.i.excommunicentur, nec obſtat ver. de latronibus, quia mors alia ſpiritualis,vt in criminoſis,alia ciuilis : vt contra ſecularis, alia effectualis,alia naturalis, alia ęternalis, per Arch. 4.q.7.placuit. Sed qd ſit mors,& quomodo infligit mors. Eſt.n. alia acerba,alia matura, alia immatura. vide.c.preſenti.de preb. ſecundùm Arch. & Io.And.in nouel. lib.6. & de pœ.diſt.2.valida.per Archi,

60 ¶Secundùm Cano.abſens ex iuſta cauſa auditur & retractatur, quicquid contra eum factum eſt, ſecundùm Leges verò diſtinguẽdum eſt, an ex cauſa neceſſaria & probabili ſimul,an ex cauſa neceſſaria tantùm,aut probabili tantùm, vide.2.q.6. biduum. in gloſſ.&c.

61 ¶Secundùm Leges extinguitur pronunciatum per appellationem,ſecundùm Canones ſuſpenditur.

62 ¶Secundùm leges poſteriores reuocant primas leges non ſic in diuinis de conſe.diſt.3.celebritatem.in gl.in legibus, ſed non eſt propria differentia quò ad cano. immo idem de conſtit.capit.1. lib.6.

63 ¶Secundùm Leges non eſt infamis, qui mortale peccatum cõmittit,ſecũdùm Canones ſic,in preallega.c.celebritatem,& hoc intellige,vt no.in c.omnes,& c.illi qui.6.q.2

253 *Metalli pœnæ de iure ciuili imponuntur, sed non de iure cano. Carceris pœna loco damnationis in metallum succedit.*
254 *Iustitia publicæ honestatis inducitur, vt non possit matrimonium contrahi de iure canonico, quando quis puellam septennem cognoscere tentauit.*
255 *Mora quando de iure ciuili, & quando de iure canonico contrabatur.*
256 *Fornicatio de iure ciuili non prohibetur, sed de iure cano. secus.*
257 *Macrimonium dissoluitur de iure ciuili alio monasterium intrante, secus de iure canoni.*
258 *Matrimonium inter consobrinos de iure ciuili contrahi potest, secus de iure canonico.*
259 *Patria potestas quando de iure ciuili, & quando de iure canonico soluatur.*
260 *Maritus de iure ciuili vxorem verberare non potest, & quid de iure canonico.*
261 *Vxor de iure canonico sine viro, nec econtra continentiam vouere potest sine alterius coniugis licentia, quid de iure canonico.*
262 *Exceptionem peremptoriam proponens & in probatione deficiens in expensis de iure canonico condemnatur, & quid de iure ciuili.*
263 *Incestus & adulterij pœna quæsit de iure ciuili, & quæ de iure cano.*
264 *Patibulo suspensi an & quando tam iure ciuili, quàm canonico ecclesiastica tradantur sepulturæ.*
265 *Pœna an quadruplum excedat.*
267 *Fur est de iure canonico, qui causa furandi hostium intrat, de iure ciuili secus.*
268 *Promittens dare sub pœna, si quid dare omittat, an ad totam pœnam teneatur.*
269 *Furem an teneamur indicare.*
270 *Transactio super quibus criminibus tam de iure canonico quàm ciuili fieri possit.*
271 *Matrimonium inter cohabitantes, vt vir & vxor, de iure ciuili præsumitur, de iure canonico secus.*
272 *In matrimonio pœnæ promissio de iure ciuili valet, secus de iure cano.*
273 *Liti se offerens quomodo condemnetur.*
274 *Consanguinitas quomodo probetur.*
275 *Sententia matrimonialis de iure canonico sine scriptis ferri potest, secus de iure ciuili.*
276 *Testi vni an & quando credatur.*
277 *Abbas in causa monasterij quomodo de calumnia iuret.*
278 *Testes de iure ciuili magis absolutè compelluntur testificari, quàm de iure canonico.*
279 *Frater quando fratrem accusare possit.*
280 *Sequestratio quando fiat tam de iure ciuili, quàm canonico.*
281 *Sententia diffinit. an sine litis contest. feratur.*
282 *Clericus an possit consentire litigare coram alio iudice ecclesiastico.*
283 *Contrahens in aliquo loco an a iudice illius loci citari possit.*
284 *Clerici parisini coram quo conueniantur.*
285 *Cõueniri quis potest coram diuersis iudicibus pluribus & diuersis actionibus personalibus de iure ciuili, secus de iure canonico.*
286 *Filius fami. an sine patris consensu in iudicio esse possit.*
287 *Prorogatio iurisdictionis de persona in personam iurisdictionem habentem de iure ciuili fieri potest, de iure cano. secus.*
288 *Parentes in contrahendo & dirimendo matrimonium de iure canonico testes esse possunt, secus de iure ciuili.*
289 *Delegari quæ non possint de iure ciuili.*
290 *Ordinarius causas modicas de iure ciui. ex iusta causa delegat, de iure verò canoni. sine causa.*
291 *Testes in criminali de iure cano. non compelluntur, & quid de iure ciuili.*
292 *Positio negatiua de iure ciuili non sit, secus de iure canoni.*
293 *Minor in causa spirituali procuratorem constituit, secus de iure ciuili.*
294 *Testes senes & valetudinarij ob peccatum de iure canonico testificari cõpelluntur, secus de iure ciuili.*
295 *Recusatio iudicis quando fieri debeat tam de iure canonico, quàm ciuili.*
296 *Rescripta quantum durent de iure cano. & ciuili, & inf. nu. 328.*
297 *Inducia deliberatoriæ an tollantur per citationem præcedentem tam de iure canoni. quàm ciuili.*
298 *Rescissoria an detur postliminio reuertentibus de iure cano. & ciuili.*
299 *Furtum de iure canoni. pro omni vsurpatione accipitur.*
300 *Aetas virilis quæ sit de iure canonico, & quæ de iure ciuili.*
301 *Ecclesia an lucratur pretium mentis rem ecclesiæ in casu non concesso a iure.*
302 *Concubinæ clericorum an seruæ efficiantur.*
303 *Libellus, per quem petitur rescindi contractus ob deceptionem vltra dimidiam iusti pretij, quomodo formari debeat.*
304 *Precaria de iure cano. inuenitur.*
305 *Remissio mercedis ob sterilitatem quando fiat.*
306 *Emphytheuta cessans per biennium soluere an moram purgare possit.*
307 *Vasallus de iure ciuili de feudo etiam pro anima disponere non potest, sed de iure cano. potest.*
308 *Calices & alia ad vsum diuinum deputata quando pignorari possint.*
309 *Vxor an sit in potestate patris vel mariti.*
310 *Iudex datus in petitorio de iure ciuili de possessorio cognoscere non potest, secus de iure canonico.*

311 *Ca-*

Source : BIU Cujas

311 *Capitis diminutio quomodo accipiatur.*
312 *Legati principum & Papæ de rebus principis viuere debent.*
313 *Libellus accusatorius nomen imperatoris, vel Papæ habere debet.*
314 *Libellus plures actiones diuersas continens an admittatur.*
315 *Viturarius cedens bonis non gaudet priuilegio cedentium.*
316 *Venditor de iure ciuili rem præcisè tradere non tenetur, de iure canonico secus.*
317 *Ludere de iure ciuili conuiuij causa licitum est, secus de iure canonico.*
318 *Testes de iure ciuili post conclusum in causa produci possunt nisi aperti sint alij testes, secus de iure canonico.*
319 *Probationes aduersario subtrahens quomodo puniatur.*
320 *Damnatus de crimine an super innocentia perpetuò audiatur.*
321 *Rescripta per mendacium & subreptionem impetrãs quomodo puniatur.*
322 *Ordinans de iure ciuili ab ordinato aliquid recipere potest, sed de iure canonico non.*
323 *Præsbyter nunquid a patria potestate liberatus sit.*
324 *Scriptura in lapide de iure ciuili an faciat fidem, & quid de iure cano.*
325 *Carcerem priuatum exercens quomodo de iure ciuili, & quomodo de iure canonico puniatur.*
326 *Possessio quomodo acquiratur, & quomodo amittatur tam de iure canonico, quàm ciuili.*
327 *Iudex vel potestas an puniant iniuriantes eum, vel eius officiales, & quo modo tam de iure ciuili, quàm canonico.*
329 *Recusatio iudicis quando fieri debeat tam de iure cano. quàm ciuili.*
330 *Pubertati proximus quis dicatur de iure canonico, & iure ciuili.*
331 *Procuratores plures constituti qualiter tam de iure canonico, quã de iure ciuili vbi agere possint.*
332 *Procurator de iure ciuili de calumnia non iurat, & quid de iure canonico.*
333 *Procurator an & quando de iure ciuili & quando de iure canonico transigere possit.*
334 *Medicina inter alimenta de iure ciuili non computatur, & quid de iure canonico.*
335 *Nunciatio noui operis si fiat super opere, nunciatus quam electionem habeat tam de iure ciuili, quàm de iure canonico.*
336 *Transactio an super matrimonio fieri possit.*
337 *Compromissum de re spirituali an & quando tam de iure canonico quàm ciuili in laicum fieri possit.*
338 *Iurans statuta seruare, an futura seruare teneatur.*
339 *Iuramentum in defectum probationis actori in causa criminali de iure cano. non defertur, & quid de iure ciuili.*
340 *Hypotheca tacita quando tam de iure ciuili, quàm cano. inducatur.*
341 *Interrogationes in iudicio quomodo & quando fieri debeant.*
342 *Interruptio præscriptionis per quantum tempus perpetuetur.*
343 *Instrumentorum quomodo de iure cano. & quo de iure ciuili probetur.*
344 *Imperator a quo iurisdictionem habeat.*
345 *Hæretici per quem iudicem puniantur.*
346 *Hæres nunquid ex dolo & delicto defuncti teneatur.*
347 *Diuortium an fieri debeat.*
348 *Actio nunquid in libello sit inserenda de iure ciuili, & quid de iure canonico.*
349 *Casus fortuiti quomodo probentur.*
350 *Appellari potest de iure canoni. a momentanea possessione, de iure ciuili secus.*
351 *Appellans de iure ciuili ad fatalia tantum arctatur, & ad quid de iure canonico arctetur.*
352 *Libellus in appellatione de iure ciuili requiritur, & quid de iure canonico.*
353 *Actio pignoratia an sit in rem, vel in personam.*
354 *Consuetudo an valeat de non præstando in iudicio per partes calumniæ iuramentum.*
355 *Consuetudo an iuramentum calumniæ aduocati tollere possit. Aduocati calumniari sciunt.*
356 *Princeps an alicui concedere possit, vt in causa sua non iuretur.*

1 

Prima differentia est inter ius canonicum & ciuile: † nam de iure ciuili criminosus nõ repellitur, nisi sit conuictus, & condemnatus. l. qui accusare. ff. de accus. de iure canonico satis est, ꝙ sit conuictus, vel possit conuinci nunc de crimine. c. cum dilectus infra eod. cap. super eo. de testib. capit j. de excep.

2 ¶ † Secunda differentia. Infamis in famia facti non repellitur ab accusatione de iure ciuili, secundum Barto. in l. qui accusare. ff. eo. & hic per Imo. de iure verò canonico secus. cap. cum in tua. de sponsa. cap. quærendum. 2. q. 7.

3 ¶ † Tertia differentia, de iure ciui. inimicus non repellitur ab accusatione, vt sentit glo. in d. l. qui accusare. Secus de iure canonico. cap. repellantur. cap. meminimus. de accusat.

4 ¶ † Quarta dria. Nã inquisitio est remediũ ordinarium, vt iure cano. Sed de iur. ciuili est extraordinarium, vt per Abb. in rubri. de iudi. doc. in c. qualiter. el 2. de accusa. Bart. in l. 2. §. si publico. & in l. si maritus. §. sin autem extraneus. ff. de adulte.

5 ¶ † Quinta differentia, secundum Abb. in cap. inquisitionis. in j. notabili, de accus. vbi de iure canoni. mitius punitur conuictus de crimine per viam inquisitionis, quàm ꝑ viam accusationis. d. c. qualiter. & c. super his. de accusa. de iure verò ciuili non reperitur hæc differentia in modo procedendi in impositione pœnarum, nã par pœna imponitur. l. 4. C. de sepul. vio. facit. l. ordo.

6 ff. de pub. iud. & ibi etiam ponit aliam differentiam † dum dicit, quòd condemnatus de crimine per viam inquisitionis non est infamis. Secus de iure ciui. & sic saltem de iure canonico procedit glo. in l. iij. §. præterea. de suspe. tuto. & sic concorda opinio. Bart. in l. infamen. de pub. iud. vt ibi per Abb.

7 ¶ † Sexta differentia. Nam maritus ꝓtest accusare vxorem de adulterio, vt est tex. & ibi Bal. & alij in l. i. C. de adul. & Angel. in l. nuptura. ff. eo. & in l. si vxor. §. si iudex. eod. tit. quia per vxorem fit iniuria viro, non econtra, secundum Cyn. & Saly. in dict. l. j. & Ang. Are. in tracta. maleficiorum. car. quinquagesima, in 3. col. Non tamen vxor potest accusare maritum tenẽtem amasiam, nec amasiam ad criminalem punitionem. d. l. j. & ibi Bal. qui dicit verum, quò ad pœnam legis Iuliæ: tñ potest accusari ex capite generali iniuriarum, quia verũ est, ꝙ iniuriam patitur matrimoniũ violatũ, licet gl. in d. l. j. videatur innuere ꝯrium. Nã per

8 maritum non potest violari thorus: † potest tñ mulier accusare virum ciuiliter, vt separetur thorus, & vt ꝓdat donationem ꝓp nuptias. l. consensu. C. de repudijs. Tum de iure canonico secus est: quia vir & vxor non iudicantur ad imparia, vt est tex. in cap. nemo sibi blãdiatur. 32. q. 4. & Ioan. de Imo. in c. vt clericorũ. de vi. & hone. cle. & do. Abb. & doc. in c. j. in prin. vt lit. non conte. in c. tuæ. de procu. in c. quemadmodum. in 4. not. de iureiuran.

9 ¶ † Septima dria. Nam iure ciuili agitur de adulterio ad pœnam corporalem imponendã. insti. de pu. iud. in §. item l. Iulia. & C. de adul. l. quamuis. & auth. ibi posita. Sed iure canonico agitur tantum ad separationem thori, & ad lucrum dotis, vel donationis propter nuptias. c. tuæ. de procu. no. in d. l. consensu. de rep.

10 ¶ † Octaua differentia, maritus iure ciuili excluditur ab accusatione adulterij per spacium quinquẽnij. l. miles. §. adulterij. ff. de adult. Sed iure canonico non excluditur, quo ad separationem thori. c. admonere. 33. quæst. 2.

11 ¶ † Nona differentia, iure ciuili. l. tollit episcopo cohabitationẽ cuiuslibet mulieris. C. de epis. & cle. auth. episcopo. iure cano. solum prohibetur habere suspectas. c. interdixit. 32. dist. & per consequens matrem, vel sororem non suspectam potest habere ep̃s in sua cohabitatione ſm Abb. in repeti. d. c. cum esses, cui iuri canonico est standum in vtroque foro ſm Abb. ibi, & vide Arch. & do. in c. quorundam 34. dist. & in d. c. interdixit, & Hostien. in summa de cohabit. clerico. & mu. §. j. cum ibi allegatis.

12 ¶ † Decima differentia, de iure ciuili. l. j. C. de rap. virg. priuat mulierem bonis raptoris, quæ. l. dederat ei in pœnam. si ꝓhat matrimonium cum raptore. Tamen de iure canonico talis. l. non tenet, secundum Abb. quia intimidatur mulier ad ꝓhendum matrimonium permissum ei l. diuina. & canonica, vt est text. & ibi Abb. in c. cum cãm. de raptoribus. in 2. col. & in c. j. in j. colum. de sponsa. & Lud. in rub. ff. solu. matr. & in gl. in c. de puellis. 36. q. 2. Sed gl. in c. cum ſm. in verbo, certo casu. de hær. in 6. & ibi Ioan. And. & Domi. dicunt, in terris imperij seruatur. l. ciuilis, & Do. in c. placuit. in 3 col. 32. di. & Abb. in repeti. ca. per tuas. in 11. col. de arbi. D. Anto. in d. cap. j. & Salyc. plenè in d. l j. C. de rap. virg. &

13 Io. de Ana. in d. c. cum causam. in 5. col. † & dixit Dominicus in d. c. cum ſm. in fine principij, ꝙ leges disponentes, ꝙ aliqui non ꝓhant matrimonium, ligant ꝓhentes in terris, quæ sunt de tpali iurisdictione ecclesiæ, qñ pœna cõsistit in his, quæ erant sibi cõcessa ex beneficio iuris ciuilis. & hæc opinio vr̃ satis ęqua, maximè quia tex. d. c. cum ſm. vr̃ approbare. d. l. primã, ẽt quò ad istos terminos. Adde tñ, ꝙ opinio Abbatis faciliter põt sustineri: qa dato, ꝙ lex auferat luerum, qđ ipsa dedit, tñ numq̃ negari poterit, quin auferendo certo casu illud luerum intimidetur matrimonium, quo concesso statim sequitur nullitas legis in vtroq; foro. c. cum cãm. de raptoribus. item quia nõ vr̃ lex honesta puniens raptorem dicto casu, attento, ꝙ mulier rapta inueniet cũ difficultate aliũ maritum, postq̃ eius fama est denigrata, & ideo nubendo raptori vr̃ potius consulere honori suo. vnde faciẽdo hoc l. diuina & canonica permittente non debet puniri, & iustè tenet illa bona raptoris, cum illa pœna fuerit imposita rationabiliter in odium raptoris, & bona mulieri collata non debẽt ei tolli, vel auferri prætextu dictæ conditionis, quæ tanq̃ impeditiua matrimonij reijcitur, & dispositio remanet pura, sicut in simili dicitur in §. sed hoc præsenti in̄ auth. de san. epis. & gl. in cap. in præsentia. de prob. & ad dictum c. 2. respondeo, ꝙ fit mentio de lege seculari non dispositiuè, sed enuntiatiuè, ergo &c.

14 ¶ † Vndecima dria, de iure ciuili. ll. requiruntur instrumẽta dotalia in matrimonio ꝯcto ob legitimationem prolis. l. 3. C. de naturalibus, tñ de iure canonico non sunt necessaria, secũdum D. Ant. & Abb. in c. j. de spon. & in c. tanta. qui fi. si. legi. & Angel. in consilio 29. incipit, Titius, & pariformiter nõ valet statutum

puniens

puniens ꝯhentem matrimonium cũ hominibus alterius ſectę, vel ciuitatis, ſm Bal.in l.nemini.C.de nuptijs, licet Bar.& Ange. aliter in l.adijcibus.C.de murilegulis, libr.11. & Bald. in l.j.§.ius naturale.de iuſti.& iu.& in c.clerici.de iudicijs. & Card.in capit. Gemma.de ſpon.& Lu.in rubr.ſol.matri.in 7.colum.motus per cap.ſuper eo.de cognat.ſpirituali, iuncto capit.j. eodem titu.

15 ¶ †Duodecima differentia, licet iure ciuili vendens rẽ duobus, ille præferatur, cui primò eſt tradita res, licet ſuus ꝯctus ſit vltimus, vt eſt tex.in l.quotiens.C.de rei vendi.tñ ſm Hoſt. & Ioan. And.in c.continebatur.de his quæ fi. a præla. non habet locum de iure cano.qñ vẽditio eſt facta per clericum, vel eccleſiam, & de illo dicto facit feſtum Imo.in clemen.j. in princ. de reuun.& Lud.de Ro.in auth.ſimiliter. in 9.col.C.ad l.Fal.& in ꝯſi.70.quia clerici & eccleſia non dñt fraudare aliquos in ſuis ꝯctibus,& illud dictum extendit notabiliter Lud.in conſilijs ſuis, ꝯſi.298.incip.circa præmiſſa ad ꝯctus principum,& ſic reſtringit. d.l.quotiens.quia in prin. militant rõnes, quæ in eccleſia & clerico ſm ipſum. Tu verò adde, ꝙ Ant. & Abb.tenent ꝯ Hoſt. & Io. And. videlicet, ꝙ l.quotiens.habeat locum indiſtinctè, etiam ſi clericus vendat, per ca.j. de no.ope.nun.licet ſaluent dictum Hoſt.in duobus caſibus, vt ibi p̃ do.Ant.& Imo.in alienatione fienda in eccleſia, in qua tranſit dñium ſine traditione.l.fi.C.de ſac.ſan.eccle.& licet videatur loqui, qñ a priuato in eccleſiã fit alienatio, ſecus ſm dñm Ant. qñ ab vna eccleſia in aliam eccleſiã fit alienatio, ſed forte ſm Imo.in d.c.continebatur, non eſt verum, ex quo reperitur vtraq; eccleſia priuilegiata. ideo vr̃, ꝙ tunc vtatur iure cõi.l.traditionibus.C.de pac.& maximè, quia.d.l. fi.ex exorbitans a iure cõi, ergo nõ extendenda, vt in regula, quæ a iur. de
16 reg.iu.†& ꝙ d.l.quotiens.habeat locũ in ꝯhibus clericorũ, tenet Pet.de Anch.in d. c.continebatur.& Imo. qui dicit tenendũ mẽ ti dictum Io.And.& Hoſt.quia eorum auctoritas non eſt modi ca in practica,& præcipuè in foro eccleſiaſtico:& ſi dicatur, con ſtitutio legalis non poteſt ligare clericum vel eccleſiã; ꝙa illud non hẽt locum in legibus imperialibus, vt not.doc.in c.j.de no. ope.nun.& dixi. ſ̃.in euidentialibus. Sed tu adde pro intellectu. d.l.quotiens. ꝙ Bal.in c.ſi facta. ſi de feudo fuerit cõtrouerſia, & Lud.in titu.de emptio. & venditio. in ſuis ſingularibus referunt Iaco.de Arena.in d.l.quotiens.dicere, ꝙ ſi non cõſtat, cui prius fuerit tradita res, præſumitur tradita primo emptori tanq̃ iuſtio ri, ꝙ eſt verũ, qñ vterq; probat de numeratione precij, aliàs præſumo prius tradita illi, ꝙ numerauit pretium, ſm Bal.in d.§.ſi facta per notata in §.venditę.inſt.de empt.& ibi dicit ita conſuluiſ ſe, & illud dictum Iac.de Arena magnificat Bal. in c. licet cãm. de proba.& conſi.412.incipit, cõſiderandũ, & in l. poſt ſentẽtiã. C.de ſen.& in l.ſi duobus.ff.de publi.& in ca.cæterùm.de reſcrip.

17 † vbi ꝙ qñ duo ſunt pares in præſentatione literarum attenditur prioritas datæ per illud dictum Ia.de Aren.& qñ habeat locum d.l.quotiens,& an habeat locum in eccleſia, vel pauperibus, vide Bal.in d.l.ſi duobus.& in d.l.fi.de ſac.ſan.eccl. & an habeat lo cum in traditione, quæ fit p̃ conſtitutum, vide Abb.in conſi.91. inci.poſtulato.qui declarat. d.l.quotiens. & Bal.in rub.de ꝯhen. emp.in 16.q.& an habeat locum in duabus locationib.vide plenè per D.de Ro.in anti.deci.deciſione 879. & an habeat locũ in duobus cedenti, vide Bal.in l.ſi debi.de diſtrac.pig. & in l.2.C.de noua.Ang.Are.inſti.de act.§.in bonę fidei, & in §. actionũ.in 5. car.& an habeat locum in matrimonijs, vide gl. & doc.in c.fi.de ſponſ.duorum. Et quid in feudo, vide Bal.in d.c.ſi facta, & omnino in tractatu cautelarum Copollæ, cautela.176.vbi plenè.

18 ¶ † Tertiadecima differentia, iure canonico ſi quis fuit ſpoliatus omnibus bonis ſuis, vel maiori parte bonorũ, poteſt opponere exceptionem expoliationis, nedum ſpolianti, ſed tertio, donec ſit reſtitutus,& non poteſt conueniri ciuiliter, vel criminaliter, vt eſt tex.in c.j.de reſti.ſpo.lib.6. Secus de iure ciuili: quia nihilominus poteſt conueniri a tertio, nec poteſt opponere exceptionem ſpoliationis, caſus eſt notabilis, quem ibi ponderat. Bar.in l.ſi te.C.de iure deli. Sed adde, quòd Matthęus de Mathe ſila.in notabilibus, notabili 196.dicit, quòd Bar. non bene dixit, quia illud ca.j.bene permittit opponi ſpoliationis exceptionem factæ a tertio, quando reus criminaliter accuſatur, nõ autem qñ ciuiliter, quòd dixit bene eſſe notandum, & ſic vult, nõ eſſe differentiam inter ius canonicum, & ius ciuile, quando conuenitur ciuiliter:& adde, quòd do.Saluſtius Peruſinus in ſuo reperto rio in verbo, ſpoliati, dicit dictum Bar. eſſe notabile pro exititijs Peruſinis, vt non poſſint conueniri a ſuis creditoribus, & coacti ſoluere per ciuitatem fiſco non propterea liberentur, de quo p̃ Bar.in l.creditor.ff.de ſolut.& tenet Saluſtius, quòd c.j. loquatur in criminali, allegat tamen Bar.in diſputa. Lapuſ. & in l.ſi quis a ſe fundum.C.ad l.Iul.de vi. ſubdit tamẽ, quòd do.Ant. per illum text in cap.olim.el 2.de reſti.ſpo. dicit idem in ciuili, vbi inopia impedit executionem, non tamen actionem, vt ibi, ſecundùm doc.de hoc vide Petrum de Anch. in cap. ex parte. S.de reſcrip. & Do.de Rota in antiquis deciſionibus, deciſione 884. & in nouis deciſionibus, deciſione 444. fuit dubitatum.

19 ¶ † Decimaquarta differentia, de iure canonico prouincia dicitur, quæ habet vnum Archiepiſcopum, & decem epiſcopos.7. q.3.cap.2. Sed de iure ciuili aliter limitatur prouincia in l.fi.C.de præſcrip.long.temporis, vbi gl. ſingularis dicit, ꝙ cum hodie ſin gulæ ciuitates habeant ſua regimina, quælibet ciuitas poteſt dici prouincia, & ſic qui eſt in ciuitate, eſt in prouincia, aliàs extra.
20 d. l. fin. † Et ideo ſi conſtitutio eſt edita a iure canonico faciens mentionem de prouincia debet intelligi, prout ius canonicum intelligit. Aut a iure ciuili, & debet intelligi, prout a iure ciuili, ſm Ioan.de Ana.& do.meum An.Bar.in c.ſicut.de accuſa.ſicut in ſimili dicit Bal.in l.ſi nondum.C.de furtis, de ſacrilegio, & in l.2.C.de ſucceſ.edicto.quando fit mentio de gradibus, & Bal.in
21 l.ſi quando.C.de inof.teſt.& l.j.C.qui bonis ce.poſſunt. ¶ †Quintadecima differentia, de iure ciuili regulariter non tenetur quis obuiare delicto, niſi delinquens ſit ſubiectus, vt ſeruus, & filius, vt no.glo.in l.culpa caret.de reg.iuris, & Bart.in l.vtrum.ff.de paricidijs, nam filius tenetur, ſi non reuellat patri, ꝙ alius cũ velit offendere.l.2.ff.de paricidijs, & idem in alijs ſubiectis, vt p̃ Abb. in c.j.de offi.deleg.& Dyn.in regu.non eſt ſine culpa de reg. iur. in 6.& alios caſus ponit Barto.in d.l.vtrum.& Aretinus in tract. maleficiorum, carta.54.in 2.colum.& Bald. conſilio 636. quãq̃, vbi refert propter opin.Barto. ſeruatam in pratica animam Bar. damnatam, & deplorat mortem cuiuſdam militis de Florentia, qui propter opi.Bar.fuit decapitatus. Sed, de iure canonico com muniter tenetur, qd̃ no.glo.in c.j.de offic.dele. ꝙ indiſtinctè qui libet etiam extraneus tenetur obuiare delicto, & facit.c.dilecto. de ſent.exc.in 6.vbi dicitur, ꝙ non caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui manifeſ.crimin.deſinit obuiare. 23.q.3.quaſi per totũ, & not. D.Abb.in d.cap.j.& in cap.j.de reſti.ſpol.

22 ¶ †Sextadecima differẽtia, de iure canonico per duos teſtes tñ poteſt crimen probari, dixit tex. in ca.j.§.fin. 2.q.4.glo.notabilis in c.præſul.ea.q.& dicit, ꝙ etiam contra Papam de crimine ſufficiunt duo teſtes, no.Abb.in ca. at ſi clerici.in j.notabi.de iu.& in c.quotiens,& in c.licet vniuerſis.de teſtibus,& Lud.in titu.de te ſti.in 8.ſingulari,& in aucten.ſimiliter.in 17.car.C.ad l.Fal.& dicunt, ꝙ tex.d.cap.præſul. volens ad condemnationem epiſcopi cardinalis requiri probationem. 72. teſtium, ad condemnationem presbyteri cardinalis. 44. & diaconi Cardinalis. 27. Nã rñdent, ꝙ tex.ille loquitur, qñ deponentes teſtes ſunt ſuſpecti, vbi autem eſſent duo omni exceptione maiores, tunc ſufficerẽt per illum tex.ſingularẽ.d.§.fin.2.q.4.c.j. De iure verò ciuili vbi venit pœna imponenda vltimi ſupplicij, an ſufficiant duo teſtes, dubi tat do.Abb.in d.c.at ſi clerici,& poſt multa tenet, ꝙ ſufficiant,& allega.notabilem text.in l.qui ſententiam.C.de pœ. ſic tenendo opin.Abb.eſt conformitas inter ius canonicum & ciuile.

23 ¶ † Decimaſeptima differentia, de iure canonico temere appel pellans non eſt pœna extinſeca pdniendus. vt eſt tex.& ibi Abba.in c.2.de appel.licet glo. voluerit ꝯrium in c. ad romanã. 2.q. 6.ſed Abb.alleg.Specul.eo.titu.de appel.§. nunc dicamus, tenen tem, quòd non puniatur, niſi in expenſis.cap. reprehenſibilis, de app.de iure verò ciuili puniatur pęna extinſeca, vt eſt tex.& ibi no.in l.a proconſulibus.C.de appel. in l.ab executore. C. quorũ appel.non recip.& plenè poſuit Abb.in cap.ſuper eo. el 2.de appel.& ibi dixit allegando text.ſingularem in cap.quicunque. 11. quæſt. j. quòd eccleſia habet ſingulare priuilegium conceſſum ab imperatore, vt in quacunque parte litis poſſit litigans petere ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum cum monumentis cauſæ, ſed quamquam imperator videatur poſtmodum illud tacitè re uocaſſe, tamen canoniſtæ in cap.nouit.de iu. dicunt illud eſſe irreuocabile,& aliud priuilegium ponit do.Abb.in cap.nuper.de teſt.& aliud in cap.cauſam quæ.de re iud.in fi.pen.col.

24 ¶ † Decimaoctaua differẽtia, de iure cano.cauſæ, quæ ſunt ſummariæ de iure canonico, de quibus in cle.diſpendioſam.de iudi. in cle. ſępe. de verb.ſigni ſunt ſummarię in terris eccleſiæ. Secus de iure ciuili in terris imperij,& ideo dixit glo. no.in cle.diſpendioſam, quòd Papa non poteſt tollere ordinem iudiciarium in foro ciuili, voluit Bald.in l.eos.in fi.C.de vſu.Car. in d. cle. in 21. quæſt.& Abba.in c.eccleſia ſan.Mariæ.de conſt. & in cap.quod cle.de for.compe. quando autem dicantur cauſæ ſummariæ, & vtrum idem importẽt ſummariè, vel ſola veritate inſpecta, vide do.Ant.in cap.2.de iuramen. calum. & Ludo. in rub.de arbit.& conſi.20.viſo puncto, & Angel.Are.inſtitut.de actionibus.§.in bonæ fidei, & Abb. in c.dilecti. de iud. & Do.de Rota deciſione 35.& quid ſi dicatur de facto, vide Ioan.de Ana.in c.olim.in fin. infra eo.& Bar.conſi.80, punctus talis,& quid ſi leuato velo, Bar. in l.ne quid.ad finem de incendio, rui. & nauf. & quid ſi manu
25 regia, vide Bal.in l.ij.ff.de iuſ.& iu.in prin. ¶ †Decimanona differẽtia, procurator de iure ciuili poteſt eſſe infamis, vt in §. fi. inſt. de excep.Secus de iure canonico, vt no. glo. in c.imperatorum. de iuramen.calum.in glo.fin.& ibi Abba.& in cap. fraternitatis. de hære.glo.in cap.cum deputati.de iud.facit text.in §. tria.3.q.5. & Abb.in cap.poſt ceſſionem.de probatio.& Barto. in l.eadem. ff.ad l.Iul.repetundarum, dixit Bald.in l. j. §.ait prætor, de poſtu-
26 lan. †quòd etiam de iure ciuili in curia Papæ, Imperatoris, vel regis nullus infamis debet eſſe procurator: quia talis curia ab infamibus fœdari, vel turpari non debet.l.ſed milites.§. ignominia.ff. de excuſatio.tuto.& Lud.in l.ſi cum dotem.§.ſi patri.ſoluto matrimonio,

Source : BIU Cujas

trimonio,& vide in c.nonnulli.§ j.in 3.col.de reſcri.& vide Bal. in l.Caſſius.de ſena.dum dicit idem in eo. & adde, q vbicunq; eſt princeps Romanus,ibi centet eſſe Roma,dixit Inn. in c.ego. de iureiur. Bald. in l.j.§.ait prætor.de poſtulan.Abb.in c.dura.de crimine falſi.dixit Arch.per illum tex.in c.rogamus. 24. queſt.j. q Papa non poteſt mutare ſedem a Roma.cum tex. ibi dixit,iubente domino facit,qđ voluit Lud.in ſingulari.in tit. de iudi.in 7.ſingulari,qui allegat Inno. in ca. expoſuit.de dila.qui dixit,vbi Papa,ibi communis patria,& Bal.in l.cum in diuerſis.de religio ſis,vbi per illum tex.dicit,vbi Papa,ibi tota eccleſia,& Bal.in ca. qua fronte.de app.dixit,vbi eps,ibi cathedra ſua: & vtrum hodie Roma ſit communis patria,& vtrum curia imperialis ſit cõis patria,poſuit D.Ant.& Imo.in c.fi.de ſo.compe. Do. in c.vbi periculum.in § j.de ele.in vi.in c.2.& in c.præſenti.de præb.in vi.

27 ¶† Vigeſima differentia,de iure cano.vniuerſitas conſtituit pro curatorem.c.quia in cauſis.c.cum cãm.de iuram.calum.& canõ vno vocabulo oẽs adminiſtratores procuratores appel.j.q.3.ſaluator.c.in pertractandis.c.imperatorũ.de iur.cal. Sed de iure ciuili gl.Azo,& Bar.in l.j.§.j. ff. quod cuiuſque vniuerſi.noĩe. dñt, q vniuerſitas non conſtituit procuratorem,quia conſtituitur a ſing.dño.l.j ff.de procu.ſed ꝯria opi.eſt verior ſm Ia.But.Bald.& alios ibi in d.l.j.Hoſt.& Abb.in d.c.petitio,& tex. eſt in auctenti-

28 co,de ſanc.epi.§.ſi qñ. § Nã vt vult Inn.in c.cum cãm.de iura.calum.& Bal.in d.l.j §.j.& in l.multum.in vj.col.C. ſi quis alteri vel ſibi,potius dẽt fieri diſtinctio in qualitate conſtituẽtis, q̃ in noĩe adminiſtratoris,vnde ſi vniuerſitas dicit, cõſtituimus talem procuratorem,iſte propriè eſt ſindicus,& ſi vnus priuatus dicet,cõſtituo talẽ ſindicum,erit procurator verus, & ſi oĩa cumulet, talem procuratorẽ,actorẽ,& ſindicũ cõſtituit Titius &c.ſummet in ea ſignificatione, prout cõgruit qualitati ꝯſtituentis ſm Spe. in tit.de Actore.§.ſed pone.facit.l.pater Seuerinã.§.ꝯditionum.

29 de ꝯdi.& demonſt.† quinimmo ſm Hoſt.& Abb.in d.c.petitio. oĩno ineptum nomẽ procuratoris nõ attẽditur, & iõ ſi ꝯſtituo talem Aſinum meũ ad agendũ & defendẽdũ, valebit ꝯſtitutio procuratoris, nõ attẽta ineptitudine nominis, & illud dictũ ſequitur Bal in l.id qđ pauperibus.de epis & cler.& in l.teſtm̃.C.de teſt.qđ dictũ ĩprobat D.Ant & Im.ĩ d.c.petitio. p l. ſi qs in fundi vocabulo.de leg.j.vbi error ĩ noĩe appellatiuo viciat, & do. me⁹ Alex.in d.l.ſi qs in fundi vocabulo,ſaluat dictũ Hoſt.ĩ vno caſu, vbi vide p ipſum plenè,q alle. multas ꝯcordantes ꝑ dicto Hoſt.

30 ¶† Vigeſima prima dña, de iure ciuili nõ dẽt ꝯpromitti cum iuramento,vt eſt tex.in auth.decernimus.C. de arbi. Secus de iure cano.c cũ tpe.de arbi.c.2.eo tit.& ibi Abb. qui tenet ꝯ Barto.in d.auth.decernimus,& vide Abb.in repe.c.p tuas.in 2.carta eod. tit.& intellige in arbitrum, non autem in arbitratorem: quia in eo non eſt dña inter ius canonicum & ciuile, nec d.auth.decernimus.habet locum ſm Barto.ibi Abba.in ca. quintauallis.in 2. car.in 4.differentia.& in d.c.per tuas.in repe.in 4.car.

31 ¶† Vigeſima ſecunda differentia, de iure ciui. poſſeſſorium recuperandę poſſeſſionis non datur,niſi aduerſus deiectorem,vel qui mandauit,aut ratam habuit deiectionem.l.cum a te.ff. de vi & vi ar.c.2.de ord cogni.De iure verò canonico latius datur aduerſus quemcunq;,ad quẽ res illicitè peruenit.d.c.2. & ibi no.in c.ſępe.de reſt.ſpo.c.reintegranda.3.q.j.de quo vide Bar. in l.ſi coloni. C.de agri.& cenſi.lib.11.qui dicit,q Io. And.in ca. cum ad ſedem.de reſt.ſpo.vult,q etiam de iu.ciuili illud remediũ datur pro rebus priuatorum & laicorum, q dicit ſingulariter menti tenendum,& ſic d.l ſi coloni.& d.c.reintegranda.fraternizant, & ſic in hoc caſu nõ datur diuerſitas inter ius canonicum & ciuile, prout voluit Guil.in d.trac.& de materia ponunt doc.in d. c.cum ſedem.Abb.in c.accedens.el j.vt lit. non conteſt. Petr.de Anch.in conſilio 36. & Paul.de Caſt.conſilio 84. viſo quodam proceſſu.& Angel.Are.inſt.de act.§.quadrupli.in 6.car.

32 ¶† Vigeſima tertia differẽtia,de iure ciui. iudex ſecularis poteſt cognoſcere incidenter de quæſtione ſpirituali. l.quotiens. C.de iud.l.adire;de ordi.iudiciorum.Sed de iure canoni.nec principaliter,nec incidenter poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali.c.tuã. de ord.cogn.c.lator.c.cauſam.qui fil.ſi.legi.adde tñ,q Bar.in d.l. quotiens.& in l.Titia.ff.ſolu.mat.dicit, q nulla eſt differentia in hoc inter ius canonicum & ciuile : quia etiam iure ciuili ſi quæſtio ſpiritualis.emergat coram ſeculari, nõ debet terminari per ſecularem,ſed recurri ad epm,dixit tex.& ibi Bar.in l.omni innouat.C.de ſac.ſan.eccl.& ibi ponit exemplum,& in l.quotiens.

33 ¶† Vigeſima quarta dña. Papa ſolus non põt condere legem, & maximè in arduis,in quibus tenetur requirere conſenſum Cardinalium,do.Cardi.in c.p venerabilẽ.in §.rõnibus.q fi. ſi.legi.& Io.Mo.in c.ſup eo.de hæreticis,in 6.Bal.in l.cum multa.C.de bonis quæ libe.Cardi.in repe.c.perpendimus.in 6.col.de ſen.exc.& Io.de Lig.in tract.de Bello.& ideo dum glo.3.di.in ſum.appellat epiſtolam decretalem,quam Papa facit ſine Cardin.intelligitur in materia nõ ardua,dicuntur.n.conſtitutiones quaſi ſimul ſtatuitiones:qa Papa ſolus non facit.vide Cardi. & Imo. in c.ex geſtis.de cleri.non reſid.Abb.in ca.quæſiuit. de his q̃ fiunt a maio. par.c.& in c.litteras.de reſti.ſpo.& Io.An.in regu.nullus, in mercuriali.& omnia iura,quæ dicunt, de fratrum noſtrorũ cõſilio, & conſenſu,vt in c.apoſtolicę de re iudi.in 6.& in c.j. de ſciſmaticis,eo.li.Sed imperator ſolus facit legem. l.fi. & ibi per Bart.C. de legi.Dñicus in c.ſuper eo.& Agucio.in §.leges.4.diſt.Sed ꝯria opi.eſt verior,q poſſit Papa ſolus legem facere, & actus expedire ſine cardinalibus,& conſtitutio dicatur cõis ſtatuitio non ſimul ſtatuitio.Nam Papa hẽt liberam ptãtem, ergo non tenetur alium requirere,cle.2.vt lit.pend.c.2.de præben.in 6. text.in cap. cuncta 8. q. 3. & ideo ſoli Petro date ſunt claues per illa verba,

34 quodcunq; & c.c.quodcunq; 24.q.j.† & ideo beatus Thom.in 4. diſt.14.in fi.dicit,q Papa non vtitur baculo,ſicut epi:qa nõ hẽt coarctatam poteſtatẽ,q curuatio baculi deſignat : & ſic vult, q habeat liberã ptãtem,& voluit archiepiſcopus Florẽtinus in 2. per tertiæ partis ſuæ ſummæ, ſuper rub.de ptãte Papæ. vbi ꝓbat, q in canonizatione ſanctorũ non tenetur de neceſſitate requirere ꝯſilium Cardin.quia Cardin.nõ aſſiſtunt Papę per modum determinationis,ſeu limitationis,ſed magis miniſterij, & cõſilij

35 ſm cum † pro quo facit,cum eccleſia militans ſit exemplata ad inſtar triumphantis,ſm glo.in cle.j. in verbo eccleſię, de hæred. rõnabile eſt, ſicut in illa eſt vnus Deus, cui oĩa obediunt : ita in iſta ſit vnicus vicarius,qui oĩa cõceſſa ſolus poſſit, facit, qđ not. Io.And.in c.ſanè.de conuerſione cõiug. vbi dicit, q ſolus creat cardinales,& ſequitur ibi do.Anto.ſentiens, q non teneatur de neceſſitate requirere cardinales in cardinaliũ creatione, ad idẽ facit tex.in c.fundamenta.in §.decet. de ele.in 6. gl. & Dñicus in d.c.apoſtolicæ.& Io.de Ana.in c.firmiſſimè.de hære.& Domi.in in d.c.ſuper eo.glo.in cap.Anaſtaſius.19.diſt.& in d.ca.qđcunq;. & in c.legitimus.94. diſt.& in c.nemo.9.quæſt.3. in quibus habẽt

36 † q dictum Papæ prævalet.d.conſilij, & Abb.in cap.maiores.de baptiſ. & hæc pars videtur verior, & ad allegata in contrarium dic,quod loquuntur de honeſtate,& ſic d.§.rationibus. cap. per venerabilem.vt not.glo. in d.§.decet.immo ſi eſſet conſuetudo in contrarium,non valet : quia eſt contra ſupremam poteſtatẽ principis,ergo nulla,vt per Inno.in cap. bonæ. el 2.de poſtulan. præla.ſecundùm Abb.in d.capit. exgeſtis.& idem ſi de hoc eſſet lex expreſſa quia par in parem non habet imperium. cap. innotuit.de elec.& per tacitam contrauentionem videtur eam tollere,iuxta l.quidam conſulebat.cum materia ſua de re iud. maximè in facto proprio,iuxta clemen.j de proba. & Paul.de Caſtro conſilio 208.ex facto præſenti. allegando glo. Guil. in extrauag. execrabilis.& Archi.in cap.quamuis.de offi.ordi.in vi.

37 ¶† Vigeſima quinta differentia ſecundũ Guil.de iure ciuili prę-latus non poteſt conſtituere procuratorẽ in cauſis eccleſiæ ſuæ ante litem conte.ad inſtar tutoris vel curatoris, vt in l.neque.& ibi no.& in l.nulla.C.de procur.Sed de iure canonico ſecus.cap. petitio.de procu. & ratio diuerſitatis inter prælatum eccleſiæ,& & tutorem, vel curatorem eſt, quia plus iuris habet prælatus in bonis eccleſiæ, vt vtatur & fruatur bonis eccleſiæ, quàm tutor, vel curator in bonis pupilli,vel adulti, qui non fruitur bonis pupilli,vt no.Abb.& alij reprehendentes gl.in c.qualit. el 2. j̃. eod. Sed adde,q Bart.in d.l.neque.tenet contrarium,q non ſit differentia inter ius canonicum & ciuile: & ideo ſecũdum ipſum facta eſt decretalis petitio.de proc.quæ dicit, q non eſt curandum de iſtis nominibus,vtrum vocetur procurator, vel ſindicus, vel quomodo.& in prælato vide glo in cap.quia epiſcopus.5.q.4.& doc.in c.penul.de iura.cal.& Imo.in c.ſi quis presbyterorum.de reb.eccl.nõ alienan.& Matthe. de Matheſilanis in notabili 183. vbi plenè de his, qui conſtituunt procuratorem ante lit.conte.

38 ¶†† Vigeſima ſexta differentia.Nam de iure cano.mulier nõ recipitur in teſtem,ſi criminaliter agatur.33.q.5.mulier.ca.forus.de verbo.ſig.no.in c.in literis.de teſti.tñ de iure ciuili põt eſſe teſtis mulier,ſicut maſculus,niſi in teſtõ.ff.de teſtam.l.qui teſtõ.§. mulier.no.in d.c.forus.Et vide Abb.& alios in c.cum eſſes,& in cap. relatum.de teſtamentis,an in teſtamentis in terris eccleſiæ mulier poſſit eſſe teſtis,vel non.& Lud in auth. ſimiliter. C.ad l.Fal. & adde dictum notabile Bal.in l.ſcripturas.C.qui po.in pign.habeantur, q ad hoc vt ſcriptura priuata trino teſte notata aliàs ſubſcripta habeat vim publici inſtrumenti,requiritur,quòd ſint tres teſtes maſculi, & non fœminæ, ſm Bal.ibi per illum text.in verbo viris, facit, quod no.Bart.ff.de legi.in l.j.

39 ¶† Vigeſima ſeptima differentia, de iure ciuili non poteſt eſſe lis inter patrem & filium in eius poteſtate conſtitutum.lis nulla.ff.de iudi.& ibi no.Sed de ęquitate canonica videtur eſſe permiſſum.capitu. quæritur 2. quæſt. ſeptima. Sed ſecundum Guil. dici poteſt,quòd non ſit differentia inter ius canonicum & ciuile quò ad hoc, & illud c.debet intelligi ſm deciſionem legum : tu verò adde Lud.in ſuis ſin.in titu.de iud.in 45. ſingulari,vbi dicit,q de iure canoni.ex quacunq; cã iudicium inter eos cõſiſtit, alle.gl.in c.ſi eccleſiæ.24.q.4.& in d.cap.quæritur. & gl. in c.fi.de iud.in 6.in glo.pen.& ibi Dominicus.Adde aliam & ibi Ioan.de Imo.in c.ex parte.M.in glo.3.de reſt. ſpo. dixit tamen ibi Lud.q illi text.non probant,ſed vnus text.bene probat.in c.non eſt.de ſponſ.vbi vult, q in cauſa matrimoniali inter patrem & filium põt eſſe iudicium,ſed ille tex.non facit regulam ſm Lud.ſtandũ tñ eſt ſm ipſum cõi opi.Abb.tñ in d.c.non eſt. dicit, q hoc non vr̃ verum, niſi vbi ſubeſt pctm̃, nam ratione peccati põt eſſe lis

d.cap.

Source : BIU Cujas

d.c.non eſt,aliàs ſecus,vt videtur de mẽte literę in d.c.fin. per lo cũ à ſpeciali.& ſubdit do.Anto. ibi, ꝙ vbi tractatur de periculo animæ & peccati filius poteſt ſtare in iudicio contra patrem. d. c.non eſt,in criminali tamen non poteſt patrem regulariter accuſare.c.prohibentur.ij.q.j.

40 ¶† xxviij. Differentia, iure ciuili cõdemnatus de aliquo crimine poſt ipſam condemnationem in ſuum accuſatorẽ poteſt accuſationem inchoare, ſi non perdit ex illo crimine ciuitatem, vel libertatem.ff.de pub.iud.l is qui reus.& ibi plenè nota. quia ꝓcitur ei qui prouocatus voluit ſe vlciſci.ff.de bo.liber.l. qui cũ maior.§.ſi libertus.de iure verò cano. cum quis eſt condemnatus de crimine ammodo ſuum accuſatorem accuſare non põt, nec extraneũ.6.q.j.qui crimẽ.not.gl.in c.neganda.3.q.9. tu tamẽ aduerte, ꝙ do.Abb.in c.in qõne.an infamis facti poſſit accuſare allegando.d.c.is qui reus,videtur inferre, ꝙ habeat locum iure ciuili,& iure canonico.

41 ¶† xxix.Differentia. Item licèt de iure ciuili legatum rei alienæ ſcienter factum extraneo,vel etiam ignoranter proximæ perſonę peti poſſit,agendo ad rem ipſam,ſi illa poteſt redimi, vel ad eius extimationem,ſi dominus nolit vendere. l. cũ alienam. C. de legatis,inſti.eo.§.non ſolum.& in l.non dubium.§.fi. de leg. 3.tamen de benignitate canonica ſecus, quia legatũ rei alienæ ſcienter, ſiue ignoranter à legatario ſiue ſit eccleſia, ſiue alter, peti nõ poteſt,etiam quò ad exiſtimationẽ, iſte eſt tex. & ibi gl. ſm vnum intellectum in c.filius.de teſtamentis,voluit Ludo.in aucten.ſimiliter.C.ad l.Fal.in fi.v.& vj.cartæ,Bal.in l.j.in 24. col.

42 C.de ſac.ſanc.eccle.† & de intellectu.d.c.filius.ponit Ludo. in d. auct.ſimiliter.& Doct.in dicto c.filius,quibus adde Hẽr.in d.c.filius,qui dat intellectum ad tex.d.c.filius.ꝙ ſi teſtator legat ignoranter rem alienam,& hæres poſſidet, tenetur dare legatario, ſi tũ euincatur,nõ tenetur de euic.cũ ſufficiat,ꝙ talẽ prẽſtet, qualem habeat,de leg. j.l. ſi à ſubſtituto §.fi.& l.ſi is.de euic.& ita poteſt intelligi.c.filius,fallit in libertate l.quidam.§.ſi quis,& l.Paulus.de fideicom.lib.& ſic tex.ponit differentiam inter ius canoni.& ciuile reſpectu rei,vt debeat ſolui res aliena de iure ciuili, licèt poſſit euinci,ſed de iure canonico non, licèt nondũ ſit in cauſa euictionis,cũ debeat reſtituere.

43 ¶†xxx.Differentia,de iure ciuili eſt dare inſtãtiã in cã principali,ſiue ſit ciuilis,ſiue criminalis,vt eſt text. in l. properandum.in prin.& ibi Doc.C de iudi.Secus de iure canonico, qa ſm cõem opi.nõ eſt dare inſtantiã, & vna cã põt durare per mille annos. c.pe.de iudi. not.in c.fi.de dolo.& cõtu. ſed in cã appel.tã de iure canonico,quàm ciuili eſt vniformis inſtãtia,nã dat annus,& ex cauſa bienniũ,auct ei qui.C.de tẽp. app. in c. ex rõne. de app. & rationẽ diuerſitatis inter ius canoni. & ciuile, vide per Abb. in c.ſuper eo.el ij.de appel.& Bal.& in l.apertiſſimi.C de iudi.& aliam perſuaſiuam,quam ponit Bar.in l.j.§. ſi quis in appellatione.ff.de appel.vbi Papa facit,vt hẽat pinguiorẽ curiã,ſicut etiam vult,ꝙ poſſit appellari ad ipſum omiſſis mediis,vt dicã.ꝛ. in alia dria,† fallit in certis caſibus,puta fiſcalibus,& publicarũ functio-

44 nũ,in quibus non eſt dare inſtantiam in foro Cęſaris,& idem in rebus eccleſiaſticis in foro Cęſaris ſm aliquos in d.c.pe.de iudi.

45 quia fiſcus,& eccleſia ęquiparantur.† Adde tñ,ꝙ ẽt corã arbitro eſt dare inſtantiam,vt vult Spe. in titu. de arbi. vt refert Abb.in c.pen.de arbi.& do.Ant.in c.Quintauallis.de iureiu.& Bal. in l. ſed ſi in compromiſſum.§.fi.ff.de arbi.& voluit Saly.in l.j. C. eo. tit. quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ, & ideo dixit Lud. in l. ſi quis arbitratu.ff.de verb.obli. ꝙ monitio arbitri hẽt vim peremptorij, ſicut iudicis,vt eſt tex ſingularis in l.2.C. quo

46 & qñ iudex,† dixit tñ not.Bal.in c.ſin autem.de reſcrip.ꝙ inſtantia corã arbitro durat triennio tam de iure canonico, quàm de iure ciui.ex quo in arbitro ius ciuile nõ eſt correctũ. & ibi ſubijcit,ꝙ d.l.properandum non habet locum in ætate reſcripti, qa ætas reſcripti & cõpromiſſi eſt perpetua,niſi ad iudicẽ deuẽtum ſit,quia tunc poſtea incipit inſtantia triennalis,& adde, qđ voluit Lud.in titu.de iudi.in 17. ſingulari, ꝙ non eſt dare inſtantiã in cã emergenti de iure ciui.ſed eſt perpetua,ſicut de iure canonico,& allegat dictum ſingulare Guil.relatũ à Bal. in l. poſt edictum.ff.de iudi. §.j. † vnde ſi ſuper legitimatione perſonarũ duraret lis 10.ann.nõ tamen eſſet perempta inſtantia illius legiti-

47 mationis,quia non eſt meta impoſita ſuper ea,ꝙ eſt menti tenẽdum,ſm Bal.qđ dictũ ſequitur dominus Alex.in d.l.properãdũ. in prin.in ij.col.facit,ꝙ no.Ang.in auctẽtico de exhib.re. in verbo elapſis,& adde,ꝙ ſi poſt lit.conte.in iudicio prin. ſuperuenit aliquod emergẽs,vel incidens, in illo incidenti vel emergẽti nõ requiritur litis cõteſtatio,ex quo præceſſit in principali iudicio, ita eſt gl.ordinaria,de qua ibi exclamat Ang.in §.illud.in auctẽtico de triente & ſemiſſe,ꝙ tene menti pp in integr. reſtit.incidenter petitam per viã ꝺdictionis,& replicationis,vbi non requritur alia conteſta.de qua replicatione,& contradictione habẽt in l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiuran.

48 ¶ † xxxj. Differentia, de iure ciuili eſt interponenda appellatio gradatim.l.j.§.ſi quis in appellatione.l. imperatores. ff. de appel. ſecus de iure canonico,ſiue in ciuilibus.c.ad Romanã.ij.q.vj.c.ſi duobus.de appel.ſiue in criminalibus.c.fi.de calumniat. & dixit Spe.in titu.de appel.ꝙ benedictus ſit imperator, qui voluit parcere expenſis ſubditorum,& quæ ſit ratio,ponit Bartol. in l.j. & in d.§.ſi quis in appellatione. Adde tamen, quòd in cauſa ſcholariũ poteſt appellari ad imperatorem omiſſis mediis,dixit Bal. per illum tex.in auct.habita.in 5.col.C.ne filius pro pa.& moderni in d.c ſi duobus in §.fi.† & ponit Bal.in d.auc.habita, aliud ſingulare in fauorem ſeculariũ, ꝙ ſcholares etiam ſubditi eccleſiæ poſſunt legitimari per imperatorem, quia habet ſcholares ſub ſua protectione,& adde dictum Ange.in l.omnes populi,de iuſti.& iur.ꝙ ſtatutum poteſt tollere appellationem interponendam ad imperatorem dando tot iudices vſque ad ternam appellationem,& hoc de iure ciui.Secus de iure cano. quia nõ tollit, quin poſſit appellari ad Papam omiſſis mediis,& vide Dominicum in c.Romana.in §.j.de appella.in 6.enumerantem caſus,in quibus omiſſo medio poteſt appellari,& Ludo.in rub. de arbit. in pe.car.Bald.& alij in cap.dilecti. de appel. & Imol.in cap.referente.de præbend.

50 ¶ †xxxij. Differentia,de iure ciui. quædam ſunt crimina publica,quædã priuata,vt ff.de pub.iud.l.j.& per totum,ſed de iure canonico omnia crimina cenſentur publica,glo. eſt in c. infames. 6. quæſtio. j.

51 ¶† xxxiij. Differentia,eccleſia non reſtituitur contra libertatẽ, ſicut nec minor de iure ciui.l.ſi ex cauſa.in fi.ff.de min. & l.ſeq. & C.ſi aduerſus libertatem per totum,& minorem, & eccleſiã, lex ęquiparat.l.reſpublica.C.ex quibus cauſis maio.l fi.C.de ſac. ſan.eccle. Sed iure canonico eccleſia reſtituitur contra libertatem,vt eſt gloſ. notabilis. 22.q.2.& ſi illi.

52 ¶†xxxiiij. Differẽtia,de iure ciuili ꝓpetuatur iuriſdictio delegati per litis conteſtationem l.& quia.ff.de iuriſdict. om. iudi. in §. omnes in auctẽtico,vt iud.de iu.uero canonico per citationem ſolam.c.gratũ c.relatũ c licèt vndiq;,& vtrobiq; per Doc.de officio dele.& hoc ſi citatio valuit,aliàs ſecus,vt not.gl.in c.cũ impuberes.de officio deleg.lib.6.

53 ¶† xxxv.Differentia,populus imperij poteſt facere ſtatuta contra l.imperialem l.omnes populi.de iuſti. & iur. & ibi per Doct. l.forma.C.de offi præf.prẽt.& ibi Alb.& Abb.in c.ꝙ ſuper his.de ma.& obe.& tamen ſubditi Papæ,vt ſunt epiſcopi,& alij nõ poſſint facere ſtatuta contra canones. d.c. ſuper his, ſed an hoc ſit verum,dic,ꝙ in perſonis eccleſiaſticis iſtud eſt clariſſimum, ꝙ clerici non poſſunt facere ſtatuta contra canones, ſed in ſubditis non clericis,puta in populo ciuitatis de tẽporali iuriſdictione eccleſiæ,an poſſint facere ſtatuta contra canones, quæ ligẽt ipſos laicos,dubium eſt: tamen teneo ꝙ ſic, ſm Calderi. in titu. de conſti.in conſi.18.dummodo faciant ſtatuta rationabilia, &

54 peccati non inductiua,† & ibi infert valere ſtatutum, ꝙ extantibus maſculis fęminę non ſuccedant,quia licèt ſunt contra canones,eſt tamen conforme iuri diuino veteris teſtamenti, de quo Numeri.27.c.& alleg.tex.iuncta gl.j in c.Raynutius. de teſtamẽtis,vide tex.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.vbi ſtatutum illud valuit quò ad laicos,licèt tale ſtatutum non extendatur ad eccleſiam, & tamen erat contra canones,ꝙ poſſeſſio aufereret alienanti,& aſſignaretur agenti lite pendente:& adde Abb in c. quod clericis.in vlti.col.de for.compe.& alleg.tex. optimum in c.venientes.de iureiur. vbi ciuitas Tudertina, quæ eſt ſuppoſita eccleſiæ, fecit ſtatuta, & habebat conſuetudines ſpeciales, nec Papa reprobat,niſi quatenus tangunt ius & honorem principis.

35 Nec obſt.ꝙ canones † dicant, non valere ſtatuta cõtra canones. d.c.ꝙ ſuper his.cum ſimilibus, quia loquuntur de ſtatutis edendis à clericis,& concernentibus ſtatum clericalem, ſecus in concernentibus ipſos laicos,& non tangentibus reſeruata Papę,vel contra bonos mores,vel vbi canon expreſsè non reſiſtit, his.n. caſibus valet ſtatutum ſecundùm ipſum,ſentit Bal.in l.ex placito.de rer. permut.loquẽs de ſtatuto Spoletano in 3.col.pro hoc facit tex.in c.fi.de conſue.& iſta eſt veritas,licèt Bal.in d.c.veniẽtes.in pe.col.& Bar.in l.ſi quando.C.de legationibus.lib.10.in 4. notab.& Bald. in l.omnes populi in ij.car.velint, quòd requiratur confirmatio ſuperioris, quòd non videtur neceſſarium per

56 prædicta:† & adde Abb. in c.fi.in iiij.& v. col. de conſuetudine, vbi conatur reddere rationem diuerſitatis cauſatæ per illũ text. videlicet, quare valet conſuetudo contra canones, & non ſtatutum,& quare ſecularibus perſonis fuit indultum, & non viris eccleſiaſticis, vt poſſint contra canones ſtatuere, & eſt ſubtilis inueſtigatio ſecũdum ipſum.vndę primò oportet dicere, quòd conſuetudo aſſumit vires non ſolùm ex tacito conſenſu virorũ eccleſiaſticorum,ſed auctoritate Papæ permittentis induci cõſuetudinem contra canones, & credit illam fuiſſe rationem inter viros eccleſiaſticos & laicos; nam ius ciuile finaliter tẽdit ad bonum publicũ & vtilitates priuatorũ, vnde ſi populus vult ſibi præiudicare legẽ ꝺriam condendo,imperator nõ curat; quia põt populus in hoc renũtiare fauori ſuo.c.ad apoſtolicã. de regularibus.l.ſi quis in cõſcribẽdo.C.de pac. Itẽ qa mores hoĩum ſunt diuerſi,voluit imperator, ꝙ qſq; poſſit ſibi facere legẽ:non tñ contra honeſtatẽ,nec iura reſeruata principi, ſed in prçiudiciũ populi tñ.l.oẽs populi.& ibi per Bart. de iuſti. & iur. Sed ius canonicũ principaliter tendit hoĩem dirigere, vt veniat ad bo-

Source : BIU Cujas

nũ publicũ eccleſiaſticũ, vt no. in c. cũ contingat. de iureiur. vnde ſtatutum ꝺ̃rium editum ab inferioribus pr̃eſumitur temerariũ, & ambitioſum, & fini ẽterno ꝺ̃riũ, ideo voluit Papa dare poteſtatem clericis ſtatuendi contra canones, ſed conſuetudo toleratur; quia ſurgit ex tacito conſenſu, & non præſumit̃ tanta ambitio. Itẽ quia maius ſcandalũ oritur ex reprobatione cõſuetudinis, cũ concurrat tacitus cõſenſus ex longo tp̃e continuatus. Subdit tamen, q̃ Bald. in d. l. omnes populi. dixit ſingulariter, per l. ſi hominem. ff. manda. q̃ ex cauſa vrgenti & veriſimiliter non prouiſa à canone poteſt fieri ſtatutum per epiſcopum, vel alios eccleſiaſticos contra canones, & hoc idem tenet Abb. in c. cum dilecti. de elec. in c. at ſi clerici. de iudi. & in c, 2. de probat. quæ omnia tene menti.

57 ¶†Trigeſimaſexta differẽtia, de iure ciuili licèt quis ſit mihi obligatus ad pr̃eſtationem annuam, non tamen propter hoc poſſi deo perſonam ſuam, & ſic ipſo ceſſante ſoluere, non competit poſſeſſorium mihi. l. fi. ff. quorum bonorum, & ibi per Bartol. & Angel in l. regulariter. ff. de petitio. hæredita. ſed de iure canonico ſecus, vt eſt tex. in capit. querelam. de electio. Et ideo dicebat Iacob. de rauani, Petrus, & Cynus in l. ſi certis annis. C. de pactis. & Abba. in dicto c. querelam, quòd contra. c. querelam. opus eſt querela, quaſi innuant ſecundũ Abb. q̃ illud. c. non procedat de iuſe, ſed locuti ſunt f̃m Abb. ſecundùm eorum morẽ. Nã quando non intelligebant canones legiſt̃ non valentes aliter reſpõdere, dicebant hoc procedere errore canoniſtarum, ſicut etiã dixit in ſimili do. Abba in c. ſuper literis. de reſcrip. & Roff. Beneuentanus in rub. de raptoribus, vt referunt Abb. & alij in c. ſuper ſpecu. ne cleri. vel mona. dum dixit, q̃ Papa prohibuit conſtitutos in dignitate eccleſiaſtica audire leges ciuiles: nam cũ talis Papa ignoraret leges ciuiles, fecit, ſicut faciunt vulpes, quæ vilipendunt ceraſa, poſtq̃ non poſſunt habere, q̃ nõ fuit dicendũ de Papa. Adde tamen ſecundum cõem opinio. Bar. Ang. legiſtarum, & canoniſtarũ, q̃ nõ eſt differentia inter canoniſtas, & legiſtas in hoc, vbi agit̃ poſſeſſorio ratione alicuius rei, vt in annuo cenſu ratione rei, vel in tributo tunc competit poſſeſſoriũ, ſed ſi in re nullum ius reale acquiſitum eſt creditori, ſed tantummodo actio in perſonam, non video vnde iſta poſſideantur, & vera ſit opin. legiſtarum, & ratio eſt in promptu: q̃a poſſeſſorium comprehendit petitorium, & vbi impoſſibile eſt competere petitorium, ceſſat poſſeſſorium, ſed contra obligatũ perſonali impoſſibile agi petitorio, niſi eo caſu, quo acquiſitum eſt ius in re,
102 in correlatiuis propter eorum paritatem. † Nam lex statuens aliquid in vno correlatiuo intelligitur idem statuere in alio, in eo in quo sunt correlatiua,per paritatem Vnde si res aliqua prohibetur vendi,intelligitur etiam esse prohibita emi,vt l.j. C.de cupres.lib.11.& Bar.in l.fi.ff.de accep. & res prohibita locari,intelligitur esse prohibita conduci.c.j. extra de loc.& c.preterea.de iure patr.& si prohibetur scientia Magica doceri,prohibetur etiam addisci.l.2.& l.culpa. C. de malefi. & mathe. Ad hoc facit.l. vlt. C.de indi.vid.tol.& Bar.in l.j.ff.quod me.cau.in princ.& in l.liberorum.§.ponuntur.ff.de insa. Et si lex puniat prohibentes domi nos locare possessiones, punientur & illi, qui prohibent laboratores,ne conducant. Est tex. & ibi Bar. in l.j. §. hæc actio. ne vis fiat ei,ꝙ intellige, quando lex considerat actum vel rem, secus si considerat personam, secundùm gl.in l.prima. C.de seruo cõma. Ad hoc optimè facit.l. si duo patroni.§. Marcellus. circa fi. ff.de iureiu.& ibi no.& l.illud.§.j.ff.de ædil.edi. & l.2.ff.de rescin. ven.insti.de socie.§.illud expeditum.l.fin.C.de fru.& li.expen.& regula,Non debet actori.&c.de reg.iu.in 6.Decimumsextum ar
103 gumentum est à contrarijs,quæ medio carent † cùm lex vnum ex contrarijs permittit, videtur aliud contrarium in eo, in quo sunt contraria denegare, & ecõtra. Sicut si quis dicat esse diem, negat esse noctem, & si lex iubet fidem esse seruãdam, prohibet
104 perfidiam esse committẽdam.† Sed ne ęquiuocetur,sciẽdum ẽ, ꝙ duo inuicem possunt dici cõtraria multipliciter. Primò vt disparata,quia sunt diuersæ speciei,puta testamentũ, & codicillus. l.si idem.C.de codicil.& sic est emptio,& locatio l.j.in fi.ff.loca. Secundò dicũtur cõtraria inuicem priuatiua, puta, obligatio & liberatio, seruitus & manumissio, datio & ademptio. Tertiò vt directo cõtraria,vt dies & nox,fides & perfidia.l. hęc verba.ff.de ver.sign. Quartò vt negatiua apposita,vt album & nõ album,nouum & nõ nouum l.j.de vino & trit. & oleo lega. Quintò vt repugnãtia & cõtraria,vt actio furti & actio mãdati ad eandem rẽ. l.j.C.de fur.& ibi no.& l.si pupillus. §.institoria.ff. dẽ instito.Sextò vt cõtradictoria,vt puta, omnis cõtractus est cõuẽtio, aliquis cõtractus nõ est cõuentio,de quo per Doct. in l. si is qui ducẽta. §.vtrum.ff.de reb.dub. & in hoc legistæ,quoniam promiscuè & ęquiuocè contraria appellant,sępe in contrarietatem incidunt.
105 † Circa primam speciem cõtrariorũ dicẽdum est, ꝙ quãquã in eodem subiecto cõcurrere nõ possint, vt d.l.si idem. C. de codi. & l.j.ff.loc.tamẽ si de vno lex disponit affirmatiuè,vel negatiuè, de alio nihil videtur disposuisse,quia ex separatis non fit illatio. l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.pos.l.Papinianus exuli. ff.de min.in priuatiuis quoque eadem regula est, ꝙ licet in eodẽ cõcurrere nõ possint,tamen vno prohibito, non videtur aliud cõcedi, nec ecõtrario, immo priuatio præsupponit habitum.l. decem.ff.de ver.obli.& ibi no.l.manumissiones. ff. de iu. & iu.& propter parem potentiam cui cõceditur vnum, videtur cõcedi & reliquum, vt dixi ſ.nono argum. de antecedente. & l.eius est velle &c.& l.condemnare.Contra videtur theorica Bar.in l.seruo legato.§.si testator.ff.de leg.j. vbi dicitur,si statuto cauetur,ꝙ extantibus masculis fęmina nõ succedat, ꝙ ipsis masculis oritur actio:sed dicas hoc nõ cõtrariari, quia si filio dicimus dari actionem & etiam exceptionem iuxta.l.statuas.ff.de acq.re.do.& per Bar. in auct.sacramẽta puberum, circa fi.C.si aduer.ven.vbi sentit,ꝙ sicut manumissio non negat seruitutem alias subesse;ante quàm manumissio in esse deducatur,ita & filiæ fęminę aliquod ius subesse,si dicimus contra eam filio dari personalem actionẽ,
106 & exceptionem per d.l.statuas. † Contraria medio carentia,quę Iurisconsulti disiuncta appellant, hanc habent naturam, vt vno posito aliud tollatur, & altero sublato alterum intelligitur esse positum.l.hęc uerba.ff.de uer.sig.ut si dies est, ergo nox non est,
107 & econtrario. † Contraria verò medium habentia, quæ secundum Iurisconsultos subdisiuncta appellant,sic se habent,vt vno posito alterum intelligatur esse sublatum;vt,si nigrum est,ergo album non est,non econtra. Nam si unum negatur,non tamen videtur alterum affirmari.d.l.hęc uerba. Nõ enim si album non
108 est,ergo nigrum est.† Ex his infertur, ꝙ cõcesso usu,uidetur prohibitus esse abusus.l.qui sine.ff.de neg. gest. l. liberum.de pecul. leg.l.sed & si.§.j.& 2.de usufru.l.plenum. §.j.ff.de usu & hab.Vnde dicitur, ꝙ cõcessa administratione videtur prohibita dissipa-
109 tio.l.si cum dotem.§.si non.ff. solu. mat.l.filius.ff. de do.† Contraria verò per negationem eiusmodi naturæ sunt, cùm mediũ nõ habeant; quia extra affirmatiuam & negatiuam nihil est sen esse potest, vt si lex vnum iubeat,aliud prohibeat. Vnde si lex iubet pacta esse seruanda, videtur negare pacta non esse seruanda,secus si lex permittat:puta lex permittit ludere,vel vsuras accipere,non tamen videtur negare, non ludere,vel usuras nõ ac-
110 cipere. Eiusdem sunt naturæ repugnantia. † Vnde si lex aliquid concedit alicui solidum,quod alteri primò concesserat,videtur idem alteri tollere & adimere.l. quod in rerum. de leg.j.l. fin.C. de verb.signi.facit.l.3.§.ex contrario.ff.de acqui. pos.& ita in prędictis intelligitur illa regula, quòd vnius inclusio est alterius exclusio, & eodem modo intelligendum est, quod dixit Bal.in l.j. C.de diuer.rescri.dicens,quòd negãs vnam positionem,alteram sibi contrariam videtur affirmare.Ad hoc facit c.nonne.de præsum.& quod no.in l.vt vim.ff.de iusti.& iu.vbi notatur,ꝙ qui potest licitè offendi,non potest licitè se defendere, iura sunt vulga
111 ria c.qualis.25.dist.l.cum prætor de iudi.† Vltimò dicimus in lege esse plus intellectum quàm scriptum ex repetitione, vel subauditione, quæ fit per aliam legem interpretantem,vel interpretatam,vt in auct.de fil.ante dot.instru.na. l. nihil. ff. de coniung. cum emancip.libe.fa.l.si compromissum.ff.de arbi.vel per aliam legem loquẽtem circa illam materiam,de qua in l.prętor.§.eritque.ff.vi bo.rap.& ibi per Bar. vbi notabiliter dixit, quòd est aut vna lex habens plura capitula, aut plures leges separatæ: primo casu,aut quęris de his, quæ pertinent ad facti narrationẽ,& tunc illa plura capitula si inferuntur sub diuersis orationibus,non intelliguntur repetita in sequentibus.d.§.eritque. ff.vi bo.rap.Aut inferuntur sub eadem oratione, & intelliguntur repetita. l.j. in princ.coniun.l.3.§.ait prætor. de incen. rui. nau. & l.Seiæ.§.Caio. ff.de fun.instru. Aut quæris de his,quæ pertinent ad iuris dispositionem,tunc intelligitur repetita in sequentibus.l. quemadmodum.in fin. ff. ad legem aquil.& insti. eo.titu.§. hoc tamen capite.l.mariti.§.hoc quinquennium.ff.de adul. Fallit in duobus casibus. Primò,quando antecedentia sunt contra ius cõ. arg.l.vxor. §.vxor.de leg.3.& glo.in l.talis scriptura.in fi.de le.j.& in c.quæ à iure.de reg.iu.in 6.& l.in his.ff.de leg.2. fallit, vbi illa capitula essent distantia & immediata à pluribus alijs capitulis, & non intelliguntur repetita,insti de rerum diuis. §. lapilli. & ibi per glo. facit lex tria prædia.ff.de serui.rusti.præd.secundò verò casu,quãdo sunt diuersæ leges,tunc non intelligitur facta repetitio in dubio,nisi forte aliter esset iniusta. Item secundò, nisi prima esset per modum regulæ, secunda per modum casus singularis. Tertiò, nisi vna veniret ad interpretationem alterius, vt ibi notanter dicetur. ſ. in secunda parte principali; quia magis congruit. Quod tamen dictum est, legem pluribus modis intelligi, vltra quàm eorum verba sonant,fallit,vbi lex expressè esset irrationabilis,puta,quia esset vinculum peccati,& quæ de facto magis toleraretur,quàm de iure,vt contingit in multis locis, quando statuta sunt irrationabilia, imponitur pęna allegantibus aut opponẽtibus de nullitate ipsius statuti, & de facto pęna eius aufertur. Nam licet alia statuta non valeant, nec pœna possit imponi opponentibus contra dicta statuta.l. non dubium. C. de legi. & l.j. C.de his quę pœnæ no.& ibi Bal.in terminis,tamen, quia pœna
112 facto exigitur, conniuentibus oculis obseruatur. † Potest poni exemplum in statutis laicorum disponentibus decimas non esse soluẽdas,nam tunc illę leges iuxta corticem verborum essent obseruandæ,ar.l.quod contra.& l.quæ verò contra rationem.ff. eo.& licebit in fraudem dictarum legum facere, vt dixit notandus tex.in l.j. de cad. tol. Ad hoc facit. l. si quis hæreditatis. ff. de
113 cond.insti.& l.continuus.§. cum quis.ff.de verb.oblig.† Ex quo inferunt doctores ad plures quæstiones: nam clarum est, quòd sententia lata in fauorem vnius correi prosit alteri, attamen vbi sententia expressè est contra rationem, & ius licèt quantum ad correum absolutum expressè sententia valeat.l.penul.ff.de iusti. & iur.l.Iulianus.ff.de condi. inde. tamen non proderit alijs cor-
114 reis per prędicta, ita consultum est per Pau. de Cast. † Itidem si vnus ex correis coactus sit soluere de facto per superiorem alteri,quàm creditori,licet coactus sit liberatus,vt notatur in l.si creditores. de solu.& Bart. ibi, tamen illa solutio alteri correo non proderit;quia iniuria facta vni ex correis non debet prodesse alteri correo, nec nocere creditori, vt reg. alteri per alterum &c. & arg.l.Vranius.ff.de fideiuss. Nec pęna vnius,alterius præmium
115 esse debet.l.si sequens.in prin.ff.ad silleia.† Nam quæ per necessitatem fiunt, non debent in consequentiam trahi, vt in reg. quæ propter, nec debet effectum producere vltra, quam sit necessitas.ff. de offi.præsi. l. senatusconsulto. & l. sed & si restituatur. §. dies.ff.de iud.facit.l.si præcedente. §. Lucius. ff. man. ita consul.
116 Pau.de Cast. item per prædicta dixit Bart.† quòd licet statutum iniquum de facto obseruetur inter ciues; quia lite pendente nõ potest ciuitas statutum mutare, tamen illud statutum nõ debet obseruari quò ad forenses de gestis & commissis in territorio dictæ communitatis,aliàs illi forenses possent licitè concedere re presalias contra dictos ciues.ita notat Bar. in opere suo de represalijs,& alleg.auct. cassa.C. de sac.san. eccle.& c.statutum.de hæ-
117 re.lib.6.quod no.† ad hoc facit,quòd feudum concessum laicis ante concilium Lateranense,non extenditur ad decimas noualium,quia contra reg.iuris c.tua.de decimis.Item facit,quòd priuilegium induciarum factum debitori non prodest fideiussori, vel hæredi.l.si præcedente.§. Lucius.ff.manda.l. rescriptum.ff.de pact.cum simi.no.in l.j. C.de fideiuss. mino. Et quę dicta sunt de extensione legum & statutorum,idem censeatur de extensione contractuum,vltimarum uoluntatum & sententiarum,ut notatur in l.sæpe.ff.de re iud.quod nota singulariter.

¶Qualiter lex restringatur ex mente.

DIctũ est supra qualiter nobis cõstare possit, plus in lege esse comprehẽsum ex volũtate & sentẽtia legislatoris,quã uerbis iudicatur expressum.Nunc est dicendum, quando nobis cõ-

stare

Source : BIU Cujas

ſtare poſſit minus lege eſſe comprehenſum ex mente legislatoris,quàm verba ſonare videantur,& quemadmodum eſt,legem nō ultra intelligere,quàm verba legis ſignificent,niſi aliter manifeſtè conſtet de mēte legislatoris,plus eſſe intellectum,quàm ſcriptum. Item dicēdum eſt, verba legis non eſſe reſtringenda, niſi expreſsè conſtet, minus eſſe intellectum,quàm ſcriptum.

118 † Vnde dicimus, legem generalem generaliter eſſe intelligendam.l.j.§.generaliter.ff.de leg. præſt.l.de precio.ff. de publi.& 19. diſt.c.ſi Romanorum.Et quemadmodum dictum eſt ſub verbis ſpecialibus per coniunctionem vel relationem ad expreſſa quę dam comprehendi, etiam ſi non exprimantur, ita in verbis generalibus propter diſiunctionem, quędam intelliguntur eſſe ex cepta,licet expreſsè non excipiantur.l. ſi cui.ff. de ſerui.l.obligà-

119 tione generali.ff. de pig. & infra.plenè dicetur : † quia nemo id dixiſſe intelligendus eſt,quod mente non cogitauit. l. Labeo.ff. de ſupp.leg.l.nepos procu.ff. de ver. ſig.item cum quis dicit,Virgilius fuit doctior omnibus poetis,non intelligitur concludere ſeipſum, ita ꝙ non intelligatur doctior fuiſſe ſeipſo . Item cum dicitur,ſolus faber gladium facit,non tamen intelligitur excipe

120 re inſtrumentum,ferrum, & ignem, quo fit.† Sed notādum eſt, quòd verba legis reſtringuntur tripliciter. Primò,per aliam legem:vt.l.non eſt nouum.cum ſeq. ff. de legi.l. præcipimus.C. de appel.l.ſi quando.C.de inoffic.teſta. Secundò, per antecedentia & cōſequentia ipſius legis.l.vtrum.ff. de peti.hære.l.qui filiabus. ff.de leg.j.l.non ad ea.ff.de cond. & demonſtra.l.inciuile.ff.de legibus.l.cum hi.in princ.& §.eam.ff.de tranſac.& ibi Bar.in l.ſi.de hære.inſti.l. Titia.ff.de ver.obl.l.Imperator. §.dulcia.ff. de leg.2.l. hæc actio.ff.de calū.l.cohæredi.§. qui patrem. ff. de vul. & pup.l. doli clauſula.ff.de ver. obli.l. ſanctio legum. & ibi Bar. ff.de pœ. & plenè infra.dicetur , qualiter verba ambigua declarantur per præcedentia,& conſequentia: & eſt optimus tex.in l.emptori.§.

121 fi.ff.de pac. dicetur in ſecunda parte principali. † Tertiò reſtringitur ex mente ipſius legiſlatoris.d.l.ſi cui.& d.l. obligatione generali.& hoc multipliciter. Primò, ex natura vocabuli. Secūdò, ex conſuetudine loquendi , & agendi. Tertiò, ex natura rei ſiue negotij.Quartò,ex præſumptione legis. Quintò , propter inopinatam cauſam ſuperuenientem,de qua veriſimiliter nō erat cogitatum.Sextò, ex comparatione expreſſorum antecedentium, ſequentium vel coniunctorum . Septimò, per rationem & cauſam legis. Octauò, propter contrarium finem & effectum legis. Nonò,propter paritatem. Decimò,propter improprietatē ſiue fictionem.Vndecimò, propter naturalem rationem,etiam non ſctiptam, de quibus ſingulis dicetur . Ex natura vocabuli poteſt

122 poni exemplum in l.2.§.j. ff. de iudi.† Nam verbum , conſenſus, ex propria ſignificatione excludit errorem , vim , & metum, vt ibi.l.error.ff.de iuriſdi. omnium iudicum.l.j.ff. quod metus cau. item uerbū,arbitrabitur, ex propria ſignificatione excludit dolum,& iniquum iudicium.l.ſi libertus. ff.de operis liber.l. Thais.

123 ff.de fideicommi.liber.l. generaliter. ff. de reg.iuris.† Ex quo ſequitur,quòd quibuſcunque verbis etiam latiſſimus ſit data poteſtas arbitratoribus,tamē ſemper videtur exceptus dolus & enormis læſio.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorū.vbi Bar.ff.pro ſocio.c.quin-

124 tauallis.extra de iureiur.l.libertus.ff.de oper. libertorum.† Item verbum , ſcientia , & ſpontanea uoluntas , excludit fraudem, & iniuriam.l.cum donationis.C.de tranſac.l. non fraudantur ff.de regu.iuris.Ex conſuetudine loquendi poteſt poni exemplum in l.inter omnes.ff.qui ſatiſda.cogan.nam dicimus ab omnibus di-

125 ci, quod dicitur ab his,qui de ea materia tractant: † & dicitur ab omnibus fieri , quod à maiori parte fit.l.maiorem. ff. de pac. vbi vide,quę ſit,vel dicatur maior pars.l.nulli.cum ſimil.ff.quod cuiuſque vniuerſi.no.& dicitur quotidie fieri, quod frequenter fit. l.j.ſolut. matrimo.ibi, non ſemper. & l.j §.pen. ff. de vſufruct.accreſc.l.j.§.quotidianum.ff.de aqua quotidia. & æſtiua.l.aduerſus. C.de vſur.& not.Barto.in l.ſi quis ita.ff. de condit. & demonſtra.

126 † Item dicimus, id eſſe continuum, quod non continuatur,ſed aptum eſt continuari. l. ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui. vendi. l. foramen.ff.de ſeruit. ruſti.prædio.& not. in c.j. extra de in integr. reſtitutio. quibus adde glo. in l.j. C. ſine cen. vel reli. Nec mirum ; quia conſuetudo dat ſignificationem vocabulis.l. cum de lanionis.§.aſinam.ff.de fun.inſtru.& l.anniculus.ff.de verbo.ſignifica. Et idem de conſuetudine agendi,& cōtrahendi,arg.eorum quæ dicta ſunt ſupra de ampliatione. facit. l ſi prius.§ fin. ff. de aqua plu.arc.& l.fiſtulas.§.fi.ff. de contrahen.emp.& l.Seio.§.medico. ff.de annu.lega.& ibi Bar.item,quod plus eſt,vim legis obtinet.l.

127 de quibus.ff.de legi.c.cum dilectus extra de conſuet.† multo ergo magis poteſt legem interpretari declarando,ampliando,vel reſtringendo.l.minimè. ff.de legi.vt plenè no.Bar.in l.Labeo.de ſup.leg.& ſupra dictum eſt in ampliatione,& infra.de lege ambigua,vbi vide,& optimè faciunt notata in l.ex facto.§.fi.ff.ad Trebel.& l.Gallus.§.etiam.ff.de lib.& poſthu. Ex natura contractus

128 & rei & negotij poſſunt poni plura exempla.†Nam natura tranſactionis eſt,vt fiat ſuper rebus dub.l.j.ff. de tranſac.Ex quo fit,vt quibuſcunque verbis fiat tranſactio,etiam latiſſimis,non intelligitur eſſe facta ſuper deciſis.l.eleganter.§.poſt rem.ff.de cond.in

129 de.& ibi no.l.ſi de certa.C de tranſact.& ibi no. † Item cùm prę-

latus non poſſit tranſigere in præiudicium eccleſiæ, tranſactio prelati intelligitur eſſe facta perſonalis, ideſt in præiudicium ipſius prælati,non eccleſiæ,ut notatur ſingulariter per gl.in c.cum acceſſiſſent.extra de conſti.fa.c.j. & ibi gl.fi. de in integ.reſti.in 6. dum gl.ponderat,ꝙ prælatus,qui læſit eccleſiam,vixit tāto tempore,hoc eſt,poſt quadriennium,quod datur ad petendum reſt.

130 in integ idem de donatione facit.l.3.ff.de teſt.mili. † Item ſi cui delegatum & datum aliquod officiū quātuncūque ſit, & ei ſit conceſſa adminiſtratio generaliſſima, tamen nō poteſt excedere fines naturæ illius officij.c.quod translatione.de offic. lega.& ibi nota.& not.Bar.in l.ambitioſa.ff.de decr.ab ord.fac.optimus

131 tex.in l.j.C. de bo. ma. † item de natura contractus cōductionis & pignoris eſt,vt conductor & creditor nō teneatur de caſu fortuito.vnde ſi conductor & creditor obligat ſe ad omnem cuſtodiam;tamen videtur exceptus caſus fortuitus.l. quæ fortuitis.C. de pigno. acti. Item de contractibus bonæ fidei ſemper videtur eſſe exceptus dolus.l.ſi ex falſis. C.de tran.l. cum proponas.C.de nau.fen.adde.l.pe.ff.de diuer.& tempo.præſcrip.ibi,tam latè exci piendum &c.adde.l.ſi conuenerit.in fi. ff. pro ſocio.item cōceſſo iure epiſcopali , ſolum intelliguntur conceſſa ea,quæ eodem iure cenſentur & ſunt de natura iuris talis.c.j. de relig.do.& not. in c.dilectus.de cap.mo. etiam ſi adijciatur generalis clauſula.itē per generalem & generaliſſimam remiſſionem non remittuntur incognita.l.cum aquiliana.ff.de tranſa.l. tres fratres.ff.de pactis.item facit glo.in l.ſi princeps. ff.de legi.vbi dicitur,quòd priuilegia principis intelliguntur eſſe conceſſa Auguſtę,intelligendo de priuilegijs congruis mulieribus.l. quàmuis.ff.de au.& arg.

132 leg.†Item in generali liberatione videtur eſſe excepta liberatio obligationis contractæ propter dolum.l. non ſolum. §. pen.& l. Aurelio.ff.de libe.lega.item, generali commiſſione conceſſa arbitratoribus & arbitris , ſemper videtur eſſe exceptum , ꝙ enormiter ledant,vel excedant terminos naturæ compromiſſi.l.diē. §.ſtari. ff. de arbitris.l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff.pro ſoc.&

133 Bar.in d.l.cum aquiliana.ff.de tranſa. † Item conductor,qui ſuſcipit in ſe caſum fortuitum,nō intelligitur de caſu fortuito,qui illatus eſt ex cauſa locatoris , vel eius domeſticorum.d.l.cum ponas.& facit.l. ſi merces.§.culpæ.ff. loca. item obligatus facere liberationem debitori,non intelligitur facere generalem ; quia poſſet eſſe captioſa. l. cum aquiliana . ff. de tranſa. & ibi Bar. ſed ſpecialem debet efficere.item qui dotem promittit,intelligitur, ſi nuptię ſequutæ ſunt. l. promittendo dotem. ff. de iure do. ibi ,

134 magis enim res,quàm verba intuenda ſunt.† Item qui homologat ſententiam arbitri,ſolum extenditur ad ea,quę continentur in compromiſſo,vt eſt tex.in c.examinata. de confir.vti.& inuti. & Bal.in tit.de pace firmanda.§.pen. item qui promittit conductorem non expellere,intelligitur niſi ceſſauerit ſoluere per biē nium.l.quæro. §. inter locatorem. ff.locati, vel niſi re conducta malè vtatur, vel neceſſitas domino ſuperueniat.l.æden. C. loca.

135 † item iurans teſtamentum ſeruare,intelligitur,niſi placuerit aliud teſtamentum facere.l.ſi quis.in princ.de leg.3 .facit optimè. l.ſi.C.de procu.Poſſent infinita exempla afferri:ſed hæc breuita-

136 tis cauſa ſufficiant . † Ex præſumptione legis etiam quædam intelliguntur eſſe excepta , licèt expreſsè non excipiantur. l. cum acutiſſimi.C.de fideicom.l.precibus. C. de impub. & ali.ſub.l.ex facto.§.fi.ibi,ſine hærede, ideſt ſine liberis.& l.illud. C.de ſacroſan.ecc.l.ſi nunquam.C.de reuo.don. & no.in c.2.extra de reſcr. & in c.venientes.extra de iureiu. vbi dicitur,quòd in omni compromiſſione,& iuramēto ſemper intelligitur eſſe excepta aucto

137 ritas ſui maioris. † Propter iuſtam & inopinatam cauſam ſuperuenientem etiam verba reſtringuntur. Nam elapſo termino,ad exceptiones opponendas exceptioni non poterunt opponi ,tamen fallit, vbi de nouo poſt terminum elapſum ſuperuenirent. c.paſtoralis.extra de exce.vnde dicit Cyn.& Ang.in l.diuus.ff.de pe.hæ.Stante prouiſione, quòd non poſſit poni aliqua collecta, nec etiam proponi , quòd illa prouiſio limitatur, vbi ſuperueniret magna neceſſitas , puta famis, vel guerræ , per illam legem. Hinc dicitur,quòd quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio.l.j.de ven.inſpi.l. de ætate. §. ex cauſa. de interrog.acti.c.inſi-

138 nuāte.de offi.delegati.† Poteſt etiam poni exemplum in l.cum quis.& l.Cornelius.ff. de ſolu. vbi dicitur , quod illa clauſula,rebus ſic ſtantibus , præſumitur eſſe intellecta : poteſt poni exemplum in l.ſi.cum ibi not.ff.ſi quis in ius voc. non ie.& l. Cæſar.ff. de publi.& ibi notat.& in l.inuitum.cum ſeq.ff.de procu.puta,ſi ſuperueniat valetudo mala.l. ſi cui. §.tādiu.ff. ex quib.cau.maio. vel iuſta abſentia.l.longius.ff.de iudi.vel paupertas.l.ſi procura.§. ſi ignoranti.ff.mandati , uel multitudo negotiorum , vt in auct. de tabel.ver.ſed necquæſtus, uel iuſtus metus.c.ſtatuimus.de offic.dele.uel alia neceſſitas.l.nulli. C.de iudicijs.l. ſi alijs.§.belliſſimè. ff.quod vi aut clam. vel ſit periculum in mora. l. de pupillo. §.ſi quis riuos.& ibi no.ff.de ope. no. nun. Poteſt poni caſus in l. ſi inimicitiæ. ff. de his quib. vt indig. l. filio. §. Seia. de adimen. leg. l. ædem .C. locati . Hæc tamen limita , niſi ille , cui ſuperuenit talis caſus , poſſet incuſari de culpa : puta , ſi ſe aſtrinxit ad

139 extremum.l.ſi fideiuſſor.ff.ſi quis cautio. † Ex comparatione expreſſorum verba reſtringuntur.Poteſt poni exemplum ſingula-

re

Source : BIU Cujas

re in c.ſedes.de reſcrip.poteſt etiam poni exemplum no. in c.ex literis.de iure patro.in prin. quia conceſſis temporalibus non intelliguntur cõceſſa ſpiritualia omnino ſeparata.vnde ſi dicatur, vendo,vel dono tibi villam cum omnibus iuribus,quòd non in
140 telliguntur vendita ſpiritualia,puta decimę † immo plus,quòd etiam epiſcopus ſi diceret, dono tibi villam, & omnia iura quæ ibi habeo,non tamen intelligitur donare decimas, vel alia merè ſpiritualia. Secus ſi ſunt ſpiritualia annexa temporalibus, vt ius patro.& ſepultura. per.l.in modicis. de cõtrahen. emp. quod no.& ſequitur Bal.in l.à procu. C. manda.& in rub.de contrahē. emp.& in l.fi.in fi.C.ſi.cenſ.vel reli.& ibi vide,& vide Spe.in titu. de contrah.emp in forma inſtrumenti. Item rogatus reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, verificatur, ſi ingreſſus eſt religionē,fallit,vbi eſſet rogatus reſtituere cauſæ magis fauorabili, vt egentibus,auct.niſi rogati.C.ad treb.ad hoc facit, quod notat Bar.in l.j. ff.ad legem Iuliam.vbi dicit an ſaluuſcõductus præſtetur Iudæo
141 & bannito,tanquã eſſent ſocij.† Et faciunt notata per doctores in l.2.de eo quod certo loco.vbi no. ſi quis conſtituit ſe poſſe cõ ueniri Brixiæ,Veronę,Bergomi,& in quocunque loco,debet intelligi de loco non remotiore expreſſis.facit.l. item apud.§.hoc ædictum.ff.de iniur.vbi dicit tex. ea.enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur eſſe neglecta:poteſt etiam poni exemplum in l.j.& ibi doctores.C.de ſeruis fugi.ibi,uel alia pę
142 na: † ex comparatione etiam non expreſſorum reſtringitur, vt eſt tex.notabi.in l.j.de reb.dub.vide Inno.in c.fin.de offic. Arch. quòd ſub clauſula generali comprehēduntur etiam maiora expreſſis, vbi illa maiora ſunt connexa & pertinentia ad expreſſa,
143 quod no.† Propter rationem & cauſam legis lex etiam limitatur & reſtringitur, vt dixit.l. adigere.§. quãuis.ff. de iure pa.l.Titia.§.vſuras.de leg.2.& ibi no.l.Seio.in princ.de ann. leg.& optimus tex.in l.quis ſit fugitiuus.per totam legem.ff de ædil.edic.& tex.in l.2.ff.de aur.& arg.leg. vbi dicitur, quòd oratio reſpectiua deficit deficiente perſona,re, vel qualitate, cuius reſpectu fit,facit ſingulariter quod not.Bart.in l.ſi ita ſcriptum.ff. de manu.te-
144 ſta.† Cauſa quadruplex eſt ſcilicet cauſa efficiens, cauſa ſubiecti ua,cauſa formalis, & cauſa finalis. Nam quemadmodum cauſa legis extendit & ampliat legem,vt.l.j.C.de interd.& ſupra.notatum eſt in quarto argumento, ita vbi cauſa ceſſat, debet lex reſtringi; quia quod operatur propoſitum in propoſito, vt habetur in l.inter ſtipulantem.§.ſacram. de ver.obl.& in l.fin.§.j.ff.de leg 3.& contrariorum eadem eſt diſciplina. l. ſi ex toto de leg.j. Vnde etiam dicitur, quòd limitata cauſa,limitatum etiam producit effectum. l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſta.del.facit.l. ſi quis in graui. §. vtrum ad ſille.& ibi ſingulariter per doctores
145 † quòd ſtante ſtatuto, quòd occidens bannitum lucretur centum.ſi quis occidat bannitum vel fortuito, vel ad propriam defenſionem,vel vt ſicarius,vel vt officialis; quia tenebatur facere
146 ex officio non debentur centum † Ex quo inferri poteſt,ſtatuto cauetur, quòd res immobilis non poſſit alienari forēſi, & quòd denuncians talem rem venditam eſſe ius dicenti, quòd lucretur dimidiam partem,ſi ipſe ius dicens, vel ſui miniſtri denunciant, non debebunt habere dictum lucrum; quia quod quis gratis fa-
147 cere debet, ſi pecunia fit, turpiter fit. † Ex ratione admixti, de quo in l.2.de verb.ob.& in c.quanto de iud. & in regula,ea quæ per Pet de Anch.& in l.adop. de rit.nup. Accedant.l.iuriſgentiũ. §.ſi ob maleficium. & ibi ſcripta. ff. de pac. item facit,quod not. Bar.in l.2.§.ſed & ſi.ff.de fal.vbi dicitur,quòd ſi prohibeatur quis recipere ceſſionem aliquam ab alio, ſub certa pœna,ſi ſucceſſit vt hæres,non incidit in pœnam. Item facit.l.2. C. de noxa. cum ibi no.& l.vt gradatim.§.ſed ſi lege.ff. de mun.& ho. l. milites agrum in prin.ff.de re mil.l.non ſolum §.j.ff.de rit.nupt l.cum ratio.ff.de bo.dā & pulcherrimus tex. in l. pen. ff. ad exhib.ibi,non oportere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari,ſed qua mente id diceretur animaduerti.conuenit, & optimus tex.in l.j. §.occiſorum. ff. ad ſille. Et hoc intellige, vbi cauſa & ratio legis eſt clara,puta,quia expreſſa in l.vel in proœmio legis.l.fi.ff.de hæ red.inſti. & in l. Titia ff.de verb.obl. & not.Bart.in l.ambitioſa.ff. de dec. ab or. fac. prope finem. Vel etiam quia fortiſſimis argumentis ratio comprehendi poſſit,vt dicit gl. in l. quàmuis. C.de fideicom.arg.l.2.C.de lib.& poſt.& d.l.pen.ff.ad exhib.& d.§.oc-
148 ciſorum † aliàs autem non debemus rationē legis ex capite noſtro inuenire,arg.l. non omnium.ff. de leg. ſed potius eſſet ſtandum verbis legis; quia à verbis expreſſis nō eſt recedendum propter rationem incertam.l. non aliter. ff.de leg. 3. cum ſimilibus, quia ſequeretur, ſi iudex ex capite ſuo poſſet à verbis legis recedere,non haberemus legem certam, & omnis lex certa ſubuer-
149 teretur.l.& ideo.ff de leg.& l.j.C.de leg † iudex enim dicitur exe cutor legis,non autem cognitor.l.j.§. fi. ff. ad turpil.ſed hanc regulam limita, vbi lex conſiderat ſingulos caſus, ſecus vbi reſpicit communem curſum naturæ, ſiue ſingula generum,non ſingula indiuiduorum, quia licet ceſſet ratio in vno indiuiduo,nō tamē receditur à verbis legis. Verbi gratia, lex ſtatuit minorem 14.ann.non poſſe facere teſtamentum, vel matrimonium contrahere; quia præſumitur impotens, & infirmi iudicij, tamen ſi contingat caſus,quòd aliquis maior 14.annis,& infirmi iudicij, & alius ſit minor 14. annis & potens, & boni iudicij, nihilominus maior impotens poterit contrahere matrimonium,& teſtamentum facere,minor verò potens & boni iudicij non poterit, vt eſt tex.in l.fi. C.de teſta.mil. & optimè facit l.poſt annū.ff.de
150 libe. & poſthu.& l.4.ff.de legi.ibi, quæ forte vno caſu &c.† Sed vna lex videtur omnes doctores turbare ſcilicet. l. proſpexit.ff qui & à quibus.quæ dicit,verba legis quãquã dura,tamen obſeruãda ſunt. Sed diuerſi diuerſo modo ſoluunt. Doctores antiqui dicunt, illam non eſſe trahendam ad conſequentiam, eo ꝙ eſt
151 ſine ratione & ſpiritu, per.l. quod verò contra. ff. de legi.† Bar. verò ſoluit, ꝙ vbi ceſſat ratio legis, non tamen ceſſat diſpoſitio legis,vbi tractatur de incommodo acquirendo,ſecus vbi tractatur de damno vitando. Alij dicunt, illam legem non reſtringi, quia ibi tractatur de modico præiudicio qa differtur manumiſſio per ſexaginta dies;quia in mora modici temporis nullum eſt præiudicium.l.ſi debitori.ff.de iud.facit lex ſcio. ff.de in integ re ſti.mino.l. id autem.in princ.ff.de admini.tu & l.j.§.perinde.ff.de ædil. edic. quæ allegantur, quòd de rebus minimis non eſſet reſtringenda lex. Alij dicunt, & ſecurius, ꝙ ibi iuriſconſultus non dicit, ꝙ dura ſit lex; eo quia non reſtringatur per rationem, ſed dicit eſſe duram, quia lex expreſsè eſt contra rationem,dum ex preſsè dicit, ſeruum emptum poſt diuortium, vel remotum in prouincia,non poſſe manumitti,quo caſu videbatur ceſſare ratio legis,tamen poſtquã lex ita expreſsè ſcripta eſt, ſeruanda eſt,
152 licèt dura.Et ita videtur intelligere gl. ibi poſita.† Propter contrarium finem, & intentionem legislatoris verba generalia reſtringuntur.l nulla ratio. ff.de legi.l.quod fauore. C. eo nam inducta ad vnum finem,non debent operari contrarium,puta inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, nec contra.l.legata inutiliter,de leg j. & l.legatum inutiliter. de adimē.leg.& in regula,indultum.de reg iur.in 6.& poteſt poni exēplum in l.non eo minus.C.de procu.& inſti.de aucto.tu.in prin. & in l.in teſtamēto.ff.de verb.ſigni.quæ eſt ſingularis ad hoc.Vnde fiſcus,qui ſuccedit,non tenetur mortem defuncti vindicare, quam tenebatur vindicare ille, à quo hæreditas aufertur per fiſcum.l.quia poterat.§ fi.ff.ad trebel.item poteſt poni exemplum in l.ea.ff.loca.& in l.in omnibus.ff de reg.iur.poteſt poni exemplum in l.3.§.duæ.in fi.ff. ad carbo. & in l.generaliter.§.in his.C. de ſecun.nup.& in l.2.§.pen.ff.ad tertul.& in l.ex facto.ff.de vulg.
153 & pup.& l.ſpeciem.ff de his quæ in frau.credi.† vbi dicitur,ꝙ ille non offendit legem,qui beneficio legis vti non vult:& ſimiliter inducta in odium non poſſunt retorqueri in fauorem. l. eleganter.ff. de dolo. & in l.Iulianus. §. ſi quis colludente. ff.de ac. emp.& l.cum profitearis. C. de reuo. dona.l. Titia. §.fi. ff.de mateſt. Quæ inferri poſſunt ad ſtatuta prohibentia mulieres & filios familias contrahere; quia ſi contractus vertitur in fauorem
154 mulierum, vel filiorum familias,poteſt valere. † item,ad ſtatuta diſponentia, contractus factos cum vſurarijs præſumi colluſorios & ſimulatos;quia intelliguntur nulli quò ad fauorem vſurariorum,quò autem ad eorum odium tenēt, ita etiam dixit Bar. in l.poſt contractum.ff.de dona.quod nota perpetuò. Vnde infames non poſſunt excuſare ab oneribus.l.relegatorum. §.fi.ff.de inter.& rele.facit tex.& ibi Ang.in l.ſi à domino.§.ſi prędo.ff.de peti.hęre.facit.l.j.C.de infa.li. 10.& gl.in l.qui ſoluendo.ff.de hæ-
155 re. inſti. † Reſtringuntur etiam verba legis, vt ſeruetur paritas, exemplum,nam teſtis domeſticus vel coniunctus ſanguine prohibetur. Hoc fallit, vbi pariter eſſet coniunctus vtrique parti. c. poſtremò.extra de appel.l.nō ſolum.§.adoptiuus.ff. de ritu nup. Adde tex.in auctē.rogati.C. ad trebel. & ſupra.dixi de compa-
156 ratione expreſſorum.† Item dicitur, ꝙ poteſt maritus accuſare vxorem de adulterio,tamē fallit,vbi maritus eſſet particeps culpæ.l.cum mulier.ff.ſolu.mat.vel ipſe maritus eſſet in pari crimine.l.ſi vxor.§.ſi iudex.ff.de adulte.Item committens moram tenetur de caſu & periculo,fallit,vbi eadem pars eſſet in eadē mora.l.ſi mora.ff.ſolu.mat.& ibi no.& in l.cum par.ff.de reg iur.& l. illud.ff.de peri.& commo.rei ven. poteſt etiam poni exemplum in l.ſi cum dies.§.pe.ff.de arbi.vbi dicitur,ſi arbiter iuſſerit litigatores venire in aliquem locum, ad quem vnus ex litigatoribus ſine turpitudine venire non poterat,ſi tamen venit, & alter,qui ſine turpitudine venire poterat,non venit, non incidit in pęnā; quia abſurdum eſt,in alterius perſona ratum eſſe,in alterius nō. item poteſt poni exemplum in l.in arenam. C.de inoffi.teſt.vbi dicitur, ꝙ frater præteritus à fratre non dicit teſtamentum inofficioſum, ſi inſtituta ſit perſona turpis, vbi ipſe frater pręteritus eſſet perſona turpis. Vnde Iuuenalis Satyra 2.

Clodius accuſat mechos? Catilina Cethegum;

& ibi glo. Item poteſt poni exemplum, vt in titulo, quòd quiſque iuris,&c. & in l.fin.C.de fruc. & litis expenſ.facit optimè l.ſi
157 quis.§.ſi cum omnes. ff. ad ſilleia. † per quam poteſt inferri ad quæſtionem notabi. nam commodatarius & conductor tenentur diligentiam adhibere in rebus cõmodatis & conductis,quã ſolent in rebus propriis adhibere, ſi ſupernenit caſus repētinus, ita quòd vtraſque res non poſſit euadere,ſi euaſit res proprias ſolum, non poteſt accuſari de negligentia.d. l. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes.ibi,nam illud durum eſt dicere,ſi cum duobus auxi-

lium

Source : BIU Cujas

lium ferre non posset, elegit alteri esse auxilio electione crimen eum contraxisse &c. vide Abb. in c. vt debitus honor. circa fi. ex-
158 tra de ap.† Decimò, lex restringitur propter improprietatē siue fictionem euitandam. l. status. §. fi. ff. de iure fis. l. posthumū. ff. de lib. & posth. & ita bene dixit gl. in l. assiduis super verbo data. C. qui pot. in pig. hab. Vnde ēt dicit, ꝙ casus fictus vel præsumptus non extenditur ad aliū casum ad quem extenderetur, si verè fie-
159 ret, & facit optimus tex. in l. si cū mēs. ff. si ser. vēdi. & ibi gl.† Vndecimò, lex generalis restringitur per rōnē naturalē & scriptā, nam rō naturalis pro lege scripta obseruanda est. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tu. & l. iō. de bo. dā. l. in summa §. itē Varus. ff. de aqua plu. ar. j. dis. c. consuetudo. Nā quemadmodū in generali obliga. non veniūt ea, quæ obligās verisimiliter nō esset obligaturus. d. l. obligatione generali. ff. de pig. & quēadmodū in generali mandato non intelliguntur esse mādata, quæ mādans verisimiliter non esset cōcessurus. l. si filius. ff. de don. l. indebitā. ff. de condi. indeb. ita in lege generali non videtur comprehendi tale quid, quod legislator, si spāliter fuisset interrogatus, nō statuisset, arg. l. tale pactū. §. fi. ff. de pac. nā cū lex fiat consilio prudentum. l. j. ff. de legi. nō est verisimile legē generalē eū casum comprehēdere, quē vir bonus & prudēs nō statuisset, ſm Arist. in 2.
160 Ethicorū.† ex quo sequitur, ꝙ lex generalis non præsumitur cō prehendere casum inhonestum, vel turpē. l. filius a patre. cū ibi notatis. ff. de libe. & post. l. filius. ff. de condi. insti. & l. quàmuis. ff. de au. & ar. le. vbi legatis generaliter vestibus non intelliguntur legatę vestes, quæ secundum legem, aut secundum bonos mores gestari non possunt. l. cum spōsus §. si res. ff. de pub. l. nec qua si. ff. de rei vendica. l. si pater. ff. de his quæ in frau. credi. l. Lucius. §. imperatores. ff. de admi. tuto. puta casum sapientem delictum, vel dolum, vel doli occasionem præstare. l. in fundo. ff. de rei vē-
161 di. l. quod seruus. ff. de acqui. posi.† vbi dicitur, quòd seruus, vel filiusfamilias acquirens aliquid ex turpitudine, vel illicito quæstu, non acquirit patri, quàmquam regula sit, ꝙ quicquid acquirit filius, vel seruus, acquirit patri, vel domino. l. placet. ff. de acqui. hęre. Item si quis conductor promisit ignem in domo locata non habere, non intelligitur de igne necessario ad victum se
162 obligasse. l. videamus. §. j. ff. loca.† Item restringitur secundū ius, vt qui promisit restituere hæreditatem, intelligitur detracta falcidia vel trebellianica. l. cum certum. C. ad le. falc. Item infertur, si statuto cauetur, ꝙ de damno dato stetur iuramento accusato ris, tamen illud iuramentum potest iudex moderare, si vltra mē suram iurasse constaret, arg. l. qui restituere. iuncta gl. ibi, sine vl la taxatione, & ibi Ang. ff. de rei vendi. no. in l. qui bona. §. si quis. ff. de dam. infe. Item pater, qui commisit arbitrio tutoris filiam nubere, non intelligitur, vt possit nubere tutori. l. quāquam. ff. de ritu nup. Ad hoc facit. l. si quis sub conditione. in prin. & ibi Bar. ff. de condi. insti. & l. si fratres. §. fi. cum l. sequen. ff. pro socio. & in l. j. §. qui onerādæ. ff. quarum rerum actio non datur. & hoc est quod dicimus, ꝙ ab omni superioritate semper videtur esse excepta honestas. l. cum libera. C. de ope. lib. & d. l. quintus Mu-
163 tius. ff. man.† Item dicimus, ꝙ lex generalis ita restringi debet, ne quis lucrum ex dolo suo, vel culpa capiat. l. j. ff. de dolo. l. vxori. ff. de vsufruc. leg. l. ita demum. in prin. ff. de arbi. pulcher. tex. in l. lege. ff. de leg. com. item, ne quis ex bono opere damnum patiatur, aut pœnam. l. Gracchus. C. de adulte. l. 3. §. transfugas. ff. de sicariis. l. is qui aggressor. C. eo l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edic. item ne melioris sint conditionis mali, quā boni, aut stulti, quàm prudentes, aut contumaces, quàm obediē tes. l. quod seruus. ff. quod vi aut clam. l. j. §. j. ff. de dona. inter vi. & vxo. c. contingit. extra de do. & contu. vbi dicitur, ꝙ si alicui est concessa a ius dicente apprehendendi possessionem alicuius, si is, contra quem est cōcessa licentia dolo vel vi impedit, quo minus apprehendatur, intelligitur ipso iure esse apprehensa. Item dicimus, ꝙ in lege generali non intelligitur comprehēdi casus, qui esset contra pietatem parentum, vel proprij sanguinis, uel patris. l. minimè. ff. de relig. & sum. fune. l. p̄ses. C. de seru. & aqua.
164† Vnde si statuto imponeretur pœna sindico non denuntianti malum, sindicus non incidit in pœnam, si non denunciauit malum proprium, uel patris, uel filij, arg. l. 2. ff. de recepta. & ibi no.
165 ponit Bar. in l. diuus. ff. de custo. & exhi. reo.† Et ut generaliter dicatur, in lege generali non intelligitur comprehendi casus illicitus & iniustus: quia nihil absurdius esse potest, quàm legem iustā ad interpretationem iniustam trahere, arg. l. pe. ff. ad exhiben. l. si possessor ex hæreditate. ff. de peti. hære. uel talem casum per quē fieret fraus legi. Ad hoc optimè facit. l. cum hi. §. sed cum lis. & ibi Barto. ff. de transa. & s̄. dixi, qualiter extendatur lex quia cadē
166 ratione restringeretur.† Item debet restringi, ne quis alienū lucrum suo proprio præponat. l. p̄ses. C. de seru. & aqua. l. uenditor. §. si constat. ff. communia prædi. l. amicissimos. §. Lucius. de excu. tu. & in l. j. §. præterea. ff. de tut. & rat. dist. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & ibi Cy. c. peti. de iureiuran. nam in generali sermone non includitur persona loquentis. l. inquisitio. C. de solu. & Bald. in l. petitionem. C. de aduoca. diuer. iudi. & nemo tenetur contra se actionem uel ius cedere. Bal. in l. 2. C. an ser. ex suo
167 fac.† item restringuntur propter casum necessitatis, vt in l. post legatum. §. aduocatum. ff. de his qui. vt indig. ubi uide plura in illa lege ad propositum, & in l. diuus. ff. de pe. hær. vide s̄. de causa
168 opinata.† Itē restringitur, ne fiat captiosa interpretatio. l. si vxori. in prin. ff. de aur. & argen. lega. l. si cum exceptione. §. alium. ff. quod me. cau. l. cum aquiliana. ff. de transa. l. quia. ff. de interrog. acti. cum simi. ex quo inferunt doctores, ꝙ confirmans generaliter statuta, vel consuetudines, vel iurans ea seruare, non extenditur ad legem, vel consuetudinem illicitam. l. j. & ibi Bart. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & l. j. C. de monopo. & tex expres-
169 sus in c. j. de iureiu. li. 6. l. nō videtur. §. qui iussū. ff. de reg. iu.† Hinc etiam dicitur, si testator substituit filio, vel filiæ, si sine liberis decesserit, intelligitur de legitimis. l. ex facto. ff. ad trebe. itē quod dicitur, in generali inuestitura intelligitur de iustis feudis tantum, nō de iniustis esse facta, tex. optimus in c. j. per quos fi. inuestitura, in vsi. feu. item non tenetur pęna aliqua, qui exemerit eū, qui in ius vocari non debuit, vel non potuit l. j. in fin. cum. l. seq. ff. ne
170 quis eum qui in ius.† Item dicimus, ꝙ in generali lege & fauorabili non continentur odiosa. l. Lucius. § Lucius Titius Damam. ff. de leg. 2. & ibi Bar. & in c. alma mater de sent. excom. li. 6. Nam cum iura naturalia, & quæ à naturali ratione procedunt non requirant scripturam; quia diuina quadam prudentia seruantur, idest ratione, quę dicitur nobis communis cum dijs, vt instit. de iure naturali. §. ius gentium. & §. sed naturalia. non est opus, ꝙ in lege exprimātur, quia tantæ auctoritatis sunt, vt non indigeant scriptura. l immo magnæ. ff. de legi. & ut inquit Seneca, quędam
171 non scripta scriptis omnibus certiora sunt.† Nam si iura noua, puta municipalia non intelliguntur abrogare, aut derogare legi communi ciuili, nisi exprimatur. l. j. C. de inoffi. do. l. si quādo. C. de inoffi. testa. c. cum dilectus. extra de cōsue. c. inter dilectos. extra de fide instr. & in c. si Papa de priui. lib. 6. licet possint abrogare & derogare, vt in l. omnes populi. de iusti. & iure instit. de iure naturali, gen. & ciui. §. j. & §. sed naturalia. in fin. ergo multo minus iura naturalia videbūtur esse abrogata cùm abrogari nō possint. d. §. sed naturalia. & l. senatus. ff. de vsufru. ea re. quæ. & l.
172 tutelas. ff. de capitis diminu.† Et quāquā lex ciuilis possit iurigētium, & naturali supplere, vel detrahere, aut vnum ius propter maius bonum alteri præponere l. ius ciui. ff. de iusti. & iure l. j. C. de leg. l. j. ff. de vsucap. & plenè notatur per Io. An. in regula, malæ fidei possessor. de regu. iur. in 6. tamen non debemus à iure & æquitate naturali recedere, nisi lex expresè scripta sit. l. j. C. de legi. & l. placuit. C. de iudi. & c. j. & c. ne innitaris, extra de constit.
173† Scire tamen oportet, quòd pluribus alijs rationibus solet vna lex per aliam restringi & ampliari, vel per auctoritatem superioris, puta si quis atrocissimum crimen commisit vltra consuetū, potest pęna grauiori puniri, quàm in lege cōtinetur. Et quāquā superior hoc possit efficere, non tamen posset iudex, vt dixit gl. in l. diuus. ff. de fal. Item si quis parum legem trāsgressus est, quāquā rationabiliter per superiorem ignosci possit, non tamen iudex hoc posset efficere, vt dicetur plenè in quarta parte principali, & notatur in l. & si seuerior. ff. de his qui not. infa. & in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de insa.

SVMMARIVM.

1 *Leges non solum concordandæ sunt, sed etiam statuta.*
2 *Statuta & consuetudines ad inuicem, an concordanda sunt.*
Statuta nuncupantur leges seu iura.
3 *Leges potius concordandæ sunt quā corrigendæ.*
Leges multæ adinuicem contrariæ videntur, quæ tamen non sunt.
4 *Statuta secundùm ius commune limitantur, distinguuntur, & interpretantur.*
5 *Leges ciuiles à Deo per ora principum promulgatæ sunt.*
Leges cum statutis sint antiquiores, ab eis facile recedendum non est.
6 *Iura municipalia secundùm leges antiquas distinguenda, & interpretanda sunt.*
7 *Lex noua generaliter loquens per veterem non restringitur.*
8 *Nuntiatio noui operis in diebus feriatis fieri potest.*
Priuilegium non dicitur, nisi aliquid vltra ius commune operetur.
9 *Iura municipalia si id quod ius commune concedunt, absurdum non est.*
10 *Statuti verba generalia in priuilegium personarum aut causarum facta non restringuntur.*
11 *Statuto si caueatur, quòd quilibet in crimine læsæ maiestatis ad testificandum admittatur inhabilis de iure ciuili ad testificandum admittetur.*
12 *Statuta iuri communi vel adinuicem contraria restringuntur, quantum sit possibile, ne ius commune lędatur.*
Statutum, quòd sententia mittatur executioni appellatione vel nullitate aliqua non obstante, quomodo intelligatur.
13 *Statutum, quòd sententia executioni mittatur exceptione aliqua non obstante quomodo intelligatur.*
14 *Statuto si caueatur, quòd pater filiam dotare teneatur, & ea in successione patris sola sit, intelligitur, si honestæ vitæ sit.*
15 *Statuto si caueatur, quòd iudex procedere debeat reseruatis exceptionibus in fine litis, de quibus exceptionibus intelligatur.*
16 *Statuto si caueatur, quòd iudex omni iuris solennitate omissa procedere possit, de quibus solennitatibus intelligatur.*

Source : BIU Cujas

17 *Statuto si caueatur, quòd statuta ad literam intelligantur sine aliqua interpretatione, de qua interpretatione intelligatur.*
18 *Statutum, quòd lauda & præcepta iudicis in iudicio facta executioni mit tantur, quomodo intelligatur, & quæ exceptio opponi poterit.*
19 *Exceptio aliud est, & aliud est iudicis officium.*
20 *Statuto si caueatur, quòd aliqua exceptio opponi non possit, nisi quædam per statutum enumeratæ, exceptiones pares exceptuatis opponi poterunt.*
21 *Statuto si caueatur aliquid contra ius commune, & adijciatur clausula non obstante aliqua lege, vel statuto, quomodo talis clausula intelligi debeat.*
22 *Clausula, non obstante aliqua lege, vel statuto, non impedit, quo minus vnum statutum per aliud suppleatur.*
23 *Lex noua per legem veterem non restringeretur, si in noua diceretur, non obstante aliqua lege siue generali, siue speciali.*
24 *Clausula statuti, quòd nulla possit opponi exceptio, intelligitur, nisi talis exceptio opponatur, quæ ex alio statuto resultet.*
25 *Clausula derogatoria, non obstantibus aliquibus priuilegiis, quomodo restringatur.*
26 *Clausula derogatoria non obstantibus priuilegijs non tollit priuilegium aliàs concessum personæ priuilegiatæ.*
27 *Iudex quando ex causa iusta motus videatur.*
28 *Clausula in priuilegio posita, & de plenitudine potestatis nostræ supplentes omnem defectum, quomodo intelligatur.*
29 *Statuto si quid disponatur, quod sit contra ius commune, quomodo intelligatur. & infra. num. 33.*
30 *Statutum contra ius commune generaliter loquens quomodo intelligatur. & infra. nume. 33. & 34.*
31 *Reus edere tenetur instrumenta ad declarandam intentionem actoris, vel ad replicationem.*
32 *Reus fisco instrumenta edere tenetur.*
35 *Sindicus maleficia occulta manifestare non tenetur stante statuto &c.*
Ignorantia ad lucrum consequendum non prodest.
36 *Sindicus denuntiare non tenetur maleficium a se, vel a cõsanguineis commissum, stante statu. &c.*
37 *In sermone generali nimis durum semper exceptum videtur.*
38 *Sangninem proprium quis odio habere non potest.*
39 *Statutum, quòd quis prædium alienũ non ingrediatur sine licentia domini, quomodo intelligatur.*
40 *Prohibitum fieri, si est de genere permissorum solum ad dolosè facientes extenditur.*
41 *Præscriptio non currit contra non valentes agere.*
42 *Præscriptio statutaria an ad minores extendatur.*
43 *Statutum, refertur ad ius commune, ne quis beneficium legis perdat.*
44 *Debitor si vigore statuti possit carcerari, prout creditori placuerit, cedendo bonis carcerem euitabit.*
Statuta in terris ecclesiæ interpretantur secundum ius canonicum.
45 *Statutum, quòd filius hæres contra factum patris venire non possit, beneficium inuentarij non tollit.*
46 *Statutum, quòd dicto saltuarij de damno dato stetur, intelligitur nisi plenè contrarium probetur.*
47 *Statuto si caueatur, quòd mulier sine consensu propinquorum in 3. gradu contrahere non possit, si non sint in 3. gradu, vel absentes contrahere poterit sine eis.*
48 *Beneficio qui abutitur, id amittere debet.*
49 *Statutum occidere aliquem permittens &c. id permittit, per quod ad illud deuenitur.*
50 *Pace eum meo inimico facta sub pœna, si ille banniatur, & eum offendam stante statuto &c. in quam pœnam incidam vel conuentionalem, vel statutariam.*
Bannitus sub ciuitatis protectiõne non est.
51 *Statuta bonum publicum respicientia non debent restringi per aliud statutum minorem vtilitatem continens.*
52 *Maritus forensis an dotem lucretur ob vxoris adulterium stante statuto, quòd forenses acquirere non possunt, & alio statuto, quòd dos ob adulterium vxoris marito applicetur.*
53 *Statutum præmium imponens hostem occidenti ad bannitum ob publicam vtilitatem extenditur.*
Priuilegiatus vt non possit de debito intra quinquennium conueniri non intelligitur de debitis occasione delicti.
54 *Statutum iuri communi contrarium an ab eo distinguatur.*
55 *Lex in dubio non præsumitur ijsdem verbis rem vnam diuerso modo determinare.*
56 *Ab auctoritate iurisperitorum in dubio recedendum non est.*
57 *Lex noua sine euidentissima vtilitate fienda non est.*
58 *Statuti verba quando magis stricta sunt, an extendantur.*
Statutorum verba magis se conformant rationi propriæ quàm rationi iuris communis.
59 *Statuto si caueatur, quòd fratri succedat frater ex paterna linea, an frater ex vtraque fratrem ex linea paterna excludat.*
60 *Statutum quòd victus in expensis condemnetur, intelligitur, nisi iustam litigandi causam habeat.*
61 *Statutum, quòd occidens hominem occidatur, intelligitur, nisi legitimè occideret.*
62 *Fructus in stipulatione rem dari non veniunt.*
63 *Statuto si caueatur, quòd quis personaliter, vel ad domum citetur, ad domum indistinctè citari potest.*
64 *Consuetudo secundùm legem ei non derogat, sed eam potius declarat.*
65 *Statutum si idem quòd ius commune disponit, actio non ex statuto sed ex iure communi oritur.*
66 *Lex vna aliam declarat, & quomodo.*
67 *Lex vna aliam distinguit.*
68 *Lex vna alteram corrigere potest, quando adinuicem concordari non possunt.*
69 *Lex vna quomodo alteri præualeat.*
70 *Lex de religione disponens intelligitur, vt potius deroget legi de profanis rebus disponenti, quàm econtra.*
Lex de rebus sacris disponens ad bonum publicum pertinere dicitur.
71 *Lex disponens de rebus animæ præfertur legi de rebus corporis disponenti.*
72 *Lex disponens de rebus corporis præfertur legi de rebus exterioribus disponenti.*
73 *Lex ius naturale continens iuri non naturali licèt æquo præfertur.*
74 *Lex statuens quis vt bona sua tueatur, legi disponenti, quòd aliena tueatur derogat.*
75 *Statutum, quòd de meo prædio lapidicinas tollas, intelligitur, nisi pro meo vsu ego vellem.*
76 *Lex ius publicum continens præfertur legi priuatum ius continenti.*
Filius contra patrem & vxor contra maritum pro fide & patria insurgit.
77 *Lex æquitatem continens, legi rigorem continenti derogat.*
Aequitas quid sit.
78 *Lex in casu necessitatis disponens legi casum necessarium non continenti derogat.*
70 ratione rei.de qua loquitur lex. Prima † regula eſt, ꝙ lex diſponens de religione,vel de rebus ſacris, ſemper ita intelligẽda eſt, vt potius deroget legi diſponenti de rebus profanis, quàm ecõtra Nam maxima eſt ratio,quæ pro religione facit.l. ſunt perſonæ.ff.de reli & ſump.fu.l.locum.ff.de vſufr.leg.l.ſeruitute.§.fi.ff. de ſer.Nam lex diſponens de rebus ſacris, ad bonum etiam publicum pertinere dicitur.l.j.§ huius ſtudii.ff.de iuſt.& iur.l.ſi quis in hoc genus.C.de epi.& cle.cum ſimi. Nam vbi cõcurrunt duæ cauſæ;quarum vna conſurgit à potentiore principio, præfertur illi,quæ inſurgit à minus potenti.c.ſi à ſede & c.quãquàm.de pb. lib.vj.& c.licèt cauſam.in fin.de proba.l.qui habet. ff. de tutel.in
71 prin & vbi duæ cauſæ concurrunt, effectus denominatur à poſteriore.l ex placito.C.de rer.perm.c.quanto. extra de iudi. † Secunda regula eſt, ꝙ lex diſponens de bonis animæ præfertur legi diſponenti de bonis corporis cũ anima cunctis rebus ſit præferenda.l ſancimus.C.de ſacroſan. eccle. & proponitur bonis corporis,de pœniten.& remiſ.c.cum infirmitas, & potius patienda ſunt omnia tormẽta,quàm vt aliquid turpe perpetretur.l. iſti qdem.ff.quod met.cã.Et lex diſponens de bonis corporis præfer-
72 tur legi diſponenti † de rebus exterioribus:cũ illa dicatur eſſe de iure naturali.l.vt vim.ff.de iuſtit.& iur. & omnis pœna corporalis etiã minima grauior eſſe dicitur,quàm maxima pecuniaria.l. in ſeruorum ff.de pœ.& ibi gl. Vnde illud Iob pellẽ pro pelle, & omnia dabit homo pro anima ſua:cũ bona exteriora ſequãtur perſonam,auct ingreſſi.C.de ſacroſan eccleſ.& natura oĩa crea-
73 uit ob vtilitatẽ hominis.l.in pecudum.ff.de vſur. † Vnde lex cõtinens ius naturale præfertur legi continenti ius non naturale, licèt ius æquum ex quo decidunt doct in l.veluti. ff. de iuſtit.& iur.& inl.pe.ff. de lib. agn. ꝙ licèt filius teneatur alere patrem de bono,& æquo,pater verò tenetur alere filium nõ ſolũ de æquo, ſed ẽt de iure natu.tamen ſi quis ſit pauper & habeat patrẽ diuitem,& filium ſimiliter diuitem,debet primò petere alimenta à
74 patre,quàm à filio. † Et lex ſtatuens,vt quis bona ſua tueatur,derogat legi diſponenti, ꝙ tueatur aliena, nam ordinata charitas incipit à ſeipſo.l.præſes.C.de ſerui.& aqua.& in l.j.§. officio. ibi, dum ponderantur facultas.ff.de tut.& ra.diſtrah.notat Barto. in
75 l.ſi maritus.ff.ſolut.matrimon. † & ſi ſtatuto cauetur, ꝙ de meo prædio poſſes lapidicinas tollere exburſato pretio, intelligeretur,niſi pro meo vſu ego vellem.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.ſi ſerui.ven.& l.j.§.Vranius ff.de aqua plu.arcen. Adde gloſ. notabilẽ in c.bonæ.el.j.de poſtu.præla.& ita gl.bona in cap.ij. de vſu pall.
76 in vlti. gl. † Tertia regula eſt, ꝙ lex continens ius publicum maximè bonum patriæ,derogat legi continenti bonum priuatum. l veluti.ff.de iuſt.& iur.& ibi nota & l.minimè.ff.de reli.& ſump. fu.l.poſtliminium.de cap.& poſtli.reuer adde gloſ.in capitu.laudabilem.de conuer. infide. quæ dicit,quòd pro fide & patria inſurgit filius contra patrẽ,& vxor contra maritum: & patria vnicuique eſt dulciſſima.l.qui habebat in princip ff.de lega.iij. Tertiò adde,quæ notan.in l.j.ff.ſoluto matri.l.ſi quis in graui. §. vtrũ. ad ſille.& ibi,ꝙ dicitur eſſe ius publicum:& plenius dixi ſ.de iuſ. & iur.Adde omnino in quæſtionibus poſitis in ver.rurſus doct. quærunt.& in ſeq.vbi optimè probatur. & infra de quæſtionib. perplexis.adde textum notabilem in l.ex parte.§. quanquam. ff. quod cum eo.& l.cętera.§.ſed ſi quis.de leg.j.& l.j.ff. de condi.&
77 demonſt. † Quarta regula eſt, ꝙ lex continens æquitatem, derogat legi cõtinenti rigorem.l.placuit.C.de iudi.l.j. C. de legi.l.diſ. cap.ponderet.& vtrobique not de re iud.c.ſanè.§.fin.ęquitas.n. eſt rectitudo iudicii naturalem ſequens rationem.l.j.§.quod qs.
78 ff.ſi quis teſt lib.eſſe iuſſ.& l.bona fines.ff.depoſi. † Quinta regula eſt, ꝙ lex diſponens in caſu neceſſitatis derogat legi non continenti caſum neceſſarium,facit.l.fin.C qui teſt.face.poſ. vbi neceſſitate tamen ſubſiſtente,vt l.ij.C.ad l. rhod.de iactu & c eum in cunctis extra de elect.& c.ſi quis ꝑ neceſſitatem. extra de furti.& in regula quapp. ff.de re iu. † Sexta regula eſt, ꝙ lex con-
79 tinẽs ius voluntarium,prævalet legi continenti ius redditum in inuitum,dummodo ius primum non reſtringatur,ar.l. admonẽdi.& l.ex duobus.ff.de iureiur.& l j § j.de ope.no.nun.& l. ſi conuenerit.ff.de re iu.l.ij. C.com.vt iud.cum ſimi.& regula ſemper.
80 de regu iur. † Septima regula eſt, ꝙ lex continens ius ordinariũ derogat legi continenti ius & remedium extraordinarium & ſubſidiarium.l in cauſæ ff.de mi.l.in prouinciali. § j. & ibi nota.
81 ff.de ope.no nun.† Octaua regula eſt,quòd ius,quod quis habet pro ſe,fortius eſt eo quod quis habet ab alio.l.ſi Auguſtæ. de lega.ij.facit glo.in l in libello.ff.de capti & poſtli.reuerſ.adde quæ
82 dicta ſunt ſ.in capitu.de iuſti.& iur. † Nona regula eſt, ꝙ in legibus contrariis lex continens fauorem derogat legi continenti odium,cæteris paribus,argum.cap.odia.de regu.iur. in vj. & l.inter pares.ff.de re iudi.& l.fin.in §.ſi Titius. ff. de vulga. & pupilla.
83 vbi in caſibus perplexis caſus fauorabilior prævalet. † Ratione modi etiam vna lex derogat alteri. Ex quo lex præcipiens, vel vetans derogat legi permittenti, vel toleranti.l. hac conſultiſſima.C.qui teſta. a.poſ.dum quæritur,an cecus poſſit facere teſtamentum inter filios cum duobus teſtibus, & reſpondetur quòd non,vt ibi.& eſt text.inſtitu.qui teſtament.fa. poſſ.§. cecus. & l.j. C.de ſacroſanc.eccle.& l.j.ad leg.Falcid.vbi lex permittit vnicuique liberam teſtandi facultatem,& tamen limitatur per ll.iubẽtes & vetantes circa regulas teſtamentorum, puta ne poſſit grauare inſtitutos vltra legitimam,dodrantem, vel Trebellianicã:
84 & eſt tex.in l.tutor.ff de ſuſpe.tuto. † Nam regula eſt, quòd quilibet poteſt accuſare ſuſpectum tutorem.& alia regula prohibitiua,quòd libertus non poſſit accuſare patronum. Certè libertus non poterit accuſare patronum ſuſpectum tutorem. l. j. de offic.conſu. vbi conſul minor manumittere non poteſt, licèt officium eius ſit manumittere:& eſt text.inſti quibus manu. nõ licet,vbi minor xx.ann.non poteſt manumittere ſeruum per legẽ Eliaſentiam,& alia lex eſt, ꝙ minor xiiij.annis poteſt de om-
85 nibus liberè diſponere. † Adde, quòd ſingulariter dixit Barto. in l.ambitioſa.circa fin. in verſicu. quinta regula .ff.de decret ab ordi.fact. quòd vbi aliquid eſt acceſſoriũ ad duo,ſcilicet ad permiſſum & ad prohibitum,illud acceſſorium dicitur potius eſſe prohibitum.facit illa regula,magis eſſe inſpiciendum, quod no-
86 cet,de qua per glo.in l.emptor.ff.de vſucap pro empt. † & lex vetans derogat alteri legi præcipienti, quemadmodum negatio derogat affirmationi,non autem affirmatio derogat negationi. l.ſi Ruffinus.C.de teſtamen.mili.l.tutor.§ j.ff.de ſuſpect. tuto.l. ſi ſic.ff.de verbor.ſignific.in l.hoc genus.de condi.& demonſt.& c. ipſo iure.de reſcri.libro vj.Ioan.And.in cap.j.de reg.iur. in vj.ſuper ver.non poteſt.Item not.quòd lex annullans,vel imponens pœnam dicitur vetare.l.prętor.ait.§.j.de ope.no.nunc.& ibi glo.
87 in verſicu.expreſſum. † Secunda regula eſt,quòd lex iubens,vel vetans, aut permittens derogat legi conſulenti. l.is quib.de rei vendica.l.pacto.ff.de tranſactio.l.prima.ff.de præt.ſtipul.argum. l.ij.in fin.ff.mand.fatuè tamen facit,qui conſilium legis non obſeruat,quia incidit in periculum.ff.de offi.proconſul.l.obſeruare.§.j.C.de lat.liber.tollen.l.j.§.pen.dixit tamen Archi.iiij. diſt. in fin. ꝙ in dubio lex præcipit,non conſulit,quia hæc eſt eius natura,argumen.l.cum quid.ff.ſi cert.petat. niſi verba legis vel ratio aliud ſuaderent. Quando autem conſilium reuerentiæ vel perfectionis obliget vide in c.ad aures extra de æta.& qua.ĩ regula cõ
88 ſiliũ.in vj. † Tertia regula eſt, ꝙ lex diſponens principaliter de

aliqua

Source : BIU Cujas

aliqua re ꝓpter ſe prævalet legi diſponenti de re,quæ tendit ad aliud,puta de præparatoriis,incidentibus, vel venientibus in cõſequentiã,vide omnino Barto.in l.ambitioſa.ff.de decre. ab ord. fac.facit.l.j.§.ſi te rogauero.ff.de poſt.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer. pet.& opti.tex.in l.j & l.quod dicimus.ff.de aut.tuto. & l. qui exceptionem.ff.de condi.inde.& optimus tex.in l.quod obſeruan
89 dæ.ff.de iniur.& in l.vinum.ff.de fur.† Quarta regula eſt, ꝙ lex procedens ſuper veritate diſponendo,derogat alteri legi procedenti ſuper præſumptione.l.fin.ff.de probat.l.continuus.§.illud. ff.de verb.obli.ibi,incertis non certis locus eſt coniecturis, cum
90 ſimi.† Quinta regula eſt,ꝙ lex iubens aliquid ſtatim fieri,derogat legi diſponẽti aliquid fieri in tempus, vel ſub cõditione,arg. l.ſi cum mili.§.j.ff.de compenſ.ratione etiam ſuæ qualitatis vna lex poteſt alteri derogare,nã lex iudicialis derogat legi conſciẽtiæ in foro iudiciali.cap.tua.extra de ſpon.c.inquiſitio.de ſen. ex com.& vtrobique not. & quando lex iudicialis ſit ſeruanda in foro conſcientiæ,notatur in regula,malæfidei,& in regula, pec-
91 cati venia.in vj.& ſupra dixi quotupliciter ſit lex.† Secunda regula eſt, ꝙ lex canonica diſponens de rebus prophanis derogat legi ciuili in terris eccleſiæ,lex verò ciuilis derogat legi canonicæ in terris imperij, vt in c.per venerabilem.qui fi.ſi.leg.& in c.j.
92 extra de ope.no.nun.& ibi not.& in c.fin.de præſcri.† Tertia regula eſt,ꝙ lex municipalis derogat legi communi in ſuo municipio,ſicut lex noua derogat legi vete.& lex particularis derogat
93 vniuerſali.l.oẽs populi.de iuſti.& iur.c.j.de conſti.lib.vj.† Quarta regula eſt,ꝙ lex in corpore incluſa derogat legi extrauaganti tanquàm incertæ c.paſtora.extra de fide inſtrum.& ibi not.& in prooemio decretalium.§.ſanè.facit glo. in l.ij.§.legatum.ff.de iud.& gl.in auct.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi oportet, quod in dubio non intelligitur eſſe abrogatum priuilegium in-
94 cluſum in corpore iuris.† Quinta regula eſt,ꝙ lex obſeruata de conſuetudine derogat legi non obſeruatæ de conſuetudine.l. minime.& l.de quibus.in fin.& l.ſi de interpretatione.ff.eo.facit.
95 l.j.C.de iure vete.enuc.§.qui autem,neque vſitate.† Sexta regula eſt,ꝙ lex noua derogat legi veteri.l.nõ eſt nouum. cum l. ſeq. ff.eod.facit.l.ſi quis.in princi.de lega.iij.l. pacta nouiſſima. C. de
96 pact.† Septima regula eſt,ꝙ vbi ſunt duæ contrariæ leges ꝓmulgatæ,licèt ſint confirmatæ vno & eodem tempore,tamẽ lex poſterior in ordine derogat priori.d.l.nam & poſteriores. ff. eod. & no.Barto.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.prope finem, per l.ij.ff.de teſt.tut.per d.l.ſi certarum.ff.de teſta.mil.l. conficiuntur. §.ſimilis.ff.de iure codicil.quod intellige, vbi nullo modo poſ-
97 ſunt concordari,vt ſupra dixi.† Octaua regula eſt, ꝙ lex ſpecialis derogat generali,vt in regula,generi per ſpeciem. not. plen Barto.in l.ſanctio legum.ff.de pœ.& ibi vide,& c. ſi aduerſus. de
98 hære.† Nona regula eſt,ꝙ lex habens clauſulam derogatoriam, veluti ꝙ hæc lex obſeruetur non obſtante aliqua lege in contrarium,vel dicat,ꝙ factum contra primam legem non valet, derogaret legi non habenti clauſulam derogatoriam, licèt ſit poſterior.l.nam & poſteriores.ff.de legi.quæ autem dicatur ſpecialior,vide Barto.in extrauag ad reprimen.in verb. non obſtanti-
99 bus.vbi dicit,† ꝙ vbi ſtatutum eſt generale quò ad cauſam, ſpeciale verò quò ad perſonã (aliud verò eſt generale quò ad perſonas,ſpeciale quò ad cauſam) & dubitetur,ꝙ ſtatutum dicatur magis ſpeciale,& quod prævaleat, cùm ſint inuicem repugnantia.eſſe conſiderandum, ꝙ quodlibet ius ſingulare eſt introductum propter aliquam vtilitatẽ.l.ius ſingulare.ff.eod. vnde cum vtrunque ius ſingulare ſeruari non poſſit,ſed oportet alteri derogare,derogandum eſt illi iuri,vbi minor vtilitas reperitur: & illud eſt ſeruandum,vbi eſt maior & euidẽtior vtilitas, quia hæc eſt benignior interpretatio,ergo eſt amplectanda. l. quoties. de
100 regu.iur.† Itẽ quia cauſa magis priuilegiata derogat cauſæ minus priuilegiatæ.l.j.C.de priui.& l.verum.§.ſeq.ff.de minor.& in ſimili dicitur,generaliter eſt prouiſum, ꝙ nulla currat præſcriptio minoribus.l.fin.C.in quibus cauſ.in integ.reſti. non eſt neceſ.& hæc conſtitutio ſpecialis eſt quò ad perſonas, & generalis quò ad cauſas,aliàs eſt lex contra, quæ prouidet propter publicam vtilitatem,vt inſtantia finiatur triennio, ne lites fiant immortales.l.properandum.§.j. C.de iudi.iſta lex eſt generalis quò ad perſonas & ſpecialis quò ad cauſam inſtantiæ, tamen quia lex licèt antiquior, non tollitur per præallegatam legem finalem, & hoc ratione prædicta; quia publica vtilitas verſatur in litibus dirimendis,præfertur vtilitati minori, quæ non eſt ita publica, vt not.in l.fin.C.ſi aduer.rem iudi.cui adde not.in cap.vt circa.de elect.in vj.in nouel.& in cap.j.de priuil.lib.vj. vbi de perplexita-
101 te priuilegiorum notatur.† Item pone,vno ſtatuto cauetur, ꝙ ſententiæ pupillorum mandentur executioni per priores artiũ tantùm.Alio ſtatuto cauetur,ꝙ à libris 100. mandentur executioni per Poteſtatem tantùm,nunc lata eſt ſentẽtia pro pupillo in 200.quæritur quis ex illis exequi debet,dicit Bal. ꝙ ſpecialior iudex,dicit ipſe in l.executionẽ.C.de execu. rei iudi. ꝙ qualitas, quæ poteſt pluribus ineſſe,eſt generalior, quàm illa, quæ poteſt vni ſoli ineſſe. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi.ff. de pact. ſed cauſa pupillorum eſt magis ſpecialis; quia paucioribus contingit ineſſe, quàm cauſæ aſcendentes libras 100. ergo iudex pupillorum erit ſpecialior, & cognoſcet, non poteſtas. Ad hoc etiam facit; quia cauſa pupillorum eſt fauorabilior, ergo derogat minus fauorabili.per ſ.alleg. Adde Bal.in l.Gallus. ad fi.de
102 lib.& poſth.† Quæritur etiam, an ſi ſtatuto vir lucretur partem dotis,& mulier dederit ſecundo viro dotem ſibi a primo marito relictam, an lucrabitur, vide in l.hac edictali. per Bald.C.de ſecun.nup.latè, & an habeat locum ſtatutum in rebus feudalibus in dotem.Bald. ꝙ non in c.j.an maritus ſucce.vxo.in bene. Subijciendum eſſe videtur de quibuſdam quæſtionibus perplexis,quæ prima facie videntur eſſe inſolubiles, tamen ſi attendantur regulæ contrariarum legum,prout ſ.dixi,facilis apparebit ſo
103 lutio.† Pone,ſtatuto cauetur,quòd bannitus poſſit offendi, alio ſtatu.quòd banniti non gaudeant beneficio ſtatutorum ciuitatis.Modo bannitus offendit bannitum, & offendens accuſatur, & accuſatus excipit de banno offenſi, an bãnitus accuſatus poſſit ſe defendere,quòd licitè poſſit offendere,& Iacob.de Are.vt recitant doc.in l.cum mulier,ſolu.matr.dicit, quòd licitè potuit eum offendere.Nam dicit,quædam ſunt beneficia vtilitate priuata,& iſta non cõpetunt bannitis.l.ex facto.ff.ad Treb.l.j. C.de hęre.inſti.q̃dã ſunt bñficia publica vtilitate, & iſta fore publicę vtilitatis cõpetunt oĩbus & bãnitis.l.ſi qs in graui.ff.ad Sille.§.hi quoq;,facit.l.j.ff.ad leg.Iul.maie.& melius.l.nõ eſt.ff.de re mil.&
104 ita ẽt no.in l.j.ff.de iuſt.& iu.† Itẽ pone ſtatuto cauet, qđ bãnitus nõ audit agẽdo,vel defendẽdo,modo bãnitus agit ꝫ bãnitũ, ex-
105 cipit ꝫ agẽtẽ de banno,actor replicat,ꝙ reus nõ dẽt audiri.† Itẽ qđ agere debeat iudex.But diſputãdo,tenuit,ꝙ iſta exceptio banni tollit ꝑ replicationẽ banni,& ſic audit actor & non reus: nã cùm ipſe reus deducat bannum in iudicio,cenſetur in hoc tanquam actor,ergo debet repelli, & cùm in ſui odium ſit adempta ei defenſio,non debet iudex pro eo ſupplere ex officio,ſecus ſi exceptio non competat ex defectu ſuo,ex qua ſubſit æquitas, tunc iudex ſupplet.l.planè.§.fin.de pe.hæred. ergo vincet actor hoc caſu, quod non habeat legitimum contradicentem. l.qui habebat.ff.de ma.teſta. c.cum eccleſiæ.de exceptione.& ibi not. Item ſi ſtatutum annullat contractum propter non ſolutam gabellam,ſi neuter ſoluit,& emptor replicet,quod nec ipſe venditor ſoluit.Bald.determinat,quod ſi emptor vult expugnare illum contractum, & poteſt, aut agere ex eo contractu, & non poteſt,quia exceptio nullitatis, quæ opponitur, non poteſt replicatione tolli.Nam replicatio,quæ non iuuat actionem intentatam,eſt impertinens, vt notat Specu.de exceptio.§.fin.verſic. pen.quod eſt notandum.adde,quod not.Bald.in l.acceptam. in
106 fin.C.de vſur.Item pone aliam quæſtionem.† Statuto cauetur, quod nil poſſit confirmari in conſilio populi, niſi prius per capitaneum proponatur, cauetur alio ſtatuto, quod ſi capitaneus proponat homicidam cancellandum, priuetur officio. Modo capitaneus propoſuit Titium homicidam eſſe cancellandum, & fuit confirmatum, quæritur, an talis cancellatio valeat? Et dubium facit, quando deſinat eſſe capitaneus, an antequam proponat,an proponendo,an poſteaquam propoſuit. & primo videtur,quod valeat, conſiderato principio, in quo erat capitaneus,vnde licet deſinat ante actũ perfectũ,non attenditur,quia qualitas hominis conſideratur ex primo geſto, non ex fine. l. cum actum. ff.de nego. geſto.l.ſi id quod. §. ſi filius. ff. pro ſo. facit. l.ſed an vltro. de nego.geſt.Item, quia quis ante delictum perfectum & conſummatum non punitur, iuxta notata in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ.& cle ergo durabat capitaneus quando proponebat. Contrarium diſputauit Iaco.Butr. quod talis cancellatio non valeat,tanquam propoſita ab eo,qui prius deſiderat eſſe capitaneus; quia velocius currit factum iuris, quã hominis, vt not.in ca.præterea.de appel.lib.vj. facit.l.quid ergo. de leg.i.& no.in l. aretuſam.ff. de ſta. ho.c.nerui.xiij.di facit regula phyſica,quòd vbi duæ cauſæ contrariæ concurrunt,quòd illa prius agit, quæ eſt potentior; nam eo ipſo ꝙ lex punit aliquem propter aliquem actum,ipſum actũ videtur reprobare.l.prætor. §.i.de ope.no.nũ.ex quo fit,ꝙ quando quis venit priuandus adminiſtratione propter aliquẽ actũ,actus ille erit inualidus, & ex
107 eo actu remanet priuatus.l.iubemus.§.ſanè.de ſac.ſan.eccl.† Itẽ pone aliam notabilem quæſtionem, ꝙ quidam diſcipulus conuenit cum ſuo doctore, vt eum erudiret certo pretio,inter eos conuento,hoc acto, ꝙ tunc diſcipulus intelligitur eruditus, ſi primã.q.quã agitabit.obtinuerit.Nunc lapſo quinquennio,magiſter petiit pretium conuentũ, dicens diſcipulũ eſſe eruditum: diſcipulus excipit non eſſe ſoluẽdum;quia nondũ eruditus, itur ad iudicem,iudex declarat prætium non ſoluendũ, & ſic diſcipulus primam cauſam obtinet; nũc Doctor petit ſibi dandũ eſſe prætiũ ex pacto inter eos cõuento; quia nũc hr̃ pro erudito; qa ſnĩam obtinuit. Diſcipulus excipit non eſſe ſoluendũ; quia abſolutus eſt per ſentẽtiã, & ſic pactum & ſna repugnant,q̃ritur qd uris? Pro doctore facit; quia ius volũtarium ꝑualet iuri nõ voluntario.l.admonendi.ff.de iureiu.cum ſi.Item prouiſio legis ſiue ſententiæ non tollit prouiſionem hominis. l.fina.C.de pact. conuen.nam fidem frangere intolerabilius eſt quam ſententię contrauenire.l. i.ff.de pact.l.1.ff.de conſtit. pec. Pro diſcipulo facit;quia ſententia lata contra doctorem nõ debet ei prodeſſe.l.

Source : BIU Cujas

nulla ratio.ff.de legi.l.euidenter.ff. de exce. rei iudi. vbi videtur casus in terminis,nec discipulo nocere: at si per istam sententiã videretur esse impleta intentio doctoris contra discipulum,noceret ipsi discipulo & prodesset doctori.ergo &c. Item quia magis attẽdit id,quod principaliter disponitur in sententia, quàm id quod incidenter, vt dixi ſ. Sed sententia principaliter declarat discipulum non esse eruditum Item intentio pacisceentium debet intelligi sensisse de victoria obtẽta,quia eruditus sit; non de victoria obtenta, quia non eruditus; aliàs fuissent contrarij, quod non est præsumendum.l.non ad ea.ff.de condi.& demon. Item q̃ actus qui venit præter intentionem agentium nil releuat,licèt de facto sit adimpletum.l.multum. ff. de condi. & demonst.l.si quis in graui. §. vtrum.ff.ad sille. Sed huiusmodi declaratio,q̃ hic discipulus fuerit eruditus, est præter intentionẽ discipuli,& iudicis. ergo &c.cùm ergo de tali sententia nõ præsumetur esse agitatum inter partes, ad eam intentio agentiũnõ extenditur.l.cum aquiliana.ff.de transactio.l.non omnis. si cert. peta.cum simil.& hoc credo verius.Hic etiam subiici posset illa quæstio,an priuilegiata persona vtatur priuilegio contra priuilegiatum.l.fina.C.de sacrosan.eccl. & an pia causa detrahat falcidiam contra aliam piam causam. Et quoniam hæc quæstio sub-
108 tilis & frequens est,pœnam quid de ea sentiam. † Item,pone,dico seruo meo,vade ad pontem,& si obuiaueris seruo liber esto. Tu dicis seruo tuo,vade ad pontem,& si obuiaueris libero,liber esto,modo isti serui super ponte inuicem sibi obuiauerunt, quæritur,q̃s erit liber, an seruus meus,an seruus tuus? Et certum est, q̃ meus factus est liber; quia obuiauit seruo,tuus verò seruus nõ videtur factus liber;quia obuiauit seruo immediate,licèt postea fiat liber,q̃ non videtur sufficere per l.qui hæredi.§.fin.ff. de cõdi.& demon.Contra tamen credo,q̃ tuus seruus fiat liber; quia ista conditio,si obuiaueris,non finitur momento,sed habet tractum successiuum.Nam cùm duo obuiam sibi venerint, dicuntur inuicẽ sibi obuiare per multos passus, vt ī primo passu meus sit liber,quia obuiauit seruo tuo, à principio erat seruus postea sequentibus passibus tuus seruus fit liber, quia obuiat libero facto.Pro hoc facit fauor libertatis,maximè quia verbum, obuiaueris,potest intelligi esse futuri temporis, quod nõ requirit actũ esse perfectum,sed sufficit esse in fieri,& sic cessabit contrarium. l.Aretusa.ff.de sta.ho.vbi not.Ad maiorem etiam instructionẽ quæstionum perplexarum & captiosarum ponam quæstionem Senecæ,lege cauetur,q̃ frater maior diuidat, minor eligat, alia lege cauetur,q̃ filius natus ex ancilla succedat, modo frater maior diuidit hæreditatem hoc modo, pro vna parte ponit solam ancillam matrẽ fratris,pro alia parte ponit totum patrimoniũ, modo frater minor natus ex ancilla conqueritur; quia in vtranque partem læditur,nam eligere patrimonium,& emittere matrem in dominium alterius,est contra pietatem, & durissimum videtur eligere solam matrem, enormiter læditur in patrimo-
nio patris.Quæritur,vtrum querela istius fratris minoris sit iusta, & mihi videtur q̃ sic.Primò,quia frater minor potest dicere hãc legem esse factam in fauorem suũ, ergo ipse poterit diuidere & offerre optionem fratri maiori,argumen.l.non eo minus. C de procurato.l.nulla ratio.ff.eo.Item lex dans potestatem diuidẽdi fratri maiori,semper intelligenda est, voluisse excipere dolum & captiosam diuisionem,argumẽ.l. cum Aquiliana. in fin. ff. de
109 transactio.& l.si vxori.de aur.& arg.leg.cum simi.† Qualiter autem vna lex aliam corrigat,nunc dicendum supereſt. Et primò quæritur, vtrum requiratur clausula derogatoria. Secundò, an corrigatur per clausulam,non obstante aliqua lege.Tertiò, an à contrario sensu.Quartò,an per verba similitudinis. Quintò, an ab eadem ratione vel simili.Sextò, an dando nouam formam vi
110 deatur ab antiqua recedere. † Ad primum respondetur,q̃ lex & constitutio posterior tollit priorem, puamuis de ea mentionem non fecerit,& absque clausula derogatoria,vt est text. & ibi doctores in capitu.j.de consti.insti.vj.& no.in l.humanum.C.de legi.& glo.in l.imperialis.C. de nupt.quod intellige, vbi omnino sunt directæ contrariæ, vt nulla distinctione cõcordari possint.
111 c.cum expediat.de electio.lib.vj.vt ſ.satis plenè dictũ est.† Quãdo autem possent iuuari aliqua distinctione, tunc non est fienda correctio,nisi expressè dicat velle corrigere.ita intelligitur.l. si quando.C.de inoffic.testamen.l. præcipimus.C.de appel.Item lex est,q̃ qui substituit extraneum filio, intelligitur, si filius de-
112 cesserit sine liberis.l.cum acutissimi.C.de fideicom. † Sed pone, q̃ testator dixit,si decesserit sine filiis masculis, & filius decedat cum filia fœmina,an admittatur substitutus? Et videtur q̃ non; quia casus omissus relinquitur in dispositione iuris communis. Contrarium dixit Barto.in l.cum auus.ff.de conditio. & demõstratio.Ratio est; quia vbi casus omissus est ex expressa legis dispositione,tunc non tollitur, secus vbi est ex præsumptione legis simpliciter.l.maritus.C.de procura.& supra allegatis. Cogita, præsumpta enim facilius tolluntur,quàm certa: cum certũ tol-
113 lat tacitum,& tacitum tacito tollatur. † Ad secundùm similiter dicendum est,q̃ per clausulam, non obstante aliqua lege, vna constitutio vel statutum non intelligitur velle aliam legem vel statutum tollere,si poterint aliqua subdiuisione iuuari,vt in au-
cten.de succes.ab intest.circa principium,& in versicu.vocantib. & glo.in cle.j.de præben.Bal.in l.eam quam.C.de fideicommiss. in xij.colum.& l.impetrata.C.sentent.rescind. non pos. & supra
114 plenè dictum est. † Circa tertium, an statutum vel lex noua intelligatur corrigere legem veterem per argumentum à contrario sensu.v.g.Extat statutum, q̃ si non extat filius filia succedat, modò quis decedit extante filio & filia, quærebatur an filia simul possit succedere cum filio, & quanquam Cyn. consuluerit non posse per argumentum à contrario sensu.l.qui testamento. §.mulier.ff.de testamen.l.j.§.huius rei.ff.de officio eius cui man. est iurisdi.l.inter socerum.§ cum inter.ff.de pac. do.de manu.testamen.l.si quis locuples.in fin. tamen communis opinio est in
115 contrarium, quod possit succedere; † quia per argumentum à contrario sensu non est corrigenda lex:ita expresse tenet Dyn. in consulendo,Butri.disputando,Barto.legendo, vt ipse not. in l.omnes populi ff.de iusti.& iur.& Bald.in l. conuenticulam. C. de episcop.& cleri.per l.si cum dotem.ff. soluto matri. & l.apud antiquos.C.de fur.in glo.super versicu.coniecturam.& l.ij.C.de condi.inser.& ibi pulcherrimè per Bald. casus ergo sumptus à contrario sensu legis intelligitur esse remissius in dispositione
116 iuris communis,& ita Bald.in l.j C de inuti.stipu. † illud omnino notandum est, q̃ argumentum à contrario sensu est validũ, quia contrarius sensus non potest stare cum consensu expresso in lege.v.g. Extat statutũ,q̃ bene meritis de republi. deferantur honores & officia,ergo qui offenderunt rempu.non debent admitti ad honores ciuitatis,nam honores ciuitatis deferri benemeritis & malemeritis,de iure communi non possunt.l. tutelas. ff. de cap.dim.cum si filiam vero cum filio simul admitti ad successionem patris,non est absonum à iure, vt l. maximum vitiũ.
117 C.de libe.præte.† Item not.q̃ aliquando argumentum à cõtrario sensu sumit ex natura vocabuli, veluti quando positio vnius rei tollit eius contrarium,veluti si affirmem esse die, nego esse noctem,quia diem esse & noctem incompatibilia sunt, vt l.hoc verba.ff.de verb.signi.facit.l.hoc genus.ff.de condi.& demon. & hoc argumentum est semper validum in iure, etiam in materia
118 correctoria. † Aliquando ex natura rei, veluti cùm in non prohibitis à lege alicui quicquid denegatur, in reliquis videtur concedi,vt l.cum prætor.ff.de iudic.& l.ex eo.ff.de testa. cum similibus.Aliquando ex præsumpta voluntate gentium:vt l.tribunus. de testa.milit.l.maritus. C.de procura.l.inter socerum. supra allegata,& notat Barto.in l.legata inutiliter.de lega.j.vbi dicit,q̃ si vnus ex pluribus capitulis aliqua cassat,videtur reliqua affirmare.cap.nonne extra de præsumpt & hoc non admittitur in cor-
119 rigendis legibus, per supra allega.† Et maximè argumentũ hoc ex mente non colligitur,quando surgeret aliquod incõueniẽs, si nõ adsumeretur,puta,q̃ actus periret & nõ valeret, vt est textus optimus in l.si quis hæres instituatur.ff. de hæredi. institu. &
120 ibi notat.† Item maximè argumentum non sumitur,vbi verba sunt negatiua; quia ex dispositione priuatiua vel negatiua non sequitur habitus vel affirmatio.l.ex facto.de hæred. instit.& l.Titia.§.fin.ff.de manu.testamen.& Bald. in d.l.ij.C.de condit.inser. nisi vbi essent incompatibilia, vt supra, vide pro intellectu huius argumenti,quæ dixi supra in prima parte principali, in xvj.
121 † Quartò quæritur,an corrigatur lex antiqua per verba taxatiua,vel exceptiua posita in lege noua,& videtur sic,per regulã logicorum.Ab exceptiua ad exceptuatam valet argumentum: vt tantùm Bar.iura ciuilia intellexit,ergo nullus pter Bartolũ iura intellexit. Idẽ si dicat,nemo intellexit iura ciuilia,nisi Bart.ergo Bart.solus intellexit.Cõtrariũ tñ tenẽt Doctores,q̃ p dictiones exceptiuas,vel taxatiuas non inducitur correctio legis,vt in l.obæs.C.de præd.min.& in l.contractus.ff.de regul.iur. & l.ſerui nomine,& ibi Barto ff.de vsuc.& in l.illud.C. de sacrosanct. eccles. & in l.j.C.de patri.qui fil.distrax.& pulchrè per Barto. in l. Titia. §.cũ Titio.ff.de adim.leg.faciunt notata in l.cum dos.ff.re. amo. per Bart.in l.rationes.C.de proba.& hoc intellige,q̃ vna lex nõ corrigitur per aliam legem taxatiuam,vel exceptiuam,& similiter vnum statutum non intelligitur esse abrogatum per aliud
122 statutum taxatiuum: † at vbi lex iuris communis esset generalis, statutum verò esset taxatiuum,putarem legem communem esse correctam.v.g.extat statutum,q̃ mulier sine consen. viri possit alienare res mobiles duntaxat, certè crederem, q̃ mulier nõ posset alienare res immobiles absque consensu viri, quia (vt dixi,) valet argumentum ab exceptiua, tum etiam quia à verbis statuti non est recedendum. capitu. quanquàm. de vsur.j.vj in nouel. & in capitu. primo.de ho. libro sexto. & in capitulo primo.de sta.reg.eo.lib.& ita seruant assessores, qui iurant obseruare statuta,vt tenet Barto in l.prima.ff. quod vi aut clam. & Bald.
123 subtiliter in l.ita pudor.C.de adulter.formãs quæstionem. † Statuto cauetur, quòd instrumenta mandentur executioni nulla exceptione obstante, nisi solutionis, vel falsitatis, an aliæ exceptiones, quæ potuissent opponi de iure communi, vt præscriptionis,pacti de non petendo,transactionis, rei iudicatæ, & similes poterunt opponi.& Bal.in dicta l.ita pudor. dicit, quòd consuetudo obseruat, quòd nullæ aliæ exceptiones admittantur,quàm permissæ à statuto, argument.l.ij.C.de patri. qui fi. distrax.

Source : BIU Cujas

124 ſtrax. † Et facit ad quæſtionem, an conductor, qui excepit plures caſus fortuitos, dicendo nominatim, ſe nolle ad illos teneri, an teneatur ad alios non nominatos? & Ioann. And. in additio. Specula in titu. de loca. §. iam dicendum. videtur tenere, quòd videatur ſubire periculum aliorum, quod tamen mihi non placet, vt infra. Item ſi ſtatutum excipit alios caſus, qui non debeāt cognoſci diebus feriatis, an caſus non exceptuati, qui de iure cōmuni cognoſci poſſunt diebus feriatis, poterunt iudicari diebus feriatis? vide ſupra. Nam exceptio firmat regulam in non exceptuatis. l tribunus. de teſtamen. milita. & not. in capitu. regula. de regulis iuris lib. vj. & Petrus de Anchara. & Dyn. in l. nam quod
125 liquidæ. ff. de pen. leg. † Dubium tamen videbatur; quia licèt exceptio firmet regulam in non exceptuatis, non tamē eam ampliat, vt per eam ſub regula includantur alii caſus excepti à iure de regula. Verbi gratia, generalis commiſſio eſt facta vicario epiſcopi, in qua generali commiſſione de iure non veniunt, vt beneficiorum collatio, clericorum diſpoſitio, & ſimiles de qui-
126 bus in capitu. cum generali. de officio vicar. libro ſexto. † Pone ergo, quòd Epiſcopus conceſſit vicario, quòd omnia poſſit, excepta beneficiorum collatione, an poterit clericos deponere? & Petrus de Ancha. in dicto capitu. regula. & in dicto capitu. generali. & ibidem latius tenent, quòd non poſſint, & allegant notata per Barto. in l. generali. §. vxor. ff. de vſufruct. lega. & in l. in his. ff. de legibus. per gloſ. & Doctores in l. legata inutiliter. de
127 legat. j. † & quod notatur in ſimili de clauſula non obſtante, quę firmat reſcriptum, non tamen ampliat, vt in clementi. j. de præbend. Adde, quòd exceptio declarat regulam, argumen. l. nam quod liquidæ. §. ſi cui. ff. de penu. leg. & regula declarat exceptionem. l. prima. de regulis iuris, vt omnes ſcholares legunt, niſi Petrus, ergo Petrus eſt ſcholaris. Et ſi conſtitutio generalis propter ſuam generalitatem aliquos læderet de facto; quia extenderetur ad perſonas, quas de iure illa generalitas non comprēderet, poſſunt illæ pſonæ læſæ petere, vt declarē illa cōſtitu
128 tio, quas pſonas ſpecificè includat & excludat. † Pone, dicit ſtatutum, quòd omnis declinans iuriſdictionem Poteſtatis poſſit impune offendi, certum eſt, quòd de iure communi non includit clericos declinantes; quia ſtatutum non potuit diſponere, vt in capitu. nullus. de foro competen. Si tamen multi vulgares & imperiti offenderent clericos declinantes iuriſdictionem Poteſtatis, poſſent clerici petere, vt ſpecificè exprimatur, quòd ſtatutum ad clericos non extendatur. Ita tenet Ioann. Andr.
129 in capitu. primo. de immu. eccleſi. libro ſexto. quæ nota. † Item dicas, quòd lex non intelligitur corrigi per verba ſimilitudinis, puta verbo, ſicut, perinde, & ſimilia l. j. in gloſſ. ff. de recep. l ſacri legij. §. his. ff. ad l. Iuliā. pecul. & ibi gloſſ. & Barto. quod dicit eſſe notandum. l. ſed ſi lege. §. per me. & ibi gloſſ. & Ange. ff. de petit. hæredi. quia debet intelligi niſi reperiatur diſſimilitudo expreſſa in alio capitulo. l. j. circa finem. ff. de his quæ in fraud. credi. l. in
130 fraudem. ff. de teſtament. milita. l. ſi quis in graui. §. ſi qui. ff. ad Sille. l. ex contractu. ff. de re iudi. l. quia perinde. ff. ad Trebellia. l. quædam. ff. de public. † Ex quo infertur, Statuto cauetur, quòd excecans oculum, puniatur ſicut homicida. Alio ſtatuto, quòd iudex non faciat punitionem de his, de quibus eſt facta concordia inter partes, excepto homicidi o, de quo fieri non poſſit concordia, quod fuit obtentum, quòdde excecatione oculi poterit fieri concordia per ſupra allegata, & vide ſupra, an parificata ex-
131 tendantur. † Circa quintum dubium, an lex corrigatur ex mente & ratione ſtatuti, dico, ſiquidem mens ſtatuentium colligitur ex illis modis, quos ſupra allegaui in primo membro de extenſione: tunc lex communis corrigitur non ſolum per expreſſa verba ſtatuti, ſed etiam per mētem comprehānſam ex prædictis locis, vt ſupra plenè dixi, & dicetur infra in quarto membro
132 principali. † Circa ſextum dubium, an ſtatutum dans certam & nouam formam vel pœnam videatur à forma iuris communis diſcedere. Et Ioann. Andr. in addit. Specu. in titu. de pœn. dicit, Vbertum de Bob. tenuiſſe, quòd ſic, & ita iudicatum fuiſſe Iannæ, & ita videtur concludere. Barto. verò tenet, quòd per formam nouam ſtatuti non fit in dubio receſſum à pœna iuris cōmunis, vt notatur in l. j. ff. vi bon. rapt. & allegat maximè. l. quoties. ff. de actio. & obligat. Baldus autem in l. data opera. in tertia charta, verſiculo. Item notandum eſt, & in auctent. nauigia. C. de furt. tenet, quòd videatur eſſe receſſum à forma iuris commu
133 nis, † & quòd fatuus eſſet iudex, qui recederet à forma ſtatuti, quàm iurauit obſeruare, & cùm eo videtur tranſire Petrus de Anchar. in dicto capitu. primo. de conſtitu. pro quo optimè facit. l. ſanctio. ff. de pœn. l. qui vno. ff. de re milit.

SUMMARIVM.

1 *Legis verba dubia multipliciter eſſe poſſunt.*
2 *Verba intellectui, & non intellectus verbis accommodandus eſt. Senſus verbis præferri debet.*
3 *Verba ex mente, non mens, à verbis procedit.*
4 *Leges non ſecundùm corticem verborum ſed ſecundùm earum mentem intelligendæ ſunt.*
5 *Legis mens quibus modis inſpiciatur.*
6 *Legis ſenſus capiendus eſt, qui vitio caret. Legem iuſtam ad interpretationem iniuſtam trahere abſurdum eſt.*
7 *Sententiæ verba intelligi debent, ſecundum quòd iudex de iure pronunciare debebat. Leges cum concordantur, ea interpretatio eligitur, ne aliam legē corrigat.*
8 *Senſus ille potius eligendus eſt, qui eſt de iure cōi quam de iure ſpeciali.*
9 *Legis ſenſus eligendus eſt, per quem legis effectum ſortiamur.*
10 *Legis ſenſus ille capiendus eſt, qui dubitabilis fuerat. Legis ſenſus eligendus eſt, qui fauorabilior eſt.*
11 *Legis ſenſus eligendus eſt, per quem via ſit tutior.*
12 *Lex ita interpretari debet, vt tempus & modus inſpiciatur, quo quis certus eſſe poteſt de natura rei.*
13 *Interpretari & intelligi debet vnumquodq; ſecundum naturam ſuam. Tale vnumquodque eſſe præſumitur, quale eſſe debet.*
14 *Legis verba ſecundùm ſubiectam materiam, de qua lex loquitur, intelligi debent. Verba reſtringi debent ſcdm gradum affectionis ad rem, & infra nu. 48.*
15 *Legis mentem vt interpretemur ſecundùm res ſubiectas, a verborum proprietate recedere licet.*
16 *Procurator ſi conſtituatur ad rem, quæ per procuratorem expediri non poteſt, procurator intelligitur, ideſt nuncius. Verbum, hæres, ſæpe filios tantum ſignificat, & non extraneos.*
17 *Legis verba interpretantur in bonam, vel malam partem.*
18 *Contractus ſimulatus præſumitur ex verbis inſolitis in eo appoſitis.*
19 *Verba ambigua ad eam perſonā referuntur, ad quam res magis pertinet.*
20 *Senſus ille capiendus eſt, qui rei proportionabilior ſit.*
21 *Contractus ſimulatus præſumitur ob pretium rei venditæ non proportionabile. Verba ſecundùm perſonarum qualitatem intelliguntur.*
22 *Senſus ille capiendus eſt, qui magis ad finem negotij ordinatur.*
23 *Verba interpretantur ſecundū reſpectum ad rem, de qua agitur pertinētē.*
24 *Debitor fœneratori non petenti vſuras offerens non donare, ſed ſoluere dicitur. Statutum, quòd filius non poſſit contrahere ſine patris conſenſu, niſi ſit mercator, intelligitur ſi occaſione mercantiæ contrahat.*
25 *Lex debet intelligi ſecundum eum locū, in quo res diſpoſita in l. gerēda eſt.*
26 *Statutum, quòd plena fides libris mercatorum adhibeatur, in rebus ad mercantiam pertinentibus intelligi debet.*
27 *Legis mens colligitur ex qualitate eorum, quæ adiuncta ſunt his, de quibus diſponitur.*
28 *Coniuncta vno iure & vno modo determinari debent.*
29 *Qualitas adiuncta verbo ſcdm naturam verbi ſibi adiuncti intelligi debet.*
30 *Senſus ille eligendus eſt, qui magis in eodem genere cum copulato vel diſiuncto congruit.*
31 *Verbum, exigere, quomodo intelligatur.*
32 *Exceptuata de genere in regula contentorum eſſe debent. Clauſula generalis in dubio caſus ſimiles expreſſis comprehendere debet.*
33 *Legis mens ex cauſis & effectibus ipſius legis colligitur.*
34 *Effectus cauſæ ſuæ commenſurari debet. Res a cauſa principali, & non ab acceſſoria denominari debet.*
35 *Verba in dubio prolata eſſe iudicantur, vt oēs futuri effectus decidantur.*
36 *Legis verba dubia interpretanda ſunt, vt effectum ſortiantur. Cauſa verba legis ampliat, & reſtringit.*
37 *Legis mens colligitur ex antecedentibus, & ſequentibus.*
38 *Statutum, quòd turbans poſſeſſionem alicuius puniatur, intelligatur de turbatione expulſiua, & non inquietatiua.*
39 *Verba ſequentia magis adaptantur præcedentibus principaliter diſponentibus.*
40 *Legis verba eo modo interpretanda ſunt quò ad acceſſoria, ſicut quò ad principale. Exempla licet regulam non reſtringant, legem tamen declarant.*
41 *Senſus ille capitur, ex quo aliquid cum antecedenti repugnans non ſequitur.*
42 *Legis mens ex parificatis colligitur.*
43 *Legis mens ex correlatiuis colligitur. Lex interpretans ſecundum legem interpretatam colligi debet.*
44 *Legis mens ex contrarijs declaratur.*
45 *Legis mens ex ſubrogatis colligitur. Legem extendere & reſtringere plus eſt, quàm declarare.*
46 *Legis mens ex qualitate loci & temporis, & ex perſonarum qualitate colligitur, & nu. ſeq.*
48 *Donatio vel tranſactio prælati perſonalis & non realis præſumitur.*
49 *Verba in eum ſenſum trahi debent, qui officio & dignitati loquentis conueniat.*
50 *Legis mens ex legislatoris qualitate colligitur.*
51 *Verbum, æquum, quomodo intelligatur.*
52 *Legis mens colligitur ex locis, ex quibus lex ampliatur, & reſtringitur.*
53 *Lex quomodo interpretanda ſit, ſi plures contrariæ coniecturæ concurrant. Coniectura clara & efficax quæ dicatur.*
54 *Scriptura ex tribus interpretationem recipit.*
55 *Litera a voce interpretationem recipit, vox ab intellectu, intellectus ab ipſa re ſubiecta.*

Source : BIU Cujas

56 *Legis efficacior interpretatio quæ ſit.*
57 *A ſignificatione verborum propria an ſit recedendũ, vt fauori inſeruiatur.*
58 *AEquitas in interpretatione præferenda eſt.*
59 *Obſcurum non dicitur, quod legitimis præſumptionibus colligi poteſt.*
60 *Significatio verborum quando ſeruanda ſit, & infra nu. 61. & 62.*
63 *Significatio verborum à quibus impoſita ſit.*
64 *Nomina multiplici ratione rebus impoſita ſunt.*
65 *Communis vſus loquendi à propria ſignificatione declinans duplex. eſt*
66 *Communis vſus loquendi vulgarium in ſtatutis, legibus vel reſcriptis capiendus non eſt.*
67 *Notarij imperitorum dicta in ſcriptis redigentes, ſi in latinum propriè cõuerti non poſſunt, in vulgari ſcribi debent.*
Dicta idiotæ per notarium peritum in ſcriptis redacta quo intelligantur.
68 *Senſus ille capiendus eſt, qui vulgari ſermoni & vſitato conuenit.*
Litera ſi obſcura eſt, ad ſermonem vulgarem recurritur, vt fiat clara, ſermo vulgaris ſi eſt dubius, ad literalem ſenſum recurritur.
69 *Significatio verborum propria ex diffinitione inuenitur.*
Significatio illa eſt propria, quæ ethimologiæ conuenit.
70 *Significatio illa eſt proprior, quæ eſt ſecundùm grammaticalem rationem.*
71 *Significatio propria eſt illa, quæ cum ſuo conuertibili æquipollet.*
72 *Significatio propria dicitur illa, quæ ſuis congruit coniugatis.*
72 *Significatio illa eſt propria, quæ ſuo contrario, vel correlatiuo opponitur.*
74 *Significatio propria eſt illa, quæ ad ſpeciem, & ad ſimplex deducta eſt.*
75 *Significatio propria eſt illa, quæ eſt ſecundùm naturam & veritatem, & non ſecundùm fictionem.*
76 *Ciuis quis dicatur ſtante ſtatuto, quòd quis pro ciue habeatur.*
Statutũ faciens mẽtionẽ de confeſſo in dubiũ nõintelligitur per cõtumaciã.
77 *Res ſecundùm aptitudinem & naturam, & non ſecundùm accidentia conſiderari debet.*
78 *Significatio propria illa dicitur, quæ eſt ſecundùm ius.*
79 *Et quæ eſt in potiori ſignificatu.*
Tutor pro curatore accipitur, & non econtra, & quare.
80 *Significatio propria eſt illa, quæ eſt conſequens rei per eam deſignandæ.*
Rei conuenientia potior eſt, quàm etimologia.
81 *Significatio propria eſt illa, quæ à præſenti, & non à præterito, vel futuro denominatur.*
Verba quæ ſemel certam ſignificationem habuerunt ex poſt facto aliam recipere non poſſunt.
82 *Significatio propria eſt illa, quæ per prius & nõ per poſterius intelligitur.*
Aui appellatione proauus non venit.
83 *Significatio propria intelligitur ſecũdùm naturã principij, & nõ poſtremi.*
84 *Significatio propria eſt illa, quæ eſt ſecundùm ordinem ſcripturæ.*
Ordo ſcripturæ ordinem rei non mutat.
85 *Significacio propria illa dicitur, per quã ſingula ſingulis congruè reddũtur.*
Et illa qua duo in vna oratione concurrere ſignificatur.
86 *Verba dupliciter intelligi poſſunt.*
87 *Actus omnis noſter ex materia & forma conſtat.*
Subſtantia duo, vel duo adiectiua neutraliter poſita quando ſunt copulata, alterutrum per ſe ſufficit.
89 *Adiectio facta ampliationis cauſa non eſt neceſſe, quòd concurrat.*
90 *Significatio proprior orationis eſt illa, in qua talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata.*
91 *Et quia omnes caſus in oratione poſiti pariter terminantur.*
92 *Et quæ tempore ſui verbi congruit.*
93 *Et illa, in qua aliquid extraneum non ſubauditur.*
Et per quam maior effectus ſequitur.
94 *Interpretatio illa eſt eligẽda, quę eſt magis plana, & ſecũdũ literã legis eſt.*

Tertia pars.

NVNC deſcendamus ad tertium membrum principale, quando naſcitur cõtrouerſia ex verbis legis; quia ſunt ambigua vel dubia, vt multipliciter interpretari poſſint. Eſſet videndum, quotupliciter ſermo ſit dubius, de quo per Boetium in opere ſuo, de diuiſionibus, & in titulo, de rebus dubiis, & in titulo, de libellis. † Et eſt notãdum, q̃ verba legis poſſunt eſſe dubia multipliciter. Primò, reſpectu orationis, q̃ multiplicẽ intellectũ habere poteſt, vt in illa, Teſtator rogat hæredem, vt decem vaſa Titio det, quæ volet. Item in illa, rogat teſtator hæredem, vt alimenta matri ſuæ præſtare debeat, & mille huiuſmodi. Secundò reſpectu vnius dictionis, quę plura ſignificata recipere poſſit, vt verbum iudicium, verbum, ius, & ſimilia, q̃ dictiones vniuocæ dicuntur. Tertiò, reſpectu dictionis indefinitè poſitæ, quæ licèt vnum ſignificatum tantum habeat, tamẽ ratione pluralitatis rerum, ad quas accommodari poteſt, fit dubia, veluti ſi dicat, debitorem domi eſſe citandum, cùm plures domos habeat, vel q̃ defunctus in eccleſia ſua ſepeliatur, cum habeat plures eccleſias. Item ſi quis conſtituat Titium tutorem filiis ſuis, cùm plures ſint vocati nomine Titius, & quoniam magis mens quàm verba legis ſunt inſpicienda; † quia verba intellectui, non intellectus ſermoni accõmodandus eſt. l benignius. ff. de legi. c. intelligentia. de verb. ſig. nec à ſenſu legis recedendũ eſt, vt proprietas verborum obſeruetur. l. iij. C. de libe. præte. cap. præterea. de verb. ſigni. quia non foliis, ſed in ratione & ſenſu leges conſiſtunt. j. q. j. c. Marchio. l. ij. C. de conſti. pecu. ibi, ſubtilitates eorum qui non ſenſum, ſed vana nominum vocabula amplè deſiderant, & ſicut anima præfertur corpori, ita ſenſus verbis p̃ferri debet. l. ſcire leges. ff. de legi. xxviij. diſtin. ca. ſedulo. nec plus verba quam voluntatem inſpici oportet. C. quæ res pigno. obli. poſſ. l. pen. † quia verba ex mente, non mens à verbis procedit. l. Labeo. ff. de ſupel. leg. l. nepos Proculo. ff. de verb. ſig cum ſimilibus. Nam quemadmodum in legato, ſi conſtat de corpore, falſa demonſtratio legatum non vitiat ita in legibus, ſi de mẽte conſtat, impropria verba mentem non immutant. l. ſi filiusfa. C. fami. erci. l. ſi Titio. ff. loca. l. demonſtratio. ff. de condi. & dem. † Leges enim intelligere ſecundùm corticem verborum, non ſecundùm mentem, eſt legum calumniatio, & eas circumuenire. l. fin. aliàs pen ff. ad exhi. Primò igitur videndum eſt, quibus locis mens percipi poteſt, poſtea quę ſit propria verbo. ſignifi. † Ex multiplici autem loco mens legis inſpicitur. Primò, ex qualitate ipſius legis. Secundò, ex qualitate eorum, quæ diſponũtur in lege. Tertiò, ex qualitate eorum, quæ adiuncta ſunt his, de quibus diſponitur. Quartò, ex qualitate perſonarum, ad quas diſpoſita in l. referuntur. Quintò, ex qualitate legiſlatoris. Sextò, ex omnibus locis, ex quibus lex ampliatur & reſtringitur. † Ex parte legis colligitur; nam cum lex debeat eſſe honeſta & vtilis & nõ captioſa, argum. l. j. ff. de leg. quia conſilio prudentum promulgat. iiij. diſtin. cap. erit autem lex. & l. j. ff. de iuſti. & iure. ille ſenſus legis capiendus eſt, qui vitio caret, qui ſit ſecundùm iuſtitiã & rationem. l. in ambiguo. ff. de legib. puta, ne quis lædatur iniuſtè, vt l. ij. C. de noxa. l. ij. § meritò ff. ne quid in loco publi. l. iiij. ff. de ſeruit. l. impuberi. ff. de admi. tuto. Quid enim abſurdius eſſe poteſt, quàm legem iuſtam ad iniuſtam interpretationem trahere. l. ſi poſſeſſor. ff. de peti. hære. l. penulti. ff. ad exhiben. Item, ne ſequatur abſurdum, id eſt, non conſonum rationi. l. Cæſar. ff. de publi. l. ſi quis. §. prohibet. ff. de edend. l. ſi ita quis. in fin. ff. de euict. l. diuortio. in princip. ſoluto matri. cum ſimilibus, & l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. † Inde etiam dicitur, q̃ verba ſententiæ debent intelligi ſecundùm quod iudex de iure debebat pronunciare. l. miles. §. j. ff. de re iudi. in glo. & Barto in l. ſi procurator. §. Celſus. ff. de condi. ob cãm, gl. in l. ſi aduenã. ff. ſol. matr. Itẽ, cũ leges inuicẽ ſint concordandæ, ea interpretatio eligẽda eſt, ne aliam legem corrigat. l. ij. C. de inoffi dot. l. ſi qñ. C. de inoffi. teſt in princip. cap. cum dilectus. extra de conſue. capi. ſi Papa. de priuile. lib. vj. de his diuerſis coniunctis notat Barto. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matrimo. & in l. cum quid. ff. ſi cert. peta. & l. poſt contractum. ff. de donat. & l. pro hærede. ff. de acquiren. hæredi. & l. is poſſeſſor. in fin. ff. de acqui. hære. † Ex quo etiam dicimus, q̃ ille ſenſus potius eligendus eſt, qui eſt de iure communi, quàm de iure ſpeciali, vt l. in teſtamento. C. de teſt. mil. Item, ille ſenſus eligẽdus eſt, qui non eſt captioſus. l. cum Aquiliana. ff. de tranſ. & ibi p Barto. in l. ſi vxori. in princ. de aur. & argen. leg. Item, cum lex nõ debeat eſſe ludibrio. l fin. § vbi. C. de bonis quæ liberis, & ff. quod quiſque iuris. l. fin & C. ſi ſæpius in integr. reſtitu. poſt. l. j. & l. fina. † ille ſenſus legis eligendus eſt, per quẽ legis fortiamur effectũ, vt l. cum quidam. C. de verbo ſigni. & l. omnino. C. de legatis. l. ſi per alium § docere. ff. ne quis eum qui in ius vocat. facit. l. quoties. ff. de regu. iur. & l. quoties de verbo. oblig. & l. iij. ff. de teſt. milit. cum leges rebus non verbis ſint impoſitæ. l. ij. C. communia de leg. in fin. de vſur. l. fina. capit. commiſſa. de elect. libr. vj. Etiam ſi oporteat verba impropriare, vt potius res valeat, quã pereat, ſecundùm gloſ. nota. in l. non puto. ff. fami. erci. † Item, cùm lex debeat eſſe de caſu dubitabili, ille ſenſus capiendus eſt, qui fuerat dubitabilis, in l. Domitius Labeo. ff. de teſtam. l. ancillæ. C. de furt. cum ſimilibus. Item, cum lex magis debeat inclinare ad clementiam, quàm ſeueritatem, ille ſenſus eligendus eſt, qui eſt fauorabilior l. interpretatione. ff. de pœ. l. in obſcuris. de regu. iur. in l. Arrianus. de actio. & obliga. cum ſimilibus. † Item, cum lex debeat eſſe conſtituta à prudentibus, ille ſenſus capiendus eſt, per quem eligitur via tutior ſcilicet potius abſtinere, quàm rẽ periculoſam aggredi. l. adoptiuus. §. j. ff. de ritu nupti. ibi, & ſi dubitetur. l. prima. §. j. ff. ad Macedon. capitu. niſi. §. penultim. extra de renun. cum gloſſ. de pœni. diſtinct. iij. capitu. vltim. & c. iuuenis. de ſponſa. & etiam in obſcuris, & l. ſemper. ff. de regulis iuris. † Item, cum lex debeat eſſe clara & certa, ita interpretari debet, vt inſpiciatur tempus & modus, quo quid certus eſſe poteſt de natura rei. l. j. §. his autem. ff. ne quid in flum. pu. & ibi Barto. vbi vide, & l. pretia rerum. ff. ad legem Fal. Poſſent infinita exempla numerari; quia lex multas qualitates habet, vt ſupra dixi in titu. de lega. ex quibus elici poſſent plures regulæ, ſed prædictæ doctrinæ & exempli gratia ſufficiant. † Nam vnumquodque ſecundùm naturam ſuam interpretari & intelligi debet. l. ſciendum. de verb. oblig. l. cum quid. ff. ſi cert. peta. l. in ratione. §. ſi filio. ff. ad leg. Fal. Amplius vnumquodque præſumitur eſſe tale, quale de iure eſſe dẽt, arg. l. fi. §. pe. ff. de iuſt & iu. & l. ſed licèt. de offic. præſi & gloſſ. & ibi Barto. in l. miles. ff. de re iu. Vnde Bartol. in l. recuſare. § Titius dicit, quòd illa verba, ſi filius deceſſerit ſine liberis, Titium inſtituo & ſubſtituo, intelligi debent directè

rectè & per fideicommiſſum. Item,ſi dixit vulgariter, pupillariter,& per fideicommiſſum,iure alternatiuo, & ſic eſt electio ſubſtituti. Ex qualitate rei ſiue negocij,de quo agitur,mens colligitur; † quia verba debent,intelligi ſecundùm ſubiectam materiam,de qua loquitur lex,quia verba rebus ſeruire debent, nõ econtra.capit.intelligentia,extra de verborum ſignificat. l. quoties idem ſermo.de regu.iur.facit,quod not. Barto. in l.j. §. omnis.ff.de accuſ.& Barto.in l.Gallus.§.quidam rectè.de libe.& poſthu. quòd verba debent intelligi gradatim ſecundùm gradum affectionis ad rem,not.in l.vt iuriſiurandi.ff. de oper. liber. & l.j. C.de ſe.nupt.Quædam verba proferimus, vt ſignificemus qualem imaginationem mens de rebus conceperit, vt dixit Ariſtoteles in primo Periermenias,in principio. † Amplius licèt à verborum proprietate recedere, vt mentem legis interepretemur ſecundùm ſubiectas res,tex. in l.ſi vno §.j.ff.loca. & in l. in naue Sanpheli. ff.loca & l. pater Seuerinam.§.conditionum.ff.de cõdi.& demonra.l.final.ff.de vſufru. earum rerum quæ vſu conſumũtur.l.Imperatores.ff.de in diem addi,l.in inſulam.ff. qui pot. in pigno.hab.l.de inui.§.j.ff.de dam.infect.& ibi Barto.in l. ſi ſtipulatus.§.j.ff.de vſu.Bald.in l.finali.C.de actio.emp.l.ſed ſi ſuſceperit.§.j.& l.fideicommiſ.ff.de iudi.& per Barto. in l. qui Romæ. §.fina.de verborum obliga.& Barto.in l.omnes populi. de iuſti. & iur.in materia de interpretatione declarationis,& Bald.in l. multum.C.ſi quis alte.vel ſibi dixit, † ſi quis dicat, cõſtituo te ꝓcuratorem in re,quæ non poteſt expediri per procuratorem, qđ debet intelligi,procurator,ideſt nuncius.facit.c. maiores. § cæterum.extra de bapti.& quod dicit Barto.in l.j.§.quibus autem. ff.quod cuiuſque vni.nota.& eſt text.optimus in cap.petitio.extra de procura.Ad hoc etiam optimè faciunt notata per Barto. in l.ex facto §.finali.ff.ad Trebell.& in l.Gallus.§.etiam ff.de lib. & poſthum.quòd hoc verbum,hæres,multoties ſignificat filios tantum,non extraneos. † Item dicitur, ſi verbum proferatur à lege,quod poteſt interpretari tam in malam partem,quã in bonam,ſi quid lex loquitur prohibendo, debet intelligi eſſe acceptum in malam partem,ſi verò iubendo, vel permittendo, debet interpretari eſſe acceptum in bonam partem,ita notatur.ca. j.de conſtitu ſuper verbo,ſenſu,quia lex prohibet illicita, & permittit licita.l.j.ff.de iuſt. & iur. † Et ex hoc ſequitur, quòd pacta oppoſita in contractu non congrua ipſi ℈ctui, ſed contraria vel inſolita,quòd contractus præſumitur ſimulatus. ca.ad noſtram. de empt.& vendi.c.illo vos.de pigno.facit glo.in l. ſi quis ſub cõditione.ff.de condi.inſtitu.Item dicimus,quòd ille ſenſus eligendus eſt,prout res communiter accidunt.l.nam ad ea. ff de legi.l. ſed & in illo.ff.de reb dub. facit optimè.l.iiij.ff. q & à qb.l. nã ad ea.ff.de leg.l.ſi vxor.§.illius.ff.ad leg.Iuliã.de adul.Verba.n.ꝯcordari debent rebus veriſimilib.l.ſi ita qs.ff.de euic..† Itẽ dicimus, ꝙ verba ambigua debent referri ad eam perſonam,ad quam res magis pertinet.l.ſi ſeruus §.qui margaritam.de leg.j. & l. cum in teſtamento.ff.de aur.& arg.lega.& ibi Barto.& in auctẽ. ſi quando.C.de conſti.pecu.l.poſt mortem. §.j. ff. de admi.tut. & optimus text.iuncto Bart.in l.lege Cornelia.ff ad Sille.in fin.& opti. text.in l.ſeruo legato §.ſi teſtatoris.& ibi Barto.de lega.j.dum dicit.naſci actionem ei,qui non eſt nominatus in ſtatuto,vel teſtamento,ſi modo eius interſit. † Item dicimus,ꝙ ille ſenſus capiẽdus,qui ſit magis proportionabilis rei,glo.not.in l.ſemper.de regu.iur.& dicitur in regula,inſpicimus.lib.vj.& gloſ.& Doctores in l.ſi ex falſis.C.de tranſact.& gl.in l.cum quid.& ibi no.ff.ſi certa.& glo in l.j.§.j.de ſuperfi.Bar.in l.Paulus.de ſolu. circa prin. † Ad hoc facit,ſi quis ſoluit pretiũ nõ ꝓportionabile rei vẽditæ, vel pẽſio rei locatę,vel pẽſio nõ eſt ꝓportionabilis fructibꝰ fundi puta, ſi ex vinea locata ſoluatur oleũ,preſumitur ℈ctus ſimulatus.cap.ad noſtram.de emp. & vendi.& optimè facit ille caſus mirabilis in l.ſi ita ſcriptum ſit.ff.de libe.& poſthum. quem vide omnino.Item,de ſocietate contracta & de tributis, vt intelligatur fieri pro portione contracta.Item,ꝙ verba intelliguntur ſecundùm qualitatem perſonæ,faciunt notata per Bald.in l.fina. C.de indi.vid.tol.in pe.q.ꝙ verba,domina vſufructuaria de mutatis perſonis mutant interpretationem,vbi ponit pulchram diſtinctionem. † Item dicimus,ꝙ ille ſenſus eſt capiendus,qui magis ordinatur ad finem & propoſitum negocij ſubiecti.l.prætor. § omnis.ff.vi bon.rap.vnde teſtes rogàti ad illud negocium, qđ gerebatur,dum rogarentur:item ſequitur,ꝙ ſi mandato pactum ſit de re cuſtodienda, potius dicitur mandatum plenum vltra naturam ſuam,quàm depoſitum.l.j.§.ꝙ ſi rem.§.ſeq. ff.depoſiti. Itẽ,ſi in trãſactione dicatur inſpectis verbis teſtamẽti, intelligitur,ad hoc vt tranſigi poſſit. † Item dicimus, ꝙ uerba interpretantur ſecundùm reſpectum,qui pertinet ad rem,de qua agitur. Vnde dicitur,quòd teſtator,qui fecit teſtamentum, & non dedit tutores pupillis filiis,dicitur inteſtatus deceſſiſſe quò ad dationem tutorum. Inſtitu.de legi. agn. tut.§.quod autẽ.& l.inteſtato.ff.de legi.tut.qui text.eſt notandus ad hoc,& optimus tex. in ſimili in l. Fulcinius. §. quòd ſi aduerſus quoſdam. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eadem. l. quid ſit fugitiuus. ff. de ædil. edic. per totam legem. † Vnde notabiliter dixit Baldus. in l. finali. C.de vſur.ꝙ ſi debitor obtulit uſuras fœneratori etiam non petenti,quòd non videtur donare,ſed potius ſoluere,arg. l. ſi vno. §.j.ff loca.Item dixit nota in l.ſi. C.ad Mace.Stante ſtatuto,quòd filiusfam.non poſſit ſe obligare ſine conſenſu patris,niſi ſit mercator,quòd tunc demum licet contrahere cum mercatore,ſi cõtrahit occaſione mercantiæ,ſecus ſi aliter.l.idem ait.verſic.cæterum.ff.naut.cau.ſtab l.fin.C.de iuriſdi.omn.iud. videtur text. in l. actione.§.fi.cum l.ſeq.ff.pro ſoc.in dubio tamen præſumitur cõtraxiſſe in cauſa mercãtiæ,arg.notatorum in l.Macedoniani.eo. ti.†Item ex loco videtur legem intelligi debere ſecundum eum locum,in quo res diſpoſita in lege gerenda eſt, magis quam locus contractus,vbi lex lata ſit,arg.l.exigere.ff.de iudi.veluti,ſi lex dicat,inſtantiam durare decem diebus vtilibus,inſpicitur locus, vbi inſtantia agitatur,an ſint vtiles vel non.†Et per prædicta etiã dicitur,quòd ſi ſtatuto cauetur,quòd adhiberi debeatplena fides liberis mercatorũ,debet intelligi in cauſis pertinentibus ad mercantias,non aliter.l.ſi quis ex argentarijs,§.rationem in fin. ff. de eden.quod eſt notandum.Vnde etiam dicitur,ſi quis accepit pecuniam ad aliquem finem, in dubio præſumitur ad eum vſum expendiſſe,& not.Bar.in d.l.fin. ad Maced.per l.fin. C. de pigno. quod eſt notandum. † Ex qualitate eorum, quæ adiuncta ſunt his,de quibus diſponitur,multipliciter mens legis colligitur,ſcilicet ex copulatis, ex cauſis, & effectibus,ex antecedentibus, ex conſequentibus, ex parificatis ex correlatiuis, ex ſubrogatis, ex qualitate loci, inſtrumenti, & temporis, ex ſimilibus & exemplatis,ex genere,ex ſpecie,ex toto & parte,ex contrariis, & repugnantibus,ex conſuetudine loci vel loquentis, vt ſupra dixi de ampliatione,ad quæ te referas. Primò ex copulatis, & coniunctis. †Nam coniuncta vno iure & vno modo cenſeri,& determinari debent.l.eum qui ędes.ff.de vſuc.l.iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil.l.quamuis.C.de impu.& ali.ſub cap.maiores.§.cæterum. extra de baptiſ.Item ex adiunctis alternatiuè,vt eſt tex.ſing. in l.j. ff.de rebus dub.in fin.& in adiunctis compenſatiuè,vt eſt tex. in leg.quoties.ff.ad Trebel.Vnde etiam dicitur,quòd copulata vno tempore,& vno caſu debentur.leg.ſi legatarius. §.cum ita,& ibi Barto.ff.de leg.3.leg.fin.C.de ſenten.& interloc.omn. iudi.quod intellige,prout illa lex limitat, ſcilicet, vbi ſubiecti caſus ſecundum naturam ſuam poſſunt concurrere, vel intellige,niſi variarentur perſonæ, quarum contemplatione diuerſa mens præſumeretur,& ſingulariter not.Barto.in leg.ſi ita ſcriptum.ff.de manum.vind.& ſupra de cauſa & ratione dixi. †Item, quòd qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum naturam verbi ſibi adiuncti.l.in delictis. §. extraneus. ff.de nox.actio.leg. Lucius. ff. de teſtamen.mili.leg.verbum erit,in fin. ff. de verborum ſignifi. leg.fin.§.fi.ff.de incen.rui.nau l.ſciendum.§.fin.ff.qui ſatiſda.cogan.leg. 2.ff.de auro,& argen.lega. Barto. in leg. ex facto in prin. ff.de vulga.& pupila.¶†Item,ille ſenſus eligendus eſt, qui magis congruit in eo genere cum copulato, vel diſiuncto. leg. ſeruus ait,& l. quiſquis.ff.de verbo.ſignifi l.fin.§.cui dulcia.ff. de vin. tri. ole.leg. Per quę. Bal.in l.ſi auiæ. C. de ſucceſ. edict. ſi ſtatutum dicit,quòd filij & nepotes excludant fęminas, intelligitur de nepote,qui eſt filius filij,ſi autem diceret, quòd fratres & nepotes excludant fœminas,debet intelligi de nepotibus, ſcilicet filijs fratrum.l.hoc amplius.§.de his autem,& ibi Bartol.ff. de dam. infe. †Vnde etiam dixit Barto.in l.hoc iure. ff. de ſolu. quòd hoc verbum, exigere, ſi adiungit verbo importanti actum experiundi in iudicio, vt ſi dicatur,facio te procuratorem ad agendum, & exigendum:tunc intelligitur, quòd poſſit accipere ſolutionem etiam ab inuito,aut adiungitur verbo importanti recipere ſolutionem,vt ſi facio te procuratorem ad exigendum & ſolutionẽ recipiendum,& tunc non importat, quòd poſſit exigere ab inuito,facit optimè.l.fin.§.fin.& l.hominem.ff. mand. † Item, quòd exceptuata debent eſſe de genere contentorum in regula. l. j. ff. de regu.iu.& econtra.Item dicimus, quòd clauſula generalis in dubio comprehendere debet caſus ſimiles expreſſis. cap. ſedes, de reſcrip.not. in l.ſed ſi quis. §.quæritur.ff.ſi quis cau.& in l.2.ff. de eo quod cer.lo.& facit.l.2.C.de ſer.fug.ibi,vel alia pœna, ſubauditur,ſimili expreſſæ. Vide quæ dicta ſunt ſupra, qualiter lex reſtringatur ex qualitate expreſſorum.

¶†Secundò legis mens colligitur ex cauſis,& effectibus ipſius legis.Vnde dicitur,quòd verba dubia diſpoſita ad vnum finem,& effectum non debent trahi ad alium finem ſibi contrarium.l.legata inutiliter,de leg.j.l.nulla ratio.ff.de legi.cum ſimi.etiam ſi a proprietate verborum recedatur.l.in teſtamento.ff.de verbo. ſignifica.†Ex hoc etiam ſequitur,quòd effectus commenſurari debet ſuæ cauſæ.l.ita.§.j.ff.de admi.tu.Inſtit.de legi.agn.tut.§. quod dicitur.l.cancellauerat,& ibi not.ff.de his quæ in teſta.dele.Item facit,quòd res debet denominari a cauſa principali non acceſſoria.l.j.& ibi gloſſ.& Docto.C.de ſuis,& legit.Vnde dicunt Doctores,quòd ſtatutum,quòd femina dotata non ſuccedat, intelligitur,quòd non ſuccedat in bonis illius,a quo dotata eſt, & ſi ſtatuto cauetur,quòd contra teſtamentum non poſſit opponi exceptio,intelligitur ab his,qui ſcripti ſunt in teſtamento, qui ei iam cõſenſerunt.Bal.in c.ſuper eo,de offi.deleg.†qa vbi verba pñt ſe hñe ad plures res,cãs,vel effectus,iudicantur in dubio eſſe prolata ab initio,vt decidãtur omnes effectus futuri.l.3 in fi. ff. de admen.

Source : BIU Cujas

men.leg.l.hoc contra.la.j.ff.de condi.& demonſt.l. ſed Iulianus. ff.ad Macedon.l.qui res.poſt principio. ff. de ſolut. l. ſi ſeruitus. ff.de ſeruit.vrba.prædi. Ex hoc etiam ſequitur quòd pœna in dubio illi applicanda eſt, in cuius fauorem appoſita eſt. l. vxo-
96 rem. §. hæres. & ibi nota. ff. de legat. tertia. † Ex hoc ſequitur, quòd verba dubia legis ita interpretanda ſunt, vt ſortiantur effectum, non vt actus pereant. l. quoties. de reb.dubiis, & l.quoties.de reg.iur. Ex his etiam dicitur, ꝙ res quæ determinatur ſecundùm curſum temporum, variatur variato tẽpore. l. pretia rerum. ff.ad l.Falcid. l. Titia Sciæ. §. vſuras. de leg. ij. l. pen. C. de vſur. not. per Bar. in l. centurio. ff. de vulg. & pupi. Ad hoc optimè facit, ꝙ cauſa reſtrĩgit & ampliat verba legis, de quo ſupra dictũ
37 eſt in prima parte principali. † Tertiò mens legis colligitur ex antecedentibus, & ſequentibus, vt eſt optimus textus in l. quoties. C. fami. erci. Ad hoc optimè facit. l. vtrũ. ff. de peti. hære. l. ſi ſeruus plurium. § fi. & l. qui filiabus. ff. de leg. iij. c. inter dilectos. extra de fide inſtr. l. Titia. & l. triticũ & ibi no. ff. de verb. obl. & l. non ad ea. & l. Publius. ff. de condi. & dem. l. j. C. de libe. præter. l. fi. ff. ad Treb.
38 & ibi Bar. cum ſimilibus. † Vnde Iac. Butr. in l. mãcipia. C. de ſer. fugi. Si ſtatuto cauetur, ꝙ turbans poſſeſſionem alicuius condẽnetur in centum, & ad reſtituendam poſſeſſionem, ꝙ tale ſtatutum debet intelligi de turbatione expulſiua, non de inquietatiua; quia verbum reſtituere, pertinet ad eum qui ſpoliauit, nõ ad eum qui turbat. Et hoc non ſolum habet locum in præcedentibus in ſcriptura, ſed etiam in præcedentibus conſuetudine facti. l. nummis. de leg. iij. & l. ſi ſeruus plurium. de leg. j. l. excepto. C. loca. & l. domini prædiorum. C. de agri. & cenſ. li. xj. l. ſi prius §. j. de aqua plu ar. vbi locatio intelligitur eſſe facta ſecundùm qualitatem præcedentium annorum & conſuetam, quod nota. & vide ſupra de ampliatione & reſtrictione reſpectu conſuetudinis. Ex hoc etiam ſequitur, ꝙ excepta debent intelligi eſſẽ de genere regulæ, & contenta ſub regula de genere exceptorum. l. j. ff. de reg.
39 iur. l. generali. § vxorem. ff. de vſufr. leg † Notandum tamen, ꝙ verba ſubſequentia magis debent adaptari verbis præcedentib. diſponentibus regulariter & principaliter, quã diſponentib. exceptionem vel demonſtrationem, vt eſt textus, & ibi glo. & Bar. in l. nam quod liquidæ. § fin. ff. de pen. leg. faciunt notata ſingula riter per Bar. in l. ſi cui. de leg. j. Spe. in ti. de poſitio. §. ſeptimo. ver.
40 xij. & Butri. in c. j. de plus peti. † Item, verba legis eo modo interpretanda ſunt quò ad acceſſoria, ſicut quò ad principale. Inſtitu. qui dare tuto. poſſ. § certæ rei. Hinc etiam ſequitur, ꝙ regula declaratur per exempla in legibus poſita, nam licèt exempla nõ reſtringant regulam, vt in l. regula. prope fin. de fac. & iur. ign. & l. damni in ecti ſtipulatio pertinet, de dam. infect. tamen per exẽpla lex declaratur, argumento notatorũ Inſti. de re. di. ibi, picturam Apellis. Vnde dixit Bal. in l. omnes populi. ſi ſtatutum dicit, ꝙ extantibus maſculis filia non ſuccedat, niſi in dote, facto verò teſtamento non ſuccedat, niſi quatenus ei teſtator iuſſerit, vt relinquatur, intelligo facto teſtamento maſculis exiſtentibus, quia illa particula, verò inducit repetitionem. l. Scia. §. Caij. de fun. in-
41 ſtru. † Item ille ſenſus accipiendus eſt, ex quo non ſequitur aliquod repugnans cum antecedenti. l. non ad ea. de condi. & dem.
42 Item ex quo non ſequatur abſurdum. l fin. ff. ad exhib. † Quartò colligitur ex parificatis & adęquatis, vt notatur ĩ l. j. de leg. j. & ibi notatur, in l. priuilegia. de epiſ. & cler. Adde, quæ ſupra dicta ſunt, ꝙ ratione parificatorum lex reſtringitur & ampliatur. Ex quo in
43 ferunt Docto. ad plura. † Quintò colligitur ex correlatiuis. l. fœminæ. & l. generali. C. de ſecun. nup. l. vlti. C. de indi. vid. tol. l. electio. §. j. de noxa. Vnde etiam ſequitur, ꝙ lex interpretans debet intelligi ſecundùm legem interpretatam. l. nihil. & ibi Bar. de cõ
44 iung. c. emãci. liberis. & in auc. de fil. an. dotal. inſtr. natis. §. j. † Etiã ex contrariis, vt quod vnum ex contrariis abſtulit, aliud contrarium reſtituat, arg. l. j. in prin. C. de cadu to len. Hinc etiam dicit, licèt appellatio partis intelligatur de dimidia, vt habetˇ in l. pars. ff. de acce. tamen vbi in caſu contrario fit mẽtio de toto, pars debet intelligi & de maiore & de minore, quã dimidia, vt eſt tex-
45 tus ſecundùm Accuſ. Inſtitu. de loc. §. adeo. in fine. † Sextò ex ſubrogatis, nam ſubrogata debent intelligi ſecundùm qualitatem eorum, in cuius locum ſuccedunt. l. j. C. de offi. eius qui vicem alteri. ger. l. eum qui. § fi. ff. ſi quis cautio. Et notatur in l. certi condictio in princi. ff. ſi cer. peta. Et generaliter ex omnib. modis & locis, quibus lex extenditur & reſtringitur, de quibus ſupra dictum eſt, iiſdem lex declaratur; quia plus eſt legem extendere & reſtringere, quam declarare. l. palam. §. ſed ſi notam ff. de teſta. no. in l. petens. C. de pact. per Bal. puta vna lex declaratur per aliã, iuxta Doctores ſingu. in l. prætor ait. § eſt itaque. ff. vi bo. rapt. vbi dicitur, ꝙ vbicunque à ſtatuto datur certa forma alicui regulæ etiam contra ius commune, tunc aliud ſtatutum ſimpliciter loquens circa materiam illius regulæ, debet intelligi cum illa for-
46 ma, facit. l. electio §. fin. ff. de noxa. quæ eſt notanda ad hoc. † Septimum ex qualitate loci, inſtrumenti, & temporis, vbi & quando fiunt, argum l. ſed ſi ſuſceperit. de iud. l. j §. ſed & ſi. ff. de exercito. in fin. & l. fin. §. interdum. eodem titu. l. aut facta. §. fin. ff. de
47 pœ. cum ſimilibus. facit. l. hoc iure. de condi. & demon. † Ex qualitate perſonarum l. Pomponius. in fin. de nego. geſt. l. ſed & ſi ſu ſceperit. §. j. ff. de iudi. l. ſi longius. §. fin. ff. co. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de lega. j. & ibi pienè notatur. l. aut facta. ff. de pœn. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habi. l. pater. §. in conditione. & l. cũ vir vxori. de condi. & demonſt. qui textus in ſupraſcripto no. l. fin. C. ad Macedo. vt ibi not. l. ex militari. ff. de teſta. milit. cum ſimilibus. l. pen. ff. de adim. lega. l. cum veterum. C. de donat. ante nupt. l. Gal-
48 lus. §. quidem rectè. ff. de libe. & poſthum. † Ad hoc optimè facit. l. peto Luci. §. frater. de lega. ij. l. hæredes mei. in fin. ff. ad Trebellia. ꝙ verba debent intelligi gradatim ſecundùm gradum affectionis, vt notat plenè Barto. in l G. allus. in princip. ff. de liber. & poſthum. & textus optimus in l. j. C. de ſecund. nup. & ibi Bald. ad hoc facit glo. in cap. cum acceſſiſſent. de conſti. vbi dicitur, ꝙ donatio prælati, vel tranſactio præſumitur perſonalis, non realis, vnde non tranſit in perſonam donantem, vel tranſigentem, ſecus ſi donetur eccleſiæ; quia eccleſiæ poteſt donari, non autẽ poteſt ipſa donare, quod nota perpetuò. Item facit optimè. l. Seio. de annu. lega. per quam Bald. in l. j. C. de lega. dicit, ꝙ ſi vxori legatum eſt, vt tractetur in domo filiorum, quemadmodum tractabatur tempore mariti, ꝙ vxor vidua non poteſt vti veſtibus ſplendidis, quibus vtebatur tempore matrimonij; quia non cõueniunt perſonæ viduæ, quod eſt notandum. Item quotuplex ſit
49 conditio perſonarum, vide in prædicamento, qualitas. † Item ſingulariter facit, ꝙ verba debent in eum ſenſum trahi, qui conueniat officio & dignitati & poteſtati loquentis, vt eſt gloſſ. inl. & puto. §. Iulianus. ff. famil. erci. & l. prætor. § miles. ff. de re iu. Itẽ faciunt notata in l. fin. de indi. vid. tol. in l. Titia. §. Titia. de lega ij. de iſtis verbis, dominam & vſufructuariam, quæ recipiũt varias
50 ſignificationes ex diuerſis perſonis ſubſtitutis & inſtitutis. † Ex qualitate legiſlatoris. Verbi gratia. Si à lege fiat mentio de ſacrilegio, ſiquidem eſt ſub iuriſdictione Pontificis, ſecundùm leges canonicas debet intelligi, ſi verò eſt ſub iuriſdictione imperiali, debet ſecũdùm leges ciuiles intelligi, ita notatur in l. ſi nõdum. C. de furt. faciunt notata in l. fina. C. de ſucceſ. edic. Etiam ſi hoc pdicabile, ſpecies, proferatur à iuriſta, debet intelligi de indiuiduo, ſecus ſi proferatur à logico, ſecundùm notata in l. legato generaliter. de lega. j faciunt notata in l. j. ff. ſi quis ius di. non
51 obtem. † Item, hoc verbum, æquum, ſi proferatur à geometra, debet intelligi par, ſecundùm menſuram, ſi verò à legiſlatore, debet intelligi, id eſt iuſtum ſecũdùm rationem iuſtitiæ. Ad hoc facit, quod dicitur, conſuetudinem loquendi & faciendi patriſfamilias eſſe inſpiciendam. l. ſi ſeruus plurium. § fin. ff. de leg. j. & ibi nota. Vnde dicimus, ꝙ verba teſtatoris potius recipiunt interpretationem à ſtatuto & conſuetudine loci, & non videtur inſtituiſſe filias, argum. cap. quod dilectio. extra de conſangui. l. ij. ff.
52 de ſuis & leg. † Vltimò mens legis colligitur ex locis, ex quibus lex ampliatur & reſtringitur. Nam ex qua coniectura lex ampliatur & reſtringitur, multo fortius declaratur, argumen l. palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſta. quæ hic pro repetitis hãberi con-
53 gruit. † Ex prædictis erit quæſtio, ſi plures coniecturæ mentis cõtrariæ concurrant, quæ ſit eligenda? Et in hac quæſtione puto legem eſſe interpretandam ſecundùm illam coniecturam mentis, quæ magis ſit efficax, ſicut in teſtibus in ſimili dicitur. l. ob carmen. ff. de teſti. & illa dicitur clarior & efficacior mentis coniectura, cuius rationis oppoſitum magis eſt contra mentem legis, & ex quo magis abſurdum ſequeretur, puta, ſi oppoſitum concederetur, lex eſſet ſibi contraria, vel impoſſibilis, vel iniuſta, vel inutilis, argumen. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. l. exi-
54 gendi. C. de procura. ibi glo. † Et in ſimilibus dixit ſubtiliter Bal. circa rationem teſtium in l. conuenticulam. C. de epiſcop. & cleric. ſubtiliter illud intuendum eſt, tria eſſe, ex quibus gradatim ſcriptura recipit interpretationem. Primò, ſcilicet res ſubiecta. Secundò, intellectus. Tertiò, vox, nam literæ ipſas voces ſignificant, voces verò intellectum, intellectus autem concipit res: quoniam rebus menti noſtræ præpoſitis intellectus primò cõcipit, intellectus enim abſque re ſubiecta verus eſſe non poteſt, poſt rem conceptam vocè exprimis, vox quoque præter intellectum nihil ſignificare poteſt, ſicut vox picæ vel papagalli, facit. l. obligationum ſubſtantia. §. fina. de actio. & oblig. poſtremò vo-
55 ces literarum figuris deſignantur. † Patet ergo, quòd litera recipit interpretationem à voce, textus in l. non figura. de actionib. & obligationib. & l. prima. C. plus valere quod agi. quæ vox recipit interpretationem ab intellectu & mente. le. Labeo. ff. de ſupel. lega. l. nepos Proculo. ff. de verborum ſignificatio. Intellectus verò recipit interpretationem ab ipſa re ſubiecta. l. ſi vno. ff. loca. l. quoties idem. ff. de regulis iuris. capitu. intelligentia & c. præterea. de verborum ſignificatio. Dicimus enim non intentionem deſeruire verbis, ſed verba intentioni l. fina. circa finem. ff. ad Trebellianic. capit. ij. requiris. extra de appellat. tamen quia aliquando intellectus non rectè rem comprehendit, ſed decipit, vt in titu. ff. & C. de iur. & fact. ignora. ſequitur, quòd vox potius accommodanda eſt intellectui quàm rei, ſecundùm Ariſtotelem & Boetium in lib. Periermenias, in principio. Secunda ratio eſt; quia mens eſt cauſa immediata, res verò eſt cauſa remota, vnde magis ab immediata, ſecundùm Ariſtotelem primo Poſteriorum. Tertia ratio eſt; quia res in intellectu, vel

opinione

Source : BIU Cujas

opinione non eſt,prout eſt ipſa res,ſed prout eſt modus appren
dendi, vt in eo,qui hēt ſanguinem in oculo,omnia videntur ru-
bea,licet ſint alba,& in illo,qui hēt cholerā in lingua, oīa viden
tur amara,licet dulcia,& aliter naſus rē intelligit, & aliter tact⁹,
56 ſm Boetiū in vltimo libro de Conſolatione.† Ex quibus ēt infer
tur,q illa eſt efficacior legis interpretatio. Primò,q̄ conuenit in-
tellectui. Secundò, q̄ conuenit rei ſubiectæ. Tertiò,q̄ conuenit
verbis. Quartò,q̄ conuenit ſcripturę,nā ꝓꝑ vnumquodq; tale,&
illud magis.l.in reipubli.C.ex quibus cau.ma. At ſi mentis con-
ecturæ pares ſint,tunc illa eligenda eſt,quę magis congruit ꝓprie
tati verborū d.l.ancillas,de leg.j.& d.l.Labeo,& d.l. nepos Procu
57 lo cum ſimi.& infra proximè dicet.†Sed ſolet dubitari,an a pro-
pria verborū ſignificatione ſit recedendum,vt ſeruiat fauori? Et
vī qđ nō,per l.in obſcuris.ff.de regu.iur. At quod ex proprietate
verborū colligit non dī obſcurum,ſed clarum d.l.nepos Procu-
lo cū ſimilibus. Ergo ad fauorem,vel ad id quod minimum eſt,
non eſt confugiendum. Contra tñ tenuit gl.notabilis in l. cū de
nouo in fi.C.de leg.pro qua textus optimè facit l.qđ Seruius,&
58 l.quiſquis.ff.de verb.ſig.& l fi.C.vnde vi.† Ad hoc ſingulariter fa
cit textus,& ibi Bal.in c.j.qñ mari.ſucce.vxo.q̄ æquitas præferen
da eſt argumento a denominatione verborum,& eſt textus in l.
vnica.C.vt actiones ab hæred.& ɔtra ibi,ne ꝓꝑ nimiā ſubtilitatē
verborum latitudo volūtatis ℈hentium impediatur, & eſt tex-
tus in l.in teſtamentis,cum ibi notatis,de reg. iur. Nā illud ſilen-
tio prætereundū non eſt,q̄ eo tandem ad intellectum fauorabi-
lem,vel quod minimū eſt,peruenitur,cū aliæ coniecturæ mētis
non conſtant l.ſemper,& l.in obſcuris,de reg.iur.in fi.l. ſi duo. ff.
59 de re iudi.† Non n.obſcurū eſt,cū legitimis ꝓſumptionibus mēs
colligi poteſt.l.licet in prin.de leg j.cum ſimilibus. Qñ cū de ℈-
riamente legis euidenter conſtare non poſſit, a propria verbo-
rum ſignificatione non recedit̄ l.non aliter,de leg. .l j.§ ſi is q
de exercito ibi,in re igitur dubia melius eſt verbis edicti ſeruire,
nam cum verba ſint nuncia cordis nemo dixiſſe præſumit̄, niſi
qđ mente agitatum eſt,l.Labeo, de ſupel.lega. l.nepos Proculo.
ff.de verb.ſig. Abſurdū n.eſt a verbis certis propter dubiā mentē
recedere,aliàs nihil certū a lege,ſtatutū diceretur,arg.l.non om-
nium,& l.ſeq.ff.de legi.l.proſpexit ff.qui & a qb. Videndū eſt igi
60 tur,q̄ ſit propria verborū ſignificatio.†Sed illud replicandū eſt, 71
q̄ aliquando propria verborum ſignificatio ſententiæ cōgruit,
& tunc ſine dubio vtrunq; ſeruatur. Aliquando pēnitus diſſen-
tiunt,vel repugnant,tunc neutrum obſeruandum l.ſi quis in fun
di vocabulo,de leg j.& l.in ambiguo.ff.de re.dub l.fi.C.de hæred.
61 inſti.† Aliqñ conſtat,q̄ impropria verborum ſignificatio, nō tñ
longè declinans,magis accommodat̄ ſententiæ, quàm propria ſi
gnificatio,& tunc magis ſequenda eſt impropria ſignificatio &
ſnīa,quam verborum proprietas l.j.ff.de ſuis legit.c.præterea ex-
tra de verb.ſigni. Et ſupra plenè dictū eſt, ſecus ſi nimis abuſiua
eſſet verborū interpretatio,ideſt non vſitata d l fi.C de hære. in-
62 ſti.d l.ſi quis in fundi .† Aliquando & quartò,ſnīa pariter ſeruire
& accommodari ꝓt & propriæ & improprię verborū ſignifica-
tioni,tunc proprietas verborum diligenter inſpicienda eſt, nec 73
ab ea receditur,ſi vterq; intellectus accommodari nō poteſt,tex.
in Aucten.ne reſti.fidei §.nos igitur,quia verba poſſunt deroga-
re naturæ rei,vt eſt tex.optimus in c.j.de duobus fra. a capi.inueſ.
c.præterea in fi.extra de verbo.ſigni.l.conſtitutiones.ff.ad muni-
ci.& l.quod conſtitutum.ff.de teſt.mil.& infra infinitis penè exē
plis docebitur,& ratio eſt; quia certa incertis præferenda ſunt.l.
continuus § j.de ver.obl.C.de impu.& ali.ſubſt.l.precibus.l ſem-
per,de reg.iur. Poſſet etiam demonſtrari per rationem arithme-
63 ticæ.† Notandum eſt,q̄ verborum ſignificatio tum ex inſtitutio
ne maiorum noſtrorum,tum ex vſu cōi hominum impoſita eſt
qui communis vſus hominum ſi probatus fuerit, derogat ꝓprię
ſignificationi;quia ſicut ex voluntate hominum rebus noīa im
poſita ſunt,ita eorū ℈ria voluntate mutari,& alterari pñt.l.libro
rū.§.quod tñ,de le.3.l.cum de lanionis.§ aſinam molendinariā.
ff.de fund inſt.l anniculus,de verb.ſig.l. Labeo,& ibi Bar.ff. de ſu-
pel.leg gl.in auct. hoc locum. C. ſi mulier ſecundò nupſe. facit l.
de quibus.ff.de legibus. Vnde Horat.in arte poetica .

Multa renaſcentur,quæ iam cecidere,cadentq̄;.
Quæ nunc ſunt in honore vocabula,ſi volet vſus.

64 Quem penes arbitrium ius eſt & norma loquēdi.† Nomina ſunt
impoſita rebus multiplici ratione. Aliqñ ſm rerum inuentores, 75
& ſic cauſām efficientē,vt libri Iuliani, & Papiniani, & Iuſtinia
ni. Aliquando ſecundum cauſam finalem. Aliqñ ſm naturalem.
Aliqñ ſm finem. Aliqñ ſm obiectum. Aliqñ ſm effectum. Ali-
quando ſm qualitatem & accidens rei. Aliqñ a loco. Aliquādo
a tempore,& ſic de aliis p̄dicamentis. At ſi conſuetudo non con
65 ſtat,tunc propria verborum ſignificatio attendenda eſt.† Scire 76
quoq; oportet,q̄ cōis vſus loquendi a propria ſignificatione de
clinans,duplex eſſe conſtat. Vnus,quo etiam periti literarum vti
ſolent,& hic vbiq; admittendus eſt,tam in legibus,ſtatutis,& re-
ſcriptis,q̄ etiam in ℈ctis & vltimis voluntatibus.l.j.ff.de ſuis,& le
git.l.librorum.§.qđ tñ,de leg. .l.Iulianus.ff.qui ſatiſd.cog in glo,
cap.ex literis,de ſponſa. l.in vſu. ff. de verbo. ſignifi. l.ſolemus.ff.
de condit.& demonſtra. & ita intellexit Bart. in rubric.ff.de no. 77

ope.nunc.& Bar.in l.ſtipulatio iſta.§.hęc quo.in fi.ff. de verbor.
66 oblig.† Secus verò quo imperiti & vulgares abutuntur.quia tūc
talis vſus in ſtatutis,legibus vel reſcriptis capiēdus non eſt.l. La-
beo.ff.de ſupel.leg.& ibi Bar.in glo in l.apud Iulianum.§.ſcio.in
verbo,vulgo.ff.de leg j.& l.ſi dictum ff.de euic.in prin.ibi,nō vt
vulgus opinatur,& notat̄ in l.ea tamen.de leg. iij per Bar. & per
glo. in l. ſi quis filiabus. ff.de teſta.tute.vbi notatur,q̄ ſubtiles &
peregrinę verborum differentiæ nō ſunt attēdēdę in idiotis,pu-
67 ta,in teſtamentis,vel contractibus,vel atteſtationibus.† Vñ cō-
ſilium eſt,q̄ notarij redigētes dicta imperitorū in ſcriptis,ſi pro
priè in latinū conuerti nō pūt,in vulgari ſcribant̄, prout prola-
ta ſunt,arg.l.j.in prin.ff.de excu.tut.& ſi dicta idiotę per notariū
literarū peritū redigantur in ſcriptis, debēt intelligi, prout viri
prudētes intelligere ſolent.l j.C.de vſur.& ibi notat̄.l ſciendum.
ff.de verb.obli.& optimus tex.in c.ex literis. & ibi not. extra de
68 ſponſ.& l.fi.& ibi notatur per Bar.ff.ad Trebel.† Vnde dixit Bal.
in l.de quibus.ff.de legi.q̄ ille ſenſus capiendus eſt,q̄ vulgari ſer-
moni,& vſitato conuenit.l.in vulgari.§.fi.ff.de verb ſig. gloſ.in j.
conſt.ff.& idem Bald in auct ſed nouo iure.C.de fru.Sed ſi litera
eſt obſcura,debet recurri ad ſermonē vulgarem,vt fiat clara.l.in
vulgari in fi.ff.de verb.ſig.& ſi vulgaris ſermo eſt dubius, recur-
rendum eſt ad literalē ſenſum. l. librorum. §. quod tamen.ff.de
leg.iij.Vel ad ęquipollens. Vnde ſi dubitatur,an iſta oratio ſit af-
firmatiua,vel negatiua,Titius caret, exponenda eſt, Titius non
69 hēt filios,ſm Bal.ſingulariter in tit.de duo.fra.à cap.inue.† Pro-
pria verò verborum ſignificatio ex plurimis locis inuenitur. Et
primò ex definitione. Nam ille propius eſt intellectus verbi,qui
conuenit ſuæ definitioni.l.j.ff de teſta.l.j.ff.de tut.& ibi not.l.j.de
dolo.l.j ff.de furt.cum ſimili. Secūdò,illa eſt propria ſignificatio,
quæ conuenit etimologię.l.2.§ appellata ff.ſi certū peta.l j ff.de
tut.l.j ff de acquirend.poſſeſſ.in prin. & l.j in prin. C de caduc.tol.
ibi,aperta voce caducum appellat̄. Tertiò illa quæ eſt impoſita
per maiores noſtros.l.Maſſurius. & l. Labeo. ff. de verbor. ſigni.
70 cum ſimi. † Vnde illa eſt proprior ſignificatio, quæ eſt ſecundū
rationē grammaticalem.l.Plautius de aur.& argen. leg. c abba-
te.de verbo.ſig.c.ad audiētiā.extra de reſcript.& l. Imperator. ff.
de ſtat.hom.l.fina.& ibi not.ff.ad Trebel.per Bart. in l.ſolent in
fi.ff.de adim leg.† Quarto,quę ęquipollet cū ſuo cōuertibili,vel
exponibili,veluti ſi conuertatur oratio paſſiua in actiuā vel eℨ,
vel vniuerſalis oratio in ſuas particulares. Item, ſi propoſitioni
contrariæ præponatur negatio;quia tunc æquipollet ſuæ contra
dictoriæ,vel ſi ſubiectus terminus in prædicatum ordine debito
tranſponatur,& multa huiuſmodi,quæ magis doctrina logica,
72 quam legaliter probari & oſtendi poſſunt. †Quintò, quæ con-
gruit ſuis cōiugatis,vt ſi credere eſt alterius fidem ſequi.ergo cre
ditor eſt,qui fidem alterius ſecutus eſt l.ij ff.ſi cer. peta.& ſi furtū
eſt contrectatio rei alienæ inuito domino,ergo is fur eſt, qui cō-
tractat rem inuito domino,& res furtiua dicitur, quę inuito do-
mino contrectatur l.j.ff.de fur.cum ſimil. & legatum factum co
gnationi intelligitur factum cognatis. l.ſi cognatis. ff. de rebus
dub.† Sextò,quæ opponitur ſuo contrario vel correlatiuo, vt ſi
libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere licet,ergo
ſeruitus eſt,qua quis domino alieno contra naturam ſubijcitur
leg.libertas ff.de ſtatu hom. & ſi is ſeruus eſt,qui contra naturam
alterius dominio ſubijcitur,ergo is dominus eſt, qui in alterum
contra naturam poteſtatem habet. Vnde regula eſt, quòd con-
trariorū eſt eadem diſciplina l.j.ff de his qui ſunt ſui vel alie. iur.
Et vinum vetus eſt illud,quod non eſt nouum l. vetus. ff. de vi.
trit.leg. Ab exemplo l.j ff ne quid in loc. publi. & ibi diffinit lo-
cum publicum & theatrum. Item a differentia l. j. de flumi. ibi,
publicum flumen, quod perpetuò currit, ſiue quod deducitur
ad proprium, nam aſpicimus magis naturam propriam, quam
alienam,vel appellatiuam leg. cum ita.§.de fideicom.de leg.3.& 74
ibi not.& l.Auguſtæ. eod. titu. l. qui habet §. tutelam ff.de tutel.
¶†† Septimò, illa quæ eſt deducta ad ſpeciem, & ad ſimplex. In-
ſtitu.de actio.§.1.Inſtitu.de inoffi.teſtamen §.1.quæ non eſt pro
miſcua, compoſita vel generalis.l. Quintus, de auro & argento
legat & alia lex,quæ incipit,Quintus Mutius dicit,quòd appella
tione argenti nō continetur pecunia numerata.l. hoc legatum,
de leg.3.& ibi notatur.l.Titiæ textores,de lega.1.& ibi vide, opti-
mus tex.in l.cum ita § fratre,de leg.2.vbi vide,& l. Titia §.fina ff.
de leg.2. ¶†† Octauò, quæ eſt ſecundum naturam & veritatem,
non quæ ſecundum fictionem, vel priuilegium,vel pręſumptio
nem l.1.§.hæc verba,de nego geſt.l.Statius § fin de iure fiſ. leg 1.
C.de edict.diui Adria. tol.l.filio,de lib.& poſthum l. fin.C.de his
qui ven. æta.impet.& l.j.§.ſi ſuſpicio ff.de incen.rui.nau.& ibi no.
& l.2 ff.quod met.cau.leg. alius.§. eſt & alia. ff.quod vi aut clam.
¶†† Et ſi ſtatutum dicat, quòd aliquis habeatur pro ciue, vel pro
maiore,quis propriè dicatur ciuis,vel maior,vide not. per Bart.
in l.maritus.§.legis.Iuliæ.ff.de adult.& Bal.omnino in l.ſiue poſ-
ſidetis.C de proba. Vnde dixit Bar. quòd ſi ſtatuto puniatur ge-
ſtans perlas,quòd non incidat in pęnam,qui portat perlas fictas,
per l.prætor.§.hoc interdictum.ff.de mor. infe. & ſi ſtatutum fa-
cit mentionem de confeſſo,non intelligitur in dubio de confeſ-
ſo ob contumacia. Inſtit.de hæred.quali.& differ.§.ſed his.† Pro

hoc

Source : BIU Cujas

hoc etiam dicitur, quòd res considerari debet secundū aptitudinem & naturam, non ſm accidentia emergentia. Instit. ad leg. Aquiliam. §. his autem verbis. & l. pretia rerū. ff. ad leg. Falcidiā.
78 glo. in l. vendicatio. ff. de rei vendi. † Nonò, quæ est ſecūdum ius vel mentem agentium, non quæ est de facto tantum. l. 3. de ſerui vrb. præd. l. diuus Pius. §. fin. de petit. hæredi. l. 4. §. condemnatum, de re iudi. l. coram, ff. de verb. ſigni. l. quid ſit fugitiuus, ff. de ædil. edici. l. Fulcinius, ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. catur, l. elegāter, §. qui reprobos, ff. de pign. act. Decimò, quæ est in potiori ſignificatu. l. quicquid venditor. ff. de act. empt. ibi, quaſſata. l. ij. ff. ſi ager vecti. c. ſi pater. de teſta. lib. 6. in fi. l. nepoti. de fund. inſtr. c. ſi
79 quoniam, extra de ſenten. excom. † Illud etiam notandum, ꝙ verba ſolent potius trahi ad ſignificationem minorem, quàm de minore ad maiorem, vnde verbum, tutor, accipitur pro curatore, non econtra, vt est tex. glo. & Bar. in l. tutor. §. curatores, ff.
80 de admi. tut aliud. † Vndecimò q̄ est ꝙſequens rei deſignandæ ꝑ ipſam. Inſti. de don. §. est & aliud. l. ꝑriè bona, ff. de ver. ſi. l. vnic. in prin. C. de cadu. tol. Siue q̄ conuenit effectui ipſius rei. l. ſi tibi, ff. ſi certum pet. l. tabernæ appellatio. de verbo. ſignifi. & ibi text. arguit, ꝙ conuenientia rei potior est etimologia, ſiue quæ conuenit vſui ipſius rei. l. ſi fundum. §. vinaria. de verbo. ſign. ſiue quæ denominatur ſm propoſitum mutantium, l. j. §. quotidiana, de
81 aqua quoti. & æſtiua. † Duodecimò, quæ denominatur a præſenti, non a præterito, vel futuro. l. ſi ita ſcriptum, & l. cum filius, §. hęres, de lega. ij. l. ſi ita legatum, de auro & arg. leg. l. ſi ſtipulatus fuero. §. j. & l. ſi a colono. C. de verbo. obl. l. qui ab eo. §. j. ff. de tuto. l. ſi nondum. C. de fur. l. ſolemus, ff. de condi. & demon. l. cum quid, ff. ſi cert. pet. Et notaudum, quòd verba, quæ ſemel certam ſignificationem habuerunt, non poſſunt ex poſt facto aliam recipere. l. ſi inſulam. ff. de verbo. obliga l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. &
82 pupil. † Tertiodecimò, quæ intelligitur, per prius non ꝑ poſterius, ſiue quæ intelligitur per viam directam & immediatam, non per obliquam & mediatam. l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupil. l non ſolum, in prin. ff. de excu. tut. ibi no. eā viam, q̄ est ex circuitibus, l. ſciendum, de verb. obli. & notatur in l. ſi vt proponis. C. de rei ven. & in l. ij. C. de ſucce. edic. ꝙ appellatione aui non comprehenditur proauus &c. & optimus tex. in l. in lege cenſoria. §. ij. de verb. ſignifi. & no. Bar. in l. ambitioſa. ff. de de-
83 cre. ab ord. ſac. † Item intelligitur ſm naturam principii non poſtremi. l. j. §. ſi ſeruus, ff. de poſtu. l. clam poſſidere, ff. de acqui. poſſ. l. ſi procuratorem, ff. mand. Item, quòd magis res intelligitur ſm cauſam proximam quam remotam, vnde filius magis ſequitur domicilium patris, q̄ aui vt est tex. & ibi Bar. in l. filios. C. de mu-
84 nici. & origin. lib. x. † Quartodecimò, quæ est ſm ordinem ſcripturæ, l. ſi ſeruus cōis. de ſtip. ſeru. Vide omnino. l. pen. de rebus dub. ff. de vſufru. l. quoties, de hære. inſti. l. qui ſoluendo, cum ordo ſcripturæ ordinem rei, vel intentionis non mutat. l. ambiguitatis, C. de teſta. l. ſi ita hæredes, ff. de hære. inſti. no. plenè Bart. in
85 l. Gallus. §. quidā rectè. ff. de liber. & poſth. † Quintodecimò ꝑ q̄ ſingula ſingulis congruè reddantur. l. ſi negocium. C. de neg. ge. l. item veniunt, §. aptanda, ff. de peti. hær. & l. fi. C. de ſen. Sextodecimò, qua duo in vna ratione concurrere ſignificatur, l. in lege cenſoria, ff. de verb. ſign. ibi ſeruos quos domum ſuo vſu. l. fi. C. vnde vi. l. ſi legatarius, §. cum ita, de leg 3. & ibi Bar. l. ij. de aur. & arg. leg. c. licet cauſam, extra de ꝑba. ibi. teſtes corruptos falſum dixiſſe, & Bart. in l. diuus, de re iudi. facit optime. l. iam hoc iure, de vulg. & pupil. cum ibi notatis, & l. quamuis, C. de impu. & ali. ſubſt. & d. l. fi. C. de ſenten. & l. ſi mulieri ff. de vſufru. accreſ. verſi. ꝙ ſi mix. l. j. ff. ſi quis teſt. libe. eſſ iuſſ. fuerit, ibi, habet namq; cer-
86 tos fines. l. 3. ff. de incen. rui. nau. in prin. † Notandum etiam est, ꝙ verba dupliciter intelligi poſſunt. Primò prout ſonant factum ſimpliciter, non habito reſpectu ad eius effectum, neque ius, neque ad animum agentis, vt verbum, poſſeſſio, poteſt referri ad tenorem, non quò ad effectum vel ius, l. licet, C. de acqui. poſſeſ & verbum, Teſtamentum, poteſt referri quò ad ſcripturam tantū, non quò ad mentem teſtantis, & in eo contenta, l. j. ff. ſi tab. teſta. extra. & l. j. §. fin. ff. de ſecun. tab. Secundùm, prout factum est de iure factum, l. 3. §. condemnatum. de re iudi. cum ſimilibus, & ꝑut habet effectum. l. 3. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voca. l. aliud. de ver. ſig. & prout factum est cum animo, arg. l. diuortiū. de diuortio. l. multum. & l. ij. ff. de condi. & demon. l. quid ſit fugitiuus. de ædil. edic. l. bouem. § j. ff. eo. tit. l. non figu. & l. obligationum ſubſtantia. de acti. & obli. Item, ad illum finem. l. ii. §. homi-
87 ne. ff. vi bo. rap. l. pen. ff. de teſta. l. cum hi. de tranſac. † Cùm. n. omnis noſter actus conſtet ex duobus, ex ipſa materia ſimpliciter ſiue ipſo actu corporis, & ex forma. ſ. animo & intentione ipſius agentis, neceſſe eſt: vt vtrunq; concurrere debeat, ſcilicet, actus & animus. Vnde dicitur, propoſitum & voluntas diſtinguunt maleficia, vt l. qui iniuriæ. ff. de iniur. & verba ſm vtrunq; actū-
88 intelligi oportet. † Notandum tamen est, quod vbi duo ſubſtantiua, vel duo adiectiua neutraliter poſita, ſunt copulata, alterutrum per ſe ſufficit. l. ea tamen adiectio. de leg. 3. l. qui concubinæ. eo. tit. l. qui filiam. §. fi. de condi. & demon. ſecus ſi copulantē accidentaliter. l. ſi hæredes plures. de condi. inſti. ſm Bar. in conſil. incip. Statuto vrbis veteris, niſi plura adiectiua eſſent talia, q̄ ſimul non poſſent cōuenire, vt equos albos, nigros &c. De quo
89 etiam in l. j. de iuſti. & iure. † Item nota, quòd vbi fit adiectio aliqua ampliationis cauſa, tunc neceſſe non est, quod concurrat, veluti ſi dicam, ancillam cum liberis liberam eſſe volo, ancilla libera erit, etiam ſi nullos filios habet. l. ſi ita. ff. de manu. teſta. l. ſi mulieri. ff. de vſufruc. accreſ. quia inducta ad ampliandum, non debent operari diminutionem. l. legata inutiliter, de lega. j. Adde, quæ dixit Bar. in l. Centurio. de vulga. & pupil. dum quærit de illa quæſtione, ſi deceſſerit ſine liberis. Idem ſi falſa demonſtratio adijciatur corpori demonſtrato, non est neceſſe, vt concur-
90 rat. l. Quintus Mutius. ff. de auro & arg. lega. † Decimoſeptimo, illa est proprior ſignificatio orationis, in qua talia ſunt ſubiecta, qualia ſunt p̄dicata, & ecōtra. l. ſtipulatio iſta. §. hi quoq;, de ver-
91 bo. obli. † Decimooctauo, illa est proprior ſignificatio, qua omnes caſus in oratione poſiti pariter determinantur, in quo copulata vno tempore & vno caſu deberi ſignificātur, & qua vna res non diuerſo iure cenſeri poſſit. l. nam hoc iure, de vul. & pupil. l. ſi legatarius, §. cum ita. de leg. 3. c. maiores. §. cęterum. extra de baptiſ. l. cum qui ędes. ff. de vſuca. Hoc tamen fallit, vt ſ. de qualitate perſonarum & ſingulariter per Bar. in l. ſi ita ſcriptum, de ma-
92 nu. teſta. † Decimonono, illa est proprior, quæ congruit tempori ſui verbi. l. in delictis, §. ſi damnum extraneus. ff. de noxa. l. Lucius, ff. de teſta. mili. l. verbum erit, in fine. ff. de verborum ſignification. & ſupra dictum est, qualiter mens coniecturatur.
93 † Vigeſimo, illa in qua aliquid extraneum nō ſubauditur, l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, de verbo. obliga. Vigeſimoprimo, per quam maior effectus ſequitur, l. vtimur, ff. de ſepul. viol. l. j. §. domini. ff. ad Sylle. l. cum quæritur. ff. de ſtatu homi. faciunt notata per Barto. in l. j. ff. de acquir. rerum domi. de capto relaxando in libertate propria, facit optimè, l. ſi pro parte. §. ſum autem. ff. de in rem verſ. l. accipere. de verb. ſignifi. facit, quod dicitur, legem
94 non eſſe intelligēdam verbotenus, ſed cum effectu. † Vigeſimoſecundo, illa est interpretatio eligenda, quæ magis plana, & ſecundum literam legis est.

SVMMARIVM.

1 *Caſus in lege non comprehenſus an per ſimilitudinem alterius legis diffiniri poſſit. & infra. nu. 15. & ſeq.*
2 *Caſus aliquis ſi præter naturam, aut naturæ conſuetudinem contingat, princeps conſulendus eſt.*
3 *Subſtitutio pupillaris an finiatur, ſi ille, cui eſt facta, filium intra pubertatis tempora habeat.*
4 *Caſus aliquis ſi præter naturæ humanæ conditionem contingat, princeps conſulendus eſt.*
5 *Caſus ſæpiſſime contingens, cuius materia ſubiecta eſt varia, iudici decidēdum relinquitur.*
6 *Quid? quando caſus omittitur, eo quia ex mente legis comprehendi poteſt.*
7 *Caſus in lege non comprehenſus ob ingenij imbecillitatem per ſimilitudinem diffiniri poteſt.*
8 *Verbum, ſimilitudo, quot modis accipiatur.*
9 *Caſus duo eſſe inuicem ſimiles tripliciter contingit, & infra nu. 12.*
10 *Res æedem dicuntur, licet quantitate, vel qualitate differant.*
11 *Argumentum eſt de genere ad ſpeciem, quando plures res ſnb eadem ratione in ſpecie continentur.*
13 *Similitudo quid ſit.*
14 *Argumenti fallacia a ſimili fallacia muitipliciter contingit.*
17 *Ratio naturalis & æquitas legis auctoritatem habet.*
18 *Legis extenſio de æquitate ſubſiſtere debet.*
19 *Lex iniquitatem continens, vel aliquid contra ius diuinum, vel naturale extendi non poteſt.*
20 *Vindictam facere valens vigore ſtatuti, an eam alij mandare poſſit. Lex vnica. C. ne quis alteri vel ſib. limitatur.*
21 *Lex quando extendatur ad caſum ſibi in ratione parem.*
22 *Auth. præterea. C. vnde vir & vx. quomodo intelligatur.*
23 *Lex noua diſponens aliquid contra regulas iuris ciuilis, vel legis antiquæ, an & quando ſit extendenda ad parem caſum, & infra numero 28. 29. 31. & 38.*
24 *Caſus a pari ratione comprehenſus tacitè comprehenſus dicitur.*
25 *Nepos locum filij tenet, quando cum patruo ſuccedit.*
26 *Leges procedentes ſuper præſumptione, vel iuris fictione extendendæ non ſunt.*
Statutum, quòd filius excludat matrem in hæreditate patris ipſius filij, nō tamen ſororem excludet.
27 Minor 20. an. ſi vigore ſtatuti teſtari non poteſt, an ei pater poſſit pupillariter ſubſtiuere.
29 *Lex ciuilis ſpurijs alimenta denegans an per ius canonicum correcta ſit.*
30 *Lex ciuilis ſicut eſt correcta per c. fin. de præſcrip. an ſit etiam correcta in præſcriptione actionum.*
32 *Statutum, quòd habens inſtrumentum illud regiſtrari facere debeat, intelligitur etiam de eo qui habet facultatem habendi illud.*
Mulier ſi ob ſtatutum non poteſt contrahere, nec quaſi contrahere poterit.
33 *Lex loquens in maſculino ad fœmininum extenditur.*

Lex

Source : BIU Cujas

Lex in singulari numero loquens ad pluralem extenditur,
34 *Numerus singularis ad pluralem trahitur, vbi eadem est ratio.*
35 *Statutum præferens masculos fœminis in successione an sit contra æquitatem, & rationem naturalem, an verò contra ciuilem æquitatem.*
36 *Natura digniorem virum quam fœminam fecit.*
37 *Iuramentum contra naturalem æquitatem præstitum non obligat.*
38 *Priuilegium vxori concessum ad sponsam extenditur.*
39 *Priuilegium pupillis concessum ad prodigos, & mentecaptos extenditur.*
40 *Pietas contra pietatem extensionis priuilegio non potitur.*
41 *Priuilegium certæ causæ concessum an extendatur. & infra nu. seq.*
Gl. in verbo, in eum, in §. pœnales. instit. de actioni. quomodo intelligatur.
43 *Lex odium continens an ad casum similem extendatur, & numeris sequen. & nu. 47.*
Lex quando odium contineat.
44 *Lex sicut tripliciter offenditur, ita tripliciter contra delinquentes prouidet. & infra nu. 49.*
Lex delictum puniens an ad præstantem opem & ad mandantem extenda tur. & infra nu. 51.
45 *Consentire delinquenti quis quadrupliciter potest.*
46 *Statutum si imponat pœnam manus dextræ dictanti instrumẽtum falsum si talis non habeat dextram, in sinistra punietur.*
48 *Patri an liceat conuocare adiutores, vel alteri mandare, vt repertum in adulterio cum filia occidat.*
L. cum fundum. ff. de vi & vi armata. quomodo intelligatur.
50 *Statutum prohibens frumentum extrahi non intelligitur de leguminibus.*
51 *Extensio ex maioritate rationis an fieri debeat.*
Argumentum a rationis maioritate an valeat. & infra nu. 55.
53 *Ratio maior dupliciter intelligi potest.*
54 *Homicidij pœna si per statutum mitigetur, an pœna adulterij mitigata intelligatur, cùm maius sit homicidium, quam adulterium.*
59 *Patruus si per statutum filiam excludit, sororem tamen vel matrem defuncti non excludet.*
Regula, si vinco vincentem te & c. quomodo intelligatur.
57 *Seruitutem habens vno modo si alio modo ea vtatur, eam perdit.*
58 *Casus duo si adinuicem similes sunt, si casus nouus per legem non decisus occurrat, quomodo diffiniatur.*
56 *Lex noua disponens de aliquo casu contra ius commune, vel sit pœnalis, ad casum nouum similem non trahitur.*
60 *Priuilegia concessa contra iuris regulas fisco, vel minoribus, vel ecclesiæ, an ad dotem extendantur, vel ad alterum suprascriptorum.*
62 *Actio ad legitimæ & c. supplementum quinquennio non præscribitur, sicut querela inofficiosi testamenti.*
61 *Statutum, quòd de similibus ad similia procedatur, non extenditur in exorbitantibus a regula iuris communis.*
Limita vt infra nu. 64.
63 *Clausula generalis ad expressa non refertur.*
65 *Casus vel contractus nouus occurrens a similitudine legis, quæ est similis decidi deberet.*
Contractus afflictus & contractus socidæ, qui sunt noui contractus, quomodo decidantur.
66 *Iudex sententia exprimere debet, quòd similitudinem talis legis absoluit, vel condemnat.*
67 *Statuta an sicut ius commune interpretationem recipiant.*
68 *Statutum licèt fauorabile non continens aliquid contra ius commune per argumentum a simili ad casum nouum extendi non debet.*
69 *Statutum si aliquam formam dat, omne quod secundùm illam formam non est, extra statuti dispositionem ponere videtur.*
70 *Leges interpretari ad iudices non pertinet, sed eas exequi.*
Statuto interpretari iurisconsultorum more non licet.
71 *Statuta restringuntur, & ampliantur scdm statuentium mentẽ, et alia iura.*
72 *Casus nouus emergens an decidi debeat a ratione vel similitudine iuris cõmunis, an verò statutorum vel consuetudinũ loci, vbi causa discutitur.*
73 *Lex generalis posterior contraria legi anteriori non tollit ea qua statutum vel consuetudinem essent confirmata.*
74 *Statutum si disponit de aliquo casu nouo de contractu ficti, socidæ, vel liuelli si occurrat casus nouus illi subiectus, quomodo decidi debeat.*
75 *Canonicus regularis an in feudo succedat stante consuetudine quòd monachus in feudo non succedat.*
76 *Casus nouus occurrens quando statutum est contra regulas iuris communis si abrogat legem communem, quomodo diffiniri debeat.*
77 *Casus nouus occurrens si ex mente statuti diffinitus est, licet non verbis, quando ex ratione statuti diffiniri debeat.*
78 *Casus nouiter emergens quando non est proximus, nec consequens casui in statuto comprehenso quomodo diffiniri debeat, & nu. seq.*
80 *Aequitas scripta ex vna parte præfertur rigori scripto ex alia.*
Aequitas vbi deficit, per legem seruatur.
81 *Contractus liuellarius qui dicitur nouus, quomodo diffiniatur.*
82 *Afflictualis si per biennium cessat, an expelli possit.*
83 *Statutum si in totum legem communem abrogat, tunc a lege abrogata simili tudo sumenda non est.*
84 *Lex, vel statutum quando extenditur ad casum non expressum per interpretationẽ, an cũ omnibus suis qualitatibus extẽdatur. & infra nu. 88.*
85 *Debitor si vigore statuti carcerari poterit, an eodem modo pro debito patris carcerari possit.*
86 *Contumax si pro confesso habeatnr, debet intelligi quò ad attentata.*
Protestans se nolle vti instrumento in se producto videtur fateri instrumentum illud esse falsum.
87 *Statutum, quòd bannitus pro confesso habeatur, debet intelligi quò ad ea, quæ in banno intentata sunt.*
88 *Probatio vera, & non ficta coram vno iudice facta coram alio fidem facit.*
Confessio defuncti ficta hæredi non nocet.
89 *Priuilegia vni ecclesiæ concessa, si alteri ecclesiæ concedantur, de præteritis, & non de futuris intelligi debent.*
90 *Lex pœnalis si extendatur per interpretationem ad casum verbis non expressum, an cum pœna intelligatur extensa.*
91 *Hæres non construens ecclesiam, prout testator iussit; quia episcopus noluit ei licentiam dare, an in pœnam a testatore impositam incidat.*
92 *Mater quando in pœnam non incidat ob non petitum tutorem.*
ni,q̃ casus cõprehensi in statuto,p.l.de qbus.ff.eo.& ibi doctores conſonãt in hoc,ibi,tũc ius,quo vrbs Romana vtitur: nã cũ lex Romana ſit dignior; qa a maioribus vel ſapientioribus ꝓſtituta eſt,itẽ qa gñalior, q̃ ſtatutũ, rõnabile eſt, vt potius casus nouus definiat ſm legẽ digniorẽ,ꝓ quo faciũt ea,q̃ ſ. notaui in proxia qõne,& ſ in qõne ꝑncipali de ꝺ̃rijs legibus. Vñ ſi ſit ſtatutũ, frater defuncti excludat ſororẽ, nõ tñ excludit matrẽ, licet ſint paris gradus.casus ergo de matre potius erit definiẽdus ſm diſpoſitionẽ iuris cõmunis, q̃ ſm ſtatutũ. † Sed hęc regula fallit in pluribus caſibus, Primò, vbi caſus nouiter occurrẽs eſſent magis ſimilis caſui cõprehẽſo in lege, verbi gratia, ſi filius excludit filiã, qd ſi ſupeſt hermaphroditus magis prędalẽs in ſexu maſculino q̃ fęminino? Certè excludit filiã,arg.l.quęrit.de ſtatu homi.facit optimè l.i.§.ſi qs ſeruũ. ff.depoſ.l.i.ff.de ęſti.acti. & gl.in l.ſi olei. C.locati.fallit ſecũdò,vbi ſtatutũ maiori ęquitate ſubnixum eſt, q̃ lex cõmunis.† Ad hoc facit;qa vbi ẽ rigor ſcriptus ex vna parte,& ex alia ęquitas ſcripta,ꝓ ęqtas ꝑferret. l.placuit.C.de iudic. l.ꝓ ſi Epheſi. ff. de eo qđ certo loco.Nam etiam ęquitas,vbi lex deficit,ꝑ lege obſeruatur.l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excuſ.tuto.cũ ſimilibus.pone exẽplũ, lex eſt rigoroſa in ꝺ̃ctu emphiteutico, ꝓ ceſſans ſoluere ꝑ biẽniũ ꝑdat omne ius & melioramẽta in re emphyteutica facta.l.ij.C.de iure emphyt. De iure verò ſtatutario cauet, ꝓ emphyteuta ceſſans ſoluere per biennium tm̃ teneat ad pẽſiones retẽtas,& ad intereſſe,ſi intra vnũ menſem a die monitionis ſibi factę, pẽſiones retẽtas q̃ti plurimi valuerint non ſoluerit. † Quid dicemus in liuellario, q contractus nouus? certè ſm ſupraſcriptã regulã idẽ erit dicẽdũ,& ſic magis definietur a ſimilitudine ſtatuti diſponẽtis de emphyteuſi,q̃ a ſimilitudine legis diſponentis de ꝺ̃ctu locationis,tributarij,ſuꝑficiarij,vł ꝑcarij.Hęc eſt theorica Cyn.& Ricar.in l.j.C.q̃ ſit lõga conſue. & Guil.in l.de qbus.ff. eo.† Sed dubium eſt, qd ſi fictabilis ceſſauit ſoluere ꝑ biẽniũ, an poterit expelli? Et vr̃ ꝓ ſic;qa iſte ꝺ̃ctus ficti eſt magis ſiſſis locationi.vt d gl.& doc.in d.l ſi olei.C.locati.ergo ab eius ſiſſitudine erit dicẽdũ, per ea q̃ ſupra ꝓximè dixi. ꝺ̃ vr̃, ꝓ magis debet definiri a ſiſſitudine ſtatuti: qa benignius. Nã ęqtas ꝑſerẽda eſt argumẽto a denominatione verborũ, vt dixit text. & ibi Bal.in c.j.q̃ mari.ſucce.vxo.ſed primã partẽ teneo, ꝓ erit definiẽdũ a ſimilitudine iuris cõis.Primò;qa magis ſimile. Scdò qa in caſibus nõ deciſis magis ſeqmur regulas iuris cõis quã ſtatuta. Tertiò; qa ita ſeruat de iure in ꝺ̃ctu locationis, etiã in loco ſtatuti, vt dixit tex.in d.l.de qbus.& ita cõiter ꝓcludit per doctores in d.l.de quibus.& in l.i.C.quę ſit lõga.& in c. fi. extra de conſuet.†Tertiò fallit,vbi ſtatutũ in totũ abrogaret legẽ cõem,tunc a l.abrogata non eſt ſumenda ſimilitudo. l.i.& ibi gl. in ver.imaginẽ.C. de latin.lib. tol. & hęc ſufficiãt quò ad ſm dubiũ. † Tertium dubiũ eſt, an q̃n lex, vel ſtatutũ extẽdit ad caſum nõ exꝑſſum ꝑ interpretationẽ,extendatur cũ oĩbus ſuis qualitatibus? Et regula eſt ꝓ ſic,vt eſt tex.in l.fi.C.de inoffi.dona & in l.vnica.C. de inoffi.dotib.l.electio.§.i.& l.ſi pluriũ.ff.de noxa.& l. item q̃ritur. §.q impleto ff.loca. cum ſimilibus.inde dr̃, ſi ſtatuto caueat, ꝓ inſtrumenta dotiũ habeãt executionẽ paratã,vel mãdent exe cutioni ſummariè,de plano & c.ꝓ ſi agat ex inſtrumẽto de dote reſtituẽda, vel hypotheca tacita ex ꝑſumptione legis ſubintelle cta, ſiſſiter mandabit executioni ſummariè & de plano, vt nota. Bar. in l. i. ff. de his quę in teſt.delen. qa pręſumpta pręſumptione iuris videntur expreſſa,vt l.i.& C. de rei vxo. acti. & ibi notat Bar.ĩ l.i.ff.de leg.ii. Circa quã difficultatẽ vide Bal. Imo. & Mod. ibi oĩno. † Ex his ẽt inferũt, ꝓ ſi ſtatut o debitor pro debito poſſit carcerari, ꝓ idẽ poterit pro debito patris carcerari, ſi ꝑ moram ſuam cõcedatur carceratio,vt l.poſtulante.ad trebellianũ, & notatur in l fi.§.in cõputatione.C.de iure deliber.quãuis.Bal. teneat ꝺ̃trarium. in l. i. C. de execu.rei iud. quã regulã intellige, vbi lex nõ eſſet ꝺ̃tra rõnẽ, aliàs ſecus, arg.l. cũ qui. in prin. & ibi not.ff.de iure iur. & l. q repudiantis animo. §. fi. ff.de inoffi. teſt. † Vñ dr̃,ſi ꝺ̃tumax habeat ꝑ ꝺ̃feſſo, debet ĩtelligi quò ad intẽtata,ſecus quò ad alia,puta,quo minus poſſit appellare,qa hoc nõ eſt intẽtatũ. Ad hoc optimè facit gl.& Bal. in l. ſi aduerſarius. C. de fide inſtru. vbi proteſtans ſe nolle vti inſtrumẽto a ſe producto,vr̃ fateri illud inſtrumẽtũ eſſe falſum, nõ tñ puniet de falſo, ſicut ille q ſciẽter inſtrumẽtũ falſum ꝑduxit, & maximè ſi non eſt oppoſitũ de falſo.† Vnde dicit ibi Bal. ꝓ ſi ſtat ſtatutũ, ꝓ banitus habeatur ꝑ cõfeſſo, debet intelligi quò ad ea, quę ſunt intẽtata in banno,non quò ad alia. Ad hoc facit, ꝓ notat Bal. in l. ij. C. de edend. vbi licet ꝑbatio facta corã vno iudice faciat fidẽ coram alio,intelligitur de vera nõ de ficta,per l.iij. C. de fide inſtru.& l.ii.§.diuus.ff.de iur.fiſc. & q habet ꝑ ꝑfeſſo in cauſa ciuili,non habet pro ꝑfeſſo in cauſa crimi. Item ꝑfeſſio ficta defuncti nõ nocet hęredi.tex.ſingularis in l.eius q delatorẽ. & ibi Bar. ff.de iur.fiſc.† Secundò intellige in his qualitatibus, quę ſunt de natura primordiali caſus expreſſi in l. qui extendit, ſecus in his qualitatibus,quę non ſunt de natura expreſſi,ſed ſunt aduẽtitię, arg.l.certi cõdictio.in prin.iuncta gl.ff.ſi cert.pet.& dixi ſ.in prima parte principali,in argumento de ſubrogatis,& in argumento de parificatis.iii. intellige quatenus illę qualitates extendẽde ſecundum regulas iuris adaptari pñt ad caſum extenſum,ſecus ſi ſecundum regulas iuris cõis vel naturalis non poſſunt adaptari.l.i.§.lex.ff.ad legem falcidiam. & ibi Bar. & l.ita. ff. de adminiſt. tuto & l.ediles.§.loquũtur.ff.de ędil.edict.pro quo optimè facit. l.vxori.§.vxori.de lega.iii.& glo.no.& ibi doctores in l.talis ſcriptura.in fine. de leg. & facit regula in his. ff. de legib. & Bar. in l. prętor.§.eſt differentia.ff.vi bono.rapto.vbi vide omnino † Vñ bene dixit glo.in l.omnia.C.de ſac.ſanc.eccl.ꝓ ſi priuilegia concęſſa vni eccleſię, concedantur alteri eccleſię,debet intelligi de prętęritis,non de futuris,arg.l.cum lex.ff.de leg. & l.ſi.ita legatũ. ff.de auro & argen.lega.† Sed dubitatum eſt,an lex pęnalis ſi extendatur per interpretationem ad caſum nõ expreſſum verbis, intelligatur eſſe extenſa cum pęna? puto diſtinguendum,aut pena imponitur; quia contra naturalem ęquitatem commiſſum eſt,puta,propter furtum,adulterium,homicidium,& ſimilia, vt l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.& l.i. ff. de furt. tunc pęna extenditur ad caſum,ad quẽ extẽditur lex,vt l.hęc verba.ff.de adult. tex. notus in l.ſed ſciendum.ff. de parricidiis. & ibi gl. & doctor,& l. ſi quis ſeruo.iuncta gl.C.de furt.quę extendit illam glo.ad corrumpentem filiumfamil. ꝓ tamen intellige, vbi delictum punitur modo regulato a iure, ſecus ſi irregulari, vt pulchrè dixi in quarta parte principali,quando lex continens odium extenditur, & ſ. proxima q.aut pęna imponitur,non qui a contra naturalem ęqtatem,ſed quia contra ciuilem rigorem commiſſum eſt,& tunc non intelligitur pęna eſſe repetita in caſu extenſo,vt dixit gl.in l.fi.ff. de liti. & l.fin.ff.de in ius voc.& gl.inſti.de acti.§. item mixtę.& §.pęnales. ver.in cauſa.& gl. in l.ſi aduerſus. C. de fide inſtr. idem ſi ex voluntate hominis eſt appoſita:vt l. in teſtamento q dem.ff.de cond.& demonſt.& l.ſi prægnãs.& l.vaccę.ff.de eui.& l.cum apud.iudicat.ſolui. & tex. in l. eum qui. in prin. ff. de iure iur.& gl.in l.certi condictio.in prin.ff.ſi certum peta. facit optimè,ꝓ ſcribit Ioã.And.in c.diſpendia.§.i.de reſcript.lib.vi.Ex his infert Bal.in l.i.C.de his quę pęnæ nomine.† Teſtator iuſſit conſtrui eccleſiam in domo ſua ſub certa pęna, hęres cum vellet cõſtruere, epus non voluit concedere licentiam, ꝓ conſtruatur ibi,ſed alibi:modo hęres non conſtruxit nec ibi nec alibi, an incidat in pęnam,& dicitur ꝓ non,per dictam l. in teſtamento.de condit.& demonſt. tamen cogi poterit,ꝓ conſtruat dictam eccleſiam in loco commodo,arbitrio epiſcopi,per dictam legem: at ſi teſtator iuſſit conſtrui intra annum a die mortis ſub certa pęna,& epus prorogauit terminũ, poſtea hęres non conſtruxit capellam intra annum, ſiquidem prorogatus eſt terminus iuſta cauſa,non incidit in pęnã. Quid ſi in termino non prorogato hęres non conſtruxit,certè in pęnam incidit; quia non dicitur aliquid improperari,vel mutari,licet dies prorogetur,& ideo pęna prorogatur & non abſorbetur,vt notat Innocentius in c.prętęrea requiſiſti.de appella.†Ex his etiam infertur, ſi ſtatuto caueat, quòd tutela duret vſque ad xviii.annum,licet mater teneatur petere tutorem in xv. anno vſque ad xviii. prout in filio furioſo.l. ii.§.ꝓ ſi cum prągnans.ff.ad Tertul.non tamen incidet in pęnã: ita Bald.in l.matris. in fi.. C. ad Tertul. at ſi ſtatutum reſtringitur, & tempus tutelę,puta vſque ad x. an.certè poſt decẽ annos non tenetur mater peter e;quia reſtricto antecedenti, reſtringitur & eius conſequens antecedenti commenſuratum. † Ex his infert Abb.in c.i. de reiud. ꝓ tunc demum ſententia lata non ſeruato ordine iudiciorum eſt nulla, ſi lata eſt contra ordinem exꝑſſũ, in l.ſecus ſi talis ordo eſſet de interpretatione.† Quod tamen dr̃ pęnam non extendi ad caſum non expreſſum, ſed per interpretationẽ extenſium; quia diſpoſitio legis in caſu extenſo videtur alterata, nec formaliter videtur eſſe factum contra legem,fallit, vbi cõtra fieret in fraudem ipſius legis;quia licet non offendantur verba formalia, tamen offenditur mens, vt eſt tex. in l. non dubium.C.de leg.Grauius enim delinquit,qui committit in fraudem legis, quam qui contra legem.l. non intelligitur. de iu. fiſ. † Quartum dubium remanet diſſoluendum. Statuto cauetur,ꝓ ſtatuta intelligantur ſimpliciter,pręcisè,ad literam, prout iacerent,nec aliquam interpretationem recipiant;an poterint recipere aliquam interpretationem Et videtur ꝓ non.primò; quia eſt conforme iuri communi.l.ii.§.cumque. C.de vete.iur. enuc. ibi,quemadmodum in antiquioribus totum ius pęnè conturbatum eſt ad hoc,facit cle. exiui de paradiſo.de ver.ſign.itẽ illud eſt ſecundum literam, ꝓ legi & oculis cerni poteſt:at interpretatiuus caſus non poteſt oculis cerni,ſed intellectu cõprehendi,vt l. i.ff. de his quę in teſtamento delentur,&c.contrarium cõmuniter tenent doctores, ꝓ ſtatuta poterũt interpretari declarando, vel diſtinguendo, non autẽ reſtringendo,vel ampliando,maximè argumento a ſimili, vel a contrario ſenſu, vt dicit Io. An.in reg.pro poſſeſſore.in merc.& Bar.in l.omnes populi.ff. de iuſti. & iure.& Bal.in auc.ſi qua mulier.C.de ſac.ſan.eccle.& in l.iii.C. de libe.preter.& in l.iubemus.§ fi.C ad Treb.& in l. inteſtato. C. de ſuis & legi.& in auc.de fide inſtru.in prin.& in l.i.ff.de vulg.& pup.& in l.j.§.ſi quis ſimpliciter,de verbo.obli.& gl.in l.illud. C. de ſa.ſan.eccl.ibi,quid ſi taxatiuè loquitur &c.†Et pro huius qõnis ſolutione permitto,ꝓ quadrupliciter contingit legem interpretari,vt dixi ſupra in principio huius trac.Primò, quando ampliamus,vel reſtringemus verba ꝑ mentem.l.ſcire leges.ff.eo.

Secundò

Source : BIU Cujas

Secundò qñ leges quæ inuicem videntur oppoſitę concordantur. Tertiò, qñ verba ſunt ita ambigua, ꝙ poſſunt trahi in duplicem intellectum, tñ vnus intellectus ſolum verus eſſe poteſt. l. in ambiguo. ff. eod. Quartò, qñ volumus extendere legem a ſimili, vel a pari, vel per ſubauditionem, vel ab arg. non neceſſario. Primo caſu, cum vis & ptās legis in mente conſiſtat, vt d. l. ſcirc leges. vt ſupra plenè probaui, non poteſt effici, ꝙ lex non interpretetur ſm mentem, quemadmodū non poſſet fieri, ꝙ homo nō eſſet ſine anima, & obligatio ſine conſenſu, arg. l. ij. ff. de vſuf. earum rerū, quæ vſu ꝯſu. & inſti. de iure natur. §. ſed naturalia. ſi. n. mens ex lege tolleretur, iam lex eſſe deſiſteret, ſed foliū, vel ſaltē
97 iniqua. † Pone ſtat ſtatutū, ꝙ dans venenū in potu morte afficiatur, an medicus, q̃ bono veneno infirmū curauit, debebit morte afligi? Certè hoc ſtatuentes non modo hoc noluerunt ſtatuere: ſed nec etiam hoc potuerunt de iure, ſic enim ſequeretur, ꝙ medicus prędmio dignus, pœna afficeretur, & volens verba legis fraudare non puniretur, puta, ſi quis in pane venenū malum immiſceat, & alicui comedēdū eroget, vbi quia de euidentiſſima vi rōnis ſtatuti conſtaret, licebit ſtatutū ſm eam interpretari, ne fiat iniuſtū: ſecus vbi quis leui ꝯiectura, vel proprio capite rōnē legis reddere vellet: quia tunc non licebit ſtatutū ſm eam interpretari, arg. l. proſpexit. ff. qui & a quib. & l. non oīum. cum l. ſeq. ff. de legib. Et ex his ēt colligas eſſe venenū bonū, & venenum malum. l. qui venenū in prin. & ibi gl. plura allegans, de verb. ſig.
98 † Scđo quoq; caſu licebit vnū ſtatutum ſm aliud interpretari: qa non eſt prędſumendū eſſe ꝟria, aliàs ſequeretur, ꝙ aut vnus caſus ꝟrijs ſententijs definiretur, aut ſtatutis tanq̃ ſe inuicē abrogātibus non poſſet definiri, ꝙ eſſet ſtultiſſimū. Rationabili ergo interpretatione ſtatuta debēt cōcordari, vt euitetur ꝟrietas & im
99 poſſibilitas. l. nam & poſteriores. ff. eo. † Tertiò quoque caſu licebit interpretari, aliàs ſequeretur, ꝙ aut vnus caſus contrarijs ſententijs diffiniretur, aut tanq̃ obſcurus & ītelligibilis reijceretur, aut certè legi illuderetur. pone, ſtatuto cauetur, ꝙ liceat furē vel adulterum in domo comprehenſum occidere, an ſi inueniat aliquē noīe fur, vel adulter, licebit occidere, certè īſulſum hoc erit dicere. Ex quibus patet interpretationē legibus & ſtatutis eſſe ne
100 ceſſariam, vt l. 2. §. his legib. de orig. iur. † Quarto caſu qñ a ſimili, vel a pari caſus expreſſi volumus diffinire caſum nō cōpreſſum, tunc talis interpretatio non admittetur ꝓꝓ dictū ſtatutū: qa talis interpretatio nō eſt neceſſaria, cū caſus nō cōprehenſus in ſtatuto poſſit diffiniri, tū auctoritate eorū, qui ſtatuta ꝯdiderunt. l. cū de nouo. C. de legib. tum ēt ex diſpoſitione iuris cōis: qa caſus omiſſus ī ſtatuto intelligitur remiſſus ad diſpoſitionē iuris cōis,
101 vt dixi s̃. in ij. parte principali. † Et, vt gñaliter dicā, cū ſtatutum debeat eſſe honeſtū, vtile, poſſibile, & clarū, alioquin nō lex, ſed peſtilentia dici pōt. 4. diſt. c. erit autē lex. neceſſe eſt, vt eam interpretationē recipiat, per quā ex dicto ſtatuto nihil inhoneſtum, ſiue irrationabile, ꝓdigioſum, impoſſibile, vel ꝟriū oriatur: ſm naturā enim eſt, vt vnū quodq; ſimile ſibi prodeat: nō vt ex iure iniuria ſequatur. l. meminerint. C. vñ vi. pro quo facit tex. in l. 2. C. de vet. iur. enuc. ibi, vt tā imperfectas replere, q̃ nocte obſcuritatis obductas luce detegere. vbi aūt fieret interpretatio, quę nō eſſet neceſſaria, ſ. cuius interpretationis oppoſitio cōuenire poſſet cū ſtatuto; tunc talis interpretatio reijcienda eſt ꝓꝓ expreſ-
102 ſam voluntatē ſtatuentiū. † Sed quæri pōt, an ſtatuta recipiāt aliquā ſubauditionē, ſtatuto vetante poſſe ſubaudiri. Et bī diſtinguo multipliciter aliquid poſſe ſubaudiri & ſuppleri in ſtatutis, vel in alijs ſcripturis requirentibus neceſſariò ſcripturā. Primò, ex natura negocij, vñ cōdemnatus de crimine famoſo, fit infamis, licèt in ſnīa non exprimatur. l. infamē. ff. de pub. iudi. l. ictus fuſtium. de his qui no. infa. facit. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. l. ſciēdū. de verb. obl. & s̃. dixi in j. parte principali, in argumento. de diff. in cau. & nat. rei. Sed ò, ſubauditur ex relatione vocabuli expreſſi ad aliud ſuum correlatiuum, vt l. j. C. de indic. vid. tol. & dixi s̃. in argumento de correlatiuis, ꝟrijs, ſubrogatis. Tertiò, ſubaudit ex vi ſermonis, quæ eſt integritas partiū orationis perfectū ſenſum faciens. l. j. §. fi. de hære. inſt. & ibi Bar. in l. error. C. de teſta. & in l. ſi librarius. de re. iu. Quartò ſubaudit ex gñalitate ſermonis, vt in ſubſtitutione breuiloqua, vel cōpendioſa. l. centurio. l. Lucius. & l. hoc iure. de vulg. pup. & dictum eſt s̃. in argumento de genere & de toto. Quinto, ſubauditur ex cōſuetudine loquēdi, vt in c. 2. de reſcri l. fi. C. de fideiuſ l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de edil. edi. Sextò, ſubauditur ex p̃ſumptione legis, & ſimiliter iſta vt prædictæ ſubauditiones fieri poſſunt in ſtatutis. l. j. C. de rei vx. act. l. precibus. C. de impu. & aliis ſub. l. ſi vicinis. C. de nup. l. filiū.
103 ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iu. † Quædā ſubaudiri poſſunt p̃ antecedentia vel ſequentia, vt l. vtrū. ff. de peti. hær. & dictū eſt s̃. in j. parte, in argumento de ſubauditione. & Bar. in l. ij. §. eſt itaque. ff. vi bo. ra. Quædā ſubaudiri poſſunt ex interpretatione hominū, & hæc reijcienda eſt, vt in l. j. ff. de his quæ in teſt. del. & l. 2. C. de ſent. ex breui. recī. l. contractus. C. de fi. inſtr. & ibi not. neceſſariū eſt, calcem imponendo tractatui, qñ diuerſę interpretationes, & opiniones doctorum reperiuntur, quę magis ſit eligenda, explī-
104 care. † Nam iudex qui in iudicando malam opinionem elegit, ſyndicari poteſt ſm notata, inſtit. de oblig. quæ ex quaſi deli. naſ in prin. & doc. in l. ij. C. de pęna iud. q malè iud. facit optimè tex. in l. Athletas. in prin. ff. de infa. ibi omnes opinantur. & l. j. ff. de ſenat. in fi. Qui tex. facit ꝯ eos, qui volunt ſequi nouas ſententias & opiniones doctorum. Nam ab antiqua opinione maiorum & præceptorum noſtrorum recedendum non eſt, vt dicit tex. in l. ſi ędibus. ff. de dam. infec. & notatur in c. j. de decimis. & in c. paſtoralis. eo. tit. in gl. immo reputatur difficillimū opinionem antiquorum reuoluere. 3 5. q. 9. c. veniam. vide de modo interpretādi Pet. in reg. can. vbi prędferre vī ſignificationem vocabuli ſenſu
105 magis benigno. † Sit ergo prima regula, in opinionibus doctorum varijs eligendis, ꝙ illa opinio eligatur, qui comprobatur de conſuetudine. Nam conſuetudo eſt optima legum interpres. l. ſi de interpretatione. & l. minimè de legib. & ibidem notatur. Et pōt poni exemplum in opinione Mar. de qua gl. in l. dos a patre. C. ſolut. matr. quæ licet ſit falſa, tñ de conſuetudine obſeruatur. Et de hoc eſt tex. in c. illud. de præſcri. Item ponitur exemplū in opinione gl. in l. fi. C. de donat. inter vir. & vx. quæ quaſi deſtruit illum tex. & tñ ita ſeruat cōſuetudo. item poteſt poni exemplū in opinione gl. de qua in l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab. in glo. in l. ſeruitutes. la grande. ff. de ſeruit. & opinione Bart. de qua in l. ſi dominium. ff. de fur. cum ſimil. ꝙ tñ intellige de conſuetudine
106 rationabili, aliàs ſecus. l. qđ non ratione. ff. de legib. † Secūda regula, ꝙ vbi non conſtat de conſuetudine, tunc illa opinio tenēda eſt, quæ altero iure comprobatur. verbi gratia, ſi de iure ciuili aliqua quæſtio nō ſit expreſsè deciſa, & opinio varia ſit inter doctores legiſtas, & ſit expreſſa de iure canonico, tunc illa tenenda eſt, quæ eſt comprobata per ius canonicum, & poteſt poni exēplum in quæſtio. de qua in l. iubemus. C. ad l. Falcid. & in c. Rayn. de teſt. & de hoc vī tex. in c. pervenerabilem. §. rōnem, extra, qui filij ſint leg. & ibi doctores, & optimè faciunt notata in c. extra de oper. no. nunc. vñ meritò ſępe reprehenditur Cin. & Pet. q in dubijs quæſtionibus nō ſequebantur deciſiones iuris canonici,
107 dicentes, ſua iura non procedere ex errore canonico. † Tertia regula eſt, ꝙ vbi de conſuetudine, vel altero iure nō ꝯſtat, tunc illa eligenda eſt, quæ efficacioribus rationibus comprobatur, ēt ſi plures in ꝟrium ſentiant, vt vī ſentire gl. in d. l. minimè. & tex. in cle. j. in fi. de ſumma. trin. & fide cath. c. exorta. de re iud. ibi, efficacioribus rationibus. & optimus text. in l. j. §. ſed neque. C. de vet. iur. enuc. ibi, non ex multitudine, ſed quod ęquius & melius eſt iudicatote. & facit optimè. l. ob carmen. ff. de teſti. facit. l. ſed licet. & ibi Bar ff. de offi. præſ. dicens, nō debere allegari gloſſam, quamdiu inuenitur tex. facit. l. 3. §. ſubtilius. ff. de condi. ob cauſ. vbi filius Celſus reꝑhēdit patrem, quia rationē auctoritati poſt
108 poſuit. † Sed dubium eſſe poteſt, quæ dicatur melior, rō non eñ temere credendum eſt ꝟrietatem inter ſummos doctores eſſe de eo qđ l. expreſſum eſt (quia illud oīno ſequendum eſt. l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſth.) ſed de eo qđ l. aut non cōtinetur,
109 aut obſcurè. † Et ſciendum eſt, ꝙ illa ratio efficacior hī, quæ eſt ſm ius naturale, q̃ quæ ſm ius ciuile. j. diſt. c. conſuetudo. & text. in l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tute & ibi not. & quæ eſt ſm ius diuinum, q̃ quæ eſt ſm ius canonicum, vt eſt tex. optimus in ca. licet ex quadam. in fi. extra de teſtib. item, illa quæ eſt ſm æquitatem ſcriptam, q̃ quæ eſt ſm rigorem. l. placuit. C de iudic. & text. optimus in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verb. obl. ibi, multi ꝓꝓ iuris ſubtilitatem perniciosè errauerunt. item quæ eſt ſm mentem, q̃ quæ eſt ſm verba. l. ſcire leges. ff. de legib. & quæ ſm verba, q̃ quæ per ſimilitudinem, quia eſt fallax, vt in cap. per venerabilem. qui filij ſint leg. §. ſi verò. & in auct. de fi. inſtru. in princ. vel ea quæ fit per incertam rationem, vt eſt textus in l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exercit. ibi, melius eſt verbis edicti ſeruire. item illa quæ ſecundū regulas iuris, quàm ea quæ tenet, vt ſit ſpeciale ſecundum glo. in l. omnis diffinitio. de reg. iur. dicentem ꝙ non eſt diſcedendum a regula tanquam a carocio, vt faciunt Bononienſes: poſſent adduci plures ſimiles rationes, ſed hæc exempli gratia ſufficiant.
110 † Quarta regula eſt, vbi de euidentioribus rationibus non conſtat, tunc illa eligenda eſt, quæ eſt tutior, arg. ca. iuuenis. extra de ſponſal. & c. ſignificauit, extra de homi. cum ſimilibus: nam conſilium legis eſt, partem tutiorem eligere. l. ſi pupillus. §. j. & ibi glo. notabilis. ff. de reb. eorum. l. cum proponas. C. de interd. ma.
111 † Quinta regula eſt, quòd illa opinio eligatur, quæ eſt fauorabilis, & ꝓꝓ quam res valet, & non perīt, vt in regula, in obſcuris. & in regula, quoties. de reg. iur. & c. ſi vir. extra de cogna. ſpir. licet plures contrarium ſentiant. Vnde inferunt doc. ſi eſt hęſitatio, an aliquis libellus, vel teſtamentum, vel inſtrumentum, vel matrimonium valeat, illa opinio tenenda erit, per quam libellus, teſtamentum, vel matrimoniū ſuſtētatur. Ita ſingulariter dixit Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe. & Spe. in tit. de offi. iudi. §. iudicis offiñ. ver. ſed an. faciunt notata in l. j. C. de app. reci. vbi appellatio facta hoc modo, dico nullam, & ſi qua eſt, appello, & libellus, dico ad me pertinere iure dñij, vel quaſi, admittendus eſt: qa in dubiis potius faciendum eſt, vt res valeat, q̃ pe-
112 reat. † Ex quo etiam ſingulari er dixit Hoſt. in d. c. ſi vir. de cog. ſpir. quòd vbi in cā matrimonii eſt vna opinio ſingularis, tñ rationabilis pro ſuſtētādo matrimonio ꝟcto, illa tenēda erit, licet cōis opinio ſit ꝟria, ꝙ eſt ſingulariter notandum ſm Abbatem.

Source : BIU Cujas

113 † Sexta regula, quòd iſta opinio eſt tenenda, quæ eſt approbata a prudentioribus, licet in contrariam partem ſint plures, vt videtur textus optimus. 9. diſt. 100. in canonicis. (Refert tamẽ an de poteſtate, an de ſcientia auctorum ſacræ ſcripturæ quæratur: nam in difficilibus quæſtionibus eos ſequimur, qui habẽt auctoritatẽ, poteſſatemq; in expoſitionibus, eis credimus qui pleniorem ſpiritus gratiam conſecuti ſunt. 20. diſt. c. decretales. adde
114 oĩno diſt. c. in canonicis.) Vt in iure ciuili opin. gl. † iam vt dixit Bal. maximè in cauſis magnis non eſt recedendum a gl. qa eius auctoritas alias antecellit, ſm Bal. in l. precibus. C. de impub. & l. cùm non ſolum. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib. & in l. j. in fi. C. quæ ſent. ſine certa quantitate. & in l. cum hæreditas. C. depoſ. Et maximè iuncto Azone, q fuit vas electionis, id eſt fons legum. ſm Bal. in l. contractus. C. de fid. inſtr. Item opinio Bar. qui ſecundum Bal. vidit omnia, & quidam alij, vt in iure canonico opinio
115 Inn. & Io. And † Aduertendum etiam eſt, ꝙ in quæſtionibus ciuilibus legiſtis, in canonibus verò canoniſtis ĩ dubio magis credendum eſt: quia vnuſquiſq; præſumitur peritus in arte ſua, arg. l. j. ff. de vent. inſpic. c. propoſuiſti. extra de probat. & l. j. ff. ſi men-
116 ſor fal. mo. di. cum ſimilib. † Et in dubio magis credendum eſt ſenioribus, arg. l. ſemper. ff. de iu. immu. & ſcribitur. 19. cap. Leuitici. Surge & honora perſonam ſenis: ita vr̃ tenere glo. in l. cum
117 quid. ff. ſi cer. pet. l. fi. ff. de fide inſtr. l. ſi chorus. §. fin. de leg. 3. † Sic etiam in dubio antiquior conſuetudo ſeruanda eſt. l. nemo. §. tẽporales. ff. de regu. iur. Non tamen credendum eſt opinionibus antiquorum noſtrorum, quorum ſnĩæ quotidie allegãtur fuiſſe falſæ, nec tãto tpe tolerari, niſi veraces ſint, arg. l. in fi. ff. fi. regun. l. cenſus. ff. de proba. l. ſi arbiter. ff. eo. titu. c. cum cauſam. extra de ꝓba. & l. monumentorum. & ibi per Bar. ff. de religio. & ſumpti. fune. ad hoc. & c. quanto. cum ibi ſcriptis, de iureiur. & quę habẽ tur in l. proprietatis. C. de proba. Et q̃q̃ rõnabilius videatur: vt iuniores ſint perſpicaciores, iuxta gl. in l. Gallus. de libe. & poſth. tr̃ neſcio quo fato ingenia hominum in dies magis decreſcũt, niſi ꝙ, vt inquiunt Theologi iuxta Danielis interpretationem, ab aurea ętate & argentea, ad peſſimam iam ętatem limoſamque peruenire cęptum ſit, ꝙ quidẽ in oĩbus ferè ſciẽtijs difficile non
118 eſt. † Vltima regula eſt, ꝙ illa opinio tenenda ſit, quæ a pluribus comprobatur, arg l. quod maior. ad munic. l. maiores. ff. de pact. & in tit. de his quæ fi. a ma par. cap. facit etiam. d. l. ob carmen. cũ ſimil. ff. de teſti. ſciendum quoque eſt, ꝙ vbi eſt dubitatio inter doc. dr̃ eſſe dubia & difficilis. l leges ſacratiſſimæ. C. de legi. l. an inutilis. §. i. ff. de accep. Nam & Papa, qui omnia iura habet in pectore, vt C. de teſta. l. omnium. & extra de conſt. c. j. li. vj. vbi videt opiniones varias doct. probabiles, reputat dubium, de reſti. ſpol.
119 c. literas. de cele. miſ. c. cum Marte. † Et ideo licet vtramuis ſine peccato tenere, & excuſatur a dolo & culpa, ſi alteram elegit, ſm notata per Inn. in c. ne innitaris. de conſti. & per Bar. in l. bonorum. ff. de bon. poſ. & notata in l. cum prolatis. C. de re. iu. & Spe. in tit. de ap. §. nunc dicamus. verſi. circa, & in titu. de expenſ. §. j. in prin. & doc. in l. fi. C. de pœna iud. qui malè iudi. & Io. And.
120 & alij in cap. j. de conſti. dicens, † ꝙ ſi iudex tulit ſententiam ſm vnam opinionem rationabilem, q̃q̃ dicta opinio reprobetur ꝑ legem nouiter ſuperuenientem, nihilominus ſnĩa non retractatur, adde notata per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verborũ obl. facit. l. j. in fi. ff. de abigeis. ibi, iuſtis rationibus. & in l. 2. §. igitur. ff. de ſtatulibe. l. relegatorum. §. ad tẽpus. ver. ſic tñ. ff. de interdi. vbi text. & ponit Bal. in l. penul. ff. de iuſti. & iure.

FRANCISCI BALDVINI Iuriſconſulti Commentarius. De legib. xij. Tab.

PRAEFATIO.



LEGES Regiæ primũ in iure Romano & antiquitatis memoria locũ tenent. Secundum leges xij. Tab. quod & L. Valerius ait apud Liuium, libr. xxxiiij. De illis dictũ eſt aliàs. De his nunc dicẽdum eſt. Regibus exactis, regias leges exoleuiſſe lege Tribunitia, Pomponius noſter ait. Nam Brutus tribunus Celerum, Romanæ libertatis vindex, legem ad populum tuliſſe dicitur de illis abolendis. Sed eas demum tolli atque aboleri voluit, quæ ad mores regios, & ſtabiliendum regnum atque tyrannidem pertinebant. Cæterùm Romuli leges, quæ & Ariſtocraticæ magis erant, quàm Regiæ, & omnium curiarum ſuffragijs confirmatæ receptæque fuerant, minimè ſublatę ſunt. Numæ quoque leges de religione, tantum abeſt exactis regibus vt exoleuerint, vt etiam magis cultæ, atque in vſum reuocatæ ſint. Sed & leges à Seruio Tullio latas de contractibus, quas Superbus aboleuerat, populus Rom. liber reſtituit, rurſusque edidit, quòd & populares eſſent, & humanitatis ęquitatisq; pleniſſimæ. Sed populus iam numeroſior erat, & vrbs maior, priuatarumque rerum plures difficultates, quàm vt tam paucæ, tãq; tenues leges ſatis eſſent ad iudicia regenda, iusque ſuum cuique dicendum. Populus itaque ſub imperio Patriciorum incerto iure iactabatur, iactatusque eſt annis plus quàm ſexaginta. Iam certè leges ſibi quaſdam ſacratas conſtituerat, anno 16. poſt reges exactos: nempe in monte Sacro, cum & Tribunipl. creati ſunt. Hoc Cicero pro C. Cornelio fatetur: & idem pro Seſt. & ꝑ Domo ſua, & libro 3. Offic. leges ſacratas cum xij. Tabulis coniungit. Sed raræ profectò & paucis de rebus leges illæ Sacratę & Tribunitiæ fuerunt. Tandem verò populus Patriciorum, ius ꝑ ſuo arbitrio dicentium, tyrannidem non ferens, poſtulauit certam quandam & ęquabilem iuris ſcripti formam: & quidem C. Terentius Arſa tribunus pleb. abſentibus conſulibus rogationem ferre conatur, vt viri prudentiſſimi conſulari poteſtate & imperio deligantur ſcribendis componendisque legibus: huic rogationi Conſules & Patricij acriter repugnant: vix vt poſt octo tandem annos, poſt longas grauiſſimasque contentiones eo ventum ſit, vt communis quædam iniretur legum ferendarum ratio: cùm quidem T. Romilius, qui paulo ante Conſul fuerat, propter ea quæ in Tribunos & plebem inimico animo acerbè geſſerat, damnatus, grauiterq; multatus iudicio populi fuiſſet. Conſulesq; & Patricij hoc exemplo territi, ſibiq; metuentes, plebi obſequentiores fuere. Ac in primis legem ferunt de iure & modo multarum, ſi quis magiſtratui nõ obtemperaret: cũq; prius ſolis Conſulibus ius eſſet multam indicere, ꝑmiſſum hac lege fuit omnibus magiſtratibus, multa coercere contumaces, ſuamque ea ratione dignitatem tueri. Ac certus quidem multæ etiam modus dictus eſt, vt ad ſummum non niſi duo boues eſſent, & oues triginta. Commemorat hanc legem, & diu apud Romanos in vſu fuiſſe ſcribit Dionyſius Halicarn. lib. 10. Apud Pompeius Feſtũ & Gellium, duo boues, & oues triginta in hoc genere numerantur. Secuta eſt lex Ateria, quam alij Tarpeiam vocant, quæ oues ſingulas aſſibus decem, boues verò centenis æſtimauit, quo certior eſſet multæ ratio. Superſunt veteris illius legis de iure & modo multarum, multa adhuc veſtigia. Sed de ijs aliàs viderimus.

Poſt eam editam Conſules tandem, quod Tribuni poſtulabant, ad Senatum referunt, de legibus in commune ſcribendis. Rogatus quid ſentiret T. Romilius, prẽter omnium opinionem ſententiam dixit, ęquum eſſe, quod plebs poſtulabat: primusq; cenſet legatos & Athenas & in alias Græcorum vrbes eo nomine mittendos eſſe, qui optimarum legum exemplum peterent, quò magis certa aliqua iuris forma deſcribi componique poſſet. Placuit hæc ſententia patribus, fitque ſecundùm eam Senatuſconſultum, quod plebs quoque ipſa ſciuit, probauitq;. Audiebant quidẽ Romani paulo ante incenſam & deletam bello Perſico fuiſſe vrbem Atticam: ſed à Themiſtocle inſtauratam ſtatim coaluiſſe legũ ſuarũ vinculo & nexu, nõ ignorabãt: & licèt in illo publico ciuitatis incendio conflagraſſent lignęę tabulæ legum Solonis, non intercidiſſe tñ leges ipſas. Legati Romani tres fuerunt, viri & prudẽtia & iudicio ſingulari: Sp. Poſthumius Albus, A. Manlius, & Seruius Sulpitius Camerinus, qui Conſul erat, cum primùm Tribuni legem rogationemq; Terentii perferre conati ſunt. Miſerunt aliqñ Athenienſes Romam de re nõ magna legatos tres philoſophos, Carneadẽ Academicum, Diogenẽ Stoicum, & Critolaum Peripateticum: miratiq; ſunt Romani eorum & ſapientiam & eloquentiã. Sed legatorum Rom. prudentiam & dignitatem magis admirati ſunt Græci. Dionyſius ſcribit, miſſos quoq; legatos in eas Græcorum ciuitates, quæ in Italia erant: in ea nempe Italiæ parte, quæ quondam magna Græcia dicta eſt, in qua, Seruio Tullio Romæ regnante, Pythagoras philoſophabatur. nam & ea inſignes habebat & reſpublicas & ciuitates, & legislatores Locri ſeruabant ſui Zaleuci leges: Thaurij iura ſui Charondę, qui nõ multis ante Decemuiros annis vixit: atq; vt omittam Brunduſium & Crotonem, Tarẽtum à Lacecęmoniis conditum eo tempore florebat: vbi & paulo poſt audita eſt Architæ præclara illa grauiſſimaque oratio. Nullam capitaliorem peſtem, quàm corporis voluptatem, hominibus à natura datã: hinc. n. patrię proditiones naſci, hinc Rerumpub. euerſiones. Neque dubium eſt, tam humaniter eo tẽpore Tarenti exceptos eſſe legatos Rom. quàm perfidè poſtea & nefariè violati fuiſſe dicuntur. Vellem etiam obiter Maſſiliam nauigaſſent. Habebat ea Senatum ſexcẽtorum virorum leges ſuas habebat Ionico more publicè propoſitas, quarum etiam gloria reliquas ciuitates ſuperabat, vt teſtis eſt Strabo libro 4. Sed Cicero ipſe in oratione pro Flacco ait, Maſſiliam ſic optimatum conſilio gubernatam fuiſſe, vt eius inſtituta facilius laudare omnes poſſent, quàm imitari: additque, eius ciuitatis diſciplinam atque grauitatem non ſolùm Græciæ, ſed & cunctis gentibus anteponendã eſſe. Sed Athenas properabant legati Rom. vt certè tũ erat florentiſſima ciuitas Atheniẽſiũ, & ſapiẽtia virtuteq; præſtantem gubernatorem habebat Periclem: & paulo ante duces habuerat non minus excellentes, Themiſtoclem, Ariſtidẽ,

Cimo-

Source : BIU Cujas

Cimonem,neque sanè magis opportunè Romani Athenas venire potuerunt:qui si serius venissent,illum ciuitatis & Reipub. florem,cuius imaginem Romam referrent, nō vidissent. Nam paulò post ciuitas bello Peloponnesiaco attrita tam valde est, atque dissipata, vt pristinum decus nunquam deinde receperit. Certè præter ruinas, & veluti tristes parietinas nihil vidissent. Neque tamen dissimulo, iam tum, cùm legati venerunt, Atticā ciuitatem multis vitijs laborasse:cùm quidem belli Persici periculo liberata, diuitijsque affluens, delicijs indulgeret. Nam & scimus summum ipsum ducem Themistoclem, cuius virtute victi repulsique Persæ fuerant,eò turpitudinis delapsum esse,vt per medium forum tanquam Sardanapalus quispiam, in curru nudus traheretur à quatuor nudis puellis. Sed hæc quorundam ciuium dissoluta mollities nō effecerat,quin ipsum Reipub.corpus firmis adhuc & honestis institutis bene compactum floreret: dignissimis certè ijs quæ imitarentur, quicūque Rempub.recte constituere vellent. Quod quidem Pericles eleganter ostendit apud Thucydidem libro secundo, in ea oratione quæ inscribitur ἐπιτάφιος λόγος: ac disertè quidem ait, ciuitatem Athenien sem quandam veluti tum fuisse scholam,quæ Græciam vniuersam erudiret, cuius mores aliæ ciuitates imitarentur, quæ nata videretur ad leges aliis populis dandas:breuiter, quæ omnis honestæ politiæ viuum quoddam esset exemplar, quod & Isocrates in suo Panegyrico testatur.Ea igitur tum erat Athenienſium Respub. qualē postea fuisse Achæorum scribit Polybius libro secundo.Neque verò cum Pericle modo, sed & cum Areopagitis, qui tum iudicijs grauissimis præerant, de Repub.de iure, de legibus colloqui legati potuere. Fuerat quidem paulò ante dignitas Areopagitarum attentata, & cōcussa auctoritas, plebem seditiosè commouente quodam Ephialte. Sed Cimonis virtute atque consilijs defensa, conseruataque fuerat tota illa Areopagiticæ curiæ maiestas. Quid multis? Prostabant lignex illæ quidem, sed religiosissimè cultæ atque conseruatæ Tabulæ legum Solonis,centum ferè & quadraginta iam annorum vsu cōprobatæ: quibus vel honestiores vel equiores conscribi nō posse,vel ad Rempub.rectè constituendam meliores, prudentum omnium & de rebus rectè iudicantium sententia erat:& ad eas quidem præcipuè describendas missi erant legati. Isocratis in Panathenaico loquētis de Atticis legibus verba sūt hęc: ὀλίγους μὲν, ἱκανοὺς δὲ τοῖς χρῆσθαι μέλλουσι, καὶ ῥᾳδίως συνιδεῖν. ἔπειτα δικαίους καὶ συμφέροντας, καὶ σῴζειν αὐτοῖς ὁμολογουμένους, καὶ μᾶλλον ἐσπουδασμένους τοὺς περὶ τῶν κοινῶν ἐπιτηδευμάτων, ἢ τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, οἷοὺς περ εἶναι χρὴ παρὰ τοῖς καλῶς πολιτευομένοις. Sed & ipse Cicero pro Flac.ab Athenienſibus humanitatem,doctrinam, iura,leges ortas, atque in omnes terras distributas esse ait: neque minus laudat Lacedæmoniorum mores, disciplinam, leges. Sed & Laconica instituta iampridem Sabinis communicata fuerant, & per Numam Sabinum Romam translata.Immo verò Athenæus libro 6.scribit,Romanos diligentius quàm ipsos Lacedæmonios conseruasse Laconicam politiam, quam erant imitati. Non temerè itaque Iustinianus originem iuris ciuilis repetit à Lacedęmonijs & Atheniēsibus. Sanè vt omittam Paulum Aemilium, Græcię statum atque Respublicas constituentem: ipse Adrianus princeps sapientissimus, multis post annis, Athenienſibus, apud quos frequens erat, leges aliquas certas petentibus, Atticas eorum leges, vt optimas, reddidit. Narrat enim Eusebius in Chronicis, ijs iura composuisse ex Draconis, Solonis, Græcorum legislatorum libris. Sic Romani, quod ab Athenienſibus primùm sumpserant, ijs tandem reddiderunt.

Triennium in hac sua peregrinatione Rom. legati consumpserunt. Itaque diligenter omnia considerasse, neque diu minus quàm diligenter,multasq; etiā alias ciuitates perlustrasse,dubium non est.Si in Palæstinam etiam traijcere voluissent, vidissent surgentem nouam Iudæorum ciuitatem, qui ex Persica seruitute reuersi,magnis animis suam Rempub.instaurabant:multaq; fortassis quę à Græcis non audierant, didicissent à clarissimis illis Iudęorum ducibus Esdra & Nehemia, qui non religione modò & pietate, & sed & ciuili prudentia summa præditi erant: multis etiam annis versati in aula regis Persarum Darii, Artaxerxis, Longimani cum ipso Themistocle.

Cùm legati reuersi essent, instant Tribuni,vt aliquando legū scribendarum initium fiat. Tandem res ad Senatum refertur. In Senatu patricii in vtranque partem varias sententias dixere: aliis Remp.patriis tantum suis moribus,aliis scripto potius iure regendam esse contendentibus: Vicit Appii Claudii, qui cōsul designatus erat, sententia,reliquis magistratibus abdicatis, cum imperio consulari,sine prouocatione,decem ex Senatoribus viros deligendos esse,qui & ex patriis consuetudinibus, & Græcorum legibus certam aliquam colligerent componerentq; Iuris perpetui formā:quod vbi Senatus populusq; probasset, omnes deinde magistratus sequerentur in iudicando. Fit in hanc sentētiam Senatusconsultum. Centuriatis comitiis Decemuiri creati sunt: Ap.Claudius & T.Genutius, Consules alioqui designati, P.Sestius alter Consulum prioris anni, ipsi tres legati ex Græcia reuersi. his adiungitur T. Romilius, qui mittendorum in Græciam legatorum auctor fuerat: & Veturius,quem Romilij, consulis collegam fuisse aiunt. Accedunt & alij duo grauissimi Senatores, qui numerum implerent, C.Iulius,& P.Curiatius: siue, vt apud Dionysium est, Horatius. Hi decimo die singuli ius populo dicebant,dabantque. Interea vniuersi toto anno legibus componendis operam dederunt. Ne leges sacratas abrogarent, cautum erat. Eas itaque non sustulerunt: sed quicquid præterea desiderari videbatur, collegerunt. Magnam inter eos concordiam & consensum fuisse, scribit Liulus, & quod ius dicebant, promptum veluti ex oraculo incorruptum fuisse.Sanè Cicero libro primo,de Orat.ait,necesse esse,vt ij admodum prudentes fuerint: neque prudentiorem fuisse aut Solonem, aut Lycurgum. Sed eos tamen non puduit in consilium etiam adhibere Hermodorum Ephesium philosophum, quem Ephesij ciuitate sua eiecerant, coniuratione facta,neminem virum bonum & frugi in sua se ciuitate toleraturos. Auctor est Strabo libro 14.Hunc Hermodorum Pomponius noster ait,auctorem fuisse xij. Tabul. Plinius libro 34. interpretem vocat earum legum, quas Decemuiri ferebant.

Dictum est, quales quantiq; viri adhibiti sint componendis hisce legibus. Quo verò studio,qua cura,religione & fide compositæ eę sint atque editę, quo cōsensu Senatus populiq; Rom. receptæ, suffragijsque etiam Pontificum atque augurum cōfirmatæ:denique Centuriatis comitijs vt perlatæ fuerint,equidem malo Dionysij Liuijque verbis, quàm meis commemorare.

„ Liuius autem libro 3.Ingenti (inquit) hominum expectatio-
„ ne propositis decem Tabulis, populum ad concionem aduoca-
„ uerunt,& quod bonum,faustum,fœlixq; Reipub.ipsis,liberisq;
„ eorum esset,ire & legere leges propositas iussere.Se,quātum de-
„ cem hominum ingenijs prouideri potuerit, omnibus summis
„ infimisque iura æquasse.Plus pollere multorum ingenia, consi-
„ liaq;.Versarent in animis secum vnumquanque rem, agitarent
„ deinde sermonibus: atq; in medium,quid in quaque re plus mi
„ nus ve esset,conferrēt.Eas leges habiturum populū Romanum
„ quas cōsensus omnium inuexisse,nec iussisse latas magis, quàm
„ tulisse videri posset. Cùm ad rumores hominum de vnoquoq;
„ legum capite edito,satis correctæ viderentur, Centuriatis comi
„ tijs decem Tabularum leges perlatæ sunt: qui nunc quoque in
„ hoc immenso aliarum super alias aceruatarum legum cumulo,
„ fons omnis publici priuatique est iuris.Vulgatur deinde rumor,
„ duas deesse Tabulas,quibus adiectis, absolui posse velut corpus
„ omnis Romani iuris.Ea expectatio,cùm dies comitiorum ap-
„ pinquaret,desiderium Decemuiros iterum creandi fecit. Hæc Liuius. Creati ergo sunt secundo anno iterum Decemuiri. Ex prioribus mansit Ap.Claudius:alij obscuriores,& partim ēt plebeij fuere, præter vnum Q.Fabium Vibulanum, qui ter Consul fuerat, virum singulari virtute & prudentia. Ab his leges reliquę latę sunt,duabusq; Tabulis concluse, in quibus illud præcipuè statutum fuisse,ait Dionysius, ne matrimonio plebeij cum Patricijs iungerentur. Valerius Maxim.libro j.cap.1.narrat,veteres quosdam scriptores retulisse,Decemuiros, qui decem Tabulis duas addiderunt,de intercalando populum rogasse.Apud Ciceronem lib.2.de Legib.vbi legimus Decemuiros in decimā tabulam coniecisse legem Solonis de funerib. alij legunt, IN VNDECIMAM TABVLAM. Sanè Zonaras scribit,in hasce duas posteriores Tabulas coniecta fuisse,quæ ad perturbandam magis q̄ continendam Rempub.pertinebant. Sed quantum Zonaræ sit fidei tribuēdū in hisce rebus, dubito. Interea fateor 10. viros huius secundi anni multa iniustè,libidinosè, & crudeliter fecisse:& (vt ait Liuius) hominū, nō causarum, totos fuisse, vt apud quos gratia vim æqui haberet. Sed de iudiciis eorum quotidianis, magis quàm de legibus ipsis id dici existimo. Porrò Tabulas vocarunt imitatione Athenienſium, qui Solonis leges ligneis tabellis insculptas, appellarunt ἄξονας. Cùm Vlpianus l.1. de posſ.sec.tab.ageret de bonorum possessione secundùm tabulas,dixit,tabulas testamenti accipi omnem materiæ figuram:tabulasq; rectè dici,siue ligneæ sint,siue cuiuscunque alterius materiæ:siue etiam chartæ,siue membranę sint,vel corium alicuius animalis.Nostras xij.Tabulas Pomponius ait fuisse eboreas.Sed æreas rectius dixeris, vt Liuius in æs incisas, vt Dionysius insculptas σήλαις χαλκαῖς. Diodorus Siculus libro 12. eas quoque æreas fuisse ait.Plinios lib.34.capit.9. Vsus æris (inquit) ad perpetuitatem monumentorum iampridem translatus est,tabulis æreis,in quibus publicæ constitutiones inciduntur. Noster Venuleius l. qui tabulam.ad leg.Iul. pecul. Qui tabulam (inquit) æream legis refixerit, lege Iulia peculatus tenetur. Vtinam verò pœnam illam reformidasset,quicunque primus ausus est xij. Tab. ut earū memoriam aboleret,refigere atque reuellere. Paulo ante coniurationem Catilinariā æra legum in Capitolio liquefacta fuisse,narrat Cicero. Inter prodigia, quæ Romæ fuerunt tristissima, paulo post Cæsaris interitum, commemorantur tabulę æneę, ex æde Fidei, turbine euulsę. Tempore Vespasiani cum Capitolio conflagrasse tabularum ærearum, quibus vetera Senatusconsulta continebantur, tria millia, deplorat Suetonius.Sed an vllum vnquam fuit vel maius damnum, vel tristius omen,

Source : BIU Cujas

Franciſci Balduini, In leg. xij. Tab.

quàm xij. Tabularum, ſiue incendio, ſiue turbine, ſiue alia tempeſtate non modò diſiectarum, ſed etiã deperditarum? Verùm querelis fruſtra indulgerem. Vetus ille mos incidendarum in ęs conſtitutionum atq; legum, durauit vſq; ad poſteriorum Cæſarum tempora. Extant in Codice Iuſtiniani, l. 2. C. de frum. vrb. Conſt. verba Theodoſij atq; Valentiniani, quibus iubent tabulis ęneis incidi legem quandam ſuam, de frumento vrbis Conſtantinopolitanæ. Extat quoq; libro vndecimo Codicis Theodoſiani conſtitutio Conſtantini de alimentis, quæ inopes parentes ex publico petere debent: quam ille iubet per oẽs Italiæ ciuitates, pponi, ſcriptam ęreis tabulis, vel ceruſſatis, vel linteis mappis. Sed & Iuſtinianus ſuam illam conſtitutionem Nouellam octauam, præcipit tabulis aut lapidibus inſculptam pro foribus templorum edi, atque proponi. Omitto, quòd eſt apud Horatiũ, *Leges incidere ligno.* Duodecim Tabulæ in æs inciſæ primùm pro Roſtris propoſitæ ſunt illuſtri loco, in foro, prope curiam Hoſtiliam: in quo & leges ferri ſolebãt, & orationes ad populum haberi, & magiſtratus ſedere, & obtruncatorum ciuium capita ſuſpendi. Atque id quoque factum fuiſſe videtur exemplo Athenienſium, qui leges ſuas proponebãt ἀφ' ὑπωρύμους εἴκονας. Erant ęq ſtatuæ Heroum, à quibus appellationem ducebant Athenienſium tribus. Relictis roſtris, poſtea Romæ in Capitolio legum Tabulas adſeruatas fuiſſe, ignotum nõ eſt. Certè & Iuſtinianus ſuam illam, quam dixi, conſtitutionem. poſtquam omnibus publicè propoſita innotuerit, religioſe recõdi vult in Sacrarium maioris templi: vt & olim apud Iudæos aſſeruabantur pphetarum conciones. Sanè Diodorus Siculus libro 12. ſcribit, xij. Tabulas ſua adhuc ętate (vixit autem Auguſti temporibus) pro roſtris incolumi ſculptura propoſitas perduraſſe. Sed & Cyprianus pluſquam ducentis poſt eum annis, ſignificat ſuo tempore nondum fuiſſe expunctas: quanquam deploret, earum minas fuiſſe contẽptas. Sic enim ſcribit ad Donatum lib 2. Epiſt. 2. Inciſæ ſint licet leges xij. Tabulis, & publico ære pręfixo iura pręſcripta ſint: inter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur: innocentia nec illic, vbi defenditur, reſeruatur.

Diximus vnde profectæ ſint, quo ſtudio, & à quibus compoſitæ, quomodo editæ xij. Tabulæ. Non eſt mea auctoritas tanta, quæ nulla eſt, meo vt teſtimonio valde commendari, meisque nunc verbis ornari, ſicut merentur, poſſint. Antiquiſſimas eſſe conſtat. Caius l. j. de petit hæred vetus ius xij. Tabularum vocat. In veteri quodam SC. apud Vlpianum, l. j. §. 9. ad Tert. appellari videtur Ius antiquum. Antiquam legem vocat Antoninus Imp. l. j C. de except Antiquitatem Iuſtinianus, Inſtitut. de hæred quæ ab inteſt quanquam vocet etiam antiquitatem, mediã illam Iuriſprudentiam quæ xij. Tabulas conſecuta eſt: Inſtit. de exh. lib. Sanè in Nou. Conſtit xxij. ait eas eſſe primas leges, quæ aliquam Romanis Remp. conſtituerint. Fontes legum appellat M. Tullius Liuius. fontem omnis priuati publicique iuris Corn. Tacitus libro tertio. Finem ęqui Iuris, & eas ait accitis, q̃ vſquã egregia erant, compoſitas eſſe. Apud Gellium libro 20. Sex. Cæcilius Iuriſconſultus ait. Eas inquiſitis exploratisque multarum vrbium legibus, eleganti atque abſoluta breuitate verborũ ſcriptas fuiſſe. Neque id negat Phauorinus philoſophus. Immo verò profitetur, ſeſe non minus illas legiſſe, quàm Platonis decem libros de Legibus. Illud maius & præclarum magis teſtimoniũ eſt, quod apud Mar. Tullium, libro j. de Oratore, Craſſus ait: totam ciuilem ſcientiam, deſcriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus ac partibus, xij. Tabulis contineri. Tum ſubiicit: Fremant omnes licet, dicam quod ſentio: bibliothecas mehercle omnũ philoſophorum vnus mihi videtur xij. Tabularum libellus, ſi quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate ſuperare. Quid maius, quid dici poteſt præclarius? Sanè Cic lib j de Legib ait, non tam ex xij. Tab quàm penitus ex intima philoſophia hauriendã eſſe Iuris diſciplinam. Sed qualis hæc tandem eſſet, ſi ſola ſine xij. Tabulis philoſophia diſceretur? Ipſi etiã pueri malè inſtituti videbantur, niſi ſi à primis annis haſce Tabulas imbibiſſent, & memoria tenuiſsẽt. Cic. li. 2. de Legib. ita puerũ ſe doctũ fuiſſe formatũq; refert, vt eas ſtatim ediſceret: & vir factus, multoq; iã rerũ vſu prudens, ſibi eo nomine gratulatur, doletq; alios ea in re eſſe negligentiores. Diſcebamus (inquit) pueri, Duodecim, vt carmẽ neceſſarium: quas iam nemo diſcit. Solebant leges olim carminibus ita etiam deſcribi, vt vulgo facilè ediſcerẽtur; atq; cantillarentur: nã & propterea νόμοι appellantur. At ſi vnquam vlla lex ſacro carmine fuit digna, certè fuerunt hę leges. Leges ſimpliciter appellantur xij. Tabulæ: vt ſi quid in lege ſcriptum eſſe dicatur, de xij. intelligatur, ſicuti vrbis nomine Roma ſignificatur. Hinc legitimæ hæreditates, legitimæ tutelæ, legis actiones. Duodecim quoq; ſæpe Cicero & Feſtus & alii ſimpliciter dicunt, cum has xij. Tabulas intelligunt. Idem Cicero, cum libellum fuiſſe ait, quem pueri ediſcerent, ſatis ſignificat, plus in ijs rerum fuiſſe, quàm verborum. Diodorus Siculus libro 12. admirabilem earum fuiſſe breuitatẽ ait & apud Gellium Sex. Cęcilius id confirmat. Atqui vniuerſi iuris partes ſingulas complectebantur, & vt ait. Cicero, omnes ciuitatis vtilitates. Sed & Auſonius.

Ius (inquit) triplex, Tabulæ quod ter ſanxere quaternæ!
Sacrum, priuatum, & populi commune quod vſquam eſt.

Priſca eorum verba fuiſſe, dubium eſſe non poteſt. Plurimã in ijs fuiſſe effigiem antiquitatis, Cicero confirmat libro 1. de Orat. Idem in libris de Legibus: Quid (inquit) xij. Tabulæ Leſſum appellarent, veteres eãrũ interpretes Sex. Aelius & L. Acilius non ſatis intelligere ſe dixerunt. Sanè Horatius reprehendens populum Roman. quòd carmina antiqua nimium admiraretur, & noua omnia faſtidiret:

Sic (inquit) fautor veterum, vt Tabulas peccare vetantes,
Quas bis quinque viri ſanxerunt &c.
Dictitet Albano Muſas in monte locutas.

Phauorinus apud Gellium li. 20. valde conqueritur, in ijs legibus verba multa tam fuiſſe obſcura, vt vix quiſquam ea interpretari poſſet. Sed ne propterea aliquis exiſtimet, vniuerſi illius Iuris ignorantiã excuſatione dignam fuiſſe: apud eundem Gelliũ libro xvi. accuſatur, atque etiam irridetur quidam, vt vocari volebat, Iuriſperitus, qui xij. Tabulas nõ teneret. Multa earum verba priſca & abſoleta commemorat Feſtus: ſed quid tamen ſignificent, interpretari non poteſt. Si qua fuerint magis obſcura, nõ debemus leges illas propterea contemnere. Sacra Saliorum carmina poſteri ſacerdotes vix intelligebant, vt ait Quintilianus. Ipſe Polybius libro tertio fatetur, eam linguæ Romanæ mutationem fuiſſe. vt iam ſuo tempore (viuebat autem cũ Scipione Africano) vix doctiſſimi homines intelligerent primum maiorum ſuorum ſermonem. Sed xij. tamen Tabulas ſatis intellexit poſteritas. Nos magis conquerimur, eas nunc interciſſe. Nam quòd multi valde creduli homines ſecurè ſibi perſuadent, creduntque (nec credunt modò, ſed confidenter etiam palamque ſcribunt) eas ipſas eſſe, quas Cicero illis ſuis de Legibus libris eſt complexus: vtinam verũ dicerent, & talem nobis talis tantique theſauri cuſtodem darent. Sed reclamat ipſe Cicero, & inane illud ocioſorum hominum ſomnium, quibus ſunt pro theſauro carbones, manifeſtè refellit: cum non obſcurè paſſim ſignificet, ſuas ſe leges Platonis exemplo & imitatione confinxiſſe: ac ſi qd ex xij. Tabulis deſcripſerit, vt certè aliquot capita deſcripſit, illud palam profiteatur. Vtque alia argumenta prætermittam, vt taceam quàm multa etiamnum extent xij. Tabularum capita, de quibus apud Ciceronem verbum nullum ſaltem obſeruaſſent, in Legibus Ciceronis fieri mentionem multorum magiſtratuũ conſtat, quos notum eſt multis poſt Decemuiros annis creatos eſſe. Facile eſt quidem ſecuris hominibus, quicquid vſpiam ex veteri aliquo iure vel legerint, vel audierint, cuius auctorem originemue ignorent, ſtatim ſine alia inquiſitione referre ad xij. Tabulas. Sed tales (vt molliſſimè dicam) ineptias quis ferat? quis ferat auguſtum illud xij. Tabularum nomen ita proſtitui, nulloq; pudore Decemuiros cieri auctores eorum quæ ijs nunquam in mentem venerunt? Si quicquid hominibus uel impudentibus vel ineptis in hoc genere libet, etiam licet: cedo. Amiſſarum xij. Tabularum damnum grauius, quàm vt ſarciri vnquã poſſit, ęquiori fortaſſis animo ferremus: niſi ſi cum ijs & earum interpretes, qui plurimi olim, nobiliſſimiq; fuere, omnes interciderent. M. Varro in libris de Lingua Latina ad Ciceronem, cum interpretatur, quid ſit ambitus, citat laudatque veteres interpretes xij. Tabul. ſed nihil præterea. Vtinam vnus ſaltem ſupereſſet antiquiſſimus earum interpres Sex. Aelius, cuius ſi Tripertita extarent, nihil in hoc genere deſideraremus. Sed & M. Porcius Cato Iuriſconſultus ad illuſtrandas xij. Tabulas ſtudium aliqũ ſuum contuliſſe videtur. Si Aelium nobis & Catonem inuidit antiquitas, ſaltem haberemus vel Seruium Sulpitium, quẽ Sex. Pompeius Feſtus ſæpe ciere ſolet, xii. Tabularum interpretem: vel Labeonis commentarios ad xii. Tabulas, quorum meminit Gellius libro primo, capit. 12. qui & lib. 7. capit. 15. allegat librum Labeonis ſecundum de xii. Tab. Saltem Caius nobis noſter ſuperſtes relictus fuiſſet. Eius dico libros vj. ΔΩΔΕΚΑΔΕΛΤΟΥ. Extant eorum quædam in Pandectis reliquiæ, vel fragmenta potius: ex quibus facilà coniicere poſſumus, quàm copioſe nobis 2. lib ſuppeditaſſent, quicquid de xij. Tabulis requirimus. Si ut omnium nobis interciperentur Iuriſconſultorum in hoc genere commentarii, fatale fuit: ſaltem integros Sex. Pompeii Feſti libros de verborum veterum ſignificatione nobis reliquiſſet Pontifex ille Paulus: qui dum eorum Epitomen neſcio quã contrahere vult, & ad Carolum Franciæ regem mittere, totos diſcerpſit, dilacerauitq;, ante annos nonaginta. quãquam & antea diſcerptus fuiſſe Feſtus videatur: cuius cũ fragmẽta forte nactus Romæ Politianus fuiſſet, ſtatim manu ſua deſcripſit. Nos reliquias tantũ habemus, valde mendoſas. Audio ante annos octingentos ſcriptum abs quodam epiſcopo Maſſilienſi librum fuiſſe, in quo cùm probare vult Romanos à Græcis, & Græcos à Iudęis ſuas leges repetiiſſe, magnam xii. Tabularum partem deſcribit, ac recitat. Sed eum quoq; librum, qui habet, ſupprimit. Adeò nos omnia præſidia deſtituunt. Verùm quando aliud non licet, faciendum nobis eſt tamen, vt qualeſcunq; vſquam ſuperſunt in veterum ſcriptorum monumẽtis ſparſæ & diſiectæ reliquię: addo etiam conciſas & laceras, ſi qua modò ex ijs ſententia elici poſſit!

Source : BIU Cujas

possit: studiosè colligamus, magnaq; religione & cura, tanq̃ ex naufragio superstites antiquitatis venerandæ tabulas, adseruemus. Nolim equidẽ, neq; fas esse puto, inter eas quicquã referre, qđ earum esse cõpertum non habeã. Maiorem ijs, maiorẽ antiquitati religionẽ deberi scio: tantiq; mihi cogitatio est hæc, ut superstitiose etiam timidus in hoc genere videri non recusem.

Nunc itaq; ita agam, vt nihil de meo illis affingens, simpliciter & bona fide describam, quæ de hisce Tabulis fragmenta nobis relicta sunt: & quod ad earum tamen interpretationem pertinere videbitur, eadem simplicitate attexam. Macrobius libro tertio ait, cum xij. Tabularum contemnit cępit auctoritas, eadẽ illa, quę ijs cauebantur, in alia Latorũ nomina transijsse. Equidẽ legumlatores ex hisce Tabulis, tanquam ex fontibus multa hausisse scio, quæ sibi tamẽ ascripserunt. Quænam verò illa fuerint omnia, diuinare non possum. Sed pleraque tamen obseruaui: & propterea fusius interdum hæc persequar, quæ ex istis legibus manasse videntur. Fuerunt & multæ Rom. leges ante Decemuiros, quas hi sibi etiam suisque Tabulis ascripserunt. Sic enim iussi erant. Nos aliud non possumus, quàm quod veteres scriptores, qui supersunt, de ijs prodiderunt, quantulumcunque sit illud, nunc colligere: quod priusquam aggrediar, præfationi huic meæ nõ inuitus attexam Caij nostri Commentariorum ad xij. Tabulas principium, qualecunque in Pandectis extat.

CAIVS LIB. I. AD LEG. xij. Tabularum.

„ Facturus legum vetustarũ interpretationem necessariò prius
„ ab vrbis initijs repetendum existimaui: non quia velim verbo-
„ sos commentarios facere, sed ꝙ in omnibus rebus animaduer-
„ to in perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constat. Et
„ certè cuiusq; rei potissima pars principium est. Deinde si in foro
„ causas dicentibus, nefas (vt ita dixerim) videtur esse, nulla præfa-
„ tione facta, iudici rem exponere: quanto magis interpretationẽ
„ promittentibus inconueniens erit, omissis initiis, atque origine
„ non repetita, illotis (quod aiunt) manibus protinus materiam
„ interpretationis tractare? Namque (nisi fallor) ipsæ præ præfa-
„ tiones & libentius nos ad lectionẽ propositæ materiæ ꝓducunt:
„ & cum eo venerimus, eius euidentiorem præstant intellectum.

CAP. I.

QVod ex Legibus xij. Tabularum caput primum repetendũ esse videtur, atque proponẽdum, & est tamen hactenus à multis neglectum, Liuius nobis offert, illud dico: QVODCVNQVE POSTREMVM POPVLVS IVSSERIT, IDIVS RATVM QVE ESTO. Narrat Liuius libro suarũ Historiarum sexto, legem quandam Liciniam latam fuisse, vt alter Romæ Consul ex plebe fieret. Libro deinde septimo ita scribit:
„ In secundo interregno orta contentio est, quòd duo Patricij
„ Consules creabantur: intercedentibusq; Tribunis pl. interrex Fa
„ bius aiebat, in xij. Tabulis legem esse, vt, QVODCVNQVE po-
„ stremum populus iussisset, id ius ratumque esset: iussum populi
„ & suffragia esse. Cumq; intercedendo Tribuni nihil aliud, quã
„ vt differret comitia, valuissent, duo Patricij Consules creati
„ sunt, &c. Idem Liuius libro nono narrat, cum lata olim fuisset lex Aemilia, de cẽsura annua & semestri, quæ prius fuerat quinquennis, & Appius Claudius Censor abdicare nollet: hunc cauillatum esse, legem Aemiliam pertinuisse quidem ad eos Censores, quorum in magistratu lata erat, quia post illos Censores creatos eam legem populus iussisset: quodq; postremum iussisset, id ius ratumque esset: non tamen aut se, aut eorum quẽquã, qui post eam legem latam creati Censores essent, teneri ea lege potuisse. Sic Appius cauillabatur, legem Aemiliam priuilegiũ quoddam fuisse. populum Rom. de censura C. Furii & M. Geganei, in qua lex Aemilia lata est, bis sciuisse atque iussisse: primũ, cum eos Censores crearet in quinquennium: deinde cum perlata est lex Aemilia, vt xviij. mensibus tantum essent Censores. In ijs quidem Cẽsoribus valere Aemiliam legem, tanquam posteriorem: sed vt prior, quæ per suffragia populi eos creantis intelligebatur, ad eos tantum pertinuit, sic hanc ad eos solum pertinere. Hæc sine vllius assensu cauillatum fuisse Appium, ait Liuius. Legem xij. Tab. non conuellebat: immo verò & in priuilegijs & in suffragijs valere contendebat. Sed satisfactum illi esse aiebat, cum lege Aemilia Censores illi, qui in quinquennium creati erant, ad xviij. menses erant reuocati. Hanc verò cauillationem non ferens P. Sempronius Tribunus pl. Ita ne tandem
„ (inquit) App. Claudi, cum centesimus iam annus sit ab Mam.
„ Aemilio Dictatore: tot Censores fuerint, nobilissimi fortissimique viri: nemo eorum Duodecim Tabulas legit? Nemo id ius
„ esse, quod postremo populus iussisset, sciuit? Immo verò omnes
„ sciuerunt. Ideo Aemiliæ potius legi paruerunt, quàm illi anti-
„ quæ, qua primùm Censores creati erant: quia hanc postremùm
„ iusserat populus: & quia, vbi duæ contrariæ leges sunt, semp anti
„ quę abrogat noua. Sic ille apud Liuium. Sed & ad hoc xij. Tabularũ caput respexisse videtur Cicero, cùm in oratione ꝓ Corn. Balbo scripsit: Semper id esse, quod postea populus iusserit, ratum. Idem libro secundo de Inuent. admonet, cum de antinomiis agitur: considerandum esse, vtra lex posterius lata sit. Nam postremam quamque grauissimam esse. Quid nostri Iurisconsulti? Modestinus c. 4. de constit. Princ. αἱ μεταγενέστεραι inquit, διὰ τὰξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσιν. Interea tamen Paulus admonet, sæpe priores leges ad posteriores trahi, & posteriores ad priores pertinere, nisi sint contrariæ. cap. 26. & 28. De legib. Sed & generi per speciem derogari, dictat Iuris regula.

CAP. II.

PRoximum est, vt illud subijciamus, quod Cicero toties inculcat. Libro tertio de Legibus, cùm leges has ederet, PRIVILEGIA NE IRROGANTO: DE CAPITE CIVIS, NISI PER MAXIMVM COMITIATVM, NE PERVNTO: ex xij. Tabulis repetitas esse fatetur, easq; veluti explanat:
„ leges (inquit) præclarissimę, de xij. Tab. tralatę duę: quarum alte-
„ ra priuilegia tollit: altera de capite ciuis rogari, nisi maximo co-
„ mitiatu, vetat. nondum initis seditiosis Tribunis pl admirandũ,
„ tũ maiores in posterum prouidisse. In priuatos hoìes leges ferri
„ noluerunt: id est eiñ priuilegiũ, quo quid est iniustius? cùm legis
„ hæc vis sit, scitum esse & iussum in oẽs. Ferri de singulis, nisi Cen
„ turiatis comitiis, noluerunt. Descriptus enim populus censu, or
„ dinibus, ętatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quàm fu-
„ se in tribus conuocatus. Idem paulo post: Præterea neque tributa capitis comitia rata esse posse, neque vlla priuilegia. Hæc autem Cicero ait dixisse L. Cottam, cum de Ciceronis proscriptione nihil actum esse diceret. Idem in orat. pro P. Sestio, loquẽs de illa sua proscriptione, de qua roganti Clodio nemo obstiterat: Cur (inquit) cum de capite ciuis & de bonis proscriptio ferretur, cum & Sacratis legibus & xii. Tabulis sancitum esset, vt ne que priuilegium irrogari liceret, neq; de capite, nisi comitiis Cẽturiatis, rogari, nulla vox est audita Consulum? Idem paulo post: Princeps rogatus sententiam L. Cotta dixit, id quod Republ. dignissimum fuit, nihil de me actum esse iure, nihil more maiorum, nihil de legibus. non posse quenquam de ciuitate tolli sine iudicio: de capite non modò ferri, sed ne iudicari quidem posse, nisi comitijs Centuriatis. Idem pro Domo sua: Vetant leges Sacratæ, vetant xij. Tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari: id enim est priuilegium. nemo vnquam tulit. nihil est crudelius, nihil pniciosius, nihil quod minus hæc ciuitas ferre possit. Nunc igitur breuiter videamus de priuilegiis & de populi iudicio capitali: hæ enim duæ partes sunt huius legis. Legerant Decemuiri Athenienſium legem, cuius etiamnum verba extant apud Demosthenem in Orat. contra Aristoc. μὴ νόμους ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι. Placuit exemplum huius legis. Certè & noster in Pandectis Vlpianus ait, iurà non in singulas personas, sed generaliter cõstitui. Sed de iure singulari priusquam dicatur, obseruandum est, duo esse genera priuilegiorum. Nam interdum de vno aliquo priuato homine fertur: interdum de certo hominum genere & ordine. De priori genere priuilegii nunc propriè quæritur. Et quidem duplex tunc quoque priuilegium esse potest: nempe, quod vel singularis fauor, bñficium ue alicui tribuatur: vel pœna singularis irrogetur. Ad vtrunq; lex ista xij. Tabularum referri potest. Nam & Asconius Pedianus in Cornelianam Ciceronis. narrãs C. Cornelium Tribunum pl. promulgasse legem, ne quis nisi per populum legibus solueretur, ait: Antiquo etiam iure id cautum fuisse. Itaque in omnibus Senatusconsultis, quibus tum aliquem legibus solui placebat, adiectum fuisse, vt de ea re ad populum ferretur. Cum autẽ ita ferri paulatim esset desitum, resque iam in eam consuetudinem venisset, vt postremò ne adijceretur quidẽ in SC. de rogatione ad populũ ferenda: eaque ipsa SC. per pauculos admodum fierẽt, Cornelium legem illam promulgasse. Sed potentissimos quosque ex Senatoribus eam indignè tulisse, nec tulisse perlatam. Actum autem deinde fuisse eadem de re in Senatu magis contentionibus. Tum Cornelium ita ferre rursus cœpisse: Ne quis in Senatu legibus solueretur, nisi ducenti ad fuissent. neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. Hancque sine tumultu rem actam esse. Non extat integra Ciceronis pro hoc Cornelio oratio: sed ex commentarijs Asconij repetitum est, quod dixi. Sed & Cicero in oratione pro Rabir. Posth. significat legum primũ versum generalem hunc fuisse, QVICVNQVE POST HANC LEGEM &c. Interdũ tamen principium fuisse, nõ, QVI CIVES ROM. aut, QVICVNQVE CIVIS: sed, QVICVNQVE SENATOR. ac tum quidẽ talem legem ad plebem non pertinuisse, idem auctor est. Interdum & priuilegio magis singulari etiã opus fuit. Cato apud Liuium, ait nullã legem satis cõmodam omnibus esse posse, ꝙ vel beneficium quoddam singulare, vel supplicium nouum, humanæ vitę varietas exigat. Plena est Romana historia priuilegiis vtriusq; generis. Cæterùm cum de capite alicuius ciuis quæreretur, etsi lex alioqui de crimine & pœna certa fuisset, priuilegium tamen rogari dicebatur. Cicero pro Sestio, significat comitia Cẽturiata aut legum causa, aut magistratuum fuisse. Sed legem etiam ferre dicebatur, qui de capite ciuis agebat. Idem Cicero libro secũdo de Diuinat. tres fuisse causas talium comitiorum indicat: Vt (inquit) comitiorum, vel in iudiciis populi, vel in iure legum, vel in creandis Magistratibus, principes ciuitatis essent

Source : BIU Cujas

interpretes. Iudicia populi vocat, publica iudicia capitalia. Reges antea videntur in talibus cauſis iudices quidem dediſſe, ſed ad populum tñ prouocationē reliquiſſe. Sic enim Liuius libr. 1. ſcribit, Tullum regem edixiſſe: Duũuiros, qui Horatio perduellionem iudicent ſm legem, facio. Lex horrendi carminis erat, DVVMVIRI PERDVELLIONEM IVDICENT: SI A DVVMVIRIS PROVOCABIT, PROVOCATIONE CERTATO. SI VINCENT, CAPVT OBNVBITO: INFELICI ARBORI RESTE SVSPENDITO: VERBERATO VEL INTRA POMOERIVM, VEL EXTRA POMOERIVM. Hac lege duumuiri creati, qui ſe abſoluere non rebantur ea lege ne innoxium quidem poſſe, cùm condemnaſſent: tũ alter ex his, P. Horati tibi pduellionē iudico, inquit: i lictor, colliga manus. Acceſſerat lictor inijciebatq; laqueum. Tum Horatius, auctore Tullo, clemente legis interprete: Prouoco, inquit. Ita de prouocatione certatum ad populũ eſt. Hæc Liuius. Poſt reges exactos, ante xij. Tab. legem ēt tulit P. Valerius, de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum, quæ lex paulo poſt xij. Tab. repetita eſt à L. Valerio Potito, & tertium deinde lata abs M. Valerio Coruo. Cicero tñ in Philipp. ſcribit, Iulium Cęſarem tandem tuliſſe, vt damnati maieſtatis & de vi, prouocare nō poſſent. Sed q̃ noluerint ius populi imminuere x. viri, inde etiam intelligi poteſt, qꝑ cùm eo ipſo tpe, quo xij. Tabulis componendis operam dabant, inuentum eſſet cadauer in domo P. Seſtij. C. Iulius, vnus ex Decemuiris, accuſator ad populũ extitit, cuius rei iudex legitimus erat, vt ait Liuius. Nam & Decemuirorũ ſumma tunc erat poteſtas, & ſine prouocatione. Quid igitur? Vtar noſtrorum prudentum commentarijs. Noſter Pomponius ſcribit, non potuiſſe Conſules iniuſſu populi de capite ciuis Rom. ſententiam ferre. Quoties autem criminalis animaduerſio neceſſaria eſſet, Quæſtores à populo conſtitutos fuiſſe, qui capitalibus rebus præeſſent. Ac Quæſtorum quidem parricidij meminiſſe ēt legem xij. Tabul. Vtinam hanc de ijs legēm haberemus. Quales hi poſtea Quæſtores, ſiue Quæſitores fuerint, cũ ad ordinem Prætorum etiam referrentur, & quales fuerint conſtitutæ quæſtiones publicæ capitales, dicemus, cum de publicis iudicijs latius aliquãdo agemus. Cæterùm quod ait noſter Pomponius, cõiungendum eſt cum hac lege xij. Tabul. vt intelligamus, hac lege quaſdam fuiſſe quæſtiones capitales ipſius populi in comitijs Cẽturiatis, quaſdam verò à populo mandatas alijs iudicibus, vt olim abs rege mandabantur Duumuiris. Atque hoc quidem etiam ſeruatum diu fuiſſe videtur. Fuerunt enim crimina, quorum quæſtionem cognitionemq́ vel populus vel lex prætoribus mandabat: alia etiam fuerunt, de quibus ſuum ſemper eſſe primumq́; & ſummum iudicium populus putauit, quale fuiſſe videtur crimen perduellionis. Cicero Verr. 3. De iure (inquit) libertatis & ciuitatis populus Rom. ſuum putat eſſe iudicium, & rectè putat. Certè ſæpe legimus diem multis perduellionis reis ad populum dictam eſſe, & Cẽturiatis eos comitijs damnatos. Cicero pro Domo ſua, Liuius libro 26. & 43. Valer. Max. libr. 6. capit. 5. De centuriatis comitiis plura nunc non dicam. Extant eruditorum huius etiam ætatis hominum de ijs commentarij. Porrò Cicero in ſuis libris de Repub. ſcripſit, Decemuiros ī ſuis xij. Tabulis perpaucas res capite ſanxiſſe. Neque tamen ſemper capitalis pœna erat mortis. Nam & cum quis deportatus ciuitatem amittebat, de capite eius agi dicebatur: quia caput de ciuitate tollebatur. Seruos aut peregrinos facilè patiebantur Romani cędi, neque ad eos lex iſta pertinebat. Sed leges præſertim Porcia & Sempronia, ne temerè aut iniuſſu populi, in ciuem ita animaduerteretur, etiam cauebant. Quas cum Verres contempſiſſet, Cicero ſignificat ad iudicium populi Rom. tanquam reum perduellionis trahi poſſe. Ipſe tamen poſtea Conſul defendit Poſthumium perduellionis reum: & paulo poſt non diſſimili ex cauſa damnatus eſt, accuſante Clodio.

CAP. III.

MArtianus noſter dicturus de lege Iulia maieſtatis, ait, legẽ xij. Tab. iubere, eum qui hoſtem cõcitauerit, quivè hoſtẽ ciui tradiderit, capite puniri. l. 3. ad leg. Iul. maieſt. Ex ipſa etiam lege Romuli, populi erat, hoſtibus bellum decernere. Si hoc homo priuatus faceret, populi maieſtatem minuebat. Itaque & lege Iulia maieſtatis teneri dicitur, qui iniuſſu populi bellum geſſerit, delectum habuerit, exercitumvè compararit. l. tertia. §. 1. ad leg. Iul maieſt. Ciuem porrò hoſti tradere, grauius etiam crimen eſt. Cicero in Orat. Is (inquit) maieſtatem minuit, qui exercitum populi Romani hoſtibus tradit. Sed & perduellionis hoc erat crimen. Vlpianus perduellionis reum definire videtur, qui hoſtili animo aduerſus Rempub. vel principẽ animatus eſt. Decemuiri appellabant hoſtes, quos nunc dicimus peregrinos: ſicuti Cicero ipſe notat. Quos nunc appellamus hoſtes, illi appellabant perduelles: hoc eſt, eos cum quibus bellum eſſet, vt notat Caius libro ſecundo ad leg. xij. Tab. l. 234. de verbo. ſig. Ac qui etiam ciuẽ vnum priuatim occidiſſet, quaſi ſi Rempub. totam læſiſſet, perduellionis olim reus erat: vt de Horatio dictum eſt, qui ſororem ſuam occiderat. Sed poſtea placuit, vt ita notaretur is demum, qui aduerſum ipſam Rempub. aliquid molitus eſſet. Decemuiri ſciebant, quale & de Metio Suffetio, & de ipſius etiam Bruti liberis ſupplicium ſumptum eſſet. Ne tale rurſus crimen committeretur, operam dabant. Sed quàm humaniter interea de reſipiſcentibus iudicarint, audiamus.

Feſtus libro 18. inquit: Sanates dicti ſunt, qui ſupra infraq́; Romam habitauerunt, quod nomen ijs fuit, qui cùm defeciſſent à Romanis, breui poſt rediere in amicitiam, quaſi ſanata mente. Ideoq́; in xij. cautũ eſt, VT IDEM IVRIS ESSET SANATIBVS QVOD FORTIBVS: ideſt, bonis, & qui nunq̃ defecerant à populo Rom. Hæc Feſtus. Gellius tñ lib. 16. cap. 10. ſcribit, quadam lege Aebutia cõſopitam fuiſſe xij. Tabularum antiquitatem de Sanatibus, & alijs multis capitibus. Traditum quidem eſt, multos olim populos, qui cum à Romanis defeciſſent, iterũ victi ſeſe dedere cogebantur, tam benignè receptos non fuiſſe. Hi enim Dediticij, vt vocabantur, quales fuiſſe dicuntur Gabii, relinquebantur ſuæ quidem libertati: ſed vix ijs ſpes vlla erat adipiſcendæ etiam aliquando ciuitatis Rom. Et ad eorum quidẽ exemplum ex lege Aelia Santia, ſerui, qui manumittebantur, poſteaquam ob nequitiam pœnas luiſſent, liberti dedititiorum numero eſſe dicebantur, quòd infimam quandam, & tantùm non ignominioſam libertatem conſequerentur: fieri autem ciues Romani non poterant. quinimmo ſuam cum vita libertatẽ amittebant, nec de ſuis teſtabantur bonis: ſed ijs, tãquam ſeruorum peculiis, qui manumiſerat, potiebatur. Cæterùm tam ſeueri erga ſuos Sanates eſſe noluerunt Decemuiri: & clementia magis alliciendos ad ſocietatem vicinos, atque ad ſaniorem mentem, ſi quadam fortè leuitate deſciuiſſent, reuocandos, quàm ſeueriori aſperitate deterrendos eſſe iudicarunt: illudq́;, quã hoc, nouę naſcenti q; Reipub. & glorioſius fore, & vtilius ad ſuam potentiam amplificãdam. Atque huc quidem referri etiam poſſet nobilis illa Catonis pro Rhodienſibus oratio, de qua Aulus Gellius libro 7. cap. 3. Sanè cùm aliquando Athenienſes, recuperata Mitylene, quæ defecerat, præcipiti quodã calore decreuiſſent, vt ciuibus omnib. interfectis, funditus vrbs deleretur, nauemq́ue ad exercitum miſiſſent cum his mandatis, ſtatim eos ſui decreti pœnituit: nec puduit, eo reſciſſo, humanius decernere, ne pęna per omnes vagaretur: ſed pauci defectionis auctores plecterentur, ciuitas ipſa ſeruaretur. Quanto oportuit magis veteres Romanos benignè cum vicinis ſuis agere, ijs pręſertim qui ad ſaniorem mentem vltro redibant? Quòd ſi etiam ſacra profanis miſcere liceat, ſcimus veterem hæreſim Nouatianorum, nullum reſipiſcentiæ locum ijs qui peccaſſent relinquentium, ſemper à pijs hominibus in Eccleſia dãnatam eſſe. Extat quidem in Codice Iuſtiniani quædam ad hanc acerbitatem accedens Theodoſij conſtitutio, aduerſus Apoſtatas l. 3. C. de apoſt. Sed an ſanioris iudicii, & religionis pietatiſq́; maioris hominibus placuerit, neſcio. Certè epiſtola Cypriani lib. 2. ad hanc ſeueritatem minimè accedit. Et Auguſtinus ipſe Theodoſii temporibus, Donatiſtas, q̃ ab Eccleſia deſciuerant, non modò recepit, amplexusq́; eſt reſipiſcentes, ſed & ad epiſcopi etiã munus admiſit. Sic vir ille pius & prudens, in cauſa religionis ſecutus eſt, quod Decẽuiri in conſtituenda Rep. decreuerant: Sanatibus non minus eſſe tribuendum, quàm fortibus, conſtantibusque. Non dicam pluribus, an hanc ſemper legem ſecuti Romani ſint, conſtanterq́; ſeruauerint. Eorum, in omnium manib. ſunt hiſtoriæ. Sed vt intelligamus, quid iuris fuerit fortib. ſociis Rom. atque fœderatis: noſter Proculus l. 7. §. primo. de capt. & poſtlim. reuerſ. vt omittam qđ ex multis Ciceronis orationibus copioſe dici hac de re poſſet, ſignificat, ſocios quidem & fœderatos omnes liberos fuiſſe: ſed alios ęquo pariq́ue iure cum Romanis coniunctos: alios ita conueniſſe, ut paulò inferiores eſſent, & maieſtatem populi Romani comiter conſeruare deberent. Fundi verò populi appellabantur, vbi etiam conceſſum liberalitate & beneficio Rom. ius populi Romani aſciuiſſent ac recepiſſent: quòd in iis tanquã in fundis reſideret beneficium commodumq́; à Romanis profectum. Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo, totam hãc rem copioſe explicat.

CAP. IIII.

POrcius Latro in ſua aduerſus Catilinã Declamatione inqt: Primum xij. Tabulis cautũ eſſe ſcimus, ne quis in vrbe cętus nocturnos agitaret: deinde lege Gabinia promulgatum, qui cõciones vllas clandeſtinas in vrbe conflauiſſet, more maiorũ capitali ſupplicio mulctaretur. De te itaq; Catilina ſciſcitor, tu ne cœtus illos commilitonum tuorum contra præcepta xij. Tabularum, ꝯ leges noſtras, contra Senatus ac plebis auctoritatem, noctu cogendos eſſe putauiſti? Hæc ille. Cicero & Salluſtius de Catilinæ coitionibus & nocturnis cętibus multa etiam commemorant; ſed huius legis xij. Tabularum non meminerunt. Porrò & huc pertinet lex illa vetus Romuli, NOCTVRNAS IN TEMPLO VIGILIAS NE HABENTO: & quod ipſe Cicero de uetitis nocturnis ſacris ſcribit lib. ſecundo de Legibus: & deniq; tota illa de Bacchanalibus hiſtoria, quæ extat apud Liuium libro trigeſimonono, de quibus cum Conſul ad Senatum retuliſſet, patres pauor ingens cępit, publico etiam nomine, ne quid eę coniurationes (vt ait Liuius) cœtusque nocturni, fraudis

Source : BIU Cujas

dis occultæ aut periculi importarent. Addit Liuius, Triumuiris capitalibus mandatum esse, vt vigilias disponerent per vrbem, seruarentq́;, ne qui nocturni cœtus fierent. Tum Consul ad populum: Maiores (inquit) vestri ne vos quidem, nisi cum aut vexillo in arce posito, comitiorum causa exercitus edictus esset, aut plebi concilium Tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratib. ac concionem vocasset, fortè temere coire voluerunt: & vbi cũq; multitudo esset, ibi & legitimum rectorem multitudinis censebant debere esse. Quales primùm nocturnos cętus, deinde promiscuos mulierum ac virorum esse creditis &c. Sanè & hac lege veteres Romani, Christianorum cœtus nocturnos, siue (vt appellabantur) Antelucanos, coerceri dissiparique voluerunt, vt ex Tertulliano intelligi facilè potest. Sed & Plinius Bithyniæ proconsul, de ijs ad Traianum Imp. scribens, non obscurè significat, sese illos disturbare voluisse, cum (vt ait) secundum eius mandatum ἑταιρίας esse vetaret. Et ex altera Traiani ad Plinium epistola satis apparet, quã omnes ἑταιρίας vel odissent, vel reformidarent Romani principes. Alter tamen Plinius meminit collegiorum à Numa rege institutorum. Hæc cum postea nimis aucta essent, visæ sunt tales coitiones priuatorum hominum in Repub. periculosæ, atq; etiam pernicioſæ. Mitto nunc legem Liciniam de sodalitijs coercẽdis, cuius meminit Cicero pro Plan. nam ea alio pertinebat. Sed pfectò L. Cæcilio & Q. Martio Consulibus, factum Senatusconsultũ est, de collegijs abolendis, quæ tamen postea Clodius restituit, vt Cicero in Pis. ostendit. eaque etiam Dion vocat collegia ἑταιρικά. Iosephus lib. Antiquitatum decimoquarto, scribit, Romano decreto, quo in vrbe sodalitia sublata sunt, Iudæorum cętus comprehensos non fuisse. Immo verò ijs singulari iure permissum fuisse, sacrorum suorum causa coire. Sed nihil ne xij. Tabulæ de collegijs & sodalitijs? Caius significat, collegia licita legibus istis placuisse. Nam libro quarto ad legem xij. Tabul. l. vlt. De colleg. ita scribit: Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt quam Græci ἑταιρίαν vocant. His autem potestatem facit lex, pactionem, quam velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Postrema huius legis verba tantum huc propriè pertinent. Nam quæ in ea commemorantur ἑταιρίαι, non fuerunt Romæ receptę. Vt enim illa συσσίτια Cretensia, turpitudinis plena, execrati olim sunt omnes populi rectè instituti: sic quædam religiosa scilicet illa eorum sodalitia, qui in lege Solonis dicuntur ἱερεῖς ὀργίων εἰ θιασῶται, Decẽviri repudiarunt. Fatetur quidem Martianus l. j. §. j. de colleg. & cor. non esse prohibitum, religionis causa coire: sed addit hanc exceptionem, Dum tñ per hoc non fiat contra Senatusconsultũ, quo illicita collegia coercẽtur: sicuti & Vlpianus l. 2. de extr. ord. criminib. ait, sub prætextu religionis, vel sub specie soluendi voti, cętus illicitos nec à veteranis tentari oportere. Neque tamen dissimulo, Romæ quoque fuisse sodales, qui rei diuinæ causa coibãt: quales & Augustus ipse instituit, & ante Augustũ
„ Cato apud Ciceronem Sodalitates (inquit) constitutæ sunt, sa-
„ cris Idæis Magnæ Matris acceptis. Epulabar igitur cum sodali-
„ bus omnino modicè &c. Sed has tamen religiosas, vel conuiuales potius φατρίας, quæ in turpes atque immodicas comessationes, siue etiam Bacchanalia degenerarunt, damnare postea coacti Romani sunt. Certè apud Gellium libro 20. cap. 3. laudatur Taurus philosophus, volens adolescentem quendam ab eiusmodi sodalitatibus & conuictu scenicorum hominum abducere. Quid multis? In vniuersum & curę & cordi Romanis veteribus semper fuit, nequa aut turpia, aut illicita, aut Reipub. perniciosa sodalitia coirent. Martianus l. 4. de colleg. & corp. ait: In summa, videri contra Senatusconsulta & mandata & constitutiones celebrari collegium, nisi ex Senatusconsulti auctoritate, vel Cęsaris collegium, vel quodcunq; tale corpus coierit. Addit autem Vlpianus, quisquis illicitum collegiũ vsurpauerit, ea pœna teneri, qua tenentur hi, qui hominibus armatis loca publica vel templa occupasse iudicati sunt. Crimen itaq; illiciti sodalitij coercetur, vt vis armata: cuius pœnam fuisse aquę & ignis interdictionem, manifestum est l. qui dolo. de vi & vi arm. Idem Vlpianus alio loco ait, eos qui illicitum collegium coierint, apud Præfectum vrbi accusandos esse. l. j. §. vlt. de offic. præf. vrbi. Cæterùm honesta & Reipub. vtilia collegia, corporaque siue sodalitia, confirmata sunt non modò lege xij. Tabularum, sed & posterioribus Romanorum iudicijs. Lampridius scribit, Alexandrum Seuerum corpora omnium artium instituisse. Callistratus noster, qui eo tempore vixit, addit, quibusdam etiam collegijs & corporibus, quibus est ius coeũdi lege permissum, immunitate tribui: scilicet ijs collegijs vel corporibus, in quibus artificij sui causa vnusquisque assumitur: vt fabrorum corpus est, & si qua eandem rationem originis habent. hæcq́; idcirco instituta esse ait, vt necessariam operam publicis vtilitatibus exhiberẽt. l. penult. §. quibusdam. de iure immunit. Non temerè tamen noua collegia instituebantur. Sanè cum Nicomediæ vastissimum incendium fuisset, neque vllum ad incendia compescenda in-
„ strumentum esset, consuluit Traianum Plinius his vrbis: Tu Do-
„ mine dispice, an instituendum putes collegium fabrorum, dun-
„ taxat hominum cl. Ego attendam, ne quis nisi faber recipiatur,
„ nevè iure concesso in aliud vtatur: nec erit difficile custodire tam paucos. Traianus verò in hæc verba rescripsit: Tibi quidem secundum exempla complurium in mentem venit, posse
„ collegium fabrorum apud Nicomediẽses institui: sed memine-
„ rimus, prouinciã istam, & præcipuè eas ciuitates, ab eiusmodi factionibus esse vexatas. Quodcunq; nomen ex quacunque causa
„ dederimus ijs qui in idem ϑcti fuerint, ἑταιρίαι graues fiẽt &c. Sed vt ad xij. Tab. propius accedamus, adiiciendum est, quòd earum optimus interpres Caius l. 1. Quod cuiusq; vniu. nomi. scriptum reliquit in hæc verba: Neque societatem, neq; collegium, neq; huiusmodi corpus, passim omnibus habere conceditur. Nam & legibus & Senatusconsultis & Principalib. cõstitutionib. ea res coercetur. Paucis admodum in causis concessa sunt huiusmodi corpora: ut ecce, vectigaliũ publicorũ socijs permissum est corpus habere, vel aurifodinarum, vel argentifodinarum, & salinarum. Itẽ collegia Romæ certa sunt, quorum corpus senatusconsultis atq; constitutionibus principalibus confirmatum est: veluti pistorum, & quorundam aliorum, & nauicularioru̇m, qui & in prouincijs sunt: quibus autem permissum est corpus habere collegij, societatis, siue cuiuscunque alterius nomine: eorum propriũ est, ad exemplum Reipub. habere res communes, arcam cõem, & actorem, siue syndicũ, per quem, tanquam in Repub. qđ communiter agi fierique oporteat, agatur & fiat. Hæc Caius. De illicitis negociatorum pactionib. aduersus Remp. adiungi etiã potest Zenonis cõstitutio de Monopol. Horum autem corporum meminisse non possum, quin mihi quoque in mentem veniat vetus inscriptio, quam in antiquo lapide Lugduni legi:

Omnib. corporibus Lugd. licitè coeuntib.

CAP. V.

SErvius exponens illud Virgilij: *Et fraus inexa clienti*: ait, in xij. Tab. scriptũ fuisse, PATRONVS SI CLIENTI FRAVDEM FECERIT, SACER ESTO. Cliẽtelas instituerat Romulus, vt firmissimum sanctissimumq́; Reipub. vinculũ. Earum ius & leges describit Dionysius: vt patroni suis clientibus nõ secus, atq; patres filiis consulerent, in iudiciis adessent, & denique prospicerent: clientes patronos suos, vt filiifa. parentes colerẽt: aduersus eos testimonium non dicerent, accusationem nõ instituerẽt. Alioqui dijs inferis deuouerentur, rei proditionis &c. Sanè & Aulus Gellius lib. 5. c. 13. ait: Moribus populi Ro. primũ iuxta parentes locũ tenere pupillos, fidei tutelæq́; nostræ creditos, fm eos proximum locum clientes habere. Allegat & hanc Catonis sentẽtiam ex moribus Maiorum: Sanctum esse, primũ defendi pupillos, deinde clientem non fallere. Aduersus cognatos pro cliente testimonium dici posse: aduersus clientem non posse. Sanè & dolum in tutela, per xij. Tabulas vindicatũ fuisse, scribit Cicero lib. 3. Offic. quod postea viderimus. Nunc multo magis in clientela vindicari audimus. Nã quod ait lex, SACER ESTO: non minus graue est, quàm illud quod mox viderimus, IMPROBVS INTESTABILIS ESTO. Et Horatius vtrunq; veluti coniunxit libro secundo Serm. *Intestabilis & sacer esto.*

Festus ait, sacrum hominem eum esse, quem populus iudicauit ob maleficium: neq; parricidij damnari, qui eum occiderit. Sic lege Tribunicia prima caueri, vt si quis eum qui eo plebiscito sacer sit, occiderit, parricidà ne sit. De vetustis legum sanctionibus dictum est alio loco.

CAP. VI.

AVlus Gellius libro 15. cap. 13. hunc ex xij. Tabulis locũ recitat: QVI SE SIERIT TESTARIER, LIBRIPENSVE FVERIT, IN TESTIMONIVM FERIATVR: IMPROBVS, INTESTABILISQVE ESTO. Sic. n. locum illum, qui corruptus circũfertur, restituendũ esse, acutè conijcit Iac. Cuiacius Iurisconsultus doctiss. & successor in Gallia meus. & hanc sniam esse putat: Qui se sierit testarier, hoc est, q se siuerit μαρτυρηθῆναι, hoc est, in testẽ cieri: in testimoniũ feriatur. i. ἀνάκλητος ἔστω, siue pulsetur. Qui enim se passus fuerit in testem rogari, aut qui libripens fuerit: si deinde nolit fidem testamenti approbare, cogendum esse, & deinde pro improbo intestabiliq́ue habẽdum. Nam & Theophilum Græcum Institutionum interpretem, in tit. de test. sic propè illum describere, quem leges esse iubent improbum & intestabilem. Hoc certè est fidem fallere, & testamẽto fraudem facere, nolle id approbare, quod prius consignaris. Vlpianus & Paulus in Pandectis, cap. 4. & 5. Testa. quemad. aper. scribunt: Cum aperiendæ sunt tabulæ testamenti, Prætoris officium esse, vt cogat signatores conuenire, & sigilla sua recognoscere, vel negare se signasse. Publicè enim expedire, suprema hominum iudicia exitum habere. Atque hæc fortasse fuit etiam ratio, cur ille de quo hic agitur, magis coercẽt. Caius l. 26. de testa. ait: Cũ lege quis intestabilis iubetur esse, eò pertinet, ne eius testimoniũ recipiatur: & eo amplius, vt quidam putãt, nevè ipsi dicatur testimonium. Vlpianus l. 18. §. j. de test. Si quis (inquit) ob carmen famosum damnetur, SC. expressum est, vt intestabilis sit. Ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamentũ adhiberi. Intestabilis propriè dicitur, qui testimoniũ dicere non potest, sicuti & cõtrarium verbum TESTABILIS, in antiqua lege Horatia interpretatur Gell. Postea adiunctũ est, vt intestabili ho-

Source : BIU Cujas

mini nemo etiam teſtimonium diceret: propterea q; teſtamentum facere illi non liceat, quod ſine teſtibus non fiat. Grauius ēt eſt illud IMPROBVS, & propè, vt apud Græcos ἄτιμος, vel etiā apud veteres Romanos SACER: de quo paulo antè dixi. Sed alibi non tam acerba vox eſt: vt cum Iulianus ait, improbum eum eſſe, qui ſolicitus eſt de viui hæreditate.

CAP. VII.

SExtus Cęcilius apud Aulum Gellium libr. 20. meminit legis xij. Tabularum, vt qui falſum teſtimonium dixiſſet, è ſaxo Tarpeio deijceretur. Nec meminit modò, ſed & tam grauem pœnam in falſi teſtimonij reos, non temerè Decemuiros inſtituiſſe cōtendit. Ac diſplicuiſſe quidem poſterioribus Romanis, atq; abſoleuiſſe fatetur: ſed magno Reipub. malo. Eius ad Phauorinum philoſophum verba ſunt hęc: An putas Phauorine, ſi nō illa etiam ex xij Tabul. de teſtimonijs falſis pœna aboleuiſſet: & ſi nunc quoque, vt antea; qui falſum teſtimonium dixiſſe conuictus eſſet, è ſaxo Tarpeio deijceretur: mentituros fuiſſe p teſtimonio tam multos, quàm videmus? Acerbitas plerunque vlciſcendi maleficij, bene atque cautè viuendi diſciplina eſt. Hæc ille. non dubium eſt, Decemuiros in ſancienda falſi teſtimonij pęna, Græcorum exemplum ſecutos eſſe. Audiebant, Athenis in Areopago grauiſſimum eſſe iudicium ψδομαρτυριῶν, cuius eſt apud Demoſthenem mentio perquàm frequens. Atque ex eius quidē orationibus manifeſtū etiam eſt, nō modò in teſtes falſi teſtimonij reos, ſed & in eū qui eos ſubornarat, p duxeratve, & iudicium datū eſſe, & animaduerſionem fuiſſe non vulgarem. Tanto autem fuiſſe videtur Græcorū leges in hoc genere acerbiores, quòd in Græcia valde multi eſſent ad falſum teſtimoniū dicendū, ſine vlla religione, tanq ad iudicrum aliquod, valde parati Exacerbanda autem eſſe maleficiorum ſupplicia, quoties nimium multis perſonis graſſantibus exemplo eſt opus, Romani etiam Iuriſconſulti reſponderunt l. 16. aut facta. §. vlt. de pęn. Sal tem quod de Græcis teſtibus dico, Cicero ſuo tempore dicebat pro L. Flacco: Veruntamen (inquit) hoc dico de toto genere Græcorum. Teſtimoniorum religionem & fidem nūquam iſta natio coluit · totiusque huiuſce rei quæ ſit uis, quæ auctoritas, quod pōdus, ignorat. Vnde illud eſt: Da mihi teſtimonium mutuum? Non Gallorum, non Hiſpanorum putatur. Totum iſtud Græcorum eſt, vt etiam qui Græcè neſciunt, hoc quibus verbis à Græcis dici ſoleat, ſciant. Ergo Decemuiri, ne hoc quoque malum Romæ graſſaretur, & impunitatis ſpe inualeſceret, ſeueriſſimè coercendum reprimendumque eſſe, rectè iudicarūt. Quomodo factum ſit, aut quando, vt eorum deinde ſeueritas in hoc genere minus probaretur, & hæc falſi teſtimonij pœna ſupplicium q; obſoleſceret, dicere non poſſum. Scio Modeſtinum l. ſi diutino. §. vlt. de pœn. reſpondiſſe, non poſſe quē ſic damnari, vt de ſaxo præcipitetur. Sed iampridem ante Modeſtinum deſierat pœna illa, præcipitis deiectionis è rupe Tarpeia. Vtcunque ſit, multis tamen poſt xij. Tab. annis, ſaltem in caſtris Rom. non minor fuit pœnæ acerbitas. In ijs enim, qui falſum teſtimonium dixit, ξυλοκοπεῖται, inquit Polybius libro ſexto. Huius ſupplicij genus tale fuit. Falſi teſtimonij conuictum, Tribunus primùm fuſte tangebat: deinde milites vndique irruentes, non modo fuſtibus cædebant, contundebant q; ſed & ſaxis, ſi poterat, obruebant. Si fortè reus effugiſſet, patria illi erat interdictum. Cæterū domi & in vrbe Romani in hoc genere indulgentiores fuiſſe videntur. Certè capitalem pœnam falſis teſtibus vix irrogarunt: ſed eos variè, nec eodem ſemper omnes modo coercuerunt. extat in Pand. hoc Pauli reſponſum, l. qui falſa. de teſtib. Qui falſa vel varia teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt, à iudicibus competenter puniantur. Fatetur quoque Martianus l. j. & 9. Ad leg. Corn. de falſ. pœnam legis Corneliæ irrogari ei, qui in falſas teſtationes faciendas, teſtimonia ve falſa inuicem dicenda, dolo malo coierit. Item ex Senatuſconſulto coerceri, q ob inſtruendam aduocationem, teſtimoniauē, pecuniam acceperit, ſocietatemuè coierit ad obligationem innocentium. Sed ſubijcit, pœnam falſi, vel falſi, deportationem eſſe, & omnium bonorum publicationem. Cæterùm Romanæ leges ſatis diligenter cauiſſe videntur, ne facilè obrepant, aut fallere poſſint, veritatemque obruere falſa teſtimonia. Nam ea demum quæ omni ſuſpicione carent, quæ rei aptiora & vero proximiora ſunt, & cum quibus qualitas negocij ac iudicis motus concurrit, ſequenda eſſe admonent: nec ad multitudinem reſpici oportere, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem. l. ob carmen. §. vlti. de teſt. In teſtium porrò fide diligenter examinanda, eorumque conditione exploranda, noſter Calliſtratus l. 3. de teſti. obſeruāda eſſe oſtendit, quæcunque ferè in hoc genere Marcus Tullius deſiderat, tamque copioſè deſcribit in ſua pro Flacco oratione. Sed & ne quis admodum confidat falſis teſtimonijs: quod ijs euicerit, minimè firmum eſſe volunt. Atque vt omittam illum, qui huc fortaſſis pertinet, tractatum libro ſeptimo Cod. Si ex falſis inſtrumentis vel teſtimonijs iudicatum ſit: extat in Pandectis l. Diuus. de re iudic. Adriani reſcriptum, vt ſi falſis teſtimonijs, teſtibuſue pecunia corruptis oppreſſus quis fuerit conſpiratione aduerſariorum, aut iudicantis religio circunuenta, & res ſeuerè vindicetur: & ſi quid à iudice tam malo exēplo circunſcripto iudicatum ſit, in integrum reſtituatur.

CAP. VIII.

IDem Cęcilius apud eundem Gellium, meminit legis xij. Tabularum, vt iudex capite puniatur, qui ob rem dicendam, pecuniam acceperit. Idem q; contendit, legem hanc duram videri non debere. Iudicis enim perfidiam, contra omnia iura diuina atque humana iuſiurandum ſuſum pecunia vendentis, dignam eſſe capitis pęna. Quanquam Phauorinus rīdeat, populo Rom. pęnam hanc nimis duram eſſe vitam, qui paſſus ſit legem huius generis de tam immodico ſupplicio, ſitu atque ſenio emori. Primum ac vetuſtiſſimum iudicis, qui pecunia corrumpi ſe paſſus eſt, ſeueriſſimè puniti exemplū, extat in hiſtoria Cambyſis Perſarum regis. Is Siſamnem iudicem, quem Aſiæ præfecerat, cùm audiſſet pecunia corruptū iniquè iudicaſſe, occidi iuſſit: eiusq; cutem cadaueri detractam, inſtar pellis in tribunali extendi: in eoque ſedere Otanem Siſamnis filium, vt paternæ pœnæ conſideratione admoneretur, quid manēat iniquos iudices pecunia corruptos. neque quicquam geſſit Cambyſes, cuius nomine magis laudetur. Factum id eſt viuente adhuc Athenis Solone, Romæ imperante Tarquinio Superbo, vix octoginta annis ante Decemuiros. Eius itaque & hi meminiſſe poterant, eiusque etiam memoria & exemplo commoueri. Et quæ tandē maior eſſe pōt in rep. peſtis, q ſi tales corruptelę impunè graſſentur? Quid à latrocinijs iudicia different? Laudatur Peſcennij Nigri, principis Ro. qui iudicib. publica ſalaria cōſtituit, memorabile dictū. Iudicem nec dare quicquam debere, nec accipere, eoq; etiā tot. pertinet Iuſtiniani noſtri cōſtit. Nou. 8. Diocletianus iampridem à Diuis principibus decretū fuiſſe ait, l. venales. C. qñ prou. non eſt nec. venales ſententias, quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferūtur, ipſo iure infirmas eſſe ſine prouocatione. Antoninus l. 1. C. de pœn. iud. qui ma. iud. ait, eum amittere actionem, qui iudici pecuniam dedit, & diffidentia iuſtę ſententiæ, in pecuniæ corruptela ſpem negocij repoſuerit: ſicuti & ex hac cauſa litem perire iuſſiſſe ſuum Imperatorem, ſcripſit Vlpianus l. j. de calum. Quod ad ipſius iudicis pecunia corrupti pęnam attinet, Conſtantinus ſtatuit, eum & infamem fieri: & ei quem iniqua læſerit ſententia, æſtimationem litis præſtare. l. vlt. C. de pœna iud. qui malè iud. Sed molliora hæc ſunt, & quæ ad xij. Tabularum ſeueritatem minimè accedunt, Principum reſcripta. Propius accedit lex Iulia repetundarum, aduerſus eos lata, qui pecuniam ob iudicandum acceperint. ex ea enim lege puniuntur vel deportatione, vel etiam durius, prout admiſerint. interdum etiam capite plectentur l. lex Iulia. §. vlt. ad leg. Iul. repet. vt ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint, & innocentē damnarint, vt eſt apud Vlpianum. Vellem & illud de ſuo imperatore Alexandro Seuero addidiſſe, quod de eo cōmemorat Lampridius: ſi vnquam furem iudicem vidiſſet, paratum habuiſſe digitum, vt illi oculū erueret. At quot nunc digitis opus hr̄et Alexander? nō, ſi centimanus eſſet, qualem poetę ſuum Briareum fingunt, eſſet ſatis. Cicero pro Cluentio, & in Verrem, & ſæpe alias, conqueritur de pecuniaria corruptione iudicum Ro. eſſe; memorabile, quod Verr. 4. ait, maximè nefarium, & omnium rerum turpiſſimum videri, ob rem iudicandam, pecuniam accipere, habere precio addictam fidem & religionem.

CAP. IX.

DEcemuiri quàm lenes, vel molles potius atque indulgentes fuiſſe videntur in coercendis ijs etiam iniurijs, quæ verbera circunferebant, vt ſuo poſtea loco intelligemus: tam fuerunt certè ſeueri & vehementes in puniendis famoſis libellis, quibus quis alterius nomē infamaret. Et ſanè bono & honeſto viro, vt nihil eſt antiquius nomine bono, ſic acerbius uihil eſſe poteſt infamia: nullaque ei inferri iniuria grauior poteſt, quàm nomen eius non modò palam proſcindi, ſed ſcriptis etiam duraturis ignominioſe, notari. Ergo & Decemuiri atrociorem eſſe hanc, acerbiusq; vindicandam, quàm verberum iniuriam, iudicarunt neque ilam, quā Græci tolerabant, tolerare debere putarunt veteris Comœdiæ licentiam: quæ nimium petulanter in cuiuſuis nomen & famā inuchebatur. Plauſtris circūuehi iuuenes laruatos, qui in obuium quemq; conuicia iacerent, nec diis, nec hominibus vllis parcentes: confingi in optimos etiā viros, & ſpargi probroſa carmina, an ferendū erat? Decemuiralem in hoc genere legem xij. Tabul. ipſe Arnobius libro 4. contra Gentes commemorat: Carmen (inquit) malum conſcribere, quo fama alterius coinquinetur & vita, Decemuiralibus ſcitis euadere noluiſtis impunè. ac ne veſtras aures conuicio aliquis petulantiore pulſaret, de atrocibus formulas conſtituiſtis iniurijs. Carmen dicitur omnis oratio, certis præſertim formulis, tanquam præſcriptis verbis concepta. Sic carmen legis, & carmen precationis dicitur apud Liuium. Sed huius, de qua nunc quærimus, Decemuiralis legis memoriam, atque adeò expiicationem
„ repetamus ex Ciceronis libro 4. de Repub. vbi Africanus ita lo-
„ quitur. Apud Græcos fuit etiam lege conceſſum, vt quod vellet
„ Comedia, nominatim, vel de quo vellet, diceret. Itaque quem
„ illa non attigit? vel potius, quem non vexauit? Eſto, populares

homi-

Source : BIU Cujas

„ homines,improbos in Repub.seditiosos,Cleonem,Cleophon-
„ tem,Hyperbolum,læsit:patiamur.etsi huiusmodi ciues à Censo
„ re melius est,q̃ à poeta notari.Sed Periclem,cùm iam suæ ciuita-
„ ti maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuisset,
„ violari versibus,& eos agi in scena, non plus decuit,q̃ si Plautus
„ voluisset,aut Næuius,P.& Cn. Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni
„ maledicere.Nostræ contrà 12.Tabulæ,cùm perpaucas res capite
„ sanxissent,in his hanc quoq; sanciendum putauerunt: SI QVIS
„ OCCENTAVISSET, ACTITAVISSET, SIVE CARMEN
„ CONDIDISSET, QVOD INFAMIAM FACERET, FLA-
„ GITIVMVE ALTERI PRECARETVR. Iudicijs enim, ac
„ magistratuum disceptationibus legitimis propositam vitam,nō
„ poetarum ingenijs habere debemus: nec probrū audire, nisi ea
„ lege vt respondere liceat, & iudicio defendere. Hæc Africanus
„ in libris Ciceronis de Repub. Idem Cicero lib.4. Tuscul.Quæst.
„ Declarant(inquit) 12. Tabulæ, condi iam tum solitū esse carmē.
„ Quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam,leges sanxerunt.Ipsi sa
„ nè etiam poetæ,qui condere carmina solent,hanc legē agnouē-
„ runt.Nam & Horatius, illam scurrilem & nimium dissolutā ve-
„ teris apud Græcos Comœdiæ licentiam,sicuti & illam apud Ro
„ manos aliquando Fescenninam,lege lata coercitam fuisse,coer
„ cerique debuisse(etsi initium fortasse,cùm nōdum excederet mo
„ dum,tolerabile esse potuerit)multis locis ostendit. Locos descri
bam: erunt enim veluti commentarij ad hoc caput 12. Tabul.
Lib.1.Sermonum:

Eupolis atq; Cratinus,Aristophanesq;, poetæ,
Atq; alij, quorum Comœdia prisca virorum est:
Si quis erat dignus describi,quòd malus, aut fur,
Aut mœchus foret,aut sicarius, aut alioqui
Famosus,multa cum libertate notabant.

Idem in Arte poetica:

Successit vetus his Comœdia,non sine multa
Laude:sed in vitium libertas incidit, & vim
Dignam lege regi. Lex est accepta, chorusq;
Turpiter obticuit,sublato iure nocendi.

Idem lib.2. Epist. ad Augustinum, loquens de Fescennina veterum petulantia:

Libertasq; recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter,donec iam seuus apertam
In rabiem verti cœpit iocus, & per honestas
Ire domos impunè minax. doluere cruento
Dente lacessiti. fuit intactis quoq; cura
Conditione super communi. quinetiam lex,
Pœnaq; lata,malo quæ nollet carmina quenquam
Describi. vertere modum formidine fustis
Ad bene dicendum,delectandumq;, poetæ.

Huc quoq; pertinet, quod significat sese à Trebatio Iurisconsulto prudenter admonitum fuisse his verbis:

Sed tamen vt monitus caueas, ne fortè negoti
Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum.
Si mala condiderit in quem quis carmina, Ius est,
Iudiciumq;.

Non possum hac in re vel grauiores auctores ciere, vel meliori bus vti interpretibus.Certè hanc 12.Tabu.legem secutus Augustus videtur, cùm iudicium de libellis famosis non minus vehemens,q̃ maiestatis esse voluit.Sic enim Cor.Tacitus lib.j.scribit, eum legem maiestatis reduxisse, vt non solùm facta argueretur, sed & dicta: primumq; cognitionem de famosis libellis, specie legis eius tractasse,commotum Cassij Seueri libidine,qua viros fœminasq; illustres procacibus scriptis diffamauerat. Imò verò ante Augustum Cor.Sylla hoc statuisse videtur.Nam Cicero ad Appium:Est(inquit) maiestas,vt Sylla voluit, ne in quemuis impunè declamare liceret.In Pandectis ex Vlpiano,l.5.§.vlt.de iniur.& lib.famo. commemoratur lex siue Senatusconsultum in hæc verba:SI QVIS LIBRVM AD INFAMIAM ALICVIVS PERTINENTEM SCRIPSIT, COMPOSVIT, EDIDIT, DOLOVE MALO FECIT, QVO QVID EORVM FIERET: ETIAMSI ALTERIVS NOMINE EDIDERIT, VEL SINE NOMINE: VTI DE EA RE AGERE LICEAT: ET SI CONDEMNATVS SIT, QVI ID FECIT, INTESTABILIS EX LEGE ESSE IVBETVR. Vlpianus alio loco l.is cui.§.si quis,de testa.Si quis(inquit) ob carmē famosum damnetur,Senatusconsulto expressum est,vt intestabilis sit. ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamētum adhiberi testis.Et Arcadius respondit, ob carmen famosum damnatum,fieri intestabilem.l.ob carmen.de testib. Dixi paulo antè, q̃ fuerit hæc pœna:& 12.Tabulis irrogatam fuisse,ostendi quibusdam testibus.Ea multo magis dignus esse visus est,qui alium turpiter infamat.Porrò Vlpianus l.5.§.vlt.de iniur. adijcit,eadē pœna ex Senatusconsulto teneri etiam eum,qui ἐπιγράμματα, aliudve quid sine scriptura in notam aliquorum produxerit: itē, qui emendum vendendumve curauerit.Quo verò tēpore, aut quo auctore factum sit illud Senatusconsultum, certò adfirmare nō possum,nisi si Augusto vel Tyberio ascribas.Illud certum est,annis CCCLXX. post Augustum, editum esse acerbius quoddam Valentiniani Valentisq; edictū,vt qui quocunq; loco famosum libellum inuenerit,nec statim corruperit, sed alicui patefecerit, capitali supplicio coerceatur.l.vna C.de famo.lib.Sic in hoc genere sanctio 12.Tab post annos septingentos & septuagintanō modò confirmata est, sed etiam aucta atq; producta. Adeò visa est publica vtilitas inde emergere,vt loquitur Vlpianus d. l. 5.§. vlti. Si quis plures requirat Cæsarum leges de famosis libellis, quæ in Iustiniani Codice desiderantur, extant libro nono Coicis Theodosiani. vbi & Constantini Imper. eiusque filij Constantij constitutiones leguntur,ne quis libello famoso notatus, veniat eo nomine in aliquod periculum aut vitæ, aut famæ. Nam & (inquit Constantius Impera.) innocens potius creditur,cui defuit accusator, cùm non defuerit inimicus. Sanè principalibus quoque constitutionibus caueri,ea quę infamandi alterius causa in monumenta publica posita sunt,tolli debere, ait Martianus 37.de iniur.

CAP. X.

DIuus Augustinus in libris de Ciuitate Dei, laudans veteres Romanos,q̃ licet multa impia sacra amplexi sint,semper tamen reiecerint magiam,omnesq; Chaldæorum prestigias,ait: Legē fuisse in ipsis 12.Tab.aduersus artes magicas.Plinius quoq; libro 30.c.j.loquens de magia,scribit in hæc verba:Extāt & apud Italas gentes vistigia eius in 12. Tab. nostris. Idem lib. 28.cap.2. cùm probare vellet magicarum incātationum aliquā esse vim, ait,legum ipsarum in 12.Tabu.verba fuisse: Qui FRVGES EXCANTASSET. &, QVI MALVM CARMEN INCANTASSET. Quales primùm in Perside Magi fuerint,ignotū non est:Ex Perside magia in Greciam allata primùm dicitur,per quē dam Osthanem, qui Xerxē in eo quod Græciæ intulit bello comitabatur. Paulo pòst Romani suos legatos ad leges petēdas in Græciam miserunt:quo tempore magia, quæ iam degenerarat, maximè colebatur à Democrito. Romani rectè intelligentes eā esse,quę & esset,& dici verè deberet κακουργία,siue γοητεία:totum hoc malum tollere, & ex sua vrbe profligare voluerunt. Virgilius de magicis incantationibus loquens, ait:

Atque satas aliò vidi traducere messes.

An multas eius generis incātationes Romani viderint, nescio: sed de ijs coercendis vehemēter sollicitos fuisse,vel vnius C. Furij Crasini exemplum testimonio esse potest. Postea Cęsares,qui alioqui seueriſſimi erant aduersus omnes magos & incātatores, videntur tamen aliquando fertilitatem,aliqua huius generis arte procuratam,vel sterilitatem depulsam, non improbasse. Nā Constantinus l.4.C.de male.postea q̃ eos grauiter puniri iussit,q magicis artibus cōtra salutem hominū aliquid moliti sunt, aut pudicos animos ad libidinem deflexerūt,adijcit:Nullis verò criminationibus implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus,aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia,ne maturis vindemijs metuerentur imbres,aut ventis,grandinisq; lapidatione quaterentur.Sanè noster Vlpianus l.j.§.medicos. de extraord.cog.exorcistas videtur impostores appellare: quamuis fateatur,se audiuisse quosdam ab ijs sanatos esse:neq; medicorū nomine ornari patitur: sed nulla tamē aliqui pęna afficit. Idem, cōstitutionibus Principum eos teneri ait, qui aliquam illicitam diuinationem pollicentur.l.item apud Labeonem. §. si quis. de iniur.Sed quęnam fuerit illicita diuinatio,non satis intellexerūt Romani,cum suos tantoperę colerent augures atq; aruspices.Et q̃ Cicero in hoc genere titubet, testes sunt eius libri de Diuinatione.Cæsares,qui postea secuti sunt, dum totū vsum diuinationis tollere volunt,ipsa etiam propè mathemata sustulerunt.Sed rerum bonarum vsum ab abusu discernere oportet.Sanè Vlpianus l.4.§. j. Famil. erciscun.in vniuersum pronunciat,libros magicos esse improbatę lectionis, protinusq; esse corrumpendos. Et Liuius,cùm de Bacchanalibus loquitur, testis est, olim ex Senatusconsulto conquisitos Romæ fuisse omnes veneficiorū & vaticiniorum libros,vt cōburerentur.Ego curiosus non ero,aut longior in ijs magicis artibus explicandis, quas ignorari volunt leges Rom. Solum addam, prohibuisse quoq; Leonem Imper. ne quis in suo etiam fundo arte aliqua magica reconditos thesauros conquirat l.j.C.de thesaur.

Porrò suspicor & de veneficis aliquid scriptū in 12. Tab. fuisse,propterea q̃ Caius lib.quarto ad legem 12. Tabularū scripserit:Eum qui venenum dicit,adijcere debere,vtrum bonū an malum.Nam & medicamenta,venena esse:& eo nomine contineri,quicquid naturam eius,cui adhibitum esset, mutaret: quodq; nos venenum appellamus,Græcis φάρμακον esse.cap.236.de verb. sign.Primam tamen de veneficijs quæstionem, primumq; iudicium,si quod fuit Romæ,fuisse plusquam centum annis post 12. Tubulas,intelligimus ex octauo libro Liuij.Addit Valerius Maxi.veneficij quæstionē & morib.& legibus Romanis fuisse ignotam. Quod de legibus dicit, videri posset superiorem illam meā suspicionem labefactare, Itaq; nihil hic adfirmo.

CAP. XI.

IDem Caius eodē lib. quarto ad legem xij. Tabularū inquit: Qui ędes,aceruumve frumēti iuxta domum positum cōbusserit,vinctus,verberatus,igni necari iubetur, si modò sciens prudensq;

Source : BIU Cujas

densq; id commiſerit. Si verò caſu, ideſt, negligẽtia aut noxiam ſarcire iubetur: aut ſi minus idoneus ſit, leuius caſtigatur. Appellatione autem ædium omnes ſpecies ædificij continentur. c. 14. de incend. rui. nauf. Ex hoc Caij loco facilè conijcere poſſumus, non ſolùm aliquam de incẽdiarijs legem xij. Tabularum fuiſſe: ſed etiam intelligere, quænam illa fuerit. Nec diſſimilis fuit noſtorum Iuriſconſultorum ſententia. Vlpianus cap. 12. de incẽd. rui. nauf. Qui (inquit) data opera in ciuitate incendium fecerint, ſi humiliori loco ſunt, beſtijs obijci ſolent: ſi in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur. Idem ad legem Corneliam de ſicarijs ait: Si quis inſulam meam exuſſerit, capitis pœna plecti quaſi incendiarium. Sed ad legem xij. Tab. propius accedit Calliſtratus cap. 39. §. 10. de pœnis. Primùm ait incendiarios capite puniri, qui ob inimicitias, vel prædæ cauſa, incenderint intra oppidũ, & plerunq; viuos exuri. Qui verò caſam aut villam, aliquo lenius. Viuos ſæpe cremari homines facinoroſos, in eodẽ titulo legimus: ne planè inſolens eſſe videatur, quod non ſolũ Calliſtratus, ſed & lex xij. Tab. ait, incendiarios igne necari, ſiue viuos exuri. Cicero tamen videtur tam crudelem & ſæuam animaduerſionẽ non probaſſe. Non enim ſolum accuſat Verrem hoc nomine: ſed & Q. Fratrem ſuum reprehendit, quanquam in vtroq; illud notet, q̃ non tam igni, q̃ fumo, necarent reos. Sed ad Calliſtratum redeamus. Fortuita incẽdia (inquit) ſi cùm vitari poſſent, per negligentiam eorum, apud quos orta ſunt, damno vicinis fuerunt, ciuiliter exercẽtur: vt qui iactura affectus eſt, damni diſceptet, vel modicè vindicaretur. Hæc ipſa fuit ſuperioris legis xij. Tab pars poſterior, eiusq; ſententia, in qua quæritur de incendijs caſu, ideſt, negligentia ortis. Porrò incendia plerunq; fiunt culpa inhabitantium, vt ait Paulus cap. 3. de Offic. præf. vigi. & Alphenus Varus ſignificat, fieri vix poſſe ſine alicuius culpa, ca. 11. de peric. & com. rei vend. Vix itaq; omnino fortuita ſunt: & propterea caſu facta hic dicuntur, quæ facta ſunt negligentia & culpa potius, q̃ omnino fortuito caſu. Vbi nihil eſt culpæ, aut negligentiæ, ſolent iuriſconſulti nõ ſimpliciter caſum appellare, ſed caſum fortuitum, maiorem, improuiſum, fatalem. Sic caſum maiorem negligentiæ opponit Paulus, cap. 7. de edend. Caſus illos fortuitos & maiores nemo præſtat. Itaq; ſi appareat planè fortuitum eſſe incendium, cui obſiſti non potuit, nulla actio competit. Sed vbi ſubeſt aliqua culpa vel negligẽtia, ſicuti ſubeſſe ſolet, pertinet ad iudicium de dãno iniuria dato; de quo nõ modò ex lege Aquilia, ſed & ex xij. Tabulis actionem datam fuiſſe conſtat, cap. j. Ad leg. Aquil. Nunc pluribus non perſequar, quæ culpa uel negligẽtia in eam actionem veniat, alio de ea loco fuſius commodiuſque diſputatur. Sed illud nunc obſeruandum eſſe moneo, q̃ lex hoc loco ait eum caſtigari, qui idoneus, hoc eſt, ſoluẽdo nõ eſt. Generale quidem illud eſt, quod Vlpianus ait, vt qui de criminibus cognoſcunt, iis qui pœnam pecuniariã egentes eludunt, coercitionem extraordinariam inferant, cap. j. de pœnis. Sic Modeſtinus libro ſuo primo de pœnis ſcripſit, eum qui ſine venia patronum in ius vocauit, à præfecto vrbi quaſi inofficioſum litigatorem caſtigari, ſi inopia dignoſcitur laborare, nec poſſit pœnã cõſtitutam quinquaginta aureorũ perſoluere. capite vlt. de in ius vocan. Sed vbi nullum crimen eſt, non ſolet qui ſoluendo non eſt, corpore luere. Certè bonis cedendo liberatur. Verùm nullã impunitatis ſpẽ Romani relinquere voluerunt incẽdijs· & quo hæc magis reformidabant, tanto magis cauëri volebãt. Extat in Pãdectis titulus, de officio præfecti vigilum. In eo legimus, olim incendijs arcendis Triumuiros præfuiſſe, qui excubias agebant: poſtea Auguſtum diligentius voluiſſe huic rei cõſulere, & ſeptẽ cohortes opportunis locis conſtituiſſe, præpoſito ijs præfecto vigilum. Hunc per totam vrbem oberrare calceatum cum hamis & dolabris: & omnes inquilinos admonere, ne per negligentiã aliquam incendij caſus oriatur, & vt aquam vnuſquiſq; in cœnaculo ſuo habeat: de incendiarijs ita cognoſcere, vt quia plerunque incendia fiunt culpa inhabitãtium, aut fuſtibus caſtiget eos qui negligentius ignem habuerũt: aut ſeuera interlocutione cõminatus, fuſtium caſtigationem remittat. Adijcitur & hoc reſcriptum Seueri atq; Antonini ad Iulium Rufinum præfectum vigilum: Inſularios & eos qui negligẽter ignem apud ſe habuerunt, potes fuſtibus & flagellis cœdi iubere. Eos autem qui dolo feciſſe incendium conuincentur, ad præfectum vrbi remittere.

CAP. XII.

NVlla de re plures videntur. Decemuiri tuliſſe leges, q̃ de furto. Audiebant, q̃ acerbè Draco Athenienſis furta omnia puniri voluerat: q̃ leniter Solon, qui ſublato mortis ſupplicio, dupli tantum pœnam furibus irrogabat. Audiebant, quanta eſſet apud Lacedæmonios, ſicuti & apud Aegyptios, & q̃ impunita licentia furtorum. Ipſi, quod in Repub. iuſtiſſimũ eſſe iudicabant, ſecuti ſunt. Hæc verò capita xij. Tabularum de furtis, ordine videamus. De primis Macrobius lib. j. cap. 4. Nõ eſſe abs re puto (inquit) hoc loco id quoq; admonere, q̃ Decemuiri in xij. Tab. inuſitatiſſimè NOX pro NOCTV dixerunt. verba hæc ſunt: SI NOX FVRTVM FAXIT, ET IN ALIQVIS OCCISIT, IVRE CAESVS ESTO. In quibus verbis id etiam notandum eſt, ab eo quod eſt IS, non EVM accuſatiuo caſu, ſed IM dicere. Hæc Macrobius. Feſtus non diſſimilia ſcribit, additq; etiam, veteres AM dixiſſe pro EAM. & in Pandectis dicitur quodam loco ita ſcriptum fuiſſe, qui nunc corruptus eſt. Sed & ASTIM in xij. Tabulis legemus, infra capite 32. Quod ad rẽ attinet, Gellius lib. 11. cap. 18 ait, Decemuiros permiſiſſe occidi furem, qui manifeſto furto prehenſus eſſet, ſi aut cum faceret furtum, nox eſſet: aut interdiu ſe telo, cum prehenderetur, defendereti Cicero pro Milone: Duodecim (inquit) Tabulæ nocturnum furem, quoquo modo: diurnũ autem, ſi ſe telo defenderet, interfici impunè voluerunt. Vlpianus, l. furem. ad leg. Cor. de ſica. ait: Eum qui furem nocturnum occiderit, ita demum impunè ferre, ſi parcere ei ſine ſuo periculo non potuit. Caius autem ſcribit, legem xij. Tabularum occidere permiſiſſe, vt tamen idipſum cum clamore teſtificetur. Vlpianus l. 7. de eo quod met. cau. ait: nõ omnem furem occidere licere, niſi ſe telo defendat. Hoc pertinet ad alterũ huius legis caput, quo pmiſſum eſt furẽ diurnũ occidere, ſi ſe telo defendat. Eodemq; pertinet, quod Caius lib. primo ad legẽ xij. Tab. ſcribit, de ſignificatione teli: Telum vulgò quidem id appellari, quod ab arcu mittitur. Sed nunc omne ſignificari, quod mittitur manu. Sic & lapides, & lignum, & ferrum hoc nomine contineri, capite 233. de verb. ſignifi.

Audiuimus quando & quomodo Decemuiri priuatis hominibus permiſerunt fures etiam occidere. Quid igitur, ſi neq; nocturni hi ſint, neq; interdiu prehenſi ſeſe cum telo defendant? Gellius reſpondet: Decemuiros iuſſiſſe, ex cæteris manifeſtis furibus, liberos verberari, addiciq; ei cui furtum factũ eſſet, ſi modò id luci feciſſent, neq; ſe telo defendiſſent: ſeruos autẽ verberibus affici, & è ſaxo præcipitari. Sed pueros impuberes Prætoris arbitratu verberari, noxamq; ab his factam ſarciri. Tria hic capita ſunt. Sed illud in vniuerſum prius obſeruemus, criminalẽ ex hac lege fuiſſe pœnam furti manifeſti. Iuriſconſulti, etſi actionẽ ita pœnalem eſſe voluerint, vt eſſet pecuniaria, nẽpe quadrupli: tamen iudicium etiam aliquod extraordinarium & criminale reliquerunt, ſi quando fur grauiori animaduerſione caſtigandus videatur. l. vlt. de furt. Itaq; dici adhuc poterit, quod olim dixit Cato, fures in neruo atq; in compendibus ætatem agere. Quod ad ciuilem perpetuamq; vindicationem rei furtiuæ attinet, Decemuiri ſatis eam ſua quoq; lege complexi ſunt, cùm alio capite ſtatuerunt, rei furtiuæ ęternam eſſe auctoritatem, & vſucapionem eius inhibuerunt. Cęterùm addiderunt Prætores & conditionem furtiuam, quæ furis improbitatem magis detegeret, & daretur, etiam ſi res perijſſet: & verò nõ tam dominij, q̃ facti furti probationem requireret, & deniq; condemnationem eius q̃ intereſt. l. 3. dẽ cond. furt. Sed redeo ad pœnam furti manifeſti, xij. Tabulis cõſtitutam. Neq; mirari debemus, furem, ſi liber ſit, addici in ſeruitutem ei cui furtum factum eſt. Hæc addictio in ijs ẽt qui ciuiliter damnati, non ſunt ſoluendo, locum habet, ex alio capite xij. Tab. vt poſtea dicemus. Sed vt poſtea in vſu eſſe deſijt, ſic & quod de ſeruo præciptando hic dicitur. Nam Modeſtinus ait, non poſſe quem ſic damnari, vt de ſaxo præcipitetur. l. 25. de pœnis. Interea illud diſcrimẽ retentum eſt, vt aliter ſeruus, aliter homo liber puniatur. De actione noxali propter furtũ à ſeruo factum, quam & xij. Tabulæ introduxerunt, dicam paulo poſt.

Quod hic dicitur de impuberibus, qui furtum fecerunt, caſtigãdis, intelligitur de ijs qui pubertati proximi ſunt. Tales enim, q̃a quod faciunt ſatis intelligunt, & furandi & iniuriæ faciendæ capaces eſſe, & furti teneri, reſponſum eſt. l pupillum. de reg. Iur. l. ſed & ſi quemcũq;. §. ſed & ſi. ad leg. Aquil. l. excipiuntur. ad Sillan. Nec in delictis illos excuſari, nec reſtitutionis auxilio iuuari, niſi quatenus eius adhuc ætatis miſeratio iudicem flectere poſſit ad miſericordiam, & ad mediocrem pœnam producere. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. l. auxilium. de minor.

Plinius lib. 18. cap. 3. teſtis eſt, ſcriptũ quoq; in xij. Tabulis fuiſſe, vt frugem aratro quæſitam ſi pauerit, ſecuerit ve impubes, verberetur, & noxiam duplionemve pręſtet. Sed quod in ijſdem Tabulis ſcriptum eſſe diximus, verberari impuberẽ in furto deprehẽſum, accedit ad illum Lacedæmoniorum morem, qui pueris ſuis furtum permittebant, ſed deprehenſos multis verberibus afficiebant. Ego verò & deprehenſos, & non deprehenſos, eſſe verberibus dignos exiſtimo: neq; ijs indulgendum eſſe in re vitioſa, ĩmmò verò acriter eſſe occurrendum. Notũ eſt vetus illud iudicium Græcorum, de puero qui cornicum oculos configebat. Sed perſequamur reliqua xij. Tabularũ capita de furtis. Gellius ait, ea quoq; furta quæ per lancem liciumq; cõcepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent, Decemuiros vindicauiſſe. Quænã autem furta hæc fuerint, non erubeſcam profiteri, adhuc me ignorare. Gellius ſanè alio loco irridet quendam Iuriſperitum, qui, vt ignorantiam in hoc genere ſuam excuſaret, cauſabatur, furtorum quæſtiones cum lance & licio euanuiſſe: omnemq; illã xij. Tabu. antiquitatem. Sed vellem, Gellius & cum & nos docuiſſet hanc antiquitatem. Sunt qui conijciũt furtum hoc fuiſſe, quod ſacerdotes licio amicti, & panem aetite lapide conditum in lance circunferentes deprehendebant, cùm is panis à fure deuorari non potuiſſet, ut indicat Dioſcorides: apud quem propterea lapis ille Aetites appellatur λιθος ἀετίτης. Iuuat hanc conjecturã,

℣ Gel-

℘ Gellius non fieri, ſed quæri furtum per lancem & licium ait, vel etiam concipi. Nam & cõcepti furti olim tenebatur is, apud quem furtum quæſitum inuentum eſſet. Sed an vſi Romani veteres ſint indicio lapidis Aetitis, affirmare non auſim. Sanè Solinus ſcribit, in Sardinia fontem fuiſſe, qui fures arguere. Nam ſi hi iurati, furtum ſe feciſſe negarent, & improbè mentirentur, cùm illo fonte oculos abluere iuberentur, cęci fiebant, atq; ita deprehendebantnr. Hoc fuiſſet furtum per fontem conceptũ & q̃ſitũ.

De furtis manifeſtis dictum eſt hactenus. quid de non manifeſtis? Gellius ait: Alijs furtis omnibus, quæ nec manifeſta appellantur, pęnam impoſuerunt dupli. Et Cato de re Ruſt. Maiores (inquit) noſtri ſic habuere, & ita in legibus poſuere, furem dupli condemnari. Vtrumq; locum de Decemuiris & legibus xij. Tabularum intelligi, contendit Antonius quõdam noſter. Sed vix vlla ſatis iuſta reddi ratio poteſt, cur fures manifeſtos tã grauiter, non manifeſtos tam leuiter caſtigauerint Decemuiri. Prætores ſanè hanc dupli pęnã retinuerunt; in furtis manifeſtis quadrupli introduxerũt. Sed & ex lege xij. Tab. introducta fuit actio in duplum contra tutorem: quæ tamen alioqui ab actione furti nec manifeſti diuerſa fuerit, vt intelligi p̃t ex capite 55. de admi. tut. & dicam infrà ſuo loco. Porrò & ex lege xij. Tabularum cõſtitutam eſſe noxalem actionem furti, ait Iuſtinianus libro quarto Inſtitu. de nox. act. Qua lege expreſſum quoq; fuit, vt ſi ſeruus furtum faxit, noxamve nocuit, ſciente etiam domino, dominus ſuo nomine non teneatur, ſed actio tantum noxalis ſit. Ac illud quidem quod Gellius ait, Sabinum dixiſſe, non dubitare ſe, quin dominus furti ſit condemnandus, qui ſeruo ſuo vti furtum faceret, imperauit: puto per legem quoq; xij. Tabularum dici potuiſſe. Sed non eandem eſſe cauſam, ſi dominus tantum ſciuerit, Decemuiri putarunt, quãquam poſtea lex Aquilia aliter iudicarit. Vlpianum audiamus cap. 2. de noxal. act. ait: Celſus differentiam facit inter legem Aquiliam, & legem xij. Tabularum. nam in lege antiqua, ſi ſeruus ſciente domino furtum fecit, vel aliam noxam commiſit, ſerui nomine actio eſt noxalis: nec dominus ſuo nomine tenetur. At in lege Aquil. inquit, dominus ſuo nomine tenetur, non ſerui. Vtriuſq; legis reddit rationem: xij. Tabularũ, quaſi voluerit ſeruos dominis in hac re non obtẽperare: Aquiliæ, quaſi ignouerit ſeruo, qui domino paruit, periturus ſi non feciſſet. Sec ſi placeat, quod Iulianus ſcribit: ſi ſeruus furtum faxit, noxiamve nocuit, etiam ad poſteriores leges pertinere: poterit dici, etiam ſerui nomine cum domino agi poſſe noxali iudicio: vt quod detur Aquilia aduerſus dominum, nõ ſeruum excuſet, ſed dominum oneret. Nos autem ſm Iulianum probabimus: q̃ ſententia habet rationem, & à Marcello apud Iulianum probatur. Hæc Vlpianus. Ex his verò intelligimus, noxalem ex xij. Tabulis actionem cum lege Aquilia concurrere, vt quod vtilius erit, ſequatur is cui furtum factum eſt. Porrò illud nunc adijcien dum eſt, Prætorem edixiſſe, ſi familia furtũ feciſſet, & dominus omnes ſeruos dedere nollet, hic liberaretur, ſi vnam æſtimationem daret, perinde atq; ſi vnus furtum feciſſet. Verùm hanc facultatem domino tribui, ait Vlpianus, quo ignoranie furtum factum eſt. Sed ſi ſcierit, & paſſus ſit, cum potuit prohibere: teneri & ſuo nomine in ſolidum, & ſingulorum ſeruorum, iudicio noxali. capite j. Si fami. fur. fec. dic. Sed & ſi ſeruus cõis alterius iuſſu furtum fecerit, vel damnum dederit, agi poſſe cum eo ex lege Aquilia, vel xij. Tabulis, ſignificat Marcellus cap. 5. Illo ti. Quod inteligendum videtur, vt de Iuliano, & Marcello apud Iulianũ, ſcripſiſſe Vlpianum paulo antè dixi.

Non ſolum de furto non manifeſto, ſed & de eo qui ei adfuiſſet, xij. Tubulæ locutæ ſunt. Nam & Feſtus, cũ docet olim NEC pro NON dictum eſſe, allegat hoc earum caput, SI ADERIT FVRTO QVOD NEC MANIFESTVM ERIT. Reliquum eius legis ſupprimit. Sed ea lex videtur ad eos pertinuiſſe, quorũ ope aut conſilio furtum factum eſſet. Paulus cap. 53. de verbo. ſignific. ſcribit, dubitatum eſſe, illa verba OPE, CONSILIO, quemadmodum accipienda eſſent: ſententiam coniungentium aut ſeparantium: ſed verius eſſe, quod Labeo ait, ſeparatim accipiẽda eſſe: qa aliud factum ſit eius qui ope, aliud eius qui conſilio furtum facit. Sic enim alij condici poſſe, alij nõ poſſe. Poſt veterum autem auctoritatem eò peruentum eſſe, vt nemo ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum fuerit. Illa verba OPE CONSILIO, videntur fuiſſe xij. Tabularum, quarum & Labeo interpres fuit. Sanè Cicero libro tertio de Natura deor. meminit veteris huius actionis & formulę, OPE CONSILIO TVO FVRTVM FACTVM ESSE AIO. Vlpianus cap. 52. §. 13. de fur. ait, quia furtum ſine contrectatione non fiat: tunc nocere, opem dediſſe, vel conſilium dediſſe, cùm ſecuta cõtrectatio eſt. Eum qui opem tulit, conſtat furti teneri, atq; etiam condictione furtiua, quaſi furtum ipſe feciſſet. Sed qui cõſilium tantum dedit, furti quidem tenetur, non etiam condictione furtiua. cap. 53. de verb. ſig. cap. 6. de cond. furt. Interea contra eum q̃ conſilium tantum dedit, furti illa actio competit, OPE CONSILIO FVRTVM FACTVM ESSE AIO. cap. 36. de furt. Nã illa verba ſoluta OPE, CONSILIO, pro ſeparatis accipiuntur, & diſiunctis, OPE AVT CONSILIO.

Poſtremò lex xij. Tabularum, de furtis paciſci & tranſigere licere ſignificauit: ſicuti & de membro rupto, de quo paulo pòſt dicam. Vlpianus l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. de pact. ait: De furto paciſci lex permittit. Id autem permittitur non quidem ante quam furtum fiat, ſed poſtquam factum eſt. Paulus l. ſi vnus. §. pacta. de pact. Pacta (inquit) quæ turpẽ cauſam continent, non ſunt obſeruanda: veluti ſi paciſcar, ne furti agam, vel iniuriarum, ſi feceris. Expedit enim timeri furti vel iniuriarum pęnam. Sed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus. Idem l. ſi tibi decem. §. j. de pact. Quędam (ait) actiones per pactũ ipſo iure tollũtur, vt iniuriarũ, furti. Sed & Diocletianus Imp. meminit deciſionis furti, l. poſt deciſionem. C. de furt. Deciſionem vocat tranſactionem. Atqui idem Diocletianus alibi reſcripſit, tranſigere aut paciſci non licere de criminibus, niſi quę ſanguinis pęnam irrogant. l. tranſigere. C. de tranſ. Reſpondeo, primùm cum de actione furti tranſigitur, non niſi de re pecuniaria & familiari, ſiue (vt loquimur) de ciuili actione tranſactum videri. Deinde cum olim de criminali iudicio furti tranſigebatur, eius pęnam alioqui prope capitalem fuiſſe, ſicuti & erat pęna membri rupti. propterea q̃; & de ea paciſci licuiſſe, vt huc quoq; referatur, quod poſtea principes cenſuerunt: ignoſcendum eſſe ei, qui ſuum ſanguinem qualitercũq; redemptum voluit. l. 2. de bonis eorum qui ante ſent. Sanè Labeo libro ſecundo de xij. Tab. ſcripſit, acria & ſeuera olim iudicia de furtis habita eſſe: Brutumq; dicere ſolitum, furti damnatũ eſſe, qui iumentum aliorſum duxerat, quàm quò vtendum acceperat. Gell. lib. 7. cap. 15.

CAP. XIII.

AVlus Gellius ſcribit, lege xij. Tabularum non vnum iniuriarum fuiſſe iudicium. Quibuſdam iniurijs 25. aſſium pęnam impoſuiſſe: alijs atrocioribus maiorem: quibuſdam etiam talionem. De hac poſtrema primùm videamus. Ariſtoteles lib. 5. Ethic. ſcribit, fuiſſe quandam veterem Rhadamanthi de talione pęnam, vt quod quis alteri feciſſet, ipſe pateretur. Hanc enim illi viſam eſſe iuſtiſſimam legem, εἰ πάθοι τὰ ἠργάζετο, δίκη ἰθεῖα γίνοιτο. Et Pythagoręorum eandem fuiſſe ſententiam. ὁρίζονται (inquit) ἁπλῶς τὸ δίκαιον, τὸ ἀντιπέπονθος. Ariſtoteli non videtur id planè probari. Sed Romanis Decemuiris nõ omnino diſplicuit. Quomodo autem & quando id ſtatuerint, ſimul & illud totum, de hoc iniuriarum iudicio nunc quærimus, repetendum eſt primùm ex Phauorini philoſophi, & Cæcilij Iuriſconſulti diſceptatione. Ait Phauorinus, quædam in xij. Tabulis eſſe, quæ conſiſtere non poſſe videantur. Talem eſſe Talionis legem, cuius verba hæc fuerint: SI MEMBRVM RVPIT, NI CVM EO PACIT, TALIO ESTO. Sic enim illum locum eſſe legendum, & apud Feſtum ſimiliter corrigẽdum, monet Iac. Cuiacius, ſcribens antiquum fuiſſe verbum PACO, pro paſciſcor, quod & Feſtus ſcribit. Alij PAGO ſcribũt: & eò referũt vetus illud in Rhethor. ad Heren. REM VBI PAGVNT, ORATIONE PAGVNT &c. Sed ad Phauorinum redeo. Is in ea, de qua nũc agitur, lege, reprehendit & vlciſcendi acerbitatẽ & executionis difficultatem, præſertim cum adiectum etiam eſſet: QVIN ETSI MEMBRVM ALTER IMPRVDENS RVPERIT. Cæcilius reſpondet, talionem rariſſimè & difficulter quidẽ fieri: ſed huic atrociori iniuriæ tamen hanc pœnam appoſuiſſe Decemuiros, cùm eius metu coercere homines vellent, & minuere extingue req̃; violentiam pulſandi atq; lædendi: neq; eius qui membrum alteri rupiſſet, & paciſci tamen de redimenda talione nollet, tantam habendam eſſe rationem, vt an prudens imprudensve rupiſſet, ſpectandum putarent. Tum ſubijcit: Ecquæ, obſecro, te iſta acerbitas eſt, ſi idem fiat in te, quod tute in alio feceris? pręſertim cum habeas facultatem paciſcendi, & non neceſſe ſit pati talionem, niſi eam tu elegeris. Quod edictum Prætorium de æſtimãdis iniurijs, probabilius eſſe his poteſt? Nolo ignores, hanc ipſam quoq; talionem ad æſtimationem iudicis redigi neceſſariò ſolitam. Nã ſi reus, qui de ea paciſci noluerat, iudici talionem imperanti non parebat, æſtimata lite iudex hominem pecuniæ damnabat: atq; ita ſi reo & pactio grauis & acerba talio viſa fuerat, ſeueritas legis ad pecuniæ mulctam redibat. Hæc Cæcilius. Priſcianus libro ſexto, allegat nobilem quendã Catonis locum, vbi huius talionis mentio fieri videtur, non etiam vllius pactionis. Cato lib. 4. Originum: Si quis membrum rupit, aut os fregit, talione pximus cognatus vlciſcitur. Inſignis eſt is locus, & ad huius legis interpretationem ſingularis. Sanè noſter Iuſtinianus libro quarto Inſtitut. ſcribit, etiam pęnam iniuriarum ex lege xij. Tabularum propter membrum ruptum fuiſſe talionem, ſed hanc in deſuetudinem abijſſe: frequentari autem in iudicijs Honorariam pęnam iniuriarum, introductam à Prætoribus, qui æſtimari iniuriam voluerunt.

Pœnam talionis non ſolum xij. Tabulis, ſed & ante xij. Tabulas, lege Moſaica introductam fuiſſe, ſcimus: Iuſtinianus conſcribẽs libros Iuris ciuilis, eam eraſiſſe videtur. Placuit quidem ſemper vt qui hominem occidiſſet per iniuriam, publico iudicio ẽt occideretur. Sed aliam in pęnis talionẽ non agnoſco: quanquã talem aliquando quis pęnam patiatur, qualem alteri vel inferre

voluit

voluit accuſando, vel debuit iudicando. Accuſator iubetur ſeſe ſubſcribere, vt ſi calumniatorem fuiſſe appareat, pœnam ſubeat, quam reus cõuictus ſubijſſet: atq; ita iubetur ſeſe obligare ad pœnam reciproci, vt eſt in quadam conſtitutione, libro nono Codicis Theodoſiani, titulo tertio, ca. tertio. Sed & iudex nimium lenis atq; ſegnis, reciprocos pœnæ incurſus ſortitur: vt eſt in Cõſtantij conſtitutione, eodem lib. Cod. Theod. titulo j. ca. 7. Sicuti & in Codice Iuſtiniani, in tit. Ne ſacrum bapt. iter. legimus. iudicem, qui delatum ad ſe crimen neglexit, idipſum pati debere, quod alijs indulſit, vel diſſimulãdo remiſit. Reciprocas taliones vocat etiam Cæcilius apud Gelliũ. Sed quod de accuſatore, vel iudice diximus, non eſt talis, qualis erat in xij. Tabulis talio. Sanè pœnam talionis, quæ fuit propter membrum ruptum, obſoleuiſſe, & in pecuniariam mulctam fuiſſe conuerſam, nõ miror: cùm eadem lege xij. Tabularum, propter os fractum non niſi numariam pœnam fuiſſe conſtitutam, ſcribat Iuſtinianus. Et Gellius cùm quaſdam iniurias non niſi 25. aſſibus, æſtimaſſe Decemuiros narrat: Iniurias (inquit) atrociores, vt de oſſe fracto, non liberis modò, verumetiam ſeruis factas impenſiore damno vindicauerunt. Equidem non facilè poſſum iniuriam oſſis fracti ab iniuria membri rupti diſcernere: nam & oſſe fracto membrum ruptum dici poſſe videtur. Cogitaui aliquando, non de oſſe, ſed de ore fracto, ſcriptum fuiſſe: vt os fractum apud Terentium dicitur, cùm quis cæſus eſt pugno, vel impacto colapho. Eſt hæc certè atrocior iniuria, q̃ ſi altera pars corporis cæſa vel cõtuſa eſſet: vt ex Demoſthene relatum eſt, cap. 16. §. 5. de pœnis. Sed non ita poſſe hoc caput intelligi, ſignificat exemplum illud Neratij, qd̃ mox referam ex Labeone. Hic cum me locus valde angeret, cõmodè incidi in nobiliſſimum Catonis locum, cuius paulo antè memini, & quem apud Priſcianum libro ſexto tandem inueni. Cato libro quarto Originum. Si quis (inquit) membrum rupit, aut os fregit, talione proximus cognatus vlciſcitur. Ibi Catonẽ os dixiſſe, quod veteres quidam oſſum dixerũt: & intelligere os, quod oſſis in genitiuo caſu dicitur, non autem quod oris, notat Priſcianus. Miror equidem Priſcianum potius nõ citaſſe ipſam xij. Tabularum legem. Tum enim, hoc eſt, noſtri Iuſtiniani ætate cuius temporibus vixit Priſcianus, extabant xij. Tabulæ. Sed tamen ſatis ſuſpicor illa Catonis verba referri ad hãc legem. Si ita eſt, oportet Gellium & Iuſtinianum falli, cùm ex hac lege repetunt diſcrimen rupti membri & oſſis fracti. Nihil hic audeo definire: nihil etiã volo diſſimulare. Iuſtinianus legis xij. Tab. de mẽbro rupto & oſſe fracto meminit. Tertium fuit eius legis caput, cuius nõ meminit. ſed Gellius generaliter in xij. Tabulis ſcriptũ fuiſſe teſtatur: SI INIVRIAM ALTERI FAXIT, XXV. AERIS POENAE SVNTO. Hoc verò nimis molle, nimisq; dilutum fuiſſe cõtendit Phauorinus. Et quis erit (ait) tam inops, quem ab iniuria facienda vigintiquinq; aſſes deterreant? Itaque cùm eam legem Q. quoq; Labeo veſter, in libris quos ad xij. Tabulas conſcripſit, non probaret, inquit: L. Neratius fuit egregiè homo improbus, atq; immani vecordia. Is pro delectamẽto habebat, os hominis liberi manus ſuæ palma verberare. Eũ ſeruus ſequebatur, crumenam plenam aſſium portitans: & quemcunq; depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum xij. Tabulas, v. & xx. aſſes iubebat. Propterea (inquit) Prætores poſtea hanc pœnã obſoleſcere & relinqui cenſuerunt, iniurijsq; æſtimandis Recuperatores ſe datiuros edixerunt. Hæc Phauorinus: cui Cæcilius reſpondet, non omnes omnino iniurias Decemuiros iſto pauco ære 25. aſſium diſuiſſe: tametſi & hæc ipſa paucitas aſſium graue põdus eris fuerit, q̃ librarijs aſſibus ea tempeſtate populus vteretur. Hactenus ex Gellio. Iam verò priuſquam poſteriores de iniuria & damno iniuria dato leges Ro. colligã, & xij. Tabulis opponam, adijciam & aliud ſuperiori non diſſimile caput. Plinius libro 17. cap. j. ita ſcribit: Fuit & arborum cura legibus priſcis: cautumq; eſt xij. Tabulis, vt qui iniuria cecidiſſet alienas, lueret in ſingulas eris 25. Miratur autem Plinius, Decemuiros pluris non taxaſſe frugiferas etiam arbores: & admonet, minimè eos exiſtimaſſe futurum, quod Romæ poſtea euenit, vt etiam infrugiferæ maximo æſtimarentur. Quid igitur? an nullum præterea iudiciũ hoc nomine poſtea datum fuit? Immò verò pœnalis in duplum actio ARBORVM FVRTIM CAESARVM per Prætores introducta eſt: cuius condemnatio ita duplum continet, vt fiat æſtimatio, quanti interſit domini non lædi: & vt ipſarum arborum precium deducatur, & eius quod ſupereſt fiat æſtimatio, quemadmodum Paulus ait cap. 8. arb. furt. cæſ. Ergo ſi arbor, antequam cæſa ſucciſave eſſet, decem aureis æſtimabatur: primùm æſtimabimus, quanti nunc æſtimetur ſucciſa. Si duorũ fortè aureorum nunc eſſe videatur, cùm hoc pecium dominus habeat, qui arborem habet, reliquum tantum duplabitur, quod amiſit: & ſedecim aureorum fiet condemnatio. Porrò idem Paulus ca. j. arb. fur. cæſa. Si furtim (inquit) arbores cæſæ ſint, & ex lege Aquilia & ex xij. Tab. dandam actionem, Labeo ait: ſed Trebatius, ita vtranq; dandam, vt iudex in poſteriore deducat id, quod ex prima conſecuta ſit, & reliquo condemnet. Sic idem Paulus capite vndecimo, eiuſdẽ Tit. Si (inquit) de arboribus cæſis ex lege Aquilia actum ſit, interdicto QVOD VI AVT CLAM reddito abſoluetur, ſi ſatis prima condemnatione grauauerit reum, manente nihilominus actione ex lege xij. Tabularum. Hanc ita manere intelligit, ſi quid adhuc in ea plus ſit. Sed & Caius: Si colonus (inquit) ſit, qui ceciderit arbores, etiam ex locato cum eo agi poteſt: planè vna actione contentus eſſe debet actor. Hoc dicit Caius, quia neq; bona fides, neq; iuris regula patiatur, vt quis idẽ bis exigat, & conſequatur. Sanè Paulus cap. 28. §. 6. de iureiur. Colonus (inquit) cum quo propter ſucciſas fortè arbores agebatur ex locato, ſi iurauerit ſe non ſuccidiſſe: ſiue ex lege xij. Tabularũ de arboribus ſucciſis, ſiue lege Aquilia damni iniuria, ſiue interdicto QVOD VI AVT CLAM, poſtea conuenietur, per exceptionem iuriſiurandi defendi poterit. Nempe, qui arbores nõ ſuccidit, nullo de arboribus cæſis iudicio condemnari, aut teneri põt. Sed interea Paulus ſignificat, ſi furtim arbores cæſæ ſint, multa iudicia dari & concurrere. Nunc illud adijciendum eſt, quod Caius lib. primo ad legem xij. Tabularum ſcripſit: Sciendum eſt (inquit) eos qui arbores, & maximè vites ceciderint, etiã tanquam latrones puniri. cap. 2. arb. fur. cæſ. Subijcit autem Vlpianus, pleroſq; veterum exiſtimaſſe, vitem arbõris appellatione contineri. Tum verò ex eodem Caij libro ad legem xij. Tab. adiicitur: Si quid adhuc adeò tenerũ ſit, vt herbæ loco ſit, nõ debere arboris numero haberi. Porrò quid ſit cædere arborem, eodem titulo exponitur pluribus verbis. Sed locum indicaſſe, nũc ſit ſatis. Alia lex xij. Tabu. & multo quidem acerbior, ſeueriorq; fuit, aduerſus eos q̃ ſecuiſſent fruges aratro quæſitas. Plinius lib. 18. cap. 3. indicat ſcriptum in xij. Tabulis fuiſſe, vt frugem aratro quæſitam noctu pauerit ſecueritve pubes, ſuſpenſus Celeri nece tur: impubes verberetur, noxiã duplionemve præſtet. Huic ego legi tantum monebo adiiciendum eſſe, quod Vlpianus ſcribit l. 27. §. ſi oliuam. ad leg. Aquil. Vt autem reuertar ad leges de iniuriis, & damno iniuria dato: primùm iniuriam meram eſſe, obſeruandum eſt, quæ nullum alioqui damnum infert: veluti conuicii, aut maledicti, aut etiã libelli famoſi, aut deniq; eius pulſationis, qua nullum alioqui aut membrum ruptum, aut vulnus inflictum eſt. Quale iudicium libelli famoſi ſit, ſupra expoſui, & tã legem xij. Tabularum, q̃ alias de eo leges explicui. Quid de ſimplici conuicio ſtatuerint Decemuiri, & an aliquid ſtatuerint, affirmare non poſſum. Sed ſcio apud Athenienſes fuiſſe actionem τῆς κατηγορίας. ſcribitq; Plutarchus, Solonem tuliſſe legem, vt ſi cui quis conuicium dixiſſet vel in ſacris, vel in foro, is priuatim illi tres drachmas, fiſco duas penderet. Erat & apud Athenienſes δίκη τῆς αἰκίας, quæ propriè iniuriarum ob verbera fuit actio, de qua & Iſocr. κατὰ τοῦ λοχ. & Demoſth. cõtra Mid. ὑπὲρ τοῦ κουδύλου. De hiſce iniuriis atrocioribus manufactis, Romæ etiam fuit lex Cornelia: quę & in Pandectis extat. Sed nulla alioqui harum iniuriarum certa pœna definita eſt: vtpote quæ potius ex rerum circunſtantiis ſtatuenda ſit. Licet agere iniuriarum vel ciuiliter, vel criminaliter: ciuiliter, ſi qui iniuriam paſſus eſt, pecuniariam aliquam pœnam ſibi petat: criminaliter, ſi aliter caſtigari velit eũ qui iniuriam fecit. Sed alterum tãtum petere poteſt. Et verò hęc iniuriarũ iudicia nõ dantur, niſi ex delicto: neq; hæc iniuria fieri dicitur ſine dolo. Sed lõgè aliud iudicium eſt de damno iniuria dato. At tum quidem iniuria ſignificat, quicquid non iure fit, ſiue dolo malo id fiat, ſiue culpa. Neq; diſtinguimus, prudẽs an imprudens quis damnum dederit. Semper enim ſarciẽdum eſt. De damno iniuria dato xij. Tabulæ quiddam ſtatuerũt, quod ſupra expoſui: & cum de incendio ageretur, ſuprà quoq; ex ijs aliquid repetii, quod & huc referri poſſet. Deniq; Feſtus ait, in iis RVPITIAS dictum eſſe, pro DAMNVM DEDERIS. Sed dolendũ eſt, non extare omnia earum capita de damno iniuria. Vlpianus ait, legem Aquiliam omnibus legibus, quę ante ſe de damno iniuria locutæ ſunt, derogaſſe, ſiue xij. Tab. ſiue alia quæ fuit. Quid igitur de membro rupto ex ea reſpondendum nunc eſſet? Certè lex Aquilia hominis liberi vulnerati non meminit, ſicuti neq; occiſi, quia liberi corporis nulla ęſtimatio eſſe poſſit. Sed ex quodam tamẽ edicto Prætoris præſtatur, quod eo nomine intereſt. cap. 5. de his qui deiec. vel effud. Si verò ſeruum vel animal meũ aliquis occidendo, mihi damnum dederit: ex lege Aquilia condemnatur, quanti ea res eo anno plurimi fuerit. Tertio eiuſdem legis Aquiliæ capite ita ſcriptum erat: CAETERVM RERVM, PRAETER HOMINEM ET PECVDEM OCCISOS, SI QVIS ALTERI DAMNVM FAXIT, QVIDVE VSSERIT, FREGERIT, RVPERIT, INIVRIA: QVANTI EA RES FVIT IN DIEBVS XXX. PROXIMIS, TANTVM AES DOMINO DARE DAMNAS ESTO. l. Si ſeruus. §. 3. Ad leg. Aquil.

CAP. XIIII.

Dictum eſt antea, noxalem actionem per legem xii. Tabularum introductam fuiſſe, ſi ſeruus furtum feciſſet, noxiamve nocuiſſet. Nunc adiicio alteram ex iiſdem Tabulis actionem noxalem, propter pauperiem abs quadrupede factam. Audiebant Decemuiri Solonem apud Athenienſes inſtituiſſe δίκην βλάβης τῶν τετραπόδων: & ſtatuiſſe, vt canis, qui damnum dediſſet, capiſtro quatuor pedum alligatus dederetur. Quid Decẽuiri? Vlpianus ait: Si quadrupes pauperem feciſſe dicetur, actio

ex lege

Source : BIU Cujas

ex lege xii. Tabularum descendit. Quæ lex voluit, aut dari id qđ nocuit, idest, animal quod noxiam commisit, aut æstimationem noxiæ offerre. l. j. si quadrup. pauper. fec. dic. Iustinianus lib. quarto Institutionum ait, ita scriptam fuisse legem xij. Tabularum, vt si animalia, quæ pauperiem fecerunt, noxæ dedantur, proficiant reo ad liberationem. Vellem equidē huius legis verba extarent. Prætor non dissimile edictum proposuit, cuius principium hoc fuisse videtur: Si QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR. Vlpianus itaq; illud interpretans, inquit: Ait Prætor, PAVPERIEM FECISSE. Pauperies est, damnum sine iniuria faciētis datum: nec enim potest animal iniuria fecisse, quod sensu caret. Itaq;, vt Seruius scribit, tunc hæc actio locum habet, cùm commota feritate nocuit quadrupes: vt puta si equus calcitrosus, calce percusserit, &c. Idem paulò pòst: Et generaliter locum habet, quoties cōtra naturam fera mota pauperiem dedit. ideoq; si equus dolore concitatus calce percusserit, cessare istam actionem: sed eum qui equum percusserit, aut vulnerauerit, tenere &c. Sed quid si non appareat, quis equum concitauerit? Certè equum esse videtur, vt tunc saltem noxalis de pauperie actio detur. Verùm quid dicemus, si non quadrupes, vel animal, sed res aliqua inanimata damnum dederit? Certè si naturaliter aut extrinsecus, potius q̄ vllo suo vitio: constat nullam esse actionem. Si suo vitio, veluti si ædium vitiosarum ruina id acciderit: primū videndum est, an damni infecti nomine cautum sit. Si nō sit, nulla ne noxalis quidem est de damno dato actio. l. 6. de dam. infe. nō enim domus est quadrupes: & lex facilius ignoscit rebus inanimatis, q̄ animalibus: neq; domini culpa argui potest, si vltrò non occurrat periculo vicini tacentis. Vno tamen casu hic agitur quasi de pauperie quadrupedis: nempe si vicinus Reip. causa absens, non potuit tempestiuè sibi cōsulere, vt damni infecti caueretur. l. 9. de damno inf.

CAP. XV.

VLpianus nō solum de pauperie, sed & de pastu pecoris fuisse actionem ex lege xij. Tabul. non obscurè significat, c. 14. §. vlt. de præscrip. verb. Si (inquit) glans ex arbore tua in fundum meum cadat, eamq; ego immisso pecore depascam: Aristo. scribit, nō sibi occurrere legitimam actionem, qua experiri possim: nam neq; ex lege xij. Tabularū de pastu pecoris, quia non in tuo pascitur: neq; de pauperie, neq; de damno iniuria agi posse. In factum itaq; erit agendum. Hæc ille. Damnum iniuria datum non potest videri, vbi animal, quod sensu caret, nocuit. Sed neq; facta pauperies hic videtur. Nam pasci, propriè nō est damnum dare, sed re vti. Vnde & in lege Aquilia respōsum est: Si quis alienum vinum aut frumentum consumpserit, non videri damnum iniuria dare: ideoq; vtilem dandam esse actionem. cap. 30. §. 2. ad leg. Aquil. Ergo cùm de pauperie actio non satis esse videretur, adiecta est alia per xij. de pastu pecoris: quæ propriè tunc locum haberet, cùm in meo tuæ aliquid depastæ essent, naturam suam secutæ. Nam & alioqui de pauperie actio dari non poterat, nisi si vbi animal contra naturam damnum dedisset. Paulus j. lib. Sentent. tit. 15. cōfuse has actiones commiscet: Si (inquit) quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, quidve depasta sit, in dominum actio datur, vt aut damni æstimationem subeat, aut quadrupedem dedat. Sed aliam distinctionem res ista postulat. Nam & de pastu pecoris potuit esse actio nō noxalis, vt & de pauperie. Quid enim si in meum fundum tua culpa immissæ essent tuę pecudes, quæ meum aliquid essent depastæ? Certè ex tuo delicto teneri in solidum, ęquum est: sicuti & cum animal concitasses, vt pauperiem faceret. Sed &, si cum glandes meę in tuum fundū decidissent, immiseris tuas quadrupedes, vt eas depascerentur, dabitur vtilis actio ex lege Aquilia: sicuti Diocletianus rescripsit, de ijs quæ per iniuriam depasta sunt, agi posse ex sententia legis Aquiliæ. l. vlt. C. de lege Aquil. Si sine culpa tua, hoc est, sine iniuria, in tuo tuæ quadrupedes depastæ sint meam glandem: agetur tātum in factum, quatenus tu locupletior inde factus es. Sed noxaliter agetur de pastu pecoris, si in meo tuæ pecudes meum aliquid depastæ sint. Porrò hic adijciendum est, quod Pomponius ad Q. Mutium scribit cap. 39. ad leg. Aquil. Quamuis (inquit) alienum pecus in agro suo quis deprehēdisset, sic illud expellere debet, quo modo si suum deprehendisset: quoniam si quid ex ea re damnum cępit, proprias habet actiones. Itaq; qui pecus alienū in agro suo deprehenderit, non iure id includit: nec agere illud aliter debet, q̄ quasi suum. Sed vel abigere debet sine damno: vel admonere dominum, vt suum recipiat. Hæc ille. Sanè si vicino ius sit pecoris pascendi, seruituti parendum est. Si (inquit) Cicero in Top.) compascuus ager est, ius est compascere. Iuris cōpascendi meminit etiam Scæuola, cap. 20. §. j. si serui. vind.

CAP. XVI.

QVod paulo antè dixi de glande depasta, monet, vt legem xij. Tab. de glande legenda nunc adijciam. Plinius lib. 16. cap. 13. scribit, cautum fuisse lege xij. Tab. vt glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere. Non dissimile fuit Prętoris hac de re edictum: GLANDEM QVAE EX ILLIVS AGRO IN TVVM CADIT, QVOMINVS ILLI TERTIO QVOQVE DIE LEGERE AVFERRE LICEAT, VIM FIERI VETO. Ergo Prætor, vt minus interturbaretur fundorum libertas, constrinxit glandis in alieno legendæ libertatem, vt nō nisi singula die tertia glans legeretur. Pomponius, l. Iulianus. §. j. ad exhib. adiicit: & ad exhibendum agi posse, si glā dem extantem non patiaris me tollere: quemadmodum si materiam meam delatam in agrum suum quis auferre nō pateretur: & interdicto de glande legenda, vt mihi tertio quoq; die legendæ glandis facultas esset, vti me posse, si damni infecti cauero. Cāius libro quarto ad legem xij. Tab. scripsit, glandis appellatione omnem fructum cōtineri: exemplo Græcorum, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur. l. 236. §. vlt. de verbo. sign. Idem notat Vlpianus ad edictum Prætoris, de glande legenda. Sanè vt glandis meæ legendæ causa, ius mihi est alienum fundum ingredi: sic etiam pendentis vindemiæ emptori tale ius est, vt vuam legat, aut lectam calcet, mustumq; euehat. l. qui pendētem. de act. emp. Sed & si thesaurum aliquem meum, pecuniāve meam reconditam in tuo fundo esse dicam, eiusq; effodiendæ causa fundum tuum ingredi velim: iuranti mihi non calumniæ causa id postulare, ait Pomponius, vel interdictum, vel iudiciū ita dari, vt si per me non steterit, quo minus dāni infecti tibi operis nomine caueatur, ne vim facias mihi, quo minus eum thesaurum effodiam, tollam, exportem. l. thesaurus. ad exhib. Sanè fuisse olim controuersiam de glāde legenda, cùm arbor in fine vel ꝑfinio posita, fructū iactauerat in alterutrū fundū, & de hoc fructu confines litigabant, scribit Frontinus de limitibus agrorum.

CAP. XVII.

PAulus ca. 5. Ne quid loc. pub. scribit: Si per publicum locum riuus aquæ ductus priuato nocebit, fore actionem priuato ex lege xij. Tabularum, vt de noxa domino caueatur. Item Pomponius, l. Labeo. De statulib. ex Labeone refert verba cuiusdam legis xij. Tabularū hæc fuisse: SI AQVA PLVVIA NOCET. eaq; veteres sic fuisse interpretatos, SI NOCERE POTERIT. Hic duo veluti fragmenta xij. Tabularum sunt. Quod ad prius illud attinet, nō est alia interpretatio necessaria, q̄ Vlpiani ad Edictū Prętoris, NE QVID IN LOCO PVBLICO FIAT, &c. Si quod (inquit) fortè opus in publico fiet, quod ad priuati damnum redundet, prohibitorio interdicto potest conueniri. Item: Quotiescunq; aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusquam fiat: & ita solet princeps, quoties aliquid noui operis instituendū petitur, permittere. Item: Si qs à principe simpliciter impetrauerit, vt ī publico loco ędificet, nō est concedendum sic ædificare, vt cum incommodo alicuius id fiat, &c. Quod ad cautionem damni infecti attinet, extat edictū Prætoris, quod ex hac lege originem sumpsisse videtur: sicuti & edictum de aqua pluuia arcenda, quod & ad damni infecti causam pertinuit. In hoc iudicium (inquit Paulus) sicuti & in damni infecti, futurum damnum venit. cap. 14. de aqua plu. Idem c. j. Si cui (inquit) aqua pluuia damnū dabit, hoc est, datura est, aquæ pluuiæ actione auertetur aqua: hæc autem actio locum habebit in damno nondum facto, opere tamen iam facto: hoc est, de eo opere, ex quo damnum timetur. totiesq; locum habet, quoties manufacto opere (quod alioqui ad agrum colendum nō est necessarium) agro aqua nocitura est. Huc pertinet & illud Ciceronis in Topicis: Genus est, AQVA PLVVIA, NOCENS. eius generis formæ, LOCI VITIO ET MANV NOCENS. quarum altera iubetur ab arbitro coerceri, altera non iubetur. Sanè damni infecti cautio petitur, non vt damnum non fiat, deturve, sed vt factum datumve præstetur, siue sarciatur· damnū, inquā, quod operis, veluti ruinosarum ædium, vitio dabitur. Sed aqua pluuia, quę nocere potest, arcetur, ne noceat: quæ, inquam, alioqui noceret, non naturaliter, sed opere manufacto. Naturaliter aqua pluuia ex loco superiori defluit in inferiorem. Hæc loci natura est, quam veteres appellant Supercilium. Pati hoc debet & superioris & inferioris loci dominus. l. j. §. item sciendū. de aqua plu. Si aqua pluuia non esset, sed quæ in tuo oriretur, aliud dicendum esset: vel si pluuuia quidem sit, sed naturaliter non noceat. Vnde seruitus stillicidij, vt aquam ex tuo tecto procurrētem excipere cogat. Non persequar totum de aqua pluuia tractatum, qui in Pādectis extat. Digitū nūc ad fontes extēdisse, satis esse vī.

CAP. XVIII.

VLpianus cap. j. de arbor. cæd. cùm hoc Prætoris edictum ꝑposuisset, QVAE ARBOR EX AGRO TVO IN AGRVM ILLIVS IMPENDET, SI PER TE STAT QVO MINVS PEDES QVINDECIM A TERRA EAM ALTIVS COERCEAS: TVNC QVO MINVS ILLI ITA COERCERE, LIGNA QVE SIBI HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO: subiicit: Quod ait Prætor, & lex xij. Tabularum efficere voluit, vt quindecim pedes altius rami circuncidantur. & hoc idcirco effectum est, ne vmbra arboris vicino ꝑdio noceret. Tum Pomponius: Si arbor ex vicini fundo, vento inclinata in tuum fundum sit, ex lege xij. Tabularum de adimenda ea rectè agere potes, ius ei non esse ita arborem habere. Erat & alterum Prætoris edictum: QVAE ARBOR EX AEDIBVS TVIS IN AEDES ILLIVS IMPENDET, SI PER TE STAT QVO MINVS EAM ADIMAS, TVNC QVO MINVS

Source : BIU Cujas

MINVS ILLI EAM ARBOREM ADIMERE SIBI QVE HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO. Differētia (inquit Vlpianus) horum duorum capitum hæc eſt: ſi quidem arbor ædibus impendeat, ſuccidi eam præcipitur: ſi verò agro impendeat, tantum vſq; ad quindecim pedes à terra coerceri. Et quidē totam arborem ædibus alienis impendentem, à ſtirpe excindēdam eſſe, & non id ſolum, quod ſuperexcurrit, placuit. Cęterùm nō licet vicino priuata ſtatim auctoritate eam excindere: ſicuti neq; proiectum, vel etiam radices in ſuū immiſſas. Pomponius capite 6. arb. furt. cęſ. Si (inquit) arbor in vicini fundū radices porrexit, recidere eas vicino non licebit: agere autem licebit, nō eſſe ius ſicuti tignum protectū, immiſſum habere. Vlpianus ca. 29. ad leg. Aquil. Si (inquit) protectum meum quod ſupra domum tuam nullo iure habebam, recidiſſes: poſſe me tecum damni iniuria agere, Proculus ſcribit. Debuiſti enim mecum, ius mihi nō eſſe protectum habere, agere. Porrò non erit alienum, ſi adiiciamus Conſtantini conſtitutionem, quæ iubet eos, per quorū prędia aquæductus commeat, dextra leuaq; de ipſis formis, quindecim pedibus intermiſſis, arbores habere: obſeruante iudice, vt ſi quo tempore pullulauerint, excidantur, ne earum radices fabricam formæ corrumpant. l. j. C. de aquæduct.

CAP. XIX.

ACtionem finium regundorum deſcendere ex lege xij. Tabularum, dubium non eſt. Quænam verò lex illa fuerit, ſatis exponere non poſſum. Cicero libro quarto de Rep. Iurgare (inquit) lex putat inter ſe vicinos, non litigare. Suſpicor Ciceronem intelligere legem hanc Finium regundorum, quæ vicinorum iurgijs occurrere voluit. Sed eam nondum tenemus. Caius libro quarto ad legem xij. Tabularum ſcribit, Solonem Athenis legem tuliſſe, vt qui ſeptem in cōfinio ponet, terminum ne excedat: qui murum, pedem derelinquat: qui domum, pedes duos: qui effodiet: ſepulcrum, foueamve, quantum id profundum erit: qui pureum, ſex pedes: qui oliuam, ficumve ponet, pedes nouem: qui denique alias arbores, quinque pedes. Lex iſta Solonis à Caio Græcè recitatur, vt primùm ſcripta fuit. Sed nūc viſum fuit, Latinè eius ſententiam exponere: & ὀργυιὰν, ſex pedibus potius q̄ paſſu æſtimare, quia Herodotus ita æſtimet: & paſſum ſæpius appellemus quinq; pedum, vt Columella eum æſtimat. Quanquam qui ſcrupuloſius hæc metiuntur, paſſum Romanis fuiſſe dicant ſex pedum & vnius quadrantis. Pedem certè (Frontinus ait) continuiſſe palmos quatuor, digitos ſedecim. Porrò ad eius Atticæ legis exemplum ita etiam ſcriptum fuiſſe in xij. Tabulis, & id obſeruandum eſſe in iudicio finium regūdorum, ait Caius cap. vlt. fin. reg. Sanè Cicero libro ſecundo de Legibus, teſtis eſt, quādam aliam xij. Tabularum legem vetuiſſe, rogum buſtum ve nouum propius ſexaginta pedes adiici ędes alienas inuito domino: quia incendium vereretur. Id ad ſepulcrum nō pertinet, ſicuti etiam poſtea notabo. Sed intra legitimum tamē modum non poſſe ſepulchrum prope ædes alienas domino inuito ædificari, Pomponius etiam oſtendit, cap. 3. de mort. infer. Sex. quoq; Pompeius ſcribit, inter vicinorum ædificia ambitum appellari, locum duorum pedum & ſemipedis, ad circumeundi facultatem relictum. Hoc fuiſſe videtur legitimum ſpaciū, quod inter vicinas inſulas eſſe debere reſcriptum eſt. l. Imp. de ſeruit. vrb. præd. Nam propter metum incendiorum non poterant Romæ ædificari ædes contiguæ & coniunctæ: ſed ædes, vt inſulæ eſſe debebant, ſicuti & appellantur. Et hac ratione vetat etiam Cōſtantinus, ne quis intra centum pedes ædificet prope horrea fiſcalia. l. 4. C. Th. de ope. pub. Porrò xij. Tabulis nō ſolum fuit præfinitum quinq; pedum ſpacium, quod inter vicinorum agros cō fines omnino relinquendum erat vacuum & liberū, ſed & eius vſucapio ſublata eſt. Vtrunq; oſtendit Cicero lib. j. de Legib. vbi & legis Mamiliæ meminit, quæ non ſolùm legem xij. Tabularū cōfirmauit, ſed & in finibus regundis ab arbitro eam ſeruari voluit. In quadam Theodoſij cōſtitutione, l. quinq; pedum. C. fin. reg hi quinq; pedes veteri iure prędcripti eſſe dicūtur. Apud Aggenum Vrbicū legimus, fines habere vnius gradus latitudinē, ſecundùm legem xij. Tab. & legem Mamiliam. Eum autem eſſe gradum non ſimplicem, ſed geometricum, quinq;, aut ſex pedū. De vſucapione horum quinq; pedum poſtea viderimus, quam & xij. Tabulæ inhibuerunt. Illud nunc adijcio, videri aliquid fuiſſe in xij. Tabulis & de pede ſeſtertio. Voluſianus Mætianus antiquus Iuriſconſultus in libro de Aſſe, cùm dixiſſet, ſeſtertium valere duos aſſes & ſemiſſem, dictumq; eſſe quaſi ſemitertium (ſicut Græci dicunt ἡμιδεύτερον, ἡμιτάλαντον, cùm ſignificare volunt ſex talenta & ſemitalentum) adijcit, legem etiam xij. Tab. argumento eſſe, in qua duo pedes & ſemi, ſeſtertius pes appellatur.

CAP. XX.

CAius cap. 8. de ſer. ruſt. Viæ (inquit) latitudo ex lege xij. Tabularum, in porrectum octo peces habet: in anfractum, id eſt, vbi flexum eſt, ſedecim. De latitudine itineris aut actus nihil lex illa ſtatuiſſe videtur: ſed ab arbitro definiri voluiſſe, ſi dicta aut demonſtrata abs ijs, inter quos agitur, non eſſet. His quidem etiam permiſit, quam volent, viæ latitudinem ſtatuere. Sed ſi nihil ſtatuiſſent, ipſa præfiniuit. Sic enim Iauolenus c. 13. de ſeruit. ruſt. Latitudo (inquit) actus itineriſq; ea eſt, quæ demōſtrata eſt. Quod ſi nihil dictum eſt, hoc ab arbitro ſtatuendum eſt. In via aliud iuris eſt. Nam ſi dicta latitudo non eſt, legitima debetur. Paulus cap. 23. de ſeruit. Ruſt. Via (inquit) cōſtitui vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt: vt tamē eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poterit, alioqui iter erit, nō via. Non diſſimile eſt, quod Pomponius ait, cap. 13. de ſeruitut.

CAP. XXI.

CIcero in oratione pro Cecin. loquens de lege xij. Tabularū, inquit: Si via ſit immunita iubet, quà velit, agere iumentū. Poteſt hoc ex verbis intelligi, licere, ſi via ſit in Brutijs immunita, agere, ſi velit, iumentum, per M. Scauri Tuſculanum. Cicero eo loco diſputat, non eſſe hærendum in verbis legis, ſed ſententiam potius ſpectandam eſſe, alioqui ex ſummo iure fieri iniuriam ſummam. Lex xij. Tabularum iuſſit, ſine permiſit, ſi interrupta ſit, vel immunita, ire agere per vicini fundum. Id ciuiliter intelligendum eſt, q̄ fieri poteſt minimo incommodo vicini. Nā & cum alioqui ſimpliciter via per fundum cuiuſpiam relicta eſſet, Celſus reſpōdit, in infinito quidem, videlicet per quamlibet eius partem ire agere licere: ciuiliter tamen. nam quædam in ſermone tacitè excipi. Nō enim per villam ipſam, nec per medias vineas ire agere iicere, cùm id æquè commodè per alteram partem facere poſſit minore ſeruientis fundi detrimento. c. 9 de ſeruit. Id verò ſi dicitur & ſeruatur, cū ſeruitus tamē debetur: multo magis ſeruandum eſt, vbi non debetur, ſed tātum lex permittit quendam vſum eundi agendi. Ex hac lege xij. Tab. deſcendere videtur, quod Iauolenus cap. 14. quemad. ſer. amitt. ait. Cùm via publica vel fluminis impetu, vel ruina amiſſa eſt, vicinum proximum viam pręſtare debere. Sed differre tamen plurimùm hanc obligationem à ſeruitute viæ, Vlpianus ſignificat. Qui (inquit) propterea q̄ via publica interrupta erat, per vicini agrum iter fecit, quamuis frequenter id fecerit, non habet interdictum de itinere actuq; priuato: non ſolum quaſi precario vſus ſit, ſed quaſi omnino non vſus. ca. j de itin actuq; priu. Ergo multo magis hic iudex ꝓſpiciet de opportunitate loci, ne vicinus magnū patiatur detrimentum, vt in alio non diſſimili caſu dicitur. c. 12. de relig. Sanè Frontinus de aquæductibus commemorat vetus quoddam SC. vt ad riuos refiiciendos & res neceſſarias cōportandas, quoties opus erit, per agros priuatorum fine iniuria eorum, itinera actus paterent, darentur.

CAP. XXII.

CIcero libro tertio Offi. Nullum (inquit) vinculum ad aſtringendam fidem iureiurando maiores acrius eſſe voluerunt. Id indicant leges in xij. Tabulis: indicant leges Sacratæ: indicant fœdera, quibus etiam cum hoſte deuincitur fides: indicant notationes animaduerſionesq; Cenſorū, qui nulla de re diligentius, q̄ de iureiurando, iudicabant. Sed quænam illæ fuerint in xij. Tabulis leges de iureiurando, ſcire valde velim. Scio, veteribus Romanis nihil fuiſſe religioſius iureiurādo: ſed nulla de re rariores extant eorum leges. Cicero hāc edit: PERIVRII POENA DIVINA, EXITIVM: HVMANA, DEDECVS. Sed veteres requirimus leges, nō confictas. Terentius quoq; in Hecyra ait, nihil ſe ſcire ſanctius, q̄ iuſiurandum, quo ſuam apud alios firmare poſſit fidem. Antiquam iuriſiurādi formulam proferre poſſum ex Feſto. Inquit libro decimo: Silicem leuabant iuraturi per louem, hæc verba dicentes: SI SCIENS FALLO, TVM ME DIESPITER, SALVA VRBE ARCEQVE, BONIS EIICAT, VT EGO HVNC LAPIDEM. Poſſum antiquam fęderis feriendi, & iureiurando confirmandi, atq; ſanciēdi formulam, quæ multis etiā annis ante xij. Tabulas fuit, recitare. Liuius enim libro primo eam commemorat. Sed legem xij. Tab. de iureiurando recitare non poſſum: neque Prætoris de eo edictum, quod in Pandectis extat, ſubſtituere placet. Gellius libro 7. cap. 18. ait, legibus multis oſtendi, iuſiurandum apud Romanos inuiolatè ſancteque habitum ſeruatumque eſſe. Sed leges illas alioqui non commemorat.

CAP. XXIII.

NVmo æreo, quem Seruius ſignarat, cōtenti fuere Decemuiri, & ad commercia ineunda ſufficere iudicarunt. Argēteo numo primùm vti cęperunt Romani ſub initium belli Punici: & aliquot pòſt annis aureo: neq; aliud præterea vllum vnquam metallum receperunt ad pecuniam cudendam: habuerūtque ſuos Triumuiros monetales, æris, argenti, auri flatores, vt inquit noſter Pomponius. Quinimò legimus apud Scæuolam, l. cum creditor. de ſolu. fuiſſe reiectam, reijciq; poſſe, pecuniā ęro. ſam: quæ ſcilicet plus admixti æris haberet, & minus auri vel argenti, q̄ vt pro temporis illius ratione probę materiæ videri poſſet. Decemuiri æroſam pecuniam nō reiecíſſent, cùm nō aliū q̄ ęreum numum noſſent. Porrò omnem ſiue numi, ſiue pecunię, ſiue monetæ vſum eſſe intelligebāt, vt aliarum rerum precium eſſet, & difficultatibus permutationum ſubueniret, & earū ęqualitatem tueretur. Sed alioqui tam ſterilem & infęcundū eſſe numum ſuum æreum non edixere, vt omnino nullū fœnoris quę ſtum parere poſſet: tametſi & pertenuem, & (vt tāto minor eſſet commerciorum difficultas) leuiſſimum minimumq; eſſe voluerint.

Source : BIU Cujas

rint. Cor. Taciti verba lib. 5. Annal. sunt hæc: Sanè vetus vrbis fœnebre malum, & seditionũ discordiarumq; creberrima causa: eaq; cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primò xij. Tubulis sanctum, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, quum antea ex libidine locupletum agitaretur: deinde rogatione Tribunitia ad semuncias redacta: postremò vetita versura, multisq; plebiscitis obuiam itum fraudibus, quæ toties repressæ miras per artes rursum oriebantur. Hæc ille. Vnciarum hic fœnus appellat, sicuti Scæuola vnciam vsuram vocat. l. Titium. §. præfectus. de admi. tuto. nempe quæ duodecim pars est centesimæ, & huius veluti assis vncia vna. Vlpianus vnciarum hæredem quendam appellat, qui ex vna tãtùm vncia hæres est. Ergo vnciarum fœnus, non nisi centesimo demum anno sortem æquabat. Sic enim Decemuiri fœneratorum negocia tionem, quam omnino tollere vix poterant, valde repressĕrũt: nam & in Græcia audiebant valde à sapientibus hominibus improbari. Certè quod scripsit Aristoteles aduersus hanc, vt appellat, ὁ βολοσατικὸς, cùm veterum sapientum iudicio consentire nõ obscurè significat. Neque ignorabant Decemuiri, quod ab Cicerone postea scriptum est, non modò improbari quæstum fœneratorum, sed etiam in odium hominum incurrere. Operam itaq; dederunt, tam exiguus vt esset, nullus vt esse videretur. Sed difficile fuit, vt hic modus semper seruaretur, efficere. Nonagin ta post xij. Tabulas annis repetita fuisse videt lex ista xij. Tabularum. Nam Liuius libro septimo scribit, C. Marcio & Cn. Manlio Consulibus, de vnciario fœnore à M. Duilio & L. Menio Tribunispl. rogationem esse perlatam: quam plebs cupidè sciuerit, acceperitque, haud æquè Patribus lætam. Hoc plebiscitum confirmandæ ipsius legis xij. Tabularum, quæ tum fortasse obsolescebat, atque in vsum reuocandę causa, perlatum fuisse videtur. Sed neque id populo, quem fœneratorum auaritia semel irritauerat, fuit satis. Itaque decennio pòst, nempe consulibus Manlio Torquato & C. Plautio, dicitur semunciarium ex unciario fœnus factum esse. Tandem etiam L. Genutium tribunum plebis tulisse ad populum, ne fœnerare liceret, à quibusdam scriptũ esse, testis est Liuius. Addit & plus aliquid M. Cato. nam in libris de Re rustica: Maiores (inquit) nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, vt quum fures quidem dupli pœnam luerent, fœneratores in quadruplum condemnarentur. Si id ad Decemuiros, vel ad legem xij. Tabularum referatur: quadruplo eum punijsse, qui maius vnciario fœnus exerceret. De furti nec manifesti pœna dupli, antea dictum est. Sed non ausim affirmare, quadrupli pœnam aduersus fœneratores ex eadem lege descendere. Asconius tamen suo tempore vocatos fuisse quadruplatores ait, qui grauioribus vsuris fœnerantes accusabant: & pœna lege constituta, in quadruplum damnari curabant. Sanè lex Gabinia non modò supra eum quem statuerat modum, vsuras etiam promissas peti non patiebatur: sed & qui eas stipulatus esset, ipsa quoq; sorte mulctabat: quod tamen posteritati nimis acerbum esse visum est: sicuti & vetus non modò prohibitio, sed & repressio fœnoris sensim dissoluta laxataque est. Certè pro vnciario fœnore centesimum fuit tandem receptum, quod est duodecim vnciarum, siue assis totius. Ad vsuras quod attinet, quas creditor exigit, vel cum sua interest, vel sine eius consensu debitor pecunia est vsus: quo iustior est earum petitio, tanto minus credendum est, non passos esse Decemuiros, maiores vnciarijs aliquãdo exigi. Nam & lege Solonis propter dotem non redditam suo tempore, pendebatur vsura sesquidrachmalis, siue sesquicentesima. Demosth. κατὰ ἐυεργ. & κατὰ ἀφοβ.

CAP. XXIIII.

FEstus lib. 12. ita scribit: Nuncapata pecunia est, vt ait Cincius in libro secundo de Officio Iurisconsulti, nominata, certa, nominibus proprijs ptonunciata: CVM NEXVM FACIET, MANCIPIVMQVE, VTI LINGVA NVNCVPASSET, ITA IVS ESTO. Hæc fuisse verba xij. Tabularum, non dubito. Nam & Cicero lib. j. de Orat. istud VTI LINGVA NVNCAPASSIT, ait scriptum in xij. Tabulis fuisse: quãquam ad causam testamentariam id referat. Sed testamenta, quæ per nexum fiebant, hoc est, per æs & libram, imaginariam quoq; habebant mãcipationem. Eandem legem multo magis pertinuisse ad veras emptiones atque venditiones, existimo. Cicero in Topicis ait: Abalienatio est eius rei, quæ mancipij est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Boetius addit: Iure ciuili fieri aliquid non inter alios, nisi ciues Romanos, potest: quorum est etiam ius ciuile, quod xij. Tabulis cõtinetur. Sed huius magis loci est, quod Cic. lib. 3. Offi. scribit: De iure (inquit) prędiorum sancitum est apud nos iure ciuili, vt in his vendendis vitia etiam dicerentur, quæ nota essent venditori. Nam cùm ex xij. Tabulis satis esset cautum, ea præstari, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret: à Iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim inest prædio vitij, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Hæc Cicero. Nos huius legis interpretes habemus optimos, nostros Iurisconsultos, qui eam partim mollierunt, laxaruntque: partim etiam astrinxerunt, vt ex rerum longo vsu intelligebant æquum esse atque necessarium. Vlpianus l. 19. sciendum. de ædil. edic. Sciendum est (inquit) venditorem quædam, etsi dixit, præstare non debere, scilicet ea quę ad nudam laudem serui pertinent: veluti si dixerit, frugi, probum, dicto audientem. Multum enim interest, commendandi serui causa quid dixit, an verò præstaturũ se promisit, quod dixit. Planè si dixerit aleatorem non esse, furem non esse: oportet eum id præstare. Idem Vlpianus l. quod venditor, de dolo malo: respondit, quod venditor, vt commendet, dicit, sic habendum esse, quasi neque dictum, neque promissum sit. Si verò decipiendi emptoris causa dictum est, de dolo actionem dari. Idem l. Iulianus. §. quod autem. de act. empt. ait, eum qui asseuerauit bonæ frugi & fidum esse seruum, vt carè venderet: ex empto teneri, etiam si ignorauerit. Addit autem: Si venditor dolo fecit, vt pluris venderet) vtputa de artificio mentitus, aut de peculio) empti eum iudicio teneri, vt præstet emptori, quanto pluris seruum emisset, si ita peculiatus esset, aut eo artificio instructus. Postremò & huc pertinet, quod Florentinus l. ea quæ. de conte. empt. ait, ea quæ commendandi causa in venditionibus dicuntur, si palàm esse appareant, venditorem non obligare: veluti si dicat seruum speciosum: at si dixerit, hominem literatum vel artificem, præstare debere: nam hoc ipso pluris vendi disse. Ex hisce responsis colligimus, prudenter intellexisse Iurisconsultos, non esse statim omnia ad viuum resecanda, si quid leuiter, aut temerè fortè dixerit venditor. Nam si neque dolo, neque decipiendi emptoris causa fecit, neque seriò asseuerauit: sed magis, vt fit, de more solùm rem commendarit, verbisque ciuiliter ornarit, vt laudare solet uęnales qui uult extrudere merces, inquit Flaccus: non est statim cogendus, idipsum omnino præstare: alioqui enim magna esset uenditorum captio, & commercia uix consisterent. Neque uerisimile est emptorem tam fuisse stultum ac credulum, rerumq; imperitum, ut illa inani uẽditoris utilitate captus sit. Talẽ ergo uenditorum ludicram garrulitatem non referemus inter ea quę lingua nuncupata sunt, ut præstari debeant. Cæterùm ubi dolo malo aliquid nimis astutè fit, ad emptorem circunueniendum: aut si seria asseueratio est, promissioq; ad eum permouẽdum, & talis commẽdatio, ut eius causa maius precium detur, non est in emptoris fraudem uẽditori indulgendum: sed quod ita dictum est, omnino præstari debet: nam infœlicium alioqui emptorum quàm grauis esset captio? Porrò ait Cicero, ex xij. Tabulis non nisi ea præstari debuisse, quæ essent lingua nuncupata: postea uerò à Iurisconsultis reticentiæ pœnam esse constitutam. Quid Decemuiri, non existimarunt tam improbos fore uẽditores, ut uitia rerum uænalium dolo malo reticerent: propterea q́ue de ijs non sunt locuti? Quis enim credat, patrocinari uoluisse malæfidei: & dolosam dissimulationẽ, si de ea cogitassent, adiuuare? Et quãquam unus aliquando inuentus sit philosophus Antipater, contẽdẽs, eum qui ędes uendit propter uitia, non teneri ea dicere: stultumque esse, uenditorem, eius rei quam uẽdit, uitia narrare, aut id præstare quod dictum non est: hanc tamen philosophiam placuisse Decemuiris, uix mihi persuaserim. Certè posterioribus Romanis minimè placuit, quam & commerciorum pestem, & omnis generis fraudum seminarium esse uidebant. Itaque (inquit Cicero) de iure prædiorum sancitum est iure ciuili, ut in ijs uendendis uitia dicerentur, quæ nota essent uenditori: & quicquid esset in prędio uitij, si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Ac Aedilitio quidem edicto, quod & in Pandectis extat, & nos aliquando Scholiis illustrauimus, cautum propriè id fuisse uidetur. Cùm enim uenditorum fraudes non satis reprimere, & circunuẽtis emptoribus parum opitulari duodecim Tabulæ uiderẽtur: edictum Aediles proposuere, ut magis occurreretur fallacijs uendentium: & emptoribus, quicunq; decepti à venditoribus fuerint, succurrerẽt: ut ait Vlpianus l. j. §. causa. de Aedil. edi. Quod tamen is ait, sciendum esse, uenditorem etiam si ignorauit ea quæ Aediles præstari iubẽt, tamen teneri debere: sciẽdum est, id ex interpretatione prudentum magis descẽdere, q̃ ex edicto Aedilitio. Sic itaq; cùm Decẽuiri expressim non castigarẽt, coercerentve uenditorem, uitia reticẽtem: Aediles, ut eo nomine omnino teneretur, edixerunt. Cùm autẽ hi de uenditore sciẽte tantùm loquerentur, Iurisconsulti addiderunt, etiam ignorãtem teneri debere: quanquam non eodẽ planè modò. Nam Vlpianus l. Iulianus. de act. emp. ait, eum qui pecus morbosum aut tignum uitiosum uendidit, si quidem ignorans fecit, id tantum actione ex empto præstare, quanto minoris erat uẽditurus, si id ita sciisset emptor: si uerò sciens reticuit, & emptorem decepit: omnia detrimenta, quæ ex ea emptione emptor contraxit, præstare. Addit deinde, etsi ignorauerit, si tamẽ adfirmauit idoneũ esse, teneri quoq; quanti emptoris interest: non enim debuisse facilè, quæ ignorabat, adseuerare. & ut ille, qui scit, præmonere debuit emptorem: sic qui ignorauit, non debuisse facilem esse ad temerariam indicationem. Adeò quæ lingua nũcapata sunt, præstari debere, prudentes iudicarunt. Postremò & illud sciendum est, quod Martianus l. ea quę. §. ult. de contrah. empt. ait, debere uenditorem præstare, dolum malum à se abesse: eumq; nõ

modò

Source : BIU Cujas

modò in eo eſſe, ſi aliquid fallendi cauſa obſcurè loquatur, ſed etiam ſi inſidiosè, obſcureque diſſimulet. Si venditor ſciens vitium, conſultò reticet, diſſimulatque, & tamen quaſi aut ignarus eſſet, aut incertus, paciſcitur, cauetque, vt ſi quid fortè vitij ſubeſſet, id non præſtet: non proderit ei tam aſtuta cautio. l. quæritur. §. ſi venditor. de Aedil. edic. l. quero. l. tenetur. §. vlt. de act. empt. Interea obſeruandum eſt, xij. Tabulis dolum malum non ſatis repreſſum fuiſſe: nec certè fuit ante formulas Galli Aquilij. Qđ Cicero ſatis ſignificat lib. 3. Offic. & lib. 3. de Nat. deor. Sed neq; illud eſt prætereundum, quod Cicero ſignificare videtur eo quẽ ſuprà retuli loco, xij. Tabulis, pœnam dupli eum ſubijſſe, qui inficiatus eſſet, quę lingua erant nuncupata. Vulgo legũt DVPLICEM POENAM. Sed placet, quod quibuſdam eruditis hominibus placuit, rectius legi DVPLI. Certè & Iuriſconſulti talem pœnam ſtatuunt in eum, qui improbè negat, quod eſt depoſitũ incendii, aut naufragij, aut tumultus, aut ruinæ tempore: & lex Aquilia, in eum qui negat damnum datum, ſicuti qui negat pauperiem à quadrupede factam eſſe, amittit beneficium deditionis: & qui inficiatur ſe fideiuſſiſſe, perdit exceptionẽ diuiſionis: ex epiſtola Adriani.

CAP. XXV.

IVſtinianus libro ſecundo Inſtitutionum, docens venditas & traditas res non aliter emptori acquiri, quàm ſi is venditori precium ſoluerit, vel alio modo ſatisfecerit: ait, id caueri lege xij. Tabularũ non minus, quàm iure Gentium. Alium, qui huiſce capitis nominatim meminerit, arbitror eſſe neminem: quãquam rem eandem à Iuriſconſultis frequenter repetitam eſſe meminerim. Vlpianus l. procuratoris. §. ſed ſi dedi. de trib. act. Res venditę (inquit) non aliàs deſinent eſſe meę, quamuis vendidero, niſi ære ſoluto, vel fideiuſſore dato, vel aliàs ſatisfacto. Sic & Pomponius l. quod vendidi. de contrah. empt. Quod vendidi & tradidi, non aliter fit accipientis, quàm ſi aut precium nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus emptori ſine vlla ſatisdatione. Intelligebant Decemuiri traditionibus transferri rerum dominia iure Naturali: ſed intelligebant etiam, traditionem eſſe debere domini alienare volentis. Ac venditor quidem rem tradens alienare vult, & in emptorem transferre: ſed ita demum, ſi ſibi factum fuerit ſatis. Itaque traditio hanc tacitam habet conditionem: cui emptor prius q̃ paruerit, rei dominus nõ fiet. Quid multis? Cogitabant Decemuiri, quod poſtea Vlpianus l. ſed & ſi pupillus. §. item ſi cum plures. de inſtitor. act. dixit, contrahentes decipi non debere. Si de precio fidem emptori venditor habeat, ſtatim transferri venditæ traditæque rei dominium, dubium non eſt. Sed fidem emptoris tam valde ſecutus non intelligetur, niſi ſi liberalis huius fiduciæ atque voluntatis iuſta magnaque ſit coniectura: veluti, ſi nominatim emptori indulgeat, atque largiatur certum ſolutionis diem. Si legem aut pactionem commiſſoriam addiderit, pura eſt venditio: fitque ſtatim dominus emptor. Sed ſi eius pactionis conditio extiterit: planè reſoluitur vẽditio, perinde atque ſi nulla inita vnquam eſſet. Quod ad permutationem attinet, eſſe quidem ea & haberi ſolet emptioni ſimillima: quia tamen inter innominatas conuentiones refertur, ideoque nullam habere obligationem, actionem nullam tribuere intelligatur, niſi cauſa ſubſit, reique traditæ dominium in alterum ſit tranſlatum l. ex placito. l. rebus. C. de rer. permut. non intelligetur eadem eſſe mens domini ex cauſa permutationis, quæ ex emptionis cauſa tradentis. Permutans qui tradit, dominium transferre velle potius intelligitur, vt aduerſus alium non tradentem acquirat, conſequaturque actionem. At ex cauſa venditionis qui tradit, tradere ea conditione videtur, vt ſibi prius fiat ſatis, quam fiat emptor dominus. Non enim tradere intelligitur, vt actionem conſequatur aduerſus emptorem, cùm quidem eam ex ipſo contractu conuentionemque habeat: ſic vt rem offerendo, precium petere ſemper poſſit. Sanè ad hoc caput pertinere videtur, quod Caius lib. 4. ad xij. Tabu. l. 48. de pact. In traditionibus rerum (inquit) quodcunque pactum ſit, id valere manifeſtiſſimum eſt. Sicuti & Hermogenianus ait: Non minus traditione quàm ſtipulatione pactum ſumere effectum, alioqui ad actionem nulli prodeſſe. l. diuiſionis. de pact.

CAP. XXVI.

TRaditione domini rem alienare volentis transferri rerum dominia iure naturali, dictum eſt. Vſucapionibus quoque iure Ciuili transferri poſſe, vbi à non domino tradita res eſt, Decemuiri intellexerunt: & quia de vſucapionibus legem in Rep. neceſſariam eſſe videbant, nequaquam ſuis in Tabulis eam prętermiſerunt. Cicero in oratione pro Cecinna inquit: Lex iubet vſum & auctoritatem fundi eſſe biennij. Idem in Topicis ſcribit, ex eadem lege vſum & auctoritatem fundi eſſe biennij: cæterarum rerum vſum eſſe annuum. Ergo ea lex duo complexa eſt ad vſucapionem neceſſaria, poſſeſſionem & tempus. Nam vſum vocat poſſeſſionem. Vt tamen vſucapio ſit, oportet nullam eſſe vſurpationem: hoc eſt, poſſeſſionem continuam, & vſum non interruptum fuiſſe. Sic enim Iuriſconſulti notant, vſurpare in legibus idem eſſe, quod alterius poſſeſſionem interrumpere, ſuamque confirmare & retinere. l. 2. de vſucap. Non multo pòſt xij. Tabul. Appium Claudium de vſurpationibus librum ſcripſiſſe ait noſter Pomponius. Qui tamen de ijs fuerit in xij. Tab. dicere non ſatis poſſum. Gellius notat, in ijs aliquid fuiſſe de vxore, quæ trinoctio abeſſet vſurpandi cauſa. Ergo & vxor vſu habebatur. Cicero pro Cec. & in Top. ſcribit, quamuis in ſuperiori lege ædes nõ appellentur: tamen ijs nos eodem iure vti. Ergo fundi nomine comprehendebantur in lege, vt res aliæ immobiles. Fundum plerunque locum ſine villa accipi: ſed tamen & agrum cum ædificio, fundum dici poſſe, & quicquid ſolo tenetur, Iuriſconſulti docent. l. locus. l. quæſtio. de verborum ſignifica. Cùm lex ait, ex vſu auctoritatem eſſe, intelligit ex poſſeſſione dominium. Ius auctoritatis etiam legimus apud Cicero. de Aruſp. reſp.

Vſucapionibus quomodo Græci vterẽtur Decemuirorũ tẽpore, nõ ſatis compertum habeo. Vſos tamen fuiſſe conſtat: nec ad priuatas modò, ſed & ad publicas poſſeſſiones confirmandas: & temporis præſcriptionem recepiſſe, & eodem paulo pòſt loco ſignificat maximum & maximè euidẽs dominij teſtimoniũ eſſe, τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου. Certè Plato lib. 12. de Legib. non obſcurè ſignificat, nequaquam ijs ignotam vſucapionem fuiſſe. Si quis re aliqua mobili, in vrbe, palàm & publicè anno integro vſus ſit: eum eius dominum fieri ſtatuit. Si in vrbe, clàm & domi tãtùm ſit vſus: triennij vſum requirit: ſi in agris palàm, quinquennium: ſi occultè, decennium. Si verò in alia quapiam extera regione, aut prouincia, nullius temporis præſcriptionem admittit: Hæc confinxiſſe Platonem ad imitationem Athenienſium, facilè ſuſpicor: ſicuti & complurium ab ijs, legum ſuarum exemplũ ſumpſit: quanquam Solonis legem de vſucapione vix aliquam certò proferre poſſim. Eam tamen in Rep. eſſe neceſſariam, prudẽtes omnes facilè intelligunt. Caius noſter l. j. de vſucap. bono publico introductam eſſe ait, ne quarũdam rerum, diu & ferè ſemper incerta dominia eſſent: ſufficereque dominis ad inquirẽdas res ſuas, ſtatuti temporis ſpacium, qui ſi tanto tempore negligãt, alienare etiam videri, inquit Paulus, l. alienationis. de verb. ſigni. Si nullo tempore ſatis certa ſint rerum dominia: neceſſe eſt & commercia interturbari, & incultas iacere poſſeſſiones. Quis enim agrum ſeriò colere volebat, ſi triſtis illa vox ſemper immineat, Veteres migrate coloni? Audiebant Decemuiri, multis olim annis incultos, & tantùm non deſertos Græciæ agros fuiſſe, quandiu potentiorum iniurijs obnoxia eſſent, & incerta dominia. Audiebant, quod apud Xenophontem legimus, Cyrum regem, ſi quando in regionem bene cultam veniſſet, eorum hominum induſtriam laudaſſe, pluresque etiam agros ijs ad colendum dediſſe: contra verò, ſi neglectam & incultam offendiſſet, grauiter increpuiſſe, aque etiam multaſſe. Hoc exemplo Decemuiri tanto etiam magis ius vſucapionis probarunt, q̃ & ſocordẽ dominum punit, & diligentem poſſeſſorem tuetur. Atq; vt externa non commemorem, ſcimus etiam olim Romæ, eum qui agrum ſuum paſſus fuiſſet ſordeſcere, ſocordiaque ſterileſcere, infamia notatum eſſe à Cẽſoribus, & ærarium factũ. At ſi aliud antiquius, & domeſticum tamen, exemplum requirimus, quod Decemuiros permouere potuerit: Dionyſius lib. 2. oſtendit, Numam regem hoc in genere & ſtudio, ipſum etiam Cyrum facilè ſuperaſſe. Sed & alia fuit vſucapionis introducendæ grauiſſima cauſa. Quis enim tandẽ in Rep. litium turbarumq; finis futurus eſt, ſi nulla ſit auctoritas, ius nullum vſucapionis? ſi per multorum iam manus, uel hęreditate, uel emptione peruagatam, ſemper uindicare, & poſſeſſori eripere liberum ſit? Laudatur prudẽtiſſimus Reip. gubernator Aratus Sicyonius, qui paulo poſt tempora Decemuirorum uixit, q̃ cùm patriam ſuam tyrannide aliquot iam annis oppreſſam liberaſſet, exulesq; reduxiſſet: poſſeſſiones iuſtas temerè mouere, ideo iniquum eſſe iudicarit; quia tam longo ſpacio (ut ait Cicero) multa hęreditatibus multa emptionibus multa dotibus tenebantur ſine iniuria. Sed ante eum id intellexerant noſtri Decẽuiri: neq; modò ſine iniuria, ſed & ſine grauiſſ. turbis, magnaq; cõfuſione, poſſeſſiones moueri nõ poſſe præuiderant. Ergo (inquit noſter Neratius l. ult. pro ſuo.) uſucapio rerum conſtituta eſt, ut aliquis litium finis eſſet. Cicero quoq; pro Cecin. uſucapionem eſſe ait finem ſolicitudinis ac periculi litium. Quid multis opus eſt? Quàm fuerit Reip. neceſſaria lex xij. Tabul. de uſucapionis iure & auctoritate, uel ipſe eius diuturnus, paſſimq; receptus uſus, teſtis eſſe poteſt. Iuſtinianus poſt Decemuiros annis ferè mille, primus in ea, pro temporum ſuorum ratione immutãdum aliquid eſſe iudicauit. Extat Cod. libro 7. eius conſtitutio, de uſucapione transformanda, & ſublata differẽtia rerum mancipij & nec mancipij. Primùm uult uſucapionẽ locum habere non minus in prouincialibus rebus ſoli, q̃ in Italicis. Duodecim Tabulas nõ niſi in Italico ſolo uſucapionẽ admiſiſſe, mirum non eſt: cùm eo tẽpore Romani extra Italiam nihil poſſiderẽt, prouinciã nullam haberẽt. Auctis poſtea propagatisq; Romani Imperij finibus, multisq; prouincijs ſubactis diſcrimẽ hoc locorum ac rerum introductũ eſt. Res Italicæ, cùm ſingulorum eſſent, mancipij & erant & dicebantur, q̃ à dominis ſiue poſſeſſoribus liberè abalienari poſſent, plenoq; iure

in alium

Source : BIU Cujas

in alium transferri. In iis itaque facilius habuit locum vſucapio. At res puinciales, cùm in dominio populi Romani magis eſſent quàm poſſeſſorum, (nam populo Ro. tributa eę pendebant, inq; poſſeſſorũ vſu & fructu, & quodam quaſi dominio ſolùm erant) vt non ita mancipari poterant, ſic nec facilè vſucapi. Iuſtinianũ, rebus mutatis, totã hanc dſiam ſuſtuliſſe, mirum non eſt. Sed qđ adiecit, vt fundi vſucapio amplius biennij non eſſet, ſed longi tẽporis, decem nempe annorum inter præſentes, viginti inter abſentes: res verò mobiles non niſi triennio vſucaperentur: in eo, xii. Tabu. minimè eſt ſecutus. Nam vt anni vnius, biennijve ſpacium Decemuiris viſum ſit longum ſatis, quo domini res ſuas q̃quirerent, cùm quidem eo tempore res ciuium Romanorũ anguſtis finibus concluderentur: Iuſtiniano, cuius tempore latiſſimè patebãt per totum ferè orbem ſparſæ, diſiectæ, diffuſæ, captio ſum fore viſum eſt, tam arcto ſpacio dominos conſtringi, ac propterea in Pandectis, cùm refert ſcripta prudentum de tempore vſucapionis, noluit biennij mentionem fieri, ſed ſimpliciter appellatur tẽpus lege definitum, ſtatutum, conſtitutum. Porrò etſi Græci vterentur vſucapione, tamẽ Romani ſuam vſucapionem planè eſſe voluerunt iuris Ciuilis: vt hoc iure ſoli ciues vterentẽ. Cic. lib. j. offic. Hoſtis (inquit) apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, indicant xij. Tab. ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS ESTO. Ergo qui ciuis Romanus non eſt, rem alienam poſſidendo, non vſucapiet, neque vſu ius auctoritatis acquiret: ſed domino ſemper integrũ erit, rem ſuam vindicare: vt autẽ hic propter perſonã poſſeſſio ad vſucapionem non valet, ſic & aliquando propter rei vitium. xii. Tab. inhibuiſſe vſucapionem rerum furtiuarum, noſter quoq; Iuſtinianus teſtis eſt, §. furtiuæ. Inſtit. de vſucap, Vnde intelligimus, Decemviros non modò non tueri mala fide poſſidentes, veluti fures: ſed & in vniuerſum vſucapionẽ rei furtiuę, quãtumuis bona poſſideatur fide, ſuſtuliſſe. Vbi lex inhibet vſucapionem, bona fides nihil prodeſt poſſidẽti, inquit Pomponius, l. 24. vbi lex. de vſuca. Qđ hoc capite xii. Tab. inhibitũ erat, poſtea lex Attinia repetijt, iterumq; inhibuit. Eius hęc verba fuere: QVOD SVBREPTVM ERIT, EIVS REI AETERNA AVCTORITAS ESTO. Ac Gellius quidẽ lib. 17. cap. 7. diſputat, an ea lex ad præterita quoq;, & ante eam legẽ facta furta pertinuerit. Sed cùm multis ante eã annis idẽ fuerit cautũ xii. Tab. neceſſaria non eſſe vĩ eius generis quæſtio. Paulus noſter l. 4. §. quod aũt de vſucap. addit & alterũ legis Attiniæ caput, quod in xii. Tabu. prætermiſſum erat, eiuſmodi: FVRTIVA RES NON VSVCAPIATVR, NISI IN POTESTATEM EIVS CVI SVBREPTA EST, REVERTATVR. Id vt xii. Tabulis adiungeretur, quod erat neceſſarium, lata fuiſſe vĩ lex Attinia. Admonet autẽ Paulus, ſic acceptũ hoc eſſe, vt in domini poteſtatẽ dẽat res reuerti: non in eius vtiq;, cui ſubrepta eſt. Igitur (inquit Paulus) etſi creditori ſubrepta eſt, aut ei cui commodata eſt: in poteſtatẽ domini redire dẽt. Addit idem Paulus, tunc dici in poteſtatem domini redijſſe, cùm poſſeſſionẽ eius nactus ſit, vt iuſtè auelli non poſſit: ſed tanquam rei ſuæ. Nam ſi ignorans rem mihi ſubreptã emã: non videri in poteſtatẽ meã reuerſam. Ante Paulũ Iulianus rñderat l. qui fundum. §. vlti. pro empt. furtiuam rem non intelligi in dñi poteſtatẽ redire, quamuis poſſideret: ſi modò ignorauerit ſubreptam ſibi eſſe: & ſi ſeruũ, qui tibi ſubreptus fuerit, ignoranti tibi tuum eſſe, pignori dedero, & ſoluta pecunia eum Titio vendidero: Titiũ vſucapere non poſſe. Hæc eò pertinent, vt intelligapere non poſſe. Hæc eò pertinent, vt intelligamus, qñ (quod Iuſtinianus ait) vitio rei furtiuæ purgato, procedat eius vſucapio, qđ qdẽ & ad vſucapionem rerũ vi poſſeſſarum pertinet: quarũ alioqui vſucapionẽ inhibuerunt lex Iulia & Plautia, exẽplo xii. Tab. ſiue legis Attiniæ. Ac rem quidem vi vel metu venditam, traditamve poſſe ab aliquo bonæfidei poſſeſſore longo tẽpore vſucapi, dubiũ non eſt l. 3. C. de his quæ vi met. cau. Sed qđ vi quis eripuit, vel alio deiecto inuaſit, non magis q̃ furtiuum vſucapi dicimus: nam & atrocior hæc uis eſt. Venuleius ait, l. vlt. Vi bon. rap. Quod vi poſſeſſum raptumue ſit, antequam in poteſtatẽ domini hæredisve eius perueniat, vſucapi lex vetat. Mirabitur fortaſſe aliquis, ecquid fuerit opus nouis hiſce legibus Iulia & Plautia. Cũ enim vis, furtũ improbũ ſit: xii. Tabulæ cùm furtiuarũ rerũ vſucapionẽ inhiberent, vi poſſeſſarum ſatis inhibuiſſe videntur. Verùm animaduertere debemus, exiſtimaſſe veteres, interpretatione non ita facilè legis prohibitionem aliò trahi poſſe. Crimẽ expilatæ hæreditatis improbum quoq; furtũ eſſe dicitur. l. ſi te. C. ex quibus cau. infa. irrog. Quia tamen furtum propriè non eſt, non impedit rei vſucapionem. Furtum aũt propriè eſſe nõ poteſt, qa nemo ſit, cui furtum fiat: nam hæreditas adhuc iacens dominum nullum habet. Sic hæreditariæ rei furtum fieri rectè Iulianus negauit l. hæreditariæ, de furt. Adiecit tñ Marcellus ex eius ſententia exceptionem hanc, niſi fortaſſe pignori rem dederat defunctus, aut commodauerat, his caſibus hæreditariarũ rerũ fieri poſſe furtum, & ideo vſucapionem impediri, Iulianus fatetur. l. his enim, de furt. Poſtremò & huc referendũ eſt, quod Paulus l. pen. ad leg. Iul. repet. ait, Quod contra legem repetundarum Proconſuli vel Prætori donatum eſt, non poſſe vſucapi: hac autem lege impediri vſucapionem, priuſquam in poteſtatem eius à quo profecta res ſit, hæredisve eius, veniat. Quæcunque tandem ea lex fuerit, lata fuiſſe videtur ad exemplum duodecim Tabularum, legisque Attiniæ, itemque Iuliæ & Plautiæ. Porrò Cicero libro primo de Legibus ait, in controuerſia de finibus, duodecim Tabulas vſucapionem intra quinque pedes eſſe noluiſſe. Dixi antea de hiſce quinque pedibus quos lex duodecim Tabu. relinqui volebat inter fundos vicinos. Nunc dicimus, vſucapi priuatim non potuiſſe. Ideo & poſt duodecim Tabulas lata eſt lex Mamilia, quæ idẽ cauit, & multis poſt annis Theodoſius ita edixit: De ſpacio quinque pedum, qui veteri iure præſcripti ſunt, ſine obſeruatione temporis arbitros iuſſimus iudicare. Extat hoc reſcriptũ Theodoſij apud Frontinum. In Iuſtiniani Codice, fin. regun. cap. 5. & 6. duæ eiuſdem Theodoſij hac de re conſtitutiones eodem anno editæ proponuntur, videturque poſterior priorem interpretari. Prima ait Quinque pedum præſcriptione ſummota, finalis iurgii libera peragatur intentio. Altera: Decernimus in finali quæſtione, non longi temporis, ſed tantummodo triginta annorum præſcriptionem locum habere. Poſtremò Cicero libro ſecundo de Legibus tertium genus vſucapionis lege duodecim Tabularum inhibitæ commemorat: ait enim, eam legem vetuiſſe vſucapi forum, ideſt, veſtibulum ſepulchri. Neque diſſimile eſt, quod Vlpianus tradit cap. 4. de mort. infer. Sed id rurſus repetendum erit, cùm duodecim Tabularũ leges ſepulchrales edentur.

CAP. XXVII.

POmpeius Feſtus libro 18. de verborum ſignificat. cùm ait, tignum non ſolum in ædificiis quo vtuntur, ſed etiam in vineis appellari, ſubiicit, vt eſt in duodecĩ. TIGNVM IVNCTVM AEDIBVS VINEAVE NE SOLVITO. Vlpianus ait l. j. de tig. iniunct. Lex xij. Tab. neque ſoluere permittit tignum furtiuũ ædibus, vel vineis iunctum, neque vindicare, quod prudenter lex effecit, ne vel ædificia ſub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur. Sed in eum qui conuictus eſt iunxiſſe, in duplum dat actionem. Paulus quatuor locis in Pandectis meminit huius legis. l. qui res ſuas. §. vltim. de ſolut. l. de eo quod, de donat. inter vir. & vxor. Lgemma ad exhib. l. in rem actio. §. tignum, de rei vindicat. & quanquam non eodem ſemper modo loqui conſtanter videatur: ſi tamen ſingula prudenter, & conſideremus & diſtinguamus, facilè omnia conuenient. Illud initiò hic obſeruemus, legem duodecim Tab. tigni alieni, non etiam furtiui expreſſim meminiſſe: ſed quia ferè fit, vt furtiuum ſit, quod alienum eſt (ſemel nempe contracto furti vitio) Vlpianus hoc caput recitans, furtiui tigni meminit. Poteſt autem & furtiuum eſſe, & bona tamen fide iunctum. Sed & furtiuum non eſſe põt: veluti quod è nemine vnquam niſi bona fide cõtactum ſit. Finge depoſitum apud aliquem fuiſſe, hæredemq; exiſtimantem id eſſe defuncti, ſuis ædibus iniunxiſſe; hoc tignum neq; furtiuum, neque mala fide iniunctum eſt. Quæſitum eſt, an tum quoque de tigno iniuncto agi in duplum velint duodecim Tabulæ. Certè dubium eſſe videtur, bonæ fidei hominem duplum præſtare. Sed Decemuiri tamen in vniuerſum videntur actionem in duplum dari voluiſſe, ac fortaſſe conſiderarũt, ſimplam rei æſtimationem, iuſtam ſatis non fore compenſationem, q̃ tigni dominus ſaltem in eo ſit deteriori cõditione, q̃ rem ſuam vindicare & conſequi nõ poſſit. Paulus l. in rem actio. §. tignũ, de rei vind. cum tradidiſſet, tignum alienum ædibus iunctum vindicari nõ poſſe, neque eo nomine ad exhibendum agi propter legem xii. Tab. niſi aduerſus eum qui ſciens alienũ ſuis ædibus iunxit, ſubiecit: Sed eſt actio antiqua DE TIGNO IVNCTO, quæ in duplum ex lege duodecim deſcendit. Quibus verbis non obſcurè ſignificat, in duplum actionem dari aduerſus eum, qui neſciẽs alienum ſuis ædibus iunxit: ſicuti & alio rurſus loco. Sed & Iulianus cùm dixiſſet, dominum tigni iuncti vindicare nõ poſſe, aut ad exhibendũ ea de re agere, adiecit, eſſe ex lege xij. Tab. actionẽ DE TIGNO IVNCTO, in duplum l. gemma ad exhibẽ. Illud unum difficultatibus nonnihil habet, quod cùm dixiſſet Neratius, l. de eo quod, de donat. int. vir. & vxor, de eo, quod vxoris in ædificium viri ita coniunctum eſt, vt detractum alicuius vſus eſſe poſſit, agi poſſe, quamuis nulla actione ex lege xii. Tabu. quoniam non ſit veriſimile, Decemuiros de his ſenſiſſe, quorũ volũtate res eorum in alienum ædificium coniunctæ eſſent. Paulus notando ſubiecit hæc verba: Sed in hoc ſolum agi poteſt, vt ſola vindicatio, ſoluta re, competat mulieri, non in duplum ex lege xij. Tab. neque enim furtiuum eſt, quod ſciente domino incluſum eſt. Sanè videtur Paulus ad denegandam in duplum actionem, eius qui tigni dominus eſt, conſenſum atq; voluntatem cõſiderare. Quod ad ipſum iniungentem, ſiue ædificantem attinet, vt in eum detur, vel denegetur in duplum actio, non diſtinguit bona an mala fide, ſciens an ignorãs, tignum alienum iunxerit, ſed quod ad eum qui agere vult, diſtinguit, ſciuerit ne & conſenſerit, an verò ignorarit. Quod mea voluntate factum eſt, in iudicium vocare nec poſſum, nec debeo. Et qua tandem fronte poenam inde peterem, quod vt fieret, ipſe conſenſi? Neq; ſanè fur-

Source : BIU Cujas

tiua res eſſe poteſt ullo modo, quæ non niſi domini voluntate attrectatur. Poteſt quidem tignum eſſe furtiuum, & bona tamẽ fide iniunctum. Quod verò mala fide iniungitur, non poteſt nõ eſſe furtiuum. Sed is malæ fidei eſſe non poteſt, cui domini volũtas ſuffragatur. Quid igitur, vbi dominus ignorauit, nihil ne intercerit inter eum qui bona fide, & eum qui mala iniunxit? Aduerſus eum qui malæ fidei eſt, vindicatio quoque datur, & ad exhibendum actio: non quidem vt conueniatur quaſi poſſidens, ſed ita quaſi dolo malo fecerit, quo minus poſſideret, vt ait Vlpianus l. 1. ad fin. de tig. iniun. Sic accipiemus quod Paulus l. qui res ſuas. §. vlt. de ſolut. ait, legem xij. Tab. ſciſcere, tignum ædibus iunctum vindicari poſſe. Interim tamen id ſolui prohibuiſſe: ſed precium eius dari voluiſſe. Precium cum dicit, duplam æſtimationem intelligere videtur. Alio quoq; loco l. in rem actio. §. tignum, de rei vind. ſimiliter dixit Paulus, ad exhibendum agi poſſe contra eum qui ſciens iunxit, quod Vlpianus interpretatus eſt. Cęterum ſic agi non poſſe, vt tignum ipſum & diſſoluatur & exhibebatur, nulla dubitatio eſt: aliter, atque de gemma alieno auro incluſa. Propterea Paulus l. gemma. ad exhib. Gemma (inquit) incluſa auro alieno vindicari non poteſt: ſed vt excludatur, ad exhibendum agi poteſt aliter, atque in tigno iuncto ædibus, de quo nec ad exhibẽdũ agi poteſt: quia lex xij. Tab. ſolui vetat, & actione DE TIGNO IVNCTO ex eadem lege in duplum agitur. Huius legis rationem fuiſſe & cauſam, ne ædificia diruantur, reſcindanturve, Vlpianus, Iuſtinianusque tradiderunt. l. 1. de tig. iniunct. §. cum in ſuo, de re. diuiſ. Fuit igitur & Decemuiris curę, decora ciuitatis facies: noluerunt tque ędificiorum ruinis deformari publicum aſpectum: quod poſteriores, & Iuriſcõſulti & Cæſares dixerunt, l. 2. §. ſi quis. l. vlt. ne quid in loc. pub. l. 2. C. de ædif. pri. l. præſcriptio. C. de oper. pub. Annis poſt xij. Tabulas pluſquam quingentis & ſexaginta, imperante Adriano, Auiola & Panſa Coſs. eandem ob cauſam factum ſenatuſcõſultum eſt, quod prohibuit ea legari, quæ ædibus iuncta ſunt, ſicuti in Pandectis ex Paulo relatum eſt, l. cętera. de lega. 1. & ſanè Spartianus quoque teſtis eſt, Adrianum conſtituiſſe, ne qua domus diueretur, aliò transferendæ materiæ cauſa. Poſt editas xij. Tab. Roma à Gallis capta incenſaque eſt, cum omnibus ſuis & tignis & ædificijs. Sed non propterea ſublata eſt hæc tabula de tigno iniũctò. Immò verò ciuitati inſtaurandę tam valde prodeſſe, quàm ipſe Camillus potuit. Neque tamen ædium tantùm conſeruandarũ cauſa lex hęc lata eſt, ſed & vinearum: quarum cultura ne turbetur, ait Vlpianus, prouidenter legem duodecim Tab. effeciſſe, ne quod ijs iunctum eſſet tignũ, ſolueretur. Sed & de vineis quippiã aliud fuiſſe in xij. Tab. Feſtus ſignificat, cũ notat, in ijs SARPVNTVR VINEAE, dictum eſſe pro PVTANTVR. Scio multos Rom. principes vineis ſæpe non fauiſſe: vt ille, qui vineta ſuccidi voluit: & qui edixit, ne quis nouellaret. Sed viderint illi, quib. poterunt rationib. ſua illa edicta tueri. Certè Am. Marcellinus lib. 14. teſtis eſt, tempore Cõſtantij Imp. Romę grauiſſimas fuiſſe ſeditiones propter inopiam vini. Porrò tigni appellatione in hac lege cõtineri omnẽ materiã vineis neceſſariam, vel ex qua ædificiũ conſtet, ſex locis, l. 1. de tig. iniunct. l. tigni. de verb. ſig. l. tign. ad exhib. l. in rem actio. §. tignum. de rei vind. l. adeò §. appellatione, de acq. re. do. §. appellatione. Inſti. de re. diuiſ. traditum eſt in iure Ciuili. Sed & Caius lib. 4. ad legẽ xii. Tab. notat, fabros tignarios dici non eos duntaxat, qui tigna dolarent: ſed omnes qui ędificarent. c. 235. de verb. ſigni. Illud poſtremo loco prætereundũ non eſt, diruto aliqua ex cã ædificio, poſſe tigni dominũ, q duplum nondũ eſt conſecutus, tignũ ſuũ vindicare. tantiſper. n. prohibetur, dum iunctũ eſt. Itaq; & Paulus cũ de iis agit, in quib. ceſſat potius, q extincta eſt obligatio, tigni alienis ædibus iuncti meminit. l. q res. §. vlt. de ſolut. Ac diſſoluto qdem ædificio vindicanti ſuũ tignũ, nulla obijci poterit temporis præſcriptio. Nã etſi furtiuũ non eſſet, nulla tñ eius eſſe poſſet vſucapio, tum p ea aduerſus eũ qui agere prohibet, nulla ſit, tũ p ſine poſſeſſione eſſe non poſſit. Non poſſedidiſſe aũt tignũ, q ædes poſſedit, conſtat. l. eũ qui ædes, de vſuca. Cæterùm qui iã duplum eſſet conſecutus, tignũ vindicare nõ poſſet l. adeò. §. illud. de acq. rer. dom. Ait quidem Vlpianus, l. 2. de tig. iniunct. Si de tigno iuncto actũ fuerit, adhuc rei vindicationẽ cõpetere. Sed vel de eo loquit, qui fruſtra egit, nec eſt cõſecutus, quod perſequebatur: vel certè de tigno mala fide iuncto loquitur. Nam tũ præter pęnam dupli eſſe põt vindicatio, ſicuti & ad exhibendũ actio.

CAP. XXVIII.

CAius lib. 6. ad legem xii. Tabularum: Rem (inquit) de qua cõtrouerſia eſt, prohibemur in ſacrum dedicare, alioqui dupli pęnam patimur. Nec immeritò: ne liceat eo modo duriorem aduerſarii cauſam facere. Sed duplum vtrum fiſco, an aduerſario pſtandum ſit, nihil exprimitur. Fortaſſis autem magis aduerſario; vt id veluti ſolatium habeat, pro eo p potentiori aduerſario traditus eſt. l. vlt. de litig. Ex hoc Caii loco ſumitur coniectura, fuiſſe aliquid in xii. Tab. de reb. litigioſis non dedicandis: & dupli pęna, ſi quis eas dedicãdas obtuliſſet. Sanè cum quis olim rẽ aliquã manumittebat, ſacrorũ cã, hoc eſt, dimittebat de ſuo dominio, vt ſacra fieret, & Deo veluti offerebat, religioſè profiteri ſolebat rẽ eſſe planè ſuã. Feſtus, PVRI, PROBI, PROFANI, SVI AVRI, dr in manumiſſione ſacrorũ cã: ex quibus PVRI ſignificat, quod in vſu ſpurco non fuerit: PROBI, quod rectè excoctũ purgatumq; ſit PROFANI, quod ſacrum non ſit, & quod ſit omni religione ſolutum: SVI, quod alienum non ſit. Hęc ille. Quid igitur, ſi eſſet litigioſum & controuerſum? Suũ adhuc qs dicere illud poteſt: ſed non omnino. Certè abuti religione non dẽt, vt vxãdi aduerſarij cauſa rẽ illã ita manumittat, & dedicari velit. Durior. n. aduerſarii litigantis conditio fit, cũ illi obijcit fauorabilis cã ſacrorũ. Dixit Paulus: Imperatorẽ litis cã hæredẽ inſtitui, inuidioſum eſt: nec calumniæ facultatẽ ex principali maieſtate capere pt. c. 91. de hæred. inſtit. Sed multo eſt profectò inuidioſius, ex ſacrorum religione hanc facultatẽ capere. Neq; verò dubiũ eſt, quin Pontifex olim Romæ non dedicaſſet rẽ, quã eſſe litigioſã ſciuiſſet. Cicero pro Domo ſua ſcribit, ſine cuiuſquã iniuria dedicationes aut cõſecrationes fieri debuiſſe. Noſter Iuſtinianus, dupli ẽt pœna eũ caſtigat, q ſciens, quocunq; titulo rẽ litigioſam in ſe transferri patitur. l. vlt. C. de litig. Quid multa? Martianus res litigioſas inter eas refert, q pignori dari non poſſunt. c. 1. §. vlt. q res pig. obli. poſſ. Ergo non ſolũ conſecrari, ſed nec aliter abalienari, immò verò ne obligari quidẽ poſſunt, & ſunt veluti res exẽptæ cõmercio, ſaltem inter viuos. Nã vt hæredibus relinqui, ſic & legari poſſunt, vt ex Iuſtiniani Nou. conſtit. 1 12. intelligi, põt. Nã neq; edictũ Prętoris de alienatione mutandi iudicij cã facta, hẽt locũ in alienatione teſtamentaria. Eſt. n. hæc neceſſaria magis q voluntaria. Sed tñ vt alius tunc quærendus potius eſt hęres aut legatarius, q Imperator: ſic ego exiſtimauerim, ne legari qdẽ rẽ talẽ poſſe, vt dedicetur. Sanè quarũ rerũ prohibẽt alienatio, multo magis prohibetur & dedicatio. Marcellus ca. 12. de curat. fur. vt probet, rem furioſi ab eius curatore dedicari nõ poſſe, ait, alienationẽ ei non vſquequaq; cõpetere. Dicũtur aũt res litigioſæ, de quarũ proprietate vel dominio lis mota eſt. Et quidẽ oportet eum qui alienare prohibẽt, eſſe in lite. c j. §. j. de litig. Porrò fuit ẽt Prætoris edictũ de alienatione, mutandi iudicij cã facta, quod in Pandectis extat: ſed propriè loquit de iudicio futuro magis, q præſenti: & ſtatuit, contra eum qui rẽ propterea alienat, agi poſſe ad id quod intereſt, & actionem ad potẽtiores tranſlatã intercidere. De rebus conſecrandis vel dedicandis, ſi quis plura q rat, ex Ciceronis libro de Legibus ſecũdo repetat. Sed cũ ille hæc ex Platone deſcribit, ſignificat nõ fuiſſe xii. Tab. Myſteriis conſecrationũ & dedicationũ leges fuiſſe iuris Pontificij, minimè alioqui popularis aut peruulgati, ſcribit etiam pro Domo ſua.

CAP. XXIX.

LEgem Solonis De iure & auctoritate teſtamentorũ commorat Plutarchus & Iſocrates in Aeginetico teſtis eſt, nulla magis in re conſenſiſſe Gręcos. Hoc igitur ẽt exẽplo cõmoti Decemuiri Romani legem ſuis Tabulis aſcripſerunt teſtamentariã, q verbis nõ multis res plurimas maximasq; complecterer. Certè vberrimũ veluti fontẽ continet grauiſſimarũ diſputationũ, q in iure Ciuili agitanr. Nos nobiliſſimæ huius legis verba primũ requiramus, q certè qa non ſemp bona ſatis fide repetita ſunt, magnas poſteritati tenebras offuderũt. Iuſtinianus lib. 2. Inſtit. ad leg. Falcid. ait in hac lege ita cautum fuiſſe, VTI QVISQVE LEGASSIT REI SVAE, ITA IVS ESTO. Idẽ in Nouella conſt. 22. ſcribit his penè verbis eã vſã eſſe: VTI LEGASSIT QVISQVE DE RE SVA, ITA IVS ESTO. Pomponius c. 120. de verb. ſig. hæc huius legis verba cõmemorat: VTI LEGASSIT SVAE REI, ITA IVS ESTO. Vlpianus in ijs q circumferunt eius nomine Titulis, c. 1. magis integrã legẽ proponit: VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA TVTELAVE SVAE REI, ITA IVS ESTO. Sed aliqd tñ adhuc deeſſe vr, quod extat apud Cic. lib. 2. de Inuent & lib. j. Rhetor. ad Heren. vbi hæc lex ita cõcipit: PATERFAMILIAS VTI SVPER FAMILIA PECVNIAVE SVA LEGAVERIT, ITA IVS ESTO. Credo certè integra huius legis fuiſſe hæc verba: PATERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA TVTELAVES VAE REI, ITA IVS ESTO. Põponi diminutè retulit, detrahẽdo PATERFAMILIAS, deinde illud SVPER PECVNIA, TVTELAVE: quorũ tñ verborũ mẽtio fit c. 53. de verb. ſig. Iuſtinianus p PATERFAMILIAS ſuppoſuit QVISQVE. Sed nõ admonitos hęc ſuppoſitio vehementer fallere poſſet. Non. n. Decemuiri omnino qbuſcunq; hoc ius legandi teſtandive dederunt: ſed patribus familiàs, hoc eſt, ſuis ciuibus, ijsq; ſui iuris. Teſtamenti factio primùm dicitur & eſt iuris Ciuilis. Qui hoc itaq; iure non vtunt, vt peregrini, hac teſtamentaria lege vti non poſſunt. Cicero cũ probare vult Archiã poetã eſſe ciuẽ Romanũ: teſtamẽtũ (inqt) nr̃is legib. fecit. Deportatos, vel eos qb. aqua & igni fuit interdictũ, itẽ captos ab hoſtib. nõ poſſe teſtamẽtum facere, qa ciuitatẽ amiſerint, Iuriſconſulti ſæpe reſponderunt. Sed neq; filiusfa. ius hẽt teſtamenti faciendi, etſi pater conſentiat. cap. 6. de teſta. Lex enim xii. Tabularum patrifa. ſolum id tribuit: nec eſt priuati hominis,

hoc

Source : BIU Cujas

hoc ius alicui dare, cui lex iſta non dat. Sed cur filiofam. lex non dat? Quoniam nihil ſuum haberet filius fam. de quo teſtaretur, vt reſpondet Vlpianus Titu. 20. Sed & mulierem, quæ ſe capite non deminuit, hoc eſt, quæ emancipata non eſt, non poſſe teſtamentum facere, dixit Cicero in Topic. ad Trebat. & libro ſeptimo Epiſtola. ad eundem. Sed & dubito, an olim materfamilias omnino potuerit hac lege teſtamentum facere. Certè cùm Calatis comitijs hoc fiebat, vix eſt, vt potuerit, quæ nullam habebat cum comitijs communionem. Sed alioqui per æs & libram cur non potuiſſet? Quid ſi mulier ſit in poteſtate tutoris, vt olim mulieres erant in perpetua tutela? Tutore auctore poterat teſtamentum facere. Liuius libro 39. meminit libertinæ mulieris, quæ olim teſtamentum Romæ fecerit, tutore petito à Tribunis & Prætore. Porrò his verbis: VTI LEGASSIT, ITA IVS ESTO. Pomponius ait, latiſſimam poteſtatem tributam videri & hæredis inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi. Sed id interpretatione coangustatum eſſe, vel legum, vel auctoritate iura conſtituentium. Nos ſingula videamus. Legandi verbum hic accipitur pro eo quod Iuriſconſulti propriè dicunt teſtari, cum de vltimis voluntatibus agunt. Sæpe etiam relinquendi verbo vtuntur in eadem ſignificatione. Multum autem intereſt, in primis obſeruare, ius teſtamentorum ex hac lege deſcendere, ex eaque dependere. Ac Cicero quidem libro tertio de Finibus tradit, ex naturali hominum affectione primùm nata eſſe teſtamenta. Sed ius eorum & ius & auctoritas, & denique forma ex iure ciuili, & hac lege eſt. Certè cùm teſtamentum ſit ſententia de eo quod poſt mortem noſtram fieri volumus, videri potuiſſet infirma hæc voluntas in illud tempus collata, quo domini amplius non ſumus. Sed lex iſta fecit, vt illa rata eſſet: quaſi etiam publicè intereſſet, ſuprema hominum iudicia exitum habere, vt ait Paulus leg. 5. quemadmod. teſta. aper. Vlpianus quidem ait, nō impropriè poſſe nos dicere, lege etiam obuenire hæreditatem, quæ ex teſtamento defertur: quia ex lege duodecim Tabul. teſtamentariæ hæreditates confirmentur leg. 130. de verborum ſignificatio. Porrò etſi quid in duodecim Tabulis de forma & ſolennibus teſtamentorum præſcriptum fuerit, certò dicere non poſſim: tamen non dubito, aliquid fuiſſe ſcriptum. Nam etſi ſimpliciter hic dicatur: VTI LEGASSIT, ITA IVS ESTO: tamen intelligi facilè poteſt, de eo id dictum eſſe, qui ritè legaſſit. Sæpe etiam dicunt Iuriſconſulti, ratas eſſe vltimas voluntates morientium. Sed ritè tamen conceptas eſſe debere, vt ratæ ſint, intelligunt. Ipſe Iuſtinianus Nou. conſtit. 22. exemplo duodecim Tabularum hanc quoque legem edit: ἐσνόμος ἡ τοῦ διαθεμένου βουλη. Sed ſolennia tamen teſtamentorum propterea non tollit. Sanè & ante duodecim Tabulas Romani habuerunt ſua in procinctu teſtamenta, ſicuti Plutarchus in Coriolano oſtendit. Teſtamenta, quæ calatis comitiis fiebant, antiquiſſima etiam fuerunt. In quibus comitiis cum teſtamentis fiebat & ſacrorum deteſtatio, vt ait Gellius libro 15. capitul. 27. quæ nihil aliud erat, quàm ſolennis & teſtata denunciatio. Caius certè libro ſexto ad legem duodecim Tabularum, notauit hoc eſſe deteſtari, capite 238. de verborum ſignificatio. Tertia teſtamentorum vetus forma, quæ diutiſſimè in vſu fuit, erat, cum libripens adhibebatur, & familiæ emptor cum quinque teſtibus. Factam fuiſſe in duodecim Tabulis mentionem libripendis, & eorum qui ſe ſinunt teſtarier, ſuprà notaui: & ad cauſam teſtamentorum id pertinuiſſe videri, ſuprà dixi cap. 7. Sanè cum Feſtus ſignificet, ſcriptum in duodecim Tabulis fuiſſe, QVI NEXVM FACIET, MANCIPIVMQVE, VTI LINGVA NVNCVPASSIT, ITA IVS ESTO. Nexum autem fuiſſe, quodcunq; per æs & libram gerebatur: in eoque etiam genere teſtamenti factionem fuiſſe: coniicere poſſemus, illud caput ad teſtamenta quoque pertinuiſſe. Idque vt magis etiam ſuſpicer, facit Cicero, qui libro primo de Orat. ad cauſam teſtamentariam refert iſtud, VTI LINGVA NVNCVPASSIT: quod & fuiſſe ſcriptum in duodecim Tabulis ait. Credo itaque ex lege duodecim Tabularum teſtamenta facta fuiſſe per nexum, hoc eſt, per æs & libram, & ſolennem eius generis mancipationem. Teſtamentum porrò eſſe iuſtam conteſtationem, ſententiamve, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult, Vlpianus & Modeſtinus definiunt. Iuſtam vocant, qp & ritè fieret: & ex iure Ciuili, hoc eſt, duodecim Tabulis deſcenderet: cum Codicilli moribus tantum introducti ſint. Vnde & vetera illa diſcrimina inter legata & fideicommiſſa. Sed huius legis verba videamus. His verbis VTI LEGASSIT, Pomponius dixit latiſſimam poteſtatem tribui, primùm hæredis inſtituendi. Quid? Etiamne exhæredis ſcribendi filiifamil. Sic videtur. Nam etſi Solon hoc non permitteret, vt ex eius lege, quæ extat apud Plutarchum, apparet: tamen alia fuit patria poteſtas ciuiũ Roman. vt iam illud omittam, quod Ariſtoteles ſcripſit, hoc patri permittendum eſſe. Suos hęredes potuiſſe exhæredari, cùm & occidi potuerint, ait Paulus capit. 11. de libe. & poſthu. Qualis, quanta quę fuerit patria poteſtas Romanorum, dixi in Romulo. Eam duodecim Tabulis confirmatam etiam fuiſſe, dicam ſuo poſtea loco. Cęterùm poſt duodecim Tabulas, placuit, vt certam bonorum ſuorum portionem pater filiofam. relinqueret. Alioqui filius fa ſine cauſa exhæredatus, de inofficioſo teſtamento patris queri poſſet. Quid ſi pater filium fam. non exhæredarit, ſed præterierit? Non videtur ex lege duodecim Tabularum, iniuſtum propter præteritionem fuiſſe teſtamentum: nam & præteritio pro exhæredatione fuit. Quanquam in illa, quàm in hac, voluntatis quæſtio maior eſſe potuerit. An pater præterierit filium, quia exhæredem eſſe vellet? an, quia viuere non putaret? Qualis & illa quæſtio fuit, cuius Cicero meminit libro primo de Orato. Sed poſt duodecim Tabulas receptum fuit, iniuſtum planè & inutile fore teſtamentum, in quo ſuus hæres præteritus eſſet. Porrò cùm lex iſta latiſſimam tribueret poteſtatem hæredis ſcribendi, videtur & permiſiſſe inſtitui poſthumum etiam alienum. Theophilus ad titul. de bon. poſſeſ. putat hoc vetuiſſe legem duodecim Tabularum: quod Prætor deinde correxerit. Sed quodam loco ſcribit Iuſtinianus, iure Ciuili non potuiſſe poſthumum alienum adire ex teſtamento hæredem. Alio verò loco ait, potuiſſe olim hæredem inſtitui. Potuit certè per legem duodecim Tabul. Sed media illa iuriſprudentia, quæ ſubtilior eſſe voluit, & plerunq; nodum in ſcirpo quæſiuit, & ius illud ſuum Ciuile (vt ſpecialiter appellatur) diſputando introduxit poſt duodecim Tabulas, vt Pomponius ſignificat, primùm videtur improbaſſe alieni poſthumi inſtitutionem: preſertim cùm incertum eſſet, an naſceretur. Cæterùm nulla ſatis fuit iuſta cauſa, cur tali interpretatione reſtringeretur lex duodecim Tabularum. In ſucceſſione legitima, poſthumos, qui in vtero eſſent, nemo negauit haberi pro iam natis, vt ſuo loco dicemus: & (vt Iuriſcōſulti de inſtitutione alieni poſthumi multa cauillarentur) tamen obtinuit ſententia Galli, alienos quoque poſthumos, veluti fratris filios legitimos nobis hæredes fieri poſſe leg. penul. de legatis primo. Cur ergo dubitabimus, an hac lege potuerint ex teſtamento fieri hæredes? Sanè & Solonem ſtatuiſſe, vt poſthumi poſſint tales ſcribi hæredes, teſtis eſt ille inter opera Galeni libellus, in quo quæritur, an ſit animal, quod eſt in vtero. Cur crederemus hanc Solonis legem non placuiſſe Decemuiris? De iis qui hæredes inſtitui, vel ex teſtamento hæreditatem capere non poſſunt, dictum ſuo loco fuit. Illud nunc dico, ius ſubſtitutionis, quæ vulgaris eſſe, & verbis ciuilibus fieri dicitur, ex hac quoque lege deſcendere: cùm pupillaris ſubſtitutio dicatur introducta moribus, quia ex iure patriæ poteſtatis deſcendit. Porrò & hac lege latiſſimam quoque poteſtatem dandi legata & libertates tributam eſſe, Pomponius ait. Sed non temerè adijcit, fuiſſe poſtea per alias leges coangustatam & conſtrictam. Hac lege licebat, totam etiam hæreditatem legatis exhaurire. Lex vero Furia vetuit legare vltra mille aſſes. Lex deinde Voconia noluit legatarium plus capere, quàm hæres caperet. Tandem lex Falcidia non niſi beſſem legari poſſe, vt quadrans hæredi omnino ſeruaretur, voluit. Quod ad libertates attinet, lex Furia ſiue Fuſia Caninia ſimiliter ſtatuit, ex tribus ſeruis non niſi duos teſtamento manumitti poſſe: & ſi plures eſſent ſerui, certũ alium modum eorum quibus teſtamento libertas dari poſſet, præſcripſit. Poſtremò & tutelas conſtituendi poteſtatem latiſſimam hac lege tribui, ait Pomponius: ſed eam quoque conſtrictam deinde fuiſſe. Verba legis erant: VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA TVTELA'VE REI SVAE. Hæc autem verba, PECVNIA TVTELAVE pro coniunctis accipienda eſſe, ait Paulus: quia tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poſſit, capite 53. de verborum ſignificatio. Potuit tamen paterfam. etiam exhæredato filiofam. tutorem teſtamento dare. capit. 4. de teſta. tute. Sed id ex alia lege duodecim Tabularum, qua lege conceſſum fuiſſe parentibus teſtamento tutores dare liberis, ſi modò eos haberent in poteſtate, ait Vlpianus cap. 1. de teſt. tute. & nos poſtea ſuo loco dicemus. Illud nunc ſit huius capitis, quemlibet poſſe pupillo, quem inſtituit hæredem, dare tutorem, qui pecuniam ſaltem illi ita relictam tueatur: quaſi in rem potius quàm in perſonam detur. cap. 4 de confir. tut. cap. 4. de teſta. tute. Certè tutoris datio neque imperii, neque iuriſdictionis eſt: ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel SC. vt Vlpianus ait lib. 8. §. 1. de tute. Cæterùm vt hac lege ciui demum Romano & patriſam. conceſſam eſſe diximus hanc teſtandi legandive poteſtatem: ſic & ciuibus tantum Romanis teſtamento legari potuit: non etiam peregrinis. An id quoque fuerit huius legis, quæritur. Sanè lex Falcidia, cum primo capite veluti repeteret ſententiam huiuſce legis, ſimpliciter dixit, QVI CIVIS ROMANVS QVIBVSQVE LEGARE VOLET. Secundo verò capite ſuam ita rogationem perfert: QVICVNQVE CIVIS ROMAN. CVIQVE CIVI ROM. & c. Sed exiſtimo tamen in hac quoq; lege duodecim Tab. idem intelligi debuiſſe. Nam & cum teſtamentum fieret per nexum, hoc eſt, per æs & libram, non niſi inter ciues Romanos id fieri poterat: quorum erat ius ciuile, quod xii. Tabulis continebatur: vt ſcribit Boetius ad Topica Ciceronis. Poſtremò horũ verborũ, ITA IVS ESTO, nemo non videt maximam eſſe vim. Cer-

Source : BIU Cujas

tè iuris etiam publici eſſe teſtamenti factionem, ait Papinianus, leg. 2. de teſta. Et in lege Falcidia dicitur iure publico legare, qui teſtamento legat. leg. 1. ad leg. Falci. Certè teſtamento tanquam lege dominium ſtatim transferri, ipſoque (vt loquimur) iure poteſt. Et quidem iure antiquo, ait Vlpianus in Tit. cedere diem legatorum ex tempore mortis teſtatoris: per legem verò Papiam, ex apertis Tabulis. Quod etiam valde neceſſe eſt diligenter obſeruare.

CAP. XXX.

CIcero libro ſecundo de Inuent. & ſimiliter auctor Rhetoricorum ad Herennium, coniungit haſce duas leges: PATERFA. VTI SVPER FAMILIA PECVNIAVE SVA LEGASSIT, ITA IVS ESTO. SI PATERFA. INTESTATO MORITVR, FAMILIA PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM GENTILIVMQVE ESTO. De priori iam dictum eſt: de poſteriori nunc eſt dicendum. Ac illud in primis dico, nō omnino omnia eius hæc verba fuiſſe. illa, SI INTESTATO MORITVR, eſſe xij. Tabularū, Paulus quoq; ſignificat capite 9. de libe. & poſth. Sed illa, ADGNATORVM GENTILIVMQVE, mihi non ſatisfaciunt. Nam xij. Tabu. videntur primùm nominaſſe ſuos hæredes. Deinde & de poſthumis ſuis egiſſe, qui tempore mortis adhuc erant in vtero. Tertiò de nepotibus, qui ſui agnaſcerentur, vel per ſucceſſionem quaſi agnaſcerentur. Poſtremò de conſanguineis & agnatis. Hæc (inquam) quatuor capita, & verò quatuor hos hæredum legitimorum ordines deſcripſiſſe decem viri videntur. Calliſtratus cap. 220. de verb. ſignific. expreſſam in xii. Tabulis fuiſſe ſuorum appellationem, notat Vlpianus cap. 195. de verb. ſignifi. dicit hæc etiam fuiſſe verba legis xii. Tabularum, ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Et in Titulis, capit. 26. hæc rurſus commemorat ex xij. SI INTESTATVS MORITVR, CVI SVVS HAERES NEC EXTABIT, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Sed & fuit quintum quoddam caput de legitimis hęreditatibus libertorum, inteſtatò morientium. Nos de ſingulis ordine videamus. Quanquam lectorem admoneo, vt coniungat & conferat noſtram iuris Catecheſim, vbi hunc quoq; locū perſtringo. Primùm huius legis verba illa, SI INTESTATO MORITVR, notat Paulus referri ad id tempus, quo teſtamentum deſtituitur, non quo moritur. cap. 9. de lib. & poſthu. Inde autem probat, ſi hæres inſtitutus omiſerit hæreditatem, nihilominus legitimū hæredē ex hac lege eſſe poſſe. Certè inteſtatus dicitur propriè, qui teſtamentum non fecit, cum iure facere potuiſſet: vt ait Vlpianus cap. 1. de ſuis & legit. Sed inteſtatus tamen etiam hic dicetur, qui teſtamētum facere non potuit. Sed & qui fecit, ſed non iuſtum: vel etiam qui iure fecit, ſed quod poſtea ruptum eſt: vel denique ſi irritum, aliter factum ſit, inteſtatus eſſe dicetur. Quid igitur, ſi quis inteſtatus moritur? lex defert hæreditatem: & propterea vocatur hæc hæreditas legitima. Poteſt etiā ita appellari teſtamentaria; quia & eam confirmat lex xij. Tabularum. Sic (inquam) poteſt dici lege obuenire, qui ex teſtamento defertur. cap. 130. de verb. ſign. Sed appellari magis ſolet legitima quæ ex lege xii. Tabularum defertur. cap. 11. de iure pat. cap. 2. de ſuis & legit. Itaque & Paulus legitimam opponit teſtamentariæ, cap. 8. de petit. hæred. Et hæredem inſtitutum legitimo, capi. 9. de libe. & poſth. Et Pomponius hæc quoque opponit, lege hæredē eſſe, & eſſe teſtamento hæredem. cap. 29. §. 1. de ſtatulib. Atq; huius quidem legis maior etiam vis eſt, quàm teſtamenti. Vnde & Vlpianus in Titulis, cap. 19. ait, hæreditatem antequam adeatur, in iure cedi poſſe abs legitimo hærede: ſed non niſi poſt aditionem cedi poſſe ab hærede teſtamentario. Sed quomodo & quibus lex iſta defert hæreditates inteſtatorum? Hoc enim prius videndum eſt in vniuerſum. Legebant decem viri legem Solonis, quæ etiam nunc extat apud Demoſthenem in orat. ὑπὲρ ἀγνίου κλήρου. Sed ius quoddam ſubtilius commenti ſunt ex iure patrię poteſtatis, quod Romæ iam erat moribus receptum. Paulus cap. 7. de capi. minut. indicat lege xij. Tab. hęreditates deferri ciuiliter magis quàm naturaliter: non enim ſimplex ius naturæ, aut ſanguinis, aut cognationis, ſed ciuile quoddam ius ſui & agnationis & familiæ hic ſecuta eſt. Paulus quidem cap. vltim. de bon. dam nat. ait, cùm ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita liberis parētum hæreditatem addiceret, veluti ad debitam ſucceſſionem eos vocando: propterea & in iure Ciuili, ſuorum hæredum nomen iis inditum eſſe. Sed ſi rationem naturalem hic ſecuti eſſent decē viri, in ſuis hæredibus non hæſiſſent: neq; hic aliam eorum, quā emancipatorum liberorum cauſam eſſe putaſſent. Quid igitur? ſecuti potius ſunt ciuilem quandam, vt dixi, ſuam rationem, & conſuetudinem, & in primis ius ſui, vt vocat Vlpianus. Certè ſuorum hæredum nomen ex hac lege deſcendere videtur. Filios ſuos ſimpliciter appellant interdum Iuriſconſulti, cap. 20. §. 2. de bon poſſeſ. contra tab. cap. 18. de lega. præſt. Sed poſthumos ſuos ſimiliter etiam dicunt. Intelligunt autem ſuos hæredes, quales ſunt filii fa. appellanturque Sui hæredes, quia ſuam potius quàm alienam rem conſequi videntur, & retinere potius quàm conſequi, cap. 1. §. vlt. de bon. lib. quia iam antea viuo patre domini quoque fuiſſe videantur. cap. 13. de ſuis & legitim. Priſcianus, eruditus profectò Grammaticus, qui tempore Iuſtiniani noſtri vixit, ita ſcribit lib. 17. Diſcretionis cauſa ſolet cum genitiuo poſſeſſoris addi nominatiuus poſſeſſiui: vt, ſuus Ciceronis filius hæres eſt patris conſtitutus: ſuus dicitur, ad diſcretionem illius, qui ſe cundùm leges ſuus non eſt; ideſt, ſub poteſtate patris legitimi non eſt. Inſignis eſt hic locus Priſciani. Sed profectò Iuriſconſulti, cum hic ſuum dicunt, hæredem magis, q̄ filium notant. Iuſtinianus ait, inteſtatorum hæreditates ex lege xii. Tab. primùm ad ſuos hæredes pertinere. Et ſimul admonet, ſuos hic dici, qui in poteſtate morientis fuerint. Sed qui hoc dicit, partim dicit plus, partim minus, quàm hic ſit neceſſe. Plus dicit, quia non eſt omnino neceſſe, vt tēpore mortis fuerint in poteſtate. Quid enim ſi poſthumi ſint, qui tempore mortis nondum nati erant? Vtique (inqt Vlpianus) & ex lege xii. Tabularum, ad legitimam hæreditatem is, qui in vtero fuit, admitteretur, ſi fuerit editus: & ſolet remorari inſequētes agnatos, quibus præfertur, ſi fuerit editus. Inde & partem facit iis, qui pari gradu ſunt. c. 3. §. 4. de ſuis & legit. Diocletianus Imp. Inteſtato defuncto (inquit) poſthumum hæredem, quā ſororem, licet conſanguineam, haberi potiorem, ordo ſucceſſionum l. xii. Tab. factus, nimis euidenter demonſtrat. l. 4. C. de legit. fil. Sanè Iulianus: Lex (inquit) xii. Tab. eum vocat ad hæreditatē, qui moriente eo de cuius bonis quæritur, in rerum natura fuerit: idque refert ad poſthumum, qui tempore mortis fuit conceptus. cap. 6. de ſuis & legit. Idem alio loco ait, iis qui in vtero ſunt, legitimas hæreditates reſtitui. cap. 26. de ſtatu homi. Verùm quamuis hi pro iam natis habeantur, tamen propriè dici non poſſunt eſſe in poteſtate. Ergo plus quam ſit neceſſe, dicit Iuſtinianus, cum ait, ſuos hic dici, qui ſunt in poteſtate morientis. Rurſus autē minus dicit. Non enim id eſt omnino ſatis in hac lege, vt ſint ſui hæredes: ſed oportet etiam, vt primum gradum ſuorum teneant, non iam dico tempore mortis, ſed ſaltem eo tempore quo defertur hæreditas: vt (inquam) tunc nemo eos rectà præcedat in iure ſui. Itaque ſuus hæres tantum erit filius fa. non etiam nepos ex eo natus, quamuis æquè fuerit in poteſtate morientis. Sed ſi, cùm differtur hæreditas, filius nō præcedat, nepos, qui iam proximus eſt, ſuus hæres erit: & ſuorum hæredum gradum primum, q̄ vacuus eſt, occupat. c. 1. §. 5. & 6. de ſuis & legit. c. 7. Si tab. teſta. nullæ exta. Atq; hęc quidem eius occupatio, & in illū locū ingreſſus, quædam & eſt & appellatur ſucceſſio, per quam ad hæreditatē legitimam peruenitur. Eam verò etiam deſcendere ex xii. Tabu. obſeruatum eſt. Certè Iuſt. lib. 3. Inſtitut. ait, legem xii. Tabularū filio mortuo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum ſui patris ad ſucceſſionem aui vocaſſe. Calliſtratus c. 220. de verb. ſig. ſcribit, legem xii. Tabularum, ſuorum appellatione cōprehendere & nepotes & pronepotes, & cæteros qui ex his deſcēdunt. Sed ratio huiuſce comprehenſionis in hac lege non intelligeretur, niſi ſi illa, quam dixi, ſucceſſio explicatè intelligatur. Plus eſt, quod iam dicam. Si filius fa. ſit ſuus hæres, tamē ex hac lege nepos ex altero filio, hæres ſimul eſſe poterit. Nam & ſi filius fa. ſuū primum gradum teneat, tamen fratris etiam locū non occupat: ſed cùm is vacuus ſit, in eum ſuccedit nepos, & cum ſuo patruo concurrit. Quo iure? Iuſtinianus in ea ſpecie ſimpliciter hac rōne vtitur, q̄ æquum eſſe videatur, nepotem in locum patris ſui ſuccedere. Sed hoc ipſum xii. Tabulis cōprehenſum fuiſſe dicamus. Vt inteſtato (inquit Diocletianus Imp.) defuncti filius, & nepos ex alio, qui mortis tempore in rebus humanis nō inuenitur, manentes in ſacris pariter ſuccedant, euidenter lege xii. Tab. cauetur. l. 3. C. de legit. lib. Quid ſi ſint tantum nepotes ex filiis? Idem Diocletianus reſcripſit, in ſtirpes fore hæredes, non in capita. l. 2. C. de leg. libe. Id quoq; ex ſubtili ratione xii. Tabularum deſcendit. Porrò nullum hoc iure fuiſſe ſexus diſcrimen inter liberos, ſi ſui alioqui hæredes eſſent, manifeſtum eſt. propterea que Iuſtinianus & ſæpe & verboſe laudat hoc nomine legem xii. Tabularū. Sed nos interea tamen obſeruemus, ex ipſo iure ſuorum hæredum naſci quoddam diſcrimen. Nam cum ii qui ex filiabus deſcendunt, ſui non ſint, certè nec legitimi eſſe poſſunt hæredes ex duodecim Tabulis. Sed neque filius matri ex iis hæres erit: non enim eſt illi ſuus, cùm in eius poteſtate non ſit. Sed agnatus proximus mulieris inteſtatæ hæres erat, ex hac lege. Quod cum viſum eſſet poſtea nimis ſubtile, & verò iniquum (vt in ſummo iure ſumma interdum eſt injuria) & denique propè contra naturā, vt mulieris hæreditas fratri potius quàm filio deferretur: factū eſt ſenatuſconſultum, vt naturaliter filius inteſtatæ matris hæres eſſet, etſi ciuiliter eſſe non poſſe videretur. Sic enim Paulus cap. 7. de cap. dimin ait, Senatuſconſulta deferre naturaliter hæreditates, contra duodecim Tab. Sed de liberis hoc rectè dicitur. Vlpianus ca. 1. §. 9. ad Senatuſconſul. Tertullia. allegat hæc verba Senatuſconſulti: SI NEMO FILIORVM, EORVMVE QVIBVS SIMVL LEGITIMA HAEREDITAS DEFERTVR, VOLET AD SE EAM HAEREDITATEM PERTINERE: IVS ANTIQVVM ESTO. Illud poſtremò

ex an-

Source : BIU Cujas

ex antiquitatis memoria hic repetam, quod Labeo in ſuis ad xij. Tabulas commentarijs annotauerat: veſtales virgines olim nulli inteſtato ſucceſſiſſe, ſicuti neq; ijs quiſquam inteſtatis ſuccedebat ex hac lege. Eorum enim bona in publicum redigebantur, vt ſcribit Gellius lib. 1. cap. 12. Hactenus de primo ordine legitimorum hæredum, qui ſui propriè dicuntur. De ſecundo nunc videamus, eorum nempe qui dicuntur propriè agnati: & à ſuis in hac lege diſtinguuntur. Quanquam interdum & agnati ſui dicantur: vt Paulus ait, proximiores ex agnatis ſuos dici. cap. vlt. §. 1. de gradibus. Sic filius patri agnatus proximus modò eſſe, modò non eſſe dicitur. cap. 12. de ſuis & legit. Si nemo ſuus hæres ſit, ex lege xij. Tabularum ad agnatum proximum pertinere hæreditatem, ait Iuſtinianus. Vlpianus in Titulis, cap. 26. apertius id exponit; Si ſui hæredes non ſunt (inquit) ad conſanguineos, id eſt, fratres & ſorores ex eodem patre: ſi nec hi ſunt, ad reliquos agnatos proximos, id eſt, cognatos virilis ſexus, per mares deſcẽdentes, eiuſdem familiæ inteſtatorum ingenuorum hæreditates pertinent: id enim cautum eſt lege xij. Tab. AC SI INTESTATVS MORITVR, CVI SVVS HAERES NEC EXTABIT, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Poſtrema huius legis verba etiam recitantur cap. 195. de verbo. ſigni. Sed & Vlpianus cap. 1. §. 7. & cap. 2. de ſuis & legit Poſt ſuos (inquit) ſtatim conſanguinei vocantur: poſt conſanguineos, admittuntur agnati. Sanè verba legis xij. Tab. non videntur ſeparatim aliquid de conſanguineis, aut aliter quàm de reliquis agnatis quicquam ſtatuiſſe. Sed ſuperior tamen Vlpiani locus diſcrimen quoddam vetuſti iuris notat: quòd in conſanguineis nullũ fuerit ſexus diſcrimen, ſicuti neque in ſuis: non enim minus ſoror quàm frater, vt non minus filia quàm filius, hæres eſt. Sed in reliquis agnatis aliquod fuit diſcrimen, quòd fratris ſororisve filia, vt filius, non eſſet hæres. Vnde hoc diſcrimen natum fuerit, dicere non facilè poſſum. Certè & Vlpianus cap. 2. de ſuis & legit. cum deſcribit agnatos qui ſunt legitimi hæredes, eos qui ſunt virilis ſexus nominat. Sed hoc potius dicendum eſſet, cum de legitimis tutelis quæritur. Sanè lex Voconia valde remouit mulieres ab hæreditatibus: non etiam lex xij. Tab. Porrò quod in ordine ſuorum dixi lege xij. Tab. tribui poſthumis, tribuetur & in ordine conſanguineorum & agnatorum. ca. 21. de ſuis & leg. De fratris filio poſthumo dubitatum aliquando fuit: quia veteribus non placebat, poſſe inſtitui hæredem. Sed obtinuit Galli ſententia, alienos etiam poſthumos poſſe legitimos eſſe inteſtatorum hæredes. Alienos vocat, qui non ſunt ſui poſthumi: ſed non ita tamen ſunt alieni, vt etiam extranei ſint. Prætereà diligenter obſeruandum hic eſt, nominatim agnato proximo deferri hæreditatem, & (quod Vlpianus dixit) primùm conſanguineis, deinde agnatis reliquis. Nam ſucceſſio de gradu in gradum nulla hic eſt: hoc eſt, filius vnius fratris cum fratre defuncti inteſtati non concurrit hoc iure. Et vbi nullus eſt frater: fratrum filii in ſuo tertio gradu ita conſiſtunt, vt ex eo nihilominus ad hæreditatem pertingant: propterea q́ue in capita eam diuidunr potius, quàm in ſtirpes: contrà, quàm in ſuis. Vnde hoc rurſus diſcrimen? Lex xii. Tabularum ſuos generaliter iubet eſſe hæredes; agnatis verò p̃ximis nominatim defert hæreditatem. Mirum eſt ſanè, veterib. tantillam verborum differentiam ſine alia ratione fuiſſe ſatis ad tale tantumq́ue rerum diſcrimen conſtituendum. Sed nunc interpretis, non Cenſoris partes ſuſcepi. Itaque pergo. Neque verò iam quæro, ecquid lex xii. Tab. ſtatueret, ſi ſuus hæres, hæres eſſe nollet. Erat enim is eo iure neceſſarius. Sed q̃rere meritò poſſum, ſi conſanguineus, vel agnatus proximus, hæres eſſe nolit: an ſequens hoc iure admitteretur & ſuccederet? Equidem exiſtimo, xii. Tabulas talem ſucceſſionem conceſſiſſe. Nihil enim in iis, earumq́ue temporibus video, cur credam non fuiſſe conceſſam. Negatam tamen poſtea eſſe ſcio, præſertim cum de caducis lata Papia lex eſſet. Vlpianus apertè ait, cap. 2. de ſuis & legit. ſi conſanguinei ſint, licet non adierint hæreditatem, legitimis non deferri hæreditatem. Ecquò igitur hæc recidebat? Caduca fuiſſe videtur. Siue autem lege Papia, ſiue xii. Tabulis ita cautum fuerit, certè Prætores tandem edito ſuo edicto ſucceſſorio voluerunt, vt cùm proximus agnatus nollet eſſe hæres, ſequens perinde admitteretur, atq; ſi prior ille nullus fuiſſet. Porrò Cicero & auctor Rhetoricorum ad Herennium, vt ſuprà dixi, hanc legem ita cõcipiunt, vt non ſolum agnatis, ſed &. gentilibus hæreditatem deferre intelligatur, ſicuti & curationem furioſi. Paulus quoque capite 53. de verb. ſign. meminit antiquæ huius clauſulæ, AGNATORVM GENTILIVMQVE: & hæc verba coniuncta monet accipi pro ſeparatis. Egò hæc non ſolum legis de curatione furioſi, ſed etiam huius de inteſtatorum hæreditate verba fuiſſe, vix audeo affirmare: quanquam eſſe profectò potuerint. Plinius in Paneg. de hæredibus domeſticis loquens, ait, eos bona mereri ſanguine, gentilitate, ſacrorum denique ſocietate. Cicero Verr. 3. Minutii (inquit) teſtamentum erat nullum. Lege hæreditas ad gentem Minutiam veniebat. Idem libro 1. de Orat. ſcribit, nobilem fuiſſe cauſam, de qua Centumuiri iudicarunt, cum Marcelli ab liberti filio, ſtirpe: Claudii Patricii eiuſdem hominis hæreditatem, gente ad ſe rediiſſe dicerẽt: fuiſſeq́ue tunc oratoribus de tota ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum. Vellem equidẽ, illæ orationes de vtroque iure, vel etiam ipſum de hac cauſa Centumuirale iudicium ſententiave extaret. Mitto nunc illum ſcrupulũ, quod de libertina hæreditate quæreretur. Prius videamus quid ſtirps, q̃d gentilitas eſſet, & an ab agnatis gentiles diſcernãtur, & quomodo. Ac Cicero quidem interdum ſtirpem ſeparare videt ab agnatione & gente, vt lib. De legib agnationem, gentem, ſtirpem commemorat. Suntq́ue qui ſtirpem generaliter accipiunt pro cognatione. Sæpius tamen agnationis & gentis verbis duob. contentus eſt Cicero: & ſtirpis agnationisve verbo vti videtur in eodem genere, ſicuti & gentis, generis, gentilitatis in altero. Plinius ſanguinem & gentilitatem dixit. Craſſus apud Ciceronẽ libro 1. de Orat. ait, in cauſis Centumuiralibus verſari iura gentilitatum & agnationũ. Sed res hæc adhuc tota valde obſcura eſt, & confuſa. Quidam ita putant agnatos & gentiles fuiſſe eoſdem quidam ita diuerſos, vt neutri teneant, quod quærimus. Qui nã ſint agnati, ſatis conſtat. Qui nam hic dicantur gentiles, q̃ritur. Scæuola iuriſconſ. apud Ciceronem in Top. definit Gentiles, q̃ inter ſe eodem nomine ſunt & qui ab ingenuis oriũdi ſunt, quorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, nec capite diminutus eſt. Breuius Feſtus: Qui (inquit) ex eodem genere nati, & ſimili nomine appellantur. Primùm ſola nominis ſimilitudo, aut eiuſdem appellatio non tribuit ius gentilitatis. Facit tamen: vt Gentiles latè dici poſſint. Nam & Plinius ſeruos appellat gentiles ſuorum dominorum, quia eodem prænomine appellaretur: vt Marcipor, ideſt, Marci, puer Cicero Tullium regem vocat ſuum gentilem: cum tamen alioqui ab eo genus non traheret. Quid igitur? vt ius gẽtilitatis comperat, ſufficit, quod Feſtus indicat, idem nomen & genus? Vellem Feſtus rem hanc diligentius expoſuiſſet. Ac rectè quidem notat, gentem ex multis familijs conſtare. Sed tunc quoque quæri poteſt, quid familias vocet. Certè Gentiles & eiuſdem & non eiuſdem familiæ dici poſſunt, prout Iuriſconſulti familię verbo variè vtuntur; & obſeruandum eſt, non hic q̃rere de gentilibus, qui habent iura gentilitatis: hoc eſt, iura hæreditatum & tutelarum legitimarum. Equidem non puto Scæuolam in definitione Gẽtilium temerè addidiſſe, Qui capite nõ ſunt diminuti. Itaque etiam requiro, vt in aliam gentem arrogatione non tranſierint, ſua relicta: quod Cicero narrat feciſſe Clodium. Quid igitur? Rectè Vlpianus l. 195. de verbo. ſignifi. Iure proprio (inquit) familiam dicimus, plures perſonas, q̃ ſunt ſub vnius poteſtate. Communi iure familiam dicimus omniũ agnatorum. Nam etſi patrefa. mortuo, ſinguli ſingulas familias hent: tamen omnes qui ſub vnius poteſtate fuerunt, rectè eiuſdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi ſunt. Hic Vlpianus vnam gentem vniuerſæ agnationis vocat. Ego ſimiliter æſtimo gentilitatem, cui competunt iura hæreditatum, & tutelarum. Atq; hinc quidem intelligi etiam poteſt, non ſatis hæc definire ſcriptores huius ætatis, alioqui eruditos, qui familiam, ſtirpem, agnationem, idem eſſe docent: gentilitatem verò, longè aliud eſſe quippiam. Porrò quod Cicero de Marcellis abliberti filio, ſtirpe: & Claudijs, gente, hæreditatem ad ſe rediiſſe contendentibus, narrat: monet etiam nos, vt de libertorum hæreditatibus legitimis videamus. Vlpianus l. 195. de verbo. ſignifi. cum dixiſſet, in lege xij. Tab. AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO, familiæ nomine res ipſas intelligi: addit, familiæ quoque verbum ad perſonas referri, cum de patrono & liberto lex ita loquitur, EX FAMILIA IN EAM FAMILIAM: & legem eam loqui de ſingularibus perſonis. Sed quid ſibi lex illa alioqui voluerit, non exponit. At Cicero quidem ſuperiori loco etiam commemorat, in Centumuirali iudicio certatum fuiſſe, cum quidam Romam in exilium veniſſet, & ſe ad aliquem quaſi patronum applicuiſſet, inteſtatoq́ue eſſet mortuus. In ea cauſa ius applicationis obſcurum & ignotum, patefactum in iudicio & illuſtratum eſſe à patrono, ait Cicero. Si hoc ius tunc obſcurum erat, multo nunc eſt profectò magis. Fuit fortaſſe ſpecies quædam clientelæ. Sed clientibus, vt libertis inteſtatis, ſucceſſiſſe patronos, non legi. De libertis autem ecquid in xii. Vlpianus in Titulis, capit. 29. inquit: Ciuis Romani liberti hæreditatem lex duodecim Tabularum patrono defert, ſi inteſtato ſine ſuo hærede libertus deceſſerit. Sic & Iuſtinianus libro tertio. Inſtitut. Ita demum (inquit) lex duodecim Tabularum ad hæreditatem liberti vocat patronum, ſi inteſtatus mortuus eſſet libertus, hærede ſuo nullo relicto. Idem iuris tribuebatur & patronę: ſed & patroni patronæve liberis vtriusque ſexus. Obſeruandum autem eſt in his, vt in agnatis ingenuorum dictum eſt, proximũ tantum vocari, nullamq́ue eſſe in locum alterius ſucceſſionem: & propterea in capita, non in ſtirpes diuidi hæreditatem. In iiſdem Vlpiani Titulis ſcriptum eſt: Si ſit patronus, & alterius patroni filius, ad ſolum patronum hæreditas pertinet. Patroni filius, patroni nepotibus obſtat. At liberos patronorum hæreditas defuncti pertinet, vt in capita, non in ſtirpes diuidatur. Sed ex Pandectis fortaſſe teſtimonium q̃ritur. Iulianus cap. 23. §. 1. de bon. lib. Si (inquit) libertus inteſtatò deceſſerit, relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotib. nepotes non admittent, quandiu filius eſſet: quia proximum quemque ad hæredi-

Source : BIU Cujas

tatem liberti vocari, manifeſtum eſt. Si autem ex duobus patronis alter vnum filium, alter duos reliquiſſet: dixi, viriles inter eos partes fieri. Cæterùm omnibus & patronis & patronorum liberis lex xij. Tabularum ſemper prætulit ſuos hæredes libertorum. Poſtea verò tam edicto Prætoris quàm lege Papia factum eſt, vt & cum ſuis hæredibus patroni concurrerent. Non deſcribā ius nouum poſt xij. Tabulas receptum. De antiquo nunc tantum dicere inſtitui. Sed illud, quod omnino eſt huius loci, dico, ꝙ lex xij. Tab. tribuit patrono, Prætores poſtea tribuiſſe patri, contracta fiducia emancipati, tanquam manumiſſori: non tamen huius liberis, ſicuti illius. cap. 1. ſi quis à par. ma. quia neque ius patris ſit hæreditarium, ſicuti eſt domini. Præterea illud hic obſeruandum eſt, quod Pomponius ait, capitis diminutione perire legitimas hæreditates quæ ex lege xij. Tab. veniunt: quoniam deſinit ſuus hæres vel agnatus rectè dici: quæ autem ex legibus nouis aut Senatuſconſultis veniunt, non vtique perire. capit. 11. de ſuis & leg. Paulus cap. 7. de cap. diminut. cauſam diſcriminis exponit: quia lege xij. Tab. hæreditates deferantur agnatis, qui deſinunt eſſe, familia mutata. Ex nouis autem legibus plerunque hæreditates ſic deferantur, vt perſonæ naturaliter deſignentur: vt Senatuſconſulta deferunt hæreditatem matri & filio. Ergo per xij. Tabulas deferuntur ingenuorum hæreditates ſuis tantum hæredibus & agnatis. Sui autem eſſe deſinunt & agnati minima capitis diminutione: hoc eſt, emancipatione, vel familiæ mutatione. Sed hæreditates, quas lex xij. Tab. defert patrono, non vt agnato defert: propterea quæ talis diminutio capitis ad eas interuertendas non pertinet. Illud poſtremò notandum eſt, quod Vlpianus cap. 195. notat in his verbis. FAMILIAM HABETO, familiæ verbum ad rem referri. Auctor Rhetoricorum ad Herēnium, pecuniam & familiam in hac quoque lege coniungit. Sic igitur veteres appellarunt hæreditatem, ſiue res hæreditarias. Cum autem lex xij. Tabularum, & ſi numero ſingulari vtatur, tamen omnibus q eodem gradu ſunt, deferat hæreditatem, de familia quoq; erciſcunda ſiue diuidenda decem viri legem addiderunt. Sed priuſquam ad eam veniamus, dicendum eſt, ecquid illi de ſepultura defunctorum ſtatuerint. Nam & ad cauſam hæreditariam ea pertinēt: & hæredes de hæreditate diuidenda prius agere non ſolent.

CAP. XXXI.

CVm ex Rom. antiquo iure pontificio multa de religione ſepulchrorum dicta eſſent apud Ciceronem libro ſecundo
„ de Legib. inquit Att. Video quæ ſint in Pontificio iure, ſed quæ-
„ ro ecquid nam ſit in legibus. M. Pauca ſanè Tite, & vti arbitror,
„ nō ignota vobis: ſed ea nō tā ad religionē ſpectāt, q̄ ad ius ſepul
„ crorū. HOMINEM MORTVVM (inqt lex in xij.) IN VRBE
„ NE SEPELITO, NEVE VRITO Credo, vel propter ignis
„ periculum. Quod autem addit, NEVE VRITO, indicat non,
„ qui vratur, ſepeliri, ſed qui humetur. Att. Quid? qui poſt xii. in vr-
„ be ſepulti ſunt clari viri? M. Credo, Tite, fuiſſe aut eos, quibus hoc
„ ante hanc legem virtutis cauſa tributum eſt, vt Publicolæ, vt Tu-
„ berto, quod eorum poſteri iure tenuerunt: aut eos, ſi qui hoc, vt
„ Fabricius, virtutis cauſa ſoluti legibus, conſecuti ſunt. Sed in vr-
„ be ſepeliri lex vetat. Sic decretum à Pontificum collegio, non eſſe ius in loco publico fieri ſepulcrum. Hæc ex Cicerone. Alia q̄-
„ dam capita in xii. de ſepulcris, tranſlata de Solonis legibus eſſe
„ ait, de quibus mox viderimus. Sed adiicere poterat, & hanc, quā
„ iam retulit, inde repetitam eſſe. Certè annis adhuc poſt Solonē
„ ducentis, Athenienſes pertinaciſſimè eam legem ſeruabant. Nā
Seruius Sulpitius ſcribit ad Ciceronem, nunquam ſe ab ijs potuiſſe impetrare locum, vt ſepulturæ darent M. Marcello intra ſuam vrbem: neque id antea cuiquam conceſſiſſe. Cicero pro Flacco, ſignificat Smyrnæos non diſſimilem legem habuiſſe: ſed fuiſſe in priuilegio faciliores. Deſcribit enim eorum plebiſcita de Caſtricio mortuo: quibus primùm contineri ait, vt in oppidum inferretur, quod aliis non conceditur. Plutarchus in Arato ſcribit, veterem quoque apud Sicyonios legem, μηδένα θάπτεσθαι τειχῶν ἐντός. Mitto ꝙ ex Polybio narrant, Tarentinos, cùm accepiſſent oraculum, futuros ſe beatos, ſi cum pluribus habitarent: intra vrbem ſuos mortuos ſepeliri voluiſſe. Sed ad Ciceronem rectè adiicitur, quod Plutarchus ſcribit tributum eſſe ſingulari iure viris triumphalibus, & eximiis Imperatoribus, vt in ipſo etiām foro ſepelirentur. Erant autem & ſepulcra hæreditaria. Plutarchus nominatim ait, quod Valerio Publicolæ tributum erat, vt in vrbe ſepeliri poſſet, eius quoque poſteris tributum fuiſſe: ſed eos ſua ætate vſos eo iure non eſſe, magis quòd nollent, quā quòd non poſſent. Sanè quod ante xij. Tabulas ſingulari iure tribuebatur, etiam indicat iure communi non licuiſſe. Itaque nihil in iſta lege fuit nouum. Cæterùm non ſolum ad vrbem Romā ea pertinuit, ſed & ad alias deinde ciuitates orbis Romani. Ac Vlpianus quidem cap. 3. de ſepul. viol. ſcribit, Adrianum Imp. pœnam ſtatuiſſe quadraginta aureorum in eos, qui quem in ciuitate ſepelirent: & in Magiſtratus, qui hoc paterentur: locumq; publicari juſſiſſe, & corpus transferri. Addit Vlpianus, ad tollendas municipales leges quæ hoc permittunt, imperialia reſcripta ſuam vim habere, & in omni loco valere. Huius legis xii. Tabul. cauſam Cicero fuiſſe notat, ignis periculum: ſicuti & alterius, q̄ vetat rogum propius quàm ſexaginta pedes adijci ad ædes alienas. Sed alteram tamen ex iure Pontificio cauſam adiungit, locum publicum non poſſe obligari priuata religione ſepulcrorum. Paulus libro 1. Sentent. Corpus (inquit) in ciuitatem inferri non licet, ne funeſtentur ſacra ciuitatis. Diocletianus Imp. Mortuorum reliquias, ne ſanctum municipiorum ius polluatur, intra ciuitatem condi iampridem vetitum eſt. l. mortuorum. C. de relig. Atque hæc propriè ratio ad ſepulcra pertinet: illa verò quę periculum incendii obtendit, non niſi ad rogos & buſta. Obſeruandum autem eſt, in xij. fieri mentionem comburendi cadaueris: qui tamen mos non niſi poſterioribus ſeculis Romæ valde vſitatus fuit. Plinius ſcribit, ipſum cremare apud Romanos non fuiſſe veteris inſtituti. Sed hoc fuiſſe inſtitutum, cum terra conditi eruerētur: & tamen multas familias ſeruaſſe priſcum ritum: ſicuti in Cornelia nemo ante Syllam traditur crematus. Idem ſcribit Cicero libro 2. de Legib. Sequitur apud Ciceronem: Iam cætera in xij. minuendi ſumptus, lamentationesque funeris, tranſlata de Solonis ferè legibus. HOC PLVS (inquit) NE FACITO. ROGVM ASCIA NE POLITO. Sunt qui legendum potius eſſe putent, HOC OPVS NE FACITO. Nam & paulo pòſt Cicero ait, Solonis lege ſancitum fuiſſe, ne quis ſepulcrū faceret operoſius, quàm quod decē homines effecerint triduo: neque id opere tectorio exornari licuiſſe. Opus tectorium erat, polita quædam incruſtatio & inductio. Et Cor. Tacitus ait, vetere Germanos monumentorum operoſum honorem, vt grauē defunctis aſpernatos eſſe. Sic itaque HOC referendum eſſet ad ipſum ſepulcrum, ſiue monumentum: reliqua ad ſepulturam & ſumptum funeris. Et ſanè Cicero, vt cæterorum ſumptuum, ſic etiam ſepulcrorum modum rectè requiri ait. Noſtri prudentes in Pandectis, diligenter ſepulturam ab ſepulcro diſtinguunt: & huius opus, quàm illius ſumptum minus eſſe neceſſarium aiunt: & verò modū in ſumptu ſepulcri ſiue monumenti magis, quàm in ſepulturæ aut funeris, requirunt. Qua de re conſulere oportet cap. 14. §. 5. & cap. 37. de relig. & ſumpt. fun. & cap. 1. §. vlt. & capit. 2. ad legem Falcidiam, & cap. 50. §. 1. de petit. hæred. Cæterum ſi hæredes vltrò velint ſine fraude legatariorum ædificare amplum aliquod ſepulcrum, non putarunt Iuriſconſulti eſſe prohibendos. Immò verò Prætor edixit, QVO MINVS SEPVLCRVM SINE DOLO MALO AEDIFICARE LICEAT, VIM FIERI VETO. Et addit Vlpianus, hoc interdictum ideo propoſitum eſſe, quia religionis intereſt monumenta extrui & exornari. cap. 1 §. 1. de mort. infer. Sed redeamus ad xij. ROGVM ASCIA NE POLITO. Nimiæ profectò deliciæ, vel potius ineptiæ ſunt hominum, ex dedolatis & affabrè perpolitis lignis pyram aut rogum, qui illa mox abſumet, excitantium. Sed exaſcia tum monumentum ædificare licuit. Cicero poſt illud caput: Noſtis (inquit) quæ ſequuntur. Quæ illa fuerint, vix nunc poſſumus diuinare. Sed fortaſſe illud ſequebatur, VINO ROGVM NE SPERGITO. Plinius lib. 14. cap. 12. ſcribit hanc fuiſſe Numæ regis legem. Sed potuit & in xij. Tabulas poſtea referri. Certè & Cicero meminit ſumptuoſæ reſperſionis, hac lege prohibitæ. Sed & Feſtus: Murrhata (inquit) potione vſos antiquos indicio eſt, quod xij. Tabulis cauetur, ne mortuo indatur, vt ait Varro lib. 1. Antiquit. Non immorabor recitandis veterum ceremoniis funerariis. Aliò enim nunc propero. Sequitur apud Ciceronem:
„ Extenuato ſumptu, tribus riciniis, & vinculis purpuræ, & decem
„ tibicinibus, tollit etiam lamentationem: MVLIERES GE-
„ NAS NE RADVNTO, NEVE LESSVM FVNERIS ER-
„ GO HABENTO. Hoc veteres interpretes, Sex. AElius, L. Acilius non ſatis intelligere ſe dixerunt: ſed ſuſpicari, veſtimenti ali-
„ quod genus funebris. L. Aelius, leſſum, quaſi lugubrem eiulationem, vt vox ipſa ſignificat: quod eo magis iudico verum eſſe, q̄a
„ lex Solonis id ipſum vetat. Idem paulo pòſt. Poſteaquam, vt ſcribit Phalereus, ſumptuoſa fieri funera, & lamentabilia cœpiſſent,
„ Solonis lege ſublata ſunt: quam legem eiſdem propè verbis Decemuiri noſtri in decimam tabulam coniecerunt. Nam de tribus riciniis, & pleraque illa, Solonis ſunt: de lamentis verò expreſſa verbis ſunt: MVLIERES GENAS NE RADVNTO,
„ NEVE LESSVM FVNERIS ERGO HABENTO. Idem libro ſecundo Tuſcul. cùm negat eiulatū eſſe conceſſum ait, hūc
„ nimirum eſſe fletum, quem xii. Tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. Quod ad alteram huius legis partē attinet, Plinius quo-
„ que eius meminit libro vndecimo, ca. 37. ſcribit enim, infra oculos eſſe malas homini tantum, quas priſci genas vocabant, xii. Tabularum interdicto radi à fœminis eas vetantes. Sed ipſius Solonis legem conferamus. Plutarchus, quod ille in hoc genere cō ſtituit, fatetur in Romanas etiam leges eſſe translatum. Quid autem is conſtituerit, his verbis exprimit: ἐπέσπασε καὶ τοῖς πένθεσι νόμον, ἀπειργόντα τὸ ἄτακτον καὶ ἀκόλαστον. Item ἀμυκχὰς κοπτομένου, καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλοθ' ἐν τάφοις ἑτέρων ἀφεῖλον. Edictum Prætoris de luctu, & luctus tpe mulieribus præſcripto, in Pandectis extat. Sed alia nunc perſequimur. Quod de tribus riciniis ait Cicero, tranſlatum ex lege Solonis: certè Solon tres tantum

Source : BIU Cujas

tum veſtes mulieribus in pompa funebri conceſſit. Eas Romani ricinia vocarunt. Hi (inquit Feſtus) qui xij. interpretati ſunt, ricinium dixere togam, qua mulieres vtebantur, prætextam clauo purpureo. Nonius docens, quis olim diceretur pullus color, allegat hæc Varronis verba: Vt dum ſupra terram eſſent, ricinijs lugerent, funere ipſo pullis pallis amictæ. Quod de vinculis pupuræ dicitur, quidam tuniculam purpuream legi mallent. At hoc eſt, interpretatione augere ſumptum, quem lex minuere vult. Scio apud Liuium libro 34. in concione L. Valerij ſcriptū eſſe, magiſtratibus in colonijs, municipijsque, & Romæ infimo genere magiſtris vicorum, togæ habendæ ius eſſe permiſſum: nec id vt viui ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam vt cum eo crementur mortui. Verùm id ego permiſſum fuiſſe poſt xij. Tabulas, & quidem aduerſus eas, non dubito. De tibicinibus decem nihil eſt quęſtionis: quanquam & tubicines funeribus adeſſent: Propertius; Nec tuba ſit fati vana querela mei. In quadam oratione M. Catonis nominantur tubicines, liticines & ſiticines. Liticines erant, qui lituo cantabant. Siticines verò, qui canere ſolebant apud ſitos, ideſt, ſepultos; vt Capito olim interpretatus eſt. Gell. lib. 20. cap. 2. Sequitur apud Ciceronem: Cætera itē funebria, quibus luctus augetur, xij. ſuſtulerunt. HOMINI (inquit) MORTVO, NE OSSA LEGITO, QVO' POST FVNVS FACIAT. Excipit bellicam peregrinamque mortem. Quid? an voluerunt Decemuiri eodem loco cineres condi, quo cadauer vrebatur, ne eorum tranſlatio ſumptum luctumve nouum adferret? Eorum tamen qui vel in bello, vel peregrè mortui eſſent, oſſa legi, & demum referri potuiſſe cōſtat. Repertum eſt vetus teſtamētum Fauonij cuiuſdam, qui in Luſitania, in bello contra Viriathum occubuit, præſcribentis hanc ſuis hæredib. conditionem: vt eius oſſa in vrbem referant, & ſepulcro condant. Vlpianus capite 14. de relig. ait, impenſam peregrè mortui, quæ facta eſt, vt corpus perferretur, funeris eſſe. Vecturam nominat Macer, cap. 7. de relig. Sanè arculam quò conditum eſt corpus, ſi res exigat, in locum commodiorem transferri licere, ait Martianus cap. 39 de relig. Deniq; Pomponius meminit huius conditionis: Si pecunia certa detur in funus, impenſasq; corporis in aliam regionem perferendi, l. penult. §. j. de conditionibus. Sequitur apud Ciceronem, vt Manutius reſtituit: Hæc prę terea ſunt in Legibus, de unctura circumpotationeque: SERVILIS VNCTVRA TOLLITOR, OMNISQVE CIRCVM POTATIO. quæ & rectè tolluntur: neque tollerentur, niſi fuiſſent. NE SVMPTVOSA RESPERSIO, NE LONGAE CORONAE, NE ACERRAE PRAEFERANTVR. Quod ad vncturam attinet: ſeruilis tantum ſublata fuiſſe videtur, quę ex familia pollinctorum fuiſſe dicitur. Nimis etiam ſumptuoſa atque curioſa fuit Aegyptia vnctura cadauerum. Sed cadauer alioqui vngere, licuiſſe videtur. Certè Macer Iuriſconſ. cap. 37. de relig. ait, funeris ſumptum accipi, quicquid corporis cauſa, veluti vnguentorum, erogatum eſt. Notum eſt illud Ennij,

Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.

Sed & Chriſtianos quoque veteres vnxiſſe ſuorum cadaūera, teſtes ſunt Tertullianus & Arnobius. Porrò quod ad circumpotationem attinet, videtur fuiſſe epulum quoddam funebre. Cicero ſanè de moribus veterum Athenienſium in funeribus loquens; Sequebantur (inquit) epulæ, quas inirent propinqui coronati, &c. Deinde ait, hæc ſublata eſſe Solonis lege, eamque legē à Decemuiris relatam in xij. Tabulas: ſed contemptam poſtea à Romanis fuiſſe, dubium non eſt. Ipſe Tertullianus in Apolog. c. 14. Quid (inquit) ad honorandos deos facitis, quod non etiam mortuis veſtris conferatis? Aedes proinde, aras proinde. Quid differt ab epulo Iouis, ſilicernium? à ſympullo, obba? ab aruſpice, pollinctor? Nam & aruſpex mortuis apparet. Quod de aris ait Tertullianus, ſignificat contemptam fuiſſe hanc quoque legem de acerris. Sic enim Feſtus ſcribit vocatas fuiſſe aras illas, quæ ante mortuum poni ſolebant, & in quibus odores incendebantur. Et verò videntur decemuiri hoc egiſſe, ne quis cadauer diuinis honoribus afficeret. Verùm & Cicero ipſe hanc legem contemſit, qui ſuæ Tulliæ defunctæ non ſolùm aram, ſed etiam fanum excitare voluit. Quod ad longas coronas attinet, quas preferri in funere vetant Duodecim: vellem, antiquus Claudij Saturnini liber de Coronis, quem Tertullianus legit, extaret, vt res tota melius intelligeretur. Miror certè ipſum Tertullianum in lib. de Cor. mil. non meminiſſe huius legis. Longas coronas quidam hic dici putant lemniſcatas. Erant autem lemniſci dependētes ex coronis faſciolæ. Sed quales quales fuerint longæ coronæ, videntur propriæ Dijs fuiſſe, quæ cadaueribus hic negantur. Nam quæ ad diuinos honores non pertinebant, non videntur hac lege mortuis negari. Tertullianus ait, à ſeculo coronari & ipſas Libitinas. Arnobius lib. octauo, non ſolum ſcribit Ethnicos coronaſſe ſuorum cadauera: ſed & accuſaſſe Chriſtianos, qui id non facerent. Cicero quoque pro Flacco narrat, plebiſcito Smyrnæorum placuiſſe, vt imponeretur aurea corona mortuo Caſtricio. Sed & leges xii. Tab. quaſdam coronas cadaueribus & funeribus reliquerunt. Sequitur apud Ciceronem: Illa iam ſignificatio eſt, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, & coronā virtute partam, & ei qui periſſet, & eius parenti ſine fraude eſſe lex impoſitam iubet: credoq;, quod erat factum, vt vni plura fierent, lectiſque plures inferrentur, id quoq; ne fieret lege ſancitum eſt: qua in lege cùm eſſet, NE'VE AVRVM ADDITO, quàm humanè excipit altera lex, vt QVOI AVRO DENTES VINCTI ESSENT, ASTIM CVM ILLO SEPELIRE, VRERE, NESI FRAVDE ESTO. Hęc Cic. Plinius lib. vigeſimoprimo, capite tertio, vbi de coronis agit, illam priorem legem de corona parta, magis integram edit, & obiter interpretatur. Semper (inquit) auctoritas vel ludicro quæſitarum fuit. Namque ad certamina in circum p ludos & ipſi deſcendebāt, & ſeruos ſuos quoſque mittebāt. Inde illa xij. Tabul. lex: QVI CORONAM PARIT, IPSE PECVNIA'VE EIVS VIRTVTIS ERGO EI DVITOR. Vulgò legitur ARGVITOR, ſed mendoſe. Emendo, DVITOR: vt ſæpe, DVIRI, pro DARI, veteres dixerunt. Sequitur apud Plinium, quod vitioſè etiam vulgò legitur: Quam ſerui, equive meruiſſent, pecunia partam, lege dici nemo dubitauit. Quis ergo honos? vt ipſi mortuo, parentibusq; eius dū intus poſitus eſſet, foriſve ferret, ſine fraude eſſet impoſita. Aliàs in vſu promiſcuo ne ludicrę quidem erat. Hæc Plinius, qui hanc legem interpretari videtur de coronis Circenſibus. Sed paulò poſt ſatis ſignificat, coronas magis promiſcuas deinde fuiſſe. Nā loquens de funere Africani Qua (inquit) parte ferebatur, populure flores è proſpectu omni ſparſit: & iam tum coronæ Deorū honos erant, & larium publicorum priuatorumq;, & ſepulcrorum & manium. Porrò quod lex prohibet plura funera vni fieri, pluresq; lectos inferri, ſicuti antea fiebat, repudiatum poſtea etiā eſt: & magis deinde, quàm prius factum, id profectò fuit Romæ. Cæterùm non minus ineptum fuit, quòd cum xij. Tabulæ nollent auro cadauera ornari, patiuntur ea non ſolum ſepeliri, ſed etiam vri cum dentibus inſititijs, auro deuinctis. Sic & paulo antè ex Liuio notaui, tandem etiam permiſſum fuiſſe, vt cum toga ſua prætexta multi cremarentur. Prudentiores ſanè fuere noſtri poſtea Iuriſconſulti. Vlpianus c. 4. §. 4. de relig. Non oportet (inquit) ornamenta cum corporibus cōdi, nec quid aliud huiuſmodi: quod homines ſimpliciores faciunt. Sed & Papinianus libro tertio Reſponſorum ſcripſit, non valere ineptas voluntates defunctorum circa ſepulturam, veluti veſtes, aut ſi qua alia ſuperua cua, vt in funus impendantē. c. 13. ad fi. de leg. 1. In lege ASTIM pro, ET EVM dici, vetus eſt. Cicero lib. 2. de Legib. AST OLLA dixit pro, ET ILLA. Antea autem notaui, pro EVM, IM veteres dixiſſe. NESI FRAVDE pro SINE FRAVDE, reſtituit Manutius ex Feſto. Sic enim inuerſis ſyllabis veteres ſcripſiſſe. in lege tamen Falcidia nr̄o more ſcribit SINE FRAVDE. Immo verò & in ipſis xij. Tabu. j̄. capite 47. Poſtremo loco Cicero: Duæ ſunt (inquit) præterea leges de ſepulcris, quarū altera priuatorū ędificijs, altera ipſis ſepulchris cauet. Nam quòd rogū buſtumve nouum vetat propius ſexaginta pedes adiici ædes alienas inuito domino, incendium veretur acerbum, & autem forū. i. veſtibulum ſepulcri, buſtumve vſucapi vetat, tuetur ius ſepulcrorū. Hęc ex Cic. Apparet aūt, legē priorē de buſto tantū, non etiam de ſepulcro, in quo nullum eſt ignis periculū, loq. Caius lib. 4. ad legē xij. Tab. commemorat quandā Solonis legē: Si quis prope ædificium alienum fodiat ſepulcrum, dēre tantū ſpacij intermedij relinquere, quanta erit eius foſſæ profunditas, & ad eius legis exemplum ſcriptum fuiſſe in xij. Tabulis, ait. cap. vlt. fin. regu. Idq; nos antea etiam annotauimus. Quid igitur, ſi fiat contra legem? Pōponius capite 3. De mort. infer. Si propius (inquit) ędes tuas quis ædificet ſepulcrum, opus nouum tu nunciare poteris. Sed facto opere nullam habebis actionem, niſi quod vi aut clā. Si propius ædificium alienū intra legitimum modū mortuus illatus ſit, poſtea eum prohibere nō poterit ędificij dominus, quo minus aliū mortuū eò inferat, vel monumentū ędificet, ſi ab initio dño ſciēte hoc fecerit. Quod ad alterā legem, quæ vetat forū vſucapi, vel vel buſtū, in primis occurrit, quod Vlpianus c. 4. De mort. infer. ait, longa poſſeſſione ius ſepulcri non tribui ei, cui iure non competit. Sed & loca religioſa non poſſe vſucapi, docet Iuſtinianus libro tertio Inſtitut. de vſucap. Porrò veteres forum appellaſſe veſtibulum ſepulcri, Feſtus etiam notat.

CAP. XXXII.

DIxi antea, cum lex xij. Tab. pluribus, qui eodē gradu ſunt, hæreditatē deferret, de huius quoq; diuiſione egiſſe. Neq; verò ſolum de familia erciſcunda: ſed & de alia quadā indiuiſa (vt ita loquar) diuiſione, quæ ipſo prius iure fit. De ea igitur primùm etiam videamus. Cicero pro Roſc. Com. Simillima (inquit) & maximè genuina ſocietas hæreditati eſt. Quemadmodum ſocius in hæreditate habet partem, ſic hæres in hæreditate habet partē. Vt hæres ſibi ſoli, non cohæredibus petit: ſic ſocius ſibi ſoli, non ſocijs petit, & quemadmodum vterque pro ſua parte petit, ſic pro ſua parte diſſoluit, hæres ex ea parte, qua adijt hæreditatē, ſocius ex ea qua ſocietatem coijt. Hęc Cicero. Non eſt ſanè omnino firma hæc comparatio, neq; quod de hęreditate communi dicit, ſatis eſt perpetuum. Neq; tamen dubito, quin Cicero tum cogita-

Source : BIU Cujas

rit de lege xij. Tab. de qua nunc agere inſtituo, vt & latiſſimè eam patere ſentio. Valerianus Galienusque aiunt, manifeſti & indubitati iuris eſſe, defuncto creditore multis relictis hæredib. actionem perſonalem inter eos ex lege xij. Tab. diuidi. l. j. C. ſi vnus ex plur. hær. Sic & alibi reſcriptum eſt, l. j. C. de except. debitores hæreditarios vnicuique hæredum, pro portione hæreditaria, antiqua lege obligatos eſſe. Sed & Diocletianus l. vlt. C. de act. hæredit. Lex xij. Tab. (inquit) euidentiſſimè facit hæredes, creditoribus hæreditariis obnoxios. Seuerus quoque & Antoninus reſcripſerunt, l. j. C. ſi cert. petat. explorati iuris eſſe, hæreditaria onera ad ſcriptos hæredes, pro portionibus hæreditariis, pertinere. Quod ſecutus Decius Imp. ait, placuiſſe, pro hæreditarijs partibus, hæredes onera hæreditaria agnoſcere, etiam in fiſci rationibus, l. 2. C. de act. hæred. Denique Valerianus Galienusque l. 1. C. de anno. & tribu. Aes alienum (inquiunt) pro portione, ex qua quiſque defuncto hæres extiterit, præſtari oportere. Si quis ex Pandectis locum huius generis requirat, vnum ex multis proferam. Paulus l. hæredes. §. idem iuris. fam. erciſcun. loquens de pecunia à teſtatore, qui plures hæredes reliquit, promiſſa: Hæc obligatio (inquit) diuiditur per legem xij. Tab. Nunc rem ipſam videamus, & ordine ſingula propius excutiamus. Principiò autem quæ iam protuli principium reſcripta, eò ferè omnia pertinent, vt oſtendant, hanc legem propriè pertinere ad obligationes perſonales, ex quibus neque creditoris hæredes agant, neque debitoris hæredes conueniantur, niſi pro portionibus hæreditariis. Cæterùm hypothecaria actio, quę in rem eſt, ſingulis creditoris hæredibus in ſolidum datur: & aduerſus eum ſolum hęredem, qui rem obligatam poſſidet, l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plu. hæred. l. 2. C. de act. hære. Quòd ſi res ipſa diuiſa ſit, & à pluribus pro parte poſſideatur, tamen actio hypothecaria non diuidetur, ſed aduerſus eum quoque in ſolidum dabitur, qui partem poſſidet, quanquam de tacita illa hypotheca, quæ legati nomine datur, non idem dicamus. Hæc enim cùm primum conſtituatur in eas res, quæ ab defuncto ad hæredes iam peruenerunt: vt diuiditur inter hæredes principalis actio perſonalis, quæ legati nomine competit, ſic & hypothecaria: vt non obligatæ intelligantur res hæreditariæ, quæ ad hæredes puenerũt, niſi pro qua parte hæredes ſunt. l. j. C. comm. de lega. Neque diſſimile illud eſt, quod Conſtantinus ſtatuit l. 2. de debitor. ciuit. Vt ſi ciuitas mutuam pecuniam crediderit, bona debitoris, qui ſoluendo non eſt, in alios etiam tranſlata, quodammodo teneantur, ſicut poſſeſſores conueniri poſſint, nõ in ſolidum: ſed pro rata parte, pro qua res illas poſſident. Cęterùm alioqui tam indiuidua eſt actio hypothecaria, vt etiam ſi res obligata diuiſa ſit, non tamen diuidatur: ſed in partem quoque rei detur in ſolidum. Sanè cùm rem hæreditariam pignori obligatam hæredes debitoris vendidiſſent, & euictionis nomine pro portionibus hæreditariis ſpopondiſſent: & alter creditori pro ſua parte ſoluiſſet, quod debebat: ſed pro altera parte nihilominus creditor rem in ſolidum euiciſſet: placuit propter indiuiſam pignoris cauſam, vtrunque ab emptore conueniri poſſe: ei tamen, qui iam ſoluerat, dari iudicium familiæ erciſcundæ contra cohæredem. l. 65. de euict. Obſeruemus autem hypothecariam magis eſſe indiuiſam, & minus ad legẽ 12. Tab. pertinere, quàm ipſa rei vindicatio. Nam hæc licèt tantum detur contra poſſeſſorem rem: tamen inter ipſius hominis hæredes ſaltem diuiditur, vt dominium ipſum: neque vnus vindicat, niſi pro ſua parte. Sic enim dominium, vt perſonalis obligatio diuiditur. At ius pignoris ne inter ipſius quidem creditoris hæredes diuiditur. Vnus etiam in ſolidum ſemper rem perſequitur: & licèt non petat ſuam niſi partem debiti, tamen niſi ſi ea ſoluatur, petit in ſolidum re obligata ſibi cedi ab eo qui poſſidet. Sed id etiam expoſui in Commentar. de Pignoribus, & hypoth. Porrò & tributa, quæ ratione rei debentur, in ſolidum ab eo hærede exiguntur, qui rem poſſidet leg. 1. C. de ann. & tribu. Sed & vbi hæreditaria obligatio perſonalis quidem eſt, pertineret tamen non ad quantitatem dandam, ſed ad ſpeciem aliquam certam reſtituendam, veluti depoſiti aut commodati: certè hiſce bonæfidei obligationibus hoc tributum eſſe videtur, vt ex ijs in ſolidum condemnetur vnus etiam ex hæredibus, qui facultatem rei in ſolidum reſtituendæ habet, nec reſtituit. Sic enim Vlpianus, leg. 3. §. hæres commod. Hæres (inquit) eius qui commodatum accepit, pro ea parte, ipro qua hæres eſt, conuenitur: niſi fortè habeat facultatem totius rei reſtituendæ, nec faciat. Tum enim cõdemnatur in ſolidum, quaſi hoc boni iudicis arbitrio conueniat. Idem & de iudicio depoſiti, alio loco traditur, leg. 22. fi duo. depoſ. Sed & ex interdicto de vi, & vi armata, quod recuperatorium eſt, & rei perſecutorium (vt populariter loquar) contra vnum hæredem, quamuis ex parte hæres ſit, agi poteſt in ſolidum, ſi ad eum peruenerit res tota l. ſi plures. de vi & vi arm. Nam ex cauſa eius interdicti, in factum actio competit contra hæredes in id, quod ad eos peruenit ſicuti & ex cauſa interdicti QVOD VI AVT CLAM. l. 1. §. vlt. cod. tit. l. 2. C. vnde vi. Cęterùm ſi de pecunia ſiue quantitate agatur, fateor eam quoque obligationem, quæ re contracta eſt, non dari in hæredes, niſi pro portionibus hæreditariis: ſicuti & condictione ex cauſa furtiua hæredes conueniuntur pro ea ſolùm parte, pro qua hæredes ſunt l. in condictione. De condition. furt non autem in quantum ad eos peruenit. Obligationes quę inter hæredes diuiduntur pro portionibus hæreditarijs, oportet præterea eſſe & hæreditarias & diuiduas. Hæreditarias voco, quæ à defuncto contractæ, & in hæredes tranſmiſſæ ſunt: ſaltem quæ ex promiſſione defuncti dependent, ex eiusque conuentione proficiſcuntur, quamuis ab ipſo primùm hærede commiſſæ ſint. Nam & Caius l. hæreditarium, de rebus aut. iud. poſſ. ait, hæreditarium æs alienum intelligi id quoque de quo cum defuncto agi non potuit: veluti quod is, cùm moreretur, daturum ſe promiſiſſet: item quod is qui pro defuncto fideiuſſit, poſt mortem eius ſoluit. Ergo & ſi teſtator promiſerit, per ſe hæredem quo ſuum non fieri, quo minus mihi ire agere liceat: & vnus ex hæredibus contrà faciat: commiſſa eius facto aduerſus omnes hæredes in ſolidum obligatione, agam contra ſingulos pro portionibus hæreditarijs ad id quod intereſt, vel ad pœnam pecuniariam. cùm ea promiſſa ſit, ſi contrà fiat. Paulus l. hæredes. §. in illa fam. erciſcun. ait, vno prohibente, in ſolidum committi hanc ſtipulationem. Idem leg. in executione. §. quod ſi. de uerbo. obligatio. ſcribit, vnius facto omnes hæredes hic teneri. Alio loco reſpondit, l. 2. §. item & ſi. Illo titu. ſi vnus ex pluribus hæredibus prohibuerit, teneri cohæredes eius. Vlpianus l. 3 illo titu. ait, omnes hæredes teneri. Apud Catonem l. 3. §. Cato. illo tit. legimus, ſi ex pluribus hæredibus vnus contrà fecerit, ab omnibus pœnam committi pro portione hæreditaria. Item omnes commiſiſſe videri. Item, non niſi in ſolidum peccari. Obſeruemus aũt, rectè quidem dici, omnes teneri, & in ſolidum committi ſtipulationem. Sed non dicit (quod alibi rectè dixit) Paulus, agens de obligatione ſeruitutis præſtandæ) ſingulos in ſolidum teneri. Immò verò Cato ait, ab omnibus hæredibus pœnã hic commiti proportione hæreditaria. Poterat dicere, ab omnibus deberi pœnam in ſolidum: nihilominus enim intelligeremus, ſingulis deberi pro portione hęreditaria, quod ab omnibus ſimul debetur in ſolidum. Sic enim & Vlpianus l. ad ea. §. vlti. de regu. iur. cùm dixiſſet, hæredes ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt, teneri in ſolidum, ſimilem ſubiecit interpretationem. Hoc eſt (inquit vnuſquiſque pro ea parte, pro qua hæres eſt. Certè & alibi legimus, aliud eſſe, duobus in aſſem ſiue in ſolidum rẽ aliquam pignori dare aut vendere: aliud, ſingulis in ſolidum. l. Titius, quibus mod. pigno. vel hyp. ſol. Sic itaque & Paulus. l. in executione, de verb. obliga. cùm dixiſſet, ſi teſtator opus fieri iuſſerit, vel promiſerit, ſingulos hæredes in ſolidum teneri: quia operis effectus in partes ſcindi non poſſit: ſubiecit alteram tanquam diuerſam, vbi ſcilicet pro parte petitur, ſtipulationem hanc PER TE HAEREDEM QVE TVVM NON FIERI: aitque, ſi ita ſtipulatus fuero, & vnus ex hæredibus tuis me prohibeat, vnius facto omnes teneri, non ait, ſingulos in ſolidum, ſed omnes ſimul: nempe ſingulos pro ſuis portionibus. Quod equidem tanto magis inculco quòd in eo magnos etiã, & eruditos viros hallucinari videam. Et ſanè cum hic agatur ad id quod intereſt, vel ad pœnam: atque ita ad id quod diuiduum eſt: cur hic locum non haberet diuiſio introducta per xij. Tab.? Si obligatio primũ eſſet inita & cõtracta ab ipſis hęredibus tanquam principalibus promiſſoribus tum certè quiſque ex ſuo ſolùm facto teneretur, & quidem in ſolidum, neque ad alios pertineret vllo modo, neque ij eo nomine conueniri poſſent. l. de pupillo. §. ſi plurium, de oper. nou. nunc. l. vlt. ad ſena. Syllan At hic agimus de obligatione, primùm quidem in perſona hæredis commiſſa eius facto: ſed prius tamen ſub ea conditione à defuncto contracta, & ex eius conuentione proficiſcente. Itaque & hæreditariam hanc obligationem vocat Paulus, leg. inter cohæredes. §. quod ex facto fam. erciſcun. Fateor non tranſire ad hæredes, niſi ſi eorum ſit facta mentio: & in eorum perſona nouam veluti eſſe obligationem. Sed quia tamen dependet ex conuentione à defuncto inita: dico per legem xij. Tab. ipſo iure diuidi inter hæredes, cum ab vno eorum in ſolidum commiſſa eſt, non ſecus atque ſi defunctus promiſſor ipſe contrà feciſſet, eamque iam commiſiſſet. Cæterùm quia ſummum hoc ius, ſumma eſſe poſſet iniuria: & iniquum ſit, eos qui non peccarunt, ex alterius facto damnum ferre ex eiſdem duodecim Tab. remedium quæſitum eſt, nempe vt actio familiæ erciſcundæ, quæ hiſce quoque Tabulis prodita eſt, detur iis, qui cum nihil peccaſſent, pro ſua tamen parte ſoluere coacti ſunt: vt repetant ab eo qui contrà fecit, & commiſſę ſtipulationis cauſa eſt. l. 2. §. item & ſi in facto l. in executione. §. quod ſi. ad fin. de verborum obligatio. quanquam is, qui propter ſuum factum præſtat ex ſtipulatione hæreditaria, à cohærede non repetat, vt inquit Paulus, l. inter. §. quod ex facto. famil. erciſcun. Porrò vt obligatio ex contractu conuentioneque defuncti dependens, in ſolidum commiſſa per vnum ex hęredibus promiſſoris, ipſo iure diuiditur inter omnes hæredes, pro ſuis portionibus, vt pro ijs conueniri poſſint à ſtipulatore: ſic & propter vnum ex hæredibus ſtipulatoris in ſolidum commiſſa, ſummo iure acquiritur omnibus eius cohæredibus, pro ſuis portionibus: & inter eos tanquam hæreditaria diuiditur per legem duodecim Tabul. Veluti ſi ſtipulatus ſim mihi,

Source : BIU Cujas

mihi. hæredíque meo ire agere licere : & ſi contra fiat, centum pęnę nomine dari: ſi vnus, me mortuo, ex meis hæredibus ire agere prohibeatur : pœna in ſolidum committitur, & commiſſa debetur ſingulis hæredibus pro ſuis portionibus. Quia tamen vidit Prætor iniquum eſſe, eos qui prohibiti non erāt nullaque iniuria affecti, quorumque nullo modo intererat, pro ſua quoque parte pęnam commiſſam cōſequi: exceptione doli, eos ſummouere voluit. l. 2. §. vlt. de verb. oblig. Non potuit quidem ſummum illud & ſubtile ius legis xij. Tab. planè tollere: ſed effecit tamen, ne vim ſuam exerceret, vbi æquum non erat, neq; ſanè nouum eſt, vt licèt pœna ſummo iure in ſolidum commiſſa ſit: tamen ex æquo & bono detur exceptio, vt nō niſi quatenus peccatum eſt, exigatur. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quis cautioni. Priuſquam autem aliò progrediamur, ſi quis requirat, quid Decemuiros, hęreditarię diuiſionis, de qua nunc agimus, auctores mouerit: certè cum intelligerēt debitoris hæredes teneri ad perſoluendum totum ęs alienum hæreditarium, etiam cum ſoluēdo alioqui non eſſet hęreditas: ęquiſſimū, vt eſt, eſſe iudicarunt, vt hoc tale tantumq; onus ſaltem inter eos diuideretur, quò leuius fieret, & ſingulis eſſet tolerabiliùs. Satis iam ſatis creditoribus conſultum eſſe: quibus, qualiſcunque etiam eſſet hæreditas, in ſolidum perſoluebatur. Neque eos quęri poſſe, diuiſam ſuam actionem in plures ſpargi. Nam hac etiam ratione melior erat, quòd in reos non modò plures, ſed plerunq; etiam locupletiores dabatur. Et quanquam poſtea magis etiam hæredibus debitoris conſultum ſit, vt non tenerentur ſupra vires hæreditatis (quod primùm ſeparatione impetrata à Prætore, poſtea communi beneficio inuentarij conſecuti ſunt) tñ retenta eſt ęquitas diuiſionis hæreditariæ, de qua loquimur. Neq; huic repugnat, quod Paulus dixit. l. 2. §. ex his. de verb. oblig. ex perſona hæredū, conditionem obligationis non immutari. Nam & eo loco fatetur, in ijs etiam obligationibus, quarum ſolutio, quod ad vim liberationis attinet, alioqui indiuidua eſt propter vtilitatē cōtrahentium: diuiſionē tamen ex xij. Tabulis locū habere. Illud verò ſolum contendit, quod & æquum eſt, eandem ſolutionis, liberationiſq; rationem eſſe, & eſſe debere in perſona hæredum, quæ fuit in defuncto debitore generis: præſertim cū alioqui nō impediatur ipſius obligationis diuiſio. Sic & cum agitur de implenda conditione dandi, ſiue vt pœna euitetur, ſiue vt aliquid acquiratur: diuiditur quidem principalis obligatio, vt hæredes reuera non niſi ad partem ſuam dādam obligati intelligantur. Sed ſolutio ipſa, eiusq; vis non item diuiditur hoc caſu, & partē ſolam dando nihil agitur Itaque & ipſe Paulus l. hæredes. §. idē. fam. erciſcun. Quamuis (inquit) obligatio quantitatis diuidatur inter hæredes per legem xij. Tab. ſi tamen à teſtatore ſub pœna promiſſa ſit, nihilum prodeſt ad pœnam euitādam, ſoluere ſuā partem. Si ageretur de re legata ſub conditione dandorū decē, nihil prodeſſet, vnum legatarij hęredem dare quinque, hoc eſt, ſuam partem: vt rei relictæ partem conſequatur : nō enim inter hæredes ſcinditur conditio. l. cui fundus. de cond. & demon. Sic etiā & vbi non ageretur de re aliqua acquirenda, ſed de pęna vitanda. Rectè itaque & Pōponius. l. 5. §. vlt. de verb. oblig. Si ſortem (inquit) promiſeris, & ſi ea ſoluta non ſit, pœnam : etiam ſi vnus ex hæredibus tuis portionē ſuam ex ſorte ſoluerit, nihilominus pœna committetur, donec portio cohęredis ſoluat. Certè & ſi ſtipulatio ita facta ſit, ſi fundus datus nō erit, dari cētum : Paulus reſpondit, niſi totus detur, pęnam committi cētum: nec prodeſſe, partes fundi dari, ceſſante vna. l. in executione. §. pen. de ver. obiig. Conditio itaque pro parte impleri non poteſt, ſiue de acquirendo agatur, ſiue de pęna vitanda. Cū is qui fundū ea lege emerat, vt ſoluta pecunia traderetur ei poſſeſſio, duobus hæredibus relictis deceſſiſſet: reſponſum eſt, l. fiſtulas. §. qui fundum. de cont. emp. ſi vnus tantum partem offert, ex empto non poſſe agere cum uenditore: quoniam ita contractum æs alienū diuidi non poſſit. Quod certè etiam dicendū eſt, etſi expreſſim fundus ea lege emptus non eſſet: nihilominus enim ea lege emptus, atque etiam traditus intelligeretur. Cæterùm ſi de precio fides habita eſſet, cùm res tradita eſt: iam certè cum dominium translatum ſit, nullaq; conditione ſuſpenſum, abs ſingulis hæredibus precium peti non poſſet, niſi pro qua parte hæredes emptoris ſunt. Cæterùm quandiu res adhuc acquiſita non eſt: vt reſponſum eſt, nihil prodeſſe emptori, ſi partē precij offerat: nondumq; propterea ex empto actionē eſſe ad rem acquirendam. l. 3. §. offerri. de act. empt. ſic & dicendū erit de eius hæredibus. Quid multis? in vniuerſum hoc dicendum eſt, quoties de conditione implenda agitur, quæ fruſtra pro parte impletur, nō modò (vt dixi) vt aliquid quæratur, ſed vt pęna euitetur. Omnino. n. ſi quid eorum quæ promiſſa ſunt factum non ſit: pœnalis ſtipulationis conditio eueniſſe intelligitur, & conditio vni perſonæ aſcripta nō diuiditur: licèt is cui aſcripta eſt, deceſſerit pluribus hæredibus relictis. l. ſi is qui ducenta. §. cum ita. de rebus dub. nō enim ex accidente ſcindi debet cōditio, inquit Iabolenus. l. cui fundus. de cond. & demonſt. Sed hæc hoc loco longius nō perſequar. Illud verò tantū inculco, & in primis intelligi volo, obligationē inter hēdes diuidi, quoties diuidua eſt: tametſi plerūq; etiam ſit, & maneat ſolutionis ratio & cauſa quodammodo indiuidua, propter utilitatem creditoris, cui iniuria fieret, ſi non omnino ab hæredibus cōſequatur, qđ abs defuncto conſequuturus eſſet. Ergo ſi homo deberet in gñe, donec ſolutio in vna aliqua ſpecie certa fuerit perfecta, nulla ne pro parte quidē cōtinget liberatio, quandiu periculū alioqui ſubeſt, ne in diuerſis ſpeciebus ſolutio pro parte fiat. Neq; ſanè voluerunt Decēuiri diuiſionē obligationis, quā inter hæredes debitoris hac ſua lege introduxerunt, fieri in fraudē creditoris, aut ad iniquā cōditionem trahi. Immò verò in huius diuiſionis cauſa non mō hęredum, ſed & creditoris ipſius habitam eſſe rationem, & huic, ut illis, in hoc genere ius aliquod tributum eſſe, vel inde intelligi poteſt, quòd in illorum hæredum poteſtate non ſit, ſua inter ſe conuentione, ſuoq; pacto hanc diuiſionē inhibere. Nam & ſi inter eos conuentū ſit, vt vnus eorū aliquis totū æs alienum perſolueret, perſonamq; defuncti hac in re ſolus in ſolidum (vt loquimur) repræſentaret, nihil hoc ad creditorem pertinet: & is nihilominus ſuo quodā iure propter diuiſionē ex hac lege deſcēdentē, ſuā contra ſingulos hæredes habet actionē. l. pactū. C. de pact. Porrò cum ſuprà quoque dictum ſit, non minus hāc diuiſionem pertinere ad hęredes creditoris, quàm debitoris meritò quæri poteſt, ſi vtrinque concurrat hæredum cauſa: hoc eſt, res ſit inter vnum è multis hæredem creditoris, & debitoris hęredē vnum: cuius ſit potior cauſa. Finge creditoris hęredē ex ſemiſſe, agere aduerſus debitoris hæredem ex triente: vel è diuerſo, creditoris hæredem ex triente, imperere debitoris hæredem ex ſemiſſe. Certè poſteriori hoc caſu ſatis manifeſtum eſt, non niſi in triente fieri cōdemnationem. id enim actori ſatis eſt, neq; plus petit, nec poſſet: non enim plus ei debetur. Reo uerò minimè id graue eſt, cū etiam plus debeat. Ac rectè quidem tum dicimus, ex iure & perſona agētis metiri nos debere modū cōdēnationis. Sed priori caſu, vbi reus non niſi ex triente hæres eſt debitoris, actor verò ex ſemiſſe hęres creditoris, difficilior eſt q̄ſtio. Fietne condemnatio in ſemiſſem? Atqui reus non niſi trientem debet. Fietne ſolum in trientem? Atqui ſemis debetur actori. Vellem equidē noſtros Iuriſconſultos non diſſimulaſſe, neq; diſſimulādo prætermiſiſſe hunc locum: cū quidē alioqui tam multa, quæ minus aut neceſſaria aut obſcura erant, & dixerint & ſcripſerint de diuiſione hæreditariarū obligationum. Mihi certè (ſi meam ſententiam dicere cogor) æquius eſſe videtur, hoc caſu non fieri condemnationem niſi in trientem, hoc eſt, pro qua parte hęres eſt reus, qui condemnatur: nō enim plus debet, neq; plus ab eo petere poſſet vel creditor ipſe principalis, cui ſolidum debeē. Si hic contendat actor ſemiſſem ſibi deberi: ſaltem fateatur neceſſe eſt, cū totū ab hoc reo nō deberi. Reliquum ergo petat ab alio debitoris hærede. Sanè ſi in ſolidū actio mota ſit ab vno ſtipulatoris hærede aduerſus vnū promiſſoris hæredem, veluti de ſeruitute, quæ à ſingulis inſolidū debetur, & peti poteſt (eſt enim res indiuidua) quia verò ea non præſtaretur, ventū eſſet, vt fit, ad pecuniariā æſtimationē condēnationēq; : iam certè fateor hāc ſaltem fieri condemnationē, & nos eā metiri debere ex iure & perſona eius qui agit: vt ſi hic actor ſit ſtipulationis hæres ex ſemiſſe, reus condēnetur in ſemiſſem totius æſtimationis, licèt ſit ſolum promiſſoris hęres ex triēte. Reuera enim à principio rectè in ſolidum aduerſus eum litem mouit actor. Si poſtea ex accidenti pecunia in cōdēnationē veniat, ſatis ſuperq; reo tribuitur, ęq eam in ſolidum non præſtet: ſed ſolū quatenus actor hæres eſt, eiusve intereſt. Si ſtipulator ipſe uiueret, & ageret ad ſeruitutem promiſſam: nō poſſet non ſemper inſolidum fieri cōdemnatio, quatenus eius intereſt & ei debetur, ſiue contra promiſſorem agat, ſiue contra eius hęredē. Ergo & ſi quis huius ſtipulatoris hęres itidē agat in ſolidū, petens ſeruitutē : & pecunia quæ diuidua eſt, veniat in condēnationē: ſaltem conſequaē æſtimationē, quatenus ſua intereſt, hoc eſt, proportione ſua hęreditaria potius, quàm rei cōuenti: vt hoc caſu diuiſio, quę ex accidenti & ueluti in ſubſidiū ex æquo & bono admittitur, non fiat ſimpliciter, vt fieret, ſi principalis obligatio omnino diuidua eſſet, nempe pro portionibus hęredum debitoris: ſed ita fiat, ut interea in primis hæredibus ſtipulatoris ſatis fiat, neq; ſanè poteſt, neq; debet actionis in ſolidū rectè motæ vis reſtringi magis, q̄ ad hæreditariam partem agentis. Quid multis? ita hoc caſu fieri dēre Vlpianus non obſcurè ſignificat. l. 4. §. ſi fundus. ſi ſer. vind. Ait enim: Si fundus cui iter debetur, pluriū ſit, in ſolidū cōpetit actio: ſed in eſtimatione id, quod intereſt, veniet: ſcilicet, qđ eius intereſt, qui experietur. Paulus quoq; reſpōdit l. 25. §. an ea. fami. erc. ſi is deceſſerit, qui viam, iter, actū ſtipulatus eſt, ſingulis hæredibus in ſolidum actionem dari: & ſi non præſtetur via, pro parte hæreditaria condemnationem fieri oportere. Manifeſtū eſt autem, eum intelligere partem hæreditariā eius qui experitur: neque hic intereſſe, vtrum agat aduerſus ipſum promiſſorem, an verò aduerſus eius hæredem. Supereſt, vt illud magis explicemus, qđ dicimus nō modò hęreditariā, ſed & diuiduā eſſe debere obligationē, vt diuiſio, de qua loquit hæc lex xij. Tab. locū habeat. Ac in primis qdē neceſſe eſt diſcernere res indiuiduas, veluti ſeruitutes abs diuiduis: ſicuti & facta ipſa diſtinguamus. Ac

indiuiduas

Franciſci Balduini, in leg. xij. Tab.

indiuiduas quidem res eſſe ſeruitutes,& manifeſtum eſt,& ſępe traditum. In factis plus eſt difficultatis. Factorum nomine hic cõplector etiam ea,quæ vulgò dicuntur facta negatiua: vt cum ſtipulatio,ne quid fiat,quibus quidē cõmiſſis certè tantùm agit ad rem diuiduam: nempe ad pœnam pecuniariam (vt pecuniaria ſolet adijci pœna) vel ad id quod intereſt. Ac huius quidē generis facta,modò diuidua ſunt,modò indiuidua. Indiuidua ſunt & vocantur,quæ ab vno commiſſa,tam nocēt,quàm ſi ab omnibus committerentur. Iam aūt ſupra dictum eſt,vnius hæredis facto indiuiduo,veluti ſi vnus prohibeat me ire agere, cõmitti in ſolidum pœnalem ſtipulationem. Hanc verò, quia diuidua ſit,nempe pecuniaria,& hæreditaria,diuidi inter hæredes: ut ſtipulator eā petens,non niſi ſingulos pro ſua parte conueniat. Facta,de quibus loquimur,diuidua & erunt & appellabuntur,quę non vt illa in ſolidum,ſed pro parte committi ab vno poſſunt: & ab vno commiſſa non tam nocēt,quàm ſi ab omnibus pluribusve committerentur: nempe in quibus vnus hæres, nihil niſi pro ſua parte poteſt obeſſe. Hic certè ſolus eo nomine tenebit, qui peccat. Quòd ſi pœna etiam promiſſa ſit, SI CONTRA QVAM CONVENERIT, FIAT: in ſolidū tamen vnius facto committetur,& commiſſa inter hæredes diuidetur,ſi deſcēdat ex conuentione defuncti: quanquam ſi is hæredum ſuorū feciſſet mentionem,vt ſtipulatio pluribus perſonis aſcripta, & conditio inter eas diuiſa intelligatur: poſſin tum rectè dici,quod Cato dixit,pro eius tantùm hæredis qui contrà fecit portione, pœnam committi. Porrò autem,quæ verè proprięq; facta dicūtur, ſemper indiuidua ſunt: itaque ex meris ſtipulationibus faciēdi, veluti inſulæ ædificandæ,conſtat obligationem omnino eſſe indiuiduam. Conſtat itaq; ad eam non pertinere diuiſionē, de qua agit hæc lex xij. Tab. Si promiſiſſem domum ædificare, ſinguli hæredes mei tenebūtur in ſolidū, & quādiu vel minima pars ſupereſt ædificāda,nullus eorum liberatur, neq; dici q̄ſquā poterit pro parte ſua feciſſe. l. ſi is qui quadringenta §. quædam. ad leg. Falc. l. fideicommiſſa. §. ſi in opere. de legat. 3. Nam & pro partibus indiuiſis totius ſinguli tenentur, vt in tota hæreditate habent ſuas partes indiuiſas. Eadem eſt obligatio rerum indiuiduarum. Si ſeruitutem promiſiſſem, ad eam in ſolidum contra ſingulos meos hæredes agetur. l. 2. §. ex his. de verb. obli. quāquā ſi ſeruitus non præſtetur, ſic vt ad condemnationē pecuniariā veniendū ſit: iam certè, cùm hæc diuidua ſit, ſi agat vnus ex hæredibus ſtipulatoris, pro eius tantū portione cõdemnatio fiet, non etiam cohęredum eius. l. loci corpus. §. ſi fundus. ſi ſer. vind. l. hæredes. §. an ea. fam. erc. Adeò vbicunq; diuiſionē recipit res, diuiſio fit inter hæredes per legē xij. Tab. eiusq; vis ſtatim ſe exerit. Sed & vbi res indiuidua eſt, & vnus ex hæredibus promiſſoris in ſolidum cõdēnatus eſt, preſtititq;: vel etiam ab ipſo ſtipulatore conuentus, ſoluit in ſolidū pecuniariā æſtimationem: iudicio familiæ erciſcūdæ repetit a cohæredibus pro eorū portionibus hæreditarijs. Sic eorū ſaltē reſpectu, huius quoq; obligationis onus diuidit̄, & in effectu (vt ita loquar) pro portionibus hæreditarijs inter eos ſcinditur. Illud iam antea dictū eſt, ſi obligatio natura quidem diuidua ſit, ſed propter vtilitatem cõtrahentium ſolutione ſit indiuidua: hęredes non niſi pro portionib. ſuis teneri, nec amplius ab ijs peti poſſe: partes tñ ſuas ſoluendo, non liberari, donec in vna eademq; ſpecie oēs perſoluerint ſuas partes: quod accidit, cū genus ſtipulāti promiſi, vel ſpecies plures ſub alternatione. Tractauit hanc rem diligentiſſimè Paulus. l 2. § ex his. l. in executione. §. pro parte. de verb. obl. & rationē addidit, quæ hic prætermitti non debet, & quā alio quoq; loco repetit, ex perſona hæredū non immutari cõditionē obligationis. l. 2. § incertam. de præt. ſtip. Ac niſi vel longior hic eſſe vererer, vel ſperarē de hiſce Pauli reſponſis dicere aliquādo copioſius, equidem pluribus nunc verbis totam eius ſententiā in hoc genere patefacerem: ſicuti & Catonis diſtinctionem de diuiduis & indiuiduis obligationibus fuſius excuterem. Pertinent enim ea ad hoc caput xij. Tab, eiusq; illuſtrādi cauſa à veteribus Iuriſconſultis ſcripta ſunt. Sed ſi perſequi oēs iuris Ciuilis locos velim, in quibus huiuſce capitis veſtigia nō obſcura apparent: nullū noſtra finē inueniret oratio. Illud ſaltem hoc loco non prætermittam, quod Vlpianus ait. l. 31. §. ſi plures. & §. ſi venditori. de ędil. edic. ſi plures hæredes ſint emptoris, omnes cõſentire debere ad redhibēdū, ne fortè venditor iniuriā patiat̄, dū ab alio partē recipit hominis, alij in partem precij condēnant̄, quā to minoris is homo ſit. Homine aūt redhibito, ſingulos pro ſuis portionibus rectè agere, preciumq; & acceſſiones pro parte recipere: ſicuti & fructus, & ſi quo deterior homo factus eſt, pro parte præſtare. Cęterùm ſi venditori plures extiterint hæredes, ſingulis pro portione hæreditaria poſſe rē redhiberi. Diſcriminis huius inter venditorē, venditorisq; hęredes, nō adijcit Vlpianus. Sed hæc eſſe videtur. Hæredes nō niſi pro parte ſua hæreditaria ius in rem erant habituri. At venditor in ſolidū erat dñus: ei itaq; magis quàm eius hæredibus, rē ſolidam integrāq; redhibere non minus emptoris hæredes debent, quàm emptor ipſe. Porrò poſteaquā dictum eſt, quæ obligationes diuidantur inter hæredes, videamus qūo diuidantur. Et q̄dē ait lex diuidi p̄ portionibus hæreditarijs: non etiam pro modo emolumenti, quod ex teſtamento percipitur. Itaq; ſi duo ſint hæredes ex æquo inſtituti, quāuis alteri multa prælegata ſint, ex æquo tamen inter eos diuidetur æs alienū hæreditariū. l. j. C. ſi cer. pet. Quod enim legati nomine percipitur, non oneratur vllo æris alieni hæreditarij incommodo: ſicuti nec legatarij tenentur ad vllā eius partem exoluendam. l. vlt. C. de actio. hære. l. quoties. C. de hær. inſt. Vnde non minus is hęres tenetur, cui nihil pręlegatū eſt, quàm is cui eſt prælegatum. Hucq; etiam pertinet, quod Papinianum in notabili quæſtione reſpondiſſe accepimus. l. 35. §. vnde ſcio. de hære. inſtit. Vt autem pro portionibus hereditarijs obligationes hæreditariæ vel acquiruntur creditoris hæredibus, vel onerant debitoris hęredes: ſic & vbi vel debitoris creditor, vel creditoris debitor hæres eſt, pro ea parte, pro qua hæres eſt, cõfundit̄ obligatio: nō enim poteſt ſimul eſſe & debitor & creditor. l. debitori creditor. de fideiuſſ. l. ſi ab eo. C. de neg. geſt. l. licèt. C. ad leg. falc. l. ſi adulta. C. de hæred. act. l. ſi vxor. C. de bon. au. iud. poſ. Cæterùm obligatio peculiaris, quæ etiam extingui & confundi dicitur obuentione peculij, non ita ſemper ad rationem portionis hæreditariæ reuocatur, ſed aliquando etiam ad id quod ex peculio obuenit, prout reo cõmodius eſſe videbitur. l. 30. quæſitum. §. 1. de pecul. Si locuples ſit peculium, tamē hæres vnus, cui ex peculio plurimum obuenit, nō poteſt conueniri niſi pro ſua portione hæreditaria: non enim creditor plus iuris aduerſus eū habet propter hanc legem xij. Tab. Si verò peculium tenue ſit & inops, hæres qui oneraretur, ſi pro portione hæreditaria teneretur, poterit peculiarem creditorem reuocare ad uires peculij, vt non plus ei ſoluere cogatur, quàm ex peculio conſecutus ſit. Qua de re latius aliquando diſputauimus ad nobile reſponſum Africani. l. frater à fratre. de cond. indeb. Rurſus notandum eſt, quod ait lex, hæredes obligari pro portionibus hæreditarijs, nō etiam pro uiribus hæreditarijs. Nam & ſi hæreditas ſoluendo nō ſit, & ſupra eius vires longè ſit æs alienum hæreditarium, hæredes nihilominus tenentur. Ac Prætor quidem cùm id durū eſſe iudicaret, aliquando ſeparationem hæredibus permiſit: vt creditores hæreditarij cõtenti eſſent bonis à defuncto relictis & perinde ea venirent, ac ſi hęreditas adita non eſſet: hęredis verò ipſius bona non attingerent. Sed hoc Prętor hęredibus rarò conceſſit, nec niſi ex magna cauſa, veluti ſi quis ſuſpectam hæreditatē dicens, compulſus fuerit adire, & reſtituere: deinde nō ſit, cui reſtituat: vel ſi ſit neceſſarius hęres, veluti ſeruus cum libertate inſtitutus. l. 1. §. ſed ſi qs. & §. vlt. de ſepar. Poſtea Gordianus Imp. hoc ſingulari iure tribuit militibus, vt ſi imprudentes hęreditatem, quę ſoluendo non ſit, adiiſſent, non niſi pro uiribus eius hereditatis conuenirentur à creditoribus hęreditarijs. Sed Iuſtinianus tandem inuentarij beneficium inuenit, omnibusq; paſſim commune eſſe voluit, vt qui eo vterentur, non conuenirent̄ ſupra vires aditę hęreditatis. Ipſo iure inter hæredes pro hæreditarijs portionibus diuidi obligationes hæreditarias per xij. Tab. dixi. Dixit enim id Diocletianus Imp. l. pactum. C. de pact. Quę ſit autem, quantaq; vis eius rei, videndum eſt. Quid enim? ſi vnus ex hæredibus debitoris per errorem vltro ſoluerit totum ęs alienū hæreditarium, an quod ſupra partem ſuam hæreditariam ſoluit, tanquam indebitum poſſit à creditore repetere? Certè Pomponius. l. ſi pęnę. §. quamuis. de cond indeb. ait, quamuis debitum ſibi quis recipiat, tamen ſi is qui dat, non debitum dat: repetitionem competere. Nunc quęrimus, an hęres ſoluens per errorem ſupra portionē ſnam repetat, tāquam ſoluerit, qđ ipſe nō deberet? Pomponius. l. ex parte. de ſolution. reſpondit, ex parte hæredem inſtitutum, ſi decem, quæ defunctus promiſerat, tota ſoluerit: pro parte quidem qua hæres eſt liberari, pro parte autem reliqua ea condicere: quamuis ſi antequam condicat, ei accreuerit reliqua pars hæreditatis, condicenti obſtatura ſit exceptio. Papinianus tamen. l. ſi teſtamēto. §. j. de fideiuſſ. ſignificat ſuo tempore controuerſum id fuiſſe: maluiſſeq; videtur in hoc genere aliorum ſententias referre, quàm ſuam ſimpliciter edere. Ex duobus (inquit) fideiuſſoris hęredibus, ſi per errorē alter in ſolidum diſſoluat: quidam putant eum habere condictionē, & ideo manere obligatum cohęredem. Deinde quaſi hāc rōnē, conſequentiamq; non probaret, ſubijcit: condictione quoque ceſſante, durare obligationem cohæredis probāt: propter quod creditor, qui dum ſe putat obligatum, partem ei qui totū dedit, exoluerit, nullam habeat condictionem. Sic Papinianus primū ait quoſdam putare vnum hæredem, qui totum ſoluit, condicere poſſe: deinde ſignificare uidetur, eius q̄dictionē ceſſare poſſe, ſic vt creditor ipſe qui per errorem reddiderit, id ab eo cui reddidit, repetere poſſit. Atqui paulo poſt ſubiicit, quod dubitationem augeat. Duo erant fideiuſſores in viginti, alter moritur relictis duobus hæredibus vnus hæres totū per errorem exoluit. hic primū ait Papinianus eū cõdicere decem poſſe, quæ ipſo iure nō debuit. Deinde quærit, an & alia quinque repetere poſſit, ſi fideiuſſor alter ſoluendo eſt: ab initio enim hæredem fideiuſſoris, vt ipſum fideiuſſorem audiendum eſſe: nēpe vt tātū p̄ parte conueniatur, cùm alter eſt ſoluendo, propter epiſtolam diui Adriani. Tandē Papinianus: Sed (inquit) uerior & vtilior eſt in

vtroque

vtroque casu illa sententia, solutionem non indebitæ quantitatis non debere reuocari. Meritò aliquis dubitauerit, an hęc verba referantur ad vtrunq; superiorē casum: hoc est, non modò fideiussoris vnius totum per errorem persoluentis, nec vtentis diuisione ex epistola D. Adriani: sed & hæredis vnius totum æs alienum hæreditarium exoluentis, diuisioneq; legis xij. Tab. per errorem non vtentis. Sed esse videtur verius, referri tantum & pertinere ad diuisionē ex epistola D. Adriani: vt si vel fideiussor vnus, vel hęres fideiussoris vnius, ea fortè vsus non sit, cesset cōdictio: atq; ita accipiendum esse vtrunque casum, cuius meminit Papinianus. Nam & postquam dixit, solutionem non indebitæ quantitatis, non debere reuocari: subijcit, id etiam significari epistola D. Adriani in persona fideiussoris, qui totum exoluerat. Sic ergo manebit discrimen inter diuisionem ex epistola D. Adriani inter fideiussores, quæ non ipso iure vim habet, sed opposita tantùm exceptione antequam soluatur: & inter diuisionē inter hæredes ex lege xij. Tab. quæ ipso iure fit, valetq; adeò, vt si totum exoluatur ab vno per errorem, detur partis tanquā indebitæ repetitio, quod manifestissimè Pomponius oštēdit. l. ex parte. de solut. Vt autē in eo quod dixi, dissimilis est ratio diuisionis inter hæredes & inter fideiussores, sic in hoc saltem similis est, quòd hoc iuris beneficium vtriq; propter improbam inficiationem amittant. Nam vt si vnus fideiussor negarit se fideiussisse, mendacij conuictus in solidum cōdemnatur. l. si dubitetur. §. ita demum. de fideiuss. sic & qui hæredem se negauit, aut qui mentitus est ex minori parte hæredem esse, condēnatur in solidum: etsi non nisi pro parte hæres sit. l. de ætate. §. si cum esset. de inter. in iu. fac. Porrò diuisio inter hæredes ex lege xij. Tab. adeò rata est, fitq; ipso iure, vt eorum pacto & cōuentione impediri non possit, si creditor ea vti velit, & singulos conuenire malit pro suis portionibus, quàm vnum, qui in solidum conueniri non recusat, in solidum conuenire. vnde apparet, diuisionem hanc non minus respectu hæreditarij creditoris, quàm hęredum debitoris à Decemuiris esse introductam. Si tamen hæredes inter se conuenerint, vt vnus eorum totum æs alienū hæreditarium exolueret: quāuis hæc pactio nō immutet actionē creditori quæsitam aduersus singulos pro suis portionibus, tamen inter ipsos hęredes paciscētes inutilis futura non est, neq; inefficax. Vtrunq; duobus locis tradidit Diocletianus Imp. l. pactum. C. de pact. l. licèt. C. famil. ercis. Illud postremò quęsitū est, an, vt talis hæredū conuentio non immutat ius actionemque creditoris: iussus itidem testatoris vnum ex suis hæredibus totū æs alienū hęreditariū exoluere damnantis, nō infringat diuisionē legis xij. Tab. creditorisq; actionē aduersus singulos nō impediat? Certè in hoc gñe iussum testatoris, qui cohæredum causa potius, quàm creditoris fieri intelligitur, cùm hæredum cōuentione, de qua suprà dictum est, conferre videtur Caius. l. seruo legato. §. si testator. de leg. j. Si testator (inquit) quosdam ex hæredibus iusserit æs alienum soluere, non creditores habebunt aduersus eos actionem: sed cohæredes, quorum interest hoc fieri. Sic ex testamento alius habet actionem, quàm is cui testator directò dari iussit. Sed & Vlpianus. l. si filia. §. si pater. famil. ercisc. respondit: Si maritus alterū ex hæredibus onus dotis soluendę suscipere iussit: mulierem aduersus vtrunq; nihilominus dirigere dotis petitionem: sed cohæredem esse defendendum ab eo, qui suscipere onus iussus est. Sanè tamen si mulier aduersus eū solum, qui soluere dotem iussus est, malit in solidum agere, nō ad modum repugnarim: quia dotis fauor singularis facilè eam interpretationem recipiat, vt mulieris etiam causa testator maritus ita iussisse intelligatur. Certè cum quid mulieri pro dote animo compensandi legatum esset ab vno hærede, & mulier dotē suam ferre, quàm legatum, mallet: Iulianus. l. cum ab vno. de lega. 2. dixit, in eum primū à quo legatum est, actionē dari, vt vsq; ad quantitatem legati sustineat onus huius æris alieni. Porrò si creditor testator vni ex suis hæredibus nomina hæreditaria adscripserit, dederitq;, nihilominus ex lege xij. Tab. singuli eius hęredes agere possunt pro suis portionibus contra debitores hęreditarios: sed si ij soluerint, aduersus eū cui testator solui noluit, exceptione defendentur. l. j C. de excep. Hæc satis superq; ostendunt, quæ sit, quantaq; vis legis xij. Tab. ipso iure inter hæredes tam creditoris quàm debitoris obligationes hæreditarias diuidentis pro portionibus hæreditarijs. Adde, quòd cum Caius. l. 3. famil. erciscun. dixisset, ad officium iudicis familiæ erciscundæ pertinere, vt debita & credita singulis pro solido, alijs alia attribuat: quia sępe & solutio & exactio partium, non minima incōmoda habet: fatetur tamen hanc attributionē illud nō efficere, vt quis totū solus debeat, vel totū alicui soli debeatur: sed vt siue vnus agat, partim suo, partim procuratorio nomine agat, siue cū vno agāt, partim suo, partim procuratorio nomine is cōueniatur: ac manere quidē creditoribus liberā potestatem cum singulis experiundi sed & debitoribus liberam potestatem esse tūc suo loco substituendi eos, in quos onera actionis officio iudicis translata sunt. Postremò adeò lex xij. Tab. hęredes debitoris ad æs alienū hęreditariū pro suis portionibus persoluendum obligat, vt licèt hæreditatē vendiderint, nihilominus teneantur creditoribus, sicuti & legatarijs. quinimmo & si alteri donarint hęreditatē, manent obligati. l. 2. C. de hæred. vel act. vend. l. 1. C. de reuoc. ijs quæ in frau. credit. l. 2. C. de leg. l. hæreditatem. de donat. Si inter scriptum hæredem & legitimū, inter quos de hæreditate controuersia erat, transactione diuisa sit hęreditas, vterq; pro sua parte tenetur hæreditarijs creditoribus. l. controuersia. de transac. Atque hic quoque se exerit vis legis xij. Tab. Illud prætereundum non est, singulari iure tributum hoc esse fisco, vt si vendat hæreditatē, aut bona vacantia, ipse amplius non teneat, sed solus emptor. l. j. C. de hæredi. vel act. uend. l. eum qui bona. de iure fisci. quāquam antea & quandiu tenet bona alicuius dānati, quæ publicata sunt, tanquam hæres teneatur ad æs alienū. Nam & satis constat, eandem hic esse fisci causam, quæ hæredis esset, non modò si de ære alieno soluendo agatur, sed & si de legatis præstandis, si fortè fiscus alicui tanquam indigno abstulerit hæreditatem. Quòd si non nisi certam bonorum partem occupet: pro ea saltem vt hæredem teneri constat. Sed & cū quidā Lysias adempta tantum bonorū suorū parte deportatus est: rescriptum est, non nisi pro parte quā retinuerit, creditoribus obligatum esse. l. j. C. de fideiuss. Quibus verbis satis significatur, fiscum pro altera parte, quam habet, ijs teneri. Dictum est de diuisione obligationis hæreditariæ, quod ad æs alienum attinet: eā nempe qua in personam agitur, diuidi ipso iure inter hæredes pro eorum portionibus hæreditari, s, si de re diuidua agatur. Sin indiuidua sit, teneri singulos & posse conueniri in solidum: ac si tum pecunia in condemnationem veniat, diuisionē aliquā fieri, nempe pro portione actoris, si vnus hæres stipulatoris agat aduersus hæredem promissoris. Proximū nunc est, vt videamus de ea obligatione, qua hæredes astringuntur ad legata præstanda. De his enim quæri solet, postquam ęs alienū iam persolutum est. Et hæc quidem obligatio appellari aliquo modo potest hæreditaria, quia hæredes ipsos obliget, quamuis abs defuncti volūtate magis pendeat atq; proficiscatur, quàm eum vnquā astrinxerit. Quędam autem cū de eius diuisione inter hæredes agitur, habet similia cum obligatione æris alieni: quędam dissimilia, vt ex collatione satis intelligi poterit. Ac si quidem legatū sit per vindicationē relictū, vel talis legata res sit, quæ ex Iustiniani cōstitutione vindicari possit: certum est, quia tū in rem agatur, nō in personam, possessorem simpliciter conueniri: sicuti & de hæreditarijs actionibus dictum est, quibus in rem agitur. Cæterùm si sit legatum per damnationem, vel talis legata res sit, quæ non vindicetur, sed actione in personam petatur: vt si sit legata quātitas, iam certè rectè queri potest de diuisione huiusce obligationis. Ac pendet quidem ex voluntate defuncti, aliter atq; obligatio æris alieni, quæ ipsum etiam defunctum obstringebat. Sed vbi de hac voluntate aliter non apparet: eodē propè iure in onere legatorum diuidēdo inter hęredes vtimur, quo in diuisione ęris alieni. Legatorum petitionē aduersus hæredes pro portionibus hęreditarijs competere: nec pro ijs qui soluendo nō sunt, onerari cohæredes, respondit. l. 33. de leg. 2. Vnde satis intelligimus, diuisionem hic quoq; locum habere, nec esse hęredes tanquam reos debendi: vt in solidum singuli teneantur legatarijs, quod & alio loco disertè expressum est. l. 17. §. siue. de duob. reis. Si tamen aliud sensisse testatorem appareat, non dubiū est ex hac voluntate, eiusve coniectura, singulos in solidū, vt reos debendi obligari posse: vt si non copulatiuè aut cōiunctim, sed disiunctim siue alternatiuè suos hæredes aliquis legatum dare dānarit, veluti, LVCIVS HAERES MEVS, AVT MAEVIVS HAERES MEVS SEIO DECEM DATO: effici eos reos debendi, vt Seius in solidum agat, cū vtro velit: & si cū vno ita actum sit atque solutum, alter liberetur, nō obscurè traditum est. l. 8. §. si ex toto. §. 1. de leg. 1. Cęterùm vbi testator legando non obstringit in solidum singulos suos hæredes, nullaq; cōiectura est, id eum voluisse: sed inter eos qui dare debent, onus hoc legatorum diuisum esse, intelligi potest: rectè quęritur, qūo fiat hæc diuisio. Ac quidem satis constat, qđ inquit Paulus, si qs velit nō oēs hęredes onerare legatorū præstatione, sed aliquot ex his, nominatim hos damnare debere. l. 98. §. si plures. de lega. 3. Sed siue omnes onerati sint, siue tantū ex his quidā dare dānati, semper quæritur, an qui dare debēt in viriles ęqualiter teneant, an verò p portionibus hęreditarijs. Pōponius. l. 54. turpia. §. vlt. de leg. 1. ait: Si pars hęredū nominata sit in legādo, viriles partes eos debere: si verò omnes, hæreditarias: sed hæc distinctio parū distincta esse videtur, & valdè confusa responsio. Aptius enim fortasse & apertius responderi poterat: Si uel omnes, uel quidā ex hæredibus dare simpliciter damnati sint, dare eos debere pro portionibus hæreditarijs. Si uerò nominatim, in uiriles teneri. Vt autem rem hanc rectius intelligamus, in primis admonēdi sumus, quid sibi uelit hæc uox, NOMINATIM, in qua maximè uertitur cardo huiusce qōnis. Et quidē, ut qdā ex hæredibus onerent legatis pstandis, alij uerò exonerent, pōt id fieri, siue nominib. proprijs eos, quos onerare solos uult testator, demōstret, siue ēt cōi appellatione hęredū, ueluti, QVI PRIMO ET SECVNDO LOCO SCRIPTI SVNT HAEREDES, LEGATA DANTO. Atq; ita quidē ēt aliqū nominatim dicūtur

hæredes

hæredes damnati. l. ſiue. de duob. reis. Cęterùm cum quæritur, qũo & illi qui dare damnati ſunt, teneantur, & inter eos legatorum onus diuidat̃: multũ intereſt, an cõi nomine hæredum, an verò proprijs ſuis nominibus demonſtrent̃, dareq; damnentur. Nam cũ ſimpliciter damnantur tanquam hæredes, pro portionibus hæreditarijs damnati videntur. Cũ verò ſuis nominibus (quod nominatim propriè hic dicitur) in viriles ęqualiter obligantur. Idq; dici poteſt ſiue omnes iuſſi ſint dare, ſiue ex ijs quidam tãtũ. Inquit enim generaliter Neratius. l. 124. ſi hæredes. de leg. 1. Si hæredes nominatim enumerati, dare quid dãnati ſunt: proprius eſt, vt viriles partes debeant: quia perſonarum enumeratio hunc effectum habet, vt exęquentur in legato præſtando: qui ſi nominatim non eſſent, hęreditarias partes debituri forẽt. Nominatio, ſiue enumeratio hic intelligit̃, quæ proprijs nominib. expreſſis fit: quæ ſignificet teſtatorẽ nõ conſideraſſe ex qua parte ſinguli hæredes eſſent, ſed numerũ tantum perſonarum ſimpliciter computaſſe, & ſingulos æqualiter dare voluiſſe. Et hanc eſſe coniecturam voluntatis, ſi non ſub appellatione hæredum, ſed proprijs nominibus expreſſis legatum relinquatur, ait Papinianus. l. 24. nonnũ quã. ad Trebel. Quod etiam dicimus, etſi nomina expreſſa non ſint: ſed aliunde id ſatis colligi poteſt, vt Paulus reſpondit, cùm de hac voce NOMINATIM loquitur. l. 90. nominatim. de leg. 3. Quid igitur, ſi appellatiua (vt appellantur) & propria nomina iuncta ſint? Certè in dubio inſpiciemus, vtrum priori loco poſitum ſit. l. 37. ſi cõis ſeruus ita. de ſtip. ſeru. Vt ſi dictum ſit, LVCIVS HAERES MEVS, ET TITIVS HAERES MEVS DANTO CENTVM: ſinguli teneantur in viriles. Sin autem ita, HAEREDES MEI LVCIVS ET TITIVS DANTO: magis pro portionibus hæreditarijs. Neq; verò tantum cum legata danda ſunt, ſed & cũ ijs, à quibus relicta ſunt, legatarij aliquid dare iuſſi ſunt, ſuperiori diſtinctione vtimur: eamq; tanquam iuſtam voluntatis coniecturam ſequimur. Cùm quis ita liber eſſe iuſſus eſſet, SI DECEM HAEREDIBVS DEDISSET: hæreditarias partes dare debere, hoc eſt, ſingulis pro qua parte hęredes ſunt. Si uerò nomina hęredum expreſſa ſunt, viriles partes eis dandas reſpõſum eſt. l. 8. ita liber. §. vlt. de ſtatulib. Idq; ſine dubio dicitur, vbi oẽs ita nominati ſunt. Alioqui fortaſſe magis diceretur dandum ſingulis eſſe proportionibus hæreditarijs. l. 12. ſi quis teſta. l. 22. qui pecuniam. de ſtatulib. Sed & cũ hæredibus inuicem ab cohęredibus legatũ eſt, primùm obſeruemus capi id pro portione hęreditaria cohęredis, à quo legatum eſt, & pro qua demũ valet ac conſiſtit hoc legatum. Inter eos verò qui capiunt, & quibus legatum eſt, diuidetur, vt ſuprà dixi. Si cum plures hæredes abme ſcripti eſſent ex diſparibus partibus, veluti primus ex tribus vncijs, ſecundus ex triente, tertius ex quadrante, quartus ex vncia, ſecundo & tertio rem eandem legaſſem: valebit hoc legatũ, & præſtabitur pro parte primi & quarti, à quibus legatum eſt, & ij hoc præſtabunt ſinguli pro ſuis portionibus. Sed ꝓm & tertiũ qui capiunt, non pro hæreditaria portione, ſed pro virili id legatum habituros ait Caius. l. 67. ſeruus vni. §. vlt. de leg. 1. nempe cum nominatim his legatum eſt: aliud enim dicendum eſſet, ſi non niſi communi appellatione hæredum ijs eſſet legatum. Nãtum magis videretur teſtator eaſdem partes in fideicommiſſo ſine prælegato dediſſe, quas in hæreditate diſtribuenda fecit, ac ſecutus eſt: quãquam ſemper ſi aliunde appareat, aliud ſenſiſſe teſtatorem, in primis tota hac in re ſequamur eius voluntatem: vt ſi pro hoc legato iuſſi eſſent dare aliquid æqualiter, quamuis alioqui ſint hęredes inſtituti ex diſparibus partibus, capient hoc legatum in viriles. Sed ſi ſumma pecuniæ dandæ congruit portionibus, hæreditarias partes magis eos accipere, prudenter rñſum eſt. l. 23. quoties. ad Trebel. l. 7. vtrum. §. vlt. de reb. dub. Illud poſtremò prætereundum non eſt, cum pars alicuius hæredis deficiens accreſcit plurlbus cohæredibus, cũ ſuo onere legatorum præſtandorum, quæ ab omnibus relicta erãt: onus hoc diuidi inter eos, quibus accreſcit, pro hęreditarijs quoq; portionibus, ꝑ quibus illa etiam deficiens pars accreſcit. l. 49. mortuo boue. §. vlt. de leg. 2. Si tamen onus illud non niſi vni nominatim aſcriptum ita eſſet, vt ſatis appareret teſtatorem non niſi eum onerari voluiſſe, minimè verò alios etiam hæredes: certè eo deficiẽte legatum intercideret, nec ab his præſtaretur, quibus etiam illius hæredis deficientis pars accreſceret. l. 29. Celſus. §. vlt. de lega. 2. Sed illud magis huius loci eſt, vt adijciamus, ſi legata ſint indiuidua inter hæredes, qui ea dare debent, nõ diuidi, ſed ſingulos in ſolidum teneri: vt & de hæreditarijs obligationibus ex cõtractu indiuiduis ſuprà dictum eſt: vt ſi hęredes opus aliquod facere damnati ſint, vnumquemq; in ſolidum teneri reſponſum eſt. l. 11. fideicommiſſa. §. vlt. de lega. 3. l. hæredes. §. non tantum. fami. erciſcun. Eum tamen qui id fecerit, imputaturã cohæredi ſumptum pro parte eius. Longior fui, quàm putaram, in explicatione nobiliſſimi huius capitis. Sed rei non ſatis alioqui vulgò (vt exiſtimo) explicatæ, & latiſſimè tamen patentis, vtilitas longiorem me fecit: neque alioqui diuiſionem hæreditariarum obligationũ ſatis intelligi poſſe exiſtimaui. Itaq; facere non poſſum, quin & illud adijciam: quoties inter hæredem & fideicõmiſſarium, cui ex S. C. Trebelliano reſtituitur, diuiditur hęreditas, pro ijſdem portionibus diuidi & onera hæreditaria, ſiue de ære alieno creditoribus perſoluendo agatur, ſiue de legatis præſtandis. Vt ſi hæres, qui reſtituere rogatus eſt, retineat quadrantẽ ex Trebelliano, ſic vt eum habeat iure hæreditario: conueniet̃ pro quadrante & abs creditoribus, & abs legatarijs: fideicommiſſarius verò pro dodrante, cũ quidem dodrantem hæreditatis habeat. l. ſi legatus. §. multũ intereſt. ad Sen. Treb. §. ſi quis vna. de fideicom. hæred. Cæterùm ſi hæres reſtituere rogatus, hẽat ſuũ quadrantẽ tanquam legatum, nullo modo tenetur, vt neq; legatarij tenentur: ſed totum onus in fideicõmiſſarium, qui ſolus eſt in ſolidum loco hæredis, recidit. Quòd ſi partim iure legati, partim hæreditario iure ſuam partem habeat, pro qua parte eã hẽt iure hæreditario, obſtringetur oneribus hæreditarijs. Vt cũ minus quadrante legatum ei eſt, quod quadrãti eſt, percipit ex Trebelliano. Sed vt ad xij. Tab. reuertar, adijciendum aliquid videt̃ de onere ſacrorum. Cicero in Legibus ſuis poſuit: SACRA PRIVATA PERPETVA MANENTO. Id in xij. Tab. etiam fuiſſe, ingenioſi homines non temerè ſuſpicantur. Nam idem Cicero ait, hoc poſito, iura pontificum auctoritate conſecuta eſſe, vt ne morte patri ſa. ſacrorũ memoria occideret, ijs eſſent adiuncta, ad quos eiuſdem morte pecunia venerit. Hocq; rurſus poſito, Iuriſconſultos docuiſſe primùm hæredes aſtringi ſacris: deinde eum qui morte teſtamentove eius tantundem capiat, quantum omnes hæredes. His Cicero ſignificare videtur legatarium partiarium. Nam & partitionis paulo pòſt meminit, cuius & in libris Iuris Ciuilis non infrequens eſt mentio, talemq; legatarium pro hærede hic haberi intelligimus, qui non minus capiat, quàm omnes hæredes: ſicuti etiam dixi in Catech. de leg. Eſt autẽ memorabile, quod Cicero addit: Si minus quis cæpiſſet, ne ſacris alligaretur, ac poſt de eius hæredibus aliquis exegiſſet pro ſua parte id quod ab eo cuius hæres eſſet, prætermiſſum fuiſſet: eaque pecunia non minor eſſet facta cum ſuperiore exactione, quàm hæredibus omnibus eſſet relicta: qui eam pecuniã exegiſſet, ſolum, ſine cohęredibus, ſacris alligari. Mirum certè, quo iure hæres legatarij poſſit exigere, quod abs legatario prætermiſſum & repudiatum eſſet: niſi ſi ſinguläriter hoc fuerit permiſſum fauore ſacrorum. Sed quod nõ niſi pro qua parte hęres eſt, id exigere poſſit, ex lege xij. Tab. deſcendere vr̃. Hæredem autẽ, aut legatariũ partiariũ alligari ſacris, nõ valde miror, cùm & aſtringantur æri alieno. Cicero ait, ſacra cũ pecunia coniuncta eſſe nulla lege, ſed pontificum auctoritate. Verùm, qui poterãt alioqui ſacra non interire? An ad agnatos & gẽtiles, etiamſi hęredes non eſſent, tranſibant? Plautus duobus locis meminit hæreditatis ſine ſacris obuenientis, ſed vt rei inſolẽtis & raræ. Illud fateor abs iuris ratione magis alienum fuiſſe, ꝙ ſi nemo eſſet hęres, ſacris aſtringeretur, qui de bonis morientis vſucęperit plurimũ: immò verò quarto loco, qui ex creditoribus plurimũ ſeruaret: & poſtremò debitor defuncti, vt idem Cicero ſignificat. Iã verò ſi qs quærat, quænam fuerint illa ſacra priuata, quæ lex perpetua eſſe volebat: quorumq; ratio potius habebatur, quàm aut æris alieni, aut legatorum, eum reijciam ad veterum Romanorum lararia, quorum alioqui myſteria euulgare non poſſum. Gellius ſcribit, olim ſacrorum deteſtationes in comitijs Calatis fieri ſolitas, ſicuti & teſtamenta. Quæ nam eæ fuerint, fateor etiã me ignorare. Sed agebantne de iis, & xij. Tabulę? Caius lib. 6. ad leg. xij. Tab. ſcripſit, Deteſtatum dici, quod deteſtatione denunciatum eſt. capite 138. de verb. ſignif. Nihil præterea quod de ijs dicam, nunc habeo.

CAP. XXXIII.

NEceſſariam eſſe inter hæredes diuiſionẽ rerũ hæreditariarũ, nemo eſt qui non videat. Certè eius rationẽ adiuuari, & cõionẽ perimi potius debere, quàm difficultatẽ cõionis augeri, non temerè dixit Vlpianus. l. qui neq;. §. vlt. de reb. eor. qui ſub tut. ſunt. nã & prudẽter à Papiniano dictũ eſt, l. cũ pater. §. pater dulciſſimis. de leg. 2. cõionem plerunq; magnas diſcordias excitare. Rectè itaque Decemuiri hæredibus dari voluerunt iudicium actionemve familiæ erciſcundæ, hoc eſt, hæreditatis diuidundæ. Lex xij. Tab. AGNATVS (inquit) PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Ibi familiæ appellatio ad res refertur, vt notat Vlpianus cap. 195. de uerb. ſig. Quamuis aũt lex vteret̃ numero ſingulari AGNATVS: tamen ſi plures eodem gradu agnati eſſent, omnibus æquè deferebat hæreditatem. Ergo de ea diuidunda agendum etiam fuit: hoc eſt, de familia illa erciſcunda. Nam diuiſio, de qua iam dictum eſt, adhuc eſt indiuiſa. Itaq; & de diuiſione alia corporali x. viri in ſuis xij. Tab. egerunt. Nã familiæ erciſcũdæ actionẽ deſcẽdere atq; ꝑficiſci ex lege xij. Tab. auctor eſt Caius nr̃. l. j. fam. erciſcũ. & cãm addit, ꝙ cohæredibus volẽtibus à cõione diſcedere, neceſſariũ videbat̃ aliquã actionẽ cõſtitui, qua inter eos res hęreditariæ diſtribuerent̃. Quib. ꝑpriè verbis aut lex hæc cõcepta fuerit, aut vteret̃ iudex in familia erciſcũda, certò dicere nõ poſſum: licèt ex illis quædã apud Feſtũ, & ex his nõnihil apud Ciceronẽ legiſſe me meminerim. Apud

Ciceronem

Source : BIU Cujas

Ciceronem ſanè lib. 1. de Orat. Antonius ait, cũ qui quibus verbis erciſci oporteat, neſciat, tamen erciſcundæ familiæ cauſam agere poſſe. Ergo nunc de verbis minus ſoliciti, rem ipſam videamus. Gordianus Imp. l. ea quæ. C. famil. erc. ait, ea quæ in nominibus ſunt, non requirere arbitrum familiæ erciſcundæ. Ea enim ipſo iure diuidi pro portionib. hæreditarijs, per legem xij. Tab. Non idem dicitur de corporibus hęreditarijs. Nã ea quidẽ ipſo iure diuiduntur inter hæredes, ſed tantum pro partibus indiuiſis: ſic vt alia præterea diuiſione ſit opus, quæ certo conſilio iudicioq; partes cuiq; certas & diuiſas ſeparatasq; tribuat. Huc ergo pertinet actio familiæ erciſcundæ, vt bonæ fidei iudicis arbitrio res hæreditariæ diuidantur inter hæredes, aut per adiudicationẽ condemnationemq; à communione recedat, & eorum quæ cuiq; aberũt, præſtationes fiant. Petitio verò partis hæreditatis eò tantum pertinet, vt hæreditas, ſicuti iure delata eſt, pro parte indiuiſa adiudicetur. Hoc diſcrimen elegãter tradit Iulianus. l. non poſſumus. ſi pars hæred. peta. Non poſſumus (inquit) conſequi per hæreditatis petitionẽ id, quod familiæ erciſcundæ iudicio conſequimur, vt à cõione diſcedamus: cũ ad officiũ iudicis nihil amplius pertineat, quàm vt partẽ hæreditatis pro indiuiſo reſtitui mihi iubeat. Ergo petitionẽ hanc partis hęreditatis, rectè ſubſequitur actio familiæ erciſcundæ, vt hæredes ꝑ partibus indiuiſis diuiſas accipiant. Subtili ratione iuris ſingulæ res hæreditariæ cões ſunt, & pro indiuiſis partibus ſunt cohæredũ. Arbiter verò familiæ erciſcundæ, partes vnicuiq; certas & diuiſas diſtinctasq; tribuit, quod fieri certè non poteſt, quin alteri adiudicat, quod alterius erat pro parte indiuiſa. Iam verò ſi quod alteri addixit, plus minusve ſit diuiſa alterius parte, vt cũ ſingulæ res ſingulis hæredibus adiudicatæ, eiuſdẽ æſtimationis nõ ſunt: pecuniæ cõpenſatione tollet hanc inęqualitatem. Sic. n. Iuſtinianus. §. ſi familiæ. Inſtit. de offic. iud. ait: Si familiæ erciſcundæ iudicio actũ ſit, ſingulas res ſingulis hęredibus adiudicare debet: & ſi in alterius perſona prægrauare videatur adiudicatio, dẽt hunc inuicem cohæredi certa pecunia cõdemnare. Porrò qđ ex Gordiano diximus, ea quæ in nominibus ſunt, non habere opus arbitro familiæ erciſcundæ · ſatis enim ipſo iure diuidi per legem xij. Tab. dictum quoq; ideſt ab Vlpiano. l. 2. §. vlt. l. 4. fam. erc. In hoc iudiciũ (inquit) nomina nõ veniunt. Item, cæteræ res præter nomina, veniunt in hoc iudicium, addit tñ: Si nomen vni ex hęredibus legatũ ſit, id hęredẽ hoc iudicio conſequi. Sed & huc ꝑtinet, qđ Africanus conſultus, qd iuris eſſet, ſi ſeruus inſtitor Calendario præpoſitus, hæres deinde à dño ſit pro parte inſtitutus, & ego pro parte altera: cũq; & ipſe ignoraret dñum mortuum, ſeq; liberũ & hæredem eſſe, idq; etiã debitores hæreditarij neſcirent, ab his bona fide ſoluentibus pecuniã recepiſſet: rñdit, debitores rectè ſoluiſſe, eſſeq; liberatos. l. pen. ſi cert. pet. Eius aũt pecuniæ nomine quæ ad illum peruenit, mihi cohæredi non cõpetere aduerſus eum actionẽ familiæ erciſcundę, ſed negociorũ geſtorũ. Nẽpe ſubtiliter vidit Africanus, nomen hæreditarium ipſo ſtatim iure per xij. Tabulas fuiſſe diuiſum inter hñdes, hoc eſt, me & Stichum. Itaq; me hac ratione potius agere debere ꝑ mea parte aduerſus debitorem hæreditariũ. Sed qa is iã bona fide Sticho exigenti ſoluit, æquius eſſe, vt ratã habens hanc exactionem, agam negociorũ geſtorũ aduerſus ipſum Stichũ. Si pecunia fuiſſet exacta viuo adhuc dño ſiue teſtatore, nec cũ is moreretur amplius in nominibus fuiſſet: certè iudicio familiæ erciſcundæ meam eius portionem conſequerer, vt aliorum corporum hæreditariorum. l. 52. Meuius. fam. erc. Illud poſtremò adijciendum eſt atq; obſeruandum, quod Caius. l. 3. eo. ti. ad officiũ iudicis nonnunquã pertinere, vt debita & credita ſingulis ꝑ ſolido, alijs alia attribuat: qa ſæpe & ſolutio & exactio partium nõ minima incommoda habet: nec tñ hanc attributionẽ illud etiã cere, vt quis totũ ſolus debeat, vel totum alicui ſoli debeaſ, ſed vt ſiue agẽdũ ſit, partim ſuo, partim procuratorio nomine agatur: ſiue contrà cum eo agatur, partim ſuo, partim procuratorio nomine conueniatur: nam licèt libera poteſtas maneat creditoribus cũ ſingulis experiundi, tñ & his liberã poteſtatem eſſe ſuo loco ſubſtituẽdi eos, in quos onera actionis officio iudicis trãſlata ſunt. Ex hoc Caij reſponſo manifeſtum eſt, & quanta vis ſit legis xij. Tab. ipſo iure diuidentis ſingula nomina hæreditaria pro portionibus hæreditarijs: & quid tamen efficiat alia eorũ diuiſio diſtributioq; per arbitrũ familiæ erciſcũdæ facta in hoc iudicio, qđ ex xij. Tabulis proficiſcitur. Abuſi aũt eo Caij rñſo ſunt, qui inde probare voluerũt, pro parte rectè nõ ſolui inuito creditori, ne in obligationibus quidẽ quantitatis dandæ, quæ tñ natura & omnimodo diuiduæ ſunt. Monet Caius, vni ex hæredibus in ſolidum attribui poſſe vnum aliquod nomẽ hęreditarium: non dicit etiam illi cui attributũ eſt, debitorẽ non poſſe partẽ ſoluere, & pro parte liberari: aut ſi ſit creditor, poſſe partis ſolutionẽ reijcere. Et quod ait Caius, ſolutionem partiũ habere multa incõmoda, ratione debitoris dictũ id eſt, cui incõmodũ eſt pluribus partẽ ſoluere: ſicuti cõſideratione creditoris ait, partiũ exactionẽ eſſe incõmodã: atq; ita conſuli vult tam debitoribus, ne plures habeant eiuſdem nominis cauſa creditores, quàm creditoribus ipſis, ne diſtrahantur in plures debitores. Cũ vno enim ſiue creditore, ſiue debitore rem habere, quàm cũ pluribus, cõmodius eſt. Vt redeam ad iudicium familiæ erciſcundæ, Vlpianus ait, l. 22. item Labeo, §. pen. fam. erciſ. ex duobus illud conſtare rebus atque præſtationibus, quæ ſunt perſonales actiones. Perſonales præſtationes in hoc iudicium venire dicuntur, quaſi ex contractu delictove, cum alter cohæres alteri damnatur, ꝙ ſolus fructus fundi hæreditarij perceperit, aut rem hæreditariã corruperit, aut cõſumpſerit. Atq; inde quidem proficiſci vulgò receptum eſt, quod Iuſtinianus ait. §. ſi familia. Inſtit. de offi. iud. hanc actionem habere miſtam cãm: hoc eſt, in rem eſſe, & in ꝑſonam. Sed in perſonã potius eſſe propter adiudicationes rerũ, partesq; diuiſas, acutè ab aliis traditũ eſt. Porrò adiudicationis magna uis eſt, quia ſola ſufficit ad dominium dãdum. Vlpianus in Titulis, cap. 19. Adiudicatione (inquit) dominia nanciſcimur per formulam familiæ erciſcundæ, quæ locũ habet inter cohæredes: & per formulam cõi diuidundo, cui locus eſt inter ſocios: & per formulam finium regundorum, quę eſt inter vicinos. Nã ſi iudex vni ex hęredibus, aut ſociis, aut vicinis rem aliquã adiudicauerit, ſtatim illi acquiritur, ſiue mãcipi, ſiue nec mancipi ſit. Iuſtinianus idem tradit de off. iud. Atque hæc quidem tria iudicia videntur deſcendere ex lege xij. Tab. quod & antiqua verba ipſarum formularum indicant. Sed de primo nunc tantum quæritur. De ſecundo nihil habeo quod ex xij. Tab. repetere poſſim. De tertio dictum aliquid eſt antea. Illud hic poſtremò eſt obſeruandum, quod Vlpianus ait. l. 2. fam. erc. per familiæ erciſcundæ actionem diuidi hæreditatẽ, ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato, ſiue ex lege xij. Tab. ſiue ex aliqua lege deferatur hæreditas, vel Senatuſconſulto, vel etiam cõſtitutione, & gñaliter eorũ dũtaxat diuidi hæreditatẽ poſſe, quorũ & peti poteſt. Idẽ ait l. 24. ſed & eius. §. 1. fam. erciſcun. hoc quoq; iudicium locum habere & inter bonorum poſſeſſores, & inter eũ cui reſtituta eſt hæreditas ex Trebelliano Senatuſcõſulto, & cęteros Honorarios ſucceſſores.

CAP. XXXIIII.

VLpianus in Titulis. c. 2 inquit: Sub hac cõditione liber eſſe iuſſus, SI DECEM MILLIA HAEREDI DEDERIT: etſi ab hęrede alienatus ſit, emptori dando pecuniã, ad libertatẽ perueniet. idq; lex xij. Tab. iubet. Hinc intelligimus, quęnam ea lex fuerit, eamq; audimus pertinuiſſe ad ſtatuliberos. Sed & huius legis aliqua mentio fit duobus ẽt locis in Pãdectis, cap. 25. & 29. de ſtatul. Verũ vis illius latius patet, & plura in receſſu habet, quàm præ ſe ferat. Primùm de alienatione ſtatuliberorũ, & an nihil interſit, quo ſint alienati. Deinde de conditione dãdi, aſcripta libertati, an ſit (vt loquitur Papinianus) ambulatoria, an verò perſonæ cohæreat, & de eius explẽdæ ratione rectè hic quęritur: neq; cõibus regulis conditionũ res hęc explicari põt: habet enim præcepta q̃dam ſingularia, ꝑ fauorem libertatis. Paulus c. 4. §. 6. de ſtatulib. ait: Si decem hęredi dare iuſſus fuerit ſeruus, & liber eſſe, hæredem etiam per partes accipere cogendum eſſe fauore libertatis. Conſtat tñ alioqui conditionem dandi eſſe indiuiſam: neq; ſi pars data ſit, pro parte expletam videri. Quãquã nec in propoſito (vt ingenuè loquar) multũ ſeruo proderit partem dediſſe. Nã etſi hoc fauori libertatis tribuamus, vt conditio diuidatur: tñ ipſa libertas eſt indiuiſa, neq; pro parte obtingere põt. Itaq; Vlpianus. c. 3. §. 4. de ſtatul. Si (inquit) decem iuſſus dare, & liber eſſe, quinq; det, non peruenit ad libertatem, niſi totum det. Verùm ad legem xij. Tab. proprius accedamus. Si hęredi ſeruire iuſſum ſtatuliberum hæres vendidit, & tradidit, ſtatim ad libertatem peruenire, ait Vlpianus c. 3. de ſtatulib. Nempe, conditio ſeruiendi perſonæ cohæret: & ita cohęret, vt nihilominus ꝑ expleta hic habeaſ: quia per ſeruũ nõ ſtet. De conditione dandi non idem omnino putarũt Decẽuiri. Hoc ſanè Iuriſcõſulti ſingulariter tribuunt fauori libertatis. vt ſi hęc cõditio dãdi apertè ſit ita perſonæ, cui dandum eſt, aſcripta, vt ei planè cohęreat, ſublata illa perſona, magis pro expleta quàm pro defecta, conditio habeatur. Sed x. viri in re obſcura ſæpius interpretati ſunt, conditionem dandi eſſe ambulatoriam: vt eſt profectò natura ſua. Nã & multum adhuc tribuitur libertatibus, cũ facultas explẽdæ cõditionis manet, etſi mutata ſit perſona. Hoc igitur videamus. Ait lex: Liber eſſe iuſſus ſub hac ꝙditione, SI DECEM HAEREDI DEDERIT, & ſi ab hærede alienatus ſit, dãdo emptori ad libertatẽ perueniet. Põponius ait: Lex xij. Tab. emptionis verbo oẽm alienationẽ complexa videtur, nec intereſt, quo genere quiſq; dominus ſerui fiat. c. 29 §. vlt. de ſtatulib. Sic & cũ dictum eſſet, hypothecam liberari, ſi creditor conſentiat vẽditioni pignoris: Vlpianus adiecit, vẽditionis appellationẽ gñaliter accipiendam eſſe, vt & ſi legare permiſit, idẽ dicatur. c. 8. quibus mod. pig. vel hyp. ſol. Immo idẽ Vlpianus c. 6. §. 1. de ſtatuliberis, ex hac lege xij. Tab. ita ſcribit: Statuliber parendo conditioni in perſona emptoris peruenit ad libertatẽ: nec ſolũ ſi vęnierit, hęc conditio ad eũ trãſit, qui emit: verũ etiam ad oẽs, quicunq; quoquo iure dñium in ſtatulibero nacti ſunt. Siue igit legatus ſit tibi ab hærede ſtatuliber, ſiue adiudicatus, ſiue uſucaptus à te, ſiue traditus, vel aliquo iure tuus factus: ſine dubio dicemus parere

conditioni

Source : BIU Cujas

conditioni poſſe. Sanè Varro lib. 2. emptionibus acceptum refert, quæcunq; dñium legitimũ efficiunt. Nam & omnis abalie natio olim fiebat, vel per in iure ceſſionem, vel per nexũ, vt ait Cicero in Top. hoc eſt, per æs & librã: adeò vt imaginaria quoque emptio & venditio in teſtamentis, quæ ita olim fiebant, interueniret. Vnde & familiæ emptor appellabatur, qui hęredis loco interueniebat. Itaque & heredi dare iuſſum, dicemus ex hac quoq; lege rectè dare heredi hęredis, quaſi emptori. Quod & reſponſum eſt cap. 20. § 4. de ſtatulib. cap. § 1. §. 1. de condit. & demonſtrat. Sed maior eſt quęſtio, vbi heres ſeruũ non ipſe alienauit, ſed ei potius ſeruus ereptus eſt: vt ſi hęres ſcriptus, abs legitimo ſit ſuperatus, an huic legitimo rectè dabit ſeruus? Põponius ait, rectè dari, quia lex xij. Tabularum emptionis verbo omnẽ alienationem complectatur: nec interſit, quo genere quiſq; dñs ſerui fiat. Equidem ad propoſitam quæſtionem magis pertinet poſterior, quàm prior ratio. Nulla ne imaginaria quidẽ emptio eſt in legitimo hęrede, neq; vlla eſt abalienationis ſpecies: ne ea quidem quę per in iure ceſſionẽ fiebat, cũ ab hęrede ſcripto ad legitimũ ſeruus trãsfertur: nam legitimus hęres lege fit dñs. Verùm ſatis eſt, hic eũ eſſe dñm: quod apertius expoſuit Vlpianus. Pomponius quoq; ſignificat, emptoris verbo oẽm hic dominũ intelligi: & vero conditio SI HAEREDI DEDERIT, poteſt nõ minus de legitimo, quàm de ſcripto intelligi: cũq; dicimus, hęredi hęredis rectè etiam hic dari, intelligimus nõ minus legitimum quàm teſtamentarium hæredem hęredis. Sanè ſi hęres, cui dare ſeruus iuſſus eſt, nõ tam eum abalienaſſet, quàm ſui iuris feciſſet: hoc eſt, ſi eũ manumiſiſſet, & deinde mortuus eſſet: conditio dandi extinguitur. Sibi enim ipſi dare manumiſſus nõ poteſt. Ipſius verò hęredis hęredi dare non debet, qui dominus non eſt. Elegans eſt hac de re Papiniani diſputatio, quã non dubito ex hac lege xij. Tab natam eſſe. Ad eã certè omnino pertinet, propterea&q; hic prętermittẽda non eſt, ait Papinianus cap. 34. de ſtatuliberis: Seruus ſi decẽ hęredi dederit, liber eſſe iuſſus eſt. Statuliberũ hęres cum manumiſit, ac poſtea defunctus eſt. Hęredis hęredi pecunia danda non eſt. Quod enim placuit, hęredis hęredi dari oportere: tunc memineris lõcum habere, cum prior hæres dominus accepturus pecuniam fuit. Quæ cauſa facit ambulatoriam, vt ita dixerim, conditionem. Dũę ſunt enim cauſę, per quas in primi hęredis perſona conditio impletur: dñij ratio, idem perſonę demonſtratio. Prior cauſa tranſit in omnẽ ſucceſſorem, ad quem peruenerit ſtatuliber per dominij trãslati continuationem. Sequens perſonę duntaxat eius qui demonſtratus eſt, adhæret Hæc ille. Ambulatoriam vocat conditionem, quæ non conſiſtit in vna perſona. Veluti conditio dandi, ſi rectè impletur, etſi detur alteri, qui cauſam ab hærede habet, dicitur ambulatoria: quia non adhæret eius perſonæ in quo impletur, ſed ad alium quoq; tranſit. Ergo ambulatoria fuit in hac lege xij. Tabul. Si eſſet perſona, cui dandum eſt, ita demonſtrata, vt conditio illi cohęreat, nõ eſſet hęc ambulatoria. Quid igitur, ſi ille mortuus ſit? Certè tunc multo etiam magis libertati fauetur. Nam in eius cauſa conditio habebitur pro impleta: cùm tamen in alio genere legati, pro defecta potiùs haberetur. c. 94. de condit. & demonſt. Sed in propoſita quæſtione, de qua agit Papinianus, nõ fuit talis tamq; ſingularis demonſtratio perſonæ. Ergo hæc cauſa in eo caſu non impedit, quin ſit ambulatoria cõditio. Quid obſtat igitur? Dominij ratio. Ad quemcũque tranſit ſerui dominium, ei dandũ erit. Sed in propoſito non tranſijt ad hæredẽ hæredis. Fuit enim prius manumiſſus ſeruus, & veluti ſui ipſius factus dominus. Itaq; nulla ẽ cauſa cur illi hæredi hæredis dandum ſit. De conditionibus ſi quis plura requirit, conſulat noſtrum de ijs Cõmentarium. Cæterùm huius nũc loci etiam eſt, quod ex hac lege xij. Tab. notat Modeſtinus c. 25. de ſtatul. Statuliberos (inquit) venundari poſſe, leges xij. Tab. putauerunt. Putaſſe ait, quod non omnino expreſſerunt, ſed tacitè indicarunt. Addit autem, duris conditionibus in vẽditione minimè eos onerãdos eſſe. Sicuti & Papinianus. c. 33. de ſtatul. ait, ſtatuliberorum iura per hęredem fieri non poſſe duriora. Sanè & Martianus c. 13. §. 1. de pignorib. dixit, ſtatuliberum poſſe dari hypothecæ: ſed conditione exiſtente, pignus euaneſcere. Vlpianus quoq; ſcripſit, ſtatuliberum medio tempore ſeruum hęredis eſſe, & ideo noxæ dedi poſſe. Sed deditũ, ſperare adhuc libertatem poſſe: nam aditionem non adimere illi ſpem libertatis. c. 9. de ſtatulib.

CAP. XXXV.

Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 11. ſcribit, in poſteriores duas Tabulas, quæ adiectæ ſunt, vt eſſent xij. relatum caput vnũ fuiſſe. Ne patriciis cum plebeijs connubium eſſet: idq; Appium Decemuirum adieciſſe, quò diuulſam à Patribus plebẽ eſſe vellet. Sed vt hęc ab homine ſeditioſo excogitata lex fuit, & neceſſariam atq; vtilem in Rep. libertatẽ cõnubiorũ interturbabat: ſic quinto, poſtquã edita primũ fuerat, anno repudiata eſt atq; ſublata, rogatione cõtraria à C. Canuleio Tribuno pl. perlata. Illud tamen iuris Ciuilis ſemper fuit, vt non niſi inter ciues Romanos cõnubium eſſet, & lex Iulia poſtea effecit, vt Senatores cum libertinis iuſtas nuptias contrahere non poſſent. Porrò q nã legitimi connubij ritus eſſent Romæ tpe x. virorũ, nihil eſt neceſſe nunc repetere. Illud poſſum affirmare, quod & Gellius lib. 3. c. 2. & Macrobius lib. 1. c. 3. tradũt, fuiſſe in xij. Tabulis ſcriptum aliquid de trinoctio, qđ abeſſe abs viro mulier deberet, vſurpandi cauſa. Illud pertinuiſſe videtur ad vxorem, quæ, vt ait Cicero, vſu habebatur. Sed qd ſibi alioqui lex illa voluerit, nõdum ſatis intelligo. De diuortijs aliquid ex xij. Tabulis repetere magis poſsum. Conſtat iam tum Romę libera fuiſſe diuortia: quanquam annis plus quàm ducentis poſt xij. Tabulas primum Romæ diuortium factum ſit, idq; ex cauſa ſterilitatis. Sed quandocunq; fieret, lex xij. Tabularum fieri rectè voluit: atque vt in ſponſalibus renunciandis, hoc eſt, in repudijs, ſolennis erat hæc formula, CONDITIONE TVA NON VTOR: ſic in diuortiis erat hæc, TVAS RES TIBI HABETO, vel, TVAS RES TIBI AGITO: quod ſcribit etiam Caius c. 2. de diuort. Illa aũt verba fuerũt ex xij. Tabulis. Cicero Philipp. 2. loquẽs de Antonio: Frugi (inquit) factus eſt. Mimam illam ſuam, ſuas res ſibi habere iuſſit, ex xij. Tab. claues ademit, exegit. Atq; hæc qdẽ diuortij formula ſignificabat etiam dotẽ ſoluto matrimonio reddi, ſi nihil eſſet cauſæ, cur retineretur: quanquam nominatim de dotibus, & earum iure aliquid in xij. Tabulis ſcriptum fuiſſe, affirmare non auſim. Certè Romulũ nulla legem tuliſſe περὶ φροικὸς ἀποδόσεως ἢ κομιδῆς, ſcribit Dionyſius lib. 2. Interea tũ nuptias ſic conſtrinxiſſe, vt de diuortiis quæſitũ Romę multis ſeculis non fuerit. Decẽuiri nullũ etiam, vt dixi, diuortiũ viderant, ſed in futurũ longè proſpiciebant. Paulus c. 8 de diuor. ait, nullum diuortium ratum eſſe, niſi ſeptem ciuibus Rom. puberibus adhibitis. Id requiri lege xij. Tab affirmare non auſim. Sed quicquid tãdẽ lex iſta requireret in diuortiis ſiue repudiis (nã confuſè vtuntur Iuriſconſulti perſępe his vocibus in eadem ſignificatione) conſtat aliquid requiſijſſe, idq; ſeruandum omnino fuiſſe. Quãquã alteri factum alienum ignoranti, & iuſtũ eſſe exiſtimanti, venia daretur. Caius lib. 3. ad legem xij. Tab. Si (inquit) ex lege repudiũ miſſum non ſit, & idcirco mulier adhuc nupta videatur: tamen ſi quis eam vxorẽ duxerit, adulter non erit, idq; Saluius Iulianus reſpondit: quia adulteriũ (inquit) ſine dolo malo non committitur, quanquam dicendum, ne is qui ſciret eam ex lege repudiatam non eſſe, dolo malo cõmittat. Hęc Caius, capite 43. ad leg. Iul. de adul. Huius autem etiam loci eſt vetus illa & nobilis quæ
„ ſtio, cuius meminit Cic. lib. 1. de Orat. Pater (inquit) cũ vxorem
„ prægnantẽ in prouincia reliquiſſet, Romęq; alterã duxiſſet, ne-
„ que nunciũ priori remiſiſſet, mortuusq; eſſet inteſtatò, & ex v-
„ traq; filius natus eſſet: mediocrisne res in controuerſiam adducta eſt: cũ quæreretur de duorum ciuium capitibus, & de puero
„ qui ex poſteriore natus erat, & de eius matre: quæ ſi iudicaretur
„ certis quibuſdam verbis, non nouis nuptijs fieri cum ſuperiore
„ diuortium, in concubinæ locum duceretur.

CAP. XXXVI.

Cicero lib. 1. de Legib. loquens de Tribunatu plebis: Cũ eẽt (inquit) citò legatus tanquam ex xij. Tab. inſignis ad deformitatem puer breui tẽpore creatus &c. Etſi hic locus videatur eſſe mẽdoſus, tñ apertè oſtendit, in xij. Tab ſcriptũ aliqd fuiſſe, vel de legatis mittendis, vel de inſignitis & deformibus pueris natis. Ad vtrũ potius referri oporteat, quod de xij. Tab. hic dicitur, adhuc dubito. Pleriſq; placet, ad pueros inſignito: quanquã quid de his ſcriptum fuerit, ne diuinare quidem poſſint. De mõſtroſis partubus nota eſt Lex Romuli: ignota, xij. Tab. quãquã & de tpe partus egiſſe xij. Tab. ſuſpicor. Gel. li. 3. c. 16. ait, Decẽuiros ſcripſiſſe, in x. mẽſibus gigni hominẽ, non in xj. Scio Romæ multa fuiſſe genera x. virorũ. Sed cũ x. viros ſcripſiſſe aliquid qđ ad ius pertineat, legimus, meritò ſuſpicamur intelligi auctores xij. Tab. Viuebat eorũ tpe Hippocrates in Macedonia, quem huius ſententiæ fuiſſe conſtat. Sanè Vlpianus c. 3. de ſuis & legit. cũ dixiſſet, ex lege xij. Tab. ad legitimam hæreditatẽ, eũ qui in vtero erat, admitti, ſi fuerit editus: ſubiecit. Poſt decẽ menſes mortis natus non admittetur ad legitimam hereditatem. Certè fuit & illa vulgaris, & à Iuriſconſultis veteribus concepta, inſtituẽdi poſthumi formula & conditio: QVI POST MORTEM MEAM IN DECEM MENSIBVS PROXIMIS NATVS ERIT. Quæ prætereà de hac re Gellius ſcribit, cõmemorare nihil eſt neceſſe, locũ indicaſſe, eſt ſatis. Sed cũ de nuptijs dictũ aliquid eſſet ex xij. Tab. & de patria poteſtate nunc eſſet dicẽdũ, viſum eſt, ſi quid de legitimis & naturalibus liberis inſertũ xij. Tab. eſſet, perquirere.

CAP. XXXVII.

Cvm xij. Tab. myſteria præcipuè conſiſtant in patria poteſtate, & iure ſuorum: tñ ex hac lege non omnino deſcẽdit ius patriæ poteſtatis: nec tã iure ciuili, q̃ moribus hęc introducta eſſe dr. Ius poteſtatis moribus eſſe receptũ, ait Vlpianus capite 8. de his qui ſui ſunt vel alie. iur. Sanè Diony. Halicar. li. 2. diligẽter oſtendit,

Source : BIU Cujas -

oſtendit, Romulũ iã inde ab initio vrbis conditæ voluiſſe ſummam patribus in filios dari poteſtatem: vt etiam filium ter vendere poſſet pater. Atq; hanc quidem Romuli legem, xij. Tabul. adſcriptam fuiſſe, & in quartam Tabulam eſſe coniectã. Numa quidem filiumfa. marirum, cui pater iam vxorem dediſſet, non poſſe à patre vendi, ſtatuit; & hãc veluti exceptionẽ addidit ad legem Romuli. Sed in alios filiosfa. conceſſa, quam dixi, fuit patribus poteſtas, maior etiam quàm in ſeruos. Nam ſeruus ſemel venditus, ſi deinde manumittatur ab emptore, nõ recidit in poteſtatem prioris dñi. Filiusfa. verò ab emptore manumiſſus recidit in patris poteſtatem, & vendi iterũ poteſt: iterumq; ab ſecũdo emptore liberatus, iterum in patris poteſtatẽ redit, & tertiò vendi põt hoc iure. Itaq; & cũ pater filiumfa. liberari emancipatione vellet, ſuam ipſe patriam poteſtatem diſſoluere non poterat, niſi tribus mancipationibus. Atq; illud quidẽ etiã xij. Tab. comprehenſum fuiſſe, indicat Vlpianus in ſuis Titulis. c. 10. Liberi (inquit) parentũ poteſtate liberantur emancipatione: ideſt, ſi poſteaquàm mancipati fuerint, manumiſſi ſint. Sed filius quidem ter mancipatus, ter manumiſſus, ſui iuris fit. Id enim lex xij. Tab. iubet his verbis: SI PATER FILIVM TER VENVNDAVIT, FILIVS A PATER LIBER ESTO. Cæteri autẽ liberi, prẽter filium, tã maſculi quàm fẽminæ, vna mancipatione manumiſſioneq; ſui iuris fiunt. Sanè & Iuſtinianus tit. quib. mo. ius pat. pot. ſol. ait, emancipationem per antiquam legis obſeruationem proceſſiſſe, quæ per imaginarias venditiones, & intercedentes manumiſſiones celebrabatur. Intelligit autẽ obſeruationem legis xij. Tab. Cæterũ vt hæ tandem mancipationes ſublatæ ſunt, ſic ius vendendi filij ſa. fuit patri ademptũ. Ac Diocletianus quidem Imp. l. 1. C. de pat. qui filios diſtr. reſcripſit, liberos à parentibus neq; venditionis, neq; donationis titulo, neq; pignoris iure, aut alio quolibet modo, in alium trãsferri poſſe. Sed imaginariam & fiduciariã mancipationẽ veterem, quæ ad emancipationẽ filij fa. neceſſaria erat, ſeruari voluit: cùm reſcriberet, non nudo conſenſu, ſed actu ſolenni, liberos patria poteſtate liberari. l. . C. de emanc. lib. Cæterũ Iuſtinianus totam illã antiquã & legitimã emancipationis cęremoniã ſuſtulit. Placuerat Iuriſconſultis, vt ſi pater contracta fiducia fil ũ vẽdidiſſet, & ex ea remancipatum manumiſiſſet, tanquam ſeruum, planè eũ liberaret. Sed neq; talem circuitionem eſſe neceſſariam, poſtea Cæſares ſtatuerunt.

CAP. XXXVIII.

LYſias laudat Athenienſes leges, περὶ τῶν ὀρφανῶν: & Xenophon in Poris ſcribit, Athenis fuiſſe ὀρφανοφύλακας. Hoc exẽplũ & Decẽuiri ſecuti ſunt. Vt aũt meminerant Ancũ Martiũ regem filijs ſuis teſtamẽto tutorẽ dediſſe L. Tarquiniũ, & apud Græcos in vſu quoq; fuiſſe tutelas teſtamentarias: ſic & ipſi de his legem tulerunt. Illa quidẽ generalis eorũ lex, PATERFA. VTI LEGASSIT SVPER TVTELA REI SVAE, ITA IVS ESTO: ad tutelas quoque teſtamento cõſtituendas pertinuit, vt ſuprà dixi. Sed alia xij. Tab. lex fuiſſe videtur, quæ hanc facultatem parẽtibus tribueret, qui liberos in poteſtate hẽrent, ſiue hi ijs alioqui aliquid bonorum relinquerent, ſiue non relinquerent. Inquit Caius c. 1. de teſta. tute. lege xij. Tab. permiſſum eſt parentibus, liberis ſuis, ſiue fœminini, ſiue maſculini ſexus, ſi modò in poteſtate ſint, tutores teſtamẽto dare. Addit Modeſtinus, exhæredato quoq; filio patrẽ poſſe tutorẽ dare. c. 4. Illo tit. Deniq; Paulus c. 20. Illo tit. Teſtamento (inquit) quẽlibet poſſumus tutorẽ dare, ſiue is Prętor, ſiue Cõſul ſit: qa lex xij. Tabul. id confirmat. Cũ lex xij. Tab. permittit patrifa. leganti, dare tutorẽ rei ſuæ, iure teſtamenti & legati hoc fieri conſtat. Si verò patrifa. filio ſuo etiam exhæredato tutorem teſtamẽto dare pmittit: ius patriæ poteſtatis cũ iure teſtamẽti coniungit. Inter viuos ſi pater filium emãciparet, nõ omnino poſſet tutorẽ illi dare. Nõ enim lex hoc inter viuos permittit: neq; tũ tali pupillo tutorẽ ipſa non dat. Nã legitimũ vocat: de quo mox dicendũ erit. Tutoris ergo datio ei demũ cõpetit, cui lex nominatim hoc dedit, vt ait Vlpianus c. 6. §. 2. de tute. Nominatim hoc dedit patrifa. teſtamentũ facienti. Sed cũ ſatis exprimat, & quis, & cui tutorem ita det: nihilne de ijs, qui tutores dari ita poſſint? Certè cũ tutela dicit eſſe iuris Ciuilis, & ex lege xij. deſcẽdit: ſatis intelligimus, ad ciues tantũ Romanos pertinuiſſe. & verò tutelę datio atque ſuſceptio, eſt veluti teſtamenti vtraq; factio. Paulus, qui c. 20. de teſta. tut. dixerat, teſtamento quẽlibet tutorem dari poſſe, ſiue is Prætor, ſiue Conſul ſit, qa lex xij. Tab. id cõfirmet: capite ſequẽti ait, eum demũ tutorẽ dari poſſe, cũ quo teſtamenti factio eſt. Vlpianus in Titulis excipit Latinum Iunianũ: qui etſi teſtamenti factionem habeat, tutor tñ dari non poteſt. Sed quid ſi nõ ſit tutor teſtamentarius? Hic certè ẽt x. viri pupillis conſuluerunt. Audiebant legem eſſe Charondæ, non multo ante eorũ tẽpora perlatã, quę tutelã ita diuidebat, vt agnatis hęredibus proximis, bonorũ pupillariũ curã: cognatis verò alijs educationẽ pupilli cõmitteret, ſicuti Diodorus ſcribit lib. 12. Audiebãt apud Athenienſes tutelã deferri proximis ẽt conſanguineis. Nã & mortuo Clinia, Alcibiadis patre, Alcibiadis impuberis tutores fuerunt Pericles & Ariphon, qui illi ſanguine iũcti erant, ſiue (vt loqtur Plutarchus) προσήκοντες κατὰ γένος. & extat non diſſimile exẽplũ in quadã Lyſiæ oratione. Quid igitur noſtri x. viri? Vlpianus c. 1. de legit. tut. Legitimæ tutelæ (inquit) lege xij. Tab. agnatis delatæ ſunt: & cõſanguineis, ideſt, his qui ad legitimã hæreditatẽ admitti poſſunt, hoc ſumma prouidentia: vt qui ſperarent hãc ſucceſſionem, ijdẽ tuerentur bona, ne dilapidarent. Idẽ c. 5. Illo tit. Legitimos tutores nemo dat, ſed lex xij. Tab. fecit tutores. Paulus c. 6. illo tit. Inteſtato parente mortuo, agnatis defertur tutela. Inteſtatus aũt videt, & qui teſtamento liberis ſuis tutores nõ dedit: quantũ enim ad tutelã pertinet, inteſtatus eſt. Caius ca. 9. illo tit. Si plures ſint agnati, proximus tutelam nãciſcit: & ſi eodem gradu plures ſint, oẽs tutelã nanciſcuntur. Ex his intelligimus, tutelã, ſicuti hæreditatẽ legitimã deferri. Paulus c. 7. de capi. min. Legitimæ (inquit) tutelæ ex xij. Tab. interuertunt eadẽ ratione, qua hæreditates exinde legitimæ: quia agnatis deferuntur, q deſinunt eſſe, familia mutata. Illud diſſimile eſt, qp cũ conſanguinea non minus quàm cõſanguineus ex hac lege ſit hæres: tutor etiam non poſſit eſſe: quia tutela ſit virile officium. Interdum (inquit Vlpianus capite 1. de leg tut.) alibi eſt hæreditas, alibi tutela: vt puta ſi ſit conſanguinea pupillo. Et Hermogenianus c. 10. illo tit. Agnato (inquit) propior fœmina, quo minus ſit impuberis agnati tutor, non obijcitur. Ideoq; patruus ſororem conſanguineam habentis fratris filij, legitimus erit tutor. Ergo cum deſcribuntur agnati, potiũ in tractatu de legitima tutela, quàm de legitima hæreditate, deſcribendi ſunt virilis ſexus: licèt in Pandectis cõtrà, ſed perperam, factum eſſe videatur. c. 7. de legit tut. c. 2. de ſuis & leg. Porrò etſi libertorum inteſtatorũ hęreditatẽ lex xij. Tab. vt ſuprà dixi, nominatim deferret: tutelã tñ expreſſim etiam non detulit. Sed interpretes legis xij. Tabularũ, exemplo agnatorũ ingenuorum, quibus tutelam non minus quàm hæreditatem illa defert, patrono ſimiliter deferendam eſſe iudicarunt. De patre qui filium mancipando contracta fiducia, & remancipatum manumittendo quaſi patronus habetur, nihil ſcriptum in xij. Tabulis erat, heres an tutor legitimus propterea eſſe poſſet. Sed Prætoribus & Iuriſconſultis placuit, in vtraq; cã pro patrono manumiſſore haberi.

CAP. XXXIX.

CIcero li. 2. de Inuent. Lex eſt (inqt) SI FVRIOSVS EXISTET, AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. Idẽ ſcriptũ eſt ab auctore Rhetor. ad Heren. lib. 1. Non dubiũ eſt aũt eam fuiſſe legem xij. Tab. Nam & ipſe Cicero lib. 3. Tuſc. quæſt. ſcribit, xij. Tab. vetare furioſum ſuarum rerũ eſſe dñum, & interpretatur furorem hic dici, mentis ad omnia cæcitatẽ: maiusq; eſſe qppiã, quàm inſaniam, quàm ait eſſe inconſtantiam ſanitate vacantẽ, ſed quę tamen poſſit tueri mediocritatẽ officiorũ, & vitę cõem cultum atq; vſitatum: propterea q; diſertè etiam notat ſcriptum in hac lege fuiſſe, non quidem, SI INSANVS: ſed, SI FVRIOSVS. Neq; verò dubium eſt, quin & in Græcia non diſſimilis lex eſſet. Nam & vocatus eſt à ſuis filijs Sophocles in iudicium, vt tanquam furioſus abs re familiari remoueretur, & acciperet curatorem, cũ propter ſtudium tragędiarum in ſumma ſenectute deſipere videretur negligendo rem familiarem · quãquam abſolutus fuerit, cũ carmen protuliſſet, quod minimè deſipientis eſſe iudicatum eſt. Neq; ſolum Græcorum exemplo x. viri Romani furioſis, ſed & prodigis interdixerunt bonis, curatoremq; dandũ eſſe putarunt. Audiebant cõi Græcorum lege prodigos eſſe ἀτίμους, & arceri foro, concionibusque: ſicuti ex Demoſthenis orat. contra Timarch. intelligi poteſt. Audiebant Areopagitarũ iudicio grauiter puniri Aſotos, vt Athenæus lib. 4. narrat. Deniq; intelligebant, qđ poſtea Iuſtinianus noſter dixit, Reip. ẽt intereſſe, ne quis re ſua male vtatur. Quid igit? Iuſtinianus ait, furioſos & prodigos maiores xxv. annis eſſe in curatione agnatorum, ex lege xij. Tab. In Vlpiani Titulis, c. 12. legimus, curatores legitimos eẽ, q ex lege xij. Tab. danť. Legẽ xij. Tabul. iubere, furioſum, itẽq; prodigũ, cui bonis interdictũ eſt, eſſe in curatione agnatorũ. Sed & Vlpianus capite 1. de cur. fur. ſcribit, lege xij. Tab. prodigo interdici bonorum ſuorũ adminiſtrationem: idq; moribus ab initio introductũ eſſe. Cũ x. viri ſuas xij. Tabulas conſcriberent, etiam collegerũt, atq; in eas retulerunt, qđ iã erat Romæ moribus & conſuetudine receptũ, vt teſtis eſt Dionyſius Halicar. Cicero in Cat. Noſtro more (inquit) malè rẽ gerentibus patribus, bonis interdici ſolet. In Pãdectis, prodigus ſæpe dicitur is, cui lege bonis interdictũ eſt. c. 18. de teſta. ca. 5. de acquir. hær. Intelligi autem legem xij. Tab dubium non eſt. Sed nihilominus cognitione & interdicto Prætoris opus fuit. Itaq; & per Prætorẽ bonis interdici alicui, legimus in Pandectis. c. 10. de cur. fur. Sicuti & moribus per Prætorem alicui bonis interdici, eſt apud Paulum Sentent. lib. 3. c. 5. vbi & antiquã formulam ipſius Prætoriæ interdictionis proponit. Moribus (inquit) per Prætorẽ bonis interdicitur hoc modo: QVANQVAM TIBI BONA

Source : BIU Cujas

Franciſci Balduini, in leg. xij. Tab.

BONA PATERNA HABITA, QVAE NEQVITIA TVA DISPERDIS, LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS: OB EAM REM TIBI EA RE COMMERCIOQVE INTERDICO. Sic Valerius Max.li.3.capite 5.ſcribit Q. Pompeium Prætorem Vrbanũ bonis interdixiſſe Q. Fabio, Q.Fabij Max. Allobrogici filio, qui perditã luxuriã vitã agebat. Vlpianus c.1 de cur.fur.etiã deſcribit, ecquis ſit ꝓdigus, cui bonis ſit interdicendũ. Nã poſteaquã dixit, ei lege xij.Tab.interdici bonorũ ſuorũ adminiſtratione, idq; ab initio moribus introductũ eſſe: adijcit, Sed ſolent hodie Prætores, vel Præſides, ſi talem hominem inuenerint, qui neq; tẽpus, neq; finẽ expẽſarũ habet, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundit, curatorem ei dare, exemplo furioſi. Sed & mulieri luxuriosè viuẽti interdici bonis poſſe, ait Paulus c.15.de cur.fur. Non eſt neceſſe pluribus verbis deſcribere prodigalitatem, aut furorem. Sed profectò grauiſſimũ eſt teſtimoniũ patris, teſtamento ſuo ſignificantis filium eſſe prodigum. capite 16.§.1.de cur.fur. De vi huius interdicti potius videamus. Iuriſconſulti aiunt, prodigo interdici bonis, & bonorum adminiſtratione. Formula Prętoris ait, interdici illi re ſua, & rei cõmercio. Sed latius hæc verba accipiuntur. Nam neq; teſtamentum facere is poterit, c. 18. de teſt. præſertim cum & liberis illius hic cõſulatur: & ſi quis prodigus ſit, maximè cum morietur, futurus talis ſit. Neq; ſolũ bona ſua abalienare, aut adminiſtrare non poteſt, ſed neq; ſeſe obligare. Quid igitur? Ait lex: AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO PECVNIAQVE EIVS, POTESTAS ESTO. Hæc verba, AGNATORVM GENTILIVMQVE, pro ſeparatis accipienda eſſe, notat etiam Paulus, c. 53. de verb.ſignif. vt primùm agnatos, deinde, ſi hi non ſint, gentiles eſſe curatores legitimos intelligamus. Hos autẽ ab illis differre, ſuprà etiam annotaui, cũ de legitima hæreditate ageretur. Sanè & vetus fuit prouerbium, vt cùm quem furere antiqui intelligerent, dicerẽt, ad agnatos & gentiles eſſe deducendum. Deniq; Horatius libro 2. Sermonum, de furioſo ait:

——Interdicto huic omne adimat ius
Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.

Interea tamen meminiſſe oportet, Prętorẽ ex cauſa potuiſſe, atq; etiam aliquãdo debuiſſe, remouere ab hac curatione, quos lex alioqui ad eam vocare videbatur. Caius c.13. de curat.fur. Sępe (inquit) ad alium ẽ lege xij.Tab. curatio furioſi aut prodigi pertinet, alij Prætor adminiſtrationem dat: ſcilicet cũ ille legitimus inhabilis ad eã rẽ videatur. Sed & ſi pater curatorẽ teſtamẽto dederit, Prętor eius voluntatem ſequetur. c. 16. de curat.fur. Sanè olim patris prodigi aut furioſi curatio filio denegabatur. Nam etſi is proximior eſſet, quàm aut agnatus vllus, aut gẽtilis: tamen veteres erubeſcebãt filium patri ꝑficere. Verùm D. Pius tandem reſcripſit, rectè hoc fieri poſſe: ſicuti poſtea Iuſtinianus nullum aut agnatum, aut gentilẽ voluit patri præferre, in curatione prodigi aut furioſi. Porrò an eadem omnino conditio ſit furioſi, quæ eſt prodigi curatorem habentis, & an abs conditione pupilli tutorem habentis differat, dictum eſt alio loco.

C A P. X L.

VLpianus cap.1.de ſuſp.tut. ait, crimen ſuſpecti tutoris ex lege xij.Tab. deſcendere. Cicero lib.3.Offic. ſcribit, dolum in tutela fuiſſe vindicatũ lege xij.Tab. Sed apertius Triphoninus c. 55.de admi.tut. vbi ait ex lege xij.Tab. proponi actionem in duplum aduerſus tutorem. Furti nec manifeſti pœnã fuiſſe dupli, ex lege xij.Tab. ſuprà dictum eſt. Triphoninus verò oſtẽdit, nõ eandem eſſe actionẽ, qua tutor tenetur. Si (inquit) ipſi tutores rem pupilli furati ſunt, videamus an ea actione, quæ proponiẽ ex lege xij.Tab. aduerſus tutorem in duplũ, ſinguli in ſolidũ teneantur: & quamuis vnus duplum præſtiterit, nihilominus ẽt alij teneantur. Nam in alijs furibus eiuſdẽ rei pluribus, non eſt propterea cęteris pœnæ deprecatio, quòd ab vno iam exacta eſt. Sed tutores propter admiſſam adminiſtrationem, nõ tã inuito dño contrectare rẽ videntur, quàm perfidè agere: nemo denique dicet, vnũ tutorẽ & duplũ hac actione præſtare, & quaſi ſpecie condictionis aut ipſam rem aut eius æſtimationem. Hęc ille. Hinc intelligere primùm poſſumus, actionẽ tutelarem, quę de rationibus diſtrahendis appellatur abs Iuriſconſultis, deſcẽdere ex lege xij.Tab. Hac actione tenetur tutor, qui rem ex bonis pupilli abſtulit: c.2.de tut.& rat.diſt. Eſt autẽ in duplũ, vt tũ in ſimplo rei perſecutio inſit, neq; tota dupli ſꝑna ſit, ſed & rei tantum æſtimatio duplicetur. capite 1.§.11.& capite 2.§.1.de tuto.& rat.diſt. Cæterùm poteſt & furti actio, quatenus plus continet, concurrere, ſi furandi animo tutor aliquid abſtulit. ca.1.§.12.& c.2.§.1.de tut.& rat.diſt. Cicero lib 1. de Orat. vocat turpe tutelæ iudicium, quod non modò ex lege xij. Tab. deſcendere ſignificat, ſed & ex ea lege certam condẽnationis quantitatẽ habuiſſe, neq; plus peti iure potuiſſe. Immò verò plus petẽtẽ, cauſa cadere debuiſſe. Sed hoc poſtremum nobiles aliquãdo Romanos cauſidicos non ſemper vidiſſe: cum (inquit) Hypſęus maxima voce, plurimis verbis, à M. Craſſo Prætore contenderet, vt ei quẽ defenderet, cã cadere liceret: Cn. autem Octauius homo Conſularis, nõ minus longa oratione recuſaret, ne aduerſarius cauſa caderet ac ne is pro quo ipſe diceret, turpi tutelæ iudicio atque omni moleſtia, ſtultitia aduerſarij liberaretur. Quòd alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex in xij.Tab. permiſerat: quod cũ impetraſſet, cauſa caderet. alter iniquum putabat plus ſecum agi, quàm quod eſſet in actione: neq; intelligebat, ſi ita eſſet actum, litẽ aduerſariũ perditurum. Hæc Cicero. Quem locũ ſic Cuiacius noſter nuper expoſuit: Hypſæus ꝑ pupillo abs Prætore poſtulabat, vt ſibi liceret in triplũ agere. Octauius pro tutore contendebat, non niſi in duplum actionem dari oportere. Nota huic erat lex xij.Tab. de qua nunc dictum eſt. Sed neuter interea tenebat ius illud, quo qui plus petit, cauſa cadit. Alioqui neq; Hypſęus plus petere voluiſſet: neque Octauius recuſaſſet, talem ab eo formulam & actionem inſtitui, ſi quo recidat qui plus petit, cogitaſſet. Obſeruãda porrò eſt eodẽ loco iudicium hoc tutelæ appellari turpe: ſicuti & idem Cicero pro Cecin. ſcribit, turpe iudiciũ dari aduerſus eum, qui per tutelam fraudaſſet aliquem. Et pro Roſc.Com. inter iudicia ſummæ æſtimationis, & penè capitis, refert iudiciũ tutelæ: ſicuti & Iuriſconſulti reſpõdent, infamia notari tutorẽ, qui propter dolum à tutela eſt remotus. Hoc aũt iudiciũ ſuſpecti tutoris deſcendere ẽt ex xij.Tab. dixi: videturq; præter illam legem de duplo, fuiſſe in iis aliquid grauius etiam ſcriptum de puniendo improbo tutore: propter quod & Cicero tanto magis dixerit, dolum in tutela ꝑ xij. Tabulas fuiſſe vindicatum. Certè meminiſſe poterant x. viri, quod de Euripidis fabula narrant. Is ſcripſerat, Creſphontem quendam perfidum tutorem pupillis ſuis Meſſenem fraude ſuripuiſſe, hancq; eius vocem fuiſſe: Pecuniam ſummum eſſe bonum, quod & virtuti & pietati ſit anteferendum. Hanc vocẽ cũ populus Athenis in theatro audijſſet, dicitur ita cõmotus fuiſſe, vt & actorem & poetam ſcena deturbare voluerit. Sed Euripides orauit, vt finis fabulæ audiretur, & exitus tam nefarij tutoris. Id Athenis accidit, vix annis viginti ante x.viros.

C A P. X L I.

CIcero lib.2.de Leg. ſignificat fuiſſe quoddã xij. Tab caput, qđ etiam in omnium puerorũ ore erat, hoc principio: SI IN IVS VOCET ATQVE EAT. ſed reliqua non aſcribit. Auctor quoq; Rhetoricorũ ad Herenniũ ait, lege ius fuiſſe, qđ populi iuſſu ſancitum erat, vt in ius eas, cũ voceris. Sed quibus verbis id ſancirent xij. Tabulæ, certò dicere non poſſum. Alterũ extat caput, qđ quandam veluti exceptionẽ continet. Gell. lib. 20.c.1.ſcribit hæc fuiſſe verba legis xij.Tab. SI QVIS IN IVS VOCATVR, SI MORBVS AEVITASVE VITIVM ESSET: QVI IN IVS VOCABIT, IVMENTVM DATO. SI NOLET, ARCERAM NE STERNITO. Quo loco Phauorinus philoſophus, exiſtimans morbũ hic appellari, ęgrotationem grauẽ cũ febri rapida, & iumẽtum dici pecus aliquod vnicũ tergo vehens, inhumanã eſſe hanc legem iudicat: vt quæ ægrotum domi ſuæ cubantẽ, iumẽto impoſitũ in ius rapi, & veluti offerri noua funeris ſpecie iuberet. Sed Cæcilius Iuriſconſ. nequaquam ita eſſe ꝓbat. Nam (inquit morbus in lege iſta non febriculoſus, neq; nimiũ grauis, ſed vitiũ aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ demonſtratur, non periculũ vitæ oſtenditur. Iumentum quoq; non id ſolũ ſignificat, qđ nunc dicitur: ſed vectabulũ etiam, quod adiũctis pecoribus trahebatur. Veteres enim noſtri iumentũ à iungẽdo dixerunt. Arcera autẽ vocabaṫ plauſtrum tectũ vndiq;, & munitũ: quaſi arca quędam magna veſtimentis inſtrata, qua nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant. His explicatis, ſic Phauorino reſpondet: Quæ nã tibi igitur acerbitas eſſe viſa eſt, ꝙ in ius vocato pauperrimo homini vel inopi, qui aut pedibus fortè ęgris eſſet, aut quo alio caſu ingredi non quiret, plauſtrum eſſe dandũ cenſuerunt: neque inſterni tũ delicatè arceram iuſſerunt, quoniã ſatis eſſet inualido eiuſmodi vectabulum? Atq; id fecerunt, ne cauſatio iſta ęgri corporis perpetuam vacationem daret fidem detractãtibus, iuriſque actiones declinãtibus. Hæc Cæcilius: neq; n. meliorẽ interpretẽ aut quærere debemus, aut habere poſſumus. Adijcerem, quod Vlpianus ait, neque oneroſum creditorẽ, neq; delicatũ debitorẽ eſſe audiendũ: ſed hoc dictũ aliò ſpectat. Vt aũt magis intelligamus, quod Phauorinus ignorauit, Decẽuiros humaniſſimè rõnẽ habuiſſe grauioris morbi, vehemẽtioris q; ſubijciã ſequẽti capite ex eodẽ Vlpiano, qd illi de eo ſtatuerint. Interea autem hãc iuris Romani partem de in ius vocando, dignã fuiſſe, quæ à Decemuiris diligenter conſtitueretur, tacere non debemus. Plato lib.8.de Leg indicat leges in Rep. in primis ferri debere περὶ συνηλίκεων καὶ κληρώνων. quanquã eas tãri facere non videatur, vt in ijs valde occupari velit legislatorẽ maioribus negocijs addictũ. Sed Romani, qui nihil prætermiſerunt eorũ quæ in Rep. neceſſaria eſſe videbant, ſic maxima quęq; procurarunt, vt minima perſecuti etiam ſint. Itaq; & Prętores in ſuis edictis, quicquid de in ius vocando quæri poſſe, complexi ſunt. In primis autem vt opera danda fuit, ne fruſtra quis in ius vocaretur, aut facilè eludere,

Source : BIU Cujas

dere, vel impunè non sequi vocantē posset, sic habenda etiā fuit ratio iustæ excusationis. Vtrunq; Romani diligēter obseruarūt. Primū lex fuit: IN IVS VOCATVS EAT, AVT DVCATVR. Eā tēperarunt x. viri, vt neq; sequi cogatur, neq; dici possit, qui morbo sonti impediret. Prætores deinde alterā, vt loquimur, exceptionē adiecerunt: vt satisdederit in ius vocatus, non ducatur. Hucq; pertinuit ille, q in edicto perpetuo fuit, titulus: QVI NEQVE SEQVANTVR, NEQVE DVCANTVR. & infrà c. 47. quippiam in ipsis 12. Tabulis notabo, qđ eodem referri potest. Postremò prudentes addiderunt, vt in hoc quoque genere parceretur ei, qui domi esset suæ. Neque id Caius prætermisit, cum hoc caput 12. Tab. interpretaret. Sic. n. lib. j. ad legem 12. Tab. scripsit. l. 18. de in ius voc. Pleriq; putauerunt nullum de domo sua in ius vocari licere: quia domus tutissimū cuiq; refugiū atq; receptaculū sit: eumq; qui inde in ius vocaret, vim inferre videri. Cui in Pandectis subiicitur ex Pauli li. j. ad Edictum, satis pœnæ subire eum, si nō defendat & latitet. certum. n. esse, ꝙ mittitur aduersarius in possessionē bonorū eius. Sed si aditū ad se præstet, vel ex publico conspiciat, rectè in ius vocari. Sed & si is q domi est, interdū vocari in ius possit, tñ de domo sua neminē extrahi debere. Ergo vt Romani iudicarunt grauissimā esse iniuriam, si quis vi domum cuiusquā introiret: sic ne in ius quidē vocandi cā temerè id fieri passi sunt: aut verò si qua iusta cā esset, cur id interdū fieri paterent: saltē nunquā passi sunt aliquē de domo sua extrahi, aut vi abripi, qđ & Cicero in oratione pro Domo sua, & ꝺ Vatinium eleganter grauiterq; scribit. Quid igitur? an qui in ius vocatus est, si domi se contineat, eludere impunè iudicium poterit? Edictis euocabit: si nō veniat, mittet aduersarius in possessionē bonorum eius: tandemq; etiā ea vendētur propter longiorē contumaciā latitantis. Et qui ius dicenti non obtemperat, pœnali iudicio damnat, vt præstet quāti res est quæ petitur: sicq; eius contumacia damno litis coercetur. l. vna. si qs ius dic. non obt. l. 53. contumacia. de re iudi.

CAP. XLII.

VLpiani verba c. 2. si quis cautionib. sunt hęc: Si iudex, vel alter ex litigatorib. morbo sontico impediat, lex 12. Tab. iubet iudicij diē esse diffissum. Alij legunt DIFFVSVM: sed parum interest, quanquā DIFFISSVM malim, sicuti & in Pandectis Florentinis legit, & apud alios auctores Latinos. Gell. li. 14. de se loquēs, iudice dato: Iussi (inqt) diē diffindi. & paulo pòst: In diffissionib. cōperendinationibusq;: Liuius quoq; lib. 9. Legē Curiatā (inquit) de imperio ferēti triste omen diē diffidit. Deniq; Hora. lib. ij. Ser. Nihil diffindere possum: hoc est, nihil differre vel rē ꝓducere, quin pronūciem. Ac ꝓpriè quidē dissisi dies olim dicebant intercisi: nēpe partim festi, partim nefasti. Sed deinde vox hęc generaliter accepta est, de die ꝓlato atq; cōperendi nato. Quod ad morbū sonticū attinet, Cæcilius ait, hic ita appellari morbum vehementiorē, vim grauiter nocendi habentem. Festus lib. 17. de verb. vet. signi. citat vetustiorē interpretem AElium, qui morbum sonticū in 12. significare dixerit certū, cū iusta cā. Addit autē, nonnullo putare, esse q noceat: ꝙ sontes dicantur nocentes. Certè nostri Iurisconsulti ita existimarūt. Si. n. est apud Venuleiū, qui & Cassium huius interpretationis auctorē laudat. l. vlt. de ædil. edic. Et Iabolenus l. morbus. de verb. sign. ait, sonticū esse morbū, q rei cuique nocet. Marcellus quoq; l. quæsitū. de re iudic. Morbus sonticus (inquit) etiā inuitis litigatoribus ac iudice diem differt. Sonticus autē existimādus est, qui cuiq; rei agendæ impedimento est. Tum subiicit: Litiganti porrò quid magis impedimēto est, quàm motus corporis ꝺ naturā, quam febrē appellant? hinc probat, si cū alter ex litigatorib. febricitans abesset, iudex pronunciauerit, nō videri iure pronunciasse. Sanè Vlpianus l. ij. §. si quis. de rec. arbi. cū qs ex litigatorib. qui in arbitrum cōpromiserant, ideo nō adfuisset, ꝙ valetudine fuisset impeditus: fatetur quidē, pœnam ipso iure nihilominus committi. Sed ait, prætorem aut de ea non daturum actionem, aut exceptionem additurū, SI NON VALETVDINE IMPEDITVS &c. Simile est, quod Paulus notat l. 65. si Prætor. ad fi. de iudic. Si morbo impeditus adesse non potuit reus, actionē iudicati in eum denegandā esse, Prætoremq; exequi ita iudicatum nō debere. Certè nec cōtumacē esse, nec cōtumacis pœnā pati debere, quē aduersa valetudo defendit, ait Hermogenianus. l. 53. §. pœnā. de re iudic. Rectè ergo Vlpianus inter iustissimas deserti vadimonij causas, quæ excusationē merent, primo loco numerat aduersam valetudinē. l. ij. § si qs si quis cautionib. quod & Seneca lib. iiij. de benefi. confirmat, ꝓbans mirum non esse, si cum ꝓmittētis cōditio mutata sit, cōsilium ēt mutet. Vadimonium (inquit) ꝓmittimus, tñ deseritur: nō in omnes dat actio, deserentē vis maior excusat. Neq; verò mirabimur litigatorem hoc nomine excusari, si meminerimus & militē, q ad diē non adfuit, eandem ob causam excusari. Certè cū dixisset Arrianus Iurisconsul. eos qui ad delectum nō respondent, vt proditores libertatis in seruitutē redigi: adiecit, rationem afflictè valetudinis excusare militē emansorē. l. iiij. §. vlt. de re milit. Polybius quoq; lib. 6. cū diceret descriptos milites ad diē omnino adesse debuisse, excipit solā cām auspicij, & τῶν ἀδυνάτων: quā interpretor aduersam valetudinē. Ac ne alia probatione sit opus, cū militibus scriptis dies prefiniret, ad quē adessent, citatiq; Consuli respōderent, iurisiurandū q; eo nomine prestarent: in ipsa huius iurisiurandi formula disertè nominatimq; excipiebatur morbus sonticus, & auspiciū, qđ sine piaculo ꝓterire nō liceat, testis est Gellius lib. 14. c. iiij. Sed vt ex castris ad forū redeamus Modestinus l. εἰδέναι. de excus. cum enumerat causas, ꝓꝓ quas excusā tutor, qui intra tempora cōstituta suā à tutelis excusationē in iudicio non proposuit, primo loco morbum recensет, & eandē ob causam iudicem arbitrumve excusari, vt rebus iudicandis operam dare nō coganṫ: nōstri quoq; Iurisconsulti Decemuiros secuti, disertè respōderunt. l. si longius. de iudic. l. licet autem. & l. seq. de rec. arbit. Sed & ꝓꝓ aduersam valetudinem permissum esse litē in alium transferre, respōnsum est: neq; tum locum habere edictum de alienatione mutandi iudicij cā facta. l. iiij. §. si qs autem. de alien. mutan. iudic. Et q Reip. cā profectus, confectis Reip. negociis, quandiu propter morbum redire nō potest, habetur pro absente Reipu. cā. l. si cui in prouincia. ad fi. ex quibus cau. maio. Quid multis? Seruum etiā qui graui morbo impeditus periclitanti domino succurrere non potuit, excusari traditum est. l. si qs in graui. ad Syll. Hæc vt occurrunt, obiter congero, quæ exēplo legis 12. Tab. prodita sunt: vt magis intelligamus, quàm multa ex illo fonte in omnes iuris Ciuilis partes promanēt. Itaq; adijcio, quod Liuius libro quadragesimó secundo scribit, cū Chalcidensium legatus pedib. captus lectica esset introlatus, Romæ visam esse rem vltimæ necessitatis: in qua ita affecto, excusatio valetudinis aut ne ipsi quidem petenda visa foret, aut data petenti non esset. Porrò excepta sontici morbi causa, qua passi non sunt Decemuiri in ius vocatum non adesse, lex sequens ostendet.

CAP. XLIII.

CIcero lib. j. Offi. Hostis (inquit) apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant 12. Tabulæ, AVT STATVS DIES CVM NOSTE. Integrā legē non recitat. Sed lex illud voluisse videtur, vt qui se iudicio sistere promisisset, cuicunque aduersario adesset. Et ad hanc quidē legem Festus respiciebat, cum lib. 17. de Verb. vet. signifi. scriberet statum diē vocari, qui iudicij cā præconstitutus est cū peregrino. Sic. n. ab antiquis vocari hostem, ꝙ erat pari iure cum populo Romano: sicuti & hostire pro æquare dicebāt. Macrobius quoque lib. j. c. 16. Statos dies dici ait, qui iudicij causa cum peregrino constituuntur. Sanè Gellius libr. 16. c. iiij. nōnulla ex libro Cincij de re militari describit, ex quibus apparet, ad hunc diem statum potius veniendū esse, quàm ad delectum respondendū. Cùm. n. conscripti milites iurarent se ad diem ad futuros, inter alias causas & hæc excipiebatur: Si status condictusve dies cum hoste &c. Neque hic prætereundum est, quod apud Plautum in Curculione, amator Phædromus cum dicere vult, nullam omnino esse causam quę eum impedire possit, quo minus ad amicam eat, ait: Si media nox est, siue est prima vespera, si status cōdictus cum hoste intercedit dies, tamen est eundum. Porrò quomodo coerceatur qui cautionibus iudicio sistendi causa nō paruerit, edicta Prætorū satis ostendunt. Illud scire velim, quid sibi voluerit lex illa 12. Tab. cuius principiū fuit, SI CALVITVR: an ꝓtinuerit ad fugitantes reos, cauillatores q; atq; calumniatores sistendos. Caius lib j. ad legē 12. Tabularum, interpretat hæc verba SI CALVITVR, moratur & frustrat: & addit, calumniatores inde appellatos esse, quia per fraudem & frustrationē alios vexarent litib. Inde & cauillationem dictam esse, c. 233. de verborum significa. Vsus hoc quoque antiquo verbo in eadem frustrandi significatione est Plautus, & Terentius.

CAP. XLIIII.

GEllius lib. 16. c. 10. scribit, scriptū fuisse in 12. Tabulis: ASSIDVO VINDEX ASSIDVVS ESTO: PROLETARIO CIVI QVIVIS VOLET, VINDEX ESTO. Sed & Cicero in Topicis: Cùm (inquit) lex assiduo vindicem assiduū esse iubeat, locupletem iubet locupleti, &c. Legem cum simpliciter profert Cicero, 12. Tab. intelligit. Et eo quidem loco Sex. AElium Catum, qui dixit, assiduum dici ab ære siue asse dando, citat vt interpretem. Fuit enim 12. Tab. interpres. Assiduum dici loci locupletem ab asse dando, siue tributo conferendo, dubium non est. Noster Caius lib. ij. ad leg. 12. Tab. ait, locupletem esse, q satis & idoneè hēt ꝓ magnitudine rei, quā actor restitui petit. l. 234. quos nos. §. j. de verb. sig. Proletariū uocarunt ueteres Romani inopē, tenuisq; fortunę, quasi ꝓle gignenda tantū iuuare Rempu. posset, nō etiā pecunia. Gellius hoc uerbo usum ēt Ennium esse ait: & se, cū abs Iurisperito significationē eius frustra quęreret, accepisset abs Iulio poeta, Proletarios appellatos fuisse, qui nō amplius quàm M. D. AEris in censum deferebāt. Sed qs ī hac lege uindex dicat, min⁹ notū est. Boetius Topicorū Ciceronis interpres existimat, uindicē dici quasi forensem ꝓcuratorē aut patronū, q alterius cām suscipit uindicādā. Alij putāt uindicē dici, liberalis tñ cāæ asśertorē: ut si is de cuius statu & libertate agitur, locuplex fuerit, locupletem habeat asśertorem. Ego uerò uindicem hic potius intelligendum esse existimo,

Source : BIU Cujas

fideiussorem iudicio sistendi causa. Obseruaui enim in Pandectis nonnulla huiusce rei vestigia. Vlpianus ait: Fideiussor iudicio sistendi causa locuples iubetur dari, non tantum in facultatib sed etiam ex conueniendi facilitate. l. ij. qui satisd. cog. Deinde subiicit edictum Prętoris, Vt si quis parētem, liberos, vxorē, nurum in iudicium vocet, qualiscunque fideiussor iudicio sistē di caus: accipiatur. Et qualemcunque interpretatur fideiussorē, etiam non locupletem: sicut in 12. Tab. dicitur vindex quinis. Sanè si quis propter inopiam in iudicio non possit locupletem omninoq; idoneum fideiussorem dare, dare posse qualemcunque, sæpe traditū est. Gellius significat ēt q̄dā in 12. Tab. fuisse, de vadib. & subuadibus. Sed qualia fuerint ea, diuinare nō possum.

CAP. XLV.

SVperiori capite audiuimus, Ennium vsum verbo 12. Tab. sed cuius tamen significationem Gellius à Grammatico magis quàm abs Iurisperito didicit. Nunc alterum audiemus, cuius idē Ennius meminit: sed interpretationem Gellius, quam abs Grāmatico non potuit, ex Iurisconsultorum libris repetiit. Et quidē res est cum superiori cōiuncta: hoc est, ad rem forēsem & actiones pertinens. Frequenter legis actiones, quæ ex lege 12. Tab. descendunt, commemorantur: sed quæ nam earum formulæ fuerint, qui ritus, quæ ceremonię, quærimus. neque certè quicquam in veteris Iurisprudentiæ reliquiis minus explicatum est: quanquam multa de ordine veterum iudiciorum iactētur. Nulla est in ore omnium Iurisperitorum vox frequentior, quàm Vindicatio. sumptaq; est ex 12. Tabulis: sed harū de vindiciis leges nō omnib. notæ sunt. Tria nūc capita proponā: primum ex Gellio, sed interciſum: secundum ex Festo, integrū magis quàm explicatum: tertiū ex Liuio, magis apertū. Gellius lib. 20. ca. 9. scribit, in 12. Tab. scriptū fuisse: Si QVI IN IVRE MANVM CONSERVNT. Sed reliqua legis verba non attexit. Significat autē illud IN IVRE esse, q̄d aliàs dicimus, apud Prætorem. Iurisco sulti in Pandectis notant, ius sæpe vocari locū, in quo Prætor ius dicit, salua maiestate sui imperij, saluoq; more maiorum. l. pen. de iustic. & iu. Sic itaq; & ius vocāt 12. Tabulæ, vbi abest, qui iuri dicundo præest. Moris autem tunc fuisse Gellius indicat, vt in agrum de quo esset controuersia, cum litigatoribus iret is, cuius erat iurisdictio, & in re præsenti litigatores manum consererēt: hoc est, alter alterum simul manu prēderet, vindicia etiā correpta. Hæc autē vel virgula vel festuca fuisse credit, quæ in illa manum cōsertione defringeretur. Fuit hęc certè species cuiusdam ludicræ pugnæ, & vis ficta atq; imaginaria, quā Gellius ciuilē atque festucariam appellat. Sed quorsum? Vt alter ab altero dicere posset, se vi deiectū de possessione sua esse, atq; peteret deiectus interdicto restitui: hacq; ratione institueretur iudiciū de possessione, cum alter negaret aduersarium possēdisse. Hi adhuc mores iudiciorum erant tempore Ciceronis. Sed tunc in re præsenti magis, quàm in iure, illa manum cōsertio fiebat. Nam cū Prætores in rem pręsentem amplius non proficiscerentur, institutū (inquit Gellius) contra 12. Tabulas tacito consensu est, vt litigatores non in iure apud Prætorē manū consererent, sed ex iure manuconsertum vocarent: ideſt, alter alterum ex iure ad cōserendam manū in rē, de qua ageretur, vocaret: atq; profecti simul in agrum de quo litigabatur, terrę aliquid ex eo, veluti vnā glebā, in ius ad Prętorem deferrēt: & in ea gleba, tanquā in toto agro, vindicarēt. Pueriles videntur hæ ineptię, & ludicræ ambages. Sed nihilominus intelligendæ sunt, quantū fieri potest. Nā & tales nugæ seria ducunt. Si vindicia primùm appellabatur festuca illa, aut virgula, quàm manum conferentes, quasi vim alter alteri faceret, infringebant: potuit etiam illud ipsum esse, vindicare. Quod deinde verbum tractum est ad ea quę consequebā tur, & ad rem de qua erat controuersia: & ad litē ipsam non solū de possessione, sed & de proprietate: & denique ad ipsam adiudicationem. Vindicias Prætorem dixisse in re præsenti, ait Gellius. Vindicias sumere & dare, paulo pòst audiemus in ipsis 12. Tab. Festus scribit vindicias appellatas fuisse res eas, de quib. cōtrouersia erat, & illud Cincij adfert: Vindiciæ olim dicebantur, quæ ex fundo sumptæ, in ius allatæ erant. Citat & Seruium Sulpitium, qui dixerit, vindiciam dictam esse ab eo, quòd vindicatur res ex controuersia. Fortasse totum istud à Vindice descēdit. Sed pergamus. Festus testis est, scriptum etiam in 12. Tabulis fuisse, superstitibus vindicias sumendas esse ab iis, inter quos cōtrouersia est: & admonet, superstites dictos olim fuisse testes præsentes: sicuti & Plautus loquitur: Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adest superstes. Sed legis adhuc sententia obscura est. Quæ tamen paulo antè dicta sunt, eam illustrare vtcunque possunt. Supereſt tertium caput, quod magis apertum esse dixi: nēpe quod in 12. Tabulis scriptum fuerit, vindicias secundū libertatem esse dandas. In possessoriis quæstionibus dubium non est Decemuiros iudicasse, quod Prætores deinde suo illo edicto VTI POSSIDETIS apertius explicuere, possessionem, quę nec vi, nec clàm, nec precario teneretur, loco suo mouendam nō esse, sed tuendam potius, pendente proprietatis quæstione. Potuerant Romani audire, quod Pericles apud Thucydidem lib. 1. cōmemorat, inter Athenienses & Lacedęmonios aliquādo ex vetustissimi iuris formula, in hunc itidē modum conuenisse: Δίκας μὲν διαφόρων ἀλλήλοις διδοναι καὶ δέχεσθαι, ἔχειν δὲ ἑκατέρους ἃ ἔχουσιν. hoc enim est perinde, atque si conuenissent: vti possidemus, vt possideamus, interea dum iudicio disceptabimus. Neque sanè ignorabant Decemuiri, quod ipse Aristoteles in Probl. iure fieri intellexit, & veluti edixit, νέμεσθαι τὸν κεκτημένον ἕως ἂν κριτὴς. Sic vindicias secundum iustum possessorem dandas esse ex iure cōmuni intelligebāt. Sed libertatis fauore q̄d in hoc genere statuerint iure singulari, audiamus. Statuliberos venundari quidē posse existimarunt: sed in vniuersum tamē cauerunt, voluerūtque vindicias dari f̄m libertatē. Pomponius noster ait, Ap. Claudium Decemuirum hoc ius ex veteri iure in 12. Tab. transtulisse. Cumque probare vult vetustissimam fuisse hanc iuris obseruantiam, commemorat, Brutum vindicias secundum libertatē dixisse in persona Vindicis Vitelliorum serui, qui p̄ditionis cōiurationem indicio suo detexerat. Quòd Brutus Vindici seruo vindicias dederit secūdum libertatem, interuersa dominorum possessione, singulari quadam ratione & Reipu. fauore factū est: vt Vindicio caueretur, qui de Rep. bene meritus erat, cuiq; tutū non erat, in potestate dominorum, quos indicio suo irritarat, manere. Sed decemuiri generaliter ita statuēdum esse existimarunt. Nam q̄d in vniuersum volunt, vindicias dari secundum libertatem, ita accipiendum est, vt nō modò liber homo, qui status controuersiam pateretur, relinquat̄ suę libertati, & eius possessionem retineat, interea dum hęc quęstio status causaq; liberalis pendebit: sed etiam vt seruus qui in libertatem ab aliquo legitimo & iusto vindice asserit̄, interea pro libero habeat̄, & libertatis asserto ri dominus possessione cedat. Id. n. fauori libertatis tribui, nō iniquum esse existimarunt: prę sertim cum sarisdatione hę vindiciæ onerentur. Cæterùm, si agatur tantum de homine libero, sua in possessione libertatis interea relinquēdo, nemo dubitat iure cōi, multo magis secūdùm libertatē, vindicias dari. Quod & ex iure Gentiū in 12. Tab. translatum esse probat Dionysius Halic. lib. 11. Nostri quoque Iurisconsulti Paulus & Caius responderunt l. ordinata. l. si cui. §. licet. de lib cau. ordinato liberali iudicio interea p̄ libero haberi hominē, cuius de statu controuersia est. Porrò hanc 12. Tab. legē Ap. Claudius Decemuirorum princeps, qui eam tulerat, infringere conatus est, cum Virginia virgine potiri vellet homo libidinosus & impurus. Subornauit quendam suum clientē Claudiū, qui eam suam esse seruā diceret, & ex libertate in seruitutem reuocaret, vindiciasq; secundū seruitutē dari postularet. Iudex erat Appius ipse. Cumq; obiiceretur lex hęc, quā paulò antè tulerat de vindiciis secundùm libertatem dandis, calūniosa quadā, sed tñ arguta interpretatione, eam eludere conabatur. In iis qui asserantur in libertatem: quia quiuis lege agere possit, id iuris esse dicebat. In ea quæ in patris manu sit, neminem esse aliū cui dominus possessione cedat. Sic fatebat̄ quidem Appius, vbi pater præsens adesset defensor, asserto rq; libertatis filiæ: & cum eo is qui puellæ se dominum diceret, contenderet: dominum interea non possessurum. Sed cū pater abſit: dominum esse debere potiorem. Adijcere poterat, Virginiam ipsam non posse libertatem, f̄m quam vindiciæ petebātur, interea possidere: cum quidem ipsa ab alio, in cuius erat potestate, nempe suo patre, possideretur. Reliquam eius iudicij tristem historiam, & tragicam catastrophen non cōmoro: nota. n. est satis. Sed obseruandum est, satisdationis in hisce vindiciis meminisse Dionysium, q̄d postea Prætores transtulisse videntur in suum interdictum. VTI POSSIDETIS. Extat quoddam huius generis rescriptum Diocletiani. l. j. C. vti possid. Vti possidetis fundum, de quo agitur, cum ab altero nec vi, nec clàm, nec precario possidetis: rector prouinciæ vim fieri prohibebit, ac satisdationis vel transferendę possessionis, edicti perpetui forma seruata, de proprietate cognoscet. Quænam illa sit forma, interpretes ignorāt: & tamen, vt audax est inscitia, ne quid videantur ignorare, nihil non securè comminiscuntur. Rectius ij qui docent, iudicem de hoc interdicto cognoscentem, ita debuisse possidentem tueri, vt aduersarium, qui eum (vt ita loquar) inquietauit, etiam iubeat satisdare, nullam amplius molestiam sese possidenti exhibiturum, pendente iudicio. At quid si etiam intelligamus ipsum possidentem ex cā satisdare debere, sese rem deteriorem non facturum, vel eam cū opus erit bona fide restituturum? l. penulti. de aqua quot. & æsti. Sanè Paulus: Si de via (inquit) itinere, actu, aquæductu agatur, huiusmodi cautio præstanda est: quandiu quas de iure suo doceat, se non impediturum agentem, & aquam ducentem, & iter faciētem. Quòd si neget ius esse aduersario agendi, aquāve ducēdi: cauere sine præiudicio amittendę seruitutis debebit, donec quęstio moueat, nō se vturum. Idē Paulus lib. 1. Sentent. tit. 11. ait, quoties hæreditas petitur, satisdationē iure desiderari: & si satisdatio nō det̄, in petitorē hēreditatē transferri. Sed & Papinianus scribit, M. Antoninū rescripsisse, eū à quo res fideicōmissæ petebant̄, cū appellasset, cauere: vel si nō caueat, ad aduersarium possessionē trāsferri debere. l. 5. §. j. vt legat. nom. cau. Sed & Cicero Verr. 3. vocat prædes vindiciarum, quos dabat proximus hæres legitimus, missus in possessionem.

CAP.

Source : BIU Cujas

CAP. XLVI.

EX Gellii lib.20.c.j.intelligimus ſcriptum in 12. Tab.ita fuiſſe: AERIS CONFESSI, REBVSQVE IVRE IVDICATIS, XXX. DIES IVSTI SVNTO. POST DEINDE MANVS INIECTIO ESTO. IN IVS DVCITO, NI IVDICATVM FAXIT, AVT QVIS PRO EO IN IVRE VINDEX SIT, SECVM DVCITO, VINCITO, AVT NERVO, AVT COMPEDIBVS: XV. PONDO NE MINORE, AVT SI VOLET, MAIORE VINCITO. SI VOLET, SVO VIVITO. NI SVO VIVIT, QVI EVM VINCTVM HABEBIT, LIBRAS FARRIS IN DIES DATO. SI VOLET, PLVS DATO. TERTIIS NVNDINIS PARTES SECANTO. SI PLVS MINVSVE SECVERINT, SINE FRAVDE ESTO. Sunt qui principium huius legis ita legant: AERIS CONFESSIS REISQVE &c.Sed Gellius ipſe libr. 15. cap.13.notat,in 12.Tab.æs confeſſum dici, de quo eſt facta confeſſio. Vbi antea legebatur corruptè, AVT QVI PSEVDO EO IN IVRE VIM DICIT, Manutiũ ſecuti reſtituimus, AVT QVIS PRO EO IN IVRE VINDEX SIT. Pertinetque etiam hęc clauſula ad illud quod ſuprà dixi de iis qui in ius vocati,ſi ſatiſdent, non ducuntur.Quod ad huius legis totius rationem attinet,Cęcilius præfatur,veteres Romanos fidem, quã omnium maximè ac pręcipuè coluerunt,ſanctamq; habuerũt, non modò in officiorum vicibus,ſed & in negociorum quoq; contractibus ſanxiſſe,maximeq; in pecunię mutuę vſu vſq; cõmercio.Exiſtimaſſe enim adimi ſubſidium hoc inopię temporarię,quo communis hominum vita indiget ſi perfidia debitorum ſine hraui pœna eluderet. Sanè Iſocrates in Areopagitico, idipſum prudenter vidiſſe veteres Athenienſes, elegantiſſimè ſcribit. neque modò (quod noſter Vlpianus ait) graue eſſe, fidẽ fallere:ſed & vniuerſę Reip.valde perniciosum Quid multis? Dixit Seneca lib.3.de Benefic.ęquiſſimam eſſe,& ius Gentium prę ſe ferre,hanc vocem.Redde quod debes.Dixit Cicero.libr.ij. de Offic.nullam eſſe rem quę vehementius Rempubli. contineat, quàm ſit fides.Sed fidem eſſe nullam poſſe,niſi ſit neceſsaria ſolutio rerum creditarum.Vtrunque verò mults ante Senecã Ciceronemq; annis rectè intellexerunt,prudenterq; conſiderarũt Decemuiri.Audiebant multa variaq; dici atque iactari de illa Solonis apud Athenięſes σεισαχθεία. Sed ſi publica illa fuit quędã æris alieni ſine conſenſu creditorum,remiſſio atque condonatio:intelligebant rem eſse iniquam,iniuriæque plenam. Nouas eius generis tabulas Romę aliquãdo quidam viri principes valde populares,deq; alieno nimiũ liberales,inuehere conati ſunt. Sed prudentioribus viris,& iuris Reipublicęq; amantib. nũquã eam rem placuiſse,vel vnus nobis Cicero teſtis eſse poteſt.Nũquam (inquit) vehementius actum eſt quàm me Conſule, ne ſolueretur.Armis & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum,& ordine.Quibus ita reſtiti, vt totum hoc malum de Republ.tolleretur.Nunquam nec maius ęs alienum fuit, nec melius aut facilins diſsolutum eſt.Fraudandi enim ſpe ſublata, ſoluendi neceſſitas cõſecuta eſt.Hæc ille.Plutarchus de Cæſare loquens ait, σεισαχθείᾳτινὶ ἐκοῦφιζε τοὺς χρεωφειλέτας. Sed ne qs exiſtimet fuiſse hanc ęris alieni generalem quandam remiſſionẽ atq; abolitionem,audiamus Suetonium de Cęſare: De mutuis pecuniis (inquit) diſiecta nouarum tabularum expectatione, quæ crebrò mouebatur,decreuit tandem, vt debitores creditoribus ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quasque ante ciuile bellum comparaſsent,deducta ſumma æris alieni, ſi quid vſurę nomine numeratum fuiſset:qua conditione quarta pars ferè crediti deperibat. Hoc Cęſaris decretum etſi duobus modis contra ius editum eſse videretur, & creditoribus graue & damnoſum eſſet :erat tamen in illa temporum cõfuſione vtcunque tolerabile.Rep. Tranquilla & bene compoſita tam nõ placuit poſterioribus Iuriſconſultis, quàm veteribus Romanis iniquum viſum fuiſset.Neque verò dubito, quin & apud Græcos viri prudentes atque graues intellexerint ad Rempub. continendam omnino eſse neceſsariũ,ius vt creditorum integrum maneat:& Decemuiros Rom.ſecuti, cùm ęris alieni neceſſariã ſolutionem retinuerint,tum verò rerum iudicatarum vim atq; auctoritatem infringi atque labefactari,vel perfidia debitorum condemnatorum eludi minimè paſſi ſint.M. Tullius cõtra Rullum ait,tolli de foro fidem perturbatione iudiciorum, & infirmatione rerum iudicatarum: iudiciorum autẽ perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, reſtitutionem damnatorum eſse ſolere afflictarum ciuitatum perditis iam rebus extremos exitiorum exitus.Idem Cicero Verri.7.grauiter certè & prudenter ait, perditas ciuitates deploratis omnibus rebus hos ſolere exitus exitiales habere,vt damnati in integrum reſtituantur,res iudicatę reſcindantur.Cumq; ea accidunt, neminem eſse quin intelligat,ruere illam Remp.Hęc vbi veniũt, neminem eſse qui vllam ſpem ſalutis reliquã eſse arbitretẽ. Idẽ Cice. pro Cluentio illud ipſum tractat,& Quinti.li.5.Noſtri Iuriſcõſulti ſæpe ſignificãt,publicè ẽt intereſse auctoritatẽ rerũ iudicatarũ, etſi fortè in vna aliqua cã ꝓperã iudicatũ eſse videatꝫ.l.65.cũ ſeruo.§.cum Prætor.ad Treb.l.12.ſi patronus.§.ſi qs.de bonis libert.l.29.ſi fideiuſſor.§.in omnib.mand. Certè rei iudicatæ vim quantopere tueatur ius Ciuile,ignotum non eſt. Potius quàm ei non pareatur,manum militarem adhibet.l.qui reſtituere.de rei vend.neq; poſt eam quęri amplius quicquã patitur.l. poſt rem. de re iudic. Eam.n.habet pro veritate.l.res iudicata.de reg iur. Fruſtraq; contrà obtendi principis reſcriptum, aut inſtrumenta de nouo reperta.l.j.C.quan.prou.nõ eſt nec l.Imperatores.de re iudi. Quid multis? Ait Imp.Antoninus,l.j.C.de re iudi. rebus iudicatis ſtandum eſt.Edictum denique Prætoris de re iudicata, codẽ pertinebat:neq; minus,quàm 12.Tab.de effectu ſententiarum,& executione rerum iudicatarum ſeuerè præcipiebat:vt intelligamus eã non modò lege Decemuirali, ſed & Prętoria pulchrè communitam fuiſſe. Non extat integrum hoc Prętoris edictum. Sed illud ſaltẽ ex eo ſupereſt, SI QVIS CONDEMNATVS FVERIT, VT PECVNIAM SOLVAT, AB EO, CVIVS DE EA REIVRISDICTIO EST, PIGNORIBVS CAPTIS SOLVERE COMPELLAM. Et quidẽ cũ hęc verba, CONDEMNATVS, VT PECVNIAM SOLVAT, interpretatur Vlpianus,l.iiij.§.ait.de re iudi.ſignificat, pecuniam omnino ſoluendam eſse:neque ſatis eſſe,ſi iudicatus ſatiſdare paratus ſit.Cæterùm aliquod ſemper tempus benignè conceſſum fuit debitoribus,ad pecuniam conquirendam.Pauli noſtri verbum eſt,l.qđ dicimus.de ſolu. Quod dicimus hæredem debere ſtatim ſoluere,cum aliquo temperamento temporis intelligendum eſt: nec enim cum ſacco adire debet.Siue intelligat Paulus,hæredẽ non adire hęreditatẽ cũ ſacco ſiue marſupio, quo pecuniam ſtatim concludat:ſiue creditorẽ ipſum nõ ita debere adire, accedereq; ipſum debitorẽ:ſignificat aliquam debitoribus dilationẽ humaniter indulgeri.Sic etiam Vlpianus l.ſi domus. § in pecunia. de leg.j.In pecunia legata (inquit) confitenti hęredi,modicum tẽpus ad ſolutionem dandum eſt, nec vrgendus ad ſuſcipiendum iudicium,quod quidem tempus Prętorem ex ęquo & bono obſeruare oportebit.Decemuiri cenſuerunt,confeſſis condemnatisve xxx. dies iuſtos dandos eſſe. Iuſtos dies vocabant (inquit Cæcilius Iuriſconſ.) vel vt quoddam iuſtitiũ, ſiue iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam,& ceſſationem, quib. diebus nihil cum iudicatis agi poſſet.Macrobius lib.j.c. 6.ſcribit, olim pliares dies potuiſſe dici iuſtos:ſiquidem iuſtos eſſe cõtinuos xxx. dies, quibus exercitu imperato vexillũ rufi coloris in arce poſitũ eſt:præliares autẽ omnes,quib.fas eſt res repetere,vel hoſtem laceſſere.Verùm in hac lege iuſti dies contrà accipiuntur.Sic legitima quædam erat & iure conceſſa dilatio.Hoc poſtea tempus Romani duplicarunt:duos.n.menſes iudicatis dederunt: ſicuti & eos rurſus duplicauit Iuſtinianus.l.vlt.C.de vſur.rei iud. Quatuor.n.menſes continuos dari voluit,neq; ipſis modò reis iudicatis,ſed & eorum fideiuſſoribus:quod tamẽ antea iis tributum non erat:quanquam ne etiã diutius poſſit,qui iudicatus eſt, impunè ludificari actorem,voluit Iuſtinianus,vt ſaltem ſortis principalis vſuras centeſimas ſoluat,ſi nec intra tempus legitimũ rebus iudicatis paruerit.Illud porrò meminerimus, qđ Vlpianus l. ij.de re iud.admonet,eum qui pro tribunali cognoſcit,non ſemper ſeruare debere tempus iudicati:ſed nonnunquã arctare,nõnunquam prorogare,pro cauſæ qualitate & quantitate, vel perſonarum obſequio aut contumacia.Calliſtratus l.31.de re iu. cũ diceret,debitorib.non tantum petentib. dies ad ſoluendum dandos eſſe,ſed & prorogandos,ſi res exigat:ſubiicit reſcriptum hoc Diui Pij ad Caſſium proconſulem:His qui fatebuntur ſe debere, aut ex re iudicata neceſſe habebunt reddere, tempus ad ſoluendum detur,quod ſufficere pro facultate cuiuſque videbit.Porrò ad prorogandum,quàm ad arctandam iudicati tempus, procliniores fuiſſe Romanos, Vlpianus ſignificat,cùm ait: Porrò intra ſtatutum tẽpus ſententias exequutos eſſe, nec niſi ex magna cã, veluti ſi de alimentis ageretur.Et ſanè niſi nominatim & ex cauſa,is qui pro tribulali cognoſcit,teſtaretur ſcientem ſe & prudẽtẽ tribuere,præſtituereq; condemnato arctiorem breuioremq; diem ſoluendi: tẽpus legitimũ repleretur ex lege, qđ ſententiæ iudicis deeſt.l.iiij.§.ſi quis condemnatus. de re iudic. Sanè tẽpus qđ iudicato datꝫ,in eius fauorẽ eſſe introductũ,vt ſi velit,eo non vti,& ſe interea liberare poſſit,apertè ẽt reſponſum eſt,l.7.de re iudi.Sed neq; obligationẽ hic dies ſuſpendit, aut cõpenſationẽ impedit.Itaq; ſi intra hunc diẽ iudicatus Titio, agat cũ eodem Titio,q & pridẽ illi iudicatus eſt,cõpenſationẽ admitti Papinianus ait.l.16.§.vlt.de cõpenſ.hancq; rõnẽ adiicit: aliud eſſe diem obligationis nõ veniſſe,aliud humanitatis gratia tẽpus indulgeri ſolutionis.Porrò obſeruãdũ eſt, Decẽuiros codẽ loco habuiſſe confeſſos,quo iudicatos.Sicuti & ĩ hoc genere D. Pius in ſuo, qđ antea retuli,reſcripto, confert eos q fatentꝫ ſe debere, cũ iis q ex re iudicata neceſſe habẽt ſoluere.Vlpianus duob locis meminit orationis D.Mar.l.poſt rẽ.de re iud.l.certũ §.ſed & ſi.& §.ſeq. de confeſ.cũ ait,Cõfeſſos ꝑ iudicatis haberi. Paulus quoq; l.j.de confeſ.cõfeſsũ ait,ꝑ iudicato eſſe:qa quodãmõ ſua ſnĩa damnatꝫ. Extãt & multa huius gñris principũ reſcripta.l.vna.C.de ꝑfeſs.l. ſicut.C.de rep.hęr.l.3.C.de fi.inſt.Obſeruemꝰ aũt de cã ciuili ſiue pecuniaria ſemꝑ agi.cũ ꝑ iudicatis haberi ꝑfeſſos legimus.Neq; n.ꝑfeſſiones reorũ itidẽ ꝑ exploratis crimnib.habentꝫ.Si cõfeſ-

Source : BIU Cujas

ſus crimen ſit reus, in vincula quidem conijciẽdus eſt. l. ſi confeſſus. de cuſtod. & exhib. reor. ſed non ideo ſtatim condemnatur. Si quis (inquit Vlpianus) vltrò de maleficio fateatur, non ſemper ei fides habenda eſt. Nonnunquam enim aut metu, aut qua alia de cauſa in ſe rei confitentur: & extat epiſtola Diuorum Fratrum, qua continetur liberandum eum, qui in ſe fuerat confeſſus, cuius de innocentia poſtea conſtitiſſet. l. j. §. ſi quis vltrò. de quæſt. AEs confeſſum, cuius 12. Tabulę meminerũt appellari, de quo facta eſt confeſſio. Verbum enim CONFITEOR eſſe cõmune, & paſſiuè quoque accipi, Gellius ipſe alio loco notauit, vt paulo antè dixi. Porrò vbi talis erat confeſſio, quæ pro condemnatione haberetur: Prętor, coram quo in iure aliquis confeſſus erat, intra tempus conſtitutum ſoluere iubebat, nec iudicem dabat: aut ſi quem aliquando daret, quia res æſtimanda eſſet, certè dabat non tam rei iudicandę, quàm ęſtimandæ, vt loquitur Vlpianus l. proinde. § notandum. ad leg. Aquil. Vnde cum quis cõfeſſus eſt, certum ſe debere legatum, quod tamen in rerum natura eſſe deſijt: reſponſum eſt l. iij. de confeſ. dari iudicem, vt in æſtimationem, quam faciet, eum damnet. Confeſſis autem, vt iudĩcatis, dari tempus ad ſoluendum, Iuriſconſulti Decemuiros ſecuti, ſæpe reſponderunt. l. 31. debitoribus. de re iudic. l. certum. §. vlt. de confeſſ. Sed priuſquam res confeſſę pro iudicatis habeantur, oportet confeſſionem eſſe rei certę, factam ĩ iure iudiciove, ab eo qui non errat, & qui iudicio valet: nam pupillus ſine tutore fruſtra cõfitetur. Sed neq; confeſſiones aliter ratę ſunt, quàm ſi id quod in confeſſionem venit, & ius & natura recipiat: vt intelligamus falſas confeſſiones debere naturalibus conuenire. l. confeſſionibus. §. j. l. ſi is cuius. §. vlt. de interrog. Ac quidem edidit aliquando Prętor edictum de interrogationibus in iure faciendis: ex quo dabatur actio interrogatoria ſiue cõfeſſoria, de eo quod quis confeſſus erat: vt cuique fides contra ſe habetur. Extatque in Pandectis non modò titu. de confeſſis, ſed & de interrogationibus, qui huc pertinet. Sic enim Iuriſconſulti pluribus explicuerunt, quod breuiter attigerãt Decemuiri de ęre cõfeſſo. Nunc ad rerum iudicatarum exeeutionem veniamus. Vbi condemnatus erat reus, nec intra dies iuſtos iudicatum faceret, manus in eum iniectionem creditori tribuunt 12. Tabu. Executorum, ſiue apparitorum ſententias exequentium meminerunt alię Romanę leges. l. ſi pignora. de euict. l. iij. §. ſi executor. de neg. geſt. l. executorem. C. de execu. rei iud. Decemuiri eũ, cui quis condemnatus eſt, executorem eſſe volũt. Illud ſemper Romę obtinuit, vt cum primùm in ius aliquis vocabaĩ ad Prætorem, vocari poſſet priuatim à ſuo aduerſario, ſine alio Magiſtratus mandato: ac niſi vocatus in ius iret, inuitus duci trahiq;, niſi ſi ſatiſdaret iudicio ſiſtendi cauſa. Vt autem ducere dicebatur actor reum in ius, quem inuitum trahebat: ſic & iudex ducere iubere dicebatur, cùm reum in carcerem aut ad ſupplicij locũ abduci iubebat. Cęterùm tametſi actori permittebatur reum non ſequentem ducere: creditori tamen manum ſtatim inijcere debitori, nõ ſemper fuit permiſſum. Fugientem, pecuniamq; ſecum ferentem inſequi creditor poteſt, l. ait Prætor. §. ſi debitorem. de iis quę in fraud. cred. Duorum prętereа in Pandectis locorum memini, vbi fit mentio iniectionis manus, cũ ſignificaĩ illa rei auferendę ac ſine iudice occupandę poteſtas, quam venditor mancipiorum excipere ſolebat, ſi quid contra conuentionem fieret. l. ſed ſi hac. §. proſtituta. de in ius voc. l. Titius. de ſer. export. Sed manus iniectionẽ, quam Decemuiri in vniuerſum tribuerunt creditori in debitorem non facientem iudicata, ne quis aut nouam, aut ſine exemplo ab iis primùm introductã eſſe exiſtimet: moris olim Athenis fuiſſe audierant, vt qui mutuũ ſuſcepiſſent oppigneratis corporibus, poſſent à creditore abduci, ſi fallerent, abductique etiam creditori addicerentur. Notus eſt ille Plutarchi in Solone locus: οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν. Id ante Solonem Athenis vſitatum fuiſſe, ſcribit eo loco Plutarchus. à Solone verò ſublatũ ſignificat. quod apertius teſtatur in libello de Vitanda vſura. ὁ σόλων (inquit) ἀθηναίους ἀπαλλάξας τοῦ ἐπὶ τοῖς σώμασιν ὀφείλειν. Hãcque legem ex AEgypto Solonem tranſtuliſſe, teſtis eſt Diodorus lib. j. & appellaſſe σεισάχθειαν. Nam & veteres AEgyptios itidem ſtatuiſſe, corpora debitorum, quibus Reſpublica in bellis opus haberet, libera eſſe debere: ſolas verò poſſeſſiones & facultates debitorum creditoribus obnoxias eſſe, ex iisque tãtùm peti poſſe ſolutionem ęris alieni. Hanc igitur legem Athenas tranſtulit Solon. Romani Decemuiri Solonis iudicia, ſecuti ſemper non ſunt. Certè hunc morem à Solone ſublatum, & illam vetere Græcorũ ἀπαγωγὴν, quo magis rei iudicatæ pareret, in vſum reuocare non dubitarunt. Neque modò manu iniecta debitorem iudicatum prehendere, ſed & prehenſum domi vincire iuſtis cõpedibus, & priuato carcere concludere permiſerunt. Nõ carebant eo tempore Romani publicis carceribus. Tullianũ iã olim extruxerant Ancus Tulliusque reges, in capite fori ſub Capitolio. Ipſe Appius Claudius Decemuir alterum carcerem prope Iani templum adiecerat. Sed cuſtodiam & coercitionem debitoris condemnati priuatim creditoribus reliquerũt. Id poſteriorib. deinde principib. non placuiſſe, indicio eſt Zenonis Imp. conſtitutio, De priuatis carcerib. inhibendis, quę extat libro nono Codicis. Sed publico carcere coercendum eſſe debitorem iũdicatum non facientem, niſi ſi bonis cederet, facilè conſenſerunt. l. j. C. qui bon. ced. poſſ. Bonis vt cedere poſſet cõdemnatus, & liber eſſe, permiſerunt. Sed niſi bonis cederet, in carcerẽ cõijci voluere, etiam ſi ſoluendo non eſſet. Cur. n. bonis non cedit, ſi tam inops eſt? Fuit tamen tam humanus & indulgens Conſtãtinus Imp. l ij. C. de exact. trib. vt ſuos debitores propter tributa nõ ſoluta noluerit ſtatim carcere claudi. & hac eius humanitate contumaciter abutentes, non niſi aperta & tantùm non libera, inque vſum hominem inſtituta cuſtodia militari contineri voluit. Prętereа humaniſſimam eius conſtitutionem de cuſtodia reorum, qua edixit, carceres tales eſſe debere, vt prętер fidem cuſtodiam nihil habeant. Sciebat. n. ꝙ à Iuriſconſultis reſponſum eſt, carcerem habendum eſſe ad homines continendos, nõ autẽ ad puniendos l. aut damnpm. § ſolent. de pœnis. Si ſeueriores fuiſſe videntur Decemuiri, qui catenis & compedib. debitorem condemnatum vincire creditori permiſerunt: factum id eſſe videtur, ꝙ priuatim domi aliter continere cõſtringereq; nõ poſſit. Cæterùm ꝙ victum vincto ſuppeditari curarunt, vt eſt humanitatis pleniſſimum, ſic & poſteritati ſemper placuit. Caius libr. ij. ad legem 12. Tabularum: Verbum (inquit) viuere quidã putãt ad cibum pertinere. Sed Offilius ad Atticum ait, & veſtimẽta & ſtramenta his verbis contineri: ſine iis. n. viuere neminem poſſe. capi. 233. de verb. ſig. Etſi neſciã, an id Caius referat ad hãc legem 12. Tab. tamen eò etiam referri poſſe puto. Huc quoque pertinet illud Phormionis apud Terentium: Dices, ducent damnatum domũ. Alere nolunt hominem edacem: & ſapiunt mea quidem ſententia, pro maleficio ſi beneficium ſummum nolũt reddere. Sanè & Conſtantinus l. j C. de cuſt. reor. Magiſtratũ graui ter puniri voluit, niſi ſi is cuſtodẽ carceris, eiusve minoſtros, qui reum vinctum inedia exhauſiſſent, ſtatim capitali ſupplicio coerceat. Narrat Euſebius, impium illum tyrannum Licinium paulo ante edixiſſe, ne quis Chriſtianis carcere clauſis cibũ daret. Tam crudele & barbarum edictum an toleraret Conſtantinus? Sed ethnicos Romanos audiamus. Extat Licinij Rufini Iuriſconſulti reſponſum, l. 34. de re iud. Si victum vel ſtatutum inferri quis iudicato non patiatur, vtilis in eum pœnalis actio dãda eſt: vel (vt quidam putant) iniuriarum cũ eo agi poterit. An de alendis vinctis reis tam valde ſoliciti ſemp Romani fuerint, dicere non poſſum. Sed illud tamen notum eſt, cum quędam Romę pia puella, quę patri carcere clauſo victum inferre prohibebatur, vberibus eum ſuis aluiſſet: tam valde iis hanc pietatẽ placuiſſe, vt ex eo carcere, qui primùm fuerat ab Appio Claudio Decemuiro extructus, Pietati ędẽ ſacram & liberam erexerint. Porrò debitorem, qui iudicatum non faceret, non modò creditori vi ciendum dabant Decemuiri: ſed & planè addicebant. Ac vetus quidem Romę fuiſſe videtur hic mos nectendorũ addicendorumq; debitorum, ac vix tandem exemplo Solonis ſublatus. Quinquaginta propè annis ante 12. Tabulas propter Volſcorum, bellum, & plebis tumultum, edixit Conſul Seruilius, vt militię nomen daturi, liberi ab nexu & pignore creditorum eſſent cum ſuis & poſſeſſionib. & liberis. Sed alioqui ius nexus & addictionis, præſertim in iudicatos, retinuerunt 12. Tabulę. Annis poſt eas pluſquam ducentis rurſus Senatuſconſulto cautum eſt, ne quis ciuis propter æs alienum necteretur. Sed tamen quæ propter rem iudicatam addictio fuit, ſublata nõ eſt. Nam & Cicero pro Flacco loquens de quodam Heraclide condemnato: Cùm (inquit) iudicatum nõ faceret, addictus Hermippo, & ab ab hoc ductus eſt. Vario lib. j. de lingua Latina: Liber (inquit) q ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quã debebat, prębet, nexus vocatur. Quintilianus autẽ libro ſeptimo, capite quarto, ita ſcribit: Queritur, an addictus, quẽ lex ſeruire, donec ſoluerit, iubet, ſeruus ſit? Seruus, cum manumittitur, fit libertinus. Addictus, recepta libertate, eſt ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non conſequetur. Addictus, ſoluendo citra voluntatem domini conſequetur. Ad ſeruum nulla lex pertinet. Addictus legẽ habet. Propria liberi, quę nemo habet niſi liber, pręnomen, nomẽ, cognomẽ, tribum, habet hęc addictus. Sed redeo ad Varronem. Is libro ſexto ſcribit, Cum debitores nonnulli pro pecunia, quã debebant, operas in ſeruitutem darent, dum ſoluerent: Syllã dictatorem id ſuſtuliſſe, voluiſſeq; vt ij bonam copiam eiurarent. Ergo ſatis eſſe putauit Sylla, ſi iurarent ſeſe non eſſe ſoluendo: tantum abeſt, vt necti addicique voluerit. Saltem olim Decemuiri vel nexu, vel addictione contenti fuiſſent, neque acerbius aliquid infœlicem debitorem, qui iudicatum non faceret, pati arbitrio crudelium creditorum paſſi eſſent. Quid autem totum illud ſit, quod prętereа permiſerunt, & eo quemadmodum vſi Romani ſint, malo Sex. Cecilii Iuriſconſulti verbis, quàm meis referre. Vinctis debitorib. (inquit) ius erat paciſcendi. Ac niſi pacti forent, habebantur in vinculis dies 60. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prętorem ad comitium producebantur: quãtęq; pecunię iudicati eſſent, pdicabaĩ. Tertiis aũt nundinis capite pœnas dabãt, aut trans Tiberim peregrè vęnũ ibãt. Sed eã capitis pœnã ſanciẽdę fidei gratia, horrificam atrocitatis oſtentu, nouisq;

Source : BIU Cujas

tu, nouisq; terrorib.metuendã reddiderũt.Nã si plures forent,qbus reus esset iudicatus:secare,si vellent,atque partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt. Et quidem verba ipsa legis dicã, ne existimes inuidiam me istam fortè formidare: TERTIIS (inquit) NVNDINIS PARTEIS SECANTO. SI PLVS MINVSVE SECVERVNT, SINE FRAVDE ESTO. Nihil profectò immitius,nihil immanius:nisi,vt re ipsa apparet,eo consilio tanta immanitas pœnę denunciata est, ne ad eam vnquam peruenireturAddici namque nunc & vinciri multos videmus: quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt.Dissectum esse antiquitùs neminem neque legi,neque audiui:quoniam sæuitia ista pœnę cõtemni non quita est. Hęc Cęcilius.Sed & Quintilianus lib.3.Sunt (inquit) quędam non laudabilia natura,sed iure concessa: vt 12.Tab.debitoris corpus inter creditores diuidi licuit. Quam legem mos publicus repudiauit.Iam verò si his nostrum Tertullianum subiecero,veterũ hac tota de re iudicium satis patefecerò. Eius in Apologetico verba sunt hęc:Sed & iudicatos in partes secari à creditorib.leges erãt: consensu tamen publico crudelitas postea erasa est, & in pudoris notam,capitis pœna cõuersa est,bonorum adhibita proscriptione·Suffundere maluit hominis sanguinẽ, quàm effundere.

CAP. XLVII.

AVlus Gellius libro decimoseptimo,capi.2.ait in 12.Tabulis scriptum fuisse: ANTE MERIDIEM CAVSAM CONSCITO, CVM PERORANT AMBO PRAESENTES. POST MERIDIEM PRAESENTI LITEM ADDICITO. SI AMBO PRAESENTES SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO. Priorem huius legis partem videtur auctor Rhetoricorum ad Herennium, libro secundo, magis integram edere:Ex pacto (inquit) ius est, si quid inter se pepigerunt,si quid inter quos conuenit.Pacta sunt, quę legibus obseruanda sunt, hoc modo: REM VBI PAGVNT, ORATIONE PAGVNT. IN COMITIO AVT IN FORO ANTE MIRIDIEM CAVSAM CONIICITO. Ac ita quidem etiam legendum plerisque videtur apud Gellium, non CAVSAM CONSCITO. Quid olim fuerit Causam coniicere,docet Asconius:Cum (inquit) ad iudicium ventum esset, antequam causa ageretur, litigatores quasi per indicem rem exponebant: idque dicebatur Causæ coniectio,quasi causæ in breue coactio. Porrò comitium,vbi & Prætor ius dicebat,& iudicia exercebantur, partem Romani fori fuisse constat. Posteriorem superioris legis partem,commemorat non solum Macrobius, sed & Censorinus.Ille libro j.Saturn.capite 3. describens diuisionem diei, quem Romani appellabant Ciuilem, ait, post Meridiem fuisse tempus occiduum,& mox supremam tẽpestatem, hoc est, diei nouissimum tempus,sicut expressum est in 12.Tabulis, SOLIS OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO. Censorinus in lib.de die Natali,capi.19.Mane (inquit) vocatur,cum lux videtur Solis:post hoc,Ad meridiem.tunc Meridies,quod est mediæ diei nomẽ.inde,De meridie.hinc,Tempestas suprema: quãuis plurimi supremum post occasum Solis existimẽt, quia est in 12.Tab. scriptum sic: SOLIS OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO. Sed postea M.Plectorius Tribunus p. plebiscitum tulit, in quo scriptum est: PRAETOR VRBANVS, QVI NVNC EST, QVIQVE POSHAC FVERIT, DVOS LICTORES APVD SE HABETO. ISQVESVPREMVM AD SOLIS OCCASVM IVS INTER CIVES DICITO. Hæc ille.De sententia huius totius legis 12.Tab. non possum sine incertis coniecturis multa dicere. Quis fuerit ordo, quæ forma iudiciorum ciuilium tempore 10. virorum,obscurũ est.Gellius lib.decimoquarto,c.7.ex Varrone scribit,Senatusconsultũ ante exortũ vel occasum Solẽ factũ,ratũ nõ fuisse.Sed nihil hoc ad iudicia priuata.Martialis loquẽs de horis Rom.inqt.

Prima salutantes atque altera detinet hora.
Exercet raucos tertia causidicos.

Verùm antiquitatis memoriam in hoc genere tenuem & obscuram esse video.Sed & cur de superioris legis parte priori etiãnum dubitem,facit Plinius. Is libro septimo,capit.sexagesimo, scribit,serius Romæ obseruatus esse horas 12.Tabulis ortum tãtum & occasum nominari. Post aliquot annos adiectum esse & meridiem,accenso consulum id prænunciãte, cum Curio inter Rostra & Græcostasim prospexisset talem solẽ.Censorinus quoque ait, horarum nomen annis trecentis Romæ ignoratum esse,cum in 12.Tabulis nusquam nominatæ horę inueniantur.Frequenter in aliis libris iuris Ciuilis nominantur. Sed quasi indiuiduæ sint,& in puncto temporis consistant, momenta in Pandectis appellantur.

CAP. XLVIII.

MAcrobius lib.j.Satur.c.13. suppeditat nobis aliquid, quod nunc appendicis loco rectè subiiciemus.Ait, Tuditanum libro 3.Magistratuum referre,Decemuiros, qui decem Tabulis duas addiderunt,de intercalando populum rogasse.Addit, Cassium scripsisse, eosdem fuisse auctores intercalationis. Alios tamen antiquiores laudari. Nam & Varronem scribere,antiquissimã legem fuisse in columna ærea,à L. Priuario & P.Furio Cõsulibus,cui mentio intercalaris ascribitur. Fuerunt hi Consules annis 22.ante 12.Tabulas.Macer Licinius intercalationis originem Romulo assignat.Valerius Antias,Numam Pompilium sacrorum causa id inuenisse contendit.Iunius Seruium Tullium regem primũ intercalasse commemorat, vt idẽ Valerius Max. scribit.Receptum magis est, intercalationis primum auctorem fuisse Numam:quod & Liuius affirmat,& Cicero lib.ij.de Legibus. Eius legem de intercalatione mutasse Decemuiros nõ existimo.Suspicor potius,ab iis esse repetitam: quanquam correcta tandem fuerit. Rationem intercalandi peritè à Numa institutã esse:sed esse posteriorum pontificũ dissolutam,ait Cicero. quæ nã illa fuerit obscurè Liuius & Plutarchus exponunt. Apertius Macrobius explicat. Sed quòd de Græcorũ exemplo admiscet, non eodem modo ab aliis traditur. Nos hac de re, quod ad ius Romanum attinet,quàm & breuissimè & simplicissimè possumus,videamus. Omniũ primùm (inquit Liuius) Numa in 12. menses describit annum. Romulus annum instituerat decem mẽsium,hoc est, trecentorum & quatuor dierum. Numam his adiecisse dies quinquaginta,quibus duodecim cursus lunæ confici credidit,ait Macrobius. Quid igitur? Si anno tribuantur dies 354.qui sint in 12.menses dispertiendi,oporteret singulis mensibus tribuere vigintinouem dies & semissem:vel senis mensibus dies 30.& senis 29.Macrobius adiicit: Numam postea adiecisse vnum diem Ianuario,in honorem imparis numeri, ita vt trecẽti quinquagintaquinque dies in anno computarentur. Hæc adiectio planè fuit inepta,& rem totam conturbat.Neq; sanè eius meminit Plutarchus.Itaque & ego eam nunc omitto, & annũ à Numa constitutum simpliciter esse dierum 354. quibus luna duodecies conficit suum cursum existimo. Sed cum vellet Numa annum etiam congruere cum Solis cursu, necesse fuit subinde aliquot dies adiicere.Solis periodus continet trecentos sexagintaquinque dies,& quadrantem. Hocque etiam vidit Numa: & propterea sensit,singulis suis annis deesse dies vndecim, & quadrantem.Quid igitur?Liuius ait, Numã intercalares menses interponendo,annum ita dispensasse, vt vigesimo quoque anno (sic enim legitur in melioribus libris) ad Metam eandem Solis, vnde orsi essent,plenis annorum omnium spaciis dies congruerent.Quæ tandem hæc intercalatio est?Plutarchus ait,Numam, cum existimaret anno suo deesse dies vndecim,confecisse mensem intercalarẽ 22.dierum,quem ἐμβόλιμον appellat.Obscurè id quoq; dicitur,& mutilatè.Deerant dies vndecim, & vnius diei quadrãs. Macrobius ait placuisse Romanis,alternis annis binos & vicenos,alternis ternos vicenosque dies intercalares adiici: sicuti & Censorinus scribit,placuisse,intercalario mensi 22.dies, vel 23.alternis annis addi,vt ciuilis annus ad naturalem exæquaretur.Hoc est,placuit, secundo quoq; anno adiici mensem vnũ intercalarem,qui modò esset dierum 22.modò 23.Sic enim singulis quadrienniis supererant dies quadragintaquinque, cũ singulis annis supereẽsent 11.& vnius diei quadrans. Fiebatq; etiã hac ratione,quod Liuius scribit,vt vigesimo quoque anno lunaris annis cum solari congrueret:hoc est,dies illi 225. qui viginti annis deerant,quinque mensium illorum intercalarium adiectione supplerentur. Alij legunt apud Liuium, VIGESIMOQVARTO QVOQVE ANNO. Quod si recipiamus,audiendus esset Macrobius,qui ait, annum à Nuna institutum esse dierum trecentorum quinquagintaquinque.& ea intercalatio fingenda,qua annis sedecim,sicuti dixi,adiicerentur dies 130. hoc est,singulis bienniis modò dies 22. modò 23. Sed octo deinde annis non nisi dies sexaginta,hoc est,singulis bienniis dies quindecim.Sic enim,si annus alioqui erat dierum 355. dies 244. qui desunt annis 24.anno vigesimoquarto reperiantur non deesse. Sed tam inęqualis intercalatio posset absurda videri. Prior certè est simplicior:videturque magis recepta fuisse vsque ad Iuliũ Cæsarem,qui tandem rem hanc totam facilius etiam cõposuit: & vt dies tantum,non etiam vt menses intercalares essent effecit. Iussit annum esse dierum 365.vt ad Solis periodum referret: & quia deerat adhuc quadrãs,voluit singulis quadrienniis adijci diem vnum.Sic intercalariũ mensem sustulit, vt Suetonius ait. Sed quo tempore anni erat intercalatio? Censorinus ait, etiam olim mense Februario,inter Terminalia & Regifugium intercalatum fuisse.Macrobius scribit, Romanos non confecto Februario,sed post vigesimumtertium diem intercalasse, Terminalibus iam peractis:deinde reliquos Februarij mensis dies, qui erant quinq;,post intercalationẽ subiunxisse, vetere religionis suę more, vt Februariũ omnino Martius sequeretur. Ergo cũ insererant intercalares dies 22.Februarius erat dierũ quinquaginta cùm adijciebantur dies 23. erat dierum quinquaginta & vnius: qui tantum alioqui esse solebat dierum vigintiocto. Apud Ciceronem in Quintio legimus,ante 5.Cal. intercalares: & pridie Cal.intercalares. Videt Calendas intercalares appellare primũ diem intercalarẽ, qui erat vigesimusquartus Februarij. Cũ postea Iulius Cęsar ita annũ produxisset,vt nõ nisi diẽ vnum singulis quadriẽniis addi esset necesse:retinuit eũdẽ intercalationis diẽ. vt Macrobius ait,idq; Bissextũ cẽsuit nominãdũ: qa tũc bis dicebatur,sexto Cal.Mart.Nũc videamus,ecqd hęc cõueniãt cũ nostris

Source : BIU Cujas

ſtris Pandectis, hoc eſt, libris Iuris Ciuilis. Non poſſum hęc conferre cum 12. Tabulis, quæ quid de iis ſtatuerint, neſcio. Sed quia intercalationis tamen eas aliquam mentionem feciſſe audio, rem hanc, quæ tam neceſſaria eſt, nec eſt tamen vulgo ſatis nota, prætermittere non poſsum. Celſus noſter capite 98. de verborum ſignific. ita ſcribit: Cato putat menſem intercalarem additicium eſſe: omnesque eius dies pro momento temporis obſeruat, extremoque diei menſis Februarii attribuit Q. Mutius. Menſis autem intercalaris cōſtat ex diebus vigintiocto. Hęc ille. Primùm hic obſeruemus, Catonem & Mutium diu ante Cæſarem vixiſſe. Si loquūtur de menſe intercalari, qui eorum tēpore adijciebatur, non video quomodo poſſimus dicere, eum fuiſſe dierum 28. Repugnant enim & reclamant quæ dicta ſuperius ſunt. Sed ſi Februarium ipſum, in quo intercalatur, & cui quid adiicitur, appellemus menſem intercalarem, rectè diceremus alioqui eſſe dierum 28. Certè & Macrobius videtur menſem intercalarem appellare Februarium, cui intercalatio aliquid addere ſolet. Frequentius tamen ipſe menſis, qui inſerebatur, appellatus olim fuit intercalaris. Quod Mutius menſem intercalarem additicium extremo diei Februarii attribuit, parum etiam conuenit cum iis quę ſuprà dicta ſunt. Non enim pridie calendas Martias, ſed ſexto calendas Mart. intercalabatur & interſerebatur aliqd. Sed videtur Mutius maluiſſe in fine anni intercalari. Quòd omnes additicij menſis intercalaris dies pro momento tēporis obſeruat: conuenit cum eo, quòd etiam diem intercalarem nō ſolent Iuriſconſulti numerare. Nam id biduum quod eſt in Biſſexto, pro vno die haberi Celſus ait, capit. 98. de verborum ſignifica. & capitu. 3. §. 4. de minoribus. Cumque id dicit, adiicit, propterea nihil intereſſe, vtrum priore an poſteriore die Biſſexti qs natus ſit: poſteriorem tamen diem intercalari. ideoq; (inquit) natus ſexto calendas Mart. quo anno non fuit intercalatum: cū erit Biſsextus, priorem diē natalem habet. Sed cum hoc biduū pro vno die habeatur, nihil intereſſe dicimus: neque qui priore die natus eſt, citius complebit annos 25. quàm qui poſteriore: & qui natus eſt poſteriore, tam citò complebit, quàm qui priore. Sed quęritur, an dies intercalaris nunquam numeretur, & pro nullo ſemper habeatur? Certè ſi poſtremus dies tēporis, de quo quęritur, ſit Biſsextus: ſemper hoc biduum pro vno die habetur, & inter priorem ac poſteriorem Biſsexti diem nihil intereſt. Sed ſi dies intercalaris incidat in medium tempus aliquod, de quo agitur: alia eſt adhibenda diſtinctio. Marcellus l. ij. de diuerſ. temp. preſ. quinque huius generis quęſtiones & exempla proponit. In primo & poſtremo exemplo videtur diem intercalarem numerare: hoc eſt, ſignificat in tempore conſtituto iudicatis, quod erat 30. dierum: & in lege commiſsoria: veluti ſi quis fundum ea lege vendat, vt niſi in diebus triginta precium ſoluatur, fundus ſit inemptus: diem intercalarem non proficere iudicato vel emptori: hoc eſt, in diebus illis triginta numerari. Sed ſi agatur de tempore ſtatuto, quo lis perit: vel de vſucapione, quę tempore conſtituto expletur: vel de actionibus, quę certo tempore finiuntur, vt ędilitię: diem intercalarem non numerari, aut imputari, ſed eo tale tempus augeri, & cum prodeſſe actori vel domino, ſignificat: nempe ſi incidat in medium illud tempus. Nā alioqui vbi ſatis eſt attingere diem poſtremum, & poſtremus dies eſt Biſsextus, non refert prior an poſterior Biſsextus ſit. Et vbi poſtremum diem omnino impleuiſſe oportet, vt cum quęritur, an qs ſit minor 25. annis oportet totum biſsextum implere, ſic vt tūc dies intercalaris non ſolum in medio, ſed & in fine augeat tempus. Quod dicendum eſſe videtur & in omnibus temporalibus actionibus. Nam in iis niſi nouiſſimus totus dies cōpleatur, non finiri obligationem, ait Paulus l. 6. de oblig. & actio. Porrò quod dī de vno die intercalari, olim dici quoq; poterat & de plurib. cùm erant plures, vt diximus fuiſſe modò 22. modò 23. Quod attinet ad Cęſaris conſtitutionē, dies 365. anno ordinario tribuētis: conſtat, à Iuriſconſultis poſterioribus eam eſſe receptam, & tribus locis in Pandectis comprobari poſſe. l. 51. ad leg. Aquil. l. 4. §. 5. de ſtatulibe. l. 54. de veborum ſignificat. Sacerdotes Romę, quibus Cęſar procurationem intercalationis reliquerat, initio quid agerent, non intellexerunt. Nam cùm deberent ad finē anni quarti intercalare, ad principium intercalabant. Sed Auguſtus tandem eos caſtigauit: & apertè edixit, vt incipiente anno quinto primùm intercalarent: & hanc legem in ęs incidit ad memoriam ſempiternam, vt Macrobius ſcribit. Mitto, quòd ſubtiliores mathemathici deinde obſeruarunt, illum quadrantē diei cum diebus 365. inſolidum vno anno non occupari aut conſumi à Sole, ſed ſupereſſe quaſdam (vt appellant) minutias, quę iā pepererint & confecerint dies tredecim: qui, quia redundant, detrahendi nunc eſsent. Intercalationis verbum ex eo deſcendere, quòd calatis comitiis, vel populo conuocato, adiiceretur, quod anno adiiciendum erat, dubium non eſt. Intercalationis igitur cum mentio fieret in 12. Tabulis, & res eſset in primis cōſtituenda (quid enim alioqui de tempore, annis, diebus? quid de iure ſtatuere poſsumus?) facere non potui, quin eius veterem nouamque rationem, & leges quàm breuiſſimè poſsem exponerem.

CAP. XLIX.

IN colligendis 12. Tabularum fragmentis, quę vſquam ſuper ſunt, nulla eſſe nimia diligentia poteſt. Sed ne nimium præceps & confidens ea ſit, videndum eſt. Eſſet enim hæc temeritas multorum errorum cauſa. Quidam nuper, homo alioqui non ineruditus, cùm fortè legiſſet apud Noniū Marcellū hęc Ciceronis ex Hortēſio verba: Itaq; tibi ꝯcedo, qđ ī 12. ſcriptis ſolemus, vt calculū reducas, ſi te alicuius dati pœnitet: ſtatim cogitauit, in 12. Tabulis aliqd fuiſſe de errore calculi, de quo extāt in libris iuris Ciuilis nō ignobiles leges. Sed hęc coniectura quid habet rationis? Saltem illud prius videndum erat, num vſquā 12. ſcripta dicantur 12. Tabulę. Nonius ait, ſcripta eſſe rarum. Dici autē potius de ſcrupis. Victorius etiam annotauit, & Ciceronis locū illum ita exponit: monetque ſimilē alterū eſſe Ciceronis eiuſdem libro primo de Orat. de Mutio, qui pila bene & 12. ſcriptis ludebat. SCRVPIS alij legunt, ſicuti & apud Quintilianum legitur. Sed illud vetus, hoc eſſe verbum nouum: vtriuſque autem eſſe eandem ſignificationem. Itaque & veteres ſcriptulum dixiſſe, quod deinde ſcrupulum dixerunt, probat ex Chariſio: ſicuti & vigeſimaquarta pars vncię ſcriptulus & ſcrupulus appellabatur. Apud Quintilianum eſt, promouere calculum in luſu 12. ſcrupulorum: ſicuti & in Ciceronis Hortēſio, reducere calculum in duodecim ſcriptis. Sed profectò magnus & venia vix dignus calculi error eſt, ſi 12. Tabulas numeremus, p 12. ſcrupulis.

Superſunt apud Feſtum nonnulla 12. Tabularum fragmenta: ſed ita lacera, itaque mendoſa, vt cur ea nūc colligere debeā, nihil eſſe cauſę putem. Feſtus admonet, portum appellari domū in hac, quam recitat, lege 12. Tabu. CVI TESTIMONIVM DEFIT, OB PORTVM OBVAGVLATVM ITO. Quid illud ſibi velit, ingenuè fateor me neſcire. Sunt apud eum multa verba ex 12. Tabulis repetita. Sed de rebus nunc magis, quàm de verbis agimus. Sidonius Apollinaris ſignificat PROQVIRITARE fuiſſe verbum Decemuirale: hoc eſt 12. Tabu. Lex (inquit) proquirata, vt Decemuiraliter loquar &c. Sed etſi intelligamus legem promulgatam ita appellari, quid tum? Ex Caij Commentariis ad legem 12. Tab. nonnulla etiam referuntur in Pand. cùm de verborum ſignificatione agitur: quę hactenus tamen prætermiſi, quia diuinare non poſſim ad quod tandem caput duodecim Tabularum referri poſſint. Caius libro ſexto ad leg. 12. Tab. Pignus (inquit) appellatum eſt à pugno: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Vnde etiam videri poteſt verum eſſe quod quidam putant, pignus rei mobilis conſtitui: cap. 238. de verborum ſignificatio. Sed quæ tandem lex 12. Tab. de pignoribus fuerit: immò verò, an aliqua fuerit, certò dicere nō poſſum. Nam quod Caius notat, potuit alia ratione notare. Idē libro primo ad leg. 12. Tab. ſcripſit: Poſt Calendas Ianuarias die tertio vota pro ſalute principis ſuſcipi: capit. 233. de verborum ſignificatio. Quid hoc ad 12. Tabulas? Idē libro quinto ad Leg. 12. Tab.? Duobus (inquit) negatiuis verbis, quaſi permittit lex magis quàm prohibuit: idque etiam Seruius animaduertit, capi. 237. de verborum ſignificatio. rectè. Sed quænam, & vbi ea lex 12. Tab. Idem libro ſexto ad 12. Tab. Deteſtatū (inquit) eſt deteſtatione denunciatum: cap. 238. de verborum ſignificatio. Sed de qua deteſtatione in 12. agebatur? quanquam de ſacrorum deteſtatione aliquid attigerim ſuprà. Ipſe etiam Vlpianus in libris ad Edictum, ſcripſit, deteſtationem eſſe denūciationem cum teſtatione: cap. 40. de verborum ſignificatio. Quorſum hoc dicat, diuinent alii. Sic multa fortaſſe video veſtigia 12. Tab ſed tam obſcura, tamque interrupta, vt tantum notæ eſſe videantur, quarum ſignificatio interciderit. Liuius libro ſeptimo, narrat legem vetuſtam fuiſſe, priſcis literis verbisque ſcriptam, vt qui Prætor maximus ſit, idibus Septembribus clauum pangat. An eam legem dicemus incluſam quoque 12. Tabulis fuiſſe? Hæ certè multa continuerunt, quæ ad ſacra & religiones, & ipſos quoque magiſtratus pertinebant. Nam & Auſonius ait, continuiſſe ius Sacrum & publicum. Sed habuerunt tamen Romani & alios legum ſuarum libros. Antiquiſſimam hanc legem, LVDIS APOLLINARIBVS FACIENDIS PRAESIT, IS PRAETOR, QVI IVS POPVLO PLEBIQVE DABIT SVMMVM. Liuius libro 25. repetit ex antiquis carminibus Marcij vatis: & Macrobius libro primo capit. 17. ait eandem inuentam à Decemuiris eſſe, in libris Sibyllinis. An nos ad 12. Tab. referemus? Dictatorem aut Conſulem in illis duabus antiquis legibus appellari Prætorem dubium non eſt. Poſt 12. Tabulas creatus fuit Prętor Vrbanus, qui iuri dicundo præeſſet. Conſul antea videtur Romæ ius dixiſſe, propterea que & Prætor vrbanus deinde dictus aliquando fuit Conſulis collega. Ipſi Decemuiri interea dum componebant 12. Tabulas, decimo die ius populo ſinguli reddebāt: & Præfectus iuris tunc appellabantur, qui ex ijs ius dicebat, vt Liuius indicat libro tertio.

Source : BIU Cujas

IAC. RAEVARDI
I. C. AD LEGES XII. TAB.
LIBER SINGVLARIS.

De legibus populi Romani. Cap. I.



POpulus Romanus vt legem ferre, sic legem antiquare, & abrogare potuit. Antiquabat legem, quę non perferebatur. Quo sensu antiquatā fuisse Tribuniciam rogationem de Veios cōmigrādo, scripsit libro quīto Liuius. Postquam enim Tribuni plebē assiduis concionibus agitassent, vt relictis Romanæ ciuitatis ruinis, in vrbē paratam Veios transmigrarent, tandē antiquata, inquit Liuius, huiusmodi lege, vrbs ædificari cœpta est. Quę autem semel perlata iterum tollebatur, lex illa abrogari dicebatur. Lex, inquit Vlpianus, aut rogatur, ideſt, fertur: aut abrogatur, ideſt, prior lex tollitur. Et huius quidem abrogationis ea fuit auctoritas, vt nouis legibus antiquæ abrogatę cederent, quemadmodum Varro testatus est libro VIII. de lingua Latina. An non, inquit, sæpe veteres leges abrogatæ nouis cedunt? Cicero quoque ad Atticum libro III. auctor est, nunquā esse obseruatas sanctiones earum legum, quę abrogarentur. Nā si id esset, inquit, nulla ferè abrogari posset: neque enim vlla lex est, quę nō sē sepiat difficultate abrogationis. Cęterùm vnde ius illud ortum sit, vt veteres leges abrogatę nouis cedant, & nunquam obseruentur sanctiones earum legum, quę abrogarentur, exposuit Liuius. Legis enim cuiusdam Decemuiralis libro septimo meminit, cuius hęc fuisse verba videtur: IVSSVS POPVLI, ET SVFFRAGIA SVNTO. QVODCVNQVE POSTREMVM POPVLVS IVSSIT, ID IVS RATVMQVE ESTO. Ad quam legem visus est auctor ad Herennium libro secundo respexisse, quum eam defensionem tenuem esse contēderet, qua ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum, vel derogatum sit: id quod posteriori lege sancitū sit, esse neglectum. Nimirum quid illud demum ius, & ratum erat, vt aiunt Decemuiri, qđ postremùm populus iusserat. Proinde si noua lege vetus esset abrogata sanctio, legi nouę lex vetus omnino cedebat. Nec quidem in legum abrogationibus dū taxat locum lex ista Decemuiralis habuit verumetiam si cui legi derogatum, subrogatum, aut obrogatum esset. Derogatur legi, auctore in fragmentis Vlpiano, cùm primę legis pars tollitur: vel, vt Festus definit, cùm quid ex lege vetere quominus fiat, sancitur noua lege: Derogare ergo detrahere est. Subrogatur, cū aliquid primę legi adiicitur: Obrogatur denique, quum mutatur aliquid ex prima lege. Ergo quodcunque populus abrogandò, derogando, subrogādo, & obrogando postremùm iusserat, id ius ratumque erat. Quòd autem Paulus contendit, non esse nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur, c. 26. de legib. hoc ad legum abrogationes non pertinet, verùm tunc locū habebat, si cui legi veteri aliqua sanctione noua derogatum, subrogatum, aut obrogatum esset: tunc enim lex vetus ex noua lege sic dependebat, vt hęc sine illa, & è contra, in vsu esse, aut in iudiciis versari nulla ratione posset: id quod ex auctore ad Herennium demonstrauimus.

De priuilegiis sublatis. Cap. II.

ALio sensu Decemuiri, alio item Iurisconsulti priuilegia sunt interpretati. Illi quidem omnes illas leges priuilegiorū nomine complexi sunt, quę in priuatos homines ferebantur: cùm è contrario, legis ea vis semper esset, vt ad omnes pertineret. Iurisconsulti verò ius illud singulare priuilegium appellarunt, qđ magnifesta & euidens equitatis ratio contra vulgares iuris communis regulas aliquando cogit indulgeri. Decemuiri nulla admittunt priuilegia: Iurisconsulti ea requiri non dissimulant. Nec enim comitiis cēturiatis aliqua irrogari priuilegia passi sunt Decemuiri. Expresse enim pro domo sua testatus est apud Pontifices Cicero, vetare leges sacratas, vetare 12. tabulas, leges priuatis hominibus irrogari, id esse enim priuilegium: neminem vnquā tulisse: nihil esse crudeliùs, nihil pernicioſiùs, nihil quod minùs Romana ciuitas ferre possit. Idē Cicero huius legis verba libro tertio de legibus hunc in modum refert: PRIVILEGIA NE IRROGANTO. Et quia in iisdem tabulis huiusmodi caput sequitur: De capite ciuis nisi per maximum comitiatum ne ferūto. inde quidam statim ratiocinati sunt, priuilegia per comitiatum maximum irrogari potuisse: quo nihil potest absurdiùs dici, presertim cùm eodem in loco Cicero leges hasce duas præclarissimas de duodecim tabulis tralatas scribat, earumque alteram priuilegia tollere, alteram de capite ciuis rogari nisi maximo comitatu vetare. Nec quem moueat, quòd in eodem de legibus libro tertio dixerit expresse Cicero, ferri de singulis nisi centuriatis comitiis, Decemuiros noluisse. Illud enim non ad priuilegia, sed ad rogationem de capite Romani ciuis omnino pertinet. Vetant, inquit, priuilegia irrogari, hoc est, in priuatos homines leges ferri: vetant, inquit, de capite ciuis nisi per maximum comitiatum ferri, hoc est, de singulis. Igitur priuilegium omne secundùm Decemuiros iniustum est, & improbum, & idcirco nec irrogādum: secundùm Iurisconsultos verò probum, iustum, ac sępe necessarium: qualia sunt, creditorum priuilegia, priuilegium fisci, & id genus alia.

De patria potestate. Cap. III.

STipulatio quatenus conuentio est, iuris non ciuilis tantùm, sed etiam gentium est: quatenus contractus, iuris ciuilis est, non gentium. Testamentum quatenus suprema voluntas definitur, iuris tam gētium est, quàm ciuilis: quatenus verò iusta voluntas, iuris ciuilis est, non gentium. Sic quoque patria potestas iuris ciuilis, & gentium est, & est quoque iuris ciuilis tantùm. Est quidem iuris ciuilis, & gentium ratione potestatis; quia omnibus hoc gentibus innatum est, & ab iis obseruatur, vt filius, in sui patris sit potestate, capitu. ij. de iustitia & iure. Est verò iuris ciuilis tantùm, quia ex iustis nuptiis, quas soli ciues Romani contrahunt, ea sic constat, vt iure ciuili plurima patri concessa sint, quę gentium iure eidem non conceduntur. Ideoq; ius potestatis, qđ soli ciues Romani in liberos habent, ius dicitur proprium ciuiū Romanorum, capit. iij. de his qui sunt sui. §. ij. institu. de patr. potest. Neque enim peregrinus ciuem Romanum, nec ciuis Romanus peregrinum in potestate habere potest. Et idcirco si patri, vel filio aqua & igni interdictum esset, patria huiusmodi potestas tollebatur. siquidem is cui aqua & igni interdictum erat, peregrinus fiebat, auctore in fragmentis Vlpiano, titu. 10. Eoq; respexisse omnino visus est libro decimo epistolarum Plinius, ab Imperatore Traiano Chrysippo cuidam, eiusque vxori ciuitatem postulans. Rogo ergo, inquit, vt propinquis eius des ciuitatē Chysippo Mithridatis, vxorique Chrysippi Stratonicę Epigoni. Item liberis eiusdem Chrysippi, Epigono & Mithridati, ita vt sint in patris potestate, vtque iis in libertos seruetur ius patronorum. Illud autem ius potestatis, quod cum reliquis gentibus ciues Romani habent commune, ad ius non solùm ciuile, sed etiam gentium referri debet. Idque inter cęteros apertè testatus est idem Plinius, de hęreditatum vigesima disserens in Panegyrico. Tu quidem, inquit. Cęsar illam exceptionem remouisti, si modò filius in patris potestate fuisset: intuitus opinor vim legemque naturę, quę semper in ditione parentum esse liberos iussit. Et hoc illud est, quod hunc in modum Cicero scribit libro tertio offic. Maiores aliud ius gentium, aliud ciuile esse voluerunt: quod enim ciuile, non idem continuò gentium: quod autem gentium, id ciuile debet esse. Ius autem potestatis, quod proprium ciuium Romanorum dicitur, inde ab ipso Romanę ciuitatis exordio trahit originem. Temporibus siquidem Romuli, omnis etiam necis in filium patri iure ciuili auctoritas indulgebatur: maiorque concessa patri in filium potestas fuit, quàm domino in seruum. Seruus enim venditus, deinde libertatem adeptus, sui iuris fiebat. Filius verò à patre venditus, si liber fieret, rursus in patris potestatem redigebatur, & post tertiam demum venditionem eximebatur è potestate, vt auctor est Dionysius libro secundo. Proinde si quid commisisset filius, quod castigationem, aut etiam seueriorem aliquam requireret animaduersionem, castigandi, & in filium animaduertendi, omnē patri permisit Romulus potestatem: adeò vt occidere, vendere, in exilium mittere, aliisque suppliciis filium pro arbitratu afflicere pater sine fraude posuerit. Nec quidem videri potest Romulus tyrannidem, aut carnificinam aliquam parentum iure iniustam toleraſse, vt imperitis quibusdam persuasum esse intelligo, verùm scelera filiorum iustis parentum decretis vindicati voluisse. Hęc cùm ita sint, videamus quo sensu accipi debeat, qđ capitulo vltimo. C. de patr. potest hunc in modum Constantinus scribit: Libertati à maioribus tantum impensum est, vt patribus quibus ius vitę in liberos, necisque potestas olim erat permissa, libertatem eripere non liceret. Nonne qui filium vendit, libertatem eripit? Si pater, qui filium vendit, eriperet libertatem filio, vtique filius manumissus non ingenuus, sed vt reliqui serui libertinus efficeretur. Libertatem autem pro ingenuitate accipi, non est nouum, capi. 11. de liberal. causa. capitu. 21. de statu homi. Permiserunt itaque maiores à patribus filios vendi, & in seruitutem redigi, salua tamen libertatis, hoc est, (vt interpretari videtur Iulius Paulus, libro 5. sentent. titulo primo in princi.) ingenuitatis prerogatiua, sic vt manumissi inter ingenuos censeantur, non autem inter libertinos. Sed an postliminium habeant? Postliminium habere filium è patre venditum, negat apertè Cicero de Orat. lib. j. Memoria. n. proditum esse ait, quē pater suus, aut populus vēdidisset, aut pater patratus dedisset, ei nullū esse postliminiū. Cęterū an ius istud potestatis scripta lege proditū sit, an verò sine lege, dubitat Dionysi. Nobis aliqn placebat

Source : BIU Cujas

expreſſa quadam Romuli conſtitutione illud fuiſſe introductũ: ſed in contrarium me vocat Vlpiani ſententia, qui ius iſtud poteſtatis moribus receptum fuiſſe arbitratus eſt cap. viij. de ſtat. hom. Scribit etiam Pomponius, in initio Romanæ ciuitatis populum ſine certa lege, ſine iure certo primùm agere inſtituiſſe, cap. ij. in prin. de orig. iur. Proinde huiuſmodi iure incerto ius patriæ poteſtatis fuiſſe receptum, quàm per certam aliquam legem Regiam, eſt veriſimiliùs. An autem ius iſtud poteſtatis ante exactos Reges in vſu Romæ deſierit eſſe, videamus. Numa Pompilius omne ius vendendi filios, connubio parentum conſenſu iunctos, parentibus, ſi Dionyſio credimus, expreſſa lege ademit. Nec quidem ius vendendi huiuſmodi filios duntaxat, ſed etiam omne ius necis, & ſeuerioris in filios animaduerſionis Numam ademiſſe parentibus; omnino mihi perſuaderem, niſi expreſsè ſcripſiſſet Liuius, cùm de prouocatione Horatij, qui propriam ſororem interemerat, ad populum certabatur, motos tunc fuiſſe homines in eo iudicio, maximè P. Horatio patre proclamante, ſe filiam iure cæſam iudicare, ſeque ni ita eſſet, patrio iure in filium animaduerſurum fuiſſe. Vnde ſtatim conieci, ius in filios animaduertendi necdum Tulli Hoſtilij, qui tunc regnabat, temporibus ademptum parentibus fuiſſe. Porrò nõ multò poſt Hoſtilium Seruius Tullius Tarquinij ſucceſſor legem tulit, qua filium parentes verberantem Diuis parẽtum ſacrum eſſe voluit. Et quia huiuſmodi facinus iure poteſtatis patriæ à parentibus vindicari Seruius non permiſit, ſi non parentibus omne in filios animaduertendi ius eo tempore ademptum fuiſſe videatur, ſaltem patriæ poteſtatis iure ſaluo, tantæ impietatis auctores filios ſic Rex voluit puniri, vt à quouis impunè poſſent occidi. Verba legis hæc ſunt: SI PVER PARENTEM VERBERIT, AST OLLE PLORASSIT PARENTES, PVER DIVIS PARENTVM SACER ESTO. auctore Feſto lib. XIIII. Quæ lex etiam Virgilio nota fuit: ait enim libro ſexto, apud inferos puniri quibus Pulſatuſve parens, aut fraus innexa clienti. Scribit idẽ Feſtus (vt hanc legem obiter explicemus) ploraſſit parentes, idẽ eſſe quod clamarit. Sed quia qui proquiritant, qui iubilant, etiã clamant, videamus quid inter proquiritare, iubilare, & parentes plorare interſit. Varro ſcribit lib. v. de lingua Lat. qui fidem Quiritium clamans implorat, eum dici proquiritare: & vt quiritare vrbanorum, ſic iubilare ruſticorum eſſe. Simili modo qui parens parentum implorabat auxilium, parentes plorare dicebatur. Solebat autem is cui vis aliqua fiebat, ſiquidem ruri ageret, iubilare: ſin verò in Romana ciuitate, & ciuis eſſet, proquiritare. Vnde illud Terentij in Adelph.

Obſecro populares ferte miſero atque innocenti auxilium,
Subuenite inopi.

In quem locum Donatus, & hoc eſt, inquit, quod veteres quiritare dicebant, Quirites conclamare. Quò ſpectat etiam Plauti illud in Curcul.

—Ergo ambula in ius. hem tibi.
CN. O ciues, ciues. MI. Quid clamas?

Si denique parens eſſet, qui à filio vim pateretur, parens parentes plorabat, hoc eſt, conclamabat, & Diuis parentum ſacer erat filius, hoc eſt, eius facinus conclamatis parentibus Diuis parentum ſic deuouebatur, vt filius à quouis ſine fraude poſſet occidi, & qui eum occidiſſet, parricidij non damnaretur. Qua quidem lege Regia vſi non ſunt Romani perpetuò. Scribit enim Vlpianus, ſi filius matrem, aut patrem, quos venerari oportet, contumelijs affeciſſet, aut impias manus eis intuliſſet, præfectum vrbis delictum ad publicam pietatem pertinens, pro modo ejus vindicaſſe. cap. 1. de obſeq. parent. & patron præſt. Poteſtatis itaque patriæ ius, quo impunè filios vendere & occidere parentibus omnino erat liberum, ante exactos Reges, niſi me vehemẽter coniectura fallit, in vſu eſſe deſiit. Quamuis interim inficiari non poſſim, Decemuiros in quartam ſuarum legum tabulam eum quoque morem retuliſſe, quo non niſi poſt tertiam venditionem patris poteſtate filios liberari erat receptum, idque Dionyſium ſcripſiſſe libro ſecundò. Verùm eam fuiſſe Decẽuirorum intentionem, vt veterem & incertam illam vendendi filios conſuetudinem, quæ Romuli temporibus in vſu erat, noua lege confirmare voluerint, mihi nequaquam perſuadeo. Dicam itaque, quod ſentio liberè. Romuli temporib. poſt tertiã demùm venditionem filius poteſtate patria liberabatur, & ſui iuris fiebat. Voluerunt quoque Decemuiri, poſt tertiam demũ venditionem filios ſui iuris fieri. Sed diuerſa ratione. Romulus per venditiones tres veras tres venditiones intellexit. Decemuiri verò ne ius antiquum penitùs immutatum cum magiſtratu videretur, aliqua non legum duntaxat, ſed & morum veterum ſupereſſe veſtigia voluerunt. Ideoque tres illas venditiones, ſine quibus è patris poteſtate filius more maiorum nõ eximebatur, in ſuas tabulas retulerunt. Itaque filius ter mancipatus, ter manumiſſus, & more maiorum, & lege Decemuirali ſui iuris olim fiebat. More maiorum quidem, ſi ter verè mancipatus, ter verè manumiſſus fuiſſet: lege verò Decemuirali fiebat ſui iuris filiusfamilias emancipatione, hoc eſt, tribus imaginarijs mancipationib. & manumiſſionibus. Liberi, inquit Vlpianus in fragmẽtis, tit. x. parentum poteſtate liberantur emancipatione, id eſt, ſi poſtea quàm mancipati fuerint, manumiſſi ſint. Per emancipationem autem, imaginariam apud Vlpianum intelligi, non aliquã veram venditionem, Caius in ſuis inſtitutionib. demonſtrat lib. 1. tit. VI. Emancipatio inquit Caius, hoc eſt, manus traditio, quædam ſimilitudo venditionis eſt. Et ad huiuſmodi emancipationem legem hanc Decemuiralem pertinuiſſe, expreſsè teſtatus eſt idem Vlpianus eod. tit. x. Cùm enim dixiſſet, filios patria poteſtate emancipatione liberari, ſubiecit: Sed filius quidem ter mãcipatus, ter manumiſſus, ſui iuris fit. Id enim lex. XII. tab. iubet his verbis: SI PATER FILIVM TERVENVNDAVIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO. Nec verò dubitabit, quin hæc interpretatio noſtra veriſſima ſit, qui ſatis emancipationũ ſolennia apud Caium diligenter excuſſerit.

De priſco patronatus iure. Cap. IIII.

SCribit lib. 11. Dionyſius, Romulum patricijs plebeios commendaſſe, optione cuique è vulgo data quem vellet patronũ eligendi, more ab Athenienſibus repetito: & eam pauperum tutelam patronatum appellatam fuiſſe: iusque patronatus officiis tum inde apud Romanos durantibus huiuſmodi conſtitiſſe: nimirum vt patroni clientib. de iure reſponderent, cuius illi rudes erant, & ignari: abſentium æquè atque præſentium curam gererent: adeſſent in iudicijs, omnemque accuſatoris impetum ſuſtinerent. Iuxta Plauti illud in Menec.

Iuris vbi dicitur dies, ſimul
Patronis dicitur: quippe qui pro illis
Loquantur, malè quæ fecerint: aut ad
Populum, aut in iure aut apud iudicem res eſt.
Sic me hodie nimis ſollicitum cliens
Quidam habuit: neque quod voluì agere quicquam
Licitum eſt: ita me attinuit, ita me detinuit.
Apud AEdiles pro eius factis plurimis,
Peſſimisque dixi cauſſam.

Clientes autem patronis, qui tenuioris erant fortunæ, quàm vt filias honeſtè commodeque poſſent elocare, in elocandis filiabus opitulabantur, eosque eorumque filios ab hoſtibus interceptos, ſumptu proprio redimebant. Et fuit certè ius iſtud patronatus tantæ apud veteres auctoritatis, vt contenderit expreſsè M. Cato, patrem primum, deinde patronum proximum nomẽ habuiſſe: auctore Gellio li. v. cap. xiij. Proinde non eſt dubium, quin ſeuerè in patronos fraudulentos Romani animaduerterint. Sanè Dionyſius auctor eſt, clientem aduerſus patronum, aut patronum aduerſus clientem dicere teſtimonium non potuiſſe: nec alterum ab altero accuſari, aut inter inimicos numerari: qui quid horum feciſſet, teneri eum Romuli lege de proditoribus, eumque vt Diti ſacrum, interficere cuilibet liberum fuiſſe. Atque huius quidem priſci iuris Decemuiri etiam noſtri aliquam in ſuis tabulis memoriam ſupereſſe voluerunt. Ideoque ius iſtud patronatus à Romulo vti introductum fuit, ita in ſuas quoque tabulas tranſtulerunt, his verbis: PATRONVS SI CLIENTI FRAVDEM FAXIT, SACER ESTO: quemadmodum Seruius Honoratus, & poſt eum Iulius Sabinus exponẽtes illud Virgilij, Et fraus innexa clienti, adnotarunt. Refert idem Sabinus, per fraudem in hac lege præuaricationes Vrbanum intellexiſſe, quod mihi ad omnem fraudem, dolumque malum potiùs referendum videtur. Voluerunt itaque Decemuiri, patronum qui clientem fraudaſſet, ſacrum eſſe. Morem Romanis fuiſſe ait Dionyſius, vt quos vellent impunè occidi, eorum corpora deuouerent Deo cuipiam, præcipueque Dijs inferis. Eumque morem obſeruaſſe Romulum in fraudibus patronorum, clientumque vindicãdis, idem expreſsè addidit Dionyſius. Quo ſenſu hominem ſacrum accepiſſe in hac lege Decemuiros dubium non eſt: quamuis hominem ſacrum Feſtus cum definierit, quem populus iudicauit ob maleficium, neque fas eſt eum immolari, ſed qui occidit, parricidij non damnatur. Quæ quidẽ Feſti definitio aliò referri dẽt. Et Certè Liuius lib. iij. L. Valerio & M. Horatio Conſul. ſancitam, ait, nouam fuiſſe legem, ne quis vllum magiſtratum ſine prouocatione crearet: qui creaſſet eum ius fasque eſſe occidi, nec eam cædem capitalis noxæ haberi. Ad quam legem Feſti definitio non incommodè trahi poſſe videtur.

De in ius vocando. Cap. V.

QVI ius ſuum volebant perſequi, in ius aduerſarium vocabant: quem ſequi nolentem atteſtationis medio ducebant & reluctantem omnino trahebant, ſique opus eſſet, rapiebant. Plautus in Penulo:

Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,
Priuſquam obtorto collo ad Prætorem trahor?

Erat enim lege ſancitum Decemuirali, in ius vocati vt irent. Auctor ad Herennium, lege ius eſt, inquit, vt in ius eas cùm voceris.

Cicero.

Source : BIU Cujas

Cicero lib.3.de legibus: A pueris, Quinte, didicimus, SI IN IVS VOCET, ATQVE EAT, & huiuſmodi alias leges nominare. Si autem in ius vocatus vitio, morbo ve, ideſt, neq; febricu loſo, neq; graui nimiũ, ſed vitio quodã imbecillitatis, atq; inualẽtiæ ire in ius nõ poterat, ei iumentũ, hoc eſt, vectabulũ (vt Cæcilius apud Gelliũ lib.xx.interpretaẽ) qđ iũctis pecoribus trahebatur, dari voluerunt Decemuiri. Eiſque haud aliter in ius ſequi, quàm ſtrata, qua nimis ægri portari ſolebãt, arcera, recuſanti, arceram ſterni expreſſa lege prohibuerunt. quam legem hunc in modum apud Gellium eſſe reſtituendã exiſtimaui: SI MORBVS AEVITASVE VITIVM ESIT, QVI IN IVS VOCASSIT, IVMENTVM DATO: SI VOLET ARCERAM, NE STERNITO. In libris enim impreſſis mendosè legitur: Si nolet, arceram ne ſternito. pro, Si volet arceram, ne ſternito. Itẽ eſſet, pro eſit. Decemuiri itaque poſtulanti arceram reo ſterni vetuerunt: nonquòd eam ſternere ſi actor voluiſſet prohiberẽt, verùm quòd eam reo ſine arcera in ius ſequi recuſanti, inuitus actor ſternere non cogeretur. Ea ſiquidem eſt (prout illam Sextus Cæcilius interpretatur) Decemuirorum ſententia, vt in ius vocato pauperrimo homini, vel inopi, qui aut pedib. fortè æger eſſet, aut quo alio caſu ingredi nequiret, ploſtrũ daretur: ne cauſatio ægri corporis perpetuã daret fidem detrectantibus, iurisque actiones declinãtibus vacationem. Nec quidem ſi morbus ſonticus, quem vehementiorem vimque grauiter nocendi continentem interpretatur idem Cæcilius, reum inuaſiſſet, arceram ſterni permiſerunt Decemuiri, ſed iudicij diem diffiſum eſſe voluerunt, cap.11.§.11.ſi quis cautio. Decemuiri eum diem diffindi dicebant, qui differebatur. Nec dubium eſt, quin hanc legem de diffindendo die à Numa Rege deſumpſerint. Nam certa quædam vitia enumeraſſe viſus eſt Numa, quibus ſi iudex, vel alter vter ex litigatoribus impeditus eſſet, dies iudicij diffinderetur. Eiusque legis particulam, quæ apud Feſtum lib. XVI. mendoſſima extat, omnino mihi perſuaſit Iacobus Cuiacius acutiſſimus interpres, ſic eſſe reſtituendam: SI QVID HORVM FVIT VITIVM IVDICI, ARBITROVE, REOVE, DIES DIFFISVS ESTO. In exemplarib. impreſſis pro Diffiſus, legitur diffenſus, erroris non admodum obſcura origine, ſiquidem veteres ita ſcribere ſolebant, diffeiſus, pro diffiſus: quod cum non perciperent imperiti librarij, diffeiſus loco, diffenſus poſuerũt. Dies autem ita diffindi ſolet ex lege duodecim tabularum, vt ſi morbo ſontico actor, vel reus impeditus eſſet, morbum in iure allegari per amicum curaret: tunc Prætor excuſatione cognita, qa Decemuiri ob morbum ſonticum volebant diem iudicij diffiſum eſſe, in diffindendo die hac formula vtebatur: HIC DIES DIFFISVS ESTO. vt auctor eſt Acron in Horatium. Ergo vocatus in ius, ni morbo eſſet opus iumento, nive morbo ſontico dies iudicij diffiſus eſſet, ſtatim in ius ſequi actorem cogebatur: ciſque non ſequenti præſentibus anteſtatis actor iudicium denũciabat. Anteſtatos autem inde appellatos putauit Porphyrion, quòd antè ſuperſtites, ſiue teſtes deberent aduocari, & in teſtimonium adhiberi, quàm actor reum manu poſſet præhendere. Et id quidem expreſſà Decemuirali lege fuiſſe cautum, idem addidit: quam ego ſic reſtituo: SI VIS VOCATIONI FVAT, TESTAMINI: IGITVR EM CAPITO ANTESTARI. Vereres autẽ ſuat dixiſſe pro ſiat, expreſsè teſtatur Nonius Marcellus, & in Virgilium Iulius Sabinus. em quoque pro eum antiquos poſuiſſe, auctor eſt Feſtus. Itaque ſi actor aduerſarium vocaret in ius, & is vi reſiſteret (vt ita vis fieret vocationi) voluerũt Decemuiri actorem teſtari, hoc eſt, teſtes aliquot aduocare. Igitur em capito, ideſt, tunc eum capito, ſiue eum manu præhendito: anteſtari, hoc eſt atteſtando, ſiue Græcorũ more, παμαρτυρήσασθαι. Sic enim anteſtati Græcè dici ex ædis Beati Germani Pariſienſis Lexico primus obſeruauit Barnabas Briſſonius. Vt ita ne ex lege quidem XII. tabularum reus manu præhendi ſine anteſtatione potuerit. Nec verò ſatis erat Decemuiris manibus anteſtationis medio reos præhendi, verùm ſi caluerentur, ſi pedem ſtruerent, hoc eſt, ſi fruſtrarentur, vix pedem pedi præferrent, fugerent, ociosè irent, remorarentur (vt Feſtus in verbo Struit, & Caius capit. CCXXXIII. de verb. ſig. interpretantur) manus in reos iniici, hoc eſt (vt mihi quidem videtur) manibus reos trahi, & rapi in ius permiſerunt Decemuiri, his verbis: SI CALVITVR, PEDEMVE STRVIT, MANVM ENDOIACITO. vt auctor eſt idem Feſtus. Anteſtationes autem ſic fieri ſolebant Auriculam actor vnius ex ſuperſtitibus attingens, ſic eum interrogabat, Licet anteſtari? Si ille reſponderet, Licet, manus in aduerſarium iniiciebantur, perque manus iniectionem ducebaẽ, trahebatur, ſique opus eſſet, ad Prætorem obtorto collo rapiebatur. Horatius libro primo ſerm. ſat. IX.

Caſu venit obuius illi
Aduerſarius: & quò tu turpiſſime? magna
Exclamat voce. &, licet anteſtari? ego verò
Oppono auriculam: rapit in ius, clamor vtrimque,
Vndique concurſus.

Vnde ſatis perſpicuum eſt, medio anteſtationis, in aduerſarios manus ſic olim actores iniecisse, vt eos reluctantes, pedemve ſtruentes, vi ad Prætorem raperent. Hic illius facienda mentio antiqui lapilli eſt, quem cùm tuus Marce generoſiſſime, germanus frater Guido Laurinus mihi nuper exhibuiſſet, ſtatim ea quæ de anteſtatione coniecturis aliquot veriſimilibus confirmaram, eſſe veriſſima deprehendi. Erat enim inſculpta lapillo manus atterens auriculam cũ hac inſcriptione, MNHMONEYE, quod idem eſt, cum memor eſto. Eoque referendum eſſe illud Virgilij in Bucol. Cynthius aurem vellit, & admonuit. vir clariſſimus, eruditio nisq; tibi, & affinitatis nomine chariſſimus, Iacobus Suſius nuper dũ hæc legeret, rectè animaduertit. Et ſic quidem aliud nihil in effectu ſignificare videtur anteſtari, quã teſtibus vti, vel, vt Plautus ait, teſtes facere, quando actor in reũ manus iniicere volebat. Plaut. in Curcul.

Ne facias teſtes, neque equidem tibi debeo quicquam.

Quin & Caius cùm de illis ageret, qui neque ſequuntur, neque ducuntur, in reum manus iniici ſolere, reum manibus tenere ſcribens, indicare viſus eſt: Solutum, inquit, non intelligimus eum, qui licet vinculis liberatus ſit, manibus tamen tenetur. cap. XLVIII. de verb. ſig. Quòd ſi anteſtatus non eſſet actor, & manum iniecisſet, iniuriarum, vt exiſtimat Acron, reus conſtitui poterat. Hinc illud Plauti in Curcul.

Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi?

Nec immeritò, qui enim non reluctantem trahit, aut rapit, vim inferre videtur. Proinde ne ſine iuſta cauſſa ſic in aduerſarios ſæuirent actores, lege conſtitutum reor Decemuirali, vt qui ſine anteſtatione in reum manus iniecisſet, iniuriarum poſſet conueniri. Nec verò ius anteſtationis ſolennitas in tantum ab aliorum teſtimoniorum iure diſcedebat, quin vt à teſtimoniis reliquis, ſic ab anteſtatione ſerui repellerentur. Plautus in Curcul.

—Seruon, anteſtari? PH. Vide.
C. Hem, vt ſcias me liberum eſſe.

Porrò vt quis in ius reperetur, non ſemper opus anteſtatione fuit: nam ſi reus improbus eſſet, & inteſtabilis, vt ſunt lenones, fures, & id genus alij, ſine anteſtatione ad Prætorem rapiebatur: id quod doctiſſimus Præceptor meus Hopperus in eruditiſſimo ſuo de iuris arte libro tertio adnotauit. Vtiliùs ſiquidem erat, plagiarios, & fures priuata manu, ciuiumque concurſu ad Prætorem ſine anteſtatione rapi, quàm ſub prætextu ſecuritatis tranquillitatisque publicæ, tergiuerſatione rapinis, plagiis, aut furtis indulgere. Quod cùm ita ſit, mirum nemini profectò videri debet, in improbos huiuſmodi homines manus etiam ſine anteſtatione iniici conſueuiſſe. Sic Lyconidem adoleſcentẽ aulæ quadrilibris furem ſuſpicans Euclio, in ius rapere viſus eſt voluiſſe, apud Plautum in Aulularia:

Niſi referes. L. Quid tibi ego referam? E. quod ſurripuiſti meum.
Iam equidem ad Prætorem herclè te rapiam, & tibi ſcribam dicam.

Nam quòd nullam hìc ſuperſtitum optauerit præſentiam Euclio, quòd nullum viatoris implorauerit auxilium, hinc poteſt probabiliter argui, communi iure in eum quem furem eſſe non dubitabat adoleſcentem manus iniicere Euclionem potuiſſe. Similiter in perſa, cùm in Dorpalum lenonem manus iniiceret Saturio paraſitus, interrogatus à lenone an ne anteſtaretur, reſpondit:

—Tuàne ego cauſſa carnifex.
Cuiquam mortali libero aures atteram,
Qui hìc commercaris ciues homines liberos?

Rurſus in Rudente, cùm Labrax leno à Pleuſidippo in ius vocaretur, ſic eum interrogabat Pleuſidippus:

Rapier hinc obtorto collo mauis, an trahi?
Vtrumuis opta dum licet.

Cumq; ſe neutrum velle leno reſpondiſſet, ſubiecit ſtatim Pleuſidippus:

Abi ſanè ad littus curriculo Trachalio,
Iube illos in vrbem ire obuiam ad portum mihi,
Quos mecum duxi, qui hunc ad carnificem trahant.
Ego hunc ſceleſtum in ius rapiam exulem.
Agè ambula in ius. L. quid ego deliqui?

Et paulò pòſt:

—Obſecro ſubueni mi Charmides,
Rapior obtorto collo. CH. quis me nominat?
L. Viden, me vt rapior? CH. video, & in inſpecto lubens.
L. Non ſubuenire mihi audes? CH. quis homo te rapit?
L. Adoleſcens Pleuſidippus.

Ceterùm ſi honeſtior eſſet perſona, quàm vt eam rapi conueniret (erant enim qui in ius vocati, duci, aut rapi ne medio quidem anteſtationis poterant, vt ex epigraphe cap. XLVIII. de verbor. ſignificat. colligimus) diem ei dicebat, eamque promiſſa pœnã, quam multam Plautus appellat, datisve, ni prædia poſſideret, vadibus, vel pignore dimittebat. Plaut. in Capt.

His dicam, irrogabo multam.

Nam quod lege cautum fuiſſe diximus, in ius vocati vt irent, Prętor illud edicto ſic eſt interpretatus: In ius vocati vt eant, aut ſatis, vel cautum dent. Quòd enim certos Prætor ſeſſionũ habe

ret

Source : BIU Cujas

ret dies,quibus poſtulationibus,quibus etiam cognitionibus eũ vacaſſe,lib.primo Variorum demonſtrabimus:manus in aduerſarium iniiciendi opportunitate actores fraudari diutiùs Prętori iniquum videbatur.proinde conceſſit agere,volentibus aduerſarios ſuos vadari,hoc eſt,ſic in ius vocare,vt ni pœnam ſtipulantibus actoribus promitterent, aut ſatis vel cautum aliquo modo darent,prædiave poſſiderent,manus iniectionem paterentur,& medio anteſtationis vel ad Prætorem, ſi is poſtulationib. operã daret, ducerentur: vel ſi alijs negociis occupatus eſſet Prætor,in carcere proxima poſtulationum die in iure ſiſtendi cauſſa adſeruarentur. Plautus in Perſa:

—Vadatur hic me.P.vtinam vades
Deſint,in carcere vt ſis.

Quod etiam de his qui neque ſequuntur, neque ducuntur, Caius adnotaſſe viſus eſt,ca.XLVIII.de verb.ſig.Ac ne eum,inquit intelligimus ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſeruatur.Per publicum enim carcerem ſiue cuſtodiam intelligi, illud Plauti in Amphit. liquidò demonſtrat:

—Ita
Peregrè adueniens,hoſpitio publicitùs accipiar.

Vades autem dicti ſunt, qui pro altero vadimonium promittebant:dictosque putat Acron,quòd qui eos dederat,vadendi haberet poteſtatem. Et quamuis putauerit Feſtus, vades ſponſores ſignificare datos in re capitali, nihilominus tam in ciuilibus, quàm in capitalib.cauſſis vades dari, vadimoniumque promitti ſolere,ex ſola quam Cicero pro P.Quintio ſcripſit oratione,ſatis probari poteſt. Promittitur autem vadimonium, cùm aliquis formula præſcripta certo tempore ſe ſpondet præſentibus anteſtatis in ius venturum. Nec aliter exigi vades potuiſſe exiſtimo, quàm ſi de reo ſibi non ſatis confideret actor, eum non ignorãs rebus in cœptis non ſatis idoneum.Tunc enim conſuetudinem fuiſſe ſcribit Varro, vt reus pro ſe alterum conſtitueret. Quaſi è cõtrario,ſi reus inceptis rebus ſatis eſſet idoneus, vades peti non debuerint. Hinc factum deinde ſuſpicor, vt apud Macrum poſſeſſores rerum immobilium ſatiſdare nõ debuerint.cap.penult, qui ſatiſd. cog. Et cùm Vlpianus duplicem eſſe in iudicio ſiſtẽdi cautionem ſcriberet,vnam nudam,ſatiſdato alteram:ſi domum reuocandi beneficio gauderet reus, nuda cautione promitti vadimonium addidit.Vt ſic non ſolùm poſſeſſores rerum immobilium,alijque rebus incœptis ſatis idonei,à ſatiſdatione liberarentur,verùm etiam qui domum reuocandi ius habebant. Si itaque reus non ſatis locuples actori videretur,nec domum reuocandi,aut aliud aliquod habere priuilegium,ſic eum actor vadari ſolet,vt ſi nulla idonea interueniret ſatiſdatio,manus ab iniectione non abſtineret. Ideoque vades, vel pignus dare vadatus debebat.Vades reum ſiſtere certo die promittebant.De pignore autem addidi, quòd vt reis, ſic etiam pignoribus idoneè caueri Vlpianus reſponderit.cap. i.§. VII.de collat. Quo modo ſatiſdato, aut pignorib. datis idoneè caueri, & ſi fides ſine ſatiſdatione habita fuerit promittendi, idoneè cautum videri;reſpondit idẽ Vlpianus,cap.IIII.§.VI.de fideicom.libertat. Hanc enim veram eſſe cautionum, quæ iudicio ſiſtendi cauſſa in vſu erant, diſtinctionem,ſatis indicat titulus octauus libro ſecundi Pandectarũ. Et hæc quidem omnia ſic olim locum habebant, ſi Romanum ciuem ciuis Romanus in ius vocaſſet.Ceterùm ſi cum hoſte manus eſſet conſerenda, nec trahi, nec rapi peregrinum in ius paſſi ſunt Decemuiri,ſed diem duntaxat condici.Hoſtis,inquit Cicero libro primò offic. apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus: indicant duodecim tabulæ, AVT STATVS DIES CVM HOSTE. Et hæc hactenus de in ius vocando.

De priſco iure vindciarum. Cap. VI.

INitio ciuitatis Romanæ hæc fuiſſe priuatorum iudiciorum ratio videtur,vt qui rem ſuam vellet perſequi, manum cum aduerſario conſereret.Nam de qua re diſceptabatur,ſiue ager,ſiue quid aliud eſſet, ſolet eam actor cum aduerſario manu prehendere,& in ea re omnibus verbis vindicare:quæ vindicatio, vindicia dicebatur, eaque vindicia correptione manus in re, atque in loco præſenti,auctore Prætore ex xij. Tabul. fiebat,in quibus ita ſcriptum eſt : SI QVI EX IVRE MANVM CONSERVNT. auctore Gellio,libro xx. capit. ix. Cùm enim angustiorib. quàm quibus Italia circumſcribitur, Romanum imperium finibus concludebatur,tunc qui iuriſdictioni præerãt vnà cum litigatorib.ex iure in fundum controuerſum,dicendarum vindiciarum cauſſa,proficiſcebantur:ibique manuum facta conſertione,quem ſuum eſſe fundum actor contendebat, eundem cõtrà vindicabat reus: eamque vim quæ per huiuſmodi manus correptionem fiebat,ciuilem,& feſtucariam verbo dictam,non manu factam fuiſſe,idem Gellius expreſsè teſtatus eſt. Cæterum poſtea quàm Prætores,propagatis Italiæ,orbisque Romani finibus,datis iuriſdictionib. negotiisque occupati, ex iure proficiſci dicendarum vindiciarum cauſſa, in res longinquas grauabantur,inſtitutum eſt contra xij. Tabulas,tacito populiconſenſu, vt litigantes non ex iure apud Prætorem manum conſererẽt, hoc eſt, non vnà cum Prætore manus conſerendæ gratia ex iure, ſiue loco illo,in quo ius redditur, in locum controuerſum proficiſcerentur:ſed ex iure manu conſertum vocarent,ideſt,alterum ex iure ad conſerendam manum in rem,de qua ageretur, vocaret:& ſimul in agrum (ſi de eo fortè controuerſia eſſet) profecti, terræ aliquid ex eo, vti vnam glebam, in vrbem in ius ad Prætorem deferrent, atque in ea gleba tanquam in toto agro vindicarent.Quomodo autem huiuſmodi manus conſertio fieri ſoleat,litteræ antiquiores non declarant. Nec quidem perpetuò in fundum profecti ſunt litigantes, indeque glebam in ius detulerunt.Fuit enim tandem à iuriſconſultis noua, & ſolennis quædam manus conſerendæ ratio excogitata,quæ certis concepta verbis,& ſuum actori,& reo item ſuum, necnon ſuum quoque Prætori carmen præſcribebat. Itaque quemadmodum Prætores negotiis variis occupati, tandem dicendarum vindiciarũ cauſſa proficiſci grauabantur, ſic litigantes etiam manus conſerendæ gratia tandem in agros proficiſci, indeque glebas in ius deferre omnino deſierunt. Ne tamen nouis aliquibus inſtitutis omnis priſci iudiciorum ordinis ſolennitas aboleretur, viſum fuit Pontificibus, qui iuri ciuili, & legis actionib. præerant,aliquam profectionem imaginariam, in veræ profectionis locum ſurrogare,qua litigantes certam inire viam, eamque redire docerent. Quo tempore hæc iudiciorum ratio in vſu fuiſſe videtur,quantum ex Cicerone pro Murena colligimus, vt actor cũ in ius vocaſſet aduerſarium,hac in iure formula vteretur: FVNDVS QVI EST IN AGRO QVI SABINVS VOCATVR, EGO EVM EX IVRE MEVM ESSE AIO: INDE EGO TE EX IVRE MANV CONSERTVM VOCO. Citatus deinde reus vſus eſt hac formula: VNDE TV ME EX IVRE MANV CONSERTVM VOCASTI, INDE EGO TE REVOCO. Tum Prætor: VTRISQVE, SVPERSTITIBVS PRAESENTIBVS, ISTAM VIAM DICO: INITE VIAM. præſtò aderat ſapiens qui viam inire doceret: REDITE VIAM. eodem duce redibant.Hæc iam tum etiam in vſu eſſe deſierunt, cùm Prætor additis exceptionibus & replicationibus ius in litis verba componebat. Tunc enim cuilibet ita vt ſibi videretur, edere actionem fuit liberum, ſiue per libellum, ſiue per ſolam denunciationem:ſatisque erat hac vti formula in fundi vindicatione: Fundum Tuſculanum ex iure Quritium meum eſſe aio. Et quamuis hæc ita tam variè fuerint in iudiciis olim vſurpata, vna tamen eademque perpetuò obſeruabatur litis vindiciarum ratio,qua res tamdiu vindicabatur,donec alterutrius ex litigatoribus ſacramentum iuſtum eſſet pronunciatum. Veteres ſiquidem & vindiciis,& ſacramentis olim contendiſſe, vnico Ciceronis teſtimonio confirmari poteſt pro Milone.Eum,inquit,denique cui iam nulla lex erat, nullum ciuile ius,nulli poſſeſſionũ termini,qui non calumnia litium, non iniuſtis vindiciis, ac ſacramentis alienos fundos,ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis petebat.Nec id etiam ignoraſſe viſus eſt Arnobius,aduerſus gentes libro quarto,dum ita ſcribit: Quis quæſitor, quis arbiter cruicibus tantis erit,qui inter perſonas huiuſmodi aut vindicias iuſtas dare,aut ſacramenta conetur pronunciare non iuſta? Vindiciis quidem res petebatur,quoties incertum erat,vter litigantiũ lite proprietatis pendente, rei controuerſæ futurus eſſet poſſeſſor:ſacramentis verò de ipſa re principaliter,hoc eſt,de rei proprietate contendebatur.Et idcirco fieri potuit,vt ſolo ſacramento,nulla vindiciarum mota quæſtione,de controuerſis rebus diſceptaretur.Idque diligenter adnotaſſe,ac acutè animaduertiſſe Aſconius mihi viſus eſt,litem vindiciarum hunc in modum definiens: Lis vindiciarum eſt, cùm litigatur de ea re apud Prætorẽ, cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor:& ideo, inquit, is qui rem tenet, ſatiſdat pro prǽde litis vindiciarum aduerſario ſuo,quo illi ſatisfaciat, nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum, de qua iurgium eſt:rurſus cautione præſtita,ſponſione prouocatur ab aduerſario certę pecuniæ,aut æſtimationis,quam amittat, ni ſua ſit hæreditas,de qua contenditur.Cęterum ſi nulla poſſeſſionis fieret controuerſia, ſolis ſacramentis, nulla vindiciarum quæſtione mota, ſic contendebatur, vt is interim, penes quem rei controuerſæ poſſeſſio eſſet,idoneè ſatiſdaret,auctore Paulo, libro primo ſentent.tit.xj.Quoties hæreditas petitur,inquit Paulus,ſatiſdatio iure deſideratur, & ſi ſatiſdatio non detur, in petitorem hæreditas transfertur:ſi petitor ſatiſdare noluerit, penes poſſeſſorem poſſeſſio remanet: in pari enim cauſſa potior eſt poſſeſſor. Proinde errare plurimùm videntur, qui petitionem hæreditatis litem appellant vindiciarum.Hæreditatis enim ſacramentis petuntur, ideſt, legis actionibus: poſſeſſiones hæreditatum,ſi fortè de iis eſſet contentio,lite principali pendẽte, uindiciis,non ſacramentis alterutri ex litigatorib. addici ſolent. Eoque mihi omnino viſus eſt reſpexiſſe Cicero, cùm ita ſcriberet, in Verrina tertia : Si quis teſtamento ſe hæredem eſſe arbitraretur,quod tum non extaret, lege ageret in hæreditatem, aut pro prǽde litis vindiciarũ,cùm ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret,

&

Source : BIU Cujas

& ita de hæreditate certaret. Sensus. n. est,eum qui se hr̃dē esse arbitratur,hæreditatem petere duabus rationibus posse, nimirū sacramento sine vindiciis, aut vindiciis & sacramento simul. Sacramento quidem,si nulla possessionis mota controuersia,lege in hæreditatem agat:quo casu locum habere solet illa,quam modò adnotauimus Pauli sententia: Vindiciis verò, & sacramēto simul,in hæreditatis petitione locus erat,si non hæreditas dū taxat peteretur, sed in super is qui lege in hæreditatem agebat, se pendente legis actione hæreditatis possessorem esse oportere contenderet.Idque expresse significant huiusmodi quæ in eadem Ciceronis Verrina subsequunt̃ verba: Iā quid id ad Prætorem,possessor sit? Nonne id quæri oportet, vtrum possessorem esse oporteat?Ergo vindiciarum liti,si Asconio,& Ciceroni credimus,tunc demùm apud veteres locus erat, cùm incertum esset,vter litigantium rei controuersæ lite principali pendente futurus esset possessor.Eoque sensu apud Liuium, aliosque auctores probatos, vindicias esse accipiendas, ab eruditis quibusdam viris copiosè satis est demonstratum. Sanè quod Festus scribit, Vindicias res illas esse,de quibus controuersia est:illud omnino ad antiquam manus consertionem pertinet.Cùm enim manus conserebantur,tunc si quæ vindiciarum fieret controuersia, res controuersas in iure præsentes alterutri ex litigatoribus vindicanti Prætor tamdiu addicebat,quamdiu alter alterum iusto sacramento, & sponsione non superasset. Idque mirum in modū probat vindiciarum,quam Cincius apud eundem Festum dedit, definitio:Vindiciæ inquit,olim dicebantur glebæ (sic legendū est,non illæ,vt passim legitur) quæ ex fundo sumptæ,in ius allatæ erant. Proinde cui glebas ex fundo in ius allatas,aut alias res mobiles, pendente proprietatis controuersia, causa cognita,is qui iurisdictioni præerat,addicebat,eidem vindiciæ addici dicebantur,quantum ex Festo, & Cincio colligimus. Seruius autem Sulpitius vocabulo etiam singulariter formato,vindiciam esse ait, cùm aliqua de re controuersia est,ab eo quòd vindicatur.Illudque huiusmodi Decemuirali lege confirmat: SI VINDICIAM FALSAM TVLIT, REI SIVE LITIS ARBITROS TRES DATO: EORVM ARBITRIIS FRVCTVS DVPLIONE DAMNVM DECIDITOR. Sic primus locum hunc, qui mutilus erat, & omnino deprauatus, apud Festum restitui in verbo Vindiciæ. Ecquis obsecro dubitauerit, quin hæc emendatio verissima sit, præsertim si non ignoret, in legibus sic scribi solitum: Rem siue litem. idq; Seruium Honoratum in Virgilium adnotasse. Quid autem hac in lege sibi voluerint Decemuiri, non admodum esse obscurum puto. Voluerūt enim iudicem, qui dolo malo in fraudem legis vindiciam iniustam tulerat, tres arbitros constituere, quorum arbitriis fructus duplione damnum decidi posset. Eoque omnino pertinere, & inde primùm ortum vix dubito, quod in Pandectis de iudicibus passim legimus,qui litem suam fecerunt.Nec quidem huiusmodi fructus duplione multati perpetuò fuerunt iudices, qui vindiciam sententiamve, iniustam tulissent dolo malo, nonnunquam enim veram iustamque litis æstimationē præstabant.cap.xv. de iudic. nonnunquam inquantum de ea re æquum religioni iudicantis visum fuerat, pœnam sustinebant. cap.vlt.de var.& extraord.cog.Porrò vindicias nisi superstitibus p̃sentibus,eos,inter quos erat controuersia,sumere non potuisse, Festus adnotatum reliquit:vindiciasque secundum libertatem semper ex vetere iure,quod in duodecim tabulas translatū est,dicendas esse,testatur Pomponius, cap.11.§.xiij.de orig.iur. Nec quidem antiquissima ista dicendarum vindiciarum ratio in rebus mobilibus Romæ in vsu fuit perpetuò. Fuisse enim tēpora,quibus tamdiu res mobiles,de quibus controuersiæ mouebantur,aut in æde,aut apud sequestrem ponebantur, donec alterutrius ex litigatorib. sacramētum iustum esset pronunciatum, ex innumeris prudentum responsis constat.Sanè homines quoque apud sequestres deponi potuisse, testatur Vlpian. cap. VII. depos. Quin & iudicibus olim homines sequestro datos fuisse, Plautus refert in Mercat.

De isthac sum iudex captus.D. iudex?iam scio.
Nunc tu in consilium istam aduocasti tibi.
LI.Immò sequestro mihi data est.

Res autem mobilis quæ apud sequestrem non ponebatur, solet in æde,siue in fano custodiri. Et certè antiquissima fuit,diligētissimeque olim obseruata rerum pecuniarumque in fanis deponendarum ratio.De qua sic Cicero scribit lib.v. epist. famil. Nā de Luceio,inquit,est ita actum, vt auctore Cn. Pompeio ista pecunia in fano poneretur.

De litis addictione. Cap. VII.

QVAM Gellius lib.XVI.cap.11. allegat legem Decemuiralem,eam vtpote vitiosissimam sic esse restituendam probabilib. aliquot coniecturis demonstrabo: ANTE MERIDIEM CAVSSAM GNOSCITO, QVVM PERORANT AMBO PRAESENTES. POST MERIDIEM LITEM ADDICITO, SI AMBO PRAESENTES, SOLE OCCASO, DIEI SVPREMA TEMPESTAS ESTO. Et constat quidem hæc verba, causam conscito, non ad litigatores,sed ad ipsum iudicem esse referenda,propter hæc verba, quum perorant ambo præsentes. Ergo quòd causæ coniectio,vt satis ex Asconio & Marcello constat,non ad iudicem, sed ad litigatores referatur,certissimum est loco conscito,reponi non posse conicito. Ea enim legis videtur esse sententia, vt iudex ante meridiem,quum actor & reus perorassent,idest,causam dixissent,de causa cognosceret. Veteres autem dixisse causam conscito,pro cognoscito,non memini me legisse. Illud quidem dubium non est, pro cognitu auctore Festo gnotu dixisse veteres.Si gnotu, ergo & gnosco:nam vnde gnotu, nisi à gnosco? Certè veteres gnosco dixisse,non Festus solùm,sed ēt lib.2. testatus est Priscianus.Quid igit̃ obstat,quominus ꝑ causā ꝑscito,legam⁹ causā gnoscito,aut certè causam cnoscito.Si nō ob aliud,certè ꝙ Latini plerunque G litterā ita formarint, vt Græci suum gamma,quod facilè in G Latinum potuit trāsformari. Immò Festus lib.xiii.cōtendit,C pro G frequenter antiquos posuisse. Idque etiam ex antiquissimis quibusdam numis deprehēdi,in quibus pro Gulo,Gurges,Galba,Galicia,Gellius,Ogulnius Gallus,expresse legitur Culo,Curges, Calba, Clicia, Cellius, Oculnius Callus.Sic pro pago,aliquādo est in duodecim paco:& quem Caium vulgares, cum Florentinæ Pandectæ Gaium appellatum continēt.Et ita quidem ex gnoscito,interdum ab antiquis conscito, indeque vnius litterulæ transpositione, ex cnoscito factum ab imperitis videri potest conscito. Quod aūt subiicitur de litis addictione, his verbis. Post meridiem præsenti litem addicito.Profectò,nisi me vehementer coniectura fallit,id etiam vitiosum est. Videamus quid sit litem addicere:an secundùm præsentem litem dare? Sic magis plerisque visum est. Itane verò? Quænam igitur obsecro huiusce legis est æquitas, si secundùm præsentem,fortè petitorem iniustum, iudex debuerit iudicare? Constat certè eos, qui cùm frustrationis causa latitarent,tribus edictis euocati præsentiam sui facere contemnebāt, litem idcirco non perdidisse: verùm si post edictum peremptorium, quum dies eius superuenisset, citati non respondissent, actam fuisse causam: non vtique secundùm præsentem, sed interdū absentem,si bonā causam haberet, vicisse. cap. LXXIII. de iudic.Eum igitur qui ante meridiem perorauit, post meridiē propter absentiam olim lite fuisse multatum audebimus existimare?Qua auctoritate? An quæso Decemuirali? Tam stupidos fuisse Decemuiros,& imprudentes, quis est qui sibi persuadeat? Ego itaque didici litem addicere,aliud nihil esse in hac lege,quā litigandi potestatem facere. Quam potestatem quia iudex non solet facere,nisi actore cum reo præsente,nisi audita & cognita causa, hac ratione impulsus secundam Decemuiralis huius legis partem sic ausus sum restituere: Post meridiem litem addicito, si ambo præsentes. Tertiam legis partem sic etiam emendo: Sole occaso, diei suprema tempestas esto. Scribit enim expresse Gellius,non Sol occasus, sed Sole occaso Decemuiros in legibus posuisse. Et sic apud Varronem libro VI. de lingua Latina, legendum puto, Sole occaso, diei suprema tempestas esto. non,Solis occasu.vt passim legitur. Quo modo etiam apud Cēsorinum in libro de die natali, & Macrobiū Saturn. l. 1. cap. III. hæc eadem legis pars est restituenda. Sanè Solem occasum, pro Solis occasu,auctores priscos quadam vetustate non insuaui dixisse,non Gellius solùm,sed etiam Plautus in Menæch. testatur, his verbis:

Namque si absque te essem hodie,nunquam ad Solem occasum viuerem.

Supremam autem tempestatem idem Varro lib. IIII. de ling. Lat.sic interpretatur:Suprema,inquit,summum dici, id à supremo: hoc tempus duodecim tabulæ dicunt occasum esse Solis. Sed postea lex Prætoria id quoque tempus iubet esse supremū. quo Prætor in comitio supremam pronunciauit populo. Et libros augurum pro tempore tempestatem dicere, idem Varro est auctor.li.vi.de ling. Lat. Festus ēt pro tempore tempestatem antiquos posuisse, adnotatum reliquit. Totius igitur legis sensus est; Iudicem ante meridiem causam vtrinque cognoscere oportere;post meridiem,litem postulanti addicere,aut denegare,hoc est,si ita videretur,litigandi potestatem facere,sin minus eam denegare: tempusque pomeridianum ad occasum vsque Solis extendi. Illud certè constat, & aliquando à nobis tractatū est,de præiudicis libro primo, eum qui ius suum persequi volebat,Prætorem olim adiisse, causamque præsente aduersario in iure dixisse:& tandem audita cognitaque causa,vel dedisse Prætorem, vel eam quæ petebatur, actionem denegasse. Ceterum antequam Prætor esset,antequam Cn.Flauius actiones promulgasset,eas à Pontificib.peti consueuisse,neminem puto tam imperitum,qui id ignoret.Siquidem is,qui ex Pontificibus vt præesset anno priuatis erat constitutus, iisdem ferè anni spacio in reddendo iure partibus fungebatur,quibus postea Prætores functi sunt.Porrò ante huiusmodi Pontificiam iuris reddendi potestatem,quum Decemuiri ius dicebant, tunc etiam in vsu actionum fuisse impetrationem,& hac eadem,quam nunc interpretor,

Source : BIU Cujas

tor,lege primò introductam vtique mihi persuadeo. Vt ita quidem actionum impetratio lege duodecim tabularum posſit introducta videri,primumque apud Decemuiros in vsu fuisse, & deinde à Decemuiris ad Pontifices, & à Pontificibus tandē ad Prætores transiuisse.

De nexis. Cap. VIII.

GELLIVS libro vigesimo capit. 1. auctor est, sic in duodeciui scriptum fuisse: AEris confessi,rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto. Pòst deinde manus iniectio esto, in ius ducito,ni iudicatum facit: aut qui pseudo eo in iure vim dicit,secum ducito. Vincito,aut neruo,aut compedibus quindecim pondo,ne minore,aut si volet maiore vincito. Si volet,suo viuito: ni suo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato. Si volet plus,dato. Hic legis sententiam interrumpens Gellius, quid deinde fieri de nexis voluerint Decemuiri, excepta postrema legis parte,verbis propriis declarat: reliqua legis verba,magno studiosorum incommodo, antiquitatis fraude maxima supprimens. Erat,inquit,ius interea paciscendi,ac ni si pacti forent,habebantur in vinculis dies LX. Inter eos dies, trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur,quantæque pecuniæ iudicati essent,prædicabatur. Tertijs autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tyberim peregrè venum ibant. Et paulò pòst: Si plures forent, quibus reus esset iudicatus,secari si vellent,atque partiri corpus addicti sibi hominis,permiserunt. Et quidem verba ipsa legis dicam ne existimes inuidiam me istam fortè formidare: Tertijs nundinis partes secanto: si plus minusve secuerunt,sine fraude esto. Hactenus Sextus Cæcilius apud Gellium. Quia autem legem hanc mendosissimā esse,vel me tacente nemo est qui nō animaduertat,idcirco non eius duntaxat partē illam quę verbis Decēuirorum hic apud Gelliū mēdosè legitur, sed vniuersam argumētis aliquot, & coniecturis verisimilibus sic esse restituendam demonstrabo: AERIS CONFESSI, AERISQVE DEBITI IVDICATIS, TRIGINTA DIES IVSTI SVNTO. POST DEIN, MANVS INIECTIO ESTO: IN IVS DVCITO. NI IVDICATVM FAXIT, NEMVT QVIPS ENDO EO IN IVRE VINDEX ESIT, SECVM DVCITO. VINCITO AVT NERVO, AVT COMPEDIBVS QVINDECIM PONDO, NE MINORE, AVT SI VOLET MAIORE VINCITO. SI VOLET SVO VIVITO. NI SVO VIVIT, QVI EM VINCTVM HABEBIT, LIBRAM FARRIS ENDODIE DATO, SI VOLET PLVS, DATO. NI CVM ED PACIT, SEXAGINTA DIES IN VINCVLIS RETINETO. TRINIS NVNDINIS CONTINVIS IN COMITIVM PROCITATO, AERISQVE AESTIMIAM IVDICATI PRAEDICATO. TERTIIS NVNDINIS CAPITE POENAS LVITO, AVT TRANS TYBERIM PEREGRE VENVM ITO. AST SI PLVSES ESVNT REI, TERTIIS NVNDINIS PARTEIS SECANTO: SI PLVS MINVS VE SECVESVNT, NE SI FRAVDE ESTO. Nunc videamus quæ fuerint huius restitutionis rationes præcipuæ, quibus impulsi lectionem veterem sic immutauimus. Pro Rebusque iudicatis, reposuimus, AErique debiti iudicatis. Certè quia in hac lege non de confessi tantùm,sed etiam de æris debiti iudicatis tractatur. Confessi igitur æris,inquit Gellius,ac debiti iudicatis xxx. dies sunt dati. Et quod apud eundem Gellium sic nullo sensu legitur,ni iudicatum facit, aut qui pseudo eo iniure vim dicit: illud sic emendauimus: ni iudicatū faxit,nemvt quips endo eo in iure vindex esit. Festus auctor est, veteres pro fecerit faxit,& pro egerit axit dixisse: eosque pro nisi etiam,vnico verbo nemut,vsos esse. Iacob. Cuiacius,in antiquo exemplari,& valde fideli,pro quispiam,testatur legi quips. Cuiacij emendationem mirum in modum confirmat vulgaris lectio. Dubium enim non est,quin apud Gellium hæc verba, qui pseudo eo,ex his verbis,quips endo eo, librariorum imperitia deprauata sint. Qui legis verba non percipientes,dictionem quips,diuiserunt, & eius postremas litteras duas ps, sequenti dictioni endo,adiecerunt: & ita pro quips endo,qui pseudo,reposuerunt. Pro vim dicit,in eodem emplari, vindicit legi, refert idem Cuiacius. An veteres vindicit ea forma qua lauit, sonit, dixerint, subsisto. Quod autem sonit & lauit,veteres dixerunt, hoc inde est,quòd ijdem etiam lauere,& sonere dicerent, vt testatur Nonius Marcellus. Vindicere pro vindicare eosdem dixisse, non obseruaui. Illud profectò certissimum est, vindicem ab eo appellatum esse, si Festo credimus, quòd vindicat, quominus is qui prensus est,ab aliquo teneatur. Quid igitur obstat,quominus pro vim dicit, legamus, vindex esit? Maximè quòd hanc emendationem antiqua per vindicem asserendi ratio videatur confirmare, quam eleganter descripsit Liuius libro sexto: Centurionem,inquit,nobilem militaribus factis,iudicatum pecuniæ quum duci vidisset M. Manlius, medio foro cum caterua sua accurrit, & manum iniecit, vociferatusque de superbia patrum,& crudelitate fœneratorum,miserijs plebis,virtutibusque eius viri,fortunaq; : tum verò, Ego,inquit,nequicquam hac dextra capitolium, arcemque seruauero,si ciuem commilitonemque meum à Gallis victoribus captum, in seruitutem, ac vincula duci videam. Inde rem creditori palàm populo soluit libraque & ære liberatum emittit, Deos atque homines obtestātem,vt M. Manlio liberatori suo,parenti plebis Romanę, gratias referant. Indeque vindicem libertatis appellatum M. Manlium testatur paulò pòst idem Liuius. Aiunt Decemuiri, secum ducito. Quò? In neruum,in vincula, in carcerem priuatum Liuius lib. 6. An placeret (sunt verba C. Licinij Stolonis,in legis de ære alieno rogatione) fœnore circumuentam plebem ni potiùs quàm sortem, creditum soluat, corpus in neruum ac supplicia dare? & gregatim quotidie de foro addictos duci? & repleri vinctis nobiles domos? & vbicunque patricius habitet, ibi carcerem priuatum esse? Quòd autem pro libras farris, repo suimus libram farris, certa legis sententia hanc nobis emendationem suadere videbatur: ea siquidem legis est sententia, vt si illa,quam lex constituit, farris quantitate nexus non sit contētus,velit plus dari. Quis ergo tam erit imperitus,vt non intelligat,certam farris quantitatem legem expressisse? Si itaque legeris, libras farris, quomodo quæso fieri potest, vt plus petatur? Ideoque certam visi sunt Decemuiri farris quātitatem expressisse, nimirum libram vnam, qua si contentus non esset nexus, voluerunt plus dari. Voluerunt igitur Decemuiri nexos,ni suo viuerent, à creditoribus ali. Eoque respexisse visus est Terentianus ille Phormio,his versibus:

Alijs aliud est periculum,vnde aliquid abradi potest:
Mihi sciunt nil esse. dices,ducent damnatum domum.
Alere nolunt hominem edacem.
Huc quoque pertinet illud Plauti in Menæch.
Nam ego ad Menæchmum nunc eo,quoi iam diu
Sum iudicatus: vltrò eo vt me vinciat.
Nam illic homo, homines non alit,verùm educat,
Recreatque: nullus melius medicinam facit.

Sunt qui pro in dies,endo dies legunt. Ego contendo endodie, ea forma,& ratione legendum esse, qua apud Festum endoprocinctu vnica dictione legimus. Endoprocinctu, in procinctu: endoplorato,implorato: sic endodie,quotidie. Et hæc quidem ad illam legis partem, quæ apud Gellium ipsis Decemuirorum verbis mendosè legitur,sufficiant. Eam verò,quam proprijs verbis idem Gellius declarat, verbis prout potuimus Decemuiralibus,hoc est, antiquis, & quæ Decemuirorum temporibus Romæ in vsu fuisse existimamus, summo studio restituere conati sumus. Itaque hæc Gellii verba: Erat autem interea ius paciscendi,ac nisi pacti forent,habebantur in vinculis dies sexaginta: sic restituimus: Ni cum eo pacit, sexaginta dies in vinculis retineto. Sic locuti sunt etiam alio loco Decemuiri: Si membrum rupit,ni cum eo pacit,talio esto. Item hæc Gellij verba: Inter eos dies ternis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur,quantæque pecuniæ iudicati essent, prædicabatur: sic in legis formam redegimus: Trinis nundinis continuis in comitium procitato, ærisque æstimiam iudicati prædicato. Procitare veteres dixisse pro vocitare, & producere, scribit Festus: qui eosdem pro æstimatione, æstimiam dixisse etiam adnotatum reliquit. Denique quod idem Gellius nexos tertijs nundinis capitis pęnas dedisse, aut trans Tyberim peregrè venum ijsse scribit,hoc etiam in legem ita transtulimus: Tertiis nundinis capite pęnas luito, aut trans Tyberim peregrè venum ito. Cęterùm postrema huius legis pars, quæ etiam viciosa passim circumfertur,sic est à nobis restituta: Ast si pluses esunt rei, tertijs nundinis partes secanto: si plus minusve secensunt,nesi fraude esto. Veteres pro plures & plurima,plures dixisse, & plusima, est à nobis alio loco demonstratum. Dicebāt etiam se vel nesi, pro sine: & reorum nomine, actorem & reum promiscuè accipiebāt,vt tradit Festus. Illud autē hic quæri potest, cur Decēuiri noluerint addictos neruo aut vinculis quindecim pōdo minoribus vinciri? Respondeo id ita non sine certa,& aperta ratione Decemuiros prohibuisse. Scribit lib. 5. Festus, fuisse quædam sacrificia,in quibus ita clamitabat lictor: Hostis, vinctus, mulier, virgo exesto. s. interesse prohibebantur. Ex quo loco vinctos, siue nexos,sacris olim interesse solitos colligo. Et idcirco compedes quindecim pōdo maiores,qa essent grauiores, q̄ vt ijs cū sacris interfunt,sese vincti possent subducere,aut fugere,exp̄sè videntur requirere Decēuiri: ne si minores essent,aut nexis custos perpetuò adesset in sacris,aut sine custode aliquod fugæ pi culū subirent creditores. Et eò fortè spectat illa legis Decēuiralis particula, q̄ apud Festū lib. 12. Antonij Augustini diligentia sic emēdata legit: AST SI CVSTOS NEC ESIT. quū antea: Attæ custodes nec sint. peruersissimo sensu legeretur. Cōpedes quoq; quindecim pondo grauiores, ideo permiserunt, ne si fortè robustiores essent debitores, q̄ vt compedib. quindecim pondo se-

Source : BIU Cujas

do fecurè poſſent à fuga retineri, aliqua ſecuritas creditoribus adimeretur. Voluerũt ergo Decẽuiri addictos compedibus indui quindecim pondo maioribus, non autem minorib. Non ꝙ creditores ſi vellent, prohiberentur eos minoribus induere, ſed quòd inuiti minorib. induere non cogerentur. Ceterùm ante xij. tabulas, non ſolùm in vincula, in neruum, aut aliò, quò creditorib. erat lubitũ, addicti ducebãtur, iuxta Plauti illud in Bacch. Ducito nos quocunque lubet, tanquam vobis addictos quidẽ: ſed etiam verberibus cædi, fame enecari, aliisque grauiſſimis, & inhumanis cruciatibus affici ſolebant. Refert enim Liuius, anno ab vrbe condita CCLIX. Appio Claudio, & P. Seruilio COSS. ciuitatem ſecum ipſam diſcordem, inteſtino inter patres plebem que flagraſſe odio, maximè propter nexos ob æs alienum. Magno, inqt Liuius, natu quidam, cum omnium maiorum ſuorũ inſignibus ſe in forum proiecit. Obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie perempti. Ad hoc, pmiſſa barba, & capilli efferauerant ſpeciem oris. Noſcitabatur tamẽ in tanta deformitate, & ordines duxiſſe aiebant, aliaque militiæ decora vulgò miſerantes eum iactabant: ipſę teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarum, cicatrices aduerſo pectore oſtentabat. Sciſcitantibus vnde ille habitus, vnde deformitas, cùm circumfuſa turba eſſet, propè in concionis modum: Sabino bello, ait, ſe militantem, quia propter populationes agri, non fructu modò caruerit, ſed villa incẽſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe, id cumulatum vſuris, primò ſe agro paterno, auitoque ſe exuiſſe, deinde fortunis aliis, poſtremò velut tabẽ peruenisse ad corpus: ductum ſe ab creditore, non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe. Inde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum. Ad hæc viſa auditaque clamor ingens oritur: non iam foro ſe tumultus continet, ſed paſſim totam vrbẽ peruadit. Nexu vincti, ſolutiq; ſe vndique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem: nullo loco deeſt volũtarius ſeditionis comes. Et idcirco idem Liuius Seruilium edixiſſe refert, ne quis ciuem Romanum vinctum, aut clauſum teneret, quominus ei nominis edendi apud Conſules poteſtas fieret, ne quis militis, donec in caſtris eſſet, bona poſſideret, liberos nepotesue eius moraretur. Vnde ſatis apparet, ante duodecim tabulas hanc legem Decemuiralem in vſu Romæ non fuiſſe. Tunc enim nexu vincti, verberibus cædi, perpetuisque vinculis indui, & in priuatum carcerem, velut in carnificinam coniici tamdiu à creditoribus ſolebant, donec illi vel creditorum miſeratione, vel boni vindicis indulgentia, & liberalitate nexu ſoluerentur. Decemuiri verò hanc nimiam crudelitatem alio verùm neſcio an mitiore addictos territandi, excruciandique medio penſarũt. Quum enim illi antea in neruo, ac vinculis ſic detinebantur, vt niſi iis liberarentur, totam in vinculis ætatem conſumerent, ſatiùs eſſe exiſtimauerunt Decemuiri, certo tempore eos vinciri, deinde peregrè venum mitti. Conſultiùs ſiquidem eſſe iudicarunt, eos ſexaginta duntaxat dies in vinculis eſſe, deinde venum peregrè mitti, quàm domi perpetuis vinculis contineri, ac ſeditioſis hominibus perpetuam crudelitate, immanique creditorũ ſæuitia, populi illacrymatione, odio patrum, plebisque inconſtantia, bellis inteſtinis, ac ſeditionib. feneſtram aperire. Fuit autem hæc Decemuiralis lex non deſuetudine, ſed expreſſa Conſulari lege abrogata anno ab vrbe condita CCCCCCXXX. L. Papirio Mugellano, qui etiam Curſor dicitur, C. Pœtelio. II. COSS. & tunc quidem ſectionem, pœnamque capitis in bonorum proſcriptionem conuerſam fuiſſe, rectè ex Tertulliano Cõtius obſeruauit. Sanè ſi bona iudicato non ſufficerent, adhuc vincula, & addictio in vſu fuiſſe videntur, auctore Gellio: ſed ita, vt nec venum ampliùs peregrè debitores mitterentur, nec ſectioni capitisve pœnæ ſubiecti forent, ſed adhoc tantùm in vinculis eſſent, vt operas in ſeruitute pro iudicato præſtarent creditoribus, donec illis ſatis abundè factum eſſet. Idque confirmat illud Senecæ lib. VII. cap. X. de benef. O miſerum, inquit Seneca, ſi quem delectat ſui patrimonij liber magnus, & vaſta ſpacia terrarum colenda per vinctos, & immenſi greges pecorum per prouincias, ac regna paſcendi. Et quamuis Sulla Dictatore nexi omnes qui bonam copiam iuraſſent, fuerint diſſoluti, auctore Varrone lib. VI. de ling. Lat. idcirco tamen poſt Salluæ tempora addici, nectique debitores non deſierunt. Conceſſiſſe quidem illud Sullam C. Popilio roganti Varro ſcribit, fortè non vt eo iure ciues Romani perpetuò vterentur. Dico Varronem ſic intelligi poſſe, ſiquidem in re tam perplexa definire nihil certi ausus ſum.

De vindicibus. Cap. IX.

CApite cenſi dicebantur, qui nullo, aut perquàm paruo ære cenſebantur: proletarij à munere, officioque prolis edendę appellati ſunt, quòd cùm re familiari parua minus poſſent Rempubli. iuuare, ſobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent: aſſiduus autem & pro locuplete ponitur, & pro facilè munus faciente: dictus ab aſſibus, id eſt, ære dando, quum id tempora Reipub. poſtularent: aut à muneris pro familiari copia faciendi aſſiduitate, auctor Gellio noct. Attic. lib. XVI. cap. x. Eoque ſenſu proletarium & capite cenſum accepiſſe viſus eſt etiã Arnobius, aduerſus gentes lib. II. Deſinite, inquit, hominem, proletarius cùm ſit, claſſibus, & capite cenſeatur, adſcribere ordinibus primis: cùm ſit inops, pauper lare, & tugurij pauperis, nec patriciæ claritatis vnquam meritus nuncupari. Sed quorſum hæc? Nimirum vt intelligamus, quid illud ſit quod in duodecim tabulis idem Gellius ita ſcriptum fuiſſe ait: ASSIDVO VINDEX ASSIDVVS ESTO, PROLETARIO CIVI QVIVIS VOLET VINDEX ESTO. Diximus ſuperiore capite, vindicem, auctore Feſto, veteres eum appellaſſe qui vindicabat, quominus is qui prenſus erat, ab aliquo teneretur: hoc eſt, qui prenſum, nexum, ſiue addictum liberabat. Ea forma, & ratione, qua vindicem æris alieni, libertatisque, pro redemptore in epiſtolis ad Atticum, aliisque in locis accepiſſe videtur Cicero. Eoque ſenſu accepiſſe etiam viſus eſt, vindicem libertatis, Liuius libro ſexto. Id verò, inquit, ita accendit animos, vt per omne fas ac nefas ſecuturi vindicem libertatis viderentur. Sic Brutum idem Liuius vindicem appellat libertatis, libro vndecimo. Brutus, inquit, prior concedente collega faſces habuit, quòd nõ acrior vindex libertatis fuerat, quàm deinde cuſtos fuit. Immò pro aſſertore antiquos vindicem interdum poſuiſſe, in libro de teſtimonio animæ liquidò demonſtrat Tertullianus: Cur, inquit, alibi ſeruit, alibi vindicem conuenit? Proinde errare mihi plurimùm videntur, tam hi qui per vindicem in hac lege procuratorem, quàm illi qui fideiuſſorem intelligunt. Aliò enim reſpexiſſe videntur Decemuiri. Eò nimirum, vt noluerint à prolete tariis ciuibus, ciues aſſiduos creditoribus addictos vindicari. Certè ne proletarij cùm ſint tenuioris fortunæ, quàm vt aſſes poſſint dare, quibus aſſiduos è vinculis eximerent, ipſi pro aſſiduis & ſe, ſuosque liberos, familiamque totam in diſcrimen adducant: neve corpus liberum immuneque, aſſidui hominis liberandi gratia, ſeruituti capitisque pœnę, aut ſectioni ſubiiceretur: quod quàm iniquum ſit, nemo eſt qui non intelligat. Et ita quidem in effectu aliud nihil viſi ſunt voluiſſe Decemuiri, quàm aſſiduos non ſeruitiis cuiuſquam, aut deditionibus, ſed aſſibus vindicandos. Nã cũ aſſiduo lex aſſiduũ eſſe vindicẽ iubet, locupletẽ iubet locupleti, inquit Cice. in Top. Locuples enim aſſiduus, vt ait AElius, appellatus eſt ab ære dando. Eſſe quidem perquàm iniquum, alterum pro altero pignorari, etiam Theodoricus Italiæ Gothorumque Rex, apud Caſſiodorum libro quarto variar. intellexit: tam inquam, quàm Romani, quàm Decemuiri. Ideo autem proletario quemuis vindicem eſſe permiſerunt Decemuiri, quia eorum debita non ſolent eſſe grandiora, quàm quæ ære exiguo lui potuerint. Et ita mihi videtur.

De teſtibus. Cap. X.

NOn ſolùm in teſtamentis, quæ per æs & libram fiebant, ſed etiam in aliis omnibus mancipationibus, is qui teſtis libripèns ve fuerat, ſi fidem perhibiti teſtimonij non approbaret, improbus erat, & inteſtabilis. Idque expreſſa quadam lege Decemuirali eſſe definitum, Gellius auctor eſt, libro XV. ca. XIII. quam huncin modum puto reſtituendam eſſe: QVI SE SEIERIT TESTARIER, LIBRIPENSVE FVERIT, NI TESTIMONIVM FARIATVR, IMPROBVS INTESTABILISQVE ESTO. In omnibus antiquiſſimis exemplarib. impreſſis & manuſcriptis, non in teſtimonium feriatur, ſed inteſtimonium fariatur, expreſè legitur. Vnde ſtatim coniecturam duxi, ita legendum eſſe, ni teſtimonium fariatur: & verbum fariari priſcum eſſe, eoque pro fari veteres eſſe vſos. Huiuſmodi ſiquidem antiquis fuiſſe morem teſtatur Diomedes, vt in dictionibus quibuſdam ſermonem ex abundanti adderent, nihilq; adiecta ſyllaba dictionibus conferret. Quo modo aggrediri, pro agredi: item moriri, pro mori, veteres dixiſſe ſæpius animaduerti. Plautus in Trucul.

——Nullam rem oportet doloſè aggrediri.

Idem in Rudent.

——Certum eſt moriri, quàm hunc pati
Lenonem in me graſſari.

Et ita fariari etiam antiquos dixiſſe, pro fari, non dubito. Igitur, Qui ſe ſeierit teſtarier, hoc eſt, qui ſe vocari in teſtem paſſus eſt, libripensve fuit: ni teſtimonium fariatur, hoc eſt, ſi de perhibito teſtimonio rogatus, illud fari, eiusque approbare fidem non voluerit, improbus inteſtabilisque eſto. Sic nimirum vt non tantùm, ſicut Theophilus videtur interpretari, ex alieno teſtamento quicquam capere, aut iure teſtamenta condere, aut in teſtamento teſtis eſſe prohiberetur: verùm etiam vt ab omnibus nexus & mancipationum ſolennibus ſic arceretur, vt nunquam vel eius recipi, vel ei teſtimonium dici poſſet. cap. XXVI. de teſtament. Eoque ſenſu inteſtabilem Plautus etiam videtur accepiſſe in milite glorioſo:

Quid

Source : BIU Cujas

Iac. Rævardi Ad leges xij. Tab.

Quid si id non faxis? P. vt viuam semper intestabilis.
Nunc de illo videndum, qui falsum perhibuit testimonium. Et sanè hunc è Tarpeia rupe præcipitari Decemuiri voluerunt, idque apertè testatus est Sextus Cecilius apud Gellium lib xx. c. 1. Qua de re ab alijs accuratè satis plurima sunt in hanc legem adnotata.

De eius cui testimonium defuit obuagulatione. Cap. XI.

PORTVM, inquit Festus, in duodecim, pro domo positum, omnes ferè consentiunt: CVI TESTIMONIVM DEFVERIT, IS TERTIIS DIEBVS OB PORTVM OBVAGVLATVM ITO. Idem alio loco vagulationē in hac Decemuirali lege, quæstionem interpretatur eum conuitio. Et ob, præpositione, antiquos vsos esse pro ad, testis est Ennius, cùm ait lib. 14.

Omnes occisi, obcensique in nocte serena.

Ideſt, accensi. Hæc cùm ita sint, nunc quid sibi Decemuiri voluerint videamus: Cui testimonium deest, hoc est, qui suam intentionem nullo potest testimonio confirmare, is die tertio ad ædes aduersarij obuagulatum ibat, hoc est, aduersario, iustum testibus adhibitis conuicium faciebat. Veluti si quid esse in tuis ædibus contenderem, quod quum verè ad me pertineret, tamē apud te esse nullo testimonio poteram demonstrare, illudque mihi restituere vno & altero die rogatus omnino recusares, mihi permisisse videntur Decemuiri, quandoquidem deficiente testimonio inutiliter iure, aut lege ageretur, tertio die ad ædes venire, ibique ante tuas ædes rem meam repetere cum conuicio: siue, vt vtar Plauti verbis, te pipulo ante ædes tuas differre. Et hanc quidem interpretationem nostram, ita apertè visus est Plautus confirmare, vt verisimiliorem non posse, attentiùs paululuùm loco Plaurino quem subijciam perpenso, legis huius declarationem excogitari, nemo non continuò fateatur. Plautus in Aulularia cuiusdam Congrionis meminit, qui cùm à Megadoro ad nuptialem cœnam coquendam (erat enim coquus) conductus esset, & idcirco vasa in ædes Euclionis intulisset, ædibus vi eiectus vasa sibi ab Euclione petijt restitui: cumque ea reddere Euclio negaret, quia Cōgrioni defuit testimoniū, quo docere posset, sua vasa esse in Euclionis ædibus, certè repetere ea iudicio nequiuit. Quid igitur fecit? Quid? Pipulo ante ædes Euclionem, ni vasa redderet, differre voluit, hoc est, vt Decemuiri loquuntur, ob portum Euclionis obuagulatum ire. Plauti verba sunt hæc:

Ita me bene amet Lauerna, tu iam nisi reddi
Mihi vasa iubes, pipulo hic differam te ante ædes.

Pipulum idem esse quod conuitium Varro scribit lib. 6. de lingua Latina. In Aulularia, inquit, pipulo te differam ante ædes, ideſt, conuitio, declinatum à pipatu pullorum. Quia igitur obuagulatio etiam nihil est aliud quàm conuitium, quis dubitabit, quin eadem planè sint, ob portum obuagulare, & pipulo alicui ante ædes differre? Quòd igitur Euclionem ante ędes differre pipulo volebat Congrio, id omni legis huius Decemuiralis auctoritate facere voluisse visus est. Cęterùm effectus obuagulationis is olim fuisse videtur, vt tertio die, iusto præsentibus superstitibus conuitio solenniter ob portum facto, licuerit conuitiatori eius qui conuitium passus erat ædes cum ijsdem testibus iugredi: & liberam res suas quærendi in suis ædibus potestatem facere is cui conuitium factū erat suo conuitiatori cogebatur. Indeque Festum obuagulationem definiuisse quæstionē, hoc est, inquisitionem cum conuitio, est verisimile. Ea nimirū ratione, qua furtorum quæstiones cum lance & licio illæ furtorum inquisitiones veteribus dicuntur, quæ cum lance & licio fieri solebant.

De tutelis. Cap. XII.

LEGE duodecim tabularum, inquit Caius, permissum est parentibus liberis suis, siue fœmini, siue masculini sexus, si modò in potestate sint, tutores testamento dare cap. 1. de testa. tut. Legisq; hæc fuisse verba: PATERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA TVTELAVE SVAE REI, ITA IVS ESTO. in fragmentis testatus est Vlpianus tit. XI. & auctor ad Herennium libr. j. Quam legem deinde interpretans Pomponius, his verbis, Vti legassit super pecunia tutelave suæ rei, ita ius esto (sic enim restituendus est hic Pomponij locus, qui in Pandectis etiam Florentinis mutilus hunc in modum legitur Vti legassit suæ rei &c.) latissimam putat potestatem tributam videri, & hæredis instituendi, & legata & libertates, dandi, tutelas quoque constituendi: sed id interpretatione coangustatum esse, vel legum, vel auctoritate iura constituentium cap. CXX. de verb. sig. Cęterùm quibus testamēto tutor datus nō erat, his agnati legitimi tutores, fuerūt. Legitimæ tutelæ, inquit Vlpianus, lege xij. tabularum agnatis delatæ sunt, & consanguineis. cap. j. de legi. tut. Decemuiri consanguineorum nomen non agnoscūt: liberos enim appellant suos hæredes, consanguineos verò omnesq; qui ex latere familiam attingunt per sexum virilem, communi nomine agnatos vocāt, vt alio loco demonstrauimus. Legitimi tutores sunt, inquit Vlpianus, qui ex lege aliqua descendunt: per eminentiā autem, qui ex lege XII. tabularū introducūtur. ntroducūtur quidem vel propalam, hoc est, specialiter, siue nominatim, quales sunt agnati, vel per consequentiam, quales sunt patroni. Non enim expressa lege aliqua Decemuirali impuberis liberti patrono defertur tutela, sed quia patronis hæreditates libertorū lege duodecim tabularū ab intestato concedunt, & quia natura æquū est, ad eū onus tutelæ pertinere, ad quē commodū spectat successionis iō p ꝙñam manumissor impuberis manumissi tutor efficitur: non tam verbis quàm legis sententia, ideoq; etiam legitimus appellatur. c. 2. de legit. tutor. Non enim id tantùm qđ nominatim lege cautū erat, legitimū dicebatur, verūetiam qđ perinde accipiebatur per interpretationem, atq; si legis verbis expressè introductum fuisset. Ea fortassis ratione, qua multorū matrimoniorum experientiam, legitimæ cuiusdam intemperātiæ signum appellat Valerius lib. 2. c. 1. Non enim verbis expressis alicuius legis huiusmodi matronis imperata fuit intemperātia, sed legis illius quę cōtra cœlibatū alquādo lata fuit, vera sententia, intemperantia huiusmodi suadere omnino videat, eaq; etiam idcirco legitima videtur à Valerio appellata fuisse. Et hęc hactenus de tutelis, quibus illud etiam addendum videtur: nimirum suspecti tutoris crimen ex lege 12. tabularū descendere, tutoremq; propter admissam administrationem, in duplum eadem lege teneri. ca. 1. de suspect. tut. 55. de administr. & peric. tut. quod qua ratione accipiendum sit, alij docuerunt.

De Curatoribus furiosi, vel prodigi. Cap. XIII.

VOLVERVNT Decemuiri, furiosos in tutela agnatorum esse, gentiliumq;. Cicero legem his fuisse conceptam verbis testatur, lib. 1. de inuentione: SI FVRIOSVS ESSE INCIPIT, AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO, PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. Paulus admonuit, hæc verba agnatorum gentiliumq;, pro separatis accipienda esse, c. LIII. de verb. signif. Quod quidem verissimū est: Decēuirorū enim huiusmodi videtur esse sentētia, vt voluerint agnatis deficientibus, ad eos gentiles qui agnati non sunt onus huiusmodi tutelæ deuolui. Gentilis, inquit Festus, dicitur, & ex eodem genere ortus, & is qui simili nomine appellatur: vt ait Cincius, gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. Ergo gētiles non eos tantū veteres appellasse videntur, q ex eodem genere essent orti: sed illos etiam, qui licet non generis eiusdem, eiusdem tamen nominis erant: eoq; sensu gentiles etiam serui appellabantur, vt Marcipor, ideſt, Marci puer, auctore Plinio: sic etiam ab aliis adnotatū est, Ciceronem Regem Tullīū gentilem suū appellasse, cùm interim ab eo genus Cicero nequaquā traheret. Sed de istis gentilibus. Decemuiri hic non loquuntur. Illi siquidem de huiusmodi gentilibus sentiunt, quales definiuit, Sceuolam secutus, in topicis Cicero, hunc in modum: Gentiles sunt qui inter se eiusdem nominis sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Elegans definitio: in qua maiores appellari patrem & auū, docuit rectissimè Connanus. Idem Connanus gentem familiarum multitudinem denotare, acutè (vt est lepidus & totus acutus) adnotatum reliquit. Gētilis igitur appellari non potest is, cuius maiores, hoc est, auus & pater, seruitutē seruiuerūt. Certè qa in seruis gētilitia natura nō suberat in vsū, in nostris nominibus, q sumus in Latio, & liberi, necessaria, inquit Varro, lib. VIII. de lingua Latina. Quia igit q ex seruis maioribus est ortus, nullā ex aliqua familia genus trahit, id circo fieri non potuit, vt is aut esse, aut appellari gētilis aliqua ratione posset. Verùm eius nepotes, abnepotes, trinepotes, & ita deinceps, eorumq; filij: rursus patruus, eiusq; filij, nepotes, eorumq; filij, & nepotes, vsq; in infinitū, rectè gentiles inter se & erant & appellabantur: quamuis ille, à quo hi omnes genus primò duxerunt, seruitutem aliquando seruiuisset. Desinuntq; gētiles appellari, si capite fuerint diminuti. Vt enim agnationis, ita gentilitatis iura capitis diminutione extinguunt. Et hanc esse puto sententiam verissimam, illius gentiliū definitionis, quā ex Cicerone hic adnotauimus. Nunc illud addendum est, agnatos à gentilibus in hoc differre, vt agnati omnes gentiles sint, sed non contrà, omnes gentiles agnati. Gentem enim quamlibet habuisse olim stirpes varias, hoc est, domos, siue familias, Variorum libro quinto à nobis est adnotatum. Quot igitur gentis vnius erant familiæ, totidem diuersæ eiusdem gentis fuisse videntur agnationes. Agnatos enim Iureconsulti appellant, auctore Vlpiano, cognatos virilis sexus ab eodē ortos. ca. 2. de suis & legit. Veluti patruus eiusq; filij & nepotes, mihi sunt agnati, quia ab eodem orti sunt, à quo meus pater. Verùm patruus magnus, eiusq; liberi, mihi non agnati, sed gentiles duntaxat sunt.

Quæ

Source : BIU Cujas

Quæ cùm ita sint,iam facilè intelligimus, in hac lege Decemuiros aliud nihil voluisse, quàm ad agnatos tutelam furiosorum omnino pertinere, & si nullus extaret agnatus,ad gētilem post agnatos proximum. Nec quidem furiosus duntaxat,verumetiam prodigus ad agnatos,gentilesque deduci solet.;Lege enim XII. tabularum prodigo interdictam bonorum suorum administrationem fuisse, antiqua iuris cuiusdam moribus introducti prærogatiua, testatus est Vlpianus cap. 1. de curat. furios. Quo iure Caium quendam Licinium cognomine Hoplomachum à Prætore postulasse refert libro viij. Valerius, vt patri suo bonis,tanquam ea dissipanti interdiceretur.Solēt enim,inquit, Vlpianus, Prætores si talem hominem inuenerint,qui neque tempus, neque finem expensarum habet,sed bona sua dissipando,& dilacerando profudit,curatorem ei dare exemplo furiosi.d.cap.1.

De seruitutibus itineris,actus,& viæ.
Cap. XIIII.

ACtus,vt Varro,& Festus scribunt, in latitudinem pedes habebat quatuor, fortassis quòd ea quadrupes ageretur. Viæ latitudo,auctore Caio, ex lege xij. tabularū in porrectum octo pedes continebat:in anfractum,idest, vbi flexum erat, sedecim. cap.viij.de seruit.præd. rust. Idq; sic etiam Varro tradidit de lin. Lat.lib.vj.Anfractum,inquit, est,ab origine flexum duplici: dictum ab ambitu & frangendo: ab eo leges iubent viam in directo pedum octo esse,in anfracto sexdecim,hoc est, in flexu. Iter autem duorum habebat vel trium pedū latitudinem. Et proinde qui iter habet,actum non habet: sed contrà, qui actū habet, is iter habet.c.j.de seruit.præd.rust.Cæterùm via,actum,iter & sc continet:hoc est,qui viam habet,ius habet itineris,quod videlicet ex duorum, aut trium pedum latitudine constat: ius habet etiam actus,hoc est, non trium solùm,sed etiam ius quatuor pedum:qui simul septem pedes conficiunt. Iam si addideris octauum pedem,non iter,non actum duntaxat, sed etiam seuia continebit, hoc est, ius octo pedum. Errant profectò qui sic putant Vlpianum scripsisse:Nam & iter, & actum in se via continet. d. cap.1.Rectè enim pro in se,legimus & se, in Pandect. Flor. Nec quidem dubium est, quin ad vulgarem actus & itineris, legitimamque viæ latitudinem eo in loco respexerit Vlpianus. Ad quam semper esse respiciendum docet Iabolenus,cùm alia,aut latior, aut angustior octo pedibus, non est inter contrahentes viæ seruitus expressa.c.13.§.11.d.tit.Voluerunt itaq; Decemuiri, legitimam viæ latitudinem octo pedum spacio comprehendi. Iidem si via esset immunita, cui viæ seruitus debebatur, ei qua vellet agere iumentum permiserunt: quemadmodum pro Cecinna M. Cicero testatus est. Adderem nonnulla de parietum ambitu, quem esse sestertium pedem Decemuiri voluerunt,nisi ea de re Brissonius in suis elegantissimis antiquitatum commētariis luculenter scripsisset. Sanè Varro scribit de ling. Lat. lib. 4. duodecim tabularum interpretes ambitum parietis circumitum interpretatos esse.

De sumptibus funerum,& iure sepulchrorum.
Cap. XV.

CIcero libro 11. de legibus refert,in duodecim tabulis scriptum fuisse: HOMINEM MORTVVM IN VRBE NE SEPELITO, NEVE VRITO.eiusque causam fuisse ignis periculum:vel, Paulus lib.1.,sentent.scribit, ne funestentur sacra ciuitatis.Porrò Decemuirali isto iure Romani vsi non sunt perpetuò. Ipse enim Cicero auctor est, nonnullos in hoc solutos legibus consecutos esse,vt in vrbe & vri,& sepeliri possent.Idem Cicero lib. xiiij. ad Atticum scribit,Caium Cæsarem in foro combustum laudatumque miserabiliter fuisse.Meministi ne, inquit, te clamare causam periisse, si funere elatus esset? At ille etiam in foro combustus,laudatusque miserabiliter,seruique & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Nec quidem mortuum hominem in vrbe duntaxat sepeliri,aut vri prohibuerunt Decēuiri, verumetiam nec ascia fieri, nec poliri rogum permiserunt. Scribit enim in eodem lib. 11.de legibus Cicero, minutos fuisse sumptus, lamentationesque funebres Solonis & duodecim tabularum legibus:& hoc plus lege Decemuirali contineri, ne rogus ascia fieret, nèue poliretur. Sic enim apud Ciceronem legitur: Iam cetera in duodecim: Minuendi sunt sumptus lamentationeque funeris:translata de Solonis ferè legibus: hoc plus inquit, Ne facito rogum ascia,ne polito. Hæc Cicero. Sensus est, quæ de minuendis sumptibus lamentationibusque funerum Decemuiri scripserunt,ea ferè omnia de Solonis legib.translata sunt:sed hoc plus lex xij.tabularum inquit:hoc est,lex xij. tab.illud plus continet legibus à Solone latis, Ne facito rogum ascia, ne polito.Sunt enim hæc verba,hoc plus. non Decemuirorum, sed Ciceronis,quibus lex illa Decemuiralis denotatur,quæ à Solone repetita non est. Quod qui non animaduerterunt, fuisse hanc legem his verbis conceptam existimarunt. Hoc plus ne facito, rogum ascia ne polito. Sic igitur legendum est, NE FACITO ROGVM ASCIA, NE POLITO. vt ita affabrè constrúi rogum,aut dedolatis aliquibus lignis expoliri, videantur Decemuiri prohibuisse: sed potiùs ex incompositis impolitisque lignis,sine arte simul. congestis, pyram fieri voluisse. Ascia enim instrumenti genus erat, non solùm poliendis lignis, sed etiam construendis, connectendisque aptum: quo in calcis maceratione veteres etiam vsos esse,testatur Vitruuius de architect.lib.vij.cap.11.Igitur Decemuiri ascia, siue arte aliqua fabrica,fieri vel expoliri rogum noluerunt. Ceterùm sumptu tribus riciniis,& vinculis purpuræ, & decem tibicinibus extenuato,sustulerunt etiam lamentationem Decemuiri, vt eodem in loco scribit Cicero.Ricinium esse, refert Festus, omne vestimentum quadratum: eosque qui duodecim interpretari sunt. ricinium appellasse virilem togam, qua mulieres vtebantur, prætextam clauo purpureo.Quia igitur vnumquodq; ricinium clauum habebat purpureum,vtique obscurum nō est,quid hic per tria purpuræ vincula intellexerit M. Cicero. Ait enim sumptum funebrem tribus riciniis, & vinculis purpuræ extenuatum fuisse: haud dubiè per tria ricinia,& vincula purpurę,tres viriles togas, tribus clauis purpureis prætextas intelligens. Sic, ni fallor, vt in funere tres duntaxat fœminas tribus riciniis indutas esse Decēuiri voluerint, non autem vt vna fœmina tria ricinia indueret.Et cùm nænias ad tibias canere in funerib.more quodam inueterato etiam receptum esset, cum morem non sustulerunt: sed quia infinito quodam tibicinum numero funera grauabantur, Decemuiri plures in funere tibicines esse quàm decem prohibuerunt.Qui quidem tibicines idcirco adhibebantur,vt ad funebres eorum tibias(quas Flamini audire nefas erat) næniæ mortui hominis laudandi causa canerentur, auctore Festo. Fuisse etiam præficas idcirco olim conductas,vt ante domum mortui laudes eius canerent,Varro testatus est,citans illud Næuij: Hæc quidem herclè opinor præfica est,nam mortuos conlaudat. Eoque spectat Plauti illud in Truculento:

Sine virtute argutum ciuem,mihi habeam pro præfica:
Quæ alios conlaudare absentes,sese verò non potest.

Cicero scribit,legem quoque Decemuiralem his verbis lamentationem sustulisse: MVLIERES GENAS NE RADVNTO, NEVE LESSVM FVNERIS ERGO' HABENTO. Plinius libro xj.cap.XXXVII.Infra oculos,inquit,malæ homini tātùm,quas prisci genas vocabant, duodecim tabularum interdicto radi à fœminis eas vetante.Pudoris hæc sedes,ibi maximè ostēditur rubor.Radere veterib.idem erat,quod vnguibus cruētare, digitisve conterere:indeque fidicines,à radendis siue conterendis fidibus veteres appellasse rasores,testatur Festus.Voluerunt igitur in effectu Decemuiri,lacrymis cadere permittendū, non imperandum. Quid autem per lessum Decemuiri intellexerint,veteres interpretes Sextus AElius, Lucius AElius,non satis se intelligere dixerunt,inquit Cicero,sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris esse.Lælius lessum interpretatur,quasi lugubrem eiulationem,vt vox ipsa significat.Illudque eò magis verum Ciceroni videtur,quòd lex Solonis idipsum vetet:eoque sensu Plautus lessum videtur accepisse, cùm sic in Truc.scriberet:

—Stultus es,
Qui facta infecta facere verbis postules: Thetis quoque etiam
Lamentando lessum fecit filio.

Quasi dicat Plautus, lamentis gemituque & fœmineo vlulatu, vt vtar Poetæ verbis, filium defleuit Thetis, & tamen suis illa lacrymis quod factum erat infectum reddere non potuit. Et sic quidem hunc Plauti locum accipiendum esse, euidenter in libro de anima docet Tertullianus: Planè, inquit, stygias paludes Poeta tradidit mortem diluentes. Sed & Thetis filium planxit.His addenda est alia quoque lex, quam in eodem libro vndecimo, de legibus ex duodecim tabulis Cicero his verbis refert: HOMINI MORTVO NE OSSA LEGITO, QVO POST FVNVS FACIAS. & ait excipi bellicam peregrinamque mortem. Quid autem in hac lege sibi voluerint Decemuiri, Cicero non expositit. Et certè, vt quid mihi videatur paucis exponam, multum interesse puto, inter ossa legere homini mortuo, & inter hominis mortui ossa legere: nam ossa hominis,quæ dispersa sunt,& non cohærent, cùm simul colliguntur, tunc hominis ossa legi dicuntur. Seneca libro vndecimo de ira. Dignus fuit, cui permitteret à conuiuio ad ossa filii legenda discedere. Apuleius libro tertio florid. Rectà de auditorio ad exequias eundum, legenda eius esse ossa, mox carmina. Ceterùm homini mortuo leguntur ossa, cùm eius cadaueri aliqua ossa adimuntur. Eoque sensu viuis ossa legere dixit idem Seneca in lib.de Consolat.Adiice,inquit,incendia,ruinas,naufragia,lacerationes Medicorum ossa viuis legentium,& totas in viscera manus dimittentium. Legere siquidem pro adimere, & auferre veteres dixisse, non est obscurum, si consi-

Source : BIU Cujas

si considerem̃us eum dicendum esse sacrilegum, qui adimit, qui aufert res Deo ritè consecratas. Horatius serm lib. 1. sat. 3.

Nunc vincet ratio hoc, tantundem, vt peccet, idemque
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus Diuum sacra legerit.

Membrum abscindi mortuo dicebatur, inquit Festus, quum digitus eius decidebatur, ad quod seruatum iusta fierent reliquo corpore combusto. Et idcirco Decemuiros cùm vetant homini mortuo ossa legi, per ossa, membrũ aliquod ex ossibus duobus aut tribus constans, vt est digitus, existimaui intellexisse: illudque homini mortuo adimi vetuisset, ni is aut peregrè, aut in bello mortuus esset. Quum enim alicui digitus legitur, certè eidem adimuntur, siue leguntur ossa, quò post funus fiat, hoc est, vt Festus interpretatur, membrum adimitur ad quod seruatum iusta fiant reliquo corpore combusto. Credo, quia molestũ esset, ad eum locum amicos exequiarum caussa euocare, vbi quis bello occubuisset, vel vbi ciuis Romanus inter peregrinos mortem obijsset. Ideoq; homini huiusmodi mortuo permiserunt Decemuiri ossa legi, quò post funus fiat, hoc est, membrum aliquod adimi, ad quod seruatum iusta Romæ fierent, reliquo corpore apud peregrinos combusto. Hæc præterea sunt in duodecim de vnctura: SERVILIS VNCTVRA TOLLITOR, OMNISQVE CIRCVMPOTATIO. Audio legem hanc sic exponi, quasi pollinctores ne sint Decẽuiri prohibuerint. Profectò hi non rectè mihi intellexisse visi sunt, quales olim dicerentur haberenturque pollinctores. Pollinctores dicebantur, non qui cadauera vngebãt duntaxat, sed etiam libitinariorum, quibus cadauera eluenda, commundanda, exornandaq; locabantur, serui. c. 5. §. 1. de inst. Eoq; sensu pollinctores Plautus accepisse visus est in Pœnulo:

Carthaginenses fratres patrueles duo
Fuere, summo genere, & summis diuitijs,
Eorum alter viuit, alter est emortuus.
Propterea apud vos dico confidentiùs,
Quia mihi pollinctor dixit qui eum pollinxerat.

Proinde sic hanc legem intelligo, quasi per illam vngi seruorũ corpora Decemuiri prohibuerint. Solitas etenim alioqui in funus mortui serui impensas fieri, testatur Vlpianus ca. 14. §. 19. de act. empt. Sustulerunt etiam omnem circumpotationem seruilem. Nam liberi homines quominus coronati parentãtes, quũ supra tumulum dapes posuissent, circumpotare potuerint, nulla lege mihi prohibitum fuisse videtur. His adde sumptuosam respersionem, longasq; coronas, & acerras etiam Decemuiros sustulisse. Sumptuosam respersionem, murratam potionem Festus appellare visus est. Murrata, inquit, potione vsos antiquos indicio est, quòd etiam nunc AEdiles per supplicationes Dijs addunt ad puluinaria, & quòd duodecim tabulis cauetur, ne mortuo indatur, vt ait Varro in antiquitatum lib. 1. Scribit etiã Plinius lib. 14. ca. 12. Numam legem huiusmodi tulisse: VINO ROGVM NE RESPERGITO. Sed quia illud Numam sanxisse propter rei inopiam non dubitauit Plinius, existimo vino duntaxat murrato rogum respergi vetuisse Decemuiros, eosq; hanc Numæ legem in suas tabulas non retulisse. Murrinam Festus esse contendit genus potionis, quod Græcè nectar dicitur: hanc mulieres vocabant murriolam, quidam murratum vinũ, quidam id dici putant ex vuæ genere murrinæ nomine. Plinius verò eodem lib. c. 13. non inter vina modò, sed etiam inter dulcia, vina, odore miro, preciosisq; aromatibus condita murrinã refert: & ait Scæuolam quoq;, & Lælium, & Areium Capitonẽ (legem fortè Decemuiralem de murrata potione interpretantes) in eadem sententia fuisse: quoniam in Plauti Pseud. sit:

Quòd si opus est vt dulce promat.
Indidem, ecquid habet? rogas?
Murrinam, passum, defrutum, mellinam.

Permiserunt igitur Decemuiri, excepto murrato, rogum omni vino respergi, quem Numa Pompilius rei inopia expressè prohibuerat aliquo vino respergi. Docet Apuleius in apologia prima, quales olim funeri odores parari soleant: Nec tamen, inqt, idcirco omnia ad nequiorem suspicionem trahuntur, etsi thus, & casiam, & myrrham, ceterosq; id genus odores funeri tantũ emptos arbitreris, quũ & medicamento parentur, & sacrificio. Deq; huiusmodi odoribus sentire omnino visus est Festus, qui acerram interpretatur aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur. Ceterùm de longis coronis interpretes hic nihil adnotant, puto quia non satis, quales illę fuerint, intellexerunt. Quidam, vt audio, per coronas longas lemniscos intelligit: sed errat: tam enim rotundæ esse lemniscatæ possunt, quàm coronę longę. Obseruauimus longis coronis busta, sepulcra, sellas curules, theatra, & currus triumphales exornari consueuisse. rotundis homines vsos esse. Obseruabunt id mecum viri omnes literati, ex illo præclaro, quem GOLTZIVS tuus Marce Laurine propediem est editurus, C. Iulio Cęsare, siue Historiæ Imperatorum Cæsarumque Romanorum, ex antiquis numismatibus restitutæ, libro primo. De longis coronis illud accipiendum puto. quod hũc in modum scripsit in Octauio M. Minucius Felix: Sic reformidatis Deos; quos negatis, non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honestatis, reseruatis vnguenta funeribus, coronas etiam sepulcris denegatis, pallidis, trepidi, misericordia digni, sed nostrorum Deorum. Nunc exponemus, vnde laudis ornamenta ad mortuos pertinere Cicero manifestum fecerit. Iam illa, inquit, significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quòd coronam virtute partam, & ei qui peperisset, & eius parenti sine fraude esse lex impositam iubet. Idque etiam adnotans iisdem ferè verbis Plinius, libro vigesimoprimo, capite tertio, fuisse & aliam quoque legem testatus est, qua is arguebatur, eiusque pecunia, qui non virtute, sed pactione coronam acquisiuerat. Quam legem, vtpote vitiosissimam, & locum Plinii, qui etiam mendosus est, sic restituo: Semper tamen auctoritas vel ludicro quæsitarum fuit. Namque ad certamina in circum per ludos & ipsi descendebant, & seruos suos quoque mittebant. Inde illa duodecim tabularum lex: QVI CORONAM PACIT, IPSE PECVNAQVE EIVS VIRTVTIS ERGO ARGVITOR. Quam serui, equiue meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitauit. Quis ergo honos? Vt ipsi mortuo, parentibusque eius, dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude esset imposita. Hæc Plinius. Vnde intelligi perspicuè potest, duas de Circensibus coronis in duodecim tabulis leges fuisse: vnam, qua pecunia eas acquiri prohibuerunt Decemuiri: alteram, qua coronæ virtute, non pecunia acquisitæ, commoditates honoresque describuntur. Et proinde in hac lege rectè pro Qui coronam parit, mihi reposuisse videor, Qui coronam pacit: præsertim quòd hanc emendationem mirum in modum verba subsequentia confirment. Quibus nimirum significatur, si coronam, quam serui equive meruissent, precones AEdilium iussu domino vt victori imponerent, eam lege dici pecunia partam neminem dubitasse. Et ita legem de corona, quæ non virtute, sed pecunia est acquisita, loqui, testatur expressè Plinius. Aut igitur pro parit, legendum est pacit, aut certè pecunia parit: vt sit sensus, qui non virtute, sed pecunia coronam acquisiuit, quia virtuti fraudem fecit, virtutis ergò, & ipsum, & eius pecuniam arguendam esse. Id quod Impera. Alexander etiam obseruasse visus est, cùm tribui ciuilium munerum athletis ijs vacationem non permisit, qui æmulis corruptis, ac redemptis coronati dicebantur. capit. vnico C. de athletis. Eoq; oĩno spectare videntur hi versus Plauti, quos pronunciare in Amph. prologo Mercurius fingitur.

Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit.
Vt conquisitores fierent histrionibus:
Qui sibi mandassent delegati vt plauderent,
Quive, quò placeret, alter, fecisset, minus:
Eius ornamenta, & corium vti conciderent.

Et hæc quidem mihi sufficere videntur ad emendationem, interpretationemque legis illius Decemuiralis, qua, qui pactione coronam acquisiuit, argũtur. Altera porrò lex, qua homini mortuo eiusque parentibus imponi coronæ honoris gratia permittuntur, non multum difficultatis continet, si consideremus moris apud antiquos fuisse, vt cadauera per dies VII. domi seruarentur, octauo die darentur rogo, & nono sepelirentur, auctore in Virgil. Seruio. Quod quum sit, quis est, qui non intelligat quid sibi Pli. voluerit, coronam sine fraude homini mortuo, cùm intus positus esset, & quum foris ferretur, eiusq; parentibus fuisse impositam scribens? Erat & alia lex in duodecim, qua, quod erat olim factitatum, vt vni plura funera fierent, lectique plures sternerentur, id quoque ne fieret sancitum est: & fuisse in ea lege, NEVE AVRVM ADDITO, testis est M. Cicero. Meminit etiam idem Cicero legis cuiusdam Decemuiralis, qua cum dentibus auro vinctis sine fraude mortuos vri & sepeliri fuit liberum. Quæ quidem lex sic mihi restituenda videtur: QVOI AVRO DENTES VINCTI ESVNT, AST IM CVM OLLO SEPELIRIER, NESI FRAVDE ESTO. Duæ sunt præterea in XII. leges, inquit Cicero, de sepulcris, quarum altera priuatorum ædificijs, altera ipsis sepulcris cauet. Nam quòd rogum, bustumve nouum vetat propius sexaginta pedes adijci ędes alienas inuito domino, incendium veretur acerbum: quòd autem forum, idest, vestibulum sepulcri, bustumve vsucapi vetat, tuetur ius sepulcrorum. Hæc Cicero secundo de legibus.

De mancipationibus. Cap. XVI.

MANCIPIVM pro dominio in iure ciuili positum omnes consentiunt Indeq; res omnes aut mancipii esse, aut nec mancipi dicũtur. Mancipi res sunt, auctore Boetio, quę à nostro ad alterius dominium per nexus quandam solennitatẽ transire pũt: nec mancipi verò res illæ dñr partim qdẽ q̃ sui iuris & liberæ sunt, partim verò q̃ dominio semper non sunt subiectæ: & si

res

Source : BIU Cujas

res illas addideris,q̃ mãcipio dari, aut accipi mãcipio nequeunt, perfecta erit rerum nec mancipi definitio. Res mancipi ſolæ mãcipari poſſunt, res nec mancipi, aut nuda traditione, aut ſi tradi non poſſint, ceſſione acqrunt. Inter res mancipi p̃dia in Italico ſolo tam vrbana q̃ ruſtica, eorũq; iura, itẽ ſerui & quadrupedes, q̃ collo dorſove domant̃, velut, boues, muli, equi, aſini, ab Vlpiano in fragmentis referũtur: reliquæ aũt res nec mancipi ſunt. Et quamuis elephanti & cameli dorſo collove domari poſſint, eos tamen idcirco idem Vlpianus inter res mancipi negauit numerari, q̃ eſſent beſtiarũ numero. Opinor quia veteres mancipi res appellabant, res alterius dñio ſemper ſubiectas. Nam ſerui, equi, aſini, nulli vnquam fuere qui proprium dñm non haberent: & proinde etiam ſi fugiſſent, ſi ſurrepti eſſent, aut abacti, ſemper alicuius erãt in dñio. Verũ cameli & elephanti, quia ſui iuris ſunt, idcirco ſtatim occupantis iure Quiritium fiunt, ſine aliqua aut mancipationis, aut in iure ceſſionis, vel vſucapionis auctoritate: ſiq; alienati fuerint, nuda traditione eorum dñia acquiruntur. Sed quia eouſq; duntaxat occupantis eſſe intelliguntur, donec eius cuſtodia coercentur, hinc factum etiam deinde videtur, vt cameli, & elephanti, licet collo dorſove domati eſſent, inter res tamen mancipi non referrentur. Non enim ſatis erat, mancipiũ quid fuiſſe, vt poſſet rerum mancipi numero comprehendi, verumetiam mãcipium eſſe perpetuò debebat. Sanè ſeruus, q̃ diu ſeruus eſt, mancipium eſt: elephas verò mancipium diutiùs eſſe non poteſt, q̃ cuſtoditur. Nam ſemel vbi cuſtodiam euaſit, & in priſtinam libertatem ſeſe recepit, mancipium eſſe definit. §. ferę. Inſt. de rer. diuiſ. Prædia in Italico ſolo mancipi eſſe tradidit Vlpianus. Nec quidem in ſolo prouinciali prædia omnia nec mancipi fuerũt. Ciues enim Romanos in prouincijs tam prædia poſſediſſe, & emancipaſſe, q̃ in Italico ſolo, ſcripſit Nepoti ſuo Plinius lib. 6. epiſt. de candidatis diſſerens, quos prædia in ſolo Italico comparare princeps cogebat. Eoſdem, inquit Plinius, patrimonij tertiam partem conferre iuſſit, in ea quæ ſolo continerentur: deforme arbitratus, vt erat, honorem perituros, vrbem, Italiamq;, non pro patria, ſed pro hoſpitio, aut ſtabulo quaſi peregrinantes habere. Concurſant ergo cãdidati, certatim quicquid venale audiunt, emptitant, vt ſint quoq; plura venalia, efficiunt. Proinde ſi pẽnitet te Italicorum prædiorum, hoc vẽdundi tempus, tam herculè q̃ in prouincijs comparandi, dum idem candidati illic vendunt, vt hic emant. Hęc Plinius. Modeſtinus etiam ſcribit, eum qui officij cauſa in prouincia agit, vel militat, prędia comparare in eadem prouincia non potuiſſe, pręter q̃ ſi paterna eius à fiſco diſtraherentur. c. 62. de contrah. empt. Ex quibus locis veriſſimum apparet, non in Italico duntaxat ſolo, ſed & in prouincijs quoq; iure mancipij ciues Romanos prædia poſſediſſe. Nec id quidẽ coniecturis tantùm veriſimilibus, ſed expreſſis etiã M. Tullij verbis confirmari poteſt, qui de quibuſdam Apoloniденſibus. Pergameniſq; prædijs hunc in modũ pro L. Flacco diſſerit: Illud quæro, ſintne iſta prædia cenſui cenſendo, habeãt ius ciuile, ſint nec ne mancipi? Et certè ea fuiſſe videtur, quantum ex Siculo Flacco poſſum colligere, agrorum prouincialium differentia, vt vel diuiſi & aſſignati, vel quæſtorij, vel occupatorij, aut vectigales, ideſt, ſtipendiarij, vel deniq; tributarij dicerentur. Vt enim Romani omnium gentium potiti ſunt, quos agros ex hoſte captos in victorem populum partiti non ſunt, eos limitibus actis, aut per quæſtores populo Romano vendiderunt, aut ciuitatibus, certo vectigali impoſito, quod ſtipẽdiarium dicitur, reddiderunt. Quod quum ita ſit, non eſt igitur dubium, quin ager ille, quem à Romano ciue ciuis Romanus emebat in prouincijs, rerum mancipio numero ſic cõtineretur, vt eius dominium, nõ traditione nuda, ſed per mancipationem, aut in iure ceſſionem duntaxat transferretur. Cęterùm agri vectigales, & ſtipendiarij, item tributarij, ideo iuris nec mãcipi ſunt: quia vectigales populi Romani, tributarij principis ſunt proprietate, vſu verò & fructu prouincialium, auctore Theophilo: & idcirco à poſſeſſorib. dari mancipio nequeunt. Et eò quidem vſus eſt omnino Iabolenus reſpexiſſe, poſſeſſionem ab agro iuris proprietate ſic diſtinguens, vt quicquid apprehendimus, cuius proprietas ad nos nõ pertinet, nec pertinere p̃t, id appellari poſſeſſio debeat. c. 115. de verb. ſig. Quo ſenſu poſſeſſiones ẽt Feſtus agros definiuit latè patentes, qui nõ mancipio, ſed vſu tenebantur, quos vt quiſq; occupauerat, colebat. Eſt autẽ mancipatio, auctore Vlpiano, propria ſpecies alienationis rerum mancipi, eaq; fit certis verbis, libripẽde & quinq; teſtibus præſentibus, hunc videlicet in modum: Is qui rem mancipio accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hoĩem ex iure Quiritium meum eſſe aio, iſq; mihi emptus eſt hoc ære, æneaq; libra. deinde ære percutit librã. Fuiſſe enim in veteribus mãcupijs ſcriptũ, Rauduſculo libram ferito, Varro teſtatur li. 4. & 5. de ling. Lat. Illudq; in mancipando ẽt dici ſolitũ, Feſtus obſeruauit. Quum aũt libra rauduſculo eſſet percuſſa, tunc is qui rẽ mancipio capiebat, æs ei dabat, à quo rem accipiebat mancipio, auctore Boetio: qui ẽt mancipationem hanc lege xij. Tabularũ, ſic eſſe introductam contendit, vt mancipi res aliquas eadem lege abalienari potuiſſe, niſi per hanc ſolennitatem expſsè negauerit. Proinde ſi à Romano ciue ciuis Romanus ſeruũ emiſſet, iſq; traditus eſſet, neq; tamen mancipatus, nec in iure ceſſus, aut anno poſſeſſus, ſeruum quidem in bonis emptoris eſſe, ex iure Quiriti um verò eundem remanere venditoris, teſtatur Vlpianus in fragmentis titulo primo. Sic nimirum vt vſu & fructu ſeruus emptoris eſſet, mancipio verò & nexu vẽditoris. Quò reſpexiſſe viſu eſt etiam M. Cicero, quum ita lib. 7. epiſt. famil. ſcriberet: Cuius quando proprium te eſſe ſcribis mancupio & nexu, meum autem vſu & fructu, contentus iſto ſum. Huc quoq; ſpectat illud Arnobij aduerſus gentes lib. 2. Vſu & illis eſt vita, non mancipio tradita. quamuis aliter quidam inferãt. Eſſe enim duplex dñium Theophilus ait, vnum naturale, alterum legitimũ: & is qui naturale duntaxat dominium habebat, rem in bonis habere, qui verò legitimum, iure Quiritium dominus eſſe dicebat̃. Et eò quidem ſpectare Decemuiri videntur, quum venditas res, & traditas aliter emptori non acquiri, in duodecim Tabulis ſcripſerunt, quàm ſi is venditori precium ſoluiſſet, aut ei ſatis alio modo feciſſet. §. venditæ. Inſt. de rer. diuiſ. Quia enim ex his quæ de mancipatione hic adnotata ſunt, liquidò conſtat, ſtatim vbi res empta mancupio data eſſet, emptorem eius legitimum dominium iure Quiritium adeptum fuiſſe, etiam ſi precium nõ verè, ſed dicis duntaxat gratia interueniſſet, ideo ſi nõ Iuſtinianũ, ſaltem legem quam allegat Decemuiralem, eiusq; interpretes ſic eſſe intelligendos puto, vt contenderint rem vẽditam aliter emptoris facere venditorem non cogẽdum, q̃ ſi ab emptore vẽditori ſatis eſſet abundè factum c. 19. de contrah. empt. ca. 5. §. 8. de tribut. act. Tunc enim non erat ſatis emptori à vẽditore rem tradi, ſed ẽt emptoris eam facere, hoc eſt, rẽ emptori mancupio dare, aut ea in iure cedere vẽditor lege xij. Tab. cogebatur. Quia enim̃, vt eſt expoſitũ, q̃ rẽ vendiderat, & tradiderat neq; mãcipio dederat, nec ea in iure emptori ceſſerat, eius iure Quiritium dominus manebat, eadem interim in bonis emptoris vſu & fructu exiſtente: idcirco emptor rem emptam poſcere ſolebat mancipio: hoc eſt, rem non ſolùm tradi, verumetiã ſuam legitimè fieri poſtulare: ſiquidem nuda traditione ante Iuſtiniani conſtitutionem rerum mancipi dominia non transferebantur. Huc ſpectat Plauti ilud in Moſtel. Iube ædes mãcipio poſcier. Quamuis interim mancipi res ita etiam potuerit alienari, vt eam mãcipio dare, aut in iure cedere venditor non cogeretur: nimirum cùm ſic inter contrahentes actum eſſet. Plaut. in Perſ.

Prius dico hanc mancupio nemo tibi dabit: iam ſcis? D. ſcio. Et tunc quidem plerunque ſolet, aut dupla, aut ſimpla promitti, ſi Varroni credimus, libro ſecundo, de re ruſt. Solet, inquit Varro, ſi mancipio non datur, dupla promitti, aut, ſi ita pacti, ſimpla. Hinc fortè ſimplaria venditio, de qua ſuo loco latiùs. Illud etiam tunc obſeruabatur, vt eiuſdem rei venditor & emptor in ſolidum eſſent domini: ſed hic quidem bonitarius, ille verò quiritarius. Eoque ſpectare videntur, titulus, & Imper. Iuſt. conſtitutio, De nudo iure Quiritium tollendo. Qui quidem Iuſtinianus, cùm etiam rerum mancipi, & nec mancipi differentiam aboleuiſſet, mancipationem viſus eſt omnem ita ſuſtuliſſe, vt amplius rem emptoris facere, hoc eſt, rem mancupio dare venditor non cogeretur, ſed tam nuda traditione legitima rerum mancipi dominia, quàm rerum nec mancipi acquirirentur. Qua ſola ratione factum deinde videtur, vt nulla huiuſce Quiritium iuris, veteriſque rerum mancipi & nec mancipi differentiæ, in noſtris Pandectis ſuperſint veſtigia. Et vbicunque nexu tradere, aut mancupio dare legebatur, ibi dare, tradere, aut præſtare viſus eſt Tribunianus repoſuiſſe: ne videlicet animi iuuenum, qui ad primam legum veniunt audientiam, iuris Quiritium mancipijſque verbis perterriti, inutilis, ſi Dijs placet, legis antiquæ, hoc eſt, Decemuiralis diſpoſitiones accipiant, auctore Iuſtiniano capit. vnic. de nudo iur. Quirit. tollen. Et ita quidem mancipatione dominia rerum acquirebantur. Cęterùm in iure ceſſio, communis erat alienatio, inquit Vlpianus, rerum mancipi & nec manci, quæ fiebat per tres perſonas, in iure cedentis, vindicantis, addicentis. In iure cedebat dominus, vindicabat is cui cedebatur, addicebat Prætor. Nec ſanè ceſſione duntaxat, ſed etiam nuda traditione res nec mancipi acquirebantur, auctore eodem Vlpiano: traditione quidem res mobiles, cuius generis ſunt apri, vrſi, leones, cerui, & alia id genus animalia, quæ beſtiarum numero ſunt: ceſſione verò res immobiles, quales ſunt poſſeſſiones prædiorum vectigalium, aut tributariorum. Quia enim huiuſmodi prædia in bonis duntaxat ſunt poſſeſſorum, proprietate verò populi Romani, aut Principis: & quia nihil aliud mancipium eſt, quàm proprietas, ſiue dominium legitimum, certè nulla mancipatione à poſſeſſorib. potuerunt alienari. Sed quandoquidem vſu & fructu eadem prædia poſſeſſorum eſſent, vſum & fructum nõ mancipatione, ſed ceſſione rectè alienabant: ſic nimirum, vt illo eodem iure, quo in huiuſmodi prædijs vtebatur, alteri rectè apud prouinciæ Præſidem in prouincijs poſſeſſores cederẽt: proprietate interim manente penes populum aut Principem ſemper ſalua. Quod autẽ Varro ſcribit libro ſecundo de re ruſtica, ceſſionem legitimum dominium in emptionibus perficere, ſi quis ei in iure ceſſit, cui cedere potuit, & id vbi oportuit, ſanè eleganter illud expli-

Source : BIU Cujas

cat Boetius in Top.Cice.Fiebat,inquit,cessio tali modo: Apud magistratum populi Romani,vel apud Prætorem, vel apud Præsidem prouinciæ is,cui in iure re aliqua cedebatur,rem tenēs ita vindicabat, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio.Deinde postquam hic vindicasset, Prætor cū interrogabat, qui cedebat,an contrà vindicaret:quo negante,aut tacente, tūc ei qui vindicauerat,eam rem addicebat,idque legis actio dicebatur. Vnde illud imprimis obseruatione non indignum videtur, legis videlicet actionem veteres tam ad imaginariam,quàm ad veram rei vindicationem retulisse. Nam qui lege in rem aliquā agebat,is hac eadē formula solet. Et idcirco magistratum, apud quem legis actio est,cuius Modestinus & Vlpianus meminerūt, ca.4. de adopt.cap.3. de offic. Proconsl.cap.1.de offic. Iurid. eum rectè interpretabimur, apud quem non solūm legitimis actionibus liberum cuiuis erat experiri, filium emancipare, aut adoptare, sed vindicanti etiam suo iure cedere. Nunc vidēdum est, quid à nexu mancipatio differat.Nexum,inquit Festus,est quod cunq; per æs & libram geritur, idq; necti dicitur:quo in genere sunt testamēti factio,nexi datio,nexi liberatio. Manilius autem, teste Varrone lib.sexto de lingua Latina,nexum esse etiam scribit, omne quod per libram & æs geritur, sed ita vt in eo sint res mancipi.Deniq; Mutius Scęuola,vt ait idem Varro,nexus appellatione existimauit contineri,quæ per æs & libram fiunt,vt obligentur,præterquam quæ mancipio dātur.Igitur ex Scæuolæ sententia differre à mancipatione in hoc videtur nexus, ꝙ res mancipi nexu obligentur,non autem mancipio dentur:hoc est,mācipatione non alienentur. Et hoc quidem tunc verum esse non dubito, quum vt species nexus accipitur. Testis est enim Aelius Gallus,omne quod per æs & libram geritur, genere quodam nexum appellari. Et idcirco si illud in suas species distribueris exēplo adoptionis,rectè dices nexum,hoc est,omne quod per ęs& libram geritur.in quendam nexum specialem,& in mancipationem discedere. Itaq; genere quodam omnis mancipatio nexus est.Quo sensu rem illam,quæ mancupio datur,nexu tradi, dixit in Topicis Cicero. Abalienatio,inquit,est eius rei, quæ mancipi est,aut traditio alteri nexu,aut in iure cessio,inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Rursus, specialiter, mancipatio nexus non est, auctore Scęuola: cùm enim nexum vt speciem sumimus, tunc omne quod per æs & libram geritur, præterquam quod mancipio datur,nexus appellatione continetur. Testamenta per æs & libram nexu fiunt,non mancipatione. Pignora dicuntur necti, non mancipari.c.22.§.1.de iur.fisci.Quod igitur per æs & libram alienatur,mācipari,& quod eodem modo obligatur,necti propriè & specialiter dicitur. ca.fi.C.Si aliena res pig.Cęterùm effectus mancipationis is fuisse videtur,vt ibi res mancipi mācupio data esset, iure Quiritium eius qui eam mancupio acceperat, ita efficeretur, vt ille vero domino rem suam vindicanti, non resti tuere, sed laudare duntaxat auctorem suum cogeretur.Idq; pro Murena expressè testatus est Cicero. Quo spectat Plauti illud in Mercat.

Non ego illam mācupio accepi,sed ille illam accepit.D. fine.
CH.Non potes tu lege vendere illam.

Loquitur adolescens Charinus de puella,quā cùm matri se emisse Demiphoni patri adolescens persuasisset, eam pater alienare simulauit se velle: id ne fieret, fingit adolescens non se,sed amicum quendam eam mancupio accepisse,proindeq; nec sibi,nec patri integrum esse, eam alienare. Quibus addenda sunt, quæ in Curcul.sic idem Plautus scribit:

Memento promisisse, te,si quisquam hanc liberali
Causa manu adsereret,mihi omne argentum redditum iri:
Triginta minas.CA meminero, de isthoc quietus esto.
Et nunc idem dico LY. & commeminisse hæc ego volam te.
CA.Memini, & mancipio tibi dabo. CVR. Egon vt ab lenone quicquam
Mancipio accipiam:quibus suum nihil est, nisi vna lingua:
Qui abiurant si quid creditum est:alienos mancupatis,
Alienos manumittis,alienisq; imperatis:
Nec vobis auctor vllus est,nec volmet estis vlli.

Et hæc quidē sic olim obseruabantur, si res quæ erat mancipata eius esset conditionis,vt dari mancupio posset,& ab eo daretur, à quo dari mancupio poterat. Nam si id datum mancipio esset, quod dari non poterat,aut is rem aliquā mancipio dedisset, qui mancipio dare iure ciuili non potuit, nulla erat ipso iure hmōi mācipatio. Testis est enim lib. 2.de re rust.M.Varro,tunc demū mācipationem in emptionibus dñium perficere legitimū, cùm quis vt debuit rem mancipio ab eo accepit,à quo iure ciuili accipere potuit,eumq;,vt ait in Top.Cicero, res ea mancipio datur, quæ dari mancipio p̄t. Finge, inquit Cicero,mancipio aliquem dedisse id,quod mancipio dari non p̄t,num idcirco id eius factū est,qui accepit?aut num is qui mancipio dedit, ob eam rē se vlla re obligauit?Quem locū Boetius sic interpretari vī,vt contēdat Ciceronem de rebus nec mācipi mācipatis loqui, & ideo hmōi mancipationem esse inualidam,quia omne quod non iure contractum est,nihil retinet firmitatis. Nunc his ita de mancipationibus,de nexu,deq; rebus mancipi,& nec mancipi obiter expositis, videndum est quid sibi voluerint Decemuiri cùm ita scriberent:QVI NEXVM FACIET MANCIPIVMQVE VTI LINGVA NVNCVPASSIT, ITA IVS ESTO: VTI NOMINASSIT LOCVTVSVE ESIT, ITA IVS ESTO.Sic legem hanc apud Festum lib.12.de verb.sig.restituo. Etenim nuncupasso,nominasso, eso, & alia id genus verba,veteribus admodum familiaria sunt,quemadmodum ex Plauto,Festo,& Varrone quiuis pōt animaduertere. Testatur Cicero de Orat. lib. 1. in duodecim Tabulis expressè scriptum fuisse, vti lingua nūcupassit.Et quia idem Cicero lib.3. Offic. duodecim Tabulis caueri ēt scribit,vt ea præstentur quæ lingua nuncapata sunt,idcirco non dubitaui, quin ex duodecim Tabulis lex ista desumpta fuerit. Qua quidem lege nihil aliud visi sint Decēuiri voluisse,q̄ ea dūtaxat,quæ in nexu,aut mācipatione expressa sunt,præstari:ea verò quæ lingua nuncupata non sunt,non præstari. Videntur etiā hæc verba,nexum mancipiumq; licet coniuncta sint, pro diuisum ctis tñ Decemuiri posuisse:sicut illa,agnatorum gentiliumq;. siquidem vt est declaratum,nexus & mancipatio, nonnihil inter se differunt.Decēuiri ea præstari quæ lingua essent in mācipādo nuncupata duntaxat voluerunt: Iurisconsulti etiam reticentiæ pęnam introduxerūt,vt auctor est eodem in loco Cicero. Nam cū,inquit,ex duodecim Tabulis satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata,quæ qui inficiatus esset, dupli pęnam subiret, à Iurisconsultis etiam reticentię pęna est cōstituta:quicquid em̄ inest prędio vitij,id statuerunt,si venditor sciret,nisi nominatim dictum esset,præstari oportere.Nec id absurdum adeò, si verum est,quod Pomponius scribit, perlatis nimirum legibus Decemuiralibus,quia naturaliter eueniebat, vt earū interpretatio desideraret prudentum auctoritatem, necessariam fuisse fori disputationē, qua ius quoddam à prudentibus componebatur, quod cōi nomine appellatur ius ciuile.c.2.§.His legibus latis. De orig. iur. Et in hoc quidem iure componendo hanc mihi prudentes rationem secuti vñr,vt partim leges interpretarent̄, partim quę legibus deesse videbantur,ea supplerent.Interpretabantur,si qd obseruari nō legum verba,sed earum sñia omnino suaderet: vt contingit in legitima patronorum tutela. Suppleuisse etiam ea Iurisconsultos,quę duodecim Tabulis deesse videbantur,obscurum non est,si consideremus,ius quod ab ijs cōpositum fuit, appellari ius non scriptum cōsueuisse,hoc est, ius duodecim Tab non comprehensum.Omne enim ius, aut scriptum,hoc est, inclusum duodecim Tabulis,aut non scriptum,hoc est,ijsdem Tabulis prudentum auctoritate adiectum tunc appellabatur, cùm legibus perlatis Decēuiralibus esse necessaria fori disputatio cępisset.Quo tempore iuris non scripti fuisse videtur, vsucapio seruitutum,vsucapio libertatis,vsucapio hæreditatis,tutela fęminarum, tutela fiduciaria, prohibitæ inter virum & vxorem donationes,prohibitæ mulierum intercessiones,reticētiæ pęnæ, & id genus alia,de quibus in libro singulari,De auctoritate prudentū, fauente Deo,differemus. Et ita quidem scripto iure, quæ lingua fuerant nuncupata in mancipando, ea duntaxat præstabantur: iure verò non scripto etiam reticentiæ pęnę sunt cōstitutæ.Hæc hactenus de mancipationibus.De conuentionibus autem legitimis nihil hic tractabitur, certè quia de ijs Variorum libro quarto accuratè differuimus, legem illam Decemuiralem interpretantes, cuius auctor ad Herennium libro 2. meminit. Nunc de vsucapionibus videamus.

De vsucapionibus. Cap. XVII.

QVi possidet,vel à domino possidet, vel à nō domino. Qui à domino possidet, iure gentium & ciuili dominus esse potest:p̄t ēt iure gentium dñs esse,& nō ciuili: rursus iure ciuili,& nō iure gentium. Qui rem mancipi mancipio accepit, is tam ciuili,q̄ gentium iure dominus est:qui rem in bonis habet, iure gentium,non ciuili:qui dominus rei quiritarius est, iure ciuili non gentium rem possidet.Qui autem à non domino possidet, nec iure gentium dominus est,nec iure ciuili: sed vsum rei, siue possessionem illius nudam habet ad certum tēpus sine dominio: quo tēpore finito,nudæ possessioni dñium adijcitur.Et ita qui nec gētium,nec ciuili iure dñs erat, tpe legisq; beneficio tam rei possessæ dñs efficitur,q̄ si mancipio, aut cessione eam ac quisiuisset.Quod cùm ita sit,nunc intelligimus, quid sibi voluerit pro Cecinna Cicero, quū ita scriberet: Lex vsum,auctoritatē fundi iubere esse biennium.Et in Top. Qñ vsus, auctoritas fundi biennium est,sit ēt ædium.Sensus.n.est: Lex voluit vsum esse fundi auctoritatē:quamdiu biēnium: hoc est,fundi auctoritatē non diutius biennio ex nudo vsu & sola possessione constare:si quidem finito biennio,eadē lex possessioni voluit adijci dñium. Certum aūt est,qui quid mihi vēdit, eum auctorē meum dici,c. 14 in fi.de Public.in rem act.c.4 §.j.c.6 §.4.c.52.§.3 de act.emp.& ob id, ius quod idē venditor in me trāsfert,auctoritatis nomine etiam contineri.c.fi.de pignor.act. Et quia plus iuris in emptorē transferre, q̄ ipse habet, venditor non potest, idcirco fieri etiam potuit,vt interdum auctoritas fundi,ex nudo solo;q; vsu consta ret:quod tunc accidere solet,cùm à non domino res emitur.Igitur ne quarundam rerum diu, & ferrè semper incerta dominia essent, voluerunt Decemuiri certo quodam tempore usum esse ea-

Source : BIU Cujas

esse earum auctoritatem: hoc est, earum auctoritatem ex nuda possessione certo quodam tempore constare, eoq; finito auctoritati ex nudo vsu constanti dominium adijci. Proinde rectè mihi Modestinus visus est, vsucapionem, non adeptionē cum Vlpiano, sed adiectionem dominij definiuisse. c.3. de vsurpat. Est. n. vsucapio modus legitimus, quo per continuationem possessionis, possessioni nudæ dominiū adijcitur: adiectoq; dominio, qa auctoritas vsuaria beneficio legis habetur rata, idcirco non amplius auctoritas duntaxat, sed rata auctoritas vsus appellatur. Quamobrem errare mihi plurimùm visi sunt, tam qui apud Ciceronem, pro biennium, biennij, q̄ qui biennis legunt, loco biēnij. Voluerunt igitur Decemuiri, vsum esse auctoritatem, fundi quidem biennium, rerum verò mobilium, annum, aduersus hostem & rerum furtiuarum æternam. De lege Atinia hic nihil dicam. De quinque pedum vsucapione, scribemus alio loco.

De testamentis. Cap. XVIII.

DEcemuiralis lex testamētaria nullam habet obscuram sententiam: siquidem eius hęc verba sunt: PATERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA, TVTELAVE REI SVAE, ITA IVS ESTO: auctore Cicerone de inuēt. li. 2. Cornificio Rhetoric. li. j. & Vlpiano in fragmentis, ti. 11. Permiserunt enim Decemuiri patrifamiliàs, hoc est, Romano ciui, qui in potestate non est, liberam testandi facultatem. Legare autem Decemuiris idem esse, quod Iureconsultis testari, alio loco diximus. Porrò latissimam hanc testandi ptātem interpretatione coangustatam esse vel legum, vel auctoritate iura cōstituētium, auctor est Pomponius c. 120. de verb. sig. Hinc originē habent leges tot testamētariæ, Falcidia, Furia, Voconia, Velleia, Cornelia, Caninia, Sentia, Papia, Glicia. Hinc regula Catoniana, hinc Aquiliana formula. Adderē varia testōrū genera, sed quę ab alijs rectè tractata sunt, hic repetere non est necesse. Vt interim non omittamus, actionem familiæ erciscūdæ ex duodecim Tabulis descendere. c. j. fam. ercis. Et nomina ipso iure in portiones hæreditarias ex eadem xij. Tabul. lege esse diuisa, Gordianus Imperator rescripsit. c. 6. C. fam. erc. quod quidē rescriptum qua ratione accipiendum sit, commodiore loco demonstrabimus.

De successionib. ab intestato. Cap. XIX.

EVndem secuti in successionibus Decemuiri & Prætores ordinem sunt. Quemadmodum enim illi antè de iudicij testātium, deinde verò de successione ab intestato tractarunt: sic hi posteà q̄ de bonorū possessione eius qui testatus est, edixissent, transitum ad intestatos fecerunt, c. j. Si tab. test. Et sunt quidē intestati gradus partim legitimi, partim honorarij, sic nimirum, vt primùm vocentur sui hæredes, secundò legitimi, tertiò cognati, quartò vir & vxor. c. j. quis ord. in bon. poss. Sui hæredes vocātur lege xij. Tab. sola: legitimi verò etiam alijs legibus, & Senatusco sultis: cognati deniq;, sicut etiam vir & vxor, sine legis cuiusquā subsidio, ad possessionem bonorum iure honorario admittunt. Hinc titulos huiusmodi, Vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor, ita interpretari soleo, quasi per eos proponatur, si nullæ extēt testī tabulæ, vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor ad bonotum possessionem admittātur. Nunc de successionibus, quæ ex lege duodecim Tabularū ab intestato competūt, hic tractabimus, de alijs suo loco disputaturi. Et quidem mortuo patrefamiliàs intestato, suos hæredes ad successionem vocant Decemuiri, ijsq; non extantibus agnatos, his verbis: SI INTESTATVS MORITVR, CVI SVVS HAERES NEC EXTABIT, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. auctore in fragmētis Vlpiano, tit. 26. Decēuiri intestatū appellāt, aut qui nullum, aut qui non iure testīn cō didit: Iureconsulti verò etiam eum, cuius ex testō hæreditas adita non est. c. 64. de verb. sig. Et hoc inde potissimum, q̄ hæredes, quos suos dicebant, eosdem Decemuiri necessarios esse voluerint: siquidem illi siue vellēt, siue nollent, tam ab intestato, q̄ ex testamento hęredes lege xij. Tab. fiebant. §. necessarij. Inst. de hæred. qual. & diff. Passi quoq; non sunt Decemuiri, fęminini sexus necessitudinem ad intestati successionem admitti: adeò vt ne q-dem inter matrem & filium filiamve vltro citroq; hæreditatis capiendæ ius darent. § j. Inst. de SC. Tertull. Sed hæ iuris angustię postea emendatæ sunt. Porrò Iulianus legem xij. Tabu. etiam eū vocare ad hæreditatem auctor est, qui moriente eo, de cuius bonis quæritur, in rerum natura fuit c. 6. de suis & legit. Quod sanè verissimum mihi videtur, si non ob aliud, certè quia lex suos ad intestati hæreditatem primo gradu vocans, quoniam sui dicerētur, non exposuit. Et idcirco suos deinde sic interpretati vidētur Iureconsulti, vt eorum nomine tam posthumos legem intellexisse, q̄ filiosfamiliàs contenderint. Nam posthumos prudentes iuris, aliox quidē suos appellasse, alios verò alienos, manifestiùs est, quàm vt probationibus opus habeat. Nec quidem satis erat, quem suum dici, ad hoc vt posset ad intestati hæreditatem admitti, verùm necessum etiam fuit, vt eo nullus gradu esset proximior. Quemadmodum enim suis deficiētibus ad agnatos proximiores, ita ijs extantibus ad suos proximiores hæreditas pertinet. cap. j. §. 5. & 6. de suis & legit. Igitur mortuo filio, proximum gradū obtinet nepos, nepote mortuo, pronepos, & ita deinceps. Cęterùm si proponamus ex defuncto, qui duos filios habuerat, superesse filium, & ex altero filio nepotes, item duos pluresve, videamus, an pariter nepotes cum patruo ad auitam hæreditatē admitti debeāt. Et debere quidem Caius, Vlpianus, Iustinianusque testantur, negtāq; patruū, qui gradu proximior est, vlteriores, quales hi nepotes sunt, excludere. Et idcirco cōueniens esse aiunt, non in capita, sed in stirpes hęreditatem sic diuidi, vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. §. cùm filius. Inst. de hæred. quę ab intest. def. lib. poster. Inst. Caij tit. 9. & apud Vlp. in frag. tit. 26. Idq; etiam lege xij. Tab euidenter caueri, Impp. Diocletianus & Maximianus auctores sunt. c. 3. C. de suis & legit. Atq; huius quidem iuris non est obscura aut admodum absurda ratio, si consideremus patrefamiliàs mortuo in stirpes siue diuersas familias eius domum discedere. Adeò quidem, vt quot filij fuerant familiàs, totidem confestim patresfamiliàs efficiātur, qui singuli singulas & separatas familias, siue stirpes constituunt. Si igitur patrefamiliàs mortuo tres superfuerint filij, in stirpes tres, familia paterna diuidetur: & quia nō plura q̄ tria capita sunt, idcirco nō in stirpes solùm, sed & in capita erciscī familia dicitur. Verùm si duo supersint dūtaxat filijfamiliàs, & ex tertio nepotes duo pluresve, hic non in capita, sed in stirpes ideo fieri diuisio debet; qa plura sunt capita, quàm stirpes: & in plura capita, q̄ sunt stirpes familiam huiusmodi discedere, ne natura quidem æquum est. Et quamuis filij nepotibus in paterna successione proximiores esse natura videantur, tamen consideratione quadam stirpium ciuili proximiores non sunt, & ideo nepotibus non præferuntur. Si nō ob aliud, certè q̄ mortuus non esse tertius ille filiusfamiliàs præsumatur, cuius supersunt filij: qui omnes eandem, stirpis consideratione, quam pater sustinuerat, simul induisse personam in auita successione finguntur. Et hæc quidem hactenus de primo legitimorum hæredum ordine. De altero, eorū nēpe quia agnati dicuntur, illud dicendum restat, videlicet agnatorum appellatione consanguineos quoq; in hac lege cōtineri. Admonuimus enim aliquando, ab agnatis cōsanguineos separasse Iureconsultos, quos Decemuiri agnatorum nomine complexi sunt. Quinā autem agnati fuì dicerentur, & quis filius dicatur agnatus patri, in eo capite exposuimus, quod de veris agnationum cognationumq; differentijs lib. 5. Variorū inseruimus. Itaq; si nemo suus esset hæres, lege Decemuirali ad agnatum proximum hæreditas intestati deuoluebaī, auctore Iustiniano, & in frag. Vlpia. tit. 26. hoc est, ad consanguineum, is enim agnatis reliquis gradu proximior est: siq; consanguineus non extaret, ad agnatum post consanguineos proximum. Et tunc quidem si plures essent agnati, proximiores, non in stirpes, sed in capita hæreditas diuidi solet. Veluti, si sit fratris filius, & alterius fratris duo pluresve liberi, quotquot sunt ab vtraq; parte personæ tot fiunt portiones, vt singuli singulas capiant. d. tit. 26. Ideo in capita hæreditas hic diuidi tur; qa quot sunt capita, tot sunt agnati diuersi: & quot sunt agnati proximi, tot fieri in huiusmodi hęreditatibus portiones solēt. Ideo non in stirpes, quia fratris filij in patrui successione patris sui personam nō induunt, quod in auita successione nepotes faciunt, cùm hęreditas in stirpes scinditur. Tunc enim quot filij familiàs, hoc est, quot diuersæ stirpes sint, quęritur, quemadmodū in agnatorum hęreditatibus, quot agnati proximi, ideſt, quot capita. De libertis autem ecquid in duodecim fuerit, Vlpian. exposuit tit. 27. Ita demùm, inquit, lex duodecim Tabularū ad hęreditatē liberti vocat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, hęrede suo nullo rel cto. Idq; etiam alio loco idem Vlpianus testatus est. cap. 3. de suis & legit. Deniq; ad liberos patronorum hęreditas defuncti liberti ita pertinebat, vt in capita, non in stirpes ea diuideretur, auctore eodem Vlp. d. tit. 27.

De connubio patrum. Cap. XX.

IN duodecim Tabulis scriptum fuisse, ne patriciis cū plebeijs connubium esset, non Dionysius solùm libro 11. sed Liuius etiam testatus est lib. 4. Auctor est idem Liuius, anno ab vrbe cōdita CCCIX. M. Genutio, & P. Curiatio, vel (vt alij malūt) C. Curtio COSS. de connubio patrum & plebis C. Canuleium Tribunum plebis rogationem promulgasse, qua contaminari sanguinem suum patres, confundiq; iura gentium rebantur. Et refert quidem in eadem oratione Canuleius, ne connubium patribus cum plebe esset, hoc ipsum Decemuiros tulisse, pessimo exemplo publico, cum summa iniuria plebis, nullamq; esse maiorē, aut insigniorem contumeliam posse, q̄ partē ciuitatis velut contaminatam, indignam connubio haberi, idq; nihil esse aliud, q̄ exilium intra eadem mœnia, q̄ relegationem pati. Sanè idem Liuius ideo Decemuiros huiusmodi connubium non permisisse ait, ne incerta prole auspicia, quæ nemo plebeius habere poterat, turbarentur. Et quia plebes ad id maximè indignatione exarsit, q̄ auspicari, tanquam inuisa Dijs immortalibus, negaretur posse, certè non antè finis contentionum fuit, quàm victi tandem patres, ut de connubio ferretur, concessissent. Et tunc quidem lex ista Decemuiralis repudiata sublataque fuit rogatione Tribunitia.

Source : BIU Cujas

Iac. Ræuardi Ad leges xij. Tab.

De diuortijs. Cap. XXI.

CVm res Romana, regnate Romulo, adeò esset valida, vt ea ciuilibet ciuitatum finitimarum par esse videretur, sed penuria mulierum hominis duntaxat ætatem duratura: tunc ex cõsilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem connobiumque nouo peterent. Et cùm nusquam benignè legatio audita esset, ad vim spectare res cępit: cui tempus locumque aptum vt daret Romulus, ægritudinem animi dissimulans, ludos ex industria parat Neptuno equestri solennes: Consuala vocat. Indici deinde finitimis spectaculum iubet. Vbi spectaculi tempus venit, tum ex composito orta vis: signoque dato iuuentus Romana ad rapiẽdas iure matrimonij virgines discurrit. Idque testatus est non Liuius solùm, sed etiam Tertullianus in lib. aduersus Valentinianos. Tunc, inquit, illi Sabinas raptas iure matrimonij plaudent. Et quia fœliciter raptus Sabinarum Romulo successerat, ideo ab eodem Rege fuisse arbitror institutum, vt non vero, sed simulato quodam raptu omnis legitimi connubij ritus perageretur. Quo quidem tempore ea fuisse videtur matrimonij contrahendi ratio, vt vsu quisque virginem ex gremio matris, aut ex proxima necessitudine vi simulata raptam, non aliter suam faceret, q̃ Romana pubes Sabinas olim virgines suas vsu fecerunt. Idque omnino mihi visus est voluisse Festus, cùm ita scriberet: Rapi simulatur virgo ex gremio matris, aut si ea non est ex proxima necessitudine, cùm ad virum trahitur, ꝙ videlicet ea res fęliciter Romulo cessit. Rapiundę autem vi simulata virginis, quinã olim ritus fuerit, eleganter Apuleius exposuit lib. 3. de asino aureo, his verbis: Tunc me gremio suo mater infelix tolerans, mundo nuptiali decenter ornabat, mellitisq; sauijs crebriter ingestis, iam spe futura liberarũ votis anxijs, propagabat, cùm inruptionis sabitæ gladiatorũ impetus ad belli faciem sæuiens, nudis & incertis mucronibus coruscãs, non cædi, non rapinæ manus afferunt, sed denso conglobatoq; cuneo cubiculum nostrum inuadunt protinus, nec vllo de familiaribus nostris repugnante, ac ne tantillum quidem resistente, me miseram, exanimem, sæuo pauore trepidam, de medio matris gremio rapuere. Et id quidem illud esse omnino videtur, qđ hunc in modũ in lib. de spectaculis Tertullianus scribit: Dehinc Equiria Marti Romulus dixit: quanquam & Consualia Romulo defendunt, ꝙ ea Conso dicauerit, Deo, vt volunt, consilij, eius scilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus suis in matrimonia excogitauit. Probum planè consilium, & nunc quoque apud ipsos Romanos iustum, & licitum, ne dixerim penes Deum. Hæc ille. Ecquid autem hæc verba: Et nunc quoque apud ipsos Romanos iustum, & licitum, aliud significant, quæso q̃ in locum veri raptus apud Romanos simulatum quẽdam raptum in nuptijs surrogatum fuisse? Proinde vsu olim vxorem in hunc modum acquiri solitam, eamq; antiquissimam fuisse cõnubij legitimi rationem, dubium non est. Fuit etiam alia contrahendi matrimonij ratio, quæ, vt in Top. scribit Boetius, confarreatio dicebatur, & solis Pontificibus conueniebat, hoc est, vt ego interpretor, per solos Pontifices peragebatur. Qualis autem confarreatio huiusmodi fuerit, euidenter in fragmẽtis exposuit Vlpianus tit. 9. Farre, inquit, cõuenitur in manum certis verbis, & testibus decem præsentibus, & solenni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur. Et quia Deos fruge colere, molaque salsa supplicare, & far torrere, Numa primus apud Romanos instituit, auctore Plinio lib. 18. c. 2. ideo certissimum est, hãc confarretionem à Romulo institutam non esse. Quid igitur si Numam eius esse auctorem dicamus? Subsisto, nec quicquam definio, quamuis Dionysius lib. 2. referat, Romanos priscos sacras nuptias confarreationem appellasse. Illud interim certissimum est, ante coemptionem in vsu confarreationem fuisse. Idque ob scurè satis Cicero demonstrat, in ea quam pro Murena scripsit oratione, Iuriscõsultos stomachosius, q̃ virum constantem deceat exagitans. Ait enim sacra interire maiores noluisse: Iurecõsultorum ingenio senes ad coemptiones faciendas, interimendorum sacrorum caussa repertos esse. Quo in loco dubium non est, quin per sacra confarreationem Cicero intellexerit, quam introducta coemptione in desuetudinem sensim abijsse, cum Tacito contendit. Nam ꝙ eo in loco de coemptione illa senserit, qua in manum solet conueniri, argumento sunt hæc eiusdem Ciceronis verba subsequentia: Vt quia in alicuius libris exempli caussa id nomen inuenerant, putarunt omnes mulieres quæ coemptionẽ facerent, Gaias vocari. Nam si, quod Festus Põpeius lib. 7. scribit, Tanaquil vxor Tarquinij Prisci, vt Romam venit Gaia Cæcilia fuerit appellata, tantæq; probitatis habita, vt id nomẽ boni hominis caussa frequentarent nubẽtes, videlicet, vt Plutarchus ait, hũc in modum: Vbi tu Gaius ego Gaia: certè qđ Cicero de Gaia dixit, id à Gaia Cæcilia originem trahere, & per consequens ad coemptionem illam, qua in manum cõuenitur, pertinere, dubium non est. Cùm igitur sacra dixisset Cicero maiores interire noluisse, haud dubiè per sacra, confarreationis vinculum, quo nihil in omnibus sacris quicquam, auctore Plinio, fuit religiosius, intellexit. Non n. puto quenquã tam stolido hebetiq; ingenio esse, vt existimet Ciceronẽ cõtendisse, Iuriscõsultorũ ingenio omnia sacra esse interempta. Quod aũt idem Cicero, senes repertos esse ad coemptiones faciendas ait, illud eò referri debere, vt in coemptionib. nõ ijs solùm quibus in manum conuenitur, sed omnibus ẽt quibus venale quid proscribitur, senes adhibiti fuisse videantur, apertè demonstrat M. Curius, Ciceroni hunc in modum scribens: Ergo fructus est tuus, mancipiũ illius: quod quidem si inter senes coemptionales venale proscripserit, egerit non multùm. Extat hæc epistola apud Ciceronem lib. 7. epist. famil. Proinde rectissimè in Ciceronis Top. adnotasse mihi videtur Boetius, tribus modis vxorem haberi, vsu, farre, coemptione. Idq; etiã aduersus gẽtes li. 4. testatus est Arnobius: Vxores, inquit, Dij habent, atq; in coniugalia fœdera conditionibus veniunt antè quæsitis: vsu, farre, coemptione, genialis lectuli sacramenta conducũt: habent speratas, habent pactas, hũt interpositis stipulationib. spõsas. Et quia raptus ille simulatus, de quo ex Apuleio, Tertulliano, & Festo, disseruimus, nec confarreationi, neq; coemptioni conuenit, idcirco illum rectissimè ad eam vxorum speciem retulisse mihi videor, quæ vsu habebantur. Vt igitur vsu vxor solennitatib. certis capiebatur, sic confarreatio, & coemptio, suas etiam solẽnitates haberũt. Coemptio ita peragebatur, inquit Boetius, vt in coemendo se inuicem interrogarent: Vir ita: An sibi mulier materfamiliàs esse vellet. illa respondebat, Velle. Itẽ mulier interrogabat: An vir sibi paterfamiliàs esse vellet. ille respondebat, Velle. Eratq; mulier materfamiliàs viro, loco filiæ. Et fuit sanè tanta coemptionis istiusmodi apud veteres auctoritas, vt per coemptionem facto matrimonio, vir & vxor sibi inuicem succederẽt. Idq; in illud Virgilij, Externusque in regnum quæritur hæres, Seruium Honoratum adnotasse Contius obseruauit. Vlpiani etiam testimonio idipsum confirmatur, qui in frag. tit. 22. ita scribit: Sui autem hæredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tã naturales, q̃ adoptiui: itẽ vxor, quæ in manu est, & nurus, quæ in manu est filij, quem in potestate habemus. Sed id quidem verum erat, diligenterq; obseruabatur, si omnium tutorum consensu mulier coemptione in mariti manum conuenerat. Nam si vel tutoris vnius in coemptione deesset auctoritas, ius successionis huiusmodi cessabat. Idq; euidentissimè pro L. Flacco docuit M. Cicero. Quũ enim eo nomine L. Faccus esset accusatus, ꝙ eius sorore Valeria intestatò mortua, sic eam rem Flaccus egerat, quasi ad ipsum hereditas pertineret, quũ contrà certum esset, eam iure coemptionis ad Andronẽ Sestilium Valeriæ maritum, omnino deuolutam esse: alia quidẽ ratione nulla Flaccũ excusauit Cicero, q̃ ꝙ esset sine Flacci, qui tutor erat, ꝙ sensu peracta coemptio. Verba Ciceronis hæc sunt: At enim Androni Sestilio grauis iniuria facta est, & non ferenda, ꝙ quum esset vxor Valeria intestata mortua, sic egit eam rẽ Flaccus, quasi ad ipsum hereditas pertineret. In quo quid reprehendas scire cupio: ꝙ falsum intenderit. quomodo doces? Ingenua, inquit, fuit. O peritum iuris hominẽ. Quid? ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non veniunt? In manum, inquit, conuenerat. Nunc audio: sed quæro, vtrum vsu, an coemptione? vsu nõ potuit: nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate diminui. Coemptione? omnibus ergo auctoribus: in quibus certè Flaccum fuisse non dices. Hæc Cicero. Diximus quibus olim modis contrahi, nunc videndum quibus dissolui connubium soleat. Et quidem vsu vxor, vsurpatione vxor esse desinit: confarreatio, vt diffarreatione, sic coemptio remancipatione dissoluebatur. Quæ vsu vxor erat, antequam esset vsucapta, si trinoctium à viro vsurpandi caussa abfuisset, lege duodecim Tabularum vsurpata dicebatur. Vsurpatio vsucapionis interruptionem significat, non vi quidem & proprietate verbi, sed per consequentiam. Si enim id quod possideo, necdum tamen vsucepi, ab aliquo solenniter vsurpetur, siue apprehendatur, is si eius rei dominus est, possessionem meam suæ vsurpatione interrumpit. Quia igitur mulieres in potestate aut mariti, aut parentum, vel tutorum erant perpetua, idcirco vsu vxor nondum vsucapta, ante annũ à marito discedens, vsurpabatur, hoc est, à parentibus, aut si illi nõ essent, à tutoribus solenni quadam ratione apprehẽdebat, & mariti potestate liberabat, si ab eo trinoctium abfuisset. Et hoc inde potissimùm, ꝙ in veri locum, simulatus ille raptus, quo vsu vxores habebantur, succesſerat. Quemadmodum igitur Sabinæ virgines, quæ domum raptorib. inscijs fugiebant, vsurpabantur, hoc est, ab ijs apprehendebantur, quorum antea in potestate fuerant: sic vsu vxor statim quum à viro trinoctium abfuisset, vsurpandi gratia, vsurpata dicebatur. Ita enim esse accipiẽdũ nõ dubito, quod ex Q. Mutio de vxore, quæ per trinoctiũ à viro abfuerat, lege xij. Tab. vsurpata Gellius li. 3. c. 2. & Macrob. lib. j. cap. 3. tradiderunt. Idq; non intellexisse visus est, quisquis ille fuerit, qui Gelliũ suis proprijs, & satis interdum friuolis, singulorum capitum argumentis illustrare conatus est. Porrò confarreatione matrimonium contractum diffarreatione dissolui solitum Festus obseruauit, qui diffarreationem genus fuisse ait sacrificij, quo inter virum & mulierem fiebat dissolutio: idcirco sic appellatam, quia fiebat farreo libo adhibito. Et ita quæ farreo libo, hoc est, confarreatione facta erat in manus conuentio, eadem farreo libo,

ideſt,

Source : BIU Cujas

ideſt,diffarreatione dirimebatur. Et quia nihil tam naturale eſt, q̃ vnumquodque eo modo diſſolui,quo ligatum eſt,ideo etiam non vſus vſurpatione tantùm, non confarreatio diffarreatione duntaxat, ſed & coemptio diſſolui remancipatione ſolet. Teſtis eſt enim idem Feſtus,remancipatam Gallum Aelium eam definiuiſſe, quæ mancipata ſit ab eo, cui in manum conuenerat. In coemptione autem quãdam quaſi in manus traditionem interuenire ſolitam,teſtatur expreſsè Symmachus, hunc in modum de Fuluio quodam ſcribẽs lib.2.epiſtol.Sororẽ Pompeiam olim viro maturam, te auſpice in manus optat accipere, nec genere minor, & re fortaſſis vberior. Huc ſpectat quoque Terentij illud in Andria:

Hanc mihi in manu dat,mors cõtinuò ipſam occupat. Igitur quæ coemptione in contrahẽdo matrimonio mulier mariti in manum tradebatur,eadem illa in diſſoluendo remancipabatur, hoc eſt, manu ab eo reddebatur, in cuius manum conuenerat. His ita expoſitis, videamus ecquid de diuortijs ampliùs in duodecim fuerit. Cuiacius ſe primum ait obſeruaſſe,diuortia fieri ex xij.Tab.Actoresq; laudat Caium c.pen.ad l.Iu.de adult. & Ciceronem in 2.Philip.Mimam illam,inquit Cicero,ſuam res ſuas ſibi habere iuſſit,ex xij.Tab.claues ademit,exegit. Sanè conſuetudinem fuiſſe ſcribit Feſtus,muliebus donare clauim ob ſignificã dam partus facilitatem. Igitur mulieri quæ data fuerat in contrahendo clauis,eam adimi in diſſoluendo matrimonio. Decemuiri voluiſſe viſi ſunt.

De tigno iuncto. Cap. XXII.

LEgem de tigno iuncto Decemuiralem, his conceptam verbis fuiſſe, vir ille eruditiſſimus obſeruauit, qui primus Feſtũ temporis iniuria deprauatiſſimum, integritati ſumma diligẽtia conatus eſt reſtituere: TIGNVM IVNCTVM AEDIBVS, VINEAE QVE, ET CAPVLONE SOLVITO. De qua lege ſic ſcribit Vlpianus: Lex duodecim Tabu. neq; ſoluere permittit tignum furtiuum ædibus iunctum,neq; vindicare. Quod prouidẽter lex effecit,ne vel ædificia ſub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur: ſed in eum qui eſt conuictus iunxiſſe, in duplum dat actionẽ.c.1.de tigno iuncto. Lex igitur xij.Tabu. nõ permittit ad hoc ſoluere furtiuum tignum ædibus iunctum, vt poſſit ſolutum vindicari. Sic enim hæc Vlpiani verba eſſe accipienda Paulus me docuit,qui de tigno ædibus iuncto, ad exhibendum ideo agi non poſſe contendit,quia lex xij.Tab.illud ſolui vetat,c.6.ad exhib.Ei ſiquidem vindicare non poteſt,vtiq; nec ad exhibẽdum agere permittitur,hoc eſt,vt Vlpianus ſentire videtur, ad ſoluẽdum tignum ædibus iunctum experiri: non eſt.n. alius huiuſmodi ad exhibendum actionis effectus. Rurſus,idem Paulus tignum ædibus iunctum poſſe vindicari, idq; Decemuiros etiam non ignoraſſe alio loco teſtatus eſt, c.98.in fi.de ſolut. Et hoc tunc etiam verum eſſe idem Paulus ait,cùm aduerſus eũ eſt actio,qui ſciens alienum ædibus ſuis tignum iunxit c.18.§ tignum. de rei vind. Igitur ad exhibẽdum agitur de tigno iuncto interdum inutiliter: agi quoq; interdũ poteſt vtiliter. Inutiliter quidem,quum aduerſus eum experimur, qui ignorans alienum iunxit. Ideo enim inutilis eſt hæc actio, quia id quod iunctũ eſt, aliter vindicari non poteſt,q̃ ſi ſolutum fuerit. Qui igitur ad exhibendum aduerſus eum experitur,qui ignorans iunxit, vtiq; hoc videtur intendere, vt quod iunctum eſt,diſſoluatur, & diſſolutum exhibeatur. Lex autem vetat diſſolui: igitur inutilis eſt hoc caſu ad exhibendum actio.d.c.6.& cap.7.§.cum in ſuo. de acquirer.domin. Aliud autem eſt, ſi aduerſus eum ſit actio,qui ſciens alienum iunxit. Tunc enim rectè ad exhibendum agitur, d.§.tignum. Nõ ita quidem,vt quod iunctum eſt diſſoluatur: id enim fieri non poteſt,quia id fieri lex vetuit: verùm ita,vt eum iunxit, ſic conueniamus,quaſi dolo malo fecerit,quò minùs poſſideat, auctore Vlpiano cap.j.de tig iuncto. Igitur quę ipſo iure ad exhibendum actio propter Decemuiralẽ hanc legem inutilis eſt, eadem illa vtilis ex ſcientia,eiusq; qui iunxit mala fide,efficitur replicationis auxilio. Itaq; ſi tignum meum petam exhiberi, quod ædibus tuis iunxiſti,& tu dixeris illud te non poſſidere,nimirum propter mutatum habitum, iam ſi bona fide iunxeris, euaneſcit ipſo iure propoſita ad exhibẽdum actio: ſin verò ſcientiam tuã culpem,teq; non poſſidere quidem, ſed dolo malo feciſſe, quò minùs poſſideres contendam,vtilis efficitur hmõi replicationis auxilio,quæ anteà ipſo iure nulla erat,ad exhibendum actio: qua quanti interſit mea tignũ iunctum nõ fuiſſe fortaſsè conſequar. c.3.§.ſciendum eſt autem.& §.ibidem.verſ.de quibuſdam.ad exhib.c.18.in pr.de dol.mal. Et ita conciliandos eſſe illos prudẽtes iuris non dubito,qui de tigno iuncto nõnullas ſcripſiſſe antinomias exiſtimantur. Cęterùm vindicari tignum aliter nõ potuit, q̃ ſi ſolutum eſſet. Quæ enim iuncta ſunt ædibus,ſeparata duntaxat dñm vindicare poſſe Vlpianus teſtatur c.7. de excep.rei iud. Idq; Decemuiros non ignoraſſe etiam Paulus admonuit,quamuis interim illa ſolui,iidem Decemuiri prohiberent c.98.in fi.de ſolu. Eoq; mihi etiam viſus eſt Vlpianus reſpexiſſe,quum ita ſcriberet: Sed ſi proponamus tigni furtiui noïe ædibus iũcti actum, deliberari poterit,an extrinſecus ſit rei vindicatio: & eſſe non dubito.c.2.de tig.iuncto. Senſus enim eſt,ſi tigni iũcti noïe ſit actũ, legis de tigno iuncto actione, an & eadem quoq; actione poſſit tignum quod iunctum nõ eſt peti,an verò ſeparatim debeat vindicari? Et extrinſecus quidem vindicationem eſſe definit Vlpianus. Ea autem extrinſecus vindicantur,quę ędibus non inhærẽt. Idq; Ciceronis auctoritate confirmatur, qui ſic de Orat. ſcribit: Extrinſecus autem aſſumuntur, cùm ea quæ ſunt foris, neq; inhærent,in rei natura colliguntur. Huic adde illud eiuſdem de Finib. Et nunc quidem quod vitem tuetur,eſt id extrinſecus,ideſt, non in ipſa vite. Ex quibus locis perſpicuum ſatis eſt, quæ tigna ædibus non inhęrent,ſiue ſoluta,ſiue nondum iuncta fuerint,ea rectè dici extrinſecus vindicari.d.c.2. Tignũ igitur aliud q̃ quod ſolutum,aut necdum iunctum eſt, vindicari nullum poteſt. Legis autem actio de tigno iũcto, in duplum competit. Videamus quid appellatione tigni in hac lege contineatur. Quidam vir eruditus,tigni appellatione in hac lege, ea duntaxat tigna contineri ſuſtinet,quibus ædes ruinoſæ fulciũtur. Id ſi verum eſt, ſtupiditatis igitur legis huius interpretes Caius,Paulus, & Vlpianus inſimulentur,qui non tigni ſolùm,ſed etiã huius tigni, cuius in hac lege mentio fit,appellatione,omnem materiam ſignificari ttadiderunt,ex qua ædificia fiunt,ædificia conſtant, non autẽ funciũtur.d.c.62.d c.7.& c.7.§.appellatione.de acq.rer.domi. Quid? anne tigni vocabulo in hac lege tegulam,lapidem, teſtã,immo calcem & arenam cęteraq; ſi qua ædificijs ſunt vtilia,contineri ſcripſit Vlpianus? c.j.de tig.iuncto. Profectò puerilis eſt error,& nõ ferendus,ſi quis hæc omnia duntaxat fulciendis ędibus ruinoſis dixerit accommodari. Quòd ſi me rogites, cur Decemuiri contrarium ius in ædibus & in nauibus ſtatuerint, negabo quicquã de nauibus Decemuiros iuris conſtituiſſe, ſed de tigno dũtaxat ædibus,vineis,& capulis iuncto. Quod ius ſi Decemuiri non ſcripſiſſent,fortè dubium non eſſet, quin quod in nauibus æquum prudetibus viſum eſt,idem in ędibus quoq;,in vineis,& in capulis obſeruaretur. Cur autem paſſi non ſint Decemuiri, tignũ ędibus,vineis, & capulis iunctum diſſolui, hæc ab Vlpiano prodita eſt ratio,ne videlicet ſub hoc prætextu ædificia diruantur, vel vineam cultura turbetur.d.c.j. Et quia capulum illud eſſe ſcribit Feſtus,quo mortui efferuntur,profectò mirum non eſt, capulum ex alieno tigno factum diſſolui non magis potuiſſe, q̃ tignũ ędibus,aut vineæ iunctum: fortaſſis ne funus impediatur, quod excuſationem in ius vocato iuſtam & idoneam tribui: neve iuſta hominis mortui turbentur. Animaduerti mortuorum cadauera,aut vnco trahi,aut efferri capulo cõſueuiſſe. Et eorum quidẽ quibus iuſta fieri poterant cadauera, ſolenni pompa capulo ad rogum efferebantur: aliorum verò quibus lege iuſta fieri erat prohibitum,quòd improbi ac nefarij iudicarentur, vnco trahebantur: quique trahebant, Hamotrahones dicebantur, auctore Feſto. Quò ſpectat illud Senecæ, epiſt. libro 14 epiſtola 93. Non conteret, inquit, me nec vncus,nec proiecti ad contumeliam cadaueris laceratio,fœda viſuris. Eoque etiam reſpexiſſe viſus eſt idem Seneca,de Ira libro 3.vbi ſic de ira eiusque apparatu loquitur: Oſtendenda eſt rabies eius effrenata & attonita, apparatusque illi reddendus eſt ſuus, eculeus,& fidiculæ, & ergaſtula, & cruces, & circundati defoſſis corporibus ignes, & cadauera quoque trahens vncus, varia vinculorum genera, lacerationes membrorum, inſcriptiones frontis, & beſtiarum immanium cauernæ. Nec aliò quidem referendum videtur, quòd nulla homini fulminibus occiſo fieri iuſta potuiſſe teſtatus eſt libro xiij. Pompeius Feſtus: Homo, inquit, ſi fulmine occiſus eſt,ei iuſta nulla fieri oportet. & ait, Hominem fulminibus occiſum ſupra genua tolli vetuiſſe his verbis Numam Pompilium: SI HOMINEM FVLMINIBVS OCCISIT, NE SVPRA GENVA TOLLITO. Credebantur enim huiuſmodi homines ira quadã vindictaque diuina è medio tolli, & idcirco nulla parentatione digni. Igitur homo fulmine occiſus ſupra genua tolli,idcirco nõ potuiſſe vr, quia ei iuſta fieri nulla poterãt. Opinor,q̃ hi dũtaxat ſupra genua tollerentur, quibus iuſta fieri poterant: reliqui verò ſupra genua non tollerentur. Et hoc inde potiſſimùm,q̃ qui capulo efferebantur, nõ capulo humeris, vt apud nos moris eſt,impoſito efferri ſoleãt, ſed in eam(ni fallor) altitudinem à terra capulo leuabantur, vt ſupra genua dũtaxat tollerẽtur. Quia igitur occiſo fulminibus homini iuſta fieri nulla poterant, certiſſimũ eſt, ideò ẽt noluiſſe eũ ſupra genua tolli Pompilium; ſiquidem qui ſupra genua tollebantur, capulo efferebantur. Et quia hi ſolũ capulo efferri poterant,quibus fieri iuſta permiſſum erat,rectè hinc ratiocinabimur, capulo ꝓpeà homines fulminibus occiſos non elatos, nec per cõſequens ſupra genua ſublatos,ſed vnco velut ſceleratos homines & impios tractos fuiſſe. Quid autem,ſi per capulum, non id ſolùm quo mortui efferũtur,ſed etiã ipſum ſepulchrũ intellexerimus: Nihil eſſe quod reprehẽdi poſſit,exiſtimo. Antiquos enim ſarcophagũ ẽt capulũ appellaſſe,ꝓter Noniũ Marcellũ teſtatur Apuleius li 10. de aſino aureo: Ecce,inquit,pater ſuus. ipſe manibus cooperculo capuli remoto cõmodũ diſcuſſo mortifero ſopore, ſurgentẽ poſtliminio mortis deprehendit filium. Eoq; ſenſu capitulum accepiſſe viſus eſt etiam Tert. in libro de carnis reſurrect. Deus verò,inquit,animæ ſuæ vmbram,ſpiritus ſui auram,oris ſui operam,

Source : BIU Cujas

ram, viliſſimo alicui commiſerit capulo? Aut igitur per capitulum, id quo mortui efferuntur, cum Feſto intelliges, aut certè cum Non. Marcello ipſum ſepulcrum ex alieno tigno factum.

De frugum excantationibus. Cap. XXIII.

IN hoc Decemuiros reprehendit Seneca, libro 4. naturalium quæſtionum, capi. 7. quòd illi cantibus attrahi imbres, & repelli crediderint. At Cleonæ, inquit, iudicia reddebant, in illos, quibus delegata erat cura prouidendæ tempeſtatis, ꝙ negligentia eorum vineæ vapulaſſent, aut ſegetes procidiſſent. Et apud nos in duodecim Tabul. cauetur, ne quis alienos fructus excantaſſit. Rudis adhuc antiquitas credebat, & attrahi imbres cantibus, & repelli: quorum nihil poſſe fieri tam palàm eſt, vt huius rei cauſſa nullius Philoſophi ſchola intranda ſit. hactenus Seneca. Eſſe autem in duodecim Tabul. legem, qua fruges vetantur excantari, non Seneca duntaxat, ſed & Plinius quoque libro 28. cap. 7. his verbis expreſsè teſtatus eſt: quin etiam & legum ipſarum in duodecim Tab. verba ſunt, QVI FRVGES EXCANTASSIT. & alibi, QVI MALVM CARMEN INCANTASSIT. Atque huius quidem legis in 1. apologia meminit etiam Apul. & qua ratione fruges ſoleant excantari eleganter hunc in modum docet: Magia iſta res eſt delegata legibus iam inde antiquis xij. Tabulis, propter incredundas frugum illecebras interdicta. Igitur & occulta, non minùs quàm terra, & horribilis, plerunque noctibus vigilata, & tenebris obſtruſa, & arbitris ſolitaria, & carminibus murmurata, cui nõ modò ſeruorum, verum etiam liberorum pauci adhibentur. Prohibuerunt igitur Decemuiri fruges excantari, eumque qui fruges excantaſſet, Cereri ſacrum eſſe, eoſdem Decemuiros voluiſſe, auctor eſt in Virgil. Seruius.

De damno dato. Cap. XXIIII.

VIdetur in duodecim Tabulis ſcriptum fuiſſe, SI RVPITIAS, SARCITO. Rupitias enim in duodecim damnum dederis, & ſarcito damnum ſoluito, ſignificare, ex Seruio Sulpitio adnotauit Feſtus. Igitur Decemuiri damnum non iniuria, ſed negligentia datum ſarciri, hoc eſt, ſolui, ſiue præſtari duntaxat, ſine caſtigatione aliqua voluerunt. cap. 9. de incẽd. ruina, naufrag. Cęterùm qui ædes aceruumve frumenti iuxta domum poſitum ſciens prudens combuſſit, is vinctus, verberatus, igni necari lege Decemuirali iubetur dicto ca. 9. quem poſteà, ſi humiliore loco eſſet, beſtiis obiectum; ſin verò in aliquo gradu. capite punitum, aut in inſulam deportatum fuiſſe, Vlpianus teſtatur cap. vlti. d. titu. Incendium autem nullum ſine culpa fieri poſſe, hoc eſt, ſine negligentia, Alphenus notat, cap. 11. de per. & com. rei vendic. Et ob id ex incẽdio culpa facto, ſi quidem ea latior eſſet, de damno iniuria dato, ex lege Aquilia; ſin leuior, ex duodecim Tabulis agi ſolet, capit. 1. ad l. Aquil. His adde, ſi quadrupes pauperiem fecerit, etiam ex lege duodecim Tabularum actionem ſic deſcendere, vt eadem lege aut dari id quod nocuit, ideſt, animal quod noxiam commiſit, aut æſtimationem noxiæ offerri neceſſum fuerit, cap. 1. ſi quadru. paup. feciſſ. dic. Fuiſſe deniq; in duodecim Tabulis de ſeruorum noxijs aliquid cautum, indicat Iuſtinianus in §. Sunt autem. Inſtitu. de noxal. act. Scribit etiam Vlpianus, ſi ſeruus ſciente domino furtum fecit, vel aliam noxam commiſit, ſerui nomine ex duodecim Tabulis actionem eſſe noxalem, nec dominum ſuo nomine teneri. cap. 2. de noxal. act.

De iniurijs, & famoſis libellis. Cap. XXV.

GEllius auctor eſt, libro 20. capi. 1. in duodecim de iniuria punienda ſic ſcriptum fuiſſe: SI INIVRIAM ALTERI FAXIT, VIGINTIQVINQVE AERIS POENAE SVNTO. Quam legem Sextus Cecilius, & Sextus Pompeius Feſtus ſic interpretati ſunt, vt per vigintiquinque æris pœnas, intellexerint vigintiquinque aſſes. Scribit idem Gellius, Lucium quendam Neratium hominem egregiè improbum, & immani vecordia, pro delectamento habuiſſe, os hominis liberi manus ſuę palma verberare, & quemcunque depalmauerat, ei ſtatim numerari ſecundùm duodecim Tabulas quinque & viginti aſſes iuſſiſſe. Propterea, inquit, Prætores pœnam hanc obſoleſcere, & relinqui cenſuerunt, iniurijsque ęſtimandis recuperatores ſe daturos edixerunt. Cęterùm de membro rupto ſic Decemuiros ſcripſiſſe, apud eundem Gellium legimus: Si membrum rupit meum, è pacto talio eſto. Sed caput iſtud mendoſum eſſe, quis eſt qui non videat? Illud iampridem Iacobus Cuiacius obſeruauit, ſic eſſe reſtituendum: SI MEMBRVM RVPIT, NI CVM EO PACIT, TALIO ESTO. Elegãs reſtitutio. Quis enim nõ videat, ex his duabus dictionibus ni cum, conflatum fuiſſe illud meum, quod in vulgari editione paſſim extat? Talionis, inquit Feſtus nouiſſimè reſtitutus, mẽtionẽ fieri in duodecim, ait Verrius, hoc modo: Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio eſto. neq; id quid ſignificet indicat, puto quia notũ eſt: permittit eñ lex parem vindictam. Huc ſpectat illud Senecæ de Ira, lib. 2. c. 32. Inhumanum verbum eſt, & quidem pro iuſto receptum, vltio & talio, nõ multùm differt niſi ordine. Porrò propter os fractũ, non talionis, ſed nummarias pœnas fuiſſe in duodecim cõſtitutas, Gellius & Iuſtinianus conſentiunt. Nunc antequam ad legẽ de famoſis libellis Decemuiralem veniam, exponendum eſt, ecquid de arboribus furtim cæſis ſtatuerint Decemuiri. Plinius lib. 17. c. 1. cautum fuiſſe duodecim Tabulis ait, vt qui iniuria cecidiſſet alienas abores, lueret in ſingulas pęnas æris vigintiquinq;. Sic enim legendũ eſt apud Plinium, nõ vt paſſim legitur, Lueret in ſingulas æris vigintiquinq;. Sed quemadmodum in alijs iniurijs, ita & hic à Prætoribus alia pęna ſtatuta fuit, ad quam pęnalis in duplum actio arborum furtim cęſarũ eſt introducta. c. 8. arbor. furt. cęſar. His addendum eſt, quod de frugibus aratro quæſitis, hunc in modum idem Plinius ſcribit, lib. 18. c. 3. Frugem, inquit, aratro quæſitam, nocte pauiſſe & ſecuiſſe, puberi duodecim Tabulis capitale erat, ſuſpenſumq; Cęteri necari iubebant, grauiùs q̃ in homicidio conuictum: impuberem Prætoris arbitratu verberari, noxiamve duplionẽve decerni. Quo in loco pro noxiã duplionemve decerni, legendũ mihi videt, noxiamve dupliove ne decerni. Nam cùm ſola noxia decernitur, nihil de pęna ſtatuitur, cùm duplio noxia pręſtari iubetur, & ſimul pęna decernitur. Balduinus noſter antiquitatum illuſtrator vigilantiſſimus de famoſis libellis tam ſcripſit, accuratè, vt non magnoperè hic eſſe mihi laborandum putem. Ait, Ciceronem lib. 4. de Rep. ſic ſcripſiſſe: Noſtræ contra duodecim Tabulæ cùm perpaucas res capite ſanxiſſent, in his hanc quoq; ſanciendam putauerũt: ſi quis occentauiſſet, actitauiſſet, ſiue carmẽ condidiſſet, quod infamiã faceret, flagitiumq; alteri precaretur. Ex quo loco dubium nõ eſt, quin libelli famoſi pęna capitalis fuerit, hoc eſt, ſupremi ſupplicij. Nam ꝙ quidem ait, capitis pęnam non mortem tantùm, verumetiam ſtatum & dignitatẽ reſpicere, id certè ad rem nõ pertinet. Decemuirorum ſiquidem tẽporibus nulla erat relegatio, nulla proſcriptio, nulla deportatio, & idcirco qui capitis damnabatur, ad mortẽ condonari debebat. Igitur hanc infamiam ſummo ſupplicio vindicaſſe videntur Decẽuiri. Nec moueor auctoritate Vlpiani, quẽ audio c. 5. de iniurijs tradidiſſe, eos qui famoſum carmen, libellosve famoſos ſcribunt, ex lege inteſtabiles eſſe. Illud enim nõ ad Decemuiralem legem, ſed ad quoddãm Senatuſconſultũ ſpectat, cuius idem Vlpianus ab alio loco meminit: Si quis, inquit, ob carmen famoſum damnetur, Senatuſconſulto expreſſum eſt, vt inteſtabilis ſit. c. 18. de teſt. Et eò quidem referendum videtur, quod hũc in modum Arnobius ſcribit aduerſus gentes lib. 4. Carmẽ malum cõſcribere, quo fama alterius coinquinetur & vita, Decemuiralibus ſcitis euadere noluiſtis impunè: ac ne veſtras aures conuitio aliquis petulantiore pulſaret, de atrocibus formulas conſtituiſtis iniurijs. Verba legis xij. Tab. de famoſis libellis, ſic eſſe reſtituenda obſeruaui: SI QVIS OCCENTASSIT, ACTITASSIT, SIVE CARMEN CONDIDISSIT, QVOD INFAMIAM FACERET, FLAGITIVMVE ALTERI PRECARETVR, CAPITE POENAS LVITO. Occentaſſint antiqui dicebant, inquit Feſtus, quod nũc cõuicium fecerint, dicimus: ꝙ id clarè & quodam canore fit, vt pcul exaudiri poſſit: quod turpe habetur, quia non ſine cauſſa fieri putatur. Et hæc mihi ſufficere videntur, ad interpretationem legum Decemuiralium, quæ de iniurijs latæ ſunt.

De furtis. Cap. XXVI.

DEcemuiri tres furtorum ſpecies conſtituunt, manifeſtum, nec manifeſtum, conceptum: addidere Prætores quartam, eamq; oblatum nominant. Decemuiri furem qui manifeſto furto prehenſus eſſet, occidi tunc permiſerunt, ſi quum faceret furtum, nox eſſet, aut interdiu ſe telo cùm prehenderetur, defenderet. Ex cęteris autẽ manifeſtis furibus, liberos verberari, addiciq; iuſſerunt ei, cui factum furtũ eſſet, ſi modò id luci feciſſent, neq; ſe telo defendiſſent: ſeruos item manifeſti prehẽſos, verberibus affici, & è ſaxo præcipitari: ſed pueros impuberes Prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamq; ab his factam ſarciri. Alijs deinde furtis omnibus, quæ nec manifeſta appellantur, pęnã impoſuerunt dupli. Hæc differit eleganter Gellius noctium Atticarum lib. 11. c. 18. Et Macrobius lib. j. Saturn. hanc legis Decemuiralis referens particulam, SI NOX FVRTVM FAXIT, ET IM ALIQVIPS OCCISIT, IVRE CAESVS ESTO, notandum eſſe ait, Decemuiros nox pro noctu, & im pro eum poſuiſſe. Furtum autem conceptum, ac ſi manifeſtum foret, Decemuiros etiam vindicaſſe, idem Gellius auctor eſt. Ea quoq; furta, inquit, quę per lancem licium q; concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent, vindicauerunt. Quo quidẽ in loco nihil eſſe aliud furtum per lancem & licium conceptum ſuſpicor, q̃ illud furtũ, quod conceptum ſimpliciter à prudẽtibus iuris eſt appellatum. Lãce, inquit Feſtus, & licio, apud antiquos dicebatur, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancẽq; ante oculos tenebat, propter matrum familię aut virginum pręſentiã. Vnde manifeſtum ſatis eſt, lancẽ liciumq; nihil aut adiciſſe, aut ſubſtantiæ concepti furti detraxiſſe, ſed nudam duntaxat furti inueſtigandi rationem denotaſſe. Moris enim Decemuirorum temporibus fuiſſe videtur, vt ſi quis in alicuius ædibus furtum vellet quærere, illud faceret nudus, licio cinctus, & lancẽ ante oculos tenens, iuratusq; Deos legũ cuſtodes, ſeſe reperiẽdi ſpe furtũ quærere. Et tunc quidem alter ille, apud quem furtum quærebatur, domum ſuam ei, qui furtum quærebat, aperire.

& in

Source : BIU Cujas

& in obſignatis,& non obſignatis, locis liberam furti inquirendi poteſtatem facere cogebatur.Quem morem primùm à Græcis vſurpatum, deinde in Romanam Rempub. olim inuectum fuiſſe, ſi quis fortè ſatis ſibi non perſuaſerit, inueniet Platonis de legibus librum duodecimum: in quo id ita perſpicuè traditur,vt omnem auctor diuinus cum Feſto, Gellio, aliisque Latinis auctoribus collatus, dubitationis mihi ſcrupulum penitus exemerit. Igitur ſi conceptum furtum aliud nullum dici poſſit, quàm furtum quæſitum & inuentum,auctore Paulo,Sententiarum libro ſecundo, titu.31. & Iuſtiniano, in §. conceptum. Inſtit.de oblig.quæ ex del.naſc. conſequi rectè videtur, aliud quoque nullum dici poſſe furtum per lancem & licium cõceptum, quàm furtum per lancem & licium quæſitũ & inuentum. Et quia nulla temporibus Decemuirorum furta queri ſine lance & licio in domo aliena poterant, ideo quoque nulla fuiſſe ijſdem temporibus videntur concepta furta, quæ non per lancem & licium concepta dicerentur. At poſteà quàm furtorum quæſtiones, hoc eſt, inquiſitiones cum lance & licio euanuiſſent, vt eſt apud Gellium libro 16. capit. 10. tunc furta,quæ per lancem & licium concepta dicebantur, appellari concepta ſimpliciter cęperunt. Et ita quidem ampliùs nihil in effectu furti nomine per lancem & licium concepti Decemuiri ſunt complexi, quàm Prætores & Iuriſconſulti per furtum conceptum intellexerunt. Idque mirum in modum confirmat idem Gellius. Cùm enim à lege Decemuirali diſceſſum eſſe, & ex manifeſto furto actionem in quadruplum competere demonſtraſſet, hæc verba ſubiecit: Furti concepti, item oblati, tripli pœna eſt. Quibus haud dubiè aliud nihil voluiſſe viſus eſt,quàm ſicut manifeſti furti in quadruplum, ſic furti concepti pœnam Decemuiralem in triplum conuerſam à Prætoribus fuiſſe. An autem in duodecim, de eo cuius ope, conſilio, furtum factum eſſet, quicquam fuerit definitum, nihil certi exiſtimo affirmari poſſe.Nam quod Feſtus, docens nec pro non veteres dixiſſe,in duodecim ſcriptum eſſe ait, Si aderit furto quod nec manifeſtum erit: illud mendoſum eſſe indicant veteres libri, quibus in Feſto reſtituendo Antonius Auguſtinus vſus eſt. In ijs enim pro aderit, fuiſſe videtur ſcriptum adorat. Et quia adorare pro agere, interdictum antiquos poſuiſſe Feſtus teſtatur libro primo, idcirco ſic hanc legis apud eundem Feſtum particulam eſſe reſtituendam exiſtimauit: SI ADORAT FVRTVM QVOD NEC MANIFESTVM ESIT, DVPLIONEM LVITO: & ſic intelligendam, vt qui furtum nec manifeſtum feciſſet, duplo mulctaretur. Vſus in eadem ſignificatione verbo adorare videtur in Octauio Minutius Felix: At enim, inquit, nos exequias adoramus, eadem tranquillitate, qua viuimus: hoc eſt, exequias facimus, celebramus, eadem qua viuimus tranquillitate. Et hæc de furtis, de quibus paciſci Decemuiros etiam permiſiſſe, paſſim traditum eſt.

De publicis iudicijs & capitalibus. Cap. XXVII.

ESSE in duodecim Tabulis de capite Romani ciuis ita ſcriptum, DE CAPITE CIVIS NISI PER MAXIMVM COMITIATVM NE FERVNTO, Cicero libro 3.de legibus, auctor eſt. Qua quidem lege ante Decemuirorum tempora vixdum in prouocatione vſi videntur Romani. Tunc enim horridi criminis legem in vſu fuiſſe huiuſmodi Liuius teſtatur libro primo: DVVMVIRI PERDVELLIONEM IVDICENT. SI A DVVMVIRIS PROVOCARIT, PROVOCATIONE CERTATO. SI VINCENT, CAPVT OBNVBITO, INFAELICI RESTE SVSPENDITO, VERBERATO VEL INTRA POMOERIVM VEL EXTRA POMOERIVM. Secundùm quam legem, ait idem Liuius, Tullũ Hoſtiliũ Duumuiros,qui Horatio perduellionem iudicarent,feciſſe: & alterum ex Duumuiris in cõdẽnando hac formula uſum eſſe: Publi Horati tibi perduellionem iudico: Lictor colliga manus.Cũq; Horatius prouocaſſet, de prouocatione ſtatim certatum ad populum fuiſſe. Quid autem ſit perduellionem alicui iudicare,quid item perduellionis reum fieri, quia id ignorari video, paucis hic Exponam. Et animaduerti quidem à viro quodam, vt mea opinio fert,noſtrorum Iuriſconſultorum longè ingenioſiſſimo,atque exercitatiſſimo,Liuium eſſe reprehenſum in hoc,q illè nefarium illud Publij Horatij,qui propriã ſororem interemerat, ſcelus perduellionem appellauerit. Sed quia aliud eſt, perduellionem alicui iudicare, aliud perduellionis accuſare: ſic Liuium eſſe defendendum puto, vt dixerit expreſsè, Duumuiros non perduellionis Horatium reum feciſſe, aut condemnaſſe, ſed Publio Horatio perduellionem iudicaſſe. Sanè ad legem xij. Tabul. libro ſecundo ſcribit Caius, quos hoſtes nos dicimus,eos veteres perduelles appellaſſe,per eam adiectionem indicantes,cum quibus bellum eſſet.cap.234.de verborum ſignifi. Idque etiam Varro de lingua Latina libro 4. & Feſtus libro 8. de verborum ſignificatione teſtati ſunt. Multa verba,inquit Varro,aliud nunc oſtẽdunt, aliud antè ſignificabant: vt hoſtis.Nam tum eo verbo dicebant peregrinum,qui ſuis legibus vteretur:nunc dicunt eum,quem tunc dicebãt perduellem. Et Feſtus:Hoſtis,inquit, apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hoſtis, perduellis. Ex quibus quidem Varronis & Feſti locis, rectè colligi poteſt, non vt olim, ſic nunc hoſtes Romani populi perduelles appellari.Siquidem, vt Vlpianus ait,is duntaxat perduellis nunc dicendus eſt, qui hoſtili animo aduerſus Rempub.vel Principem ſuum eſt animatus.capitu. fin. ad l. Iul. maieſt. Igitur qui eo nomine accuſatur, is rectè perduellionis reus fieri nunc intelligitur: quemadmodum olim qui hoſtis iudicabatur, illi perduellio iudicari dicebatur. Proinde ſic Liuium eſſe intelligendum puto, vt contenderit, eis qui horrendum aliquod crimen commiſerant, perduellionem eo tempore ſolere iudicari:quo moris fuiſſe apud Romanos videtur,vt cui Romano,de cuius capite iudicium erat, antè perduellio iudicaretur,hoc eſt,ciuium exemptus numero,patrię hoſtis pronunciaretur, quàm capitale ſumi de ciue Romano ſupplicium poſſet. Et hæc quidem interpretatio eò veriſimilior videtur, q filium ſuum Horatium,populi fauore abſolutum, Publius Horatius pater, quibuſdam ſacrificijs piacularibus peractis, tranſmiſſo per viam tigillo, capite adoperto, velut ſub iugum miſerit, auctore eodem Liuio. Quia igitur præter hoſtes nulli ſub iugum mitti conſueuerant, hinc rectè ratiocinabimur, ideo miſſum velut ſub iugum à ſuo patre Horatium fuiſſe, quia Horatio Duumuiri perduellionem iudicauerant, hoc eſt,quia inter perduelles Romani populi Horatium referendum eſſe, deinde vt perduellem interimendum pronunciauerant. Et hæc ad legem illam horrendi criminis ſufficiunt. Quæ lex Regum temporibus Romæ in vſu fuiſſe, Regibusque exactis, vnà cum reliquis legibus Regijs exoleuiſſe lege Tribunitia videtur. Quo quidem tempore, ſuum ſemper eſſe de capite Romani ciuis iudicium, populus Romanus viſus eſt primùm voluiſſe. Et idcirco in huius Regiæ de horrendo crimine legis locum, aliam Decemuiri legem ſurrogarunt, qua de capite ciuis niſi per maximum comitiatum ne ferretur, continebatur.Eaque lege vſus eſt Romanus populuſſemper conſtantiſſimè. Adeò quidem, vt contenderit actione quinta in C.Verrem expreſsè Cicero,facinus eſſe ab aliquo Prætore vel Præſide vinciri ciuem Romanum, ſcelus verberari, propè parricidium necari: quid dicam, inquit, in crucem tollere? Scribit etiam Pomponius,ne Conſules per omnia Regiam poteſtatem ſibi vindicarent, lege lata factum eſſe, vt ab eis prouocatio eſſet, neve poſſent in caput ciuis Romani iuiuſſu populi animaduertere. Certè quia de libertatis ciuitatisque iure, non Prætoris, Conſulis, aut Præſidis alicuius, ſed populi ſolius iudicium erat. Proficiſcar, inquit Cicero in Verrina quarta, eò quò me iampridem vocat populus Romanus: de iure enim libertatis & ciuitatis ſuum putat eſſe iudicium, & rectè putat.Nunc videndum eſt, de eo qui hoſtem concitauerit, quiue ciuem hoſti tradiderit, quem capite puniendum Martianus ſcribit, idque legem duodecim Tabularum iubere cap. 3. ad l. Iul. maieſt. Et de eo quoque, qui ob rem dicendam pecuniam accepiſſe conuictus erat,capite puniendo lege quadam Decemuirali expreſsè caueri teſtatur Gellius lib. 20.cap.1.Quod autem Martianus ſcribit,lege Iulia repetundarum eum teneri,qui cùm aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum acceperit, cap. 3. ad l.Iul. repetund. ex eo probari poteſt, lege Iulia repetundarum legem hanc Decemuiralem abrogatam fuiſſe: etiam ijs temporibus quibus M. Cicero Verrem accuſauit.Ciceronis enim hęc verba ſunt,in actione prima: Cognoſcet ex me populus Rom.quid ſit, q P. Septimo Senatore damnato, Q.Hortenſio Prætore, de pecunijs repetundis lis æſtimata ſit in eo nomine, q illi ob rem iudicandam pecuniam accepiſſet. Igitur qui lege Decemuirali capite plecti debebant Iudices corrupti, in eos lege Iulia repetundarum non capite, ſed exilio, vel etiam interdum duriùs, extra ordinem animaduerſum fuit. cap.7.§. hodie. ad l. Iul. repetund. Et hæc hactenus, quibus ſi addideris, paſſos non eſſe Decemuiros, de inaudito & indemnato ſupplicium ſumi,idque primùm ex Saluiano Maſſilienſi Epiſcopo Cuiacium obſeruaſſe, exiſtimabo de legibus publicorum capitaliumque iudiciorum Decemuiralibus hic ſatis abundè diſputatum eſſe.

Miſcellanea quędam. Cap. XXVIII.

IN hoc capite quædam Decemuiralium legum fragmenta viſum eſt adnotare, quæ licèt nullam interpretationem accuratam poſtulent, omitti tamen non potuerunt. Feſtus auctor eſt,Sanates dictos eſſe,qui iupra infraq; Romã habitauerũt:idq; nomen his fuiſſe,qa cũ defeciſſent à Romanis, breui pòſt redierũt in amicitiã,quaſi ſanata mẽte.Itaq; inquit,in duodecim cautũ eſt,vt idẽ iuris eſſet Sanatibus, qđ fortibus, i.bonis,& q nunq defecerũt à populo Romano.De vnciario fœnore,cùm ab aliis plurima ſint adnotata,ſatis erit hoc loco admonuiſſe,Decemuiros,ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, phibuiſſe: idq; Cornelium Tacitum lib.5.annalium ſcripſiſſe. De collegijs autem,& corporibus copioſos commentarios ediderunt viri aliquot eruditi, qui præclaris Romanorum antiquitatib. illuſtrandis ſedulam operam nauant: quæ res efficit,vt eorum commen

Source : BIU Cujas

tarijs contenti, induſtriam noſtram in aliud tempus, & locum cõmodiorem reſeruemus. Huc accedit, quòd in vrbe cętus nocturnos agitari Decemuiri ẽt prohibuerint: idque ex Portio Latrone quidam eruditi duodecim tabularum interpretes diligẽter obſeruarunt. Plinius lib. 16. cap. 13. ſcribit, cautum fuiſſe lege 12. tab. vt glandem in alienum fundum procidẽtem liceret colligere. Interdixit etiam Prætor de glande legenda. Vlpianus refert, legem 12. tab. etiam voluiſſe, vt quindecim pedes altiùs rami circuncidantur: & hoc ideo effectum eſſe ait, ne vmbra arboris vicino prędio noceret, capit. j. de arb. cęd. Eſſe quoque de paſtu pecoris ex 12. tabulis actionem, nõ obſcurè ſignificat idem Vlpianus, capit. 14. §. vlt. de preſcrip. verb. De ſtatuliberis autem quid in 12. fuerit, explicat his verbis Vlpianus in fragmentis tit. 11. Sub hac conditione liber eſſe iuſſus, ſi decem millia hęredi dederit, & ſi ab hærede alienatus ſit, emptori dando pecuniam ad libertatem perueniet, idque lex xij. Tabul. iubet. Denique decimo menſe, deque partu monſtroſo videndum eſt, ſi quid xij. Tabul. caueatur. Et extat quidem apud Ciceronem lib. 3. de leg. locus, qui de monſtroſo partu Decemuiros quicquam ſcripſiſſe tam obſcurè ſignificat, vt quidnam illud fuerit, diuinare nequeamus. Quamuis interim hominem in decem, non in vndecim menſibus gigni, dubium non ſit: idque etiam in xij. Tab. Decemuiros ſcripſiſſe, Gellius auctor eſt, lib 3 cap. 16. A qua lege Decimum mẽſem natiuitatem legitimam viſus eſt appellaſſe Tertullianus in libro de anima: Legitima, inquit, natiuitas, fermè decimi mẽſis ingreſſus eſt. Qui numeros ratiocinantur, decurialem numerum, vt exinde reliquorum parentem colunt, deniq; perfectorem natiuitatis humanæ. Et hæc quidem ad illa duodecim Tabularum fragmenta, quæ expreſſam aliquam legis ſentẽtiam continent, mihi ſufficere videntur. De reliquis verò, nihil eſt quod hic differatur. Siquidem in hoc libello conſcribendo noſtra fuit intentio, leges aliquot deprauatas reſtituere, aliasque ab interpretibus non rectè, vt nobis videbatur, intellectas, breui quadam & perſpicua interpretatione illuſtrare: non autem, quæ ab alijs accuratè & eruditè tradita ſunt, iterum hic inculcare, nõ ſingula duodecim Tabul. verba, quæ ſine aliqua legis ſententia, paſſim apud auctores obuia ſunt, explicare. Nam id potiùs ab ijs eſt faciendum, qui commentarios verborum iuris conſcribunt.

CATALOGVS LEGVM ANTIQVARVM, vnà cum adiuncta Summaria Interpretatione,

PER IOANNEM VLRICVM ZASIVM Brigantinum diligenter collectus.

Cum annotationibus Ludouici Charondæ Iuriſconſulti Pariſienſis, multò quàm antea locupletioribus.

Quædam leges ab eodem Ludouico Charonda Iureconſulto additæ.

Item leges xij. Tabul. ex ſuis & aliorum antiquitatis doctiſſimorum commentarijs reſtitutæ.

Item ad leges duodecim Tabu. liber ſingularis.

Tituli xxviiij. ex corpore Vlpiani, ad veterem manuque ſcriptum Philippi Geruaſij Iureconſulti Germani codicem reſtituti & emendati.

In eoſdẽ titulos Ludouici Charondæ, & Iacobi Cuiacij Iureconſultorum notæ.

IN LIBRVM DE LEGIBVS PRAEFATIO.

CONSIDERANTI mihi omnes maiorum minorumq; gentium ſcriptores poſt profligatam afflictamq; multipliciter ſuperiorum tẽporum barbariem certatim hoc agere, vt veræ atque antiquæ lucis aliquid bonis ſtudijs adderent, cępi & ego circunſpicere, ſi qua in parte operã meam rebus cõmunibus exhibere poſſem. Cùm enim nos Deus Opt. Max. omnes atq; ſingulos in hũc liberalium ſtudiorum quaſi agrum publicum conſtituerit & collocarit, debemus ſinguli curare, ne quam partẽ eius incultam atq; deſertam eſſe patiamur. Inter omnes autem promouẽdorum ſtudiorum rationes nulla mihi plus aut dignitatis aut vtilitatis habere videtur, quàm ea quæ de antiquis inſtitutis legibuſque prodita eſt: habet enim venerationem maximam cùm ex vetuſtate, tum ex Maieſtate Imperij Romani: vtilitatem verò non minorem: ſiquidem iſtæ leges cùm per Oratorum, Hiſtoricorum, Iuriſconſultorumq; libros paſſim ſparſæ ſint, explanatione opus habẽt: & quia vſus earum in repub. quondam optimus fuit, adhiberi etiam ad rerum præſentium adminiſtrationem nõ incommodè poſſunt. Quanto verò olim amplior atq; illuſtrior fuit reſp. Romana, tanto etiam pluribus legibus adminiſtrata eſt. Nam præter antiquiſſimas xij. Tabularum leges, & iura tam ciuilia quàm honoraria, aliæ etiam leges ſeparatim à Dictatoribus, conſulibus, prætoribus, Tribunis pleb. aut neceſſitate impellente, aut ſuadente vtilitate publica latæ ſunt: quæ partem plebiſcitorum, partim Senatuſconſultorum vim nomenq; habere poſſunt: denominationem tamẽ ab ijs habent qui eas tulerunt. Ex ijs autem aliæ ad ius publicum, ideſt, ſacra, ſacerdotia, ac magiſtratus pertinuere: aliæ verò ad emendandas xij. Tabularum leges rogatæ ſunt: alijs bella & prouinciæ decretæ, alijs iudicia tam priuata quàm publica, rerumq; capitalium quæſtiones cõſtitutæ, alijs ordinum iura vel aucta vel compreſſa, alijs largitiones in populum datæ rurſusq; ademptæ, alijs caſtigata luxuria, ſumptus; epulis cęniſq; modus conſtitutus, & vt multa in pauca conferam, maximæ potiſſimæq; reip. partes hiſce legibus conſtitutæ eſſe videntur. Quod quidem vel ex hoc facilè perſpici poteſt. Nam quandocũq; ab iſtis legibus vel vi, vt fecit Sulpitius, vel dolo malo receſſum eſt, ciuilia mox bella, quæ vna liberarum ciuitatũ, immò regnorum Imperiorumq; omnium maxima peſtis eſt, rempub. occuparunt, & tandem cùm paucorum conſpiratione ac potentia plus quàm hæ leges valerent, tota reſp. Romana vnà cum libertate concidit. Has itaq; leges variè per authores diſperſas in vnum colligere decreuimus, non quidem omnes quæ vnquam à quoquam magiſtratu in libera rep. latæ eſſent (quis enim in ſe hoc reciperet, quod cùm præſtare nemo poſſit, impudentis eſſet promittere) ſed eas de quibus, vt in conditionibus olim, authore Cicerone, ſcribi ſolitum fuit, ſciam poteroq;. Nec ſanè ignoro alios etiam & doctè & diligenter in hac materia verſatos eſſe, ſed ijs tamen vel mihi vel cuiuis alteri ſatis ſuperq; cùm ad ſcribendum, tum ad cogitandum reliquerunt. Itaq; magis poſſunt de incepto quàm de perfecto operæ gloriari: eſtq; eorum volũtas quàm opera commendabilior. Sed & nos quemadmodum palmam ſuperioribus non inuiti abripuimus, ita poſterioribus, ſi aut plura aut meliora adducent, libenter tradituri ſumus. Reliquos autem obtrectatores, omnemque illam vitiligatorum, vt Catonis verbo vtar, turbam infamem omniumq; votis condẽnatam tanti non facio, partim conſcientia negocij bona fide ſuſcepti, partim quia mihi præter alias ſubſidia, etiam beneficium reſtitutionis in integrum, ſicubi lapſus aut opinione mea deceptus fuero, tanquam minori reſeruatum eſt. In explicandis autẽ legibus iſtis maximè nobis ordo ille ob inuentionis facilitatem placuit, quem & Pomponius Lętus vir doctiſſimus ſecutus. Itaque leges iuxta Latinarũ progreſſum recẽſebimus, niſi vbi coniunctarum materiarum ratio aliter eas à ſeinuicem nõ patietur.

LEX AELIA FVSIA, ET LEGES ad ius ferendarum legum pertinentes.

CVM ea ſit liberarum ciuitatum cõditio, vt ſine magna legum copia pariter & metu ſaluæ eſſe nõ poſſint, magna hoc cura veteres prouiderũt, ne leges à magiſtratibus paſſim ac temerè ferrentur. Itaq; multa diſpoſuerunt viri ſapientiſſimi de iure atq; tempore legum rogandarum, quæ ambitioſorum magiſtratuũ actionibus quaſi propugnacula quædam obijci poſſent. Ex his ſunt etiam leges quædam ad hoc peculiariter latæ: ex quibus prima ſanè ſit Aelia Fuſia, quę iubebat, vt quoties lex aliqua à quocunq; magiſtratu ferretur, iura intercedionum, auſpiciorumq; ſeruarentur, & vt cuicunq; obnunciare liceret legem roganti. Ferendæ legis cauſa fuit, quod antiquitus Tribuni plebis qui Tributis comitijs lege ferebant, ad auſpiciorum religionẽ nõ aſtringebantur: cuius rei author eſt Dionyſius Halicarnaſſeus. Eſt igitẽ per hãc legẽ Tribunitijs actionibus quaſi frenum quoddam iniectum, cùm illorum non minus q̃ reliquorum magiſtratuum actiones obnunciationibus tollerentur. Obnunciationem aũt, teſte Donato, vocabant antiqui, cùm malum aliquod, ſæuumq; omnem nunciatur, vt cùm tonuiſſet, aut fulmen viſum eſſet. Quare cùm tale aliquid à collegio augurum, aut Conſule, Prætoreve nunciatum eſſet, concilium populi dirimebatur, nihilq; eo die agi fas erat. Cicero in Vatinium: Num quem ex omnibus tribunis plebis, quicunque ſeditioſi, tam audacem audieris fuiſſe, vt vnquam contra legem Aeliam aut Fuſiam concilium conuocaret. Et idem in oratione poſt reditum in Senatu, ſententiã legis pulchrè complectitur: Quo inſpectante ac ſedente legem tribunus plebis tulit, ne auſpicijs obtẽperaret, ne obnunciare cõcilio aut comitijs, ne legi intercedere liceret, vt lex Aelia Fuſia ne valeret, q̃ maiores noſtri certiſſima ſubſidia p̃ tribunitios furores eſſe voluerũt. Idẽ de prouincijs cõſularib. Quare aut vobis ſtatuendũ eſt, legẽ Aeliam manere, legẽ Fuſiam non eſſe abrogatam,

Source : BIU Cujas

gatam,non omnibus fastis legem ferri licere, cùm lex feratur de cœlo, seruari, obnunciari, intercedi licere.

Lata est autem lex ab Aelio & Fusio Tribunis plebis. Scribit autem Cic.in Pisonem, centum annis legem hanc in repub. retentum fuisse, priusquàm abrogaretur à P.Clodio. Si igitur à cõsulatu A.Gabinii & L. Pisonis computatio fiat, incurret legis huius latio in ea tempora, quæ post interfectos Gracchos, & aũ Punicum bellum tertium fuerunt. Meminit huius legis Asconius in Pisonianam, & Cicero libro j. & 4. ad Atticum, & in oratione de responsis Aruspicum.

LVD. CHAR.

Sunt qui Aeliam & Fusiam, vt diuersas leges distinguunt Ciceronis authoritate, qui eas separare videtur in orat.in Vatiniũ, & Pisonem,& in epist.lib.j.ad Atticum, cuius initium est, Quæris ex me.Eas autem latas esse putant P.Eurio Philone & Q.Aelio Pęto Coss.Sed cum P.Furio cõsulem fuisse Sex.Attilium Setanum catalogus Coss.ostẽdit: vt verius sit hanc legem a Q.Aelio Pęto, qui fuit consul cum Cn. Cornelio Lentulo, latam, ab ipso Furio confirmatam fuisse.

Sequitur hanc lex Cæcilia & Didia & ipsa ad ius ferendarum legum pertinens,ex huiusmodi causa lata. Solebant Tribunipl. & ij quibus rogare legem fas erat,plura sub vnius rogationis nomine ad populum ferre,& plerunque vti lia cum pernicios,bona cum malis coniungere: qua ratione fiebat vt plebs sæpe pp ea,quæ salubria erant in rogatione,etiam mala iubere cogeret, non disiungentibus ea Tribunis pl. Exemplum euidẽs est apud Liuium lib.vj.ab V.C.Inter priorem,inquit, dictaturam abdicatam,nouamque a Manlio initam, ab tribunis velut per Interregnum concilio plebis habito, apparuit, quæ ex promulgatis plebi,quæ latoribus gratiora essent.Nam de fœnore atque agro rogationes iubebant,de plebeio consulatu abdicabant, & perfecta vtraque res esset,ni tribuni se in omnia simul consulere plebem dixissent.Cautum igitur lege Cęcilia & Didia fuit,vt de singulis rebus separatim, non de pluribus cõiunctim ad populum ferretur, præterea vt leges trinundino rogarentur. Cicero ,p domo sua:Si quod in cæteris legibus trinundinum esse oportet,id in adoptione satis est trium esse horarum,nihil reprehendo.Sin eadem obseruanda sunt,decreuit Senatus M.Drusi legibus,quæ contra legem Cęciliam & Didiam latæ essent, populum non teneri.Idem:Quid si etiam pluribus de rebus vno sortitu tulist ,ta menne arbitraris,id quod M.Drusus in legibus suis plerisq; ,bonus ille vir M.Scaurus, & L. F. Crassus consularis non obtinuerant,id te posse omnium facinorum ac stuprorum omnium de cumis,& Clodiis authoribus obtinere? Et paulo post: Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis & Didiæ,nisi hæc? ne populo necesse sit in cõiunctis rebus compluribus, aut id quod nolit recipere, aut id quod velit repudiare Hactenus Cicero.

Legem autem tulerunt.Q.Cæcilius Metellus,& T.Didius Viuius Consules anno Vrbis conditæ sexcentesimo quinquagesimosexto.Nam hanc legem inter consulares vtique leges recenset Cicero pro Sestio. Meminit etiam Philippica quinto.

Cæterum his duabus legibus Cicero plerũque Iuniam & Liciniam adiungit,vt in oratione pro Sestio, & lib.4. epistolarum ad Atticum. Videtur autem de tempore ferendarum legum lata esse, ne scilicet festis diebus cum populo ageretur, aut lex aliqua promul garetur,quod etiam antea fieri solitum, postea noua hac lege confirmatum & reductum est. Scribit enim Appianus libro j.de bellis ciuilibus, L.Sullam, & Q.Pompeium Consules, P.Sulpitio Tribuno plebis pernicios leges promulgante, plurium dierum iustitium ac ferias indixisse, ne Tribuno interea de lege agere fas esset.

Lata est lex a D.Iunio Sillano,& L.Licinio Murena Coss.anno vrbis conditæ sexcentesimo nonagesimosecundo,vnde etiã Cicero Philippica 5.penè recentem eam vocat. Ne autem pœna deesset committentibus in has lege,constituta erant iudicia, quibus conuenebantur transgressores & puniebantur. Cicero ad Atticum lib.4.Nunc ad ea quæ quæris de Catone. Lege Iunia & Licinia scis absolutum. Fusia ego tibi nuncio absolutum iri. Præterea leges contra has latæ ipso iure inualidæ erant, vt colligitur ex oratione Ciceronis pro domo sua,& innuit Quintilianus lib.2.his verbis: Aut enim de iure dubitari potest eius q rogat,vt de P.Clodii, qui non ritè Tribunus creatus esse arguebatur: aut de ipsius rogationis, quod est varium, siue non trino fortè nundino promulgatá,siue non idoneo die,siue contra intercessiones,vel auspicia,aliudve quid,quod legitimè obstat,dicitur lata esse vel ferri. Has autẽ leges omnes vna rogatione sustulit P.Clodius in Tribunatu suo, qua quidem rogatione Cicero censet vniuersam rempublicam esse deletam. Et pro Sestio de eadem lege Clodii loquens: Mitte, inquit, eam legem, quæ omnia iura religionum, auspiciorum potestatem,omnes leges quæ sunt de iure atque tempore legum rogandarum, vna rogatione sustulit. Lex Cæcilia & Didia perperam apud Ciceronem libro quarto ad Atticum legitur Cœlia & Didia: quemadmodum & in Vatinium falsò impressum est, Iulia & Licinia, pro Iunia & Licinia.

LVD. CHAROND.

Quem ferendarum à Romanis legum morem à maioribus accepimus,referre oportet. Leges quidẽ (vt à Cicerone & Dionys.Halicarnasseo scriptum est) in comitijs centuriatis,vel tribu tis rogabantur ex consilio Senatus: statutum enim fuerat nulla populi iussa,nullas sanctiones,nulla denique scita prius rata fore,quàm patres authores fierent. Centuriatis igitur comitiis rogabatur populus à magistratu senatorii ordinis authoritate patrum, vellet,iuberet eam legem ferri. Exempla huius consuetudinis multa ex Cicerone,Liuio, Halicarnasseo, & alijs colligere licet. Et certè eum morẽ iam ferè extinctum Silla & Pompeio Consulibus restitutum fuisse testatur Appianus libr. j. bellorum ciuilium. Leges eo modo rogatæ promulgabantur,idest,scripte populo pro rostris trino nundino edebantur. Nam tres singulis mensibus erant nundinæ,quarum causa,qui in agris degebant, in vrbem conuenire solebant. Verum in ipsis etiam comitijs licebat,antequam lex perferretur,Tribunis intercedere, vt Cicero pro Corn.Balbo dicit,idest,interprete Asconio, dum priuati dicebant,dum cistam deferebant,dum sortes equabant, dũ sortio fiebat,& signa erant eius generis. Quibus peractis, cùm id solum supereset, vt populus sententiam ferret, iubebat vnumquemque is qui ferebat legem,discedere. Quod verbum nõ hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco vbi lex fertur,sed vt in suam quisque tribum discederet, in qua esset suffragium laturus. Populus enim confusus, vt semper aliàs, ita & in concione. Ius etiam erat Auguribus obnuntiatione sua quicquid actum esset rescindere, quod Cicero lib.ij.& 3.de legibus testatur. Leges autem latæ, quibus nec intercessissent Tribuni,nec obnunciassent Augures, in æs incisæ deferebantur in ærarium conseruandæ. Vt verò maiore authoritate tutæ essent, ijs pœnæ adijciebatur,vt si quis aduersus eas feciset, sacer alicui deorum esset: vnde Sacratas appellari scribit Festus: quod Cicero lib.2.de inuentione & in oratione pro Cor. Balbo cõfirmat.

LEX AELIA SENTIA.

LEx Aelia Sentia ad ius ciuile pertinuit:tractat enim de hæreditatibus, habetque varios articulos per Iurisconsultorum libros passim dispersos. Primùm igitur amplius quàm vnũ hæredem necessarium fieri vetabat l. Qui soluendo. ff. de hæredibus instituendis. Item libertates Testamento dari,aut hæredes instituti seruos in fraudem creditorum prohibebat, certumque modum manumittendi ꝓstituebat, minoribus vigintiquinq; annis dominis.l.Si is.ff.de hæredibus inst.l.in fraudem.C.de Testamentaria manumissione,& Inst.per totũ Titulum: Quibus es causis manumittere non licet. Præterea cauebatur, vt si duo,plurosve ex eadem causa hæredes scripti essent, quisquis primus scriptus esset,hæres esset,l.j.C.qui manu.non possunt. Postremo iubebat lex,vt si esset donatio facta inter virum & vxorem,si res tradita nõ esset,& maritus in silentio illo vitam finijsset, ne mulier rei vendicationem post mortem mariti haberet, sed exceptionem tantùm,si non possideret contra petitores,vt habetur in Consti tutionibus Iustiniani, quas Authenticas vocant, constitutione 161.vbi etiam dicit Imperator, Rempublicam hanc legẽ à corpore legum suarum ablegasse. Plerique putãt legem latam esse à Coss.Sex.Aelio Catulo,& L.Sentio Saturnino Augusti temporibus, quibus & ego assentiri malim. Nam legem Aeliã Sanctiam, cuius in Topicis meminit Cicero, diuersam ab hac fuisse arbitror. Iubebat autem ea assiduo vindicem esse assiduum, idest, locupletem locupleti.

LVD. CHAR.

Huius legis pluribus in locis meminerunt Iuris nostri authores. Eam Cicero Aeliam Sanctiam in Topicis appellare videtur. Sed certè inter vtranque multum interest,& in vetustis manuque scriptis Topicorum exẽplaribus ea verba, Aelia Sanctia, desunt. Verum quidem est Sextum Aelium Catum leges 12.Tabularum interpretatum fuisse. Sed hæc lex Aelia Sentia non est eadem de re neque eodem tempore lata, vt verius sit, qđ Zasius noster cum quibusdam arbitratur, eam Augusti temporibus latam. Nam & catalogus consulum, Aelij Sextij Catuli & C.Sẽtij Saturnini, à quibus eam latam esse testatur, meminit: & Dion. lib.55.narrat constitutum ab Augusto, qua ętate manumitti aut manumittere liceret. Sunt qui Aeliam Sextiam dicant ab eius præcipuo authore. Eius capita nullus est qui copiosius & elegantius referat, quàm is qui Vlpiani epitomem collegit.

LEX AEBVTIA.

LEge Aebutia xij. Tabularum ius in locis quibusdam correctum atque emendatum fuisse videtur. Gellius libr.16.c.10. Sed enim,inquit,cùm proletarij,atque assidui, & Sanates,& Vades,& Subuades,& vigintiquinque asses,& Taliones, & futurorum quæstiones cum lance & licio, omnisq; illa duodecim Tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus Centumuiralium causarum, lege Aebutia lata consopita sit, studium scientiamq; ego præstare debeo iuris & legum, vocumque earum quibus vtimur. Præter hunc Gellij locum nihil de hac lege inueni, ex quo tamen satis constat legem xij. Tabularum lege Aebutia immutatam fuisse.

LVD.

Source : BIU Cujas

LVD. CHAR.

De hac lege ſic ſcribitur in quodam fragmento Romanæ antiquitatis. L. Aebutius tribunus plebis vir popularis, legem tulit ad populum, vt 12. Tabul. capita quæ inutilia eſſent reipublicæ, tollerentur. Quæ lex multis contradicentibus tandē rogata eſt.

LEX ATERINA.

LEx Aterina circa multas verſatur. Multæ autem nomen ab Oſcis acceptum eſt: ſic enim eorū lingua pœna dicebatur, non tamen quæuis, ſed pecuaria tantùm, authore Varrone. Nā cùm legum antiquarum pœna non niſi pecore cōſtaret, authore Plinio libr. 33. cap. j. & lib. 18. cap. 3. rectè eam Oſco vocabulo Multam vocauerūt. De re autem multatitia tres leges latas eſſe inuenio. Ex quibus primam tulerunt Sp. Tarpeius Capitolinus, & A. Aterinus Fontinalis Coss. vnde etiam ipſa lex tam Tarpeia quàm Aterina dicitur. Quare autem lata ſit, oſtendit Gellius. libro 11. cap. his verbis: Coniectare autem poſſumus, quòd Italia tunc eſſet armētoſiſſima, multamque, quæ appellatur ſuprema, inſtitutam in ſingulos dies duarum ouium, triginta boum, pro copia ſcilicet boum, ouiumque penuria. Sed cùm hmōi multa pecoris armentique ęſtimata à magiſtratibus eſſet, adigebantur oues bouesq; aliàs parui precij, aliàs maioris: eaque res faciebat inęqualem multæ partitionem. Ideirco poſtea lege Aterina cōſtitutæ ſunt in oues ſingulas æris deni, in boues æris centeni. Et Feſtus: Quæ pecudes, inquit, poſteaquàm ære ſignato cœpit vti pop. Romanus, Tarpeia lege cautum eſt, vt bos Centuſſis, ouis Decuſſis ęſtimaretur. Ex his ſatis conſtat hanc legem de ęſtimatione multarum latam eſſe. Præterea cùm ante hos Conſules ſolis Cōſulibus ius fuiſſet multę dicendæ, ſanxit lex vti id oībus magiſtratibus liceret, vt ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus. Alteram autem legem idem Feſtus latam eſſe ſcribit de modo multarum à T. Menenio Lanato, & P. Sextio Capitolino Coss. biennio poſtquàm Aterina lata eſt. Tertiam præterea & ipſam de ęſtimatione pecoris latā fuiſſe Liuius ſcribit anno viceſimoquinto poſt Aterinam. Verba Liuij hæc ſunt lib. 4. ab vrbe condita: Legem, inquit, de multarum æſtimatione pergratam populo, cùm à tribunis parari conſules vnius ex collegio proditione excepiſſent, ipſi præoccupauerunt ferre. Fuerūt autem Coss. L. Papyrius, & L. Iulius Tullus. Vtrum autem hi Coſi. æſtimationem ex lege Aterina conſtitutam mutauerint, aut ipſe Liuius, circa hæc tempora deſcribenda negligentior à multis accuſatus, qđ Aterino & Tarpeio tribuendum erat, his attribuerit, affirmare non poſſum. Quare de hoc prudentiores viderint.

LVD. CHAR.

Dionyſius Halicarnaſſeus narrat Cōſulibus Spurio Tarpeio & Aulo Termenio, damnatos Romulium & Veturium, litisq; ęſtimationem pecuniariam fuiſſe. Liuius A. Aterinum appellat eum, quem Dionyſius Termenum, Plinius & Gellius A. Thermum. Ipſam Halicarnaſſeus in concione per ordines promulgatam fuiſſe refert: vt omnibus populi Romani magiſtratibus liceret eos, qui immodeſtè, aut præter leges agerēt aduerſus poteſtatem ſuam, punire. Non enim omnibus tunc licebat, ſed ſolis Conſulibus. Pœnam tamen non ipſis punientibus quantam eſſe oporteret reliquiſſe, ſed eam ipſos terminaſſe, maximum ſtatuentes multæ terminum, boues duos & triginta oues. Eamque legem diu apud Romanos in vſu fuiſſe teſtatur.

LEX AQVILIA.

LEx Aquilia, inquit Vlpianus, omnibus legibus, quæ ante ſe de damno, iniuria, locutæ ſunt, derogat, ſiue duodecim tabularum, ſiue aliæ quæ fuerunt. Legis tria capita fuerunt, ex quibus ſecūdum, eodem Vlpiano authore, in deſuetudinem abijt. Primum autem ac tertium in iuris ciuilis voluminibus abundè explicantur. Fuit autem etiam altera lex Aquilia, de qua Cicero in Bruto: Atque eodem, inquit, tempore accuſator de plebe L. Cæſidenus fuit, quem ego audiui iam ſenem, cùm à Lucio Sabelio multā lege Aquilia de iuſtitia peteret. Hæc lex cuiuſmodi fuerit, legere me non memini. Illa autem ſuperior plebiſcitum eſt, lata ab Aquilio Tribuno plebis.

LVD. CHAR.

De lege Aquilia eſt titulus in pandectis, qui totam eius naturam explicat. Eā Vlpianus plebiſcitum eſſe dicit, cùm eā Aquilius Tribunus plebis à plebe rogauerit. Fuerunt ſtipulationū & nepotum inſtituendorum formulæ quædā, quas à Gallo Aquilio Iuriſconſulto inuentas & compoſitas populus Romanus pbauit: ſed ęę legis nomen non obtinuerunt.

LEX ATINIA.

LEx Atinia de iure ciuili lata eſt, authore Cicerone, actione tertia, in Verrem. Pertinuit autem propriè ad Vſucapiones. Dicit enim lex Atinia, Rem furtiuam vſucapi non poſſe, niſi in poteſtatem eius, cui ſubrepta eſt, reuertatur. Quod ſic accipiendum eſt, vt in domini poteſtatem debeat reuerti, non in eius cui ſubrepta eſt, l. Sequitur. & l. Non ſolum. ff. de Vſucapionibus. In poteſtatem autem domini rem furtiuam veniſſe videri, & ſi eius vindicandæ poteſtatem habuerit, Sabinus & Caſſius dicebant, l. poteſtas. ff. de verb. ſigni. Prohibebatur igitur lege Atinia furtiuarum rerum Vſucapio: vnde etiam in ea ſcriptū fuiſſe Gellius tradit: Quod ſubreptum erit, eius rei perpetua authoritas eſto. Significat enim hic authoritas, ius rei ſuæ vindicandæ qualibet Vſucapione remota. Vnde & in lege duodecim tabularū: Aduerſus hoſtem perpetua authoritas. In inſtitutionibus. §. furtiuæ, de Vſucapionibus, falsò legitur pro Atinia, Atilia.

LVD. CHAR.

De hac lege, vt de Iulia & Plautia ſcribit Iuſtinianus in inſtitutionibus, & earum ſcita breuiter explicat. Paulus Atinię verba refert, quæ extant in Pandect. tit. de vſucap. cap. 4.

LEX AVRELIA.

C. Aurelius Cotta, qui Cōſul cum L. Manlio Torquato fuit, legē tulit, vt tribunis plebis liceret poſtea alios magiſtratus capere. Nam L. Sulla Dictator, occupata per diſſenſionē ciuilē repub. memor quid ipſe aliquādo à Tribunis plebis paſſus eſſet, lata lege tribunitiam poteſtatem vehementer debilitauit, atque inter alia conſtituit, vt qui tribunatum plebis cepiſſet, alios magiſtratus poſtea ne gereret. Cuius rei auctores ſunt, Appianus lib. j. libellorum ciuilium, & Aſconius in Cornelianam.

LEX ATILIA.

SI cui, inquit Imperator, nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in vrbe quidam à Prætore vrbano, & maiore parte tribunorum plebis ex lege Atilia, vnde tutor ita datus Atilianus dicitur. His verbis etiam Liuius aſtipulatur libro 39. de Hiſpala libertina loquens: Quin eò proceſſerat conſuetudine capta: vt poſt patroni mortem quia in nullius manu erat, tutore à tribunis & Prætore petito, cùm teſtamentum faceret, vnum Ebutium inſtitueret. Hæc Liuius. Cæterùm cùm hac lege neque de cautione à tutoribus exigenda, rem ſaluam pupillis fore, neque compellēdis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem quicquam cautum eſſet, tutores dare ex hac lege deſierunt. Et primò conſules pupillis vtriuſque ſexus tutores dare ex inquiſitione cœperunt: qđ à Claudio primùm inſtitutum fuiſſe, Suetonius in vita eius ſcribit. Poſtea autem ex conſtitutionibus Principum Prætores, tutores dare cœperūt. Capitolinus in Antonino philoſopho: Prætorem tutelarum primus fecit, cùm ante Tutores à conſulibus poſcerentur, vt diligentius de tutoribus tractaretur. Ex his facilè patet, legis Atiliæ ſanctionem à Claudio Cæſare abrogatam, cuius deinde conſtitutionem ſuſtulit Antoninus. Cæterùm magiſtratus qui tutores dare potuerunt, præter prædictos, enumerantur ab Vlpiano in l. j. ff. de Tutoribus & Curatoribus datis ab his qui ius dandi habent: Proconſul. Præſes, Præfectus Aegypti, Legatus proconſulis, omnes magiſtratus municipales.

LVD. CHAR.

Author epitomes Vlpianæ ſcribit. Lex Atilia iubet mulieribus, pupillisvè non habentibus tutores dari à prętore, & maiore parte Tribunorum plebis, quos tutores Atilianos appellamus. Sed quia lex Atilia Romæ tātùm locum habet, lege Iulia & Titia proſpectum eſt, vt in prouincijs quoque ſimiliter à præſidibus earum dentur tutores. Alia quædam ſubijcit ad hanc quęſtionem non inutilia.

Lex Caſſia Agraria, & reliquæ leges Agrariæ.

AGrariæ leges, quæ maximis ſemp motibus Romanā Rēp. concuſſerunt, initium ſumpſerūt à Sp. Caſſio cōſule, anno vrbis conditæ ducenteſimo ſexageſimo octauo. Nanque, vt tradit Liuius, cùm eo tempore fœdus cum Hernicis ictum fuiſſet, & ijs agri partes duæ ademptę eſſent, tulit legē Sp. Caſ. vti ex eo agro dimidium latinis, dimidium plebi diuideretur. Huic largitioni adijciebat agri aliquantum, quem publicum à priuatis poſſideri criminabatur. Actionibus Caſſij cùm ſenatus & collegatum ex ciuibus optimus quiſq; & incorruptiſſimus aduerſabantur, ſed nec ipſa plebs muneri maximopere fauebat. Nam largitio prudentibus diſplicebat, aliis verò ſordebat munus, quod illis cum ſocijs commune eſſet. Et Proculus Virginius collega Caſſii vociferabatur, non agrū populo, ſed regnum, cuius tum maximè inuidioſum nomen erat, Caſſio quæri. Quæ vt nō fruſtra dicta viderentur, ipſe Caſſius effecit. Nā vt ſibi ciuium animos quos ob cōmunicatum cum ſociis agrum, infenſiores habebat, recōciliaret, iuſſit vt pro Siculo frumento pecunia accepta p ebi reſtitueretur. Id verò haud ſecus ac præſentem regni mercedem aſpernata plebs eſt. Et Caſſius vbi primùm magiſtratu abijt, die perduellionis dicta à Cæſone Fabio, & L. Valerio Quæſtoribus damnatus, necatusq; eſt, bona eius publicata, ędes dirutę. Sunt tamen qui ſcribant ipſum patrem Caſſij domi cognita cauſa verberatum filium necaſſe. Huiuſmodi exitum ſortitus eſt primus agrarię legislator, quem populus ob dulcedinē agrariæ largitionis mortuum magis, quàm viuum amauit. Inde aliquandiu quies fuit, quam tandem nimia paucorum opulētiorum auaritia, & cupiditas turbauit. Nam ij agrum publicum, quē ex hoſtibus ceperant Romani, cum indiuiſus eſſet, omnem ferè occupauerant, nec contenti agrum publicum reipub. auertiſſe, etiam priuatos pauperum agros finitimos partim pretio redemerant, partim minis extorſerant, ſolique immēſa camporum ſpacia continuantes, tenuiores omni propemodum agro ciecerant. Quæ res cùm vulgò iactaretur, & in magna inuidia diuites eſſent, datus eſt locus tribunitiis actionibus, moxq; anno vrbis

conditę

Source : BIU Cujas

conditæ ſeptuageſimo octauo C. Licinius Stolo Tribunus plebis adiuuãte L.Sextio collega, agrariam legem ſimul cum alijs duabus ad populum tulit.Quæ leges cùm probè cõtra patriciorum opes latæ eſſe viderentur, ingenti certamine res inter ordines acta eſt, adeo vt ob tribunitias interceſſiones reſpub. continuo quinquennio curuli magiſtratu caruerit, vetantibus tribunis comitia haberi,niſi perlata lege:rurſus patribus ingenti ardore pro dignitate & bonis ſuis dimicãtibus.Cuius rei & Liuius,& Appianus, & Trebellius Pollio authore ſunt. Tandem verò,cũ nullus contentionum finis eſſet,ceſſere tribunitiæ perſeuerãtię Patres,lexque in hanc ſententiam perlata eſt,vt tradit Appianus lib.j.de bellis ciuilibus: Ne quis vltra quingenta iugera agri poſſideret,nève pecoris maioris vltra centum , minoris vltra quingenta capita haberet. His adiungebantur capita ſeruorum ac ingenuorum,quæ quis ad cuſtodiam agri pecorisq; certo numero haberet. In hanc legem omnes magiſtratus iurauerunt, iudiciumque cum pœna conſtitutum eſt in eos, qui in legem commiſiſſent. Non tamen tanti vel religio Iuriſiurandi, vel pœna fuit,quin mox aliqua in fraudem legis,docente auaritia, excogitarentur.Primusq; ipſe legiſlator,cui curæ eſſe debebat,nec quiſquam ſentẽtiam legis circumueniret,dolum quo legis vim eluderet, excogitauit . Nam cùm mille iugerum poſſideret contra legem,filio emancipato quingenta dedit: vt non vnus, ſed duo poſſidere viderentur . Sed detecta fraude , à M. Popilio Lenate Tribuno accuſatus, primusq; ſua lege decem milibus æris damnatus eſt. Meminere huius legis Liuius lib.7.& 44.Gellius lib.7. cap.3.Valerius Maximus lib.8.cap.6.Plinius lib.18.cap.3.

Poſt hanc legem diu de agrorum diuiſione nihil attentatum eſt,donec C.Quintius Flaminius tribunus pleb annis aliquot añ bellum Punicum ſecundum,de agro Gallico & Piceno viritim diuidendo ad populum inuito Senatu ferret,vt ſcribit Cicero in Lucullo.Lex tamen perlata non eſt.Nam Flaminium,cùm nullis optimatum minis , & ne exercitu quidem aduerſus ſe conſcripto terreri poſſet, pater ſuus concilium plebis habentem de templo deduxit,actionemq; deponere coegit , vt tradit Cicero lib.ſecundo de inuentione,& Valerius Maximus li. 6.c.8.Hunc autem Flaminium,qui poſtea ad Thraſimẽtum malè remp.geſſit,valuiſſe dicendo ad populum , Cicero in Bruto ſcribit, cuius fortaſſe facultatis fiducia actionem hanc ſuſceperant .

Sequitur hinc alia lex Agraria Sempronia, quæ ipſa maximorum in Italia motuum cauſa fuit , & inde multorum malorum ſeminarium. Quare aliquantò diffuſius de illa dicemus : conſtat enim auaritiam diuitum,inopiam Italorum,duritiem Senatus, & ambitionem etiam ex aliqua parte Gracchi his malis initium dediſſe.Bello igitur Numantino,quod Mancinus Conſul aduerſa fortuna geſſit,Tiberius Gracchus Numantia , vbi quæſturam geſſerat,rediens.quaqua verſus iter per Italiam faciebat,ab Italis appellabatur,qui diuitum fraude agris poſſeſſionibusq; ſuis pulſi ad extremam inopiam miſeriamq; peruenerãt. Et erant vtiq; cùm lamentationes & querelæ eorum auditu miſerabiles, tum facies aſpectu fœda . Turbatæ matres in viam procurrebant exhauſtæ ac propemodum enecatæ fame,orantes vt iam vix tolerabili miſeria laborantibus ſubueniret. Inde oſtenſis infantibus vociferabantur,tollere ſe liberos in ſpẽ atque ſubſidia reip.quos aut nũquam naſci,aut natos perdere melius eſſet, quàm inopia ac fame abſumi . Ipſi autem viri vulnera ac cicatrices poſita veſte denudantes,commemorabant numerum ſtipendiorũ , atq; etiam imperatores ſub quibus militauerãt, per omnem ętatem pro Rep.hoſtibus obiectos,ac vulneribus exhauſtos,cũ domum tandem quaſi in pacatum redijſſent, in fœdiſſimum ac intolerabilem hoſtem famem incidiſſe.cæteris quidem peracta ſtipẽdia finem malorum afferre,ſibi verò principium:adeo ſatius eſſe inter hoſtilia tela atq; in ipſa acie,quàm inter vxorum, liberorũq; fame tabeſcentium clamores & eiulatus verſari. Iuſſos ſe quotidie pro aris & focis dimicare , qui paucorũ cupiditate aris & focis,diuinis humanisq; omnibus eſſent euerſi. Hę igitur atque ſimiles ſociorum querelæ vehementer Gracchum permouebãt. Fuit enim vir ille animi imprimis miſericordis, & popularis,facundiæ nobiliſſimæ, formæ pterea ac genere ampliſſimo . Quas animi corporisq; dotes in eo admirati Itali, ad ipſum potiſſimũ deſideria ſua detulerant. Augebat indignitatem rei multitudo ſeruorum qui per omnes agros diſperſi ad agriculturam erant , & propemodum potiore conditione,quàm ingenui vtebantur. Nec tamen Gracchus primò quicquam mouit, cùm magnitudine rei deterritus,tum opibus eorum, quorum potentia , ſi ſuſciperetur actio,proculdubio impugnanda erat . Cùm autẽ paulo poſt cauſa Marcini fœdusq; Numantinum in Senatu tractaretur,decretumque eſſet , vt tam ignominioſa pax reſcinderetur , & authores fœderis per Fœciales nudi traderentur , vehemẽter commotus eſt Gracchus.Cùm enim fędus illud fieret per ſponſionem,non ſolùm ipſe cum legatis,Tribunis militaribus, Quæſtoribusque ſpoponderat,ſed etiam priuatim Numantinis, qui eum ob patris memoriam colebant, promiſerat pacem Senatũ ratam habiturum.Intellecta igitur Senatus ſententia, ſimulque & rei ipſius infamia, quòd fidem ſuam apud Numantinos peri-

clitari videbat,& deditionis metu conſternatus . Senatui infenſus eſſe cœpit : vtque acceptam iniuriam aliquo modo vindicaret,Tribunatum plebis petere inſtituit,ex quo magiſtratu veluti ara quadam impunè optimatibus inſultaret. Moxq; ingenti populi ſtudio Trib.Pl.creatus, legem Agrariam inuiſam Patribus promulgauit, ſuperque ea re concionem habuit. In qua cõqueſtus Italos, qui & ſanguinis gentisque eiuſdem cuius & Romani,& omnium expeditionum laborumque ſocij eſſent,indignè a paucis opulentis,quibus virtus atque vſus in rep. nullus, cupiditas immenſa eſſet,abſumi,atque ad extremam non ſolùm inopiam,ſed etiam deſperationem redigi, cùm ob factionem diuitum nemo patrocinium & cauſam miſerorum per tot annos ſociorum ſuſceperit.Poſtea ſeruilium gregum multitudinẽ deteſtatus, primùm oſtendit eos ad reipublicæ munera,quibus imperium totum ſuſtineretur,adhiberi more maiorum nõ poſſe. Deinde & in perfidiam eorum inuectus commemorauit, quãtos nuper in Sicilia tumultus bellum Seruile excitaſſet, nec prouincias tantũ ſeruilibus motibus agitatas,ſed etiam in ipſa vrbe ſeruilis audacię atque ſceleris veſtigia apparere.Hæc cùm vir copioſus & gratioſus ad populum magno cum aſſenſu audientiũ peroraſſet,legem promulgauit in hanc ſententiam: Nemini habere agri vltra quingenta iugera licere . Siquis autem filium habeat emancipatum,ei dimidiam partem attribui poſſe. Ad diuidendos autem agros,Triumuiros creandos eſſe,quibus ſingulis annis noui ſuffecti , agros in plebem diuiderent . Poſtremò etiã hoc cautum erat,ne quis agri modum, quem à Triumuiris accepiſſet,venderet.Qua ratione plebs perpetuò in agris conſtitui vi debatur:cùm nec egeni vendere quod acceperant per legẽ poſſent,nec diuites emere aliquid vltra præfinitũ agri modũ auderent.Promulgata in hunc modum lege,magnæ diuitum querelæ,moxque ingens tumultus conſecutus eſt . Iniquum enim videbatur pleriſq;,ſe non ſolùm agris proprijs cedere , ſed etiam villas,domus, arbores, & huiuſmodi alia ad culturam & decorẽ agrorum ædificari plantariq; conſueta, amittere. Alij etiam viciniæ commoditatem inuiti deſerebant, alij ſepulchra ac monimenta maiorum,quæ amiſſuri erãt,deflebant.Alij prædia à maioribus quaſi per manus tradita omni ratione retinere conabãtur.Præterea plerique,qui & ſuam pecuniam , & vxorum dotes in prædia collocauerant, aut agros filijs dederant,aut ab alijs pignori acceperant,& dotes vxoribus , & filijs paternam liberalitatem,& ſibiipſis pignora eripi conquerebantur. Nec ſanè pauciora ab egenis dicebantur,eoque tandem res peruenit, vt ciuitas in duas partes diuideretur, quarum vtraque ſe ad futurũ certamen præparabat. Poſtquam igitur dies ferendæ legis venit , Gracchus in concione multis verbis plebem ad accipiendam legem adhortatus,ſcribã recitare codicem,in quo lex ſcripta erat, iuſſit.Tum M.Octauius tribunus plebis à diuitibus ſubornatus, iure tribunitiæ poteſtatis interceſſit,& ſcribam ſilere iuſſit.Et ea quidem dies mutuis certaminibus & querelis exempta eſt . Poſtera die Graccho inſtituto ſuo legem ferenti.iterum interceſſit Octauius,quæ res magnam contentionem inter tribunos excitauit:cumq; præ tumultu & ſtrepitu nihil agi poſſet,qui ex optimatibus aderant,Tribunis ſuadent,vt controuerſiam ad Senatũ deferant,eoque diſceptatore vtantur . Itur igitur ad Senatũ, vbi cùm Gracchus nihilò ęquiores patres,quàm collegam offendiſſet,reuerſus in concionem pronunciauit,ſe poſtera die ſimul & de collegæ interceſſione,& de ipſa lege populum in ſuffragium miſſurum. Poſtera die Gracchus de abrogatione Octauij , & de lege ad populum tulit.Octauius ea re nihil territus, ſiue q̃ mutare ſententiam turpe videretur,ſiue quòd populum eo proceſſurum, vt magiſtratum ſibi nouo exemplo abrogaret, non putaret,denuò intercedere cœpit . Tum verò Gracchus de abrogatione Octauij concionem habuit , cuius ſumma erat. Tribunus plebis,qui vt defendat plebem inſtitutus ſit, ſi oblitus officij ſui, & beneficij populi,commodis plebis ſe opponat, rectè ei magiſtratum abrogari poſſe.Enumerauit deinde exempla Regũ,quibus populus regnum ob Tarquinij facinus abrogauerit, tametſi diuino humanoque iure magis quàm tribuni plebis muniti eſſent.Tribus deinde in ſuffragium miſit, & cùm ex triginta quinque tribubus , decem & ſeptem magiſtratum Octauio abrogaſſent,rogauit eum Gracchus,vt cœpto volens deſiſteret : nec tamen ille aut populi voluntate commotus eſt,aut Gracchi precibus ceſſit,quin in propoſito perſeueraret: atque ita Octauius facilius de magiſtratu,quàm ſententia dimoueri potuit.Remoto Octauio,iamq; nemine reſiſtere auſo,lex perlata eſt,& Triũuiri agro diuidendo creati Tiberius & C. Gracchi, & Appius Claudius ſocer Tiberij,metuente plebe,ne ſi ad alios ea curatio delata eſſet , res tota fraude & dolis optimatium interpoſita mora aboleretur . Cùm autem ſequenti anno Tiberius tumultuoſius Tribunatum petens interfectus eſſet , atque ipſe etiam Appius deceſſiſſet,in locum eorum ſuffecti M.Fuluius Flaccus conſularis,& C.Papyrius Carbo,vna cum C.Graccho fraternarũ actionum reſtauratore,diuiſionem agrorum moſiebantur. Qui cùm confuſè omnia agerent,& ſeditiones præterea excitarent,Senatus eis curationem ex Scipionis Africani ſententia abrogauit,

atque

Source : BIU Cujas

atque Tuditanum Conſulem negotium ſuſcipere iuſſit: qui per ſpecta rei perplexitate atque inuidia, omiſſo negotio, in rebellantes tum fortè Iapidas profectus eſt. Cùm autem ſententia Scipionis in publicum emanaſſet, vehementer territi ſunt Triũuiri, atque ipſam etiam plebem in Scipionis odium excitarunt, ſparſo rumore, ipſum legem in vniuerſum aboliturũ. Nec multò poſt quieſcenti ipſi vis allata eſt, vt plerique putant, per Carbonem Triumuirũ, coſcia vxore Scipionis Sempronia. Ita ſummos duos viros, quorum alter ciuilibus, alter bellicis virtutibus, vterque nobilitate, eloquentia, & ſpiritu eminebant, lex agraria de Repub. ſimulque de vita ſuſtulit. Mortuo Scipione ſeditiones Triumuirales acrius exarſerunt, iamque Itali depoſita cura agrorum in ciuitatem ſeſe recipi flagitabãt, quibus operam ſuã M. Flaccus imprimis pollicitus eſt: quę res poſtea multorum malorum origo fuit. Nec multò poſt idem Flaccus cũ C. Graccho, cùm ſumma imis permiſcerent, iamque immodeſtius agerent, quàm libera ciuitas ferre poſſet, decretò Senatus hoſtes iudicati atque interfecti ſunt. Quibus ſublatis immanis illa ciuitatis ſeditio finem accepit.

Poſt mortem Gracchorum lex promulgata eſt, vt agros quos quiſque in diuiſione accepiſſet, vendere liceret, quod in lege Tiberius prohibuerat. Nec multo poſt alia lex fertur: Agros publicos in poſterum non eſſe diuidendos, ſed ijs qui eos poſſiderẽt, vectigali impoſito permittendos: pecuniam autem, quæ ex vectigali redigeretur, plebi diſtribuendam. Hæc lex, quia ſpem largitionis cuiuſdam habebat, à plebe libẽter accepta eſt, ſed cùm tantæ multitudiui hoc vectigal non ſufficeret, eluſa eſt plebis expectatio. Poſtquam itaque res negligi atque faſtidiri cœpit, Sp. Thorius tribunus plebis legem tulit, qua agrum publicum vectigali leuauit, atque ita populus cùm ab agris, tum à vectigali excidit, poſt decem & quinque annos, quàm agraria lex à Tiberio Graccho lata erat.

Cæterum Florus contra Appiani ſententiam ſcribit, agri modum non quingentis iugeribus, ſed decem tantùm præfinitum fuiſſe. Meminit legis agrariæ Semproniæ Cicero contra Rullũ, vbi dicit, Gracchos plebem Romanam in agris publicis conſtituiſſe, qui agri antea à priuatis fuerint poſſeſſi. Et p Seſtio: Agrariam T. Gracchus legem ferebat, grata erat populo, fortunę conſtitui tenuiorum videbantur, contra optimates quòd & diſcordiam excitari videbãt, & cùm locupletes poſſeſſionibus diuturnis mouerentur, ſpoliari rempub. propugnatoribus arbitrabantur. De lege verò Thoria ſic ſcribit in Bruto: Sp. Thorius ſatis valuit in populari genere dicendi, is qui agrum publicum vitioſa & inutili lege vectigali leuauit. Meminit etiam li. 2. de Oratore, vbi de ſocijs tractat. Diſſentit autem ab Appiano hic etiam Cicero: Nam ille legem de agro non amplius diuidendo latam à Thorio ſcribit: hic autem de vectigali abolendo, quem nos libentius ſequuti ſumus.

Poſt hæc tempora vſque ad Dictaturam Syllæ nihil de agrarijs legibus actum legimus, niſi quod Cicero libr. 2. Officiorum ſcribit, Philippum Tribunum pl. legem Agrariam promulgaſſe, de qua cùm cõcionem haberet, dixit, Non eſſe duo milia hominum in ciuitate qui rem haberent. Et Valerius Maximus libro 8. capitu. j. tradit, Sex. Titium, qui ob Saturnini imaginem damnatus eſt, legem agrariam tuliſſe. Hæ tamen leges quid voluerint, nemo tradit.

Veniamus igitur ad legem Corneliam, quam tulit Dictator Sulla, publicatisq; multis agris, & maximè ijs, qui in Thuſcia circa Volaterras ac Feſulas erant, militibus eos ſuis diuiſit. De hac lege ſcribit Cic. contra Rullum: Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam aſſignati, neque venditi qui à paucis hominibus impudentiſſimè poſſidentur. Hanc legem inuiſam vehementer fecerant Sullani milites, continuando poſſeſſiones, & proſcribendo eos, quorum prædia interrumpere deſtinati agri modum videbantur. Quod ipſe Cicero cũ in orationibus contra Rullum, tum pro Roſcio Amerino, conqueritur.

Poſt Corneliam legem lata eſt Seruilia eſt omnibus agrarijs legibus multò vehementiſſima, quæ ſi perlata fuiſſet, totius non ſolùm ciuitatis, ſed etiam orbis ſtatum aut concuſſiſſet, aut mutaſſet. Eius promulgandæ cauſam hanc tradunt authores. Syllarum potitus pleroſque aduerſarum partium, partim honorũ petendorum iure, partim bonis omnibus ſpoliauerat, ratus ſe hac ratione non ſolùm præſentibus rebus, ſed etiam futuris conſulere poſſe, ſi ij, quos maximè aduerſarios habuerat, quàm minimum & priuatim & publicè poſſent. Hi autem cùm & multi eſſent, & nobiles etiam ex ijs quidam, poſt mortem Syllæ ſummopere curabant, vt in ius ac bona priſtina reſtituerentur. Sed cùm adhuc valida eſſet optimatium, quorum opes Sylla extulerat, factio: atque ea Sullana acta quaſi res iudicatas reſcindi, aut infirmari nullo modo pateretur: facilè apparebat negotium per ordinarios magiſtratus, perq; Senatum, confici non poſſe: itaq; nouum in republica ſtatum, & extraordinarias poteſtates illi animo voluebant. Ad quod conficiundũ illud maximè deerat, quòd Tribunitia poteſtas, quæ huiuſmodi turbulentas actiones excitare atque introducere ſolebat, ita debilitata ab eodẽ Sulla erat, vt non vim antiquam, ſed imaginem tm̃ retineret. Poſtquã autem ea opera Pompeij Magni reſtituta eſt, ſuaque redijt concionibus licentia, ſtatim ad populum agitare cœperunt, quorũ intererat acta Syllæ debilitari, quem inuidioſis Tyrãni Regisq; nominibus traducebant, plebemque orabant, vt in recuperatione fortunarum ſuarum ſibi adiumento eſſe. Res tamen ſiue pudore Tribunorum, ſiue deſperatione conficiundi negotij, ſiue reuerentia & authoritate ſenatus atque principum ciuitatis aliquandiu extracta eſt. L. autem Iulio Cæſare, & Quint. Martio Thermo Coss. Tribuni plebis deſignati principe P. Seruilio Rullo, legem conſcripſerũt agrariam, cuius dulcedine & fauore nõ diffidebant ſe & plebem tenere, & optimatium vires perfringere poſſe. Præterea, vt ipſis etiam Sullanis minus ſuſpecti eſſent, capita omnia & ſenſus omnes legis ita moderati erant, vt etiam illis gratificari viderentur. Nam cùm lege Cornelia agri diuiſi eſſent militibus, plerique attributi agri modum longè exceſſerãt, vicinorum prædiorum dominos, more ac licentia victorũ partim in proſcriptos referendo, partim vi expellendo: quæ cũ patefacta eſſent, in magna ad populum inuidia erant, ita vt pleriq; prædia & poſſeſſiones tam inuidioſas commutare cuperẽt, maiora pericula ex populi indignatione metuentes. His omnibus capite quodam legis Rullus conſuluit atque proſpexit. Summa autem legis erat vt Decemuiri ſumma cum poteſtate crearentur, quibus permiſſum eſſet populi iuſſu totius Italiæ, Syriæ, Aſiæ, Lybiæ, & prouinciarum, quas nuper Pompeius ſubegerat, vendere, atque ex ea pecunia agros populo emere, ac alimenta conſtituere. Deinde vti eis liceret damnare, quos vellent, damnatos in integrum reſtituere, exules reducere. Præterea vt in municipia & colonias deducere poſſent nouas colonias quas vellent, ijsq; agros aſſignare quibus in locis vellẽt. Huiusq; rei cauſa haberent apparitores, ſcribas, librarios, precones, architectos: & vt eis darentur more maiorum muli, tabernacula, Centuriæ, ſuppellex. Ipſam deinde poteſtatem ſuam tam immoderatam, tãq; infinitam in Quinquennium extendebant. In his autem rebus omnibus ſanciendis vltra quadraginta ipſius legis capita occupabantur. Et omnino, vt inquit Cicero, nihil aliud parabatur, q̃ vt decem Reges ęrarij, vectigalium, prouinciarum omnium, totius Reip. regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini conſtituerẽtur. Erat igitur in magna expectatione atque metu ciuitas, incertis omnibus, quẽnam exitum tã pernicioſa actio eſſet habitura. Accedebat ad ſolicitudinem hominum, quòd C. Antonius Cos. Deſ. adiuuare Tribunos exiſtimabatur, pactione cũ Rullo habita, vt & ipſe Decemuir crearetur. Sed hos motus omnes ſalutaris Reipub. conſulatus M. Tullij Ciceronis diſcuſſit. Is primùm Antonium collegam pactione Prouinciæ in officio continuit. Deinde ita de tota illa largitione, ac regno Decemuirorum in concione diſputauit, vt legem hanc agrariam, ideſt, vt Plinius inquit, alimenta ſua, tribus abdicarẽt. Ita huius vnius eloquẽtia & virtute totius huius largitionis metus Calẽdis Ianuarijs, vt teſtatur ipſe in Piſonem, ſublatus eſt.

Poſt aliquot deinde annos ſimilem huic legem Curionẽ Tribunum plebis in concione iactaſſe Cœlius ſcribit libro octauo epiſtolarum familiarium. Leuiſſimè enim, inquit, quia de intercalandos non obtinuerat, transfugit ad Populum, Legemq; Viariam non diſſimilem agrarię Rulli, & alimentariam, quas iubet Aediles metiri, iactauit. Cur autem Lex Viaria vocetur à Cęlio, oſtendit Appianus libro ſecundo bellorum ciuilium: At Curio, inquit, ne ſubita mutatione, omnibus, qd actum eſſet innoteſceret: curam ſibi viarum atque itinerum deſumpſit: eiq; muneri Curatorem ſe conſtitui in quinquennium poſtulauit, non dubius neminem id ſibi cõceſſurum: maximè autem Pompeij amicos ſibi in hoc aduerſos fore, atque ita ſibi cauſam idoneam dari Pompeio aduerſandi.

Sed & aliam Agrariam legem circa idem tempus agitatam fuiſſe ſcribit Cicero libro primo ad Atticum, his verbis: Agraria autem promulgata eſt à Flauio Canuleio eadem ferè quæ fuit Plotia. Et deinde: Agraria lex à Flauio Tribuno Plebis vehemẽter agitabatur, authore Põpeio, quę nihil populare habet pręter authorem. Harum autem legum quis ſenſus fuerit, nõ traditur.

Veniamus iam ad Legem Iuliam Agrariam. Capua igit̃ bello Punico ſecundo per Q. Fuluium Flaccum Proconſulem recepta, & omni ciuitatis iure, ob ſingularem in Romanos perfidiam & crudelitatem ſpoliata, in Præfecturam redacta eſt. Ager poſtea totius Italiæ fertiliſſimus à Cenſoribus lege Lucretia locatus eſt· ex quo Reſpublica annuum vectigal maximum, & ob loci commoditatem certiſſimum percipiebat. Hũc agrum etiã antea Tribunitijs actionibus agitatum, C. Iulius Cæſar lata lege viritim diuiſit ijs, qui trium liberorum parẽtes erant. Quare hæc lex Iulia Agraria dicitur. Cicero etiam Campanam vocat libro ſecundo ad Atticum: Habet, inquit, etiam Campana lex execrationem Candidatorum in concione, ſi mentionẽ fecerint, quò alter ager poſſideatur, atque vt ex legibus Iulijs non dubitãt iurare cæteri, Laterenſis exiſtimatur rectè feciſſe, quòd Tribunatũ plebis petere deſtitit, ne iuraret. Difficulter autem hæc lex perlata eſt, non tam propter domeſtici vectigalis detrimentum, q̃

quo-

Source : BIU Cujas

quorundam inuidiam, qui non tam agrum Populo, quàm Cęsari hac lege potentiam quæri ægrè ferebant. Suasit autem legem Pompeius magnus, qui omnes suas opes ad Cæsarem detulerat, ita obstinatè & arroganter, vt cuidam interroganti, an legē probaturus esset, responderit: Se non solum probaturum, sed etiam si opus sit, cùm parma & gladio accursurum. Qua re Cic. ad Att. amissi vectigalis culpam maximè in Pompeium reijcit, amara irrisione dicens, Pompeium Reipublicæ vectigal in monte Antilibano cōstituisse, agri Campani abstulisse. De hac lege etiam Paterculus libro secundo ita scribit: In hoc consulatu Cæsar legem tulit, vt ager Campanus plebi diuideretur, suasore legis Pōpeio. Ita circiter xx. ciuium eo deducta, & ius ab his restitutum post annos circiter centum quinquaginta duos, quàm bello Punico ab Romanis Capua in formam Præfecturæ redacta erat. Vt autem facilius vnusquisque agri sibi attributi modum seruaret, constituta est pœna pecuniaria aduersus eos, qui terminos statutos extra suum terminum finesvè mouerent dolo malo. Nā in terminos singulos, quos quis eiecerit, locovè mouerit, quinquaginta aureos in publicum dare iussit, vt author est Callistratus Iureconsultus in l. fina. ff. de Termino moto. Agrum autem hunc Viginti viri diuiserunt, vt testatur Suetonius in Augusto, & Cicero in epistolis ad Atticum.

Meminere etiam Appianus libro secundo bellorum ciuiliū, & Cicero Philippica quinta.

LVD. CHAR.

Latissimè de his legibus post Appianum Zasius noster scribit: sed quia earum originem leuius tractat, Cassij consulis historiam repetere statui. Hernicis in amicitiam receptis, Cassius habita apud populum concione, sequenti die in consilium Senatum vocauit, suamque de agri diuisione sententiam declarauit, quam (licèt agrè ferrent nobiles) pluribus concionibus plebi suasit. Sed cùm ab eo dissentiret ipsius collega Virginius: eorum dissidium Caius Roboleius tribu. pleb. sedans obtinuit, vt id, in quo ipsi conueniebant, acciperetur, in quo verò dissidebant, differretur. Hæc tribuni prudens sententia Cassio displicuit, quia regnum quod affectabat ea se ratione consequi non posse intelligebat: ideoque aduersam valetudinem simulans, amplius in cōsilium non descendebat. Sed tandem post Appij Claudij & Auli Semronij sententias, factum est Senatusc̄ōsultum huiusmodi. Decemuiros consulares creari quo maximos, qui terminos regioni publicæ ponentes declarent, quantum eius locari, quantumque diuidi populo oporteat: equo autem iure ciuibus & sociis, si quam postea acquirant communiter militantes, cotingētem quibusque partem secundum cōuenta tradi: electionemq; horum virorum, distributionemque sortium, & cætera quęque fieri oporteat futuros consules perficere. Hoc decretum in plebem allatum, & Cassium subductione multitudinis prohibuit, & quæ accendebatur, pauperum seditionem progredi vlterius non permisit. Illud est legis Agrariæ initium quæ multas seditiones excitauit: Sed acerbiores multos habuit defensores, q̄ Tiberium & Caium Gracchos, quibus ea mortem intulit.

LEX CASSIA, De Iudicijs Populi.

HAnc legem author Asconio tulit C. Cassius L. F. Longinus Tribunus plebis, C. Mario, C. Flauio Fimbria Coss. ad minuendam nobilitatis potētiam, vt quem populus damnasset, cuivè Imperium abrogasset, in Senatu ne esset. Tulerat eā maximè propter simultates cum Q. Seruilio Cepione, q̄ ante biennium Cos. fuerat, & cui populus, qa malè aduersus Cimbros pugnauerat, primo omnium post Tarquinium superbum imperium abrogauerat.

LEX CLODIA MONETARIA.

LEge Clodia Victoriatus nummus percussus est: Nam antea asses tantummodo, & bigati, quadrigatique, à notis bigarū & quadrigarum in vsu erant. Plinius lib. 33. capite secundo. Qui nunc Victoriatus appellatur, Lege Clodia percussus est. Antea enim hic nūmus ex Illyrico aduectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria, & inde nomen. Hæc ille.

LVD. CHAR.

Victoriatus est semis denarij, & nunc (inquit Volusius Mętianus) tantundem valet, quantum olim quinarius. Varro lib. 3. de analogia. Nam quam rationem (ait) duo ad vnum habent, eandem habent xx. ad decem in numis: in similibus, si est ad vnū Victoriatum denarius, sic ad alterum Victoriatum alter denarius.

LEX CLAVDIA, De Senatoribus.

HAnc legem aduersus Senatum Q. Claudius tulit Tribunus plebis, adiuuante ex Patricijs C. Flaminio. Liuius lib. 31. Inuisus etiam Senatui ob nouam legem, quàm iniquè Q. Claudius Tribunus plebis aduersus Senatum, vno Patrum addiuuante C. Flaminio tulerat: Ne quis Senator, quivè Senatoris pater fuisset, maritimam nauem, quæ plus quàm trecentarum amphorarum esset, haberet: id satis visum ad fructus ex agris vectandos: quæstus omnis indecorus Patribus visus est. De hac lege loquitur etiā Cicero actione in Verrem 7. Noli, inquit, metuere, Hortensi, ne quæram quomodo licuerit nauem ædificare Senatori: antiquæ sunt istæ leges & mortuæ, quemadmodum tu soles dicere, quæ vetant: fuit ista Respublica quondam, fuit ista seueritas in iudicijs, vt istā rem accusator in magnis criminibus obijciendam putaret. Et paulò post: Ne illud quidem quisquam poterat suspicari, te habere in Italia maritimum fundum, & ad fructus deportandos onerariam nauem comparare. Hanc autem legem postea in Iuliam de Repetundis Cæsar Dictator transtulit. Nam ex lege Iulia Repetundarum, Senatoribus habere naues non licuit, inquit Scæuola in l. His qui naues. ff. de Vacatio. & excu. munerum.

LEGES CLODIAE.

PClodius Pulcher inimicus Ciceronis, ī Tribunatu quatuor leges tulit pernicioſas proculdubio reip. Annonariam, vt frumentum Populo, quod antea senis æris ciuibus in singulos modiòs dabatur, gratis daretur. De hac lege dicemus, cùm de Sempronia frumentaria tractabimus.

Alteram verò: Ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo seruaret. Qua lege Obnunciatio sublata est, qua maximè pernicioſis legibus ex lege Aelia Fusia resistebatur: de qua re satis supra in lege Aelia Fusia diximus.

Tertia fuit de collegijs restituendis, alijsq; instituendis. Fuerūt autem Collegia Romæ primùm instituta à Rege Numa, authore Plutarcho, ad exemplum nimirum Atticæ ciuitatis. Nā iura collegiorum ex Solonis legibus petita fuisse Caius putat, in l. fi. ff. de collegijs. Florus tamē & Orosius Iornandes, Collegiorum constitutionem Seruio Tullio tribuunt. Verba Plutarchi in Numa hæc sunt, ex quibus & causa constituendi, & nomina collegiorum intelligi possunt: Et plerisq;, inquit, eius institutis, distributio multitudinis per artificia maximè admiratione digna habetur. Nam cùm ciuitas ex Sabinis, & Romanis constaret, essentque inter eos crebræ contentiones, statuit eos Numa in plures partes secare, vt magnas illas duas factiones in plures & minutas partes dissectas penitus tollere. Fuit autē hæc distributio ex ratione artificiorum facta, vtpote Tibicinum, Aurificum, Architectorum, Tinctorum, Cerdonum, Coriariorum, Fabrorum, Figulorum, eademque ratione reliquorum artificum: atq; ijs cùm certos conuentus, tum etiam deos quos colerent, pro dignitate cuiusque attribuit. Tum primùm factiones illæ ex vrbe sublatæ sunt, vt alij Sabini, alij Romani, alij Tatij, alij Romuli ciues inuidiosis nominibus dicerētur. Hactenus Plutarchus. Iam videamus cuiusmodi collegia apud antiquos fuerint, & qd iuris habuerint. Collegij Tertij Aerariorum Fabrum à Numa instituti meminit Pl. lib. 34. ca. j. Et de collegio Capitolinorum & Mercurialium scribit Cic. lib. 2. epistolarum ad Qu. fratrem. Fuit aūt collegium Mercurialium proprium mercatorum, institutum Appio Claudio, P. Seruilio Coss. authore Liuio lib. 2. ab vrbe cōdita. Dictum est autem Mercuriale collegium à Mercurio, qui Deus peculiaris illius collegij fuit: nam illum antiquitus vt patronum mercatores colebant, quorum vota & preces pulchrè describit Ouidius in Fastis. Collegium autem Capitolinorum post vrbem à Gallis captam ex Senatusconsulto per M. Furium Camillum Dictatorem constitutum est, ludorum Capitolinorum causa, vt scribit Liuius lib. 6. Tibicinum quoque collegiū, cuius Valerius Max. lib. 2. cap. j. mentionem facit, sacrificiorum causa constitutum fuit, authoribus Liuio, Strabone, & Ouidio. Habuerunt suum collegium etiam Viatores, authore Gellio libro 12. capite 3. Fuit etiam Romæ collegium Pistorum celeberrimum. Pistorum autem appellatione non solùm qui panes coquunt comprehenduntur, sed omnes qui pistrinum exercent: quibus olim excusatio fuit à Tutelis. Prouincialibus quidem à Tutelis alienorum: Vrbicis verò etiam à collegarum filijs, vt ostendit Papinianus in l. fin. ff. de excusationibus. Habuere collegia etiam Nauicularij, qui annonæ vrbis inseruiebant: & Fabricenses, de quibus imperator libr. 6. Codicis in fine. Quid autem iuris habuerint huiusmodi collegia, ostendit Caius Iureconsultus in l. j. ff. Quod cuiuscunque vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur: Collegia, inquit, Romæ ceta sunt, quorum corpus Senatusconsulto & constitutionibus principalibus confirmatum est, veluti Pistorum, & quorundam aliorum, & Nauiculariorum, qui & in Prouincijs sunt. Quibus autem permissum est corpus habere collegij, vel societatis, vel cuiuscūque ἑταιρίας nomine, eorum proprium est ad exemplar reipublicæ habere res communes, arcam communem, & actorem siue Syndicum, per quem tanquam in rep. quod cōmuniter agi fieri oporteat, agatur, fiat. Hæc Caius. Potuerunt prēterea ista collegia & manumittere, & legatum capere, & leges sibi ferre, dummodò ne quid ex publicis legibus corrumperetur. Scęuola l. pater filium. ff. de legatis tert. Paulus in l. cùm Senatus. ff. de rebus dubijs. Sed & ijs collegijs, & corporibus, in quibus artificij quisque sui causa adsumebatur, immunitas tribuebatur, vt fabrorum, & huiusmodi. Hæc enim idcirco constituta erant, vt necessariam operam publicis vtilitatibus exhiberent. Callistratus in l. semper. ff. de iure immuni. Cùm igitur in libera adhuc ciuitate multa pernicioſorum hominum collegia fierent, ex quibus multa quotidie facinora prodibant, factum est S. C. L. Luscello, C. Mario Coss. quo collegia sublata sunt, quæ aduersus remp. esse videbantur, paucis

atque

Source : BIU Cujas

atque certis reip. causa conseruatis, cuiusmodi fuerunt Fabrorū & Lictorum, vt scribit Pedianus Ciceronianus interpres in Pisonianam & Cornelianam. Claudius autem lata lege prohibita illa collegia restituit, atque etiam alia noua adiecit, ex omni fece vrbis ac seruitio, vt inquit Cicero in Pisonem. Postea Lentulo & Metello Consulibus factum est S.C. vt Sodalitates & Decuriati discederent: qui non discessissent, ea pœna quæ est de Vi, tenerentur, vt scribit Cicero li. 2. epistolarum ad Qu. fratrem. Hęc autem pœna etiam postea in illicita collegia statuta est. Vlpianus in l. quisquis ff. de collegijs & corporibus. Quisquis, inquit, illicitum collegium vsurpauerit, ea pœna tenetur, qua tenentur hi, qui hominibus armatis loca publica, vel templa occupasse iudicati sunt. Sodalitates autem Cicero collegia vocat. Sunt enim Sodales, teste Caio Iureconsulto, eiusdem collegij homines. In Germania etiam hodie collegia habentur, quas Zunftas siue Zechas vocant: eaque more antiquo magistratum habent, cuius in liberis ciuitatibus non est leuis authoritas. Aliquando pro collegio concilium dicitur, vt l. fina. C. de naufragijs.

Quartā legem Clodius tulit de nota Censoria, ne quem Censores in Senatu legendo præterirent, nève qua ignominia afficerent, nisi quis apud ipsos accusatus, & vtriusq; Censoris iudicio condemnatus esset, vt inquit Asconius. Hac autem lege Censoriæ potestatis ius imminutum est, quod quadringentis annis in repub. vt inquit, in Pisonem Cicero, retentum fuerat. Antea.n. Censoribus notam apponere licuit non accusatis, & quod vnus statuisset, nisi alter disertè intercessisset, aut notatum liberasset, tantundem erat, ac si vtriusque iudicio esset damnatus.

LEX CLODIA De Scribis.

LEx Clodia contra Scribas Quæstorios lata erat. Sueto. in Domitiano: Scribas Quæstorios negotiantes ex consuetudine, sed contra legem Clodiam venia in præteritum donauit. Scribarum autē ordo Romæ haud incelebris fuit. Erat enim is ordo industriæ præpositus & dignitati, & eorum hominum fidei, vt inquit Cicero actione in Verrem 5. tabulæ publicæ & magistratuum pericula committebantur. Habebant autem suas Scribæ, quemadmodum & Iudices, Decurias: & ex ijs sorte ducebantur qui partim Vrbanis magistratibus, partim prouincialibus in ministerio erant. In Decurias autem à magistratibus legebantur Quæstorij quidem à Quæstoribus, Prætorij à Prætoribus, Aedilitij ab Aedilibus, vt colligitur ex oratione Ciceronis pro Cluētio, cuius hæc verba sunt: Nuper hominem tenuem Scribā Aedilium D. Matrinium cùm defendissem apud M. Iunium, Q. Publicium Prætores, & M. Pletorium, C. Flaminium Aediles Cu-rules, persuasi vt scribam iurati legerent, eum, quem ijdem isti Censores ærarium reliquissent. Et Liuius libro 40. Qu. Petilius Prætor Vrbanus studiosus legendi, eos libros à L. Petilio sumpsit, & erat familiaris vsus, quod scribam cum Quæstor Qu. Petilius in Decuriam legerat: Sed & pretio Decuriam emi potuisse Cicero author est actione 5. in Verrem. Scribas autem antiqui proprio nomine, & poetas & librarios vocabant. Postea autem dicti Scribæ quidem librarij, qui rationes publicas scribebant in tabulis, vt scribit Festus libro decimoseptimo. De his etiū plura tractat Plutarchus in Catone Censorio. Hic autem ordo, quia in magnis reipub. negotijs versabatur, multum valuit cùm gratia, tum authoritate, ita vt post Senatores, Equites, & Tribunos ærarios facilè primum locū teneret, quod ex Ciceronis in L. Catilinam inuectiuis colligere possumus. Præsertim cùm etiam Plin. lib. 26. capite j. significet Equites Romanos Scribarum officio functos, vt mirer equidem Aemilium Probum hunc ordinem vt vilem & abiectum traducere ausum fuisse. Salariū Scribis ex publico dabatur, qđ eis numerabant Quæstores, vt ostendit Plin. lib. epistolarum 4. ad Arrianum.

LEX CANVLEIA:

DEcemuiri legibus scribundis, cùm decem Tabulas iam cōfecissent, vt totum Romanum ius integrum conderetur, duas præterea tabulas adiecerant, in quibus & hoc constitutum erat, vt scribit Dionysius Halicarnasseus: Ne liceret Patricijs cōiungi connubio cum Plebeijs. Hoc autem idcirco constitutum erat à Decemuiris, qui omnes Patricij erant, quòd more maiorū nemo Plebeius auspicia habebat, quippe ea solis Patricijs Romulus dederat, authore Cicerone de Diuinatione: & propterea futurum erat, si connubia non dirimerentur, vt incerta prole auspicia turbarentur. Contra hanc Decemuiralem legem C. Canuleius Trib. pl. ad populum tulit, vt cōnubia promiscua essent patribus, plebique: neque enim liberæ ciuitati consentaneum esse, maximam partem ciuium veluti cōtaminatam indignam connubio haberi. Contra hanc legem acerrimè Patres dimicabant. Contaminari enim sanguinem suum, confundique iura gentium existimabant, vnde sequeretur perturbatio publicorū auspiciorum, & priuatorum. Sed cùm eodem tempore ab alijs Tribunis lex promulgata esset, vt alter Coss. ex Plebe crearetur, & Plebs in hoc acriter incumberet, veriti Patres, ne si Canuleiā rogationem non concederent, alteri assensum præbere cogerentur: vt lex de connubio ferretur, concessere. Hæc autem acta sunt M. Genutio, P. Curiatio Coss. Author Liuius lib. 4.

LVD. CHAR.

Narrat Dionysius Halicarnasseus li. 11. antiquit. Roman. Marco Genutio & C. Quintio (eum P. Curiatium vocat Liuius) consulibus ciuiles iterum exarsisse dissensiones, postulantibus plebeijs licere Romanis omnibus consulatum capere. Ad hoc eñ vsque tempus gerebant ipsum soli Patritij, centuriatis comitijs designati. Legem verò Tribuni conscriptam de comitiis consularibus inferebant, omnes præter vnum C. Furnium consentiētes, per quam dominum faciebant populum cognitionis, quocunque anno patritios vellet siue plebeios ad consulatum admittere. Sed hanc rogationem ægreferentes senatorij ordinis viri multas seditiones excitarunt. Ob id autem dicta est Canuleia, quòd Canuleius Trib. eam inter cæteros acerbius defenderit. Verùm tanta fuit vulgi leuitas, vt cùm petendi consulatus, quem sine ratione desiderabat, potestatem accepisset, sententiā mutauerit, studiaque in alteram partem transtulerit. Id illud est quod de hac lege scribit Halicarnasseus, de connubiis Patriciorum Plebeiorumque promiscuis nullum verbum faciens. Non tamen ignoro & Liuium lib. 4. Florum, & Augustinum cap. 17. libr. 3. de ciuitate Dei tertiam vrbis discordiam narrare, quam excitauit matrimoniorū indignitas, vt Plebei cum Patriciis iungerentur, qui tumultus in monte Ianiculo duce Canuleio Tribuno plebis exarsit.

LEX CINCIA De Donis & Muneribus.

LEgem Cinciam de donis & muneribus tulit M. Cincius, M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coss. Legem suasit Qu. Fabius Maximus Verucosus, vir cùm nobilitate, tum meritis erga remp. memorabilis, qui postea rem Romanā cunctando, vt dixit Ennius, restituit. Quare autem lata sit, ostendit Liuius lib. 34 his verbis: Quid legem Cinciam excitauit de donis & muneribus, nisi quia vectigalis iam & stipendiaria Plebs esse Senatui cœperat? Et Tacitus libr. 15. Sic oratorum licentia Cinciam rogationem, Candidatorum ambitus Iulias leges, Magistratuum auaritia Calphurnia scita pepererunt. Cōstat igitur lege Cincia cautum fuisse, vt patrocinia, quæ tenuioribus præstabantur, gratuita essent, cùm eo tēpore causarum patroni plebem occasione munerum & donorum exhaurirent. Vnde & Cincius legislator lepidè in C. Centonem iocatus est, authore Cicerone libro secundo de Oratore: Cùm enim ea die, qua legē laturus erat Cincius, prodijsset Cento, & satis contumeliosè: Quid fers Cinciole, quæsisset: Vt emas, inquit, Cai, si vti velis. Meminit huius legis Cicero libro primo ad Atticum, & in libro de Senectute.

Ad legem Cinciam scripsit Paulus Iurecōsultus, qui liber nō extat. Similis autem legi Cinciæ videtur Titia: nam & hac cauebatur, ne quis ob causam orandam pecuniam donumvè acciperet, authore Cornelio Tacito lib. 6. Quamuis autem sint, qui in hoc loco Taciti existiment, non Titia, sed Cincia legēdum esse, quod certè probabiliter faciunt: me tamen mouet Ausonius poeta, qui in eundem sensum hanc legem adducit, cuius certè verba ob carminis rationem mutari non possunt. Verba Ausonij sunt hæc.

Iurisconsulto, cui nubit adultera coniux,
Papia lex placuit, Iulia displicuit.
Quæritis, vnde sit hæc distantia: semiuir ipse.
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

Ludit autem Iurisconsultus poeta. Nam cùm Papia lege proposita essent præmia ijs, qui vxores duxissent, placebat ea lex Iurisconsulto, qui iuxta legis voluntatem maritus erat. Sed vicissim Iulia lex de adulteriis, eos qui adulteras ducebant, puniebat, infamabatque: qua ratione ea lex incommoda erat Iurisconsulto. Idem Iurisconsultus, cùm parum pudicè viueret, pœnis legis Scantiniæ, quæ eos qui muliebria patiuntur, prosequebatur, obnoxius erat, & propterea eam timebat. Sed cùm propter imperitiam eius nemo eo patrono vti vellet, non erat quod metueret legem Titiam, cùm eū muneribus & donis nemo coleret. Quis autem hanc legem tulerit, incertum est. De Oratorum autem & Patronorum Salariis, deque Senatusconsulto Claudiano, & Edictis quibusdam ad hanc rem pertinentibus, vide Tacitum libro sexto, Plinium libro epistolarum quinto ad Rufum, & Vlpianum in l. j. ff. de Variis & extraordinariis cognitionibus.

L VD. CHAR.

De hac lege Titia scribitur in eo Romanæ antiquitatis fragmento, cuius supra memini. T. Titius tribun. pleb. vir nō imprudens, multas leges ad populum tulit, & inter eas vnā patronis inuidiosam, ne ob orandam cām pecuniam donumvè acciperēt.

CORNELIAE LEGES.

BEllo Ciuili, quod cum C. Mario Arpinate L. Cornelius Sylla dignitatis optimatium assertor gessit: iudicia omnia, vt inquit in Bruto Cicero, omissa sunt, legesq; tacuerunt. Quamobrem Sylla, recuperata Republica, iudicia legesque constituere aggressus, antiquas leges omnes, ex quibus tum iudicia fiebant, reuocauit, & quatuor præterea nouas leges tulit, ex quibus quæstiones constituerentur, & totidem Prætores, inquit Pomponius in l. 2. de origine iuris, adiecit: de Falso, de Parricidio, de Sicariis, de

Source : BIU Cujas

rijs,de Iniuriis. Et ea quidem,quæ est de Parricidio, postea à Pōpeio Magno emendata, nomen ipsius accepit.Quare in legibus Pompeiis de ea dicemus: de reliquis tribus iam tractabimus.

LVD. CHAR.

Cùm anteà populus Romanus rerum capitalium cognitionem sibi reseruasset: atque inquirendis ciuiū facinoribus quosdam quæstores constituere consueuisset (Erat enim lege 12. tabul.sancitum de capite ciuis Romani non nisi cēturiatis comitijs iudicari) Cornelius Sylla qui multas de maleficiis leges tulerat,quæstiones publicas ac perpetuò constitutas esse statuit, atq; Prętorum numerum auxit.Easdem à L.Pisone latas prius fuisse leges Cicero in Bruto testatur. Sed non tantæ fuerunt authoritatis, desiderabaturque summus Dictator non minori maiestate, quàm Rex, qui eas sanciret.

LEX CORNELIA De falso.

LEx Cornelia de falso,testamētorum occasione lata est, vnde & Testamentaria dicitur apud Ciceronem actione tertia in Verrem,& Vlpianum in l. Annonam. ff. de extraordinarijs criminibus.& in l.vnica.C.quando ciuilis actio criminali præiudicet.Et idem Cicero libro tertio de Natura Deorum, Testamentorum quæstiones hac lege,quam nouam ipse vocat , constitutas ait.Pertinuit autem lex partim ad eorum Testamenta,qui in hostium potestate erant,partim ad ea,ex quibus crimen falsi oritur.Et eorum quidem Testamenta,qui in hostium potestate decessissent,confirmabat,tantumque iuris illis tribuebat,ac si testator in hostium potestatem nunquam peruenisset,vt scribunt Iurisconsulti in l. Cum in simul. ff.de iniusto, rupto, irrito Testamento,in l.lege.ff.qui test.facere possint.l.lex.ff.de vulgari & pupillari substitutione.l.j. ff.ad legem Falcidiā. Tametsi autem lex legitimo apud hostes defuncto constituebat hæredes:ad eum tamen qui illic susceptus erat,non pertinebat: cùm eo tempore, quo captus est,diem suum obiisse pater existimetur.Prętera ne cesse erat testamentum in ciuitate fieri: nam si apud hostes factum esset,non valebat, quamuis is qui fecerat, rediisset.l.j.C de postliminio & redemptis ab hostibus. & §. finali institu. quibus non est permissum facere testamentum.Reliqua de ea testamēta pertinuere,quæ amota,suppressa,celata,vitiata, deleta, interlita,subrepta,resignata,& quocunque modo falsè scripta,signata,recitata essent. Nec falsa modò testamēta, sed etiam alię multiplices corruptelæ sub hanc legem cadunt, vtpote Mensurarū, literarum,siue Scripturæ, Iudicum,Testium,Instrumentorum, Ponderum.Huc etiam pertinet Monetæ deprauatio, si quis scilicet aut aurum vitiasset, aut argenteum nummum adulterinū conflasset. Inde est apud Ciceronem Lex Nummaria, qua etiā constitutum fuisse Pedianus scribit, Ne quis priuatim pecuniā faceret. Pertinuere prætera ad hoc crimen partus supposititii. Adseueratio falsi nominis, vel cognominis, Signa adulterina, & si quis se pro alio gerat , aut illicitis insignibus vtatur . Cuiusmodi fuere apud antiquos Equitinus,qui se Gracchi filium mētiebatur, & alius quidem , qui se pro Nerone apud Parthos gessit.In nostris historiis adulterinum Fridericum secundum habemus,& aliu̇m,qui se pro Balduino Flandro Imperatore Græco obtrusit hominibus.Committunt etiā in hanc legem, qui duobus diuersa testimonia præbent:quique duobus eandem rem diuersis contractibus insolidum vendunt: Qui ad litem falsam instituendam pecuniam acceperint,aut in eam rem coierint, consenserint,celauerint,aut non obstiterint. Aliquando ex lege testamentaria dupliciter experiri possumus,vt si tabulę testamēti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressæ sint, mox mortuo filio prolatæ,hæredes filii aduersus eos, qui suppresserunt , & lege Cornelia,& de dolo possunt experiri. l.si quis. ff. de dolo malo.l. locum.§.si quis.ff.de tabulis exhibendis. Ex suppresso etiam Testamento,cùm ex interdicto de tabulis exhibēdis fuerit actum, etiam ex lege Cornelia crimen nihilominus poterit inferri. l. Vnica.C.quando ciuilis actio criminali præiudicet . Et hæc quidem de huius legis sententia Iurisconsulti prodiderunt. Meminit eius etiam Suetonius in Augusto : Et cū de falso, inquit, Testamento ageretur,omnesque signatores lege Cornelia tenerētur:non tamen duas tabellas , Damnatoriam & Absolutoriam similiter cognoscentibus dedit: Sed tertiam quoque, qua ignosceretur ijs,quos fraude ad obsignandū,vel errore inductos constitiisset.Pœna autem legis fuit deportatio,vel si exigat magnitudo criminis,capitale supplicium.l.Vbi falsi.C. ad legem Corneliam de falsis. Nonnunquam etiam in metallum damnabantur. Plinius libro epistolarum decimo ad Traianū. Recitata est sententia Velij Pauli Proconsulis , qua probabatur Archippus crimine falsi damnatus in metallum. Qui autem pondera vel mensuras falsassent,in insulam relegabantur.Seruis quidem,si in hoc crimine deprehensi essent , vltimum supplicium cōstitutū erat.

LVD. CHAR.

Videtur Cicero in 3. contra Verrem oratione legem Corneliam Nummariam quæ de moneta , ne quis priuatus pecuniam faceret , è testamentaria distinguere, sed omnes eas,ad falsi quę stionem pertinere constat.

LEX CORNELIA De Sicariis.

LEge Cornelia de Sicariis tenebatur qui hominem occidisset,aut occidendi causa cum telo ambulasset, vel venenum parasset,habuisset,vendidisset:sique priuatus aliquis testimoniū dolo malo dixisset , quò quis iudicio publico condemnaretur: aut si magistratus ob capitalem causam pecuniam accepisset, vt publica Lege quis reus fieret. Adiectum est ex Senatusconsultis, eadem lege teneri eos , qui homines libidinis vel promercij causa castrauissent,aut Thlibias fecissent, aut filios, exceptis Iudæis,circuncidissent,sacrificiavè mala fecissent,habuissent.Excipiuntur tamen à lege,qui occidissent perfugam, vel vim inferētem,vel pudicitiam violenter attentātem. Exceperat etiam eos Sylla,qui proscriptione ob relata ciuium capita pecuniā ex ęrario accepissent,quos tamen contra legis voluntatem Cæsar,cū de Sicariis quæreret,& ipsos Sicariorum numero habuit, authore Suetonio in vita eius. Pœna legis Corneliæ iuxta personarū qualitatem irrogatur.Nam qui in honore aliquo positi sunt,deportantur, Reliqui vero capite puniuntur. Qua pœna non solū Sicarii & Venefici tenentur, sed etiam ij quorum fraude,aut cō silio naufragi suppressi per vim fuerint, ne naui sibivè periclitantibus opitulari possint. l. qui naufragum.ff. de Incendio , mina, naufragio. Item ex constitutionibus , qui data opera in aduersæ partis res atque bona incendium intulissent. l.Data.C.qui accusare non possunt. Cæterùm Pomponius, qui hanc quæstionem primùm à Sylla cōstitutam tradit , videtur errasse. Nam Cicero libro secundo de Finibus,diu antea quæstionem hanc fuisse scribit,his verbis: An tu me de L.Tubulo putas dicere , qui cū Prætor quæstionem inter Sicarios exercuisset, ita apertè cepit pecunias ob rem iudicādam,vt anno proximo P. Scæuola Tribunus plebis ferret ad Populum : Vellentnè de ea re quæri? Quo Plebiscito decreta à Senatu est cōsuli quæstio Cn. Scipioni. Sed hic locus nihil officit Pomponio. Nam tametsi etiam ante Syllam quæstio inter Sicarios fuit exercita, non tamē erat ea perpetua, sed extra ordinem prætoribus , vel ex Senatusconsulto , vel ex Plebiscito mandabatur. Pomponius autem loquitur de perpetua quæstione,cuius causa singulis annis Prætor ordinarius creabatur, ex constitutione,vt diximus , Syllæ Dictatoris . Meminit huius quęstionis Cicero pro Cluentio.Ipsius autem legis meminit Seneca libro primo de diuina Prouidentia : Et libro Declamationum tertio. Item in ludo quem de morte Claudii Cæsaris composuit , vbi pulchrè iudiciorum antiquorū formam explicat. Ducit illum, inquit, ante Tribunal Aeaci, is lege Cornelia, quæ de Sicariis lata est, quærebat, postulat,nomen eius recipit, ædit subscriptionem: Occisos Senatores triginta: Equites Romanos trecentos quindecim , atque plures , cæteros ducentos viginti vnum. Hactenus Seneca.

LEX CORNELIA De Iniurijs.

LEx Cornelia de Iniuriis competit ei , qui Iniuriarum agere volet,ob eam rem,q̄ se pulsatum,verberatum vè,domumvè suam vi introitam esse dicat . Qua lege cauetur , vt non iudicet, qui ei, qui aget, gener, socer,vitricus,priuignus, sobrinusvè est, propriusue eorum,quos quenque in ea cognatione affinitatevè attingit: quivè eius parentisue eorum patronus erit. l. lex Cornelia. ff. de iniuriis. Ex hac lege iniuriarum actio introducta est. §.sed & lex. Instit. de iniuriis . Tota autem lex in liberis tantùm personis locum habet. Nec enim seruus ex lege Cornelia iniuriarum reus recipiebatur , cùm ei durior pœna extra ordinem immineat. Ipsa verò actio,tametsi pro publica vtilitate exercetur, priuata tamen est, vnde & procurator dari potest : & ciuiliter agi conceditur, condemnatione æstimatione iudicis facienda.l.licet.ff.de procuratoribus & defensoribus, & in l.Constitutionibus.ff.de iniuriis. Tulit & alias leges Sylla,quas suo loco & tempore declarabimus.

LVD. CHAR.

Sunt aliæ leges à Cornelio Sylla latæ,quarum Appianus meminit, sed ea omnium reipublicæ vtilissima qua veterem Senatus authoritatem restituit . Cùm enim sine patrum consilio referri ad populum nihil debere Quirites statuissent : iamque minus eum morem obseruari contigisset, Sylla & Pompeio consulibus constitutum est , vt nihil deinceps ad populum sine patrū consilio ferretur. Et certè equum fuit vulgi leuitatem & inconstantiam Senatorum prudentia regi . De Sylla imperium obtinente sic scribit Appianus. Leges alias dissoluit, alias imposuit: neque aliquem prius Prætorem quàm Quæstorem esse voluit, nec Consulem antequam Prætorem,& eandem potestatē eundem virum attingere prius quàm decennium peregisset, ex decreto vetuit.Tribunitiam verò potestatem adeo pfregit, ac debilitauit,vt ferè ad nihilum redegerit, cùm ex lege prohiberet, qui tribunatum gessisset,vlterius potestatē habere posse . Quamobrem omnes qui gloria aut genere pollebant , Tribunatum in futurum auersati sunt. Neque clarè possum dicere, an Sylla ipsum,

Source : BIU Cujas

ipſum, vt nunc eſt, à populo ad Senatum tranſtulerit. Animaduertēdum autem eſt, quòd Budæus (pace tanti viri dixerim) nō intellexiſſe videtur, eundem non fuiſſe qui iuri dicundo, & capitali quæſtioni in vrbe præerat. Nam diuerſi erant Prætores, eorumq; diuerſa munera & officia: vt Cicero pro Murena, pro Cluentio, in Verrem, & alijs in locis diſertè oſtendit. Et ipſi quidem rerum capitalium Prætores, qui etiam Quæſtores dicebantur merum habebant imperium, ideſt, à iuriſdictione omnino diſtinctum: Prætor autem vrbanus mixtum & in iuriſdicundi prouincia poſitum.

LEX CORNELIA De ijs qui legibus ſoluuntur.

COrnelius Tribunꝰ plebis fuit, C. Calphurnio Piſone, M. Acilio Glabrione Coss. Is legem tulit, vt ſcribit Pedianus, ne quis in ſenatu legibus ſolueretur, niſi ducenti adfuiſſent: nevè quis, cùm ſolutus eſſet, intercederet, cùm de ea re ad populum ferretur. Nam antiquitus, cùm quis legibus per Senatum ſoluebatur, adijciebatur S.C. vt de ea re ad populum ferretur: ſed paulatim ferri erat deſitum, resque in eam conſuetudinem iam venerat, vt poſtremò ne adijceretur quidem in S. C. de rogatione ad populum ferenda, eaque ipſa S. C. per paucos admodum fiebant. Morem igitur antiquum hac lege, non ſine graui optimatium offenſa, quibus ex hac re non paruus gratificandi locus dabatur, retulit Cornelius. Soluitur autem legibus, cui id permittitur, quod leges prohibent.

LVD. CHAR.

Cicero in oratione pro P. Seſtio ait, 12. tabulis ſancitum eſſe, vt neque priuilegium irrogari liceret, neque de capite ciuis, niſi centuriatis comitijs rogari. Et hoc antiquum ius eſt, quo cautum eſſe Pedianus in Ciceronis oratione pro C. Cornelio ſcribit, ne quis, niſi per populum legibus ſolueretur. Is enim ipſe Cicero lib. 3. de Legibus dicit, Legem 12. tabul. tollere priuilegia: ne de ſingulis hominibus ferri poſſent, niſi fortè centuriatis comitijs, in quibus deſcriptis populus cenſu, ordinibus, ętatibus, plus adhibere videbatur conſilij, quàm fusè in tribus cōuocatus. Sed ea Cornelij rogatio P. Seruilio Globulo tribuno ple. abſiſtente, & C. Piſone conſule vehementer reſiſtente obtinere non potuit: Itaque, ita ferre rurſus cœpit ne quis in Senatu legibus ſolueretur, niſi CC. affuiſſent, nevè quis, cùm ſolutus eſſet, intercederet, cùm de ea re ad populū ferretur. Hæc ſine tumultu res acta eſt, Nemo enim negare poterat, pro authoritate Senatus eſſe eam legem: ſed tamen eam tulit inuitis optimatibus, qui vel pauci Senatuſconſultum facere ſolebāt. Quid autem ſit legibus ſolui, oſtendit Dion de Auguſto loquens. Iam, inquit, princeps aliud ſibi ius arrogarunt, quod nulli vnquam Romanorum fuerat antea datum: Vt ipſis liceat, quod voluerint: ſunt enim ſoluti legibus: quod apud Latinos perinde eſt, ac nulla neceſſitate legis teneri, ſed omni ſcripto iure exemptum eſſe.

LEX CORNELIA De iure dicundo.

IDem Cornelius aliam legem tulit, multis inuitjs, nemine tamen repugnante: vt Prætores ex Edictis ſuis Perpetuis ius dicerent, quæ res gratiam ambitioſis Prætoribus qui ius variè dicere ſolebant, minuit, vt tradit Pedianus. Cauſa ferendæ legis fuit, quòd Prætores, cùm edicta ſua Perpetua haberent, neglectis ijs, ipſi quę ſibi videbantur, edicebant, vnde fiebat, vt ſingulis annis noua Edicta proponerentur, cùm ſemper nouus Prætor nouū edictum proponeret: quæ licentia faciebat, vt multa edicta cū ad gratiam, tum ad lucrum conſcriberentur, ipſumque ius Prætorium, quod Honorarium vocant, ob Edictorum varietatem turbaretur. Inde eſt, quòd Cicero Edictum Prætoris legem annuam vocat, actione 3. in Verrem. Quare ne ius ita variè diceretur, quod & litigantibus incommodum, & Prætoribus indecorum erat, ſanxit Conelius, vt in iure dicundo Prætores Perpetuum Edictum obſeruarent. Hoc autem edictum Saluius Iulianus auus Imperatoris Didij Iuliani, Adriani temporibus in vnū collegit, atque in certos Titulos digeſtum interpretatus eſt, vt ſcribit Eutropius, & meminit Imper. in l. 2. C. de veteri iure enucleando. Tanta autem fuit Edicti Perpetui authoritas, vt ſi ex eo aliquid decernatur, quo minus id fiat, non permittatur appellare. l. fina. ff. de appellationibus recipiendis, vel non.

LVD. CHAR.

Solebāt Romæ prætores, in prouinciis præſides inito ſtatim magiſtratu multis varijsq; de rebus edicta proponere, ſecūdum quæ toto anno ius redderent: quæ annua erant, vt etiam annui magiſtratus. Cicero Verrem. Eorum enim initium & finem afferebant Cal. Ianu. Sed Cornelius legem tulit, vt prętores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent: cuius hanc fuiſſe ſententiam arbitror, vt antiquorū prætorum edicta ad ſucceſſores trāſirent, ęternaque perpetua eſſent, vt expectandum populo non eſſet à nouo prætore nouum edictum: ſed ipſe ea tanquam perpetuas leges obſeruaret. Omnia edicta iuſſu & authoritate Adriani Imper. Saluius Iulianus in ordinem digeſſit, libris nonaginta nouem complexus quicquid annis quingentis (tot enim anni a primo prætore Sp. Furio Camillo vſque ad eius tempora numerari poſſunt) edixerant prætores.

LEX FVRIA Teſtamentaria.

FVria Lex de Teſtamentis ad ius ciuile pertinuit, qua legandi licentia, que ex 12. tabularum iure proueniebat, reſtricta eſt. Nam ex eo iure vel totum patrimonium in legata erogare licebat, quippe in quo ita cautum eſſet, Vti quiſque legaſſit ſuæ rei, ita ius eſto. Quare omnino modus imponendus erat legatis, ipſorum maximè Teſtatorum gratia, ob id, quòd plerunque inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo, aut tenui lucro hęreditates adire. Inſtitu. de lege Falcidia in principio. Theophilus in Græcis Inſtitutionibus, hac lege conſtitutum fuiſſe tradit, ne cui plus quàm mille nummi, ſiue vt ipſe ſcribit, χίλια νομίσματα legari poſſent, alioquin eius, quod amplius legatum eſſet, quadruplum reſtitui debere. Tulit hanc legem C. Furius tribunus plebis, vt tradit Cicero pro Cornelio Balbo.

LEX FALCIDIA:

CVm Lex Furia parum ſufficere ac conſummationem rei teſtamentariæ videretur, lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, quàm dodrantem totorum bonorum, ideſt, vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, ſiue plures, apud ipſum eosvè pars quarta remaneat. Verba legis Falcidiæ, quibus legatorum modus conſtituitur, ſunt hæc ex ſecundo capite: Quicunque ciuis Romanus poſt hanc legem rogatam Teſtamentum faciet, is quantam cuique ciui Romano pecuniam iure publico, dare, legare volet ius poteſtasque eſto: dum ita detur legatum, ne minus, quàm partem quartam hæreditatis ex eo teſtamento hæredes capiant. Eis quibus ita datum legatum vè erit, eam pecuniā ſine fraude ſua capere liceto, isque hæres, qui eam pecuniam dare iuſſus, damnatus vè erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus eſt. Hactenus verba legis poſuimus, vt liquidius appareret, in quam ſententiam lata eſſet. Cæterùm Euſebius in Chronicis ſcribit, latam ita fuiſſe, vt quarta pars tum demum hæredibus ſupereſſet, ſi quatuor aut minus eſſent. Quod equidem in Iuriſconſultorum libris nuſquam me legere memini. Sed & Dion celebris hiſtoricus libr. 48. Falcidium ſub Auguſto legem tuliſſe ſcribit, vt hæredibus ſcriptis liceat quartam hæreditatis partem retinere, reliquum omittere, ſi grauati ſint. Atqui ex iure noſtro vtique hæres, niſi totam hæreditatem agnoſcat, nō admittitur. Ait enim Paulus in l. j. ff. de acquirenda hæreditate: Qui totam hæreditatem acquirere poteſt, is pro parte eam ſcindendo adire non poteſt. Et Vlpianus ait: Neminem poſſe quaſdam partes repudiare, quaſdam agnoſcere, etiamſi ex pluribus partibus in eiuſdem hæreditate inſtitutus ſit. Sed Euſebium & Dionem diuerſum ab hoc profeſſionis genus facilè tuetur, vt eis ignoſci non ſolùm poſſit, ſed etiam debeat. Tulit autem legem C. Falcidius tribunus plebis ijs tēporibus, quibus Triumuiri reipublicæ conſtituendę Cæſar, Antonius, & Lepidus dominabantur, authore eodem Euſebio, & Iſidoro in capitulo Quædam. ſecunda diſtinct.

LVD. CHAR.

In reſtituenda hac lege Falcidia elaborarunt plerique. Ea doctorum quorundam Iuriſconſultorum fuit coniectura: vt eius quatuor capita fuiſſe arbitrati ſint. Equidem duo tantùm à Paulo referri obſeruaui. Primum caput non tam fuit à Falcidio Tribuno plebis inuentum, quàm ex legibus 12. Tab. reſtitutum: qđ quia variè legitur, ipſum vt in manuſcriptis codicibus ſcriptum inueni, ſubiicere volui. Qui ciues Romani ſunt, qui eorum poſt hanc legem rogatam teſtamentum facere volet, quam pecuniā, quaſque res, quibusque dare legare volet, ius poteſtasque eſto. Secundo capite conſtitutum eſt, vt ita detur legetur, ne minus, quàm quartam partem hæreditatis ex eo teſtamento hæredes capiant Sed ex interpretatione hoc ſtatutum eſt, vt Falcidiam ſibi de imminutione legatorum hæres retineat, conſtante nihilominus teſtamento. Si enim lex voluerit teſtatorem quartam partem totius hæreditatis hæredibus relinquere, cenſetur eris permiſiſſe, vt eam ſibi non relictam retineant. Vnde quartum quod à quibuſdam ſubiicitur caput, ab ijs tranſlatum in legem videtur. Tertium autem ſecundo tribuit Paulus, quod vult legatarium, quod ſibi ita datum legatum erit ſine fraude habere. Mouet me noſtrorum Iuriſconſultorum authoritas, nec diſſentit Caius, ſi rectè eius verba inſpiciantur.

LEX

Source : BIU Cujas

LEX FVSIA CANINIA.

LEge Fusia Caninia certus modus cõstitutus fuit in seruis Testamento manumittendis, quam Iustinianus Imperator in fauorẽ libertatis, cui iniquior videbat, sustulit. Hęc est nimirũ lex Fusia ista, cuius & Cicero actione tertia in Verrem meminit.

LEX FAVIA DE PLAGIO.

LEx Fauia contra Plagiarios lata est, qua cauet, vt liber q hominẽ ingenuũ, vel libertinũ inuitũ celauerit, in vinculis habuerit, emerit sciens, dolo malo: quive in earũ qua re socius erit: quiq; seruo alieno, seruæve persuaserit, vt à domino, dominave fugiat, vel cũ, eamve inuito vel insciente dño, dominave celauerit, in vinculis habuerit, emerit sciens, dolo malo, quive in ea re socius erit, pœna legis teneatur, inquit Caliistratus in l. Non statim ff. ad l. Fauiam. Pęna autẽ huic legi primùm pecuniaria constituta fuit, quæ deinde in vsu esse desiit. Namq; in hoc crimine detecti pro delicti modò coercentur, & modò gladio feriuntur, modò in metallum damnantur. l. fi. C. ad l. Fauiam. Meminit huius legis Cicero ꝓ Rabirio Perduellionis reo, & Iureconsulti in l. j. ff. de fugitiuis, & l. Merito. ff. pro socio. Quis autẽ eam tulerit, incertũ est. Sed ne de nomine quidem satis cõstat, cùm eam alij Fauiam, alij Fabiam, alij Flauiam appellent.

LVD. CHAR.

De hac lege nihil aliud in antiquis monumentis scriptum inueni, quàm Q. Fabio Labeone, & M. Claudio Marcello Cõsulibus, anno vrbis conditæ 171. acerbam legẽ aduersus eos latã fuisse, q hominẽ ingenuum vel libertinum inuitum celauerint, vel dolo malo emerint nolentes eum soluere, aut seruum alienum seruamve, vt à domino fugeret, induxerint.

Lex Gabinia Tabellaria, & reliquæ leges Tabellariæ.

POpulus Rom. suffragium primò voce tulit, cùm in magistratib. creandis, tum in iudicandis reis, legibusq; sanciendis, vel abrogandis. Sed cùm hac ratione suffragandi obnoxius optimatib. videretur, data est populo Tabella, quæ (vt inquit Cicero pro Plancio) frontes aperit hominũ, mentes tetigit, eamq; libertatẽ dat, vt quod velint faciant, promittant autem quod rogantur. Erant autem Tabellæ istæ cera illitæ, in quibus puncta scribebantur, quæ vocalis suffragij vicem obtinebant. Vnde etiam Cic. ꝓ Murena & Plancio puncta pro suffragijs vsurpauit.

Cæterùm leges tabellariæ quatuor latæ sunt, vt scribit Cicero libro tertio de Legibus. Ex his prima est Gabinia, quam tulit Gabinius homo sordidus, & ignotus, Cn. Calphurnio Pisone, M. Popilio Lenate Coss. Vt comitiis, quib. magistratus crearentur, Populus non voce, sed tabella suffragium ferret. Et quò id liberius esset, cautum est: Ne quis inspiceret tabellam, ne rogaret, ne appellaret: ita ab omni parte liberum iudicium suum in magistratib. creandis populus habebat.

Secuta est biennio pòst Cassia, vti in iudiciis populi de dãnando vel absoluendo reo, quemadmodũ & in creandis magistratib. tabellare suffragiũ esset. Hanc autem Legem tulit L. Cassius, homo nobilis, quẽ Cicero in Bruto scribit multũ potuisse, non eloquentia, sed dicendo tamen, hominemque fuisse eum non liberalitate, vt alij, sed ipsa tristitia & seueritate popularem.

Lata est lex M. Aemilio Lepido Porcina, & C. Hostilio Manci no Consulibus, aduersante Lepide consule, & Trib. pl. L. Anitio Brisone. Pedian. in secundã actionẽ in Verrẽ, vĩ de plurib. legib. Cassiis loq: Inde sunt, inquit, leges Cassiæ tabellariæ, de suffragiis liberè ferendis, non voce, sed tabella. Meminit ẽt Cicero pro Sestio, & in libro de Amicitia, quib. in locis indicat, magno Patrum dolore has leges latas esse, cùm prudentiorib. neutiquam videretur è Repub. esse, tabellæ licentiam populo committi.

Tertia lex est Papyria, quam tulit Carbo seditiosus atque improb. ciuis, de iubendis & vetandis legib. Cùm verò sua lege Cassius ꝓduellionis iudiciũ excepisset, ꝙ ei. l. iniquũ esse videretur, in ciuis Romani, vitæ bonorumq; omniũ discrimine, tabellarũ licentię locũ dari, dedit huic quoq; iudicio Cęlius Tabellã, atq; ita vocis suffragiũ penitus sublatũ est. Cęterùm, cùm suffragia ablata à populo, iusq; creandorũ magistratuũ Tiberius Princeps, authore Tacito, ad Senatũ transtulissẽt, ẽt Senatus, cùm antea vocali suffragio vteret, circa Traiani tẽpora ꝓ tabellã magistrat⁹ creare cępit. In tabellis tamen Senatoriis nõ puncta, sed ipsa Candidatorũ noĩa scribebant. Noua tñ hæc ratio non diu in Senatu mansit, ob singularẽ quorundã impudentiã atq; petulantiam, de qua se plura scribit Plinius lib. epist. 4. & 5. ad Maximũ. Dicunt autẽ apud authores suffragia illa Tabellaria ẽt clancularia, seu tacita: Vocalia verò manifesta, ꝙ illa clam, hæc autem palàm fierent.

LEX GABINIA De Piratis persequendis.

A. Gabinius tribunus plebis legẽ tulit, vt Põpeio bellũ piratícũ decerneret. De qua lege ita scribit Paterculus lib. 2. Cõuerterat in se Cn. Põpeii persona totũ terrarũ orbẽ, & ꝓ oĩa maiore vi habebatur, qui cùm Cos. perquàm laudabiliter iurasset, se in nullã prouinciã ex eo magistratu iturũ, idq; seruasset, post biẽniũ A. Cabinius tribunus plebis legem tulit, vt cùm belli more, non iã furtiuis expeditionib. Piratæ tenerent, quasdamque ẽt Italiæ vrbes diripuissent, Cn. Põpeius ad eos opprimẽdos mitteret, essetq; ei imperiũ æquũ in omnib. Prouinciis cũ Proconsulibus vsq; ad quinquagesimũ miliariũ à mari. Hactenus Velleius, & plura alia Plutarchus in vita Pompeii. Hic est aũt ille Gabinius, qui Consul cum Pisone fuit, atque ex consulatu Prouinciã Syriã adeptus, Regẽ Ptolomæũ in regnũ restituit pulso Archelao Cappadoce. Notissimũ etiam inimicitiis Ciceronis, & singulari fauore Pompeii. Lata est autem lex, L. Metello & Q. Martio Cõsulib.

LEX GABINIA De Fœnore.

IDem Gabinius legẽ de fęnore tulit, qua prouinciis ære alieno oppressis ꝓspexit, Cic. lib. 6. ad Atticũ: Salaminii cùm Romæ versurã facere vellent, nõ poterant, ꝙ lex Gabinia vetabat. Et in eadẽ epistola: Audio omnino Scaptiũ pęnitere, nã ꝙ S. C. esse diceba t, vt ius ex Syngrapha diceretur, eo consilio factũ est, ꝙ pecuniã Salaminii contra legẽ Gabiniã sumpserant. Vetabat aũt Auli lex ius dici de ita sumpta pecunia. Ex his facilè colligitur, lege Gabinia certũ vsurarum modũ per Prouincias cõstitutũ, quæ rapacitate Publicanorum ita vexabantur, vt illis nihil ad supremã miseriam deesset. Exemplo est Scaptius ille, quẽ in epistolis ad Atticum Cicero quatuor centesimas à Salaminiis exegisse terrore militari, obsessoq; & afflicto illorũ Senatu, scribit. Huic aũt malo prospexit Gabinius, & sanxit, vt Syngraphæ, q̃ contra legem datę essent, in ius productæ, nihil valerent. Fecerat autem idem etiam antea in Asia L. Lucullus non sine graui offensa Publicanorum, quorũ rapacitati vix maxima atq; opulentissima regna sufficiebant. Sed & Cicero cùm in eam Prouinciam proconsulari imperio venisset, coercitis publicanis ciuitates fœnore obrutas subleuauit. Idem postea Cæsar fecit.

LVD. CHAR.

Leges de fœnore latas latius refert Zasius, cùm legem Iuliam de fœnore explicat.

LEX HORTENSIA.

HAnc legem tulit Qu. Hortẽsius Dictator. Nam cùm plebs Romana, vt inquit Florus, propter æs alienum, grauesque atque longas seditiones ad vltimũ secessisset in Ianiculum, atq; ob eam rem in magno timore essent Patres, creatus Dictator Qu. Hortẽsius Plebem inde deduxit, legemque tulit, Vt omnes Quirites plebiscita non minus ac reliquæ leges tenerent. Gellius libro decimoquinto, capite 25. Tribuni, inquit, neque aduocant Patritios, neque referre ad eos de vlla re possunt. Ita ne leges quidem propriè, sed plebiscita appellantur, quæ Tribunis plebis ferentibus accepta sunt. Quibus rogationibus antea Patricij non tenebantur, donec Qu. Hortẽsius Dictator eam legem tulit, vt eo iure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. Et Plinius lib. decimosexto ca. 10. Qu. Hortensius Dictator, cùm plebs secessisset in Ianiculum, legem in esculeto tulit, vt quod ea iussisset, omnes Quirites teneret. His astipulatur Imp. in §. plebiscitum. Inst. de iure naturali, gentium, & ciuili. Sed & plebiscita lege Hortensia non minus valere, quàm leges cęperunt. Et Põponius in l. 2. ff. de origine iuris. Deinde, inquit, cùm esset in ciuitate lex 12. Tabularum, & ius ciuile, essent & legis actiones, euenit: vt plebs in discordiam cũ patribus veniret, & secederet, sibique iura constitueret, quæ plebiscita vocantur: mox cùm reuocata esset plebs, quia multæ discordiæ nascebantur ex his plebiscitis, pro legibus placuit & ea obseruare lege Hortensia, & ita factum est, vt inter plebiscita & leges, species constituendi interesset, potestas esset eadem. Hactenus Pomponius. Hic Hortensius Dictator in ipso magistratu mortuus est authore Floro lib. 11. Liuianæ epitomes, & D. Augustin. lib. de ciuitate dei 3. c. 17.

LVD. CHAR.

Mihi studiosius Pomponij de orgine iuris historiam cum Romaniis antiquitatibus conferẽti vitiosus est ille cum veteribus omnino non conuenire. Nam quod de lege Hortensia scribit; veteri memoriæ consentire non videtur. Non ignoro Florum Gellium, Plinium (quos noster Zasius refert) Pomponij sententiam confirmare. Sed ex Liuio aliisque maiori fide dignis discordiam, quę plebem in monte Ianiculo contra patres excitauit, propter matrimoniorum indignitatem exarsisse accepi. Verũ plebeiis ꝓꝓ Apij, aliorumq; Decemuirorũ libidinẽ à patrib. diuisis & in Auentinũ ꝓfectis (est. n. vnus cõprehensorũ in vrbe colliũ, ponẽdis castris valde opportun⁹) primos ꝓsules à populo cẽturiatis comitiis creatos, L. Valeriũ & M. Horatiũ, q eã legẽ tulerũt, intellexi. Dionysius Halicarnasseus (cuius verba sic latina reddidi) Primi aũt (inqt) imperiũ à populo cẽturiatis comitiis acceperũt, L. Valerius Potitus, & M. Horatius Barbat⁹, natura ipsi populares, & maiorib. suis in hãc sectã succedẽtes, q ꝓmissa seruãtes q plebeiis fecerant, cum arma eis deponere persuaserunt, nempe omnia se plebi vtilia effecturos, leges sanxerũt centuriatis comitiis, ægrè quidem ferentibus patritiis, sed non audentibus contradicere, cùm alias quasdam, quas non necesse est scribere, tum eam, quæ positas è plebe leges curiatis comitijs, iubebat ex æquo

Source : BIU Cujas

Romanis omnibus poni, vim eandē iubentes eas, quam quæ cē turiatis comitijs ferrent. Erantq; pœnæ appoſitæ ſoluentibus aut tranſgredientibus legē, mors & bonorū publicatio. Hęc lex patritiorum ambiguitates ſuſtulit, quas cū plebeis antea faciebāt, nolentes poſitis ab eis legibus parere. Quæ ſequunt nō refero. Liuius ſcribit L. Valerium & M. Horatiū cōſules p interregē creatos, qa controuerſum erat an tenerent patres plebiſcitis, legē tuliſſe cēturiatis comitijs, vt qđ Tribuni plebis iuſſiſſent, populum teneret. Quorū authoritate mihi aliquando viſum eſt errorem in vulg. D. libris corrigendū eſſe, & non legē Hortenſiā, ſed Horatiā legendū: meamq; cōiecturā doctiſſimorū virorū ſentētia confirmabam. Sed quia non temerè à noſtri Pōponij, Gellij, Plinij, & aliorū hiſtoria diſcedēdum exiſtimabā, volui diligentius oēs, qui de Romanis antiquitatibus ſcripſerant, repetere: atque nullā diſcordiā exagitatā ſæpius fuiſſe, quàm hanc de plebiſcitis inueni. Licèt. n. contra legē patres venire pp pœnas nō auderēt: ipſi tū apertā adeo iniuriā toties faciebāt, vt ab ijs nō ſemel plebeios diſceſſiſſe cōtigerit: vt mirū nō ſit, ſi ēt in Janiculū ſeceſſerint, eorūq; reuocandorum cauſa electus ſit Q. Hortēſius Dictator. Nam & P. Philo cōſul anno vrbis quadringenteſimo decimoſexto, à collega T. Aemylio Mamerco aduerſus rebellantes Latinos Dictator creatus, inter cæteras leges, quas plebi ſecūdiſſimas, nobilitati aduerſas tulit, vt plebiſcita oēs Quirites tenerēt, ꝑſtituit. Narrat Liuius li. 8. Diligētis eſt lectoris, pprius inſpicere. Nā Zaſius noſter (vt cæteri) Hortēſiam legē ab Horatia ſeparat.

LEGES HORATIAE.

POſt reſtitutam Tribunitiā poteſtatē, quæ ob decēuirale Imperiū creati deſierat, ac receptā ſeceſſione Auentiniana libertatem, creati Coſſ. L. Valerius, M. Horatius viri populares, ac decēuirali Tyrannidi infenſi, leges pro populo tulerunt, vt ſcribit Liuius lib. 3. Nam primū omniū cū veluti in controuerſo iure eſſet, tenerēturne patres plebiſcitis, legē Cēturiatis Comitijs tulere, vt qđ plebs tributim iuſſiſſet, populū teneret. Qua lege tribunitijs actionibus telū acerrimum datū eſt. Hanc aūt legē nō eſſe obſeruatam argumento eſt lex Hortenſij quā in eandē ſententiam iterum ferri opus nō fuiſſet, ſi hac patres vti ſtatuiſſent. Aliam deinde Cōſularē legē de prouocatione, vnicū præſidiū libertatis, decemuirali poteſtate euerſam, nō reſtituerūt modò, ſed etiā in poſterū munierunt, ſanciendo nouā legem. Ne quis vllū magiſtratū ſine prouocatione crearet: qui creaſſet, eum ius fasq; eſſet occidi: neve ea cædes capitalis noxæ haberēt. Tertia lex pro Tribunitia poteſtate lata eſt. Vt qui Trib. Pl. Aedilibus, Iudicibus, Decēuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrū eſſet: familia ad ędem Cereris, Liberi, Libereve venū iret. Eodē etiā anno M. Duellius plebiſcito cauit, qui plebē ſine Tribunis reliquiſſet, quiq; magiſtratū ſine prouocatione creaſſet, tergo ac capite puniretur. Harū legū etiā Dionyſius meminit li. 13. Acta ſunt hęc anno V. C. trecenteſimo ſexto.

LEX HOSTILIA.

LEge Hoſtilia permiſſum fuit furti agere eorū nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut reip. cauſa abeſſent, quive in eorum cuius Tutela ēt. §. Præterea. Inſt. p quos agere poſſumus. Actiones quæ ex hac lege prodeūt. Cicero lib. 1. de Orat. ſub perſona Antonij Hoſtilianas vocat. Et credo, inquit, in illa militis cauſa, ſi tu aut hæredem aut militē defendiſſes, ad hoſtilianas te actiones, nō ad tuam vim, & oratoriā facultatem contuliſſes. Quis autem hanc legem tulerit, aut quo tempore lata ſit, non conſtat.

L. VD. CHAR.

Latam hanc fuiſſe legem C. Hoſtilio Mancino, & C. Attilio Serrano Coſs. anno vrbis 584. ex Romana antiquitate accepi.

LEX HIRCIA.

AHircius Cæſaris amicus, qui poſtea in pugna ad Mutinā Coſ. cecidit, legē tulit, qua Pōpeiani magiſtratus capere, aut tenere prohibebant: vt hī in epiſtola Antonij, quæ inſerta ē Philippicæ Ciceronis decimæ tertiæ. Huius aūt legis authoritatem vehemēter eleuat Cicero, qui & ipſe Pōpeij partiū fuerat, earumq; ruinas reſtaurare eo tempore fruſtra moliebatur.

LEX ICILIA.

ICilia lex vna ex ſacratis legibus fuit, quas ſibi populus abiectus antea, & obnoxius, parandi iuris, & conſtituendæ Maieſtatis gratia, ſeceſſione in Sacrū montē, vt Liuius & Cicero, ſiue vt Piſo & Saluſtius volunt, in Auentinū facta parauit. Liu. lib. 3. ab vrbe condita: placet, inquit, creari Decē viros ſine prouocatione, & ne quis eo anno alius magiſtratus eſſet, admiſcerenturve plebeij, cōtrouerſia aliquandiu fuit. Poſtremò conceſſum Patribus: modò ne lex Icilia de Auentino, alięq; ſacratę leges tollerent. Erant aūt hac lege iura populi, & Tribunitiæ poteſtatis cōprehenſa. Sacratæ aūt leges idcirco dīr, authore Feſto, qa illis ſancitum erat, vt ſi quis aduerſus eas feciſſet, ſacer alicui Deorū ēt, cùm familia pecuniaq;. In quam ſententiā etiā Cicero pro Cornelio Balbo ſcribit: Primū Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod populus plebsve ſanxiſſet. Deinde ſanctiones ipſæ ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & cōſecratione legis, aut pœna, cū caput eius, qui contra facit, conſecratur. Tulit aūt hāc legem L. Icilius Tribunus plebis quinq; annis ante creatos Decemuiros.

LEX IVNIA Annalis.

LEgem Iuniam Annalē L. Manlio Accideno, Q. Fuluio Flacco Coſſ. latam fuiſſe Liuius author eſt lib. 40. Eo, inquit, anno rogatio primū lata eſt ab L. Iunio Trib. pl. quot annos nati quenq; magiſtratum peterent caperent, inde cognomē familię inditum, vt Annales appellarentur. Ferēdæ autem legis cauſam pulchrè indicat Cicero Philippica 5. his verbis: Legibus Annalibus cū grandiorē ætatem ad conſulatum conſtituebāt, adoleſcentiæ temeritatem verebantur. C. Cæſar incunte ætate docuit ab excellenti eximiaq; virtute progreſſum ætatis expectari non oportere. Itaq; maiores noſtri veteres illi admodum antiqui leges Annales non habebant, quas multis poſt annis attulit ambitio, vt gradus eſſet petitionis inter æquales. Itaq; ſæpe magna indoles virtutis, priuſquam reip. prodeſſe potuiſſet, extincta eſt. At verò apud antiquos Rulli, Decij, Coruini, multiq; alij: Recētiore aūt memoria ſuperior Africanus, T. Flaminius admodū adoleſcentes conſules facti tantas res geſſerunt, vt Po. Ro. Imperiū auxerint, nomē ornarint. Quid Macedo Alexander, cū ab ineū te ætate res maximas gerere cępiſſet, nonne tertio & trigeſimo anno obijt, quæ eſt ætas noſtris legibus decē annis minor, quàm Conſularis? Ex his verbis apparet cōſularem ætatē quadraginta triū annorū fuiſſe, vnde etiam Cicero gloriat ſe ſuo anno Conſulatū adeptum, ideſt, eo anno quo ei primū per leges Annales petere licuit. Quòd verò aliquis computet à Conſulatu C. Serrani, & Q. Cepionis, emergent anni quadragintatres ad conſulatū vſq; Ciceronis. Duobus autē annis minor fuit Prætoria ætas, rurſus biennio minor quàm prætoria fuit Aedilitia. Multos tamē legimus his legibus ſolutos fuiſſe, ex quibus primus fuit Africanus poſterior, qui cū iuuenis ædilitatē peteret, non ſine maxima contentione ſenatus & plebis Conſul creatus eſt, vt ſcribit Appianus in Libyco. Appellatur aūt hæc lex ēt Annaria. Feſtus li. 1. Annaria lex dicebatur ab antiquis ea qua finiunt anni magiſtratus capiendi. Et Lampridius in Cōmodo. Poſt hæc venia legis Annariæ impetrata Conſul factus eſt. Sed & M. Pinnariū Ruſcam legem Annalem tuliſſe Cicero lib. 2. de oratore ſcribit.

L. VD. CHAR.

Huius legis meminit Cicero in 3. li. de legib. cū ſic ait: Eundē magiſtratum, ni interfuerint 10. anni, ne quis capito. Aeuitatem annali lege ſeruanto, & ad eā alluſit Ouidius in Faſtis.

Iura dabat populo ſenior, finitaq; certis
Legibus eſt ætas, vnde petatur bonos.

LEX IVNIA Norbana.

LEx Iunia Norbana circa libertinorū ſtatū verſatur. Nam ex hac lege liberrimi qui Latini vocant inſtituti ſunt, qui viui liberi quidē erant, ſed cū moriebant in ſeruilē conditionē recidebant, & bona eorum iure quodammodo peculij manumiſſores tenebant, cū ipſi nec teſtamēti factionē, nec alia liberorum Romanorū iura haberent. Huic legi primùm. S. C. Largiano, deinde D. Traiani edicto abrogatū ē. Poſtremò aūt Iuſtiniani Prīcipis conſtitutione tota ſublata eſt, qua cōſtituitur, vt oēs libertini, ſublatis antiquis differētijs, ciues Romani ſint. §. Sed hæc de libertinis. Inſt. de ſucceſſione libertorum. Lata eſt aūt lex imperāte Claudio Tiberio à Cōſulibus M. Iunio Sillano, & L. Norbano Balbo, poſt natū ſaluatorē noſtrū Dei filium anno 21.

LEX IVNIA Vellea.

LEx Iunia Vellea de Teſtamentis lata eſt, qua cauebat, vt is q teſtamentū facturus eſſet, oēs virilis ſexus, qui ei ſui hæredes futuri eſſent, cū naſcerentur, neceſſariò inſtituat. Deinde, ſi quis ex ſuis hæredibus ſuus eſſe deſierit, liberi eius, & ceteri in locū ſuorū, ſui hæredes ſuccedant, ſi in Teſtamento hæredes inſtituti ſint. Multa prēterea in hac lege de teſtamētis ſancita erāt diligentius, quàm apud antiquos, ea potiſſimū ratione, ne tam facilè Teſtamenta agnatione, aut quaſi agnatione rumperent. §. Poſthumum. Inſt. de exhęredatione liberorum. Atq; aſtipulatur Cicero li. 1. de Oratore dicens: Agnaſcēdo rūpi teſtamētū iure antiquo. Quæ deinde pleraq; Tribonianus & ſocij eius in Pādectas ſuas paſſim trāſtulerunt. l. Si hæreditas. ff. de tutelis. l. Gallus. ff. de liberis & poſthumis.

L VD. CHAR.

Quis ille Velleus huius legis author fuerit, an idē, qui & ſenatuſconſulti Velleiani, nō ſatis conſtat. Verū vtiliſſimā teſtamētis ſcribendis legē tulit. Formulas. n. præſcripſit, quibus ne teſtamenta rūperent proſpicere teſtatores poſſent. Eius duo fuerūt capita, q Sęcęola elegātiſſimè cū Galli cōſilio interpretatus eſt.

LEX

Source : BIU Cujas

LEX IVLIA Miſcella.

LEgis Iuliæ Miſcellæ ſtudium circa procreationem liberorũ verſabatur. Permittebat. n. vxori, vt tametſi vir prohibuiſſet, & quædam ēt ad hoc reliquiſſet, ne ad ſecundas nuptias trãſiret, ſi tamen ipſa intra annum iuraret, ſe liberorum procreandorũ cauſa ad ſecundas nuptias progredi, & in mariti ius veniret, & quod relictum eſſet caperet. Quòd ſi annus præterijſſet, ſiquidē mulier relictum volebat capere, non aliter id capere licebat, quàm cautionem expoſuiſſet, ſe ad ſecundas nuptias nō peruenturam. Hanc autē appendicem ſiue clauſulā non ipſe Iulius Miſcellus adinuenit, verū Q. Mutius Scæuola, qui in omnibus, quæ ex facti prohibitione penderent, eiuſmodi cautiones excogitauit, hanc fortè legi appoſuit. Cæterũ cũ iniquũ videretur atque naturali æquitati minus conſentaneũ, ob vile cõpendiũ, & periuria ab mulieribus ad ſecunda vota tranſeuntibus, fieri: & fęminas, quæ adhuc parere, atq; rempub. ſobole augere poſſent, à connubijs arceri, promulgauit conſtitutionem maximus, ſapiētiſſimusq; Imperator Iuſtinianus, qua totā legē ſuſtulit, & mulieribus nullo obſtante legis Iuliæ impedimēto, liberè ad ſecũdas nuptias tranſire permiſit: qua cõſtitutione viſus eſt optimè & iuriſiurandi religioni, & reip. vtilitati proſpexiſſe.

LEX IVLIA, & reliquæ Leges ad ius Ciuitatis Romanæ pertinentes.

LEge Iulia Ciuitas vniuerſo Latio data eſt, cũ ſocij Latini ob negatā ciuitatē ingens bellũ mouiſſent, vt tradit Appianus lib. 1. & Cicero pro Cornelio Balbo, & Gell. lib. 4. capite 4. Vt autē facilius cauſa huius belli, legisq; ferendę percipiatur, repetēda eſt altius ad eam rem pertinens hiſtoria, totumq; ius cũ Latij, tũ Ciuitatis oculis ſubijciendũ. Princeps igitur & conditor Romanę ciuitatis Romulus, ab initio ſtatim deuictos populos in ciuitatē recepit, augendæ multitudinis cauſa: Itaq; eo tpe ciues Romani facti ſunt Ceninenſes, Cruſtuminij, Antēnates, & deinde ex fędere Albani. Romuli poſtea atq; Regũ authoritate & exēplo nunquam intermiſſa eſt à Romanis largitio & cõicatio ciuitatis. Dabatur aūt Ciuitas apud antiquos duobus modis, cum ſuffragio, & ſine ſuffragio. Qui Ciuitatem cũ ſuffragio nanciſcebantur, æquo iure cũ Romanis ciuibus magiſtratus creabant, leges ferebant, iudicia faciebant, in cenſum deferebantē, & ſi volebant, Romæ etiam habitabant, hæreditates atq; legata capiebāt, inque libertos patronorũ filios in poteſtate habebant, & Iuris connubiorũ participes erant. Vtebantē etiam iure Gētilitatis, Adoptionis, Agnationis, Togę ferēdæ, ac in Romanis legionibus militandi. Quæ Iura omnia propria ciuiũ Romanorũ fuerunt. Quibus acceſſerūt deinde Immunitates à ſupplicijs, à Tributis, ab Exactionibus ac multis alijs grauaminibus, qbus Romani ciues non tenebantur. Ius autē Latij, ſiue Latinitas originē hēt ex Fædere, ſiue Societate, quod cũ priſcis Latinis Romani pepigere. Cũ. n. eos magna pugna ad lacũ Regillum, & deinde ad Veſerim deuiciſſent, in eas conditiones pacē cũ ijs firmarunt, vt Latini ſuo iure viuerent, atq; in bello milites darent, hoſtesq; cões cum Romanis haberent: In bellis autem atque expeditionibus Romani Latinis tertias prædæ præſtarent: Ipſique Latini põpuli Ro. ſocij atq; amici dicerentur. In hoc aūt multò deterior erat Latinorum conditio, ꝙ omnes illorũ res pace belloq; ex nutu atq; arbitrio Romanorum pendebant. Nā tametſi liberi eſſent, nihil tñ publicè decernere ſine aſſenſu Populi Romani audebant, & ipſis militibus Latinis quoties in expeditionē ibāt, Præfectus non ex Latinis, ſed ex Romanis dabatur, cumq; ſuo ſanguine regna ac Prouincias acquirerent, nihil ex ijs, præter tertiā prædæ partem, nanciſcebantur. Quas ob res ſępe conati ſunt Latini, partim precibus, partim minis, ius ſuum in meliorē conditionem reſtituere, modò ipſum ius Ciuitatis, modò vt alter vtique Conſul ex Latinis crearetur, poſtulātes. Quorum alterum illis in perpetuum denegatum, alterum tandem ſub hac conditione cõceſſum, vt qui ex Latinis ſtirpē ex ſe domi relinquerēt, ciues Romani fierent. Horum verborum ſententiam multi circumuenientes, partim Romanis, partim Socijs iniuriā faciebāt. Nam & ne ſtirpem domi relinquerēt, liberos ſuos quibuſqbus Romanis, in eam conditionem, vt manumitterentur, mācipio dabant, libertiniq; ciues eſſent: & quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, vt ciues Romani fiebant. Poſtea his quoq; imaginibus iuris ſpretis, ꝑmiſcuè ſine lege, ſine ſtirpe in ciuitatem Ro. per migrationem & Cenſum tranſibant. Hac ratione cũ exhauriretur Latium, nec facilè tam multis migrātibus Latini milites ex formula dare poſſent, cõqueſti apud Senatum impetrarunt, vt C. Claudius Cõſul legē ex Senatuſcõſulto de ijs ferret: Vt qui ſocij, ac nominis Latini ipſi maioresve eorũ M. Claudio, T. Quīctio Cēſorib⁹, poſtq; eos apud ſocios nominis Latini certi eſſent, vt oēs in ſuā quiſq; ciuitatē ante Cal. Nouemb. redirēt. Quęſtio, ſi qui ita nō redijſſent, L. Mūmio Prętori decreta eſt. Hanc legē Claudiam primā de ſocijs in ſua ciuitate regundis, latā inuenio, anno vrbis cõditæ quingēteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Poſtea verò alia lex Papia de eadem re lata eſt, qua conſtitutũ fuit iudiciũ, quo ſocij Latini nominis, oēsq; alię gentes Romano imperio ſubiectione, aut ſocietate, vel fędere affines, ciues ſuos repeterent, ſi qui ciuitatem Romanam vſurpauiſſent. Cicero ꝓ Cornelio Balbo: Iudices cùm prę ſe ferrent, palamq; loquerentē, qd eſſent de M. Craſſo Mamertinis lege Papia repetētibus iudicaturi, Mamertini publicè ſuſcepta cauſa deſtiterūt. Idē pro Licinio Archia: Quid? cũ cæteri non modò poſt ciuitatem datā, ſed etiā poſt legē Papiam in earum ciuitatum tabulas irrepſerūt. Et Valerius Maximus li. 3. c. 4. de M. Perpenna: Cùm interim cuius vita triumphauit, mors Papia lege dānata eſt. Neq; patrē eius, nihil ad ſe pertinentia ciuis Romani iura complexũ, Sabelli iudicio petitũ redire in priſtinas ſedes coegerūt. Ex his ſatis cõſtat in peregrinos, q ſibi ciuitatis ius vſurpabāt, lege Papia iudiciũ datum. Tulit aūt legem Papius qdam, paulò ante Gracchana tēpora: vt vix de hac loqui videatur Cicero lib. 3. Offic. Malè, inqt, qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosq; exterminant, vt Petronius apud patres noſtros fecit, Papius nuper. Nā vrbis vſu prohibere peregrinos ſanè inhumanum eſt. Loquitur igitur hic non de ciuitatis iure, ſed de vrbis vſu Cicero.

LVD. CHAR.

Exiſtimaui aliquando legem hanc Papiā, dictā eſſe à Q. Aemilio Papo, qui cum C. Fabricio Lucino cõſul fuit, belli cũ Pirrho geſti tempore. Sed qa hiſtoria meā non confirmabat coniecturam: probabilius mihi viſum eſt, latā eā fuiſſe à Caio Papio Tribuno pleb. qui tempore belli Socialis claruit, vt teſtatur Appianus lib. 1. bello. ciuil. Nec me mouet Zaſij opinio, qui eam ſine authoritate, ante Gracchorum tempora latam eſſe arbitratur. Mea enim ſententia & hiſtoria, & veriſimilitudine probatur: ipſius enim conſtitutio, belli Socialis tempori rectè conuenit.

His verò legibus remotos à ſpe cõſequendæ ciuitatis Socios denuo inflāmauit M. Fuluius Flaccus, qui cùm in cõſulatu, tum in triũuiratu agri lege Sēpronia diuidendi, Ciuitatem omnibus Italicis pollicitus eſt primus, vt ſcribit Appianus: Quāuis Velleius & Plutarchus tradāt Tiberium Gracchum P. Mutio, L. Calphurnio Coſſ. Ciuitatem Italicis promiſiſſe. Fuluianæ actiones, quoniā in conſulatu ipſius perferri nō potuerunt, poſtquàm ipſe priuatus eſſe cępit, exarmatę ſunt. Sed cũ eas in triũuiratu ſuo retractaret, adiuuante C. Graccho, ambo decreto Senatus interfecti ſunt. Deſtitutos aūt hac ſpe Socios poſt aliquot deinde annos M. Liuius Druſus Tribunus plebis erexit: is iratus Senatui, quē actionibus ſuis aduerſari ſentiebat, ad dandā Italiæ ciuitatē animũ adiecit: quo facto, cũ Italorum animos in ſe cõuertiſſet, atq; ingenti ſtipatus turba è foro reuerteretur, percuſſus in turba actiones ſuas vitamq; ſimul depoſuit. Hic verò Druſus cũ ſe magnificè gereret, Socijsq; perſuaſum eſſet, ipſum vtiq; qđ promiſerat præſtiturũ, magna multitudo ex Latinis fiducia illius viri Romā ſe contulerat, ob quam cauſam L. Licinius Craſſus, & P. Mutius Scæuola Conſules, legem tulerunt, qua ſociorũ vnuſquiſq; in ſuæ ciuitatis ius redigereē: quæſtioq; in eos conſtituta eſt, qui ſe non ciues pro ciuibus gerebant. Cuius rei Cicero pro Cornelio, & in eā orationem interpres eius Pedianus authores ſunt. Hęc lex Licinia & Mutia appellatā. Idē Cic. lib. 3. Offic. Nam eſſe pro ciue qui ciuis non ſit, rectũ eſt non licere, quā legē tulerunt ſapientiſſimi Conſules Craſſus & Scęuola. Fuit aūt lex iſta valde auſtera. Neq; n. ſolũ ij, qui recēs ī ciuitatē ſe inſinuauerāt, arcebantur, ſed etiam ij qui & nati Romæ erant, & muneribus ciuium fungebantē, ſi maiores eorum iuris Italici fuiſſent, & ciuitatē Romanam non eſſent adepti. Cicero in Bruto de Lyſia: Eſt enim Atticus, quoniā certè Athenis & natus eſt, & mortuus, & oīum ciuiũ munere fenctus, quanquā Timeus eũ quaſi Licinia & Mutia lege repetit Syracuſas. Ad eos tamē, qui vel ob legũ p̄mia in ciuitatē peruenerāt, aut ob virtutē ciuitate donati ab imperatoribus erāt, lex nō ꝓtinuit, vt ſcribit idē Cicero pro Cornelio Balbo. Cæterũ hac lege animi Italicorũ ita exaſperati ſunt, vt vniuerſi propemodũ ducibus Silone Popedio, Herio Aſinio, Inſteio Catone, C. P õtio Teleſino Samnite, alijsq; viris fortiſſimisq; à Romanis, moto ingēti bello deſciuerint. In eo cũ vehemēter premerentē Romani, viderentq; defectione Latinorũ Marſorũ, Samnitiũ, & Picentũ, ēt reliquorũ Italiæ populorũ animos labare, ciuitatē lege Iulia primũ Hetruſcis atq; Vmbris, qui nondũ apertè defecerant, dederūt, deinde reliquis ēt nominis Latini ſocijs. Quos deinde, cũ in octo tantũ tribubus ſuffragiũ ferrent, in Triginta quinq; tribus diſtribuit Cinna, & poſt eũ icto cũ Italicis populis fędere, ꝓfirmauit Sylla. Hocq; potiſſimũ mō Italici ciuitatē adepti ſunt. Cæterũ nō ī vniuerſum ius Latij abolitũ eſt, ſed paſſim in Prouincijs ciuitates fuere, q̄ eo iure vtebantē. Scribit Plinius Veſpaſianũ Auguſtũ iactatũ ꝑcellis reipu. vniuerſę Hiſpanię ius Latij tribuiſſe. Et Suetonius tradit Diuum Auguſtũ pleraſq; ciuitates merita ſua in rēpublicā allegātes Latinitate, vel ciuitate donaſſe. Hęc aūt vocabula Latinitatis & ciuitatis, tũ demũ ī deſuetudinē abierūt, cũ Antonius Pius Imperator oēs, q̄ ī orbe Romano ēnt, ciues Romanos eē iuſſit, vt tra-

Source : BIU Cujas

dit Iureconsultus Vlpianus in l. In orbe ff. de statu hominũ. Et D. Augustinus lib. 5. de Ciuitate Dei. c. 17. Vnde & Modestinus in l. Roma. ff. ad municipalem. Romam cõem patriam esse ait. Ex superioribus autem legibus oritur reatus peregrinitatis, quẽ subibant ij, qui ciuitatẽ Romanam falsò vsurpabant, quibus pœna erat cõstituta, vltimum supplicium. Scribit enim in Claudio Suetonius, Claudiũ eos, qui se pro ciuibus Romanis falsò gerebant, in campo Esquilino securi percussisse.

Pertinent etiam ad hanc rẽ aliæ duæ leges non ita magni momenti, ex quibus prima est Apuleia, quam tulit Apuleius Saturninus, qui gratificari volens C. Mario, cuius tũ magna erat in repub. potentia, ac singularis ambitio, legẽ tulit. Vt in singulas Colonias Latinas Marius ternos Ciues Romanos facere posset: sed hac lege nihil actũ est, vt scribit Cicero ꝓ Cornelio Balbo. Altera est Cornelia & Gellia, qua potestas dabatur Cn. Põpeio Proconsuli in Hispaniam ad periculosum bellum proficiscenti, ciuitate donandi eos, qui de rep. bene meriti essent. Legem tulerunt L. Gellius Publicola, & Cn. Cornelius Lentulus. Iuliã autem legẽ tulit L. Iulius Cæsar, qui cum P. Rutilio Lupo Consul fuit anno vrbis conditæ sexcentesimo sexagesimo sexto.

LEX IVLIA. De iudicijs, & reliquæ leges Iudiciales.

RES Iudicialis in Romana rep. variè agitata est, magnasq; sæpenumero contentiones ciuiles excitauit, propter Senatorij & Equestris ordinis dissensiones. Itaq; plures de hac re leges latæ sunt, quas breuiter perstringemus.

Iam inde igitur ab vrbe condita, in iudicijs dominabantur patres, apudq; eos causæ agebantur, & ij soli erant in cõsilio Cõsulibus prætoribusq;, reliquis autem ordinibus nulla ad iudicãdũ facultas dabatur. Hoc autẽ ius Senatorio ordini tradiderat Romulus, vt scribit Dionysius Halicarnasseus lib. 2.

LVD. CHAR.

Solebant etiam reges, priuatis iudicijs præesse, iusq; postulantibus reddere: vt ex historia Liuij constat. Sed & Dionysius Halicarnasseus refert, iniuriarum, quæ quidem maximę essent, iudicium regibus tribuisse Romulum: quæ verò minores essent, Senatoribus permisisse: hoc tamẽ prouiso, ne qua fraus iudicijs adhiberetur. Seruius autem Tullius priuata iudicia certis iudicibus delegauit, vt secundũ leges à se latas ius dicerent.

Nec sanè inter tot seditiones ac tumultus quisquam Patribus hoc iuris eripere conatus est, vsq; ad C. Sempronium Gracchũ, qui primus infensus Senatui Equestrẽ ordinẽ ab eo disiungere meditatus, legẽ de Iudicijs ad Equites transferendis tulit, nactus occasionem calumniãdi Senatus, ꝙ Iudicia Senatoria largitionẽ redolere videbant, vt author est Appianus lib. 1. de bellis ciuilibus. Huc pertinet qđ præclarè à Cicerone in actionibus in Verrẽ dr. Hoc aũt cũ haud frustrà diceretur (multi. n. eo tẽpore Repetundarũ rei, qui ob euidentiã, & magnitudinem furtorũ, & sua, & hominum opinione iã condemnati erant, iudicũ pecunia corruptorũ perfidia erant absoluti) Senatus verecũdia motus, legẽ ferri passus est. Et ipsa plebs auidè eam accepit: nam ob iudiciorum metum haud parum potentiæ Patrũ obnoxia erat, vt scribit Plutarchus in vita Gracchorum.

Legis autem sensus erat, vt trecentis, qui tum erant, Senatoribus sexcenti Equites admiscerẽtur, authore Floro: qua ratione fiebat, vt Equites bis tantum viriũ in iudicijs haberent.

Hęc lex ordinum concordiã vehementer afflixit, ciuitatẽq;, vt ait Varro, bicipitẽ fecit. Siquidẽ post multos demũ annos, variasq; ac sęuas discordias, M. Tullius Cicero in consulatu Equestrẽ ordinẽ Senatorio reconciliauit, profectũ se ex eo dictitãs, & eius vires peculiari popularitate quærens, vt scribit Plin. lib. 33. c. 2. Atq; ipse etiã lib. 1. ad Attic. gloriatur ordinum concordiã à se esse cõglutinatã. Lege autẽ Sempronia Equester ordo annis quindecim sine infamia iudicauit, authore Pediano. Cęterũ anno decimoquinto post Gracchi mortẽ, Senatũ in possessionẽ iudiciorũ restituere conatus est Q. Seruilius Cepio Coss. Cassiodorus in Chronicis. Q. Seruilio, inquit, & C. Attilio Serrano Cõsulibus, Cepio Coss. iudicia Equitibus & Senatoribus cõicauit. Ex his verbis constat Cepionẽ non in vniuersum iudicia ad Senatũ transtulisse, sed hoc egisse, vt pares vires in iudicijs Senatores & Equites haberent. De hac lege loquit ẽt Cicero li. 1. de Inuentione: Offensum est, inquit, qđ eorũ qui audiũt voluntatem lædit, vt si quis apud Equites Romanos cupidos iudicãdi, Cepionis legem Iudiciariam laudet. Idẽ in Bruto de Scęuola loquẽs.

Omnibus quidẽ alijs, inquam, magistratibus, sed Tribunus ante hoc post fuit, eoq; in rostris sedente suasit Seruiliam legem Crassus. Hanc Crassi pro lege Seruilia orationẽ Cicero sibi quasi magistram fuisse scribit, in qua ornabat authoritas senatus. Meminit idẽ li. 2. de Oratore, & in oratione pro Cluentio. Tacitus præterea lib. 12. his verbis. Claudius oẽ ius tradidit, de quo toties seditione aut armis certatũ fuerat, cũ Sẽpronijs rogationibus Equester ordo in possessione iudiciorũ locaret, aut rursus Seruiliæ leges Senatui iudicia redderẽt. Post damnatũ aũt Cepionẽ, eiusq; calamitosissimũ exitũ Equiti iudicia restituit C. Seruilius Glaucia, qua lege Equestrẽ ordinẽ, vt inquit Cicero in Bruto, sibi vehementer deuinxit. Hãc legẽ Glauciam authores vocant, in qua etiã noui hoc erat, vt cõperendinaretur reus: antea verò vel iudicari primò poterat, vel amplius pronũciari, vt inqt Cic. actio 3. in Verrẽ. Quid sit autẽ comperendinatio, quid itẽ, Ampliatio, abundè in eũ locũ scribit Pedianus. Hac autẽ potestate iudicãdi ita immoderatè abusi sunt Equites, vt præter cætera insolenter ac ambitiosè iudicata ẽt P. Rutiliũ cùm iuris sciẽtia celebrẽ, tũ in omni vita innocentissimum, integerrimũq; virum condẽnarint, quo iudicio totius ciuitatis statũ conuulsum esse Cicero existimat. Quare nõ multò post lata ẽ lex Plotia, de qua ita scribit Cicero pro Cornelio. Memoria teneo, cùm primũ Senatores cũ equitibus lege Plotia iudicarent, hominẽ dijs ac nobilitati permissum Cn. Pompeiũ causam lege Varia de Maiestate dixisse. Tulit aũt eã M. Plautius Sillanus Trib. pleb. Cn. Põpeio Strabone, L. Portio Catone Consulibus, secundo anno belli Italici, adiuuãtibus nobilibus. Iubebat aũt lex vt Tribus singulæ ex suo corpore quinos denos suffragio crearent, qui eo anno iudicarẽt: ex quo fiebat, vt Senatores quoq; in eo numero essent, & quidã ẽt ex ipsa Plebe. Hanc legẽ statim cõsecutum est bellũ ciuile atrox, atq; multiplex, in quo iudicia omnia omissa esse legesq; tacuisse Cicero in Bruto, vt suprà ẽt diximus, author est. Quamobrẽ L. Sylla, recuperata rep. quæ multis cõscissa vulneribus, acribus remediis opus habebat, cũ cæteras eius partes, tũ ẽt iudicia constituit. Itaq; lata Cornelia lege primũ omniũ iudicia Senatui reddidit, atq; Eqtes è iudicũ numero omnino sustulit, abrogatis Sẽpronijs legibus, ex qbus tñ aliqua in suã Corneliã transtulit: quare ẽt Cic. pro Cluẽtio dicit, eã quæ tunc Cornelia fuerit, olim Semproniã fuisse. Eadem lege cautũ fuit, Ne qs plures quàm tres iudices reijceret, vt scribit Cicero actio. in Verrẽ 4. Reiectio aũt idcirco dr, ꝙ cùm multi iudices à Prætore in Cõsilium conuocandi essent, necesse erat eos primũ ex Decurijs Senatorũ Equitumq; conscribi: deinde in vrnã sortitò mitti, vt de pluribus necessarius numerus ꝑfici posset. Tertiò, idest, post vrnam, permitti accusatori ac reo, vt ex illo numero reijcerẽt, quos putassent sibi aut inimicos, aut ex re aliqua incommodos fore. Modum igitur Reiectionibus constituit lex Cornelia, ne plus quàm tres reijcere liceret. Eadẽ lex optionẽ dabat reo clã an palã de se vellet iudicari, idest, voce an per tabellam. Cicero pro Cluentio: Cũ in cõsilium iri oporteret, quæsiuit ab eo C. Iunius Quæsitor ex lege illa Cornelia, quæ tum erat, clàm an palã de se sententiam ferri vellet. Cùm autem decem annis ex lege Cornelia iudicassent Senatores, atq; munera summa cum infamia ac turpitudine à reis accepissent, lata est lex Aurelia, quam tulit M. Aurelius Cotta, homo, vt Cicero ait, nobilissimus, qui tũ Prætor erat, authore Floro lib. nonagesimo septimo Liuianæ Epitomes. Hic aũt Cotta tribus ordinibus iudicia commisit, Senatoribus, Equitibus, & Tribunis Aerariis, qui & ipsi de corpore Romanorũ Equitũ erant, authore Pli. lib. 33. cap. 2. Vell. lib. 2. Per idẽ, inquit, tẽpus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum Senatui ad Equites, Sylla ab illis ad Senatũ trãstulerat, æqualiter inrer vtrunq; ordinem partitus est. Idẽ verò antea tẽtauerat M. Liuius Drusus, cuius tamen leges citò interierũt. Lege Aurelia per annos circiter decẽ & sex iudicia penes illos ordines permãserunt, cũ non multò post legẽ latã, vt dictum est, M. Cicero Senatui equestrem ordinẽ reconciliasset. Deinde aũt Pompeius Magnus in secundo consulatu legem & ipse Iudicia lẽ tulit, vt scilicet ex amplissimo Censu aliter atq; antea lecti iudices, æquè tamẽ ex illis tribus ordinibus iudicarent. Huius legis Iudiciariæ meminit Cicero in Pisonẽ. Sed paulò post idem Põpeius in illo celebri consulatu tertio iudiciariã legem vehemẽtem atque acrem tulit in qua de ordinibus qui tũ iudicabant nihil mutauit, ipsam autem iudiciorũ formam vehemẽter circuncidit. Iubebat enim lex, teste Asconio, vt priusquam causa agerẽtur testes per triduum audirentur, dicta autem eorũ Iudices cõfirmarent: quarta die adesse oẽs in diẽ posterũ iuberentur, ac coram accusatore ac reo, pilæ in quibus iudicũ nomina inscripta essent, æquarentur. Deinde rursus postero die sortitio iudicum fieret vnius & septuaginta: qui numerus cùm sorte obtigissẽt, ij protinus sessum irent, tũ ad dicendũ accusator duas horas, reus tres haberet, eodẽq; die illo res iudicarẽt. Prius autẽ q̃ sententia ferretur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidẽ reus reijceret, ita vt numerus Iudicũ relinqueretur quinquagesimus & vnus. Huiusmodi igit lex Põpeia fuit, q̃, vt ex Asconio colligere licet, magis qa Põpei potentiæ resistere nemo audebat, q̃ ꝙ è repub. magnopere videret, accepta est. Ipsi quidẽ elõquẽtiæ pernicioſa ac propemodũ exitiabilis fuit. Nã post hãc legẽ latã omnis penè Oratorũ dignitas ac contẽtio collapsa est, cũ maximo rũ Oratorũ facundia intra tam paucarũ horarũ fines esset inclusa: quã indignitatem etiam commemorat Cicero in Bruto his verbis: Maximè verò ꝑspecta est vtriusq; nost. ũ exercitatio paulò anteq̃ ꝑterritũ hoc armis studiũ, Brute, nr̃m ꝓticuit subitò & obmutuit, cũ lege Põpeia ternis horis ad dđm datis, ad cãs similimas

Source : BIU Cujas

limas inter ſe vel potius eaſdē noui veniebamus quotidie, quibus quidem cauſis tu etiam Brute, præſtò fuiſti, compluresq; & nobiſcū & ſolus egiſti. Armis autem perterritum hoc ſtudium idcirco Cicero dicit, ꝙ Pompeius, cùm M. Cœlius Trib. ple. pertinacius in legem inueheretur, eò proceſſit, vt diceret, ſi coactus eſſet, ſe armis remp. defenſurum. Milonianum præterea iudiciū, quod primum hac lege lata exercitum eſt, circumpoſitis armatis ſepſit, ne cuiq; integrum eſſet contra legem aliquid vel dicere, vel facere. Sed & Tacitus tantum Romanæ eloquētiæ caſum deplorat in Dialogo de Oratoribus: Tranſeo, inquit, ad formā & cōſuetudinem veterum iudiciorum, quæ etſi nūc arctior eſt, ita tamen eloquentiam tantò illud forum magis exercebat, in quo nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur, & liberæ comperendinationes erāt, & modū dicendi ſibi quiſq; ſumebat, & numerus neq; dierum, neq; patronorum cauebatur. Primus tertio conſulatu Cn. Pompeius aſtrinxit, im poſuitq; veluti frenum eloquentiæ, ita tamen, vt in foro omnia, & legibus omnia apud Prætores gererentur, apud quos quantò maiora negotia exerceri ſolita ſint, quod maius argumētum eſt, quàm quòd cauſæ Centumuirales, quæ nunc primum obtinēt locum, adeo ſplendore reliquorum iudiciorum obruebantur, vt neq; Ciceronis, neq; Cæſaris, neq; Bruti, neq; Cœlij, neq; Calui, nō deniq; vllius Oratoris magnus liber apud Centumuiros dictus legatur. Hactenus Tacitus. Selegerat etiam Pompeius trecētos ſexaginta Iudices, quorum meminere Cicero lib. 8. ad Attic. & Paterculus libro 2.

Poſt legem Pompeiam lata eſt lex Iulia, quam tulit Cæſar Dictator, qua lege Iudices ad duo genera redegit, Senatorii & equeſtris ordinis: Tribunos Aerarios, quod tertiū erat, ſuſtulit, vt author eſt Suetonius in Cæſare. Multa præterea huius legis capita fuerunt, de ipſorum iudicum ætate, dignitate, & conditione, de forma & conſuetudine iudiciorum publicorum & priuatorū: Quæ omnia in antiquis Iuriſconſultorum libris comprehenſa opera Triboniani abolita ſunt. Meminere tamen huius legis Vlpianus in l. Conſenſiſſe. ff. vbi quis agere, vel conueniri debeat. Calliſtratus in l. Cū lege. ff. de receptis arbitris. & Modeſtinus in l. Vnica ff. de Ambitu. & Gellius lib. 14. c. 2. his verbis: Atq; in rerū quidem diffuſionibus, comperēdinationibus, & alijs quibuſdam legitimis in rebus ex ipſa lege Iulia, & ex Sabini Maſſurij, & quorundam aliorum iuriſperitorum commentarijs commoniti & adminiculati ſumus. Poſt obitum autem Cæſaris Antonius Conſul Iudiciariam legem ferre conatus eſt, qua in tertiā Decuriam, quæ Tribunorum Aerariorum fuerat, Centuriones atq; Alaudas conijcere decreuerat, de qua lege plenius ſcribit Cicero Philippica prima. Sed ille prius hoſtis iudicatus eſt, quā lex fuerit perlata. Quæ autem poſtea de iudiciorum ratione ſancita ſunt, Conſtitutionum nomine comprehenduntur. Sunt. n. ab imperatoribus conſtituta.

LEX IVLIA DE VI.

VIs ſecundū Iuriſconſultos duplex eſt, Publica & Priuata. Vis publica dī, cū ab armatis violentia cōmittitur. Vis aūt priuata quæ fit ſine armis. l. Hos accuſare ff. de accuſationibus & inſcriptionibus. De Vi publica primū dicemus. De ea igit̄ duas leges latas inuenio, Plautiam & Iuliam. Vtriuſque mētio fit in l. Non ſolū. ff. de Vſucapionibus. & in §. furtiuę. Inſt. eo. tit. Vbi dī rerū Vi poſſeſſarum vſucapionem lege Iulia & Plautia inhiberi. Cæterū antiquior eſt Plautia, quæ videt eo tēpore lata fuiſſe, quo M. Lepidus, & Qu. Catulus Coſſ. pernicioſas diſcordias inter ſe inuicem alebant. Cicero pro Cęlio: de Vi quæritis, quę lex ad Imperiū, ad Maieſtatem, ad ſtatum patrię, ad ſalutē omnium pertinet: quā legem Qu. Catulus armata diſſenſione ciuiū reip. penè extremis temporibus tulit: quęq; illa lex ſedata flāma conſulatus mei fumātis reliquias cōiurationis extinxit. Ciceronem autem poſt conſulatum demandata ei extra ordinem in coniuratos quæſtione, iudiciū hac lege Plautia in eos exercuiſſe etiam Saluſtius ei in inuectiua obijcit. Tenebantur autē ex lege Plautia omnes qui armati Senatum obſediſſent, magiſtratibus vim attuliſſent, rempublicā oppugnaſſent: ex qua parte hæc lex cum lege Maieſtatis coniuncta fuit. Item ſi quis cum telo in publico fuiſſet, aut pugnæ cauſa loca ſuperiora occupaſſet, alienisve ędibus ſaxis, ignibus aut ferro cladem intuliſſet. Preterea ex S. C. Sodalitates & Decuriati, qui comitia & iudicia turbabāt, vt author eſt Cicero pro Cęlio, & de Reſponſis Aruſpicum, & lib. 2. epiſtolarum ad Qu. fratrem. Pedianus præterea in Milonianam. Ex hac igitur lege ante legem Iuliam Romæ iudicia exercebantur de Vi publica, vt teſtatur Cicero lib. 4. ad Atticum. Et Saluſtius Catilinam ait lege Plautia interrogatū fuiſſe ab L. Paulo. Tuliſſe autē legem arbitror Plautiū ſiue Plotiū tribunū pl. ex authoritate Q. Catuli Coſſ. qui eo tempore Vrbi contra Lepidi furorē pręſidebat, & in eos potiſſimū, qui remp. vnà cū Lepido tū oppugnabant. Rogatio autē Plotia, cuius Suetonius in Cæſare, itē Gellius meminere, qua quibuſdā, qui Lepidi partiū poſt mortē eius ad Sertoriū ꝙfugerāt, reditus cōfectus eſt, nihil huc ptinet.

LVD. CHAR.

Nulla ex hiſtoria verbum vllum colligere potui de Plautio, ſiue Plotio tribuno pleb. quē tempore ſeditionis (quæ ſub Lepido fuit) legem Plautiā tuliſſe arbitratur Zaſius. Legi Liuiū, Appianum, Eutropiū, Florum, & alios, qui eius ſeditionis meminerunt, ſed eos de Plautio nihil ſcribere inueni: quem tamen non omiſiſſent, ſi legem illam memoria dignam regiſſet. Equidē ex Romanis antiquitatibus accepi, L. Aemylio Mamerco Priuernate, & Cn. Plautio Deciano Coſſ. latam fuiſſe legem de re vi rapta non vſucapienda, & alias leges de vi publica, queſtionibusq; publicis. Et certè cū Cicero latā fuiſſe legē de vi, Q. Catulo Lepidi collega armata diſſenſione ciuiū dicat: nō eſſet veriſimile eā nomē ab alio accepiſſe: vt ꝓbabilius ſit diuerſas eas leges fuiſſe.

Iuliam autem legem de Vi tulit C. Iulius Cęſar Dictator, qua tenentur ij, qui quocunq; modo vim armatam aut publicè, aut priuatim attentauerint, eiusq; rei ergo arma aut homines coegerint: nec ſolū vis, ſed etiam dolus malus hac lege vindicatur, vt ſi quis dolo malo fecerit, quò minus iudicia tutò exerceātur, aut iudices, vt oportet, iudicent. Nonnunquā etiā dignitas perſonarum facit, vt in eas etiam ſine armis vis publica committat̄, vt ſi quis legatos, oratores, comitesve eorū pulſauerit, aut iniuria affecerit. Item ſi quis cùm imperium poteſtatemve haberet, ciuem Romanum aduerſus prouocationem læſerit: vt habetur per totū titulū. ff. ad legem Iuliam de Vi publica. Diligenter etiā cautum erat de teſtimonijs, ne hac lege in reū teſtimoniū dicere liceat ei, qui ſe ab eo, parēteve eius liberauerit, quive impubes erit, qui eorum in integrū reſtitutus non erit, cū iudicio publico dānatus eſſet, qui in vinculis cuſtodiaq; publica erit, quive ad beſtias vt depugnet, ſe locauerit: quive palā quæſtū fecit, fecerit-ve, quive ob teſtimoniū dicendū vel non dicendū pecuniā accepiſſe iudicatus vel cōuictus erit. l. Teſtiū. §. lege Iulia. ff. de teſtib. Conſtitutum etiam erat, ne quis de vi damnatus prouocaret ad Populum: quā clauſulam poſtea M. Antonius lata lege immutare conatus eſt, atq; ob id à Cicerone in Philippicis meritò reprehenditur. Nominatim præterea cautum erat, ne is, cui obtigiſſet exercitatio, poſſet eā ſi proficiſceretur mandare l. Quęcūq; ff. de off. ei. cui mandata eſt Iuriſdictio. l. Sed & partus. ff. quod metus cauſa. Dānato autē de vi, aqua & igni interdicebat̄, bonaq; eius publicabantur, vt ſcribit Cic. Philippica prima, & in epiſtolis ad Brutū. Et Vlpianus in l. Qui dolo. ff. ad legē Iuliā de Vi publica. Quāuis Imperator in §. Item lex Iulia. Inſt. de publ. iud. pœnam ei, qui armatam vim commiſiſſet, deportationē ex hac lege conſtitutam fuiſſe dicat. Præterea ſic damnati non lugebant̄. l. Minimè. ff. de religioſis. Hactenus de vi publica. Nūc pauca de priuata. Lege Iulia de vi priuata tenent̄, qui ꝙuocatis hominibus vim fecerint, quò quis verberaretur, aut pulſaretur: itē cùm cœtū alicuius & cōcurſum feciſſe dicitur, quò minus quis in ius produceret̄, & ſi quis aliquē ex agro ſuo hominibus congregatis ſine armis deiecerit. Præterea ex S. C. Voluſiano, qui improbè coeunt in alienā litē, vt quicquid ex condemnatione in rem ipſius redactū fuerit, inter hos, cōicaretur. De vi autem priuata dānatis pars tertia bonorum publicatur, ipſiq; infames fiunt.

LEX IVLIA Maieſtatis.

PRiuſquam de legibus ad Maieſtatē pertinentibus dicamus, operæprecium facturi videmur, ſi, quid & cuiuſmodi fuerit apud antiquos Maieſtatis crimen, & ex quibus delictis naſci cōſueuerit, oſtēdamus. Maieſtatem igitur Victorinus Ciceronis interpres, amplitudinē & magnificētiam eſſe ait, in qua ius totius ciuitatis cōſiſtit. Hęc autem olim in populo eſſe dicebat̄, quemadmodū authoritas in Senatu. Minuere igitur Maieſtatē eſt, vt inquit Cicero lib. 2. de Inuentione, de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorū quibus populus poteſtatē dedit, aliquid derogare. Ex his verbis colligitur, Maieſtatis crimen partim in ipſum populū, partim in magiſtratus cōmitti. Populi Maieſtatē minuit, ſi quis exercitum Po. Ro. tradidit, vt inquit Cicero lib. 2. de Oratore: aut ſi legionē vel exercitum iniuſſu Populi aut Senatus ſollicitauerit, delectūve habuerit: vt idem Cicero pro Cluentio ſcribit, & Martianus in l. lex duodecim tabularum. ff. ad legem Iuliam Maieſtatis. Item ſi quis poteſtate atque imperio præditus exercitum extra ſuā Prouinciam iniuſſu populi obduxiſſet, authore eodē Cicerone in Piſonem. Vnde & Fabius ille Maximus inuidioſè P. Scipioni, qui Proconſul ex Hiſpania ad regē Syphacē ſocietatis coeūdæ cā nauigauerat, obijcit, ꝙ prouincia & exercitu relicto ſine lege, ſine S. C. duabus naubus Po. Ro. Imperator fortunā publicā, & Maieſtatē Imperij, quę in capite eius periclitabat̄, cōmiſiſſet, vt ſcribit Liuius li. 28. Maieſtatis ēt crimine cōprehendebatur, ſi qs rempublicam ſua culpa malè geſſiſſet, atque exercitum amiſiſſet. Exēplo ſunt Cn. Fuluius, & Q. Cepio, quorum alter Punico ſecūdo, alter Cimbrico bello exercitum amiſerat. Huc refertur ēt crimen imbellię, & ſtationis deſertæ, authorib⁹ Suida, Suetonioq; ī vita Auguſti, & Martiano in ſ. allegata lege. Pręcipuè verò ad hoc crimē pertinuit,

Source : BIU Cujas

tinuit,ſi quis regnum affectaſſe conuictus fuiſſet, aut reip. occupandæ conſilia iniiſſet,in qua cauſa olim fuerunt Sp. Caſſius, M. Manlius,Sp.Melius. Item ſi quis ſeditionibus populum exagitauiſſet,aut opera ſua dolove bellū populo conflaſſet.Exemplum eſt in Cn.Norbano,propter quem lex Apuleia lata eſt, & in vniuerſa nobilitate,cuius opera bellum ſociale cōflatū fuiſſe videbatur,quæ cauſa fuit legis Varię ferēdę,de qua poſtea dicemus. Hoc autē crimen propriè ad Maieſtatem pertinuiſſe Ci. in Partitionibus author eſt. Læſæ prætereà Maieſtatis rei erant,qui priuati hoſtes publicos domi ſuæ habuiſſent, aut ius ciuitatis, vel magiſtratus ſui minuiſſent,vt teſtatur Cice. actio. in Verrem 3. & interpres eius Pedianus.Item ſi quis in regio aliquo Comitatu præter populi Romani dignitatem fuiſſet. Scribit enim Suetonius,Claudium Cæſarem quendam notaſſe,ꝙ comes regis in prouincia fuiſſet,referens maiorum tēporibus Rabirio Poſthumo Ptolemæum Alexandriam crediti cauſa ſecuto, crimē Maieſtatis apud iudices motum. Cæterùm, ne dicta quidē impunè erant.Nā Claudia Appij filia ꝙ in conferta multitudine ægrè ꝓcedente carpento,palam optauerit, vt frater ſuus Pulcher reuiuiſceret,atq; iterum claſſem amitteret,quò minor turba Romę eſſet,Maieſtatis iudicium apud populū ſubijt, vt ſcribit Suetonius in Tiberio,& Gell.lib.10. ca.6. Poſtremò in huius criminis nomen omnes tranſitiones,proditiones, pactionesq; cum hoſtibus cōtra remp.habitæ aut initæ veniebant. Hactenus quatenus Maieſtatis crimē in populum cōmitteretur,diximus: nunc videamus de magiſtratibus. Quoties igitur, inquit Victorinus, magiſtratus impediuntur facere officium ſuum, offendit Maieſtas. Item ſi cuius opera dolo malo conſilium initū erit, quò quis magiſtratus populi Romani, quive imperium poteſtatēve habet,occidatur. Itē ſi quis interceſſioni Tribunitiæ nō patuiſſet,aut concionē ab Tribunis auocaſſet:cuius rei illuſtre exēplū eſt apud Liuium 3.dec.5.de Cenſoribus C.Claudio,& Tib.Gracho,quibus diem perduellionis dixit Rutilius, ſiue vt Valerius Maximus ſcribit, Popilius. Prætereà ſi quis concilium plebis vi atq; audacia turbaſſet,Tribunosve in ordinem coegiſſet,Maieſtatis in eum iudiciū exercebatur,quale deſcribit Liuius lib.5.de cadis tertiæ,de M.Poſthumio Pirgenſi, & ordine Publicanorū. Sed & ſi quis Tribuno plebis de via nō deceſſiſſet, in hoc crimē quaſi ſcopulū quēdā impingebat. Scribit.n.Plutarchus in Gracchis, C. Veturium ciuē Romanum vltimo ſupplicio affectū,ꝙ Tribuno plebis in foro ambulanti,de via non deceſſiſſet, cùm more maiorum omnes ei cedere tenerentur. Cęterū hoc crimē antiqui perduellionem vocabant, ex ea nimirum cauſa, ꝙ huius criminis conuicti,hoſtili animo aduerſus remp.eſſe viderentur.Nam antiqui,hoſtes perduelles vocabant.Itaq; ea differētia eſt inter perduellionis & Maieſtatis crimen, ꝙ omnia perduellionis delicta ſub nomen Maieſtatis cadunt, non autem omnia quæ crimina Maieſtatis dicuntur,perduellionis ſunt,vt l.ſi.ff.ad legem Iuliam maieſtatis.

Nunc ad ipſas leges de Maieſtate peculiariter latas veniamus. Ex quibus prima ſanè ſit Apuleia, quæ lata eſt in C. Norbanum ciuem improbum,ac ſeditioſum,qui Q.Cepionem in iudicium vocatū,nullo nec iure nec lege,ſed excitato populari tumultu, miſerabiliter dānauerat. Accuſatus eſt igitur Norbanus, quòd Maieſtatem minuiſſet,contra legem Apuleiam ſeditiones exci tando,populumq; concitando.Accuſauit autem Norbanū Sulpitius,defendit M.Antonius, de qua re plura ſcribit Cicero lib. 2.de Orat. Secunda lex de Maieſtate lata eſt Varia,ex hac cauſa. Cū bellū ſociale,quod maximè omniū cùm Romanæ reipubl. tū ipſi Italiæ exitiabile fuit,opera ac ſtudio nobilitatis conflatū eſſe diceretur,atq; ob id nobilitas in magna eſſet inuidia,lata eſt Varia,quę iubebat vt quęreretur de his,quorum ope conſilio ve ſocij arma contra Pop.Ro.ſumpſiſſent. Belli ſocialis cauſam & hiſtoriā copioſè & eleganter narrat Appianus li.1.bell.ciui.Tulit autem legem.Qu.Varius Sucronēſis Trib.pl.qui ēt ob obſcurū ius ciuitatis Hybrida dictus eſt,Orator ſui tēporis non vulgaris habitus,qui & ipſe tandem ſua lege damnatus, & in exilium profectus eſt,vt ſcribunt Cic in Bruto,& Valerius Maximus, li. 8.c.6.Cæterū cū ardēte bello vnà hac lege,cæteris omiſſis, iudicia fierent,& multi ex nobilibus iniquè damnarētur, quaſi hoc bellum illis authoribus conflatum eſſet, aliæq; ſuper alias Italicorū defectiones nunciarentur,Senatus triſtitiæ eius interuētu, occaſionem nactus decreuit, Ne iudicia dum tumultus Italicus eſſet,exercerētur:atq; eo decreto etiā ea iudicia,quæ ex lege Varia fiebant, ſublata ſunt, cū adhuc ſupereſſent,qui ſibi maximè metuerent,vt C.Curio adoleſcēs,cuius filius bello ciuili Cęſaris fuit partiū,vt ſcribit Pedianus in oīonē Ciceronis ꝓ Cornelio.

Poſt hāc legē lata eſt Cornelia à L.Sylla Dictatore, in qua ea potiſſimum tractabantur, de quibus ſuprà in criminibus Maieſtatis diximus.Meminit huius legis Corneliæ de maieſtate Cicero in Piſonem,& Pedianus in Cornelianā. Hāc ſequitur lex Iulia,in quam omnia ſuperiora translata ſunt, adiecta ēt perſona principis,quam tñ nō ipſe Cæſar adiecit, ſed poſt illū Tiberius, princeps damnoſæ & incommodæ auſteritatis.Plinius in Panegyrico:Dicauit,inquit,Tiberius Auguſtū, ſed vt Maieſtatis crimen indiceret:& Tacitus lib.1.de eodem Tiberio Nam legem, inquit,Maieſtatis reduxerat,cui nomen apud veteres idem, ſed alia in iudicium veniebant,ſi quis proditione exercitū aut plebē ſeditionibus,deniq; malè geſta rep.Maieſtatem Pop.Ro.minuiſſet,facta arguebantur,dicta impunè erāt. Primus Auguſtus cognitionem de famoſis libellis,ſpecie legis eius tractauit, commotus Caſſij Seueri libidine,qua viros fœminasq; illuſtres procacibus dictis diffamauerat.Ex his conſtat Auguſtū nihil de ſua perſona ſtatuiſſe,ſed cauiſſe tātùm,ne famoſi libelli ſcriberentē, aut ederentur:qui ſcripſiſſet,quive edidiſſet,aut recitaſſet,pœna huius legis teneretē.Hinc ēt eſt qđ Horatius dicit in arte poetica.

Succeſſit vetus his Comędia,non ſine magna
Laude,ſed in vitium libertas excidit,& vim
Dignam lege regi,lex eſt accepta,chorusq;
Turpiter obticuit,ſublato iure nocendi.

Poſt mortem igitur Auguſti, Tiberius ſucceſſor eius conſultante Macro Prætore,an iudicia Maieſtatis redderentur, Exercendas eſſe leges rñdit,ſtatimq; animaduerſa voluntate Principis,crudeliſſimè frequentiſſimèq; exerceri lex cępit. Itaq; in iudicium etiam leuiſſima queq; deduci cęperūt,paſſimq; delationes & calumniæ rempub.occupabant. Vnde & Seneca lib. 3.de beneficijs,ait,ſub Tiberio principe fuiſſe accuſandi frequentem & penè publicam rabiem,quæ omni ciuili bello grauius togatā ciuitatem confecerit. Si quis autem ſcire cupiat, quàm friuola, quamq; vix ſermone,nedū iudicio,& tam graui pęna digna ſpē huius legis tractata ſint. Suetonium,Tacitumq;, & reliquos authores temporum iſtorū legat, in quibus adhuc veluti veſtigia principum crudelitatis reperiet.Quare rectè Plinius in Panegyrico, Maieſtatis crimen ſingulare, & penè vnicum crimen eorū vocat,qui crimine carerent.

LVD. CHAR.

Graue adeo viſum eſt hoc crimen, vt Nerua quāuis ne ſerui dños criminarentur,edicto vetuerit: ipſis tamen eos Læſæ Maieſtatis accuſare permiſerit: vt Dion Caſſius refert. & Modeſtinus Iuriſconſultus reſpondit c.7.ad legem Iuliam maieſt.famoſos qui ius accuſandi non habēt,ſine vlla dubitatione ad hāc accuſationem admitti.Seruos quoq; deferentes audiri,& quidem dominos ſuos,& liberti patronos.

Pœna autē huius criminis nō eadē fuit apud antiquos. Quoſdā.n.vltimo ſupplicio affectos legimus,vt M.Manlium,Sp.Caſſium:alios exilio damnatos,vt M.Poſthumium, Cn. Fuluium: alijs mulctam tantùm dictam,vt Claudij Appij filię: ad quā pœnam etiam Plautus alludere videtur.

Nunc Barbarica lege certū eſt ius meum omne perſequi,
Qui conſilium iniere,quo nos vita & victu prohibeant.
His diem dicam,irrogabo mulctam.

Cicero aūt pro Rabirio ꝓduellionis reo,innuere vī, dānatos hoc crimine in crucem agi ſolitos.Nā perduellionis, inquit, iudiciū,quod à me ſublatū eſſe criminari ſoles,meū crimē eſt,nō Rabirij.Quod vtinam, Quirites, ego id primus aut ſolus ex hac repub.ſuſtuliſſem.Quid.n.optari poteſt, qđ ego mallē, quā me in cōſulatu meo carnificē de foro,crucē de cāpo ſuſtuliſſe? Perduellionis aūt reis,cū antea ad populū prouocare liceret,vt manifeſtè oſtēdit in Cęſare Suetonius,lex Iulia id fieri prohibuit. Noſtris aūt legibus pœna huic crimini cōſtituta eſt amiſſio animæ,& dānatio memoriæ poſt mortē, itē publicatio omniū bonorū.§.Publico.Inſt.de publicis Iudicijs.l.Quiſquis.C.ad legē Iuliā Maieſtatis:cuius tamen legis diritatē Budęus noſtri temporis ornamentū multo maximū,in annotationibus ſuis ſuper Pandectas poſterioribus,mitigatā eſſe putat per aliā Honorij & Arcadij conſtitutionē,quæ habēt in l.Sancimus C.de pęnis. Tulit aūt legem Iuliā de Maieſtate C.Iulius Cæſar Dictator, authore Cicerone Philippica prima,cui deinde multa alia cū ex Senatuſconſultis, tum ex Principum Conſtitutionibus adiecta ſunt.

LEX IVLIA Repetundarum.

LEx de pecuniis repetundis ad coercendā Magiſtratuū auaritiam Sociorū cauſa cōſtituta fuit,authore Cicerone actione quarta in Verrem,& Tacito lib.15.Vñ Lex ipſa Socialis à Cicerone dī,ipſumq; iudiciū arcē Sociorū vocat, ꝙ hac Lege iniurias ſuas Socij contra magiſtratus Romanos perſequebant. Legē aūt de pecuniis Repetundis primus tulit L.Calphurnius Piſo tribunus plebis, L. Martio Cēſorino, & M.Manilio Coſſ.bello Punico tertio,vt ſcribit Cicero in Bruto.Et lib.1.Officiorū:Nōdū,inquit,centū & decē anni ſunt,cū de pecuniis repetūdis à L. Piſone lata eſt lex,nulla antea cū fuiſſet. Cęterū ex hac lege prima oīum qōnes Perpetuæ cōſtitutæ ſunt, vt ingt Cicero in Bruto,cū antea nullæ fuiſſent. Queſtiones aūt Perpetuę idcirco dicunt,ꝙ perpetuò exercebant, quarūq; cā ꝓtore annis ſingulis creabant,quos Quæſtores vocabant.Hmōi ſunt qō ex lege Calphurnia nra repetūdarū,& qōnes ex legib.Corneliis,de falſo,de Sic.de iniur.itē ex lege Calphurnia de ambitu, & Plautia de Vi.

LVD.

Source : BIU Cujas

LVD. CHAR.

Perpetuas dici quæſtiones conſtat, quæ perpetuò conſtitutæ ſunt. Nam aute Piſonis legē, cùm de ciuis Romani capite agebatur, quoſdam populus, qui de crimine quererēt & ex lege ſtatuerent conſtituebat, quos ideò Quæſtores appellabat. Et hi nō erant certo ordinarijque magiſtratus: vt hiſtorias confundere mihi videatur Zaſius noſter. Poſtquam enim ſancitum eſt, vt hoc iudicium repetundarum perpetuum ordinariumq; eſſet, ita vt, qui ei præeſſet, prætor eligeretur, ſublatum eſt in eo inquirendo Quæſtorum officium: quamuis etiam in publicis iudiciis Quæſtor diceretur & princeps quęſtionis: ducta ex eo appellatione, quòd qui accuſabatur, nocens eſſet necne cū cōſilio quęrebat, ideſt, cognoſcebat. Cicero pro Sext. Roſc. in Ver. & pro Cluentio.

Poſt legem autem Calphurniam, & ante Iuliam, etiam aliæ leges de pecunijs repetundis latæ ſunt, vt Cæcilia, cuius meminit Valerius Maximus libro 6. capite 11. L. Lentulus, inquit, cō ſularis lege Cęcilia Repetundarum crimine oppreſſus, Cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt. Fuit autem hic Lentulus Conſul triennio poſt Cenſorinum: vnde apparet legem Cæciliam poſt Calphurniam latam fuiſſe.

Proximam huic inuenio Seruiliam. Pedianus in oratione p Scauro: Qu. Seruilius Cepio Scaurum obligationis Aſiaticæ, & pecuniarum contra leges captarum reum fecit lege Repetūdarum, quam tulit Seruilius Glaucia. Ex his verbis apparet legem latam fuiſſe à Glaucia, qui Equitibus iudicia, vt ſuprà dictum eſt, reſtituit. Cicero pro Scauro: Ibidem reus eſt factus à Q. Seruilio Cepione lege Seruilia, cùm iudicia penes equeſtrem ordinem eſſent, & P. Rutilio damnato, nemo tam innocens videretur, vt non timeret illa. De hac lege loquitur etiā Valerius Maximus libro octauo, capite primo. C. etiam Coſcanium Seruilia lege reum propter plurima & euidentiſſima facinora ſine vlla dubitatione nocentem, Valerij Valentini accuſatoris eius recitatū in iudicio carmen, cōtexit. Multa autem in hac lege accuratius ſancita erant, quàm in prioribus, ex quibus etiam hoc fuit, Vt ſi quis ex Latinis, id eſt, fœderatis Senatorem (nam ij ſoli cum magiſtratibus lege Repetundarum tenebātur, vt ſcribit Cicero pro Rabirio Poſthumo) in iudicium adduxiſſet & damnaſſet, vt ei ciuitas Romana præmium eſſet.

Lata eſt præterea de pecunijs Repetundis lex Acilia. Cicero in Verrem actione ſecūda: Fac tibi paternæ legis Acilię veniat in mentem, qua lege Populus Romanus de pecunijs Repetundis, optimis iudiciis, ſeueriſſimisq; iudicibus vſus eſt. Et Actione tertia: Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, qua lege multi accuſati dicta cauſa, ſemel auditis teſtibus condemnati ſunt. In priorem locum Pedianus, Acilius, inquit, Glabrio Legem Aciliam tulit de pecuniis Repetundis ſeueriſſimam, in qua nec cōperendinari quidem reum licet. Hanc legem primā de Pecuniis Repetundis latam eſſe Philippus Beroaldus in Commentarijs Suetonianis falsò exiſtimauit.

Sed & L. Sylla Legem de pecunijs Repetūdis tulit, in qua primū de ipſo Proconſulum ac Prætorum Imperio cautum fuit, vt oſtendit Cicero libro primo epiſtolarum familiarium ad Lē tulum. Deinde Legatis, quiq; Proconſules & Prætores in Prouincias ſequebantur, quos comites magiſtratuum vocabāt, certus modus ſumptuū præfinitus fuit, ne immodicis expēſis Prouinciæ grauarentur. Cicero libro tertio epiſtolarum ad Appiū: Ad me adire quoſdam memini nimirum ex Epicteto, qui dicerent nimis magnos ſumptus legatis decerni, quibus ego non tā imperauī quàm cenſui ſumptus legatis quàm maximè ad Legē Corneliam decernendos. Poſtremò etiam de ratione decernendi cauebat. Cicero eodem libro: Non modò ibi non fuiſti: vbi me quam primùm videre poſſes ſed eò diſceſſiſti, quò ego te ne perſequi quidem poſſem triginta diebus, qui tibi ad decedendū lege, vt opinor, Cornelia cōſtituti eſſent. Meminit etiam idem Cicero in oratione pro Rabirio Poſthumo.

Sequitur hanc lex Iulia, quam tulit C. Iulius Cæſar in conſulatu, quem cum M. Bibulo geſſit. Cic. in Vatinium: Quæ cùm ita ſint, quæro ex te, ſisne ex pauperrimo diues factus illo ipſo anno, quo lex lata eſt de pecunijs Repetundis acerrima, vt omnes intelligere poſſent, à te non modo noſtra acta, quos tyrannos vocas, ſed etiam amiciſſimi tui legem eſſe contemptam. Fuit autem Vatinius eodem anno Trib. Pl. quo Cęſar conſulatū geſſit. Idem Cic. pro Seſtio de P. Clodio loquens. Etiamne eius, quem ſua lege, ſuo beneficio ornatum, munitum, armatum ſolet gloriari. C. Cæſaris de pecuniis repetundis legem, non putat eſſe legem? Lege autem Iulia eæ pecunię reuocantur, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſterioue publico cepit, vel aliquis ex cohorte ipſius, inquit Martianus in l. . ff. ad legem Iuliam Repetundarū. Quoniam autem magiſtratus oēs aut Vrbani ſunt, aut Prouinciales, ſeparatim de ijs dicemus: poſtea autē ad curationes, & legationes veniemus. Cautū erat lege Iulia, vt inquit Venuleius, vt Vrbani magiſtratus ab omni ſorde ſe abſtineant, neve plus doni munerisve in anno accipiant, quàm qđ ſit aureorū centū. Neve quis ob iudicē arbitrumve dandum, vt ait Marcellus, mutandū, iubendumve, vt iudicet: neve ob non dandum, non mutandū, non iubēdum, vt iudicet: neve ob hominem in vincula publica conijciendum, vinciendum, vincirive iubendum, vel ex vinculis dimittendum: neve quis ob hominem condemnandū, abſoluendumve: neve ob litem æſtimandam, iudiciumve capitis, pecuniæve faciendum, vel non faciēdum aliquid accipiat. Quæ verba legis nō minus ad prouinciales magiſtratus, quàm Vrbanos pertinent. Sed & Senatores, qui ob rem iudicandā, vel non iudicandam pecuniam accepiſſent, aut in Senatu conſilio ve publico venalem ſententiam dixiſſent, lege Repetundarum tenebantur, authoribus Martiano & Venuleio Iureconſultis, & Cicerone actione ij. in Verrē. Circa prouinciales aūt magiſtratus quantam curam adhibuerint veteres, operęprecium eſt narrare. Nanque primum omniū, cū viderent, iſtis magiſtratibus abſentibus à patria ſuiſq;, multa opus fore, ne in ea re Sociis graues eſſent, ſuppellectile eos atq; pecunia publicè inſtruebant. Cicero actio. 6. in Verrem. Videte dum maiorum diligentiam, qui nihildum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabantur, veruntamen ea quæ paruis in rebus fieri poterant, prouidebant, neminē qui cum poteſtate aut legatione in Prouinciam eſſet profectus, tam amētem fore putarunt, vt emeret argentum. Dabatur enim de publico: vt veſtē, præbebatur enim legibus: mancipiū putauerunt, quo & oēs vtimur, & non præbetur à populo: Sanxerunt ne qs emeret mancipiū, niſi in demortui locū. Et actio. 7. Vbi muli, inquit, vbi Tabernacula, vbi tot tantaque ornamenta magiſtratibus & legatis à Senatu Populoque Romano data & permiſſa. Adeo veteres neminē in Prouincia domū ſuam inſtruere voluebant, tantaq; diligentia magiſtratus ab emptionibus remouebant, q̄ putabant ereptionē eſſe, non emptionem, cū venditori ſuo arbitratu vendere non liceret. Hanc conſuetudinem diu in termiſſam reuocauit Alexander Seuerus. Lampridius in vita eius: Iudices cū promoueret exēplo veterū, vt & Cicero docet, & argento & neceſſarijs inſtruebat, ita, vt præſides Prouinciarū acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulas binas, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos. Et ſi vxores nō haberent, ſingulas concubinas, q̄ ſine his eſſe non poſſent, reddituri depoſita adminiſtratione mulos, mulas, equos, muliones, & cocos cætera ſibi habituri, ſi bene egiſſent: in quadruplū reddituri: ſi malè. Hactenus Lampridius. Adeo aūt etiā poſtea cautū fuit, ne Prouinciæ Præſidum auaritia grauarentur, aut exhaurirentur, vt etiam principalibus cōſtitutionibus cautū fuerit, ne hi, qui prouincias regunt, quive circa eos ſunt, negotientur, mutuā pecuniam dēt, fęnusve exerceant: ſed ne vxorem quidē qſquā ducere potuit ex ea prouincia oriundā, vel domiciliū ibi habentē, filio ēt vxorē ducenti cōſentire nō dēt, qua rōne de iure ciuili infirmę erāt illę nuptię. l. principalibus. ff. ſi cert. pet. condi tione. l. Si quis. ff de ritu nupt. l. Aufertur. ff. de his quib. vt indig. auferunt. Pręterea quod à præſide ſeu procuratore, vel quolibet alio in ea prouincia, in qua adminiſtrat, licèt per ſuppoſitā perſonam comparatū erat, infirmato contractu, vindicabat, & eſtimatio eius fiſco inferebatur: nā & nauē in ea prouincia in qua quis adminiſtrabat, ædificare prohibebatur. l. Auferē. ff. de iure fiſci. Cæterū lege Iulia hæc peculiariter circa magiſtratus, prouinciarū ſancita inueniunt: Ne ſcilicet ijs ius in liberos populos de pecunijs creditis dicere liceret. Itē ne quis de prouincia exiret, aut exercitū inde ſua authoritate educeret, bellū ſua ſponte gereret, in regnū alienū iniuſſu Senatus ac populi accederet. Modus præterea diplomatum, nauiū, frumentiq; exigendi conſtitutus erat: cautū etiam, vt libertas ſocijs, ac præmia ob merita in rēpublicā data, integra eſſent, cuius rei author eſt Cicero in Piſonē, & de prouincijs cōſularibus. Cōſtitutū ēt erat: Ne cuiquā aurū Coronariū aut imperare, aut accipere liceret, niſi cui decretus à Senatu eēt triūphus, vt inqt idē Cicero in Piſonē. Quid aūt ſit aurū Coronariū oſtendit Gell. li. 5. capite 6. Triūphales, inqt, Coronæ ſunt aureę, quæ Imperatoribus ob honorē Thiumphi mittunt. Id vulgò dicit aurū Coronariū. De his Coronis ēt Liuius paſſim loquitur, cū deſcribit triūphos, in q̄bus hmōi coronæ præferebant. Seruius aūt celebris grāmaticus in hoc carmen Virgilij, qđ habet Aeneidos octauo: Dona recognoſcit populorū. Aurū Coronariū eſſe ait, qđ victis gētibus ob cōceſſam vitā imponebat. Quę ſententia mihi minus placet: nā aurū coronariū non tā à victis ciuitatibus, quā ſociis atq; liberis dabat, eratq; collationis quoddā genus, qđ etiam ſub Cęſaribus durauit. Alij grāmatici aurū coronariū eē dix̄t ſpēm quādā nūmi cui triumphalis coronę figura impreſſa erat. Capitolinus ī Antonio Pio: aurū Coronariū, qđ adoptionis ſuę cā collatū fuerat, Ita icisto tū, mediū Prouincialibus reddidit. Cū igit̄ multi quaſi triūphaturi aurū coronariū peterēt à Prouīciis, idq; vl ſpōte omiſſo, vl abnegato triūpho, ī priuatos vs⁹ verterēt vehemēter grauabant pūicię, q̄bus toties aurū aut ꝓ erēdū eſſet, quare hac lege cautū fuit, ne cui daret, niſi cui iā decret⁹ eet triūph⁹. Sd ēt huic rei fra⁹tādē adhibita ē. Scribit. n Dio. li. 49. Prętores quoſdā, partī Anto-

Source : BIU Cujas

nij,partim Octauij gratia fretos,triumphalia ornamenta à Senatu impetraſſe,hocq; prætextu plurimum auri coronarij à prouincialib.exegiſſe:adeo nihil tam diligẽter ſancitum eſt, in quo circunueniendo hominum auiditas non elaboret. Cautũ etiã lege Iulia fuit, quantum à prouincialibus legati cæteriq; comitẽs acciperent. Cicero lib.5.ad Atticum. Leuantur tamen miſeræ ciuitates,quòd nullus ſit ſumptus,neque in nos, neque in legatos,neque in Quæſtorem,neque in quenquã: Scito non modò nos fœnum, & quod lege Iulia dari ſolet non accipere, ſed ne ligna quidem,nec præter quatuor lectos & tectum,quenquã accipere quicquam,multis locis ne rectum quidem, & in tabernaculo manere plerunque. Prohibitum fuit etiam,ne dona acciperent. Quæſtores aut Xenia Plinius libro epiſtolarum 4.ad Vſium:Hoc aliàs eum onerabat,quòd homo ſimplex & incautus quædam à prouincialibus vt amicis acceperat. Nam fuerat in prouincia eadem Quæſtor.Hæc accuſatores furta & rapinas, ipſe munera vocabat. Sed lex munera quoque accipi vetat. Loquitur autem de Iulio Baſſo Repetundarum reo.

Diligenter præterea de referendis rationibus cautum fuit,primùm vt prouinciarum Rectores, rationes, priuſquam decederent,apud duas in prouincia ciuitates deponerent.Cicero libro quinto epiſtol.ad Rufum. Quod igitur feciſſem ad vrbẽ, ſi cõſuetudo priſtina maneret:id,quãdo lege Iulia relinquere rationes in prouincia neceſſe erat, eademq; totidẽ verbis referre ad ærarium,feci in prouincia.Et paulò pòſt: Illud quidem certè factum eſt,quod lex iubebat,vt apud duas ciuitates Laodicenſem, & Apamenſem,quæ vrbes maximæ videbantur, quoniã ita neceſſe erat,rationes confectas & conſolidatas deponeremus.Et libro ſexto epiſtolarum ad Atticũ.Ego Laodiceæ Quęſtorẽ Meſſinium expectare iuſſi,modo ipſe venerit,vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates poſſem relinquere.Cautum fuit & hoc:Ne quis Procoſ.aut Prætor legatũ ſuum ante ſe de prouincia dimittat,in l.Meminiſſe.ff.de officio Procos.

Extendit autem lex vigorem ſuum etiam ad eos, qui non cũ poteſtate aliqua ſunt,ſed curatione tãtùm:cuiuſmodi ſunt,quibus operis alicuius publicè faciendi,frumentive cõparandi, vel viæ reficiendæ cura committitur.Præterea in legatos, qui prouinciarum rectoribus à Senatu dabantur,præfectosq;,& Tribunos,Quæſtores etiam, totamq; cohortem Prætoriam ex hac lege iudicium datur. Si quid accepiſſe à prouincialibus conuicti fuerint. Erat enim quibuſdam eorum familiare,operã ſuam rectoribus & Proconſulibus ad turpiſſima facta accommodare. Nonnunquam autem hęc lex etiam ad priuatos pertinuit,vt ad eos qui ob negotium faciendum, vel non faciendum per calũniam pecuniam accepiſſent.l 1.ff.de Calumniatoribus.l.Quæſitũ.ff.de teſtibus.Et ex S.C.Claudiano ad Cauſidicos, atq; patronos,qui vltra dena ſeſtertia,ſiue centum aureos ob cauſam orãdam, patrociniũve præſtandum accepiſſent. Hanc.n.ſummam egreſſi,Repetundarũ tenẽbantur,vt ſcribit Tacitus lib.11.

Priuſquam autem de pęna huius legis dicamus, de ipſo iudicio pauca præmittemus.Prouinciales igit, ſi qui ſpoliati eſſent, iniurias & deſideria ſua ad eos deferebant, qui aut in eadẽ prouincia iuſtè,moderateq; præfuiſſent,vt Siculi ad Ciceronẽ, Sardi ad C.Iulium,aut quos ipſos vel maiores ipſorũ tota prouincia patronos cooptaſſet,vt Achęi ad L.Piſonem cõtra Pub.Gabinium.Vetus enim conſuetudo Romæ fuit, & ea quidem laudatiſſima, defendere ſocios,aut clientes,aut hoſpites,atq; etiam eorum cauſa inimicitias ſuſcipere, vt ſcribit Cicero in Diuinatione. Ij verò, qui patrimoniũ,vindicandasq; prouincialiũ iniurias ſuſceperant,nomen rei ad Prætorem,qui de Pecunijs Repetundis ius dicebat,deferebant,hoc Latini nominis delationem vocabant,atque ex eo tẽpore is,qui ſpoliauerat prouinciam,inter reos habebatur. Quòd ſi plures accuſatores eſſent. Iudicium prius de accuſatore conſtituẽdo habebatur, quod Diuinationẽ appellabãt.Ideo appellabatur diuinatio, quia in hoc iudicio nõ de præterito,ſed de futuro ſtatuendũ erat,vter eſſet rectius accuſaturus.Cicero in Diuinatione contra Verrem.Quo conſtituto certum ei tempus ad inquirendũ à Prętore dabatur, quo ipſe in prouinciam ꝓficiſci,crimina colligere, teſtes euocare, cauſam deniq; inſtruere poſſet. Et tempus quidem inquirendi aliis longius,aliis breuius dabatur,pro magnitudine criminum,vel prouinciæ in quam proficiſcendũ erat,diſtantia. Teſtibus autẽ numero centum & viginti denunciare teſtimonium licuit,authore Valerio lib.8.c.1. Si quis autem ob denunciandũ teſtimoniũ vel non denunciandũ & ipſe pecuniam accepiſſet, lege Repetũdarum tenebatur,vt inquit Venuleius in l.Eadem.ff. ad legẽ Iuliam Repetundarũ. Inquiſitione perfecta accuſator vnà cũ teſtibus ac reliquis probationibus decretisq; ciuitatum Romam veniebat,eiq; dabantur viginti dies ad accuſandum legitimi, & totidem reo ad defendendũ,vt ſcribit Pedianus in Verrinam 3. Intra quadraginta igitur dies iudicium publicũ de pecunijs Repetundis peragebatur, atq; aut abſoluebatur reus, aut condemnabãt.Si damnatus eſſet reus,pecuniam reddere cogebãt (vt inquit Pedianus) extimata lite,hoc eſt,in pretiũ redactis omnibus furtis:quam ſummam pecuniæ proſcriptis eius bonis Sectores curabant. Sectores aũt dicebantur, qui ſpem lucri ſui ſecuti,bona condemnatorũ vel proſcriptorum redimebant, ijsq; in auctione venditis pecuniam ærario ſoluebant.Horum autem nomen infame admodum fuit. Quare & Cicero in Philippicis Antonium Sectorem Pompeij per contumeliam vocat.Et Plinius lib.36.capite 15. Metellam Sylæ vxorem Sectricem. Dicitur & Sectio apud Ciceronem Philippica 2.& Tacitum lib.13. Si autẽ ex bonis dãnati tantũ redigi non poſſet,quanti lis ęſtimata erat, iubebat lex Iulia,& ante eam non modò Cornelia, ſed etiã Seruilia, perſequi ab ijs, ad quos damnati pecunia prædatitia peruenerat:qua ratione etiam ea quæ creditoribus data erant,reuocabantur,vt ſcribit Cicero pro Rabirio Poſthumo. Nonnũquã etiam decernebatur,vt bona quæ reus ante Prouinciam habuerat,à reliquis ſepararentur,atq; illa liberis eius, hæc ſpoliatis relinquerentur.Et hæc quidem de bonis. Ipſi verò rei aliquãdo ꝓ ratione delicti,vel exilio puniũtur,aut ſi immanius egerint,planeq; crudeliter poteſtatem exercuerint, capite plectuntur, aut in inſulam deportantur. Damnati aũt nec in teſtamentis adhiberi poſſunt,neque ad dicendum teſtimonium admittuntur.l. Qui teſtamento.§.Eum.ff.qui teſt.facere poſſunt.Actiones etiã contra hæredes dantur duntaxat intra annum, vt inquit Scęuola,quod in iudicio Claſſi, cùm aliquandiu intermiſſum fuiſſet, ſuo tempore reductũ fuiſſe Plinius teſtatur libro tertio epiſtolarum ad Cornelium Minutianum.Is autem ordo exercẽdi huius iudicij, aut reliquorum iudiciorum publicorum in vſu eſſe deſijt,durante tamen pęna legum, vt ait Paulus in l.Ordo.ff.de Publicis Iudiciis.Exercitum eſt autem poſtea hoc iudiciũ in Senatus:à Senatu autem,ſi criminis ratio id pateretur, iudices dabantur.Plinius libro 2. epiſtolarum ad Arrianũ:Marius Priſcus accuſantibus Afris,quibus Proconſul præfuit, omiſſa defenſione iudices petit. Ego & Cornelius Tacitus adeſſe Prouincialibus iuſſi, exiſtimauimus fidei noſtræ conuenire, notum Senatui facere,exceſſiſſe Priſcum immunitate ac ęquitia crimina, ꝙbus iudices dari poſſent,cũ ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam,pecuniam accepiſſent.

Et Suetonius in Domitiano:Author & Tribunus plebis fuit Aedilem ſordidura repetundarum accuſandi, iudicesque in eũ à Senatu petendi.Sed & patroni à Senatu dabantur,quos antea Prouinciales eligebant, vt oſtendit in eadem epiſtola Plinius. Inquiſitores etiam à Prouincialibus eligebãtur,quum antea ipſi accuſatores hoc officio fungerentur, vt colligitur ex eodem Plinio libro 3.epiſtolarum ad Minutianum,vbi de Norbano loquitur.Legati autem Proconſulum ſordium damnati, aut turpiter ſe in legatione geſſiſſe conuicti, vel ordine Senatorio mouebãtur, aut ſortiri ſuo loco & tempore Prouinciam prohibebantur: quod & ipſum genus ignominiæ fuit non vulgare, authore eodem Plinio,& Suetonio in Galba: vbi ſcribit Caium Imperatoris Galbæ fratrẽ attritis facultatibus vrbe ceſſiſſe, prohibitumq; ſortiri anno ſuo Proconſulatum, voluntaria morte obijſſe.Exemplum autem cauſæ Repetundarum ante legẽ Calphurniam actæ habes apud Liuium lib.3.decade quinta, & Valerium Maximum libro quinto capite octauo, de Manlio Torquato Iureconſulto.

LEX IVLIA Peculatus,& de Reſiduis,& Sacrilegijs.

HAec lex etſi crimina aliquantò inter ſe diſtantia complectitur,ab eodem tamen Prætore iudicia, quæ ex ea veniebant,exercita ſunt,eo ſcilicet,cuius quæſtio peculatus erat,vt apertè teſtatur Cicero pro Cluentio,vbi dicit C.Orchinium collegam ſuum quæſtionem Peculatus pariter & de Reſiduis exercuiſſe.Peculatum autem deſinit Labeo, vt ſit pecuniæ publicæ aut ſacræ furtum : in quam quidem definitionem nõ Peculatus ſolũ,ſed etiam Sacrilegium cadit. A peculatu dicitur etiam peculator,quem Pedianus in Actionem ſecundam in Verrem, eũ eſſe dicit,qui furtum facit pecuniæ pub icę.Vnde & Cicero pro Flacco damnatũ pecuniæ publicæ eum dicit, qui peculatus dãnatus erat.Proprię igitur Peculatus ad pecuniam publicam pertinet,dictus à pecore,authore Feſto: Sacrilegium autẽ ad ſacrã.

Lege itaq; Peculatus,vt inquit Venuleius,tenetur,ſi quis pecuniam publicam ſurripuerit, aut vt ſurriperetur curauerit,aut in aurum,argentumve,aut æs pub'icum quid indiderit, vel immiſcuerit,feceritq; dolo malo,quò id peius fieret. Præterea qui æs,in quo leges inciſæ erant,refixerit, vel quid inde immutauerit,aut in publicis Tabulis quid deleuerit,vel induxerit. Ad hoc crimen pertinebat,ſi quis Imperator pecuniã ex prędа captã penes ſe priuatim retinuiſſet,eamq; nec in Triumpho tuliſſet, nec in ærarium retuliſſet. Exẽpla ſunt apud Liuium lib. 38.de L.Scipione. Item ſi quis pecuniã ſibi ex ęrario attributam auertiſſet, aut pecuniam publicam ad emptionẽ frumenti, vel alius rei cã datã ſęneratus eẽt,authore Cicerone in Verrẽ actione ſcđa, & ꝙnta.Pęna legis de peculatu varia eſt.Nã ſi ꝙs prædа ab hoſtibus captã ſũripuit,in quadruplũ damnatur,cęteris aqua & igni interdicit,quam pęnã deinde Deportatio ſecuta eſt, in quẽ ſtatũ deducti, ſicut oĩa priſtina iura, inqt Vlpianus, ita ẽt bona amittunt.

Source : BIU Cujas

tunt. In hoc iudicio æquè ac in pecuniis Repetundis æstimationes litium fiunt, contraque hæredes actio datur, cùm in hoc iudicio non minus principalis quæstio ablatæ pecuniæ moueatur. Iudices autem id est Præsides, & Rectores Prouinciarum, si tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali animaduersione tam ipsi, quàm ministri eorum, & conscii puniũtur. §. Item lex Iulia Peculatus. Institu. de Publicis Iudiciis. l. Vnica. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet.

Crimini peculatus finitimum est crimẽ de Residuis. Pecuniæ autem Residuæ dicuntur, quæ delegatæ in vsum publicum, nec in eum vsum consumptæ apud aliquem resederunt. Adeo autẽ similia sunt hæc duo delicta, vt nonnunquam pro eodem accipiantur.

Liuius libro trigesimotertio: Annibal postquam vectigalia quanta terrestria maritimaque essent. & in quas res erogarẽtur, animaduertit, & quid eorum ordinarii reipub. vsus consumerẽt, quantum peculatus auerteret, omnibus Residuis pecuniis exactis, tributo priuatis remisso satis locupletem rempub. fore ad vectigal præstandum Romanis pronunciauit in concione, & pręstitit promissum. Pecunias resíduas Liuius vocat eas, quas per peculatum tum primores ciuitatis ad suos vsus detinebant. Si quis igitur pecuniam aut ad belllum decretam, aut ad ædificium instaurandum, vel ædificandum, viamve muniendam aut faciendam, aut ad aliam quamcunque rem curandam, datam non redditis rationibus suppressisset, hac lege tenebatur: atque hoc iudicium non minus in hæredes, quàm superiora exercetur. Vnde ẽt Cluentio, & contra Rullum, itemq; Pedianus in Corneliană, iactatum aliquando Romæ in Senatu scribunt, vt pecuniæ, quas Sylla Dictator per multos annos non redditis rationibus exærario sumpserat, à filio eius Fausto reposcerentur. Damnati de Residuis amplius tertia partę, quàm debent puniuntur, authore Martiano.

Sacrilegium autem committit, qui rem sacrã aufert ac depræ datur: quo crimine tenentur, qui aurum, vel argẽtum, aut aliud quid ex templis auferunt, templave effringunt, atque ad huiusmodi scelera vel consensum suum, vel operam accommodant. Exemplar insignium sacrilegorũ apud Romanos habemus Qu. Pieminium Scipionis legatum & C. Verrẽ Siciliæ Prętorem, vt equidem mirer Lactantium tam inuidiosè in. Ciceronem declamare, qui Verrem huius criminis reum egerit, q̃ fana ac templa spoliauerit, imagines: auex, eritornamenta detraxerit, cùm hæc omnia Verres animo in vniuersum sacrilegio commiserit, non odio idololatricæ superstitionis, veræque religionis amore. Pœna sacrilegii pro modo & qualitate aliquando seuerius, nonnunquam remissius adhibetur: quare de ea re vt plurimùm Iudices cognoscunt, inspecta conditione rei, temporis, ætatis, & sexus.

Lex Iulia de Annona.

ANnonæ cura cum Senatui primùm, tum postea principib. maxima fuit, ob euitandos populi tumultus, quos fames ac annonæ penuria grauitasque concitabat. Neque enim facilè maiores tumultus plebs excitauit, quàm cùm fame quasi rabie quadam agitata est. Quare Aurelianus Imperator ad Flauium Arabianum præfectum Annonæ scribit, Populo Romano saturo nihil esse lætius. Itaque præter ingentes classes, maximasque puincias & fertilissimas huic rei destinatas, etiam peculiaris magistratus institutus est, cui annonæ cura incumbebat. Lege autẽ Iulia de annona, vt inquit Vlpianus, pœna statuitur aduersus eũ, qui contra annonam fecerit, societatemve coierit, quò annona carior fiat. Eadem lege cauetur, ne quis nautam, nauemve retineat, aut dolo malo faciat quò magis detineatur, & pœna viginti aureorum statuitur. Eos autem qui Annonam grauabant, anti qui Dardanarios vocasse videntur. l. Dardanarij. ff. de extraordinariis criminibus. l. Dardanarios. ff. de pœnis.

Lex Iulia de Sacerdotiis.

ROmani leges aliquot de sacerdotiis dandis, & capiendis ad ius publicum pertinentes habuere, quas in hunc locum cõiicere nobis visum est. Primam autem de Sacerdotiis legem latam inuenio Ogulniam. Nam anno ab vrbe condita quadringentesimo quinquagesimotertio, M. Valerio Coruino V. & Qu. Apuleio Pansa consulibus, Qu. & Cn. Ogulnij Trib. pleb. rogationem promulgarunt, vt cùm quatuor Augures, quatuor Pontifices eo tempore essent, placeretque augeri Sacerdotum numerum, quatuor Pontifices, quinque Augures de plebe omnes adlegerentur, cùm antea more à regibus tradito solis Patritiis capera Sacerdotia liceret. Itaque Patres, cùm hoc ius, cęteris per plebem ablatis, iam ferè solum retinerent, quasi prærogatiuam quãdam dignitatis suæ, aliquandiu rogationi aduersati sunt, nec tamen animi ardore, quanto superioribus annis decertatum est, patribus iam vinci assuetis. Vnus Appius Claudius vir vehemẽs & disertus, propugnatorque nobilitatis acerrimus, de ea rogatione grauiter cum viro fortissimo P. Decio contendit. Vtriusq; conciones apud Liuium habentur. Vicit tamen ad extremum pertinacia plebis, & eo magis, quòd multi in eo ordine, post legem Liciniam, erant Consulares. Triumphalesque viri, quorum dignitati & splendori, si sacerdotiorum capiendorum ius daretur, nihil deesse poterat. Quare tum primùm de plebe Pontifices quatuor creati sunt. Suasor legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Martius Rutilius. M. Liuius Denter. Quinque itẽ de plebe Augures, C. Genutius, P. Aelius Pætus, M. Minucius Festus, C. Martius, T. Publius. Author huius rei Liuius libro decimo ab vrbe condita.

Multis autem annis post hanc legem lata est lex Romulcia, qua Triumuiri Epulones creati sunt, atque Epulonum collegiũ institutum. Liuius libro tertio dec. 4. Romæ eo primùm anno Triumuiri Epulones facti C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legem de creandis his tulerat, & P. Portius Lecca. His Triumuiris item ac pontifici datum Togæ Prætextæ ferendæ ius. Caussam verò, cur ii creati sint, ostendit Cicero libro tertio de Oratore. Sed ut Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem Tresuiros Epulones esse voluerunt, cùm essent ipsi à Numa, vt etiam ludorum illud Epulare sacrificium facerent, instituti: sic Socratici causarum actores communi Philosophiæ nomine separauerunt, cùm veteres dicendi & intelligendi mirificam societatem esse voluissent. Cæterùm ex istis Triumuiris postea Septemuiri facti sunt. Plinius libro secundo epistol. ad Arrianum. Stabat, inquit, modò Consularis, modò Septemuir Epulonum, iam neutrum.

Post legem Romuleiam aliam legem ad Sacerdotia pertinentem promulgauit C. Licinius Crassus, Q. Fabio Aemiliano, & L. Hostilio Mancino Coss. anno V. C. lexcentesimo nono. Sententia legis erat, vt sacerdotes non à collegiis cooptarentur, sed per populum fierent. Legem dissuasit C. Lælius Prætor, populusque eam abrogauit. Hunc C. Licinium Cicero de Amicitia author est primum instituisse in forum versus agere cum populo, quod Plutarchus in Gracchis C. Graccho tribuit.

Hanc autem legem à Crasso agitatam atque à populo repudiatam reduxit Cn. Domitius Aenobarbus Trib. pl. C. Mario, C. Fimbria Coss. Suetonius in Nerone Atauus, inquit, Cn. Domitius in Tribunatu Pontificibus offensior, quòd alium quãm se in patris sui locum cooptassent, ius subrogandorum sacerdotum à collegiis ad populum transtulit. Et Paterculus libro secũdo: Cn. inquit, Domitius legem tulit, vt Sacerdotes, quos antea collegę sufficiebant. Populus crearet. Cùm autem, vt scribit Cicero cõtra Rullum, salua religione Sacerdotes ab vniuerso populo creari non possent, ita moderatus est legem Domitius, vt minor pars populi vocaretur, ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur: ita nec collegiis cooptionem ademit, & populo potestatem mandandorum sacerdotiorum dedit. Dabatur autem lege petendi facultas etiam absentibus. Cicero in epistolis ad Brutũ: Existimo omnino absentium rationem Sacerdotum haberi posse: nam etiam factum est antea: C. enim Marius, cùm in Cappadocia esset, lege Domitia factus est Augur. Sed & Paterculus author est C. Cæsarem, cùm in Asia esset, Romæ Populi suffragiis Pontificem creatum.

Legem autem Iuliam de Sacerdotiis tulit. C. Iulius Cæsar Dictator, cuius meminit in eadem epistola Cicero. Est etiam in lege Iulia, quæ lex est de Sacerdotiis proxima. Qui petit cuiusuis ratio habebitur. Nec quicquam amplius de hac lege inueni.

Lex Iulia de Fœnore.

FOEnus malum quocunq; penetrauerit, non solùm singulis hominibus, sed etiam totis ciuitatibus ac populis exitiabile, vrbem Romam primis statim temporibus inuasit, vexauitq;, cũ fęneratorũ auaritia ciues primùm pecuniis exhauriret, inde etiã nexos debitores creditoribus traderet. Hinc ingentes sæpe seditiones motæ sunt, vt omnino necesse esset fœnebrem licentiam legib. constringere, ne soluta ac libera in maxima mala remp. p̃cipitaret. Primum itaq; C. Martio Rutilio, Cn. Manlio Capitolino Consulib. anno vrbis conditæ trecentesimo nonagesimooctauo lex de Vnciario fęnore à M. Duellio, & L. Menenio Trib. pl. est perlata, authore Liuio lib. 7. Quamuis Tacitus lib. 5. Fœnus Vnciarium xij. tabul legibus constitutum fuisse tradat. Vnciariũ fęnus dicitur, ratione maximæ vsurę quę in assis partes diuidi p̃t. As enim, qui duodecim vncias continet, pro toto & integro solet vsurpari. Decennio autem post illam de Vnciario fœnore latam legem Semiunciarium tantùm ex vnciario factũ Tribunitiis, vt inquit Tacitus, rogationib. ac solutio æris alieni in portiones æquas Triennij, ita vt quarta præsens esset dispensata. Hæc autem acta sunt T. Manlio, C. Plautio Consulibus. Sed cùm ne sic quidem fęnus tolerari posset, L. Genutius ad plebẽ tulit, ne fęnerare liceret. Sed cùm constricta esset hisce legibus auaritia, aperteq; grassari metu legũ non auderet, ad fraudes se conuertit. Via fraudis hæc fuit, Vt nomina in socios, qui hisce legib. non tenebantur, transcriberent: atq; ita libero fœnore debitores obruebantur. Deprehensa aũt hac fraude, simulq; perpecta & derecta magnitudine æris alieni, M. Sempronius Trib. pl. ex authoritate Patrum Plebem rogauit, Plebsq; sciuit, vt cum sociis ac nomine Latino

Source : BIU Cujas

Latino pecuniæ creditæ ius idem quod cum ciuibus Romanis esset. Hæc lex Sempronia anno ab V.C. quingentesimo sexagesimo primo lata est, L. Cornelio Merula, Q. Minutio Coss. vt scribit Liuius. Quid autem deinceps de fœnore constitutum fuerit, non habetur, vsque ad belli ciuilis Pompeiani tempora, in quo C. Cæsar victis hostibus suis, recuperataque rep. cùm omnes in nouarum tabularum expectatione essent, ob æris alieni magnitudinem necessarium iudicauit lata lege cùm debitoribus, tum creditoribus consulere. Quare, vt inquit Suetonius, discussa Tabularum nouarum expectatione de pecuniis mutuis sanxit, vt debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quasque ante ciuile bellum comparassent, deducta summa æris alieni, si quid Vsuræ nomine numeratum & prescriptum fuisset: qua conditione quarta ferè pars crediti deperibat. Meminit huius legis Tacitus lib. 5. Interea magna vis accusatorum in eos irrupit, qui pecuniam fœnore auctitabant, contra legem Dictatoris Cæsaris, qua de modo credendi, possidendique intra Italiam cauerat. Ex his verbis satis constat Cæsarem maximum, præstantissimumque virum imposito Vsuris modo constituisse, vt pecuniæ creditæ ad possessionum modum astringerentur, ne alicui plus crederetur, quàm ex bonis eius redigi posset. Vnde etiam beneficium Cessionis bonorum promanat, debitoribus, lege Iulia concessum, quo tamen duntaxat ciues Romani vtebantur, si soluendo non essent. Postea autem ex constitutione Diuorum fratrem etiam Prouinciis impertitum est. l. legis. C. qui bonis cedere possint. Quæ autem postea de Vsuris sancita sint in iuris ciuilis libris suis locis reperiuntur. Sed cùm diuina scriptura Vsuras in vniuersum condemnet, ad principum officium pertinet, rem cùm diuina authoritate reprobatam, tum multis exemplis perniciosam è Christiana ecclesia tollere: quod tantum abest vt fiat, vt ea quæ de antiqui fœnoris magnitudine scribuntur, si cum hisce Vsuris, quibus passim per Germaniam mercatores vtuntur, conferantur: ludus iocusque videri possint.

LEX IVLIA de libertatibus.

AD statum eorum, qui ex seruitute manumissi essent, hæc Lex pertinuit, quam Iustinianus sustulit, promulgata constitutione, qua reiecta lege & Senatusconsulto Largiano, solum Ciuitatis Romanæ ius in libertatibus dandis obseruari præcepit remoto omni discrimine vel loci, vel ætatis, vel alicuius alius impedimenti. §. Inde adeo autem. Vt liberti decætero aureo anulo ne indigeant.

LEX IVLIA de Ambitu.

AMbitum duplicem facit Cicero in oratione contra Sallustium, Concessum alterum, atque etiam laudatum, quem Popularem ipse vocat, cùm quis operam suam magistratum aut curationem petendo reipub. offert, iudiciumque de se faciendum populo permittit absque dolo malo. Hoc genus ambitionis nullis legibus prohibetur, sed approbatū semper, ac à maximis præstantissimisque viris exercitum est. Nã in reipub. administratione necessarium est esse aliquos, qui honores innocenter & gerant & petant. Illud autem alterum genus infame, ac legũ seueritate notatum, non legitima via incedit, sed aliquando vi, nonnunquam dolo grassatur. Vnde homicidia, largitiones, ac variæ corruptelæ nascuntur. Ad hunc autem Ambitum coercendum variæ leges latæ sunt. Primus autem de hac re ad populum tulit C. Petilius Trib. Ple. Cn. Fabio Ambusto, C. Plautio Proculo Coss. circa annum conditæ vrbis trecentesimum nonagesimum septimum, qua rogatione non largitio aliqua vindicata est, quæ in paupere rum ciuitate nulla esse potuit, sed præpostera ambiendi ratio coercita, cùm noui quidam homines præter morem nundinas & conciliabula obirent, sibique hominum fauorem conciliarent, suffragiaque peterent. Huius rei author est Liuius libro septimo. Post multum deinde temporis aliæ leges de Ambitu latæ sunt à P. Cornelio Lentulo, M. Bebio Pamphilo Cos. eodem Liuio authore quæ cuiusmodi fuerint, nec ipse, nec alius quisquam ostendit. Deinde item aliam legem de Ambitu latam scribit Florus libro quadragesimo septimo, nec quicquã præterea, nisi latam esse dicit. Quare omissis iis ad legem Calphurniam veniamus, quam tulit C. Calphurnius Piso, qui Cos. fuit cum M. Acilio Glabrione, anno Vrbis conditæ 687. & cùm iam Respub. & Imperii dignitate, & opum magnitudine, magnam & ambiendi causam, & largiendi materiem præberet. In hac lege præter alias pœnas pecuniaria quoque erat adiecta, authore Pediano in Cornelianã. Hanc legem cùm ferret Piso Consul ex Senatusconsulto ad populum, ita à multitudine eorum qui Ambitu pasti ac saturati, legem contra commoda sua fore arbitrabantur, exceptus est, vt è foro pelleretur. Deinde autem maiori manu stipatus in forum descendit, clamans: Qui rem saluam esse vellent, vt ad legem accipiendam adessent. eaque ratione exterritis iis qui aduersabantur, legem pertulit: statimque apparuit, legem non frustra latam fuisse: nã sequenti anno Coss. Dess. P. Sylla, & P. Antonius lege hac interrogati damnatique pœnas dederunt. Nec tamẽ aut seueritate legis, aut exẽpli tristissimi nouitate extingui feruens malum potuit. Quare necesse fuit Senatui plura ad legem adiicere. Itaque M. Tullio Cicerone Consule, Senatusconsultum factum est, quo cauebatur: Ne quis biẽnio quo magistratũ petat, petiturusve sit, gladiatores daret, nisi ex Testamento præstituta die. Item ne quis mercede conductus obuiam Candidatis iret, aut conductus sectaretur. Præterea ne quis prandia vulgo daret: qui eorum quid fecisset, contra legem Calphurniam factum videri. Adiecta est etiã pœna asperior quàm antea, nempe exilium, cùm antea damnati in ciuitate remanerẽt. Hanc autem legem de Ambitu Cicero ex Senatusconsulto saluis auspiciis tulit, vnde lex Tullia dicitur, cuius meminit ipse Cicero in oratione pro Murena, & p Sestio, item in Vatinium. Idem vero Cicero libro primo ad Atticum aliam legem de Ambitu latam fuisse scribit à Lurcone Tribuno plebis, in qua noui hoc fuerit: vt qui nummos in tribu pronunciauerit, si non dederit, impunè sit, sin dederit, vt quoad viuat singulis tribubus HS CCCCXXXV. debeat. Cæterùm paulò pòst gerente res maximas in Galliis Cæsare, Pompeioque Vrbi præsidente, tantus Romæ Ambitus exarsit, vt insanientibus Candidatis, ferroq; & igni inter se depugnãtibus, populo verò corrupto, ac in diuersa studia scisso, comitia haberi non potuerint, atque ipsa vrbs octo mensibus, vt scribit Appianus, magistratu caruerit. Quare aliis Dictatorem creandum censentibus, Cato qui extraordinaria imperia oderat, eam sententiam dixit, vt existimaret Pompeium solum absque collega Consulem ad componẽdam Rempublicam creãdum: quę sententia vicit, solusque Cn. Pompeius tertiùm Consul ab Interrege creatus est. Is suscepta Reipub. cura, Ambitus leges tulit seueriss imas, coercitisque diuisoribus, & punitis sontibus Ambitum campo non sine magna laude pepulit, vt inquit Plinius.

Post legem autem Pompeiam lata est Iulia, quam tulit C. Cæsar Octauianus. Nam cùm per Triumuiorum tempora ius creãdorum magistratuũ à populo ablatum fuisset, ipsique Triumuiri magistratus reipub. darent: Augustus pristimum ius comitiorum, solus iam Imperio potitus, reduxit, ac multiplici pœna authore Suetonio, ambitum coercuit. Sed Tiberij tempore, cùm comitia, vt scribit Tacitus, in curiam è campo translata essent, ac deinde ad ipsum Principem, cessauit lex Ambitus in Vrbe, vt inquit Modestinus. Et Quint. libro sexto de Ambitu loquens: Hoc genus, inquit, nostris tẽporibus totũ penè sublatum est, cũ omnia tutelæ curęque vnius innixa periclitari nullo iudicij exitu possint, cuius rei ẽt Ammianus lib. decimoquarto meminit.

Huc autem pertinent aliæ duæ Leges, Fabia de Sectatoribus, & Licina de Sodalitiis, de quib. breuiter dicemus. Sectatores dicebantur, qui Candidatos sectabantur: quorum tres partes facit Qu. Cicero de Petitione Consulatus ad M. fratrem. De his legẽ tulit Fabius, quam populus aspernatus est. Cicero pro Murena: Itaque & legi Fabiæ, quæ est de numero sectatorum, & Senatusconsulto, quod est L. Cæsare Consule factum, restiterunt. Nulla est enim pœna, quæ possit hanc obseruantiam tenuiorum ab hoc veteri instituto officiorum excludere.

Lex autem Licinia de Sodalitiis in eos lata est, qui coitiones honorum adipiscendorum causa fecissent, aut operam suam ad corrumpenda suffragia interposuissent: nam hos nomine crimi noto Romani Sodales vocabant, vt author est Cicero pro Plancio. Huiusmodi autem erant Sequestres, apud quos, vt inquit Pedianus, pecunia deponebatur: atque hi non minus in corrumpẽdis populi suffragiis, quàm iudicis adhibebãtur. Vt colligitur ex secunda actione Ciceronis in Verrem, & pro Cluentio. Erant pterea Diuisores æque infames, qui pecuniã in tribus diuidebãt, quos Pedianus à Plauto Magistros Curiarũ dici putat. Hi si deprehensi & conuicti essent, damnabantur plerunque in præiudicium eorum, qui largitionem fecisse dicebantur, authore Cicerone pro Plancio. Singulas autem tribus suũ Diuisorẽ habuisse scribit idẽ Cicero de respõsis Aruspicum. Erant & Interpretes, per quos inducebatur pactio. Quæstioni autem legis Liciniæ de Sodalitiis, prius Quæsitor deputatus erat, vt indicat Pedianus in Milonianam. Illud quidẽ nõ prætermittendũ videtur, quòd is qui ambitus condemnatus erat, si alium eiusdẽ criminis reum in iudicium adduxisset, & damnasset, in integrum restituebatur: cuius rei authores sunt Cicero pro Cluentio, & Appianus lib. 2. bellorum ciuilium, & Quintilianus lib. 5. & 11. Meminit legis Liciniæ Cicero lib. 8. epistolarum & pro Plancio. Sunt qui putent hanc legem latam esse à M. Licinio Crasso, qui à Parthis cæsus est, de quo ego vt in re dubia nihil statuo. Cæterum exiure nostro si quis in municipio contra legem Ambitus magistratum aut Sacerdotium petierit, per S. C. centum aureis cum infamia punitur: qua lege damnatus, si alium cõuicerit, in integrum restituitur, non tamen pecuniam recipit. Qua pœna etiam is plectitur, qui nouum vectigal instituit, authore Modestino in l. Vnica. ff. ad legem Iuliam ambitus.

LVD. CHAR.

Legis de Sodalitiis latę, veteres ante M. Licinij Crassi, qui à Parthis cęsus fuit, tempora meminerunt: vt probabilius sit, quod ex eorum scriptis collegi. C. Licinio Varo, & P. Cornelio Lentulo Candino Coss. anno vrbis conditæ 518. eam latam fuisse.

LEX

Source : BIU Cujas

LEX IVLIA Vel papia de maritandis ordinibus.

LEgem Iuliam vel Papiam tulit D. Augustus imprimis reipub. ac ærario vltissimam. Suetonius in Augusto: Leges retractauit, & quasdam ex integro sanxit, vt sumptuariã, & de Adulteriis, & de Pudicitia, & de Ambitu, & de Maritandis ordinibus. Hanc cùm aliquantò seuerius, quàm cæteras, emendasset, præ tumultu recusantium perferre non potuit, nisi adempta demum lenitave parte pœnarum, & vacatione Triennij data, auctisque præmiis. Sic quoq; abolitionem eius publico spectaculo pertinaciter postulante equite, accitos Germanici liberos, receptosque partim ad se, partim in patris gremiũ, ostentauit, manu vultuque significans, ne grauarentur imitari iuuenis exemplum. Cumq; etiã immaturitate sponsarum, & matrimoniorũ crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coarctauit, diuortiis modum imposuit. Ex his Suetonii verbis apparet, hanc legem tã inuisam omnibus & prẽsertim Equestri ordini, non ab Augusto primùm excogitatam, sed emendatam tãtùm, atque restitutam fuisse. Egerat autem de hac re cum populo multos antè annos vir amplissimus Qu. Metellus Censor. Florus libr. 59. Qu. inquit, Metellus Censor cẽsuit, vt ducere vxores omnes omnino cogerentur liberorum creandorum causa. Extat oratio eius, quã Augustus Cæsar, cùm de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam, in Senatu recitauit. Et Suetonius in Augusto: Etiã libros totos & Senatui recitauit, & populo notos per edictum sæpe fecit, vt orationes Qu. Metelli de prole augenda, & P. Rutilii de modo ædificiorum, quò magis persuaderet, vtramq; rem nõ à se primò animaduersam, sed antiquis iam tunc curę fuisse. Summa autem orationis Metelli fuerat, ciuitatem sine matrimoniorum frequentia consistere non posse, author Gellius lib. 1. c. 6. De hac lege loquitur etiam Tacitus lib. 3. Relatum est, inquit, de moderanda Papia Popęa, quam senior Augustus post Iulias rogationes, incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario sanxerat: nec ideo coniugia & educationes liberorum frequentabantur, præualida orbitate.

Ferendæ legis causa fuit, quòd plerique diuites vxores non ducebant, propter vitanda matrimoniorum onera. Hi cùm nullos liberos suosque hæredes tollerent, in magno propter diuitias atque opes honore habebantur ab iis, qui ad successionem ipsorũ aspirabant, captabanturque non solùm à propinquis, sed etiam alienis. Hæc autem res cùm reip. multipliciter damnosa esset (nã & legitima sobole ciuitas destituebatur, & Testamẽta multa Improba, Inofficiosa, & inhumana fiebant) correxit hac lege Augustus saluberrimus Princeps publicum incommodũ, statutis multiplicibus præmiis, immunitatibus. atque honoribus iis qui vxores haberent, atque ex iis liberos. Cœlibatũ autem atq; orbitatẽ vicissim pœnis subiecit, quæ omnes ad locupletandum ærarium institutæ atque excogitatę erant: cumque noui vectigalis magnã ad populum inuidiam esse cerneret, hac se ratione excusauit, qp vt id faceret ex Diui Iulii, quem populus vehementer & viuum dilexerat, & mortuũ vindicauerat, commentariis edoctus esset. Varia autem lex in se continebat, quæ oĩa cùm ob amissos antiquorum Iureconsultorum libros referre non possimus, ea quæ extant, indicabimus.

Primùm itaque cautum erat, Vt si quis hæres extraneus institutus fuisset, is priusquam hæreditatem adiret, Vicesimam eius partem fisco daret: qua lege filii & proximiores hæredes non tenebantur. Cuius rei author est Andræas Alciatus vir cùm cæterarum maximarum rerum, tum verò Iuris ciuilis illustri peritia præditus, & legalis disciplinæ nostro seculo inclytus instaurator, lib. Disputationum suarum 3. cap. 6. Hæc autem legis pars, cùm in iis tantùm locum haberet, qui ciues Romani erant veteres, & ii, qui nuper in ciuitatem vel per Latium, vel beneficio Principis, peruenissent, nisi hoc specialiter impetrassent, excluderent: primus illud quasi vitiosum aggressus est emendare Nerua sanctus bonusque Princeps. Is itaque sanxit, Vt quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis ad matrem peruenisset, etiamsi cognationum iura nõ recepissent, cùm ciuitatem nacti essent, eius vicesimam ne darent. Neruæ autem adoptione filius, atque in Imperio successor Traianus debilitatam à parente rem consum mauit. Constituit enim. Vt quemadmodum in patris filius, sic in hæreditate filii pater esset immunis: sed & illam Neruæ exceptionem sustulit: Si modò in patris potestate filius esset. Nec verò cõtentus primum cognationis gradum vicesimæ abstulisse, etiam secundum exemit, cauitque, Vt in sororis bonis frater, & contra in fratris soror, vtque auus, auia, in neptis nepotisque, & inuicẽ illi seruarentur immunes. Postremò cùm ex lege Papia omnis vtcunque tenuis hæreditas Vicesimæ onerib. obnoxia esset, idẽ princeps ad certam summam hæreditatem taxauit, quę vicesimã penderet, pauperesque & exhaustas hæreditates vectigalis onere leuauit. Hæc decreta Traiani Plinius in Panegyrico multis atq; illustribus verbis & laudat & commemorat.

Post Traianum M. Antonius Augustus & ipse de Vicesima hęreditatum leges constituit, quæ tamen cuiusmodi fuerint nõ tradit Capitolinus. Gratianus autem Imperator, vt tradit in Gratiarum actione Ausonius, Vicesimam in totum sustulit. De legibus autem Vicesimę primus scripsit Iurisconsultus A. Offilius, authore Pomponio de Origine Iuris.

Fuit & alia Vicesima ex lege Manlia, quam Consul Cn. Manlius Capitolinus ad Sutrium tulit, vt Vicesima eorum qui manumitterentur ad ærarium pertineret, author Liuius libro 7. Huius Vicesimæ meminit & Cicero ad Atticum lib. 2. quamuis Blondus in sua Roma Triumphante, vbi de Vectigalibus disputat, nescio cuius authoritate fretus, Ciceronem in eo loco de Vicesima quadam loqui scribat, quam ex re frumentaria Latini Romanis præstiterint. Legis autem Iuliæ aliud caput fuit, vt si hæres institutus viuente Testatore, vel ante aditam hæreditatem decessisset, fisco bona addicerentur: ex quo capite tota Caducorum materia introducta est, de qua per totum Titulum de Caducis tollẽ dis. Cautum præterea fuit, Vt si vir & vxor liberos non haberẽt, vt eius quod vir vxori, aut vxor viro reliquisset decima pars ad fiscum pertineret, quod deinde sustulere Impp. Arcadius & Honorius, vt habetur in l. fi. C. de infirmandis pœnis cœlibatus.

De libertis etiam multa ad ius nuptiarum, & matrimoniorũ, liberorumque pertinentia sancita erant. Nam ex lege Papia si libertus duos filios vel diuerso tempore in potestate habuisset, obligatione operarum liberabatur l. Nec patronis. C. de operis libertorum. Remittebatur etiam liberto Iusiurandum, quod in hoc oppositum erat, ne vxorem duceret, libertæve ne nuberet, si modo nuptias contrahere rectè vellent, l. Adigere. ff. de Iure patronatus. Prohibebat præterea libertam diuertere à Patrono, & alij inuito Patrono nubere, l. Vnica. ff. Vnde vir & vxor. Mentio fit huius legis etiam in §. postea. Inst. de Succeff. libertorum. l. lege. ff. de ritu nuptiarum l. Si libertam. C. de nuptiis l. Quidam testamento, ff. de S. C. Sillaniano. Ex quo loco facilè colligitur, de quo quidam dubitauere, eandem legem fuisse Iuliam & Papiã, cùm dicat ibi Iureconsultus Iulia bona Caduca siue vacantia ad ærarium pertinere, quod in Titulo de Caducis tollendis. l. 1. Imperator Papiæ tribuit. Quare aliquando vt lex Licinia & Mutia, aut Aelia Santia coniunguntur, vt in l. Sancimus. C. de nuptiis.

Lege autem Iulia siue Papia sexagenarii, quòd generare amplius non posse videbantur, non tenebantur, ex Tiberij constitutione, cui deinde Claudius abrogauit, authore Suetonio. Meminit & Lactantius his verbis. Quid est quòd apud poetas salaciissimus Iupiter desierit liberos tollere, vtrùm sexagenarius est factus, & illi lex Papia fibulam imposuit? Quare nuptiæ inter Sexagenarios & Quinquagenarios prohibitæ erant, quod Imperator Cæsar Iustinianus Augustus aboleuit. d. leg. Sancimus. C. de Nuptiis.

Huc etiam pertinuisse videtur lex Iulia de prædio dotali, de qua loquitur Iurisconsultus in Titulo de fundo dotali, & Imp. Inst. Quibus alienare licet vel non. Postremò verò lege Papia cõstituta erant præmia delatoribus, qui hæreditates, ex quibus lege Papia aliquid ad fiscum pertinebat, deferebant. Suetonius in Nerone: Præmia delatorum legis Papiæ ad quartas redegit. Delatores autem istos Traianus in vniuersum sustulit, authore Plinio in Panegyrico. Promanant ex hac lege etiam Iura liberorum, de qb. multa Plinius in epistolis, & Martialis, q̃ à Principe impetrare necesse erat. Meminit huius legis etiam Apuleius in 2. Apologia: Lex quidem, inquit, Iulia de maritandis ordinibus nunquam scilicet ad hunc modum interdicit: Vxorem in villa ne ducito. Irridet autem accusatorem, qui ei quasi magnum quoddam crimen obiecerat, quòd vxorem in villa duxisset. Dicitur autem lex Papia à C. Papio Popęo Sabino, qui eam ex authoritate Augusti ad populum tulit in consulatu, quem cum Qu. Sulpitio Camerino gessit, quinquennio ante obitum Augusti. Vnde & Isidori error conuincitur, qui 2. dist. ca. quædam. sic scribit: Leges dicuntur ab iis, qui eas condiderunt, vt Consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ. Nam sub Octauiano suffecti Coss. Papius & Pompeius legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papia & Pompeia, continens patrum præmia pro suscipiendis liberis. Hactenus Isidorus.

LVD. CHAR.

Quis huius legis Papiæ Popææ author fuerit, satis non constat. Nam ex chronico Cassiodori, catologo consulum, & omni antiquitate Romana, quæ eius meminit, latam aut certè renouatam ab Augusto sub finem Imperii Popęo Sabino, & Q. Sulpitio Camerino Consulibus, eam fuisse accepi. De Papio, nullum in annalibus eius temporis, nec etiam antiquioribus verbum inueni. Dion tamen eam Papiam Popiliam appellat, & per M. Papium Mutilium, & Q. Popilium Consules latam ab Augusto fuisse scribit. Alii eam Papiam Pompeiam vocant, à Sexto Pompeio vltimo Imperii Augusti Consule. Et ita in Plinii & Taciti libris (sed corruptè) legitur. Mihi verior Io. Baptistæ Egnatii, qui ad Suetonium adnotationes scripsit, sententia videtur. Hæc autem (ait) iunctim Papia Popæa dicta videtur, quòd cùm Papius legem cõtra adulteros tulisset, ac de matrimoniis etiam sanxisset, cuius & Ausonius præter alios meminit, Sabinus Popęus eandem retractarit, grauioribusque pœnis additis, sanxerit, frequentanda matrimo-

Source : BIU Cujas

trimonia. Vnde,& lex à primo authore Papia dicta, poſteà de Sabino Popæo, Papia Popæa iunctim appellata eſt, quam ſenior Auguſtus poſt Iulias rogationes incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario ſanxerat. Et certè annales C. Papij tribunipleb. meminerunt, qui temporibus Iulij Cæſariis fuit, ex quo Iuliam Papiam dici probabile eſt. Sed affirmare nihil audeo.

LEX IVLIA De adulteriis.

QVemadmodum prior lex idcirco conſtituta eſt, vt frequentarentur matrimonia, ita hæc cõtracta in officio cõtinet, pęnasque adulteris conſtituit. Cautum igitur lege fuit: Ne quis ſtuprum, adulteriumve faceret ſciens, dolo malo: quod ad eum & qui ſuaſit, & ad eum qui ſtuprum vel adulterium intulit, pertinet. Venia etiam dabatur patri ac marito, ſi deprehenſam vxorẽ aut filiam cum ipſo adultero interemiſſent. Aequũ enim viſum eſt legiſlatori ignoſcere iuſtiſſimę iræ. Ne tamen occaſionem deriſſe cædibus videretur, licentiam hanc & temporum & locorũ diſcriminibus, perſonarumque differentiis coarctauit. Pertinent verò ad legem non adulteria ſolùm, ſed etiam ſtupra. Committitur autem, vt inquit Tlpianus, adulterium propriè in nuptam, propter partum ex altero conceptum compoſito nomine: Stuprum verò in virginem viduamve, quod Græci φθορὰν appellãt. Lenocinia præterea, ſiue in vxorem, ſiue in aliàs perſonas exercita, hac lege puniuntur. De quibus omnibus pleniſſimè ſcribũt Iureconſulti ad legem Iuliam de Adulteriis, libro quadrageſimo octauo Pandectarum. Pœna huius legis capitalis eſt.

Tulit eam D. Auguſtus, authoribus Vlpiano, Suetonio, & Seneca libro ſexto de beneficiis. Adeo autem ſeuerè eam exercuit, vt ipſam etiam filiam ſuam, neptemque adulteriis famoſas, damnaret, ex quibus filiæ forum ipſum, ac roſtra, ex quibus pater legẽ de adulteriis tulerat, vt inquit Seneca, ad ſtuprum placuere. Tulit autem cùm hanc, tum alias leges, præter eam, quæ eſt de Maritandis ordinibus, in ſexto ſuo Conſulatu, quem cum M. Agrippa geſſit, quo etiam anno Auguſti nomen ei à Senatu delatum eſt, vt ſcribit in Chronicis Caſſiodorus. Meminit huius legis Plinius libro ſexto epiſtolarum ad Cornelianum, & Vlpianus in l. 1. ff. de Concubinis.

LEX IVLIA Theatralis.

DIV Romæ vſitatum fuit, promiſcuè ludos ſpectarent Ordines, nec cuiquam vt honoratiori ſecretus erat in ſpectaculis locus. Primi autem ſecernere Senatum à plebe aggreſſi ſunt Sex. Aelius Pætus, & C. Cornelius Cethegus Cenſores Ludis Romanis, quos Aediles C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libro edebant. Huius autem rei author Cenſoribus fuit P. Scipio Africanus, cùm quingentis & octo annis antea promiſcuè ſpectatum fuiſſet. Author Liuius libro triceſimoquarto. Spectabant autem Senatores ex Orcheſtra, qui locus etiam exterarum nationum legatis honoratioribus ſpectandi gratia dabatur, vt author eſt Tacitus.

Poſt multos autem annos lata eſt lex Roſcia, quam tulit L. Roſcius tribunus plebis, L. Piſone, M. Acilio conſulibus, vt quatuordecim gradus proximi Equitibus aſſignarentur in Theatro, vt ſcribit Florus in Epitome, libro nouageſimo nono. Et Cicero p Murena: L. Otho vir fortis, meus neceſſarius, Equeſtri ordini reſtituit non ſolùm dignitatem, ſed etiam voluptatem. Itaque hęc lex, quæ ad ludos pertinet, eſt omnium gratiſſima, q honeſtiſſimo ordini cum ſplendore fructus quoque iucunditatis eſt reſtitutus. Hæc autem lex Othoni haud mediocrem inuidiam pepe rit, cùm plebs hoc ſedis diſcrimine magis notatam ſe, quàm honoratum equeſtrem ordinem putaret. Roſcium tamen in conſulatu ſuo plebi reconciliauit M. Cicero, vt ei Theatrum ingrediẽti etiam plauſum darent, vt ſcribunt Plutarchus in Cicerone, & Plinius libr. ſeptimo capite triceſimo. In quatuordecim tamen ordinibus non ſedebant niſi qui Cenſum etiam equeſtrem habe rent quamuis alioquin ex familia Equeſtri eſſent. Cicero Philip pica ſecunda: Illud tamen audaciæ tuæ, quòd ſediſti in quatuordecim ordinibus, cùm eſſet lege Roſcia doctoribus certus locus conſtitutus, quamuis qui fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſent.

Poſt aliquot autem annos D. Auguſtus cùm Equeſtrem ordinem recognouiſſet, cenſumque eius auxiſſet, etiam de iure ſpectandi conſtituit, legem Roſciam imitatus. Hæc lex Iulia Theatralis dicitur. Plinius libro trigeſimo tertio, capite ſecundo: Hac de cauſa conſtitutum, Ne cui ius annulorum eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri, auoque paterno, Seſtertia quadringenta Cenſus fuiſſet, & lege Iulia Theatrali in quatuordecim Ordinibus ſedẽdi. Legis autem Roſciæ rigorem, quæ pauperes Equites à quatuordecim gradibus ſubmouebat, mitigaut Auguſtus. Suetonius in vita eius. Cùm autem plerique Equites, attrito bellis ciuilibus patrimonio, ſpectare è Quatuordecim non auderent, metu pœnæ Theatralis, pronunciauit, Non teneri eos, quibus ipſis, parentibùſve eorum Equeſter Cenſus vnquam fuiſſet. Quatuordecim iſti Gradus, ſiue Ordines, quia in iis Equites reſidebant. Equeſtria dicuntur à Seneca, lib. 7. de beneficiis, & libro quarto Controuerſiarum.

LEX IVLIA Sumptuaria.

IN Romana republica parſimoniam & frugalitatem primò non leges, nec pœnæ continuerunt: Sed erat cuique ad retinendas eas magiſtra paupertas atque continentia. Si quid autem nonnunquam luxurioſius actum videretur, Cẽſoria animaduerſio interueniebat. Sed & domeſtica diſciplina ſingulorum ita inſtituta erat, vt ab omnibus voluptatibus & delitiis abhorreret. Exemplo ſunt Quintia prata, & fictilia M. Curij, notatusque Cõſularis Senex, quòd decem pondo argenti facti haberet. Cùm autem defuncta Punicis Macedonicisque bellis reſpub. arma in Aſiam vertiſſet, quaſi contagione quadam luxuria voluptatesque primùm Romano militi, poſtea etiam plebi obrepſerunt, eoque tandem peruentum eſt, vt Aſiam magiſtram ſuam Roma longo interuallo poſt ſe victam relinqueret. Huic malo dum remedium quæritur, latæ ſunt leges Sumptuariæ: Ex quibus prima fuit Orchia, quæ conuiuas ad certum numerum redegit, de modo Sumptuum nihil conſtituit. Huius Legis latio incurrit in annum quingenteſimum ſeptuageſimum primum ab vrbe condita, in Conſulatum verò M. Claudii Marcelli, & Qu. Fabii Labeonis. Legem tulit Orchius tribunus plebis.

Poſt annum deinde viceſimum ſecundum lata eſt Fannia de Sumptibus: Ne quis videlicet plus, quàm centenos aſſes inſumeret. & id ludis tantùm Romanis, Plebeiis, & Saturnalibus, aliisq; quibuſdam ſtatis diebus. Decem deinde aliis diebus in ſingulos menſes triceni æris in conuiuiorum ſumptus conceſſi erant. Cæteris autem diebus plus quàm denos inſumete lex vetabat. Cautum etiam erat, Ne quid volucrum poneretur præter vnam gallinam, quæ non eſſet altilis: quod deinde caput trãſlatum per omnes alias ſumptuarias leges ambulauit, authore Plinio libr. decimo. cap. quinquageſimo. Tulit autem hanc legem C. Fannius Strabo, qui Cos. fuit cum M. Meſſala annis vndecim ante Punicum bellum tertium.

Sequitur hanc Didia, quæ non ſolùm Romanis ciuibus, ſed ẽt vniuerſis Italis iugum ſuum impoſuit, ſanxitq; præterea, Vt qui inuitarent, & qui inuitati adfuiſſent, pœna legis tenerentur. Lata eſt Lex à Didio Tribuno plebis, Appio Claudio Pulchro, Qu. Metello Macedonico Coſſ. annis decem & octo poſt Fanniam. In tantum excreuerat luxuria, vt intra tam paucos annos nouã legem ferre, pœnas augere, atq; ẽt ad ſocios extendere opus eſſet.

Deinde autem lata eſt lex Licinia, quæ in cæteris quidem Fanniæ par fuit, nuptiis tantùm ducenos indulſit, certisque diebus ſtatuit æris tricenos, deinde carnis aridæ & ſalſamentorum certum pondus in dies ſingulos conſtituit. Ea autem quæ terra, arbore, vite, nata eſſent promiſcuè largita eſt. Ab hac lege Centenarias cœnas vocabant, in quas ex lege non plus centuſſibus prę ter terra nata impendebantur, authore Feſto lib. 3. Tulit eam P. Licinius Craſſus cognomine, copiisque iuxta diues, qui cum Cn. Lentulo Conſul fuit anno ſexcenteſimo quinquageſimoſeptimo vrbis conditæ.

Poſt hęc ingentia ac ancipitia bella remp. occupauerunt. Italicum primùm, moxque ciuile Martianum, quibus, vt fit, cùm legum metus exceſſiſſet ex animis hominum, multique in magnis opibus helluarentur, atque ampla patrimonia deuorarent, L. Syl la Dictator, qui eo tempore ægram rempub. aſperis medicamentis curabat, legem ſumptuariam & ipſe tulit, quam Corneliam vocant. Legis ſententia erat, vt Calendis, Idibus, Nonis, diebusq; Iudorum, & feriis quibuſdam ſolennibus tricenos nummos inſumere ius eſſet. Cæteris diebus omnibus ternos tantùm ſeſtertios pręfiniuit. Eadem lege minora rebus pretia impoſita ſunt.

Inuenitur apud authores etiam Aemilia Sumptuaria, quam tuliſſe videtur M. Aemilius Scaurus Cos. Pli. lib. 8. cap. 57. Sorices & ipſos hyeme condi, author eſt Nigidius ſicut glires, quos Cenſoriæ leges, princepsque M. Scaurus in conſulatu, non alio modo cœnis ademere, quàm conchylia, aut ex alio orbe aduectas aues. Hæc autem lex non quo ſumptu, ſed quibus cibis cœnæ inſtruerentur, continebat.

Lata eſt etiam lex Antia Sumptuaria, quæ præter certum numerum æris, qui in conuiuia erogaretur, id etiam ſanxit: Ne quis magiſtratus aut magiſtratum capturus, niſi ad certas perſonas cę nandi cauſa accederet. Tulit hanc legem Anitius Reſtio, ſed paulò poſt conſenſu repudiata eſt. Legis Sumptuariæ meminit Cicero lib. 7. epiſt. familiarium ad Gallum. Lex Sumptuaria, inquit, quæ videtur λιτότητα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit. Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius. Et Suetonius ait Cæſarem Dictatorem legem præcipuè Sumptuariam exercuiſſe, diſpoſitis circa macellum cuſtodibus, qui obſonia contra vetitum retinerent portarentque ad ſe, ſubmiſſis nonnunquàm lictoribus atque militibus, qui apposita iam è triclinio auferrent.

Poſt hęc legem Sumptuariam etiam Auguſtus tulit princeps, ſi vlla

Source : BIU Cujas

si vlla alia re, frugalitate certè, ac sumptuum moderatione maximè commendandus, atque ea lex postrema ad populum peruenit. Qua quidem aliquid de superiorum legum duritia remissum est. Nam profestis diebus ducenti nummi permittebantur, Festiuis autem diebus trecenti, nuptiis verò & repotiis mille. Postea autem Edicto Tiberii concessum est, vt sumptus cœnarum per dierum varias solennitates à trecentis sestertiis ad vsque duo millia propagari posset, vt his saltem finibus efferuescens, sesequè longè ac latè proferens luxuria contineri, coerceriq; posset. Dicuntur hæ leges etiam Cibariæ, quas ex Rhetris Lycurgi Romam translatas esse scribit Ammianus libro decimosexto. Præterea Gellius libro secundo capite vigesimoquarto, & libro vigesimo, capite primo, & Macrobius libro secundo capite vigesimo octauo plura de his scribunt. Et hactenus quidem de legibus Iuliis, in quas etiam alias de eisdem rebus latas coniecimus, ob Augustæ familiæ inclytam per omnes terras omnesque ætates amplitudinem atque Maiestatem.

LEX LICINIA De consule ex plebe creando, atque ære alieno minuendo.

C Licinius Stolo Trib.pl. tres simul leges tulit. Vnam Agrariam, de qua inter Agrarias dictum est. Alteram, quæ tamē prima promulgata est, de ære alieno minuendo, vt deducto eo de capite, quod vsuris pernumeratum esset, id quod supereſſet triennio æquis portionibus persolueretur. Hæc lex maximè plebi placuit, exhaustæ fœnore, atque ære alieno obrutæ: itaque huius maximè actionis fiducia etiam reliquas duas Tribuni susceperunt. Tertia lex fuit de altero Cos. ex plebe creando. Nam ad ea tempora soli Patricii in maiorum magistratuum possessione erant, quæ res plebis potentiam vehementer debilitabat. Quare in hanc legem pertinacissimè à Patribus pugnatum est. Conciones atque adeo contentiones potiùs apud Liuium habentur. Sed victi tandem Patres legem perferri passi sunt, atque ita primus de plebe Cos. factus est L. Sextius Lateranus, cum antea per annos trecentos octoginta nouem nemo de plebe, aut consulatu, aut præfectura vrbis, Magisterióve aliquo potitus esset. Deinde autem sancitum est, vt semper alter vtique Cos. de plebe crearetur, quod deinceps obseruatum est. Hæ autem tres leges ciuitatem discordia laborantem propter ordinum dissidia in cōcordiam reduxerunt, simulque & patrum nimiam potentiam castigarunt, & plebeiam humilitatem ita extulerunt, vt deinde plebs à patribvs contemni desierit.

LEX LICINIA Et Ebutia.

H Ae duæ leges contra ambitiosas atque quæstuosas magistratuum rogationes latæ sunt, quibus illis facultas præciditur, sub nomine & prætextu popularis commodi siue se, siue suos locupletare. Cicero de lege Agraria contra Rullum: Quos tandem Decemuiros creare vult? Se primum. Quomodo licet? Leges enim sunt veteres, neque eæ consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed Tribunitiæ, vobis maioribusque vestris vehemēter gratæ atque iucundæ, Licinia lex est atque altera Ebutia, quæ non modò eum cui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines, excipit ne eis potestas curatióve mandetur. Idem pro domo sua ad Pontifices: Præterquam quòd ne id quidem per legem Liciniam, vt ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. Ex his verbis Ciceronis tam claris tamque non ambiguis facilè sententia legum Liciniæ & Ebutiæ perspicitur. Sed hæ quo tempore latę sint, cùm præsertim eas Tribunitias esse Cicero dicat, scire non possum, cùm maxima pars Romanarum Annalium temporum iniuria perierit. Ad has leges Cicero etiam libro 13. ad Atticum alludere videtur. Atque hoc etiam accepi, non solitos maiores nostros legare in decem qui essent imperatorum necessarii, vt nos ignari pulcherrimorum institutorum, aut negligentes potius, M. Lucullum, & L. Murenam & cæteros ad L. Lucullum misimus. Fuit autem, M. Lucullus frater L. Luculli. Murena verò gentilis & cognatus. Nam & Murenæ & Luculli ex gente Licinia fuerunt, cognominibus tantùm distincti.

LEX LICINIA De Iudicio communi diuidundo.

H Vius legis obscura admodum est ratio, cuiusque vno tantùm, quod sciam, in loco fiat mentio, nempe apud Martianum in l. Finali. ff. de alienatio Iudicii causa facta. Si quis, inquit, iudicii communi diuidundo euitandi causa rem alienauerit, lex lege Licina interdicitur ei, ne communi diuidundo iudicio experiatur. Hactenus Martianus.

LVD. CHAR.

Hanc legem Liciniam, à L. Licinio Crasso & Q. Mutio Scæuola latam fuisse, antiquitatis Romanæ fragmenta testantur, ex quibus constat Scæuolam inter cæteras leges, quas Cōsul cum Crasso tulit, de communi diuidundo statuisse.

LEX LECTORIA De Circunscriptione adolescentum.

L Ectoria lex eum, qui adolescentem, aut furiosum, quique suę authoritatis iurisque nō esset, circunscripsisset, fraude dolove malo, iudicio publico persequebatur. Iubebat etiam huiusmodi personis Curatores dari. Cicero libro tertio de Diuinatione. Inde tot Iudicia de Fide mala, Tutelæ, Mandati, pro socio, fiduciæ, reliqua quæ ex empto, aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem sunt. Inde iudicium publicum rei priuatæ lege Lectoria. Idem libro tertio Officiorum. Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt Tutela 12. Tabulis, Circunscriptio adolescentum lege Lectoria, & sine lege Iudiciis, in quibus ex fide bona agitur. Item Capitolinus in Antonino Philosopho: De Curatoribus verò, cùm antè non nisi ex lege Lectoria vel propter lasciuiam, vel propter dementiam darentur, statuit, vt omnes adulti curatores acciperent non redditis causis. Hanc legem Alciatus nunquam sine summi honoris præfatione à nobis nominandus, Quinam vicenariam apud Plautum in Pseudolo in persona Calidori adolescentis, dici putat: quem vide libro sexto parergon Iuris ciuilis, cap. 16. Legem autem tulit Q. Lectorius.

LEX MANILIA.

L Ege Manilia quæstio constituta est bello Iugurthino in eos, qui pecunias à rege accepissent. Salustius de bello Iugurthino: Interea Romæ, inquit, Bracchus Manilius Lemetanus Trib. pleb. rogationem ad populum promulgat, vt quæreretur in eos, quorum consilio Iugurtha Senatus decreta neglexisset, quive ab eo in legationibus & Imperiis pecunias accepissent, qui elephantos, quique perfugas tradidissent, itemque qui de pace & bello cum hostibus pactiones fecissent. Ad hanc quæstionem exercendam constituti erant tres Quæsitores, inter quos fuit M. Aemilius Scaurus, qui quamuis & ipse huic crimini affinis esset, artificio tamen quodam perfecerat, vt non solùm inter reos nō reciperetur, sed etiam Quæsitor ipse ac iudex in alios iudiciū exerceret. Quæstione autem hac publica condemnati sunt quatuor Consulares viri, atque vnus Sacerdos C. Sulpitius Galba. Consulares autem fuerunt L. Calphurnius Bestia, C. Portius Cato, Sp. Albinus, L. Opimius, qui C. Gracchum interfici curauerat: quam ob causam potissimùm à Gracchanis iudicibus, ideſt Equitibus è ciuitate sublatus est, cùm antea à populo, accusante Q. Decio Trib. pleb. quòd indemnatos ciues in carcerem coniecisset, absolutus esset, vt scribunt Florus libro sexagesimo & Cic. in Bruto. Hæc autem lex inuidiosa admodum nobilitatis potentiam vehementer afflixit, tumque primum plebs iacentibus nobilibus, nouos homines ambitiosos atque cupidos ad honores euehere cœpit, ex quo paulò pòst atrox bellum ciuile sequutum est, in quo magna parte nobilitatis extincta, ipsi tandem nobiles duce Sylla vicerunt, populusque & præsertim Equester ordo malè consultorum pœnas acerbissimas dedit.

LEX MANILIA De Bello Mithridatico.

H Ac autem lege Manilia belli Mithridatici cura Cn. Pompeio Magno demandata est, reluctantibus patribus, plebe verò omnibus viribus annitente. Mouebat autem Patres L. Luculli authoritas, qui ea tempestate fęliciter hoc bellum gerebat, & penè confecerat: quem à reliquiis belli abstrahi, eiusque consummati laude & gloria fraudari iniquum censebant. Plebem autem agitabant cùm innata leuitas, tum odium Luculli, fauorque erga Pompeium. Tulit igitur legem Manilius Tribun. pleb. quem Paterculus semper venalem atque alienæ ministrum potentiæ fuisse scribit. Legem autem suasit Cicero Prætor oratione amplissima, in qua simul & magnitudinem difficultatemque belli demonstrat, & Pompeium magnis laudibus ornat. Hæc autem acta sunt L. Volcatio, M. Lepido consulibus. Salubris verò Reipub. rogatio Manilia fuit: Nam eo bello singulari Pompeii fœlicitate ac virtute Mithridates omnibus rebus exutus, filii sui scelere mortem sibi afferre conatus est, populoque Romano vectigalia antiqua omnia restituta, ac noua insuper adiecta sunt. De qua re plura scribunt historici. Appianus in Mithridatico. Meminit autem huius legis Quint. libro secundo, his verbis: Nec me fallit eas quoque leges esse, quę non in perpetuum rogentur, sed de Honoribus, aut Imperiis, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio est.

LEX MANILIA De Suffragiis Libertinorum.

H Anc legem, authore Pediano, idem Manilius tulit, ipsis Cō pitalibus post pauculos dies quàm tribunatum inierat: Vt autem ratio ipsius legis plenius percipiatur, pauca de Libertini

Ordinis

Source : BIU Cujas

Ordinis ſuffragiis dicemus. Cùm igitur Romæ trigintaquinque Tribus eſſent, in quas vniuerſus Popul. Roma. diſtributus erat, Libertini ex inſtituto Seruij Tullij in quatuor tantùm Vrbanis Tribubus ſuffragia ferebant, cùm Ruſticæ propriè ingenuorum eſſent, vt inquit Plinius, Multoque tempore nemo libertinus in tribu Ruſtica cenſus fuit præter Vindicium, cui ob coniurationem Aquiliorum detectam, optio à P. Valerio Conſule data eſt, vt in qua tribu vellet ſuffragium ferret, vt ſcribit Plutarchus in vita Publicolæ. Ipſi deinde Cenſores, ad quorum curam hæc pertinebant, maxima opera hoc egerunt, ne libertini Ruſticis tribubus immiſcerentur. Appius autem Claudius, cùm in Cenſura, quas ſperauerat in Senatu opes non eſſet conſecutus, ad humillimam plebem ſe contulit, ac libertinos in omnes tribus diſtribuit, nonnullos etiam in Senatum allegit, quamuis eam lectionem ratam nemo habuerit. Hi autem cùm & multi eſſent, ac aſſiduè in foro verſarētur, cùm in aliis vrbanis actionibus, tum verò in comitiis planè dominabantur, ſtatumque ciuitatis turbabant, mandando infimis quibuſque honores: quippe opera illorum Cn. ille Flauius & ipſe libertini generis ad ædilitatem ſumma cum Nobilitatis indignatione peruenerat. Ipſa verò plebs ingenua agriculturæ operam nauabat, nec intereſſe omnibus ciuilibus negotijs poterat: ita fiebat, vt omnia quæ per populum agebantur, forenſis illa factio ageret. Quæ res cùm totius reipublicæ faciem turpitudine quadam deformaret, Qu. Fabius Rutilianus Cenſor libertinos omnes in quatuor Vrbanas Tribus, in quibus antea fuerant, coniecit. Et Liuius quidem Vrbanarū Tribuum nomen tum primùm emerſiſſe ſcribit. Dionyſius autem Halicarnaſſeus author ipſo Liuio haud paulò diligentior, Quatuor illas Seruium Tullium inſtituiſſe tradit, quem nos libentius ſumus ſecuti. Sæpe poſtea libertini, cùm ſe Ruſticis tribubus infudiſſent, inde emoti ſunt. Cæterùm L. Cornelius Cinna Coss. pulſus per diſſenſionem ciuilem ab Octauio collega, Libertinis pollicitus eſt, ſi ad recuperandam dignitatem ſuam auxilio eorū adiutus eſſet, diſtributurum ſe eos in trigintaquinque Tribus: & paulò pòſt occupata vrbe, quod promiſerat præſtitit, cuius rei Appianus & Florus authores ſunt. Improbata autem poſt victoriam nobilitatis Cinnæ tyrannide, actisque eius reſciſſis, etiam libertinis Cinnæ beneficium ereptum eſt. Nec quiſquam deinde cauſam eorum recepiſſe traditur, præter hunc Cn. Manlium, qui Libertinorum ac ſeruorum manu ſubnixus, perditiſſimam legē tulit, vt libertinis in omnibus tribubus ſuffragium eſſet, idq; per tumultum egit, & cliuum Capitolinum obſedit. Hunc autem cę tum L. Domitius Aenobarbus Quæſtor perrupit, atque diſiecit, & quibuſdam Manlianis interfectis, Libertinos omnes, ipſumq; Manilium à ſpe ferendæ legis remouit. Hęc legis Maniliæ ſententia fuit, de qua & Cicero pro Milone loquitur.

LEX MARIA De Pontibus.

HAec lex ad coercendum Ambitum, Pontes anguſtiores fecit, vt dicit Cicero libro tertio de Legibus. Erant autem Põtes in campo Martio, per quos ſuffragia ferebantur, vt colligitur ex Cicerone libro primo ad Herennium, vbi de Conſtitutione diffinitiua tractat, & ex Suetonio in Cęſare, vbi dicit coniuratos in animo habuiſſe Cæſarem in campo per comitia tribus ad ſuffragia vocantem, diuiſis partibus è ponte deiicere, atque exceptum trucidare. A quo autem Mario, Prætorenè, an conſule vij. lata ſit hæc lex non magni momenti, affirmare non poſſum.

LVD. CHAR.

C. Marius trib. plebis legem de ſuffragijs, vt Plutarchus ait, Cotta Conſ. & pleriſque aliis nobilibus repugnantibus tulit: ea pontes anguſtos fieri ſanxit, nequis ad rogandum populum ſubire poſſet. Itaque & in comitiis legum, quæ in foro fiebant, & in comitiis magiſtratuum, quæ in campo Martio, pontes quidam leuiter fieri ſolebant, quos populus Romanus ſuffragium laturus tranſgrediebatur: vnde ortum eſt illud prouerbium, ſexagenarios de ponte deiici: cuius Cicero in oratione pro Sex. Roſcio meminit, & M. Varro apud Nonium Marcellū. Quum (inquit) in quintum gradum peruenerant, atque habebant ſexaginta annos: tum denique à publicis negotiis liberi atque otioſi: ideo in prouerbium quidam putāt veniſſe, vt diceretur ſexagenarios de ponte deiici oportere, ideſt, quòd ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebant. Ex quo & ſenes depontani dicebantur. Rationem Ouidius in quinto Faſtorum & Sex. Pompeius Feſtus explicant: huius locum, quia in vulgaribus libris corruptus reſtituendus eſt, referre ſtatui. In dictione ſcraptæ, poſtquàm oſtendit quę mulieres ita dicerentur, ſubiicit, quod certè ex manu ſcripto codice diſtinguendum eſt: & ita legēdum. Sexagenarios de ponte deiici quidam putant, quòd per flumen & maria in patriā remitterentur. Sunt qui dicant poſt vrbem à Gallis liberatam, ob inopiam cibatus, cęptos ſexaginta annorum homines iaci in Tiberim: ex quo numero vnus, filii pietate occultatus, ſępe profuerit patriæ conſilio ſub perſona filij: id vt fuit cognitum, ei iueni eſſe ignotum, & ſexagenariis vitam conceſſam. Latebras autem illas, quibus arcuerit ſenem, ideſt cohibuerit & cælauerit, ſanctitate dignas eſſe viſas, ideoque arcæa appellata. Sed exploratiſſimum illud eſt cauſæ, quo tempore primùm per pontem cœperunt comitiis ſuffragium ferre iuniores, conclamauere, vt de ponte deiicerentur ſexagenarii, quia iam nullo publico munere fungerentur, vt ipſi potius ſibi, quàm illi deligerent imperium. Cuius ſententiæ eſt etiam Sicinius Capito. Vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmauit Afranius in repudiato. Hactenus Feſtus. Hanc verò à nobis reſtitutam lectionem audio non multùm diſſidere ab ea quam Petrus Victorius vir omnium iudicio doctiſſimus ex Politiani libro deſcripſit.

LEX MARIA De Moneta.

MAria lege ratio Nummaria conſtituta eſt, quæ eo tempore ita varia erat, vt homines quid haberent, ignorarent. Cicero libro tertio de Officiis: Ne Marius quidem Gratidianus officio boni viri functus eſt, tunc cùm Prætor eſſet, collegiumque Prætorum Tribuni plebis adhibuiſſent, vt res Nummaria de cōmuni ſententia conſtitueretur. Iactabatur enim temporibus illis numerus ſic, vt nemo ſcire poſſet, quid haberet. Conſcripſerunt communiter Edictum cum pęna & iudicio, conſtituerunt-que, vt omnes ſimul poſt meridiem in roſtra deſcenderent, & cæteri quidem alius aliò. Marius à ſubſelliis in roſtra rectà, & quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit. Quod autem Cicero hic Edictum dicit, Plinius legem vocat libro triceſimo tertio capite nono, de Denario loquens: Alii, inquit, è pondere ſubtrahunt, cùm ſit iuſtum octoginta quatuor è libris ſignari. Igitur ars facta Denarios probare, tam iucunda lege plebi, vt Mario Gratidiano vicatim totas ſtatuas dicarit. Ad has autem ſtatuas etiam thus & cerei adhibiti ſunt, quo modo diis ſupplicabatur. Huius rei authores ſunt Cicero, & Seneca libro tertio de Ira. Hic eſt ille Marius Gratidianus, cuius caput Catilina per vrbem tulit, quod ei inuidioſiſſimè obiicit Cicero.

LEX MEMMIA De Calumniatoribus.

MEmmia lege Calumniatoribus pœna conſtituta erat. Calumniantur autem, qui falſas accuſationes inſtituunt, fraude dolove malo. Cicero pro Roſcio Amerino: Ita tamen te quę ſtus cupidum eſſe oportebat, vt horum exiſtimationem & legē Memmiam putares aliquid valere oportere. Vlpianus in l. j. ff. ad Senatuſconſultum Turpilianum. Calumniatoribus, inquit, pœna lege Memmia irrogatur: ſed non vtiq; qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur. Papinianus etiam in leg. Quæſitum. ff. de Teſtibus, ait, eos qui in publicis iudicijs calumniæ damnati ſint, poſtea in iudicio publico teſtimonium dicere non prohiberi Lege Memmia. Cautum etiam erat hac lege, vt abſentes reip. cauſa iudicium ſubire non cogerentur. Valerius libro tertio. Contra M. Antonius ille diſertus Quæſtor proficiſcens in Aſiam Brunduſium iam peruenerat, vbi literis certior factus, Inceſti ſe poſtulatum apud L. Craſſum Prætorem, cuius Tribunal propter nimiam ſeueritatem ſcopulus reorum diceba tur, cùm id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum qui reipublicæ cauſa abeſſent recipi nomina vetabat, in vrbem tamen recurrit. Hæc lex in libris Iuris ciuilis duobus in locis falsò legitur Rhemnia pro Memmia. Quis enim vnquam apud Romanos nominis alicuius Rhemnius fuit, à quo lex denominationem haberet? Cùm contra Memmii & honoribus ſummis functi, & apud Hiſtoricos & Oratores celebres ſint. Præterea cùm hæc lex cùm apud Ciceronem tum apud Valerium incorruptè ac rectè legatur, nemo vel mediocri iudicio preditus dubitabit, quin in duobus illis locis ſuprà productis non Rhemnia ſed Mēmia legendum ſit. Vnde magis miror, quoſdam Ciceronis Interpretes locum illum pro Roſcio ex liberis legum conatos emendare, nulla nec probabili nec veriſimili ratione appoſita.

LEX MENIA De authoritate Patrum.

HAec lex de minuenda authoritate Senatus lata eſt. Authoritatem autem non voco opinionem grauitatis, prudētiæ, aç magnitudinis cuiuſdam, quam in magnis ac claris viris eſſe credimus: ſed conſenſum maioris vel prudentioris alicuius, ſine quo res à nobis actæ ipſo iure nihil valent. Hinc vocabant anti qui Auctores mulierum, ſine quorum conſenſu, quæcunq; egiſſent mulieres rata non erant, vt ſcribunt Liuius libro 37. & Cicero pro Flacco, & A. Cæcina. Quid autem ſit Authorem fieri, tradit Paulus in l. Etiam ſi. ff. de authoritate & conſenſu Tutorum. Etiamſi, inquit, non interrogatus Tutor author fuerit: valet authoritas eius, cùm ſe id probare dicit, quod agitur: hoc eſt enim Authorem fieri. Antiquitus igitur id iuris Patres habebant, vt tū demum rata eſſent quæ populus iuſſerat, ſi Patres authores fierent, ideſt, cùm rem factam probarent. Liuius libro ſexto. Et ne is quidem finis certaminum fuit: quia Patricii ſe authores fore negabant.

Source : BIU Cujas

gabant. Et Victorinus ait, sine authoritate & consensu Senatus nullam legem olim ferri potuisse. Cùm autem sæpe fieret, vt Patres rerum à populo decretarum authores fieri nollent, lata est lex Menia, quem ita moderati sunt latores, vt Patribus authoritas quidem relinqueretur, sed eneruata planè ac inutilis. Cùm enim antea post latum suffragium authoritas Patrum requireretur, sanxit legislator, vt ante initum suffragium authores fierent eius rei, quam populus iussurus erat: ita fiebat, vt quicquid populus iussisset, ex authoritate Patrum actum videretur. Liuius libro primo: Decreuerunt enim, vt cùm populus regem iussisset, id sic ratum esset, si authores Patres fierent: hodieque in magistratib. legibusque rogandis vsurpatur idem ius vi ademptum priusquã populus suffragium ineat, in incertum comitiorum euentum Patres authores fiant. Et Cicero pro Plancio: Nam si ita esset, vt quod Patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, vt reprehensores essent comitiorum, id haberent Iudices, quod etiã vel minus est ferendum: Tum enim magistratum non gerebat is qui ceperat, si Patres authores non erant facti: nũc postulatur à vobis, vt eius exilio qui creatus sit, iudicium Pop. Rom. reprehendatis. Hinc est quòd Salustius in oratione Macri Trib. pleb. dicit. Libera, inquit, ab authoribus Patritiis suffragia maiores vestri parauerunt. Hanc autem legem à Trib. ple. Menio latam fuisse arbitror, cùm etiam antea in eadẽ potestate M. Curius Patres authores fieri coegisset. Plinius de viris illustribus de Curio loquens: Trib. pl. Patres authores fieri coegit comitiis, quibus plebeius magistratus creabatur. Item Cicero in Bruto. M. Curium quòd is Trib. pl. Appio Cæco diserto homine comitia contra leges habente, cùm de plebe Consulem non accipiebat. Patres antea authores fieri coegit: qd fuerit permagnum lege Menia nondum lata. Hac igitur ratione Patribus adempta est authoritas, quam iis Romulus, vt scribit Dionysius, tradiderat, quamuis sub specie quadam vsuparetur. Quare quidam, dum superiorem locum Liuij interpretantur, falsò existimarunt Liuium de Cæsaribus loqui, qui Patribus antiquum illud authoritatis ius vi ademissent, cùm iamdudum lege hac Menia ablatum fuisset.

LVD. CHAR.

Quæ Patrum authoritas fuerit, præclarè Cicero prima Philippica ostendit, cùm reprehẽsum à Tribunis T. Iuuentium Taluã Prætorem fuisse dicit, quòd nouo maloque exemplo, non consulto Senatu, nec certioribus factis Coss. de sua vnius sententia rogationem promulgasset, vellentiuberent ne Rhodiis bellum indici: cùm antea semper de bello consuleretur senatus, deinde ad populum ferretur. Et Liuius libro 5. quartæ decadis scribit in Sempronium Trib. ple. authoritate Patrum populum rogasse, ipsumque sciuisse vt cum socijs & nomine Latino, pecuniæ creditæ idem quod cum ciuibus Rom. ius esset.

LEX METELLA.

HAec lex nõ ita multùm ad statum reipub. pertinuit, sed magis ad Fullones. Plinius lib. 35. cap. 17. vbi de creta loquitur, qua vestes poliuntur: Vmbrica, inquit, non nisi poliendis vestib. assumitur. Neque enim pigebit hanc quoque partem attingere, cùm lex Metella extet Fullonibus dicta, quam C. Flaminius & L. Aemilius Censores dedere ad populum ferendam, adeo omnia maioribus curæ fuerunt. Ex his constat hanc legem de ratione poliendarum vestium Fullonibus datam, quam ex præcepto & voluntate Censorum, Metellus tulit ad populum, vnde lex Metella dicitur.

LEX OPPIA De mundo muliebri.

HAnc legem ad coercẽdam mulierum luxuriam tulit C. Oppius Trib. pl. Qu. Fabio Maximo, Tib. Sempronio Gracchо Consulibus in medio rigore belli Punici Secundi: Ne qua mulier plus semiuncia auri haberet, neu vestimento versicolori veteretur, neve iũcto vehiculo in vrbe oppidòve, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa veheretur. Post hęc autem cùm quieta à bellis tam ancipitibus esset resp. M. Fundanius & L. Valerius Trib. ple. de Oppia lege abroganda ad populum tulerunt. Dixit pro lege M. Portius Cato Consul, rursus contra legem Tribunus L. Valerius. quorum orationes disertæ sanè atq; vehementes apud Liuium extant. Lex autem populi iussu, ingenti fœminarum gaudio antiquata, est vicesimo anno quàm lata erat: author huius rei Liuius lib. 37.

LEX PAPYRIA De Sacrandis agris.

ANtiqua consuetudo in rep. Romana fuit, vt consecrarentur ædes, quæ Sacrę appellantur: agri prętereа de hostibus capti, cuiusmodi fuit ager Carthaginensis, vt scribit Cicero cõtra Rullum. Campus etiam Martius expulsis regibus sacratus fuit, authore Liuio lib. 2. Sacrabantur prętereа araæ, quæ religionem loco afferrent, in quo erant consecratę, vt ara Martis in campo Martio, vt tradit Liuius lib. 39. Prohibuit igitur lex Papyria iniussu populi, ædes, terram, aramve consecrare. Hanc autem legem malè intellexit P. Clodius, qui putauit iussu populi etiam priuatorum ciuium ædes consecrari, eaque ratione possessoribus auferri posse, vt scribit Cicero pro domo sua ad Pontifices. Tulit autem legẽ Qu. Papyrius Trib. pleb. sed quo tempore, incertum. Agri autem qui consecrabantur in nullius bonis erant ex iure Romano, quẽadmodum & ciuitates, si in iis aratrum ductum esset, quod passa est Carthago, omnia iura ciuitatum quasi morte habere desinebant, authore Modestino in l. Si vsufructus. ff. quibus modis vsufructus vel vsus amittatur. Ad hanc consuetudinem etiam alludit Horatius Carminum lib. 1. Ode 16.

Iræ Thyesten exitio graui
Strauere, & altis turribus vltimæ
Stetere causæ, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Fuit igitur, vt Acron inquit, eadem consuetudo & condendis & euertendis ciuitatibus. Aratrum enim, cùm conderentur vrbes, duci consueuisse ex Virgilio, & Plutharco in vita Romuli, itemque Cicerone Philippica 2. notius est, quàm vt hic diu sit immorandum. Antiquum autem illum morem in euertendis vrbibus retulisse videtur fortissimus sapientissimusq; princeps Fridericus Aenobarbus Augustus, qui Mediolanum captum euersumque aratro vertit: vt ostenderet omnia ciuitatis iura inde penitus sublata. Idem in Brixiam & Bononiam statuisse Henricum scribunt, Bartolus in l. aut facta. §. Nonnunquam. ff. de pœnis, & Panormitanus in c. Dilectus. extra de Simonia.

LEX PAPYRIA De Nexis.

EX iure xij. tabularum constitutum olim fuit, vt debitores, si soluendo non essent, creditori sese nexum dare cogerentur, vt miser scilicet debitor, quod in ære non haberet, lueret in corpore. Erat autem nexorum miserrima conditio, cùm ad omnes iniurias contumeliasque creditorum expositi essent, & catenis constricti, multis laboribus quasi serui attererent. Hoc igitur ius ad extremum ob L. Papyrii fœneratoris singularem libidinem ac crudelitatem esse desiit. Is cùm C. Publium ætate formaq; præstantem adolescentem, qui se ei ob æs alienum paternum nexũ dederat, de turpissimo obsequio appellare ausus fuisset, atq; adolescens ingenuitatis magis, quàm præsentis fortunæ memor, impudicum ac incestum sermonem, non solùm animo, sed neauribus quidem reciperet, indignatus fœnerator tergũ iuuenis verberibus lacerauit. Quæ indignitas cùm in populum vociferante adolescente emanasset, ingens concursus factus est: ibi ob repentinum tumultum conuocato Senatu, negotium Consulibus L. Papyrio, & C. Petilio datum est, vt legem ad populum ferrent: Ne quis nisi qui noxam meruisset, donec pœnam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur. Pecuniæ debitæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Ita nexi soluti, cautumque in posterum ne necterentur. Author Liuius lib. 8.

LEX PAPYRIA De Refectione Trib. pleb.

C. Papyrius Carbo Trib. ple. rogationem tulit, vt eũdem trib. pleb. quoties quidem vellet creari liceret, quod multis legibus vetitum erat. Rogationem Carbonis disertissimi ciuitatis, atque in his etiam C. Lælius & P. Africanus dissuaserunt, in qua et oratione P. Africanus dixit, Tib. Gracchum iure cæsum videri. Suasit contra Rogationem C. Gracchus, sed Scipio obtinuit, lexque admodum popularis visa, suffragiis populi repudiata est. Cuius rei authores sunt Florus lib. 59. & Cicero in Lælio. Hic est ille C. Carbo homo seditiosus, qui eidem illi Scipioni vim attulisse existimatus est, authore Cicerone libro secundo epistolarum ad Qu. Fratem. Et cùm deinde à L. Crasso oratore pręstantissimo accusatus fuisset, diffidens causę suę Cantharidas sumpsisse dicitur, vt scribit idem Cicero lib. 6. epistolarum ad Papyrium Pætum.

LEX PAPYRIA Monetaria.

ASses, quibus olim Po. Rom. vtebatur, vario & diuerso ponderе percussi sunt, pro ratione temporum, statuque reip. Cæterùm post bellum Punicum primum Asses Semunciales facti sunt lege Papyria, vt tradit Plinius lib. 33. cap. 3. Quis autem ex gente Papyria hanc legem tulerit, non traditur.

LEX PEDIA.

LEge Pedia, quam Consul Pedius collega Cæsaris Octauiani tulit, omnibus qui Cæsarem patrem interfecerant damnatis, aqua

Source : BIU Cujas

aqua & igni interdictum eſt. Ex his autem præcipui fuerunt, M. & D. Bruti, C Caſſius, Sulpitius Galba, Tullius Cimber, C. Trebonius, Seruilii duo cognomento Caſcæ, & multi alii, qui diuerſis modis, omnes tamen mox miſerè periere. Cõſul autem Pedius edita proſcriptione Triumurali, cùm in vrbe tumultus ac conſternatio orta eſſet, Vrbem circumiens, ac laboribus ſolicitudineque confectus, interiit, authore Appiano, libro quarto bellorum ciuilium. Meminit huius legis Suetonius in Nerone & Galba.

LEX PETILIA De Peculatu.

PEtilia lege Peculatus quæſtio conſtituta eſt in eos, qui pecuniam ex præda bello Aſiatico, quod cum rege Antiocho geſtum eſt, interueniſſe inſimulabantur. Hoc autem maximè pertinebat ad L. Scipionem, qui bellum illud Conſul geſſerat, atque ad Legatos eius, Quæſtoresque. In omnes præterea, qui peruniam publicam ad ſuos vſus auerterant, Terentio Culeoni Prætori quoad in magiſtratu fuit, Quæſtio mandata eſt. Vnde Liuius libro triceſimonono ſcribit Cn. Manlium Volſonem ſerius triumphaſſe, ne Qu. Terentio Prętore cauſam lege Petilia diceret. Pœna autem legis erat, vt lite æſtimata, ſi pecunia iudicata ex damnati bonis redigi non poſſet, duceretur reus iuſſu Quæſitoris in vincula, ibique ad finem vſque vitæ eſſet. Deinde poſt mortem nudus ante carcerem proiiceretur. De qua re plura ſcribit Liuius libro triceſimo octauo.

LEX PETRONIA.

QVa dere principaliter hæc lex lata ſit, affirmare non auſim: duo tamen ea cauta fuiſſe inueni. Primò, Ne dominis poteſtas eſſet ad beſtias depugnandas ſuo arbitratu ſeruos tradere. leg. Circuncidere digeſtis ad legem Corneliam de Sicariis. Secundò, vt ei, qui iure viri delatum adulterium non peregiſſet, nunquam poſtea deferre hoc crimen permitteretur. leg. Abolitionem. Codic. ad legem Iuliam de adulteriis, & ſtupris.

LVD. CHAR.

Lata eſt hęc lex Petronia, à Petronio quodam tribuno plebis, ex decreto & conſilio Senatus, vt reſcripſerunt Valerian. & Gallien. AA. in d. l. Abolitionem.

LEX POMPEIA DE IVRE Coloniarum.

COlonias olim Romani ad exemplum Græcorum plurimas in varia loca deduxerunt, quæ eſſent ceu propugnacula Imperij, atque reipub. Romanæ quaſi effigies quædam & ſimulachra. Hæ autem coloniæ duorum generum fuerunt. Nam aliæ Romanæ, aliæ Latinæ dicebantur, propter iuris diuerſitatem. Nam Romanæ coloniæ ciuium Romanorum erant, quibus ius ciuitatis non minus ac iis qui in vrbe habitabant, integrum erat. Latinæ autem Coloniæ, tametſi & ipſæ à Romanis, & ex Romanis conſtituerentur, non tamen ſimul ac deductæ erant, Romanorum ciuium iure, ſed Sociorum, id eſt, Latinorum iure vtebantur. Ex iure enim Romano ita comparatum erat, vt ciues Romani in Latinam Coloniam nomina dediſſent, vel ſua voluntate, vel metu mulctæ, aut pœnæ alicuius, ipſi Latini iuris fierent, ciuitatemque amitterent. Qui erant rerum capitalium damnati, in Colonias Latinas, vt ſcribit Polybius vt Præneſte, Tybur, Neapolim exules proficiſcebantur. Cuius rei author eſt Cicero pro Domo ſua ad Pontifices, & pro A. Cecinna. Si autem Latini in Coloniam Romanam eſſent profecti, ciues Romani propterea non fiebant, ſed Latini iuris erant, vt ſcribit Liuius libro triceſimo quarto, de Ferentinatibus. Huiuſmodi igitur diſcrimen inter Latinas, & Romanas Colonias fuit. Cæterùm poſtquam Latinis, id eſt, Sociis ciuitas data eſt lege, vt diximus, Iulia, cęperunt Latini omnes, qui in Latio erant, & plerique Itali ciuitatis iure vti, à quo tamen excluſæ erant Tranſpadanæ Coloniæ, quæque extra Italiam finitimæ Pado in agro Gallico erant conſtitutæ, vt Ariminum, & reliquæ. His igitur Cn. Pompeius Strabo Conſul lata lege idem ius dedit, quod Latinis, ideſt, vt Aſconius inquit, vt petendi magiſtratus gratia ciuitatem Romanam adipiſcerentur, & hæreditates à Pop. Roma. capere, reliquoque iure Romanorum ciuium vti poſſent. Has ego duodecim Colonias fuiſſe puto, de quibus Cicero pro Cecinna loquitur. Fuit autem Cn. Pompeius Conſul anno poſt L. Cæſarem, qui Sociis ciuitatem dedit. Erant & aliæ Latinæ Coloniæ per Gallias, Hiſpaniasque, & Cæteris orbis Romani partibus, quæ Ciuitatem non habebant. Quare Sueronius ſcribit Cæſarem Colonias Latinas de petenda ciuitate agitãtes adiiſſe. & aliquid vtique effecturum fuiſſe, niſi Conſules conſcriptas in Ciliciam legiones ob id ipſum retinuiſſent. Lex igitur Pompeia ad ſolos Tranſpadanos pertinuit.

LEX POMPEIA Parricidij.

SVperioris Pompei filius Cn. cognomento Magnus, princeps ſuo tempore in repub. cùm authoritate, tum opibus, aliquot & ipſe leges tulit, ex quibus pleræque poſt ruinam viri illius interciderunt. Inter eas autem, quæ remanſerunt, eſt ea, quæ in parricidas lata eſt. Et conditor quidem vrbis Romulus interrogatus aliquãdo, Quid ita nihil de his ſanxiſſet, qui parentibus vim mortiferam intuliſſent: Reſpondit, Se non credere quenquam ad tãtam dementiam peruenire poſſe, & propterea lata lege admonere homines facinoris inuſitati noluiſſe. Idem Cicero Solonem reſpondiſſe dicit in oratione pro Sex. Roſcio. Sed nihil tam aut natura ſanctum, aut legibus munitum eſt, ad quod prophanandum euertendumque humana audacia non aſpiret. Nam vt ait Plutarchus, poſt annum vrbis conditæ ſexcenteſimum L. Oſtius patrem occidit. Deinde P. Malleolus poſt bellum Cimbricum C. Mario, L. Valerio Flacco Coſſ. matrem interemit, iſque primus culeo inſutus, ac in mare præcipitatus eſt. Poſtea de Parricidiis quæſtionem conſtituit Sylla, vt author eſt Pomponius, quam deinde Pompeius emendauit, nouamque de iis legem tulit, qua cautum fuit, Vt non ſolùm qui patrem aut matrem, ſed etiam qui cognatos aut patronos necaſſent, parricidij tenerentur. § Item. leg. Hos accuſare. digeſt. de accuſationibus & inſcriptionibus. Pœna autem legis Pompeiæ de Parricidio duplex fuit. Nam qui perſonam aliquam extra patrem aut matrem, auum aut auiam occidiſſet, pœna legis Cornelię, vt ſcribit Martianus, de Sicariis tenebatur. Qui autem patrem vel matrem, aut ex aſcendentibus aliquem necaſſet, ea pœna, quæ more maiorum conſtituta erat, adficiebatur. Ea huiuſmodi fuit. Iudicato ſtatim folliculo lupino os obuoluebatur, & ſoleæ ligneæ pedibus inducebantur, deinde in carcerem vſque ad ſupplicii ſumendi tempus coniiciebatur. Productus deinde, virgisque primùm ſanguineis verberatus, culeo inſuebatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia: poſtea in mare profundum culeus iactabatur, aut ſi mare propinquum non eſſet, in profluentem, vt ſcribunt Cicero lib. 2. ad Herennium, & Modeſtinus in leg. fina. ff. ad legem Pompeiam Parricidii. Huius autem ſupplicii vim atque atrocitatem pulcherrimè deſcribit Cicero pro Roſcio Amerino: Quid enim tam commune, quàm ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus iectis? Ita viuunt dum poſſunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur vt eorum oſſa terram non tangant, ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur: ita poſtremò eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. Hac pœna niſi confeſſi non adficiuntur. Vnde Suetonius ſcribit Auguſtum mitiſſimum principem quendam manifeſti parricidij reum ita interrogaſſe: Certè patrem tuum non occidiſti. Exercebatur autem hæc lex cum pœna non ſolùm in vrbe, ſed etiam in prouinciis, vt apparet ex epiſtolis Ciceronis ad Qu. fratrem. Hoc genus ſupplicii primus inuenit Tarquinius rex, qui M. Tullium Duumuirum, quòd librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem cuſtodiæ ſuæ commiſſum corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abiici iuſſit, vt tradunt Valerius Max. lib. 1. c. 1. & Dionyſius lib. 3.

LEX POMPEIA, Quæ Bithynis data eſt.

BIthynia Prouincia populi Romani Mithridatico bello vel maximè appetita & vexata eſt, vnde magnus legum vel interitus vel contemptus conſecutus eſt. Quare compoſito Orientis ſtatu Pompeius Bithynis legem conſcripſit, quæ maximè ad normam Romanæ conſuetudinis adaptata erat. Legis varia capita fuerunt, Ne quis ſcilicet caperet magiſtratum, nè ve eſſet in ſenatu minor annis triginta, vtque qui magiſtratum cepiſſet, in Senatu eſſet. Huic capiti poſtea derogauit edictum D. Auguſti, quo permiſerat minores magiſtratus ab annis duobus & viginti capere. Cautũ etiam erat, Ne quid Decuriones, qui in Bulen vel Curiam à Cenſoribus legebantur, pro introitu darent, quam pecuniam olim Honorarium Decurionatus vocabant. Sed deinde etiam ab hoc capite receſſum eſt, cùm ij quos Imperatores ex indulgentia ciuitatibus ſupra legitimum numerũ permittebant, & ſingula millia denariorum, & bina inferrent, quod deinde ẽt ad eos, qui inter ordinarios & legitimos legebantur, tranſlatum eſt. Præterea permiſſum erat Bithynicis ciuitatibus, adſcribere ſibi quos vellent ciues, dum ciuitatis non eſſent alienæ, ſed ſuarum quiſq; matrum ciuitatum, quæ eſſent in Bithynia. Hæc pars legis conſenſu quodã exoleuit. Quare Traianus per reſcriptum ad Plinii Bithyniæ Procos. iuſſit legẽ Põpeiã in poſterũ obſeruari de ijs aũt q̃ antè acta erãt, nihil mutari voluit, ne quincię tranquillitas

qllitas cõcuteretur. Postremò certæ causæ scriptæ erant, pp quas Senatores à Cẽsoribus ordine mouerentur. Hac autem lege etiã finitimi Bithyniorum Pontici vtebantur, vt plenissimè scribit Pli. lib. 10. epistolarum ad Traianum. Plures præterea Pompeius Magnus leges tulit, in quibus etiam vnam de Iure magistratuũ, qua inter alia etiam hoc statuebatur, vt absentes à petitione honorum submouerentur, vt author est Suetonius in Cæsare. Plinius etiam de lege Pompeia loquitur lib. 3. cap. 20.

LEX PORTIA De iure Ciuium Romanorum.

TRes leges apud antiquos de libertate ciuium Romanorum latæ sunt. Prima Valeria, quæ ter ab eadem familia repetita est. Causa innouandæ sæpius haud alia fuit, quàm quòd plus paucorum opes, quàm libertas plebis poterant. Iubebat autem lex Valeria: NE QVIS, qui prouocasset, virgis cæderetur, aut securi necaretur: si quis aduersus ea feciſſet, nihil vltrà, quàm improbè factum videri, adiecit: id, qui tum pudor erat, visum vinculum satis validum legi.

Post hanc lata est lex Portia efficacior multò quàm superior: graui enim pœna sanxit, si quis verberasset, necassetvè ciuem Romanorum, vt inquit Liuius libro decimo. Hinc Cicero pro Rabirio perduellionis reo: Portia, inquit, lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit. Portia lex libertatem ciuium lictori eripuit. Et Saluſtius Ciceroni grauiter obiicit, quòd ciues Romanos Catilinæ socios in dicta causa contra legem Portiam necasset.

Sequitur legem Portiam Sempronia, qua cautum fuit, vt inquit Cicero pro Rabirio perduellionis reo, & Plutarchus in Gracchis, Ne de capite ciuium Romanorum iniussu populi iudicaretur: qui iudicasset, vti in eum populi animaduersio esset. Meminit huius legis Cicero in Catilinam, & Saluſtius in oratione Cæsaris. His autem legibus non impunitas facinorosis ciuibus dabatur, sed exilium damnatis permittebatur. Saluſtius in eadem oratione. Sed eodem illo tempore Græciæ morem imitati verberibus animaduertebant in ciues, de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam resp. adoleuit, & multitudine ciuium factiones valuere, circumueniri innocentes, alia huiusmodi fieri cœpere: tunc lex Portia aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est. Hinc est quòd Cicero dicit pro A. Cecinna: Exilium, inquit, non supplicium est, sed perfugium portusq; supplicii: nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solùm vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant. De his duabus legibus loquitur & Cicero actione 7. in Verrem, vbi grauiter in eum inuehitur, quòd Gauium municipem Cossanum Messanæ in crucem sustuliſſet. Sed ne vinciri quidem ciuem Romanum licuit, vt ostendit Lucas Euangelista in Actis, de Diuo Paulo apostolo loquens: Accedens, inquit, Tribunus dixit ei, dic mihi num tu Romanus es? cui respondit Paulus, Esse se vtique ciuem Romanum. Dixitque Tribunus: Ego multa summa ciuitatem Romanam consecutus sum. Paulus verò respondit, se etiam natum esse ciuem Romanum. Protinus ergo recesserunt ab eo, qui vt eum torquerent, astiterant. Et ipse Tribunus vehementer timuit, audito Paulum ciuem Romanum esse. Exemplo autem apostolorum principis discimus, neminem ius suum negligere debere.

Tulit autem legem Valeriam M. Valerius Consul collega Qu. Apuleij Panſæ, Portiam verò M. Portius Cato Censorius, Sempronian C. Sempronius Gracchus. Has leges postea Cęsar in suam Iuliam de Vi publica transtulit, iussitque eum, qui cùm Imperium potestatemvè haberet, ciuem Romanum aduersus prouocationem, necauerit, verberauerit, iusseritvè quid fieri, aut quid in collum iniecerit, vt torqueatur, legis Iuliæ de Vi pœna teneri, vt ait Vlpianus in l. lex Iulia. ff. ad legem Iuliam de Vi publica.

LEGES PVBLILIAE.

Q. Publius Philo Dictator anno ab V. C. quadringentesimo decimoquarto tres leges aduersus Senatum tulit. Vnam, vt plebiscita omnes Quirites tenerent. Alteram, vt legum, quæ comitiis Centuriatis ferrentur, ante initum suffragium Patres authores fierent. Tertiam, vt alter vtique ex plebe, cùm eò ventum sit, vt vtrunque plebeium fieri liceat, Censor fiat. Hæ autem leges statim euanuerunt. Nam prima longo post tempore ab Hortensio repetita & perlata est: secunda verò à Menio, vt suprà diximus. Author Liuius libro octauo.

LVD. CHAR.

In chronico Cassiodori, Consulum catalogo, & Liuij historia Q. Publius Philo legitur, qui cum T. Aemylio Mamerco Consul fuit. De eo loquutus sum, de lege Horrensia scribens.

LEX PVPIA De Senatu habendo.

LEge Pupia certum tempus constitutum fuit, quo Senatus haberetur, quem ex eo legitimum vocabant, alium verò indictum. Capitolinus in Gordiano: Non legitimo, sed indicto Senatus die Coss. in Curiam venit. Et Aelius Spartianus in Adriano: Senatui legitimo, cùm in vrbe aut extra vrbem haberetur, semper interfuit. Meminit huius legis Cicero libro primo, epistol. Senatus, inquit, haberi ante Calendas Februarias, id quod scis, per legem Pupiam non potest, neque mense Februario toto, nisi perfectis aut reiectis legationibus. Quod autẽ hic Cicero de legationibus dicit, sciendum est, Mense Februario olim legatis Prouinciarum Senatum dari solitum: quare totus ferè ille mensis audiendis prouinciarum postulatis consumebatur: author Pedianus in Verrinam tertiam. Idem Cicero libro secundo epistolarum ad Qu. Fratrem. Appius interpretatur, non impediri se lege Pupia, quò minus habeat Senatum, & quòd Gabinia sanctum sit, etiam cogi ex Calendis Februarijs vsque ad Calendas Martias Senatum legatis quotidie dari, ita putantur detrudi comitia in mẽsem Martium. Hanc legem tulisse videtur M. Pupius Piso Calphurnianus, qui cum M. Messala Cos. fuit, authore Cæsare libro primo de bello Gallico. Cæterùm tempora, quibus haberetur Senatus legitimus, etiam Cęsar Octauianus constituit, de qua re Suetonius scribit.

LVD. CHAR.

Valde mihi suspecta est hæc sententia. Si quis enim proprius inspexerit, probabile non esse dixerit Ciceronem, qui ante hũc Pisonem consul fuit, latam ab eo legem intelligere. Ideo verisimilius est eius latorem fuisse Q. Pupium Tribunumpleb. de quo & historiographi Romani scripserunt.

LEX RVPILIA SIVE HIERONICA.

LEx Rupilia Siculis data est, quemadmodum Pompeia, de qua supra diximus, Bithynis. Cic. actio. 4. in Verrem: Siculi hoc iure sunt, vt quod ciuis cum ciue agat, domi certent suis legibus: quod Siculus cum Siculo non eiusdem ciuitatis, vt de eo Prætor iudicet ex P. Rupilii decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit, quam legem Siculi Rupiliam vocant, sortiatur. Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato, senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet datur: cùm alternę ciuitates reiectæ sunt. Quod ciuis Romanus à Siculo petit, Siculus iudex datur: quod Siculus à ciue Romano: ciuis Romanus datur. Cæterarum rerum selecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi solent. Inter aratores & decumanos lege frumentaria, quam Hieronicam appellant, iudicia fiũt. Ex his verbis Ciceronis satis constat, quæ vis legis Rupiliæ fuerit. Tulit autem legem P. Rupilius, qui cùm aliquando in operis publicanorum esset, Consul factus est & Siciliam bello prædonum & fugitiuorum liberauit, atque Siculis de decem legatorũ sententia leges cõscripsit: cuius rei authores sunt Valerius Max. lib. 6. cap. 10. & Pedianus in Verrinam quartam. Eadem lege cautum fuit, ne extra forum suum vadimonia præmitterent aratores, multaq; alia ad sustinendam prouinciæ tranquillitatem salubriter excogitata. Lex autem Hieronica scripta est ab Hierone Tyranno, qua constitutum fuit quantum frumenti, aut quo precio, quovè tpe, arator frumentum Decumano, ideſt, publicano, qui decimas redemerat, daret. Hæc autem oĩa ita diligenter & cautè scripta erant, vt nec arator Decumanũ fraudare, nec Decumanus plus decima ab aratore auferre posset. Quare ob ęquitatem legis, Romani Sicilia potiti, nihil mutauerunt. Memorabile etiam hoc in Lege fuit, quòd numerus aratorum quotãnis apud magistratus publicè subscribebatur: tanta erat diligentia veterum in magnis iuxtà ac paruis rebus.

LEX SEMPRONIA FRVMENTARIA.

HAnc legem damnosam admodum ærario tulit C. Sempronius Gracchus Trib. pl. vt frumẽtum, quod antea plebi aut omnino non dabatur, aut integro precio ab ęrario vęniebat, semisse & triente plebi daretur. Author Florus in Epitome, lib. 60. Huic legi Senatus diu aduersatus est, cùm pp ærarij incõmodũ, tum p plebs, quia victus ei largè sine labore suppeditabatur, ab industria ad desidiam, vt inquit Cicero pro Sestio, vocari videbatur. Gracchus ꝑ putabat, vt ait Florus li. 3. Aequum esse inopem

Source : BIU Cujas

populum ex ærario ſuo viuere. Iubebat autem lex, Vt frumentum publicè emeretur, quod deinde plebi viliſſimo precio dabatur, eratq; locus Romæ conſtitutus, in quo frumentum publi cum aſſeruabatur, vna cum legibus frumentariis: quem locum horrea Sempronia vocabãt, authore Feſto. Frumentum autem ſingulis mẽſibus per ſingulas tribus in plebem diuidebatur, quæ res q̃ ſumptuoſa ęrario fuerit, oſtẽdit Plutarchus in Cęſare. Scribit enim menſtruum frumentum, quod plebi diuidebatur, quin gentis & quinquaginta myriadibus ſtetiſſe, quæ ſumma ad ęſtimationem noſtri nummi quingenta & quinquaginta aureorũ millia conficit. Refert Cicero memorabile dictũ L. Piſonis Frugi Tuſculanarum Quæſtionum lib. 3. Is itaq; Piſo ſemp ꝺ legem frumentariã dixerat. Deinde lata lege Conſularis ad frumẽtum accipiendũ venerat. Animaduertit Gracchus Piſonem in concione ſtantem. Quærit audiente Pop. Ro. Qũo ſibi cõſtet, cùm ea lege frumentũ petat, quã diſſuaſerat. Cui Piſo: Nolim equidẽ tibi mea bona Gracche viritim diuidere liceat, ſed ſi facias, partem petam. Qua voce vir grauis & ſapiens declarauit patrimonium publicum lege Semuronia diſſipari. Hanc autem legem M. Octauium Cn. filium populi frequentis iuſſu abrogaſſe, aliãq; reipub. magis tolerabilem ſubſtituiſſe ſcribit Cicero in Bruto, & lib. 1. de Officiis. Cæterùm Apuleius Saturninus legem frumẽtariam obſiſtẽtibus multis ex integro tulit, vt tradit Cicero lib. 2. ad Herennium. Itaque datum eſt frumentum plebi ſemiſſibus & trientibus vſque ad P. Clodij Pulchri Tribunatum. Is. n. Clodius legem tulit, vt frumentum plebi gratis daretur, vt ſcribit Aſconius in Piſonianam. Et Cicero pro Seſtio inter alia inuehit in Clodium, quòd remiſſis ſemiſſibus & triẽtibus, quintam ꝑpè vectigalium partem ſuſtulerit. Alterius etiam legis frumentarię Roſciæ meminit idem Cicero lib. 2. ad Atticum. De qua lege ẽt loqui vr̃ Saluſtius in concione Macri Tribuni plebis. Quanta autem multitudo frumentũ ex publico acceperit, diſertè oſtendit Suetonius in Cæſare his verbis: Recenſum populi nec more, nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularũ fecit, atq; ex viginti trecentisq; millibus accipientiũ frumentũ è publico ad centum quinquaginta retraxit. Hanc frumenti largitionem, frumentationem vocat idem Suetonius in Auguſto: Romani, inquit, populi cenſum vicatim egit, ac ne plebs frumentationũ cã frequentius à negotiis auocaretur, ter in anno quaternorum menſium teſſeras dare deſtinauit: ſed deſideranti cõſuetudinem veterem conceſſit rurſus, vt ſui cuiuſq; menſis acciperet. Ex his duobus locis colligitur, nec omnibus frumentum datum fuiſſe, nec quocunque tempore, ſed ſemel tantùm in menſe, vnde & ſtumentum menſtruum appellatur. Ne autem frumentum deeſſet, magna ad hoc claſſis deputata erat, quæ ex frumentariis prouincijs, cuiuſmodi fuerunt Sicilia, Sardinia, Africa, Hiſpania, Aegyptus, & in Italia Hetruria, annonam Romam deportarẽt. Cùm autem pleręque ex Semproniis legibus maturè perierint, ſola hæc ad extremum vſque permanſit. Adeò enim dulce fuit victum ex alieno paratum habere, vt eam populus aboleri nunquam paſſus ſit.

LEX SEMPRONIA De Coloniis deducendis.

OCcaſione legis Agrariæ quam poſt fratrem C. Gracchus inſtaurauit, aliam ẽt legem tulit, vt coloniæ Romanorum ciuium in diuerſas orbis partes deducerentur. In his autem etiam Carthago fuit, quam non ita multò antea Scipio Africanus deleuerat. Quæ res vel maximè Patres infenſos legi reddidit, cùm ad eam diem nulla extra Italiam colonia deducta eſſet. Nã maiorem cùm viderent tantò potentiorem Tyro Carthaginem, Maſſiliam Phoca, Syracuſas Corintho, Cizycum ac Byzantium Mileto genitali ſolo, diligenter id obſeruarant, ne extra Italiam coloniam deducerẽt. Obtinuit tamen Gracchus, ſuaq; Triũuir creatus. colonias in varias orbis partes deduxit, nemine potẽtiæ eius palam reſiſtere auſo. De hac autem re plura ſcribunt, Plutarchus in Gracchis, Appianus in Libyco, & Paterculus libro ſecundo.

LEX SEMPRONIA De Militum commodis.

IDem C. Gracchus duas alias leges tulit ad rem militarẽ pertinentes. Vnam, vt veſtis quæ militibus mitti ſolebat, gratis daretur, nec iis propterea, id qđ antea fieri ſolebat, de ſtipendio quicquam detraheretur. Huius ferendæ legis cã hęc fuit. L. Aurelius Horeſtes Conſul prouinciam Sardiniam ſortitus, bellum in ea gerebat, huic Horeſti Quæſtor erat Gracchus. Cũ autem valida ac propemodũ intolerabilis vis hyemis ingruiſſet, atq; quotidie multi milites nuditate ac inopia perirent, miſerat ad ciuitates Conſul, vt veſtis militibus publicè præberetur. Ciuitates rem ad Senatum detulerunt. Senatus cenſuit eos ab hoc onere immunes eſſe. Cùm itaque nihil neque à ciuitatibus, neque à repu blica præberetur, multi ex militibus partim affligebantur frigore, partim omnino peribant. Gracchus igitur miſericordia motus ciuitates ipſe adiit, easq; ſuadendo eo perduxit, vt veſtes militibus vltro darent. Quæ cùm Romæ nunciata eſſent, Senatus grauiter tulit, qui Graccho cùm ob fraternas actiones, tũ ob ſingulare populi erga ipſum ſtudium, infenſus erat. Quare Tribunatum poſtea nactus Gracchus de hac re ad populum tulit, populusq; iuſſit. Qua rogatione ingens iterum vulnus ærarium accepit.

Altera lex erat. Ne minores decem & ſeptem annis ad militiam cogerentur. Vnde hæc poſtea ætas militaris obſeruata eſt, antequam nemo inuitus ſacramento adigi potuit. De ętate militum ſcribit Vegetius lib. j. & Alexander ab Alexand. lib. j. c. 20. Has autem duas leges C. Gracchũ tuliſſe author eſt Plutarchus in vita Gracchorum.

LEX SEMPRONIA De Prouinciarum adminiſtratione.

HAnc legem idem Gracchus tulit pro Senatu, cuius vires agrarijs iudiciarijsq; legibus attenuauerat. Cauebatur autẽ hac lege, vt de Prouinciis Senatus ſtatueret, easq; regẽdas daret magiſtratibus. Florus lib. 3. de Legibus Gracchanis loquẽs. Quid ad ius libertatis ęquandæ magis efficax, q̃ Senatu regente ꝓuincias, ordinis equeſtris authoritas ſaltem iudiciorum regno nitetur? Item Saluſtius de bello Iugurthino: Sed vbi Senatus delicti conſcientia populum timet, Prouinciæ futuris conſulibus Numidia atque Italia Lege Sempronia decernuntur. Et Cicero lib. j. epiſtolarum Familiarium, ad Lentulum: Nam & ſtipẽdium Cęſari decretum eſt, & decem legati, & ne lege Sempronia ſuccederetur, facilè perfectum. Idem pro Balbo: Senatus victorem exercitum in anguſtiis ęrarij ſtipendio affecit, Imperatori decẽ Legatos decreuit: lege Sempronia ſuccedendum non cenſuit. Ex his ſatis conſtat, Prouinciarum decernendarum ius, & poteſtatem dãdi ſucceſſores magiſtratibus prouincialibus, omnino l. Sempronia penes Senatũ fuiſſe. Quod ẽt plenius idem Cicero in Vatinium declarat: Eripueras, inquit, Senatui prouinciæ decernendę poteſtatem, Imperatoris deligendi iudicium, ærarij diſpenſationẽ, quæ nunquã ſibi Populus Romanus appetiuit, qui nunquam hæc à ſummi cõſilii gubernatione auferre conatus eſt. Hæc autẽ idcirco obijcit Cicero Vatinio, ꝙ is lata ad populũ lege, Gallias & Illyricum Cæſari decreuerat cum decem legionibus in quinquennium: quam legem Vatiniam authores vocant. Meminit etiam Cicero alterius legis à Vatinio de alternis conſiliis reijciendis latæ.

Sempronia De Populi ſuffragijs.

SEruius Tullius rex cũ Cẽturiata comitia inſtituiſſet, iuſſit vt Centuriæ ex cenſu ſuffragiũ ferrent, ratus hoc genere ſuffragiorum magiſtratuũ creationẽ penes optimates fore: de quare plura ſcribunt Liuius & Dionyſius. Contra hanc igitur Seruij conſtitutionem Gracchus, qui optimatiũ partibus aduerſabat, aliam legem in Tribunatu promulgauit, vt. ſ. ex cõfuſis quinq; claſſibus ſorte Centurię vocarentur, non autẽ ex cenſu: qua ratione fiebat, vt Comitia Centuriata non minus in tenuiorum, quàm diuitum poteſtate eſſent. Hæc autem lex non eſt accepta. Author verò huius rei eſt Saluſtius ad C. Cæſarem de rep. ordinanda.

LEX SEMPRONIA De Locatione agri Attalici, & Aſiæ.

ATtalus rex Pergami Eumenis filius teſtõ Pop. Ro. reliquit hæredem. Hanc hæreditatẽ tum recentem C. Gracchus lata lege in alimenta populo dedit, vtq; agri regij à Cenſoribus ꝑ ſingulos annos locarẽtur, ſanciuit. Ex hac locatione Pop. Rom. vectigal maximum annuum percipiebat. Cic. in Verrem actio. quinta: Inter Siciliam, inquit, cæterasq; prouincias, Iudices, in agrorum vectigalium ratione hoc intereſt, ꝙ cæteris aut impoſitum vectigal eſt certum, quod ſtipendium dr̃, vt Hiſpanis & pleriſque Pœnorum, quaſi victoris premium, & pœna belli: aut Cenſoria locatio conſtituta eſt, vt in Aſia lege Sempronia. Meminit huius vectigalis Cicero etiam contra Rullum.

LEX SCANTINIA.

SCantinia lex in eos lata eſt, qui aut alienam pudicitiam ſollicitaſſent, aut ſuam ipſi proſtituiſſent. Pœna autem cõſtituta fuit primùm pecuniaria, decẽ millium ſcilicet nummum, authore Quintiliano libr. 4. & ſeptimo Oratoriarum Inſtitutionum. Sed poſtea ob magnitudinem huius ſceleris, atque culpæ maxi

mam

Source : BIU Cujas

mam atrocitatem pœna gladij à Christianis Imperatoribus cõstituta est: quam primùm sanxerunt Constantius & Constans, vt habetur in l. Cùm vir nubit. C. ad legem Iuliam de Adulteriis. Sunt qui putent hanc legem latam fuisse à C. Scantinio Capitolino Tribuno plebis, qui cùm M. Marcelli viri illustris filium de impudicitia appellasset, patre accusante damnatus est, vt scribit Plutarchus in vita Marcelli, & Valerius Maximus libr. 6. capite primo. Meminere huius legis Suetonius in Domitiano, & Iuuenalis Satyra sexta, & apud Ciceronem in epistolis Cœlius.

LEX SVLLANI ET CARBONIS.

LEge Sullani & Carbonis data est ciuitas eis, qui fœderatis ciuitatibus ascripti fuissent, si tum, cùm lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, & si sexaginta diebus apud Prætorem essent professi: cuius rei author est Cicero pro Archia poeta.

SVLPITIAE LEGES.

P. Sulpitius vir suo tẽpore cùm bonis omnibus charus atq; gratus, tum eloquentia omniq; facultate dicendi magnus & celebris. Postea autem Trib. pl. creatus ambitione ac ardore quodam contentionis eo prouectus est, vt & optimatium fauorem amitteret, & eloquentia sua in propriam perniciem abuteretur. Causa autem contentionum hæc erat. C. Iulius Cæsar, de cuius festiuitate ac lepore multa in libris de Oratore Cicero dicit, gesta ædilitate consulatum omissa Prætura petiturus erat, qđ legibus Annalibus omnino prohibitum erat. Huius igitur extraordinariæ petitioni cum alij Tribuni plebis, tum Sulpitius ipse sese obiecit, primumq; modestè & legitimè res acta est: postea tamen nimia contentione vincendique studio ad arma fernũq; processit. In hoc tumultu Sulpitius incensus ira multa, ita se gessit, vt ei nihil ad extremum furorem deesse videretur. Leges etiã quasdam tulit, authore Plutarcho in vita Syllæ, ex quibus vna fuit aduersus Senatum: Ne quis ordinis Senatorii vltra duo milia drachmarum æs alienum constare posset. Ipse autem legislator, cùm vita excessit, vltra trecentas myriades debiti nomine reliquit. Tres etiam præterea alias leges tulit, ex quibus prima fuit, vt exules reuocarentur. Altera, vt libertini ac noui ciues in Romanas tribus ingenuasq; distribuerentur, cùm eo tempore noui ciues in octo tãtùm tribubus suffragium ferrent, aut hore Appiano, corumque suffragium propter reliquarũ tribuum multitudinem nullius momenti esset. Tertia lex ϗ Cos. Syllam lata fuit, cui cùm magnæ cum C. Mario essent cõtentiones, iãq; ipse à Senatu dux ad bellum Mithidraticum destinatus esset: tulit ad populum Sulpitius, vt Mario Prouincia illa decerneretur. Hæc lex vna ex causis belli ciuilis, quod mox sequutum est, fuit, dicente Sylla, se legibus Sulpitiis, ꝙ per vim latæ essent, non teneri: moxque Capuam ad exercitum profectus, vrbem occupauit. Marium expulit, Sulpitium occidit, eiusq; decreta omnia rescidit. Authores huius rei sunt Cicero Philippica 8. & de Rñsis Aruspicum vbi in omnibus exemplaribus mendosè legitur C. Thuscius pro C. Iulio. Itẽ Appianus li. j. Florus lib. 77. & 86. Hęc aũt acta sunt Consulibus L. Cornelio Sulla, & Q. Põpeio Rufo.

LEX TERENTIA ET CASSIA.

HAnc legem tulerunt M. Terentius, & C. Cassius Varus consules ex S.C. qua constitutum erat, vt frumentum in penuria annonæ, populo emeretur, vt scribit Cicero actio. 5. & 7. in Verrem. Quàm autem damnosa fuerit ærario illa largitio, ostendit Cicero. Ait enim tribus illis annis, quibus Siciliam Verres obtinuit, HS. centies & tricies in solam Sicilienſem emptionẽ fuisse erogata. Quæ summa in nummo aureo solato conficit trecenta & vigintiquinque millia. Erat autem ex lege frumentum Siciliæ ciuitatibus ęqualiter distributum, quantum quæque ciuitas daret, atque omnia accommodata erant, vt nec Siculi, nec Romani damni aliquid acciperent. Sed hanc legis ęquabilitatem Verres in suum quæstum auertit, quæ ei multis in locis detectis eius fraudibus obiicit Cic.

LEX TERENTILLA.

POpulus Romanus ab initio nullo iure scripto, authore Dionysio lib. 10. vsus est. Sed primùm ipsi reges iura postulantibus reddebant, & quod ab ipsis decretum pronunciatumque esset, pro lege habebatur. Pulsis autem Regibus cùm cætera officia Regum, tum etiam Iurisdictio ad Consulare imperium trãsijt, ijsq; iudicibus controuersiæ & lites agitabantur. A quo officio etiam Consules dicti sunt: nam consulere pro iudicare veteres vsurpabãt, vt tradit Quint. libro primo. Formulas aũt actionum, diesq; quibus lege agi posset, Scribæ magistratuum & Iureconsulti tenebant, quos populus ipse consulebat, ijsque honores & dignitates quasi pro præmio reddebat. Præterea in libris Pontificiis pauca erant reposita, quibus vis legis erat, quæ soli Patricii nouerant, quiq; in vrbe frequenter versabantur. Qui verò aut mercaturę, aut cultui agrorum operam dabant, ea prorsus ignorabant, cùm non nisi nundinis in vrbem venirent. Cũ igit is status ciuitatis esset, & consules Iurisdictionem suam liberam sæpe non ad equitatis iustique normam, sed propriam voluntatem atq; libidinem dirigerent, crebrò fiebat, vt multa ab ijs variè atque ambitiosè decernerentur. Quam inęqualitatẽ dicundi iuris variæ querelæ plebis, partim ex iniquitate decretorũ, partim ex inuidia, quæ magnis potestatibus assidua comes esse solet, consequebantur. Anno itaque vrbis conditæ 192. cùm consules L. Lucretius & T. Veturius bello Hernico occupati essent, Qu. Terentillus Arsa Trib. pleb. ratus locum Tribunitiis actionibus datum, per aliquot dies Patrum superbiam ad plebem criminatus, maximè in Consulare imperium, tanquam nimiũ, nec tolerabile liberæ ciuitati, inuehebatur: nomine enim tñ minus inuidiosum, re ipsa propè atrocius q̃ regium esse, quippe duos pro vno dominos acceptos immoderata, infinita potestate: qui soluti atque effrenati ipsi, omnes metus legum, omniaq; supplicia verterent in plebem, quæ ne ęterna ijs licentia sit, legem se promulgaturum, vt Quinqueuiri crearẽtur legibus de imperio Consulari scribendis: quod populus in se ius dederit, eo Consulem vsurum, non ipsos licentiam atque libidinem suam ꝑ lege habituros. Et hactenus quidem Liuius. Dionysius autem diligẽtissimus Romanæ historiæ scriptor, nõ de Quinqueuiris, sed Decemuiris promulgatum fuisse scribit, ijsque potestatem nõ tãtũ de Consulari imperio leges ferendi decretum, sed de omnibus publicis & priuatis rebus. Cuius quidẽ sñia mihi magis placet, quanuis dubium non sit, ipsum etiam Liuium aliquem suæ opinionis authorem habuisse. Cæterùm eo anno, quo lex promulgata est, Terentillus castigatus à Qu. Fabio prefecto vrbi, atque aduersante præterea omni Senatu nihil egit. Sequẽti autẽ anno P. Volumnio, Ser. Sulpitio Coss. lex à toto collegio Tribunitio relata ingentes motus excitauit, susciepiente primas actionis partes A. Virginio Trib. pl. viro acerrimo, nec parum diserto. Hæc verò contentio nonum vsque annum producta est, intenta in legem plebe, Tribunisq; acerrimè pro lege in Patres ac Consules dimicantibus. Tandem Sp. Tarpeio, A. Aterino Consulibus, cùm superioris anni Consules, quia legem ferri non patiebantur, damnati essent, nec tamen eorum calamitas segniores nouos faceret, palamque iactarent, se vtique damnari posse, plebẽ verò & Tribunos legem ferre non posse: Tribuni plebis cõstãtia Consulum commoti, deposita lege lenius agere cũ Patribus cœpere, resq; tandem ad eas ꝺdones peruenit, vt leges quidem scriberentur, non tñ ab vllo ex plebe, sed à Patriciis tñ. Ibi cùm aliquandiu leuiter certatum fuisset, concessum id tandem Patribus est, sicq; abrogatis cæteris magistratibus. Decemuiri legibus scribendis sine prouocatione creati sunt, qui ius scriptum partim ex Atticis legibus, quas Solon inclytus sapientia & iustitia scripserat, partim ex aliarum ciuitatum iure conposuerunt, totumq; in xij. Tabulas redegerunt, vnde ius xij. Tabularum etiam hodie appellatur. Occasionem itaque his legibus scribendis dedit lex Terentilla, atq; ex eo tpe Po. Ro. primùm ius quoddam certum habere cœpit. Quare & Imperator Iustinianus in suis constitutionibus, quas nouellas vocant, in Titulo de his q nuptias iterãt, legem xij. Tabularum omnium vetustissima vocat, & quæ prima ferè Romanam Rempub. constituerit. Fuerat aũt antea ius Papvrianum, quod tamen exactis regibus, authore Pomponio, Tribunitiis actionibus sublatum est.

LVD. CHAR.

Melius quidem, & historiæ conuenientius narrat Dionysius Halicarnasseus. Is enim scribit T. Romuleium, qui paulo ante Consularis dãnatus grauiterq; multatus Populi iudicio fuerat, præter omnium opinionem, primùm censuisse legatos & Athenas & in alias Grecię vrbes, ad optimas leges petendas mittẽdos esse: & non creatos decemuiros, sed tres legatos missos fuisse; viros clarissimos, Sp. Posthumiũ Albũ, A. Manliũ, & Seruiũ Sulpitiũ Camerinũ: quibus quidẽ cũ Atticis legibus reuersis, ex Appij Claudii, qui consul designatus fuerat, sñia, decem ex Senatorib. viros electos fuisse, qui & ex patriis suis consuetudinibus, & Græcorum legibus certam iuris perpetui formam composuerunt. De ijs plura dixi in commentariis ad leges xij. Tabularum.

LEX TITIA Et Cornelia.

HAs leges nusquã me legere memini, q̃ apud Martianũ Iure consultũ, in l. in quibus. ff. de Aleatoribus. S. C. inquit Paulus, vetuit in pecuniã ludere: præterquã si quis certet disco vel pilo iaciendo, currendo, saliendo, ludendo, pugnando, qđ virtutis causa fiat. In quibus, inquit Martianus, ex l. Titia & Cornelia, ẽt sponsionẽ faceret licet. Sed ex aliis, vbi pro virtute certamen non fit, non licet. Ex his Iurecõsulti verbis colligere possumus, hanc legem de Alea latam fuisse: Ne quis. s. in pecuniam luderet sponsionemq; eius rei ergò faceret, nisi virtutis cã. Legis autem de Alea meminit Cicero Philip. 2. Hominem verò nequissimũ, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege quæ est de alea condemnatum, qui in integrum restituit, is non apertissimè studium suum profitetur. Loquitur autem de Licinio Lenticula, quem de Alea cõdemnatum Antonius in integrũ restituerat.

LEX TITIA De vacatione consulatus.

P. Titius Tribunus plebis dñantib. in repub. Triũuiris legẽ tulit, vt ϙsulatus dũ Triũuiri remp. ϙstituerẽt in quinquẽniũ vacaret, q pari mõ ac cõsules illũ obtinerẽt. Author Appianus lib. 4.

LEX TITIA.

ALterius legis Titiæ mentionem facit Cicero in oratione pro L. Murena, vbi de Quęstura Murenę loquitur: Habuit

Source : BIU Cujas

hic, inquit, lege Titia prouinciam tacitam & quietam. Solebant autem olim etiam ex Quæstoribus quidam prouincias sortiri primũ ex S.C. quod factum est D. Bruto & Porcina Coss. authore Vlpiano de Officio Quæstoris. Deinde ex lege Titia, vt ostendit hic Cicero, & Iustinianus Imperator in Institutionibus suis, Titulo de Attiliano Tutore scribit, Tutores, in prouincia dari solitos ex lege Iulia & Titia: ex quibus omnibus colligitur lege Titia de Quæstoriis Prouinciis, deque eorum qui in eas proficiscebantur iure, atque potestate diligenter cautum fuisse. Quis autem hanc legem tulerit incertũ est. De Titio quodam Seruij discipulo scribit Pomponius de Origine Iuris. Et Cicero duos commemorat Titios in Bruto, Sextum & Caium, atque vtriq; modicam eloquentiam tribuit. Vtrumq; Tribunum pleb. fuisse Romana historia testatur. An autem ex his aliquis legem tulerit, affirmare non possum.

LEX VALERIA De Prouocatione.

P. Valerius Volesi filius salubres aliquot in Consulatu reip. & libertati Romanę leges tulit, vnde ei ob singulare studium erga populum Publicolæ nomen inditum est. Ex his vna fuit, Vt aduersus omnes magistratus prouocatio esset ad populum. Qua lege consulare Imperium dissolutum fuisse Liuius libro quarto scribit. A Dictatore tamen ad populum prouocare non licuit, vt idem Liuius lib. 2. tradit. Pomponius de orig. Iuris.

LEGES VALERIAE RELIQVAE.

IDem Valerius etiam, alias Leges tulit. Ne quis haberet Romę imperium, nisi cui à populo datum esset, sacrandoque cum capite bonis eius, qui regni occupandi consilia iniisset. Hæc lex propriè ad crimen Maiestatis pertinuit, qua occiderunt postea Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Manlius. Pecunię autem, quæ ex bonis ita damnatorum redigebantur, sacræ erant Cereri, authore Dionysio libro decimo. Aliam eundem legem tuliſſe Plutarchus scribit, qua plebs à portoriijs & tributis præstandis liberabatur. Satis enim stipendii pauperes pendere videbantur, si liberos tollerent. Hanc autem legem tulerat obsidentibus Romam Tarquinijs, vt his delinimentis affecta plebs facilius & libentius obsidionis incommoda sustineret.

LEX VALERIA De ære alieno.

VAlerius Flaccus, qui in locum C. Marii septies Cos. demortui suffectus est, in Consulatu suo turpissimæ legis author fuit, vt scribit Paterculus: qua iubebat creditoribus quadrãtem tantùm solui, deest, quartam tantùm æris alieni, siue debitæ pecuniæ partem: cuius facti merita eum pœna intra biennium secuta est. Nam ex consulatu prouinciam Asiam sortitus, cùm eo peruenisset, seditione exercitus sui, operaque C. Fimbriæ scelestissimi atque audacissimi hominis interfectus est, manifesto exemplo: Neminem debere potestate sua ad eripiendum ius suum alteri, abuti.

LEX VALERIA De Proscriptione.

L. Valerius Flaccus, quem Florus principem Senatus vocat, Interrex, legem tulit, vti Sylla Dictator crearetur, eique vitæ & necis potestas in ciues esset. Cicero de lege Agraria contra Rullum: Omnium legum iniquissimam, dissimillimamque legi esse arbitror eam, quam L. Flaccus Interrex de Sulla tulit: Vt omnia quæcunque ille fecisset, essent rata. Nam cùm cęteris in ciuitatibus Tyrannis institutis leges omnes extinguantur & tollantur, hic Reip. Tyrãnum lege constituit. Est inuidiosa lex, sicut dixi, veruntamen habet excusationem: non enim videtur hominis lex esse, sed temporis. Hanc legem etiam aliis in locis tum Valeriam, tum Corneliam vocat, vt pro Roscio Amerino. Verùm ego hoc quæro, quomodo potuerint ista ipsa lege, quæ de proscriptione est, siue Valeria est, siue Cornelia: non enim noui, nec scio: verùm ista ipsa lege bona Sex. Roscij venire quomodo potuerunt? Scriptum enim ita dicunt esse, Vt eorum bona vęneant, qui proscripti sint. Et Actione in verrem tertia absolutè Corneliam vocat: Lex, inquit, Cornelia proscriptum iuuari vetat.

LEX VOCONIA.

VOconia lex de coercendis mulierum hæreditatibus lata est, authore Gellio li. 17. c. 5. Et Cic. Actio. 3. in Verrem cautum lege fuisse scribit, ne quis hæredem virginem, nevè mulierem faceret. In quem locum Pedianus scribens, ait, Voconium tuliſſe. Ne quis Census, hoc est, pecuniosus hæredẽ relinqueret filiam. Et Augustinus lib. 3. de ciuitate dei. Lata est etiam, inquit, illa lex Voconia, Ne quis hæredem fœminam faceret, nec vnicam filiam. Qua lege qd iniquius dici aut cogitari possit, ignoro. Erat autem constituta lege certa summa, quæ posset ex testamento patris aut alterius ad virginem vel mulierem peruenire, quod ex Cicerone colligitur lib. 2. de finibus: Memini me, inquit, adesse, P. Sextilio Rufio, quum is ad amicos rem ita deferret, se esse hæredem Q. Fabio Gallo, cuius in Testamento scriptum esset, se esse adeo ratum, vt omnis hæreditas ad filiam peruenire, id Sextilius factum negabat. Poterat aũt impune. Quis n. redargueret? nemo nostrum negabat, eratque verisimilius hunc mẽtiri, cuius interesset, q̃ illum qui id se rogasse scripsisset, quod debuisset rogare. Addebat se etiam in legem Voconiam iuratum, ꝯ eã facere non audere, nisi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidem adolescentes, sed ẽt multi amplissimi viri, quorũ nemo censuit plus Fadiæ dandum, q̃ posset ad eam lege Voconia peruenire. Hactenus Cicero. Hanc autem legem etiam ad Vsucapiones pertinuisse scribit Paulus in l. Sequitur. ff. de vsucapionibus, his verbis: Libertatem seruitutum vsucapi posse verius est: quia eam vsucapionem sustulit lex Voconia, quæ seruitutem constituit, non ẽt eam, quę libertatem præstat sublata seruitute: itaque si cum tibi seruitutem deberem, ne mihi, puta, liceret altius ędificare, & per statutum tempus altius ędificatum habuero: sublata erit seruitus. Tulit hanc legem Qu. Voconius Saxa Tribu. pleb. eamque suasit, vt scribit Cicero de Senectute, M. Portius Cato, Qu. Seruilio Cepione, Qu. Martio Philippo iterum Consulibus. Fuit autem Voconius legislator Aricinius, authore Cicerone Philippica tertia. Sed & apud Florum lib. quadragesimoprimo falsò pro Voconio legitur Volumnius.

LVD. CHAR.

Lex de non vsucapienda seruitute, non Voconia sed Scribonia, à Paulo, in emendatioribus codicibus dr: eamq; C. Scribonio Curione, & Cn. Octauio Coss. latam plerique arbitrantur.

LEX VISCELLIA.

HAec lex cuiusmodi fuerit, indicat rescriptum Diocletiani & Maximiani, quod hr lib. 5. Codicis, titulo ad legem Viscelliam, his verbis: Lex Viscellia libertinæ conditionis homines persequitur, si ea, quæ ingenuorũ sunt, circa honores & dignitates ausi fuerint attentare, vel Decurionatum arripere, nisi iure aureorum annulorum impetrato à principe sustineantur: tunc enim quoad viuunt, imaginem, non statum ingenuitatis obtinent, & sine periculo ingenuorum officia peragunt, etiam publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis ciuilibus poterit, quàm legis Viscelliæ crimine perurgeri. In Curiam autem se immiscens damno quidem cum infamia afficitur. Et hæc quidem sunt verba rescripti.

LVD. CHAR.

Fuit quidam L. Viscellius Varro cũ Sext. Cornelio Cethego Consul, Claudio Tyberio Imperante: à quo an hæc lex lata sit, dubito.

LEX VOLERONIA.

LEge Voleronia cautum fuit, vt Plebeij magistratus, cuiusmodi fuerunt Aediles & Tribuni plebis, Tributis comitiis fierent. Sciendum est autem triplicia potissimum apud Romanos comitia fuisse, Curiata, Centuriata, & Tributa. Ex his Curiata antiquissima fuerunt, quippè quibus ipse Romulus vsus sit, eoq; tpe totius reip. cura per sniãs Curiarum expediebatur, authore Pompo ff. de Orig. Iuris. Hæc aũt Comitia Curiata ĩ creandis magistratibus maiorib. cũ Centuriata à Seruio Tullio instituta fuissent, abolita sunt: in minorib. autẽ ẽt post exactos reges ad annos sexaginta tres circiter permãserũt, vnde Gellius li. 12. ait: Minoribus Magistratibus magistratũ Tributis comitiis, sed iustius Curiata lege dari. Et Tacitus lib. 11. author est, Quæstores sub Regibus lege Curiata creatos, quã legẽ L. Brutus repetierit. In quibusdã ẽt aliis rebus Curiata comitia auspiciorũ gratia in republica remanserunt. Vt in re militari: Nã Consuli absq; lege Curiata rẽ militarẽ attingere non licebat, vt scribit Cicero de lege Agraria ꝯ Rullũ. Et Liuius lib. 6. Comitia Curiata ait rem militarem continere. Quod idẽ ẽt lib. 10. clarius ostẽdit his verbis: Papyrius C. Iunium Bubulcum magistrũ equitũ dixit, atq; ei legem Curiatam de imperio ferẽti, triste omen diẽ diffidit, quod Fauciæ Curię fuit principiũ duabus insignis cladib. captæ vrbis, & Caudinę pacis. Ex his constat neminẽ in re militari imperiũ hr potuisse, nisi cui id in vrbe Curiata lege datum fuisset, cuius rei ẽt Cicero author est lib. j. epistolarũ ad Lentulũ, & ad Qu. fratrẽ. Nemini autẽ Curiata lege imperiũ dabatur, nisi cui antea veris comitiis, deest, Tributis, vel Cẽturiatis datus esset magistratus, vt tradit idẽ Cicero ꝯ Rullũ. Arrogationes ẽt l. Curiata fiebant: nã hac imperiũ constituebatur arrogatori in arrogatũ. Gellius lib. 5. capite 19. Sed arrogationes nõ temere, nec inexploratò cõceduntur. Nã comitia arbitris ẽt pontificibus, quæ curiata appellantur, ijs comitiis populus ita rogabat. Velitis, iubeatis, vt L. Valerius L. Titio tã iure legeq; filius sibi siet, q̃ si eo patre matreq; familias natus esset, vtiq; ei vitę necisq; in eũ potestas siet, vt pariendo filio est: hoc ita, vt dixi, ita vox Quirites rogo. Hinc arrogatio dicta, qa hic in alienã familiam transitus per populi rogationẽ fit. Et Cicero in oratione pro domo sua ad pontifices ita de hac arrogatione scribit: Credo. n. quanquã in illa adoptione legitimè factũ est nihil, tñ te esse interrogatũ: Author ne esses, vt in te P. Fonteius vitę necisq; potestatẽ haberet, vt in filio: quæro si aut negasses aut tacuisles, si tñ id triginta Curię iussissẽt, nũ id iussum esset ratũ? Appianus ẽt li. 2. bellorũ ciuiliũ scribit C. Cęsarẽ Octauianũ iterũ se parenti in adoptionẽ dedisse l. Curiata. Esse autẽ id à populo in adoptione confirmari. Hoc autẽ genus adoptionis postea in principẽ trãslatũ est, qđ alioquin iure antiquo necessariò p populũ fiebat l. j. C. de adop. §. j. Inst. qb. modis testã infirmẽt. Omne. n. ius populi l. Regia in Imperatorẽ trãslatum est. Inst. de iure naturali, gentiũ, & ciuili. §. Sed & qđ principi. Hæc aũt Comitia auspiciorũ cã remãserũt, vnde & de cęlo seruabat, & Pontifices Auguresq; ijs intererant, vt tradit Cic. de

Pro-

Source : BIU Cujas

Prouinciis Cõsularibus, & lib. quarto epistolarum ad Atticum, vbi de pactione Domitii cum Consulibus loquitur, quam detexit Memmius,& Gellius in loco supra allegato.Hæc verò Comitia per triginta lictores peragebantur ad speciem atque vsurpationem quandam vetustatis, authoribus Cicerone de lege Agraria contra Rultum, & Gellio lib. 15.cap.27.

Secunda ratio comitiorum Centuriata dicitur,quam excogitauit Seruius Tullius rex, in qua sic omnia instituta ac ordinata erant,vt ea comitia in potestate optimatiũ essent,ipsaque plebs nihil posset.Quare aucta postea ciuitate,& tribuum numero (vt inquit Liuius libro primo) consummato, recessum est ab instituto Tullii ad seruandam ordinum concordiam.Nam cùm primùm Centurię omnes centum & nonaginta tres essent,authore Dionysio,Prima classis,in qua ditissimi erant,prima vocabaꝫ ad ferendum suffragium.Habebat autem ea classis octo & nonaginta Centurias, Secunda viginti:quarum duarum classiũ Centuriæ,si consentirent,reliquas numero superabant,eaq; ratione suffragia nunquam ad infimam plebem perueniebant. Postea verò,vt concordia ordinum, vt diximus, conseruaretur, comitia hæc sic haberi consueuere. Primùm omnium ex omni numero Centuriarum sortitò prærogatiua constituebatur Centuria,quæ prima in suffragium mitteretur. Deinde primæ classis Centuriæ vocabantur, & Secundæ, quæ primò vocatas Centurias appellabant. Cicero Philippica 2.Ecce Dolabellæ Comitiorum dies:sortitio prærogatiuæ quiescit, renunciatur, tacet. Prima classis vocatur,renunciatur:deinde vt assolet, suffragia, tum Secunda classis vocatur, quæ omnia citius sunt facta quàm dixi. Et Lilius lib.9.Nemini dubium erat, quin Qu.Fabius omniũ cõsensu destinaretur,eumque & Prærogatiuę & primò vocatę oẽs Centuriæ Consulem cum L.Volumnio dicebant. Post hęc aũt vocabantur tribus,quas Iure vocatas dicebant.Liuius li.4.Haud inuitis patribus P.Licinium Caluum Prærogatiua Trib. Militũ non petentem creat, moderationis expertę in priore magistratu virum, cęterùm iam tum exactę ętatis:omnesque deinde ex collegio eiusdem anni refici apparebat, qui prius quàm renunciarentur,Iure vocatis Tribubus permissuInterregis,P.Licinius Caluus ita verba fecit. Et Cicero de lege Agraria cõtra Rullum: Itaque me nõ extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus,neque singulæ voces preconũ, sed vna voce vniuersus Po. Ro. Consulem declarauit. Ex his satis constat hanc Comitiorum formam admixtis Tribubus quasi duplicem factam. Quod etiam Asconius in Verrinam secundam testatur.Prætogatiuę, inquit,sunt tribus, quæ primæ suffragiũ ferunt, ante Iure vocatas.Mos enim fuerat, quò facilius in comitiis cõcordia seruaretur,bina de ijsdem candidatis comitia fieri,quorum tribus primæ Prærogatiuæ Dicebantur,quos vellent Consules fieri.Secundę Iure vocatæ,ꝙ in his sequente populo, Prærogatiuarum voluntate omnia complerentur. Tribus autem hic in priore membro pro Centuriis accepisse vꝫ Asconius. Neque eiñ apud authores Tribus Prærogatiuę,sed Centurię dicuntur. Prærogatiuam autem Iustorum Comitiorũ volebãt esse Romani,authore Cicerone lib.j.de diuinatione. Quare etiam nomen illud variè vsurpatur.Nam & prędiudicium siue authoritatem quandam significat,vt apud Liuium libr.j. Decadis tertię in principio. Et Cicero actione in Verrem secunda pulchra Dialogia ludit in Metellum qui cùm magna pecunia, à Verre qui tum reus erat accepta,atque in Prærogatiuam Centuriam erogata,Præturam nactus fuisse, vel emisse potius existimaretꝫ: prędiudicio suo reũ Verrem iuuabat.Hic,inquit Cicero, Metellus, quàm sit isti amicus attendite:dedit enim prędrogatiuã suę voluntatis eiusmodi, vt isti pro prędrogatiua reddidisse videatur.Priore loco prędrogatiua hic pro prędiudicio accipitur, in posteriore verò pro Centuria.Sed & Iureconsulti hac voce variè vtuntur, modo ꝓ authoritate & eminẽtia quadã,modò pro Iure quodam specialiter indulto.Vlpianus ĩ l.Rescripto,& l.Munerũ.ff.de munerib.& honorib.l.Obseruare.ff.de offõ procos.l.Si qs. C.de epis & clericis.

Cùm autem hęc duo genera Comitiorum ob auspiciorũ rationem,patrumque authoritatẽ optimatum potentię obnoxia viderentur,tulit legem P.Volero,vt plebeij magistratus Tributis comitiis fierent,in quibus nec auspicia seruabãtur,nec authoritas patrum requirebatur, sed plebes per trigintaquinq; tribus distributa suffragia nullo nec religioso,aut sacro, nec ciuili vinculo astricta ferebat. Propositis igitur tribus Comitiorum generibus, videamus quomodo singula discreta à se inuicem fuerint.Curiata Comitia à Tributis ita differunt, quòd Curiata & antiquiora sunt,auspicatoq; fiebãt,& patres ijs Comitiis authores erant.Quorum ante legem Aeliam Fusiam in Tributis nihil obseruabatur. Pręterea Tributa ex regionibus & locis,vt inquit Gellius,conficiebantur. Curiata ex ratione Sacrorum,secundũ quam à Romulo constitutæ erant, fiebant. Vtrisq; tamen hoc commune fuit, quòd mixtim suffragium ferebatur:in quo etiã à Centuriatis differunt. Nam ijs Comitiis populus Censu,ordinibus,ętatibusque descriptus adhibebatur in suffragium,vt inqt Cicero libro tertio de Legibus.Centuriata etiam Comitia sępe vna die confici non poterant, Tributa verò vna die perfici necesse erat. Præterea Curiata & Tributa cùm in vrbe tum in campo habere fas fuit, Centuriata verò in vrbe haberi non potuerunt:cuius rei authores sunt Dionysius libro nono, Liuius libro 37.Dion Cassius libro 31.& Gellius libro decimoquinto, capite vigesimoseptimo. Vnde liquidò apparet, vehementer errare eos, qui ducem sententiæ suæ sequuti Flauium Blondum libro Romæ Triumphantis tertio, Curiata & Tributa Comitia eadẽ fuisse asserunt:& multò magis eos, qui Festum celebrem Grammaticum imitati, ex Curiatis & Centuriatis idem comitiorum genus faciunt.

Hæc quàm breuissimè de antiquis comitiorum generibus, quibus Romani cùm in magistratibus creandis, tum in legibus ferendis, siue reo iudicando, vtebantur, differere libuit. Lata est autem lex Voleronia T.Quintio,Appio Claudio Consulib.

Quædam leges a Ludouico Charonda Iureconsulto additæ.

DE LEGE REGIA.

LEGIS Regiæ meminit Zasius, sed quæ ea fuerit, non satis disertè explicat. Equidem & Dionis lib. 53.& Taciti in annalibus authoritate illam Augusto decimo,& Cn.Norbano Flacco Coss.latã fuisse arbitror:qua summa & Regia potestas, quã sibi populus Romanus ab electis Regibus sumpserat,in vnum principem translata est:vt is quidem ipse nulla legis necessitate teneretur,omniq; scripto iure solutus esset:ei verò parerent omnes. Itaque hæc illius legis vis fuit,vt gubernacula Reipublicæ ad imperatores perpetuò trãslata essent.Quod Arcadius I.C.libro singulari de officio præfecti prætorio testatur. Quod igitur principi placuit,legis habet vigorem.Nam (quemadmodum & Vlpianus I.C.& Iustinianus imperator non vno in loco scripserunt) populus ei & in eum omne suum imperium omnemque potestatem contulit. Sed quid ea verba,ei & in eum,significent,multos video dubitare. Vir magni ingenii exquisitęque doctrinæ Franc.Duarenus (quem honoris causa nominare soleo) scribit lege Regia,idest,de regno siue imperio principis lata, collatam potestatẽ principi non tantùm in prouinciales & subiectos populo Romano,sed etiam in ipsum populum fuisse: vt relatiuum pro reciproco accipiatur. Mihi non displiceret subtilis illa tãti Iureconsulti interpretatio, si eam orationis dispositio ferre posset. Conferre enim potestatem ei, aliter intelligere non licet, q̃ principi:& in eum, in principem. Qua igitur ratione illa relatiua ad prouinciales & ipsum populum referantur, non video. Verius mihi videt, vt sic ea verba interpretemur.Populus principi omne suum imperium contulit, vt ipse solus dominaretur ac imperaret,atque omnem populi Romani maiestatem haberet:& in eum suam potestatem transtulit, idest, eã quam in imperatorem habebat. Non enim ante legem Regiam perpetuus erat imperator solutusq; legibus, sed à populo dictator creabatur,qui si eam potestatem vltra sextum mensem retinere tentasset,hostis Reipublicæ dicebatur: nam fas non erat, atque Populus in eum imperium habebat. Quamobrem lege Regia translata à populo ad principem omnis potestas fuit, nõ solum ea quã ille in ciues Romanos ac prouinciales habebat, sed ea ẽt quã in imperatores, quos & creare & eijcere,ipsisq; diẽ dicere poterat.

LEX MAMILIA, ROSCIA, PEDVCEA, Aliena, Fauia. KL. III.

ADrianus Turnebus vir singularis doctrinæ excellentisque ingenii ex vetere libro hoc caput descripsit, quod in hunc catalogum referendum esse existimaui. Sic igitur in eius apologia aduersus quorundam calumnias scribitur. Quæ colonia hac lege deducta,quodvè municipium,præfectura, forum, conciliabulum constitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, qui termini in eo agro statuti erunt, quo in loco terminus non extabit, in eo loco is cuius is ager erit, terminum restituendum curato, vtque recte factum esse velit, idque magistratus, qui in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo, iuridicundo præerit, facito vt fiat. KL. IIII. Qui limites decumani, qui hac lege deducti erunt, quæcunque fossæ,limites in eo agro erunt, qui ager hac lege datus assignatus erit, ne quis eos limites decumanos, ne obseptos, nevè quid in eis immolitum, nevè quid ibi positum habeto, nevè eos arato, nevè eas fossas obturato, nevè quis sepito, quò minus suo itinere aqua ire fluere possit. Si quis aduersus ea quid fecerit, in res singulas quotiescunque fecerit: KL. IIII. colonis, municipibusvè eius in quorum agro id factum erit, dare damnas esto. Pecuniæ qui volet petitio hac lege esto.KL.V. Qui hac lege coloniam deduxerit,municipium,præfecturam, fora,conciliabula constituerit,in eo agro, qui ager intra fines eius colonię, municipij,

Source : BIU Cujas

nicipii, conciliabuli, præfecturæ erit, limites decumaniq; vt fiãt, terminatique ſtatuantur curato: quiq; fines ita ſtatuerit, ſi fines eorum ſunt, dum ne extra agrum colonicum territorium fines ducat: quique termini hac lege ſtatuti erunt, ne quiſquam eos ejcito, nevè commoueto ſciens, dolo malo. Si quis aduerſus ea fecerit, ĩ terminos ſingulos quos ejecerit, locovè mouerit ſciẽs, dolo malo, ∆ XXV. in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas eſto: deq; ea re curatoris, q hac lege erit, iuriſdictio reciperatorumque datio addictio eſto: cùm curator hac lege non erit, tunc quicunque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo, iuridicundo prærit, eius magiſtratus de ea re iuriſdictio, iudicisque datio addictio eſto: in eamque rem is qui hac lege iudiciũ dederit, teſtibus publicè duntaxat in res ſingulas ∆ X. denunciandi poteſtatem facito, ita vt è republica fideq; ſua videbitur. Et ſi is vnde ea pecunia petita erit condemnatus erit, eam pecuniam ab eo devè bonis eius, primo quoq; die exigito, eiusq; pecunię, quod receptũ erit, partem dimidiam ei cuius vnius opera maximè condemnatus erat, partem dimidiam in publicum redigito: ex quo loco terminus aberit, ſi quis in eum locum terminum reſtituere volet, ſiue ſua fraude liceto facere, nevè quid cui is ob eam rem hac lege damnas eſto. Huius legis Mamiliæ quę etiam Manilia dicitur. Cicero lib. j. de legibus meminit, & Frontinus: Controuerſia eſt (inquit) finitimæ conditionis, quoties inter duos pluresvè terminos ordinatos, ſiue quæ alia ſigna ſecundum legem Mamiliam intra quinque pedes agetur. Ea ſancitum erat, vt quoties de quinque pedibus, quos ex lexe xij. tabu. relinquere inter vicinorum prædia oportebat, controuerſia eſſet, eligeretur arbiter agrimenſor, qui fines eos regeret & conſtitueret. Sũt qui huius legis authorem Manilium I.C. putẽt, ſed ij, quid eſſet lex, & in quo Iureconſultorum munus verſaretur, ignorare videntur. Equidem inuenio latam fuiſſe legem de agrorum finibus conſtituendis & terminandis Qu. Mamilio Vitulo & M. Valerio Maximo Coſſ. Cuiuſdam legis Menſiæ author Vlpianę epitomes meminit, qua ſtatutum erat ex alterutro peregrino natum deterioris conditionis parentem ſequi. Sunt & alię pmultę leges de quibus in tertio noſtrarum Antiquitatum libro copioſe ſcripſi.

LEGES XII. TABV. A LVD. Charonda Iuriſconſulto ex ſuis, & aliorum antiquitatis doctiſſimorũ commentarijs reſtitutæ.

LEX PRIMA.



VVM nexũ faciet mancipiũq;, vti lĩgua nũcupaſſet, ita ius eſto.

Ex Sex. Pompeio Feſto de verborum ſig. explicat Balduinus.

2 Si quis qđ lingua nũcupaſſet, inficiatus ſit, duplionem luito.

Ex Cicerone, lib. 3. officiorũ, & Feſto reſtituit Charond.

3 Venditæ, & traditę res nõ aliter emptori acquiruntor, quàm ſi is venditori precium ſoluerit, vel alio modo ſatisfecerit.

Ex Iuſtiniano lib. 2. Inſtitution.

4 Vſus, & authoritas fundi, biennium eſto: cæterarum rerum vſus, annus eſto.

Ex Cicerone in orat. p Cecinna, & in topicis. Bal. interpretat.

5 Aduerſus hoſtem æterna auctoritas eſto.

Ex Cicerone lib. j. officior.

6 Rei furtiuæ ęterna auctoritas eſto.

Ex Iuſtiniano tit. Inſtitu. de vſucapion.

7 Attæ cuſtodes nec ſint.

Ex Pomp. Feſto in dictione nec, qui etiam, qui attæ dicantur, explicat. Char. reſtituit.

8 Rem vbi pagunt, oratione pagunt in comitio: at in foro ante meridiem cauſam coniicito, cùm perorant ambo præſentes: poſt meridiem præſenti litem addicito. Si ambo præſentes, Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.

Ex libr. 2. Rhetoricorum ad Herennium, Au. Gellio, libr. 17. cap. 2. Macrobio lib. i. Satur. cap. 3. Cenſorino. de die natali. ca. 19. Sed quid ſit comitium, Feſtus explicat.

9 Cui teſtimonium defugerit, is tertijs diebus ob portum obuagulatum ito.

Ex Feſto, q eius duobus in locis meminit, explicãs portũ p domo accipi, & vagulationẽ ſignificare qõnem cum conuitio. Ob autem pro ad vſurpatur. Reſtituit Charo. & in commen. interp.

10 In cõtrouerſia de finibus, quinq; pedum vſucapio nulla eſto.

Ex Cicerone lib. j. de legibus.

11 Eius arboris, quæ in alienum agrum impenderet, circuncidere ramos quindecim pedes altius à terra ius eſto vicino.

Ex Vlpiano. cap. 1. D. de arb. cæden.

12 Viæ latitudo in porrectum, octo pedum eſto: in anfractum, ſedecim.

Ex Caio, cap. 8. D. de ſeruitu. ruſti.

13 Tignum iunctum ædibus, vineisvè, & capulo ne ſoluito, ſed duplum qui iunxit, dato.

Ex Pompeio Feſto lib. 18. Reſtituit locum corruptum Char. legens capulo. Quid autẽ ſit capulũ, Nonius Marcellus explicat.

14 Glandem in alienũ fundum decidentẽ colligere, liberũ eſto.

Ex Plinio lib. 16. cap. 13.

15 Si immiſſum ab aliquo pecus glandem ex arbore aliena pcidentẽ in fundo alieno depaſcatur, de paſtu pecoris actio eſto.

Ex Vlpiano, cap. 14. D. de præſcrip. verb.

16 Si quadrupes pauperiem fecerit, aduerſus dominum quadrupedis actio noxalis eſto.

Ex Vlpiano, cap. j. D. Si quad. paup. fic. dic. in quo ſunt I. C. interpretationes, quas malè quidam legi adiiciunt.

17 Perfectum partum in decem menſibus gigni putato.

Ex Gellio lib. 3. cap. 16.

18 Inſignis ad deformitatem puer, breui tempore creatus, multò quoque tetrior & fœdior eſto.

Ex Cicerone lib. 3. de legib. cuius ſnĩam hãc eſſe Char. ſcribit, vt mõſtruoſus, deformis, diſtortis. ſ. & deformibus membris natus, aut breuiori tpe creatus turpis ſit & infamis iure Quiritum.

19 Parentibus liberos ter vendẽdi ius, atque poteſtas eſto. Quòd ſi filius ter venditus fuerit à patre, liber eſto.

Ex Dionyſ. Halic. lib. 2. antiq. Rom. & Vlpia. in epito. inſtitut.

20 Vti quis legaſſit, ſuper pecunia tutelauè ſuę rei, ita ius eſto.

Ex epitome inſtitu. Vlpia.

21 Parẽtibus tutorum liberis in poteſtate dandorum teſtamento, ius eſto.

Ex Caio, lib. 4. ad L. 12. tab. cap. j. D. de teſta. tut.

22 Quib. teſtõ tutor datus non eſt, agnati tutores legitimi ſunto.

Ex Vlpiano cap. j. D. de legit. tu.

23 Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumque in eo, pecuniavè eius poteſtas eſto.

Ex Cicerone lib. 2. de inuentione, & lib. 3. Tuſc. quæſt. & Iuſtinia. inſtitu. de curat.

24 Prodigo bonis interdictũ eſto, iſq; ĩ curatione agnatorũ eſto.

Ex Vlpiano cap. j. D. de cura. fur. & in epitome inſtitu.

25 Dolus tutoris, qui pupillum ſuum fraudauerit, vindicator.

Ex Cicerone lib. 3. officio. & I. C. c. j. D. de ſuſp. tut. & inſtit. eo.

26 Vti quis legaſſit rei ſuæ, ita ius eſto.

Ex Pomponio cap. 120. D. de verb. ſignific. Iuſtiniano Nouel. conſt. xij & al. I. C.

27 Quæ ſi erit teſtatior, libripensvè fuerit in teſtimonium feriatur, improbus, inteſtabilisq; eſto.

Ex Gellio lib. 6. cap. 7. & lib. 15. cap. 13. Lex autem eum improbum & inteſtabilem eſſe ſtatuit, qui fœminam vel libripendem vel teſtem adhibuerit.

28 Inteſtatorum hæreditates primò ſuorum hæredũ, velint nolint, ſunto: & in locum filiorum nepotes ſuccedunto.

Ex Iuſtiniano, inſtitu. tit de hęred. qual. & dif. & de hæred. quę ab inteſt. def. Diocletiano. cap. 3. de legit. lib. & al. I. C.

29 Si inteſtatus moritur, cui ſuus hæres nec extabit, agnatus proximus familiam habeto.

Ex Vlpiano in epit. inſtit. & Iuſtin. tit. de legiti. agn. tut. & de leg. agn. ſucceſ.

30 Inteſtato liberto mortuo, primùm ſui ſuccedunto: ſi hi non fuerint, patronus.

Ex Iuſtin. de ſucceſ. liber & Vlpia. in epito.

31 Si plurib. hĩditas iure delata ſit, atq; hi à cõione diſcedere volent, familiæ erciſcũdę iudicio inter eos res hĩditarię diuidũtor.

Ex I. C. Caio, cap. j. D. fami. erciſc. Gordiano cap. 6. C. eo. & al.

32 Hominem mortuum in vrbe ne ſepelito, nevè vrito.

Ex Cicerone lib. 2. de legibus.

33 Dum funus effertur, ne incomitiato.

Ex Cicerone & Plinio reſtituit Char.

34 Hoc plus ne facito. Rogum aſcia ne polito.

Ex Cicer. eſt autem aſcia dolabra genus poliẽdis lignis aptũ.

35 Tria ricinia, rica purpurea, decẽ tibicines, nec amplius ſunto.

Ex Cicerone eo libro, & Feſto, qui ricinium ex ſententia interpretum explicat. Reſtituit Char.

36 Mulieres genas ne radũto, nevè leſſum funeris ergò habẽto.

Ex Cicerone, eo. lib. & 2. Tuſcul. quæſt. & Plinio lib. 11. c. 37.

37 Cadauera ne vngito.

Ex eo. Cicer. Char.

38 Vino rogum ne reſpergito.

Ex Cicer. Plinio, & Feſto. Char.

39 Ne in funere circumpotato.

Ex Cicer. Charond.

40 Ne longæ coronæ ſepulchris imponantor.

Ex Cicer.

41 Ne

41 Ne acerræ funeris ergo ponantor.
Ex Cicer. & Festo, qui acerras esse dicit aras ante mortuum poni solitas,in quibus odores incendebant.
42 Homini mortuo ne ossa legito, quò post funus faciat:præterquàm si peregrè, vel militiæ mortuus sit.
Ex Cicero.
43 Qui coronã parit,ipse,pecuniavè eius, virtutis ergò ei duitor.
Ex Cicer.& Plinio libr.12. capit.3. Legi autem malè quidam adijciunt Plinij interpretationem.
44 Ne aurum addito.
45 Quoi auro dentes vincti essent, ast im cum illo sepelire vrevè se fraude esto.
Ex Cicerone. Veteres autem im pro eum,& se pro sine dixisse Festus testatur. Restituit Charon.
46 Ne vni plura funera facito, nevè plures lectos sternito.
47 Rogum bustumvè nouum propius sexaginta pedes ne adijcito ædes alienas inuito domino.
48 Forum bustum vè ne vsucapito.
Forum Festus significare scribit vestibulum sepulchri.
49 Nequis vnciario fœnore amplius exerceto.
Ex Cor.Tacito lib.5.Annal.
50 Sodalibus, qui eiusdem collegii sunt, & ius coeundi habent, potestas esto pactionis quam volent inter se ineundæ, dum ne quid ex publica lege corrumpant.
Ex Caio cap.4.D.de collegiis & corp.
51 Statuliberum venundari posse.
Ex Modestino.cap.25.de statulib.D.
52 Priuilegia nisi centuriatis comitiis ne irroganto.
Ex Cicerone in oõne ꝓ domo sua,ꝓP.Sestio,& li.3.de legib.
53 Si per trinoctium vxor à viro abfuerit,eam vir vsurpato.
Ex Gellio lib.3.cap.2.restituit & interpreta.Char.
54 Quandoque serpta donec dempta erunt.
Ex Festo.
55 Si in ius vocet, astque eat.
Ex Cicerone lib.2. de legib. ast vero non est aduersantis, sed copulantis particula.
56 Si quis lege agendo plus petierit, causa cadito.
Ex Cicer.libr.de Oratore.
57 Si quis in ius vocatur, si morbus ęuitasvè vitium esset,qui in ius vocabit,iumentum dato:si nolit,arceram ne sternito.
Ex Gellio lib.20.cap.j.
58 Si iudex, vel alter ex litigatoribus morbo sontico impediatur,iudicii dies diffissus esto.
Ex Vlpiano titu.11.libr.2. D. & Festo, qui interpretatur quid sit morbus sonticus.
59 Si status dies sit cum hoste, venito.
Ex Cicerone lib.j.Offic.
60 Assiduo, vindex assiduus esto. Proletario ciui quiuis volet, vindex esto.
Ex Cicero.in Top.& Gellio lib.16.cap.10.
61 Si qui in iure manum conserunt, superstitibus præsentibus vindiciæ sumuntor.
Ex Gellio lib.20.cap.9.& Festo.
62 Vindiciæ secundum libertatem dantor.
Ex Dionysio Halicar.li.11.& Pomp. I.C.c.1.D.de orig. iur.
63 Aeris confessis,reisque iure iudicatis,30.dies iusti sunto.Post deinde manus iniectio esto:in ius ducito.ni iudicatum facit,aut qui pseudo eo in iure vim dicit, secum ducito, vincito aut neruo,aut compedibus 15.pondo, ne minore: aut si volet, maiorę vincito.si volet, suo viuito:ni suo viuit,qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato: si volet, plus dato.tertiis nundinis partes secanto.si plus minusvè secuerint, se fraude esto.
Ex Gellio libro 20.cap.j.
64 De capite ciuis, nisi centuriatis comitiis, ne rogato.
Ex Cicerone lib.1.de leg.& pro P.Sestio.
65 Qui perduellem concitauerit, quivè ciuem perduelli tradiderit, capite punitor.
Ex Martiano I.C.cap.3.ad l.Iul.maiest.
66 Sanatibus idem iuris esto, quod fortibus.
Ex Festo.libr.17.
67 Si quis in vrbe coetus nocturnos agitet,capite punitor.
Ex oratione Portij latronis contra Catilin.restituit Bald.
68 Qui falsum testimonium dixerit, è saxo tarpeio deijcitor.
Ex Gellio lib.20.cap.j.
69 Iudex, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus sit, capite punitor.
Ex ipso Gellio eod.lib.
70 Si quis occentauisset,actitauisset,siue carmen condidisset, qđ infamiam flagitiumvè alteri precetur, intestabilis esto.
Ex Cicerone lib.4.de Rep.& Arnobio,lib.4.contra Gentiles, & cap.D.de iniur.& famosi libel.
71 Qui malũ carmẽ incãtassit, frugesvè excãtassit, vrbe eijcitor.
Ex Plinio lib.28.cap.2.& lib.30.cap.j.
72 Qui iniuria ceciderit alienas arbores,luito in singulas ęris 25.
Ex Plinio libro 17.cap.j.
73 Frugem aratro quęsitã furtim noctu si pauerit secueritvè pubes,suspensus Cereri necator,impubes verberator, noxiamque duplionemvè præstato.
Ex Plinio lib.18.cap.3.
74 Si nox furtum faxit:& im aliquis occisit, iure cęsus esto.
Ex Macrobio Satur.lib.j.cap.4.
75 Fur manifesto furto prehẽsus interdiu,si se telo defenderet,& im aliquis occisit,iure cæsus esto.Ex cæteris manifestis furibus,liberi verberãtor,& ei cui luci factum furtũ erit, si telo nõ defendant, addicuntor:serui verberibus affecti, de saxo præcipitãtor.
Ex Gellio lib.11.cap.18.
76 Furta per lancẽ liciumq; cõcepta, sicut manifesta vindicãtor.
Ex eodem libro Gellij. Hæc autem furta committi existimo, cùm quis lancem ante oculos tenens,ne matresfamilias aut virgines conspicaretur, ac lincio cinctus furtum quæ res in domo alienæ ipse furaretur,ex Gellio & Festo.Char.
77 De furto pacisci licitum esto.
78 Si membrum rupit meum:è pacto, talio esto.
79 Si iniuriam alteri faxit,25.æris pœnæ sunto.
Ex Gellio.
80 Si rupitias, sarcito.
Ex Festo, qui rupitias significare scribit damnum dederis.
81 Qui in bello pedem struit, capite punitor.
Ex Festo & hist.Rom.
82 Si seruus furtum faxit, noxamvè nocuit,sciente domino,serui nomine actio noxalis esto.
Ex Vlpiano.cap.2.D.de noxal.acti.
83 Inter hæredes pro hĩditariis portionibus obłones;diuidũtor.
Ex I.C.Paul.cap.25. D.famil. ercis. Valeria, Galienoque Imp. cap.1.c.vnus ex plu.hær. & al.
84 Patricij cum plebeis coniugium ne contrahunto.
Ex Diony.Halicar.lib.11.
85 Si vir cum muliere diuortium fecerit, mulier suas res sibi habeto: Et vir claues adimito.
Ex Cicero.2.Philippica.

LVDOVICI CHARONDAE IVrisconsulti Parisiensis, Ad leges duodecim tabularum, liber singularis.

COGITANTI mihi legum antiquarum originem ac progressum,perbeata visa est illa respublica,quæ paucis necessariisq; legibus fundata,suum statum conseruat. Nam si liberam Romanorum ciuitatem consideremus,variasq; & diuersas à seditiosis ciuibus latas leges repetamus, tũ ad vetustas duodecim tabularum leges animum conuertamus, infœliciſſimam illam fuisse rempublicam intelligemus,cum multis abundare legibus cœpit:vt si eam suo statui restituere voluerint prudentiores,ipsi adoptimas leges,quæ in duodecim tabulis inscriptæ erant,recurrendum fuerit.Eas enim primas esse iudicarunt, quæ Romanis constituerint rempublicam. Fremant omnes licet, dicam cum Crasso Ciceroniano quod sentio.Bibliothecas mehercle oĩum philosophorũ vnus mihi vr duodecim tabularum libellus,si qs legum fontes & capita viderit,& authoritatis pondere,& vtilitatis vbertate superare.Cicero lib.j.de orat.ad Q.Frat.Hinc omnis vetustatis memoria, antiquitatis effigies, publici priuatiq; iuris auctoritas,reipublicæ regendæ ratio, maiorum consuetudo, ad omnem deniq; virtutem via cognoscitur. Non est certè philosophorum,qui in otio,veri cognitionem indagant, & discendi studio impediti ciuilem hominum vitam contemnunt,mores instituere,legesq; ciuitatibus scribere:sed eorum,qui reipublicæ gubernacula suscipiunt,in societate hominum versantur,priuata atque publica negotia tractant. Effingunt sibi philosophi ciuitatum morumque ideas, quæ nec cognitę sunt, nec percipi vnquam poterunt, atque ita inanes reipublicæ formas, & (vt aiunt) notiones concipiunt,sed eas explicare nequeunt.Qui verò cœtus, consessusq; nobilium, congregationes plebis, officinas, commercia sequuntur, ij si virtute & prudentia excellant, non possunt non vtilem,& hominum moribus consentiẽtem legem ferre. Nullæ autem meliores, formandęque reipublicæ vtiliores latæ sunt leges, quàm quę à Decemuiris, siue authorũ grauitatẽ,siue earum ferendarum formam spectes. Cùm enim ab exactis regibus incerto iure populus Romanus iactaretur, & cõsuetudine aliqua magis,q̃ perlata lege vteretur: multę & graues cõtrouersiæ,seditiones,discordię atq; diuisiones inter plebẽ & nobiles nascebãtur.Nam plebs,eiusq; tribuni certã & equam iuris tum publici,tum priuati formam toti reipublicę constitui postulabant.Sed dissentiebant patricii, qui ciuitatẽ suo arbitrio regere volebant. Tandem C.Terentius trib. pleb.(quem Liuius C.Terentillum Arsam vocat) primus rogauit populũ:vt decem viri prudẽtia,& auctoritate nobiles scribẽdis ꝓponẽdisq; legib. eligerẽtur.verũ ille nõ potuit qđ conabat efficere,atq;imperfectũ opus deserere coactus est,populo bellis occupato Qui autẽ

Source : BIU Cujas

Lud. Charon. Ad leges xij. Tab.

ſequentibus poſt eum annis electi ſunt tribuni, victos tandem & precibus & mulctis Senatores ad iuſtam plebis petitionem impulerunt. Nam T. Romulius cōſularis damnatus grauiterq; mulctatus à plebe, præter omnium ſententiam ſuaſit ea, quæ à plebe petebantur æqua & iuſta. Elegantem eius orationem, & verè conſulari viro dignam refert Dionyſius Helicarnaſſeus. Ex illius ſententia, quæ Senatuſconſulto probata populo placuit, tres legati Sp. Poſthumus Albus, A. Manlius, & Seruius Sulpitius Camerinus miſſi ſunt Arhenas, & in alias Græcorum vrbes, vt ab iis optimarū legum formam acciperent. Quibus Romam reuerſis (triennium autem in ſua peregrinatione cōſumpſerūt) creati ſunt ex Ap. Claudii conſulis deſignati decreto Decē viri, qui & ex patrio iure, & ex Græcorum legibus certam iuris perpetui formam colligerēt, quod Senatus ſententia & populi iudicio probatum & ſanctum eſſet, omnes deinde ſequerentur Magiſtratus. Electi ſunt illuſtriſſimi Senatorum Decemviri App. Claudius, T. Genutius deſignati conſules, P. Seſtius alter conſulum prioris anni, ipſi tres legati, qui leges attulerant, T. Romulius, L. Veturius, C. Iulius, & P. Curiatius, quem Horatium appellat Dionyſius Halicarnaſſeus. Illi maieſtate conſulari, vel potius regia ornati, cæteris magiſtratu abdicatis, toto anno ſcribendis legibus operam dederunt ius populo reddentes. Prudentes eos fuiſſe, nec Solonem, aut Lycurgum prudentiorem ſcribit Cicero. Sed ne domeſtico teſtimonio eorum præſtātiam illuſtrem, Halicarnaſſeus Græcus rerū Romanarum grauiſſimus ſcriptor, viſam illo anno ciuitatem Romanam ſub Decemviris optimè gubernatam fuiſſe ſcribit. Laudabatur (inquit ille) eorum in plebeios prudentia, & aduerſus omnem violentiam, potentiorūq; iniquitatem imbecilliorum defenſio. Quamuis Decemvirorū prudentia ſola componendis legibus ſufficeret: illi tamen Hermodori Epheſij cōſilio vti voluerunt. Hic ille eſt clariſſimus philoſophus, qui ab Epheſijs in exilium actus eſt, quòd ipſis excellētiori virtute præſtare videretur, quem cùm ciuitate eijcerent, dicebant, vt ſcribit Cicero, Nemo de nobis excellat, ſed ſi quis extiterit, alio in loco & apud alios ſit. Eum Plinius interpretem vocat earum legum, quas Decemviri ferebant: Ipſiq́ue ſtatuam in comitio dicatam. Pomponius dicit eum authorem fuiſſe Decē viris harum legum ferendarum, ipſumq́ue in Italia exulaſſe. Si igitur Decem viri compoſitis legibus ex Græcis, & ex patrijs cōſuetudinibus, ingenti hominum expectatione in decem tabulis propoſitis populum ad cōcionem aduocarunt: & quod bonū, fauſtum, fœlixq́ue Reipublicæ, ipſis, liberisq; eorum eſſet precati legere leges propoſitas iuſſere. Liuius lib. 3. Se, quantùm decē hominum ingenijs prouideri potuerit, omnibus ſummis infimisq́ue iura æquaſſe. Plus pollere multorum ingenia conſiliaq;. Verſarent in animis ſecum vnamquanq; rem, agitarent deinde ſermonibus: atque in medium, quid in quaque re plus minus eſſet, conferrent. Eas leges habiturum populum Romanum, quas conſenſus omnium non iuſſiſſe latas magis, quàm tuliſſe videri poſſet. Cùm ad rumores hominum de vnoquoque legum capite edito ſatis correctæ viderentur, primùm quidem Senatū cōuocantes, nemine amplius leges reprehendente, præconſultum de ijs ſanxerunt: deinde centuriatis comitijs, Pontificibus, & auguribus alijsq́; ſacerdotibus præſentibus, & diuina (vt eſt lex) enarrantibus, dederunt centurijs ſuffragia. Confirmante verò etiam leges populo, ipſæ perlatæ ſunt, atque in decem tabulis æneis inciſæ: qui nunc quoque (vt ait Liuius) in hoc immenſo aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo fons omnis publici priuatiq; eſt iuris. Vulgabatur deinde rumor duas deeſſe tabulas, quibus adiectis abſolui poſſet velut corpus omnis Romani iuris. Ea expectatio, cùm dies comitiorum adeſſet, deſiderio decemuiros iterum creandi fecit. Alijs igitur creatis (ex prioribus enim ſolus manſit Ap. Claudius) nondum anno finito duæ illæ poſteriores deſideratæ legum tabulæ editæ ac perlatæ ſunt. Atque ita compoſitæ duodecim tabulæ, quas ſolus Pomponius eboreas, alijs melius æreas fuiſſe ſcribunt. Nam vſus æris (vt inqt Plinius li. 34. c. 9.) ad perpetuitatem monumentorum iampridē tranſlatus eſt, tabulis æreis, in quibus publicæ conſtitutiones incidūtur. Hæ ſunt illæ leges, quas ex antiquis prudentibus, qui iuriſperitus dici volebat, memoria tenere, interpretari aut enarrare debebat. Ipſæ enim ſunt iuſtitiæ exempla, finis æqui iuris; vt ait Tacitus. Vtinam illæ nunc etiam integræ, cum ſuis interpretibus extarent. Cùm ego principium illud enarrationis Caij ad leges duodecim tabularum, quod Pandectarum compoſitores in caput primū tituli de origine iuris coniecerunt, ppendo: non poſſum non grauiter illius cōmentariorū, cū ipſis legibus iacturam ferre. Non ita veterū iuriſconſultorū libros diſcerpere, ac dilacerare debebat Tribonianus. Elegantius.n. iuris originem Caius, q̄ Pomponius (ni fallor) deſcripſerat. Nam hoc illum doctiorē, quæ vtriuſq; in Digeſtis extant fragmenta, teſtantur. Locus hic poſtulare vr̄, vt ab vrbis initijs iuris originem, Caium reſtituens, repetam. Sed quia non perfectos ad leges duodecim tabularū, quæ integræ non inueniuntur, cōmētarios ſcribere, ſed quædam earū capita reſtituere & interpretari ſtatui, nolo plurib⁹ lectionibus noſtri ſtudij curſum interrumpere, de iure Romano aliqñ copioſè dicturus. Sed vt ad leges reuertar. Sūt q̄ leges à Cicerone ſcriptas, à Decēviris latas fuiſſe exiſtimēt, ipſasq; duodecim tabularum. Verū Cicero tm̄ ſuis legibus authoritatis nunq̄ tribuit, vt eas duodecim tabulis adſcribat: ſed ſi qm̄ ſuas illis illuſtret, quas ex eis ſumpſerit, nō ſine ipſarum laude ſubijcit. Et Platonis quidem exemplo ſe leges illi Reipub. quā inſtituerat cōuenientiſſimas deſcripſiſſe oſtendit. Is lib. j. A. Atq; ſi quæres, ego quid expectē, qm̄ ſcriptū eſt à te de optimo Reip. ſtatu, ꝓñs eſſe vr̄, vt ſcribas tu idem de legibus, ſi. n. feciſſe video Plato nē illum tuum, quem tu admiraris, quē oībus anteponis, quem maximè diligis. Plures alios locos omitto, ſed eius non poſſum non meminiſſe, qui eſt in 2. eius lib. A. Concluſa eſt quidem à te magna lex ſanè q̄ breui: & vt mihi quidē vr̄, non multū diſcrepat iſta ꝓſtitutio religionū, à legibus Numæ, noſtrisq; moribus. M. An cēſes, cū in illis de Republica libris perſuadere videatur Africanus oīum Rerumpublicarū noſtram veterem illā fuiſſe optimam, non neceſſe eſſe optimæ Reipublicæ leges dare conſentaneus? Alio loco. A. Video q̄ ſint in Pontificio iure, ſed quæro ecquidnā ſit ī legibus. M. Pauca ſanè, Tite, & vti arbitror, nō ignota vobis: ſed ea non tā ad religionē ſpectant q̄ ad ius ſepulchrorū. lib. 3. poſt recitatas de magiſtratibus leges ſubiicit. Tum leges præclariſſimæ duæ de xij. tabulis tralatæ, quarū altera priuilegia tollit: altera de capite ciuis rogari, niſi maximo comitatu, vetat, nondū inuentis ſeditioſis tribunis plebis. Hæc ſunt, quę ex Cicerone ad meam ſnīam confirmādā referre volui. Idē mecū alij ēt ſentiunt, qui Ciceronē de Prætore legē ſcripſiſſe, cùm tm̄ is primū Romæ annis poſt duodecim tabulas plus q̄ octoginta creatus ſit, obſeruāt. Sed quē in ſuis tabulis cōponendis ordinē ſequuti ſint decē viri, affirmare non audeo, nec ēt aliis quamuis audaciores poſſunt. Cicero quidē de religione primas leges edidit: Sed ipſe Decemuiros legem Solonis, quais ſumptuoſa funera & lamentabilia ſuſtulerat, in decimā tabulā eiſdē propè verbis cōiecisſe teſtatur. Nā de tribus ricinijs & pleraq; illa Solonis ſunt: de lamētis verò expreſſa his verbis ſunt: Mulieres genas ne radunto, nève leſſum funeris ergò habento. Permulti tm̄ ſeſe leges duodecim tabularum deſcribere fingētes primam tabulam de religione edunt, alii collecta indigeſtaq; à ſe ipſis capita enarrant. Equidem cū 12. tabularum leges non cōponere, neq; oēs ordini ſuo reſtituere, ſed adnotationes quaſdā ad nōnulla earū capita ſcribere ſtatuerim, non me certæ collocationi adſtringā: atque ad leges de ſepulchris, funeribusq́ue primùm veniam.

Deſumptæ ex duodecim tabulis leges.

HOminem mortuum in vrbe ne ſepelito, nève vrito.
Rogum aſcia ne polito.
Tria ricinia, rica purpurea, decē tibicines, nec amplius, ſunto.
Hoc plus ne facito.
Mulieres genas ne radūto, nevè leſſum funeris ergo habēto.
Homini mortuo ne oſſa legito, quo poſt funus faciat: præterquam ſi peregrè, vel militiæ mortuus ſit.
Cadauera ne vngito.
Vino rogum ne reſpergito.
Ne in funere circumpotato.
Ne longę coronę ſepulchris imponantor.
Ne acerrę funeris ergò ponantor.
Qui coronā parit, ipſe, pecuniavè eius virtutis ergò arguitor.
Ne aurum addito.
Quoi auro dētes vincti eſſent, aſt im cū illo ſepelire, vrerevè ſe fraude eſto.
Ne vni plura funera facito, neque plures lectos inferto.
Rogum buſtumvè nouum propius ſexaginta pedes ne adijcito ędes alienas inuito domino.
Forum buſtumvè ne vſucapito.

Hactenus mihi videntur Decēuiri de funeribus & ſepulchris ſanxiſſe. Sed quia multa ſunt in ijs legibus, quæ à plerisq; ignorātur: ijs ſubijciendam breuem quandā interpretationē eſſe duxi. Primùm caput, quod Cicero libro ſecundo de legibus refert, ex Græcia allatum eſt. Nā Athenienſes pro lege perpetuò ſeruarūt, ne quis in eorum vrbe ſepeliretur: quēadmodum ad Ciceronē de obitu M. Marcelli ſcribens Seruius Sulpitius teſtatur. Legis rationem eſſe credit Cicero ignē, vel periculum. Et certè mortuorū ſepulchra fieri ita debent, ne qd viuis ex eorū corporibus detrimenti afferatur. Nā Plato etiam vetat ex agro culto, eovè quicoli poſſit, vllam partē ſumi ſepulchro: ſed quæ natura agri tantūmodo efficere poſſit, vt mortuorū corpora ſine detrimēto viuorū recipiat, ea potiſſimū vt compleatur. Quę autē terra fruges ferre, & vt mater cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis nobis minuat, nevè viuus, nevè mortuus. Placuit hęc lex adeo Romanis, vt Vlpianus referat D. Adrianū aureorū quadraginta pœnā in cū ſtatuiſſe qui in ciutate ſepulchrum feciſſet, eamq́; fiſco inferri iuſſiſſet. Præterea Iulius Paulus libr. ſentent. prim. ſcribit, corpus in ciuitatem inferri non licuiſſe, ne funeſtentur ſacra ciuitatis, & qui contra ea fecerit extra ordinem puniri. Verùm ante hanc legem quiſque in ſuis ædibus ſepeliebatur. Hancq́ue ob cauſam

Source : BIU Cujas

cauſam Romani Lares coluerunt: Sed & Fabritij corpus (quia is virtutis cauſa legibus ſolutus eſt) in vrbe ſepultum fuiſſe Cicero ſcribit, & Plutarchus ius fuiſſe hominis triumphalis oſſa in vrbem inferri & ſepeliri, ipſiusq; poſteros ius idem vſurpaſſe narrat. Sequitur alia lex. Rogum aſcia ne polito. Eam malè reſtituere conantur, qui illi aliam legem. Hoc plus ne facito, adijciũt: vt poſtea dicemus. Vetat autem illa lex, ne ex perpolitis lignis pyra fiat. Eſt enim aſcia dolabræ genus poliendis lignis aptum. Tertium quod propoſuimus caput, ab alijs etiam diligentioribus omiſſum, ex Cicerone deſcripſimus. Illud verò, vt pleraque alia Decemuiri à Solone acceperunt. Lata eſt illa lex ad ſumptus funerum minuendos: Nam funebris pompæ modum præſcribit. Ricinium autem eſt (inquit Feſtus) omne veſtimentum quadratum. Hi qui duodecim Tabulas interpretati ſunt, eſſe dixere togam, quam mulieres vtebantur, prætextam clauo purpureo: vnde Riciniati mimi planipedes. Ricinium dictum videtur, ꝙ eo vterentur duplici, ab eo ꝙ dimidiam partem retrorſum iaciebant, à reijciendo. Solon quoq; vt ſumptus tolleret, cum tribus duntaxat veſtibus mulieres ad pompam funebrem exire voluit. Ricam purpuream appellat lex, qua cadauera, quæ efferebãtur, veſtiebantur. Purpura enim (vt ait Liuius) vtebantur viri, & magiſtratibus in colonijs municipijsq; togæ prætextæ ius erat: nec id, vt vnui haberent tantùm inſigne, ſed etiam cum eo vt cremarentur mortui. Sed Feſtus Ricam ſcribit dici veſtimentum quadratum fimbriatum purpureũ: quo flaminicæ pro palliolo vtebantur. Solebant vêteres in nobilium funeribus habere, qui tuba: in pauperũ & plebeiorum, qui tibia canerent. Sed plus quàm decem in funere non erant: vt etiam Ouidius libro ſexto Faſtorum teſtatur.

Adde quod Aedilis pompa qui funeris irent
Artifices ſolos iuſſerat eſſe decem.

Lex quæ ſequitur, Hoc plus ne facito, eam ſententiam habet, ne maior ſumptus in funere fiat, quàm ſanxerit. Suſtulerunt ẽt Decemuiri Solonem ſequuti lamentationes funeris. Ante rogum olim effundi humanus ſanguis vel captiuorũ, vt apud Homerum in funere Patrocli: vel gladiatorum, vt Romæ ſolebat. Eorum ſæpe loco præficæ mulieres luctum ſimulantes, genasq; laniantes cruorem effundebant. Plinius lib. 11. cap. 37. Infra oculos (inquit) malæ homini tantùm, quas priſci genas vocabant, duodecim Tab. interdicto radi à fœminis eas vetãte. Plutarchus Solonem ſuſtuliſſe ſcribit lacerationes plangentium. Quid leſſus in duodecim Tabulis diceret, veteres interpretes Sex. Aelius, L. Acilius non ſatis ſe intelligere dixerunt: ſed ſuſpicari, veſtimẽtum, veſtimenti aliquod genus funebris. L. Aelius leſſum quaſi lugubrem eiulationem, vt vox ipſa ſignificat: quod eò magis indicat verũ eſſe Cice. quia lex Solonis id ipſum verat. Plautus.

Thetis quoq; etiam lamentando leſſum fecit filio.

Dicitur autem ab antiquo verbo leſſo, quod à lædo venire videtur. Leſſum autem habere ea forma lex dixit, qua luriſconſulti & oratores, comitia, vel Senatum habere. Subijcit alia lex, ne oſſa mortui hominis colligantur, vt alio in loco ſepeliantur vel vrantur: niſi forte is vel peregrè, vel in bello perierit. Primùm enim veteres iudicarunt eius reliquias, maiorum ſepulchris reddi, condiq;. Deſumpta eſt etiam illa lex ex libro ſecundo Ciceronis de legibus. Quæ ſequuntur leges, ab eo etiam recitantur. Hæc præterea (inquit) ſunt in legibus, de vnctura, quæ ſeruilis vnctura tollitur, omnisq; circũpotatio, quæ & rectè reſperſio, ne longæ coronæ, ne accerræ ponantur. Solebant quidẽ cadauera, à pollinctorum familia vngi: vnde ſeruilis vnctura dicitur. Græci quoq; pollinctoris ſerui dominum libitinarium, νεκροθάπτην, ἀπὸ τοῦ θάπτειν τοὺς νεκροὺς, hoc eſt à ſepeliẽdis cadauerib⁹ appellant. Circumpotatio dicitur cõuiuium funebre. De reſperſione loquuntur Plinius & Feſtus. Ille legem duodecim Tabularum eam fuiſſe ſcribit, Vino rogum ne reſpergito. Feſtus, Murrhata (inquit) potione vſos antiquos inditio eſt, ꝙ etiam nũc ẽdiles per ſupplicationes dijs addunt ad puluinaria: & quod duodecim Tabulis cauetur, ne mortuo indatur: vt ait Varro libro primo antiquitatum. dicit etiam is, murinam genus potionis à quibuſdam appellari murrhatum vinum. Veteres & corpus & pyrã vnguentis, alijsq; liquoribus aſpergebant: atq; ſepulchris longas coronas, ideſt, amplas & deorum alicui ſacratas imponebant, & acerras ante rogum ponebant. Feſtus acerram eſſe dicit arã, quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. Alios exiſtimaſſe ſcribit arculam eſſe thurariam: ſcilicet vbi thus reponebant. Has omnes ſuperfluas & ſumptuoſas ſolennitates ſuſtulit lex duodecim Tabularum, ſed laudis ornamenta ad mortuos pertinere voluit, ꝙ coronã virtute partam, & ei qui peperiſſet, & eius parẽti, ſine fraude eſſe lex impoſitam iubet. Plinius, Semper tamen (ait) authoritas, vel ludicro quæſita fuit. Namq; ad certamina in Circum per ludos & ipſi deſcendebant, & ſeruos ſuos quoq; mittebant. Inde illa duodecim Tabula. lex: Qui coronam parit, ipſe pecuniave eius, virtutis ergò arguitor: Quã ſerui equive meruiſſent, pecunia partam lege dici nemo dubitauit. Quis ergo honos? vt ipſi mortuo, parentibusq; eius, dum intus poſitus eſſet, foriſve ferretur, ſine fraude eſſet impoſita. Hæc lex mouit me, vt lõgas coronas ita vt ſcripſi interpretarer. Sed quia memini me in antiquis Romanarum hiſtoriarum monumentis legiſſe, leges duodecim Tabul. vetuiſſe, ne longę coronæ circum pyram fierẽt: dubito, an Decemuiri coronas intellexerint, choros mulierum, aut parentum lamentantium: ſic enim priſci Romani coronas vocabant: vt etiam teſtatur Feſtus, qui de veterũ verborũ ſignificatione ſcripſit. Alij lemniſcatas coronas interpretantur. Sequitur apud Ciceronem lege cautum fuiſſe, ne aurum adderetur, ſed eam quàm humanè excepiſſe, vt qui ſibi dẽtes auro vinxiſſent, vt ij cum eo ſine fraude ſepelirentur, vrerenturve. Vetera verba mutare nolui. Antiqui enim Quoi dixerunt, vt ẽt, im, pro eum, & ſe pro ſine. Feſtus, im (ait) ponebant antiqui, pro eum, à nominatiuo is. Idem, ſe, quandoq; ſeorſum, quandoq; ſine. Veteres autem ſibi dentes eburneos inſerebant, eosque auro vinciebant. Martialis.

Sic dentata ſibi videtur Aegle
Emptis oſſibus, Indicoq; cornu.

Refert etiam Cicero lege ſanctum fuiſſe, ne vni plura funera fierent, atq; ne lecti plures inferrentur. Id enim in vſu erat, vt plures in funere lecti ſternerentur ad maiorem pompam. Seruius libro quinto Aeneid. ait, quondam populum honoris cauſa in funere geſtaſſe faces, ac poſtea funebres lectos. Duæ ſunt pręterea leges (inquit Cicero) de ſepulchris, quarum altera priuatorũ ædificijs, altera ipſis ſepulchris cauet. Nam ꝙ Rogum buſtumve nouum vetat propius ſexaginta pedes adijci ædes alienas inuito domino, incendium veretur acerbum: ꝙ autem forum, ideſt, ueſtibulum ſepulchri buſtumve uſucapi vetat, tuetur ius ſepulchrorum. Buſtũ (inquit Feſtus) propriè dicitur locus, in quo mortuus eſt, combuſtus & ſepultus: dicitur buſtum, quaſi bene vſtũ: vbi verò combuſtus quis tantummodo, alibi verò eſt ſepultus, is locus ab vrendo vſtrina uocatur: ſed modò buſta ſepulchra vocamus. Idem ſcribit, antiquos appellaſſe forum, quod nunc veſtibulum ſepulchri dici ſolet. Catulus buſtũ pro ſepulchro accipit.

Cùm teres excelſo coaceruatum aggere buſtum.

Græci (ait Cicero) τύμβον appellãt à τυφάδαι, ideſt vri. quidã nõ forum, ſed herum dicunt. Verùm mihi Feſti ſententia magis placet. Quem in alijs tabulis collocandis ordinem ſequuti ſint Decemuiri, affirmare non poſſum: tamẽ cęteras leges, vt cõijciam, ſubijcere ſtatui.

Perfectum partum in decem menſibus gigni putato.

Variæ fuerunt antiquorum philoſophorum de tempore humani partus ſententiæ. Sed eam ab omnibus receptam eſſe ſcribit Gellius libro tertio c. decimoſexto, poſtquam mulieris vterus conceperit ſemen gigni hominẽ ſeptimo menſe rarius, nunquam octauo, ſępe nono, frequentius decimo. Eumque eſſe hominem gignendi ſummum finem, decem menſes nõ inceptos, ſed exactos. Idq; Plautum veterem poetam dicere videmus in Comœdia Ciſtellaria, his verbis.

Tum illæ quam compreſſerat,
Decumo poſt menſe exacto, hic peperit filiam.

Verùm Decemuiri exiſtimarũt perfectum atq; legitimũ partum decimo, non vndecimo menſe gigni. Quæ opinio aliis deinde Romanis ita placuit: vt in teſtamentis adijcere teſtator ſoleret: Qui poſt mortem meam in decem menſibus proximis natus erit: Et hæc verba ex ſatyra M. Varronis, quæ inſcribitur, teſtamentum refert Gellius, Si quis mihi filius, vnus, pluresve in decem menſibus gignuntur: ij ſi erunt δυοῖν λύραις, exhæredes ſunto. Quòd ſi quis vndecimo menſe κατ' Ἀριστέλην natus eſt, Accio idem, quod Titio ius eſto apud me. Per hoc uetus prouerbium ſignificare mihi uidetur Varro, ſicut uulgò dici ſolitum erat de rebus inter ſe nihil aut parum diſtantibus, idem Accij quod Titij: ita pari iure apud teſtatorem eſſe eum, qui indocilis & ad literas non magis aptus, quàm Aſinus ad lyram gignitur, atq; eum qui undecemo menſe, ideſt utro quis naſcatur modo exhæredem eſſe.

Sequuntur aliæ leges.

Parentibus liberos ter uendendi ius, atq; poteſtas eſto.
Si pater filium ter uenundauit, filius à patre liber eſto.

Illã ex veteri iure, cuius author Romulus fuit, in duodecim Tabulas retuliſſe Decemuiros, eamq; multis annis ſeueriſſimè ſeruatam teſtatur Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 11. antiquit. Romana. hanc legem in quarta 12. Tab. quę in foro extabant, fuiſſe ſcribit. Eius meminerunt noſtri Iuriſconſulti. Verùm ipſam ad filias non pertinuiſſe arbitror, cùm Plutarchus Solonem prohibuiſſe ſcribat filias aut ſorores uendere, niſi quæ ſtupro ſe polluiſſent, cùm filios & filias antea liceret. Has autem tabulas ex Solonis legibus magna ex parte Decemuiros compoſuiſſe diximus. Præterea alio legis duodecim Tabularum capite (quod nobis auctor Vlpianæ epitomes ſuppeditauit) cautum erat, filium ter emancipatum, terq; manumiſſum ſui iuris fieri. Quod etiam Romulus (ut refert Dionyſius) conſtituerat. Verba legis ea ſunt quæ retuli. Ex ea ius ciuile in emancipandis liberis tres imaginarias uenditiones & manumiſſiones ſumpſit, quarum ſolennitatem explicat Caius libro priori inſtitutionum. Atq; ea ratione filius è patris poteſtate exibat, & ſui iuris efficiebatur. Fœminæ autem,

uel nepo-

Source : BIU Cujas

vel nepotes maſculi ex filio, vna emãcipatione de patris vel aui exibant poteſtate,& ſui iuris efficiebantur. Emancipatio autem (vt id obiter dicam) hoc eſt manus traditio, quædam ſimilitudo venditionis eſt. Nam pater naturalis filium ſuum alteri qui fiduciarius pater nominatur mancipat, hoc eſt manu tradit, à quo ille vnum aut duos nummos, quaſi in ſimilitudinẽ pretij accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc ſecundò & tertiò fit, cùm fiduciario patri emancipat ac tradit. Et ſic de patris poteſtate exit. Alia eſt duodecim Tabularum lex, quam vt potui, ex libro tertio Ciceronis de legibus collegi. Is enim ita de tribunis loquentem Quintum inducit. Nã mihi quidem poſtifera videtur: quippe quæ in ſeditione & ad ſeditionẽ nata ſit, cuius primum ortum ſi recordari volumus, inter arma ciuium & occupatis & obſeſſis vrbis locis, procreatũ videmus, deinde cum eſſet citò legatus tanquam ex 12. Tabulis, inſignis ad deformitatem puer, breui tempore creatus, multò quoq; tetrior & fędior natus eſt. Omnes qui Ciceronẽ interpretati ſunt, ipſum quidem ad 12. Tabularum caput alludere ſcribũt: ſed eorum nullus illud reſtituere conatus eſt. Equidem eius verba fuiſſe arbitror.

Inſignis ad deformitatem puer, breui tempore creatus, multò quoq; tetrior & fœdior eſto.

Senſiſſe mihi videtur Decemuiri monſtruoſum & deformẽ partũ (qui ſcilicet deprauatis & deformibus membris naſcitur) aut breuiori tempore creatum, infamem & turpẽ perpetuò eſſe, tanquam malum Reipublicæ omen. Statuerat Romulus, vt mõſtroſi partus ſine fraude necarentur. Eius conſtitutionem refert Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. Et certè Romana hiſtoria inſignia Romæ portenta nata fuiſſe in mare abiecta & necata teſtatur. Verùm lex 12. Tabul. humanius de ijs ſenſiſſe, aut certè Romuli conſtitutioni interpretationem adieciſſe videtur. Nec eñ de monſtris adeo deformibus, vt contra omnem hominis formam procreata ſint, intelligenda eſt. Nam aruſpices talia portẽta viuere nũquam paſſi ſunt. Illi quidem M. Meſſala & C. Liuio Coſſ. natum in Vmbria ſemimarem necari iuſſerunt: androgynos etiam in mare proijci voluerunt: quod factum eſt L. Metello, & Q. Fabio Maximo Coſſ. Cneo quoque Domitio & Fannio Coſſ. & paulò pòſt L. Aurelio, & Cæcilio Coſſ. Sed Decemuiri, quia generaliter omnes deformes partus necari ſtatuiſſe Romulus videbatur, ſanxerunt eos qui contaminatis & deprauatis mẽbris nati deformes eſſent, iure fœdiores turpioresq; eſſe, vt quos natura inquinaſſet, eos multò infamiores ius redderet. Hanc certè interpretationem ſequuti ſunt veteres iuriſcõſulti. Nam Paulus (vt refertur in cap. 14. tit. D. de ſtatu hominum) ſcribit partus non ſtatim eſſe monſtroſos, qui membrorum humanorum officia ampliarunt, & ideo inter liberos cõnumerari. Sed nec portentis comparandi ſunt illi, qui breuiori tempore, quàm natura ferat, gignuntur: verùm quia videtur illam violaſſe, eos quoque turpes iudicare legem arbitror. An plures aliæ à Decemuiris latæ ſint de liberis leges, affirmare non poſſum. Eos quidem multas ex veteri iure in ſuas tabulas retuliſſe omnes teſtantur: ſed quas, an eas tantùm, quæ à Romulo, an etiam, quæ à Numa, alijsq; regibus conſtitutæ ſunt, aut quæ ex patria conſuetudine venerunt, nullus explicat. Scribit Dionyſius Halicarnaſſeus, Poſt diſſolutionem regni, quũ primùm viſum eſt Romanis leges omnes patriasq; & arceſſitas in foro omnibus ciuibus proponẽdas, ne cum Regibus ius publicum caderet, eos qui à populo deſcribendarum componendarumq; legum poteſtatem acceperunt, eam quæ à Romulo de filijs lata eſt, ſimul cum alijs conſcripſiſſe, ipſamq; eſſe in quarta earum, quæ in foro poſitæ, duodecim Tabulæ appellantur. Quod non autem hi viri decem trecentis poſt annis ad deſcriptionẽ legũ creati, primi ipſi Romanis hanc legem introduxerint, ſed multò antè latam accipientes, nõ auſi ſint tollere, ex multis quidem alijs ille cõcipit: maximè verò ex Numæ legibus ſecundi Regis, in quibus eſt lex ſcripta huiuſmodi: Si pater filio permiſerit vxorem ducere, ſacrorumq; & pecuniarum ſociam legibus futuram, non amplius poteſtatẽ eſſe vẽdendi filium patri. Quod non vtiq; ſcripſiſſet, niſi prioribus legibus filios omnes vendere patri licuiſſet. Videtur Halicarnaſſeus exiſtimaſſe Decemuiros & Romuli & Numę leges in ſuas Tabulas cõieciſſe. Nec etiam arbitror humanam & politicam Numæ conſtitutionem omiſiſſe prudentes illos viros. Sũt leges 12. Tabularum, quæ ſtabuliberos venundari poſſe ſtatuerint: vt ſcribit Modeſtinus ff. 25. de ſtatulib. D. Sed is qui Vlpiani epitomẽ collegit, adijcit eas etiam iuſſiſſe, emptori dando pecuniam ſtatuliberos ad libertatem peruenire: vt eorum ſtatui venditio nõ noceat. Sic igitur hoc caput reſtituendum eſſe exiſtimaui.

Statuliberum venundato, ſed eius ſtatui venditio ne noceto.

De magiſtratibus & Iudicijs.

Multas leges de magiſtratibus, & eorum officijs tulerunt Decemuiri, ſed quæ fuerint illę, non ſatis conſtat. Equidem ſcio Reges permultas de magiſtratuum authoritate & muneribus conſtitutiones ſanxiſſe. Ijs quoq; exactis Conſules, ante duodecim Tabularum deſcriptionem multas rogationes ad populum tuliſſe. L. Valerius, vt omnem affectandi regni opinionẽ vitaret, Cõſul leges tulit, vt qui regnandi caperet conſilia, eius cum bonis caput ſacraretur: Et vt aduerſus magiſtratus, ad populum prouocatio eſſet. Quæ illi nomen Publicolę attulerunt. An eas leges ex veteri iure in ſuas tabulas retulerint Decẽuiri, dubito: verùm perſuadere mihi non poſſum, ipſos illas omiſiſſe: cùm & ad conſeruandam Reipublicæ libertatem, & ad continendum populare ſtatum maximè pertineãt, & earum exemplum ex Græcis legibus accipere potuerint. Ad coercendam patritiorum audaciam, eorùmq; tyrannidem reprimendam ęquabile ius populus tandem obtinuit: ſed quis eum populares, & Reipublicæ neceſſarias leges, conſuetudinesq; patrias neglexiſſe dicet? Statuerat etiam Romulus, quod populus decreuerat, non prius ratum eſſe, quàm patres authores eſſent. An ea lex deſcripta à Decemuiris fuerit, ignoro: tamen eos Senatui non fuiſſe odioſos, atq; Sylla & Pompeio Coſſ. renouatam fuiſſe antiquam legem, vt nihil iam ad populum, & niſi de patrum cõſilio ferretur, legimus. Sed & populum ſic Imperium dituiſiſſe, vt ſibi maieſtatẽ reſeruaret, Senatui verò authoritatem tribueret Romanæ antiquitates teſtãtur. Cicero ſe de duodecim tabulis duas pręclariſſimas leges, in ſuas tranſtuliſſe ſcribit, quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat. Illas ſic reſtitui.

Priuilegia niſi centuriatis comitijs ne irroganto.

Ne de capite ciuis, niſi centuriatis comitijs rogato.

Cicero pro domo, Vetant (inquit) leges ſacratæ, vetant duodecim tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari: id enim eſt priuilegium. Ille lib. tertio de legibus priuilegium interpretatur, legẽ in priuatum hominem latam. Legis autem illius 12. Tabu. hanc eſſe vim dicit, eam noluiſſe ſcitum & iuſſum in omnes, ferri de ſingulis, niſi centuriatis comitijs, ideſt, legem generaliter ſcitam & iuſſam non debere ad priuatum hominem trahi. Iniuſtius nihil & Reipublicæ pernicioſius ferri poteſt, q̃ vni magis, q̃ cæteris fauere, eumq; legibus, quæ communes ſunt & publicæ, ſoluere. Ideo hæc priuilegia nõ niſi maximis comitijs irrogari veteres voluerunt. Deſcriptus enim populus cẽſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium conſilij, q̃ fusè in tribus conuocatus. Tributis quidem & centuriatis comitijs communes leges ferebantur. Sed in cauſa Ciceronis vir magni ingenij, ſummæq; prudentiæ L. Cotta, cùm princeps rogatus ſententiam diceret, nihil omnino actum eſſe de Cicerone iure, nihil more maiorum, nihil legibus iudicauit: præter enim quam cp comitia illa eſſent armis geſta ſeruilibus, p̃terea neq; tributa capitis comitia rata eſſe poſſe, neq; vlla priuilegia: Nam nec poſſe quẽquam de ciuitate tolli ſine iudicio: de capite non modò ferri, ſed ne iudicari quidẽ poſſe, niſi centuriatis comitijs. Nõ erat diuerſa lex Athenis, vt dicit Demoſthenes contra Timocratem. Neq; enim legem hominis priuati cauſa, niſi & eandem in omnes Atheniẽſes ferre licebat, nõ minus ſex hominum milibus ſuffragio cã lato ſciſcentibus. Sed & Romani ſuam conſeruare maieſtatem cupientes, noluerunt in ciues animaduertendi poteſtatem magiſtratibus tribuere. Verum ſi quando de ciuis capite ageretur, cõſtituebat populus Quæſtores, quis de re capitali cognoſcerent. Illi quidẽ ex populi iudicio, & vt erat centuriatis comitijs decretum ſtatuebãt: vnde publicæ quæſtiones, vel iudicia dicuntur, quæ ex legibus à populo de his rebus latis deſcendunt. Cicero pro P. Seſtio, Cur de capite, inquit, ciuis & de bonis proſcripti ferretur: cum & ſacratis legibus, & 12. Tabulis ſancitum eſſet, neve priuilegium irrogari, neve de capite ciuis niſi comitijs cẽturiatis rogari, nulla vox eſt audita cõſulum? Hanc legẽ renouauit C. Gracchus, quẽ Cicero pro C. Rabirio perduellionis Reo, ait legẽ tuliſſe, ne de capite ciuium Romanorũ iniuſſu Quiritiũ iudicaretur. Perpaucas de rebus capitalibus leges Decemuiros ſanxiſſe Cicero in libris de Republica ſcribit: vt verius ſit hæc publica iudicia populi maieſtati reliquiſſe. Sed an ea cõſtitutio hac lege intelligatur, an verò quædam alia lata ſit, dubito. Equidẽ ſcio pęnę diſceptationem ad populi iudicium pertinuiſſe. Cùm enim pęna ab eo irrogata erat, qui de capite ciuis ex publica lege cognoſcebat, apud populũ diſceptabatur, & eius ſuffragijs vel firmabatur, vel abrogabatur. Liuius, Confeſtim Caruilij tribuni plebis omiſſa multę certatione, rei capitalis diem Poſthumio dixerunt. Sunt quædam leges à Decẽuiris de criminibus latæ, quas ex antiquis deſumpſimus, & ſic reſtituimus.

Qui perduellem concitauerit, quive ciuem perduelli tradiderit, capite punitor.

Iudex qui ob rẽ dicendã, pecuniam acceperit, capite punitor.

Qui falſum teſtimonium dixerit, è ſaxo Tarpeio deijcitor.

Si quis occentauiſſet, actitauiſſet, ſiue carmen condidiſſet, qđ infamiam faceret, flagitiũve alteri precaret, inteſtabilis eſto.

Qui fruges excantaſſit, & qui malum carmen incantaſſit, vrbe eijcitor.

Qui iniuria ceciderit alienas arbores, luito in ſingulas æris 25.

Frugem aratro quæſitam furtim noctu ſi pauerit ſecueritve pubes, ſuſpenſus Cereri necator. impubes verberator, noxiamque duplionemve præſtato.

Si nox furtum faxit, & im aliquis occiſit, iure cæſus æſto.

Fur ma-

Source : BIU Cujas

Fur manifesto furto præhensus, aut interdiu si se telo defendit, occiditor. Alius manifestus fur, si liber, verberator, eique cui furtum factum est addicitor: si seruus, verberibus affectus è saxo præcipitator.

Furta per lancem liciumq; concepta capite vindicantor.

Qui membrum rupit, è pacto, talio esto.

Si iniuriam alteri faxit, 25. æris pœnæ sunto.

Atrociorum iniuriarum maioris æris pœnæ sunto.

De furto paciſci licitum esto.

Martianus Iurisconsultus (vt extat in cap. 3. titu. Ad legem Iuliam maiestatis D.) scribit 12. Tabularum iubere eum, qui hostē concitauerit, quive ciuem hosti tradiderit, capite puniri. Et hoc crimen dicitur læsæ maiestatis. Populi enim Romani maiestatem minuit, qui contra populi dignitatem hostem concitat, aut hosti exercitum ciuemve tradit. Perduellem priscè dixi, qui nūc hostis appellatur. Lex quæ sequitur, ad conseruandam iustitiā, quę ipsa nullo precio æstimari potest, maximè pertinet. Tāta est iudicis pecunia corrupti perfidia, vt ea capite vindicanda sit. Nō igitur ineptè Cæcilius eam minus duram videri debere apud Gellium probat. Nec acerba etiam est ea, quam de falsis testimonijs tulerunt Decemuiri. Cæcilius apud Gellium lib. 20. cap. 1. noct. Attic. An putas, inquit, Phauorine, si non illa etiam ex 12. Tabulis de testimonijs falsis pœna aboleuisset, & si nunc quoque vt antea, qui falsum testimonium dixisse conuictus esset, è saxo Tarpeio deijceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quàm videmus? Acerbitas plerunque vlciscendi maleficij, bene atq; cautè viuendi disciplina est. Scio Modestinum Iurisconsultum scripsisse, non ita quem damnari, vt de saxo præcipitetur: quia pœna illa 12. Tabularum iam desierat. In describenda lege de famosis scriptis, vt in alijs etiam quibusdam vsus sum laboribus doctissimi viri Frāciſci Balduini, qui eruditos ad leges 12. Tabularum commentarios scripsit. Sed mihi cum eo in permultis capitibus non conuenit, vt nec in hoc etiam omnino. Verùm referam locum Ciceronis ex quo eam legem desumpsit. Sic apud eum libro quarto de Republica loquitur Africanus. Apud Græcos fuit etiam lege concessum, vt quod vellet Comœdia, nominatim, vel de quo vellet, diceret. Itaque quem illa non attigit? vel potius quem non vexauit? Esto populares homines improbos in republica seditiosos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum læsit. patiamur. Etsi huiusmodi ciues à Censore melius, quàm à poeta notari. Sed Periclem, cùm iam suę ciuitati maxima authoritate plurimos annos domi & belli præfuisset, violari versibus, & eos agi in scena non plus decuit, quàm si Plautus voluisset, aut Næuius P. & Cn. Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni maledicere. Nostræ contrà 12. Tabulæ cùm perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putarunt, si quis actitauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri precaretur. Iudicijs enim ac magistratuū disceptationibus legitimis propositam vitam, non poetarum ingenijs habere debemus: nec probrum audire nisi ea lege, vt respondere liceat, & iudicio defendere. Hæc Africanus. Existimat Balduinus summo supplicio Decemuiros hanc infamiam vindicasse. Equidem intelligo Ciceronem dixisse illos capite eam sanxisse. Sed capitis pœna non mortem tantùm, verùm etiam statum & dignitatem respicit. De suo capite quæstionem habitam Cicero, cùm in exilium actus est, scribit. Capitis iudicium subijsse eum dicit, qui Senatu motus est. Sunt etiam tres capitis minutiones, de quibus multæ in Pandect. referuntur veterum Iurisconsultorum sententiæ. Melius igitur Caius, qui etiā ad leges duodecim Tabularum scripsit, (vt extat in cap. 5. tit. de iniurijs & famosis libellis D. ipsi enim veterum librorum inscriptiones tribuunt) enarrans hoc 12. Tabularum caput, cùm legē Corneliam explicasset, subijcit: Si quis librum ad infamiam alicuius pertinētem scripsit, composuit, edidit, dolove malo fecit, quò quid eorum fieret: etiam si alterius nomine ediderit, vel sine nomine: vti de ea re agere liceat: & si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis ex lege esse iubetur. Legem cùm dicit, 12. Tabu. intelligit: atque ita alij iurisconsulti semper vsurparunt. Ipsam enim per excellentiam absolutè vocant: vt etiam si illud caput Vlpiano (vt in vulgaribus libris scribitur) tribuamus: Ea tamen verba non de lege Cornelia, qua quid cautum erat: prius dixerat Iurisconsultus, sed de hac ipsa accipienda sint. Caius ad leges 12. Tabul. cap. 26. de testamentis D. Cùm lege (inquit) quis intestabilis esse iubetur, eò pertinet, ne eius testimonium recipiatur: & eò amplius (vt quidam putant) neve ipsi dicatur testimonium. Et certè, si talionis pœnam respexerimus, non est probrum alia pœna, quàm infamia vindicandum. Quæ de non excantandis frugibus, malove carmine incantando, de pœna eius, qui iniuria alienas arbores ceciderit, de pœna eius, qui frugem aratro quæsitam furtim noctu pauerit, secueritve, leges sequuntur, ex Plinio desumptæ sunt. Is enim libro 28. cap. 2. de magicis incantationibus disputans, scribit ea legis 12. Tabul. verba fuisse: Qui fruges excantasset, & qui malum carmen incantasset. Pœnam non adijcit. Eam ego ex antiquis monumentis collegi. Testantur enim historiæ conuictos magicæ incantationis, vrbe expulsos fuisse. Magia quidem illa, quam Zoroastes verum rei cultum appellat, reprehendenda non videtur, sed ea quæ à Chaldæis tradita est. Fuit & arborum (narrat Plinius lib. 17. capi. j.) cura legibus priscis, cautumque est 12. Tabulis, vt qui iniuria cecidisset alienas, lueret in singulas æris 25. Ex hac lege descendit actio arborum furtim cæsarum. Quæ autem cęsa dicatur arbor, intelligi facilè potest, ex responsis prudentum, quæ coniecta sunt in titul. 7. lib. 47. Pandect. Fuit etiam lex antiqua, quam Plinius refert, Oleam ne stringito, neve verberato. Sed oleam arboris appellatione contineri Vlpianus ostendit. Lex acerbissima de frugibus non debebat à Decemuiris in 12. Tabulas referri. Sed quia ipsam ab ijs latam fuisse testatur Plinius, omittendam non duxi. Duplionem autem veteres dicebant, quod nos duplum. Venit autem à Græco Δίπλοον. Leges de furtis à Gellio lib. 11. cap. 18. & Macrobio lib. Saturnal. 1. cap. 4. Earum Cicero in oratione pro Milone, & Iurisconsulti meminerunt. Ipsas posteriores Romani correxerunt pœnas pecuniarias statuentes. Quid sit furtum manifestum, quid telum, neminem dubitare existimo. Itaque de furto per lancem & licium (in cuius interpretatione multi elaborant) dicendum videtur. Si vellem omnium qui scripserunt, sententias referre, singularem commentarium scribere me oporteret. Dicebatur certè furtum per lancem & licium conceptum, quod ea ratione committebatur, si quis lancem ante oculos tenens, ne matresfamiliàs, aut virgines conspicaretur, licio cinctus domum alienam ingrederetur, & furtum quęrens, ipse furaretur. Confirmatur mea coniectura (quę nulli in mentem venit) Gellij & Festi Pompeij authoritate. Scribit ille Decemuiros furtum per lancem & licium conceptum, perinde ac si manifestum foret vindicasse. Conceptum dicitur aliquid, quod formatum, compositum, & effectum est: vnde conceptas à prætore formulas veteres dicebant. Legum igitur latores factum & commissum ea forma furtum vindicant. Sed quid sit per lancem & licium, explicat Festus, Lance (inquit) & licio dicebatur apud antiquos: quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat: lancemque ante oculos tenebat, propter matrumfamiliæ aut virginum præsentiam. Scribit quidem Festus anquam illam quærendi furti in ædibus alienis fuisse solennitatem, vel ne viderentur vxores aut mulieres, quas religiosè ac seuerè olim & Græcos & Latinos obseruasse, vt nunc etiam, nullus ignorat: vel nè terrerentur, vel aliam ob causam. Furtum autem quod quis committebat, furtum quęrens in ædibus alienis, per lancem & licium conceptum dicebatur, quia licio cinctus & lancem ante oculos tenens furtum faciebat. Mihi quidem omnes alij interpretes falli, errare, & labi videntur. Sed si quis meliora afferat, eum lubens audiam. Sileant igitur Tatij, Alpini, Alciati, Ant. Augustini, aliorumque controuersiæ. Constat enim non solùm sacrificulos licio cinctos fuisse, sed etiam lictores, qui magistratibus præministrabant, aliosque profanos: atque lances vsitatas non in sacrificijs tantùm, verumetiam in prandijs profanis, & cœnis. Quod diximus, à Tirone Tullio M. Ciceronis liberto (qui à Gellio refertur lib. 12. cap. 3.) & à Plinio lib. 33. cap. 11. probatur. Is namque lictorem à licio dici scribit. Plinius verò de frugalitate ac luxu in vasis generaliter disputans, lances in rebus etiam profanis dicit. Itaque non de furto, quod sacrilegio proximum esset, statuerunt Decemuiri, sed de alio genere, quod quamuis manifestum non esset, eadem tamen pœna, qua illud ipsum coercebatur. Lex de talione à Cæcilio describitur & explicatur apud Gellium lib. 20. cap. 1. Eius sententia est. Si is qui membrum ruperit, pulsarit, ac læserit, paciſci noluerit, talionem patiatur. Nec adeo acerba videri debet, cùm idem in eo, qui læsit, fiat, quod in alio fecerit: illeque paciscendi facultatem habeat, nec necesse sit pati talionem, nisi eam ipse elegerit. Leges duæ de Iniurijs ab eodem Cęcilio tractantur, qui atrociorum etiam iniuriarum, vt de osse fracto, pecuniarias semper fuisse pœnas scribit: vt etiam Iustinianus leg. 12. Tab. cautum in Institutionibus testatur. Quare mihi videtur Decemuiri sanxisse, vt si qui atrociorem iniuriam intulit, nec paciſci, nec talionem pati velit, ipsa talio ad æstimationem pecuniariam, iudicis arbitrio redigatur. Quod Cæcilius quoque dicit. Denique lex paciſci de furto, vt de iniuria permisit: vt ex permultis nostrorum Iurisconsult. responsis constat. Sed in his, tanquam vulgatioribus magis insudandum non est. Ideoque alia subijcio capita, cum breui interpretatione.

Si in ius vocet, astque eat.

Hoc caput ex libro secundo Ciceronis de Legibus collegi. Ait ille. A paruis enim, Quinte, didicimus, Si in ius vocet astque eat, eiusmodi alias leges nominare. Ea illius legis sententia est, vt qui in ius vocat, is etiam eat: quæ certè prima ex legibus ad iudicia ciuilia pertinentibus esse potuit. Particula verò Ast, aduersantis non est, verùm copulantis: vt apud eundem. Diuos & ollos qui cœlestes semper habiti, colunto: & ollos quos tendo cęlo merita vocauerint, Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum: Ast olla, propter quæ datur homini ascensus in cœlum, &c. Omissa est hæc lex, vt pleræq; aliæ, ab ijs qui doctiores diligentioresque videri cupiunt.

Si in ius

Lud. Charon. Ad leges xij. Tab.

Si in ius vocet, si morbus, æuitasve vitium esset, qui in ius vocabit, iumentum dato: si nolet, arceram ne sternito.

Gellius lib. 20. capit. 1. hoc caput 12. Tabularum refert, apud quem Cæcilius Iurisconsultus cum Phauorino disputans oste dit morbum in lege non ægrotationem grauem & febriculosam, sed vitium aliquod imbecillitatis & inualentiæ significare. Iumentum autem non id solùm, quod vulgò dicitur: sed vectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim (vt Varro quoque scribit) à iungendo iumentum dixerũt. Arcera autem vocabatur plaustrum tectum vndique & munitum, quasi arca quædam magna vestimentis instrata, qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant. Aeuitatem prisci ætatem dicebant. Vult igitur lex, Si is qui in ius vocatur, ideſt, apud eum, qui iuridicundo præest, infirma sit valetudine, aut grandio ri|ætate, quàm pedibus ire|possit: ipsi plaustrum, quod iumẽtum dicitur, eum qui in ius vocat, dare debere, non arceram sternere, nisi velit.

Si quis lege agendo plus petierit, causa cadito.

Huius legis Cicero meminit lib. 1. de Oratore. Ait enim lege agendo plus petere neminem potuisse, quàm quantum lex in 12. Tabul. permiserat: & si quis plus petijsset, causa cecidisse: sicuti causa cadebat, qui ante diem tempus petijsset. Lege autem agere is mihi videtur, qui ex legis forma & constitutione agit. Nec enim Decemuiros ad formulas actionum, quæ ex ipsis legibus 12. Tabularum compositæ sunt, respexisse arbitror.

Si iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iudicij dies diffissus esto.

Vlpianus (cuius extat responsum in titu. 11. lib. 2. Pandect.) legem xij. Tabularum iussisse scribit, si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, diem iudicij esse diffissum, ideſt, dilatum & productum. Sic enim diffindere Latini vsurpant. Sonticum morbum in xij. Tabulis significare, aut Aelius Stilo (vt refert Festus) certum cum iusta causa: quem non nulli putant esse qui noceat: quod sontes dicantur nocentes. Næuius, sonticam (ait esse oportet causam, quamobrem perdas mulierem. Potest Aelij defendi sententia, qua lex velit, tum differri diem iudicij, cùm certus est atque constans, minusve varius morbus, & cum legitima causa, quæ iudicem vel alterum ex litigatoribus iustè excuset. Magis tamen alia interpretatio placet, quæ à nostris Iurisconsultis & Gellio probatur: vt morbum sonticum dicamus, morbum vehementiorem, qui mentem ita perturbat, vt cuique rei agendæ impedimento sit. Marcellus Iurisconsultus capit. 60. titul. j. lib. 42. D. morbus sonticus (inquit) etiam inuitis litigatoribus, ac iudice diem differt. Sonticus autem existimandus est, qui cuique rei agendæ impedimento est. Alios non refero.

Status dies cum hoste esto.

Accepi hanc legem à Cicerone, libro primo de Officijs, quo in loco hostem antiquos appellasse eum scribit, quem nunc peregrinum dicimus: Festus, Status dies (ait) vocatur, qui iudicij causa præconstitutus est cum peregrino: eius enim generis ab antiquis hostes appellabantur: quòd erant pari iure cum populo Romano, atque hostire ponebatur pro æquare. Plautus in Curgulione.

Si status condictus cum hoste intercedit dies.

Itaque ea est huius legis vis, vt dies certus peregrino præfigatur & constituatur, quo cum eo agatur.

Assiduo vindex assiduus esto, proletario ciui quiuis volet, vindex esto.

Cùm lex (inquit Cicero) assiduo vindicem assiduum esse iubet, locupletem iubet locupleti. Locuples enim assiduus (vt ait Aelius) ab ære dando dicitur. Hanc legem refert Gellius lib. 16. cap. 10. atque eadem interpretatione assiduum explicat. Proletarium autem esse ab antiquis appellatum dicit, qui in plebe Romana tenuissimus pauperrimusque erat, neque amplius, quàm mille quingenta æris in censum deferebat: quasi prole tãtùm, non etiam opibus iuuare rempublicam posset. Lex vindicem vocat defensorem, qui vel procurando, vel fideiubendo causam alterius vindicandam suscipit. Nam veteri iure, qui in ius vocabatur, ire cum vindice debebat. Vindex (inquit Festus) dicitur is qui vindicat, quò minus is qui prensus est ab aliquo teneatur.

Si qui in iure manum conserunt, superstitibus præsentibus vindiciæ sumuntor.

Desumpsimus hoc caput ex Festo & Gellio. Ait ille, superstites testes præsentes significare: cuius rei testimonio est, quòd superstitibus præsentibus leges inter quos controuersia est, vindicias sumere iubent. Plautus in Artemone.

Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adest superstes.

Gellius scribit, manum conserere esse, de qua re disceptatur, in re præsenti, siue ager, siue quid aliud est, cùm aduersarium simul manu prenderet, in ea re solennibus verbis vindicare: ideſt, vindicia correpta manu in re atque in loco præsenti, apud Prætorem ex duodecim Tabulis fiebat, in quibus ita scriptum est, Si qui in iure manum conserunt. Hæc igitur est legis sententia. Si qui apud eum, qui iuri dicundo præest, manum conserunt, ideſt, in re præsenti, de qua controuersia est, mutuam manum prendunt, præsentibus ijs testibus, qui super rem stant, vindiciæ sumuntor. Solennia verba refert Cicero in oratione pro Murena. Fundus (ait) qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est. Eum ego ex iure meum esse aio. Ibi ego te ex iure manum consertum voco. Hæc erant verba eius, qui vindicabat. A quo verò vindicabantur, eius hæc erant verba. Vnde tu me ex iure manum consertum vocasti: inde tibi te ego reuoco. Meminit etiam alijs in locis Cicero huius antiquæ formulæ. Vindicias à lege dici arbitror, eas res, quæ coram ius dicente, è fundo|sumebantur, tanquam eæ significarent vtrunque litigatorum eum fundum sibi vindicare. Alij aliter hanc legem restituunt & interpretantur. Sed mea sententia, & legi conuenit, & à Cincij opinione non dissentit. Sic enim Festus eum sensisse scribit. Vindiciæ appellantur, res eæ, de quibus controuersia est: de quibus Cincius sic ait, Vindiciæ olim dicebantur, quæ ex fundo sumptæ in ius allatæ erant. Seruius Sulpitius, vindiciam dictã esse ait, ab eo, quod vindicantur res ex controuersia.

Vindiciæ secundum libertatem dantor.

Hoc ius ex veteri iure in xij. Tabulas Decemuiros transtulisse scribit Pomponius Iurisconsultus. Sed eorum princeps Ap. Claudius eam legem calumniosè & malitiosè interpretatus, ex sua argutia turpiter perijt. Aequa est certè legis sanctio, vt is, de cuius statu agitur, in possessione libertatis maneat pendente cõtrouersia. Vide Dionysium Halicarnassæum, lib. 11.

Aeris confessis, reisque iure iudicatis xxx. dies iusti sunto. post deinde manus iniectio esto, in ius ducito. ni iudicatum facit: aut qui pseudo eo in iure vim dicit, secum ducito, vincito aut neruo, aut compedibus xv. pondo, ne minore, aut volet, maiore vincito. Si volet, suo viuito. Ni suo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato: Si volet, plus dato. Tertijs nundinis parteis secanto, si plus minusve secuerunt, se fraude esto.

Acerbam & penè inhumanam hanc legem explicet, atque tueatur Cæcilius apud Gellium lib. 20. capi. 1. Equidem eam interpretatione indignam iudico. Quid enim est in ea humanitatis, præter iustam 30. dierum dilationem, & victum, quem vincto suppeditari vult? Immitius & immanius est, quàm humanitas ferat, pro debito pecuniario, addicere, vincire, & dissecare hominem. Puniendam esse debitoris perfidiam sentio, sed præstantior est vita hominis, quàm quæ pecunia æstimari debeat, ipsaque propter debitum non solutum tollenda sit. Iustos dies interpretor legitimos, qui ad quandam quasi interstitionem & cessationem pertinebant. Sic eos explicat Cæcilius: & Festus scribit iustos dies dici triginta, cùm exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum. Iudicatos reos lex dixit condemnatos.

Cùm nexum faciet, mancipiumque, vti lingua nuncupasset, ita ius esto.

Hoc caput ex Festo Pompeio desumpsi, quo in loco Cincium nuncupata explicare nominata & certis proprijs nominibus pronunciata scribit. Santram verò promissa & quasi testificata. Eius meminit Cicero 3. Offic. ipsiusque sententiam declarat: cùm ait, legibus xij. Tabularum satis esse ea præstari, quæ essent lingua nuncupata. Aliter hanc legem alij restituunt, sed quàm rectè, videant.

Si quis quod lingua nuncupasset, inficiatus sit: duplionem luito.

Huius etiam capitis admonuit me Cicero libro tertio Officiorum. Scribit enim, legibus xij. Tabularum, satis esse ea præstari, quæ essent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret. Illud tamen omiserunt alij.

Tignum iunctum ædibus, vineisve & capulo ne soluito. Sed duplum dato.

Vlpianus cap. 1. de tigno iuncto. D. Lex duodecim Tabularum (inquit) neque permittit soluere tignum furtiuum ædibus vel vineis iunctum, neque vindicare. Quod prudenter lex effecit, ne vel ædificia sub hoc prętextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur. Sed in eum qui conuictus est iunxisse, in duplum dat actionem. Festus Pompeius ait. Tignum non solùm in ædificijs quo vtuntur appellatur: sed etiam in vineis: vt est in xij. Tignum iunctum ædibus, vineave & capulone soluito. In vulgaribus libris concapu corruptè legitur. Nam in manuscriptis inuenitur capulo. Capulum autem veteres dixerũt locum, in quo nouorum vinorum dolia reponebantur atque gustabantur. Vnde capulari, quod licet antiquiores sacrificijs tantùm accommodarent, tamen generalius vsurpari, etiam Decemuirorum tempore solebat. Nonius Marcellus scribit Capulum dici, quicquid rem aliquam intra se capit. Nam & veteres sepulchrum vocarunt capulum, quod corpora capiat. Plautus in Asina. de sene loquens.

Perij misera, vt osculatur carnifex capuli decus.

Sed nostra interpretatio legi conuenit. Ex hac lege xij. Tabula. descendit actio de tigno iuncto, de qua nostri Iurisconsulti

non

non vno in loco disputant. Tigni appellatione in lege duodecim Tabula. omne genus materiæ ex qua ædificia constant significari Caius scribit.

Glandem in alienum fundum decidentem colligere liberum esto.

Caius Iurisconsultus hanc legem duodecim Tabularum, libro 3. enarrans, glandis appellatione omnem fructum contineri ex Labeone scribit, exemplo Græcorum, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur. Ita quoque Vlpianus glãdẽ in edicto Prætoris de glande legenda interpretatur. Plinius libro 16. ca. 13. disertè hoc caput, xij. Tabularum esse ostendit. Sed ipsum alij etiam restituunt & interpretantur.

Si immissum ab aliquo pecus glandem ex arbore aliena procidentẽ in fundo alieno depascatur, de pastu pecoris actio esto.

Vlpianus libro quadragesimoprimo ad Sabinum (vt extat in cap. 14. titu. Pandect. de præscriptis verbis, & in factum actione) ostẽdit ex lege duodecim Tabularum actionem descendere de pastu pecoris aduersus eum, qui pecus suum immiserit in alienum fundum, vt glandẽ ex arbore aliena decidentem pascatur. Illamq; ab ea distinguit, quæ de pauperie, vel damni nomine dabatur: vt verius sit ipsam hominis factum respexisse.

Si quadrupes pauperiem fecerit, aduersus dominum quadrupedis actio noxalis esto.

Legem voluisse scribit Vlpianus, aut dari, quod nocuit; idest, animal, quod noxiam commisit: aut æstimationem noxiæ offerre. Noxia enim est ipsum delictum. Quę actio ad omnes quadrupedes pertinet: atque locum habet, quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit. Est titulus in Pand. Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur. Et ita Seruius interpretatur: cuius verba ipse Vlpianus refert, qui edictum Prætoris eadem de re enarrans ipsam legem præclarè explicat. Et dominum à lege intelligi, non cuius fuerit quadrupes, cùm noceret, sed cuius nunc est, ait: quia noxa caput sequitur. Hanc actionem non solùm domino, sed etiam ei cuius interest, competere Paulus respondit, ipsamque vtilem esse, etsi non quadrupes, sed aliud animal pauperiem fecit.

Si seruus sciente domino furtum fecit, vel aliam noxam commisit, serui nomine actio noxalis esto.

Desumptum est hoc caput ex libro 18. Vlpiani ad edictum, in quo de noxalibus actionibus scribit: atque refert traditam à Celso differentiam inter legem Aquiliam & legem duodecim Tabularum. Nam in lege antiqua (inquit) si seruus sciente domino furtum fecit, vel aliam noxam commisit, serui nomine actio est noxalis: nec dominus suo nomine tenetur: cuius ratio est, quia lex duodecim Tabularum, noluit seruos dominis in hac re obtemperare. At in lege Aquilia dominus suo nomine tenetur, non serui: quasi ignouerit seruo, qui domino paruit, periturus si non feciisset. Illius meminit Iustinianus: & legem Aquiliam legi duodecim Tabularum derogasse scribit Vlpianus capite primo, ad legem Aquiliam. Omissam ab alijs hãc esse legem miror.

Est lex de finibus, à Solone lata, à Caio Græcè relata, à Balduino nostro in duodecim Tabulas coniecta, & interpretata. Sed quia ille legem decemuiralem (quæ non extat) non eandem esse cum Athenienſi, sed ad exemplum quodammodo eius scriptam dicit, non audeo ipsam in duodecim Tabul. referre. Constituerat quidem Solon, Qui sepem in confinio ponet, terminum ne excederet: qui murum, pedem vt relinqueret, qui domum, pedes duos: qui sepulchrum, foueamve, quantum id profundum erit: qui puteum, passum: qui oliuam, ficumve, pedes nouem: qui alias arbores, quinque pedes: Sed de sepulchro aliud Decemuiri sanxerunt. Lex quoque de quinque pedibus, generaliorem habuisse sententiam videtur. Ea autem est.

In controuersia de finibus, quinque pedum vsucapio nulla esto.

Huius legis meminit Cicero lib. i. de legibus. Ex hac autem non rerum (inquit) sed verborum discordia, controuersia nata est de finibus: in qua quoniam vsucapionem duodecim Tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt, de pasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus, nec Mamilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus. Ex Aggenio, Vrbico, & Iulio Nypso collegi lege duodecim Tabul. cautum esse, vt inter vicinorum prædia constitutis finibus, quinque pedum spacium relinqueretur, quà ire, agere, vterque dominus posset, itemque vt circumuerti aratrum posset. Id spacium vsucapi eadem lege prohibitum erat: deinde post Decemuiros lata est lex Mamilia, quæ quoties de his quinque pedibus controuersia esset, eligi arbitrum agrimensorem aut finiorem iussit, qui eos regeret, arteque sua constitueret. Sed si de maiori, quàm quinque pedum spacio lis esset, quia non finalis, sed proprietatis causa erat, Prætor adibatur. Non referam Constantini, & Theodosij constitutiones, de quibus quid sentirem, in ijs libris dixi, in quibus probabiles nostras interpretationes ad ius Romanum scripsi.

Plures sunt aliæ duodecim Tab. leges, quas à Balduino (alios enim sibi leges effingere sino) eleganter restitutas, & explicatas repetere non statui, eas scripturus, quas is vel omisit, vel rectè (meo iudicio) non retulit.

Cui testimonium defugerit, is tertijs diebus, ob portum obuagulatum ito.

Hanc legem à Festo Pompeio duobus locis repetitam, cæteros neglexisse miror. Vno enim loco scribit portum in duodecim, pro domo positum omnes ferè consentire, cui testimonium defugerit, is tertijs diebus, ob portum obvagulatum ito. De vagulatione sic ait.

Vagulatio in tabula duodecima significat quæstionem cum conuitio, cui testimonium defugerit, is tertijs diebus, ob portum, obuagulationiem ito. Nescio an melius legatur, ob portũ, obuagulatum, ito. Testatur idem Festus, antiquos vsos esse præpositione ob, pro ad: vt apud Ennium.

Ob Romam noctu legiones ducere cœpit.

Vult igitur lex eum, cui testimonium defuerit, tertijs diebus, domum accusati ire, conuitij quæstionem passurum, vel (si alia lectio magis placeat) eum & domum ire, & ad quæstionem conuitiosam. Nolebant Decemuiri, eos qui temere alios prouocarent, & ex suis ędibus, in quibus negocia sua tractabant, in ius vocarent, impune litigare. Erat quidem mos antiquus litis contestandæ. Cùm duo pluresve rei (sic enim eos appello, qui causam agunt, litemque contestantur, siue ij prouocarint, siue vocati sint) suum desiderium, suamque intentionem & depulsionem, ei qui iuri dicundo præerat exposuissent, vtraque pars dicere solebat, Testes estote. Et tum litem contestari dicebantur, iamque erat ordinatum iudicium, vt scribit Festus. Nec enim duodecim Tabularum tempore, nec multis post annis, dabantur à magistratu iudices, qui litigantes audirent, sed ipse cognoscebat & iudicabat: creatus etiam prætor primus annis post duodecim Tabulas, plus quàm octoginta fuit. Postquam igitur vterq; reus dixerat, Testes estote, si qui defugissent alteri ex reis, ipseque probare, quod intendebat non potuisset, ea infamia notabatur, vt tertijs diebus iret domum aduersarij, conuitiosam quæstionem passurus. Ostendit Festus ex lege Numæ, quæ est secunda tabulæ secundæ, Reum dici & actorem, & eum, quo cum agitur. Legis fragmentum est. Quid horum fuit, vtrũ iudici, arbitrove, reove eo die deffensus esto.

Nescio an illud ex more vetere & consuetudine antiqua in suas tabulas coniecerint Decemuiri.

Rem vbi pagunt, oratione pagunt in comitio: at in foro ante meridiem causam cõijcito, cùm perorant ambo præsentes, post meridiem præsenti litem addicito. Si ambo præsentes, Sol occasus suprema tempestas esto.

Huius legis diuersa fragmenta ex Rhetoricis ad Herennium, Aulo Gellio lib. 17. cap. 2. Macrobio lib. j. Saturna. cap. 3. & Censorino libro de die natali cap. 19. restituimus. Pago autem antiquum est verbum. Et lex ita statuit, cùm rem tractant siue de re paciscuntur, oratione conueniunt in comitio, idest, quę præstari volunt lingua nuncupant in eo loco, in quem conuenire solebant etiam ij qui extra vrbem degebant: Sed in foro in quo ius redditur causa conijcienda est, & breuiter ac quasi per indicem iudici exponenda, qui post meridiem præsenti litem addiceret: quòd si ambo præsentes sint, Solis occasus vltima & suprema sit tempestas.

Item in fœdere Latino pecuniam quis nancitor habeto, & si quid pignoris nanciscit, sibi habeto.

Desumpsimus hoc caput ex epitome Festi Pompeij. Nam is quid Nancitor in duodecim tabulis significet, explicans scribit: Nancitor in duodecim nactus erit, dicitur. tum subijcit verba legis, quæ retulimus. Vult igitur illa eum, qui in fœdere Latino, quod inter socios populi Romani initum est, aliquas opes nactus erit, vel pignoris nomine acceperit, sibi habere. Pecuniam antiqui à pecore, omne diuitiarum genus vocabant: vnde etiam pecuniosos, locupletes dicebant Vide an hoc caput non magis sit fœderis Latini, quam xij. Tabul. Ego enim affirmare nihil audeo. Particulã quis veteres, pro qui dixisse testatur Festus, vt alij Grammatici item, pro etiam, præterea, deinde.

Attæ custodes nec sint.

Hanc legem refert Pompeius Festus: vbi Asinium Capitonẽ intellexisse coniunctionem, nec, positam esse ab antiquis pro non scribit. Attæ verò (vt idem ait) appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt, & attingunt magis terram, quàm ambulant. Quod cognomen Quintio poetæ adhæsit. Eos igitur lex esse custodes prohibet. Quamuis autem corruptus sit codex, nec satis constet, an Atta, vel Atteus, aut Attis in lege scriptum sit: placet tamen hæc lectio.

Si per trinoctium vxor à viro abfuerit, eam vir vsurpato.

Restitui hoc caput ex lib. tertio, cap. 2. Gellij, & ipsum in primo Πατανῶν libro interpretatus sum. Mulier, quæ viro nubebat, si per coemptionem ducta esset, in viri manum conueniebat, eique materfamilias erat: ideo è parentum potestate exibat. Haberi quidem aliter poterat per confarreationem, sed ea solis põtificibus conueniebat. Verùm parentes ne suo iure priuarentur, suas

Source : BIU Cujas

tur, ſuas filias vſui tantùm maritis dabant, nec eas emancipabāt. Quod cùm viris grauius eſſet: legis ſubtilitate cautum eſt, vt ſi vxor per trinoctium abeſſet (illud enim ſpacium non ſine ſuperſtitioſa ratione conſtituit, Nam nec maiori abeſſe honeſtum fuiſſet) viro eam vſurpare, ideſt, capere, apprehendere, & ſuo iure ſibi arrogare, ſuamque facere liceret. Sic enim vſurpare accipi, me oſtendiſſe memini. Equidem plura eſſe duodecim Tabularum capita, quàm reſtituerim, non ignoro: Sed etiam an ea, vt ſcripta fuerunt, retulerim, dubito. Subiecci caput ex Gellio, lib. 15. noct. c. 13. deſumptum, in quo vulgarem lectionem corruptā eſſe aliquando exiſtimaui. Verùm quod adnotaueram relegens incidi in caput ſeptimum libri ſexti eiuſdem Gellij, in quo is de Caia Tarratia virgine Veſtæ ſcribit: cui lege Horatia plurimi honores delati ſunt: inter quos ius quoque teſtimonij dicendi tributum eſt, teſtabilisque vna omnium fœminarum vt eſſet, datum. Id verbum eſt (inquit) ipſius legis Horatiæ. Contrarium eſt in duodecim Tabulis ſcriptum, Improbus, inteſtabilisque eſto. Itaque mihi locos Gellij diligentius comparanti, probabilior viſa eſt vulgaris lectio, & lex ita reſtituenda.

Quæ ſi erit teſtatior, libripensve fuerit, in teſtimonium feriatur, improbus, inteſtabilisque eſto.

Vult lex eum improbum & inteſtabilem eſſe, qui fœminam vel libram pendere voluerit, vel teſtem in ſuo teſtamento adhibuerit.

Erat in duodecim Tabulis lex, qua dolus malus in tutela vindicabatur: ex qua licet ſupecti tutoris crimen deſcendiſſe iuriſconſulti ſcripſerint: ea tamen mihi ex Cicerone ſic reſtituenda videtur lib. 3. de offic. & pro Roſcio.

Dolus tutoris, qui pupillum ſuum fraudauerit, vindicator.

Superſunt quædam alia veterum legum veſtigia in fragmentis librorum Feſti Pompeij de veterum verborum ſignificatione, quæ Paulus Pontifex corrupta & diſcerpta nobis reliquit. Tantùm enim verborum quorundam ſignificationes extant. Vtinam iſte dum cupit integros illos libros in epitomem componere, & authoris verba & ſententiam non dilaceraſſet. Conabor tamen quàm diligentiſſimè potero, ea fragmēta reſtituere.

Quandoque ſarpta donec dempta erunt.

Ita Feſtus hanc legem refert, quid ſit ſarpire, explicans. Sarpiūtur (inquit) vineæ, ideſt, putantur: vt in duodecim Tab. quandoq; ſarpta donec dempta erunt. Mihi lex voluiſſe videtur putari ſtatutis iuſtisve temporibus, donec demātur. Sic enim veteres particulam quandoque vſurparunt.

Sanatibus idem iuris eſto quod fortibus.

Feſtus ſic ſcribit. Sanates dicti ſunt, qui ſupra infraq; Romam habitauerunt: quod nomen ijs fuit, qui cùm defeciſſent à Romanis, breui poſt rediere in amicitiam, quaſi ſanata mente. Ideoque in duodecim cautū eſt, vt idem iuris eſſet Sanatibus, quod fortibus, ideſt, bonis, & qui nunquam defecerāt à populo Romano. Hoc caput non omiſit noſter Balduinus.

Si rupitias, ſarcito.

Collegi hoc caput ex duobus locis Feſti, in quorum vno ait, Rupitias in duodecim, ſignificare damnum dederis: in altero Seruium Sulpitium dixiſſe, Sarcito in xij. ſignificare damnum ſoluito, vel prēſtato. Sancit igitur lex eum, qui damnum dederit, illud præſtare & ſarcire. Neſcio an lex ſarcire intellexerit, quaſi talionem ſoluere: video enim & veteres & recentiores Latinos verbum ſarcire, in ea quodammodo ſignificatione vſurpare, vt quaſi pro compenſare accipiant.

Qui in bello pedem ſtruit, capite punitor.

Huius legis deſcribendæ (quam ex Romana hiſtoria collegi) monuit me Feſtus. Cùm enim legiſſem veteres eum, qui ignauia exercitum deſeruiſſet, capite puniſſe, atq; in locum Feſti incidiſſem, in quo ſcribit, Pedem ſtruit, ſignificare fugit: vt in xij. ait Seruius Sulpitius: hoc caput reſtituere conatus ſum: an fęliciter, aliorum ſit iudicium.

Si vir cum muliere diuortium fecerit, mulier ſuas res ſibi habeto: Ei vir claues adimito.

Hāc legem ex Cicerone, 2. Philippica reſtitui, quam facilè intellexerit, qui antiquum nuptiarum morem ex Dionyſio Halicarnaſſeo, alijsq; hiſtoriographis & iuriſconſultis didicerit. Quē admodum enim mos inſtitutumque Romanorum erat, vt vxoribus primùm domum ingredientibus claues darent: quò (niſi fallor) ſignificabant ipſas matresfamiliàs eſſe, atque omnem rei domeſticæ poteſtatem à viro habere, vel (vt ait Feſtus) ob ſignificandam partus facilitatem: ita eis diuortio facto adimere ſolebant. Non ignoro alia eſſe legum duodecim Tab. capita, ſed ea ab alijs reſtituta & explicata non repetimus.

TITVLI XXIX.

EX CORPORE VLPIANI,

Ad veterem manuq; ſcriptum Philippi Geruaſij Iureconſulti Germani codicem reſtituti, & emendati.

In eoſdem titulos Ludouici Charondæ, & Iacobi Cuiacij Iureconſultorum notæ.

TIT. I. DE LIBERTIS.

LIBERTORVM genera ſunt tria, ciues Romani, Latini, Iuniani, Deditiorum numero. Ciues Romani ſunt liberti, qui vindicta, cenſu, aut teſtamento, nullo iure impediente, manumiſſi ſunt.

Vindicta manumittuntur apud magiſtratum, velut Prætorem, Conſulem, Proconſulem.

Cenſu manumittebantur olim, qui luſtrali cenſu Romæ iuſſu dominorum, inter ciues Romanos cenſum profitebantur.

Vt teſtamento manumiſſi liberi ſint, lex duodecim Tabularum facit, quæ confirmat, In vulg. hæc verba deſunt, & ſic leg. prohib. excep. quib. cogn. & ſi plus dona. ſit, non reſc. & ſequens ver. ſic incipit. minus quam perfecta lex eſt, quæ. quod datum legatum eſt.

Quæ prohibet exceptis quibuſdam cognatis: & ſi plus donatum ſit, nō reſcindit, minus quàm perfecta lex eſt: quia vetat aliquid fieri: & ſi factum ſit, non reſcindit, ſed pœnam iniungit ei, qui contra legem fecit, qualis eſt lex Furia teſtamentaria, quæ plus quàm mille aſſium legatū, moritisve cauſa prohibet capere, præter exceptas perſonas: & aduerſus eum qui plus cœperit, quadrupli pœnam conſtituit.

Lex aut rogatur, ideſt, fertur: aut abrogatur, ideſt, prior lex tollitur: aut derogatur, ideſt, pars primæ legis tollitur: aut ſubrogatur, ideſt, adijcitur aliquid primæ legi: aut obrogatur, ideſt, mutatur aliquid ex prima lege. Hodie autem ipſo iure liberi ſunt ex lege Iunia, qua lege Latini sūt nominati, inter amicos manumiſſi.

Deditiorum numero ſunt, qui pœnæ cauſa vincti ſunt à domino: quibus veſtigia ſcripta fuerunt: qui propter noxam torti, nocentesque inuenti ſunt: quive traditi ſunt, vt ferro, aut cum beſtijs depugnarent: vel in cuſtodiam coniecti fuerunt: deinde quoquomodo manumiſſi ſunt: idq; lex Aelia Sentia facit.

Eadem lege cautum eſt, vt minor triginta annorum ſeruus vindicta manumiſſus, ciuis Romanus non fiat, niſi apud conſilium cauſa probata fuerit: ideo ſine conſilio manumiſſum, ſeruum manere putat. Teſtamento verò manumiſſum perinde haberi iubet, atque ſi domini voluntate in libertate eſſet, ideoque Latinus fit.

Eadem lex eum dominum, qui minor viginti annorum eſt, prohibet ſeruum manumittere, præterquàm ſi cauſam apud cōſilium probauerit. In conſilium autem adhibentur Romę quinque Senatores, & quinque Equites Romani: in prouincia viginti Recuperatores, ciues Romani.

Ab eo domino qui ſoluendo non eſt, ſeruus teſtamento liber eſſe iuſſus, & hæres inſtitutus, etſi minor ſit triginta annis, vel in ea cauſa ſit, vt deditius fieri debeat, ciuis Romanus & hæres fit: ſi tamen alius ex eo teſtamento nemo hæres ſit. Quòd ſi duo pluresve liberi hęredesque eſſe iuſſi ſunt, primo loco ſcriptus liber & hæres fit: quod & ipſum lex Aelia Sentia facit.

Eadem lex in fraudem creditoris & patroni manumittere prohibet.

Qui tantùm in bonis, non etiam ex iure Quiritium ſeruum habet, manumittendo Latinum facit.

In bonis tantùm alicuius ſeruus eſt, velut hoc modo, Si ciuis Romanus à ciue Romano ſeruum emerit, isque traditus ei ſit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure ceſſus, neque ab ipſo anno poſſeſſus ſit. nam quandiu horum quid fiat, is ſeruus in bonis quidem emptoris eſt, ex iure Quiritiū autem venditoris eſt.

Mulier quæ in tutela eſt, item pupillus & pupilla manumittere non poſſunt.

Communem ſeruum vnus ex dominis manumittendo, partem ſuam amittit: eaque adcreſcit ſocio, maximè ſi eo modo manumiſerit, quo, ſi proprium haberet, ciuem Romanum facturus eſſet. Nam ſi inter amicos eum manumeſerit, plerisque placet eum nihil egiſſe.

Seruus in quo alterius eſt vſusfructus, alterius proprietas, à proprietatis domino manumiſſus, liber non fit, ſed ſeruus ſine domino eſt.

Poſt

Source : BIU Cujas

Post mortem hæredis, aut ante institutionem hæredis, testamento libertas dari non potest,excepto testamento militis.

Inter medias hæredum institutiones libertas data, vtrisque adeuntibus non valet: solo autem priore adeunte, iure antiquo valet. Sed post legem Papiam Popeam,quæ partem non adeuntis caducam facit,siquidem primus hæres adeat,vel iure antiquo valere eam posse placuit: ꝙ si non adeat,non valere constat, ꝙ loco non adeuntis ea lege ærarium partis hæres fiat:sunt tamen qui & hoc casu valere eam posse dicunt.

Qui testamento liber esse iussus est,mox quàm vnus ex hæredibus adierit hæreditamem,liber fit.

Iusta libertas testamento potest dari his seruis, qui testamenti faciendi,& mortis tempore,ex iure Quiritiũ testatoris fuerũt.

Lex Furia Caninia iubet, testamento ex tribus seruis non plures quàm duos manumitti: & vsque ad decem, dimidiam partem manumittere concedit: à decimo vsque ad triginta, tertiam partem, vt tamen adhuc quinque manumittere liceat, æquè vt ex priori numero: à triginta vsque ad centum, quartam partem, æquè vt decem ex priori numero liberari possint: à centum vsque ad quingentos, partem quintam similiter, vt ex antecedenti numero vigintiquinque possint fieri liberi. Eademque præcipit, ne plures omnino quàm centum, ex cuiusquam testamento liberi fiant.

Eadem lex cauet, vt libertates seruis testamento nominatim dentur.

LVD. CHAR.

QVANQVAM hęc Libertinorum differentia nouo iure sublata est:digna tamen mihi videtur,quam intelligere Iurisconsultus debeat,tum propter iuris antiqui cognitionem, tum propter veterum I.C.responsa in Pandectas relata. Ciues Romani. Hos manumittendi modos ciuiles & legitimos appellat Theophilus, quòd legibus & iure Romano instituti ciuitatem cum libertate tribuerent. Vindicta. Vindicta erat virgula quædam, à vindicio fortè vel vindicando dicta, quam lictor manumittendi serui capiti imponens ipsum (vt ait Boetius) in libertatem vindicabat,solennia quædam verba pronũcians. Vetus autem mos fuit,vt qui manumittebatur, imposita eius capiti manu verteret à domino. Illius meminit Arrianus lib.2.cap.j. de Epicteti dissertationibus. Persius.

Verterit hunc dominus, momento temporis exit
Marcus Dama.

Sed eo antiquato non statim vindictæ solennitas obsoleuit, licèt ex Augusti constitutione in Imperatore necessaria non esset,vt scribit Paulus de Manumissionibus. Censu. Ad Topica Ciceronis adnotat Boetius censeri solitos olim solos ciues Romanos: ideo qui domini iussu vel voluntate nomen suum detulisset in censum seruus,quia factum ciuis vsurpasset, & libertate & ciuitate donabatur. Verùm non statim atque eum censeri iusserat dominus,plenam libertatem consequebatur. Nam expectãdum erat,vt lustrum conderetur,quemadmodum Cicero in libro 1.de oratore ostẽdit. Vnde Vlpianus noster rectè lustralem censum dixit,quo perfecto lustrum conditum erat: interim domino pœnitere licebat. Vt testamento. Verbis legis xij. Tabul. his,Vti quisque legassit suę rei,ita ius esto. Latissima (inquit Pomponius) potestas tributa videtur, & hæredes instituendi,& legata & libertates dandi,tutelas quoque constituendi. Sed interpretatione coangustatum est,vel legum auctoritate, vel iura constituentium. De lege Furia,quæ & Fusia dicitur, in catalogo legum antiquarum scribitur. Lex aut rogatur. De legis rogandę forma dixi alio loco, non minor autem solennitas in ea abroganda requirebatur. Nam populus rogabatur vellet iuberet eam legem tolli. Vel in custodiam coniecti fuerunt. Ideſt, qui iam damnati in carcere adseruantur, vt pœnæ tradantur. Nam vt Vlpianus lib. primo ad legem Aeliam Sentiam scribit. Verum est eum, qui in carcere clusus est, non videri neque vinctum neq; in vinculis esse,nisi corpori eius vincula sint adhibita. Nostram sententiam confirmat Paulus lib.4.senten.tit. de manumiss. Verùm de lege Aelia Sentia dixi in catal.leg.antiq. Consilium. Consilium appellat eorum consessum, quos magistratus vel in vrbe vel in prouincia in consilium vocabat. Theophi.in titu.6. lib.1. institu. qui etiam cætera,quæ de dominij distinctione sequuntur, explicat. Iure antiquo. Ius antiquum interpretantur ius xij. Tabul. aut certè quod interpretatione prudentum ex illis profectum est. Iusta libertas. Iustam libertatem dicit legitimam, quæ ius ciuitatis tribuebat,& quã ciues Romani habebant. Ipsa verò reuocari nõ poterat,nisi ijs rationibus quæ à iure constitutæ sunt. In alijs autem locus pœnitentiæ relinquebatur: quod Tacitus li. 13. testat.

IAC. CVIACI-VS.

QVAE CONFIRMAT. Desunt hæc verba, Testamẽto datas libertates.quę deinde sequuntur, abundant:nam ad legem Furiam pertinent,cuius sententia mox clariùs explicatur. Pręter exceptas personas. Vt infr.tit.XXVIII. His autem similia Th. scripsit in ti.de leg.fal. Ideſt pars prima tollitur. Legendum opinor, Pars primæ legis tollitur: vt Derogare sit, partem primæ legi detrahere l.derogatur.de verb. sig. qđ ẽt exrogare est,authore Sex. Pompeio. Obrogare, legem primam alia lege lata aliqua ex parte cõmutare,quod M. Tullius his verbis complexus est. Deinde indignum de lege aliquid derogari, aut legem abrogari,aut aliqua ex parte commutari. Ideſt, vt & ipse loquitur alijs in locis,legi obrogari. Hodie autem. Hic talia quædam desunt,Olim liberi non erant,qui aliter quàm vindicta,censu,vel testamento manumittebantur. Qui pœnæ causa vincti. Huc pertinet l.fideicommissaria 2.de fid.lib.cuius sensus hic est. Fideicõmissaria libertas nõ debetur ei,quem posteà dominus ob delictum vinxit:quia Dedititiorum numerum habetur. Secus est si hæres vinxerit,arg.l.cætera.in fin.de leg.1.& hoc Paulus tradit lib.4.sen.tit.11.ex quo detorta videtur l.fideicommissaria. Nam & sententiæ speciem habet. Quibus vestigia. Legendum videtur,quibusve stigmata: nisi vestigia sunt notæ. Seneca lib.j.de benefic. Sic nõ est beneficiũ, quod sub oculos venit,sed beneficij vestigium & nota. Ergo serui cõpuncti notis,manumissione Dedititij efficiuntur. Nocẽtesque inuenti,ideſt,confessi. Nã qui torti,nec confessi sunt, Ciues Rom.fieri possunt,vt Paul.in eodem lib. scribit. Vt ferro. Ad ludum gladiatorium. Ad ferrum in l.eius qui.§.vlt.de testa. Ad gladiũ in l.si quis mihi bona. §.si quis planè de adquir.her.l.si quis.l. filio.§.sed & si.de iniust.testa. Vel in custodiam. In publicum carcerem. Igitur publicus carcer dedititium facit, nõ priuatus:nisi corpori vincula adhibita sint.l.verum.de verb.signi. Testamento verò Manumissum. Et idcirco quos ad ciuitatem Romanam perduci volebant,ijs ita testamento libertatẽ dabant. Liberi sunto,cùm annorum erunt 30.l.ex parte §.Sticho.fam.ercis.l. Arist. de man.test.l.vlt.de reb.dub.l.si quis ita.§. vlt.de statulib. In eo q censu liberatur,nulla ætatis habita est ratio. In cõsilium. Hæc eadem & Theophilus scribit in titu. qui & quib. ex cau. man. non pos. Eadem lex in fraudem. Caius idem lib.1. Instit. Porrò in cæteris rebus alienatis in fraudem Rescissoria actione vtimur, Paulina,Fabiana,siue Caluisiana: non etiã in libertatibus datis in fraudem. Nam libertates ipso iure nullæ sunt,ideſt ex lege Aelia Sentia. Qui tantum in bonis. Hũc Theoph. Bonitarium vocat, sequẽtem Quiritarium. Communem seruum. §. vlt. de donat. Seruus in quo alterius est. Huius sententiæ vestigia quædã sunt in l.quoties.in fi.de hær.insti.l.2.de mand.vind.l. si fructuarium. de mãd. testam. Nam Iustiniani constitutio in contrarium scripta est. Legatarij partis. Hic locus admodùm deprauatus est. Crediderim legendum, Præf.ærarij. Præfectorum enim ærarij est, bona quæ fisco deferuntur,spernere, vel agnoscere.l.ergo.§. planè. de fid.lib. l. edicto de iur.fisc. Et mortis tempore. Vel intra diem cretionis.l.verum.de man.test.& infr.ti.22. Nam & qui intra diẽ cretionis hæreditatis fit,propè est: vt defuncti fuisse videat mortis tempore. Lex Furia Caninia. Quid fiet si supra statutum numerum seruos in testamento manumittat? placet liberari eos q primo loco scripti sunt, vsque ad legitimum numerum: quod & in lege Aelia seruatur.l.qui soluendo.2.l.si non lex §.j.de hæred. inst. Quid fiet si in orbe,si permixtè seruorũ nomina scripta sint? Et placet impediri omnium libertatẽ.l.qui soluẽdo.1. & l.prox. eod.tit. Quid fiet si in codicillis quidam scripti sint? Et Paul.lib.4. sent.nouissimum eis locum tribuit, quod puto verius dici. Rursus quæro, cur per legem Furiam totam familiam inter viuos liberare liceat,non etiam in testamento: facilius enim quis in testamento totam familiam manumittit,quèm inter viuos:& eadem ratione Senatus obligatæ mulieri succurrit,nõ donãti: lex Iulia hypothecam prædij dotalis inhibet,non alienationem: Cõstitutio Theodosij decurionibus venditionem, non donationẽ aut permutationem: Nouella Iustiniani interces siones pro marito,non pro extraneo. Quæro,an rectè quis moribundus prætermisso testamento totam familiam manumittat? Et rectè Caius lib.1. Inst. hoc tanquam in fraudem legis excogitatũ respuit. Cui simile est,quod ad legem Caniniam Pau.scribens tractat,in l.si quis eum.de cond.& demonst. Sed pugnat cum Paulo l.si qs quos.de leg.2. nisi dicamus,legati retentionem esse non petitionem, vt in l.Lucius.§.codicillis.eod.titu. Et hæc de lege Caninia ex iure antiquo annotare libuit: quæ, & si ea lex abrogata sit nobis,in alijs tamen partibus iuris magno vsui esse possunt. Eadem lex cauet. §.libertas.de legat.

II.

DE STATVLIBERIS.

QVI sub conditione testamento liber esse iussus est,statuliber appellatur.

Statuliber quandiu pendet conditio, seruus hæredis est.

Statuliber seu alienetur ab hærede, siue suscipiatur ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit.

Sub hac conditione liber esse iussus,si decem milia hæredi derit,& si ab hærede abalienatus sit, emptori dando pecuniam, ad libertatem perueniet: idq; lex duodecim Tabularum iubet.

Si per hæredẽ factum sit, quò minus statuliber conditioni pareat,perinde fit liber,atque si conditio expleta fuisset.

Extraneo pecuniã dare iussus, & liber esse, si paratus sit dare, & is cui iussus est dare,aut nollet accipere,aut antequàm acceperit,moritur,perinde fit liber,ac si pecuniam dedisset.

Libertas & directò potest dari hoc modo, Liber esto, Liber sit, Li-

Source : BIU Cujas

sit, Liberum esse iubeo: & per fideicommissum, vt puta, Rogo, Fidei committo hæredis mei, vt Stichum seruum manumittat.

Is qui directò liber esse iussus est, Orcinus fit libertus. Is autem cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus.

Cuius fidei committi potest ad rē aliquam præstandam, eiusdem etiam libertas fidei committi potest.

Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio seruo testatoris, quàm hæredis, aut legatarij, vel cuiuslibet extranei seruo.

Alieno seruo per fideicommissum data libertate, si dominus eū iusto precio non vendat, extinguitur libertas: quoniam nec precij computatio pro libertate fieri potest.

Libertas sicut dari, ita & adimitam testamento, quàm codicillis testamento confirmatis potest: vt tamen eodem modo adimatur, quo & data est.

L V D. C H A R.

Statuliber est, cui spes quędam libertatis proposita est, licet interea seruus sit, & (vt ait Paulus) qui statutam & destinatam, in tempus vel in conditionem habet libertatem. Fit autem statuliber vel conditione expressa, vel vi ipsa. Conditione expressa, si sub hac conditione (exempli gratia) liber esse iussus sit, si centū hæredi dederit. Vi ipsa, cùm creditoris fraudādi causa manumittitur. Nam dum incertū est, an creditor iure suo vtatur, interim statuliber est: quoniam fraus in lege Aelia Sētia cum effectu accipitur. Idq; lex. Modestinus scribit, putauisse leges xij. Tab. statuliberos venūdari posse. Sed ego ex hoc Vlpiani loco legi adiectum fuisse arbitror, vt eorum statui venditio. non noceret. Libertas & directò. Libertas datur vel directis verbis, vel precarijs. Directa appello ea, quæ ipso iure prodita libertatem ita relinquunt, vt recta (quod aiunt) via seruus ad eam perueniat: precaria vel obliqua, quibus testator rogat, & alterius fidei committit, vt seruum manumittat. Orcinus. Orcinum libertum vocat, qui mortuo iam domino, & in orci potestate cōstituto liber fit, quasi ab ipso orco libertatem consequatur. Quoniam nec precij. Hæc Vlpiani verba disertè (quod vulgò dicitur) libertatē inæstimabilem rem esse, explicant. Ea enim tanti est momenti, vt nullo precio dignè æstimari possit. Nam licèt æstimandorū seruorum ratio definita sit: tamen veteres libertatē tanti fecerunt, vt nullum ad eam æstimandam precium sufficere arbitrati sint.

I A C O. C V I A.

IDQVE LEX XII. TAB. IVBET. In hac lege emptoris nomine continentur omnes, qui quoquo iure dominium in statulibero nacti sunt. & hoc Pompo. scribit in l. statuliberi à cæteris. de statulib. Hac item lege significatur vendi statuliberos posse: & hoc est quod Modestinus in eo. tit. Statuliberos, ait, vænundari posse leges 12. Tabu. putauerunt: quasi hæc fuerit sententia xij. Tabularum. Sic suprà Vlp. de lege Aelia Sentia. Ideo sine cōsilio manumissum, seruum manere putat. & M. Tul. li. 4. de Rep. Iurgare lex putat inter se vicinos, non litigare. Horcinus fit libertus. Non malè Horcinus. Nam & horcum quidam dixere παρὰ τὸ ὅρκος. Hic autem nullius est libertus. l. si necem. de bon. lib. nisi Charontis, Plutonis, Orci, quamobrē & Charonianus ab Theophilo dictus est, ea forma, qua Orcini Senatores (quorum meminit Suet. Tranquillus) à Plutarcho in M. Antonio Charonita dicuntur. Alieno seruo. Si relinquatur res aliena, & si hæres non possit eam redimere, non tamen extinguitur legatum aut fideicommissum. Nam iustum rei precium ex testamento debetur. Si relinquatur libertas seruo alieno, quem nulla hæres conditione redimere possit, extinguitur fideicommissum libertatis: propterea qp libertas inæstimabilis res est. Sed videamus an hoc sit perpetuū? quid enim si eius serui dominiū hęres quandoq; nanciscatur: Et hoc constitutiones introduxerunt l. deberi. C. de fid.

III. DE LATINIS.

LATINI ius Quiritium consequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue ædificio, pistrino: prætereà ex senatusconsulto, veluti quæ sit ter enixa.

Beneficio principali Latinus ciuitatem Romanam accipit, si ab Imperatore ius Quiritium impetrauerit.

Liberis ius Quiritium consequitur Latinus, qui minor triginta annorum manumissionis tempore fuit. Nam lege Iunia cautum est, vt si ciuem Romanam, vel Latinam vxorem duxerit tertiatione interposita, qp liberorū quęrēdorum causa vxorem duxerit, postea filio filiave, nato natave, & anniculo facto, possit apud Prætorem vel Præsidem prouinciæ causam probare, & fieri ciuis Romanus, tam ipse, quàm filius filiave eius & vxor, scilicet si & ipsa Latina sit. Nam si vxor ciuis Romana sit, partus quoque ciuis Romanus est, ex senatusconsulto, quod authore diuo Adriano factum est.

Iteratione fit ciuis Romanus, qui post Latinitatem, quam acceperat maior triginta annorum, iterum iustè manumissus est ab eo, cuius ex iure Quiritium seruus fuit. Sed huic cōcessum est ex senatusconsulto, etiam liberis ius Quiritium consequi.

Militia ius Quiritium accipit Latinus, si inter vigiles Romæ sex annis militauerit, ex lege Visillia. Prætereà ex senatusconsulto concessum est ei, vt, si triennio inter vigiles militauerit, ius Quiritium consequatur.

Naue Latinus ciuitatem Romanam accipit, si non minorem quàm decem millia modiorum nauem fabricauerit, & Romā sex annis frumentum portauerit, ex edicto Diui Claudij.

L V D O. C H A R.

Ius Quiritium appellant, quod ciuium Romanorum proprium est, quod etiam ius ciuitatis à Cicerone dicitur: vt ferendi suffragij, petendi magistratus, & similia iura, quæ nec Latini alijve socij nisi ciuitate Donati sibi tribuebant. quemadmodum Cicero lib. 14. epistola. ad Atticum, pro Cecinna, in Pisonem, Asconius Pedianus, Suetonius in Augusto, & alij ostendunt. Ita que Latini liberti, quos ad Latinorum sociorum exemplum introductos fuisse indicat Iustinianus, eodem tantùm iure, quod primùm ipsis qui in Latio habitabant, tributum fuit, vtebantur: non eo, quo cæteri ciues Romani.

I A C O. C V I A.

LATINO IVS QVIRITIVM. Igitur meliore conditione sunt Latini, quàm Dedititij. Nam Dedititj nullo prorsus modo ius Quiritium cōsequuntur. Sed & Latini cōmercium habent, & testamenti factionem: Dedititij non item. Latini vera libertate potiuntur quandiu viuunt: Dedititij vmbra & imaginibus libertatis. Ciues autem Romani meliore conditione sunt, quàm Latini. Connubium enim Latini, & patriam potestatem nō habent: testamentum facere, tutoresve dari non possunt: denique moriuntur quasi serui. Nam si vxor ciuis Romana. Partum Latinum nasci, argumento erat lex Mensia. de qua in titu. 5. propterea qp Latini non valde distant à peregrinis. Sed huic cōcessum est. Qui minor 30. annorum Latinitatem accipit, liberis ius Quiritium consequitur ex lege Iunia. Post hanc ætatem qui Latinitatem accipit, non nisi patroni beneficio: sed ex S.C. etiam liberis ius Quiritium consequitur. Militia. Vigilum septem cohortes D. Augustus in vrbe ita cōstituit, vt binas regione vrbis vnaquæque cohors tueretur. Constat enim 14. fuisse regiones vrbis. l. 3. de off. præf. vig. Inter eos qui Latinus sex annis militasset, ex lege Visellia ius Quiritium consequebatur: tandem Senatui triēnium visum est sufficere. Visellia malo quàm Visillia: quæ D. Claudij temporibus lata est, rogante L. Visellio Varone. l. j. C. ad leg. Visel. l. j. C. quan. ciu. ac. cri. præ.

IIII. DE HIS QVI SVI IVRIS SVNT.

SVI iuris sunt familiarum suarum principes, idest, paterfamiliæ, itemque materfamiliæ.

Qui matre quidem certa, patre autem interto nati sunt, spurij appellantur.

L V D. C H A R.

Personarum alię sunt sui iuris, alię iuri & manui alterius subiectæ. Iure autem Romanorum constitutum erat (quemadmodū Vlpianus libro primo instit. tit. scribit) vt alij patres, matresve familiarum, alij filij filiæve famil. essent. Quod ius proprium ciuiū Romanorum est. Ità verò vxor materfamil. fiebat: quia vir eam rogabat (vt Boetius ad Topica Ciceronis ait) an sibi materfam. esse vellet: illa respondebat velle: Sicque mulier in viri cōueniebat manum, & princeps familię fiebat acceptis ex veteri iure cluibus: quod Sext. Pompeius Festus testatur.

I A C O. C V I A.

SPVRII APPELLANTVR. Spurij sunt, qui legitimè quæsiti nō sunt. Originem verbi Iustinianus explicat his verbis, Vnde solent Spurij appellari, vel à Græca voce, quasi σποράδην concepti, vel quasi sine patre filij. in tit. de nup. sic in l. Diuus. de captiuis. sic Caius lib. j. Instit. sic Theophilus, sic libri scripti: impressi non sic, quibus non assentior.

V. DE HIS QVI IN POTESTA'TE SVNT.

IN potestate sunt liberi parentum, ex iusto matrimonio nati. Iustum matrimonium est, si inter eos qui nuptias contrahunt, connubium sit, & tam masculus pubes quàm fœmina potens sit, & vtrique consentiant, si sui iuris sunt, aut etiam parentes eorum, si in potestate sunt.

Connubium est vxoris iure ducendæ facultas.

Connubium habent ciues Romani cum ciuibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis, ita si concessum sit.

Cum seruis nullum est connubium.

Inter parentes & liberos infinitè cuiuscunque gradus connubium non est. Inter cognatos autem ex transuerso gradu, olim quidem vsque ad quintum gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc autem etiam ex quarto gradu licet vxorem ducere. Si tamen fratris filia, aut sororis filia, aut etiam amita, vel matertera (quamuis eodem gradu) sit: eademque ex vxore: si nouerca, uel priuigna, vel nurus, vel socrus nostra fuit, ducere eam non possumus.

Si quis eam, quam non licet, vxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit: ideoque liberi in potestate eius non fiunt: sed quasi vulgò concepti, spurij sunt.

Connubio

Source : BIU Cujas

Connubio interueniente,liberi ſemper patrem ſequũtur: nõ interueniente connubio,matris conditioni accedunt, excepto eo qui ex peregrino & ciue Romana, peregrinus naſcitur: quoniam lex Menſia ex alterutro peregrino natum deterioris parẽtis conditionem ſequi iubet.

Ex ciue Romano & Latina Latinus naſcitur: & ex libero & ancilla,ſeruus:quoniam cùm his caſibus connubia nõ ſint, partus ſequitur matrem.

In his,qui iure cõtracto matrimonio naſcunt, ꝓceptionis tẽpus ſpectat:in his autẽ, qui non legitimè concipiuntur, editionis:veluti ſi ancilla conceperit,deinde manumiſſa pariat, liberũ parit.Nam quanuis non legitimè concepit, cùm editionis tempore libera ſit,partus quoque liber eſt.

LVD. CHAR.

Aut etiam parentes.) Neque naturalis neq. ciuilis rõ ꝓmittit vt abſq; parentũ filius nuptias contrahat:ita vt iniuſtas eſſe nuptias,nec legitimos iuſtosq; liberos eſſe,qui ex matrimonio ſine parentum conſenſu contracto procreantur. Paulus reſpõderit. Inſti.lib.j.de nup.Et certè filium,qui parentes ita negligit,exhęre dari poſſe non dubito:quanuis diſſentiant pleriq;. Miſerũ eſt.n. eorum hominum genus,qui mulierculariũ blanditiis allecti,eos contemnunt,quib.vitam acceptam ferre debent. Inter parẽtes. Cùm nulla maior reipublicæ cura eſſe debeat, q̃ vt certa honeſtaq; nuptiarum ineundarum rõ conſtituatur: ea ſemper apud Romanos lex æterna obſeruata eſt, vt inceſtæ iniuſtæque inter eos haberentur nuptiæ,qui ſibi parentes & liberi, aut parentum & liberorum loco eſſent. Verùm de ijs qui ex cognatione per tranſuerſum iunguntur,dubitatum fuit,varięq; & diuerſæ leges latæ fuerunt.prudentiores autem Romani in quarto gradu, id-eſt,inter conſobrinos nuptias permiſerunt, aliorum etiam populorum exemplis confirmati. Graduum autem numerandorũ facilis eſt ratio.Paulus c.iij.de ritu nup.arca. & Hono.AA.c. 19.C.de nu.Anto.A.c.ij.C.de inſti.vel ſubſti.Cicero pro Aul.Cecin.Iul.Capitolinus de M.Anton.Philoſ.Plutarchus & alij.Iuſtinia.tit.de nup.Inſtit.lib.j. Si.n. cognationem (vtar eo verbo, qđ vt generale elegerunt.I.C.) ita diſpoſuerimus,vt ſupra eum, de cuius cognatione agitur ponantur ij, à quibus originem ducit (quos vulgò aſcendentes appellamus) infra verò, qui ab eo deſcendunt:ex tranſuerſo,qui ex communione quadam ſanguinis ipſi iunguntur,communemq; cum eo ſtirpem habent. Eos autem ſic diſtinxerũt iuris authores,vt vnaquæq; generatio vnũ gradum conſtituat.Ita enim gradus vocant à ſimilitudine ſcalarum locorumq; procliuium,quos ita (vt inquit Paulus) ingredimur,vt per ſingulos gradus proximum quenque numeremus. Non is quidem,de cuius cognatione quæritur,vllam in hac enumeratione cognationis appellationem habet, ſed eius ratione ipſa cognatio explicatur:atque ita ad ipſum referri debet: vt cũ eo qui ſibi proximus eſt vnum gradum vnamq; generationem conſtituat,quæ ex duabus ſemper perſonis conſtat; altera quidem generante,altera verò generata. Verũ facilis eſt aſcendentium & deſcendentium enumeratio.Nã ab eo, de cuius cognatione agitur,aſcendentes,illius patrem primùm in ſuperiori ordine gradum occupare: deſcendentes autem primùm eſſe in inferiori filium inuenimus: Auum quoque in ſuperiori ſecundũ, nepotem verò in inferiori, & ita deinceps. Sed ſi quam cognationem in tranſuerſa linea quæramus, relicto inferiori ordine, gradatim ad eam vſque perſonam aſcendendum eſt,quæ eſt cõmunis cauſa & origo cognationis,& ab ea in tranſuersũ ad ipsũ quem deſideramus deſcendẽdum. Quot in hac deſcriptione inuenientur generationes tot erunt gradus: vt duorum fratrũ filij quatuor gradibus diſtant. Duo enim ſunt ad eorum auum, q̃ eſt commune ipſorum propinquitatis principium, gradus in linea recta ab eo ad patruum,& à patruo ad conſobrinum,de cuius ad alium cognatione agitur, duo etiam in tranſuerſa linea. Quãuis eodem gradu.Inter has quidem perſonas ideo nuptiæ prohibentur,nec enim honeſtas permittit, vt eas vxores ducam q̃ mihi vel filiarũ,vel matrũ loco sũt,licet quarto atq; ẽt remotiori gradu à me diſtent.Eadẽque ex vxore hæc verba ad infinitates pertinent. Theophil. lib.inſt.titu.de nupt. L. non facile. de grad.D.& §.affinitatis.inſtit.de nup.L.fratris.l.pen.l.vlti.C.de inceſt.nup.Eſt autem affinitas,coniunctio perſonarum, quæ citra cognationem per nuptias contrahitur. Et inter eos quidem affines iure ciuili prohibetur matrimonium, qui paretum, liberorumq; loco habentur:vt ſunt Socer,Socrus,Gener,Nurus,Vitricus,Priuignus,Nouerca, & aliæ ſimiles perſonæ. De iis affinib. qui ex tranuerſo coniunguntur non tanto eſt ratio. Sed Leuiri coniunctio imperatorum cõſtitutionibus prohibita eſt.Quoniã lex Menſia Legis ratio eſt.quia cùm iniuſtum ſit, & contra ius Romanorum matrimonium:filios quoque non legitimos eſſe conſtat:ideoque filiorum iuribus carere eos oportet.

IAC. CVIA.

Nunc autem etiam ex tertio. Hic locus ſic meo iudicio reſtituẽdus eſt:Nũc autẽ etiam ex quarto gradu licet vxorẽ ducere. Sed tñ fratris aut ſororis filiã, neptemve eorũ,quãuis eodẽ gradu ſit,amitã,vel materterã,eãq; vxorẽ, q̃ Nouerca, vel Priuigena,vel Nurus,vel Socrus noſtra fuit,ducere nõ poſſumus. Olim igitur inter ſe Patrueles,Amitini,Conſobrini matrimonio iungi non poterant:id quod & Caius ſcribit lib.1.Inſt.Hodie ex cõſtitutionibus poſſunt. Perperàm ex tertio gradu:nam iure ciuili ex tertio gradu vxorem ducere nunquam licuit: neq; verò nunc licet.Cætera quàm ineptè deſcripta fuerint, ex Caij & Iuſtiniani Inſtitutionibus, & graduum ratione deprehẽdi poteſt. Incertum matrimonium. Ergo non tantùm inter parentes & liberos inceſtæ ſunt nuptiæ, ſed & inter eos, qui ex tranſuerſo, vel qui affinitate cõiuncti ſunt:quod & Caius ſcribit lib.1. Inſt. & Paulus in l.Sororis.de rit.nup.Et præterquàm quòd iure gentium inter parentes & liberos cæterum iure ciuili inceſtæ ſunt nuptiæ.Quoniam lex Menſia l.lex naturæ.de ſtat.hom. Veluti ſi anc'lla conceperit. Quòd ſi libera conceperit, deinde ancilla peperit,partus quoque ſeruus eſt, ſi hanc iuris ciuilis regulam ſequamur: quod & Caius ſcribit libro primo Inſtit. ſed fauorẽ libertatis placuit eum liberum naſci. & ita Mart.ſcribit in l.& ſeruorum.de ſtat.hom.& Paulus lib.2.ſent.

VI. DE DOTIBVS.

DOS aut datur,aut dicitur,aut promittitur.

Dotem dicere poteſt mulier,quæ nuptura eſt.& debitor mulieris ſi iuſſu eius dicat inſtitutus: parens mulieris virilis ſexus per virilem ſexum cognatione iunctus,velut pater,auus paternus.Dare,promittere dotem omnes poſſunt.

Dos aut profectitia dicitur, ideſt, quam pater mulieris dedit: aut aduentitia, ideſt,ea,quæ à quouis alio data eſt.

Mortua in matrimonio muliere,dos à patre profecta ad patrem reuertitur,quintis in ſingulos liberos in infinitum relictis penes virum.Quod ſi pater non ſit,apud maritum remanet.

Aduentitia autem dos ſemper penes maritum remanet,præterquàm ſi is qui dedit,vt ſibi redderetur ſtipulatus fuit,quæ dos ſpecialiter receptitia dicitur.

Diuortio facto,ſiquidem ſui iuris ſit mulier ipſa habet actionem,ideſt,dotis repetitionem:quòd ſi in poteſtate patris ſit, pater adiuncta filiæ perſona habet actionem reuera: nec intereſt aduentitia ſit dos,an profectitia.

Poſt diuortiũ defuncta muliere,hæredi eius actio non aliter datur,quàm ſi morã in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

Dos ſi pondere,numero,menſuræ cõtineatur,annua, bima, trima die reddetur:niſi ſi,vt præſens reddatur,conuenerit.Reliquæ dotes ſtatim redduntur.

Retentiones ex dote fiunt,aut propter liberos,aut ꝓpter mores,aut propter impenſas, aut propter res donatas, aut propter res amotas.

Propter liberos retentio fit,ſi culpa mulieris aut patris, cuius in poteſtate eſt, diuortiũ factũ ſit:tunc enim ſingulorũ liberorũ nomine ſextę retinent ex dote:non plures tamen quàm tres ſextæ in retentione ſunt,non in petitione.

Dos quæ ſemel functa eſt.amplius fungi nõ poteſt, niſi aliud matrimonium ſit.

Morũ noïe, grauiorũ quidem ſextæ retinentur:leuiorũ autẽ octauæ. Grauiores mores ſunt,adulteria tm̃ leuiores, oẽs reliq.

Mariti mores puniũtur,in ea quidẽ dote, quæ annua bima trima die reddi debet.Ita ꝑ maiores mores præſentẽ dotẽ reddit:ꝑ minores ſenum menſum die.In ea aũt,quæ præſens reddi ſolet, tm̃ ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur,quod repręſentatio facit.

Impenſarum ſpecies ſunt tres:aut enim neceſſariæ dicuntur, aut vtiles,aut voluptuoſę.

Neceſſarię ſunt impenſę,quibus non factis,dos deterior futura eſt:veluti ſi quis ruinoſas ędes refecerit.

Vtiles ſunt,qbus non factis q̃dẽ deterior dos nõ fuerit: factis aũt,fructuoſior dos effecta eſt:veluti ſi vineta & olieta fecerit.

Voluptuoſę ſunt,quibus neq; omiſſis,deterior dos fieret: neque factis, fructuoſior effecta eſt. Quod euenit in viridarijs,& pictorijs,ſimilibusque rebus.

LVD. CHAR.

Varro dotem propriè dici ſcribit pecuniam, quę nuptiarum cauſa datur:nec enim ea ſine matrimonio eſſe poteſt. Dos aut datur aut dicitur.Dos dicitur, quę ſine vlla ſtipulatione conſtituitur,vel etiam ſine ſtipulatione promiſſa debetur. Nã & mulier & parentes eius paterna cognatione iuncti ſi quam pecuniam doti dixerint,illius ſoluẽdę neceſſitate obligantur. Huius dotis dicendę cõſuetudinis meminit Cicero pro Flacco, & Caius lib.poſter.Inſti.Alij vero,quos extraneos appellãt, ſi pro muliere dotem marito promiſiſſent,communi iure obligari debebant,ideſt,vt & interrogati reſponderent,& ſtipulationem prę-mitterent. Sed nunc ob dotis fauorẽ ſola conuentio actionẽ parit.Lex ad exactionẽ C. de dot.ꝓmiſſ. Nec intereſt. Vlpianus lib.35.ad Sabinũ (cuius extat ſententia in c.2.D.Sol.matri.&c.) patrem à repetitione dotis aduentitię excludere vł.Cũ patrem

Source : BIU Cujas

quidem posse dotem à se profectam repetere dicat, nullū de aduētitia verbum faciens. Sed certè cùm in Pand. nulla harū dotiū exprimatur differentia, equidem nihil inter eas iure antiquo interfuisse arbitror. Nam & filia, quæ in patris erat potestate, nihil eo non consentiente agere poterat. Eos quæ semel functa. ideſt pecunia, quæ in prius matrimoniū data est, non potest amplius in dotem dari, nisi aliud matrimonium contrahitur. Mariti mores. Antiquo iure iudicium de moribus dabatur, quod actio malæ tractationis dicebatur. Competebat autem ad viri aut vxoris mores accusandos, vt diuortij culpam à se in alterum reiiceret. Eius meminit Quintilianus lib. iiij. declamat. 3. & 18.

IAC. CVIA.

Dos aut datur. Dos dicitur solennibus verbis sine interrogatione. Dotis actio tam ex dictione nascitur quàm ex stipulatione: hodie etiā ex nuda pollicitatione & nudo pacto. l. ij. C. Theo. de inc. nup. l. vlt. C. Theo. de dotib. Sublata autem est dicēdæ dotis solennitas: ideoque à l. ad exactionē. C. de do. prom. vt ex Codi. Theo. apparet, Tribonianus amouit hæc verba, Dictio vel: & quib. in locis prudentes scripserant, Doti dicere, subscripsit, Doti promittere, inusitata loquendi forma. l. si rem. §. vlti. de nouat. l. auus, de iu. dot. l. si marito. §. primo. l. si socer. §. Lucius. solu. matrimo. Deniq; in l. j. C de iu. dot. Cùm Seuer⁹ Imp. scripsisset, Dictio vel promissio: & paulò post, Ex dictione, vel ex stipulatione (necdum enim ex pollicitatione dotis actio erat) pollicitationem Trib. adscripsit, & condictionē ex pollicitatione: cùm tamen ex pactis, vel pollicitationibus præscriptis verbis, non conditio dari soleat. Institutus. Ad hanc rem constitutus. Dare promittere. Idem Paulus in l. promittendo, de iu. dot. Dicendo igitur tres duntaxat personæ obligantur, promittendo oēs. Quam pater mulieris. Adde, vel parens virilis sexus, per virilem sexum cognatione iunctus. Quintis. l. j. C. Theo. de dotib. l. vlti. C. Theo. de repud. Semper. siue sint liberi, siue non. Receptitias. l. mortis causa. §. sed & si dos, de don. cau. mor. Seruus autem receptitius, de quo Aul. Gellius & Nonius Marcellus scribunt, neque dotalis est, neque ex paraphernis: quia ad virum non defertur. Sunt hæc omnia diuersa, bona receptitia, dotes, παράφερνα, ἀντιφέρνα, θεώρεττα, ὑπόβολα. sunt, quæ extra dotem ad virum deferuntur, quæ & peculij nomine significantur. l. si ego. §. dotis. de iu. dot. l. donationes. §. species, de don. παράφερνα sūt donationes propter nuptias. l. vlti. C. de don. ante nup. quibus proxima sunt, θεώρεττα, & ὑπόβολα, de quib. Constantinus scribit. Harmenopulus vnde & Hypobolica instrumēta apud Sid. Appoll. lib. 7. Epist. quāquam sunt, qui legant Hyperbolica: alij quidam Paraphernica, omnino malè. Nec interest. Obstare videtur l. ij. §. quòd si in patris. soluto matrimo. Bene autem Goueanus in lib. var. lect. Triboniani in eo §. facinus annotauit: An. Goueanus, cui ex omnibus, quotquot sunt aut fuere, Iustinianei iuris interpretibus, si quæramus quis vnus excellat, palma deferenda est. Proinde Goueanus sentit, Dotis aduētitiæ communis est actio ex iure antiquo, mulieris propria ex iure nouo. Neque verò propriam esse actionem rectè colligitur ex l. Caius, soluto matrimo. quia non dicit soli filiæ actionem dari: verum ideo filiæ dicit non patri, quia filiæ cautum fuit non patri. Cæterùm per filiam patri quæritur actio. Post diuortiū. Inde si post diuortium maritus in reddenda dote moram fecerit, & hæredi vxoris cōpetit actio: si moram non fecerit, secus est. Quamobrem & mortua in matrimonio vxore, hæredi non competit actio. l. vsufruct. solut. matrim. l. cùm in fundo. §. si autem vsumfr. de iur. dot. Annua Bima. Hodie annua die ex cōstitutione Iustiniani: cui à Triboniano aptata est. l. j. de do. prælega. in qua legitur, annua die pecuniam dotalem reddi. Non plures tamē quàm tres. Ideſt, media pars, vt Paulus ait li b. ij. Institu. titu. de dotibus, cuius verba Boetius Seuerinus refert. Nam sex sextæ, integrum conficiunt. Non in petitione. Quæ ex aliis causis retinentur, & in petitione sunt. Sustulit verò Iustini. quintas & sextas, & alia omnia retentionum genera. Sunt tamē compensationum ex eis causis leges quamplurimæ. l. fructus. §. ob donationes. l. rei. §. j. l. si constante. §. si vxor. l. pe. §. j. solut. matrimo. l. vtilium: de impens. in res dot. l. neque. C. de cō pens. l. j. C. rer. amot. Sed & de moribus actionem sustulit. l. vltim. C. de repud. de qua in l. 5. D. de Pac. Dot. l. vlti. C. Th. de inc. nu. l. j. C. Th. vic. ciui. cri. ag. non pos. quę & accusatio dicitur in l. viro. l. cùm mulier. D. solut. matrimo. quemadmodum actio suspecti, actio ingrati, actio inofficiosi, accusatio suspecti, accusatio ingrati, accusatio inofficiosi suis locis. Dos quę semel. Nisi redintegratum sit matrimonium, dos quæ semel dos esse desijt, dos effici amplius nō pōt. Redintegrato mrimonio, tacitè redintegratā & dos, nisi sit receptitia. l. si mulier diuerterit. l. in insulā. §. vlt. solut. mat. Itē octaua. Legēdū, aūt octauæ Quæ à die reddi dēt. Ita pp. Legēdū, q̄ annua bina trima de reddi dēt pp. Pistoriis. Lego, pisturis. & paulò antè, deterior dos fuerit. Viridariis. In Pand. Flor. virdiaria in l. si cuius. §. fructuarius. de vsufruct. l. in instrumento. de fund. instrumen. vel instrumen. leg. & viridia in l. quoties. §. seruitutum. de seruit. l. ædificia de ser. vra. l. impensæ. de verborum significa. vnde & virdiaria alij deduxere, alij viridaria. Sed nihil hæc ad Vlpianum.

VII.

De iure donationum inter virum & vxorem.

INter virum & vxorem donatio non valet, nisi certis ex causis: mortis causa, diuortij causa, serui manumittēdi gratia. Hoc amplius principalibus constitutionibus concessum est mulieri, in hoc donare viro suo, vt is ab Imperatore lato clauo, vel equo publico similive honore honoretur.

Si maritus diuortij causa res mouerit, rerum quoque amotarum actione tenebitur.

Si maritus pro muliere se obligauerit, vel in rē eius impenderit, diuortio facto, eo noīe cauere sibi solet stipulone tribunitia.

In ptāte parentū sunt ētij liberi, quorū causa probata est, p errorē ꝓtracto matrimonio inter dispares ꝓditione psonas. Nā seu ciuis Romanus Latinā aut peregrinā, vel eā, q̄ Dedititiorū numero ē quasi p ignorātiā vxorē duxerit: siue ciuis Romana p errorē pegrino, vel ei q̄ Dedititiorū numero est, aut ēt si Latino ex lege Aelia Sentia nupta fuerit, cā probata, ciuitas reddit tā liberis quàm parentibus, præter eos qui Dedititiorum numero sunt & ex eo fiunt in potestate parentum liberi.

LVD. CHAR.

Receptā morib. dōnē inter virū & vxorē phibitionē Antoninus Caracalla Imp. ꝓfirmauit. Prohibitionis diuersas cās & iurecōsulti & Philosophi adferūt: duę verò magis placēt, vna Vlpiani, ne coniuges ob mutuū amorē se inuicē spoliēt: altera Plutarchi, ne bonorū, q̄ inter eos cōia esse debent, societas leuissimi munusculi acceptatione tolleretur. Sed & is ipse Antoninus voluit donationem ab altero ex cōiugibus factam eius morte cōfirmari. l. 3. 32. 34. D. de donat. int. virū & vxor. Durū. n. & nimis auarū esset hīdē aduersus suprēmā eius q̄ donauit voluntatē venire: adeo vt res tradita eius fiat, cui donata est, vel si stipulatio intercesserit, ciuilis obligatio cōpetat. Multas ēt alias exceptiones adiecerunt l. C. quorū snię in Pan. referunē. In pote state parentum. Cū enim retinēdi cōiugij gra, is qui peregrinus erat aut Latinus, efficiatur ciuis Romanus: cōuenit vt filij in parentum potestatem redigantur, vtanturq; ipsi parentes iure patrię potestatis: quod proprium est ciuium Romanorum.

IAC. CVIA.

Principalibus. Antonini Imp. l. nuper. de don. inter vir. & vx. Si maritus diuortij. Non tm̄ in vxorē, sed & in virū rerū amotarū actio est. l. ꝓtra. §. itē. rer. amot. Stipulatione tribunitia. Vt in l. cū mulier de dote sol. matr. Hęc stipulatio honoraria est, qa ex iurisdictione tribunorū venit: vt prętoria, vt ędilitia ex iurisdictione prętoris, ex iurisdictione ędiliū. In institutionibus, de ędilitiis vulgò malè scriptū est, qa ex iurisdictione ptoris veniunt. Superest enim vox ptoris, auctore Theophilo, & Pōponio. in l. 5. de verb. obl. Dispares condignis. Lego, disparis cōditionis. Ex lege Aelia sentia. Legendū opinor, ex lege Iunia, vt in tit. de latinis ex lege Iunia. infr. vti lege Iunia cōprehēsum est. Est aūt ab hac sententia non absimile id, quod Impp. rescripserunt in l. qui in prouincia. §. Diuus, de rit. nup.

VIII.

De Adoptionibus.

NOn tantum naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptiui.

Adoptio fit, aut per populū, aut per ptorē, vel psidem puincię. Illa adoptio quę per populum fit, specialiter arrogatio dr.

Per populum qui sui iuris sunt arrogantur: per prętorem autem, filij familię à parentibus dantur in adoptionem.

Arrogatio Romę tantùm fit: adoptio autem, etiam in prouincia apud prędidem.

Per prętorem vel prędidem prouincię adoptari tā masculi q̄ fęminę, & tā puberes q̄ impuberes possunt: per populū verò Romanum, fęminę quidē non arrogant. Pupilli antea quidē nō poterant arrogari: nūc aūt possunt ex ꝓstitutione Diui Antonini.

Hi qui generare non possunt, velut spado, vtroq; modo possunt adoptare. Idem iuris est in persona cœlibe.

Item is qui filium non habet, in locum nepotis adoptare pōt.

Si paterfamiliæ arrogandū se dederit, liberi quoq; eius quasi nepotes, in ptāte fiunt arrogatoris. Fęminę verò neutro modo possunt adoptare: quoniā nec naturales liberos in ptāte hēnt.

LVD. CHAR.

Arrogatio dicitur. Arrogationem dicebant, quia populo rogato adoptabāt is, qui sui iuris erat. Postea hęc populi potestas ad principem translata est: ipsam verò in curiatis comitijs trino nundino antè promulgatam fieri solitam fuisse & Cicero pro domo sua, & Suetonius in Augusto, & Gellius probant. Hic etiā rogationis verba refert: velitis iubeatis vti L. Valerius, L. Titio tam iure legeq; filius sibi siet, quàm si ex eo patre matreq; filius eius natus esset? vtiq; ei vitę necisque potestas fiet, vti pariendo filio est? hoc, ita vt dixi, ita vos Quirites rogo. Loquuntur de ea quę postea principis authoritate fieri solebat, iurecōsulti, quorum extant in Pand. sn̄ę. Cōstitutione Diui Antonini. Iure qdē antiquo (vt ait Gellius) neq; pupillus neq; mulier arrogari poterat.

Source : BIU Cujas

terat.Sed pupillum arrogari posse Vlpianus, & Caius fœminã ex rescripto principis scribunt.Hi q generare nõ possunt. Idẽ & in pand.tit.de adoptio.ex lib.j.institutionum Caij in c.ij. referẽ: extat etiam in priore libro institutionũ qui Caij nomine inscribitur (eiusdemne , an alterius non affirmo.) Spadonum autem generalis est appellatio:quidam.n.specialiter dicuntur spadones,alii castrati,alij Thibiæ.Spadones sunt,qui ob morbũ,aut frigiditatẽ generare nequeunt: impedimẽto autẽ liberati, possunt Castrati,quib.excisi & euulsi sunt testiculi.Thlibiæ, quibus attriti.Ita distinguit Theophilus:& mihi quidẽ de spadonib. ad res venereas captis non castratis intelligendus videtur Vlpianus,vt etiam scripsit Iustinianus in institutionibus.

IAC. CVIA.

Aut per populum.l.ij.C.de adop.Hodie per Imperatorẽ. Arrogatio Romæ tantùm fit. Quoniam curiatis comitis fit. Fœminæ quidem nõ arrogant.Legendũ arrogantur. Causa illa est, quia nulla cum fœminis comitiorum communio est.Cæterùm per principem fœminæ arrogantur.l.nam fœminæ.D.de adop.

IX. De his qui in manu sunt.

FArre q̃uenit in manũ,certis verbis,& testib.X. p̃sentibus ,& solenni sacrificio facto,in quo panis quoq; farreus adhibet.

LVD. CHAR.

Pertinet hic titulus ad nuptias:cùm.n.trib.illæ modis contraherentur (vt scribit Boetius) vsu,farre,& coẽptione : per confarreationem ductæ mulieres in viri potestatem veniebant , vt testatur Tacitus lib.iiij.Sed hoc quidem matrimonij genus non adeo frequens erat, verùm Pontificibus maximè conueniebat.

IAC. CVIAC.

In manu est vxor,quę conuenit in manum aut conferreatione cõuenitur,aut coemptione. Sed omissa est confarreandi adsuetudo,vt Cornelius Tacitus lib.iiij.Annalium scribit. Omissa quoque tandem est coẽptio. Deniq; omissa est omnis q̃uentio in manum.Quamobrem Tribonianus in l.vxorẽ. de ri.nup.l.ex parte.§.j. de verborum obliga.scripsit,in matrimonium conuenire:cùm tamen Pap.scripsisset , in manum conuenire.

X. Qui ĩ ptãte mãcipiove sunt,quẽadmodũ eo iure liberent.

LIberi parẽtum potestate liberantur,emancipatione , idest,si posteaquàm mancipati fuerint,manumissi sint.Sed filius quidem ter mãcipatus,ter manumissus,sui iuris fit.Id.n.lex duodecim tabularum iubet his verbis, Si pater filium ter venundauit, filius à patre liber esto.Cęteri autẽ liberi præter filiũ tã masculi, q̃ fœminæ vna mancipatione manumissionecq; sui iuris fiunt.

Morte patris filius & filia sui iuris fiunt: morte autem aui nepotes ita demum sui iuris fiunt,si post mortem aui in potestate patris futuri nõ sunt:velut si moriente auo pater eorum aut iã decessit,aut de potestate dimissus est.Nã si mortis aui tp̃e , pater eorũ in potestate eius sit, mortuo auo , in patris sui ptãte fiunt.

Si patri vel filio , aqua & igni interdictum sit, patria potestas tollitur,quia peregrinus fit is , cui aqua & igni interdictum est. Neque autem peregrinus ciuem Romanum , neq; ciuis Romanus peregrinum in potestate habere potest.

Si pater ab hostibus captus sit,quanuis seruus hostium fiat: tamen cùm reuersus fuerit,omnia pristina iura recipit , iure postliminij.Sed quandiu apud hostes est, patria potestas in filio eius interim pendebit:& cùm reuersus fuerit ab hostibus,in potestate filium habebit.Si verò ibi decesserit,sui iuris filius erit. Filius quoque si captus fuerit ab hostibus,similiter propter ius postliminij,patria potestas interim pendebit.

In potestate parentum esse desinunt & hi, qui Flamines Diales inaugurantur, & quæ virgines Vestæ capiuntur.

LVD. CHAR.

Emancipatione. Filii à potestate paterna emancipatione liberandi solẽnitatem explicat Caius ti.6.lib.j.inst. & nos in comment.ad l. 12.tab de ea diximus.Neq; ciuis Romanus peregrinũ. Nec.n iure ciuili (vt Boetius ad Topica Cicer. ait) fieri aliquid inter alios,quàm ciues Romanos potest.Virgines Vestæ. Virgo vestalis (vt inquit Gellius lib.j.) simulatq; capta,& in atriũ Vestæ deducta,& pontificibus tradita est, eo statim tempore sine emãcipatione ac sine capitis minutione, è patris exit potestate.

IAC. CVIA.

Qui flamines Diales.Qui morte parẽtis sui iuris fit , capite nõ minuitur.l.iij.§.vlti.ad Maced.Adiungo etiam eum qui Flaminio Diali,aut vestali sacerdotio sui iuris fit.l.ij. quod cum eo. l.j. §.sed etsi alio.quando pecul.auctore Gellio lib.j.c.13.Et hoc nimirum est quod ait Vlpianus in d.l.iij. vel aliàs sui iuris &c. Idẽ & in eo Iustinianus constituit,qui dignitate sui iuris fit, in noue. 81.Atis profectò qui emancipatione sui iuris fit , capite minuitur:credo quia in imaginariam seruitutis formam deducitur. l. liberos.de c.minutis:immò quia sublata est legitima emancipatio,vigetque aut Anastasia,aut Iustiniana emancipatio,q emãcipatur,hodie capite nõ minuitur. Proinde meritò ex Iustiniani constitutionibus suo exæquatur emancipatus. Vsusfructus emancipatione non finitur.Id denique restat,vt capite non minuant hodie,q cùm alieni iuris forẽt,sui iuris efficiunt.His aut q̃ in hoc loco dicunt ab Vlpiano,addẽda est,q̃ in manũ flaminis q̃uenit,Cornelius Tacitus li.4.qñ exiret è iure patrio q id Flaminiũ adipisceretur, quæque in manum Flaminis conueniret.

XI. De tutelis.

TVtores constituuntur tam masculis , quàm fœminis : sed sulis quidem impuberibus duntaxat, propter ætatis infirmitatem:fœminis autem tam impuberibus, quàm puberibus, & propter sexus infirmitatem,& p̃p forensium rerũ ignorãtiã.

Tutores autem legitimi sunt,aut senatusconsultis constituti, aut moribus introducti.

Legitimi tutores sunt,qui ex lege aliqua descendũt. Per eminentiam autem legitimi dicuntur,qui ex lege duodecim Tabularum introducuntur,seu propalàm,quales sunt agnati : seu per consequentiam,quales sunt patroni.

Agnati sunt,àpatre cognati virilis sexus,per virilẽ sexũ descẽdentes,eiusdẽ familiæ:veluti fratres,filij fratris,patrui, patrueles.

Qui liberũ caput mãcipatũ sibi,vel à parẽte,vt à coẽptore,manumisit,p̃ similitudinẽ p̃oni tutor efficit,q Fiduciari⁹ tutor ap-

Legitimi tutores,alii tutela in iure cedere possunt. (pellat.

Is cui tutela in iure cessa est,Cessicus tutor appellatur: qui siue mortuus fuerit,siue capite minutus , siue alii tutela cesserit, redit ad legitimum tutorem tutela. Sed & si legitimus decesserit,aut capite minutus fuerit,cessitia quoque tutela extinguitur.

Quantùm ad agnatos pertinet, hodie cessitia tutela non procedit:quoniam permissum erat in iure redere tutela fœminarũ tantùm,non etiam masculorum.Fœminarum autem legitimas tutelas lex Claudia Al.sustulit. sustinet.

(amittitur.

Excepta tutela patronorũ, legitia tutela capitis diminutione

Capitis minutiõis species sunt tres,maxima,media, minima.

Maxĩa capitis diminutio ẽ,p quã & ciuitas,& libertas amittit: veluti cũ ĩcẽsus aliqs venierit:aut cũ mulier alieno seruo se iũxerit,denũciãte dño,& ãcilla facta fuerit ex senatusco. Claudiano.

Media capitis diminutio dicitur,per quam sola ciuitate amissa,libertas retinetur:quod fit in eo,cui aqua & igni interdicitur.

Minima capitis diminutio est,p quã & ciuitate & libertate salua,stat⁹ dũtaxat hoĩs mutat:qđ fit adoptiõe,& ĩ manũ q̃uẽtiõe.

Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem lege duodecim Tabularum,his verbis, Vti legassit super pecunia tutelave suę rei,ita ius esto:qui tutores datiui appellant.

Dari testamẽto tutores possunt liberis qui in potestate sunt.

Testõ tutores dari posśũt hi,c ĩ qb.testamẽti faciẽdi ius est, p̃ter Latinũ Iunianũ. Nã Latinus hẽt quidẽ testamẽti factionem, sed tamen tutor dari non potest:id enim lex Iunia prohibet.

Si capite diminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelã:sed si obdicauerit se tutela,desinit esse tutor. Abdicare aũt est, dicere nolle se tutorẽ esse:in iure aũt cedere tutela testõ datus nõ p̃t.nã & legitimus ĩ iure cedere p̃t,abdicare se non põt.

Lex Attilia iubet mulieribus,pupillisve non habentibus tutores,dari,à prætore,& maiore parte tribunorum plebis : quos tutores Attilianos appellamus. Sed quia lex Attilia Romæ tãtùm locum habet:lege Iulia & Titia prospectum est, vt in prouinciis quoque similiter à præsidibus earum dentur tutores.

Lex Iunia tutorem fieri iubet Latino, vel latinis impuberib. eum qui etiam ante manumissionem ex iure Quiritium fuit.

Ex lege Iulia de maritandis ordinib.tutor dat à Prætore vrbis ei mulieri virginive,quã ex hac ipsa lege nubere oportet, ad dotẽ dandã,dicendã,,p̃mittendãve , si legitimũ tutorẽ illa non habeat.Sed posteà Senatus censuit,vt etiã in prouinciis quoque,similiter à præsidibus earum ex eadem causa tutores dentur.

Prætereà etiam in locum muti,furiosive tutoris, alterum dãdum esse tutorem ad dotem constituendam Senatus censuit.

Item ex Senatusco sulto tutor dat mulieri ei , cuius tutor abest,prę̃terquàm si patronus sit,q abest.Nã in locũ patroni absentis alter peti nõ potest,nisi ad hr̃editatẽ adeundã, & nuptias ꝯhẽdas.Idemq; permisit in pupillo patroni filio.

Hoc amplius Senatus censuit, vt si tutor pupilli pupillave suspectus à tutela submotus fuerit,vel etiam iusta de causa excusatus,in locum eius tutor alius detur.

Morib.tutor dat mulieri pupillove,q cũ tutore suo lege aut legitimo iudicio agere vult,vt auctore eo agat (ipse.n. tutor in rem suam auctor fieri non potest) qui prætorianus tutor dicitur,quia à prę̃tore vrbis dari consueuit.

Pupillorũ pupillarũq; tutoris & negocia gerũt,& auctoritatẽ interponũt.Mulierũ aũt tutores auctoritatẽ dũtaxat ĩterponũt.

Si plures sũt tutores,oẽs ĩ omni re debẽt auctoritatẽ accõmodare,p̃ter eos q testõ dati sũt:nã ex his vel vni⁹ auctoritas sufficit.

Tutores auctoritas necessaria est,mulierib.q dẽ ĩ his reb. si lege aut legitimo iudicio agãt,si se obligẽt,si ciuile negociũ gerãt, si libertæ suę p̃mittãt in ꝯtubernio alieni serui morari , si mãcipia alienent.Pupillus autem hoc amplius, etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.

Liberent tutela, masculi q dẽ pubertate. Puberẽ aũt Cassiani quidẽ eũ esse dicũt, q habitu corporis pubes apparet,idest,q gña rẽ p̃t:Proculeij aũt,eũ q quatuordecim annos expleuit:verũ Priscus eũ puberẽ esse,in quẽ vtrunq; cõcurrit & habitus corporis, & numerus annorum.Fœminæ autem tutela liberantur.

Source : BIU Cujas

Tituli xxix. ex corpore Vlpiani.

LVD. CHAR.

Fœminis. Fœminæ ꝑpetua tutela (vt ait Boetius) ꝓtinebant, à qua recedebãt, quæ in viri manum ꝓueniſſent. Et Cato pro lege Oppia (vt eſt apud Liuium) maiores voluiſſe dicit nullã ne priuatã quidem rem ſine authoritate fœminas agere, ſed in parẽ tum fratrumve, aut liberorum poteſtate eas eſſe. Propalam. id eſt ex verbis legis. Per conſequentiã, ideſt ex interpretatione. Vide inſtitut. lib. j. tit. 17. Media capitis diminutio. Videnṫ Iuriſconſulti nõ eodẽ modo ſpecies capitis diminutionis ꝓſtituiſſe. Nam Calliſtratus c. 5. de extraord. cognit. D. conſumi exiſtimationem ſcribit, quoties magna capitis ĩdiminutio teruenit, ideſt, cùm libertas adimitur: veluti cùm aqua & igni interdiciṫ, qđ in perſona deportatorũ euenit. Sed certè obſeruandũ eſt non eo reſpexiſſe Calliſtratum, vt capitis diminutionis ſpecies diſtingueret; tantùm. n. diſputat de exiſtimatione alicuius, quomodo ea minuatur aut conſumaṫ. Verùm qđ hic Vlpianus noſter dicit, Paulo & aliis I. C. ẽt placuit. c. vlt. D. de cap. minut. Nã ille lib. ij. ad Sabinũ, tria capitis diminutionis genera ꝓſtituit. Tria. n. ſunt quæ habemus, libertatẽ, ciuitatẽ, & familiã: q̃ cùm amittimus, in maximam capitis diminutionẽ incidimus: cùm verò amiſſa ciuitate cõis illa libertas nobis remanet, in mediã: ſed cùm familia tñ mutatur, in minimã. Et authoritatẽ interponunt. ꝑp ingenij pupillorũ imbecillitatẽ ꝓſtitutũ eſt, vt nõ niſi tutore authore ꝫhere poſſint, qđ certè cùm ad eorum vtilitatẽ introductũ ſit, ipſis nocere nõ debet. Itaq; meliorẽ ꝓditionẽ eis facere licet, etiã ſine authoritate tutoris: deteriorem verò nõ aliter, quàm tutore authore. Non igitur ne natura quidem obligari poterunt, niſi ex ijs cauſis, ex quibus melior & locupletior eorum fit ꝓditio: nec. n. æquum eſt ipſos ex aliorũ iactura ſuũ augere cõmodum. Sed ẽt ſi deterior eorũ ꝓditio nõ fiat, nihilq́ue detrimenti accepiſſe dici poſſint: equidem nõ video, in quo eorũ infirmitas lædatur, ſi quem iuris gentium effectum obligationi tribueris. Atq; ita conciliandas ſemper exiſtimaui I. C. ſententias, quæ pugnare pleriſq́ue videntur.

XII. DE CVRATORIBVS.

CVratores aut legitimi ſunt, ideſt, qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut honorarij, ideſt, q̃ à ꝑtore cõſtituunṫ.

Lex duodecim Tabularum furioſum, itemq; prodigum, cui bonis interdictum eſt, in curatione iubet eſſe agnatorum.

A prætore ꝓſtituitur curator, quẽ ipſe prætor voluerit, libertinis, prodigis, itemq; ingenuis, qui ex teſtamento parẽtis hęredes facti, malè diſſipant bona: his. n. ex lege, curator dari nõ poterat: cùm ingenuus quidẽ nõ ab inteſtato, ſed ex teſtamento hęres factus ſit patri: libertinus autẽ nullo modo patri hæres fieri poſſit, qui nec patrem habuiſſe videtur, cùm ſeruilis cognatio nulla ſit.

Præterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus, idoneè negotia ſua tueri non poteſt.

LVD. CHAR.

Lex xij. Tab. Idem alio loco Vlpianus ſcribit, idq́; morib. ab initio introductum eſſe. Quanuis autem lex 12. tab. ꝓſtituerit, ꝑdigo interdici ſuorũ bonorum adminiſtratione: magiſtratus tñ ſnĩa requirebaṫ: vt Valerius Maxi. lib. iij. c. 5. oſtẽdit. Et Paul. lib. 3. Sentent. titu. 5. ſolennem verborum formam, qua prætor prodigo bonis interdicere ſolebat, refert.

IAC. CVIA.

Virilis ſexus.) In tutelarum quæſtione ita definiuntur agnati, propterea q̃ tutela virile munus eſt. Cæteroquin & fœminæ agnatæ ſunt. Eadẽ eſt agnatorum definitio in quæſtione inteſtatæ ſucceſſionis, l. ij. §. agnati. de ſuis & legit. hæred. & infrà tit. 26. qa etſi conſanguinea cõſanguineo inteſtato hęres exiſtat, agnata tñ agnatio cuiquã inteſtato ex lege Voconia hæres non eſt. §. cæterũ de legit. agnat. ſucc. Sic in lege Vellea, Qui teſtm̃ faciet, is omneis virilis ſexus, q̃ ei ſui hr̃des futuri erunt, &c. etiam ſi parẽte viuo naſcantur. Ideo ait, Virilis ſexus quia ſequuntur hæc verba, Vt nominatim eos exhæredet, vel inſtituat. Soli autem poſthumi mares nominatim exhæredandi ſunt. §. poſthumi quoq;. §. poſthumorum. de exhæredat. lib. Vnde & in l. iij. de iniuſto rupt. aio ſic Vlpianum ſcripſiſſe, Poſthumi virilis ſexus: & ex Iuſtiniani conſtitutione id Tribonianum immutaſſe. Eiuſdem familiæ. l. pronunciatio. §. communi. de verbo. ſign Fratres. Legẽdum, Fratres patrueles, filij fratris patruelis. Qui liberum caput. Agnatus eſt tutor ex l. 12. tabul. patronus ex interpretatione legis: parens ex contractu fiduciæ. Cur non & parens ex interpretatione legis? Quia nulla talis ĩ lege interpretatio adhiberi potuit. Nec enim ex patronis, ſic parentibus nominatim lege defertur hæreditas. Igitur duæ tãtùm ſunt ſpecies legitimæ tutelæ, Agnatorum & Patronorum: id quod Vlpianus tradit in l. j. de leg. tut. Verùm in l. iij. §. vlt eod. tit. parentem emancipatorem non legitimum, ſed vicem ait legitimi tutoris obtinere, ideſt, fiduciariũ tutorem eſſe. Non nego moribus inde receptum, vt nominetur legitima, quæ propriè eſt fiduciaria. tit. de leg. par. tut. fiduciariæ tutelæ nomen ad liberos tranſmitti, legitimæ non tranſmitti: deniq; hoc liberos patronorum diſtare à liberis parentum. Cęterùm ratio differentiæ tradita à Iuſtiniano in titu. de fiduc. tut. falſa eſt in patre & auo: certè ſubtilior eſt quàm verior. An igitur quia non vt liberis patroni ita liberis emancipatoris lege debetur hæreditas? l. j. §. liberos. ſi quis à par. fuerit manu. ſed de his ſatis. Vel à parente, vel à coemptore. Qui à parente, is eſt pater fiduciarius: qui à coemptore, is eſt pater naturalis. Lex Claudia ſuſtinet. Lege, Suſtulit. Rurſus verò lex Claudia ſublata eſt conſtitutione Conſtantini. l. iij. C. de legat. tut. l. ij. C. Thom. de tuto. & curato. crean. Ait Conſtantinus. In fœminis tutelam legitimam conſanguineus vel patruus non recuſet. Excepta tutela patronorum. Hoc eſt quod ait. l. tutelas. de cap. minutis. Tutelas etiam non amittit capitis diminutio, exceptis his quę I. A. P. P. deferũtur, ideſt, quæ iure agnationis proximis potiſſimùm deferuntur. Tribonianus non ſic. Equidem ſcio Tribonianũ, cùm multa in libris prudentum notis perſcripta eſſent, auctore Iuſtiniano in l. ij. C. de vet. iu enuc. in eis explicandis cadere frequenter & labi. Cæterùm tutela patronorum minima capitis diminutione non perit, quia nec ius patronatus perit. Aequè teſtamentaria & datiua tutela non perit. At quia minima capitis diminutione ius agnationis perit, & legitima agnatorum tutela perit. Dixi, Proximis potiſſimùm, vt in edicto translatitio Verris, Tũ yti proximum quenque potiſſimum hæreeem eſſe oporteret, ſi is inteſtatò mortuus eſſet. Vnde extimenda non ſunt poſteriora verba. l. j. vnde legit. Quinimo in Aſconio ita malè legũtur, quaſi ſi Aſconij eſſent, non Tullij. Item alio in edicto, Sec. tab. teſtamenti potiſſimùm hæreditatem dabo. Veluti cùm incenſus aliquis venierit. Hoc M. Tullius explicat in extremo orationis pro Cecinna. Denunciante domino. Trina denunciatione opus eſt: denunciari etiam teſtatò oportet, idq́ue denunciari vt ſeruo abſtineat. Denunciationem ſequitur prætoris, aut præſidis ſententia. Inde Tertullianus lib. ij. ad vxorem. Nonne inſuper cenſuerunt ſeruituti vindicandos, qui cum alieno ſeruo poſt dominorum denunciationem in conſuetudine perſeuerarunt? Exemplo S. C. ſi ingenuæ, quæ ad gynciarium ſe, vel monetarium applicat, ſimilis denunciatio fiat, niſi dicto audiens fuerit, eiuſdem ipſa conditionis ex conſtitutionibus efficitur. l. edicimus. C. Th. de murileg. l. Senatuſconſ. C. Th. de decur. Sed hæc à Iuſtiniano mutata ſunt in titu. do. S. C. Claud. toll. Status duntaxat hominis. Saluo ſtatu publici iuris. l. j. §. capitis. ad S. C. Tertyl. priuatus hominis ſtatus commutatur. In manum conuentione. Quæ conuenit in manum mariti, capite minuitur: quia in familiam eius, & ſui hæredis locum venit, vt in titu. 23. & apud Gellium lib. 18. cap. 6. vti legaſſit. Integra lex eſt, Paterfa. vti legaſſit, auctore Cornificio lib. j. ad Herennium. Ait, Paterfam. atque ideo filiusfami. teſtamentum facere non poteſt, etiam ſi hoc velit pater: quod tamen in donatione nulla lex vetat. Ait, Super pecunia, tutelave ſuæ rei, quæ verba coniunctim accipienda ſunt. Nam tutorẽ inſtituere filiis ſuis pater, niſi in teſtamento non poteſt, in quo & pecuniæ ſuæ hæredem inſtituat. l. ſæpe, de verborum ſignific. Qui tutores datiui. Legitimi non dantur, ſed ipſo iure fiunt tutores. l. legitimos. D. de legitim. tuto. Teſtamentarij, Attiliani, Iuliani datione tutores fiunt. Plerunque autem Attiliani, & Iuliani datiui tutores appellãtur. l. dati. D. rempubl. fal. for. l. generaliter. C. de epiſc. & cleric. l. vlti. C. de leg. tut. Abdicare autem M. Tullius lib. 6. ad Att. Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, vt ꝑ Glabrione Scæuola, fœnus & impendium recuſare. Nihil ab abdicatione diſtat excuſatio. Excuſatione datiui duntaxat vtũtur. l. εἰδέναι. D. de exc. tut. §. qui excuſare. Inſt. eo. Nullum verò in iure ciuili excuſationis proximis agnatis datæ extat exemplum. Proinde rectè ait legitimos tutela ſe abdicare non poſſe. Ratio illa eſt, quia ipſo iure tutores exiſtunt. Quæ ratio etiam efficit, vt ſui hæredes repudiare hæreditatem non poſſint. Verùm enim vt in iure, hi ſe hæreditate abſtinere, ita & illi in iure, ideſt, apud prætorem, tutela fœminarum cedere poſſunt. In pupillis manibus, iam ſuperius ab Vlpiano dictum eſt, ceſſitia tutela non procedit. In iure cedere autem. Lego, In iure autem cedere. Lege Iulia & Titia. Quæ ſic dicta eſt à duobus latoribus, vt lex Plauta & Iulia de vi. Lex autem Attilia, à L. Attilio dicta eſt, interprete legis 12. tab. quod ſpecie quidem prima falſum eſſe quis dixerit: eo tamen verius nihil eſſe, clariſſimis argumentis in tempore demonſtrabo. Qui etiam ante manumiſſionem. Non eum ſolùm qui in bonis, ſed etiam qui ex iure Quiritium dominus fuit. Si legitimum tutorem pupilla non habeat. Delenda eſt vox, pupilla: Cæterùm quanuis regula iuris hęc ſit, Certæ rei vel cauſæ tutorem nõ dari, ex lege tamen Iulia & ſenatuſconſultis tutor ex cauſa datur ad dotem cõſtituendam. Item, vt paulò pòſt tradit, ad adeundam hęreditatem ſpecialis tutor datur: quod etiam cõ firmat. l. impuberi. D. de tut. & cur. datis. l. cùm in vna. §. tutor. de appellat. Ad dotem conſtituendam. Si ad dotem conſtituendã, erit hoc contrarium ſuperiori regulæ iuris, quę dictat, Certæ rei tutorem non dari: ſi generaliter (quod & ipſum, ſi mutus aut furioſus ſit legitimus tutor, ex S. C. fieri poteſt. l. pen. D. de tutel.) obſtat illa regula, qua cauetur, Tutorem habenti tutorẽ nõ dari: ideoq́; S. C. opus fuit. Idẽq́; ꝑmiſit in pupillo patroni filio. Malo, Idẽq́; ꝑmiſit in patroni filio: nimirũ vt in eius locũ non niſi ad adeũdã hr̃ditatẽ, vel dotẽ ꝓſtituendã tutor deṫ. Quod & gñaliter in tutorib. pupillorũ iure ciuili locũ obtinet. Hoc amplius.

Huius

Source : BIU Cujas

Huius S.C.fit mētio in l. si qs sub ꝺditione. de testa. tut. & ij qdē sunt tutores, q̃ ex S. C.dantur: de q̃bus intelligenda est l. tutelas. de cap minutis. Sequuntur ij, q̃ morib.dantur. Morib. tutor. Hodie, q̃a extraordinaria sunt iudicia, curator datur. §. vlt. de auct. tut. In ordinariis iudiciis tutor exigitur. l. curatorē. D. eo. l. vlt. C. de in lit. dan. tut. Lege aut legitimo iudicio. Lege agere latius patet, quàm legitimo iudicio agere: nam sine iudicio lege agi potest. Qui tunc dati sunt. Legēdum, Qui testamēto dati sunt. l. vlt. C. de auct. præst. l. 4. l. 5. in principio, & § item ipse. l. q̃ dicimus. §. j. D. eo. M. Tullius q̃ Flacco, Nihil pōt de legitima tutela sine omnium tutorum auctoritate diminui. Proculeij. Quorum sniā Iustiniano placet. Fœminæ autē tutela liberantur. Imperfecta oratio est. Cæterùm vnus ponitur casus in tit. vlt. in quo libertæ tutelā patronorum liberantur. Deniq; omnes fœminæ cōuentione in manum liberantur, auctore Boetio in Topicis Ciceronis.

XIII.

De Cœllibe, Orbo, & solitario patre.

LEge Iulia prohibentur vxores ducere, senatores quidem liberiq; eorum, libertinas, & quæ ipsæ, quarumve pater materve artem ludicram fecerit: item corpore quæstum facientē. Cæteri autem ingenúi prohibentur ducere lenam, à lenone lenave manumissam, & in adulterio deprehensam, & iudicio publico damnatam, & quæ artem ludicram fecerit: adiicit Mauricianus, & à senatu damnatam.

L V D. C H A R.

Multas fuisse inter patres & plebeios ꝓtrouersias de connubij societate Liuius, & alij historiographi testantur. sed lege Papia cautum esse, vt omnib. ingenuis præter Senatores eorumq̃ liberos, libertinam vxorem habere liceret, Dion libr. ij. scribit.

I A C. C V I A.

Cæteri autem ingenui. Et has quoque senatores non ducent. l. lege Iulia. §. vlt. de ritu nupt. nō tñ idē est è ꝺrio: nam ingenui libertinas ducent. l. lege Papia. eo. Est in eandē rē auctoritate Marci & Cōmodi factum plenius S. C. de quo in l. oratio. de sponsl. oratione. l. palam §. senatus. de rit. nup. Extat & de eadē re Cōstātini ꝓstitutio in l. j. C. de nat. li. & nō Martiani, de mat. senat. q̃ tñ ambæ sublatæ sunt in nou. Iustiniani CXVII. & LXXXIX. ex qua id ēt didicimus, corruptē in d. l. j scriptum esse, Præfectos: legendum n. est, Perfectissimos, ideſt, διαρημοτάτους: atque ita constanter habēt oēs veteres Codices. Error manauit ex errore nou. Martiani. Lex quoque Iulia de senatorum & libertinarum nuptiis à Iustiniano sublata est. Mauricianus. Qui ad leges Iulias libros scripsit.

XIIII.

De pœna legis Iulia.

FOEminis lex Iulia à morte viri anni tribuit vacationē: à diuortio, sex mensium. lex autem Papia à morte viri, biennij: à repudio, anni & sex mensium.

I A C. C V I A.

Pœna legis Iuliæ hæc est, ne cœlibes, nec orbi ex ciuium Romanorū testamētis capiant. l. si is q̃ hæres. de vulg. substi. Tertullianus in lib. de monogamia, Aliud est si & apud Christum legibus Iuliis agi credunt, & existimant cœlibes & orbos, ex testamēto Dei solidum capere nō posse. Sed hæc pœna sublata est à l. j. C. de infir. pœn. cœl. & orbit. Tribuit vacationem. Hoc est, vt interim. ēt si cœlibē vitā agant, capere ex aliorum testamētis possint. Biennij. Legendū, triennij. Vt. n. altero tāto à morte viri vacatio, quæ lege Iulia tribuitur, eā superat quæ à diuortio tribuit: eadē vt sit proportio necesse est in lege Papia, quæ tempora legis Iuliæ prorogauit. Deniq; triennium Augusti lege tribui Suetonius auctor est: nimirū. n. lex Papia Popea lata est auctore D. Augusto post Iulias rogationes, M. Papio. Q. Popeo COSS. suffectis, non ordinariis, vt Dion, & Isidorus scribunt. Similis est error in l. vlti. C. de aduoc. diuer. iudic. vt constat ex l. per hanc. eodem tit.

XV.

DE DECIMIS.

VIR & vxor inter se mrimonij noīe decimā capere possunt. Quòd si ex alio mrimonio liberos superstites habeant, præter decimā, quā matrimonij nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiūt. Itē cōmunis filius, filiave, post nouum diem amissus, amissave, vnam decimam adiicit: duo autē, post nouum diem amissi, duas decimas adijciunt. Prēter decimā, etiā vsumfructum tertiæ partis bonorū eius capere possunt: & quotcunque liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem. Hoc amplius mulier petere præter decimam, dotem potest legatam sibi.

I A C. C V I A.

Lege Iulia coniuges, prēter ea q̃ in hoc ti. enumerant̃, inter se capere nihil possunt: & hoc ī vxore manifestò tradit. l. j. C. de his qui se def. lib. 10. Sunt & multa huius rei vestigia ī C. Th. l. vlti. de inofficio. dot. l. vltim. de leg hēredit. l. j. l. si aliquis. de bon. ꝓscript. l. pro commoditate, de nauicul. & in nou. Valent de testamē. Sed in l. pro commoditate, pro, Liberis, perperam scriptum est Lucris. Interdum verò ne decimas quidem capere possunt. contra interdū & solidū capere pñt: hodie omnimodo. l. 2. C. de inf. pēn. cœl. & orbit. & decimis sublatis. Duo autem. Tres post nonum diem amissi solidum adiiciunt, tit. proxi.

XVI.

De solidi capacitate inter virum & vxorem.

ALiq̃n vir & vxor inter se solidū capere pñt: velut si vterq;, vel alteruter eorū nondū eius ętatis sit, q̃ qdē liberos exigit: ideſt, si vir minor annorū viginti q̃nq; sit, aut vxor annorū viginti minor. itē si vtriq; lege Papia finitos annos in matrimonio excesserint, ideſt, vir sexaginta annos, vxor q̃nquaginta. itē si cognati īter se coierint vsq; ad sextū gradū: aut si vir absit, donec abest, & intra annū post q̃ abesse desierit, libera inter eos testamēti factio est. Si ius liberorū à prīcipe impetrauerint: aut si filiū filiāve cōem hēant: aut quatuordecim annorū filiū, vl filiā duodecim amiserint: vel si duos trimos, vel si tres post nonū diē amiserint, vt ītra annū tñ & sex mēses. Etiā vn⁹ cuiusc̃ū; ętatis, impubes amissus, solidi capiēdi ius pñstat. Itē si post mortem viri intra decē menses vxor ex eo peperit, solidū ex bonis eius capit.

Aliquando nihil inter se capiunt, ideſt, si contra legē Iuliā, Papiamq̃; Popeam contraxerint matrimonium· verbi gratia, si famosam quis vxorem duxerit, aut libertinam senator.

Qui intra sexagesimū, vel quę intra q̃nquagesimū annū neutri legi paruerit, licet ipsis legibus post hāc ętatē liberatus esset, ꝑpetuis tñ pęnis tenebitur, ex senatusconsulto Perniciano. Sed Claudiano senatusconsulto maior sexagenario, si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexagenta annorum duxisset vxorem.

Quòd si maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit, impar matrimoniū appellat̃: & senatusconsulto Caluitiano iubetur non proficere ad capiendas hęreditates, & legatas dotes. Itaque mortua muliere dos caduca erit.

I A C. C V I A.

Vsq; ad sextū gradū. Nā à sexto gradu cognatio nulla est, §. vlt. de succes. cogn. Abesset intra. Lego, Abest & intra. Credo. hęc vera esse, si absit Reip. cā. Nā ann⁹ eis tñ dari solet, q̃ Reip. cā abesse desierūt. Si ius liberorū. Isidorus, auctor sanè vel eo nomine ꝑbandus, q̃, vt ex hoc libello nonnulla, ita ex optimis auctoribus, q̃bus nūc destituti sumus, descripta quàmplurima cōtineat, lib. 5. Ius. inquit, liberorū est coniugū sine liberis inuicē pro loco pignorū hrditatis alterna cōscriptio q̃ definitionē cōfirmat nou. Valent. de testa. & l valeat. C. Th. de infir. ijs q̃ sub tyrā. Et hoc qdē ius liberorū Impp. oīb. dāt, in l. 1. C. de iur. lib. Nec enim se ius triū dicūt, aut quatuor liberorū dare, sed ius liberorū: id nempe qđ superiùs exposuimus, idēq; cōiūcta ea lege cū l. 2. C. de infir. pē. ex qua ea l. pendet, vti perspici ex inscriptionibus & subscriptionibus potest, clariùs demonstratur: alioquin superuacua est constitutio Iustiniani de iure triū aut quatuor liberorū. l. 2. C. de iur. lib. Si igit̃ ius liberorū à principe impetrauerint: liberā inter se ꝺiuges, vt Vlpianus nr̃ ait, testamēti factio nē hñt. Deniq; vno filio, filiave cōi supstite, aut vno filio 14. filiave 12. annorū amisso amissave, tribus post nonū diē amissis, duob⁹ trimis amissis, vno cuiusc̃ū; ętatis impubere amisso intra annū matrimonij & sex mēses, idē ius habeāt. Vt intra annū. Lego, vt intra annū & sex mēses ēt vnus, &c. p̃stet. Neutri legi. Si neq; liberos susceperit, neq; matrimoniū ꝺxerit. Iulia est de ꝺhendo matrimonio: Papia, de procreandis liberis. Inde Tertullianus in Apologetico. Nōne vanissimas Papias leges, q̃ antè liberos suscipi cogūt, q̃ Iulię matrimoniū ꝺhi, post tantæ authoritatis senectutē heri Seuerus cōstātissimus princeps exclusit? Definiti aūt sunt in viro anni sexaginta, in muliere q̃nquaginta. l. pe. C. de nup. l. si maior. C. de leg. hær. q̃ definitio S. C. Claudiano in fœminis ꝑbat̃. Nā mulier post quinquagesimū annū non gignit. l. sisterilis in prin. c. de act. emp. in maribus nō probatur: nā & sexagenarii idonei sunt ad generandum. Aristoteles. libro v. περὶ ζώων ἱστορίας. τεννᾷ δὲ ἄνθρωπος τὸ ἔσχατον μέχρις ἑβδομήκοντα ἐτῶν ὁ ἄρρην, γυνὴ δὲ μέχρι πεντήκοντα. Caluitiano. Vide num legendum sit, Claudiano: vt supra. Dos caduca erit. Vt in l. si quis officium. §. veterem. l. dote. de rit. nup.

XVII.

De caducis.

QVod q̃s sibi testō relictū, ita vt iure ciuili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducū appellatur, veluti cecidit ab eo: verbi gra, si cœlibi, vel Latino Iuniano legatū fuerit, nec intra dies cētum vel cęlebs legi paruerit, vel Latinus ius Quiritiū cōsecutus sit: aut si ex parte hęres scriptus, vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel peræger factus sit.

Hodie ex constitutione imperatoris Antonini, omnia caduca fisco vindicant̃, sed seruato iure antiquo liberis & parētibus.

Caduca cū suo onere fiūt: iōq; libertates & legata & fideicōmissa ab eo data, ex cuius ꝑsona hęreditas caduca facta est, salua sunt: scilicet & legata, & fideicōmissa cū suo onere fiūt caduca.

I A C. C V I A.

Eorū q̃ in testamētis scribunt̃, q̃dā ꝑ nō scriptis sunt, q̃dā in cā caduci, q̃dā caduca. Pro nō scriptis hæc sunt, q̃ in capacibus relinquunt: q̃ nō intelligunt̃: q̃ sibi testamētarius adscribit: q̃ sunt captatoria: quæ ei, q̃ in rebus humanis nō ē adscribunt̃. Pro nō

Source : BIU Cujas

ſcriptis igitur ſiunt,quę in ipſo initio deficiūt. In cā caduci ſiunt, quæ paulo poſt teſtamentum viuo teſtatore deficiunt:vt puta,ſi legatarius viuo teſtatore decedat, aut conditione excludat̄. Caduca ſunt quæ mortuo teſtatore deficiunt:vt puta,ſi hæres vel legatarius ante apertas tabulas deceſſerit, vel aliàs incapax factus fuerit.Caduca, & in cā caducorum legib. Iulius fiſco vindicant̄: legib. Iuſtiniani apud hæredē remanent cū onere. Quæ pro nō ſcriptis habentur,& nouo,& antiquo iure apud hæredem remanēt ſine onere. Veluti cecidit.Malim, veluti ceciderit. Conſtantinus dixit,cadere in caſum.l.omnes.C.de delat.Si cœlibi,vel Latino Iuniano. Ergo & cum cœlibe, & cum Latina teſtamenti factio eſt: & hoc de Latino nominatim proditum eſt in titu.11.& 20.Nam neque cœlibem lex Iulia, neque Latinum lex Iunia hæredem inſtitui,aut ei legari quidpiam vetat: ſed ex iiſdē legibus caduca fiunt ea,quæ ipſis relinquuntur, niſi intra centū dies hic ciuis Romanus fiat,ille matrimonio iungat̄,vt in tit. 22. Peræger.Mallem,peregrinus.Hodie ex ꝯſtitutione imp.Antonini.Immo ex lege Papia. Quamobrē videtur mihi hęc eſſe tranſpoſita,atque reſtituenda eſſe in hūc modum, omnia caduca fiſco vindicantur, ſed ſeruato iure antiquo liberis & parētib.Hodie ex conſtitutione Imp.Antonini,caduca cū ſuo onere fiunt: & quę ſequuntur:vt intelligatur conſtitutio ea cuius fit mentio in l.licet de leg.j.l.iiij.C.ad Trebell.Quæ.n.ille de ſubſtitutis, ad coheredes & ad fiſcum transferuntur. l. ſi Titio.j. §. de legat. ij.l. quidam.§.quoties.de leg.j.

XVIII.

Qui habeant ius antiquum in caducis.

ITem liberis & parentibus teſtatores vſque ad tertium gradū lex Papia ius antiquum dedit:vt hæredib. illis inſtitutis, quod quis ex eo teſtamēto non capit,ad hos pertineat,aut totum, aut ex parte,prout pertinere poſſit.

IAC. CVIA.

Ea quæ mortuo teſtatore deficiunt,ex iure antiquo apud hæredem remanēt,poſt legem Iuliam,& Papiam caduca fiunt: ius tamen ea lege antiquum ſeruatur liberis & parentibus vſq; ad tertium gradum.§.& cùm lex.C.de caduc.toll.qđ & in tit.proximo,& tit.j.& tit.25.Vlpianus notat.Inde Celſus in l.pater meus. §.vlt. de leg.ij.Si filio,inquit,hęredi pars eius,à quo nominatim legatum eſt,accreſcit,non præſtabit legatum quod iure antiquo capit.Id verò immiſtum portioni hæreditatis eo iure capit,ꝙ legem Papiam anteceſſit,quoniam filius eſt.Cæterùm vt de Iulia no Vlpianus in l.ſi Titio,ita nos de Celſo dicere poſſumus. Celſus quidem ait legatum non præſtari. Sed poſt ꝯſtitutionem Seueri & Antonini alio iure vtimur:ac fruſtra noſtri interpretes Celſum,q Hadriani tēporib.floruit vnà cū Iuliano,cū reſcripto D.Seueri in ꝯcordiā adducere conantur.Sed hæc aliàs ſubtilius.

XVIIII.

De dominiis & adquiſitionibus rerum.

OMnes res aut mācipi ſunt,aut nec mācipi. Mancipi res ſunt prædia in Italico ſolo,tam ruſtica, qualis eſt fundus : quàm vrbana,qualis domus Item iura prædiorum ruſticorum : velut via,iter,actus & aquęductus.Item ſerui & quadrupedes q̄ dorſo collove domantur,velut boues,muli,equi,aſini: cæteræ res nec mācipi ſunt.Elephanli & cameli,quanuis collo dorſove domētur,nec mancipi ſunt:quoniam beſtiarum numero ſunt.

Singularum rerum dominia nobis adquiruntur,mancipatione,traditione,vſucapione,in iure ceſſione, adiudicatione, lege.

Mancipatio propria ſpecies alienationis eſt, & rerum mancipi:eaq; fit certis verbis,libripende, & quinq; teſtibus præſentib.

Mācipatio locū hēt ītер ciues Romanos, & Latinos Colonarios, Latinosq; Iunianos,eosq; ꝑegrinos q̄b. cōmerciū datū eſt.

Commercium eſt emendi vendendique inuicem ius.

Res mobiles non niſi præſentes mācipari poſſunt, & nō plures quàm quæ manu capi poſſunt.Immobiles autem,etiam plures ſimul,& quæ diuerſis locis ſunt, mancipari poſſunt.

Traditio propria eſt alienatio rerum nec mancipi. Nec mancipi rerum dominia,ipſa traditione adprehendimus: ſcilicet, ſi ex iuſta cauſa traditę ſunt nobis.

Vſucapione dominia adipiſcimur,tam mācipi rerum, quàm nec mācipi.Vſucapio eſt aūt dn̄ij adeptio, ꝑ continuationē poſſeſſionis anni,vel biennij:rerū mobiliū anni,immobiliū bienij.

In iure ceſſio quoque communis alienatio eſt,& mancipi rerum & nec mancipi, quæ fit per tres perſonas in iure cedentes, vindicantes,addicentes.

In iure cedit dominus:vindicatis cui ceditur: addicit prætor.

In iure cedi res etiā incorporales poſſunt, velut vſusfructus, & hereditas,& tutela legitima, & libertas.

Hr̄ditas ī iure cedit̄, vel anteq̄ adeat̄,vel poſteaq̄ adita fuerit.

Antequā adeat̄,ī iure cedi poteſt à legitimo hīde: poſtea quā adita eſt,tā à legitimo, quā ab eo q teſtamāto hæres ſcriptus eſt.

Si antequàm adeatur hæreditas,in iure ceſſa ſit,perinde hęres fit,cui ceſſa eſt,ac ſi ipſe hr̄s legitimus eſſet. Quòd ſi poſtea quā adita fuerit,in iure ceſſa ſit,is cui ceſſa eſt permanet hæres, & ob id creditoribus defuncti manet obligatus: debita verò pereunt, ideſt,debitores defuncti liberantur.

Res autē corporales,quoties ſingulæ in iure ceſſæ ſunt, tranſeunt ad eum cui ceſſa eſt hæreditas.

Adiudicatione dominia nanciſcimur, ꝑ formulam Familiæ erciſcundæ, quæ locum habet inter cohæredes: & per formulā Communi diuidūdo,cui locus eſt inter ſocios:& per formulam Finium regundorum,quæ eſt inter vicinos. Nam ſi iudex vni ex hæredibus,aut ſociis,aut vicinis rem aliquam adiudicauerit, ſtatim illi adquiritur,ſiue mancipi, ſiue nec mancipi ſit.

Lege nobis adquiritur,velut caducum,vel ereptitium ex lege Papia Popea:item legatum ex lege duodecim Tabularum, ſiue mancipi res ſint, ſiue nec mancipi.

Adquiritur autem nobis etiam per eas perſonas, quas in poteſtate,manu,mācipiove habemus.Itaq; ſiquidē(mācipio puta) acceperint,aut traditū eis ſit,vel ſtipulati fuerint, ad nos ptinet.

Item ſi hæredes inſtituti ſint, legatumve eis ſit:& hæreditatē iuſſu noſtro adeuntes nobis adquirūt, & legatū ad nos pertinet.

Si ſeruus alterius in bonis,alterius ex iure Quiritiū ſit, ex omnibus cauſis adquiret ei,cuius in bonis eſt.

Is quem bona fide poſſidemus, ſiue liber, ſiue alienus ſeruus ſit,nobis adquirit ex duabus cauſis tantùm,ideſt, quod ex re noſtra,& quod ex operis ſuis acquirit:extra has autem cauſas,aut ſibi adquirit,ſi liber ſit:aut domino, ſi alienus ſeruus ſit. Eadē ſunt & in eo ſeruo,in quo tantùm vſumfructum habemus.

LVD. CHAR.

Omnes res aut mancipi.Mācipium ꝑ dominio à Latinis vſurpari ſolet,qđ à ſeruis profectum videtur,qui ꝙ manui & poteſtati dominorum ſubiicerentur, ob primam originem mancipia dicebantur,quaſi manu capti fuiſſent.Quod poſtea ad omne ius dominij translatum eſt.Res aūt mancipi Vlpianus appellat, quæ in communi noſtro vſu verſantur, & quas manu quodammodo capimus & tractamus. Aliter Caius libr. poſteriori inſtitut. res diuidit.Iura prædiorum. Rectè Vlpianus ſeruitutes iura prædiorum appellat,eadem quidem ſignificatione, qua ius agendi, ius petendi,aut quid ſimile dicimus.Sunt.n. ſeruitutes,quædam prædiorum qualitates,quæ ipſis inhærent, iusq; tribuunt: vt eorum dn̄s vel ſibi ius in vicini prædio vindicet, vel vicinum nihil iuris habere in eo qđ ipſe poſſidet intendat.L.quid aliud. de verbo.ſigni.Mancipatio. Mancipationem eſſe manus traditionem. Caius lib.j.inſtitut.tit.6.oſtēdit.Commercium. Cōmercij appellatione omnem ꝯctum intellexiſſe videtur:vt Caius inſtit. lib.j. & Varro lib.ij.de re Ruſtica,emptionis nomine omnem alienationē complexi ſunt. Itaq; I. C. aliquid in commercio hominū eſſe,& Paulus etiam lib.ij.ſentent.prodigis interdici re ſua commercioq;,& noſter Vlpianus ſeq.tit.interdictum prodigo commercium eſſe ſcribunt. Vſucapio. Vſucapionē Cicero & in Topicis,& in oratione pro Cecinna,vſus authoritatem appellat,ideſt,ius dominij vtenti acquiſitum. Diſtinxerant autem veteres in præfinitione temporis vſucapiendi res quæ extra Italiā erant ab Italicis:ſed has ſubtilitates ſuſtulerunt Imperatores:atque tēpus vſucapiendarum rerum mobilium triennium, immobili ī verò longi tēporis poſſeſſionem,ideſt, 10.anni. inter præſentes, & 20.inter abſentes. In iure.Id eſt apud eū q iuri dicundo præeſt. A legitimo hærede.quia lex ad eum hæreditatem defert,fitq; ex ea hæres.In iure autem ceſſionis meminit Varro.

IAC. CVIACIVS.

Elephanti & Cameli.Videntur quidem mācipij eſſe, nō ſunt tamen:quia feræ,beſtiæ ſunt,l.ij.§.vlt.ad leg.Aquil.Iſidorus, Mācipium, inquit, eſt quidquid manu capi ſubdiq; poteſt, vt homo,equus,ouis:hęc.n animalia ſtatim vt nata ſunt mancipium eſſe putantur:nam & ea quæ in beſtiarum numero ſunt,tunc videntur mancipium eſſe,quando capi,ſiue donari cœperint.Tollitur verò hęc rerum differētia in tit.de vſuc.transf. C. Et rerum mancipij.Supereſt,Et.Eaq; fit certis verbis. Exempla ſunt in § ꝑtereà quib.mod.ius poteſt.ſol.& §.j.de teſta.ord.quæ, cùm expiicata ſint à multis,longiora non faciam.Latinos colonarios.Horum exēplo Iuniani introducti ſunt, vt Iuſtinianus ſcribit in tit. de lat.lib.Cōmerciū.Cōmerciū eſt permutatio.l. ex hoc iure. de Iuſt. & iure.Ex ꝑmutatione originē cępit emptio & vēditio: in qua & ſi vtrinq; merx nō ſit,vt in ꝑmutatione, ſed aliud pretiū, aliud merx de ea tñ cōmerciū dr̄ frequētiſſimè:inde & mercari, & ꝑmerciū,& ꝑmercalis res.Traditio.Legendū, Traditio ꝑpria eſt alienatio rerū nec mācipij.Nec mancipij rerū,&c. Vſucapio eſt autē dn̄ij adeptio.Modeſtinus ait in l.iij.de vſurp. & vſuc. adiectio dn̄ij.mallē adeptio,vt in hoc loco:cōſueuerūt.n.Iuriſconſulti eiſdē rerū definitionib. vti. Equidē qa hæc duo verba tantā inter ſe affinitatē habēt,vt alterū ꝑ altero facilè potuerit obrepere:qđ ēt poſsū Vlpiano auctore,nō metuo emēdare in Modeſtino,adeptio dn̄ij.Nā & capionis verbo adeptio ſignificat̄, nō adiectio.Rerum mobilium anni. In iure ciuili q̄ri plerunq; ſolet, vtrum continuus,an vtilis annus ſit. Idem & in hoc loco quæri pōt:ſed verius eſt continuū annū numerari:& hoc Paulus ſcripſerat in l.nunquam.§.j.de vſurpat.& vſuca. Quia tamen annus in triennium mutatus eſt, Tribonianus ſcripſit continuum tempus: ſed debuit & vocem hanc mobilium circunſcribere.

Nam

Source : BIU Cujas

Nam idem prorsus est in vsucapionibus rerum immobiliū. Scitū planè est huius erroris cām in Triboniani ignorātiā cōferre, In iure cessio. Trib. verbis omne officiū ꝓtoris ꝓtinet̄, Do, Dico Addico. Dat iudices, Dicit ius, Addicit, exēpli gr̄a, ī cessionib. Addicit bona libertatū conseruandarū cā. Vnde & antiquis legib. Manilia. Peducia, Alliena, Fabia de finib. agrorū (q̄ leges nōdum typis excussæ sunt) ita legit̄. Deq; ea re curatoris, q̄ hac lege erit, iurisdictio, reciperatorumq; datio, addictio esto. Si curator hac lege nō erit, tunc quicūq; magistratus in ea colonia, municipio, prefectura, foro, cōciliabulo iuridicūdo præerit, magistratus de ea re iurisdictio, iudicisq; datio, addictio esto. Velut vsusfruct⁹. Vsusfruct. siue dño cedat̄, siue extraneo, cessione finit̄. Nā & ex traneo cessus, ad ꝓprietatē recurrit. l. si vsusfru. de iure dot. Nihil verò agit̄ in persona extranei. Tutela legitima & libertas. De tutela Cessitia. tit. 11. dictum est. Libertas cessitia ea est, q̄ vindicta dat̄: cedit. n. libertatem dñs, vindicat seruus, addicit prætor: & inde Scipioni lictoris, quē liberandis seruis gerit. vindictæ nomē. Is cui cessa est. Videt̄ legendum, Is à quo cessa est: qm̄ subinfert, Permanet hæres. Atq; facit q̄dem ab hac ꝓiectura ipsa iuris ratio. Ideo. n. tenetur creditorib. ꝙ adeundo cum eis cōtraxisse videat̄. l. iij. in fi. l. iiij. qui. ex caus. in poss. eat. Ideo ei debitoris nō tenent̄, ꝙ se omni hęredis iure abdicauerit. Sed neq; cessitio hęrediꝫtenent̄: q̄a ei nō sunt obligati: attamē emptori hęreditatis vti les actiones, dant̄, venditori directæ. l. emptor. C. de hæred. vend. Aliud ergo est cedere hęreditatē in iure, lōgè aliud vēdere hęreditatem. De cessitia hęreditate in libris Iustiniani mētio, q̄d sciā, nulla fit. Res autē corporales. Dixit de rebus incorporalib. quæ cedunt̄ in iure, nunc de rebus corporalib. Quid est igitur q̄d ait in extremo huius sn̄iæ, Cui cessa est hæreditas? Malim, Cui cessæ sunt. Adiudicatione. Idē Iustinianus scribit in extremo tit. de offic. iud. neq; verò vllus est alius casus, in quo iudicis sn̄ia dn̄ium acquirat̄. Vel ereptitium. Nescio quid sit ereptitium: nisi id forsitan sit, q̄d aliàs in cā caduci esse dr̄. Neq; n. id cadit à nobis (quādoquidē viuo testatore deficit) sed hęredi eripit̄: caduca cadunt à nobis. Itē legatum ex lege 12. Tab. l. verbis legis. de verb. signi. Si seruus alterius in bonis. Dñs Bonitarius præfert̄ dño Quiritario. Ex operib. suis. Alij dicunt ex operis: sed hoc quoq; rectum est, vt auctoribus scriptis libris in §. de ijs. per quas perso. nobis adq. §. item. per quas perso. obligat. nob. adq. & auctoribus Florentinis, in l. quod seruus, de stip. ser.

XX.

DE TESTAMENTIS.

TEstamētum, est mentis nostrę iusta (In manusc. legitur testatio, idest declaratio.) cōtestatio, in id solenniter factum, vt post mortem nostram valeat.

Testamentorum genera fuerunt tria. vnum, quod calatis Comitiis, alterum quod in procinctu, tertium quod per æs & librā appellatum est. Illis duobus testamētis abolitis, hodie solum in vsu est, quod per æs & libram fit: ideſt, per mancipationem imaginariam: in quo testamento libripēs adhibetur, & familiæ emptor, & non minus quàm quinque testes. In manuscrip. marg. additur, ciues Romani puberes, cum quib. testamenti factio est.

Qui in potestate testatoris est, aut familiæ emptoris, testis aut libripens adhiberi non potest: quoniam familię mancipatio inter testatorem, & familię emptorem fit: & ob id domestici testes adhibendi non sunt.

Filio familię emente, pater eius testis esse non potest.

Ex duobus fratribus qui in eadem patris potestate sunt, alter familię emptor, alter testis esse non potest: quoniam quod vnus ex his mancipium accipit, adquirit patri: cui filius suus testis esse non debet: pariter & qui in potestate eius est constitutus.

Duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes vtriq; vel alter testis, alter libripens fieri possunt, alio familiam emente: quoniam nihil nocet ex vna domo plures testes alieno negocio adhiberi.

Mutus, surdus, furiosus, pupillus, fœmina, neque familiæ emptor, neque testis, libripensve fieri potest.

Latinus Iunianus, & familię emptor, & testis, & libripens fieri potest: quoniam cum eo testamenti factio est.

In testamento, quod per æs & libram fit, duæ res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio testamenti. Nuncupatur testamentum in hunc modum: tabulas testamenti testator tenens ita dicit. Hæc vti in his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. Itaque vos Quirites testimonium præbitote. Quæ nuncupatio & testatio vocatur.

Filius familiæ testamentum facere non potest: quoniam nihil suum habet, vt testari de eo possit. Sed Diuus Augustus Marcus constituit, vt filius familiæ miles de eo peculio, quod in castris adquisiuit, testamentum facere possit.

Qui de statu suo incertus est (facito quòd patre peregrè mortuo, ignorat se sui iuris esse) testamentum facere non potest.

Impubes, licet sui iuris sit, testamentum facere non potest: quoniam nondum plenum iudicium animi habet.

Mutus, surdus, furiosus, itemque prodigus, cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non possunt: nutus, qm̄ verba nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam verba familiæ emptoris exaudire non potest: furiosus, quoniā mētem non habet, vt testari de ea re possit: prodigus, qm̄ commerciū illi interdictum est, & ob id familiam mancipare non potest.

Latinus Iunianus, item is q̄ Dedititiorū numero est, testim̄ facere non potest: Latinus q̄dem, qm̄ nominatim lege Iunia ꝓhibitus est: is aūt q̄ Dedititiorū numero est, qm̄ nec quasi ciuis Romanus testari potest, cū sit peregrinus: nec quasi peregrinus, qm̄ nullius certæ ciuitatis sit, vt aduersus leges ciuitatis suæ testet̄.

Fœminæ post duodecimum annum ætatis testamenta facere possunt tutore auctore, donec in tutela sint.

Seruus publicus Prętorisve, parte dimidia testamenti faciendi habet ius.

LVD. CHAR.

Testamentū ex eo dicitur, quòd testatio mentis sit, ideſt, declaratio & significatio testatò facta. Solebāt autem veteres vel calatis, ideſt vocatis comitijs, vel in procinctu, ex castris scilicet in prœliū exeūtes, quasi togis iam præcincti, expediti, vel per æs & libram testamentum facere: quemadmodum & ex Sex. Pompeio Festo, & Gellio, aliisque intelligere licet. In quibus omnibus is qui testabatur, voluntatem suam certis verbis & clara voce exprimebat, testes eos appellans, qui testamenti factioni aderāt: vt rectè Vlpianus eadem significatione testationē, & nuncupationem postea dixerit. Nuncupare enim est (vt Varro & Festus scribunt) nominare, siue nominatim pronunciare. Iustam denique siue testationem, siue sententiam dicit, quæ secundum præscriptam à iure Romano solennitatem facta est. Seruus publicus. Seruum publicum appellat eum, quem vulgo tabellionem aut notariū dicimus, qui idem magistratuū decreta, iudicia, & alia eius generis excipiebat: vnde etiā eorū seruus vocabatur. Ideo enim munus illud seruis mandabatur, quia Romanorum iure non licuit per literas personas sibi quærere vel contrahere, sed per eas tantùm, quæ sunt in nostra potestate. Et seruus quidem publicus totius erat ciuitatis, ipsiusque P.R. Postea id muneris Arcadius per liberos homines exerceri voluit. Eius extat constitutio libr. 10. C. de adul.

IAC. CVIACIVS.

Testamentorū genera fuerunt tria. Iure ciuili. Fuit & quartū iure prætorio. Est & quintum, ciuili, prætorio, & principali iure permisto. Ad libræ pensa. Lege, Aut lipripens. Inter testatorem. Et ideo seorsim in tabulis hæres scriptus (plerunq; enim cui fit emancipatio non fit nuncupatio) ad testamentum testis adhiberi potest: at sublata mancipatione, sanè creditur hodie, vt rectè Iust. ait in §. sed neque. de testam. ord. totum hoc negotium inter testatorem & hæredem agi. Proinde hæres, aut qui per po testatem hæredi coniunctus est, testis adhiberi non potest. Pariter & qui in potestate. Lego, Pater, & qui in potestate eius est constitutus, & duo fratres &c. de l. pr̄. de test. Fœmina. De fœminæ testimonio rata hæc sunt; Fœmina, ἐν ταῖς ἀποδεικλικαῖς testis loco produci potest. l. ex eo. de testa. l. qui testamento §. mulier. de testa. Fœmina, ἐν ταῖς συγαπικαῖς testis adhiberi non potest: & hoc Græcus interpres tradit. Latinus Iunianus, & familiæ. Quoniam commercium habet, vt supra tit. proximo. Sed diuus Augustus Marcus. Supereſt, Marcus. §. 1. quib. non est per. fac. testa. Qui de statu. l. de statu. de testa. Mutus surdus. Surdus mutus ita natus, testamentum facere non potest. Surdus mutus ita factus, testamentum facere potest, si sciat literas. Aeque surdus ita natus, aut factus, testamentum facere potest: itemq; mutus ita natus aut factus, si sciat literas. Cæterùm hæc est Iustin. constitutio, ex qua in l. nutu. de leg. 3. additum est, Nisi superueniēs morbus ei impedimento sit. Quoniam commerciū. Quanquam hęc ratio deficiat hodie, non tamen habet prodigus testamenti factionem, nimirum quia non tantùm commercio ei, sed etiam bonis suis interdicitur. Ait enim prætor, vt est in formula interdictionis, Ob eam rē tibi ea re cōmercioq; interdico. Ea re ideſt bonis paternis, auitisq;. Certæ ciuitatis sciens. Lego, Certæ ciuitatis ciuis est. Vt aduersus leges. Aduersus ꝓ secūdū. positum est: vt sit, secundum leges. Sic in titu. 28. Bono. possessio aduersus tabulas, quæ iuxta tabulas in tit. 23. Sic in l. naturaliter. de vsurp. & vsuc. Caius ait, Possessionem non tantùm aduersus eum interrumpi qui eripit, sed aduersus omnes: ideſt, non ei tantùm vtilē esse vsurpationem qui eripit, sed etiam omnibus: id quod intelligi potest ex titu. quemad. seruit. amitt in quo multis in locis ostenditur, seruitutes vsurpari per socium, & quemcunque possessorem, per eum etiam qui se suo iure vti non putat. Seruus publicus Prætorisve. Legendum, Seruus publicus P. Romani, cui non absimilis error est in tit. 24. Plus ergo iuris habent serui publici P. Romani, quàm aut ciuitatum, aut priuatorum serui.

XXI.

Quemadmodum hæres instituī debeat.

HAeres instituī rectè pōt his verbis, Titius hr̄s esto, Titius hæres sit, Titiū hæredem esse iubeo. Illa autem institutio, Hæredem instituo, Hæredem facio, plerisq; improbata est.

Source : BIU Cujas

Vlpiani ex corpore Tituli xxix.

IACO. CVIA.

Cur hæc inſtitutio pleriſque improbata eſt, Hæredem inſtituo, Hæredem facio? Vtrùm quia ſola lex hæredem inſtituit, hęredem facit? an quia hæc verba pleriſque videnť nō eſſe directa? Sed hęc verborū ſolēnitas abolita eſt: l. qm̄. C. de teſtamētis.

XXIII.

Qui hæredes inſtitui poſſunt.

HAEredes inſtitui poſſunt, qui teſtamenti factionem cum teſtatore habent.

Dedititiorum numero hæres inſtitui nō poteſt: quia peregrinus eſt, cum quo teſtamenti factio non eſt: ſiquidem mortis teſtatoris tempore, vel intra diem cretionis ciuis Romanus ſit, hæres eſſe poteſt: q̄ ſi Latinus manſerit, lege Iunia capere hæreditatem prohibetur. Idem iuris eſt in perſona cœlibis p̄p legē Iuliā.

Incerta perſona hæres inſtitui non poteſt, velut hoc modo: Quiſquis primus ad funus meum venerit, hæres eſto: quoniam certum conſilium debet eſſe teſtantis.

Nec municipia, nec municipes hæredes inſtitui poſſunt: quoniam incertum corpus eſt, vt neque cernere vniuerſi, neque pro libito omnes pro hærede gerere poſſint, vt hæredes fiant. Senatuſconſulto tamen conceſſum eſt, vt à libertis ſuis hæredes inſtitui poſſint. Sed fideicommiſſa hæreditas municipib. reſtitui poteſt: idq́ue hoc ſenatuſconſulto proſpectum eſt.

Deos hęredes inſtituere non poſſumus, prę̄ter eos, quos ſenatuſconſulto, conſtitutionibus principum inſtituere conceſſum eſt: ſicuti Iouem Tarpeium, Apollinem Didymæum, ſicuti Martem in Gallia, Mineruam Melienſem, Herculem Gaditanum, Dianam Epheſiam, matrem deorum Cybelem, eam quæ Smyrnæ colitur, & Cœleſtum Salinenſem Carthaginis.

Seruos hęredes inſtituere poſſumus: noſtros, cum libertate: alienos, ſine libertate: cōmunes cū libertate, vel ſine libertate.

Eum ſeruum qui tantùm in bonis noſter eſt, nec cum libertate hæredem inſtituere poſſumus, quia Latinitatem conſequitur: quod non proficit ad hæreditatem capiendam.

Alienos ſeruos hæredes inſtituere poſſumus: eos tamen, quorum cum dominis teſtamenti factionem habemus.

Communis ſeruus cum libertate rectè quidem hæres inſtitui tur, quaſi proprius, pro parte noſtra, ſine libertate autem, quaſi alienus, propter ſocij partem.

Proprius ſeruus cum libertate hæres inſtitutus, ſi quidē in eadē cā p̄māſerit, ex teſtamēto liber & hęres ſit, ideſt, neceſſarius.

Quòd ſi ab ipſo teſtatore viuente manumiſſus, vel alienatus ſit: ſuo arbitrio, vel iuſſu emptoris, hæreditatem adire poteſt. Sed ſi ſine libertate ſit inſtitutus, omnino non conſtat inſtitutio.

Alienus ſeruus hæres inſtitutus, ſiquidem in ea cauſa permanſerit, iuſſu domini debet hęreditatem adire. Quòd ſi viuo teſtatore manumiſſus, aut alienatus à dño fuerit: aut ſuo arbitrio, aut iuſſu emptoris poterit adire hæreditatem.

Sui hæredes inſtituendi ſunt, vel exhęredandi. Sui autem hæredes ſunt liberi quos in poteſtate habemus, tam naturales, quā adoptiui: item vxor quæ in manu eſt, & nurus quæ in manu eſt filij, quem in poteſtate habemus.

Poſthumi quoque liberi, ideſt, qui in vtero ſunt, ſi tales ſunt, vt nati in poteſtate noſtra futuri ſint, ſuorū hr̄dū numero ſunt.

Ex ſuis hæredib. filius quidem neque hæres inſtitutus, neq; nominatim exhr̄datus, non patiť valere teſtm̄. Reliquę verò p̄ſonę liberorum, velut filia, nepos, neptis, ſi prę̄teritę ſint, valet teſtm̄.

Scriptis hęredibus adcreſcunt, ſuis quidem hęredibus in partem virilem: extraneis autem, in partem dimidiam.

Poſthumi quoque liberi cuiuſcunque ſexus omiſſi, quod valuit teſtamentum, agnatione rumpitur.

Eos q̄ in vtero ſunt, ſi nati ſui hæredes nobis futuri ſunt, poſſumus inſtituere hæredes: ſi quidem poſt mortem noſtram naſcantur, ex iure ciuili: ſi verò viuentibus nobis, ex lege Iulia.

Filius qui in poteſtate eſt, ſi nō inſtituatur hæres, nominatim exhæredari debet: reliqui ſui hæredes vtriuſque ſexus aut nominatim, aut inter cæteros.

Poſthumus filius nominatim exhęredandus eſt: filia poſthuma, cęteræq́; poſthumę fœminę vel nominatim, vel inter cęteros: dummodò inter cæteros exhæredatis aliquid legetur.

Nepotes & pronepotes, cæteriq́; maſculi poſthumi p̄ter filiū, vel noīatim, vel inter cæteros cū adiectione legati ſunt exhr̄dādi: ſed tutius eſt tm̄ noīatim eos exhr̄dari: & id obſeruať magis.

Mancipatos liberos cùm iure ciuili neq; hęredes inſtituere, neq; exhæredare neceſſe ſit: tm̄ prætor iubet, ſi non inſtituantur hæredes, exhęredari maſculos omnes nominatim, fœminas vel inter cæteros: alioq; p̄ tabulas bonorum poſſeſſionē eis polliceť.

Inter neceſſarius hæredes, ideſt, ſeruos cū libertate hr̄des ſcriptos, & ſuos. ſ. neceſſarios, ideſt, liberos q̄ in poteſtate ſunt, iure ciuili nihil intereſt (nā vtriq; etiā inuiti hęredes ſunt) ſed iure p̄torio ſuis & neceſſariis hęredib. abſtinere ſe à parentis hęreditate permittitur: neceſſariis autem tantùm hęredibus abſtinendi poteſtas non datur.

Extraneus hęres, ſiquidem cum cretione ſit hæres inſtitutus, cernendo fit hęres: ſiue ſine cretione, pro hęrede gerendo.

Pro hęrede gerit, qui rebus hæreditariis tanquam dominus vtitur: velut qui actionē rerum hęreditariarum facit: aut ſeruis hęreditariis cibaria mandat.

Cretio eſt certorum dierū ſpacium, qđ datur inſtituto hęredi ad deliberandum, vtrùm expediat ei adire hæreditatem, necne: velut, Titius hęres eſto, cernitoq́ue in diebus centum proximis, quibus ſcieris, poteriſq́; niſi ita creueris, exhęres eſto.

Cernere, eſt verba cretionis dicere, ad hunc modū, Cùm me Mæuius hæredem inſtituerit, eam hęreditatem adeo, cernoq́;.

Sine cretione hęres inſtitutus, ſi cōſtituerit, nolle ſe hr̄dē eſſe, ſtatim excluditur ab hr̄ditate, & amplius eam adire non poteſt.

Cū cretione verò hęres inſtitutus, ſicut cernēdo fit hęres, ita nō aliter excludiť, q̄ ſi intra diem cretionis nō creuerit: ideoq́; etiā ſi conſtituerit nolle ſe hęredem eſſe, tamen ſi ſuperſint dies cretionis, pœnitentia actus, cernendo hæres fieri poteſt.

Cretio aut vulgaris dr̄, aut p̄tinua. Vulgaris, ī qua adijciuntur hęc verba, Quib. ſcietis, poteriſq́;. Cōtinua, in qua nō adiiciunt.

Et qui vulgarem cretionē habet, dies illi dati cōputātur, quibus ſcit ſe hæredē inſtitutū eſſe, & potuit cernere. Ei verò, q̄ cōtinuam habet cretionē, etiam illi dies computanť, quib. ignorauit ſe hæredem inſtitutū: aut ſciuit quidē, ſed nō potuit cernere.

Hæredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti: inſtituti, qui primo gradu ſcripti ſunt: ſubſtituti, q̄ ſecūdo gradu, vel ſequentib.

Hęredes ſcripti ſunt, velut, Titius hæres eſto, cernitoq́; in diebus proximis centū, quib. ſcieris poteriſq́;: niſi ita creueris, exhæres eſto: tunc Mæuius hæres eſto, cernitoq́; in dieb. & reliqua. Similiter & deinceps ſubſtitui poteſt.

Si ſub imperfectā cretionē hæres inſtitutus ſit, ideſt, nō adiectis his verbis, Si nō creueris, exhæres eſto: ſed ſi ita, Si nō creueris, tunc Męuius hęres eſto: cernendo quidē, ſuperior inferiorē excludit: nō cernendo aūt ſed pro hærede gerendo, in partē admittit ſubſtitutū. Sed poſtea Diuus Marcus p̄ſtituit, vt & pro hęrede gerendo, ex aſſe fiat hæres. Quòd ſi neque creuerit, neque pro hęrede geſſerit, ipſe excludiť, & ſubſtitutus ex aſſe fit hæres.

LVD. CHAR.

Qui teſtamēti factionē. Teſtamenti factionē appellant. I. C. facultatē faciendi teſtamenti vel aliq̄d ex teſtamento iure Quiritium capiendi. Eos q̄ in vtero ſunt. Poſthumorū duo genera facit Caius: nā alios poſthumos appellat q̄ poſt patris mortem de vxore nati fuerint, alios q̄ poſt teſtm̄ factū naſcunť. Poſthumorum verò alij ſui hęredes dicunť, q̄ nati in poteſtate teſtatoris futuri ſunt, quos nominatim inſtituere vel exhr̄dare oportebat, non minus, q̄ ſi tēpore teſtamenti nati eſſent. Et eos qdē, q̄ poſt humatū teſtatorē ſui naſcebanť, ius ciuile, ideſt, prudentū interpretatio, (vt in l. ij. de orig. iur.) inſtituere p̄miſit, atque Gallus Aq̄lius formulā introduxit, qua nepotes poſthumi, quos filij teſtamēti tēpore p̄cedebāt, cōmodè inſtituerenť, ne p̄teriti agnoſcēdo teſtm̄ aui iā mortui rūperent. De iis autē nepotib. q̄ viuis nobis ſui naſcerenť ius ciuile nihil p̄ſtituerat, qm̄ mutare ſuam ſnīam auus poterat. verùm q̄a p̄tingebat ēt teſtm̄ rūpi p̄p poſthumi omiſſionē, lata eſt lex Vellea, de qua vt de Galli cautione alio loco Scæuolę interpretationē enarrantes diximus. L. Gallus de libe. & poſth. Cretio eſt. Veteres (vt teſtať Varro) dicere ſolebāt cernere p̄ decernere & p̄ſtituere. Plaut. Cùm ego antea te amaui, & mihi amicā eſſe creui. Itaq; hæres, cùm ſe hæredem eſſe conſtituit, cernere dicitur, & cùm id fecit, creuiſſe. Hę autem cretionum ſubtilitates imperatorum p̄ſtitutionib. ſublatę ſunt.

IAC. CVIA.

Quia peregrinus eſt. Cū quo teſtamēti factio nō eſt, ſiquidē. Ex ijs q̄ diximus in ti. 17. apparet ita hūc locū emēdari oportere, Quia p̄egrinus eſt, cū quo teſtamēti factio nō eſt. Latinus Iunian⁹, ſiquidē mortis &c. Nā cū Latino p̄cul dubio teſtamēti factio eſt: alioquin, nec ſi intra diē cretionis ciuis Romanus fiat, rectè hæres inſtituiť. §. ī extraneis. de hęr. qual. & diff. Nec municipia, nec municipes. Plinius li. 5. epiſt. nec hr̄dē inſtituí, nec præcipere poſſe Rēpu. p̄ſtat. Neq; p̄ libito de hr̄de cernere. Vr̄ legendū, neque pro hærede gerere: nā aut cretione, ait p̄ hr̄ſte geritione hæredes fiunt. Senatuſ. tm̄. l. j. de libert. vniuerſ. Deniq; hoc. S. C. Senatuſconſulto Aproniano, qđ factū eſt tēporib. D. Marci. l. omnib. ad Treb. Meliensē. Aut Melitēſem, aut à Melio vrbe nō p̄cul ab Euphrate. Cœleſtū Salinensē. Tertul. aduerſus gētes. Vnicuique ēt p̄uincię & ciuitati ſuus Deus eſt, vt Africę Cœleſtus. Cū libertate, vel ſine libertate. Si cū libertate, ſocio accreſcit: ſi ſine libertate, ſeruus cōis eſt hr̄dis & ſocij. l. verū. §. ſi ſerui. p̄ ſoc. Quod nō p̄ficit ad hr̄ditatē capiendā. Niſi intra diē cretionis ciuis Rom. fiat. Eos tm̄ quorū cū dñis. Si cū dño eſt teſtamēti factio, eſt & cū ſe ſuo: vice verſa, ſi cū dño nō eſt teſtamēti factio, nec irē eſt cū ſeruo. l. ſeruus hr̄ditarius. l. nō minus. de hr̄d. inſti. Cęterū ex perſona ſerui id qđ relinquiť valet, ideſt, ſi ei libero relictum valeat. Ex quo efficiť vt ſeruo legari nō poſſit ſeruit⁹ ad fundū dñi. l. etſi maximè. de ſeruit. leg. p̄ vt & poſſit legari res domini, quamuis res ſuas domino legari non poſſit. l. debitor. § ſeruo de legat. ij. (Quod ab ipſo teſtatore.) Alienatione, manumiſſione libertas reuocatur, nō hæreditas: cui rei nō obſtat regula l. ſi ita ſcriptum. de libe. & poſthum. talis nanq; eſt, Seruo cū libertate ex

aſſe

Source : BIU Cujas

aſſe.hærede inſtituto,libertatem ſeruo eodem teſtamento à ſemetipſo adimi nō poſſe,vt in l.ſed & ſi cōditioni.in fi. de hæred. inſti.Ibidē ſcriptū eſt,hēditatē adimi nō poſſe,qd falſum eſt : at lego.Qua cōſtitutū eſſe libertatē.In libertatis & hæreditatis no minibus, ſæpius legum auctores errare contigit. Omnino non conſtat.Hodie conſtat ex conſtitutione Iuſtiniani. Tā naturales.Hi ſunt ſui naturales,reliqui ſui non naturales,vt infra tit.vl ti.Scriptis. Legendum, Sed ſcriptis.§.1.de hæred.lib. Poſthumi quoque liberi cuiuſcunque ſexus.In natis differentia eſt ſexus & perſonarum,in poſthumis non item. Denique omnes poſthumi prēteriti ſi naſcantur rumpunt,filii ſtatim ab initio iniuſtum faciunt:vtrunque fit iure ciuili:iure prætorio vtriſq; datur contra tab.Rumpit. Legendum, Rumpunt.Eos qui in vtero ſunt. Poſthumi ſui ſunt, qui poſt mortem, aut poſt teſtamentum ſui naſcuntur, vel quaſi naſcuntur:nati poſt mortem ex iure antiquo inſtituuntur,nati poſt teſtamentum,ex iure nouo,ideſt,lege Iulia Vellea.De iis qui quaſi naſcūtur, non eſt quæſtio,an inſtitui poſſint,quia nati ſunt tempore teſtamēti,de quibus lex Iulia tractat in ſecundo capite:at nati non ſui poſt teſtamentum, ſuccedentes tamen in locum ſui,moribus inſtitui poſſunt,ideſt, ex Iuliani ſententia.l.Gallus.de lib.& poſth.Poſthumi alieni iure ciuili ideſt 12.Tabul.inſtitui non poſſunt,ſed neque eis legari poteſt:iure prætorio inſtitui poſſunt: iure prætorio legata capere non poſſunt,quia prætori curæ legata non fuere:at fideicommiſſa capere poſſunt: ex Iuſtiniani conſtitutione cum eis,quaſi ex iure ciuili, teſtamenti factio eſt . Hæc vt breuia ita abſoluta ſunt. Ex iure ciuili. Lege duodecim Tabul. quod ius antiquum dicitur in l.Gallus. Huic autem iuri & Galli cōſilium congruit. Sed tutius eſt tamen.Ergo poſthumæ fœminæ inter cæteros cū adiectione legati,ne per obliuionem omiſſæ videantur:poſthumi mares cuiuſcunque gradus nominatim.§.poſthumi quoq;. de exhær.lib.ſuperſtites,præter filiū, inter cæteros ſine adiectione legati,quia ſuperſtitum non æquè obliuiſcimur. Sed hæc Iuſtinianus emendauit.Mancipatos liberos.Emancipati,& mancipati rectè dicuntur:ſed mancipati nomen in malam partem accipi poteſt. Plinius lib.4.epiſto.Filium regulas emancipauit, vt hæres matris exiſteret.Mancipatum(ita vulgò ex moribus, hominis loquebantur) fœda & inſolita parentibus indulgentiæ ſimulatione captabat.Inter neceſſarios. Sui beneficiū abſtenſionis habent : neceſſarij beneficium ſeparationis, abſtenſionis non æquè. Separatio facit,vt ne væneant,quæ poſtea ſibi hæres acquiſierit:abſtenſio,vt ne ſit hæredis loco. Actionem. Pro, auctionem, vt in l.2.§.tutor.§.procuratorem, pro empt.l.ſi exiſtimans.de vſurp.& vſuc.Cretio eſt.Hęreditas acquiritur cretione aditione,pro hærede geritione,immiſtione, agnitione, immiſtione,agnitione. Cretio eſt eorum, qui ſub cretione hæredes inſtituuntur. Pro hærede geritio eorum, qui ſine cretione,vel etiam cum cretione imperfecta,ex conſtitutione D.Marci. Immiſtio eſt neceſſariorum & ſuorum. Agnitio nuda hodie eſt in vſu tam in ciuili, quàm in prætorio iure. §.vlt.de hæred.qualit. & diff.§.vlt.de bono.poſſ.Sublata eſt cretio à Cōſtantino in maternis ſucceſſionibus.l.1.C.Tho.de mat.bonis.& mat.gen.cret. ſub.ab Theodoſio penitus l.cretionū. C.de iur. delib.l.1.C.Th. de cret.vel bo.poſſ.Cernitoq;.Ideſt, facito vt videant te eſſe hæredem,ſic Varro interpretatur in lib.5.de ling Lat.Itaq;,inquit, in cretione adhiberi iubēt teſtes. Quibus ſcierit poterisq;.Sunt igitur vtiles dies,non continui.l.2.quis ord.in bo.poſſ.ſer. Inde M.Tullius lib.1.de Orat.De his,credo, rebus, inquit Craſſus,vt in cretionibus ſcribi ſolet,quibus ſciam poteroq;. Quem fœliciter nobis locum Franc. Hotomanus emendauit, vir ingenij probi & recti.Eſt ſimilis error in li. Gratiani,c.ius Quiritiū.1.diſ. vbi loco horum verborum,Vel curationibus, vel de contractibus,ſcribendum eſt, Vel cretionibus. Niſi ita creueris exhæres eſto.In ſuo, aut emancipato hærede non ſcripto exhæredatio valet,quia hic prætorio,ille ciuili iure hæres eſt:in extraneo hærede non ſcripto exhæredatio inanis eſt.l.quidam, de verb.obl. l.non putauit.§.ſi quis emancipatum.de bono. poſſ.contra tab. in ſcripto valet,vt in hac formula,& in l.paterfamilias.de hæredibus inſtit.l.Scius ad leg.Falc.l.vxorem.§.hæres. de legat.3.niſi ſola,ideſt,nuda ſit exhæredatio.l.ſi certarum.§.ſi eodem. de milit.teſt.Vulgaris.Legitima & vtilis.

XXIII.

QVEMADMODVM teſtamenta rumpuntur.

TEſtamentum iure factum infirmatur duobus modis ſi ruptum,aut irritum factum ſit.

Rumpitur teſtamentum mutatione, ideſt, ſi poſtea aliud teſtamentū iure factū ſit:itē agnatione,ideſt,ſi ſuus hæres agnaſcatur, qui neq; hæres inſtitutus,neq;(vt oportet exhæredatus ſit.

Agnaſcitur ſuus hæres,aut agnoſcendo, aut adoptando,aut in manum conueniendo,aut in locum ſui hæredis ſuccedendo: velut nepos mortuo filio,vel emancipato: aut manumiſſione, ideſt, ſi filius ex prima ſecundave mancipatione manumiſſus, reuerſus ſit in patris poteſtatem.

Irritum fit teſtamentum, ſi teſtator capite diminutus fuerit, aut ſi iure facto teſtamento nemo extiterit hæres.

Si isqui teſtamentum fecit, ab hoſtibus captus ſit,teſtamentum eius valet: ſiquidem reuerſus fuerit,iure poſtliminij: ſi autem ibi deceſſerit,ex lege Cornelia, quæ perinde ſucceſſionem eius confirmat,atque ſi in ciuitate deceſſiſſet.

Si ſeptem ſignis teſtium ſignatum ſit teſtamentum,licet iure ciuili ruptum vel irritum factum ſit, prætor ſcriptis hæredibus iuxta tabulas bonorum poſſeſſionem dat,ſi teſtator & ciuis Romanus, & ſuæ poteſtatis cùm moreretur fuit, quæ bonorum poſſeſſio cum re, ideſt, cum effectu habetur,ſi nemo alius iure hęres ſit.

Liberis impuberibus in poteſtate manentibus, tam natus q̄ poſthumis,hęredes ſubſtituere parentes poſſunt duplici modo: ideſt, aut eo quo extraneis, vt ſi hæredes non extiterint liberi, ſubſtitutus hæres fiat:aut proprio iure,ideſt, ſi poſt mortem parentis hæredes facti, intra pubertatem deceſſerint, ſubſtitutus hæres fiat.

Etiam exhæredatis filijs ſubſtituere parentibus licet.

Non alter impuberi filio ſubſtituere quis hæredem poteſt, quàm ſi ſibi quis hæredem inſtitueret, vel ipſum filium, vel quemlibet alium.

Milites quomodocunq; fecerint teſtamenta, valent, ideſt, etiam ſine legitima obſeruatione.Nam principalibus conſtitutionibus permiſſum eſt illis, quomodocūq; poſſent teſtari : idque teſtamentum quod miles contra iuris regulam fecit, ita demum valet, ſi vel in caſtris mortuus ſit, vel poſt miſſionem intra annum.

LVD. CHAR.

MVTATIONE. Si teſtator mutans ſententiam, aliud teſtamentum fecerit, in quo iuris ſolennia non defuerint, prius rumpitur teſtamentum,quia non eſt ſuprema teſtatoris voluntas.Si ſeptē ſignis.Quanuis iuris ſcrupuloſitate, nimiaq; ſubtilitate teſtamentum ruptum videatur:attamen ſi iuris prætorij ſolennia obſeruata ſint,ſcilicet ſi ſignatum fuerit, hæredi ſcripto bonorum poſſeſſionem ſecundum tab.dabit prætor:nec intereſt,vt Vlpianus noſter ſcribit ſiue ruptum ſiue irritum iure ciuili factum ſit teſtamētum,c.12.D.de iniuſt.rup.irri.fac.teſt. Liberis impuberibus.Duo ſubſtitutionis genera tangit,quæ tantùm veteres iurecōſulti tradiderūt.Sic enim Caiꝰ ſcribit.Subſtitutio eſt,q̄ poſt inſtitutionē à teſtatore fieri ſolet,ideſt,ſecūdi hæredis appellatio.Et duæ ſunt,quarū vna vulgaris dicitur,altera pupillaris. Vulgaris eſt,quæ vulgari & cōmuni formula cuiuis perſonæ & cuiuis ætati fieri poteſt : pupillaris autē,qua parentes filiis impuberibus, quos habent in poteſtate ſubſtituunt, ſi anteq̄ in ſuam tutelā perueniant,decedāt.Etiam exhæredatis. Ideo exhæredatis filiis ſubſtituere parentes p̄nt: q̄a licèt eos ab hæreditate ſua excludant,ipſos tamē honorare videnť,q̄bus hęredes dant, cùm ijs per ætatem teſtari non liceat.Non aliter impuberi filio. Pupillares tabulæ,q̄ etiam ſecūdæ appellanť,pendent à paterno teſtamento,easq̄; partem & appendicem paterni teſtamenti rectè dixeris.Ideo q̄ impuberi teſtamentū facit, ſibi quoq; facere debet.Sed cùm vnum ſit teſtamentum, nihil intereſt quis ordo ſcripturæ obſeruet:modò ea ſit teſtatoris mens & ſententia, vt ſcripturam conuertens velle ſibi prius teſtamentū facere intelligatur. Atq; ita intelligendus mihi videtur Vlpianus in capite 2.§.Prius autem.de vulga.& pupil.ſubſtit.

IAC. CVIA.

ITEM AGNATIONE. Agnatione ex iure antiquo,ſi naſcā tur poſt mortem:ex iure nouo,ſi in vita:ſucceſſione,ex iure nouo:nam iure antiquo ſui naſcunť,non fiunt. Ait verò lex noua, In locum ſuorū ſui hęredes ſuccedūto.l.Gallus.§.videndū Aut manumiſſione.Filius tribus emancipationibus,& tribus manumiſſionibus ſui iuris fit:cæteri liberi vna emancipatione.Singulæ manumiſſiones aliis diebus , aliisque adhibitis teſtibus fieri poſſunt, auctore Paulo libro 2.ſentent. Igitur poſt primam & ſecundam manumiſſionem filius præteritus rumpit teſtamentum patris, quia in eius poteſtatem reuertitur.Cæteri liberi ſemel emancipati, iam amplius non redeunt in poteſtatem, & ideo nec patris teſtamentum rumpunt.l.verum. §.vlt.de iniuſt. teſtamen.Si non ibi deceſſerit.Legendum Si verò.Ex lege Corneliana. Ex lege Cornelia. vtrunque fit fictione quadam: nam re vera captiuitate irrita teſtamenta fiunt. Duplex igitur eſt fictio,Poſtliminij,& Cornelia. Hæc iuris ciuilis eſt : illa iuriſgentium.hæc retro fingit tempore captiuitatis eum deceſſiſſe, qui non rediit:illa verò in ciuitate fuiſſe eum qui rediit.Lex 12.Tabul.ciuibus Roma. conſtituit hæredes teſtamentarios & legitimos : lex Cornelia captiuis. Si nemo alius iure. Iure legitimo, vel ab inteſtato. Quòd ſi alius ius iure hæres ſit, vt ſi exiſtat filius præteritus, ſecund.tab.bonor.poſſeſſio erit ſine re. Verùm enim

Source : BIU Cujas

enim quia vteunq; ſecundum tabul. dari poteſt, quamuis iure ciuili nullum ſit teſtamentum: iure prætorio neceſſaria eſt filio contra tabul. bonor. poſſeſſio. Reſtat autem vt ex iniuſto nullo, rupto agnatione, detur bono. poſſeſſio: item ex irrito, ſi modò reuerſus teſtator in antiquum ſtatum non mutata voluntate è vita deceſſerit. Nam tria exigit prętor: vt non minus quam 7. teſtium ſignis obſignatum ſit teſtamentum: vt is cuius bonorum poſſeſſio datur, mortis, & teſtamenti tempore teſtamenti factionem habuerit: denique vt ſupremum teſtamentum ſit. §. non tamen. quib. mod. teſt. infirm. l. 1. de bono poſſ. ſecund. tab. Cum re Hoc explicatur in tit. 28. l. filiis Cod. de inoff. teſt. Aut proprio iure. Hæc eſt pupillaris ſubſtitutio, illa vulgaris: hæc moribus, illa 12. Tab. introducta eſt: hæc pubertate, illa aditione finitur: hac ſucceditur pupillo, illa teſtatori: hæc fit in euentum adquiſitæ hęreditatis & mortis, aut in euętum mortis duntaxat, illa in euętum non adquiſitæ hæreditatis. Ex conſtitutione autem diuorũ fratrum omnis ſubſtitutio facta pupillo duplex eſt. Etiam exhęredatis. Subſtitutio plerunque æſtimatur ex ratione ſucceſſionis hæc ex ratione ſcripturæ æſtimatur, non ſucceſſionis. proinde in ea ordo ſcripturæ obſeruatur: & ita intelligendum eſt initium §. prius. l. moribus, vt pote cùm pendeat ex §. quiſquis, & §. interdum: quos ſiquidem quis diligenter excutiat, inueniet ad eam duntaxat ſubſtitutionem pertinere, quæ fit exhæredato. Ac inde in fin. §. prius ait, Quòd igitur dictum eſt, etiam exhæredatis liberis (ſic enim legendum eſſe ſcio) ſubſtituere licere, ideo adiectum eſt, vt declaretur non eſſe à filij impuberis teſtamento inciendum, quandoquidem ſi ab eo incipias exhæredato, hoc nõ eſt ſubſtituere. Denique odioſa hæc ſubſtitutio eſt. l. cùm quidã Cod. de legat. & ideo rigor iuris, ideſt, ordo ſcripturæ, qui in cæteris relaxatur, in ea diligenter cuſtoditur. Sunt & quamplurima alia exempla ſubſtitutionum, quæ ex ſcriptura æſtimantur, non ſucceſſione: vt in formula Galli, in ſpecie. leg cùm ex filio. §. vltim. ſed plures. §. vltim. leg. vltim. §. 1. de vulgar. ſubſtit. vt verè quis ita ſtatuere poſſit. Subſtitutus eſt is, qui ſecundo loco ſcriptus eſt, quamuis ei non ſuccedat, qui primo loco hæres ſcriptus eſt. Subſtitutus eſt is, qui ſecundo loco ſcriptus eſt, ẽt ſi ei poſt mortem teſtatoris primo deferatur hæreditas. Subſtitutus eſt is, qui ſemel atque iterum hæres ſcriptus eſt, quamuis ei non niſi ſemel deferatur hæreditas.

XXIIII.

DE LEGATIS.

LEgatum eſt, quod legis modo, ideſt, imperatiuè teſtamento relinquitur. Nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur.

Legamus autem quatuor modis, per vindicationem, per dãnationem, ſinendi modo, per præceptionem.

Per vindicationem his verbis legamus, do, lego, capito, ſumito, ſiue habeto.

Per damnationem his verbis, Hæres meus damnas eſto dare, dato, facito, hæredem meum dare iubeo.

Sinendi modo ita, Hæres meus damnas eſto ſinere, Lucium Titium ſumere illam rem, ſibique habere.

Per præceptionem ſic, Lucius Titius illam rem præcipito.

Per vindicationem legari poſſunt res, quæ vtroque tempore ex iure Quiritium teſtatoris fuerunt, mortis, & quando teſtamẽtum faciebat: præterquam ſi pondere, menſura, numero contineantur: in his enim ſatis eſt, ſi vel mortis duntaxat tempore fuerint ex iure Quiritium.

Per damnationem omnes res legari poſſunt, etiam quæ non ſunt teſtatoris, dummodò tales ſint, quæ dari poſſint.

Liber homo, aut res populi, aut ſacra, aut religioſa, nec per dãnationem legari poteſt: quoniam dari non poteſt.

Sinendi modo legari poſſunt res propiæ teſtatoris, & hæredis eius.

Per præceptionem legari poſſunt res, quæ etiam per vindicationem, ſi ea res quæ non fuit vtroque tempore teſtatoris ex iure Quiritium, per vindicationem legata ſit, licèt iure ciuili non valeat legatum, tamen ſenatuſconſulto Neroniano firmatur: quo cautum eſt, vt quod minus pactis verbis legatum eſt, perinde ſit, ac ſi optimo iure legatum eſſet.

Optimum autem ius legati per damnationem eſt, ſi duobus eadem res per vindicationem legata ſit, ſiquidem diſiunctim, ſingulis in ſolidum debentur: ſi verò coniunctim, velut Titio & Seiò, hominem Sticum do, lego, iure ciuili concurſu partes fiebant. Non concurrente altero, pars eius alteri adcreſcebat. Sed poſt legem Papiam Popeam non capientis pars caduca fit.

Si per damnationem eadem res duobus legata ſit, ſiquidem coniunctim, ſingulis partes debentur. & non capientis pars iure ciuili in hæreditatem remanebat, nunc autem caduca fit: quòd ſi diſiunctim, ſingulis in ſolidum debetur.

Optione autem legati, per vindicationem data, legatarij electio eſt: veluti, Hominem optato, eligito. Idemq; eſt, & ſi tacitè legauerim Titio hominem. At ſi ſic, hominem aut decem hæres meus dato: hominem dare hæredis electio eſt.

Ante hæredis inſtitutionem (Add. mar. manuſc. lib. hoc nouo iure correctum) legari non poteſt: quoniam & poteſtas teſtamẽti ab hæredis inſtitutione incipit.

Poſt mortem hæredis legari non poteſt, ne ab hæredis hærede legari videatur: quod iuris ciuilis ratio non patitur. In mortis autem hæredis tempus legari poteſt: velut cùm hæres moriatur.

Pœnæ cauſa legari non poteſt. Pœnæ autem cauſa legatur, quod coercendi hæredis cauſa relinquitur, vt faciat quidem aut non faciat, non vt legatum pertineat: vt puta hoc modo, Si filiam tuam in matrimonio Titio collocaueris, decem milia Seio dato.

Incertæ perſonæ (Add. mar. lib. manuſ. quam teſtator incerta opinione comprehendit.) legari non poteſt: veluti, Quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonio conlocauerit, ei homini tot milia dato. Sub certa tamen demonſtratione incertæ perſonæ legari poteſt: velut, Ex cognatis meis qui nunc ſunt, qui primò ad funus meum venerit, ei hæres meus illud dato.

Neque ex falſa demonſtratione, neque ex falſa cauſa legatũ infirmatur. Falſa demonſtratio eſt, velut, Titio fundum, quàm à Titio emi, do, lego. Cùm is fundus à Titio emptus non ſit, falſa cauſa eſt: velut, Titio, quoniam negotia mea curauit, fundũ do, lego, cùm negocia eius nunquam Titius curaſſet.

Alegatario legari non poteſt.

Legatum ei tantùm dari poteſt, qui extraneus eſt. Ideòque filio familiæ hæredi inſtituto, vel ſeruo, neque à patre, neque à domino legari poteſt.

Hæredi à ſemetipſo legari non poteſt.

Ei qui in poteſtate, manu, mancipiòve eſt ſcripti hæredis, ſub conditione legari poteſt: ſed requiritur vt quo tempore dies legati cedit, in poteſtate hæredis non ſit.

Ei cuius in poteſtate, mano, mancipiòve eſt hæres ſcriptus, legari non poteſt.

Sicut ſingulæ res legari poſſunt, ita vniuerſarum quoque ſumma legari poteſt: vt puta, Meuius hæres meus cum Titio hæreditatem meam partitò diuidito: quo caſu dimidia pars bonorum legata videtur. Poteſt autem & alia pars, velut tertia vel quarta, legari: quæ ſpecies partitio appellatur.

Vſufructus iure ciuili legari poteſt earum rerum, quarum ſalua ſubſtantia vtendi fruendi poteſt eſſe facultas, & tam ſingularum rerum, quàm plurium, ideſt, partis.

Senatuſconſulto cautum eſt, vt etiam ſi earum rerum quæ in abuſu continentur, vt puta vini, olei, tritici vſusfructus legatus ſit, legatario res tradantur cautionibus interpoſitis de reſtituendis eis, cùm vſusfructus ad legatarium pertinere deſierit.

Ciuitatibus omnibus, quæ ſub imperio P. Romani ſunt, legari poteſt: idque à Diuo Nerua introductum, poſtea à Senatu auctore Adriano diligentius conſtitutum eſt.

Legatum quod datum eſt, adimi poteſt, vel eodem teſtamento, vel codicillis teſtamento confirmatis: dum tamen eodem modo adimatur, quo modo datum eſt.

Ad hæredem legatarij legata non aliter tranſeunt, niſi ſi iam die legatorum cedente legatarius deceſſerit.

Legatorum quæ pure vel in diem certum relicta ſunt dies cedit: antiquo quidem iure, ex mortis teſtatoris tempore: per legem autem Papiam Popeam, ex apertis tabulis teſtamenti: eorum verò quæ ſub conditione relicta ſunt, cùm conditio extiterit. Lex Falcidia iubet, non plus quàm dodrantem totius patrimonij legari, vt omni modo quadrans integer apud hæredem remaneat.

Legatorum perperam ſolutorum repetitio non eſt.

LVD. CHAR.

Has verborum ſolennitates iam diuorum principum conſtitutionib. ſublatas reiiciens Iuſtinianus Imperator, vnam omnibus legatis naturam eſſe voluit. Ea verò legatorum genera Caius etiam diligenter explicat: Si per damnationem. Cùm & legatorum diſtinctiones & caduca Iuſtiniani conſtitutione ſublata ſint, non eſt in eorum explicatione diutius immorandum: ſed tamen de coniunctis & iure accreſcendi dicendum aliquid ad huius loci interpretationem videtur. Coniunctorum alios re & verbis, tantùm eſſe I. C. ſcribunt. L. triplici de verb. ſignif. l. Reconiuncti de leg. Re verbis coniunguntur, quibus legatum eſt, Titio & Mæuio fundum Sempronianum do lego. Re tantùm, quibus ita, Titio fundum Sempronianum do lego, eundem fundum Mæuio do lego: Verbis autem, quibus ſic, Titio & Mæuio fundum Sempronianum æquis partibus do lego. d. leg. re coniunct. l. ſi quis ita de hæred inſti. l. cùm ſingulis, de vſufr. accreſ. §. ſi. eadem res, inſtit de legatis, & al. Si quis ex re & verbis coniunctis decedat, alter cæteris præfertur, ipſique ſoli pars eius accreſcit. Verùm ſi vnus ex re tantùm cõiunctis, alter non nõ eſt, ſed re

Source : BIU Cujas

sed re & verbis coniuncti cum eo concurrent: non autem verbis tantum coniuncti: quia cùm partes distinctas & à testatore constitutas habeant, ad eorum portiones admitti non debent, quibus eadem res sine partibus legata est. Imo & inter verbis coniunctos ius esse accrescendi negant I. C. nec enim testator tam coniunxisse, quàm celeriter dicere voluisse videtur. Et hęc rudioribus, qui iuris institutionibus operam dant, sufficiant. Plura enim alio loco diximus.

IACO. CVIA.

Idest Imperatiue. Imperatiua verba sunt verba directa. l. quoniam. C. de testamen. Per præceptionem. Hoc modo hæredibus legatur, vt in iudicio id familię erciscūdæ, quod legatum est præcipiant, hoc & prælegatum dicitur & præcipuum. Sid. Apoll. libro sexto. epistо. Illud autem deberi tibi quodam, vt iurisconsulti dicunt, præcipui titulo. Et hæredis eius. Non etiam alienæ: quod tamen perperam additum est apud Caium libro secundo, institut. titul. de legat. Quæ etiam per vindicationem. Hæc ita distinguenda sunt, Quæ etiam per vindicationem. Si ea res, &c. Vt quod minus pactis. Idest conceptis & legitimis verbis. Cicero pro Rosc. Comœ. Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur. Arnobius libro 7. contra gentes. Quam cum pactionibus adorat & formulis. Optimum autem ius. Nempe quia laxius & expeditius est. Sic optimum ius vsurarum in l. 1. Cod. de vsur. optimum ius possessionis. l. fideiussor. §. pater. de vsur. Si duobus eadem res. Hæc quoque diuelli debent à superiore sententia. Si quidem disiunctim. Disiunctim legatur, si re tantùm legatarii iungantur: coniunctim, si re & verbis. §. si eadem. de legat. titul. de caduc. toll. titul. de vsufruct. accresc. verborum coniunctio aut pro nihilo, aut pro duplici coniunctione accipitur. Singulis insolidum debentur. Legendum, Singulis partes debentur. & hoc Iustinianus indicat in §. sui autem disiunctim. Cod. de caduc. tollen. Paulus in sententiis; Caius in institutio. Non currente. Legendum, Non concurrente. Si per damnationem. Re coniuncti sunt quibus eadem res disiunctim per vindicationem legatur, quoniam à principio solidum, concursu partes habent. proinde re coniunctis accrescit deficientium portio, idque sine onere. Re coniuncti non sunt, quibus eadem res disiunctim per damnationem legatur, quoniam solidum singulis debetur, vni res, alteri pretium: ideoque nec ius accrescendi inter se habent. Sed ex constitutione Iustiniani eodem iure est damnationis, quo vindicationis legatum. Re & verbis coniuncti sunt, quibus eadem res coniunctim per vindicationem legatur. nam & concursu partes habent, & ideo ius inter eos accrescendi est, cum onere tamen. Re & verbis coniuncti non sunt, quibus eadem res coniunctim per damnationē legatur: quoniā singulis ab initio partes debentur. proinde siue disiunctim, siue coniunctim per damnationem legatum sit, nunquam inter eos versatur ius accrescendi. Ius accrescendi cùm dicimus, ius antiquum dicimus. Ius caduci, ius nouum est. & hæc est sententia huius loci. Hinc verò apparet. l. coniunctim de legat. 3. de legato vindicationis. l. planè. §. si coniunctim. de legat. 1. de legato damnationis accipiendam esse. Sed hoc ideo in eis locis suppressum est, quòd iā sublatæ essent ab Iustiniano legatorum differentiæ: non tamen ita ab eis locis sublatæ sunt, vt hæc manifestò non supersint huius differentiæ vestigia, quæ prima specie, quasi contra se stare videantur, vt planè iam ex eo apparet, quàm hebetes aut indiligētes fuerint ij, quibus studium fuit pandectarum capita ex veterum Iurisconsultorum libris decerpere. Cæterùm & id quod diximus de legato damnationis, nominatim traditur in l. 7. de legat. 2. vnde & in l. huiusmodi. §. si Titio. l. si duobus de legat. 1. optimo iure legatum fuisse necesse est vt statuamus: alioquin pars vacans accrescit coniuncto, cum quo partes per concursum fiunt. Quod deinde sequitur in §. si coniunctim. Sed si in pupillari, ad re coniunctos pertinet qui concursu partes habent. vnde in extremo ita scriptum oportuit, Interim igitur totum. quod & Azo & Hugolinus intellexere. Optione autem legati. Hic locus mirum in modum deformatus est. Ipse ratione iuris ductus sic emendaui, Optioni autem legati per vindicationem data, legatarij electio est veluti, Hominem optato, eligito. idēq; est si tacitè legauerim Titio hominem. At si ita, Hęres meus dānas esto hominem dare, hæredis electio est. Si tacitè, idest, non data optione. Homine igitur per vindicationem generaliter legato, legatarii electio est. l. legato. de legat. 1. per damnationem hæredis. l. si à substitutio. §. primo eod. Similiter in disiunctiuis legatis electio est legatarij, si per vindicationem. l. planè. §. penul. de legat. 1. l. Lucio de legat. 2. hæredis, si per damnationem. l. si is cui. si ita relictum. §. vltimo. de legat. 2. Et hæ quidem duę differentiæ non sunt sublatæ, quia inducuntur ex voluntate testatoris. Pœnæ causa. Quemadmodum superiores duæ sententiæ, ita & hæc à Iustiniano sublata est. Hodie igit̄ valet legatū tale, Hæres meus si Stichum alienauerit, Caio centum dato. Non idem est, si impossibile, probrosum illicitum sit legatum: veluti, Si mare non ebiberis, Titio centum dato. Si sororem vxorem non duxeris, aut si pupillam filio nuptum non collocaueris, Titio centum dato § final. de legat. in l. prima, de ijs quæ pœn. cau. relin. Hæc verba, Illicitè vel probrosè, sunt Triboniani. Vt faciat quidem. Puto legi debere, Quid, non quidem. Vt negocia. Lego, Cùm negotia. Legatum ei tantùm dari potest. Hic quoque locus valde corruptus est. Lego, Legatum ab eo tantùm dari potest, qui ex sua persona hęres est. Ideoque, & quę sequuntur. In potestate, manu, mancipiove. In potestate est filius famil. in manu vxor materfamil. in mancipio seruus. Partitò diuidito. Malim, Partito, diuidito. Quo casu dimidia pars bonorum l. nomen. §. partitionis. de verborum significatione. partiarius legatarius partis suę commoda, & pro parte sua onera sustinere debet. l. cùm filius. §. 1. l. si quis seruum. §. final. de legat. 3. & in eam rem partis & pro parte stipulationes interponuntur. §. sed quia. de fideicommiss. hæred. & in titu. proxi. Quòd si ita legatum sit, Bonorum meorum partem tertiam, non est partitio. Non affero capita legum, quæ sunt notissimæ. Idest partis. l. etiam partis. de vsufruct. Senatusconsulto. Huius S. C. fit mentio in titul. de vsufruct. earum rerum. l. 1. l. vxorem. de vsufruct. legat. l. vl. vsufructu. quemadmodum. caueā. l. vsufructua. de leg. Falcid. l. 1. C. de vsu f. §. constituitur. institu. eod. C. opus fuit, quia neque naturali, neque ciuili iure earum rerum est vsufruct. quę sunt in abusu. Senatus autem id satisdationibus explicat: quæ in rebus difficillimis certissima sunt iuris subsidia. l. vsufructu. sol. matrimo. Prętoriani. Legendum, P. Romani. l. omnibus ad Trebell. Auctore Adriano. Imò fortasse Marco. l. cùm Senatus de rebus dub. Est in proprijs nominibus facillimus auctorum lapsus. Dum tamen eodem modo. Sic de libertate in titul. 2. exempla hæc sunto. Do, lego. non do, non lego. hæres dato, hæres ne dato. Ex apertis tabulis. Sunt huius iuris vestigia quædam in l. eū qui post. de conditione & demonstr. l. final. de donat. cau. mort. l. 3. §. final. l. qui soluendo. de hæred. institu. Hodie verò ius antiquum sequimur, cuius iuris regula quædam est Catonis regula: ad ea namque pertinet, quæ à morte testatoris cedunt: ad nouas leges, idest, ad leges Papias non pertinet, ex quibus ex apertura tabularum legata cedunt. l. vlt. de regul. Catoni. nam neque ad ea pertinet quæ ab aditione, vel ab euentu conditionis cedunt. Repetitio non est. Imò repetitio est. l. 2. & 3. de condi. indeb. l. fideicommissum. Cod. eod. l. error. C. ad leg. Falc. & in Pauli sententiis. libro tertio. titu. 9. Aut igitur hæc sententia accipienda est de legatis damnationis: quibus adijci possunt legata incertis personis soluta. §. final. de obligat. quæ qua. ex con. § incertis. de leg. aut, quod magis est, negatione abundat.

XXV.

De fideicommissis.

FIdeicommissum est, quod non ciuilibus verbis, sed precatiuè relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis.

Verba fideicommissorum in vsu ferè sunt hæc Fideicommitto, peto, volo dari, & similia.

Etiam nutu relinquere fideicommissum, in vsu receptum est.

Fideicommissum relinquere possunt, qui testamentum facere possunt, licet non fecerint. Nam intestatus quis moriturus, fideicommissum relinquere potest.

Res per fideicommissum relinqui possunt, quæ etiam per dānationem legari possunt.

Fideicommissa dari possunt his, quibus legari potest.

Latini Iuniani fideicommissum capere possunt, licèt legatū capere non possunt.

Fideicommissum & ante hęredis institutionem, & post mortem hæredis, & codicillis, etiam nō confirmatis testamento, dari potest, licet legari non possit.

Item Græcè fideicommissum scriptum valet, licèt legatum Græcè scriptum non valeat.

Filio qui in potestate est, seruoue hæredibus institutis, seu si his legatum sit, patris vel domini fidei committi potest, quanuis ab eo legari non possit. Qui testamento hæres institutus est, codicillis etiam non confirmatis rogari potest, vel vt hæreditatē totam, vel ex parte alij restituat, quanuis ex directo hæres instituti, ne quidem confirmatis codicillis possit.

Fideicommissa non per formulam petūtur, vt legata: sed cognitio est Romę quidem Consulum, aut Prętoris, qui fideicommissarius vocatur in prouinciis verò, Præsidum prouinciarum.

Pœnę causa certę vel incertę personę, ne quidem fideicommissa dari possunt.

Is qui rogatus est alij restituere hęreditatē, lege quidē Falcidia locū non habēte, qm̄ non plus, puta q̄ dodrantem, restituere rogatus est, ex Trebelliano senatusconsulto restituit, vt ei & in cū dent̄ actiones, cui restituta est hr̄ditas. Lege aūt Falcidia interueniente,

Source : BIU Cujas

ueniente,quoniam plus quàm dodrantem,vel etiam totam hæreditatem restituere rogatus sit, ex Pegasiano senatusconsulto restituit, vel deducta parte quarta,ipse qui scriptus est hęres, hæreditatem restituat, & in ipsum actiones conseruentur:is autem qui recepit hæreditatem,legatarij loco habeatur.

Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hæreditate, commoda & incommoda hęreditatis communicantur.Inter hęredem, & eum cui reliquæ partes restitutæ sunt interpositis stipulationibus ad exemplum partis & pro parte stipulationum. Partis autem & pro parte stipulationes propriè dicuntur, quæ de lucro & damno communicando solent interponi inter hęredem & legatarium partiarium,idest,cum quo partitus est hęres.

Si hæres damnosam hæreditatem dicat,cogetur à prætore adire, & restituere totam, ita vt ei & in eum qui recipit hæreditatem actiones dentur, perinde atque si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset: idque vt ita fiat,Pegasiano senatusconsulto cautum est.

Si quis in fraudem tacitam fidem adcommodauerit, vt non capiendi fideicommissum restituat,nec quadrantem eum deducere Senatus censuit:nec caducum vindicare ex eo testamento, si liberos habeat.

Libertas dari potest per fideicommissum.

LVD. CHAR.

CIVILIBVS VERBIS. Ciuilia verba appellat, quæ ius ciuile præscripsit ciuibus,quæ etiam & legitima & directa dicuntur.Per formulam.Idest,non petita à prætore solenni actione iudiciique formula.Is qui rogatus est.De lege Falcidia in catalogo legum antiquarum diximus: ad eius autem exemplum factum est S.C.Pegasianum, cui Trebellianum successit, in quòd Iustinianus quicquid S.C. Pegasiano cautum erat transtulit. Eo statutum fuerat vt hæredi restituere rogato liceret ex fideicommissis quartam bonorum partem retinere:sicut lege Falcidia ex legatis quartam hæreditatis deducere licebat.Hoc autem interest, quia cautum expressè erat. lege Falcidia id tantùm in quartã imputari, quod iure hæreditario hæres accipit.Ideoque non alia causa.Se.C.verò non de quarta hæreditatis prospexerat, sed bonorum:statueratque restituere rogatum id tantũ retinere, quod quartam bonorum partem faceret, ex quacunque causa à testatore haberet,& hęc sententia est Dioclet.& Maxim.constitutionis, in qua enarranda multi elaborant. Sed quod de quarta Trebelliana dicimus,ita intelligendum videtur, nisi testatoris volũtas ea sit, vt hæredem & quartam bonorum partem & legata habere voluerit,quod Iulianus respondit: qui licèt de Falcidia loqui existimetur, cùm Falcidiæ meminerit: disertè tamen ostendit rogatum fuisse hæredem vt hæreditatem restitueret. Neque verò nouum est quartam Trebellianam dici etiam Falcidiam.

I A C. C V I A'C.

NON CIVILIBVS VERBIS. Directis verbis, vt in l.verbis de vul. subst.Etiam nutu. l.nutu de le.3. secus tamen est in legato.Secus inquam est in legato iure antiquo.Fideicommissum relinquere.Idem Vlp.in l.2.de legat.1.quæ,si quæramus exẽpla, coniungenda est cum l.1.de legat.3. nam ex eodem libro sunt ambæ.Post mortem hæredis. l.si fuerit de legat.3. hoc autẽ tacitè fieri potest,nõ nominatim, vt puta, à Titio substituto exhæredati legatarij.l.cùm quidam.Cod.de legat.Item Græcè. l.fideicõmissã in princip. de leg. 2. Licet legatum Græcè. Quæ sunt iuris ciuilis Latinè,quæ iurisgentium qualibet lingua.l. an inutilis in fin.de accept.Testamenta igitur Latinè fiunt,vnde meritò dubitatur in l.qui testamento.§.veteres de testamen.an testes ad testamentum adhibiti Latinè scire debeant:sed hoc Impp. emẽdarunt.l.hac consultissima.§.fin.Cod.de testament.l.vlt.Cod.de testament.tut.l.directas.Cod.de testam.manu.Si quandoque stipulationem contendas esse iurisgentium, hæc verè mascula erit ratio:nam stipulatio qualibet lingua semper fieri potuit. Quamuis directò hæres. In cõfirmatis omnia directò relinqui possunt excepta hæreditate.Per formulam.Per actionem,vt formula hypothecaria,& in tit.19.formula communi diuidundo,familiæ erciscundæ,finium regundorum. Actio porrò nihil aliud est, quã formula.Qui fideicommissarius.§.1.de fidei.hæred. l. is cui legatum,de cond.& demonstr.l.Licinius. quib. ad libert. procl. non lic.l.quæsitum.§.penult.de leg.3.l.2.Cod.qui potio.in pign.l.2.de orig.iur.In prouinciis verò.l.cùm etiam.Cod.de reb.cred.Hodie fideicommissa per actionem petuntur,& omnino sublatæ sunt à Iustiniano legatorum & fideicommissorum differẽtiæ. Quod est in l.1.de legat. 1. Per omnia, Triboniani est:cætera Vlpiani. Vel deducta parte.Lego,vt.Hæc verò de Pegasiano & Trebellia no fusiùs explicantur in institutionibus Iustiniani,neque desiderant interpretationem meam.Tacitam fidem. Tacita fides est,si quis non palàm rogatus, in fraudem legis tacitè promittat, se id quòd accepit, cœlibi aut orbo redditurum. l. in fraudem. de iis quib.vt indig.l.in tacitis.de legat. 1. extat præclarum exemplum taciti fideicommissi apud M. Fabium Quintilianum Auum in Declama.315.Senatus censuit.Planciano S.C.l.beneficio ad leg. Falc.Igitur si de hæreditate incapaci restituenda promiserit, primùm omnium hæreditas fisco vindicatur: nec si exhausta sit hæreditas.Falcidia retinetur, verùm Falcidia fisco applicatur ex rescripto Diui Pij.l.3.Cod.ad leg.Falc.hæres.D.de iis quib. vt indig.Si liberos habeat.Scriptum oportuit. Si ex liberis existat.idque liquidò constat ex iis,quæ dicta sunt tit.18.

X X V I.

DE LEGITIMIS hæredibus.

INTESTATORVM ingenuorum hæreditates pertinent,primùm ad suos hæredes,idest.liberos,qui in potestate sunt,cæterosque qui in liberorum loco sunt. Si sui hæredes non sunt, ad consanguineos,idest,fratres & sorores ex eodem patre.Si nec hi sunt,ad reliquos agnatos proximos,idest,cognatos virilis sexus, per mares descendentes,eiusdem familiæ:id enim cautum est lege duodecim Tabularum,si intestatus moritur,cui nec suus extabit hæres,agnatus proximus familiam habeto.

Si ex defuncto sit filius & ex altero filio mortuo iam nepos vnus,vel etiam plures,ad omnes hęreditas pertinet,non vt in capita diuidatur,sed vt in stirpes,idest, vt filius solus mediam partem habeat,& nepotes,quotquot sunt,alteram dimidiam.

Aequum est enim nepotes patris sui loco succedere, & eam partem habere,quam pater eorum si viueret,habiturus esset.

Quandiu suus hæres speratur hæres fieri posse, tandiu locus agnatis non est: velut si vxor defuncti prægnãs sit,aut filius apud hostes sit.

Agnatorum hæreditates diuiduntur in capita, veluti si sit fratris filius,& alterius fratris duo plurèsve liberi:quotquot sunt ab vtraque parte personæ, tot fiunt portiones, vt singuli singulas capiant.

Si plures eodem gradu sunt agnati,& quidam eorum hæreditatem ad se pertinere noluerint, vel antequàm adierint decesserint, eorum pars adcrescit his qui adierint. Quòd si nemo eorũ adierit, ad insequentem gradum ex lege hæreditas non trasmittitur:quoniam in legitimis hæreditatibus successio non est.

Ad fœminas vltra consanguineorum gradum legitima hæreditas non pertinet: itaque soror fratri sororiue legitima hæres fit.

Ad liberos matris intestatæ hæreditas ex lege duodecim Tabularum non pertinebat: quia fœminæ suos hæredes non habent. Sed postea IMPP. Antonini & Commodi oratione in Senatu recitata,id actum est,vt sine in manu conuentione, matrũ legitimæ hæreditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis,& reliquis agnatis.

Intestati filij hæreditas ad matrem ex lege duodecim Tabularum non pertinet,sed si ius liberorum habeat,ingenua trium, libertina quatuor,legitima hæres fit ex senatusconsulto Tertulliano:si tamen ei filio neque suus hæres sit,quive inter suos hæredes ad bonorum possessionem à prætore vocatur: neque pater, ad quem lege hæreditas,bonorumve possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus.Quòd si soror consanguinea sit,ad vtrasque pertinere iubetur hæreditas.

LVD. CHAR.

AGNATORVM HAEREDITATES. Notandus est diligenter hic locus: vt veterum Iureconsultorum, quibus etiam imperatores consentiunt, ea fuisse opinio intelligatur: vt (quemadmodum Caius in institutionibus scribit) semper inter suos hæreditas in stirpem,non in capita diuidatur: contra verò inter agnatos non in stirpem,sed in capita.Successio nõ est. Hãc prudentum interpretationem, successorio edicto prætores correxerunt,successionemque de persona in personam,de gradu in gradum,de capite in caput esse voluerunt:vt vno non succedente proximus succederet.Extant illius edicti capita in Pandectis.

IACO. CVIA.

CVI SVVS EXTABIT HAERES NEC. Hęc sunt perturbata.Legendum est,Ac si intestatus moritur,cui suus hęres nec extabit. & hęc prima legis verba Paulus interpretatur in l. si quis posthumos. §. pen. de lib. & posth. reliqua in l. pronunciatio.de verb.signif.Apparet autem ex hac 12.tab. lege, suorum nomen esse ex 12.tabul. quod & Callistratus tradit in l. liberorum,de verb.signific.Hos enim omnes,inquit,suorum appellatione lex 12. tab. comprehendit. Igitur in l. vltim. de bon. damn. In iure ciuili, idest, in 12. tabul. Possem similia exempla proferre quàmplurima,in quibus ius ciuile pro 12.tab.accipitur. Si defunctus sit filius.Legendum. Si defuncti sit filius, & ex altero filio iam mortuo nepos. §. cum filius. de hęre. quę ab intest. defer. Sensus hic est.Nepotes ex filio iam mortuo, quo in stirpes

cum

Source : BIU Cujas

cum patruo ſuccedere. Planè ſunt hæ perpetuò in liberorum linea obſeruandæ regulæ, Proximior vlteriorē non excludit, Hęreditates pro ſtirpibus diuidūtur nō pro virilibus portionibus. Quandiu ſuus hæres. Hæc antiquorum definitio eſt. l. 3. ſi pars hæred. petat. l. penult. vnde legit. l. cum quidam. §. 1. de acquiren. hæred. Agnatorum hæreditates. Ergo ſuperiores duæ regulæ in agnatorum ſerie non obſeruātur: nam & ſi ſit frater & filius fratris iam mortui, fratet ſolus ſuccedit. §. hoc etiam. §. ſi plures. de legit. agna. ſucceſſ. Ex nouella Iuſtiniani frater non præfertur, atq; vnà fratrum filij in ſtirpem ſuccedunt. Vltra fratrum filios in capita fit diuiſio, quod & inter ipſos fratrum filios nullis concurrentibus fratribus obſeruari Conſtantinus probat lib. 5. epitom. & verū eſt. Si plures. l. ſi ex pluribus de ſuis, & legit. hęred. Quòd ſi nemo. In ſuis, in legitimis nō eſt ſucceſſio. quia, vt Paulus ait lib. 4. ſentent. omnis legitima ſucceſſio proximiori defertur. In honorarijs eſt ſucceſſio, vt ecce, non petente auunculo magno, ſuccedit proprior ſobrinus. l. 2. C. de ſucceſſ. edict. At filio non adeunte, nepos non admittitur, ne iure quidem prætorio ex parte vnde liberi, ſed ex illa vnde legitimi. l. 1. §. ſed videndum. D. eod. ex conſtitut. Iuſtiniani in ſuis & in legitimis eſt ſucceſſio. §. placebat. de leg. ag. ſuc. nam & in legitimis tutoribus eſt ſucceſſio. l. 3. §. pen. de leg. tut. IMPP. Antonini. l. ſacratiſſimi ad S. C. Tertyl. quam & S. C. ſecutum eſt, quod dicitur Orficianum. Vt ſine in manum conuentione. Etiam ſi vulgò quæſiti ſunt liberi. Ex S. C. Tertulliano. Quod factum eſt D. Pij temporibus. Quive inter ſuos. Vt puta emancipatus. Neq; pater ad quem lege hæreditas. Hęreditas, aut bonorum poſſeſſio. vnde legitimi, ſi in emancipatione, manumiſſor extiterit. Bonorumve poſſeſſio. Vnde 10. perſonæ, ſi in emancipatione manumiſſor non extiterit. l. ſi ad patrem. de ſuis & legit. hæred. §. ſunt autem de bono. poſſeſ. Sic ex teſtamento ſi præteritus ſit, non manumiſſori datur querela. l. 1. §. fin. ſi à paren. quis fuer. manum. manumiſſori bonorum poſſeſſio cōt. tab. vt manumiſſori, querela vt patri. l. ſi à milite. §. fi. de militar. teſtam. l. pater filium. l. filio. §. 1. de inoff. teſt. ex Iuſtiniani cōſtitutione pater pro manumiſſione ſemper habetur, ideſt, contraxiſſe fiduciā ſemper videtur. Ad vtraſque. Ad matrem pro dimidia, ſi filia deceſſerit: pro virili, ſi filius. l. 2. Cod. Theo. de ſec. nup. Sed hæc vt ſint à Iuſtiniano mutata, vide in inſtitutionibus. Nobis id potiſſimùm in animo fuit, vt ius antiquum explicaremus, cuius cognitio ſtudioſo iuris noui non vtilis tantùm, ſed etiam neceſſaria eſt. De iure nouo eadem via faciente Deo quandoque diſſeremus, qua & ius antiquuum aggreſſi ſumus.

XXVII.

De libertorum ſucceſſionibus vel bonis.

LIbertorum inteſtatorum hæreditas primùm ad ſuos hæredes pertinet: deinde ad eos quorum liberti ſunt, velut patronum, patronam, liberosve patroni.

Si ſit patronus & alterius patroni filius, ad ſolum patronum hæreditas pertinet.

Item patroni filius patroni nepotibus obſtat.

Ad liberos patronorum hæreditas defuncti pertinet, vt in capita, non in ſtirpes diuidatur.

Legitimæ hæreditatis ius ex lege duodecim Tabularum deſcendit, capitis minutione amittitur.

IAC. CVIA.

Ad liberos patronorum. l. ſi libertus præterito. §. vlti. de bon. libert. Legitimæ hæreditatis. Hæc ſententia de ingenuorum hæreditate accipienda eſt. l. capitis de ſui. & legit. hæred. non libertorum. l. ſi libertus prætorio in princ. eademque de tutela legitima diximus tit. 11. nec verò quiſpiam ex inſcriptione huius tituli. argumentetur. nam eæ ſectiones nō ſunt Vlpiani, quinimo ſunt omnia meo iudicio legenda vno contextu: eis quidem certè nihil eſt inconcinnius.

XXVIII.

De poſſeſſionibus dandis.

BOnorum poſſeſſio datur, aut contra tabulas teſtamēti, aut Add it. in marg. manuſcr. ſecundum aduerſus tabulas, aut inteſtati.

Contra tabulas bonorum poſſeſſio datur liberis emancipatis, teſtamento præteritis, licet legitima ad eos non pertineat hæreditas.

Bonorū poſſeſſio contra tabulas liberis tam naturalibus quā adoptiuis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis: non tamen & illis, qui in adoptiua familia ſunt. Adoptiuis autem, his tantùm qui in poteſtate manſerunt.

Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum poſſeſſio, ſi parati ſunt cauere fratribus ſuis, qui in poteſtate manſerunt bona, quæ moriente patre habuerunt, ſe collaturos.

Secundum tabulas bonorum poſſeſſio datur ſcriptis hæredibus, ſcilicet ſi eorum quibus contra tabulas competit, nemo ſit, aut petere nolint.

Etiam ſi iure ciuili non valeat teſtm̄, fortè ꝙ familiæ mancipatio vel nuncupatio defuit, ſi ſignatum teſtamentum ſit, non minus quàm ſeptem teſtium ciuium Romanorum ſignis, bonorum poſſeſſio datur.

Inteſtati datur bonorum poſſeſſio per ſeptē gradus: Primo gradu liberis: Secundo legitimis hæredibus: Tertio proximis cognatis: Quarto familiæ: Quinto patrono, patronæ, liberisve patroni, patronęve: Sexto viro, vxori. Septimo cognatis manumiſſoris, quibus per legem Furiam plus mille aſſes capere licet, ſi nemo ſit ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit. aut ſit quidem, ſed ius ſuum omiſerit, populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria.

Liberis bonorum poſſeſſio datur, tam his qui in poteſtate vſque in mortis tempus fuerunt, quàm emancipatus: item adoptiuis, non tamen etiam in adoptionem datis.

Proximi cognati bonorum poſſeſſionem accipiunt, non ſolùm per fœminini ſexus perſonam cognati, ſed etiam agnati capite diminuti. Nam licet legitimum ius agnationis capitis minutione amiſerint, natura tamen cognati manent.

Bonorum poſſeſſio datur parentibus & liberis intra annum, ex quo petere potuerunt: cæteris, intra centum dies.

Qui omnes intra id tempus ſi nō petierint, ad bonorum poſſeſſionem ſequens gradus admittitur, perinde ac ſi ſuperiores non eſſent, idque per ſeptem gradus fit.

Hi quibus ex ſucceſſorio edicto bonorum poſſeſſio datur, hæredes quidem non ſunt, ſed hæredis loco conſtituuntur, beneficio Prætoris. Ideoque ſeu ipſi agant, ſeu cum his agatur, fictitijs actionibus opus eſt: in quibus hæredes eſſe finguntur. Bonorum poſſeſſio aut cum re datur, aut ſine re. Cum re, ſi is qui accepit, cum effectu bona retineat: ſine re, quum alius iure ciuili euincere hæreditatem poſſit: veluti ſi ſuus hęres inteſtato ſit, bonorum poſſeſſio ſine re eſt, cùm ſuus hæres euincere hæreditatem iure legitimo poſſit.

LVD. CHAR.

Legitima ad eos non. Ignoti ſunt iuri ciuili emancipati: atq; Prætor hæredem facere non poteſt, ſed bonorum poſſeſſorem tanquam eum hæredis loco conſtituens. Legitima autem hæreditas lege 12. tabu. aut iuris ciuilis interpretatione defertur. Si ſignatum teſtamentum. Bonorum poſſeſſio prætoria eſt, ideoq; datur ſecundum tabulas eius teſtamenti, in quo ſolennia iuris prętorij obſeruata ſunt, vt iam diximus. Et ipſa quidem vel emēdandi vel confirmandi veteris iuris gratia introducta eſt. Fictitijs actionibus. Fictitias appellare mihi videtur actiones, ea quidem, quę directò & ipſo (vt aiunt) iure non competebāt, ideoq; minùs legitimæ dicebantur, ſed ad ciuilium & legitimarum exemplum introductæ & excogitatæ à Prætore erant: vulgò dici vtiles exiſtimant.

IAC. CVIAC.

Inteſtati. Legendum, aut inteſtati. Emancipatis. Imò & ſuis. Sed non eſt neceſſaria iure ciuili. Non tamen & illis. Eos qui in adoptiua familia ſunt Prætor non nouit, non vocat inter ſuos. vnde conſequens eſt inter legitimos quoq; eos non vocari: nā qui ſui non ſunt, proculdubio nec legitimi ſunt. l. ſcripto. vnd. li. l. de bonis. §. 1. de Carbon. edict. Patribus. Manifeſtum eſt legi debere, fratribus. Cauere autem debent vel re ipſa conferre. Sci licet ſi eorum quibus contra tabulas. Nam prior eſt tam contra tabulas quàm ſecundum tabulas. inde ex prima parte vel ex primo edicto bonorum poſſeſſionem dari, ideſt, contra tabulas. l. ideoq;. l. ſcriptus de Carbon. edicto. l. 2. de bonis librt. Etiam ſi iure ciuili. Inde edictum tranſlatitium Verris, Si de hęreditate ambigitur, & tabulæ teſtamenti obſignatæ nō minùs multis ſignis quàm è lege oporteat, ad me proferentur: ſecundum tabulas teſtamenti potiſſimum hæreditatem dabo. qua de re & in titu. 23. diximus. Septem gradus. Omiſſa eſt bono. poſ. vnde 10. perſonę, ſed ſi pater manumiſſor ſit, ſanè verum eſt ſeptem dūtaxat gradus eſſe. Secundo legitimis. Inter quos & patroni ſunt patronorumq; liberi. Quarto familiæ. 1. agnatis patroni. hæc dicitur, tum quem ex familia: ſic enim lego in inſtitutionibus Iuſtiniani. Si nemo ſit. Hoc eſt initium alterius ſententiæ. Ex lege Iulia caducaria. De hac in l. quidam. §. quoties de legat. 1. item in l. ergo, §. eadem conſtitutio de fideic. libert. in illo loco. quare & ſi caducis legionis, vel, vt alij Codices habent, caducis legionibus, bona delata ſint, idem erit probandum. nam caducariis legibus, legēdum eſſe omni aſſeueratione confirmamus, ideſt, legibus Iulijs.

quæ

Source : BIU Cujas

quæ enim delata dicuntur, legibus delata vt ſint neceſſe eſt: deniq; hoc ſignificat vacantibus bonis fiſco vindicatis cõſtitutionem ceſſare, vt in l. quod Diuo. de manum. teſtam. hę verò notę Cad. leg. errori cauſam dedere. Ex ſucceſſorio edicto. Succeſſorium edictum eò dicitur q̃ det ſucceſſionem inter bonorũ poſſeſſores: quanquam & eam quoq; clauſulam cõtineat quę definit tempora petendæ bonorum poſſeſſionis. Cęterum ex illa potiſſimùm parte appellationem ſumit, qua in locum eorum qui intra tempora petitionis bonorum poſſeſſio. non admiſerunt. ſequentes vocantur, qui & ob eam cauſam ex ſucceſſorio edicto. ex ſucceſſoria parte, ex beneficio ſucceſſorii edicti, ex ſucceſſorio capite venire dicuntur. l. vlt. l. j. §. ſed videndum de ſucceſſ. edict. l. vlt. C. eodẽ l. 1. §. pen. de iur. & fact. ignor. Si ſuus hæres inteſtato. Hæc ab interpunctionibus mendoſa ſunt. nam ſic diſtingui ea oportet. Si ſuus hæres inteſtato ſit, bonor. poſſ. ſine re eſt, cùm, &c.

XXIX.

De bonis libertorum.

CIuis Romani liberti hæreditatem lex duodecim Tabularum patrono defert, ſi inteſtatò ſine ſuo hærede libertus deceſſerit. Ideoque ſiue teſtamento facto decedat, licèt ſuus hæres ei non ſit, ſeu inteſtato, & ſuus hæres ei ſit, quanuis non naturalis, ſed vxor, puta quæ in manu fuit, vel adoptiuus filius, lex patrono nihil præſtat. Sed ex edictò Prætoris ſi teſtamento facto libertus moriatur, aut vt nihil, aut minus quàm partem dimidiam bonorum patrono relinquat contra tabulas teſtamenti partis dimidiæ bonorum poſſeſſio illi datur, niſi libertus aliquem ex naturalibus liberis ſucceſſorem ſibi relinquat, ſiue inteſtatò decedat, & vxorem fortè in manum vel adoptiuum filium relinquat, æquè partis mediæ bonorum poſſeſſio contra ſuos hæredes patrono datur.

In bonis libertæ patrono nihil iuris ex edicto datur. Itaque ſi inteſtata moriatur liberta, ſemper ad eum hæreditas pertinet, licet liberi ſint libertæ, quoniam non ſunt ſui hæredes matri. Obſtat patrono lex Papia Popea. Poſtea libertas quatuor libertorum iure, tutela patronorum liberauit, & cùm intulerit, iam poſſe eas ſine auctoritate patronorum teſtari, proſpexit vt numero liberorum libertæ ſuperſtitum virilis pars patrono debeatur.

Liberi patroni virilis ſexus, eadem iura in bonis libertorum parentum ſuorum habent, quæ & ipſe patronus. Fœminæ verò ex lege quidem duodecim Tabularum, perinde ius habent, atque maſculi patronorum liberi.

Contra tabulas autem teſtamenti liberti, aut ab inteſtato cõtra ſuos heredes non naturalis bonorum poſſeſſio eis non competit. Sed ſi ius trium liberorum habuerunt: etiam hæc iura ex lege Papia Popea nanciſcuntur.

Patronæ ex bonis libertorum illud ius tantùm habent, quod lex duodecim Tabularum introduxit. Sed poſtea lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus id iuris dedit, quod patronus habet ex edicto.

Item liberis ingenuæ trium liberorum iure honoratæ, eadẽ lex id ius dedit, quod ipſi patronæ tribuit.

LVD. CHAR.

Sed ex edicto prætoris. Rutilius Prætor edixerat vt ſocietatis lege patronus dimidiam bonorum liberti partem haberet. Sed poſteriores prætores ius aliud conſtituerunt, patronum illam bonorum partem ſucceſſionis iure habere edicentes: ipſique contra tabulas teſtamenti liberti bonorum poſſeſſionem polliciti ſunt: niſi aliquem ex naturalibus liberis hæredem libertus ſcripſiſſet: vt Vlpianus cap. 1. D. de bon. libert. ſcribit. Poſtea verò lege Papia aucta fuiſſe Patronorum iura Iuſtinianus dicit, qui locupletiores libertos haberent: ſed eam ipſe interpretatur & corrigit, ius nouum de ſucceſſione libertorum ſtatuens. Et hæc adnotaſſe ſufficiat.

I A C. C V I A C I V S.

Ciuis Romani. In Latino ſecus eſt. §. vlt. de ſucceſſ. liber. Aut vt nihil. Legendum, & ſi aut nihil. §. j. de ſucceſſ. libert. Aequepartis dimidiæ. Hæc eſt quinti gradus bonorum poſſeſſio: quæ & nullis extantibus ſuis hæredibus patrono dabitur, ſi bonor. poſſeſſ. vnde legitimi non admiſerit: nam ſibi ipſi ſuccedit poſſe iampridem receptum l. j. §. ſed an. de ſucceſſ. edict.. Ex edicto datur. Nam de liberto prætor edixit non liberta, & de ſuis hæredibus quales fœmina non habet. Hæreditas pertinet. Ergo lege 12. Tabul. non prætoris edicto quæ ſequuntur ita reſtituenda ſunt, erat omni ex parte hic libellus miſerè deprauatus. at hæc ita reſtituenda ſunt, nam licet liberi ſint libertæ, qm̃ non ſunt ſui hæredes matri, non obſtant patrono. lex Papia Popœa libertas. Ait, nõ obſtat patrono, hoc vtique verum eſt antiquo iure. nam poſt S. C. Orficianum liberi inteſtatæ libertæ patronos excludũt. l. j. in princi. & §. ſi nemo ad Tertyll. Virilis pars. Eadem lex cauet vt liberto teſtato vel inteſtato defuncto relicto vno vel duobus liberis patronus virilem, relictis tribus vt nihil auferat, & vt ita demum quando pauciores ſunt quàm tres viriles auferat ſi libertus centenarius ſit. §. poſtea de ſucceſſ. lib. ex quibus apparet quantùm inter libertum, & libertam interſit, quod & Valent. in Nouell. de libertis probat. Fœminæ vero. Iure antiquo, quo & hodie vtimur, inter liberos patroni nulla eſt differentia ſexus. Prętorio iure plus tribuit maſculis quàm fœminis. Non naturalis. Pro, non naturales. Patronæ. Eſt differentia inter patronum & patronam non quidem ex 12. Tabul. ſed ex lege Papia. nã licet nullis extantibus ſuis hæredibus quo caſu locus eſt legi 12. Tab. idem patronæ ius quod patrono ſit, iure tamen Prætorio non aliter patronæ datur bonorum poſſeſſio contra Tabulas, vel ab inteſtato contra ſuos hęredes non naturales, quàm ſi ingenua duobus, libertina tribus liberis honorata ſit. Liberis honoratæ. In §. præferuntur de S. C. Tertyll. vulgo legitur, mater liberis onerata. ſed vt in hoc loco ita in eo auctoribus etiam ſcriptis libris legendum eſt honorata. Theo. in §. ſed cum antea eodem titul. dixit, κεκοσμημένη. Quod ipſi patrono. Legẽdum, patronæ. Iacobus Cuiacius has ad Vlpianum notas ſcripſi, tibique I. Amariton. dicaui, quo neque gratiorem mihi neque meo iudicio qui ea quæ recta ſunt acutius perſpiciat, vehementius amplectatur, religioſius colat noſtra quenquam Scola fert. Non erit ea res mihi damno ſi tu pro eo ac ipſe cupio eis vtare pro tuis. nam etſi perexiguum ſit ingenium mihi diligentia tamen mea breui, vt ſpero, tibi & iuris ſtudioſis & Reipub. noſtræ ampliora beneficia præſtabuntur.

RAINALDI CORSI
LECTISSIMI
Iureconſulti,
INDAGATIONVM IVRIS.
Libri III.

LIBER PRIMVS.

Quare Infortiatum ita fuerit appellatum? Cap. I.

1 *Alciati diſcipulus Auctor.*
2 *Alciati eiuſdem ſententia.*
3 *Prouerbium ad far, & farinam.*
4 *Sententia Auctoris.*

DEploranda ne magis, an admiranda ſint proxima aliquot ſęcula ſuperiora non video, quibus in maximo literariæ rei naufragio tot emerſerunt clariſſimi legum Interpretes, Deus omnipotens, quantò clariores futuri ſi cum Iuris ardua ſcientia humaniores literas cõiunxiſſent? ſed admiranda ſunt profectò magis, quàm deploranda. Quanquam ex hoc multę (vt cætera mittam ad Grammaticos, Rhetoresque ſpectantia) prodiere quæſtiones; quæ meo iudicio nunquàm prodiiſſent, ſi homines illi alioqui doctiſſimi politiorum ſtudiorum non adeò fuiſſent expertes. Increbuitque antiquitatis vitium in recentiores vſque Iuriſconſultos, vt piaculum fuiſſe ducant, ſi vel vnam earum quæſtionum quamuis ineptam, ſilentio prætermiſerint. Hinc nomen Infortiati pertinaciter potiùs, quàm vtiliter, magnum facit iuris profeſſoribus negotium. Mihique in eadem eſſe naui contingit, vt quid maximè mihi probabile videatur, non omnino taceam, iuxta illud Cicc. ad Seruium Sulpicium. Nam quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant. Præſertim cùm liceat doctiſſimi magiſtri
1 mei † Andreæ Alciati veſtigijs inhærere, quem Bononiæ au-
2 diui dicentem † infortiatum poſſe denominari ex eo, quòd hic liber multũ conferat vtilitatis, & ad far, & farinam faciat; quę Græci vno vocabulo appellant τὰ φορτία. Abijtq; in prouerbiũ, vt quicquid frequens atque vtile ſit qualis eſt materia hæreditatum

Source : BIU Cujas

3 tatum, quæ præcipua est in Infortiato, illud † ad far,& farinam facere dicatur.Simile ferè(vt mihi videtur) ɔdictioni triticariæ, siquis eam κατ'ἐξοχὴν atritico deducat.Ceterùm quod attinet ad
4 Infortiatum, mihi † magis arridet, vt illud ducamus a græca vocè φορτίον,quod onus latine significat.Quãdoquidem restitutio dotis,curæ,tutelæ,hereditatisque susceptio,legatorum, alimentorum,fideiq́ue commissorum præstatio, ius ipsum patronatus atque operæ libertorum,& quicquid denique hac Digestorum secunda parte continetur,onus non iniursa dici potest. Sicque magis propria,& lata videtur fieri denominatio.

De continuatione Rub. C. de Edendo, & quare de Edendo inscripti fuerint Tituli, non de Editione. Cap. II.

1 *Prima pars Iudicij citatio.*
2 *Gerundij natura accommodatior,vt capiat vtranque significationem.*
3 *item vt neget,vel affirmet.*
4 *Gerundium vicem gerit verbi.*
5 *Aduerbium, quòd verbo adhæreat,dictum est.*
6 *Pars omnis orationis,quæ neget, aduerbium est.*
7 *Continuandi ratio,qualiscunque sit,recipienda.*

MIhi vñr (quod pace tantorũ virorum dixerim) Doctores omnes in huius Rubricæ cõtinuatione longè aberrasse.Nam si Imperator Editionem, vtpotè iudiciorum præparatoriam præmisit,cur Titulum de in ius vocando huic Tit.post-
1 posuit? Vtique. n.in primis aduersarius in ius vocandus est.† Instit.de pœ.tem. lit. §. fi. Itaque vel adstipulemur Alexandro dicenti,Actorem debere Iudici edere libellum,antequàm reus citetur.Vel dicamus,quia multę circa editiones rationum,instrumentorum, actorum, & libellorum oriri solent ambiguitates, immò quia nusquã in hoc Titulo de libelli editione tractatur, quæ fit in limine iudicii, sed de rationum tantùm editionibus, quæ post cœptum iudicium mandante Magistratu fieri consueuere;iccircò post magistratus ipsos,eorumque efficia, Titulum de edendo subiunxit,tanquam docturus eos,quibus casibus,aut quando edi instrumenta præciperent,vel non præciperent. Libuitque vti gerundio magis,quàm nomine; quia cùm vicissim
2 reus, & actor edant, quin & Notarius.l.ij. ϝ.eo.Gerundium † ex Grammaticorum sententia recte vtranque recipit significationem,actiuam scilicet, & passiuam. Item accommodatur magis
3 ad negandum,& affirmandum,quàm nomen.† Ideò in scriptũ est DE EDENDO, quasi cogitatum etiam fuerit, VEL NON EDENDO.Est enim aliquando edendum, aliquando non edẽdum. Et ex hoc cognoscitur parem non esse rationem Testamenti factionis, atq; aliorum huiusmodi nominum, quæ doctores obiicere conantur.Nam aduerbia omnia melius adhærent Gerundio,quàm nomini. Gerundium † enim vicem gerit
4 verbi.Aduerbium † verò,quòd verbo adhæreat,dictũ est. Parsque omnis † orationis, quæ per se neget, aduerbium est.Igitur
5 perindè est,ac si prænotatũ huic Titulo fuisset. QVAE,& quando Iudex inter litigandum præcipere debeat, vt edantur. Et de
6 quæstionibus inter edendum emergentibus inter edendum emergentibus, quas itidem Iudicem definire oportet. Quod si quis opposuerit legem Edita, de libelli editione tractare, quæ fit in litis ingressu; Respondeo primò ex mente Alex. talem quoque editionem non antè fieri,quàm Iudex præceperit.Deindè vnam istam legem esse huius argumẽti sub vniuerso hoc Titulo. Cæteræ namque omnes de aliis agunt editionibus. μία δὲχελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ.l.Nã de ea.ff.de legib.Deniq; dico ei legi subiectam non esse principaliter materiam de libelli editione,sed de libello iam edito,nempè quando immutare liceat,vel corrigere,nec ne.Quod inter litigandum similiter euenit,& ad Iudicis pertinet auctoritatem, vt eo textu dicitur. Iustinianus itaq; pulchrè hunc Titulum subtexuit post Titulos de officiis Magistratuum;præposuit verò Titulo de in ius vocando,eò quòd iubere,vt fiat editio,spectet ad Magistratum, in ius autem vocare ad partes. Et erant quidem Magistratuum officia simul absoluẽda,dignioraq; præmittẽda,iuxta.l.j. &.ij.de albo scrib.Sic rebus, atque negotiis antelatæ sunt litigantium personæ, ut patet ex ordine Titulorum. Cuius tamen ordinis non est irreprehensibilis ratio exigenda, sed satis est † qualemcunque animaduerte
7 re,sicut Comensis notauit in Rub.de op.no.nun. & eum sequutus est Ang.Instit.de Actio.in Rub. Porrò in ff.vbi Titulus de in ius vocando præponitur Tit. de edendo, exactius seruatus fuit ordo iudiciorum;atq; ibi cum de alijs editionibus,tũ verò principaliter actũ de libelli editione,quẽadmodũ patet.in l.i. eo. Ti.

Restituta.l.Nesennius.in prin.ff.ad l.Fal. Cap. III.

VT Falcidiæ sit locus,quæro. Ita inquit Paulus ea lege. Quæ verba perperàm accepta interpretes satis torquent, putantes sine interrogatione prolata fuisse. Cæterùm ego longe aliter sentio,putoque omninò cum interrogatione legendũ hoc modo.Vt Falcidiæ sit locus,quæro? ideò scire cupio, quemadmodum sit Falcidia deducenda? Quod ex antecedente facti specie,subsequentibusque verbis facile meo iudicio cognoscitur: et ita hunc textum resti tuo.

Restituta lex in quartam. eo. Tit. Cap. IIII.

1 *Accentuum ratio minimè otiosa.*

IAM verò quis remoram impedimenta esse naui, quis scarabeum cum Aquila bellum gerere admiretur, si sola accẽtus nota deficiens, tot fatigauit sæcula, tot detinuit præcipuæ doctrinæ viros, dum certant Martianum a superfluitate defendere superflui ipsi in l.In quartam.ff.ad l.Fal.Ait enim Martianus; pro ea verò parte, quam accepit à cohærede, extra quartam, ideò est,quod à cohærede accipitur.Et doctores quidem.QVOD, relatiuum esse opinantur, ac referunt ad pronomen ID; quia purè, & sine accentu scriptum est, ita, vt videatur idem inculcasse Iurisconsultus,cùm dixit,id quod à cohærede accipitur,& pro parte,quam accepit à cohærede.Tu vide, quanto aptior, atque elegantior sit lectio cum accentu. Extra quartam ideò est, QVOD, ideò est,quia à cohęrede accipitur;& sic non inculcatio, sed assignatio rationis est, quasi dixerit, ideò non imputatur in quartam,quoniam non venit à testatore. Solæ enim res, quæ à testatore veniunt,imputantur in quartam.Et ex hoc liquet mi-
1 nima non semper esse negligenda, nec accentuum, † quos aliqui rident,inutilem esse rationem, præsertim ad tollẽdã vnius, atq; eiusdem vocis ambiguitatem,vt hoc textu, quem non abnuimus potisse etiam sine accentu intelligi; sed quantò clarius cum accentu,res ipsa declarat.

Cur minus raptor,quàm fur manifestus puniatur? Cap.v.

1 *Rapina grauior furto.*
2 *Veneficus infensus legi magis,quàm sicarius.*
3 *Summum genus iniustitiæ procedere per insidias.*

MIrantur Doctores,atque ambigunt,cur mitius raptor fure
1 manifesto puniatur, cùm furis quanquam manifesti † leuior sit in improbitas? Magister meus præ cæteris Dominus Andreas Alciatus in l.ix.de verb. sig.Qua in re nobis sese offert huiusmodi ratio.quòd lex arbitrata est pauciores illos fore,quibus animus rapiendi esset ob paratam defensionem possidentis, quàm qui rem absentis,ignorantisque Domini ɔtrectare auderet.Duriusque ideò cauit, vbi maius periculum est verita. c. iij.
2 de elec.in vi.Sic videmus puniri acrius † occidentes hominem veneno,quàm gladio.l.i.C.de malefi. nimirũ quia (vt ait Arist.
3 7.eth.)iniusti magis † sunt ij,qui magis occultè procedunt, atq; insidias moliuntur. Hocque innuit tex.in l.j. §. occisorum. de se. Sill. Porrò quemadmodum dicatur esse eadem pœna furis in genere cum pœna raptoris,inferius disseremus.

De septimo Casu,cùm præsentis est temporis Participium, noua sententia. Cap. VI.

1 *Tractus figura quæ sit.*

QVæ nam sit septimi casus participio præsentis temporis ,prolati natura variè a Doctoribus disceptatum fuit; nec alij quidem soli,sed ipse quoque Alciatus inter latinos iurisconsultos latinitatis nomine eximius, hac in re non nihil dormitasse videtur. Ait enim in l.cùm quærebatur.de verbo.sig.Participiũ, & casum huiusmodi non aliter conditionem inducere, quàm si futuros euentus prospiciat. Pugnant verò exempla, quæ adfert. Nam quid interest,exponamus. Prædecedente filio, patri permittitur quemlibet in locum filii adoptare; & masculis extantibus fœminæ non succedant? Nonne vtraque oratio in conditionem futuram,atque incertam resoluitur? ideò est,si contigerit filium prius mori,quàm patrem. Et si masculos extare contigerit? Ego igitur ex mea sententia sic statuo. Participium præsentis temporis septimo prolatum casu,posse conditionem semper inducere,vt allegatis exemplis patet, itemque ex auct. præsente. C. de fideiuss. & multis aliis auctoritatibus, quæ passim se offerunt. Cùm enim dicitur in ea auct. Præsente vtroque,exponimus,id est, si vterque præsens fuerit. Absente reo, ideò est,si ipse desideraverit. Limitatur hęc regula, si participium, quo vtimur hoc casu,eiusmodi sit,vt firmitatem quandam, ac stabilitatem absolutę iam rei,siue dispositionis prę se ferat,qualia sunt;manente. obtinente,quiescente,siue enim ab homine, siue a lege dicatur. Rato manente pacto, pœna soluatur. Pęna, quam statuimus,in futuris casibus obtinente, Edicto quiescente Diui Adriani:perę́que exponimus, ideò est, ita tamen, ut ratum maneat pactum,vt pœna obtineat,vt quiescat, nec amplius sit in vsu edictum.Et sic futurus quidem euentus prospicitur, sed non in uim conditionis,vt Magistro meo uisum fuit,quem nõ

aliter

Source : BIU Cujas

aliter defendi poſſe exiſtimo, niſi cum tale Participium nulla præcurrente diſpoſitione, ſeu cauſſa, profertur: tunc enim & futurum reſpicit, & reſoluitur in conditionem. Atque hęc verborum conceptio figura eſt, quàm idem lib. iiii. de ver. ſig. Tractum † appellat, ſcilicet cùm vtimur verbo, quod non præſens tempus ſolum, ſed παρατατικῶς etiam futurum comprehẽdit. Saneq; videtur hic virclariſſimus multò rectius definiſſe, quãdo prẹſens tempus adfuturum porrigatur. in l. verbum oportebit. eo. Tit. de verbo. ſig. vbi vide.

Quæ ſit ratio l. ij. C. de ſen. quæ ſine certa quentitate prolata. eſt. Cap. VII.

1 *Sententia generalibus uerbis, & negatiuè concepta magis videtur, quàm ſit incerta.*
2 *Nouum opus nunciatur etiam parte operis damnum dante.*
3 *L. Eos. C. de modo multa. ex mente Oldr. declarata.*
4 *Malum eſſe infiniti, bonum finiti.*
5 *M. Antonius Natta vir doctiſſimns, atque eloquentiſſimus.*
6 *Quod optimum, unicum, vitioſa plurima.*

PVtant communiter Doctores, ſententiam, qua cautum ſit, indemnitatem præſtari Reipublicæ, incertam eſſe, uarijsq; modis hanc legem interpretantur, vt vitent regulam. §. curare. Inſtit. de Actio. Mihi verò longè alia mens eſt, vt qui credam hunc caſum ſtare ſub regula. Nam vtcunque Reſp. lædatur, ſit contra ſententiam. Ergo (& hoc meo iudicio verum eſt legis ar
1 gumentum) ſententia † verbis generalibus & negatiuè concepta videtur magis, quàm ſit incerta; ideoque ſuſtinetur. Facit lex Stipulatio. §. opus de op. no. nun. accedente Alciato. in l. v. §. fin. in fi. Gloſ. primæ de verb. ſig. Toties enim opus nouum nuncia-
2 re licet, † quoties vel ex parte operis damnum infertur. Nam neque ex parte operis damnum inferri debet. Sic poſtquam Iudex vetuit Rempublicam lædi, quiſquis eam quoquo modo lædit, incidit in ſententiam, & ſic ſententia eſt certa. Neque hinc abeſt illud Oldr. conſilio xv. dum legem Eos. C. de modo multa
3 † declarat ijs planè verbis. Non enim lex Eos. conſtituit, quantum dicat, ſed quantum non dicat. Item quòd ſequenti cõſilio idem Doctor ait in deciſione ipſa primæ quæſtionis. Facit autẽ euidentius, quod Ariſtoteles. ii. Ethi. 6. Pythagoræ tribuit, videli
1 cet † malum eſſe infiniti, bonum verò finiti. Nam cùm pluribus peccemus modis, vno tantùm benefacimus. Et vt M. Anto
5 nii Nattæ † viri hac tempeſtate eruditiſſimi, atque eloquentiſſimi verba deſcribam, hæc ille de Pulchro lib. iii. Sicut, inquit, a lineæ rectitudine aberrare multipliciter poſſumus, & obliquas multas effingere diuerſis figuris, cùm ipſa recta vniuſmodi ſit, & difficulter adhibita etiam peritia impleatur; Sic etiam magnum eſt boni ſagittarij more attingere ſignum in quod iaculamur. Nam non attingere, cuiuſlibet eſt; quia vt attingas, vnus tantum locus propoſitus, ne attingas, infiniti. Similiter cùm vna æquabili humorum temperatione, & quaſi quadam rectitudine, corpus benè valeat, efficit, vt malè valeat, multipliciter, cùm ab illo vno ſigno temperaturæ facillimè excidatur. Et,
6 enim in omni rerum genere † quod optimum eſt, id vnum eſt: vitioſa verò plurima ſunt. Atque hoc ipſum confirmaſſe videtur Dionyſ. de diui. nominib. par. 4. cap. 4. cum ait, Bonorũ cauſa vna eſt, Mali cauſa ſunt plurimæ.

Munita fortius Alciati præceptoris ſententia de Rub. C. de ſen. ex breuiculo recitandis. Cap. VIII.

1 *Alciatus vir ſummi iudicij.*
2 *Bartolus diuinæ mentis.*

QVod periculo exploſo legamus BREVICVLO, id Alcia-
1 ro † ſummi iudicii viro debetur. Eius autem ſententia præter rationes quæ illum impulerunt, probari mihi videtur in l. ii. eo Tit. ibi ſcriptasque ex LIBELLO partibus legerent. Horũ enim verborum idem eſt ſenſus, qui & Rubricæ. quidquid Ac-
2 curſius dixiſſe voluerit, contra quem diuinæ mentis † Bartolus ſentit, nobisque fauet; quamuis ad Rubricam reſtituendam animum non aduerterit.

Legis nomen interdum pro priuata conuentione. Cap. IX.

QVoties legis nomen ſingulariter ennnciatur, & ad ſpeciẽ Obligationis, vel ad rem, quæ in obligationes veniunt, refertur. Quoties item coniungitur cum verbo Dicere, adponere, adiicere, ſiue alijs eiuſmodi verbis, quæ factum hominis reſpiciant, toties non legislatoris opus, ſed priuatam ſignificat cõuentionem. Sæpeque profertur ablatiuo ſeu, ſeptimo caſu, ſæpe iungitur cum pronomine demonſtratiuo, ea, hac, & huiuſmodi. Iabol. de contrahen. emptio. in lege Fundi venditi lapidicinæ, vbicunque eſſent, exceptæ erant. Labeo eo. tit. Feſtulas emptori acceſſuras in lege dictum erat. Paul. in l. Qui fundus. i. eo. tit. Reſpondi intereſſe, quemadmodum lex diceretur, item in lege fundi aquam acceſſuram dixit. Alex. Imper. C. de pac. legẽ, quam dixiſti, cùm dotem pro alumna dares, ſeruari conuenit. Valent. Gali. & Valens. C. de loca. legem quidem conductionis ſeruari oportet. Iidem Valent. & Gali. C. de condi. ob cauſam. Ea lege in vos collata donatio &c. mitto innumera exempla, quæ vltro ſe legentibus offerunt.

Ius naturale quando pro eo, quod natura omnia animalia docuit, & quando pro iure gentium ſit accipiendum. Cap. X.

IVs naturale eſt, quod natura creans, qui eſt ipſe Deus, omnia animalia docuit. Ita expoſuit Gl. i. textum in Inſtitutio. đ Iur. nat. gen. & ciu. in prin. Quæ expoſitio verò eſt, & probatur in §. ſed naturalia. eo. tit. cùm dicitur. Diuina quadam prouidentia &c. Quanuis huius loci neque Accu. neque cæteri, quos ego legerim, Doctores meminerint. Quod verò dicitur in §. Ius autem Ciuile. eo. tit. Ius gentium illud eſſe, quod naturalis ratio inter omnes gentes conſtituit. ipſe intelligo de natura creata, nimirùm de ratione DEI Optim. Max. benignitate hominibus inſita. Et quia frequẽter dubitari cõtingit, an iuris naturalis nomen pro primæuo illo iure, an pro hoc altero, quod gentium dicimus, ſit accipiendum, ego ita cenſeo: Vt quoties tacitè, vel expreſſim de ratione lex cogitat, toties intelligendum ſit de iure gentium, quia ratio ſolius eſt hominis, non etiam reliquorũ animantium. Et nitor verbis eius tex. qui eſt §. Ius autem ciuile. Ver. Quod verò. Alioqui intelligamus de naturali primæuo. Facit c. Ius naturale. Diſt. 1.

Declarata in Inſtitutio. Rub. de Iuſtitia, & Iure. Cap. XI.

1 *Habitus non eſt contrariorum.*
2 *Sanctitas quid ſit.*
3 *Scientia, & potentia per contraria definiri poſſunt.*
4 *Viſus quonam modo poſſit definiri.*
5 *Sapientiæ definitio ſecundum Cic.*
6 *Iuſtitia ab eodem dicta eſſe habitus.*

ACcipe Iuſtitiam pro habitu, Ius pro diſciplina, qua ipſum habitum adſequimur. Quod ex ſubiectis definitionibus patet. Nam Iuſtitia in homine conſideretа non aliter poteſt eſſe conſtans, & perpetua voluntas, niſi prout eſt habitus, a quo qui deuiat, ſtatim deſinit eſſe iuſtus. Quid verò conferret ad Rubricam Iuris prudentiæ definitio, niſi Ius caperemus pro eadem Iuris prudentia atque diſciplina, qua diuina noſcimus, & humana; iuſtumque ab iniuſto ſecernimus? At alia etiam ratione cognoſcitur Iuſtitiam pro habitu, Ius pro Iuris ſcientia capiendũ eſſe. Nam ſi quis quæſierit, cur in definitione Iuſtitiæ dictum ab Imperatore ſimpliciter fuerit, ius ſuum vnicuique tribuens, nec additum ab eo fuit, vel non tribuens: In definitione autem Iuriſprudentiæ idem Imperator iuſtum iniuſto oppoſuit, atque vtriuſque meminit, cum videretur alterum ſatis fuiſſe, eò, quòd cognito vno de contrarijs, conſequens eſt, alterum etiam cognoſci? Nihil rectius meo iudicio reſpondere poterimus, q̃ ſub nomine Iuſtitię habitum, ſub nomine Iurisprudentiæ, diſciplinam ad illum habitum conſequendum neceſſariam nobis hoc in loco fuiſſe propoſitam. Et hac ratione Imperator nõ per contraria, ſed verbis ſimplicibus Iuſtitiam definiuit. Quia
1 habitus † non eſt contrariorum: ſicut dicimus de ſanitate, qui
2 eſt habitus, † a quo proficiſcuntur operationes non læſæ. Non autem dicimus, quòd inde etiam operationes læſæ proficiſcantur. Sanè verò cum Iuriſprudentia ſit ſcientia, potuit ab eodem
3 Imperatore per contraria definiri; quia ſcientia, † & potentia
4 per contraria definiri poſſunt, vt ſi dixerimus. Viſus † eſt potentia viſiua nigredinis, & albedinis, Ariſt. 4. ethi. 1. & per hæc ceſſant multæ oppoſitiones Doctorum ad hunc Titulum. Porrò hæc Iurisprudentiæ definitio parum diſtat ab illa, quam Cicero
5 † dat ſapientię, Tuſc. 4. ſcilicet, vt ſit rerum diuinarum, atque humanarum ſcientia, & quæ ſit cauſſa cuiuſque rei cognitio. Iuſti-
6 tiam verò idem † per habitum definiuit s. de Finibus. & nos quidem aliàs de his definitionibus rurſus agemus.

Verbum, videtur, quando capiatur propriè, & quando ſecus. Cap. XII.

VErbum, videtur, nõ minus propriè ſemper capi debet, quãuis ita vulgò feratur a Doctoribus. Quinimò ſunt quidam textus, vbi magis propriè dici non poterat, vt eſt præcęteris text. in §. & non ineleganter. Inſtitu. de iure nau. gent. & ciu. ibi, diſtributum eſſe videtur. Item, Fluxiſſe videtur. Vt verò huius differentiæ cauſſam cognoſcamus, intueri diligenter oportet,

mùm

Source : BIU Cujas

nùm passiua significatione vsurpatum fuerit à videor, videris, an verò sit illud ipsum impersonale verbū videtur. Altero enim casu propriè, sequenti minus propriè capietur. Quorum vtrnq; latinitatis ordo facilè demonstrabit.

Reprehensus Acc. in Institutio. de iu. na. gen. & ciu. in prin. Cap. XIII.

MARIS, & fœminæ coniugatio (inquit Tex.) à Iure naturali descendit. Quod Glo. interpretatur de cōiunctione animorum: sed meo iudicio fallitur, quoniam huiusmodi coniunctio nobis cum reliqui animantibus non est communis; vt quæ ex ratione oriatur, nisi ad sequentia verba nos referamus, cùm Imperator adijcit. Quam nos matrimoniū appellamus. At hoc quoque dictum Glossæ non est simpliciter verum. Neque enim brutis vllo modo cōgruit, sed solis hominibus. Hęc scripseram, cùm reperi Aldobrandinum Iureconsidem ad eum Tit. adnotasse. Mihiq́ue iccircò gratulor, quòd tanto viro conuenerim.

Duplicem Iure gentium introducendi rationem. Cap. XIIII.

1 *Nemo in contractibus obligatur inuitus.*
2 *Seruitus est contra Ius naturale.*

FVIT duplex iris gentium introducendi ratio, vsus videlicet; ideſt, vtilitas, quæ in conttactibus pręcipuè elucet, vbi nemo
1 † obligatur inuitus. Item Necessitas, quæ in bellis susciendis
2 pro rerum suarum defensione, seruituteq́; † aduersum ius naturale inducenda emersit. Hę rationes colliguntur ex. §. Ius autem gen. in Institutio. de Iur. na gen. & ciu.

Aduerbium, semper, ad locum referri. Cap. XV.

1 *Manumitti potest vbique, & semper.*

EX §. serui. in Institutio. de Liberti. Noto, semper, ad locum referri, non ad tempus solum, cùm dicitur. Serui verò à dominis semper manumitti solent, adeò vt vel in transitu &c. Exē pla enim, quæ sequuntur, locum ipsum, quo manumissio fit, euidenter designant. Atque huic rationi Doctores subscribunt, cū
1 aiunt in summarijs. Quocunque tempore, † & vbique fieri posse manumissionem.

Iustinianus ferè indefensus in Institutio. de pat. pot. §. 1. Cap. XVI.

1 *Prolepsis græcè nobis Anticipatio.*
2 *Matrimonium causa efficiens patriæ potestatis.*

NON sat video, qua excusatione possit defendi Iustinianus, qui definitionem nuptiarum sub hoc titulo tradidit, tan-
1 quam per prolepsin, † ideſt per Anticipationem, cùm mox subiecerit titulum de nuptijs. Nisi dicamus in sequenti titulo voluisse illum de nuptiarum modo, non autem de substantia tractare; quod patet per vniuersum titulum. Hic ergo nuptias, ideſt matri monium, tanquam patriæ potestatis, de qua agebatur, causam
8 † efficientem definiuit, latiorem subindè tractatum de modo nuptiarum habiturus.

Ratio. §. sed & capitis, in Institutio. quib. mod. tut. finitur. Cap. XVII.

1 *Tutela vt plurimùm sequitur ius successionis.*

RATIONEM huius tex. esse dico, quia sublato iure succes-
1 sionis, † tollitur quoque tutela. Argu. supra de legit. patrono. tute. vers. Quia plerunque. Atque ita declaro Gl quę ab Ang. reprehenditur in versi. omnis tutela, coniunctis Angeli verbis cum verbis Glossæ.

Quæ sit ratio, cur furari propter necessitatem liceat, adulterium committere nequàm? Cap. XVIII.

1 *Necessitatis tempore omnia, quæ ad victum, & vestitum pertinent, sunt communia.*
2 *Adulter propter cordis inopiam perdit animam suam.*
3 *Ciceronis locus in medio positus.*

QVAS rationes in hac re Doctores adferant, non describo: videat, qui voluerit, Decium illas memorante in l. j. in princ. col. antepen. de off. eius, cui manda. est iurisdi. Mihi nulla probatur, vt qui rear hanc vnam veram esse, q́p tempo-
1 re necessitatis † quęcunq; ad uictum, & vestitum pertinent, sunt communia, quemadmodum testatur vniuersa Theologorum Schola, & est arg. tex. in l. 2. § cùm in eadem ad l. Rho. de iac. atq; ibi Glo. 47. dist. c. sicut. & ibi similiter Gl. Facit optimè pulchra illa Salomonis sententia Prouer. 6. in fin. Non grandis (inquit) est
2 culpa, cùm quis furatus fuerit; furatur enim, vt esurientem impleat animam. Et paulo post. Qui autem adulter est, † propter cordis inopiam perdet animam suam. Cesset itaq; Philippe Deci Vir. eruditissime altercatio illa tua, dum studes adhibere rationem, q́p furando statim subleuatur fames. Vndè & existimas nō licere aliud furari, quàm panem, & obsonia: licet siquidem & vestes, & omnia alia furari, modò inopię succurratur. Neq; hoc furtum, sed rei propriæ vendicatio, vel cōmuni diuidundo iudiciū. Quod tamen inopes haud temerè attentare, sed maxima cogente necessitate debent. C. si quis propter. Et ibi Gl. de fur. Et ex hoc constat, nimis durè sensisse Cic. lib. off. 3. nisi eius verba miti aliqua interpretatione subleuētur; quod vix fieri posse cognosco,
3 cùm inquit. † Forsitan quispiam dixerit, Nonne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri homini ad nullā rem vtili? Minimè verò. & paulo post. Nam si quid ab homine ad nullam partem vtili tuæ vtilitatis causa detraxeris, inhumanè feceris, contraq́; naturę legem. Immò verò secundum legē natu ræ; quæ (vt idem profitus est Cic.) eadem est cum lege diuina, data. s. necessitate. Quare ille ipse Cic. se rursus declarat, vt ita demū res alienas ad viuendū necessarias ad nos trāsferre possimus, si id nō ad propriā, sed ad communem referamus vtilitatē; quia scilicet vita nostra, si cōseruetur, multū possit vtilitatis afferre Reip.

Cur post diutinum tempus ille, qui in reatu fuerit, mitius puniatur? Cap. XIX.

1 *Reatus quid sit.*
2 *Diutinum tempus intelligitur decem annorum.*
3 *Triennio sufficit non deliquisse, vt quis præsumatur correctus.*
4 *Tres esse puniendi causas.*
5 *Decennio præsumitur obliuio, præsertim si agatur e facto alieno.*
6 *Reatus nomen aliud significans secundum Alcia.*

SVB Titulo de pęnis locatum est responsum Modestini his verbis. Si diutino tēpore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pęna eius subleuanda erit. Sic ēt constitutū est, non eodē modo puniendos eos esse, qui longo tpe in reatu agunt, q̄ eos qui in recenti sn̄iam excipiunt. Qua in re quid conferat tēpus ad minuendam pęnam, perue stigandum est. Et mihi sanè videtur, vel q́p lex diuinæ patientiæ æmula abstineat à puniendo illum seuerè, quē Deus per tot tēpora benignè tulit, vel q́p tēpus ipsum pars pęnæ
1 fuerit. Intelligimus namq; reatum † tempus esse post sequutam condemnationē. Quod ostendit ea comparatio. QVAM EOS, QVI IN PRAESENTI SENTENTIAM EXCIPIVNT. Vel dicamus, q́p si reus nuper deliquisset, ob nouum delictū puniretē, nec haberet ratio antiqui, vt Modestinus considerat. Cuius mēs ea fuit meo iudicio, vt doceret mitius puniēdū esse illū, qui iamdiu deliquit, nullo deinde superaddito scelere, q̄ qui recēs crimē
2 cōmisit. Sed diutinum † tps non minus decēnio regulariter æsti
3 matur. Inst. de vsuc. §. j. sufficit verò aliquem per triennū † vixisse probū, & abstinentē à delicto, vt prę sumamus, eum correctū. §. Hinc aūt nobis. vbi Ang. in Aut. de monach. coll. j. Rom. cōsi. 225. Alci. Doctor meus in Tract. Prę sump. Reg. 2. prę sump. 7. nu. 7. nu. 3. Igitur propter hanc emendationē præsumptam Iurecōsultus benignius agendū esse post tēpus censuit, q̄ in recenti. Pōt & alia non deterior ratio dari. Nam (vt Gellius adnotauit lib. 6. c.
4 14. Noct. Attic.) Tres sunt causæ, † cur nocenter plectantur. Prima est Νουθεσία, seu κόλασις, siue παραινεσις, qđ est Admonitio, vel punitio, quam adhibemus, vt is, qui deliquit, attentior fiat, correctiorq́;. Altera est, quæ ab honoris cōseruatione vocabulū sumpsit, Τιμορία à Græcis appellata. & hęc est vltio pro dignitate, & auctoritate eius, in quem peccatum est, tuenda. Tertia causa est παράδειγμα, hoc est exemplum, vt cæteri à similibus peccatis metu cognitæ pęnæ deterreantur. At cùm qui decēnio (quod, vt dixi, longū est tps) in reatu fuit, tunc cessat tertia causa, nimirùm exēpli, eò q́p tanto tempore, † in facto præsertim non suo, præsumat
5 obliuio. Bar. in l. Qui fundum. §. 2. pro emp. Inducta itaque obliuione, non est, cur lex, aut Magistratus laboret in deterrēdo homines à delicto, cuius iam amplius non meminerunt. Et hac de causa pęna subleuatur. Porrò Alcia. de verb. sig. lib. j. col. mihi 57. Reatum ipsum esse habitum vultus, ac vestium reorū declarat.

Examinata Decij sententia de l. 2. C. de cond. infer. Cap. XX.

1 *Contrarius sensus non sumitur, si incidimus in absurdum.*
2 *Inconuenientia, & absurda multiplicari non debent.*

IN l. prima, de offic. eius. disceptant vario modo Doctores, dùm scrutantur, quænam sit ratio diuersitatis inter l. Reprehendenda. C. de institu. & substitu. & l. 2. C. de conditio. infer. In altera enim turpi spreta conditione, quæ fuit, vt filia diuerteret, si hæres esse vellet, hæreditem scripta nanciscitur. In altera nec reijci conditio potest, qua [illegible] est hæredi, vt caueret, si non diuerteret, nec ex tali conditione sensum contrarium eruere licet; quoniam incideremus in absurdum: & quoties in absurdum
1 incidimus, contrarius sensus † sumi non debet. Ita cōiter Doctores has leges definiuit, sed Dec. in d. l. j. col. 10 post Petr. & Alb.

Source : BIU Cujas

communi refragari ſententiæ,& talem diuerſitatis rationem cō ſtituere videtur.Qm̃ in l.Reprehendenda.ſatis conſtat teſtatricē voluiſſe, vt filia (cuius ſolius in ſupremo iudicio mentionē habuit) ſibi hæres eſſet,idcirco nemini fit præiudiciū,ſi hęc filia maternam capiat hereditatem.Quinimò fauetur vltimę voluntati, dum mater non ſinitur abſq; hærede decedere.At in l.2.& prę iudiciū fit legatarijs, cùm illis nō caueatur,& & lex(qđ eſt prætoris edictum) ſpernitur,ſimulq; voluntas teſtatoris, cuius potiſſimū cauſa inuētæ ſunt huiuſmodi cautiones, vt ait l.2.C.vt in poſſ.lega.Igitur diuerſi ſunt caſus.Nec ratio l.2.C.de cond.inſer.illa eſt, quam Doct. communiter tradunt, nempè ꝙ ſenſus contrarius non ſit ſumendus,cùm reſultat abſurditas,ſed ea eſt,ne plura in-
2 conuenientia aggregētur. † Hæc Decius. Ego verò,quatenus ille negat ex hac lege colligi, ꝙ ſenſus contrarius non ſit ſumendus,cùm reſultat abſurdum,cōmuni adhæreo ſententiæ.Quatenus autē rationem adſignat,ne inconueniens augeatur,hoc iungo cum cōmuni ſententia, conſideroq; teſtatorem duo voluiſſe;vnum affirmatiuum,vt filia caueret,aliud negatiuum, vt non diuerteret, quæ duo iudicia teſtatoris à diſpoſitione legis minime aberrāt;cùm in l.Reprehendenda.prorſus ſit contrariū. Manifeſtè namq; pugnat teſtātis voluntas eū voluntate legis.Ergò ſi volumus dare caſum,in quo nec forma edicti, nec volūtas teſtatoris ſeruetur,oportet ſumere contrariū ſenſum,videlicet,vt filia diuertat;qđ abfuit à mente teſtatoris dicētis, ſi non diuerteret;& ne caueat,quod aduerſatur edicto,vt legatorum,& fideic. nomine caueatur. ſumiturq; hic ſenſus non ex cōditione adpoſita in prin.ſed ex legis reſolutione,cùm Imperator, abſurdū eſſe inquit,ideò perpetui edicti negligi formam; quia voluntati patris ſui non obtēperatur.Atque ita & cōmunis ſententia manet, quia propter abſurditatem vitandam non ſumitur ſenſus cōtrarius,& ſuſtinetur opinio Decij; quia non ſunt incōueniētia multiplicāda.Errat quidē inſigniter Dec.meo iudicio,dùm interpretando finem legis applicat illi rationem ſuam,ne inconueniētia multiplicentur,in quiens,Multiplicaretur abſurdum,ſi filia ſpreta patris cōditione,quæ fuit,ſi diuerteret,nollet ēt cauere, quod eſt contra edictū:Neq; enim mihi conſtat,quod abſurdū ſequatur,quamuis filia voluntati patris iniquæ nō obtemperet. Et nihilominus vera eſt alia eiuſdem Decij opinio, qua inquit ſumi contrariū ſenſum ex cōditione, quæ in ſenſu directo nihil operaretur:& ſi poſtea non attendatur eius ſenſus diſpoſitio.Qm̃ neque in ſenſu directo,neq; in contrario illa cōditio debet aliquid operari,ex quo lex ijs verbis haud quidē diſponit, ſed ſolùm refert diſpoſitionem teſtantis,prę cipitq; illa verba perindè haberi, ac ſi nihil de ea re ſcriptū fuiſſet. Quid igitur ex nō ſcripto, quid ex actu ſtatim à lege reiecto, ſeu recta via, ſeu obliqua colligemus,præſertim cùm neutro caſu quicquam operetur?Decij ſanè proba eſt ratio in ſe,ſed male applicata;aut liber corruptus.

Quid ſit id,quod intereſt,& alia ad rem pertinentia. Cap. XXI.

1 *Leges ad particularia ſe non referunt.*
2 *Id,quod intereſt,facti potius,quàm iuris eſt.*
3 *Verbum,fieri,comprehendit etiam,quod datur.*
4 *Definitio per effectum fieri non debet.*
5 *Rerum nomine Iura non veniunt.*
6 *Præpoſitio,ex,denotat,cauſam immediatam.*
7 *Læſionis nomen lucrum quoque ceſſans complectitur.*
8 *Iudex officium ſuum petenti duntaxat impertitur.*

ANTEQVAM definiam,quid ſit id, quod intereſt, libet de continuatione huius Tituli in C. nonnulla præfari. Nā vī Imperator fuiſſe ſuperfluus,qui de hac re ſeparatim tractaret,cū miſta eſſe deberet Titulo ſuperiori,in quo de ſentētijs, quæ ſine certa quantitate feruntur,agebat.Vī ſiquidem talē eſſe hanc ma-
1 teriam.Neq; ad particularia † leges ſe referunt,ſed ad generalia. l.ſiuus quoq;.§.puto.ff.de hæredi.inſtit. Verùm rñdetur. Qm̃ hæc lex maximam dubitationē tollit antiquitatis, eſtq; perdifficilis; ideo titulū meruit ab Imperatore ſpālē; ne alioqui neglecta videreť.l.Itē apud Labeonē.§.Ait prætor,ne quid,de iniu. Vel alia vtamur rñſione,& continuemus.Viſum erat de ſententijs, quas cōuenit eſſe certas regulariter.§.curare,Inſti.de Actio.Rurſus viſum fuerat,quaſi per modū exceptionis à Regula, de illis ſentētijs,quas licet proferre incertas.Sequebaī,vt videremus de ſentē tijs,quibus ambigi ſolet,in certæne,an certæ ferri poſſint. Nùm ſcilicet incertitudine vitientur, an certæ ſemper eſſe debeant? Qua de re ab antiquis vario modo diſceptatum fuit. Deniq; Iuſtinianus ſtatuit omninò certas eſſe debere.Sanè verò,quod Decius ait,vbi certa quantitas eius,quod intereſt, declarari nequit, póſſe iudicem proferre incertam ſententiam per l.quāquam. ſupra tit.j. falſum eſſe deprehenditur per dictum. §. curare. & quonam modo interpretari debeamus d.l.quanquam,à nobis ſupra declaratum fuit cap.7.Nunc quid ſit id,quod intereſt,perſcrute-
2 mur.& quidem conſtat eſſe potius facti,quàm Iuris, † vt dicitur in l.quatenus.de Reg.iu.Quare difficilis eſt eius definitio,vt in ſimili dixit Iureconſul.in l.mora.in prin.de vſu.Hæc etenim mē-te melius concipimus,quàm verbis effingere poſſimus. Quòd ſi qua definitio ex ijs,quæ traditę hucuſque fuere,proxima veritati accedit,illam eſſe crediderim, quam Gl. ſecūdo loco ponit. Nā id,quod intereſt,conſideratur ex altera parte tantum, vt Doct. aiunt;& eſt tex.in d.l.quatenus.Req; ipſa conſtat, nihil intereſſe aduerſarij,cuius cauſa damnum nobis aliquod euenit,vt illud reſarciatur. Noſtra verò duntaxat intereſt, qui iacturam fecimus. Quam ob rem pulchrè Acc.definiſſe videtur. Eſt damnū emergens,& lucrum ceſſans,nimirùm in perſona actoris ex eo,ꝙ ali-
3 quid fieri ceſſatur à perſona rei. Et ſub verbo FIERI † venit ēt, quod datur,vt cōſentiūt Doct.Cæterùm hæc definitio, ꝙ latius pateat,periculoſa eſt;neq; tamen tutiorem vllam traditam fuiſſe perſpicio.Etenim ſi dicamus id,quod intereſt, æſtimationem eſſe,ergo æſtimatio æſtimabitur, vt ratiocinatus eſt ille Iaco. de Ra.diſcipulus;cui argumento nondum audio reſponſum.Prętea eſto damni eſtimationem parere id,quod intereſt;res per ef-
4 fectum † definiri non debet Bar.in l.j.in prin.de acqui.poſſ.& in l.j.in prin. de app.& cuius arbitrio facienda eſt talis ęſtimatio?Iudicis certè,vt docent,quæcunq; leges de hoc loquuntur. Itaque miſſis pluribus modis, qbus aliquid noſtra intereſt, ſubtilius indaganda eſt materia, de qua Imperator acturum ſe cōſtituit ſub hoc titulo.de ſent.quæ pro eo,quod intereſt,profe. Expendēdūque eſt illud,quod intereſt,dupliciter.Cùm petitur, & cùm ſoluitur.Primo caſu conuenit fortè definitio Gl.quam antea diximus;quandoquidem eò vſque verè eſt damnum. licetque inſuper tueri illam definitionem,quæ terminat illud, quod intereſt, per.æſtimationem,ſi ad mentē actoris eam referamus, dùm ipſe ſecū meditatur,quid,quantumve iure ſit petiturus, eo ꝙ nō detur,vel fiat quod fieri,darive debet, ſeu contrà. At clarius meo iudicio,ſic definietur. Eſt computatio vera damni accepti, vtilitatisve omiſſæ,qa dolo,aut culpa aduerſarij re,iureve noſtro opportunè nobis vti non licuit. Altero caſu, videlicet cùm ſoluī, ita definiemus.Eſt reſtitio vera damna &c.vt ſupra proximè. Siue, eſt tacita acceſſio Iuris noſtri ex manifeſta illius læſione per aduerſarium noſtrum inducta.Quæ definitiones omnes probātur in l.vnica hoc ipſo titulo.Nam computationis nomen indè ſumptus eſt,cùm Iuſtinianus ait. Ne dùm in infinitum computatio deducitur.Vera,ſumptū eſt ex illis verbis.Quod re vera inducitur,damnum reddatur. Atq; ab eodem Reddendi verbo ſumptum eſt vocabulū reſtitutionis; quo in ſecunda definitione vſi ſumus.Re,Iureve noſtro diximus, qm̃ non in ipſis duntaxat rebus,ſed & in Iuribus damnū nobis infligi,vel vtilitas adimi pōt. Vt puta,ſi aduerſarius facturum ſe aliquid certa die ſpopōdiſſet, quod non fecerit, & huiuſmodi. Conſtat aūt Ius aliud eſſe à re-
5 bus,etiam ſi diceretur,mobilibus,& immobilibus, † vt notatur à Bar.in l.Cēturio.in 3.q.prin.nu.28.de vulg.& pup.& in l. fi. nu. 4.de vſufr.leg.Bertran.in cōſ.246.par.j.59.74.& 105.par.2. oportunè inquam,quia tunc temporis, cùm petitur,habituri quidem ſumus,at non opportuno loco,& tempore.

Tertia quoq; ꝓbatur definitio, ꝙ ſit tacita acceſſio:qm̃ inſtar alluuionis accreſcit nobis ius noſtrū in id,quod intereſt. Ex manifeſta illius læſione.Niſi.n damnum probatione liquida cōſtaret,non eſſet reſarciendū, iuxta illa verba legis, vt quod re vera
6 dānum inducitur,hoc reddatur.Et prępoſitio,Ex † denotat cām immediatam.Bar.l.eo tpe.§.fi.de pecu.Dec.in ult.lectu. Rub. C. qui admitti. circa med. Læſione dixi, quia ille proculdubio ius noſtrū læſiſſe dicitur,qui re, iureve noſtro opportune nobis vti
7 prohibuit.Eſtque latiſſima huius nominis ſignificatio,† adeo vt lucrum quoq; ceſſans complecti poſſit,Quod patet multis caſibus;in quibus minor,vti læſus reſtituitur,neq; tamen diminutionem patrimonij accepit.Qualis eſt inter alios l.Minoribus.ff.de mino.Ideoq; in ſuperioribus definitionibus dictum à nobis fuerat,Damni accepti,vtilitatisve omiſſæ.Quorum vtrunq; in fine legis attingitur.Dolo,aut culpa aduerſarij in eiſdem definitionibus adiecerā: qm̃ alioqui,quod intereſt,peti nō poſſet,item niſi peteretur,non ſolueretur.Iudex enim officium ſuū petenti dun
8 taxat impertitur,† l.4.§.Hoc autem iudiciū. & ibi Alex. de dam. inf.Perſtrinxi verò hunc aduerſarij dolum, ſeu culpam in tertia definitione ſub illis verbis.PER aduerſariū noſtrū inducta.Et IN DVCTA dixi tpe tam cōſumato ſm ea,quę no.in l.j.§.Hęc aūt verba.qđ quiſq; iu.Nā ea demū ſęſio reſarcitur, quā accepimus. Atq; hanc tertiam definitionē,vti breuiorē, latioremq; probo.

Defenſa communis quædam opinio ab Alciati impugnatione. Cap. XXII.

1 *Verba in dubio propriè ſunt capienda,præſertim in ſtatutis.*
2 *Præſumere,quam habeat ſignificationem.*

STATVTVM, Ne quis præſumat aliquid facere,non extēditur ad eum,qui facit nomine alieno.Ita cōmuniter Doct.prę cipuè Abb.in c.decernimus. col. 25. de Iudi. Alciatus tñ contra de præſump.in 2.parte in prin.duobus fundamentis. Primo per auth. Item nulla communitas. vbi Gl. in ver.fecerint C. de Epiſcopis,& cle.Deindè,quia temerariè ſuperbèq;,ac de facto aliqd

agere

Source : BIU Cujas

agere(inquit ipſe) non conuenit alieno nomine agenti. Cæterũ ego (quod tam eximij viri, præceptoris q; mei, vt ſæpe attuli, pace dixerim) aduerſus Alciatum ſic tueor communem ſententiam. Quippè cùm ſecundùm ſubiectam materiam ſtatutum in propoſito caſu extendatur dátur. Nam verſimile non eſt, communitatem aliquam vniuerſam, ſeu Principem aliquem ſecularem per ſe quicquam exequi. Quapropter illa auth. porrigitur ad officiales. Hocque ſentit Glo. in ver. Fecerint. Præterea (& hãc ſolutionem veriſſimam eſſe arbitror) Tex. illius auc. loquitur de ipſis officialibus nomine proprio, ideſt propria præſumptione, non ſuperiorum iuſſu aliquid agentibus. Quo caſu dicuntur potius agere nomine ꝓprio, quàm alieno; tametſi alterius nomine officium exercent. Atque id palàm deprehenditur ex initio cõſtitutionis dicentis, Nulla communitas, vel perſona publica, vel priuata, Si quidem priuata perſona, cuius niſi proprio nomine, agere poteſt? Quin etiam, vt illud verbum Præſumat, accipiatur
1 propriè (quod eſt in dubio, † & in ſtatutis potiſſimè faciendum) debemus declarare, ideſt proprio animi motu, & ſuapte temeri-
2 te audeat. † Nam hęc eſt euidens huius verbi ſignificatio, præter aliam notiſſimam, de qua loquitur Titulus de præſump. in Decretalib. Alcia. paſſim in d. tract. At fingamus inſuper Ciuitatem officiali, vt illicitam faceret exequutionem, mandaſſe, eumque fuiſſe exequutum; In quem cadet pęna legis? Nempè in Ciuitatem. Quòd ſi Ciuitatis iniuſſu officialis id pręſumpſiſſet, tunc nõ Ciuitas, ſed officialis puniretur. Oldr. conſi. 66. An ex delicto, & conſi. 315. Circa illud propoſitum. Alterum Alciati fundamentum inutile prorſus videtur; quoniam pręſumptio motus eſt animi; & qui alterius nomine agit, ab alio, non à ſe mouetur. Quare nomen illi præſumptionis non conuenit, ita vt à ſtatuto cõprehendatur. Fortè poſſet Alciatus defendi, ſi declararetur, eum facere nomine alterius, qui non alieno iuſſu, ſed prætextu, puta officij aliquid attentaret. Verum hanc ego defenſionẽ non probo, communisque vſus loquendi rationem in eum retorqueo.

Ratio auc. Ex cauſa. C. de lib. præteri. quam Alciatus in ſuis præſumptionibus cogitandam reliquit, ab auctore explicata. Cap. XXIII.

DOMINVS Alciatus in tracta. Præſump. Reg. j. præſumpt. xij. in fi. Conſidera, inquit, rationem d. auc. Ex cauſa. Cur legatari, qui ſunt minus dilecti à teſtatore, conſequantur ſua legata, hæres verò ſcriptus, qui erat magis dilectus, in totum excluda tui, & nihil habeat? Qua in re ſic ego cenſeo. Inſtitutum ideò nihil conſequi; quia non tàm propria dilectione inſtitutus eſt à teſtatore, quàm odio pręteriti indebitè, vel exhæredati. Aut certè vtraque ratione coniunctim. Inq; hoc potiſſimùm conſiſtit iniuria eius, qui ſine cauſa præteritus, exhæredatusve fuit: lex autẽ iniuriæ non fauet; immo & hæc erit altera, magisq; plana ratio, cùm Imperator in ea auc. ſtudeat remouere iniuriã ex indigna præteritione, ſiue exhæredatione natam, quod laſ. ibidem in j. col. teſtatur, non poterat profectò melius iniuriam remouere, quàm in locum inſtituti præteritum, ſiue exhæredatum admittendo. In quo cõſiſtit omnis iniuriæ medicina. legata autem nullam præterito, vel exhæredato iniuriam inferunt, ſeque commodè habent cũ remedio d. auc. perindè ac ſi ipſo initio hunc, quem lex vocat, teſtator inſtituiſſet. Atque hæc (ni fallor) eſt vera eius tex. ratio. Legata enim ſuſtinentur, quia non impediunt remedium d. Auc. Inſtitutio verò, quòd illud impediat, prorſus euertitur.

Qua de cauſa Medicus ob imperitiam malè curans teneatur ex maleficio, Iudex verò male iudicans ex quaſi maleficio. Cap. XXIIII.

1 *Actui neceſſario plus fauetur, quàm voluntario.*
2 *Affectata neceſſitas non prodeſt.*
3 *Litis nomen Actionem ſignificat, ſiue in rem ſit, ſiue in perſonam.*

IMPERITIA Medici culpæ adnumeratur, veluti ſi Medicus ideo ſeruum tuum occiderit, quia malè eũ ſecuerit, aut perperàm ei medicamentum dederit. Teneturq; primo capite legis Aquiliæ. §. Præterea. Inſtitutio. de l. Aqui. Iudex verò, qui per imprudentiam Ius alicuius læſerit, ex quaſi maleficio obligatur; & quantũ ea de re alteri Iudici æquũ viſum fuerit, pęnam ſuſtinet. Inſti. de obl. quæ ex quaſi delic. naſcun. in prin. Quæ nam diuerſitatis eſt ratio? Põt quippè Iudex per imprudentiam aliquẽ morte multare. Et cur non inſtar Medici ex maleficio obligabitur? Nùm lex claudicat, fauetq; magis Iureconſultis, quàm Medicis, vbi ęquè delinquitur? Angelus in eo. prin. reddidit rationẽ; quoniam Iudex ex neceſſitate iudicat, faueturque magis exercenti
1 actum neceſſarium, quàm voluntarium † l. ſi fideiuſſor. §. j. qui ſatiſda. cogan. ſed cùm Iudici fuerit ab initio liberum non ſuſcipere munus iudicandi, videtur hãc neceſſitatem, tanquam affecta-
2 tam, † illi minimè prodeſſe debere, arg. l. 2. §. pen. ſi quis cau. Aut certè eadem ratione videtur excuſandus Medicus, qui poſtquã ægrotum curandũ ſuſcepit, ex neceſſitate proſequi tenetur. Præſertim ſi, quod vſu venit, fingamus eũ à ciuitate aliqua publico ſtipendio fuiſſe conductum. Nõ eſt igitur proba Ang. ratio. Propterea quę ipſe conſidero tex. in d. prin. loqui de ſolis pecuniarijs cauſis, in quibus ſi Iudex ob imperitiam quemquam læſerit, ex quaſi maleficio obligatur. Vt enim à ſufficienti partium enumeratione arguamus, quod argumenti genus validiſſimũ eſt, cùm neque Iudex obligetur ex cõtractu, nec quaſi, quòd patet legẽti titulos. Quibus mod. re contrah. oblig. & de literarum oblig. & de oblig. ex conſen. Nec item ex maleficio, quia nec furatur, nec rapit, nec in corpus offendit, nec inſectatur contumelia, qui ſunt modi delinquendi, vt apparet ex titulis 4. lib. Inſtitutio. vſq; ad ipſum titulum de oblig. quæ ex quaſi delict. naſc. conſequens eſt, vt ex quaſi maleficio obligetur. Etenim Ius lædit alterius. Atque hoc eſt proprium argumentum eius tex. in principio. Cuius verba palam teſtantur Imperatorem ſub eo titulo nullo modo
3 voluiſſe capitales cauſas amplecti. Ait enim, Si IVDEX litem ſuam fecerit. LITIS † verò appellatio nihil ſignificat amplius, quàm actionem in Rem, ſiue in perſonam l. litis de Verb. ſigniſ. Porrò ſi per imperitiam Iudex morte aliquem damnauerit, per titulum, Quod quiſq; Iuris, eadem pęna plectetur. Et ſic par erit Medici, Iureconſultiq; hominem occidentis conditio.

Quomodo furis, & raptoris pęna dicatur eſſe eadem. Cap. XXV.

FVR poteſt teneri in minus, aut in plus, quàm raptor, prout euenerit, ꝙ cum furto, vel ſine deprehẽdatur. At raptor ſem per tenetur in idem. Hæcq; fixa, & certa pęna exæquat dubiũ illud, quo fur in plus, vel in minus teneri poteſt. Lex enim futuri euentus in certa id ab initio ſtatuere non potuit, ideoq; dixit pęnam furis, & raptoris eſſe eandẽ; quaſi deducere voluerit ſimplũ ex eo quadruplo extra rẽ, in quo tenetur fur manifeſtus, & hoc adijcere duplo illi, in quo fur nec manifeſtus obligatur. Ita nãq; fit, vt cùm duo ſint genera furum, vnicum verò genus raptoris, vtriuſq; furti pęna cumulata duplicet pęnam rapinæ. Quod ſi in raptore manifeſtum liceret à nõ manifeſto ſecernere, eſſet vtique eadem, quæ furi ſtatuta eſt pęna. Verùm hæc manifeſti, & nõ manifeſti omiſſa in raptore diſtinctio, qđ furi manifeſto detrahit, id furi nõ manifeſto addere vĩ. Sicq; promiſcuè, & in ipſa mẽte legis conſiderata par eſt furis, ac raptoris pęna. Fur etenim in genere, atque item raptor conſiderandus. Simulque cogitandũ, ꝙ inquantùm raptor manifeſti, & nõ manifeſti diſtinctionem haud patitur, deterioris eſt conditionis, inquantùm verò pœna illius nunquàm aſcendit ad quadruplum, meliore fruitur conditione. Atque hæc veniunt ad declarationem text. Inſtitutio. vi bon. rap. in princip.

Limitata communis quædam concluſio circa naturam Tituli de condict. cauſa data cauſa non ſequu. Cap. XXVI.

1 *Paria ſunt vel cauſam omninò non ſequitur duntaxàt de facto, & non de iure.*
2 *Idem eſt non facere, vel ita facere, vt ſuſtineri nequeat.*

GLOSSAE in Rub. ff. & C. de cõd ob tur. cauſam & ff de cõdi. indeb. Atq; in his locis Doctores vno ore oẽs cõſtituũt hanc differentiam inter cõdictionẽ ob cauſam, & condictionẽ indebiti; ꝙ illa reſpicit cauſam futuram, hæc præteritam. Bartolusq; adeò tenet hanc opinionem, vt in Rub. ff. de cond. ob tur. cauſam, neget condictionem ob cauſam poſſe vnquam habere locum, ſi cã ſit præterita. Et Roſr. in 4. par. libellorũ ſub Rub. de cond. cã da. col. 2. pro tertio requiſito ad experiẽdum illa actione, neceſſarium eſſe, inquit, vt cauſa tempus futurum reſpiciat. Nec reperitur in ſumma, qui contrariũ dicat. Ipſe tñ nouè ac notabiliter dico dari caſum, in quo talis cauſa poteſt eſſe præterita. Et ſic limito generalẽ concluſionem. Finge (quod mihi ex facto contigit) putaſſe me, ꝙ tibi competeret ius aliquod in re, in qua nullũ ius habeas; atq; vt huic iuri renũciares, pecuniã me ſoluiſſe; renũciaſſi; compertum eſt deinde nullum vnquam Ius in ea re apud te fuiſſe. nũquid repetam? & qua actione? certè repetam actione cauſa data, cauſa non ſequuta. Tex. eſt in terminis in l. 3. §. Si liber homo. de con. cauſa da. Nihil eñ intereſt, vel cauſam
1 omninò non ſequi duntaxàt de facto, & non de iure, † vt notat ibi Bar. Quapropter communis illa cõcluſio declaranda eſſe videtur, vt obtineat in ea tantùm cauſa, quæ de facto, & de iure ſimul impleri potuit, non vltrà. Quare & Gloſſæ in prælegatis Rubricis ſe referunt ad cauſam honeſtam. Sed ſi cauſa eiuſmodi ſit, vt de facto tantum, non autem de iure potuerit impleri, tunc non diſtinguitur inter præteritam, & futurã. Verùm vtcunque ſit, competit actio. Atque ita declarare conuenit verba ipſa Rubric. de cauſa da. cauſa non ſequu. de facto ſcilicet, & de iure ſimul. Nam ſatis non eſt cauſam de facto ſolùm, cui ius
2 non aſſiſtat, ſequi; cùm idem ſit † non facere, vel ita facere, vt ſuſtineri nequeat. Text. optimus in l. eleganter. §. penult. in

Source : BIU Cujas

ver.ſanè.de cond.indeb.Old.conſi.288.ſecunda quæſtio eſt. col. 2.vbi nos huius loci meminimus.

Cautio, vt ſemel tantùm in aliqua inſtantia citato reo, poſſit contra illum ad omnes actus, & ad ſententiam quoque procedi. Cap. XXVII.

CITETVR ſemel in limine iudicij reus ad debitè procedendum,& abſque alia citatione poterit aduerſus eum vel vſq; ad condemnationem procedi. Quod nos docet Oldr. conſ. xij. Quæſtio eſt prima.in fi.

Legitimam non eſſe de iure naturæ: ex quo ſequitur, ꝙ poſſit tolli ſtatuto. Cap. XXVIII.

1 *Declaratur.§.ſed naturalia.in Inſtitutio.de iu.nat.gen.& ciui.*
2 *Agathonis ex Ariſtotele ſententia.*
3 *Legitima non eſt principaliter de iure naturæ, ſed acceſſoriè.*
4 *Ex qua cauſa filius exhæredari poteſt,ex eadem priuari alimentis.*
5 *Ciceronis quædam ſententia ad Brutum.*
6 *Lex diuina appellatur natura.*
7 *Deus propter noſtra delicta mutari dicitur.*
8 *Lex ciuilis habet fatultatem declarandi legem naturalem.*
9 *Iniquum eſt in immeritos beneficia conferre.*
10 *Q.Metelli Numidici pulchra ſententia.*
11 *Fallentem fallere licet,etiam ſi fides ſit iurata.*
12 *Filio ſpurio nulla debetur legitima.*
13 *Legitimum ſtrictè appellari conſueuit,quicquid deſcendit à lege ciuili.*
14 *Communis in hac re opinio.*

1 QVOD dicitur,Iura naturæ immutabilia eſſe.§.ſed naturalia.Inſtit. de Iur.nat.gen.& ciu.† Arbitror intelligendũ de his,quę alicui ex ipſo ortu ita affixa ſunt,vt nullo modo diuelli poſſint,neq; pro infectis haberi.Eſtq; hmõi ſanguinis coniunctio,cuius meminit idẽ §.Neq; enim qui natus eſt ex aliqua agnatione,põt ex ea nõ eſſe natus.Quia,vt Ariſtoteles Agatonem referens lib.Ethi.6.c.2.aiebat,† Hoc etiam ipſe Deus, ſoloq; carere vr̃,Infectum haud faciat,quod factũ eſt,atq; peractũ.

Id namq; implicat contradictionem,quæ in Deo non eſt,cuius perfecta ſunt opera.Deut.32.& qui omnia fecit in ſapientia. Pſal.103.& à quo quęcunq; ſunt, ordinata ſunt, Pau.ad Ro.c.13. Taliſq; eſt cuiuſq; ortus.Cæterum loquendo de legitima,eſtò ꝙ poſſit dici eam eſſe de iure naturæ,nõ eſt tñ principaliter,ſed accedit.† Quod patet,quia ex eo,ꝙ ſit filius,conſequitur quis legitimam.Neq; id nobis tam firmiter adhæret,vt ſeparari nequeat. Quamuis enim propinquitas ſanguinis auferri non poſſit,fauor tamen ille,qui dari propinquitati ſolet,interdum auſertur,exemplum in filio,qui cauſam commiſit ingratitudinis, ex qua potuerit exheres ſcribi ſecundum.§.Aliud.in Auct.vt cùm de app.cognoſci.Nàm ex eadem poſſunt illi negari † alimenta. Coraſ.in l. qui liberos.in ver.Pater.de iu.dot. Neq; tamẽ propterea filius eſſe deſinit,ſed eo ſe beneficio reddit indignum, quo propter filiationis exiſtẽtiam dignus ante habebatur:ſicut è contrario de parentibus impijs dictum eſt à Cicerone ad Brum. † Hoc (inquit) præclarè legibus conſtitutum eſt,vt charitas liberorũ amiciores parentes Reipublicæ redderet. Itaq; pater crudelis in liberos, nõ is,qui patrem hoſtem iudicat.Ad hæc arguẽdo à natura ad Deũ, quod argm̃ valet,quia Deus eſt natura naturans, & natura aliquando pro Deo exponitur,vt Glo.inſtitu.de iu.nat. gen.& ciu. in prin.& lex diuina dicitur conſiſtere † natura c.2.diſt.j. Quemadmodùm Deus propter noſtra delicta mutatur,† ſeu mutari dicitur, quod vidimus contra Heli ſacerdotem, & eius familiam. 1.Reg.2.ſic non eſt abſurdum,vt natura ex cauſa aliquando mutetur, & priuilegium poſt culpam adimat, quod ante contulerat. Nec obſtat, ſi dicatur, naturam quidem per ſe poſſe mutari, ſed non per legem ciuilem;Quoniam reſpondeo,naturã † poſſe per legem ciuilem declarari nõ minus cùm adimit, quàm cũ defert. Et vnde, niſi ex lege ciuili habemus, ꝙ natura det legitimam?At qua lege natura dãs declaratur, eadem auferens declarari poteſt;cùm ſit æqualis contrariorum ratio.Doct.in d.§.Sed naturalia.Vtque in antiquis Domini de Rota dixerunt deciſ. 18. Quoties ob delictum filius à ſtatuto priuatur legitima, videtur ille ipſe præſtare conſenſum aduerſus ſe,nec tã per legem,quàm per propriam eius voluntatem priuari legitima, ex quo certior de pena factus fuerat. Neque hinc diſtat Oldradi argumentum conſ.15.circa proceſſum.in fi.l.auxilium.ff.de mino.l.pen. C.de pac.Facit,quod notat Marian.in c.ſi diligenti.col.3.extra de Renuncia.vbi ait valere pactum,per quod filius renũciet legitimę. Accedit duplex ratio, atque apud Iureconſultos acceptiſſima. Nam Regulæ omnes ſiue naturalis,ſiue alterius cuiuſcunque iuris ad terminos habiles reſtringuntur, iusque ipſum naturale ſummam ęquitatis rationem habet. Qui ergò à iure naturæ beneficium aliquod conſequuturus eſt, is eo ſe dignum profiteatur, neceſſe eſt,quoniam ęquitati repugnat,vt in indignum beneficia conferantur.† Perrecteque Cic.Benefacta malè colloca ta,malefacta arbitror.Ex quo vel Deus ipſe naturæ,atque æquitatis parens,poſt factas Dauid promiſſiones,ꝙ ſemen illius in ęternum maneret,pſal.88. ſtatim ſubiecit, ſi autem dereliquerint filij eius legem meam,& in iudicijs meis non ambulauerint,ſi Iuſtitias meas profanauerint,& mandata mea non cuſtodierint, vi ſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Extatque pulchre Q. Metelli Numidici ſententia † penes A.Gellium Noct.Atti.lib.1.cap.2.his verbis.Dij immortales plurimum poſſunt, ſed non plus velle nobis debent, quàm parentes. At parentes,ſi pergunt liberi errare, bonis exhęredant.Quid ergò nos à Dijs immortalibus diutius expectemus, niſi malis rationibus finem facimus? Iiſdem Deos propitios eſſe æquum eſt, qui ſibi aduerſarij non ſunt. Ad hæc quàm graue eſt fidem frangere?l.j.in prin.de pac. Et frangenti nihilominus rectè frangitur, etiam ſi fuerit iurata. † Bertran.conſi. 134. Viſis copijs.nume. 2. par. 2. igitur ex cauſa recedere licet ab eo, vnde prius non licebat, etiam in terminis iuris naturalis. Nam fides eſt à iure naturali,intelligendo de iure gentium,vt Glo.not.in d.l.1. in prin.de pac.Atque hinc etiam deſcendit legitima,vt quæ ſolis ſit hominibus inter ſe communis. & hac tamen ex cauſa denegatur quibuſdam, † veluti ſpurijs. auc. ex complexu. atque ibi Doct.C. de incc.nup.Quòd ſi ius naturale primæuum inſpicere voluerimus, nulla pars certa diſtingui poterit, cùm omnia tunc temporis eſſent communia. §. j. Inſtitut.de iu.nat.gen. & ciui.ſubſequentes igitur leges naturale ius, & gentium ex cauſa moderari potuerunt; & ſic non eſt inconueniens, quòd legitimam quoque potuerint auferre iuſta aliqua concurrente cauſa, dato ꝙ legitima ab aliquo ex antiquis illis iuribus deſcendat.Mihi verò (vt planè dicam,quod ſentio) ſatis ex ipſo nomine † perſuaſum eſt,legitimam à iure ciuili fluxiſſe,non aliundè; ſicut hæredum vocamus legitimum, cui lex ciuilis hæreditatem defert; legitimum tutorem,cui tutelam.l.j.C.de ſuis,& legi.libe.l.legitimos.de legit.tut. Cur enim eodem nomine appellarentur, ſi diuerſam haberent originem?Retorto argumento l.ſi idem.C.de codi. Ex quo itaq; fluxit à lege ciuili, ab eadem tolli proculdubio poteſt.§. minus. Inſtit.de hæredit.quæ ab inteſtato defe.Huc conferunt, quæ no. Glo.in l.Ius ciuile,& in l.manumiſſiones.de Iuſtit.& iur. & in c.à nobis. de deci. Quoniam & ſi iuris naturalis ſubſtantia tolli nequit,poſſibile tamen eſt aliquem effectum exteriorem tolli, cõſtitutionibuſque hominum effici poteſt,vt iura naturę habeantur perindè, ac ſi eſſent immutata. Doct. in eo. §. Sed naturalia. Nec niſi fortiſſimum argumentum meo eſt animo; ꝙ cùm legitima dicatur decerni pro alimentis,ſicut quis poteſt delinquẽdo ſe reum mortis efficere, ita etiam poſſit ſe priuare alimentis. Quo genere argumenti Tyrannum inſectatus eſt Cicero offi. 3. his verbis.Neque eſt contra naturam ſpoliare eum, ſi poſſis,quẽ honeſtum eſt necare. Et ex his concludo legem municipalem præſcribere poſſe pœnam,qua quis ob delictum priuetur legitima.Qua in re altercati ſunt Doct.à ducentis annis citrà, vt adſeuerat Soci.conſ.150.in prin. Hanc autem partem, quam ipſe tueri conatus ſum,crebriore calculo † comprobari,dicit Io.Nic.ad Alcia.de preſump.Reg.j.præſump.8.Rota deciſ.18.in antiq.Bertran.conſi.95.Quæſitum eſt.num.j.vol.3.Cur.iun.conſ.feud. 10. col.3.in fi.Benedictus de Benedictis.conſ.pen.

Matrimonium cur ab vxore potius, quàm à viro denominetur? Cap. XXIX.

1 *Mater certa,pater verò incertus.*

CVM patris, & matris nomen reſpiciat filiorum procreationem,qui finis eſt matrimonij,non autem ipſam maris, & fęminæ coniunctionem, concubitumque, iure optimo effectum fuit,vt matrimonium à matre potius, quàm à patre denominaretur,tanquam à certiore cauſa. Nam † mater ſemper eſt certa, pater verò incertus.l.quia ſemper.de in ius voc.Quòd ſi nulla in eo nomine ratio filiorum haberetur, ſed ſimplex coniugale cõmertium exprimi tentaretur; præſtaret vtique à viro, quàm ab vxore deducere, vtpotè à cauſa digniori, argu.l.quæritur.de ſtaho.ſiue ab vtroque,quod ſit,cùm dicimus coniugium. Hæc(teſtor Deum)ſcripſeram,mirificè veluti meo fœtu delectatus, cũ repeti Decium hoc ſentientem in l.Imperium. col. 2. de Iuriſdi. omnium iud. & poſt aliquod tempus Coraſium id fuſius explicantem in l. qui liberos.num.77. de iu. dot. Nec poſſum tamen mihi ipſi non ſummoperè gratulari, qui tantis viris ſimilia cogitarim.

Cur mutuum,indebitè ſolutum,commodatum, depoſitum, & pignus dicantur re obligare magis, quàm cæteri contractus? Cap. XXX.

RE contractus ideò dicuntur, quia cùm obligatio naſcitur, & cùm extinguitur,res ſemper interuenit,atque eadem ſaltem in genere; Idque ex natura contractus. Nam in locatione precium abeſt; de qua poterat fortè magis dubitari.

Quomo-

Source : BIU Cujas

Quomodo defendi Iustinianus possit, qui solutionem indebiti, vt contractum posuit. instit. quib. mod. re contrah. oblig. & eandem alibi inter obligationes ex quasi contractu statuit. Cap. XXXI.

SOLVTIO indebiti respectu accipientis est vera obligatio, & contractus; respectu dantis quasi contractus est. Ille enim tenetur ad restitutionem. Hic nullum habuit animum obligandi. Et hæc est ratio, cur ponatur de eo. §. sub titulo, quib. mod. re contrah. oblig. & alius sub tit. de oblig. quæ ex quasi contrah. nascun. Hicq; euenit, ꝙ verba obligationis conferuntur in accipiētis personam. Est etiam ratio, quare cōtractus appelletur; qm̄, cū præsupponatur excusabilis error in dāte, præsumimus illum habuisse animum repetendi, quoties resciret, se dare non debuisse.

Declaratus. §. j. in Institutio. quibus modis re contrah. oblig. Cap. XXXII.

EA verba, Ei ab eo condici potest, si apparet eum dare oportere, Iudicio meo talem interpretationem recipiunt, idest, vt condemnetur is, qui indebitum accepit, ad restituendum ei, qui soluit, nisi simus in aliquo ex casibus exceptis, quos notat ibi Glo. in ver. Accepisset. Similis inclusio in l. Si curatorem. C. de in integr. restitutione min.

Cur in Iure amicus passim ex ordine scripturę anteponatur consanguineo? Cap. XXXIII.

1 *Amici beneuolentia firmior, quàm propinqui.*
2 *Auctor huius operis librum edidit de priuata reconciliatione.*

HOC præstat amicitia propinquitati (ait Cic. in Lælio) ꝙ ex
1 propinquitate beneuolentia tolli potest, † ex amicitiæ autem non potest: sublata enim beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, propinquitatis manet. Atque hanc ego rationem esse puto, cur lex amicum prius, quàm consanguineum nominauerit semper. Amici namque beneuolentia certa est, & indubitata, consanguinei verò duntaxat præsumpta. Qua de re tractat Alcia. de præsumpt. Reg. j. Præsumpt. 28. Nos hoc ipsum attigimus
2 † de priua. reconcilia. Cap. 18.

RAINALDI CORSI Indagationum Iuris LIBER II.

Actionis definitionem ab Imperatore traditam in 4. lib. Institutionum complecti realem æquè, ac personalem actionem. Cap. I.

1 *Persequendi verbum commune est ad realem, & ad personalem actionem.*

MIRO modo se torquent Glossæ, Doctoresque, dum disputant, an realis actio cum personali definiatur, an vltima tantùm. Verùm ꝙ æquè prior ambæ definiātur, facilè cognoscitur ex eo, ꝙ Imperator verba definientia retulit ad rem, non ad personam. Neq; enim dixit, EST IVS persequendi debitorem, sed, QVOD debetur. scilicet siue illud sit aliquid faciendum, siue dandum personale antecedente obligatione, siue res sit ad nos iure dominij pertinens. Cuius namq; rei domini sumus, ea nobis debetur, & obstricta est, quemadmodum dicimus de seruo. Patet hoc ipsum, videlicet ꝙ vtraq; definiatur, ex processu Tituli; quoniam post præmissam definitionem, diuidit, & vnamquanque prosequitur, semperq; appellat actionem illam etiam, quæ realis est. Quare cùm definitio fuerit tanquam fundamentum, seu potius summa totius tituli, non est dubium, quin declaranda veniat ex reliquis tituli partibus. Acce
3 dit verbum ipsum PERSEQVENDI, † quod est commune ad vtranq; actionem l. actio in personam. ff. de actio. & oblig.

Cur Inscriptiones librorum, & titulorum rubris literis scribere moris fuerit, vndè & Rubricarum nomen sortitæ sunt. Cap. II.

1 *Antonius Thylesius Consentinus auctor libri de coloribus.*
2 *Phœnicibus inuentum literarum adscribitur.*
3 *Phœniceus color qui.*

NVSQVAM actum apud Iurisconsultos inueni, cur Rubricas antiqui rubro colore scripserint; ex quo & nomē illi inditum, & seruata fuit hactenus ea cōsuetudo. Solus Io. Pratus in Rub. si cer. pet. intempestiuam quæstionem excitans hoc sentit, minusq; bellè explicat. Nàm cur (inquit) Rubricæ scribuntur rubris literis? Ideò, quia primi scribentes fuerunt secundum Isidorum quidem vocati Senites, qui scribebant in rubro; & quia erant secundum quosdam adhærentes mari rubro. Quę quidem responsio eò est ineptior, quò reddit rationem originis, cùm de causa quæ fuisset. Mihi igitur tanquàm aliud agenti sese obtulit
1 libellus de coloribus Ant. † Thylesij Cōsentini, cuius verba hic adnotare statui, ꝙ pręclarè hanc dirimant controuersiam. Sunt verò eiusmodi cap. 13. Vtebantur (ait) veteres, quod nunc etiam seruatur, cùm librorum titulos notarēt, colore phęniceo, in ho-
2 norem, memoriamq; phęnicum † quos literarum, tradunt fuisse inuentores. En itaque vndè venerit consuetudo scribendi rubricas. Nam Phęniceus † color flagrās est, & vti viola flammea. Quod idem Thylesius 10. cap. eiusdem libelli præmiserat. Et videre est in Noct. Atti. Gellij lib. 2. cap. 26. ac libro seq. cap. 14.

Argumentum à contrario sensu ex mente legis, & verborum proprietate esse. Cap. III.

ARGVMENTVM à cōtrario sensu, sicut fortissimum est in iure, ita ex mente legis, & ex verborum proprietate venit. Quicquid Doct. cōtrouersentur in l. j. de offi. Qua in re, dùm Scholaris Bononię agerem, ego consueui ponderare Tex. à nemine prius animaduersum; neque (quod mihi constet) in hoc articulo allegatum in l. Iurisgentium. §. prætor ait. coniuncto. §. dolo malo. ff. de pac. Prætor (inquit tex.) ait. Pacta conuenta, quę neque dolo malo, neque aduersus leges &c. facta erunt, seruabo. Deindè subijcitur. Dolo malo, ait Prætor, pactum se non seruaturum. Quis amabò Textum desideret apertiorem? Vlpianus prætoris verba resumens, vt ea declaret, ait, inquit prætor. Non autem colligitur ex mente prætoris.

Quid consequatur hæres, cui falcidia denegata est. Cap. IIII.

1 *Pietatis fructus ex Paulo.*
2 *Biantis sententia.*

LVCRVM, quod hæres percipit implendo voluntatem testatoris, qui illum expressè compescuit à beneficio legis Falcidiæ, illud est, bene facti scilicet recordatio, atque ipsum pietatis officiū. Quod noto ex tex. in §. sin verò expressim. in Aut. de hæredib. & fal. Est enim (vt Pau. j. ad Tim. 6. inquit) quæstus magnus
1 pietas † cum sufficientia. Vtque Bias vnus e Græciæ sapientibus
2 ait. † Qualia feceris parētibus, eadem à liberis expecta. Hinc tollitur quęstio, quomodo possit testator falcidiam prohibere, quā lex fauore testamenti, vt hæres ad adeundum inuitaretur, induxit. Corroboraturque decisio Bartoli in l. Nemo potest, num. 4. de lega. 1. Cui subscribit D. Alciatus in lib. Præsump. Reg. 3. Præsump. 22. in fin.

In auaritiam Aduocatorum notatus textus. Cap. V.

1 *Honorarium est, quod aduocato patrocinij causa præstatur.*

CONTRA Aduocatos, qui ab amicis nomine officij pecuniam extorquent, habemus l. j. in fi. ff. manda. Vbi talis adsignatur ratio. Contraria porrò est officio merces. Nec ob. Hono
1 rariū † esse, quod aduocatis patrocinij causa præbetur. l. j. §. proindè. de var. & extraord. cogni. Nam verum est semper, vbi pecunia interuenit, nihil officij, neque amicitiæ nomine posse præstari, vt ea lege dicitur.

Apud forum Cæsaris in causis appellationum induci posse testes super eisdem articulis. Cap. VI.

1 *Bartolus in hoc articulo dormitasse fertur.*
2 *Bartoli laudes.*
3 *Corrigium Auctoris domicilium locus insignis.*
4 *Ea demum sententia Doctorum amplectenda est, cùm maior pars ita disputando concluserit.*
5 *Doctori de consuetudine attestanti creditur.*
6 *Glossæ auctoritas quanta.*
7 *Lex dubia recipit interpretationem à consuetudine.*
8 *Deficiente in foro Cæsaris consuetudine recurrimus ad Ius canonicum.*
9 *Discordia legistarum, si consuetudo adsit, conciliatur per eam, sin minus, per sententiam canonistarum.*

TERQVE, quaterq; contigit, vt cū longæuis, ac spectatis doctoribus aduocando contēderim super ardua illa quæstio-
1 ne, in qua Bartolus errasse fertur, nùm scilicet indistinctè reijci debeant testes in cā appellationis, cùm producuntur super eisdē articulis, super quibus fuerūt in priore instantia examinati, publicatiq;. Timor enim subornationis obstat. Cle. 2. de testib. Quę ratio, cū sit generalis, debet omni in loco indistinctè seruari. Itē (vt quidam Iudex obijciebat) de periculo animę tractari vī. Quā autem cōmutationē dabit homo pro anima sua? Matth. 16. Præterea iuris ciuilis interpretes in hoc articulo minimè sunt cōcor
2 des. immò Bartolus supremus Doctor, † cuius traditionib. solet inesse substātia veritatis, quemadmodū Ro. ait in cōs. 469. & Ias. in cōs. 146. col. 4. vol. 2. palàm dissentit, habetq; suæ fautores opi-

Source : BIU Cujas

nionis, Alexandrum in conſ. 58. vol. 2. & 84. in 4. ſpec. nonnullo loco. Barba. in d. Clem. 2. Maria. antiquum in repet. c. fraternitatis. de teſtib. in 6. & 11. art. principali. Ex quo ſequitur, q̃ diſcordantibus legiſtis, conuenientibus autem Iuris Pontificij doctoribus, horum ſententia ſit omninò tenenda: præſertim cum dicatur eſſe munita tex. in §. quia verò. & in §. Illud. in Aut. de teſtibus. Cæterùm his nihil obſtãtibus defendi & obtinui; alijq; poſt me defenderunt, & obtinuerunt coram Iudicibus maximè peritis, & coram me ipſo etiam, qualiſcunq; ſim, vt in cauſis appellationum teſtes ſuper eiſdem articulis reciperẽtur. Si quidem lex ipſa cum Gloſſa, & cõſuetudine atq; communi Doctorum ſententia pro nobis ſtat. Etenim habemus tex. apertum, & nuſquam correctum in l. eos. §. j. C. de app. Necnon alium tex. in l. per hãc. ſeq. Tit. Vbi Gl. in fi. quæ hunc articulum diſputat, & tãdem pro noſtra parte concludit. Alia Gl. in aut. at qui ſemel in ver. productione, C. de proba. Non ſolùm ita iuris eſſe, ſed ita ſeruari dicit. Gloſſa quoq; canonica in d. c. fraternitatis. in ver. Nouis. tametſi leges canonibus concordare ſtudeat, affirmat tamen ita ſeruari in foro ſeculari. Et eam Gl. ibi ſequitur Abbas. Speculator (quicquid aliquis de eo ſentiat) in tit. de teſte. §. ſatis vtiliter. col. 2. dum numerat caſus exceptos à regula, q̃ publicatis atteſtationibus teſtes produci non poſſunt ſuper eiſdem capitulis. Duodecimus (inquit) caſus eſt in cauſa appellationis. Et liberè ſequitur hanc opinionem allegans vltra decretalem, cùm Ioãnes. de ſi. inſtru. d. aut. at qui ſemel. Quòd ſi alicubi refragari videatur, loquitur de ijſdem teſtibus iterum non producendis, non de ijſdem capitulis. Lanfr. in ca. quoniam contra. col. 64. in priſcis codicibus in ver. teſtium depoſitiones. ver. Item prædicta non procedunt in cauſa appellationis: ſic tandem concludit. Tamen opinio legiſtarum ſeruatur in foro ſeculari, canoniſtarum, in foro Eccleſiaſtico. Papien. in forma oppo. contra teſtes. ver. ſuntq́ue publicatis. col. j. atque 2. Brunatius in inſtitutione rerum iudicialium, qui Agon inſcribitur, & ſub Rub. de prouoc. & app. nu. 36. ver. Quarto quæritur. ad fi. eius tit. Cy. Bal. Ang. atque alij cõmuniter à Bar. diſſidentes in d. l. per hanc. Vbi hęc ſunt Baldi verba pręciſa in 6. col. nu. 23. Vtrùm didicitis teſtificatis poſſit ad cõfirmationem, vel infirmationem eorum in cauſa appellationis fieri nouorũ teſtium productio, & examinatio: Et hæc lex ſecundùm omnes legiſtas communiter determinat iſtam quęſtionem, q̃ ſic, vt pleniore ſubueniatur veritati lumine. Idẽ Bal. in d. aut. at qui ſemel. firmat hãc opi. Idem in d. l. eos. §. j. ſic ait. Tu tene opi. legiſtarum in foro Cæſaris, & Canoniſtarum, in foro beati Petri. Ang. in cõ ſi. 155. in quęſtione vertente inter Dominum Micheletum, col. j. ver. Et ſunt prædicta, conſtare inquit, q̃ talia capitula in foro ſeculari ſunt admittenda. Martinus Garatus in tracta. de opin. Bar. reprobatis hanc probat opinionem; & Bartolum, qui contrariũ dixerit, reprehendit. Curtius vnus præ cæteris maximè notabiliter, & indubitanter adſtruit hanc eſſe communem ſententiam, à qua non ſit iudicaauro diſcedendũ, in repet. l. admonendi. col. 9. in fi. & 10. & in prin. nu. 35. & ſeq ſuper 3. not. ff. de Iureiur. Quo in loco videatur omninò. Atque hæ ſunt auctoritates nuſquam alibi ſic congeſtæ, quibus concluditur apud forũ Cæſaris in cauſis appellationum poſſe teſtes ſuper antiquis capitulis produci, maximè ſi teſtes ſint noui, & diuerſi. Meq́ue ita, & alios poſt me
3 obtinuiſſe atteſtor in inſigni domicilio meo † Corrigij, Vbi vt primùm hæc protuli, viſus ſum peperiſſe monſtrum. At paulatim admiratio verſa eſt in conſenſum. Et ita etiam ego iudicaui, & ſi vſu venerit DEO dante, iudicaturus ſum. Contraria omnia argumenta tolluntur ex ipſa diſtinctinctione fori; qm̃ in ſeculari foro noſtra, in eccleſiaſtico diuerſa ſentẽtia obtinet. Ideo nec ratio cle. 2. nec, ſi quod eſt hoc caſu periculum animæ, conſideratur, eò q̃ non ſit principale: & ſi valeret huiuſmodi argumentum, quæcunq; cauſa ad tribunal eccleſiaſticum traduci cum fori noſtri iniuria facillimè poſſet, vt in ſim. dixit Ang. in cõſ. 233. in fi. Totq́; ſunt, & tantæ auctoritatis Doct. pro hac parte ſtantes; vt fruſtrà dicat̃ id eſſe ambiguũ apud legiſtas, immò elucet, claraq́; eſt communis ſententia, & obſeruantia inter ipſas diſputationes, & lites. Legendo enim, & conſulendo, rationibus vtriuſque partis conſideratis, ita decreuere maior pars Doctorum, & Gloſſa vſq; ad Curtium teſtificati ſunt de communi conſuetu-
4 dine. Multum porrò refert, quid maior pars diſputando † cõcluſerit. Alcia. de præſump. Reg j. præſump. 51. nu 4. Et ſi vnico Do-
5 ctoris teſtimonio de conſuetudine † creditur, ſecundùm Bald. in l. de quibus. de legib. quanto magis tot, tantisq́; ſimul nobiliſſimorum Doctorum atteſtationibus credetur? Quòd ſi Bartoli contrarium adſerentis grauis eſt opinio, grauior certè eſt aucto-
6 ritas Gloſſæ. † quippè quæ cunctas antecellit, quemadmodum Bal. ait in l. cùm hæreditas. C. depo. Nec meliori poſſumus adhęrere, vt idem Bal. inquit in c. j. ad fi. de natu. ſucc. fue. Et hæc, ſi variæ ſint hinc inde opiniones, à Iudicibus, & conſultis eſt amplectenda, vt ille ipſe Bal. teſtatum reliquit in l. j. de vulg. & pup. præſertim cùm fuerit clari alicuius doctoris auctoritate ſuffulta, vt ipſemet Baldus reſpondit in conſ. 59. aliàs 61. in fi. vol. j. in antiq. Obiectio ſanè de Tex. in §. qa verò. in Aut. de teſtib. ita diluitur;
7 quoniam in dubijs legum † interpretationibus primò quidem recurrimus ad conſuetudinem. l. ſi de interpretatione. de legib. Conſuetudo autẽ ſtat pro nobis, vt ſupra dixi. Quòd ſi nulla extaret conſuetudo, tunc demum liceret ad certa Canonum de-
8 creta confugere, † atq; illa ſequi etiam in foro Cæſaris, quemadmodum Doctores cenſuerunt, præſertimq́; Decius in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 31. de conſt. Et his quoq; gradibus declaratur ea concluſio, q̃ ſi legiſtæ diſcordent circa aliquem articulum in quo Canoniſtæ conueniant, ſtamus claræ Canoniſtarum deci-
9 ſioni. Nam ſi adſit conſuetudo, † potior eſt opinione Canoniſtarum; aut certè ſuperflua erit diſpoſitio legis, ſi de interpretatione. Quæ tu ſingula lector adnotato, vtpotè vtiliſſima, nec alibi fortè ſic declarata. Teq́; potiſſimùm haud lateant, qui in foro Cæſareo verſaris.

Vindicis nomen quomodo à Cicerone vſurpetur in Topicis. Cap. VII.

1 *Aſſiduus idem, quod locuples.*
2 *Procurator poſt litem conteſtatam euadit dominus litis.*
3 *Præs idem, quod vadimonium.*
4 *Vindiciæ quid ſint.*

1 CVM lex Aelia Sentia aſſiduo vindicem aſſiduũ eſſe iubeat, locupletem iubet locupleri. Locuples enim † aſſiduus, vt ait Aelius appellatur ab ære dando. Hæc Cicero in Topicis. Boetius verò interpretatur vindicem, ideſt procuratorem. Quæ interpretatio ſi vera eſt, ea mouit legiſlatorem ratio, quoniã à lite
2 conteſtata procurator † euadit dominus litis, & ſi cauſa cadere contingat, ab eo perindè, atq; à domino exigi condemnatio poteſt, quemadmodum not. in l. Liberto. §. fi. de neg. geſt. Veruntamen mihi magis arridet, vt Vindicem pro prędę, † ideſt vadimo
3 nio accipiamus. Quę nominis ſignificatio ſumpta eſt à Vindicijs. Vindiciæ † verò dicuntur eſſe ius poſſeſſionis, cùm pendente
4 iudicio diſceptatur, penes vtrũ de litigatoribus res ſtare debeat; illeq́;, qui obtinet, vindicem præſtat, ſe nihil in ea re deterius interim facturum. Alcia. de verb. ſig. l. Pecuniæ verbum. §. pen. Atque ita reſideo, ſalua rectiore ſententia.

Ratio diſcriminis nuper quæſita, & enucleata, inter. §. Cùm in ſuo. & duos ſeqq. §§. in Inſtitutio. de Rerum diui. Cap. VIII.

1 *Decet maiorem pœnam conſtituere, vbi maius periculum imminet.*
2 *Furtum propriè committitur in rebus mobilibus.*
3 *Verbum præteriti temporis rem perfectam deſignat.*

QVAE ſit ratio differentiæ inter. §. cùm in ſuo. & ſeqq. §§. in Inſtitutio. de Rerum diui. à nemine doctum, vel inueſtigatum reperio. Sanè quidem ego iamdiu dubitaui. Nam ſi ex materia aliena in meo ſolo ædificem, duplum præſto integro manente ædificio, nec diſtinguitur, bona fide, an mala ædificauerim. Sin autem ex mea materia ędificium in alieno ſolo poſuero, aut bona fide, ideſt neſciens, & ſimplicem ſumptum repeto, aut ſciens, & meę materiæ proprietate priuor. Cur. in §. cùm in ſuo, non fit hæc ipſa diſtinctio? Cur ædificanti mihi bona fide in alieno ſolo ex mea materia licet tantùm impẽſam repetere, & ſi in meo ſolo ex aliena materia ædificauero, cogor duplum præſtare? Cogitaui tandem duplicem eſſe poſſe diuerſitatis rationem; ſeu q̃ difficilius aliena materia conſumato opere cognoſcitur, q̃ ſolum alienum; propterea q̃; maior eſt facta cõminatio
1 pęnę, † ybi maius periculum imminebat. arg. c. 3. de elec. in 6. ſeu
2 q̃ in rebus mobilibus † facilè, & propriè furtum cõmittitur, in immobilibus non æquè. §. furtiuæ. & §. quod autem. Inſti. de vſucap. Furti autem pœna. duplum eſt, nimirum nec manifeſti. §. pœna. Inſti. de oblig. quæ ex delic. naſ. Neq; enim altera ſpecies furti, manifeſti ſcilicet conſideranda meo iudicio fuit, vbi quis in ſuo ſolo ex aliena materia ædificium poſuit, tùm q̃ veriſimile ſit, ſi te meam materiam aſportantem inueniſſem, id me pati noluiſſe, tùm q̃ ſi paſſus fuiſſem, mea fortè patientia pro conſenſu haberetur. Quin etiam lex vtitur verbo † præteriti tẽporis AEDIFICAVERIT, ſicq́; opus iam perfectum notat. l. j. §. hęc autem verba quod quiſq; iuris. Item rationem reddit, ne deſtruantur ædificia. Quò fit, vt ſimus extra caſum furti manifeſti.

Eiuſdem Tituli commoda, & recens diuiſio. Cap. IX.

TITVLVS de rerum diuiſione in Inſtitutionibus. ita mihi commodiſſimè diuidi poſſe videtur, aliorum ſectionibus reiectis, vt ſcilicet partes eius principales ſint quatuor. Quarum primam conſtituit principium; ſecundam §. primus; Tertiam ſecundus; Quartam, & vltimam reſiduum tituli. Hęcq́; multifariã ſubſecatur. In prima fit continuatio; In ſecunda præmittitur vniuerſalis diuiſio rerum; In tertia ſubdiuiditur ea diuiſio vniuerſalis; In quarta adferuntur cuiusq; diuiſionis exempla; ſecunda eſt ibi. Modò videamus; aut fortè melius ibi. Quę vel in noſtro; Tertia ibi, Quædam; Poſtrema ibi, & quidem.

Cautio

Source : BIU Cujas

Cautio ad euitandam gabellam, quæ pro venditione soluitur. Cap. X.

1 *Nulla, nisi absoluto contractu, gabella soluitur.*

QVISQVIS in casu l.2.C.de pac.inter emp.& vendi. voluerit euitare duplicis, imo etiã vnius gabellæ præstationẽ, contrahat hoc modo, vt liberum at venditori intra certum tempus, aut quando cunq; precium restituere, & cõtractus sit ipso iure resciſſus, vel precij pars apud emptorem maneat ea lege, vt nisi intra certam diem residuum soluatur, res sit inempta, & omnis dissoluta obligatio. Aliave fiat adiectio huiusmodi, quæ suspendat actum. Etenim nulla, nisi demum contractu
1 absoluto, gabella † præstabit. Quòd si contingat resolui emptionem, elusus publicanus remanebit, nec iure conqueri poterit. Rom.cons.78.Doct.in l.fi.§.fi.C.communia de leg.arg.l.3.C.eo. tit.de pac.inter empt.& vend. Suntque hæc dignissima notatu.

Mentem legis fuisse, vt in fœminarum successione fœminæ masculis potiores essent. Cap. XI.

1 *Quaratione motus fuit legislator, eadem moueri Iudicem æquum est.*
2 *Nulli fœminæ existimandum est proprium sexum esse inuisum.*
3 *Tàm, & Quàm, dictiones cuiusmodi vim habeant.*

NOVE noto ex prin.Instit de S.C.Orficia.mentem legis in successione fœminarum fuisse, vt fœminę masculis anteferrentur ratione quadam sexus, & naturalis sympathiæ.Patet, quia dicitur in textu. DATA EST tàm filio, q̃ filiæ legitima hæreditas.Dùm enim filius exæquatur filiæ, ostenditur vocatam fuisse principaliter filiam, & instar eius deindè filium, qui exprimitur, vt de quo magis dubitaretur.Atq; hæc ratio confert ad fœminas
1 successiones; qñ qua ratione legislator motus fuit, † eadẽ moueri Iudicẽ æquum est.arg.c.super litteris. de Rescrip. Et hoc videt confirmari ex ratione, quam Sici.adfert in l.cùm auus. nu.83. & seq.de cond.& dem.post Spec.& Anch.quos allegat. Neq; enim
2 existimandum est † fœminæ alicui propriũ sexum esse inuisum. Quòd verò eiusmodi sermone soleant exprimi casus magis dubitabiles, † liquet initio proœmij suprà, dùm Cæsar demonstrare cpiens leges nõ minus, ac arma pertinere ad Principẽ, re semper, & verbo prælatis armis, subijcit.ET fiat tàm Iuris religiosissimus, q̃ victis hostibus triumphator magnificus. Necnon in seq. §.Tàm Africa, q̃ aliæ innumeræ prouincię.& paulo post.Omnes verò populi legibus tàm à nobis promulgatis, q̃ compositis regũtur.Subindeq; tàm aures, q̃ animi vestri nihil inutile, nihil peràm positum accipiant. Idem de oblig.quę ex delic.nasc.Pęna manifesti furti quadrupli est tàm ex serui, q̃ ex liberi psona. Exodi quoq; xij. iussit Deus septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris, qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cętu Israel, tàm de aduenis, q̃ de indignis terræ.

Temerè in grauiorem partem aliquando capi. Cap. XII.

1 *Pœna sine dolo non incurritur.*

TEMERE, idest malitiosè, præter alios noto in Rub.Insti.de pę.tem.litig. eodẽq; modo temeritas pro malitia in nigro.
1 Etenim sine dolo † pęna non incurritur, vt est Iuris notissimi, seque ipsum declarat Imperator in §. Hæc aũt cũ appellat improbum litigatorem eundem, quem temerè litigãtem inscripserat.

Iurisconsulti finem esse praxim. Cap. XIII.

1 *Vt coniunctio denotat causſam finalem.*
2 *Virtus in actione consistit.*

NOTO finem Iuris scientię esse Reipublicę gubernationẽ; & sic practicam magis, q̃ Theoricam.ex §.fi.in Proœmio Institutionũ, hortante Iuuenes Imperatore his verbis. Sũma itaq; ope, & alacri studio has nostras leges accipite, & vosmetipsos sic eruditos ostẽdite, vt spes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perlecto, posse ẽt nostram Rẽpublicã in partibus eius vo-
1 bis credendis gubernari. Nam vt † coniunctio denotat causam finalem; quale est, cùm dicimus, leges fauent dotibus, vt Ciuitas liberis repleatur.Milites agrum in ea prouincia, in qua militant, emere prohibentur, vt militiæ impensius vacent.Et huiusmodi: sic spe præmij Iustinianus adolescentiam ad Iuris studia inuitat.
2 Omni verò in re (vt ait Cic.in in off.) virtus in Actione † cõsistit.

De Iustitiæ definitione tradita in Institutionibus. Cap. XIIII.

1 *Iudicis optimi persona qualis esse debeat, ex Chrysippi sententia teste A. Gellio.*
2 *Iudex Antistes est Iustitiæ.*
3 *Vacca amicus, & æqualis Auctori.*

IVSTITIA (inquit Imperator) est constans, & perpetua voluntas ius suum cuiq; tribuendi, siue vt aliàs legitur, vnicuiq; tribuẽs.Super qua definitione Doct.superflua, atq; inania multa iactitarunt, dùm laqueo perpetuitatis eximere se nesciũt, qua frui mortalium nemo pt. Et nos hercle plura superiore libro de hac re scripsisse meminimus. Nũc, quod superest, credimus Imperatorẽ hac Iustitiæ definitione voluisse optimã Iudicis personã ef
1 fingere, instar Chrysippi, † de quo Gellius Noct. Att.lib.14.c.4. oportet n.Iudicem esse grauem, sanctũ, seuerum, incorruptũ, inadulabilem, contraq; improbos, nocẽtesq; immisericordẽ, atq; inexorabilem, erectumq;, & arduum, ac potentem, vi, & maiesta te æquitatis, veritatisq; terrificũ. Vndè pictores, Rhetoresq; antiquiores Iustitiam depinxerunt ad hunc fermè modum. Forma, atq; filo virginali, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorũ acribus, neq; humilis, neq; atrocis, sed reuerendæ cuius-
2 dã tristitię dignitate. hęc ille Iudex † aũt est Iustitię Antistes. Vac
3 ca † æqualis noster, & studiorũ comes, ac fautor in proœm. ff. in ver. Antecessoribus, & in l.j.de Iust.& iu.in vers. Cuius merito.

Inuestigata ratio.§. Minorem. in j.lib. Institutionum de adoptio. Cap. XV.

1 *Annus quartus decimus hominis ad generandum vt plurimum aptus.*
2 *Leges ad frequentiora se referunt.*

CVR adoptans decẽ, & octo annis maior esse debet adoptato, si adoptio naturam imitatur, quæ anno quartodecimo,
1 † vt in pluribus, est habilis ad generandũ? § j.infra quib.mod.tut. fini. An vt ostendatur, debiliorẽ esse vim artis, q̃ naturæ? Exẽplar nobilius, quàm exemplum? naturale ius potentius ciuili? An verò, cp pauciores ante decimum, & octauum annũ matrimoniũ contrahant, quapropter ad ea, quæ frequẽtius † accidunt, ius nostrum se retulit? l.nam ad ea. de legib. An cp media quædã via sit electa eorum, qui serius, maturiusve copulantur? arg. §. vlt. supra quib.ex caus.manumitt.non li.
2

Ad Gl.Instit.de oblig.in prin.elegans accessio. Cap. XVI.

VERSIBVS illis quàm notissimis de vi obligationis, quibus funi verba comparantur, aptè, venusteque congruit illud Euripidis,

——πᾶν ἐξαιρεῖ λογός,
ὁ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειν ἂν.

Idest, vt latinorum aliquis vertit,
Cuncta sermo conficit,
Quæcunq; ferrum efficere possit hostium.
Atq; hæc longè præstantior est auctoritas.

Calumniæ definitio ex Luciano. Cap. XVII.

LVCIANVS in sermone de calumnia sic eam definiunt. Calumnia est accusatio quædam ex solitudine facta latens accusatum ex vna tantum parte sine contradictione credita.

Quod adiici potest definitionibus à Iureconsultis nostris variè traditis: & id calumniæ genus, quę criminis notam inurit, prę cipuè explicat.

Summarium hactenus imperfectum cap. Eam te. de rescrip. Cap. XVIII.

ANIMADVERTI, Doctores imminutè (ni fallor) summãtes hoc capitulum. Nam tacent rationem expressam in ver. Quod nullatenus. Quam ob rem ita iudicio meo suppleri oportet. Si vacante sede capitulo scribatur, vt præbendam alicui conferat, Episcopus, qui ex eiusdem Capituli numero deindè sufficitur, Apostolicas literas exequi debet. Arguit nimirùm Summus Pontifex à parte ad totum, negans Episcopum posse se à præcepto, quod Capitulo factum est, cùm ipse vnus ex Capitulo esset, aliquo modo eximere.

C.Causam quod est 18.eo.tit.nouè declaratum. Cap.XIX.

EX hoc tex. noto præter, & forsan aduersum alios regulam cum limitatione huiusmodi. Ordo scripturæ attenditur regulariter. Fallit, quoties ordo inducit quicquam contra ius: quoniam tunc, quod Iuris est, potius, quàm ordinẽ attendimus. Et nisi hæc decretalis ita declaretur, erit de indubitabili, contra l.quod Labeo.de Carb.edic.

Breuis formula appellandi in scriptis. Cap. XX.

1 *Eligenda est potius indiserta prudentia, quàm stulta loquacitas.*
2 *Vox non ab ore, sed à pectore mittenda.*

CVM multi hodie declamatores in foro, atq; atrijs Principũ multis scateãt verbis sine vllo negocij iudio, quos loquaces re vera dicas magis, quàm facũdos, ego, vt huic vitio nostratib. præsertim patronis fãmiliari p viribus obuiã irẽ, tali in appellã-

Source : BIU Cujas

do,& de nullitate quęrēdo, formula vſus ſum. Quę & ius noſtrū mea ſententia tuetur,& iniuriam infert nemini. Id quod pleriq; faciunt acerbiſſimo latratu iudices inſectantes, cōtra l.Illud.j.ff. de app. Vide verò, nùm hæc ſit ſatis modeſta. Corā vobis &c. Ex parte Seij appellatur,& de nullitate dicitur, à ſententia contra ſe pro Sempronio lata, ad Illuſtriſſimos DD. NN. petendo literas dimiſſorias cum omnibus,ac ſingulis clauſulis opportunis,& ſo litis,atq; omni meliore modo &c. Et ex hac formula poteſt etiā (ni fallor) cognoſci, quemadmodum libelli,& aliæ ſcripturæ forenſes citra culpam perſtringi queant. Nam (vt ait Cic.) eligenda
1 eſt potius indiſerta prudentia, † q̄ ſtulta loquacitas: & inſtar Ho-
2 merici Vlyſſis vox mittenda eſt non ab ore, † ideſt Ieuiter,& importunè, ſed à pectore, quod eſt ſapienter.

Reſtituta Rubr. C. de Peda. iudic. & eius nominis origo explicata. Cap. XXI.

1 *Pedanei vox barbara, quod attinet ad Magiſtratum.*
2 *Pedarius ſenator, qui pedibus ibat in Curiam.*

1 GELLIVS lib. Noct. Att. 3. pen. notat barbarè dici Pedaneos † pro pedarijs, videlicet quod attinet ad Magiſtratū. Etenim Pedaneus dr, quod eſt pedis, vt apud Col. Nemo minorem pedanea ſcrobem vitibus cōparat. Appellabantur verò Pe-
3 darij ſenatores, † qui pedibus ibant in curiam. Et hinc ad cęteros Magiſtratus illud nomē effluxit, vt ij ſcilicet deſignētur, qui prę-cipuis nondum functi ſunt honoribus. Accedit eodem teſtimonium Taciti lib. annalium 3. ſatis apertum, cùm inquit, Cęterùm tēpora illa adeò infecta,& adulatione ſordida fuere, vt non modò primores ciuitatis, quibus claritudo ſua obſequijs protegenda erat, ſed omnes conſulares magna pars eorum, qui prætura functi, multiq; etiam Pedarij ſenatores certatim exurgerent, fœdaq; ,& nimia cenſerent.

Libertatem ne ſeruus baptiſmate conſequitur? Cap. XXII.

1 *Hippolytus Auſtria Corrigij Comes, vir pace belloq; clarus.*
2 *Vnuſquiſque in propria vocatione manere debet.*
3 *Statuto caueri poteſt, vt bannitus efficiatur ſeruus capientis.*
4 *Seruus baptizatus mitius tractandus.*
5 *Seruus Presbyterum ordinari poteſt, & liberatur.*

1 ILLVSTRIS memoriæ Hippolytus † Auſtria, Corrigij Comes,& Dns meus, vir pace, belloq; clarus, nec literarū minus eruditione, q̄ fortibus factis præſtans, ſub ipſos dies, quibus annū agens 44. immaturè nobis ereptus eſt, mecum egit hāc cauſam, & acutiſſimis, valdeq; pijs argumentis contendit, Baptiſma ſeruo pro vindicta eſſe. Quod & Alcia. magiſter meus ſentiſſe videtur, de ſing. cert. cap. 43. cùm ait. Extat communis omnibus pijs viris obſeruatio, nec Chriſtianum mancipium habeant, ſed ſtatim mittant manu. Tñ in contrariū ſtat auctoritas Ro. cōſ. 288. Quam ipſe corroboro qunq; argumentis. Primò, quia non repe ritur iure cautū. l. præcipimus. C. de app. Deindè, quia variæ ſunt
2 hominum fortunæ, & vnuſquiſque in propria † vocatione manere debet, vt ait Pau. j. ad Cor. 12. Deo namq; placet, vt alius alij præſit, & ſicut vaſallus inique certaret de æqualitate cum Domino ſuo, ita & ſeruus cum eo, cuius iuri ſubiectus eſt. Quin Paulus idem ad Philipp. vlt. nominat ſeruos in comparationem libero rum hominum, & eos inſtituit, quemadmodùm ſe gerant, nec alterutrius conditionem arguit. Præterea, ſi quod bellum eſt iuſtum (eſſe autem aliquando conſtat) in eo permittitur homicidium; à fortiori igitur & mancipiū. §. Item ea. Inſtit. de rer. diui.
3 Ad hæc Doct. cenſent validum eſſe ſtatutum, † vt capiens banni tū habeat illum ſeruum. Glo. & Bal. per eum tex. in l. de latronū. C. quib. ad liberta. proclama. nō licet. Dec. in l. j. §. hęc autem verba. quod quiſque iu. Sed ſi ſtatutum in baptizato hoc poteſt, quo modo baptiſma quenquam liberabit? Pium eſt manumittere, verùm non neceſſarium. Et quamuis baptiſma dignum illū ma numiſſone faciat, ipſo tamē iure non manumittit. Poſtremò ba ptiſma reſpicit animam, non autem tertio prejudicium infert, ita vt illi ius quæſitum adimat. Dec. conſ. 130. vol. j. Et q̄ baptiſma neminem liberet, conueniat tamen, vt mitius tractetur ſer-
4 uus † iam baptizatus, æquè confirmant ſummæ Angelicæ, Sylueſtrinæq; auctores in ver. Iudæus. in ea. q. Quid Chriſtianus contra Iudæum facere prohibea. in fi. Fauet huic concluſioni tex. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. vbi Pontifex inquit, ſeruum
5 † ordinari poſſe in presbyterū, & per hoc liberari. Ergò ſolo baptiſmate liber non erat.

An legatum factum vxori, donec honeſtè vixerit,& vitā ſeruauerit vidualem, debeat ingreſſæ monaſteriū? Cap. XXIII.

1 *Baldi opinio, quòd ſic.*
2 *Auctoris contraria.*
3 *Teſtatoris ſermo accipitur ſecundùm communem ſenſum verborum.*
4 *Vidua permanēs dicitur eſſe in priori matrimonio et priuilegijs viri fungi.*
5 *Vitæ monaſticæ non conuenit nomen vidualis.*
6 *Vidua ſtuprum committens, offendit nomen mariti, non tamen ſi ſit effecta monacha.*
Statutum puniens certa pęna eum, qui mulierem nuptam cognoſcit, habet etiam locum in cognoſcente monialem, ibi proximè.
7 *Vxor debet eſſe curæ marito.*
8 *Oratio perfecta, & vno contextu emanata non eſt ſcindenda.*
9 *Vidua quoque dicitur, quæcunque fuit viro coniuncta, ſed non ex communi vſu loquendi.*
10 *Geminatio verborum vim habet plurimam.*
11 *Monaſterij ingreſſus ſimilis eſt morti.*

1 BALDVS † hanc mouet quæſtionē in l. fi. C. de Epiſcopis, & cle. & concludit deberi legatum, qm̄ quæ ingreſſa eſt monaſterium, multò magis dicitur ſeruare honeſtā vitā. Id quod Cremen. pro valdè notabili refert ſing. 142. & exponit ea verba, Donec vitam ſeruauerit vidualem; ideſt, quo ad vidua manſerit. Cę
2 terùm ipſe † (quod pace tantorum virorū dixerim) longè ſecus exiſtimo. Nam vr mihi teſtator ſenſiſſe, donec ſeruauerit eam vitam, quam aliæ viduę communiter ſeruare ſolent, inq; eius hęreditaria domo ſanctum matrifamilias nomē cuſtodierit. Etenim
3 verba † teſtatoris ſecundùm communem ſenſum ſunt accipiēda l. Labeo. de ſupp. leg. Et ſic argumēta Alex. in ſim. in l. mulier.
4 §. cùm proponeretur. nu. 10. ad S.C. Treb. Cumq; vidua, † quæ ſe viduam cuſtodit, dicatur eſſe in priori matrimonio, teſte Bar. in §. ſolu. nu. j. in Auc. de nup. & fungi priuilegijs mariti: vt idē Bart. ait in l. fi. C. de priuileg. ſcholari. lib. 12. & in l. filijs. §. per eum tex. ad municip. Gl. in Auc. de conſulib. §. ſin autem etiam vxorem. Marſil. ſing. 179. Diaz reg. 786. Quis hoc de Monacha, mortuo q̄uis marito, affirmare audebit? Mea quidē ſententia nemo. Duo ſunt præterea, quæ teſtator iubet, vxorem honeſtè viuere. Neq; hoc reprehendo, ſi monaſteriū bonis (vt decet) moribus excultū ingrediatur; & vitam ab ea ſeruari vidualē quod prorſus ne-
5 go: quia vitæ monaſticæ † non conuenit ſimpliciter nomen vidualis, arg. l. ſi idē. C. de codicill. Quinimò mulier, quæ ſe monachā fecit, deſponſatur Deo, ſpiritualem, cęleſtemq; cognationē terrenæ præferēs; quemadmodum notatur in d. l. fi §. j. C. de Epiſcopis & cle. Mutat etiam nomen,& habitum, fitq; noua omninò creatura, & ad aliud genus vitæ tranſit; ita vt in viduali perſiſtere nullo modo dicatur. Nec iam amplius ſequitur forum viri, vt vidua ſequebatur. Io. And. ad Spec. de cōp. iud. adi. §. j. verſ. 44. Doct. & præcipuè Dec. in l. cum quædam. de Iuriſd. om. iud. Nec
6 ſi ſtuprum commiſerit, mariti nomen (vt prius) † offendere dicitur, ſed monaſterij. Caſtr. in conſ. 121. Reuocatur in dubium. Pe. Gher. ſing. 48. Facit, quod Marſ. notat in ſing. 215. vbi poſt Dion. de Peruſ. & Maria. Soci. ait, ſtatutum, per quod puniri debeat certa pena cognoſcens mulierē nupram, habere etiam locū in cognoſcente monialem,& ita cōiter tēneri. Ea inſuper mens teſtatoris fuiſſe videtur, vt vxoris cōmoditati conſuleret, quoad ipſa mereretur, ſcilicet honeſtè viuendo, & quoties nullus alius prouideret, cùm ad maritum † cura pertineat vxoris. l. ex annuo. de-
7 dona. inter virū,& vx. l. ſi cùm dotem. §. ſin aūt in ſæuiſſimo. ſol. mat. Oldr. conſ. 162. Verùm enimuero ſicut dote recepta vir alit vxorem, atq; onera matrimonij ſuſtinet, ita monaſteriū ſoluta ſibi dote nutrit religioſam mulierē. Quare vr ceſſare præſumpta voluntas mariti, qui hæc duo in teſtamento coniunxit, tāquam altero contentus non eſſet. l. 5. de condi. inſti. Et quia oratio, ſeu
8 clauſula perfecta, † atq; vno verborum contextu emanata, debet tota capi, non autem ſcindi. Corn. conſ. 59. in 2. Boer. deciſ. 155. in prin. vol. j. Nec obſt. q̄ vidua ſit, quæ maritum habuit. 34. Diſt. c. vidua. quia per hoc non ſequitur, q̄ vitam ſeruet vidualem. Alioqui & turpiter viuens & iterum nubens vidua erit, ac
9 legatum conſequetur. Eſt etiam vidua, † quæ nunquam habuit virum. Bar. in l. vni. num. 5. C. quando Imperator inter pup.& vidu. iud. Sed non ita communiter loquimur, neque de hac eſt nobis quæſtio, cum maritus ſit, qui legat. Concludimus itaque contra Bal.& Crem. tàm ex verborum vſu, atque proprietate, quàm ex mente teſtatoris, legatum huiuſmodi non deberi vxori relictæ, quæ ingreſſa ſit monaſterium. Et hæc ueriora credimus, ſi
10 maritus in teſtamento geminauerit verba, † puta donec caſtè,& honeſtè vixerit, & vitam ſeruauerit vidualem, argu. l. baliſt. ad S.C. Treb. nam geminatio ampliat effectum. Bald. in l. fructus. C. de actio. empt. Nec patitur fieri reſtrictionem ad caſus tantùm idoneos. Alcia. de verb. ſignifi. lib. j.& 2. Quòd ſi præfatus ſit ſe relinquere eam dominam, maſſariam &c. arbitramur eſſe veriſſi-
11 ma. Quoniam ingreſſus † monaſterij dominio rerum, & adminiſtratione priuat, fereque occidit. Auc. Ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ. Gloſſ. in §. ſi qua mulier. in Auth. de ſanctiſſ. epiſcopis. colla. 9.

Duo Platonis præcepta quouis Iudice digna. Cap. XXIIII.

1 *Maturè capienda deliberatio.*
2 *Ratio, non perſona præ oculis habenda.*

DVO

Source : BIU Cujas

DVo tradit præcepta Plato in lib.de Anima,quæ iudicaturo cuique ob oculos versari debent. Primùm est, † ne rationibus vllis sine longa examinatione credamus, cumque illis sufficienti examine crediderimus, ne facilè indè ob quaslibet obiectiones, similitudinesque amoueamur. Secundum est,† ne aut propriam, aut alienam in disputando (quod & eò minus in iudicando) personam, sed rationem dumtaxat veritati consonam cogitemus.

1
2

Quibus præcipuè casibus opus sit speciali mandato. Cap. XXV.

1 *Procurator ad recipiendum solutionem non satis est, quod fateatur se recepisse.*

QVator præsertim casibus procurator indiget speciali mandato. Ad transigendum. Ad petendum restitutionem in integrum. Ad deferendum Iusiurandum, Ad accepto ferendum.Glo.pen.in c.nonnulli.de rescrip. Quòd si constitutus fuerit ad recipiendum solutionem, † non satis est illum accepto tulisse, nisi debitor aliundè soluisse se ostendat.Bart.in l.2.in fi.si cert.pet.Fed.Sen.q.53.Et sic se habet communis sententia, teste Alciato in l.solutionis verbo.de verb. sig.quanquam ipse reclamare videtur. Est & quintus casus ad recipiendam restitutionem fideicommissi, secundùm Pau. de Cast. in l.restituta.§.1. ad S.C.Treb. Item sextus ad matrimonium contrahendum.ca. fin.de procu.in 6.

1

Duarum legum valde vtilium ratio, & materia disputata. Cap. XXVI.

1 *Renunciatio l.si vnquam.C.de reuo.dona. fit inutilis, si alij filij postea nascantur.*
2 *Inofficiosi nomen quid referat.*

IN materia donationis immoderatæ, quæ superueniente ple reuocatur,quia disputari solet, an possit renũciari.l.si vnquã. C.de reuocand.donatio. Ipse vno præsertim casu censeo illi legi non posse renunciari,scilicet † cùm pater donat filio iam nato,alijque postea nascuntur: qui est casus l. si totas C. de inoffic. dona. Moueor: quia ratio totius disputationis est, an fauor l. si vnquã. sit patris solius,an ẽt filiorũ. Qui tenent solius patris esse, nident posse illi à patre renunciari. Qui credũt esse patris, & filiorũ simul, dicunt nõ posse. Atq; hæc congesta habenẽ in l.pe. C.de pac. Verùm quicquid generaliter sit, ego in casu l.si totas. censeo fauorem filiorum adesse, ex quo sequitur, vt illi renunciari non possit. Quòd adsit filiorum fauor,Rubrica declarat,& titulus ipse de inoff.test. Neque enim vltimam voluntatem, vel donationem alia ex causa inofficiosam † appellamus, nisi quoniam fit contra charitatis officium, qua pater filios absque vllo discrimine agnoscere debet. Et hinc argumentor ad l.si vnquã. Cùm enim,in l.si totas militet fauor apertissimè filiorum,nulla est ratio, cur dicamus in l.si vnquam. non militare, coniunctis videlicet casibus. Et per hoc non licet eiusmodi fauori renunciare.Quin etiam videtur generaliter validum esse argumẽtum a fortiori. Quia si donatum vni filio, nascentibus aliis, reuocatur, cur non magis reuocetur, quod extraneo sit donatum? De his tamen adeatur Ripa. q.43. in d. l. si vnquam lib.Respons.3. Idem q.51.Fortè obstat ratio l.cùm oportet.C.de bon.quæ lib.

1
2

Apologeticum caput in materia nullitatis sententiæ. Cap. XXVII.

1 *Coniecturæ, quibus credi possit mercatorum libris.*
2 *Pluralis sermo verificatur in duobus.*
3 *Mercatorum curia de bono, & æquo procedit.*
4 *Sententia debet esse conformis libello.*
5 *Arbitrarium est iudici, quam fidem adhibeat libris mercatorum.*
6 *Limitationes plures ad regulam, quòd sententia debeat esse libello conformis.*
7 *Prout dictio limitat.*
8 *Sententia si contineat rem, causam, & actionem, dicitur esse conformis libello.*
9 *Clausulæ omni meliore modo quænam sit vis.*
10 *Iudex in arbitrariis rarò reprehenditur.*
Ritius Merlus patruelis auctoris.ibi proximè.
11 *Mercatoris nomen cui conueniat.*
12 *Vniuscuiusq; libris creditur, etiam non mercatoris, modò illos iustificet.*
13 *Ius municipale Corrigij vult causas exprimi in sententijs.*
14 *Iurisiurandum in supplementum probationis delatum excusat diuersam partem ab expensis.*
15 *Labilitas memoriæ præsumitur potius quam dolus.*
16 *Fallit in facto proprio, & recenti.*
17 *Oblatio vrbalis non sufficit, quoties a diuersa parte recipitur.*
18 *Honorem suum ab iniuria vindicare licet.*
19 *De canitie græcum prouerbium.*
20 *Salomonis ad idem duplex sententia.*
21 *Beati Iob alia sententia.*

HIusmodi lis corã nobis tractata fuit anno 1555. Mercator aditis Principibus, conquestus est de debitore illum frustrante, ea forte calliditate, q̃ sciret nulla lege Mercatorum libris adhiberi fidem in Municipio nostro. Petijtque nobis demandari causam summariè,de plano, sine strepitu, & figura Iudicii,sola facti veritate inspecta, & ex bono, & æquo, atq; ita denique, vt lites agi, & terminari solent in foro mercatorum. Ita se planè preces habebant. Principes verò rescripserunt his verbis. Egregius Corsus,vti iuxta negotii qualitatem magis consentaneum iuri fore censuerit, cognoscat,& iustitiam faciat. Post hæc iudicium cœptum est,& actor narrauit,se mercis, artificijq; nomine,vt qui mercator, sutorque simul esset, computatis datis, & acceptis,habere adhuc reum sibi obligatum in 20. aureis, libris 4.& 10.atque 8. solidis, vt manifestè apparere dixit ex suo ipsius libro signato. B. a folio quarto ad sexagesimumprimum; Ad quem se retulit, saluo iusto,& veriore calculo. Hæc in libello præmissa fuere. Deinde rerum ad supradictam quantitatem condemnari debere concludebat,tam iuris communis,& statutorum,quàm rescripti auxilio, subiectis clausulis non tantum, vt supra, sed omni meliore modo &c. Deducens &c. Excipit reus, haud dignum nomine mercatoris actorem;ideoq; de modica vix summa illi credi oportere, etiam si equitas attenderetur, obreptumque Principibus fuisse, & quò sua frugalitas cognosceretur, partem debiti confessus obtulit se decæterò paratum ad ineundas rationes,& soluendum,quicquid se debere cõstiterit. Replicauit actor, se mercatorem, iustum rescriptum, reumque verum debitorem esse in summa petita causa,& occasione,de qua in suis libris,ad quos iterum se retulit,& si rationes supputẽtur,ad Iudicis cognitionem. Quod verò liqueret reum dare verba, obtulit se statim ad conferendum coram Iudice rationes cum libris suis, futurumque contentum eo residuo, q̃d sibi deberi calculus ostenderit. Protestans per se non stare,quin calculus fieret, nec aliam sibi mentem esse, nisi vt ope Iustitiæ, quod suum esset, adsequeretur. Arguens, vt inanes oblationes rei, & eas acceptans, hæcque proponens omni meliore modo &c. Quid,& quatenus probatum hinc indè fuerit, ipsa nostra sententia memoratur, quæ talis fuit.

IN CHRISTI nomine, amen. Præmisso iuramento ſm formam statuti. Nos Rainaldus Corsus I.V.D. & Iudex delegatus inter Caium Actorem,& Sempronium Reum,auditis partibus,visis actis, & omnibus maturè consideratis ita decernimus omni meliore modo &c. Iniri debere rõnes, & stari libris actoris,modò iuret se fideliter scripsisse. Atque illi reum in expensis condemnamus. Mouere nos † potissimum causa, dies,verisimilitudo,acceptorum æquè,ac datorum descriptio, deprehensa se mel,atque iterum veritas aliundè, quàm ex scriptura actoris integritas,& bona fama probata, mercatorum nostrorum stylus qualitercunque deductus, quantitas nõ admodum magna,pręsumptio potius labilitatis memoriæ, quàm fraudis scripturæ, difficultas probationis. Ancha.in cle.j.§.cæterum. col.4.de vsu. Ias.in lectura l.admonendi. col.17. de Iureiurand. Cur. in d.l.repet.nume.105.& 107.post veteres quos allegat. Ptolem.eadem l.num.69.Lanfran.num.33.Alex.in l.j.colum.ij.C.de ęden.& in consi.217.col.3.uol.7. Dec. in d.l.j. col.2. multas auctoritates accumulans.Nec obstat varietas obiecta,eo quòd actor nonnunquam maiorem expresserit quantitatem. Nam ab initio reseruauit ius calculi,obtulit se promptum ad ineundas rationes, protestatus est se nolle, nisi suum, modicum auxit priorem quantitatem,& denique sub maiori summa complexus est minorem: suntque hæc satis aperta. Quod diximus de veritate aliunde, q̃ ex scriptura deprehensa,ea est,de qua Lucius, Offidiusq;, & Cassandra deponunt.Item quam reus confitetur.Quæ possunt dici plures veritates,qm̃ pluralis † sermo verificatur in duobus.l.vbi. de testib.Difficultatem adiecimus probationum,q̃ cõstet mercatores, dum proprias merces distrahunt, nullos vt plurimum accersire testes. Eorumque curia † de bono,& ęquo,ac sine iuris scrupulositate procedit.Rom.consi.193. Bertran.consi.263.uolum.2. HACTENVS a nobis scriptum,& recitatum est in sententia.Reus verò appellauit, & delegata est causa egregio Dño Sigismundo Augustono Doctori antiquo, & multis, clarisque honoribus functo:qui sententiam meam nullam fuisse pronunciauit expressa ratione,quoniam libello cõformis non fuit. Nã actor petierat quantitatem, & ego ad factum condemnaui, ex quo sequit̃,quòd fuerit nulla † ipso iure,& quòd frustra reus appellauerit.Adduxit l.vt fundus. communi diuidundo l.fin.C.de fideicom.liber.c.licet Hely.de simo.Sali.in l. eos.in fi.C de app. Postea reformando. elegit mediam viam, cùm propter varias Doct.opiniones de plus,minusue credendo libris priuatę personæ,tùm p̃p confessiones,& negationes varias,& diuersas a partibus corã se factas,non dissimulans,q̃ arbitrarium † est Iudici, quantam

1
2
3
4
5

Source : BIU Cujas

quantam fidem adhibeat libris hmõi, & allegans Dec. l. 2. nu. 4. & S. C. de ęden. Hæc eſt uis ſententiæ latæ a Domino Sigiſmundo. Quam quod attinet ad articulum cauſæ, non vexabo: quoniam ſi arbitrarium eſt credere plus, minus'ue libris, qui me reprehendet, ꝙ vſus ſim arbitrio? Fortè etiam ille plus condemnauit exprimendo quãtitatem media illa via, ſiiubendo reũ ſoluere actori x. aureos. 111. libras. & ix. ſolidos, quam fecerim ego, qui iuſſi rationes iniri. Præterea ſi partes coram illo variarunt, id a me examinari non potuit. Concedo igitur abſque altercatione, iſtud caput ſententiæ rectum eſſe poſſe. At aliud, Deus optime, quo meam ſententiam nullam fuiſſe pronunciauit, quã meo iudicio petulans eſt? quàm indignè meam lædit ęſtimatio
6 nem? Dantur enim † plurimæ limitationes ad regulam, ꝙ ſnīa debeat eſſe conformis libello. Sufficitque expreſſum eſſe ęquipollens, & ꝙ libellus virtualiter inſit ſententiæ. Feli. in d. c. licet Hely. col. 7. Vant. de nullita. tit. 13. nume. 97. Item ſatis ęſt, ſi illud, quod iudicatur, cõueniat naturę eius, quod petitur, vel ſit antecedens correlatiuum, aut conſequens, & ab eodem fonte procedat. Bal. in l. pen. C. de ſent. quæ ſi. cer. quan. laſ. in §. omnium, nu. 140. & §. curare. nu. 33. Inſtit. de actio. Vel ſi tacitè, aut implicitè petitum ſit, vel ſi præſumptiuè eliciatur ex libello, vel ſi ex actis ſuppleatur libellus, atque ipſa ſententia. Feli. ea. col. 7. & anteced. Quæ omnia ſuſtinent meam ſententiam, nam in precibus, in libello, & in replicatione actor ſemper conqueritur, reum nolle conferre rationes, & ſemper ſe refert ad proprios libros per di-
7 ctionem, prout, † quæ limitat, vt ait Bart. in conſtitu. Ad reprimendum. in ver. prout. Rom. conſi. 294. Dec. conſil. 362. volu. 2. Iaſ. conſi. 171. col. 6. volu. 2. Inſtatque rationes iniri, & addit expreſſam clauſulã ſaluo iuſto, & vero calculo. Qui calculus quomodo poteſt eſſe ſaluus, & iuſtus, niſi rationes conferantur? Arg. eſt Bertran. conſi. 327. colum. 5. in fi. volu. 3. Corſet. in ſing. ſaluo iure. Et quis non videt de natura huius cauſæ fuiſſe, vt veniretur ad calculum? eſſeque hoc quoddam antecedens ſolutionis? Quis etiam non cognoſcit ab actis perfici meam ſententiam, dum vnaquæq; pars ſe offert ad ineũdas rationes? STARI deindè libris quid aliud eſt, niſi reum damnare, vt ſoluat, quod illum debere apparebit apud libros actoris? Non ne talis condẽnatio per ęquipollens reſpondet petitioni? Sed & ſententiam
8 dicimus † eſſe conformem libello, quoties complectitur rem, cauſam, & actionem, vt notat Io. And. in ordi. iudicia. fol. 65. in j. col. Quæ ſingula dubium non eſt comprehendi a noſtra ſententia ſaltem per relationem. Accedit eodẽ clauſula omni me-
9 liore modo † in fi. libelli poſita, quę tantopere prodeſt, vt quãuis facta ſit inepta concluſio in ſpecie: tamen ſuper omnibus generaliter propoſitis & probari, & iudicari queat, videaturq; omnis actio, & omne remedium competens eſſe deductum. Quin eadem adiuuat ſententiam, cui ſit inſerta. Alexand. conſilio 108. colum prima, volum. 7. Rom. in d. conſi. 294. Dec. conſil. 14. in j. Iaſ. in d. §. omnium. num. 149. Factum inſuper ipſum mercimonij eſt, in quo (vt a me dictum in ſententia fuit) ex æquo, & bono proceditur, neque curatur ad apicibus iuris ſecundùm Ang. in §. in bonæ fidei. colum. pen. Inſtit. de actio. & quod magis refert, cauſa demandata fuerat arbitrio Iudicis, quod & ſi debet intra fines boni viri conſiſtere, quemadmodum no. in l. ſi ſic. de leg. j. & in l. cùm quidam. ſeq. titu. & in d. §. in bonæfidei, & ꝑ Bar. in d. conſtitu. Ad reprimen. in verſi. videbitur. Nihilominus vix
10 ferè eſt, vt Iudex † in huiuſmodi reprehendi poſſit, vt qui iuſta ſemper cauſa ductus fuiſſe præſumatur, ſicut Ritius Merlus patruelis meus adnotauit in Apologia ſua fol. 25. in fin. Et quis bonus negari boni iudicis bonũ fuiſſe præceptum, vt rationes ſupputarentur? Nullus herclè, ni prorſus erro. Nam mihi videor regulas iuris amplexatus fuiſſe, vt patet ex ſupra dictis. Quibus accedat ſing. Corſeti in ver. ſententia. 9. vbi ex mente Doct. ſcribit, valere ſententiam Iudicis, qui reum in id, quod debet, condemnauit, ſi quantitas inter acta probatoria (qui ſunt in caſu noſtro libri) appareat, ſecus ſi ſolo libello quantitas expreſſa fuiſſet. Quocirca ſequitur me, qui meam ſententiam retuli ad libros rationum teſtibus comprobatos, rectè iudicaſſe, nec factum, ſed verius quantitatem in condemnatione poſuiſſe, quoniam libri continent nomẽ, quod exigitur. arg. l. ait Prætor. §. j. l. In ſumma. §. item. j. de re iud. Libet vero occurrere etiam quibuſdam dubitationibus, quò omnis anſa detrahendi calumniatoribus auferatur. Et primò, ne quis ambigat, num actor Mercatoris appella-
11 tione dignus fuerit, nec ne; ſciendum eſt, Mercatorem † eũ dici, qui rem emptam non mutatam vendit, ſecundùm Petruc. conſil. 207. Quidue (vt tradit Alcia. in l. mercis. de verbo. ſignifica.) emit res, quas in eadem ſpecie carius vendat. Quare actor meritò ſibi hoc nomen tribuit, ſicut apud acta probatum eſt. Deinde non omnino oportet Mercatorem eſſe illum, cuius rationibus, &
12 libris credatur. At cuiuis creditur, † modò illos doceat eſſe probè conſcriptos. Ita not. in l. admonendi. Enimuerò mercis negotia ęquitate tractantur, quemadmodũ prædiximus. At amplius quamuis actor forum rei ſequatur, ab actore tamẽ exerceri mercaturam ſatis eſt, vt cauſa de bono, & ęquo terminetur. Sic enim Bertran. in allegato conſi. 263. loquitur. Quòd ſi me totum in iudicando æquitati credidiſſem, has certè rationes vnà cum alijs ſententia contineret. Verùm ibi eas inſerere ſuperfluum iudicaui. Maximè cum illarum pars in dubijs propoſita iam fuiſſet, neque reus in tali fundamento perſiſteret, & Iudex, cui neceſſitas
13 † imponitur a iure noſtro municipali, vt adferat in ſentẽtia cãs, omnes tamen exprimere non teneatur. In ſumptibus condemnaui: quia licèt exigente iudice iuſiurandum †
14 ſuppletorium talis condemnatio fieri non ſoleat, vt not. a Cur. in d. l. admonendi nu. 219. Et licèt memoriæ labilitas potius, quàm dolus, præſu
15 matur, † l. pen. vbi Bald. C. de ijs, qui in teſta. ſibi aſcri. Vbert. noſter in l. fin. nume. 147. C. de edic. Diui Adria. toll. Tamen hæc fa-
16 cti proprij & recentis obliuio digna excuſatione non fuit. † Punienda eſt enim temeritas litigatoris. Inſtit. de pœn. tem. litig. in prin. Nec obliuio damnum vitare poteſt in eo, quod quis ſcire tenetur, ante lapſum decennium. Bar. in l. qui fundum. §. 2. ff. pro empt. Et eſto, quòd reus poſſet ſe tueri, tanquam certam debiti quantitatem ignorauerit, obliuioni'ue tradiderit, nihilominus haud ſe defendere poteſt, quin calculum inierit. Ad cuius ſupputationem verbo tantũ ſe obtulit. Ex quo illud Cic. de C. Gracho conuenire videtur. Quid verba audiam, cùm facta videam?
17 Nunquam ſatis eſt verbalis † oblatio, cùm a diuerſa parte recipitur, vt euenit in caſu noſtro. Pet. Gher. ſing. 92. ex mente Bart. in l. fi. de diſtrac. pign. Atque hæc hactenus candide lector incul
18 caui, vt honorẽ ab iniuria vindicarem meũ. Quod iure † optimo licuit per tex. in l. quę omnia. §. j. de procura. & in l. qui cũ maior. §. ſi libertus. de bon. liberto. Simulq; vt oſtenderem veriſſimum
19 eſſe, quod adagio fertur. Πολιὰ χρόνου μίνυσις, οὐ φρονήσεως. † Argumentum videlicet ętatis eſt canities, non prudentiæ. Nõ obſtan
20 te, quòd penes Salomonem legitur. † Gloria ſenum eſt canities, & alio in loco; Canities hominum prudentia eſt. c. fi. 90. diſtinc. Quoniam Salomon id, quod eſſe deberet, proponit; Nos, quod
21 vſu plerunque videmus. Scriptumq; eſt alibi. † Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non ſunt longęui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium. Iob. 32. Acta iſtius cauſæ ſunt apud Tabellionem Aleandrum Parim Corrigienſem.

Aliud Apologeticum in materia poſſeſſoria. quod eſt. Cap. XXVIII.

1 *Incertitudo vt vitiet poſſeſſionẽ, duplex eſſe debet, videlicet quotæ, & loci.*
2 *Incertum omninò non dicitur, quod aliquo modo certum eſt.*
3 *Quota propriè dicitur tertia, vel quarta pars, & huiuſmodi.*
4 *Conſtituti clauſula in poſſeſſione prorſus incerta nihil operatur.*

ME iterum Iudice mulier quædam experiebatur Canone Reintegranda. Et idem egregius Dominus Sigiſmundus ſuſcepto rei patrocinio, duo contraria ſimul excepit. Negabat ſi quidem actricem, quę pro indiuiſo poſſederat, vlla reintegratione dignam eſſe, tanquam certi nihil poſſediſſet, arg. l. 3. §. incertam. de acqui. poſſ. contraque ſtudebat è fundo petito deducere tantam partem, quanta ad ſummam ducentorum quadraginta aureorum aſcenderet, eò ꝙ litigantiũ auctores ante caſum ſpolij cuidã extraneo, cui reus ſucceſſerat, tantã partẽ his planè verbis, & nulla alia demonſtratione facta aſſignauiſſent, ſeq; ꝑ illo poſſidere conſtituiſſent. Ego verò pro actrice rñdi, nec vllã præ
1 dij partẽ deduxi. Nã qđ dr̃, incertam partẽ poſſideri non poſſe, intelligitur, † ſi ſit duplici rõne incerta, videlicet quotæ, & loci; Quotæ dr̃, cũ neſcimus, quanta ſit pars, quę poſſideatur. Loci, cũ ignoramus, in quo angulo, & ad quã cæli regionẽ qs poſſideat. Ita Alex. in d. §. incertam. atq; ibi Cur. in add. Adeoq; duplex iſta incertitudo nocet, vt neq; actualis poſſeſſio ꝫ illam poſſit. Bart. conſi. 74. ſola autẽ quotæ, vel loci incertitudo non impedit poſſeſſionẽ. Doct. oẽs in d. §. incertam. Dec. conſi. 179. ad fi. volum. j. Nec deeſt rõ vtriq; deciſioni: nam cũ poſſeſſio conſiſtat in actu corporali, corporalis actus in parte omnino incerta exerceri minimè põt. Caſtr in l. locus. de acq. poſſ. Omninò autẽ incertum
2 † non dr̃, qđ aliquo modo certũ eſt. Alex. in l. moribus, col. 10. de vulg. & pup. Ad ſpeciẽ itaq; noſtram redeundo, quamuis poſſeſſio actricis rõne quotæ incerta fuiſſet (concedo nanq;, ꝙ cõiunctim poſſidens, quãta ſua eſſet pars, ignoraret) tñ rõne loci fuit q̃ certiſſima. Qñ qui fundũ pro indiuiſo poſſidet, ſingulas eius glebas poſſidere dr̃, vt no. Ale. in d. §. incertã. nu. 5. Verius eſt aũt mulierẽ in caſu noſtro poſſediſſe ẽt certã partẽ ratione quotę.
3 Quia ad triẽtẽ fundi reintegrari ſe petijt, & quota † propriè dr̃ tertia pars, vel quarta, ſeu dimidia, & hmõi, vt eodẽ loco not. Alex. Regè igitur a nobis conceſſi fuit actrici vtroq; ex capite reintegratio. Patetq; iiſdẽ rõnibus iuſtè denegatũ fuiſſe reo deductionis auxilium, qñ nec certa fundi portio, vel menſura deſignata fuerat auctori ſuo extraneo, nec conſtabat, ortum'ne verſus, an
4 occaſum ille poſſediſſet. Quare nec conſtituto † iuuari poterat poſſeſſio omninò incerta, & ſi conſtitutũ veram transfert poſſeſſionem. Ale. conſi. 90. in fi. vol. 5. Iaſ. conſi. 147. in 2. dub. vol. 2. Bart. & Dec. in allegatis conſilijs. Dumque hæc veriſſima ſint, nunquam tamen mihi licuit ea Domino Sigiſmundo perſuadere. Quin ille in dies contra me inuehatur, Quid dicam? dolum'ne hominis, an ignorantiam accuſem? ęgrè illud, hoc nullo modo poſſum. Philautia ſanè periclitatus eſt.

RAI-

Source : BIU Cujas

RAINALDI CORSI
Indagationum Iuris
LIBER III.

1 *Recens Iudicij definitio ex Venusino. Cap. 1.*
2 *Ex auctore.*

QVID sit Iudiciũ, variè a Doctoribus disceptatur in diuersis locis maximeque a Venusino in 2. par. prin. spe. aur. Qui multis confutatis opinionibus aliorum suo more doctè, atque subtiliter, ita tandem ipse definit. † Iudicium est iustitiæ ministratio, quæ fit a Iudice in causa proposita coram eo. Tu dicito mea sententia pulchrius, atque elegantius. † Iudicium est alieni iuris obscuri per legitimos tramites explicatio. Nec euagandum est diutius, vt rationes assignentur huius definitionis. Nam per se patent.

Arguitur Venusinus circa iniuriæ propulsationem. Cap. II.

1 *Vim propulsare est iuris naturalis primæui.*
2 *Quandoque bonus dormitat Homerus.*

IDem Venusinus 3. par. prin. eiusdem tractatus. Ius, inquit, secundarium commune est solis hominibus, ideoque rationis dicitur. Et de hoc loquitur l. vt vim. de Iustitia, & iure. Ego contra, quod attinet ad vis propulsationem. Neque enim soli homines † sed omnia omninò animalia aduersum vim eunt. Quo circa Cic. de offi. j. Principio, inquit, generi animantium omni est a natura tributum, vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura videantur. Malè ergo is doctor, alioqui eruditissimus, legem illam accepit, conuenitque illi, quod dicitur. † Quandoque bonus dormitat Homerus. Consentit quidem nobis Vacca familiarissimus noster in expositione d. l. vt vim. in princip.

Ad constituendam Vrbem, Episcopum nequaquam esse necessarium. Cap. III.

1 *Episcopalis dignitas ex communi vsu constituit Ciuitatem.*
2 *Represalijs concessis in Ciues, oppidani non veniunt.*
3 *Plus, & minus non faciunt differre specie.*
4 *Ciuitas constitui potest sine superioris auctoritate, sed non habere Episcopum.*
5 *Ciuitates condere de iure est gentium.*
6 *Ciuitatem laici constituere possunt, qui tamen Epm creare nequeunt.*
7 *Ciuitates fuere prius, quàm Episcopi.*
8 *Item ante aduentum Christi.*
9 *Episcopi sine ciuitatibus, & contra esse possunt.*
10 *Ciuitates multas Germani, & Sarmatæ adhuc sine Episcopis habent.*
11 *Ciuitas constituitur voluntate principis.*
12 *Item si Princeps ex certa scientia, vt ad Ciuitatem scripserit.*
13 *Ferdinandi Imperatoris electi beneficio Corrigiũ sine Epo est ciuitas.*
14 *Ciuitas, quæ propriè dicatur.*
15 *Definitio ipsa dupliciter definitur.*
16 *Dissidij tollendi causa Sedes Episcoporum ab initio distinctæ fuere.*
17 *Ampliationes duæ ad præsens capitulum.*
18 *Limitationes totidem.*
19 *Ciuitas nobilior cum Episcopo, quàm sine.*
20 *Æmulatio regulariter prohibita.*

MAndricardus Cruceius elegantissimis moribus Iuuenis, summaque mihi, ac memorabili, quò ad vixit, familiaritate deuinctus, cùm Parmæ ageret, quæstionẽ huiusmodi, in quã sui sodales inciderant, ad me retulit. Nùm sine Episcopo Vrbs esse possit? Et quidem pro parte negatiua plura vrgere videbantur. Ac primò doctrina Bart. in l. si hæres. §. j. de leg. j. vbi dicit, q
1 ex communi vsu † dignitas Episcopalis constituit Ciuitatẽ. Ciuitas autem, & Vrbs idem sunt, quanquam a diuersis nominibus deriuantur. Bar. in Auth. quib. modis natu. effici. sui. in princ. l. Ciuitas. si cer. pet. l. 2. l. Pupillus. §. Vrbs. de verb. sig. Secundò facit alia doctrina eiusdem Bart. in l. fin. col. 2. de colleg. illici. Vbi inquit, quòd vsu nostro non appellatur Ciuitas, nisi Episcopatũ habens. Tertiò facit alia doctrina eiusdem interpretis in consti. Qui sint rebel. in ver. Lombardiæ. nu. 5. vbi ait, Ciuitatem secũdùm vsum nostrum appellari illam, quæ habet Episcopum. Ad hæc Bal. in l. si in aliquam de offi. proconsu. & in Margar. in ver Ciuitas. secũdum, inquit, communem vsum loquendi oppida, quæ nunquam habuerunt Episcopum, non dicuntur Ciuitates
2 Ideoque concessis represalijs in ciues † oppidani non veniunt Idem etiam Bal. in l. Ex hoc. de iusti. & iu. in prin. Homines, ait, sociati in vnum oppidum, faciunt Terras, quas vulgò dicimus Ciuitates, si habent Episcopum. Nec a Bart. & Bald. dissentit Albericus in Dictiona. Cùm Ciuitatem docet eam propriè nuncupari, quę habeat Episcopum. Alciatus præterea Dominus, & magister meus in d. l. Pupillus. §. Vrbs. de verb. sig. In recentioribus, inquit, canonibus non dicitur Ciuitas, nisi quæ habet Episcopũ. Atque hæc inter Christianos maximè obtinent, quãuis & apud Sarracenos sint vrbes, iuxta not. 98. distin. cap. prouinciæ. a Bal. in d. l. ex hoc colum. quarta, & in Italia præsertim, teste Bald. in d. l. secunda, in fi. de verbo. significa Quibus tamen non obstantibus, contrarium respondi. Et primò per text. 80 distin. cap. Episcopi. Vbi ex verbis Anacleti Papæ dicitur, Episcopi non in castellis, neque in modicis Ciuitatibus debent constitui. Sũt ergò
3 Ciuitates sine Episcopis, licèt modicæ. Nam plus, † & minus nõ faciunt differre specie. l. fi. de fun. instruc. Sed & Leo Pontifex in c. j. de priuileg. & excessib. priuilegia. Episcopalia, inquit gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus præsidere oportet. Innoc. verò in c. cùm ab Ecclesiarum. de offic. ord. posse. inquit, homines absque superioris auctoritate
4 † sibi constituere ciuitates, quæ Episcopos non habeant. Cuius
5 rei est ratio: quia condere ciuitates † venit a iure gentium, vt Imo. not. in d. capit. colum. secunda. Propterea Bald. in dict. l. Ex
6 hoc. de iu. & iu. dixit, laicos posse ciuitates constituere, † quitamen Episcopum creare nequeunt. Adde, quòm vrbes antiquio
7 res sunt † Episcopis, & temporalis iurisdictio nihil habet commune cum spirituali, immo Sarraceni habent vrbes, vt dixi, & carent tamẽ Episcopali dignitate, sicut idem Bal. eo loco ratio-
8 cinatur. Et anteq̃ CHRISTVS † in vterũ Virginis e sinu patris descẽderet, vrbes erant. Quemadmodũ veraciter ait Imo. in ,,proximè nuncupata col. Videmus etiã Episcopos sine ciuitatibus,
9 cur non igitur † sine Episcopis Ciuitates? Multæ quippè vrbes ad
10 huc extant sine Episcopis apud Germanos, † & Sarmatas, vt Alcia. adstruit in d. l Pupillus §. Vrbs. post Alex. in addi. Bar. ad d. l. 2. de verborum signific. Quòd autem possibile sit, vrbem esse, quæ non habeat Episcopum, tenet expressim Bar. in l. 1. C. de Metropol. Beryto. libr. 11. Et hanc esse verè ciuitatem adserit idem in d. Cõst. qui sint reb. Modo habeat magistratum cum iurisdictione, quamuis non eum imperio. Accedit, quod dicitur, voluntate Principis † ciuitatem constitui. Barto. in d. l. 1. C. de Metropo.
11 12 Beryto. Et eam esse ciuitatem, ad quam † ex certa scientia princeps, vt ad Ciuitatem scribit, quenadmodùm Sereniſſimus Fer-
13 dinandus Imperator, quem Deus seruet, † ad Corrigium domicilij mei Sedẽ scripsit Anno Domini 1559. die Maij 16. apud Augustam Vindelicorum. Si enim scriberet, vt ad Terram, quãuis datis priuilegijs Iurisdictionis, esset dumtaxat castrum cũ priuilegijs Ciuitatis. Idem Bartol. in d. Constitutione. qui sint reb. Cui conclusioni quamquàm videatur aduersari Alexan. ibi per tex. in Clem. fin. de sententia excommunica. Tu pete responsionem ex Innocen. in d. cap. cùm ab Ecclesiarum. Quòd si definitionem capimus ciuitatis, Nihil aliud est Ciuitas, † nisi ciuium
14 vnitas, vt Dominus Helias notauit in capitulo si ciuitas, de sent. excommunica. in 6. vel ea, quæ muris ambita veterum auctoritate Ciuitas nuncupatur, secundùm Baldũ in dicta l. ex hoc. colum. 4. siuè, vt Bolognetus ait, ampliando Bartoli definitionem in l. Ciuitas. numero 9. si cert. peta. locus muris circundatus, ædificijs plenus, territorium habẽs ad perpetuam populi habitationem destinatum Nusquam ergo in definitione habetur mẽtio
15 Episcopi. Et tamen definitio † illa est, quæ, vt Cic. in Topicis tradidit, quasi inuolutum euoluit id, de quo quæritur. Et vt eo in loco Boetius explanauit. Definitio est oratio substantiam vniuscuiusque rei significans. Cùm itaque in definitione nulla fiat mentio Episcopi a Doctoribus, consequens est dicere ex mente Doctorum minimè necessarium esse Episcopum, vt Vrbs constituatur. Quod & palam professus est Præp. in dict. c. Episcopi. & in c. superiore. 80. dist. & Dominus Helias in eo. c. si Ciuitas. de sententia excommunica. in 6. Argumentum ex anti quitate adijciens; quoniam a confusa olim administratione Epi
16 scoporũ gignebantur discordiæ, ideoq; sedes † distinctæ fuere. Quibus adde Iaſ. in d. l. si hæres. §. j. de leg. j. Et p hæc oĩnò cõcludi
17 tur, Ciuitatẽ sine Epo esse posse. Qđ quidẽ ampliaẽ † dupliciter ẽt sine superioris consensu vt supra dixi. Atque ẽt sine tribunali causarum, vt Bald. scripsit post Iac. de Are. in dict. l. si in ali-
18 quam, & in dict. l. ex hoc. Limitatur autem † dupliciter quoque modo cincta sit muro, aggere, aut fossa. l. secunda, & quod ibi not. de verbo. significa. Patet ex definitionibus superius positis. Item modò absit alterius vrbis æmulatio, materiaque seditionis. Imo in dict. capitulo cùm ab Ecclesiarum. colum. secunda, de offi. ord. l. opus. de ope. pub. Contraria obtinent ex communi vsu loquendi. Certumq; est, & prorsus indubitatum augeri de-
19 cus vrbis per Episcopi sedem, † cùm solæ maiores Vrbes hoc primum honore dignæ habitæ fuerint Porrò quod dicitur, concessis represalijs aduersus ciues, non comprehendi oppidanos, Illud est ratione odij, strictæque materiæ. c. odia de reg. iur. in 6.
20 saneque æmulatio † in ipsis etiam castris, & arcibus est prohibita, immo & in priuatis quibusque locis d. l. opus.

Cur

Source : BIU Cujas

Cur Prætor hæredem facere non potuerit, & an legem? Cap. IIII.

1 *Hæres dicitur dominus, & hæreditas dominium.*
2 *Dominum ſine traditione non transfertur.*
3 *Prætor nullam habuit facultatem legis condendæ.*
4 *Prætoris miniſterium in quo verſetur.*
5 *Prætoris ordinationes quare edicta, decretavè appellentur.*
6 *Ipſo iure, ideſt recta via.*
7 *Dominium ex poſſeſſione cepit.*
8 *Prætoriæ bonorum poſſeſſionis nomina declarata.*
9 *Bonorum poſſeſſio eſt ius, quo.*
10 *Prætorium ius quid ſit denique.*
11 *Prætor eſt viua vox, & miniſter Iuris Ciuilis.*
12 *Par in parem nullum exercet imperium.*
13 *Verbum, Debet, neceſſitatis eſt, pariq; modo futura participia paſſiua, ſi verbo ſubſtantiuo, ſum, es eſt, iungantur.*
14 §. *Quos autem. Inſtit. de bono. poſſ. declaratus.*
15 §. *Prætorum. Inſtit. de iu. na. gen. & ciui. ſimiliter declaratus.*
16 *Cui datur facultas conſequentis, datur etiam antecedentis.*
17 §. *Pœnales. Inſtit. de actio. nouè ponderatus, atque examinatus.*
18 *Inter magnum, & modicum datur tertium.*
19 *Legem condere ſupremæ eſt iuriſdictionis.*
20 *Exemplum ad rem accommodatum.*

RAtio, cur prætor hæredem facere nõ poſſit, ea eſt, ni fallor.
1 Quia hæres† dicitur Dominus. §. fi. Inſtit. de hæredum quali. & diff. Ergò & hæreditas recto iure dominium dici poteſt. Do
2 minium autem † ſine traditione transferri non ſolet. l. traditionibus. C. de pac. Niſi id per legem, aut ſimilem iuris conſtitutionem fiat. §. quos autem. Inſtit. de bono. poſſ. Prætor itaque, cùm legis condendæ nullam poteſtatem haberet (quod infra docebo) cumque dominium per hoc abſque traditione transferre non poſſet, emendandi tamen iuris ciuilis cauſa, in quo plura deſiderabantur, bonorum poſſeſſionem inuenit, atque eam loco hæreditatis detulit. d. §. quos autem. & l. ij. ff. eod. Quòd verò
3 Prætor condendæ legis † nullam poteſtatem haberet, ſic primò oſtendo. Quia nuſquam reperimus id à lege expreſſum. Immo quod ius prætorium, ſiue honorarium appellatur, & ſi non modicam iuris auctoritatem habere dicitur. §. prætorum. Inſtit. de iu. nat. gen. & ciu. tamen declaratur eſſe emendandi, corrigendi, ſupplendi iuris ciuilis gratia. l. Ius autem ciuile. §. j. de iuſti. & iur. ita vt prætor ſit miniſter iuris ciuilis, quod euidẽtius habetur in l. ſeq. cùm dicitur, eum viuam quodammodo vocem eſſe Iuris
4 ciuilis: & miniſterium † quidem prætoris verſatur potius circa effectum, atque exequutionem iuris, quàm circa nomen. Ideo in l. 2. §. capta deindè Sardinia. de orig. iur. dicitur prætoris officium fuiſſe in Iure reddendo. Præterea non alia ratione æquitas propoſita fuit a lege Prætori. l. quod ſi Epheſi. §. fina. de eo, quod cer. loco. Niſi, quia cùm lex ſcripta ſemp viuat, Legiſlator moriatur, contingit interdum, vt legiſlatorem ipſum, ſi viueret, credibile ſit aliter atque aliter fuiſſe conſtitutum. Quare prætori data eſt facultas moderandi ius ciuile, ideſt legem ſcriptam, pro loco, pro tempore, pro perſonis, habita æquitatis, atque vtilitatis publicæ ratione, ita vt is, ceu viua quædam vox, declaret ius ipſum ciuile mortuum non per modum legis, ſed (vt dictũ eſt) miniſterij. Quod Ariſtoteles manifeſtè ſenſit. V. Ethi. x. & hanc iuris moderationẽ Diuus Thomas epicheiam nominauit. 2. 2. q. 120. Neque verò videmus legem vnquam, aut conſtitutionem illi ſimilem diſpoſitioni ſuæ, quæ pura ſit, exequutionis aliquod verbulm adiungere, ſicut prætor facit, cuius mos eſt ſub conditione plerunque, ſi ita factum nõ erit &c. polliceri ſe daturum, facturumvè, adeũdusq; eſt ſemper, & cauſa cognita vt plurimũ, quæ cuncta ſigna ſunt miniſterii. Et fortè hæc eſt ratio, cur ma-
5 gis propriè, ac ſtrictè ordinationes Prætorum † Edicta appellentur, ſiue Decreta, eo quòd vel dicat per ſentẽtiam, vel decernat; quorum neutrum ſine hominis miniſterio explicari põt. Atque hinc euenit (vt rem propoſitam iam tandem arctius teneamus) quòd cum qualibet prætoris diſpoſitione deſideretur miniſterium ipſius, oportuit etiam bonorum poſſeſſionem agnoſci verbo ſaltem coram ipſo. l. fi. C. qui admitti. Id porrò obſtabat, quo
6 minus ipſo iure † (quod recta via, & nullo adito magiſtratu interpretamur) dñium prætor transferre poſſet. Etenim dñium ex
7 poſſeſſione cœpit † l. j. in prin. ff. de acq. poſ. & qui dñs eſt, nil amplius, agit, quàm vt vel retinendo, vel vendicando poſſideat. l. rẽ in bonis. de acq. rerum dominio. Itaque Prætor, qui dominium recta via dare non poterat, videbatq; dñij cauſam, quæ exequutionis erat, ad ſe, tanquam ad iuris ciuilis miniſtrum, pertinere, bonorum poſſeſſionem loco hæreditatis ſubſtituit in hoc adiu-
8 uans, atque emendans ius ciuile, † q̃ in poſſeſſione ius amplecti, in bonis etiam incommoda venire voluit præter horum nomi num propriam ſignificationem. l. 3. in prin. & §. j. ff. eo. Atq; hoc, vt omninò ſimilis eſſet bonorum poſſeſſor hæredi, quod apertè dr̃ in d. §. quos autẽ. Ex quibus ceſſat lõga illa altercatio, nunqd bonorum poſſeſſio ſit ius, quo, an ius, quod. Dico enim eã eſſe dñij cauſam, quæ præſtat nobis ius, ideſt facultatem perſequendi &c. ſicq; eſt † ius, quo. Enimuerò quod attinet ad agnoſcendi
9 modum, rñdeo ſeruandam eſſe formam, quam Prætor conſtituit, cuius mentio hr̃ in d. l. fi. C. qui admitti. Quæ forma, q̃a dat ſubſtantiam bonorum poſſeſſioni, propterea effecit etiam, vt talis bonorum poſſeſſio diceretur eſſe de iure prætorio. Idem eſt
10 autem dicere de iure prætorio, † quod eſt de iure ciuili emendato, correcto, vel adiuto a prætore miniſtro illius ob publicã vtilitatem, ſiue æquitate ſic poſtulante. Secundo loco ſic argumen
11 tor. Prætor dicitur, tanquam viua vox † iuris ciuilis, quod ſupra oſtendi. Sed ſicut vox ab animali ſeparari non poteſt, ita nec a iure ciuili prætor. Quid is, quæſo, erit hoc iure ſublato, in quo ille declarando, corrigendo, ſupplendo elaborare debet? Nihil omnino. Nam & vocis miniſterio vti dicimur. l. Labeo. §. Idem Tubero. de ſupp. leg. Non eſt ergò Prætor eo numero habẽdus, vt ſit legiſlator, ſed legiſlatorum miniſter, atque aſſecla, cui viuere ex præſcripto neceſſe ſit, neque ideo corrigat ius ciuile, q̃ tanti ſit per ſe ipſius auctoritas, ſed quia procuratoris inſtar, mãdati fines diligenter cuſtodire tenetur. Qua in re ſeſe offert. l. j. de ventre inſpiciendo. Tertium, ac fortiſſimum, prorſusque noſtrum argumẽtum: quam perlegi hortamur ſaltem vſque ad §. quamuis. & hanc ita inducimus. Nulla reperitur lex Imperatori præcipiens, neque ſenatusconſultum, aut conſtitutio legi: quia
12 par in parem † non habet imperium. c. cùm inferior. de maiori. & obed. cum ſim. At reſcriptum extat, & ſic conſtitutio reperitur, quæ prætori neceſſitatem facit, & ſic illi præcipit. Ergò Prætor non poteſt cõdere legẽ. Alioqui par eſſet. Contraria nanq; ſunt dare legem, & accipere, niſi is, qui accipit, ſponte ſua profiteatur ſe velle illi obtemperare, exemplo principis in l. digna vox. C. de legibus. Porrò dictæ l. j. de ven. inſpi. verba talia ſunt in §. igitur. Quòd ſi negauerit, ſecũdùm hoc reſcriptum prętor debebit obſtetrices adhibere. Et paulo poſt in ver. Et notandũ. oẽs a Prætore adhibẽdæ ſunt. Atque item. Prætor domum honeſtæ matronę eligere debet. Quibus, obſecro, verbis aſtringi poterat euidentius prętor, vt omnino pareret, quàm verbo ipſo, Deben
13 di, repetito, † participioq; illo futuro paſſiuo, Adhibendę, cum verbo ſubſtantiuo coniuncto, qui loquendi modi neceſſitatem ſemper inducunt, vt latini ſermonis ratio, proprietasq; docet in primis ſpectanda? l. Labeo. de ſupp. leg. Alciatus de verbo. ſign. libr. j. in prin. Iure igitur optimo Prætor eximitur ab origine legislatorum, cùm nunquam profeſſus fuerit ſe velle ſubiacere legi, & ſubiaceat tñ. Hincq; probatur etiam miniſterium ipſius adeo manifeſtè, vt in hoc non ſit nobis præterea elaborandum. Sed nec defatigari quidem nos conuenit, vt probemus illi non fuiſſe poteſtatem legis condendę. Quandoquidem id planè di-
14 cit Imperator in d. §. quos autem. † Adeò vt non poſſim nõ magnopere mirari, quomodo vniuerſi Doct. illum text. præ oculis habẽtes, nodum in ſcirpo quęſierint. Etenim Imperator ponit primò dictum inquiens. Quos autem ſolus vocat prætor ad hæreditatem, hęredes quidem ipſo iure non fiunt. Deinde rationẽ adfert ijs verbis. Nam prætor hæredem facere non poteſt. Tertio loco rationem rationis ſubnectit eiuſmodi. Per legem enim tantùm, vel ſimilem iuris conſtitutionem hæredes fiunt. Quapropter tale conſequens colligi vr̃. Non poteſt facere hæredem. Ergò neque legem. Et è contrario. Legem conſtituere non põt, igitur nec facere hęredem. Manifeſtaq; concluſio vr̃ ſumi ex illa clauſula, VEL ſimilem Iuris conſtitutionem, q̃ prętoris edictum ſimile non ſit legi. Quare nec Prętor legislatori. Id quod ſequentibus exemplis maximè confirmatur. Dum ſenatus conſulta, Principumque conſtitutiones, Prætore omninò excluſo, adſimilantur legi. Tantum abeſt, vt Prętor legem condere poſſit. Nec ob. quod dicitur, Prętorem adnumerari inter eos, qui fa
15 cultatem habent ſtatuendæ legis. §. conſtat. & §. Prætorum. † Inſtit. de iure gen. & ciu. Quia tam & ſi videatur hęc argumentatio ſolidiſſima, ita tamẽ eneruatur. Edicta Prętorum ſunt pars iuris ſcripti, & non modicam obtinent iuris auctoritatem, nihilominus vim legis haud quaquam habent: vt enim lex lege declaretur, cùm Prętoris facultas verſetur in emendando, corrigendo, ſupplendo, & adiuuando iure ciuili, quoties ex his aliquid facit, id iuris obtinet auctoritatem, parsq; eſt iuris ſcripti, ſed non uim legis habet, ita vt abſolutè dici queat, licitum eſſe Prętori legem condere. Immo Prętor legẽ ſequitur, vt miniſter, & exequutor, quemadmodum prædiximus. In miniſtrando autẽ, & exequendo cognoſcit, & adhibet remedia opportuna ea ratione: qm̃ cui
16 datur facultas conſequentis, † datur etiam antecedẽtis. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. de procu. Hinc ſi animus vertatur ad eas actiones, quas prętor dicitur introduxiſſe ex ſua iuriſdictio-
17 ne. §. Pœnales. † Inſtit. de actio. cognoſcetur planè illas omnes reſpicere exequutionem, quò ſcilicet libera ſit ei exequẽdi via, album, quo ius ciuile ab eo declaratur, ne quis corrumpat, neu quenquam a fori diſcrimine, poſtquam in illud vocatus fuerit, eximat; atque vt ne ab alio eximatur, dolum pręſtet. Itẽ ne ſpreta naturali æquitate illum adeat quiſquam aduerſus parentem, patronum ve, niſi venia impetrata. Quæ omnia præcurrũt exequutionem,

Source : BIU Cujas

quutionem, & miniſterium eiuſdem Prætoris ius reddere debentis. Quò fit, vt ſermo ille, ex ſua iuriſdictione, videatur oīnò ſic declarandus, ideſt ex ea facultate, quā Prætor habēt adiuuandi, emendandi, corrigendi, & ſupplendi iuris ciuilis, ſicut iam ſepè a nobis ſupra dictum eſt. Quæ verò eſt ratio, quòd in ſingulis illis partibus iuris ſcripti, quæ ſex ſunt, Imperator vſus fuerit verbis ſignificantibus legis auctoritatem, in ſolo Prætore abſtinuerit? Legem, inquit, populus ſenatorio, Plebiſcitum plebs plebeio magiſtratu interrogante cōſtituebat. Enutrobique verbum conſtituebat, legiſlatoris proprium. Hoc ipſo Senatuſconſulti vis explicatur. De Principe palam eſt. De prudentum rīſis dicitur, conſtitutum eſſe, vt Iudici ab eorum ſententia recedere non liceret. Adſunt & verba magis aperta, quibus oſtenditur cęteras partes iuris ciuilis pro lege fuiſſe. De vno prætoris edicto ſcribitur. Non modicam iuris obtinet auctoritatem. Atqui inter
18 modicum, † & magnum datur tertium. & modica quidem non eſt prętoris auctoritas, vt quę conſiſtat in Iure ciuili moderando, ſed non continuò ſequitur, quòd ea ſit maxima, quemadmodū
19 eſſet, ſi legem condere poſſet, † qui ſupremæ iuriſdictionis eſt actus, vt cùm de iuriſdictione loquuntur Doct. tradunt, præſertim Bar. in l. Imperium. de Iuriſd. omnium iud. Videre eſt etiam in ff. & C. titulos ſingulares de offic. præt. & nuſquam tamen hęc illi datur poteſtas. Quin extat titulus communis de legibus, & de Senatuſconſultis, ſeorſum alius de Conſtitutionibus Principū, de Edicto Prætoris omnino nullum. Et ex his opinor, ſublatam eſſe omnem in hac re dubitationem, modo illud addatur, nullū eſſe Prætoris edictum, ſiue ad rei perſequutionem, ſiue ad pœnā pertineat, quo non potius defendatur ius iam competens, quàm competiturum inducatur. Etenim ſemper alteri iuri adhæret, vel naturali, cùm ciuile ſuppletur, vel ciuili, cùm ipſum corrigi-
20 tur, emendatur, aut adiuuatur. Fitque fermè, † quod apud Grammaticos de nominibus adiectiuis, quorum proprium eſt ſubſtantiuis adijci, nec vnquam per ſe ſtare. Sic Prætor in bonorū poſſeſſione contra tabulas inhæret legi naturali. In ſecundum tabulas inhæret ciuili. Atque ita de ſingulis.

Cur ex ſtipulatione Actio detur? Cap. V.

1 *Liberatio charior eſt legibus, quàm obligatio.*
2 *Ius ciuile moderatur, non aufert naturale.*
3 *Iure naturali fides ſeruanda.*
4 *Similia ſunt pactum geminatum, & ſtipulatio.*

1 AMicior eſt legibus liberatio, † quàm obligatio. l. Arrianus.
2 de actio. & oblig. Nec ius ciuile auferre poteſt, † ſed moderari tantum Ius naturale, vt copioſè aliàs diſſeruimus. l. Ius ciui-
3 le. de iuſt. & iu. Ius autem naturę, quod quis promiſit, † ſeruandū eſſe dictat. l. j. de pac. Quam regulam quia Ius ciuile ſubuertere non poterat, ſic temperauit, de non aliter oriretur ex promiſſione actio, niſi præcurrentem interrogationem ſubſequeretur reſponſio. Quæ ſtipulationis eſt forma. Et hoc fauore liberationis, qui fauor militat ſimiliter prohibendo, ne actio naſcatur, niſi cō tinuus ſit actus ſtipulantium. Sunt verò ſimilia inuicem † ſtipulatio, & pactum geminatum. Nam qui reſpondens obligatur, & cū audiebat ſe interrogari, videbatur ipſis aduerſarij verbis conſentiendo ſe obligare, & cùm reſpondet, vī eadem interrogantis verba confirmando repetere. Ita vt alterum alteri, eò ꝙ vtrunq; incontinenti fiat, ineſſe videatur. Arg. l. Iuris gētium. §. Quinimo de pac. Neque hinc aliena eſt forſitan ratio tex. in mutuum. Inſtit. de inut. ſtip. ſi quis eam diligenter, acriterque perpēdat. Quòd ſi legum Ciuilium auctores voluiſſent impedire etiam, ne daretur ex ſtipulatione, & ex pacto geminato actio, id erat demoliri, prſus, non ſolùm moderari ius naturæ, cuius proprium eſt immutabile permanere. §. ſed naturalia. Inſti. de Iur. na. gen. & ciu. Atq; hæc ipſa eſt cauſa, cur inuenta fuerit ſtipulatio, ſcilicet quò amplior liberatio, & anguſtior obligatio euaderet. Eadem eſt, cur prohibeatur quis alteri ſtipulari, & cur nutu, nuncio, vel epiſtola
4 non liceat verborum obligationem contrahere, & cur paſſim ſtricta ſit ſtipulatio l. ſtipulatio iſta. §. alteri. l. j. in prin. & §. ſi quis ita. & §. fin. l. quicquid. de verbo. oblig. Inſtit. de oblig. ex conſen. in fi. Toto titulo de Inut. ſtip. Quæ ſi notes, humaniſſime lector, teq; noſtræ adiungas ſententiæ, (quod futurum Deo bene iuuante confidimus) adſeres planè tibi nunc primùm traditam fuiſſe auream clauem vniuerſæ huius materiæ. Deoq; ipſi, a quo bona cuncta procedunt, ingentes mecum gratias habebis, & ages.

Exornatum Sing. Cremen. L. Cap. VI.

1 *Primogenitus Regis ille dicitur, quem ſuſcepta dignitate Rex genuit.*
2 *Arthemenes Xerſi quanquam maior natu, ideò poſtpoſitus.*
3 *Ludouicus Maria Sfortia conſimili ratione Franciſco patri in imperio Mediolanenſi ſucceſſit.*
4 *Natus antequam pater decurio fieret, id ſolum ex ſequenti patris dignitate conſequitur, ne plebeiorum more caſtigetur.*

DIſſerit Cremenſis, minorem natu filium, quem pater Rex genuit, maiori filio, qui ante regiam dignitatem patris na-
1 tus fuerat, eſſe præferendum. † Et hoc legibus, & auctoritatibus tùm Bartoli, tùm Baldi ſulcit, ibique Caſtillionæus in additionibus aliorum Doctorum congerit auctoritates. Nos poſſumus lo
2 cupletare exemplo ab hiſtoria petito. † Etenim Arthemenes, & Xerſes filii Darij Perſarum Regis in hanc contentionem venere, & prior quidem maximus natu ętatis priuilegio Regnum ſibi vendicabat, ſed a patruo tamen Anapherne poſtpoſitus eſt iuniori, eo quòd iunior Regi, ille priuato patri natus eſſet. Herodot. libro tertio. Iuſt. libr. 2. Item alio præſenti ferè exemplo Lu-
3 douici Mariæ † Sfortiæ, de quo per Iouium in argumento, quēadmodum Mediolani ſtatus ad Aurelianos Principes deuolutus fuerit. Ad hęc text. meo iudicio peregrinus in l. ſecunda. §. In filijs. de decu. Vbi item glo. in verb. Pertinet. Natum enim ex De
4 curione eſſe, antequam pater decurio fieret, † eatenus prodeſt, ne plebeiorum more filius caſtigetur, haud amplius.

Perquiſita ratio in materia fideicommiſſi. Cap. VII.

1 *Fideicommiſſo rem ſubiacentem ſi quis ignoranter emat, dominus illius efficitur irreuocabiliter ſecundùm Alex.*
2 *Boni publici cauſa contra naturalem æquitatem ſtatuitur.*
3 *Præfertur, qui tractat de damno vitando ei, qui lucrum captare ſtudet.*
4 *Ignorantia facti alieni excuſabilis, ſi non ei ſumma negligentia obijciatur.*
5 *Fideicommiſſorum natura infirma, & iure poſitiuo inducta.*
6 *Emptio a iure gentium.*
7 *Hæres omni tempore habet apud ſe directam actionem.*
8 *Fideicommiſſarius vtilem tantum acquirit, quo tempore hæreditas ſibi reſtituitur, vel in mora reſtituendi eſt hæres.*
9 *Vendita re duobus, ſiue locata, ille, cui primò tradita fuerit, in dominio detinendo eſt potior.*
10 *Fideicommiſſi alienatio tenet, quo ad caſus venerit reſtitutionis.*

1 QVæ nam eſt ratio, cur emens rem fideicommiſſo ſubiacentem ignoranter, dominus illius † efficiatur irreuocabiliter? quemadmodum notauit Alexand. conſilio 329. aliàs 185. Viſo themate dicti Silueſtri. vol. ſecundo. An ea fortè, ne rerum dominia in incerto ſint, quæ dicitur eſſe cauſa boni
2 publici? l. prima, de vſucap. Et ex hac interdum † contra naturalem equitatem ſtatuitur, vt ibi not. Glo. & in materia fideicommiſſi ſpecialiter, quæ pleriſque proſunt, his, quæ quibuſdam ſunt vtilia, præponuntur, aut. res, quæ. C. Communia de lega. An ꝙ emptor certet de damno vitando, Fideicommiſſarius verò de lucro captando? Emptio enim eſt titulus oneroſus, Fideicommiſſum, vt quod legato ſit exequatum, lucratiuus. §. primo. §. ſi cui fundus, & §. ſi quis debitori. Inſtit. de lega. l. prima, de legat. j.
3 Conſtat autem præferri eum, † qui tractat de damno vitando ei, qui lucrum captare ſtudet. l. non debet actori. §. primo, & qđ
4 ibi no. de Reg. iu. l. fin. C. de codicil. An ꝙ in alienis factis † ignorantia ſit excuſabilis? l. iniquiſſimum. de iu. & fac. igno. l. fin. pro ſuo. l. ſi mulier. ad Vell. Quam ob rem ſolet ex tali ignorantia cō cedi reſtitutio ſecundùm Dyn. in cap. cùm quis. de Reg. iur. in 6. Bar. in l. ad diem. & in l. cùm filius. §. in hac. de verbo. oblig. Dec. in l. qui in alterius. de Reg. iu. ſi non ignoranti ſumma negligentia obijciatur. l. Regula. §. ſed facti. de iu. & fac. ign. An ꝙ infirma
5 † ſit ſatis, & iure poſitiuo inducta natura fideicommiſſorum, & contra ius, ac libertatem hæredis, qui iam dominus effectus eſt?
6 Inſtit. de fideicom. hæredit. in prin. Cùm emptio † a iure ſit gentium, & naturali firmitate, fide bona, cōſenſu mutuo, lege omni fauente munita? l. ex hoc. de Iuſti. & iu. Inſtit. de oblig. ex eōſen. in prin. l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. Inſtit. eo. §. actionum. Res autem facilè in priſtinum redeunt, neque dicuntur fieri deteriores, ſed formæ ſuæ reddi. l. ſi vnus. §. pactus, ne peteret. in fi. de pa
7 ctis. An quia directa actio eſt omni tempore † penes hæredem,
8 ad fideicommiſſarium verò vtilis tunc tantum tranſit, † cùm hereditas reſtituitur, vel in mora reſtituendi eſt heres? l. pen. C. ad Treb. S. C. l. quis ergò caſus. de pecu. §. reſtituta. Inſtit. de fideicō. hæredita. Vnde interim alienāte eo, cuius eſt omnis actio, & firmior quidem, quæ perpetua eſt, ſed nihilo magis, quàm illa, quę temporalis eſt, ad eundem ſpectans, transfertur vtraque per traditionem, bonaque fide, ipſa ſcilicet ignorantia excuſabili comitante, firmius ius quærit emptor, quàm fideicommiſſarius, & in pari cauſa præfertur, tùm vt poſſidens. l. in pari cauſa. de regu. iur. tùm vt dominus. Quia in fideicōmiſſis dominium nō trāſit, niſi facta reſtitutione. l. reſtituta, in princip. ad Treb. In emptione verò ſequuta mox traditione. l. traditionibus C. de pac. Fitq;
9 fermè, quod de re duobus vendita, vel locata. † Nam cui primū tradita fuerit, is in dominio detinēdo eſt potior. l. quoties. C. de rei vendica. Rot. in antiq. deciſ. 879. Nec par eſt cauſa ſcientis, & ignorantis propter dolum, & colluſionem, quæ ſcienti patrocinari non debent l. Itaque. §. primo. de furt. l. & eleganter. §. penult. de dolo malo. Satisque conſtat infirmitas fideicommiſſi
10 ex eo, quòd indiſtinctè valet alienatio, † donec caſus reſtitutionis euenerit. Marſil. in l. fin. numero 74. de Iuriſd. omnium iud. An hęc omnia ſimul?

Circa

Circa procuratorem minoris cautio. Cap. VIII.

CAutionum tradit Specul in §. Ratione. colum. ſecunda. de procu. quam nunquam vidi ſeruari in foro, & multum tamen omiſſa nocere poteſt, obſeruata prodeſſe. Atque hæc eſt, vt procurator a minore conſtitutus caueat, ſi minor, vel eius hæres, aut is ad quem ea res, de qua agitur, pertinebit, fuerit in integrum reſtitutus, quanti ea res erit, tantam pecuniam ſe daturum. Alioqui rapelli poteſt. Vides iam lector, quanti referat hæc cautio, ſiue ſtes pro minore, ſeu contra. Sumpta fuit autem ex l. cùm minor. ff. rem rat. hab.

Alia cautio circa Iuramentum. Cap. IX.

1 *Iuramentum ſine verbis præſtitum, eum, qui fari poſſit, in foro fori non obligat.*

PRætermittitur & ferè ab omnibus in exigendo iuramento alia cautio, dum nullis id verbis præſtant, præſtari ve ſibi curant, & tamen claræ ſunt doctrinæ, ac communis Iureconſultorum
1 ſententia, quòd qui fari poteſt, † ſi ſilentio iuret, quò ad forum fori nihil aſtringitur, iniuriatusque omninò eſt. Guarnat. in Rub. de verb. ob. quæſt. j. colum. ſeptima, ver. Eſt & quintus caſus. vbi quamuis diſſentiat, ait tñ ita ſe habere cõmunem opinionem. Et hinc forſan limitare licet nõ ſine maxima vtilitate l. ſi quis maior. C. de tranſac. & eius legis pœnas effugere.

Diſſenſio quædam a præceptore in materia ſing. certaminis. Cap. X.

1 *Bella fieri dicuntur auctoritate publica.*
2 *Vnuſquiſque miles dicitur eſſe membrum Imperatoris, vel Reipublicæ, cuius in albo conſcriptus ſit.*
3 *Pyrrhi epirotarum Regis præclara ſententia.*
4 *Cerimoniæ belli ab Anco Rege Romanorum proditæ.*

DEt mihi veniam Alciatus ſumme vir auctoritatis, magiſterque meus, ſi veritatis ſtudio aliquatenus ab eo diſſenſero. Nam quod illeait de ſing. certamine cap. 30. etiam gregarium peditem, qui in albo militum nomen dederit, poſſe cum quolibet præfecto ſingulari pugna certare, eò quòd in bello cũ Rege quoque certet, mihi non perindè probatur. Concurſus n.
1 belli, qui cũ Rege fit, † auctoritate publica non caret, quæ auctoritas in duello deſideratur: nec odijs priuatis belligerantes certant,
2 ſed vnuſquiſque miles, † tanquam membrum eſt Imperatoris ſui, vel Reipublicæ, adeò vt Rex non priuati hominis, ſed Imperatoris, Rei ve publicæ magis captiuus eſſe videatur. Quod
3 Pyrrhi Epirotarum Regis † oſtendit præclara illa ſententia; qua cùm rebus feliciter geſtis, domum rediſſet, & a ſuis Aquila diceretur, per vos, inquit, Aquila ſum, qui enim nõ ſum, cùm veſtris armis, veluti pennis ſubleuer? Plutar. in Reg. & Imper. apophth.
4 Notæ ſunt cerimoniæ † bellicæ ab Anco proditæ de quibus Liuius dec. j. libro primo. Non eſt itaque per cauſa ſingularis certaminis, & belli, prout Alciatus ratiocinatur. Et qui Rex in bello capitur, non tanquam regia dignitate præſtans, ſed tanquam hoſtis publicus in militis mercenarij poteſtatem venit. Enimuerò Domini mei ſnĩam vno caſu amplector, ſcilicet cũ in ipſo bello vtriuſq; Imperatoris auctoritate gregarius pedes vnius exercitus cum præfecto alterius æquo marte decernit; in reliquis vel inuito animo diſſentio.

Ludo vincentem non teneri ad reſtitutionem. Cap. XI.

1 *Dolus malus ſemper inuiſus legibus.*
2 *Conſueto excuſat contractus nomine vſurarum ſuſpectos.*
3 *Vſuræ diuino omni, humanoq; iure prohibitæ.*
4 *Aequa luſorum conditio, & dubius victoriæ euentus ludi victoriam tuetur.*
5 *A ſortis iudicio non appellatur.*
6 *Io. Maior inſignis Theologus.*

1 ABſit dolus malus nunquam non legibus inuiſus, † l. j. de dolo malo. Doct. in §. Item ſi quis in fraudem. Inſtit. de actio. & in l. aliud eſt fraus. de verb. ſign. & in l. generaliter. cum l. ſeq. de reg. iur. Et crediderim ludo uincentem ad nullam reſtitutionem teneri, præſtante hoc conſuetudine; Quæ ſi contractus vſu-
2 rarum nomine ſuſpectos † defendere poteſt, vt per Oldr. conſi. 207. in fi. quantò magis pecuniam ludo quæſitam? maximè ſi ludi genus non ſit omninò prohibitum, cùm vſuræ † diuino omni
3 humanoque iure ſint penitus interdictę. capit. 3. & ibi Gl. de vſu. Ariſtoteles in Polit. j. Nec loquor quidem de alio cõſuetudinis genere, quàm de quo Oldradus, qui frequentiam actuum & cõſuetudine accepiſſe videtur, vt eius verba, legesque ab eo adducte planè demonſtrant. Ludum certè ipſum, ſi dolus (quemadmodum dicimus) abſit, tueri generaliter videtur æqua luſorum
4 conditio, & dubius victoriæ euentus, † arg. l. prima. C. de pact.
5 Et tanquam a iudicio ſortis † appellari non poſſe videtur. Bald. in l. fin. in prin. C. communia de leg. Dec. in Rub. extra de appel. colum. tertia. Corn. conſilio 143 in fin. volum. quarto. Venuſ. in aur. Spec. par. vj. in ver. Et quandoque appellatur, numero 257. Nosque hanc opinionem eo libentius amplectimus, quò videmus eam itidem placuiſſe pręſtantiſſimo Dño Antonio Vaccę, quem honoris, & amicitiæ cauſa nominamus, in l. de quibus, columna fin. de legib. latius verò illam fouet, & amplectitur inſi-
6 gnis Theologus Io. Maior † in 4. Senten. 15. quæſtione 13. per totum. Atque hæc veniunt ad declarationem titu. ff. & C. de aleæ luſu, & aleato.

De continuanda Rub. Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. in Inſtitutio. Cap. XII.

1 *Teſtari, & teſtis adhiberi vnuſquiſque poteſt, niſi expreſsè prohibeatur.*

VT tollatur oppoſitio Gloſ. Cur Imperator poſtpoſuerit pſonas in tractatu teſtamentorum, dic, quòd perſonas non poſtpoſuit, ſed impedimenta perſonarum: & ideò concepit Rubricam negatiuè. Quibus non eſt permiſſum; non autem dixit, Quibus ſit permiſſum. Et ipſum titulum exorditus eſt Non tñ
1 omnibus. q. d. & ſi pro regula ſit, † oẽs homines poſſe teſtari, excipiuntur tamen quidam, quos nominatim ſcire oportet, inſtar ferè teſtium; qui niſi expreſſim repellantur, omnes ſunt idonei. l. prima §. primo. de teſtib. Glo. fin. in l. pen. C. de hæret.

Declaratum prin. Decreti Diſt. j. Cap. XIII.

1 *Voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſiderat, ſecundùm Cic.*
2 *Nihil eſt liberale, quod non idem ſit iuſtum.*
3 *Liberalitate nihil eſt hominis naturæ accommodatius.*
4 *Pœna æquo animo ſubeunda, vt ſit locus iuſtitiæ.*
5 *Zaleuci Locrenſis memorabile exemplum.*

OPponit Gl. ad Iuris naturalis pręceptum, quomodo qs alij facere debeat, quòd pro ſe vellet, & cõtra abſtinere ab eo, quod prò ſe nollet, cùm ab altero nobis rẽ ſuam dari ſępe cupiamus, neque tamen rem noſtram dare velimus. Item cum Iudex inferat reo mortem, quam ſibi dari nullo modo vellet? & ſoluit
1 ſatis inaniter. Tu dic ex Cic. Tuſc. 4. † voluntatem eam eſſe, quæ quid cum ratione deſiderat. Et ceſſant omnes obiectus: quia &
2 cum ratione dandæ noſtræ ſunt res libenter. Nihil enim † liberale eſſe poteſt, quod non idem ſit iuſtum. Et liberalitate † nihil
3 eſt naturę hominis accommodatius vt idem Cic. explicat de off. j. liberalitate inquam vera, & propria. vt infra diſtinct. 86. fratrem. ij. Reſpon. & cap. non ſatis. ea. diſt. Pœnaque item † eſt
4 æquo animo ſubeunda, vt ſit locus iuſtitię. Nam Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas. Inſtit. de Iuſti. & iur. in princ. Qua in
5 re habemus clarum † Zaleuci illius Locrenſis exemplum: a quo tota non potuit ciuitas impetrare, quin ſuo prius, deinde filij oculo eruto, cùm filius eius adulterij crimine damnatus, vtroq; oculo carere deberet, ius a ſe conſtitutum, omninò ſeruaret. Val. libro ſexto, titu. de iuſt. Porrò de voluntatis vi, ac nomine diſputatum eſt etiam a nobis in libro de priua. reconciliatione. 13. Cap. in fin.

Cur venari clericus prohibeatur, piſcari non item? Cap. XIIII.

1 *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus.*
2 *Actæonis fabula quo ſenſu conficta.*
3 *Piſces muti, & ex his quidam ſanguine carent.*
4 *Leonis, & Androdi hiſtoria.*
5 *Piſcium nullus nobiſcum adſueſcit, aut certè pro monſtro eſt.*

QVæſtionem hanc exuſcitat Glo. 86. diſtin. Eſau. & reddit duplicem rationem, quia fortè piſcatio fit ſine clamore, venatio non. Item propter maiorem delectationem, qua venator diſtentus, non poteſt interim de diuinis cogitare. Ego potiores eſſe alias rationes cenſeo; nempè quia venatio fit cum maiore ſumptu, comeduntque beſtię, quod Chriſti pauperes alere de-
1 beret, contra illud Euangelium, † Nõ eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus. Ex quo vel apud ipſos poetas omninò
2 profanos datus eſt locus † fabulę Actęonis, qui a ſuis canibus propterea dicitur fuiſſe dilaceratus. Item quia carnes ferinę luxuriã magis fouent, & vitia ſubminiſtrant, quàm piſces, quod patet ex eſu carnium prohibito, quo tempore ieiunium ab Eccleſia indicitur pro vitijs compeſcendis. Item quia proximior eſt crudelitati venatio, quàm ſit expiſcatio; cùm muti † ſint piſces, & eorũ
3 quidam,

Source : BIU Cujas

quidam,ne sanè pauci,sanguine careant,ac plerunque inuulnerati capiantur, sintque prorsus natura,victu,forma,consuetudine a nobis discreti;quod initio libr.9.nat.hist.Plinius sensit.Tellus verò,tellurisq; fructus sunt nobis cum feris cõmunes,immo etiam cũ ipsis volucribus,quin vox ipsa, & sanguis, & distinctio quædam membrorum, greſſusque quodãmodo sic cõueniunt, vt nulla sit tam immanis bestia, quin feritate deposita nobis interdum assistat,blandiatur, plaudat, occinat, in nostris viuat domibus,peregrinetur, rusticetur nobiscum, dicto obediat, acceptique beneficij memor,se mente quadam propinquiore nobis
4 ostẽdat,vt de Leone illo † scripsit Gellius, qui Androdo bestijs exposito,quòd se curatum ab illo meminisset,Romano spectante populo, pepercit. Ex quo illud pulchrè dictum fuit. Leo hospes hominis, homo medicus Leonis. Atque hoc ipsum sacra pagina innuisse videtur, cùm pisces primum, deindè aues, proximo apud homines loco bestias ab omnipotenti Deo creatas fuisse dicit Gen.1. Sanctique item Pontifices huc aciem mentis direxisse videntur,cùm post tit.de clericis vena.subiecerunt tit. de cler.percuss.tanquam vterque percutiat, ille feras, hic homines.Nec percutiat solum,sed ijsdem quoque telis, quibus ne clerici in cæterorum hominum perniciem assuescant,fortasse etiã prohibentur a venatione. Quæ & illis ipsis,eorumque vitæ, qui illam exercẽt,maius affert periculum, quàm piscatio, quoniam (vt docet experientia) interimuntur sępe homines a feris,vel semet impetu aliquo præcipites agunt in illis persequendis,corporisque, & animæ (quo quid grauius homini præsertim Christiano,contingere potest:) ictu oculi detrimẽtum faciunt. Id quod rarò,ne nunquam dixerim,in piscatione euenit. Est insuper venatio minus decora, & grauis: quid enim turpius,quàm clericũ huc,& illuc pedibus cursitantem; aut equo volitantem videre? Item caret exemplis virorum bonorum,vt eod.c.Esau.Cùm piscatio ipsos habeat Apostolos, ante,& post resurrectionem Christi,immo Christum ipsum approbantem,& iubentem retia tendi,ac de piscatione comedentem.Luc.& Io. & vlt. Cuius rei illa mihi ratio probabilis esse videtur, quia vt vescamur piscibus, quibus perindè ac volatilibus, & bestiis præfecit nos Deus, necessaria omninò piscatio est. Nullus enim piscis nobiscum ad-
5 suescit † vnquam,vel certè pro monstro est. At volatilium,quadrupedumq; greges, & cateruæ, quibus continenter vescimur, apud nos sunt. Ideò persequi feras appetitus magis, & luxuriæ, quàm rationis,vel necessitatis esse cognoscitur. Denique accedit damnum, quod agris alienis a venatoribus datur,& quæ possunt oriri, rixæ, si forte dominus ingredientem aliquem prohibere conetur, cùm in aquis nulla post vestigia appareant: vt per similitudinem ait Dauid ad Dominum Psal.76. & cùm liberior sit omninò vsus aquarum.§.primo.& secundo. Instit. de rerum diui.iuncto.§.Feræ.eo.titu.

Initio Iuris Pontificij cur Papa non inuocet? Cap. XV.

1 *Vnicus fuit semper summus Pontifex, Imperatores verò aliquando plures.*
2 *Imperium ab infidelibus cepit.*
3 *Pontificatus a Christo institutus.*
4 *Papę nomen singulare, Episcopi commune.*
5 *Benedictio qua solennitate fiat a Pontificibus.*
6 *Apostolici nomen soli conuenit summo Pontifici, Romanæq; Sedi.*
7 *Apostoli, cæteriq; vtriusque paginæ compilatores, & auctores initio librorum nunquam inuocauere.*
8 *Petrus, & Paulus duo Romanæ sedis fundamenta.*
9 *Stylus antiquus obseruandus.*
10 *Populi Regis exemplo ducuntur.*
11 *Pontificij iuris compilatio vim habet legis vniuersalis.*
12 *Mutatio nominis in Pontificibus Maximis quidnam significet.*

VIdebantur sanè Pontificis partes inuocare nomen Domini nostri Iesu Christi,antequam iuris sui promulgationem aggrederetur,sicut Imperatorem passim fecisse videmus,immo quò Pontifex propius Christo accedit,cap.j.§.Vnde in veteri.de sacra vnctio.eò magis ab illo inuocationem fieri debuisse ratio omnis suadere videtur,tùm propter ipsum, qui summus est Religionis Antistes cap.2.§.Pontifex.dist.21. tum propter alios, vt illis esset exemplo. Scriptum est enim, Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum,qui in cælis est.Matth.5.Quid ergò est in causa, cur non inuocarit? An quòd necesse non sit Põtificem declarare se christianum, perindè ac Imperatorem? Eo enim ipso, quòd dicit se Episcopum,affirmat se esse Christianum.d.cap.secundo.in princ.& in §. Episcopus. cum multi sint, & fuerint a Christi lege alieni,qui nomen sibi Imperatoriũ vsurpauere,vt & hodie Turcharum maximus facit. Cumque vnicus
1 sit Pontifex (de summo nanq; loquimur) † multi verò sæpè fuerint eodem tempore Imperatores, dubitari de Pontifice nullo modo potest,quin idem sit semper, & Christianus.c.Nunc autẽ prædicta.distinct.21.cap.loquitur 24.quæst.prima.An quòd Im-
2 perium † ab infidelibus cœperit, nimirum a Cæsare, atque ab Augusto,quorũ nomina Imperatores adhuc sibi tribuũt,deque his poterat iccirco ambigi, ne christiani essent? Ea propter vbi ad Christianos traductum est imperium,& a summis Pontificibus agnosci cęptum, Imperatores dignum arbitrati sunt,legum suarum initio Christi nomen præmittere,vt omnis amoueretur suspicio, ne adhuc idolatræ essent. Quæ suspicio in Papa locum non habet, cùm eius dignitas ab ipsis manet Apostolis, fueritq;
3 a Christo † instituta.cap.in nouo.& cap.seq.ead.distinct.21.cap. Non nos.distinct.40.An quòd humilitas subiecta, qua seruum se vocat seruorum Dei, suppleat, quod propter inuocationem omissam deficere videtur, tanquam nomen ipsum sanctum, & terribile Domini reuerenter tacuerit,nec ore indigno nomina re sit ausus,nisi cùm se seruorum eius seruum esse professus est? Cuius rei argumentum est etiam, quòd se non sublimi, singulariq; titulo Papam, † sed miti,communiq; vocabulo Episcopũ nuncupauit.d.c.ea.dist.Neque enim assentio Glossæ in pęn.
4 6.quòd vti potius voluerit nomine ordinis,quàm dignitatis,cũ nullus ordo maior,immo neq; par sit Episcopo in Ecclesia Dei. Nam cur se statim in tãtum abijceret, vt seruorum Dei seruum se esse profiteretur? Itaque quò sibi constet, cẽsendum est humilitatis causa vtrunque ab eo dictum fuisse.l.non ad ea. de cond. & dem.l.si seruus plurium §.fin.de leg.primo. Tex.ferè in terminis 99.distinct.c.fina. Host.de off.Archid. colum.secunda.A qua humilitate quantum Imperator distet, patet summæ auctoritatis nomina atque prænomina, titulosque legentibus. An quòd Apostolica benedictio,quam statim Pontifex impertitur, loco
5 sit inuocationis? Cum solennitas † eius requirat: vt nomen Domini primò laudetur, mox per signum Crucis benedicatur populo.cap.Abbates.& ibi Gl.in ver.solennem.de priuileg.in.6.26. quæst.6.Ministrare.Atque ibi similiter Glo.in fi. Old.consi.246.
6 num.4.Nec Apostolicum † quidem nomen conuenit,nisi summo Christianorum Præsuli sanctæque illius, ac beatissimæ sedis auctoritati.dist.56.in fin.79.in prin.35.quæst.5.cap.3.& q.7.Apostolicæ.c.Prouida,de elec.in 6.cum mille sim.Quare hinc etiam suum testatur cultum, ac dignitatem. An quòd imitatus fuerit
7 sacrorum librorum † vtriusque testamenti compilatores auctoresque,& præsertim Apostolos,ac ipsos deniq; Petrum, & Paulum duo sedis Romanæ præcipua fundamenta, † cap. quamuis.
8 dist.21.c.2.dist. seq. quorum nullus inuocauit, sed droprio plerunque nomine pręmisso scripsere,vt constat? Dignumq; ideo ratus est Pontifex imitari eos magis, a quibus Religio sumpserit exordium,quàm alios.Maximè cùm nomen,& formam Epi
9 stolæ in oĩbus,& p omnia seruet in his libris, & a stylo † antiquo non sit recedendum.Doc.in c.2.de rescrip.An quòd Imperator vniuerso orbi,& sic multis etiam populis non christianis sibi subiectis scribens testari debuit,quem Deum coleret? iuxta illud, omnis, qui me confitebitur coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Matth. 5. Nec suum ipsius exẽplum
10 prætermittere cùm populi † Regis imitatione sæpe ducantur.Ecclesiastici. 10. Pontifex verò solis scripsit scholaribus Bononiæ commorantibus, quibus Religionis suæ fidem facere oportuit nullam,quia sciens certiorari non debuit l.j.in fi. de actio.empt. Et quia cùm Christiani essent,non erant mouendi exemplo, nã cessante cã,cessat effectus.l.adigere.§.Quamuis. de Iur. patro. Et qui lotus est,nempè baptismo,non indiget,nisi vt pedes,qui sunt sordes affectuum,per pœnitentiam lauet. Io. 13. Nec obstat, q
11 Pontificij iuris compilatio vim habeat legis vniuersalis,† vt per Glo.in Proœm.Decretal.in ver.Bononiæ,quoniam inspicitur, q principaliter agitur.l.si quis nec causam. si cert.pet.l.si quis donationi.de cõtrah.empt.Accedit pro Pontifice ratio, q omnes tituli,omnes epistolæ,omnes (vt ita dixerim) sententiæ,ac syllabæ,in eius constitutionibus nihil aliud præ se ferunt magis, quã Christi nomen,atque Religionem, cùm Cæsareæ leges negotia vt plurimum profana tractent.Quare non mirũ, si Cæsar auspicatò sua volumina exorsus est ab eo nomine, quo pontificum libri referti sunt vndique. Sed & ipsa noui nominis assumptio,
12 † quam quisque ferè Pontifex facit,confert ad ostendendum, q ille vicem Dei gerat in terris: vt notatur in Proœm. vt. Ex quo sequitur,quòd minus necesse fuerit declarare se ex inuocatione Christianum.Quòd si quis Dei nomen latè patere dicat,adorariq; ab oĩbus cùm Christi cultus intra angustiores fines sese cõtineat, hĩ ex prædictis rñsio. Ipsa enim Episcopi, & Apostolicæ benedictionis commemoratio demonstrat planè hunc, quem Pontifex Deũ fatetur,esse Chrm vnũ cũ patre,& spiritu sancto, coęqualemq;,& consubstantialẽ,ac coomnipotentẽ, & coęternũ;cui laus,& gloria in ppetuum,amen.c.j.de summa Trin.& fi. Cath.Approbandæ deniq;,& sanctificãdę (vt ita dicã) leges erãt profanorum Principum; quæ ratio cessat in sacris Põtificibus.

Cur reus positioni respondere cogatur,qui tamen instrumenta edere non cogitur. Cap. XVI.

1 *Arma sumenda non sunt e domo rei.*
2 *Instrumentum habet pro se præsumptionem.*

3 *Con-*

Source : BIU Cujas

3 *Confeſſio ad fauorem eius, cui fit, eſt releuatio ab onere probandi.*
4 *Simplex conceditur facilius, quàm qualificatum.*
5 *Lex fauet diligentiori.*
6 *Interrogatio fit in iudicijs æquitate ſuadente.*
7 *Varijs modis excipitur contra poſitiones.*

PRoblema illud ab interpretibus propoſitũ in l. j. C.de ęden. videlicet, cur reus poſitioni reſpondere cogatur, inſtrumen
1 ta ędere non cogatur, cùm regula ſit † non eſſe ſumenda arma de domo rei. l. nimis graue. C.de teſtib. An ea fortè ratione nititur, quòd lex præſumat nõ aliter contra ſe dicturum eſſe reum, niſi veritas eum coegerit; cùm inſtrumentis multę poſſint ſubeſſe fraudes, ſimulationesque, quibus vel volens reus prouidere
2 non poteſt? Nam Inſtrumentum † habet pro ſe præſumptionem. l. cum precibus. C.de proba. An quòd Inſtrumentũ de præterito ſit, reſponſio de futuro? quare interrogando, non dicuntur ſumi arma de domo rei, cùm eius, quod non ſit, nullæ ſint qualitates l. ſi ſeruum mihi. § primo. de actio. empt. nec interro-
3 gati confeſſio dicitur eſſe probatio, † ſed ad eius, qui interrogauit, fauorem releuatio. l. cum, qui, de Iureiur. Doct. in Rub. extra de proba. Alcia de præſump. par. ij. numero quinto. An quòd reſponſio ſit facti, eiusque ſimplicis, inſtrumentum verò iuris, ac plerunque inuoluti, etiam ſi facto admiſtum ſit: adſunt enim clauſulæ ex ſtylo notariorum, quarum vis a partibus ſæpenume rò ignoratur? Arg. eſt Bolognetus in auct. ſi quis in aliquo. col. quinta, verſi. & ratio decidendi. eod. titu. de æden. vbi inquit, cõ-
4 cedi facilius ſimplex, † quàm qualificatum: prout & econtra, difficillius tollitur qualificatum, quàm ſimplex. Glo. in clem. dudum. § nos enim. de ſepultu. An quòd ſi tua intereſt inſtrumentum apud te eſſe, initio tibi conſulendum fuerat: licebat ſiquidẽ non minus tibi, quàm reo, copiam ex notario petere. Quare nõ tàm lex ſuum tibi, quàm tuum denegat auxilium, fauetque diligẽtiori. † l. Pupillus. in fi. de his, quæ in frau. cred. An quòd ipſum
5 notarium perſequi potes, in interrogatione non æquè? ceſſat
6 enim æquitas, † qua fieri ſolent interrogationes. l. vbicunque. de interr. actio. & propter auxilium ordinarium impeditur extraordinarium. l. qui bona fide. §. de illo. de op. no. nunc. An quòd lex pro more ſuo ſtuduerit parcere ſumptibus, & protelationibus litium confiſa, de Iudicis præſentia, & de varijs exceptionibus, quibus vti poteſt reus aduerſus poſitiones, † antequam ad
7 reſpondendum cogatur? De quibus tractat Specul. de poſitio. §. 7. An quod dubium ſit, quid reus ſit reſponſurus, poſſibileque eſt, vt neget, cùm inſtrumentum ſit prorſus certum, ac liquidũ? Pet. & Cy. in l. prima, in 6. quæſt. C.de procura. Bald. in l. quoties. in fin. C.de iudi. Marſil. in Rub. de proba. numero tertio. Propterea minus offendi dicitur reus, ſi interrogetur, quàm ſi proferat inſtrumenta, arg. fortè l. j. C.de pac.

De dote ab vxore propter oſculum luxurioſum amittenda, vel non, Auctoris ſententia. Cap. XVII.

1 *Animus in primis ſpectatur in adulterio.*
2 *Voluntas, & propoſitum maleficia diſtinguunt.*
3 *Præſumitur in dubio, mulierem ſeductam fuiſſe a viro.*
4 *Naturalis affectus reclamatio.*
5 *Iniuria ſine animo iniuriandi fit nemini.*
6 *Plauti duo perlepidi verſus.*
7 *Duo verſiculi Græci ad idem.*
8 *E malis multis, quod malum eſt minimum, id minimum, eſt malum.*

DE dote ab vxore propter oſculum luxurioſum amittenda, ſic ſtatuerem, quòd ſi conſtet eam oſculatam fuiſſe extraneum hominem aliquo veriſimili impedimento obſtante, quo minus coire poſſent, vel ſi illa procaces blanditias admiſcuit, vt linguæ additamenta, tunc, quia corrupta animo iniuriam marito intulit, dotis feciſſe iacturam omninò putaretur. Animus
1 † enim ſpectandus in primis in adulterio, vt Xenophon in Cyri
2 Pædia diſputat: & voluntas, & propoſitum † diſtinguunt maleficia. l. verum. de fur. Sed ſi mulier honeſtæ alioqui vitæ diuturno amantis obſequio, precibusq; deuicta (quod in dubio † præſumendum l. vni. § pen. C.de rap. virg.) oſculo tandem illum dignata ſit (frequentes abſint conuentus, nimijq; ioci) probeturq; in ſua ipſius poteſtate fuiſſe: vt adulterium conſumaret, nec fecerit, non video, cur incorrupto manente animo, ſexus mollitie, fragilitateque inſpecta, amoris vi, vt ſit reciprocus, exigente, mulier veniam non mereatur, præſertim cùm florem ipſum caſtitatis illibatum ſeruarit, nec adſit periculum filios gignendi,
4 qui mariti non ſint. Naturale eſt enim, † vt eos, a quibus amari nos credimus, viciſſim amemus. Quod carmine illo Dantes Hetruſcus Poeta mirabiliter expreſſit inf. 5.

Amor, ch'à nullo amato amar perdona.

Et Aug. Nihil magis prouocat ad amandum, quàm quod pręuenit amando. Preceque vel Deus ipſe flectitur, quanquam, vt qui ſumma eſt bonitas, atq; ſapientia, non niſi ad bonum flecti poſſit. Et in muliere quidem abfuit iniuriãdi maritum animus, ſine
5 quo † iniuria fit nemini. l. 3. §. j. de iniu. Maleque huic oſculo accommodari poſſe videtur nomen luxurioſi, quod immodicam quandam, & effrænem libidinem præ ſe fert. Quin potius illa
6 Patronum videtur habere Plautum in Sticho ſic dicentem. †

Vbi facillume ſpectatur, mulier, quæ ingenio eſt bono?
Quoi malefaciendi eſt poteſtas, quæ ne faciat, id temperat.

Et græcum illum poetam, qui de viro iuſto hos ſcripſit verſiculos, † in latinum ſic ſonat.
7

Vir iuſtus non eſt, qui iniqua non facit,
Sed qui cùm poſſit, non vult, iniqua agere.

Quæ ſententia in ſacris literis his verbis expreſſa fuit. Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, qui potuit facere malum, & nõ fecit. Hùc autem pertinent, quæ ſubindè reperi Marſil. ſcripſiſſe in d. l. vni. nume. 254. C.de rap. virg. Textus in l. vulgaris. de fur. Canonizatus de pœnit. diſt. j. ſaneque huiuſmodi interpretatio, tanquam mitior, & ad euitanda ſcandala potentior, videtur omninò facienda. Nam, vt idem Plautus alibi monet. E' malis multis id malum eſt minimum, quod minimum eſt malum.
8 † Faciunt, quæ nos ipſi diximus de priua. reconcil. Cap. 6.

Magna vis Clauſulæ, ne quid peti amplius poſſit, ſi vltimæ voluntati adijciatur. Cap. XVIII.

1 *Quæ notabilia ſunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta.*
2 *Remora piſcis huic clauſulæ comparatus.*
3 *Inſtituto aliquo in re certa, ſi iuſſus ſit, ne quid amplius petat, euaneſcit potius inſtitutio, quàm illi quicquam adijciatur.*

POrrò videatur quaſi neglecta clauſula, ne quid peti amplius
1 poſſit, niſi ſpecialiter notetur, † quemadmodum de edicto Prætoris argumentatus eſt Vlp. in l. Item apud. § ait Prætor, ne
2 quid. de iniu. Vt enim de piſce illo exiguo fertur, † quem latini, quòd maximam quanque nauem, cui fuerit adnixus, remorari credatur, appellauere Remoram, nosque eiuſdem aliàs meminimus, ita de hac clauſula dici poſſe videtur; quæ ſi ſupremo cuicunque iudicio fuerit adiecta, ius omninò impedit accreſcẽ-
3 di. Propterea inſtituto † quopiam in re certa; ſi his verbis prohibitus fuerit, ne quid ſcilicet amplius petat, euaneſcet potius teſtamentũ, quàm illi accedat aliquid aliud de hæreditate Bart. conſi. 156. & 177.

Argumentum l. Eam, quam; C.de fideicom. ſecundùm Azo. & Communem intellectum. Cap. XIX.

1 *Azonis ſenſus communiter adprobatus.*

1 AZonis ſenſus † ad eam legem communiter recipitur, ſed in eo tamen perſtringendo viſi ſunt Doctores neſcio quo modo ſegnes, atque ſocordes. Quare nùm diligentia noſtra, quamuis eorum ſubtilitati impar, quicquam amplius aſſequuta ſit, tu lector diſpicito. Nos ſanè ita paucis cõcludimus. A venien te ab inteſtato legata præſtantur, ſi errauerit teſtator in coniunctione inſtituti; propterea(que hæreditas ex teſtamento adiri nõ potuerit. Coniunctionis autem nomen eo ſenſu ponimus, quo Glo. ibi in ver. Adoptata.

Romanæ Sedis auctoritas nouis rationibus comprobata. Cap. XX. & vltimum.

1 *Romæ Chriſtus naſciturus, naſcens, natusq;, & moriens obedire conſenſit.*
2 *Romani milites Chriſti reſurrectioni teſtes adhibiti.*
3 *Petro a Chriſto, Paulo ab Angelo prædictum fuit, vt Romæ aſſiſterent.*
4 *Paulus Apoſtolus Ciuis natus eſt Romanus.*
5 *Romanorum primitiæ inſigniter a Chriſto vocatæ.*
6 *Danielis interpretatio huc accommodata.*
7 *Petrus Romanum virum ſibi ſucceſſorem elegit.*

INgratus verò planè ſim, ſi te Roma ſilentio præteriero, quæ me tuo excipis ſinu, quę metam blandè foues, ac nutris, quæ mihi tot amicorum ſtudia, tot fauorem Patronorum cõcilias. Tu mearum portus ærumnarũ, Tu mihi quodcunque hoc otij. Tu ingratæ mihi patriæ damna rependis. Tu dolorum meorum acerbitatem tuo ſolaris, ac lenis aſpectu. Felix, cui vel Chriſtus
1 † naſcens, immo prius etiam quàm naſceretur, poſtque ſtatim natus obedire conſenſit, cuius inter populos nomen dare, cui tributum pendere non dedignatus eſt. Luc. 2. Matth. 17. 2. q. j. Magnum. 23. quæſt. 8. Tributum. Qua iudice vitam depoſuit.
2 Mar. 15. Luc. 23. Paul. j. ad Tim. vlt. Qua teſte, † reſumpſit. Matth. 27. Salutis illud noſtræ myſterium, hoc pignus fidei. Deus enim Rex noſter ante ſęcula operatus eſt ſalutem in medio terræ, ait Propheta, pſal. 73. Et niſi Chriſtus a mortuis ſurrexiſſet, inanis eſſet fides noſtra, inquit Paul. 2. ad Cor. 15. Quis ergò tuum cœlo coniunctum neget imperium? Quis te iure optimo Chriſtianis oĩbus præeſſe inficietur, quæ ipſi Chriſto prętuiſti? Quin Petrus,

& Paulus

Source : BIU Cujas

& Paulus duo post summum illum lapidem angularem huius domus spiritualis lapides viui, atque præcipui, tot acti casibus, tot terræ, marisque periculis erepti, tuo foro astitere, tuis parue re iudicibus cum ipsa etiam vitæ iactura. Quod ne temerè factum crederetur, †antè huic dictum fuerat ab Angelo, Cæsari te oportet assistere. Act. 27. Illi post traditas statim claues a Chri sto. Cùm esse iunior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas; cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis, vt scilicet significaretur, qua morte clarificaturus esset Deum. Ioan. vlt. Nùm verò amplius Pauli eiusdem vocationem fortuitam fuisse dicemus? quem Chtistus in patris stans dextra interpellauit, minarumque adhuc, cædisque spirantem sibi coniunxit? Act. 9. Nùm Cornelij Centurionis? Ad quem Petrus, iam Pontifex trino Dei admonitu, certaq; omninò visione contendere iussus est? Act. 10. Et horum quidem vterque, cùm vocaretur, eodem sermone vsus est, Quis es Domine? vt intelligeretur eodem vtrunque moueri spiritu, quem admodum in fin. argumentatur Ambrosius in Homelia de Visita. Virg. Neque sanè de Paulo dubitari contingit, quin natus fuerit ciuis † Romanus; cùm ipse id palàm profiteatur. Act. 22. De Cornelio verò & nomine, & munere militiæ (quòd præsidiis auxiliaribus Romani, tunc præsertim temporis, non vterentur) coniicere licet. Quare nec frustra alterius centurionis fidem miratus est Iesus dicens, Non inueni tantam fidem in Israel. Matth. 8. Nec nisi solida, grauique ratione testimonium sibi quæsiuit ab alio Centurione dicente, Verè hic homo filius Dei erat. Mar. 15. eo potissimum tempore, quo idem Dominus prædixerat. Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me. Mat. 11. Ita in Romanorum † primitiis insigniter semper operatus est Iesus, prophetia iuxta latiore adiuncta, qua gentium accessio notaretur. Nam Matth. 8. subintulit. Dico autem vobis, quòd multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob in Regno cœlorum, filii autem Regni eiicientur in tenebras exteriores. Mar. verò 15. Velum templi scissum est in duo a summo vsque deorsum. Et vt Luca adiecit, Multi percutientes pectora sua reuertebantur. Act. 9. dictum est Ananiæ de Paulo. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Israel. sequenti capite cœlum est apertum, & vas ostensum Petro plenum omnibus quadrupedibus & serpentibus, & volatilibus, dictumque idem, occide, & manduca. Et rursus, quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Quare etiam Paulus in Epistolis suis Romanos solos dilectos Dei specialiter nuncupauit, aliorum, ad quos scripserit neminem: cumque alios ex professo reprehẽderit, cum Romanis vtitur excusatione, quòd monitoris magis, quàm Doctoris vice sit functus, vt qui satis sibi sint dilectione, atque omni scientia. Ad Roma. capit. j. quintodecimoque. Quòd si altius diuina præiudicia repetẽda sunt, lapis ille exiguus & sine manibus, a quo tota repleta est terra, & cuius solus Daniel percontanti Assyriorum Regi rationem comminisci, atq; explanare potuit. Da. 2. nùm quicquam certius portendisse videtur, † quàm huius sedis maiestatem ab initio exilem, & humana nulla ratione, aut ope subnixam; quæ inter martytia vsqueadeo creuit, vt ipsius denique Romani Imperii fastigium obtinuerit? immò (vt Leo Papa in sermonibus ait) latius præsidens Religione diuina, quàm dominatione terrena? Abscissa a monte, nempè a Christo per imitationem passionum eius? quia scriptum est, Violenti rapiunt illud. Matt. 11. vel quòd ex eius latere saucio educta est. de consecra. dist. 2. In calice, & 4. Si quis autem, in fi. Futuraque æterna, & a toto colenda orbe? quia in omnem terram exiuit Apostolorum sonus. Psal. 10. & adorabunt in conspectu Domini vniuersæ familiæ gentium. Psal. 21. 23. q. 4. diSplscet. Oldr. cons. 72. Atque illi ipsi, qui viderat, inuisa? Iuxta illud, Vt videntes, non videant, & audientes, non intelligant. Matth. 13. Et à nullo sapiente cognita, sed vni puero Danieli commonstrata? quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Luc. 10. Matth. 11. Et per os prophetæ dicitur, perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Paul. 1. ad Cor. 1. Proindè neque mysterio carere putandum est, quòd Petrus, †vbi se morti pro Christo iam deuouisset, superstite adhuc, non aliis tantùm inferioris ordinis discipulis, sed ipso Ioanne Apostolo, & Euangelista maximè omnium ab eodem Christo dilecto, virum sibi Romanum, nimirùm Clementem successorem elegit, qui si Linum, & Cletum (vt graues aliquot scriptores affirmant) humilitatis causSa prætulit, & ille tamen domicilio, & hic ortu fuit Vrbi insitus; Quò videlicet tuum Roma Iubar supra incunabula vagientis Ecclesiæ protinus emicaret. Meritò igitur tu Regni cœlorum custos, tu paradisi fores claudis, & aperis. Hic me quantulumcunque æui supereSt, vnà tecum viuere delectat: Hic non vixisse piget. Hic mori denique iuuabit inter tot agmina sanctorum, qui te de cœlo sua tegentem corpora prospiciunt, atque tuentur, cultumque sibi, & obsequium à te præstitum benignè excipiunt, piunt, ac Deo trino, & vno offerunt immortali, inuisibili, omnipotenti, cui laus, honor, gloria, claritas, gratiarum actio, & benedictio nunc, & in diem æternitatis.

ALBERTI BOLOGNETI
BONONIENSIS
Iureconsulti,
DE LEGE, IVRE, ET ÆQVITATE Disputationes,

ARGVMENTVM.

SIt ne eadem in legibus explicandis seruanda ratio, quæ à nostris vulgò seruatur, & quid causæ fuerit, cur anteaquàm vlla ad leges aliquas ederentur commentaria, has de lege, iure, & æquitate disputationes instituere oportuerit.

SVMMARIVM.

1 *Quanto in honore habeantur qui primi nostras leges interpretati sunt.*
2 *Errare cum Bartolo non indecorum à multis iudicatur.*
3 *Aethiopum in Reges suos obseruantia.*
4 *De Accursio Budæus non rectè sensit.*
5 *Sunt qui Bartolum non modò non bonum authorem, sed ne authoris quidem nomine dignum existiment.*
6 *Quo nomine potissimùm Accursiani sint commendandi.*
7 *Quid causæ fuerit, cur fori consuetudine reciperentur Bartoli commentaria, Itemque aliorum, qui idem scribendi genus secuti sunt.*
8 *Quantum cuique legum interpreti tribuendum sit.*
9 *In singulis authoribus vt non damnanda omnia, sic non omnia imitanda.*
10 *Ex alienis authoribus ea desumere, quæ propositæ rei lucem afferre possint, nulla ratione damnandum.*
11 *Nostri huius seculi felicitas.*
13 *Totius consilij ratio explicatur.*
14 *Quæstiones nonnullæ, quæ non certæ alicui legi, aut materiæ conueniunt, sed omnium fermè communes sunt.*
15 *Earum rerum vtilitas, quæ hic tractandæ sunt.*
16 *Cùm ad alias materias omnes multùm prodest suscepta disputatio, tùm verò plurimùm ad materiam obligationum.*
17 *Quàm necessarium sit in materia obligationum æquitatis vim expendere.*
18 *Turpe Iurisperito ex ijs, quæ ad legem, ius, & æquitatem pertinent, quicquam ignorare.*

CAP. I.



VEmadmodum sæpè fit, vt qui summos, atque aliquo virtutis genere præcellentes viros etiã, atque etiam imitari studeant, nõ ea tãtùm imitatione exprimãt, quæ in illis præclara sunt, sed etiam ea, quæ maximè potius vitanda essent, sic contra euenit nonnũquam, vt cùm de aliquo non rectè sentias, eius non modò vitia, atq; errata declines, sed & si quæ fortè in eo sint vel tolerabilia, vel ad laudem etiã insignia, ea tamẽ pariter studiosè reijcias. Horum porrò vtrunque nõ vlla ex re alia clarius mihi perspicere videor, quàm cùm ad primos illos nostrarum legũ interpretes animum cõuerto, quorum traditionibus, pro summa eorum auctoritate, magnam Orbis terrarum partem regi, & gubernari videmus; ac cùm mecum ipse cogito, quàm varia de illorum ingenio, & doctrina, immò verò quàm planè contraria à nostræ ætatis iurisconsultis iudicia fiant. Sunt † enim qui illos ipsos tanquàm diuinos homines vsqueadeò colant, ac venerentur, vt non nisi stultè, atque arroganter dubitari posse existiment, quin illi hoc tanto honore digniSsimi sint, quem tot literatorum hominum, tot ciuitatum, ac prouin-

Source : BIU Cujas

ciarum iis consensus detulerit, magisque, ac magis in dies confirmarit. Itaque eorum tantùm libris euoluendis insudant, nec porrò in iis quæ recta, vel praua sint, accuratè diiudicant, sed quam illi instituerunt docendi rationem nullo discrimine imitantur, palàm illud ferentes facilè se passuros, quòd ab alijs erra
2 re cõuincantur, dummodo† eius erroris authorem Bartolum, cęterosque ipsius similes nominare possint. Quasi verò impudentiæ nomine (vt multos dicere sæpe audio) meritò damnari se posse vereantur si iis studeant antecellere, qui constanti aliquot iam ætatum iudicio inter omnes legum interpretes principem locum obtineant. Quare non minori ferè illos in honore habent, atque olim suos Reges habuisse Aethiopes feran-
3 tur, apud quos vsu id seruatum fuisse accepimus † vt si fortè Rex quacunque ex causa, vel crure, vel oculo, vel quo alio membro caperetur, tunc statim domestici eius omnes eandem sibi partem certatim frangerent, aut præciderent; turpe scilicet existimantes, quo vitio Regem deformatum ac mancum viderent, eo se carere. Quanquam verò eorum qui has partes sequuntur, multò frequentior numerus est, non desunt tamen alii, qui in contraria planè sententia sunt, quique eosdem illos, quos cęterorum vulgus maximè commendat, maximè ipsi damnant, atque contemnunt, adeoque pro nihilo ducunt, vt si quæ fortè in ipsis meritò laudanda sint, ea ne animaduertant quidem. Itaque nihil rectius facere se posse arbitrantur, quàm si omni ex parte ab eorum instituto quàm longissimè recedãt; propterea quod sibi animum induxerunt, nihil rectum aut commendatione vlla dignum esse posse, quòd ab eius sectæ hominibus probetur, ac recipiatur. Atque vt omittam, quid
4 de Accursio, † Accursianisque omnibus senserit Budæus, illud certè mihi admodum memorabile videtur, quòd scriptores quosdam reperio, & quidem illos non tantùm sanæ mentis, sed etiam præstanti ingenio præditos, qui commentariis suis
5 hoc palàm de Bartolo iudicium faciunt, † vt dicant se illum non modò non bonum authorem, sed ne authoris quidem nomine dignum existimare. Non is certè ego sum, qui contendere velim Bartolum, & eiusdem farinæ alios, quibus passim iudices tantum tribuunt, vt vix ab eorum sententiis audeant recedere, perfectos homines fuisse, aut eam quam penè iam suo iure sibi vendicare videntur, veræ eruditionis laudem promeruisse. Neque enim inficiari possum inscitè illos multa tractasse, ac permultis in locis (quamquàm non tàm ingenii culpa, quàm ob seculi illius imperitiam) errore lapsos esse. Verumtamen illud semper affirmauero iniquiorem iudicem esse, qui eos nulla in re prorsus laudandos existimet. Videntur enim mihi cùm aliis de causis, tùm eo nomine præsertim meritò
6 commendari debere † quod in legibus explicandis non simplici, ac nuda verborum interpretatione contenti responso illi (quodcunque sibi proponunt explic ndum) totam plerunque mater am accommodant, varièque dispersa in hac Iustiniani quasi farragine colligunt in vnum, atque ordine semper aliquo (quicunque tandem is sit) in certa capita distribuunt. Huc accedit, quòd si qua offendunt obscuriora, ea propositis ab vtraque parte argumentis fusius prosequuntur, & quantum in ipsis est, moribus nostris accommodant. Quæ res (iudicio meo) ad fori disceptationes momenti plurimum habet, ad quas proculdubio multò is instructior accedet, qui assiduis disputationibus assuetus, ex iis anteà didicerit, quo pacto tenebris obducta eruatur veritas, & ab aduersariorum calumniis
7 defendatur. Hisque † duabus potissimum rebus factum esse mihi videtur, vt fori, ac iudiciorum vsu illorum passim commentaria reciperentur; Cum enim iudices non eo omnes ingenii acumine sint, neque ab assiduis occupationibus otii tantum habeant, vt interpretum errata perspicere, atque accuratè cõsiderare possint, eos libentissimè interpretes sequuti sunt, quos videbãt & in singulis materiis quàmplurima ad eam rem pertinentia congessisse, & factorum species illas, quæ in iudiciis omnium maximè controuersæ esse solerent, copiosissimè tractasse. Ab hac verò laude longè abesse video omnes ferè alterius (vt ita dixerim) factionis interpretes, nam vel si politius leges explanent, ac plerunque etiam (vt negari non potest) multò & solidius, & eruditius, quippe qui in bonarum artium studiis magis versati, ad hanc legum disciplinam solent instructiores accedere; ramen adeò ieiunè id faciunt, vt qui omnes illorum omnium ad certam aliquam legem percurrerit interpretationes, præter solum illius legis sensum, nihil aliud videatur assequutus. Nam cum alienis forsan libris plusquàm deberent operæ ponant, non eum, quem necesse esset in legum interpretatione laborem suscipiunt. Itaque materias angustè, atque exiliter tractant; quæstiones verò omnes planè contemnunt, non eas modò, quæ verè inanes, ac futiles sunt, (nam eiusmodi multas esse fateor) sed insigniores etiam illas, quæ rebus obscurissimis splendorem maximum afferre possunt, publicisque ferè omnibus in gymnasiis, ac quotidianis disputantium cœtibus non immeritò celebrantur. Quapropter ego semper hac in re quoddam quasi temperamentum adhibendum esse duxi, vt qui ad veram, & solidam eruditionis gloriam
8 contendat, neque (quod aiunt) in † vllius verba sibi iurandum existimet, vlliusvè authoritati tantum tribuat, quin ab eius erratis liberè recedat; neque contra vsqueadeò quemquam contemnat (ex iis præsertim, qui aliquo in honore habentur) vt eo fructu seipsum fraudet, qui sæpe etiam ex librorum non optimorum lectione referri solet. Cum enim non omnia omnibus data sint, sed alia in re alium præstare liquidò videamus, perfectius id esse necesse est, quod quis non duorum tantum, aut trium, sed multorum imitatione consequutus fuerit. Mul-
9 ti multorum libri (sententia mea) sunt euoluendi, sed † in iis vt non damnanda omnia, sic non omnia imitanda. Damnantur eo nomine Accursiani, quòd persæpè ob bonarum literarum ignorationem iis in rebus hæsitent, ac diutissimè persistãt, quæ non modo infructuosæ sunt, sed planè pueriles, atque irridendæ. Esto, sint hac in re (vt verè sunt) maximè reprehendendi, At erunt ne propterea cætera omnia, quæ ab ipsis traduntur aspernenda, atque omittendæ quæstiones omnes copiosissimè ab iis disputatæ, quarum pleræque eiusmodi sunt, vt singularum explicatio integros ipsos titulos facile illustrare possit? Eosdem porrò audio à nonnullis commendari, quòd in singulis tractandis magis quodammodo sibi constnet, ac legibus tantùm agant, neque ad ea digrediantur, quæ cum sint nostris incognita, ab alienis authoribus petenda sint, id quod multiplicis doctrinæ ostentandæ gratia stultè quidam facere solent. At non ego prorsus hac in re imitandos eos esse censeo, nam vel si illorum nunquam laudauero ostentationem, qui temerè, nullaque de causa in alienas messes falcem iniecerint, tamen si ex alienis authoribus ea quis desumpserit, quæ propositæ rei aptè cohæreant, lucemque illi aliquam afferre possint, hoc ego factum non modò non improbauero, sed summopere commendauero; Video enim hanc legum disciplinam cum reliquis studiis commercii plurimum habere, ita
10 † vt ex eis multa passim desumi possint, quæ in legitimis etiam quæstionibus ad veritatem facilius obtinendam momenti non parum habeant. Neque verò Bartolo honoris tantum vnquam tribuero, vt quæ ignorarit ipse, à nobis quoque ignorari, aut quod minus ipse præstiterit, rectè à nobis quoque prætermitti posse concessurus sim. Hæc sanè cuperem posse me illis persuadere, qui ad ius discendum quotidie se conferunt, atque iis etiam multò magis, qui iuri docendo sese totos dediderunt; Nam † cum videam (& maxima certè cum mea voluptate) fœlix nostrum hoc seculum, excussa veterum
11 barbarie, linguarum peritia mirificè excultum, optimorum librorum copia refertum, iisque omnibus artibus, ac disciplinis instructum quæ ad hanc nostram Iurisprudentiam pristino nitori restituendam summo adiumento esse possent; si hoc vnum nostræ ætatis interpretes sibi in animum inducerent, vt rudis illius, atque imperiti seculi hominibus neque nimium crederent, neque contra etiam certis in rebus promeritam ipsis laudem detraherent, sed ratione potius, firmoque animi iudicio, quàm vel inuidia, vel authoritate singula metirentur, sperarem fore, vt quæ posthac in nostras leges ederentur commentaria, eam formam præ se ferrent, quæ omnium animos tantum alliceret, quantum nunc solertissimi plerique, optimoque ingenio præditi nostra hæc studia, non alia certè de causa, quàm scriptorum nostrorum culpa abhorrent,
12 ac detestantur. Non me latet † quantum eiusmodi in rebus facilius sit verbis alios monere, quàm quod moneas re ipsa præstare, ac præsertim vbi tanta rerum moles versanda sit, vsusque emendandus, qui vetustate iam penitus consenuerit. Etenim (vt de me ipso dicam) quamuis ego semper dum Bononiæ primùm, deinde Salernum, ob Ioannis Bologneti clarissimi, eximiæque eruditionis iurisconsulti ab ea ciuitate discessum, accersitus publicè ius ciuile docui, hoc ipsum, quod dixi, docendi institutum mihi proposuerim, hucque semper omne meum studium, ac cogitationes meas omnes direxerim; sentio tamen meis me commantariis eam, quam conceperam animo idæam minimè assequutum esse. Et id causæ fuit, cùr quæ publicè dixissem, eorum semper discipulis meis, vel mihi amicissimis assiduè id à me efflagitantibus copiam facere recusauerim; Si quidem verebat, ne in meo nomine aliquando exirent, quæ mihi non prorsus probarentur; si quæ verò erant, quæ mihi ipsi satis arriderent, verebar: vt peritorum virorum assensum essent habitura. Neque enim ignorabam, quàm facile sit cùm alijs in omnibus, tùm præsertim in Iurisprudentiæ studijs nimio propriarum rerum amore labi; quæ studia quàm varia, quàm incerta, atque in contrarias partes flexibilia sint, innumerabiles propemodum eadem de re nostrorum interpretum sententiæ, atque aliarum super alias aceruatarum interpretationum volumina perspicuè ostendunt. In hoc verò tandiù proposito constantissimè permansi, donec Romam profectus à summis viris, atque in omni doctrinarum genere

Source : BIU Cujas

nere præstantissimis, quibus fortè commentariorum meorum partes aliquot perlegeram, ad ea ipsa quàm primum edenda ita sum non modò persuasus, sed penè etiam impulsus, vt non possem pertinacius reclamare, quin eorum grauissimum iudicium planè aspernari, ac pro nihilo ducere viderer. His igitur impellentibus difficilem admodùm, ac periculosam prouin-
13 ciam aggressus sum. Constitui † enim, quæ quatuor annorum cursu pomeridianis horis Auditores meos docueram, in vulgus edere, atque omnium palàm iudicio subiicere, si minus eodem tempore omnia, at saltem paulatim, & quantum occupationum mearum ratio feret, vt ex primis meis, rudibusq; exemplaribus ea ipsa aliquantò accuratius describere possim. Qua in re faciendum mihi esse duxi, vt cæterorum interpretum ordinem quendam (vt ita dicam) vniuersalem minimè immutarem, & quæ in certarum vel legum, vel Rubricarum interpretatione ex inueterato, totius præsertim Italiæ, vsu quæstiones tractari solent, easdem ego quoque iisdem in locis tractarem; singulas tamen tractationes, quantum res ipsa pateretur, clariori quàm cæteri faciant, certioríque ordine instituerem, ac verioribus etiam fortasse traditionibus illustrarem. Iam verò cum totum hoc negotium cogitatione complecti iam inci-
14 perem, circulo † ac simul quæstiones illas omnes animo perlustrarem, quæ hoc toto quadriennij quasi circulo continentur; nonnulla esse animaduerti, quæ non certæ alicui legi, vel materiæ conueniunt, sed omnium ferè communia sunt, vt quæ de lege ciuili, & naturali, de duplici iure gentium, de naturali æquitate, alijsq; nonnullis, quæ ex his fontibus quasi profluunt, non vno aliquo, sed varijs in locis à nostris disputantur, quæq; vsqueadeò scitu necessaria sunt, vt qui illa non planè tenuerit, omnibus eum propemodùm in rebus hæsitare necesse sit. Itaque ne sæpius eadem, vbi vsus eueniret, repetenda essent, nihil
15 † rectius nos facere posse arbitrati sumus, quàm vt illa ipsa, quæ diximus, paruo hoc libello concluderemus, qui libellus com-
16 munia quædam contineret quasi prolegomena, & cum † ad cetera legum commentaria, quæ in posterum edituri sumus, tùm præsertim ad tractationem obligationum, ex qua parte potissimum totius suscepti muneris initium sumere statuimus, quodammodo lectores instituerет. Siquidem cum legis siue (vt Iustinianus inquit) iuris vinculùm obligatio sit, nemo inficiari potest, quin ad omnes obligationis effectus permagni referat, quonam iure, seu qua lege inducta sit obligatio, quod sanè intelligere non poterit, qui harum vocum discrimina non probè nouerit, & quod his vocibus significatur, non rectè in suas species antea distinxerit. Aequitatis porrò vim omnem illi in primis tenendam esse, cui sit de obligationibus differendum, ex eo per
17 spicuũ fit † quia in tota obligationum materia nihil fermè est, in quo magis Interpretes elaborent, quàm vt ostendant quantum quæque obligatio æquitatis habeat, vnde intelligatur, an ne actionem producat, vel saltem exceptionis, quæ sola nititur æquitate, quasi obicem valeat opponere. Item impediat ne pœnitentiam, an verò ne eam quidem propter obligationis (vt ipsi inquiunt) debilitatem impediri æquitas patiatur. Quanquam verò non omnia hìc complecti in animo habuimus, quę de lege, Iure, & æquitate dici possent (cùm id propemodum infinitum esset) sed ea tantùm quæ ad institutum nostrum magis necessaria esse duximus, nonnunquam; tamen aliquanto liberius, vel alienis etiam in campis vagati sumus, multaque ex alienis Authoribus desumpsimus, quæ à nostris vel prorsus prætermissa erant, vel perperam, atque insulsè admodum tractata; Ne
18 que † enim sanè ipsi animaduertisse videntur, quàm absurdum sit eum qui se legum, Iurisqua peritum esse asserat, quique æqui, ac boni peritiam profiteatur, hos ipsos quos profitetur terminos non probè tenere. De lege igitur primum tractaturi, vt quid sit lex rectius intelligamus, commodissimum esse duximus ab illa quæstione exordiri, sit ne aliqua animæ nostræ potentia, quam (vt videtur voluisse Soci. in rub. ff. de verb. obliga.) verè legem dicere possimus.

ARGVMENTVM.

QVAE sint animæ nostræ facultates, & an iis legis nomen, quemadmodum Socinus existimauit, conuenienter accommodari possit.

SVMMARIVM.

1 *Quo ordine animæ nostræ facultates inter se dispositæ sint.*
2 *Vegetatiuæ facultatis operationes nulla cognoscendi egent vi, neq; ex arbitrio nostro pendent.*
3 *Sensitiuæ facultatis instinctus ex Vlp. & Iustiniano.*
4 *Cognitio à sensibus qua ratione perficiatur.*
5 *Sentiendi facultatem Socinus naturæ legem nominat.*
6 *Qua in re Paulus ab Vlpiano, & Iustiniano videatur dissentire.*
7 *De rationali anima non omnia hic dicenda, quæ dici possent, sed ea tantùm quæ ad propositam legis tractationem spectant.*
8 *Ratio est potior hominis pars, quamuis nonnulli amplius senserunt, rationem totum hominem esse.*
9 *Durum videtur hominem ipsum esse legem, cùm ipse potius legi obstringatur.*
10 *Lex non videtur dici posse, quæ non præsideat, ac dominetur.*
11 *Non semper rectè operatur, qui cum ratione operatur.*
12 *Ius, & lex apud nostros confunduntur.*
13 *Ius non est ratio, sed quod ratione constituitur.*

CAP. II.

1 ILlud omnibus compertissimum est, animam qua homines à natura donati sunt, triplici potentia præditam esse, nam cùm homines vitæ, & sensus facultatem, & rationis vsum habeant, triplici animæ potentia prediti rectè dicuntur, nimirum vegetatiua, sensitiua, & rationali: † quarum hic ordo est, vt vbi rationalis sit, ibi quoque sensitiua includatur, vbi sensitiua, ibi quoque vegetatiua, quamuis è conuerso non ita res se se habeat, vt ex ijs quæ dicturi sumus facilè apparebit. Vegetatiua animę facultas est, qua viuimus; ideoque hac generamur, nutrimur, & crescimus. Quæ munera sic illa præstat, vt continuè attrahat, digerat, expella; hę enim operationes omnes quasi primis illis seruientes ad generationem, augumentum, & conseruationem necessariæ sunt. Hęc non hominibus est propria, sed cum brutis, immo & cum plantis communis nobis est, namq; & plantas è terra sucum quasi cibum trahere exploratum est, perque omnes ramos illum digerere, & diffundere, atque ea ratione nutriri, indeque crescere, & fructus sibi similes generare.
2 Neque † porrò in eo vlla cognoscendi indigent vi, sed sola illa ad hunc finem natura dicuntur, qua à summo rerum omnium opifice Deo donatę sunt. Nec sanè quisquam nostrum est, qui vlla discursus, ac rationis vi famem, ac sitim in se ipso compescere possit, quemadmodum nec sumpto cibo, & potu potest sibi ipsi esse impedimento, quominus & nutriatur, & crescat, si ea modo ætate sit, quæ ad crescendum sit idonea. Hanc Socinus existimat legem diuinam dici posse, qua sine vlla humanæ rationis ope omnia prorsus, quæ tota hac mundi machina concluduntur, & animata, & inanimata, & rationabilia, & irrationabilia reguntur, iuxta illud Boetii libro tertio de consolatione.

O' qui perpetua mundum ratione gubernas.

" Quod quia pleniori eget explicatione, nos aliquantò accuratius exquiremus paulòpost, sit ne prorsus hac in re Socino assentiendum. Huic animæ parti, quam dicunt vegetatiuam, proxima est sensitiua, quæ neque ipsa solis hominibus data est,
3 sed & in brutis animantibus cernitur inesse. Ea † verò ad maris, & fœminæ coniunctionem pertinet, ad liberorum procreationem, eorumque educationem, vt docet Vlpian, in lege prima; digestis de Iustit. & iur. Iustin. instit. de iur. nat. gen. & ciuil. §. ius naturale. Sic & Cicero libro primo offic. Commune (in-
" quit) animantium omnium est coniunctionis appetitus pro-
" creandi causa, & cura quædam eorum quæ procreata sunt. Quamuis autem hæc potentia rationalis non sit, tamen propius ad eam quodammodo accedere, atque ipsius speciem prę se ferre videtur. Nam præter mouendi, & appetendi, complectitur etiam cognoscendi facultatem quandam, quæ toties munus suum explet, quoties oculis nostris, aliisve sensibus corporeæ res aliquæ (quæcunque illæ tandem sint) obiiciuntur.
4 Etenim † res omnes sibi à sensibus exterioribus oblatas sensus communis recipit, receptas imaginationi offert, oblatarum rerum species imaginatio format, formatas denique memoria conseruat. Prout verò in hunc modum vnumquodque vel bonum, vel malum esse cognoscimus, ita illud ipsum eadem hac sentiendi vi, vel expetimus, vel reiicimus. Qua de re existimat Aristoteles libro primo de moribus, capite vltimo sensitiuam animæ potentiam, vel si rationalis non sit, rationis tamen haud prorsus expertem esse, propterea quod delectum habet quendam, & vi sua ad optimum quodque
5 nos inuitat. Hanc † sentiendi vim naturæ legem nominat Socinus in Rubri. digestis de verborum obligatione. Quod idem quamuis & Vlpianus, & Iustinianus in locis proximè citatis videantur sentire, dum ius etiam brutis tribuunt animantibus, non tamen id satis tutò videtur recipi posse. Si quidem in con-

Source : BIU Cujas

6 trariam ſententiam ſe propenſiorem Paulus oſtendit in leg. pe
nul. ff. de iuſt. & iur. qui ius ita diſtinguit, vt ſolis hominibus il-
lud ſe concedere, cæteris verò animantibus planè denegare
haud obſcurè teſtetur. Habuit autem Paulus hac in re autho-
rem Ariſtot. lib. 5. de moribus capitulo ſeptimo: vbi idem aper-
tè ſentit, dum ius politicum in duas ſpecies, naturale ſcilicet,
ac legitimum deducit, eiusque differentias ita exponit, vt eas
ſolis hominibus conuenire demonſtret. Quare cum neque
hoc ſatis liqueat, quod de anima ſenſitiua affirmat Socinus, ſed
in eo iuriſconſulti inter ſe pugnare videantur, aliquantò ac-
curatius id quoque à nobis inferius explicabitur. Tertiam de-
nique, & vltimam animæ noſtræ facultatem dicimus rationa-
lem; Hæc eſt illa naturæ noſtræ vis, qua non modò quid qua-
que in re verum ſit, quid vè deceat, intelligimus, ſed etiam ad
ea quæ recta, & honeſta eſſe cognoſcimus, ſtudio quodam im-
pellimur, contraque ab iis amouemur, quæ iuſtitiæ, atque ho-
neſtati repugnare iudicamus. Ita enim comparatum eſt, vt cum
primum intellectus noſter, quem poſſibilem vocant, eo inui-
ſibili lumine illuſtratus, quem intellectum agentem appellant,
rectum aliquid, & bonum eſſe cognoſcit, tum ſtatim voluntas,
quæ eſt altera rationalis animæ vis, ita eius amore incendatur,
vt membra ad operandum confeſtim moueat: Quo fit, vt niſi
res aliqua impedimento ſit, operatio, & effectus neceſſariò ſub
ſequatur, vt dicit Ariſtoteles libro ſeptimo, de moribus capitu-
7 lo tertio. Multa † de hac rationali animæ facultate dici poſſent,
quæ vt à Philoſophis naturalibus accuratè tractantur, ita à no-
bis eſſent alieniſſimæ; Nobis enim id tantum propoſitum eſt,
vt cognoſcamus, vtrum hominis ratio ſit lex, ac cum ſimpli-
citer legem dicimus, rectè ne rationem ipſam intelligamus.
Qua in re pariter ſuam nobis Socinus paucis ſententiam aperit,
cum dicit, rationem eſſe legem naturalem, per quam homo
ad ea quæ ratione conſtat, inclinatur. Verum contra ipſius ſen
tentiam tria video in medium afferri poſſe, quorum mox con-
futatio ad ea quæ tradere inſtituimus, faciliorem aditum præ-
ſtabit. Quamquam verò de ratione tantùm loquemur, tamen
ad reliquas quoque duas potentias hæc eadem obiecta pertine-
bunt; Nam ſi demonſtrari poſſet, hominis rationem non eſſe
legem, multò magis idipſum & de reliquis duabus animæ parti-
bus affirmandum eſſet. Primùm igitur humanam rationem
8 non eſſe legem, ita demonſtrari poſſe videtur, Illud † omnibus
exploratiſſimum eſt, potiorem hominis partem rationem eſſe,
immò verò ſenſere nonnulli hominem nihil aliud eſſe, quàm
animam, & rationem ipſam, ita vt rationem, & mentem ho-
minis totum hominem eſſe affirmarent, corpus verò hoc quod
cernimus non hominem, ſed hominis inſtrumentum exiſti-
mari debere; Quod apertè ille ſenſiſſe videtur, quem dicere ſo
litũ ferunt, loquere vt te videã, nã dum iubebat hominẽ loq, vt
hominẽ videre poſſet, ex hoc perſpicuè indicabat, hominẽ nõ
eſſe hoc, quod ſpectamus corpus, ſed rationem quæ intus la-
tet, & viget, atque oculis corporeis cerni non poteſt. Hoc ve-
rò ipſum fuſius in Alcibiade primò proſequitur Plato, apud
quem Socrates argutiſſimis rationibus oſtendere conatur, ſe
qui amabat Alcibiadem, non corpus eius, ſed animum, & ra-
tionem adamaſſe. Hoc ita conſtituto, concludi poſſe videtur, falſum eſſe, quod Socinus affirmat, hanc ipſam mentem,
& rationem eſſe legem, nam cùm ratio non quidem totus ho-
mo (nam verè in hoc Plato à veritatis ſcopo aberrauit) ſed po
tiſſima certè ipſius pars ſit, ſi eamdem rationem contendis eſ-
ſe legem, ipſum quoque hominem, ſaltem quò ad potiorem
ſui partem, ſibi ipſi legem eſſe concedas oportet. Hoc † autem
9 nimis durum, minimeque ferendum videtur, vt dicas legem eſ-
ſe ipſum hominem, cui lex impoſita eſt, & id quod obſtringit
ab eo quod obſtringitur, nihil propemodùm differre. Alte-
rum eſt, quod contra hanc Socini ſententiam maximè facit,
10 quia † non videtur lex dici poſſe, quæ non præſideat, ac domi-
netur, vt ex Chryſippo ſummo Stoicæ diſciplinæ philoſopho
refert Martianus in leg ſecunda digeſtis de legit. Oportet (in-
quit) legem præſidere bonis, & malis ducem, & Principem
" eſſe, & quæ ſequuntur. Hoc autem non verè affirmari poſſe
" videretur, ſi ratio hominis eſſet lex; quia verè hæc mens, & ra-
tio non præſidet bonis, & malis, neque ſemper in hominibus
prævalet, aut dominatur, cùm immò homines eo ipſo quod
cum ratione operantur, malè operari, & ratione ipſa abuti poſ
ſint; quod egregiè exemplo citharœdi oſtendit Ariſtoteles li-
11 bro primo de moribus capitulo ſeptimo. Sicut † omnis (inquit)
" citharœdi opus eſt citharam pulſare, periti verò, ac probè do-
" cti citharœdi rectè pulſare, ſic hominis cuiuſcunque eſt agere
" cum ratione, probi verò hominis eſt rectè cum ratione opera-
" ri. Quibus verbis demonſtrat Ariſtoteles non omnes, qui cum
" ratione agunt, rectè agere, ſed a rectę rationis ſemita poſſe de-
clinare, Quod cum ita ſe habeat, qui accuratius hanc rem to-
tam inſpexerit, non dicet rationem eſſe legem, ſed illud po-
tius legem appellabit, quod præcipit, vt recta rationis ſemita in-
ſiſtamus, contraque prohibet, ne ab ea declinemus, nevè ma-
lè cum ratione agamus, cum ex eodem Chryſippo tradat Mar-
tianus legem eſſe præceptricem faciendorum, prohibitricem-
que non faciendorum dicta lege ſecunda digeſtis de leg. Alio-
quin nimis abſurdum eſſet, eum qui lege vtitur, vel ex lege ali-
quid agit, in eo poſſe delinquere, ſicut perſpicuè ſentit Ariſto.
eum qui cum ratione agit, eo ipſo perperam, & iniuſtè age-
re poſſe. Poſtremò vel ſi maximè concedamus (id quod ne-
quaquàm concedi debet) eum qui ratione vtitur, ſemper illa
rectè vti, non tamen confeſtim ſequitur rationem eſſe legem,
quod ſic oſtendi poteſt. Duo hæc vocabula ius, & lex, apud
12 noſtros confunduntur † ſic Iuſtinianus in §. ſingulorum, Inſtit.
de re. diui ius videtur appellare legem illam naturalem, quam
vnà cum humano genere rerum natura prodidit. Idem etiam
de lege poſit iua probatur in lege iura conſtitui in lege ius natu-
rale, digeſtis de leg. iuncta rub. eiuſdem titul. Lex igitur, & ius
tanquàm vnum & idem accipiuntur. Cum hoc concedis, tum
ſic argumentor. Ratio noſtra non eſt ius, ergo ratio non eſt
lex. Quod verò pono rationem non eſſe ius, apertè teſtan-
13 tur Caius, & Iuſtinianus, dum ius illud appellant, quod † na-
turalis ratio inter omnes homines conſtituit lege omnes dige-
ſtis de iuſtit. & iur. §. ſed ius quidem. inſtitut. de iur. natur. gent. &
ciui. quibus in locis de naturali omnium hominum lege lo-
quuntur, Quam cum dicant à naturali ratione fuiſſe introduc-
tam, haud obſcurè ſignificant, eam à ratione diuerſam eſſe.
His tribus argumentis Socini ſententia optimè videtur refelli
poſſe, qui rationem ipſam legem eſſe ſentit, Quæ tamen ar-
gumenta quo pacto dilui poſſint, ſequenti capite aperietur.

ARGVMENTVM.

QVA'M variè legis nomen vſurpetur, & quæ nam verè ſit illa lex, quam nobis in tota iuris ſcientia conſiderandam proponimus.

SVMMARIVM.

1 *Legis nomen quàm latè pateat, & quomodò ſtrictius, propriusq; accipiatur.*
2 *Quatuor legis ſpecies* Plato *conſtituit.*
3 *Quam* Platonici *dicunt legem diuinam,* Theologi *æternam nominant ob rationem hìc adductam.*
4 *Non defuerunt qui cælo, ipſiq; mundo vniuerſali animam, & rationem ineſſe ſtultè arbitrati ſunt.*
5 *Lex quoque cęleſtis, vt à Deo promanat, tanquàm à prima rerum omnium origine, ſic diuinæ prouidentiæ penitus ſubiicitur.*
6 *Sola ſunt corpora, quæ cœleſtium corporum impreſſionem aliquam poſſint recipere.*
7 *Quæ inter nos paſſim contingunt, ea ex ſiderum conuerſionibus neceſſitatem nullam aſſumunt.*
8 *Lex naturalis non prorſus dici poteſt eſſentiam ab æterna lege diuerſam, ac ſeparatam habere.*
9 *Homines multò præſtantiorem in modum, quàm cætera, diuini luminis impreſſionem participant.*
10 *Cuiuſmodi illa ſint, quæ nobis à lege naturali ſuggeruntur.*
11 *Lex humana vnde fluat, aut quo pacto à naturali lege diſtinguatur.*
12 *Secus Theologi diuinam legem accipiunt, ac* Platoni *faciant.*
13 *Diuinam legem non ſemper homines habuerunt, vt naturalem.*
14 *Lex diuina non exteriores tantùm actus coercet, quod vnum facit lex humana.*
15 *Ex duabus diuinis legibus, quantum Moſaicæ præſtet Chriſtiana.*
16 *Duplex ratio, cur prætor humanam legem, lex quoque diuina hominibus fuerit neceſſaria.*
17 *Lex Pontificia, vtrum diuina potius, an humana debeat appellari.*
18 *Lex Pontificia non tàm in diuinarum ſcripturarum explicatione, quàm in dirimendis hominum controuerſiis verſatur.*
19 *Non prædictas omnes legum ſpecies, ſed naturalem tantùm, & humanam conſiderat iuriſperitus.*
20 *Magis propriè legis nomen ſibi vendicat lex naturalis, quàm lex humana.*
21 *Non putat* Plato *legem humanam legis nomen mereri, niſi quatenus naturali legi eſt conſentanea.*
22 *Quicquid à legislatore conſtitutum eſt quodammodò iuſtum exiſtimari* Ariſtoteles *tradidit.*
23 *Cum legem dicimus, non tàm ſpectamus quid ea decretum ſit, quàm quid decerni debuerit.*
24 *Inter proprium, & improprium datur medium.*

25 *Verè*

Source : BIU Cujas

25 *verè ne lex naturalis ita definiri possit, vt hominis ratio sit, & quomodò hoc sit accipiendum.*

26 *Dupliciter differunt voluntas, & electio, licèt quantum ad id, quod nunc agitur, confundantur.*

27 *Natura omnes homines ad id quod rectum, & honestum est, propendunt, & inclinant.*

28 *Legis definitio ex Platone.*

29 *Lex naturalis non scripta, sed nata, adeoque nostris mentibus insculpta, vt nemo illam ignorare, aut dissimulare possit.*

30 *Lex vnde dicta.*

31 *Facit duplex hominis natura, vt diuersis consideratis homo sibi ipsi lex dici possit.*

32 *Tres illæ personæ, quæ distinguuntur in aliis iudiciis, nimirum index, accusator & reus, in legis naturalis iudicio, subiecto concurrunt.*

33 *Nullum seuerius, atque incorruptibilius quàm proprium cuiusque de se ipso iudicium.*

34 *Naturalis legis pœna est, quod scelesti homines propriorum scelerum conscientia vexentur.*

35 *Proborum hominum amplissimum præmium, rectè factorum conscientia.*

36 *Ius, & lex non idem planè sunt.*

Cap. III.

1 VT ergo intelligatur, vera nè hęc, an falsa sint, quæ contra Socini sententiã obiecta fuere, ac simul ea omnia accuratè tradantur, quæ hac in re scitu necessaria sunt, plenius aliquantò nobis explicandum est, quid hoc ipsum sit quod legem appellamus. Reperio† hoc legis nomẽ latissimè patere, id quod & Plato animaduertit in eo dialogo, qui Minos, seu de lege inscribitur, vbi vocabulum hoc ad omnia instituta, omnesque regulas, quacunque in arte tradantur, rectè referri posse arbitratur. Vnde non tantùm iurisconsultorum, non tantùm Medicorum, ac Geometrarum leges esse statuit, sed etiam quæ de cultu hortorum ab agricolis, immò & quæ à coquis de condendis obsonijs præcipiuntur, rectè hoc nomine nuncupari posse putat, & horticulorias illas, has coquorum leges appellat. Verùm alibi ipse Plato hoc nomen legis aliquantò magis coarctauit, legem illam esse sentiens, cui rerum imperium, ac gubernatio quædam sit, & quæ certum vitæ modum, certamque normam
2 præscribere possit. Quatuor † autem illę legis species esse statuit, diuinam, cœlestem, naturalem, & humanam, vt ex Timęo, Phædra, & Gorgia colligitur. Diuinam legem statuit esse summi, præpotentisque Dei prouidentiam, Idem enim Plato lib. x. de legib. impietatis eos arguit, qui non ab ipso rerum omnium opifice Deo omnia proficisci, omniaque regi, ac gubernari putet. Cùm igitur nobis exploratissimum esse debeat, quicquid hac tota tùm inferioris, tum superioris mundi machina continetur, diuina regi prouidentia, consequens est, vt sicut in Principe, qui perfectam aliquam communionem, hoc est ciuitatem, siue vnam, siue plures gubernat, regendi, ac moderandi normam illam legem appellamus, sic in Deo summo & opt. ipsam rerum omnium gubernãdarum rationem legis instar esse dica
3 mus. Hanc † quam Platonici diuinam vocant, Theologi æternam nominant, vt hoc nominis discrimine hanc ab ea secernant, quàm paulò post diuinam nuncupabimus. Sic eam appellat Diuus Thomas in prima secundæ quęstione 91. ibique huius nominis rationem illam affert: quià diuina ratio nihil ex tempore concipit, sed æternum habet conceptum, vt dicitur Prouerb. 8. quo fit, vt cum æternum hunc diuinæ rationis conceptum nos legem dicamus, iure optimo æternam legem appellare possimus. De hac pulchrè Cicero libro 2. de legibus, cũ inquit. Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingenijs excogitatam, neque fictum aliquod esse populorum, sed æternum quoddam, quod vniuersum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia, Ita Principem legem, & vltimam Dei mentem esse dicebant. Hùc etiam pertinet, quod ex Boetio refert hìc Socinus.

» O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Secundam, vt diximus, legem, nimirum cœlestem statuunt Platonici, quam fatum esse dicunt, & non in sola mente diuina, sed in superioris mundi anima, ac sferarum, siderumque
4 inclinatione quadam positam esse. Nam † vt huic nostro corpori, quod cuiusdam similitudinis ratione (quòd vniuersalis mundi instar sit) à multis paruus mundus non inconcinnè dictum est, mentem atque animam includi perspicuè cognoscimus. Ita cœlo, ipsique mundo vniuersali animam, & ratio-
» nem inesse, quamuis stultè, voluerunt. Sic Cicero libro secun
» do de legibus. Quid est verius, quàm neminem esse oporte-
» re, tàm stultè arrogantem, vt in se mentem, & rationem pu-
» tet inesse, in cœlo, mundoque non putet, aut ea quæ vix summa ingenij ratione comprehendat nulla ratione moueri putet? Eam ob rem Plato primam quidem illam legem supra rationes esse dicit, hanc verò secundam putat in rationibus esse positam; propterea quòd hæc lex cœlestis, quæ dicitur fa-
5 tum, quamuis ipsa quoque à Deo summo, & opt. † vt à prima rerum omnium origine promanet, diuinaque penitus subijciatur prouidentiæ, certis tamen, & naturalibus rationibus continetur. Existimat enim in spherarum, siderumque animabus (propterea quod illis hæc inferiora forma, modo, temporeque consentiant) inuolutam quandam inesse seriem futurorum, ac rerùm hic apud nos explicandarum quasi præfigurationem, Atque ea re fieri, vt quemadmodum plantę certis temporibus accedente, vel recedente Sole vel pullulent, vel arescant (uniuersa scilicet uerni, vel autumnalis temporis natura ad id illas prouocante) ita homines, cæteraque animantes certis temporibus, ac certis astris accedentibus, vel recedentibus, simulque iunctis, vel semotis, eorumque aspectibus quoquo pacto variatis, interdum vitas longius, ac fœlicius producant, interdum verò interitus acerbiores habeant. Quod ita recipiendum est, vt semper illud constantissimè retineatur, sola hìc esse corpora, quæ cęlestium corporum impressionem recipiant, animorum verò nostrorum, qui incorporei, ac planè diuini sunt, libertatem nequaquam (vt quidam non modò impiè, sed & stultè prorsus arbitrati sunt) vlla ex parte imminui posse. Sicuti nec possunt ea, quæ inter nos passim contingunt, quæque summi, atque optimi Dei prouidentia fieri dubitandum non est, ex siderum conuersionibus necessitatem
6 vllam assumere. Tertia † est lex naturalis, quam dicit Plato in seminibus positam esse; est enim vis quædam rerum seminibus innata, qua singulæ ad proprios actus, propriosque fines propendunt, & inclinant. Hoc autem ideò fit, quia, vt docet diuus Thomas in prima secundæ quæstiones 91. articu-
7 lo secundo nihil † planè est, quod non legis æternæ, hoc est diuinæ rationis particeps sit, quatenus ab illa tanquam vniuersali omnium rerum regula, ac mensura regitur, & guberna-
8 tur. Vnde fit, vt † lex naturalis non prorsus dici possit essentiam ab æterna lege diuersam, ac separatam habere; immò enim pars ipsius est, ab illa sola pendet, & promanat, ab illa denique vim, & robur omne suum assumit. Lex æterna (vt diximus) in sola diuinæ mentis ratione consistit, lex verò naturalis, quocunque illam applices, nihil aliud est, vt diuus Thomas ibidem declarat, quàm diuini numinis impressio, cuius solius communicatione res omnes innatam illam vim assumunt, qua bonum semper aliquod suaptè natura appetunt, atque ad proprios fines diriguntur. Qua ex re fit, vt quæ sunt naturæ, ipsi quoque Deo tribuere soleamus, vt Ouidius cum inquit.

» Hanc Deus, & melior litem natura diremit.

Hæc verò diuini numinis impressio, & communicatio, tametsi omnib. in rebus perspicitur†
9 tamen in hominibus multò clarius, quàm in alijs elucet. Cęteris enim & rebus, & animantibus diuinum hoc lumen eatenus tantùm, quatenus fert eorum natura, communicatur, & ita quidem communicatur, vt ea tamen ab illius virtute, ac præstantia longissimè absint; Homines autem diuini intellectus, & rationis essentialiter (vt inquit diuus Thomas) ac verè rationaliter participes facti fuere. Vt non modò recta, honestaque & cognoscant, & appetant, sed arduis etiam in rebus maturè deliberare, ac prouidere possint, vitæ rationem instituere, mores componere, aliorum hominum cœtus moderari; quo fit, vt cùm ingeniorum acie diuinæ sapientiæ quasi speciem, ac simulacrum præ se ferant, tùm mira in rebus gerendis solertia diuinam prouidentiam imitentur, ac denique totius naturæ suæ nobilitate ad supremæ naturæ præstantiam proximè accedant. Idque procul dubio ex eo proficiscitur, quod homines modo quodam longè nobiliori, ac præstantiori diuinæ prouidentiæ, quàm cætera, subiiciuntur, ac propterea illustrius, pleniusque in ipsis, quam in aliis sit diuini luminis impressio, ac communicatio. Est verò hæc diuini luminis communicatio in hominibus,
10 quam nos legem naturalem appellamus, † quę nobis quid rectum, quidarè bonum sit, singulis in rebus ostendit, cuiusque ope cognoscimus cultum Deo exhibendum, patriæ, ac maioribus parendum, fidem seruandam, & id genus alia, quę omnibus, qui ratione prædíti sint, cognita esse necesse est. Atque idipsum oppidò quàm eleganter diuinus Vates nobis expressit, qui posteaquam ad iustitiam nos adhortatus est, quoniam videbat multos forsan extituros, qui se excusarent, quòd se neminem habere dicerent, qui quæ iusta, & honesta essent, ipsis ostenderet, respondet ea neminem ignorare, aut dissimulare posse, cum diuini quasi vultus lumen ita signatum in nobis sit, vt apertam iustitiæ, atque honestatis speciem facile vnusquisque in se ipso cernere, atque intueri possit. Sacrificate (inquit) sacrificium iusti-

Source : BIU Cujas

„ tiæ, & ſperate in Domino. Poſtea ſubijcit. Multi dicunt
„ quis oſtendit nobis bona? Cui obiecto ſic reſpondet. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Lumen intelligamus rationis naturalis, vt rectè exponit diuus Thomas in prima ſecundæ, quæſtion. nona articul. ſecundo. Itaque rectè Tullius libro ſecundo, de legibus, cùm dixiſſet, principem & vltimam legem Dei mentem eſſe, poſteà ſubiicit, naturalem ex ea legem oriri, atque ex hoc ortu ipſius arguit p̃ſtantiã. Ex qua,
„ inquit, illa lex, quam Dij humano generi dederunt, rectè eſt
„ laudata, eſt enim ratio, mensque ſapientis ad iubendum, & ve-
„ tandum idonea.
„ Et paulò pòſt.
„ Quæ non tum denique incipit lex eſſe, cum ſcripta eſt, ſed
„ tum cum orta eſt, Orta autem ſimul eſt cum mente diuina; quamobrem lex vera, atque princeps apta ad iubendum, & ad vetandum ratio eſt recta ſummi Iouis. Ergo vt illa diuina mẽs ſumma lex eſt, ita cum in homine eſt perfecta, eſt in mente ſapientis. Poſt legem naturalem quarto loco legem humanam
11 numerauimus; Profluit † hæc lex humana à lege naturali, ſicque ipſa quoque à lege illa æterna, vt à primo fonte promanat, à qua legis naturalis originem proximè deduximus. Siquidem ex principiis communibus, & indemonſtrabilibus, quæ legis naturalis ſunt, ipſi deinde homines eius, qua prædíti ſunt, rationis, & mentis præſidio adiuti, alia nonnulla plenius, magisque ſpeciatim conſtituerunt, quæ non ita paſſim omnibus nota eſſe, aut eodem ſemper modo ſeſe habere, ſed plerunque mutari, ac variari poſſe videmus; atque hæc ſunt, quæ legem humanam, ſeu poſitiuam perficiunt. Verùm quoniam quæ ad legem humanam attinent, infra accuratius à nobis explicabuntur, ſatis erit in præſentia hoc tantùm indicaſſe, quo pacto lex humana ab aliis legum ſpeciebus diſtingui debeat. Præter has quattuor leges, nimirum æternam, cœleſtem, naturalem, &
12 humanam, addunt Theologi legem diuinam. Diuinam† autem legem vocant, non prouidentiam, vt Plato, nam æternam illam dicunt, vt ſic commodius ſingulis appellationibus ſingulæ leges diſtinguantur; diuinam verò eam appellant, quæ præter inſtinctum, & rationem naturalem ab ipſo Deo optimo maximo pro eo, quo genus humanum proſequitur, incredibili amore, & charitate hominibus data eſt; primò quidem Iſraeliticis, deinde præſtantiorem quendam in modum nobis Chriſtianis. Hæc non ex omni ſua parte mentibus, & rationibus noſtris inſculpta eſt, atque ob id non vnà cum humano genere eſt
13 prodita, quemadmodum naturalis. Immò † enim fuit aliquando tempus, cum hanc legem homines non habuerint, quamuis eius præcepta legis naturalis principiis mirificè conſentiant,
14 argumen. capitulo primo prima diſtin. Neque † verò id ſolum diuina lege aſſequimur, quod lex humana nobis præſtat, quæ actus tantùm exteriores moderatur, interiores verò animi motus in nobis non coercet, neq; tacitis cogitationibus vllam pœnam conſtituit leg. cogitationis pœnam digeſt. de pœnis leg. furitiuus, & leg. ſæpe digeſt. de verborum ſignifica. leg. inficiandi digeſtis de furtis leg. qui autem. digeſt. de his, qui not. infam. Sed multò præſtantiorem in modum ſancit lex diuina, interioresque etiam motus, & tacitas cupiditates noſtras coercet, ac moderatur; Etenim lege humana id tantum prohiberis, ne alienas nuptias adulterio polluas; illud verò addit lex diuina, vt
15 ne facere quidem id concupiſcas. Atqui † ex duplici, quæ ab ipſo Deo hominibus data eſt, lege diuina, eò Moſaicæ præſtat Chriſtiana, quod hæc non tantùm imperat, ſed etiam robur nobis quoddam addit, atque inuiſibilem gratiam largitur, qua imperata perficere valeamus; quod nec Moſaicæ, neque alterius vllius legis munere unquam homines conſequi potuerunt.
Quamobrem verò præter naturalem, & humanam legem, quæ ad benè, beateque viuendum videbantur ſatis eſſe poſſe, lex di-
16 uina fuerit neceſſaria † duplex ratio aſſignari poteſt. Primò conſiderandum eſt, ſemper legi (quęcunque illa ſit) certum finem propoſitum eſſe oportere, quem actiones noſtrę omnes intueãtur; finis autem legi naturali non is poteſt eſſe propoſitus, qui humanæ naturæ conditionem excedat, hocque ſolum illa ſpectat, vt ad hanc quam hìc viuimus vitam rectè, & honeſtè degendam nos inſtituat. Sed malè proculdubiò, immò verò infęliciter prorſus nobiſcum ageretur, ſi ad hunc ſolum finem nati eſſemus; eſſemus enim (vt verè diuinitus ille dixit) miſerabiliores cęteris omnibus animantibus. Quare finem illum, cui nos Deus ſummus, & optim. deſtinauit, longè præſtantiorem eſſe oportet; atque is porrò eſt, vt ad Deum ipſum, vnde ortum iam duximus, peracto demum huius miſerrimæ vitæ curriculo reuertamur. Ibique diuinam naturam, in qua omnes omnium rerum theſauros abſcondi perſpicuum eſt, proprius contemplemur, & cum beatis ſpiritibus fœliciſſimo, ac ſempiterno æuo perfruamur. Quoniam verò hunc finem lex naturalis non agnoſcit, vtpotè quæ humanæ naturæ (quemadmodum diximus) conditionem non excedit, propterea ad hanc rem diuina lege opus fuit, quæ ad tàm præſtantem finem animos noſtros incenderet, eoque vitam, mores, atque operationes noſtras omnes dirigeret, atque inſtitueret. Eundem hunc finem, quem ſpectat lex diuina, lex quoque Pontificia ſibi proponit, vt ad futuræ vitæ fœlicitatem noſtras dirigat actiones.
17 Quocirca † diuina potius, quàm humana debet appellari, arg. capit. quo iure. 8. diſtin. & cap. nimis, vbi plenè not. de iureiura. Idque cùm ob hanc quam diximus cauſam, tùm etiam quia non humano ingenio excogitata fuit, ſed diuino ſpiritu dictata. Conſtat enim non tantùm Sanctorum Patrum traditionibus, ſed etiam ſummorum Pontificum conſtitutionibus, in quos ſummus Deus, & ſeruator noſter Chriſtus omnem tùm ligandi, tùm ſoluendi contulit poteſtatem. Itemque ſanctiſſimarum ſynodorum decretis, tùm & aliis eccleſiæ inſtitutis, quam ſe ille nunquam deſtituturum, ſed vſque ad conſumationem ſeculi ſemper ipſi præſtò futurum diuino eloquio pollicitus eſt. Quibus de cauſis hæc quoque lex diuina dici poteſt
18 † quamuis non tàm in diuinarum ſcripturarum explicatione, quàm in dirimendis hominum controuerſijs verſetur, vt docet Gratianus capitulo primo 21 diſtinction. Altera inſuper, cur lex diuina nobis traderetur, cauſa fuit, mira rerum humanarum varietas, & inconſtantia, tum humani iudicij imbecillitas. Quibus rebus plerunque fiebat, vt ne hunc quidem finem per nosmetipſos aſſequi poſſemus, qui ad terrenam hanc vitam rectè informandam, atque inſtituendam pertinet. Multa enim quotidie eueniebant perplexa, dubia, atque incerta, in quibus neque naturali lege quicquàm iuuabamur, vtpotè quæ omnium paſſim mentibus inſculpta communia tantùm quædam practici intellectus principia continet, At neque ab humana lege ſatis certum præſidium ſperare poteramus, quæ ab infirmo, hebetique hominum iudicio profecta à vero iuſtitiæ, & honeſtatis ſcopo plerunque aberrabat. Earundem enim rerum ſæpe diuerſa, immò & planè contraria ſunt iudicia.
Cum videamus non modò apud varios populos varia viuendi inſtituta, ſed etiam in eadem ciuitate frequentes legum promulgationes, abrogationes, correctiones, mutationes. Quare hac quoq; de cauſa diuinæ legis præſidio opus fuit, quæ ſublata omni errorum quaſi caligine, verum nobis ad iuſtitiam, & honeſtatem aditum patefaceret, ac certiſſima norma, quæ nullo modo deficere, aut errare poſſet, quid ſequendum, quidue fugiendum eſſet, nobis præſcriberet.
19 Has † quinque legum ſpecies explicare non prorſus alienum eſſe duximus; ſciendum tamen eſt non has omnes ad inſtitutum noſtrum pertinere. Etenim eam quam diximus cœleſtem legem vocari non modò non Iuriſconſultorum, ſed nè piorum quidem vllorum hominum ſtudio dignam cenſemus. Aeternam verò, itemque diuinam legem, vt cæteris omnibus longè anteponimus, ita eas Theologis reſeruamus; niſi quatenus pontificias traditiones diuinæ legis appellatione ob rationes ſuperius adductas complecti velimus. Quare nos poſtremas duas tantùm legis ſpecies conſideramus, naturalem ſcilicet, & humanam. Quæ lex humana vſqueadeò naturali legis affinis, & connexa eſt, vt nulla alia, quàm naturæ habeat fundamenta, atque à ſolis (quemadmodum anteà diximus) naturalis legis principiis proficiſcatur. Ex his† porrò dua
20 bus, quæ ſolæ tùm à nobis, tùm etiam à moralibus philoſophis conſiderantur, maximè propriè lex dicitur lex naturalis, quam vnà cum humano genere proditam eſſe & nos ſupra docuimus, & tradit Iuſtini. in §. ſingulorum. inſtitut. de rer. diui. Ita vt legi humanæ, ac poſitiuæ quatenus per ſe illam conſideres, ſi non impropriè, at certè minus propriè hoc legis nomen conueniat. Siquidem (vt rectè aduertit Ficinus ex Platone in Minoe) ea quæ à principibus, & populis ſtatuuntur, non niſi quæ naturali legi conueniunt, legis nomen merentur. † Nam ſi à recta illa, & optima naturæ ſemita declinent,
21 rectè quidem decreta, & edicta, ſiue inſtituta dicuntur, leges autem nequaquàm appellari debent. Idemque etiam apertè ſenſit Papinianus in lege prima digeſtis de legibus, cum dixit, legem eſſe virorum prudentum conſultum; neque enim ſanè prudentum conſultum diceretur, niſi iuſtitiæ, & honeſtati conueniret, ſine qua prudentiæ nomen non conſiſtit.
Hinc Cicero, libro primo de legibus, poſteàquàm loquutus eſt de lege naturali, illamque veram legem eſſe diffiniuit,
„ hæc verba ſubiungit; Populariter interdum loqui neceſſe
„ eſt, & appellare eam legem, quæ ſcripto ſancit, quod vult
„ aut iubendo, aut vetando, vt vulgus appellauit. Non hanc ego certè auſim dicere impropriè legem, cùm ſic paſſim vſurpetur a noſtris Iuriſconſultis, vel ſi dura, & iniqua videatur lege proſpexit, digeſtis qui, & à quibus, & toto titulo digeſtis de legibus. Iccircò enim ſic poteſt ſat congruentur appellari, † quia quicquid ab eo conſtitutum eſt, qui legis con-
22 dendæ auctoritatem habeat, quodammodo iuſtum exiſtimatur, vt aduertit Ariſt. lib. 5. de moribus capitulo 1. Quamquàm
23 etiam dicere poſſumus† cum ſic legem veteres appellarunt, nõ tàm quid lex decernat, quàm quid decernere debuerit, contide-

raſſe,

Source : BIU Cujas

rasse,id quod ęquè,& de iuris vocabulo docuit Vlp. in l. penul. ff. de iustit. & iur. Prætor quoque (inquit) ius reddere dicitur etiam cùm iniquè decernit, relatione scilicet facta non ad id quod prætor ita fecit, sed ad illud quod prætorem facere conuenit. Verumtamen sicut hanc impropriè legem non dixerim, ita Ciceronis fretus auctoritate minus propriè legem dicere
24 non dubitauerim. Neq; id absurdum est, † cùm inter proprium & improprium medium illud dari, quod non improprium est, sed tamen minus proprium, doceat Vlp. in leg. j. ff. de suis & legit. Rectè igitur ante omnia constituendum est, quid sit hęc lex naturalis, quam omnium maximè propriè legem esse dicimus, tametsi id quoque ex supradictis intelligi potest. Meæ sententię
25 summa hæc est † vt verè affirmari posse existimem, legem naturalem esse rationem, seu rationalem animæ nostræ partem, vt rectè Socinus quoque hic dicebat. Sicque legem definit etiam Cicero lib. 1. de legibus. Lex est (inquit) naturæ vis, mens, & ratio prudentis, iuris, atque iniuriæ regula. Idem Cicero libro secundo repetit, cum ait, Est enim lex nihil aliud, nisi recta, & à numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibensque contraria. Quibus verbis, non tantùm ostenditur partem animæ nostræ rationalem esse legem, sed etiam intelligitur, quomodo ea accipi debeat, vt legis nomen illi conueniat, Nimirum quatenus voluntati nostræ imperat honesta, prohibetque contraria; quæ res planius in hunc modum explicari potest. Constat animæ rationalis duas esse facultates, si minus essentia, at certè effectu, & operationum discrimine inter se distinctas, nempè intellectum, & voluntatem. Atque hic cum dico vo-
26 luntatem complector etiam electionem; quamquàm † non me latet inter voluntatem, & electionem eas differentias solere assignari, quòd electio eorum tantùm sit, quæ in nobis sunt posita, voluntas autem etiam ad ea, quæ aliunde pendent, immò & quæ natura fieri non possunt, extendatur. Item quòd voluntas finem spectet, electio autem eorum potius sit, quæ ad eum nos finem perducunt, Quo fit, vt & diuites esse, & rectè valere velimus, eligere verò media dicamur, quorum ope & diuites fieri, & rectam valetudinem comparere possimus, vt docet Aristoteles libro tertio Ethic. capit. secundo. Quas differentias ego hic non considero, quoniam non est necesse. Habet igitur pars rationalis animæ nostræ duas potentias, quarum altera intelligimus, altera volumus, atque eligimus. Harum verò ea est inter se coniunctio, vt ob eam quam supra diximus, diuinæ rationis communionem, id quod rectum, & honestum ab intellectu indicatur, semper voluntas appetat, atque ad id potissimum naturæ instinctu quodam feratur. Cum ergo dicimus rationalem animam in nobis esse legem, non eo tantùm accipere hoc debemus, quòd intelligat. At neque quòd vo-
27 luntas sit, sed † quòd diuini luminis communicatione ita afficiatur, vt ad ea, quæ recta & honesta sunt, propendat semper, & inclinet. Etenim sicut natura oculi vident, ita animus natura iudicat, & sicut corpus non potest non dolere, cum illi vulnus aliquod infligitur, ita animus semper angitur, & cruciatur, quoties iustum, & honestum violari intelligit, cum eo ipso, animi iudicio quoddam quasi vulnus infligatur. Propterea Cicero in sua diffinitione non eo solo contentus est, vt dicat legem esse rationem, sed in eo rationem considerat, dum illud nobis munus prestat, vt imperet honesta, prohibeatque contraria. At-
28 qui † hac in re Platonem suum secutus est, ex cuius verbis tùm in libris de legibus, & in libris de Republic. tùm præsertim in eo dialogo, qui Minos, seu de lege inscribitur, apertè colligimus hanc de legis diffinitione ipsius sententiam esse; vt dicamus legem esse veram gubernandi rationem, quæ optimum nos ad finem certis mediis, atq; ad eum ipsum accommodatis instituit, atque dirigit. Hanc verò diffinitionem conuerti cum suo diffinito, ita optimè demonstrari potest. Illud in primis necessarium est, hanc rationem, quæ sic actus nostros instituit, & dirigit, esse primum humanarum operationum omnium principium, & consequenter earundem normam, & regulam dici debere, vt ostendit diuus Thomas in prima secundæ quæstio. 90. artic. 1. eo vsus argumẽto, quia, si credimus Aristoteli, in his omnibus, quæ aguntur, primum principium est ordinatio. In vnoquoque autem genere cernere est, quod est primum, idem pariter mensuram, & regulam ipsius generis esse, Quemadmodũ in numeris eadem vnitas, quæ numeri principium est, numerãdi etiam normam, & regulam præbet, Nec minus apertè in genere motuum hoc perspicitur, vt qui primus motus est, idem etiam sit, ex quo cæterorum deinde motuum regula, & mensura perficitur. Atqui certè nihil est, quod in quaque re legis nomen magis mereatur, quàm quod regulæ, & mensuræ vim obtineat. Si ergo hanc totam argumentationis seriem spectaueri mus apertè videbim⁹ rõnẽ nostrã, & mentẽ, q̃ actiones nras instituit, rectissimè legem appellari, nam si ordinatio est actionũ nostrarum principium, si principium rerum omnium, earundẽ regula, & mensura est, si denique omnis regula, & mensura in quaque re, sola illius rei lex dici debet, consequens est: vt, cum humana ratio sit ordinatio quædam, quæ nostras actiones dirigit, & instituit, sicut proxima diffinitione complexi sumus, eã
29 ipsam hominis esse legem fateri debeamus. Hæc † est illa lex, quę non ab hominibus scripta, sed à Deo ipso lata, & mentibus nostris insculpta est, adeoque omnibus est cognita, vt nemo illam ignorare, aut dissimulare possit; quæ tacito quodam iussu, atque præcepto compellit nos ad ea, quæ honesta sunt, & amouet a contrariis; quam denique non didicimus, aut accepimus, sed natura ipsa, & sola rationis facultate, ob diuinæ rationis communicationem hausimus, expressimus, arripuimus.
30 Iam verò si quæras † cur hoc potissimum nomen sortita sit, vt lex appelletur, Diuus Thomas in prima secund. quæstio. 90. articu. primo. huius nominis originem inde fluxisse arbitratur, vt à ligando lex fuerit appellata; Sed hac in re mouet me magis Tullii testimonium, qui tradit legem à deligendo fuisse dictam, atque in hoc latinos à Græcis discrepare. Etenim quam latini legem dixere, Græci νόμον ἀπὸ τῆς νομῆς, hoc est à distributione appellarunt, siue ἀπὸ τοῦ νομέυειν, quod est distribuere, cum proprium legis munus sit, vt ius cuiq; suum certa ratione assignet, atque tribuat. Qua re Tullius posteaquam de hac lege naturali locutus est, subijcit hæc verba. Eamque rem illi græco putant nomine suum cuique tribuendo appellatam, ego verò à deligendo, nam vt illi æquitatis sic nos delectus vim in lege ponimus. Tradita legis cùm diffinitione, tùm ethimologia, ac Socini sententia confirmata, qui partem animæ nostræ rationalem legem esse tradidit, reliquum est, vt tria illa diluamus obiecta quę superius in proximo cap. contra hanc sententiam allata fuere. Dùm igitur primò dicebatur ex hac sententia illud sequi, vt homo, qui mens, & ratio, haud falsò dici potest, idem pariter & lex sit: id verò absurdum esse, legem, atque hominem esse vnũ, & idem, cum homo potius vtatur lege, ipsique legi obstringat; Respondetur fore quidem id absurdum, si hoc ipsum eadem ra
31 tione inspecta acciperetur, sed † facit duplex, diuersaque, qua homines præditi sunt natura, nimirum rationalis, & sensitiua, vt neque mirum, neque absonum videri debeat, si ratio, quæ tanquam Regina totius simul naturę nostrę supremam partem obtinet, legis munus in nobis expleat, sensus moderetur, libidines coerceat, mores componat, actionibusq; nostris omnibus certum modum, ac certam normã prescribat. Quo fit, vt † vel si in
32 alijs iudicijs tres illæ personę inter se differre debeant, accusator, reus, & iudex, cum scilicet vel Iulia lege agitur, vel Pompeia, Corneliave, aut alijs eiusmodi, quæ ab hominibus latę sunt, tamen cum hac lege naturali agendum est, tum vnusquisque solus in se ipso formam iudicij quandam instituat, se ipse tacitus accuset, se ipse apud se defendat, ac si illius criminis reus est, cu-
33 ius nomine accusatur, semetipsum denique cõdemnet, † adeoque seuerum hoc sui ipsius iudicium experiatur, vt vel si à quocunque alio Iudice absoluatur, se ipso tamen Iudice absolui nunquam possit, vt eleganter Iuuenalis his versibus tradidit,

Exemplo quodcunque malo committitur ipsi
Displicet authori, prima est hęc vltio, quod se
Iudice nemo nocens absoluitur.

Itaque non est alienum, hominem sibi ipsum legem esse, quod & Apostolus apertè sentit, cum Epistol. ad Romanos cap. 2. scribit. gentes eas quibus lex nulla data est, sibi ipsas legẽ esse, si modò naturalis rationis præscriptum obseruent. Secundum obiectum illud erat, quòd lex præesse semper, ac dominari debet, sed ratio non semper dominatur, immò nõ semper rectè nos instituit, cum sæpe contingat, perperam in eo quempiã agere, dum rationis munus exercet, vt etiam Aristotelis authoritate supra confirmauimus. Respondetur ad hoc, negari quidẽ non posse, quin interdum ratio nostra sensuum illecebris deprauetur, ac quasi decipiatur, qui sæpe in ratiocinando falsas subijciunt propositiones, vnde fit, vt non vera, sed falsa illa proficiscatur ratiocinatio, quam paralogismum appellant. Sed non propterea tamen naturę bonitas vincitur, neque iccircò ratio internum illud suum remittit præceptum, sed assiduè intus clamat, & à sensibus se videns circumuentam, quantum in ipsa est,
34 reluctatur, & cum vi victa demum succumbit, † tùm nostrum nobis scelus continuè exprobat, & conscientiæ stimulis vsque adeò nos vexat, vt non modò liberè nunquàm quiescere, sed ne spirare quidem sine continuo animi angore valeamus. Quapropter cum ratio ne tunc quidem à legis munere, & officio desistat, non video cur legis nomen debeat amittere. Nam si humanas leges pariter spectemus, illæ certè non semper seruantur, & multi quotidie ꝑ illas delinquunt, sed qa eisdẽ illis legib. puniuntur, idcircò leges nihilomin⁹ & sunt, & appellantur: legis enim virtus est non tantùm vetare, imperare, permittere, sed etiam punire. l. legis virtus. ff. de legibus. Atqui certè quin improbi homines, qui rationis, & naturæ perscriptum lædunt, eiusdem naturæ, & rationis lege puniantur, inficari nemo potest, nam quæ maior potest pœna excogitari, quam continuus ille, quem diximus, animi angor, quo illi, qui iniustè, ac sceleratè aliquid commiserũt, quasi furiarum tędis ardentibus (quemadmodum Poetę summa cum ratione sunt fabulati) cruciantur, agitantur, ac perterrentur, vt de Oreste, Besso, alijsq; nonnullis exẽpla nõ in-

Source : BIU Cujas

cognita sunt:qua de re Cicero. Hæc est natura (inquit) quæ ab
" iniuria arcet, quæ vel in maxima solitudine vexat tamen im-
" pios;hæc est natura,quæ de Regibus,ac Tyrannis sumit pœnas,
" qua si quid peccarint, luunt ipsi non tàm iudiciis, quibus nō te-
" nentur,quàm vexatione mentis continua, quæ dies noctesque
35 eos exagitat.Sicut & contrà † eadem hac naturæ vi qui iustè,& honestè viuunt rectè factorum conscientia amplissimum præmium consequuntur,miram scilicet animi quietem, ac iucunditatem, quam ad beatè viuendum plurimum ponderis habere nemo non fatetur,multi verò etiam solam per se sufficere arbitrantur,vnde illa puerorum nænia apud Horatium.

" Rex eris aiunt.
" Si rectè facies,hic murus aheneus esto,
" Nil conscire sibi nulla pallescere culpa.
" Est porrò hæc nænia,
" Quæ rectè regnum facientibus offert
" Et maribus Curiis,& decantata Camillis.

Sequitur ergo naturalem hanc,quam diximus, legem omnibus in hominibus reperiri,siue illi rationis præscripto pareant, siue eius munere abutantur, cum videamus ab hac vna lege illos quidem præmio affici, his verò scelerum pœnas maximas imminere. Quanquàm illud satis argumenti est, quod rationē legem esse iam fuit demonstratum, & ratione omnes homines tùm probos,tùm scelestos præditos esse constat, atque in hunc modum Cicero argumentatur lib.1.de legib.cum inquit.

" Quibus enim ratio à natura data est, iisdem & recta ratio in
" iubendo,& vetando,si lex,ius quoque,at omnibus ratio, ius igi
tur omnibus datum est. Rectam rationem in omnibus esse putat,quia quanuis ab improbis non seruetur, tamen semper eam vim habet(quemadmodum alibi ipse inquit) vt quantumuis audaces homines cogat ad negandum facinus,aut cōfessi causam aliquam fingendam,vt iure fecisse videantur.

Illud postremò contra hanc sententiam afferebatur, ꝙ cum hominum ratio differat à iure, vt ex Vlpiano,& Iustiniano demonstratum fuit,consequens esse videtur,etiam à lege rationē differre,cum ius,& lex planè idem esse videantur. Cui argumento ita respondendum est,vt dicamus,hoc vltimum falsum esse,
36 nam†immò ius,& lex inter se differunt,vt perspicuè ostendunt ea verba,quæ ex Tullio proximè retulimus,si lex ius quoque, & quæ sequuntur,Idemq; innuit etiam Caius in l.2.ff.de orig. iur. in illis verbis,populus sine certa lege, sine certo iure primum agere instituit. Quid verò inter se differant, infra suo loco demonstrabimus.

ARGVMENTVM

OMnes ne planè homines legem habeant naturalem, an verò illi tantùm,qui ex rationis prescripto viuunt,& quo modo illud accipiendum sit, quòd omnes philosophorum scole receperunt,improbos quosque homines ignaros esse.

SVMMARIVM.

1 *Nemo qui cum ratione loquatur,ab eo spernendus est,qui alicuius rei veritatem assequi studeat.*
2 *Bonum,& rectum natura omnes appetimus.*
3 *Videtur hęc duo simul pugnare,quòd improbi homines ignari sint,& quòd omnibus planè hominibus lex naturalis data fuerit.*
4 *Prudentia à probitate seiungi non potest.*
5 *Incontinentes ab intemperantibus Aristoteles seiungit.*
6 *Qua de causa qui ab omni iustitia,morumq; sanctitate alieniſſimi sunt, id tamen enixè studeant, vt quammaximè iusti,sanctiq; habeantur.*
7 *Caligula palàm dicere solitus est,nihil esse laudabilius inuerecundia.*
8 *Fœdissimæ Neronis nuptiæ.*
9 *Heliogabalus catula indomitæ libidinis à militibus appellatus.*
10 *Commodus Antoninus omnia à se flagitiosè gesta in acta publica referri iussit.*
11 *Sardanapalus in morte tantùm se virum ostendit.*
12 *Improbi sunt plerique homines probis,& iustis multò perspicaciores.*
13 *Neronis quinquennium.*
14 *Initio imperij Caligula nemo melior,vt ad extremum nemo deterior.*
15 *Aristoteles ita loquitur,vt se perplexum ostendat.*
16 *Igniculi sunt quidam à natura hominibus dati, quasi quædam virtutum semina.*
17 *Rectè dixit Aristoteles,virtutes,& vitia in nostra esse potestate.*
18 *Quomodò accipiendum sit,quod dicitur,voluntatem per se cœcam, rationis atque intellectus præscriptum sequi.*
19 *Vnde fluctus illi animorum,qui sæpè nos ancipites reddunt.*
20 *Ad propositæ difficultatis explicationem duo sunt tempora distinctè considerauda.*
21 *Dùm mali adhùc incerti deliberant,nulla eorum ignoratio est.*
22 *Differunt hæc secundùm Aristotelem,quòd ignorantes, & quòd propter ignorationem aliquid faciamus.*
23 *Neque ebrij,neque irati venia,aut miseratione digni sunt,si per ebrietatē, vel iram aliquid peccent.*
24 *Qui iam delicto assensum præbuerunt,aliquo modo ignari dici possunt.*
25 *Sit ne hoc concedendum,eos qui scelus aliquod patrare iam decreuerint, iccircò ea obliuisci,quæ prius intelligebant.*
26 *Nunquàm prorsus tolli potest illa naturæ nostræ vis, qua ad bonum propensi sumus.*
27 *Quid causæ sit,cur quæ perperam committimus,omni studio honestate contendamus.*
28 *Particularium propositionum vsus non quidem ad speculationes, sed tamen ad practicam scientiam est maximè necessarius.*
29 *Incontinentes vel particulares propositiones non tenent, vel certè ijs non vtuntur,dum in illa versantur perturbatione.*
30 *Cuiusmodi sit incontinentis ratiocinatio.*
31 *Verè dicemus incontinentes expeditè ratiocinari, vereq; etiam hoc negabimus,si diuersa tempora consideremus.*
32 *Verè dici potest improbis quoque hominibus naturalem legem inesse, ob rationes quæ hic afferuntur.*
33 *Quæ ratio sit,cur aliena magis quàm nostra errata cognoscamus, & quæ nos committimus in alijs vindicemus.*
34 *Intemperantium,atque incontinentium non par conditio est.*
35 *Possint nè Plato,& Tullius aliqua ratione defendi, qui solis prudentibus legem tribuere videntur.*
36 *Vt naturalem legem quis habere dicatur duo sunt necessaria, veri. s.perspicientia,& propensio ad id quod rectum,& honestum est.*
37 *Si improbi alioquin homines rectum sibi aliquid in animum inducant, nō alio quàm legis naturalis munere id facere existimandi sunt.*
38 *A viris prudentibus nihil propè differunt improbi homines, eo ipso quòd iustè,ac prudenter aliquid agunt.*

CAP. IIII.

HAec, quæ de lege hucusq; tradita fuere, satis certè plana,& aperta sunt;sed hìc tamen video ab iis, q adhuc accuratius hæc, quæ diximus, considerare voluerint,dubitationem excitari posse, cu ius explicatio non satis expedita videtur,quare illā non censui esse prætermittendam.Quod si qui forsan erunt, qui nos accusandos existiment,quod iam nimis diù in his cōmoremur, quæ ab Accursianis tradita non reperiuntur, ideoq; ab alienis potius authorib.desumenda sint;ego apud illos peccatum meū non excuso(si id modo peccatum est)sed iis potius concedo,vt hoc capite prætermisso,ad alia statim se cōferant. Ipse verò interea illis non deero,qui aliquantò studiosiores erunt veritatis. Cuius ea est conditio,vt donec illa vndequaque eluceat, omni ex parte erroris caligine sublata,nunquàm prorsus nos quietos reddere possit.Dubitatio igitur,quæ ex supradictis oriri potest, eiusmodi est.Diximus legem naturalem omnium prorsus tùm proborum,tùm improborum hominum mentibus, ita insculptam esse,vt nemo eam ignorare,aut dissimulare possit. Cōtra hoc maximè pugnare videtur,quod præstantissimi omniū philosophi sentiunt Socates,Plato,& Aristoteles,qui†cum omnia
1 summa semper cum ratione tradiderint, eorū authoritatem nos quidē Iurisperiti ita facilè debemus aspernari, vt inaudita causa eos reiiciamus.Concludunt ipsi omnes malos errore labi,atq; ignaros esse;fusiusq; aliquantò hoc prosequitur Aristoteles lib.3.Ethic.cap.j.vbi minimè obscurè loquitur, sed apertè
" sententiam nobis suam indicat his verbis. Omnis prauus igno-
" rat,quæ facere oportet,& à quibus est abstinendum, & ob eiuscemodi errorem iniusti homines,maliq; omninò fiunt.Quod ipsum ea quoque ratione cuipiam fortasse non prorsus alienū
2 primo aspectu videri poterit † quia nos natura ita formati, atq; instituti sumus,vt ad id quod bonum, & rectum est, voluntas semper nostra feratur(siue illud verè sit bonū,siue ita esse videatur) eoq; omnis nostra actio, omnis ars, & doctrina dirigat. Qđ cùm satis per se perspicuum est,tùm id etiam non semel Aristoteles ipse testatur,vt lib.1.Ethi.c.1.Item lib.3.c.4.atque alibi persæpe. Quapropter si videmus malos, & improbos homines ea appetere,eaq; velle,& amplecti,quæ mala,& inhonesta sunt,atque à recta iustitiæ semita declinant, quomodo possumus inficiari,quin errore,& ignoratione id contingat, vt quæ verè mala sunt,ob corruptam iudicii,atque ingeniorum aciem ab ipsis bona,& recta iudicentur?Qua ratione rectè illud quoq; Aristo.
" concludere videtur incōtinētes electione carere, vt lib.3.Ethi.
" c.2.vbi incontinens(inquit) cupiens quidem non tamen eligēs est:quoniam cupiditas aduersatur electioni, & quæ sequuntur.
3 Iam verò si hoc concederemus†omnes malos ignorantes esse, ac propterea electione carere, corrueret certè illud totū, quod suprà diximus,omnibus hominib. quantumuis improbis,naturalem legem inesse;Legem enim diximus perfici diuini luminis communicatione,quæ nobis quid rectū,& honestū sit, ostēdit,atq; prescribit.At hoc modo poneremus istos propter ignorationē in maxima errorū caligine versari, neq; honestū ab inhonesto secernere posse.Rursus legem esse diximus, in qua delectus vis omnis ponenda est,vt ex Cicerone ostendimus,q propterea dixit legē à deligendo fuisse appellatā. At istos daremus nullū planè electionis vsum hre. Sed nec Cicero forsan ab hac posteriori sententia abhorreret(quando ipsius quoq; auctoritati nonnihil dedimus) qui quanuis lib.j.de legib. naturalē legem omni-

Source : BIU Cujas

omnibus datam esse affirmet, tamen in eo aptitudinem potius quandam, quàm rem ipsam, & effectum spectasse videtur, quod posteà indicat ipse lib. 2. dum legem ita diffinit, vt sit mens, & ratio prudentis, iuris, atque iniuriæ regula; quibus verbis ostendit se probis tantum hominibus, non autem malis & impijs legē
4 tribuere voluisse. Siquidem † prudentia à probitate nunquā seiungitur, alioquin prudentiæ nomen amittit, versutiaq; & calliditas potius appellatur, vt docet ipse in libris Offic. Itemq; Arist. lib. 6. de morib. cap. pen. & vlt. Hinc fit, vt illud quoq; nonnullis dubium videri possit, quod diximus, improbos omnes conscientię stimulis agitari, namq; hoc in illis tantū contingere verisimilius est, qui probi alioquin viri naturæ nostræ potius imbecillitate, quàm firmo animi proposito in aliquod crimen delabuntur, quales describit Aristoteles esse incontinentes † dū illos
5 ab intemperantibus seiungit lib. 7. Ethic. cap. 3. Ac talem quidē fuisse Orestem scriptorum monumētis proditum est, qui excepto matris parricidio (quod tamen ipsum non vllo odio, aut impietate ductus, sed patris vlciscendi causa commisit) reliquis omnibus in rebus, ac præsertim in Piladis amicitia sanctissimè seruanda (quæ non nisi inter optimos viros talis esse potuisset) miram semper probitatem præ se tulit. Quare si eiusmodi homines propria errata detestantur, non est qđ quicquam miremur. Verū cum aliquem damus intemperantem, hoc est animo ita obfirmatum, vt præsentem voluptatem, animiq; sui libidinē ēt per scelus, & flagitiū sequi velit; dubitari potest, quomodò ille propriorum scelerum terrore, vel pudore saltem aliquo afficiatur, aut quomodo illum tedere possit earum rerū, quas impiè, ac flagitiosè commiserit, si ex Platonis, atque Aristotelis sentētia concedimus ignorantem eum esse, & ita mente quasi obcęcatum, vt quæ recta sint, quæve minus internoscere haud quaquàm valeat. Atqui certè multos quotidie videmus, qui teterrimis flagitijs suis ita gloriantur, eaq; sic vbique prædicāt, vti si in-
6 signia aliqua, ac præclara facinora patrassent. Et quanuis † maximus etiam eorū numerus sit, qui propria scelera summo studio occultant, ac dum maximè perfidiā, & improbitatem suā exercent, dumq; turpissimis omnibus ac teterrimis sese vitijs contaminant, id sedulò semper agūt, vt viri boni, ac iusti ab omnibus habeantur; Faciunt tamen id proculdubio vel legum, ac pęnarū terrore, vel quia ea ratione commodius alios fallere, dolisq;, ac fraudibus suis faciliorem se aditum sperāt præbere posse. Quod genus hominum oppidò quam eleganter his versibus pingit Horatius.

„ Iane pater clarè, clarè cum dixit Apollo.
„ Labra mouet metuens audiri, pulchra Lauerna.
„ Da mihi fallere, da iustum, sanctumq; videri.
„ Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.

At cum ad Principes homines plerosq;, Romanosq; præsertim Imperatores animū conuertimus, qui anteactis ætatibus vixere, nulloq; fraudū egebāt suffragio, sed liberè, atq; aptè, absq; vllo pęnarū metu, quicquid illorū ferebat libido, facere se posse arbitrabantur, multò apertiora impudentiæ signa perspicimus. Quare fuisse aliquandò crediderim, qui dubitarint quomodo Cæsar ille Caligula, qui fex humani generis appellatus est, naturalem hanc legem habere dici posset, quæ ipsi quid fugiendum esset, quid ve sequendum demonstraret, quæ ad honestatem impelleret, eaque violata pudorem ipsi aliquem injiceret, aut eum conscientiæ stimulis agitaret. Cum immò ipse ex flagitijs maximè sibi laudem captare, ac palàm dicere so-
7 litus sit, †nihil esse laudabilius inuerecundia, Cumque & aliàs multas improbissimas voces, Oderint, dum metuant, Vtinam Populus Romanus vnam ceruicem haberet, & id genus alia cō sultò veluti gloriabundus in vulgus iactasse feratur. Atque vt
8 omittam Neronem † quem constat puerum Sporum palàm solemni nuptiarum ritu pro vxore duxisse, contraque etiam mulierculæ in morem Doriphoro liberto suo turpissimè denupsisse. Vt pariter fileam Heliogabalum prodigiosæ libidinis hominem, qui aliorum in se nefariam cupiditatem palàm propositis præmiis excitando, Romani Imperii maiestatem vsque-
9 adeò, dum vixit, dedecorauit, † vt passim à militibus catutela indomitæ, ac rabidæ libidinis appellaretur; Vt hos (inquam) & alios multos præteream, qui ex Romanis, externisque pariter historijs adduci possent, illud sanè mihi omnium maximè memoratu dignum videtur, quod de Commodo Antonino legitur, Ille enim, cum in omni nequitiæ, ac crudelitatis genere versaretur, ita vt vel vrbem Neronis exemplo manibus suis incendere tentauerit, ita tamen his rebus omnibus
10 gloriari solitus fertur, † vt quæcunque turpiter, ac flagitiosè gessisset, ea omnia prodendæ posteris memoriæ causa in acta publica referri iusserit. Qui hæc exempla sibi ante oculos proposuerit, in eam fortasse trahetur sententiam, vt illud verum esse fateatur, quod Plato, & Aristoteles tradunt, istiusmodi homines ita mente obcœcata esse, & in tanta ignorationis caligine versari, vt quæ recta sint à contrariis nequeant discernere. Cuius etiam ignorationis non leue nobis præstat argumentum vltimus ille Assiriorum Rex Sardanapalus, Namq;

11 † is forsan', si quæ studia Regem decerent, cognouisset, non id sibi vitæ genus instituisset, vt inter scortorum greges muliebri habitu indutus purpuram colo neret, pensaque inter virgines partiretur, quod vel si maximè voluptatum illecebris ductus id feciisset, non eo saltem in proposito vsque ad vitæ extremum tam desidiosè perseueraſſet, donec scilicet Arbactus virum tandem esse illum docuit, belloque victum coegit, vt extructa pyra se ipsum, suasque simul diuitias omnes incendio absumeret. His rationibus, & exemplis facilè quispiam (vt dixi) in hanc vltimam sententiam inclinare posset; sed tamen nimis durum est, minimeque concedi potest illud assumptum (si id modò sic absolutè intelligamus) ex quo tota hæc argumentatio, huiusque sententiæ confirmatio pendet, vt scilicet omnes, qui mali sunt, eosdem dicamus & ignaros esse, neque bona à malis posse secernere. Nam, vel si hoc videatur ea ratione confirmari, quòd voluntas non sibi ipsi credit (cum nec iudicium illius vllum sit) sed illud semper sequitur, quod ab intellectu bonum iudicatur, tamen huic rei nimium experien-
12 tia reclamat. Etenim † quàm multos videmus homines variis vitiis, & flarisque spectatæ integritatis hominibus longè perspicatiores sunt, & de ijs quę ad mores atque ad virtutes pertinent, optimè differunt? ne dicam quod minima quæque vitia sæpe in aliis accerrimè castigant, & puniunt; De quibus nihil aliud videtur dici posse, nisi vt fateamur, ea quidem, quæ recta sunt, optimè istos perspicere, sed vel inhonesta libidine, vel alijs cupiditatibus adductos ea potius consultò amplecti, quę turpia, & inhonesta esse probè intelligunt, vt Medæa apud Ouidium, cùm inquit.

„ Video meliora, proboq;,
„ Deteriora sequor. Et paulopost.
„ Quid faciam video, nec me ignorantia veri.
„ Decipiet, sed amor.

Credimus ne obsecro Catilinam, cùm in patriam cōiurauit, eiusq; libertatem occupare conatus est, præceptum illud, quod natura docemur, ignorasse. Pietate erga patriam vti nos oportere? An ne etiam putamus Neronem (quando Neronis exemplū inter alia obiectum est) cum vrbem Romam, quam ornare, & amplificare debuerat, ita incēdit, vt illa sex dies, septemq; noctes ipso spectante, ac ridente flagrauerit, id rectè factū existimasse, aut matris parricidium, duarumq; vxorū, ac Senecæ præceptoris cędem. totq; itidem stupra, adulteria, & alia, quę sce'estissimè perpetrauit, recta, & honesta iudicasse? An nè tandem & Caligulam, & alios quos supra cōnumerauimus tàm fatuos, ac demētes fuisse existimare possumus, vt nefanda, atque inaudita scelera iustitiæ, atq; honestati conuenire arbitrarentur? De nemine hoc credi potest, at de Nerone, & Caligula multò minus. Ferūt enim, Neronem primos quinque annos tàm præclaræ indolis speciem prę se tulisse, tantaque probitate, innocentia, lenitate, ac temperantia imperium gessisse, vt Traianus optimus ille Imperator Senatus decreto sic appellatus, dicere solitus sit, optimos † quosque Principes à Neronis quinquennio longissimè
13 14 abfuisse. Quod † idem & de Caligula memoria proditum est, qui sic imperium administrauit, vt neque melior ab initio, neq; ad extremum deterior princeps vllus vnquā fuerit. Quid ergo minus verosimile est, quàm aut Caligulam, aut Neronem rectam viuendi, imperandiq; rationem ignorasse, quam & ipsi aliquando sanctissimè seruarint? Huc accedit, quòd si homines ideò mali essent, atq; ideò cędes, furta, rapinas, stupra, adulteria committerent, quòd hęc mala esse ignorarent, legum proculdubio seueritas ipsis relaxanda esset. Iniustè enim delicta vendicarētur, neque vlla esset ratio, cur non vt stulti, qui sine certo cōsilio delinquunt, ita & improbi, sceleſtiq; omnes legum pęnis excusari deberent. Satis ostendunt quæ hucusq; dicta fuere, hunc nodum
15 valdè implicitum esse, & † licèt hac de re loquatur Arist. libro 7. Ethic. cap. 3. Ita tamen loquitur, vt propemodum se perplexum ostendat. Cuius rei satis illud certum argumētum est, quòd qui illum interpretantur, varias in hoc opiniones, maximèq; inter se diuersas afferunt. Nos igitur, vt hoc totum cōmodius explicemus, nonnulla prius statuemus, ex quibus ad id quod quærimus aditus aperietur. Constanter illud ante omnia retinendum est, quod supra diximus, rationi nostræ hoc natura ingenitum esse, ob diuini luminis communicationem, vt semper ad id quod iu
16 stum, honestumq; est, propendat, & inclinet; Hi † verò sunt igniculi à natura hominibus dati, hæc sunt virtutum semina, & elementa, de quibus tot in locis loquitur Tullius. Hæc elementa, hos igniculos, siue hanc ad bonum propensionem (nam his omnibus nominibus eadem res significatur) omnium planè hominum mentibus inesse, idq; præsertim initio, antequàm vllus vel virtutum, vel vitiorum habitus contrahatur, dubitari non oportet. Nec mihi quorundam populorum instituta obijciantur, vt Carthaginensum, qui cū proprios filios incognitis Dijs sacrificabant, quemadmodum in Minoe testatur Plato, in eo videbantur ad feritatem potius, & crudelitatem, quàm ad hanc naturæ bonitatem inclinare. Imò enim hoc ipso exemplo id quod diximus, optimè demonstratur; Si quidem illi vsqueadeò naturæ

bonitate,

Source : BIU Cujas

bonitate,atq; innato nobis religionis instinctu ad Deorum cultum ferebantur,vt paternas vincerent affectiones. Quicquid autem in eo erat peccati,id totum cognitionis vitio contingebat; vt in stultis sæpè videmus,qui dum per stultitiam iniustè multa faciunt,tamen illa naturæ bonitate coacti, qua feruntur ad bonum,& honestum multis rationibus quamuis ineptissimis, ac planè ridendis, rectè se fecisse contendunt. Illud præterea præ oculis habendum est,quod nemo ignorat,eandem, quam feris & belluis,nobis etiam ipsis naturæ inclinationem esse,vt proni ad ea sensu feramur,quæ vitæ iucunda, & vtilia sunt, & licèt eadem,quæ sunt vtilia,possint esse & honesta,tamen euenit sæpenumerò,vt hæc cum illis pugnent, & quod vtilitas ad se rapit, contra honestas ad se reuocare videatur (vtilitatis verò appellatione placet in hoc loco illud quoque amplecti, quod iucundum est,vt & Cicero,& alij facere solent.) Postremò etiã illud statuendum est in hac vtilitatis,honestatisq; dissensione voluntatem nostram liberam esse,possecq; vel ad hanc, vel ad illã partem se conferre. Atque hoc ne ab ipsius quidem Arist. sententia abhorret;immò ipse quoq; lib.3.de morib.apertissimè hoc ostẽdit,dum de voluntario,& inuoluntario loquitur,eaq; explicat, quæ ad consultationem,atque ad electionem spectant, ac mul-
17 tò etiam fusius ibidem hoc tradit cap.5.dum ibi docet † & virtutes,& vitia in nostra esse potestate,& à nobis solis pẽdere,vt vel
18 probi,vel improbi efficiamur. Et † quamuis voluntatem per se cœcam esse rectè dicamus, & quasi pedissequam sequi semper cognoscendi facultatem, siue illa in intellectu, siue in sensibus posita sit,ita vt non possit voluntas non illud vel appetere, vel renuere,quod sibi aliunde vel bonum, vel malum esse cõmonstratur. Tamen hoc ita accipiendum est, vt duobus propositis honestis,non possit non illud sequi, quod ab intellectu honestius esse iudicatur; idemque dicimus cum duobus propositis vtilibus quæritur vtrum vtilius. Quandoquidem nihil tunc est, quo distrahatur voluntas, atque in hanc potius quàm in illam partem alliciatur. Si enim hoc amplectitur vt honestum,cũ primùm honestius illi aliud proponitur, illud potius, quàm hoc voluntas sequatur oportet. Vel si solam quærere vtilitatem propositum est, vincat semper illud necesse est, quod maioris vtilitatis speciem præ se ferat. Verùm si vtilis, & iucundi cum honesto, hoc est sensus cum ratione altercatio sit, ut quod honestas fugiendum præcipiat, id vtilitas amplectendum suadeat, tunc liberum voluntatis iudicium est, vtrum rationis regno malit se subijcere, an verò sensus quasi tyrannidem potius sustinere.

19 Ex † his fontibus oriuntur illi fluctus animorum,qui tunc excitantur in nobis,cùm ratio ita sensibus reluctatur, vt nos ancipiti cura modò huc,modò illuc variè distrahamur. Quod sæpe vnusquisq; in se ipso experitur,nisi fortè aliquis sit,qui ita se obfirmarit,& aut vitiorum,aut virtutum habitus ita iam contraxerit, vt vel igniculos illos rationibus nostris natura ingenitos,q-bus ad honestum inclinamur,quasi contexerit (extingui enim illi prorsus nunquàm possunt) vel contrà sensuum cupiditates penitus frenauerit. Nam tunc alterutro hoste prorsus debilitato,duellum hoc,si minus finiri (id quòd verè nunquàm fit) at certè maximè diminui necesse est. Hanc verò rationis cũ ira, alijsq; sensuum affectionibus luctationem solertissimus Poeta Ouid. nobis planè ante oculos proponit cũ alibi sæpe, tũ multò apertius,cum Altęam inducit post eius fratres à Męleagro filio interfectos,secum deliberantem,an ne fatalem illum stipitem, vnde filio nęcem afferre poterat,flammis committeret. Quare cum prius ira percita dixisset,

„ Pereat sceleratus & ille.
„ Spemq; patris regnumq; trahat,patrięq; ruinam. Tum statim illam quasi contrarius ęstus rapit,quare subijcit.
„ Mens vbi materna est? vbi sunt pia vota parentum.
„ Hei mihi quo rapior? fratres ignoscite matri. Et paulopost.
„ Et cupio,& nequeo quid agam,modò vulnera fratrum,
„ Ante oculos mihi sunt,& tantę cœdis imago.
„ Nunc animum pietas,maternaq; nomina frangunt.

In hac porrò luctatione ij qui à ratione recedentes sensibus voluntatem subijciunt, ea ipsa in re mali proculdubio habendi sunt,qui verò rationis præscriptio potius parent probitatis laudem merentur.

Iam verò, vt his quasi iactis fundamentis, nunc proprius ad propositam dubitationem veniamus. Cũ quærimus, an mali isti homines,qui ad sensuum libidines magis propendunt, ac pro-
prijs cupiditatibus voluntatis assensum præbent, hac de causa
20 ignari dici debeant. Respondeo † permagni referre, quodnam tempus in hoc spectemus,illud ne tempus quo recta ratio nondum victa est,sed voluntas adhuc ancipiti cura distrahitur,an verò illud,cũ iam assensit voluntas,ac sensibus quasi mancipio rationem dedit; Et quidem eo tempore, quo ratio nondum victa est,neq; adhuc prorsus ab ipsius imperio voluntas defecit,intre-
21 pidè hic dixero nullam ignorationem esse. † Etenim ratio dum adhuc sui iuris est,armis & ipsa suis vtitur,ac dum defensioni locum esse videt,non cessat causas illas omnes subministrare,quibus voluntatem ab iniquo proposito reuocare possit. Hinc Medęam apud Ouidium egregiè videas ratiocinantem.

„ Prodam ne Regna parentis.
„ Atq; ope nescio quis seruabit aduena nostra? Et paulopost.
„ Coniungiumq; ne putas spetiosaq; nomina culpæ.
„ Imponis Medęa tuæ? quin aspice quantum
Aggrediare nefas,& dum licet effuge crimen.

Non secus infelici Mirræ,quæ obscœno patris amore incẽsa erat,anteaquàm se obfirmasset, vt scelestissimum illud facinus aggredi vellet,ratio suggerebat illa omnia, quæ debuerant tàm nefariæ libidinis impetum coercere pudorem, pietatem, & sacrata parentum iura.

„ Illa quidem sentit,fœdoq; repugnat amori
„ Et secum quo mente feror? quid molior (inquit)
„ Dij (precor) & pietas sacrataq; iura parentum
„ Hoc prohibete nefas,sceleriq; resistite nostro.

22 Hoc † verò est, quod nobis Aristot. significat lib.3.Ethic.ca.1. dum eam distinctionem tradit,ignorantesne, an propter ignorationem aliquid operemur,& concludit malos, iniustosq; homines (quamuis ignorantes eos dici velit) non tamen operari propter ignorationem,cùm alioquin cogeremur fateri, eos nõ sponte delinquere,ideoq; non vituperatione vlla,vel pœna, sed venia potius & miseratione dignos esse, quemadmodum ipse ibi docet. Idcircò verò negat Aristoteles malos propter ignorationem delinquere: quia nulla præcedit ignoratio, quæ illis adimat electionem, sed ignoratio ipsa potius ab eius electione proficiscitur, qui sensibus magis, quàm rationi parendum exi-
23 stimauit. † Persimilis ebrij,atq; irati hominis ratio est, qui vel si propter ebrietatem,aut irę furorem aliquid non intelligat, non est tamen venia,aut miseratione dignus. Nam quicquid tùm vitij in animo est,id non initio eligendi libertatem impediuit: sed quia nimio se obruit vino, aut iræ furori, quem compescere,ac frenare debuerat,nimis se facilem exposuit, ipse verius propria electione sibi ipsi rationis vsum deprauauit, vnde rectè Horatius;

„ Ira furor breuis est,animum rege, qui nisi paret
„ Imperat,hunc frenis,hunc tu compesce catena.

Ex his omnibus perspicuum esse potest, primo hoc tempore antequàm voluntas, quæ liberam electionem habet, voluptati,& sensibus se submittat, nulla nos ignoratione impediri,quominus recta,& honesta à contrarijs internoscere possimus. Cui explicationi maximè conuenit id,quod tradit Arist.lib.3.cap.2. vbi docet non idem esse eligere bona,& putare bona, quandoquidem multi (vt ipse inquit) putant quidem aliqua esse bona,
& tamen pro ipsorum improbitate ea reijciunt,contrariaq; am-
24 plectuntur. Si verò tempus illud consideremus,cum † voluntas sensuum potius illecebras sequi,quàm rationi parere decreuit, rectè cum Aristotele fatebimur eos qui id faciunt,non tantum malos, & improbos, sed etiam ignaros dici posse. At hoc vltimum sentio mirum plerisq; visum iri. Dubitabunt enim quomodo fiant ignari,qui contra rationis prescriptum aliquid facere decreuerunt,cùm immò experientia doceamur illos rerum omnium quas prius intelligebant cognitionem retinere. Vt igitur hæc quoq; dubitatio tollatur,considerandum est,hãc ignorationem non vlla opinionis mutatione,sed solo cupiditatis vitio,cui se iam penitus subiecerunt, euenire; & hoc docet Arist. li.7.Ethic.cap.3.vbi cupiditas (inquit) rectæ rationi, non opinio aduersatur. Sola ergo cupiditas huius rei causa est, quæ non secus ac soleant ira, vel ebrietas, vel somnus mentes nostras ita quasi obruit,atq; opprimit,vt non illæ amplius, quemadmodũ antea,munus suum explere valeant,sed quę prius intelligebant, tum quasi sopitæ obliuiscantur,id quod scitè nobis indicat Oratius, cùm inquit;

„ Crudi tumidiq; lauemur.
„ Quid deceat,quid non obliti. Idemq; etiam alibi,cũ dixisset neminem omnium esse,qui grauius sentiat damnum.
„ Quam qui non poterit uerò distinguere falsum, Demonstrat posteà quinam iste sit,& sic statim subijcit,
„ Quem res plus nimio delectauere secundæ,
„ Mutatæ quatient,si quid mirabere pones.
„ Inuitus.

Quibus uerbis ostendit hoc illis damnum contingere,qui nimia delectatione,atque alijs animi affectionibus ita sunt impediti, ut uerum à falso distinguere nequeant. Adhuc non rectè
25 (inquies) percipio, qua ratione possit id cupiditas efficere † nam quid minus uerisimile est, quam illum qui cupiditate aliqua obsidetur ea, quæ prius intelligebat, ea de causa oblitum esse? aut quis concesserit,nõ amplius illum cognoscere furta, cędes, stupra, adulteria, iustitiæ & honestati reclamare? Nec sanè illa ebrij, & incontinentis ab Aristotele tradita comparatio satis conuenire uidetur,non enim incontinens errat,delirat,aut nugatur animo,id qđ ebrius facit,sed liberè,atque expeditè omnia cognoscit,& honesta à contrarijs rectissimè discernit.

Quãuis multi multa hac in re tradant,ut in qua potissimũ huius totius controuersiæ quasi cardo uersatur. Ego tamen missis

aliorum

Source : BIU Cujas

aliorum disputationibus meam paucis sententiam explicabo.
26 Puto igitur esse animaduertendum † illā ipsam rationis, & naturæ nostræ vim, quæ initio cum sensibus luctatur, vt voluntatis assensum quasi victoriæ præmium quamuis, posteaquā duello in illo succubuerit, non propterea tamen penitus tolli, atque extingui. Immò enim (vt mihi videtur) adhuc illa intus vrget, & (quantum in ipsa est) vires continuè suas exercet; idq; ex eo perspicuum fit, quod in nobis ipsis sæpè experimur, vt posteaquàm in ea, quam diximus, rationis cum sensibus luctatione voluntatem nostram ad honestum perducere non potuimus †
27 illud saltem quod voluntas amplexa est, eadem illa vi rationis vrgere, omni studio honestare contendamus. Quare sæpe erratis nostris speciosa nomina imponimus, ac turpissima quęque vitia proximæ virtutis colore decoramus, immanitatem fortitudinis, pertinaciam constantiæ, profusam luxuriem liberalitatis, ac munificentiæ nomine nuncupantes, ac denique omnes causas sedulò fingimus, & excogitamus, cur si minus alijs, at saltem nobismetipsis rectè nos fecisse persuadeamus, quod Tullius his verbis respexisse visus est. Hæc est natura, quæ quantumuis audaces homines cogit ad negandum facinus, aut confessi causam aliquam fingendam, vt iure fecisse videantur. Quod cum ita sit, necessariò fateamur oportet, verissimum illud esse, quod tradit Aristoteles lib. 7. Ethic. cap. 3. incontinentes, dum ratiocinātur,
28 particularibus & veris non vti propositionibus (cum † tamē earum vsus, si minus ad scientias speculatiuas, quæ solis vniuersalibus vtuntur propositionibus, at certè ad practicam scientiā constituendam sit necessarius.) Itaque hac de causa ignari dici poterunt, †
29 quoniam has illi propositiones, aut prorsus non habent (vt ipse Aristoteles inquit) aut certè, dum in ea versantur perturbatione, ita habent, vt nō iccircò verè scire dici possint. Non secus ac de ebrijs & temulentis contingit, qui Empedoclis versus habent quidem in memoria, immò & voce persępe referunt, attamē ab illorum sensu sunt animo alienissimi, ideoq; non verè versus illos tenere, ac scire existimandi sunt. Id verò ita esse ex ijs, quæ diximus, facilè intelligitur; nā si id quod peccant incontinentes excusare secum ipsi, & honestare contendunt, nunquàm certè in ratiocinando particulares propositiones ad vniuersales accommodabunt, quoties ex illis ita iunctis vera conclusio, & illorum cupiditati contraria sequi poterit, ex qua turpe illud, & inhonestum demonstretur, quod vel iam pa
31 trarint, vel patrare in animo habeant. Quod si aliquandò veræ illis rationes succurrent, ab illis statim voluntatem, ac cogitationem penitus omnem amouebūt, nisi cùm fortasse videbūt, posse se illas coloratis aliquibus responsionibus infirmare, dum enim infirmabunt minori cum molestia illas in animum reuo
30 cabunt. † In hunc modum porrò isti secum ratiocinātur, Alias nimirum assumunt vniuersales propositiones, veras illas quidē, sed à quibus tamen id possit inferri, quod illorum libidini consentaneum sit. Tum ijs subijciunt particulares falsas, sibiq; à sensibus dictatas, sicq; illud constituunt ratiocinationis genus, qđ paralogismus appellatur. Vt verò clarior exemplo res fiat, proponamus nobis Tyrannum, qui patriæ libertatem inuadere sibi iam in animum induxerit, ciuiumq; possessiones occupare, quas postea inter suos ministros, ac satellites cogitet distribuere.
32 Hic quanuis optimè intelligat pietate erga patriam vtēdū, resq; alienas nemini auferendas, tamen hoc ipso tempore, quo eius voluntas iam obfirmata est, atque huiusce cupiditatis perturbatione penitus obsessa, vniuersalibus particulares non applicat propositiones, vel si illæ sibi probè cognitę sint; non enim cogitat hanc esse patriam, has non suas, sed alienas possessiones esse. Sed harum loco quærit alias propositiones, ex quibus tàm scelestum facinus defendere, vel saltē aliqua ratione colorare possit. Quapropter fic ipsum secum ratiocinari credibile est; Ea attentare, quæ sunt fortis & magnanimi non modò honestū, sed & gloriosum est, hęc propositio à ratione suggeritur, eaq; verissima est; at verò sensus hoc est iræ, & cupiditatis impetus subin-
33 de hanc minorem dictabit. Quod porrò aliquis ciuitates, & populos proprio sui ipsius imperio, ac ditioni subijciat, quodque possessiones quamplurimas inter amicos distribuat, hęc fortis, & magnanimi sunt. Ergo hęc me attentare non honestum modò, sed & gloriosum erit. Et quoniam nefario ipsius proposito veras rationes aduersari videt, ideò secum ipse hunc eūdem in modum cōminiscitur, quomodo illas diluere, ac refellere possit. Quod ipsum nulla re alia apertius, quàm eiusdē Medeæ exēplo demonstrari potest. Norat Medæa, idque ipsa palàm vsurpabat, regna patris non esse prodenda, norat patriam non esse relinquendam. Quin Aeetam Regem sibi patrem, Colchiden terram patriam esse non ignorabat. Verùm posteaquàm sese iam obfirmauit, vt prodito patre, ac propria terra relicta Iasonem sequi velit, non his amplius vtitur propositionibus, namq; eas voluntas planè renuit, immò verò ijs secum ipsa ita respondet.

Nempè pater sæuus, nempè est mea barbara tellus.

Quare contrarias potius admittit rationes, animoq; libētius reuoluit, quæ scelestum ipsius consilium decorare possint; nimirum crudelitatem detestandam, laudandam humanitatem, atque clementiam; clementiæ & humanitatis esse iuuenem, tū virtute, generisq; nobilitate, tùm etiam forma insignem à Draconis morsibus, immanissimaq; morte liberare; eiusmodi porrò esse Iasonem etiam atque etiam sibi succurrit, vnde sic ipsa secum loquitur;

„ Quem nisi crudelem non tangat Iasonis ætas,
„ Et genus & virtus? quem non, vt cętera desint,
„ Forma mouere potest? certè mea pectora mouit.
„ At nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore,
„ Concurretq; suæ segeti tellure creatis
„ Hostibus, aut auido dabitur fera præda draconi.
„ Hoc ego si patiar, tum me de tigride natam
„ Tum ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor.

Quid porrò minus verisimile est, quàm mulierem aliquā sibi persuadere, venereo parentis complexu rabidam se libidinē honestè explere posse? & tamē infœlix Mirra, id sibi persuadet; propterea quod veris non vtitur propositionibus, sed eas tantū amplectitur rationes, quæ ipsius proposito conuenire possint. Argumentatur enim tùm à iure naturali, quo cęteris animantibus id permittitur, tùm etiam à quorūdam populorum institutis, vt Persarum, Medorum, & Parthorum, apud quos non interdictum id fuisse proditum est. Quibus argumētis adducitur, vt quod scelus est omnium maximè nefarium, id ne scelus quidem habēdum existimet, humanasq; leges, quę hoc interdicūt inuidas, & malignas appellet, inquit enim;

„ Si tamen hoc scelus est, sed enim damnare negatur
„ Hanc Venerem pietas, coeuntq; animalia nullo
„ Cætera delicto, nec habetur turpe iuuencæ
„ Ferre patrem tergo. Et paulopost.
„ Felices quibus ista licent, humana malignas
„ Cura dedit leges, & quod natura remittit
„ Inuida iura negant, gentes tamen esse feruntur,
„ In quibus & nato genitrix, & nata parenti
„ Iungitur, & pietas geminato crescit amore.

His exemplis docemur vsu ita euenire, vt incontinentes dū in illa perturbatione sunt (quemadmodum rectè concludit Aristoteles) minori propositione non vtantur, neque vniuersali ita iungant, vt inde vera conclusio sequi possit. Quod verò supra obijciebatur, etiam † incontinētes, & improbos homines omnia rectè, liberè, & expeditè ratiocinari, eo tempore verum est, cùm adhuc volūtas stabili proposito nihil decreuit, nā post illud tempus veras ratiocinationes volūtas ipsa prorsus auertit, ac detestatur. Quòd si aliquē proponas, qui veras illas rationes animo interdum, & cogitatione amplectatur, hunc adhuc dubium esse concedas oportet, & non animo ita obfirmato, ut cupiditati potius obsequi, quàm rationi parere uelit, qualē hunc nostrum esse nos proponimus. Iam tandem igitur totam quæstionem decidentes concludamus, à ueritate alienum non esse id, quod dicit Aristoteles, eos qui mali, & improbi sunt, pariter etiam ignaros esse. Quod ut uerū esse fatemur, ita negamus eos ita ignaros dici posse, ut propterea lege naturali carere existimari debeant, nam immò ipsis quoque illam, quam diffiniuimus supra, naturalem legem inesse contendimus. Perspicitur † uerò in illis legis naturalis uirtus, primò quia anteaquàm huic, uel illi exorienti cupiditati voluntatem quasi mancipio dedant, omnia illis à ratione suggerūtur, quibus ab iniquo proposito reuocari debeant. Præterea quia tunc quoque, cùm iam cupiditatibus voluntatem addixerūt, hæc lex naturalis vniuersalia ijs suggerit præcepta, quibus tametsi ipsi particulares non subijciunt propositiones, ita vt totam non perficiant ratiocinationem, tamen id tantùm euenit, cùm de se ipsis aliquid comminiscūtur. Si quidem rectissimè hoc faciunt, cùm aliena facta iudicant, qa nulla tunc ipsis cupiditas impedimento est. Facitq; hæc sola causa, vt nos omnes aliorum magis quàm nostra errata cognoscamus, † quam causam aliquando quæsiuit Horatius inquiens;

„ Nam tua cum videas oculis malè lippus inunctis.
„ Cur in amicorum vitijs tàm cernis acutum?

Immò sępissimè, quæ clanculum nos cōmittimus, in alijs palàm vendicamus. Quàm multos Principes legimus improbos, ac sceleſtos homines fuisse, qui tamen subiectos sibi populos legibus, & institutis rectè moderati sunt, & iustitiam, quam ipsi minimè seruarunt, seruari tamen in alijs sanctissimè voluerūt? Nec sanè cuiquàm obscurum est Triboniani nostri exemplū, qui iniustissimus ipse iustissimas tamē leges nobis reliquit. Quapropter si leges humanas à naturali lege proficisci nemo non concedit. Ipsæ verò leges humanæ, quantumuis sanctæ, ac iustæ ab iniquis hominibus sæpè conduntur, consequēs certè est, legem naturalem, ex cuius præscripto leges cōdant humanas, iniquis etiam hominibus inesse. Hùc postremò accedit, quòd quemadmodum qui dormiunt aliquando à somno excitātur. Itemque ebrij, postquàm vinum iam obdormierunt, illo animi quasi morbo liberantur, sic mali & incontinentes homines (vt rectè explicat Aristoteles cap. 3. libro 7. Ethic.) cùm primum in ijs cessat cupiditas, eo quasi vinculo soluti, quod eorum voluntatem

tatem irretitam tenebat, legis naturalis minus liberè vndequaque exercere possunt; Tunc errata ipsi sua clarius perspiciunt, tunc terrores illi, animęque vexationes insurgunt, atque assiduæ illæ, domesticęque furiæ, quibus qui sceleste aliquid patrarunt, proprij sceleris conscientia de se ipsis supplicium sumunt. At quid dicemus (inquies) de hominibus illis sceleratissimis, ac planè intemperantibus, quibus sequi voluptatem omnibus in rebus certum, ac deliberatum est, quique hoc propositum iam longo habitu confirmarunt, quales sunt ij quos supra connu-
34 merauimus? Fateor† ego eiusmodi homines, quemadmodum initio, cùm delictum aliquod aggrediuntur, minorem rationis cum sensibus luctationem experiuntur, vtpotè qui cupiditatibus iam parere longo vsu didicerunt. Ita posteaquàm delictum aliquod patrarunt, eius cogitatione longè minus torqueri, atque vexari. Verùm quoniam igniculi illi naturæ nobis ingeniti, quibus ad honestum inclinamur, sopiri quidem inueterato vitiorum habitu, sed extingui nunquàm possunt, neminem puto reperiri tantis flagitijs inquinatum, quin aliquando, cùm se ipse respicit, aliquibus conscientiæ aculeis leuiter saltem stimuletur; præsertim cùm cessat illa cupiditas (nec enim semper durare potest) quæ ad delictum eum impulit. Quare si in Nerone furor iracundiæ vllas aliquando inducias dabat, non is certè poterat in se ipso non damnare, quod matri, alijsque tàm multis crudelissimè nęcem intulisset. De turpissima illa libidinis rabie idem iudico, quæ quoties aliquo temporis spatio cedebat (intermissiones enim interdùm aliquas habuisse illam necesse est) fieri non potest, quin tàm multa, quæ illius explendæ causa sceleratissimè patrauerat, non ille ipse tacito animi sui iudicio improbauerit. Quod verò meroris, aut pœnitentiæ nullum in ipso indicium appareret, illud puto causæ fuisse, quod varijs sensuum cupiditatibus vsqueadeò obnoxius erat, vt vna, aut altera interdum sopita, aliæ atque aliæ subindè orirentur, quæ continuos improbitatis parerent effectus. Atque idem videmus sæpè in ægro euenire, in quo nullum quietis signum extrinsecus apparet, quoties vno cedente morbo, alius repentè ita succedit, vt ab hoc torqueatur non minus, quàm ab illo dudum torqueretur. Iam mihi cætera om-
35 nia satis aperta esse videntur: Sed† quomodo Platonem, Tullium, ac cæteros defendemus, qui in solis prudentibus, quos & probos esse necesse est, ac non in aliis naturalis legis domicilium videntur collocasse. Nam Plato legem prudentiam esse dixit, quem Tullius secutus libro primo de legibus, legem diffinit essementem, & rationem prudentis. Atque alibi idem Cicero requirit rationem habitu prudentiæ in hominis mente confir-
» matam esse, vt verè lex dici possit. Lex est (inquit) summa
» ratio insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohi-
» betque contraria. Eadem ratio cùm est in hominis mente con-
» firmata, lex est. Vt in hoc quoque quæ nostra sit sententia paucis aperiamus, non credimus negari posse, quin perfectiorem quendam in modum in mentibus prudentium, quàm aliorum
36 vigeat lex naturalis. Cùm† enim ad eam perficiendam duo necessaria sint (vt ex prædictis intelligi potest) nimirum veri perspicientia, itemque animi propensio ad id, quod rectum, & honestum est, vtrunque in prudentibus hominibus plenissimè adest. Nam & clarius verum perspiciunt, quàm ij qui boni quidem viri sunt, sed tamen ingenio minus valent. Iidemq; ad rectum proniores multò, ac propensiores sunt, quàm improbi, & mali homines, qui quantumuis intelligentes, tamen innata sibi virtutum semina contrario habitu deprauarunt. Quo fit, vt quemadmodum non in tardis, atque insipientibus, ita neque in malis, & sceleris hominibus ratio semper rectè præcipiat, dissimili tamen de causa. In his enim voluntas, in illis facultas deest. Hi cupiditatis, & voluntatis culpa veras ratiocinationes, quas conficere possent, non conficiunt, verisq; propositionibus non vtuntur, at illi quod verum & honestum est (vel si maximè ad illud naturæ bonitate ferantur) tamen propter ingenij imbecillitatem non assequuntur. Itaque cum Tullius in legis diffinitione consideraret rationem, qua lex est, & qua semper recta præcipit, rectè iccircò prudentis tantùm rationem Platonis exemplum secutus, sibi proposuit. Verum-
37 tamen† si tardioris ingenij homines, vel etiam incontinentes aliquando recta eligant, eaque mentis proposito decernant, non alio certè quàm legis naturalis munere id facere existimari debent. Quocirca ratio quæ tunc ipsis, quod honestum erat, non tantùm commõstrauerit, sed etiam persuaserit, poterit rectissimè naturalis legis nomine nuncupari. Etenim si non virtutis habitum, sed solum hunc actum spectemus, in eo certè fateri cogemur, improbi hominis rationem à prudentis ratione dissimileu non fuisse, sed idem planè præstitisse, quod ea in re prudentis ratio effecisset. Hac de causa naturalem legem etiam in alijs, quàm in prudentibus hominibus esse concedendum est, quamuis non semper legis officio rectè fungatur, sicuti rectè interpretem dixeris, vel si non semper interpretis munus exerceat. At Cicero in tradenda legis diffinitione perfectissimum rationis statum inspexit, nimirum cum ipsa ratio iam sic habitu obfirmata est, vt nunquàm non recta præcipiat. Huc etiam respexit Papinianus in legis humanæ descriptione, quam tradit in lege prima, ff. de legib. vbi vult, legem esse prudentum virorum consultum., & tamen id quoque legem esse constat, quod ab hominibus quantumnis iniquis, qui modò eam authoritatem habeant, iustè constitutum est; At illud ipse proculdubiò cogitauit, quod dum homines alioquin iniqui iustè aliquid decernunt, nihil in eo à viris prudentibus differunt. Itaque concludendum est, ne Papinianum quidem ipsum, aut Platonem, aut Ciceronem, & si qui alij sunt, qui prudentis rationem legem esse statuant, negaturos esse, quin eius quoque ratio, qui prudentiæ habitum non contraxerit, lex naturalis dici possit, toties (inquam) sic dici possit, quoties rectè aliquid ratiocinetur, rectèque decernat, atq; eundem prorsus in re aliqua præstet effectum,
38 † quem prudentis ratio eadem in re præstitisset. Immò expressim tradit hoc Cicero (nisi eum planè sibi aduersatũ esse malis.) Ipse enim eodem libro primo de legibus legem naturalem non solis prudentibus, sed omnibus prorsus datam esse affirmat. Quibus enim (inquit) ratio à na
» tura data est eisdem & recta ratio, ergo & lex quę est recta ra-
» tio in iubendo ac vetando, si lex ius quoque ab omnibus ratio,
» ius igitur omnibus datum est.

ARGVMENTVM.

AD solos ne homines lex pertineat, an verò etiam cęterorũ animantium sit, & an legis naturalis principia, veluti obligatio ad antidora, vim vi repellere, & alia id genus brutis quoque animantibus rectè (vt fit à nostrorum plerisque) tribui possint.

SVMMARIVM.

1 *Duo propositæ dubitationis capita.*
2 *Et legem, & normam eodem vocabulo Græci nominant.*
3 *Rebus omnibus certæ regulæ insunt, vt ad finem quoque suum peruenire contendant.*
4 *Vt varia plantarum genera sunt, sic variè vel hoc, vel illud appetunt.*
5 *Quænam regulæ brutorum naturæ animantium ingenitæ sint.*
6 *Hæc omnia vocabula lex, concordia, lis, pax, & id genus alia solent non-nunquàm vel ad res ipsas inanimatas referri.*
7 *Admiranda naturæ magisteria.*
8 *Alicui rationem ineße, dupliciter accipi potest.*
9 *Brutis animantibus, itemq; rebus inanimatis quomodò ratio insit.*
10 *Habent homines propriam rationem, & à diuina ratione distinctam.*
11 *Naturæ magisteria omnia soli diuinæ rationi tribuenda.*
12 *Ex motu locali declaratur, quod de motu rationali hucusque traditum est.*
13 *Vt in sagitta, quæ ab homine emittitur principium motus non inest, sic in brutis alijsq; rebus naturalibus, quæ à diuina ratione mouentur, rationalis motus non reperitur.*
14 *Legem illa propriam non habent quibus electio non inest.*
15 *Vlp. & Iustin. brutis etiam animantibus ius naturale tribuunt.*
16 *Electio quid sit.*
17 *Num etiam belluæ habeant electionem.*
18 *In plerisque brutis mira sagacitas, atque etiam virtutum non obscura apparent vestigia.*
19 *Obligatio antidoralis an etiam ad feras, & belluas pertineat, & infra numero 30.*
20 *Mirum quod de Leone, & seruo Androdo refert Gellius.*
21 *Arist. & Paulus ius naturale solis hominibus tribuunt.*
22 *Præter legem æternam, quæ in Deo est, aliam belluæ propriam legem non habent.*
23 *Quæ ratio sit, cur in belluis nonnulla appareant quasi virtutum simulachra.*
24 *Quæ sine consilio, ac delectu fiunt, nullam laudem merentur.*
25 *Qua ratione soli homines verè eligere, ac deliberare dicantur.*
26 *Belluarum institutio an aliqua sit.*
27 *Quomodò principium illud legis naturalis, vim vi repellere, in belluis accipiendum sit.*
28 *Iustitiæ laus nulla belluis tribuenda.*
29 *Ex quo fonte honestas oriatur.*
30 *Quomodò illud accipiendum sit, quòd belluas interdum videamus benefacientibus benefacere.*

CAP.

Source : BIU Cujas

CAP. V.

VIdimus hucusq;, quid sit lex,& an lex naturalis, cui omnium maximè legis nomen diximus conuenire,omnium planè hominum fit. Atque omnium illam esse conclusum fuit, quanuis perfectiorem quendam in modum in prudentibus hominibus reperiatur,longèq; in ijs clarius quàm in alijs eluceat.Nunc proximum est,vt videamus,ad solos ne homines pertineat,an verò etiam ad brutos animantes,quod quia ex ijs, quæ proximè docuimus,commodius intelligi potest, propterea huiusce rei ex-
3 plicatio huic ipsi loco maximè conuenit. Considerandun †est ante omnia duplici ratione id à nobis quæri posse. Primò, vtrũ aliquo modo legis nomen alijs animantibus,quàm hominibus conueniat; Secundò, vtrum cæterorum animantium ea sit natura,vt in illis quoque legis essentiam, & substãtiã reperiamus. Quod si primo modo id quæratur,minimè dubitandũ est,quin rectè legis nomen non modò ad feras,& belluas,verùm etiã ad arbores,ad plantas,quin verò & ad res prorsus inanimatas referri possit.Etenim iampridem loquendi vsus obtinuit, vt vbi certa aliqua norma,ac regula seruanda sit,rectè ibi semper legis no-
2 men vsurpetur. Quod †ipsum etiã apud Græcos possumus obseruare,qui quo legem vocabulo nominant,eodem etiam vtũtur,cum normam & regulam exprimere volunt, Vnde Plato in Minoe (quemadmodum supra retulimus) latissimè legem accipit, vt Medicorum, & Matematicorum, immò & Agricolarum,& Coquorum regulas,atque alias quascunque complectatur. Quod verò attinet ad rem nostram,nemini obscurum est, ita natura comparatum esse,vt res omnes quãuis varias (prout varia illorum natura est) regulas tamen aliquas habeãt, quibus bonum semper aliquod appetunt, & ad finem quęque suũ per-
3 uenire contendunt.Nam†& rebus prorsus inanimatis vi quadã naturæ hæc lex innata est,vt grauia deorsum,leuia sursum ferãtur,humida fluant,sicca certiori loco contineantur. Cùm summus rerum opifex Deus hęc, quæ vocantur elementa,certa lege quasi librauerit,eaque simul ita composuerit, vt licèt nõ modò variam, sed & contrariam prorsus haberent naturam, inter
4 se tamen minimè dissiderent. In plantis † etiam multò apertiorem huius naturalis legis speciem cernimus.Siquidem illis omnibus vim quandam inesse videmus, vt vel siccum ament, vel humidum potius expetant, atque ea loca quodammodo vel renuant, vel exposcant, quibus aut lędi, aut iuuari possunt, vnde fit, vt plantis, & arboribus inter se quasi patriæ diuisæ sint, quod eleganter his versibus Virgilius expressit libro secundo Georg.

» Fluminibus salices,crassisq; paludibus alni
» Nascuntur,steriles saxosis montibus orni.
» Littora myrtetis lætissima,denique apertos
» Baccus amat colles, Aquilonem & frigora taxi,
» Diuisæ arboribus patriæ,sola India nigrum
» Fert hebenum, solis est Thurea virga Sabęis.

De brutis verò animãtibus adhuc multò minus dubitari potest,quæ præter easdem has naturæ inclinationes, quæ sibi cum alijs rebus communes sunt,alias quasdam insuper proprias ha-
5 bent. Quatenus enim †ijs corpus est quatuor naturæ principijs ita compositum, vt terræ elementum præualeat, lege quadam (vt ita dixerim) elementari deorsum feruntur, subiectaq; itidẽ sunt alterationibus,& corruptionibus, quæ alijs omnibus in rebus elementaribus fiunt. Quatenus porrò anima illa p̃ditę sunt, quam dicunt vegetatiuam, appetunt ea omnia, quibus commodè viuere, nutriri, & crescere possint; Ac demum quia sentiendi præterea facultatem habent,cui prouida natura voluptatem immiscuit quandam, ac cupiditatem eorum perficiendorum, quæ ab ipsis omitti minimè oportuit,videmus eas hoc ipso instinctu speciei quęque suæ propagandæ causa,mutuam appetere, fœminam maris, marem fœminæ coniunctionem. Indeque eorum, quæ procreata sunt,educationi diligenter incũbere, semperque illis præsto esse,donec ad eam ętatem peruenerint, vt iam per se absque vllo alterius adminiculo ad viuẽdum necessaria parare possint,id quod tradit Vlp.in l.1.ff. de iustit.& iur.Iusti.in pit.de iur.nat.gent.& ciuil.in princ.Sed plenius Cicero libro 1.offic. vbi Principio (inquit) generi animantiũ om
» ni à natura tributum est,vt se vitam, corpusque tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura sint, omniaq; quæcunque ad viuẽdum
» sint necessaria, acquirat, & paret, vt pastum,& latibula, & alia
» eiusdem generis; commune autem omnium animantium est
» coniunctionis appetitus procreandi causa, & cura eorum, quę procreata sunt. Qua ex re concludi posse arbitror, quamuis neque elementorum,nec plantarum,immò nec brutorum quidẽ animantium lex verè sit (vt statim ostendemus) ad hæc tamen omnia legis vocabulum ob quandam similitudinem non ab-
6 surdè referri. Sic†enim & concordiæ,& pacis,& litis vocabula, atque id genus alia,quæ legis maximè affinia sunt, quamuis rebus ratione carentibus non conueniãt, ad eas tamen interdum referuntur; Ad elementa quoque ipsa refert hæc Ouidius, dum tradit primum illud chaos facta elementorũ distinctione fuisse sublatum,ita enim inquit;

» Hanc Deus & melior litem natura diremit, Et paulopost.
» Dissociata locis concordi pace ligauit.

Ex duobus supra à nobis propositis secundum illud erat, an plantarum,vel brutorum saltem animantium ea sit natura, in qua legis essentiam reperiamus. Atque hic multos fore prospicio, qui ex ijs,quæ nos antea conclusimus, affirmandum id esse arbitrentur.Diximus.n.legem esse rationem, & regulã,quæ certis medijs certum dirigit ad finem,& ex sola diuinæ rationis cõmunicatione proficiscitur. Sed hanc rationem, hanc normam, atq; hanc diuinæ rationis participationem nõ in solis hominibus,sed & in brutis animantibus, quin etiam in plantis,alijsque
7 rebus naturalibus apertissimè conspicimus. Quis †n. non eam maximè admiratur,quoties ad tam multa arborum, plãtarũq; genera oculos conuertit figura,& facultate inter se distantia, ac secum ipse considerat, quo quęq; ordine certis temporibus munus suum expleant,ac pręter fructus,& semina quam varios anteà flores emittant,& quidem eos quanto naturæ quasi artificio elaboratos,quam varijs coloribus, certaq; mentura inter se distinctis mirabiliter insignitos? Non inficior ego, quin summa ratione fiant hæc omnia,sed tamen dico non satis hoc argumẽti esse,vt propterea naturalem hanc,de qua loquimur,legem ab ęterna lege distinctam hisce ipsis rebus inesse concludamus.Qđ vt rectè intelligatur,reuocãdum illud in memoriam est (quod
8 & supra tetigimus) posse†nimirum id dupliciter accipi, quod dicimus alicui rationem inesse. Primò enim possumus hoc intelligere,quatenus ratione quidem aliquid regitur,ac mouetur, sed ita tamen,vt in se ipso mouentem rationem nullam includat.In hunc† modum rectè dicemus & brutis animalibus,& re-
9 bus omnibus naturalibus inesse rationem.Siquidem ea quoque ratione diuina reguntur,& mouentur,quamuis mouentem,& propriam rationem nullam inde assumant, quæ à diuina ratione distincta sit, atq; in ipsis tanquam in proprio domicilio suã quasi sedem collocauerit. Idẽ hoc voluit diuus Thomas in prima secundæ,quęst.91.art.2. cum dixit. Brutos animantes rationem quidem ipsi quoque diuinam, non tamen rationabiliter participare. Alio modo intelligimus alicui rationem inesse, cũ illud non aliunde tantùm certa ratione mouetur,sed natura huiusmodi est, vt mouentem in se ipso cõtineat rationem tanquã in propria sede penitus collocatam. Atque hoc modo non nisi solis hominibus inesse rationem dicere possumus, cùm enim multò ipsi illustrius,multoq; nobiliorem quendam in modum diuinam rationem,quam cætera participent, facit hæc partici-
10 patio, vt non tantùm eadem illa regantur diuina ratione, † sed vt inde propriam rationem mouentem assumant diuinæ quidem illi persimilem,sed essentia tamen ab ipsa distinctam(cum mouẽtẽ dico non de motu corporali, sed de rationali loquor) hoc est facultatem quandam ipsorum hominum naturæ penitus hærentem,qua seipsos excitare,regere,ac moderari possint. Hęc est illa ratio,hæc illa norma, quã ab æterna lege meritò seiungimus,legemq; naturalem appellamus, cuius proprium, & certum munus in nobis ipsis perspicuè cernimus. Hanc (vt dixi) legem neque in brutis, neque alijs in rebus naturalibus, solo homine excepto, reperimus; nihil enim in ijs proprium agnoscimus, nihil liberum, nihil denique quod se ipsum sua sponte dirigat,& instituat,ac non potius ab æterna illa, diuinaque lege
11 immediatè proficiscatur.Itaque † solius æternæ,ac diuinæ legis munus est,quòd plantæ,& arbores certis temporibus,certisque rationibus vestiantur,& spolientur, quòd bruti animantes ad finem quęq; sibi propositum certo instinctu ferantur, quòd imbres,grandines,fulmina,fulgores,sublimiaq; exhalationum incendia, quæ tam varias, horribilesq; interdum imagines nobis ostendunt, certis de causis generentur, quòd admirabiles illæ sphærarum conuersiones perpetuò ordinem suum obseruent, & quicquid denique in hac tota mũdi machina admirabile cõspicitur,ab hac vna æterna lege proficiscì minimè dubitandum est. Ad quæ omnia tametsi legis quoque naturalis nomen aliquo modo referri posse diximus, ipsam tamen legis essentiam non æquè ijs,vt hominibus conuenire concedimus. Atque vt clarius hoc eluceat,quid inter hominis rationem intersit,& rationem illam, quæ in hac rerum naturalium serie perspicitur, operępretium est hæc quæ de motu rationis dicta sunt, in motu locali animaduertere, qui cũ sensibus nostris magis perspicuus sit, multò clarius hanc rem totam,quo pacto se habeat,demon
12 strare poterit. † Ponamus sagittam vel arcu vel alia ratione ita ab aliquo emissam esse,vt certum aliquem scopum possit attingere. Ponamus pariter volantem auem ad certum aliquem locum iter direxisse.Hic certè vt in aue, sic in sagitta motum cernis,atque in vtraque pariter mõtus intentionem cognoscis:qa, sicut auis,ita & sagitta ad certum illum locũ peruenire contendit. At quia sagittæ & motum videas, & motus intẽtionem cognoscas,non propterea tamen concesseris eodem modo, quo est in aui, ita & in sagitta ipsa motum, motusque intentionem

inesse.

Source : BIU Cujas

ineſſe. Auis enim ſe ipſam mouet, atq; ad eam potiſſimum partem motum intendit,ad quam cupit peruenire, at ſagitta per ſe ipſa neque motum, neque intentionem vllam habet, virtus.n.
13 & intentio alterius mouentis eſt, † & licèt ſagittæ motum cernas, nullum tamen ipſius proprium motum aſſignare poteris, ſed eum tãtum vides hic motum, qui à mouente proficiſcitur. Pari ergo ratione (vt ad rem noſtram hoc exemplum accommodemus) in brutis animantibus, alijsq; rebus naturalibus rationalem quidem motum videbis,quatenus illa à mouente lege diuina diriguntur,nullã tamen in ipſis rationem mouentem conſpicies. Nam vel ſi corporalem motum in ſe ipſis habeant, motum tamen rationalem nullum habent,nullaque prorſus ijs ratio eſt,cur hoc modo potius quam illo moueri velint, præter illam diuinam,cuius quidem munus in ijs cernitur; Sed illa tamen non niſi in Deo ſummo,& opt.tanquàm in primo mouẽte reperitur. Huc accedit, ꝙ quæ rationem nullã propriam habent,qua ſponte ſe ipſa dirigant,nullam pariter electionem habere poſſunt.Siquidem electio eſt, quoties non vnum aliquid, ſed plura proponuntur, quæ in conſultationem veniant, ita vt electionem præcedat conſultatio,quemadmodũ docet Ariſtoteles lib.3 .Ethic.cap.2.& 3.Itẽq; diuus Thomas in prima ſecundæ quæſt.13.ar.2.At quæ ratione carent,nunquam conſultant, nullaq; rerum obiectarũ varietate diſtrahuntur, ſed illud ſemper determinatè appetunt ad quod naturæ inſtinctu feruntur.
14 Quare † ſi nullam habent electionem, nullam pariter legẽ habebunt,cùm legis vim omnem in deligẽdo poſitam eſſe ſupra fuerit demonſtratum. Sic.n.Cicero.

» Vt Græci (inquit) æquitatis, ſic nos delectus vim in lege ponimus.

Videò hic multos fore,qui quamuis de plantis, & arboribus, alijsq; rebus naturalibus id quod à nobis traditum eſt, admiſſuri ſint, tamen in eo quod de brutis animantibus, idem quod de plantis affirmauimus,fortaſſe reclamabunt, Vlpianoq; potius
15 & Iuſtiniano aſſentient, † qui ius naturale brutis etiam animãtibus non grauatè tribuunt.l.1.ff.de iuſt.& iur.& inſtit.de iur.natur.gent. & ciuil. Cùm præſertim hęc opinio non ſola illorum authoritate nitatur,ſed etiam ſatis aperta ratione probari poſſe videatur. Nam (quicquid proximè à nobis concluſum ſit) non videtur negari poſſe, quin bruta quoque animalia habeant ele-
16 ctionem, † quæ nihil aliud eſt,quàm rerum aliquarum appetitus propter finem,vt definit Ariſtot.lib.3.de morib.ca.7.Et qui hoc negauerit, apertiſſimæ experientiæ aduerſari videbit.Quo-
17 ties† quæſo videbimus capellam, dum illa in prato herbas depaſcitur,vnam atque alteram herbam explorare, ac demum ex ijs vnam reijcere, & alteram aſſumere? Quoties venaticum canem aliquandiu incertum deliberare, qua potiſſimum via ferã amiſſam inſequi velit, & poſteaquàm non hac parte illum effugiſſe naribus explorauit,tum quaſi ſyllogiſmo diuiſiuo vſum
18 ad aliam partem curſum intendere? Nemo † eſt etiam qui non admiratione aliqua afficiatur,quoties apium, & aranearum miram ſagacitatem conſiderat, atque aliarum id genus animantium,quæ certè non poſſent opus quęque ſuum tàm cõcinnè, aptèq; fabricare,niſi & in paranda materia,& in totius operis figura componenda aliquam deligendi facultatem haberẽt.Adde,quòd ſi brutorum naturam penitus inſpexerimus,in pleriſq; eorum non occulta virtutum veſtigia reperiemus, vnde prudẽtes ſerpẽtes:caſtas turtures: fortes equos:fideles,& mites canes, eoſdemq; & aſſeclas,& vrbanos meritò dicemus. Hæc verò naturæ ſemina ita plerunque in illis habitu perficiuntur,vt de quibuſdam ea cõſpiciamus,quæ vix ab homine expectari poſſent. Maximaq; illud certè animaduerſione dignum eſt, quòd videmus ferociſſima animalia minuti pueri, vel imbecillis mulierculæ imperio,ita parere,vt ſæpe iuſſa eas res deſerant, ad quas tamen ſenſu,& cupiditate maximè ferũtur. Quæ cùm omnia ad hãc ſententiam confirmandam momenti plurimum habent,
19 nimirum brutis animantibus naturalem legem ineſſe, tũ multò magis cogemur hoc fateri, ſi illis aſſentiemus, † qui naturales nonnullas obligationes,quas ſola naturali lege cõſtringi exploratiſſimum eſt,feris etiam, ac belluis accommodant. Facit hoc in primis Accurſius in l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hær. in verbo obligauerunt, quo loci exiſtimat ad omnẽ creaturam pertinere illam obligationem,vt benefacientibus benefaciamus,ijsq; ἀντιδορα (vt Græci inquiunt) tribuamus. Quam ſententiam (vt refert Marcellus Beringutius in Rub.ff. de verb. oblig.) ſumma vi defendere contendit Ioannes Cola de Vicarijs,qui vir ſuis temporibus maxima nominis celebritate fuit,& hunc ipſum,quem nũc ego teneo in gymnaſio Salernitano locum,ita obtinuit, vt ad eum certatim ex omnibus huius regni partibus tanquàm ad commune oraculum concurreretur. Plu-
20 rimum † verò huic opinioni ſuffragatur, id quod ex Appione refert Gellius lib.5.cap.14.de quodam Leone,qui Romæ in Circo maximo,vniuerſo populo Romano ampliſſimæ venationis pugnam ſpectante,cùm vidiſſet Androdum ſeruum Dacum, à quo olim in quadam ſpecu Africæ,in qua tùm Androdus metu domini deliteſcebat,ſtirpem pedi hærentem,qua maximè cruciabatur,ſibi reuulſam eſſe recordaretur, propter huius beneficij recordationem,ad eum ſtatim noſcitabũdus acceſſit,ac qua ſi gratularetur,quòd eum incolumem videret,more adulãtem canum eius crura,& manus blandè cępit demulcere. Quo factum eſt,vt cum ſeruus, qui anteà propè metu examinatus aliquandiu conſtiterat,tandem & ipſe Leonem,recognouiſſet,tũ læti ſeſe ambo inuicem complecterentur, atq; incredibili omnium cum admiratione veteris beneuolentiæ ſignificationem non obſcuram præberent. Admirationem porrò illam plurimum auxit, quòd Androdus poſtea commemorauit, eundem Leonem,ex quo tempore pedis dolore ipſius ope fuerat liberatus,eius beneficij memorem ſemper poſtea,dum is metu domini in illa ſpecu delituit,ex ferinis quas lacerabat carnibus copioſè ſibi victum ſuppeditaſſe. Qua ex re nonnulli probare contẽdunt,obligationem illã,quòd ijs teneamur benefacere, qui bene de nobis meriti ſunt, brutos quoque animantes attingere. Quemadmodum illud quoque naturalis legis principium eas attingere videtur, quod vim, atq; iniuriam licitè propulſemus, vt aduertit Marcellus Beringutius in d. Rub.ff.de verb.oblig.dũ reprehendit Socinum, qui ſoli potentiæ rationali illud tribuit. Cùm verò inter prima legis naturalis principia id recenſeri perſpectiſſimum ſit,vt per Florentinum in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. non minus ex hoc,quàm ex ſupradictis omnibus rationibus videmur vrgeri, vt etiam feris, & belluis naturalem legem fateamur ineſſe, quibus eadem, quæ nobis permittuntur, permiſſa eſſe videamus; Legis enim virtus eſt non tantùm imperare,aut prohibere,ſed etiam permittere l.legis virtus.ff.de legibus. Veruntamen nos non hæc tanti facienda ducimus,vt propterea recedendum exiſtimemus à prima opinione,in qua fuerunt Ariſtoteles lib.5.Ethic.cap.7.& Paulus in l.pen.ff.de iuſt.& iur.neq; enim triplicem ibi iuris diuiſionem tradunt,quemadmodũ Vlpianus & Iuſtinianus, ſed tantũ ius naturale à ciuili diſtinguũt,
21 atq; ipſum ius naturale ita explicant, † vt illud ſolis hominibus conuenire apertiſſimè demonſtrent. Probatur neceſſariò hæc ſententia (dicant alij quicquid velint) argumẽto illo ſuperius adducto, quod vt in plantis, alijsq; rebus naturalibus, ita etiam in animantibus ſenſu prędi tis optimè concludit. Nam ſi lex (vt iam demonſtrauimus) ratio,& regula quædã eſt, bruti verò animantes,cùm diuina tantùm ratione regantur,propriam ipſi rationem non habent, quæ diſtincta ſit à ratione diuina, id quod pleniſſimè ſupra explicatum fuit, ſequitur certè nec brutos ipſos animantes legem aliquam habere,quæ ab æterna ſeu diuina lege ſeiungi poſſit; Sed ex noſtratibus plerique, qui ruſticè philoſophantur, in eo nimirum decipiuntur, quòd à brutis quoq; nonnulla interdum fieri vident, quæ ſolertiam quandam,& ſagacitatem præ ſe ferãt, quæ nos omnia rationis munera eſſe nõ inficiamur. Sed non animaduertunt ipſi id quod ſupra à nobis declaratum eſt, non eodem modo, quo ineſt hominibus, feris quoque, & belluis rationem ineſſe. Rationem feris, ac belluis ineſſe fatemur, quatenus diuina ratione reguntur,propriam tamen eas rationem, & à diuina ratione diſtinctam habere non
22 concedimus, qua ſe ipſas regere poſſint. Quare † præter hanc æternam legem, quæ in Deo eſt, aliam propriam illis legem eſſe negamus. At verò (dices) hæc ſolertiæ munera,atque hęc rationis veſtigia non in Deo, qui à nobis non videtur, ſed in ipſis brutis cernuntur. Reſpondeo,non ſatis hoc argumenti eſſe, vt idcircò rectè inferas, verè hanc rationem ipſorum naturæ tanquam proprio domicilio inſidere, nam & in ſagitta, quæ ad certum ſcopum emiſſa eſt,rectius & motum cernis, & intentionẽ cognoſcis, quàm ſi in hominem, qui eam emiſerit,oculos conuertas,nec propterea tamen mouendi virtutem, aut intentionem ipſi potius ſagittę,quàm homini tribues.Sic ergo & in brutis animantibus quicquid rationis elucet, id non in ipſis eſt, ſed in Deo ſummo, & opt. à quo ita reguntur, vt ad fines quęque
23 ſuos naturæ inſtinctu ferantur.Et† quoniam hoc ipſo inſtinctu ad ea ſæpe feruntur,ac quaſi inſtituuntur, quæ in nobis laudari ſolent,quin & nobis ipſis,qui eius inſtinctus pſidio deſtituimur, adeò difficilia ſunt,vt non niſi maxima induſtria, longoque habitu comparari poſſint. Propterea fit, vt in brutis ſæpenumero ſolertiæ,prudentiæ,caſtitatis,aliarumque virtutum quædam appareant quaſi ſimulachra, quæ tamen veræ virtutes dici non
24 poſſunt. Quia † quæ neque conſilio, neque delectu vllo fiunt, nullam laudem merentur, & tamen laus virtutis propria eſt, vt multis in locis tradit Ariſtoteles. Vnde nemo ſagittam laudabit, quòd vel ſcopum rectè tetigerit,vel velociter peruolauerit, cùm nõ ipſi ſagittæ, ſed homini potius, à quo ſagitta emiſſa eſt, tota hæc laus debeatur. Atque hinc tollitur illud, quod de electione obijciebatur, eratque potiſſimum contrariæ opinionis fundamentum;nam ſi belluarum nulla ratio eſt,quæ ijs propria ſit,atque à diuina ratione diſtincta, nullam earum conſultationem eſſe concedendum eſt,ſi nulla conſultatio, ergo nulla pariter earum electio erit,ita enim & Ariſtot.argumentatur libro
25 3.de morib.cap. 2. Verè homines † deliberare, & eligere dicũtur,quos conſtat non ſenſitiuum modò, ſed etiam intellectiuũ appetitum habere.Intellectiuus enim appetitus eſt ciuſmodi,vt

ſiue

Source : BIU Cujas

siue illum per se consideres, siue dum ipso in actu, & exercitio versatur, nunquam certum aliquod respiciat obiectū, & ad bonum quidem, sed illum tamen commune, & indeterminatum feratur. Consultationi verò, atque electioni tunc locū esse diximus, cùm plura ita cuipiam proposita sunt, vt hoc, vel illud liberè amplecti possit. Non idem de appetitu sensitiuo affirmari potest, quo solo cætera animantia prædita sunt. Namque is (vt rectè adnotat Caietanus ad primam secundæ quæst. 13. art. 2.) si per se consideretur, ad speciale semper obiectum dirigitur, puta odores, sapores, atque id genus alia, si verò consideretur in ipso actu & exercitio, tunc ad obiectū singulare ordinatur, vt ibidem diuus Thomas clarè explicat. Quare belluā videbis, prout hoc, vel illud melius esse agnoscit, ita confestim absque cōsultatione, ac deliberatione vlla ad id potissimū accurrere. Et quāuis ouis, vt supra obijciebatur, cùm herbam depascitur, hęsitare interdum, ac deliberare videatur, cognitionis tamen, non deliberationis mora illa, & hæsitatio est. Contingit enim interdū, vt sensus communis quid iucundius, meliusq; sit, non ita statim percipiat, aut agnoscat; sed cùm primum id agnouit, nulla tūc mora est, quin ad illud repente appetitus sensitiuus naturæ instinctu feratur. Illud fortasse magis quempiam mouerit, vt bru
26 torum electionem fateatur esse aliquam, † quòd (vt & supra opponebatur) videmus sæpe canes, aliosq; nonnullos animantes vsu, & exercitatione ita institui, ac quasi erudiri, vt honesta potius quàm iucunda deligant, & non tàm sensibus, quàm domini Imperio obtemperent. Verùm hoc quoque eadem ratione facilè diluitur; non enim illud ideò fit, quia consultationem, atque electionem, quam natura non habent, habitu comparare possint, sed soli naturæ instinctui totum hoc tribuēdum est, qui tamen instinctus postea habitu non parùm iuuatur. Quo fit, vt ea quæ sensus alioquin allicere potuissent, aut verberum metu deterant, aut etiam dominorum iussu ob quandam in eos propensionem, quam plerisque animantibus, canibusq; præsertim natura ipsa innatam esse haud obscurè perspicimus. Hoc verò habitu consultationem, & electionē, que prius nulla brutis erat, comparari non potuisse, eo argumento facilè conuincitur, quo vtitur Caietanus in loco præallegato, quoniam ars, licèt ad naturalis actus rationem, & modum momenti plurimum habeat, eius tamen ipsius substantiam nec inducere, nec mutare potest. Ex quo sequitur arte electionem nec mutari, nec induci, aut acquiri potuisse, quia cùm dicimus electionem, non agendi modum, & rationem, sed substantiam ipsam, ipsumq; actum naturalem significamus. Alterum illud pro hac sententia argumētum afferebatur, nimirum solius legis munus esse, quod aliquid permittatur, vel præcipiatur, arg. l. legis virtus. ff. de legib. Brutis verò animantibus permitti nonnulla, ac nonnulla etiā imperari; permittitur enim, vt vim vi repellere, ac propulsare possint, imperatur vt benefacientibus benefaciant. Quocirca videntur teneri ea obligatione, quam vulgò anadoracem dicūt, vt ex Leonis, & Androdi serui mutua agnitione demonstratū fuit, & tamen exploratissimum est, vbi lex non sit, ibi obligationem consistere non posse. Vt planius intelligatur hanc argumentationem nullius momenti esse, constanter illud retinendum est, quod paulò ante tetigimus, sępenumero brutis solo instinctu naturæ ea dictari, quæ apud nos in consultationem, ac deliberationem veniunt. Et quoniam hæc possunt esse nobis vel permissa, vel imperata, non est, quod miremur, si quæ nobis permittuntur, vel imperantur, eadem quoque non dissimili ratione ferarum, ac belluarum naturæ consentanea sunt. Siquidē belluæ quoque ad eadem illa natura informantur, atque instituuntur, sed tamen permissionis, vel imperij, seu præceptionis vocabula non rectè in belluis vsurpamus, neq; ea quæ diximus præscripto rationis tribui possunt, quam bruti animantes nul-
27 lam habent. Quapropter † naturæ illud principium, vim vi repelli posse (vt de hoc primùm loquamur) non eo modo accipitur à iureconsultis, quo possit & cæteris animalibus conuenire. Siquidem in brutis nihil aliud considerari potest, nisi factum illud violentiæ propulsandæ, quod à naturæ instinctu proficiscitur. At iurisconsulti cum hoc principium vsurpant, non illud solum factum inspiciunt, sed quod iuris in eo est; considerant. n. hoc, quatenus ex legis permissione fit, ideòque iustitiæ & honestati conuenit. Quod ipsum apertè ostendit Florentinus in illa l. vt vim. ff. de iustitia, & iur. vbi post illa verba vt vim, atque iniuriam propulsemus, ita subijcit. Nam iure hoc euenit, vt » quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse videatur. Hoc idem ostendit Diocletianus in lege prima, C. vnde vbi hoc factum propulsandæ violentiæ per se non considerat, neque vt ex solo naturali instinctu proficiscitur, sed vt iustitiæ, & honestati consentaneum est. Neque aliter videtur Cicero accepisse, cùm in oratione pro Roscio Amer. ita inquit; Est hęc » iudices non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepi» mus, legimus, verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, ex» pressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbu » timus, vt si vita nostra si in aliquas insidias, si in vim, in tela, » aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Itaq; honestatem in hoc, & iustitiam, non solum naturæ instinctum consideramus, atque hoc modo nihil planè ad belluas hoc præceptum pertinebit; neque enim iustitiæ, aut honestatis laudem illis vllam tribuimus. De iustitia
28 dubitari non potest, † quia belluæ quicquid faciunt, sua causa faciunt, iustitia autem sola omnium virtutum in se ipsa non vertitur, sed complectitur eos, quibus cum viuit, & omne suum munus alijs præstat. Quod verò etiam honestas solius hominis, & non cæterarum animātium sit, eleganter inter alios ostēdit Cicero libro primo officior. quo loci eū nobis honesti quasi ortum tradit. † Vt quemadmodum vis naturæ, rationisque,
29 qua soli homines prædi ti sunt, eorum quæ aspectu sentiuntur pulchritudinem, venustatem, conuenientiam partium sentit, ita hanc similitudinem eadem hæc natura, ratioque ab oculis ad animum transferens multò etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consilijs considerandum putet, moneatque nequid indecorè, aut libidinosè fiat. Quibus ex rebus honestum conflatur & efficitur. Atque hinc perpetuum sumimus documentum, quoties quæritur iustum nè aut honestum aliquid sit, solius semper hominis, & non cæterarum animantium rationem haberi. Meritò igitur Bartholomæus Socinus hoc ipsum principium, vt vim vi propulsemus, soli potentiæ tribuit rationali, quamuis Marcellus Beringutius hoc in loco
30 illum reprehendat. Quæ † hactenus concluſimus de propulsandæ iniuriæ permissione, eadem planè censeo affirmanda & de præcepto illo, vt benefacientibus benefaciamus; quia vel si maximè hunc instinctus in aliquibus animalibus reperiremus, non tamen eum tanquàm præceptum, aut tanquàm obligationem considerare possemus. Siquidem non aliò spectant naturalis legis præcepta, & obligationes, quàm vt honestatem & iustitiam tueantur, iustitiam verò, & honestatem solis hominibus conuenire, ac cęteris animantibus planè incognitas esse iā demonstratum fuit. At ego certè ne instinctum quidem eiusmodi brutis animantibus inesse facilè concessero, nihiloq; magis leonibus quàm cæteris, vt beneficiorū acceptorum se memores, & gratos præbeant, quod in præsentia demonstrari eo minus necesse est, quòd multo magis hac in re nobis ipsis, quā ijs, qui contrarium sentiunt, sensus experientiaque suffragatur. Neq; enim si gentilium historijs proditum est Leonem illum Aphricanum Androdo seruo virum probum, & gratum se prę stitisse, concludendum est propterea Leonum naturæ datū hoc fuisse, nam & boues apud Romanos non semel locutos esse, Liuius tradit, & olim equam in Xersis exercitu leporem peperisse Herodotus, & Valerius authores sunt, neque ea tamen bouum, atque equarum naturæ tribuimus. Prodigia eiusmodi sępe multa, atque etiam naturę monstra interdùm nonnulla conspiciūtur, neque hoc in alijs tantùm animalibus, sed etiam in hominibus ipsis cernitur nonnunquàm, inter quos reperiuntur interdum, qui vel ingenio plus valeant, quàm aut ętas, aut humana conditio ferre videatur, vel ijs corporis, sensuumque viribus donati sint, quæ naturales excedant facultates, qualem nobis hominem illum nomine Lynceum Plinius describit, quem tanta luminum acie prędituin fuisse tradit, vt à Lylibeo Sicilię portu Carthaginensium egredientes classes intueretur.

ARGVMENTVM.

POssitne Vlpianus, & Iustinianus aliqua ratione defendi, qui legem naturalem feris etiam, & belluis contra id quod supra concluſum est, concedere videntur.

SVMMARIVM.

1 *Verè ne senserit Vlp. belluarum ius, & legem esse.*
2 *An absolutè id accipi debeat, quod dictum est sensitiuæ facultatis instinctus non esse legem.*
3 *Ex naturæ quoque sensitiuæ inclinationibus possunt desumi principia, ex quibus iuris scientia conflatur.*
4 *Quamuis Gratianus belluis ius non tribuat, tamen inter ea, quæ sunt iuris naturalis sensitiuæ quoque potentiæ instinctus recenset.*
5 *Cum de iure naturali loquitur Paulus in l. penul. ff. de iust. & iur. quo pacto illud accipiat.*
6 *Post triennium pueros exponere Romuli legibus erat permissum.*
7 *Declaratur l. 1. ff. de iust. & iure.*
8 *Feris quoque, & belluis naturalis iuris peritiam inesse, quo pacto intelligendum sit.*
9 *Verborum translatione ipsi quoque iurisconsulti vtuntur.*
10 *Verbum, censeri, quomodò accipiatur.*

CAP.

Source : BIU Cujas

CAP. VI.

EX ijs omnibus quæ proximè diximus, intrepidè cõcludi potest, legem naturalem solis hominibus, ac non cæteris animantibus conuenire. Verùm huic sententiæ sola Vlpiani, & Iustiniani authoritas aduersatur, quæ vt nullo modo videtur declinari posse, ita nec temerè contemni debere. Atqui certè si eos ita sentire contendas, vt primo aspectu eorum verba ostendere videntur, brutorum etiam animantium ius & legem esse, nos
1 eorum patrocinium prorsus deserimus. † Etenim cogeremur hoc modo feris etiam, & belluis obligationum regulas accommodare, quod ipsum (vt supra demonstrauimus) planè absurdum est. Sed tamen hanc defensionem ita suscipi posse arbitramur, vt eos nõ id sensisse dicamus, immò verò à sententia nostra, quam proximè firmauimus nulla ex parte abhorrere, quod vt planum faciamus, vnum prius nobis constituẽdum est, ex quo facilè illud deindè demonstrabitur. Animaduertere igitur nos
2 oportet hoc, quod hactenus diximus, nimirum † naturales instinctus, veluti maris, & fœminæ coniũctionem, & eorum quæ procreata sunt educationem ad legem naturalem, iurisq; præcepta nihil pertinere, ita accipiendum esse, vt eatenus tantùm id negemus, quatenus eiusmodi instinctus in brutis animãtibus sunt. Quod si in hominibus considerentur, tunc fatemur eosdem hos instinctus & in legis naturalis præceptis expendendis, & in tota hac iuris arte constituenda momenti plurimum habere. Nam quæ ratio supra in brutis considerata fuit, cùm dictum est, nullo modo iliis conuenire iustitiam, & honestatem, quam vt proprium scopum iuris præcepta sibi proponunt, ea ratio in hominibus non modò non idem concludit, sed cõtrarium potius apertè demonstrat. Quandoquidem homines licet ad hæc eadem natura propensi sint, habent tamen præterea rationis vsum, quo istas inclinationes regere, ac moderari possunt, atque id efficere, vt honestati, & iustitiæ quammaximè illi respondeant. Quare quæ à sensibus, atque ab hac communi natura sibi dictantur, ea neque recipiunt omnia, neque etiam omnia respuunt, sed in consultationem deducunt sola liciti, & honesti ea in re norma vtentes; Quod si turpitudinis, atque iniustitiæ nihil in ijs ratio perspiciat, ea concedit, atque permittit, immò nõ tantùm permittit, sed etiam imperat interdum ea ipsa de causa, quòd ab hac pariter communi natura nobis præcipiantur;
3 Vnde fit † vt naturales istæ inclinationes iam incipiant esse regulæ, propositiones, & principia, ex quibus iuris scientia conflatur, atque perficitur. Quamuis in feris, & belluis secus sit, quæ honesta à contrarijs minimè internoscunt. Nam vt colores, qui verè in re aliqua insunt, in tenebris discerni non possunt, oborta verò luce statim apparẽt, ita naturalibus hisce inclinationibus verè quidem iusti, & iniusti, honestiq; & inhonesti differentiæ insunt, sed hæ differẽtiæ belluas ipsas, in quibus nulla est ratio, planè latent; vbi verò rationis accedit lumen, vt in hominibus fit,
4 tunc illæ penitus elucent. Quare † Isidorus, & Gratianus quamuis ius belluis nullum tribuant, sentiunt tamen ad ius naturale inter homines perficiendũ hos ipsos instinctus maximè pertinere, dum statuunt ius naturale esse, quod est commune omnium nationum, & instinctu naturæ, non constitutione habetur aliqua, vt est viri, & fœminæ coniunctio, & puerorum educatio, cap. ius naturale 1. distin. Vlpianus etiam in lege prima. ff. de iustitia, & iur. in vltimis verbis non modò suã, sed & aliorum sententiam hanc fuisse nobis indicat, nam cum in iuris diuisione has ipsas inclinationes complectatur, in eo tantùm elaborat, vt reddat rationem, cur hos communis naturæ instinctus ab alijs iuris regulis seiungat, atque ex ipsis ius diuersum constituat. Qua in re apertè ostendit à nemine fuisse dubitatum, quin & tales instinctus ad ius constituendum pertinerent. Nam nisi hoc apud omnes exploratum fuisset, ipse certè non tantùm cur seiunxisset, rationem debuisset reddere, sed cur omninò ea recepisset, quæ ab alijs tradenda iuris diuisione reijci solerent. Quocirca minimè dubitandum esse crediderim, quin & Aristoteles,
5 † & Paulus in lege penultima, ff. de iustitia, & iure cùm ius solis tribuunt hominibus, atque illud in naturale, & ciuile diuidunt, eam habuerint mentem, vt sub primo illo capite iuris naturalis, maris, & fœminæ coniunctionem complecti voluerint, itẽ liberorum educationem, & iniuriæ propulsationem, & si qua alia nobis cùm belluis communia sunt. Quoties enim rationes expenduntur, cur vel prohibitum, vel permissum, aut imperatum aliquid sit, hæc ipsa quoque reperiemus momẽti plurimũ habere. Nam si quis te roget, quæ te lex liberos proprios alere iubeat, eosdemq; destituere, aut eijcere prohibeat, non certè respondebis ea te sola naturæ vi ad id obstringi, quæ rationalis dicitur, atque hominum propria est, sed naturæ potius communi id tribues, quæ omnibus animantibus tacito quodam instinctu ea ipsa præcepit, & arctius hoc vinculum inter liberos, & parentes, quàm inter alios esse voluit; quanuis eundem hunc instinctum, propterea quòd honestati nõ modò non aduersabatur, sed maximè potius conueniebat, naturalis quoque ratio appro-
6 bauerit. Atq; hoc puto ego fuisse in causa, † cur olim Romuli legibus post triennium pueros exponi non fuerit interdictum, & alijs etiam Romanis legibus aliquando impunè filij interfici potuerint, cùm tamen alij non potuerint. Etenim homines sapientissimi necessarium esse non putarũt illud lege prohibere, quod naturali instinctu satis vetitum esset. Ac multas porrò leges habemus, vt quæ de successoribus latæ sunt, de tutelis, de legitima iure naturæ debita, quæ omnes huic ipsi liberorum educandorum instinctui quasi firmissimo fundamẽto innituntur; Quibus ex rebus facilè intelligitur inclinationes hasce naturales, vel si in brutis animantibus nullam legem constituãt, in hominibus tamen ad legis naturalis præcepta, & ad iuris scientiã constituendam maximè pertinere. Quod cum ita se habeat, satis iam ex hoc intelligimus, qua ratione Vlp. defendi possit; Quẽ si ideò reprehendis, quod inter legis naturalis principia naturę quoque communis instinctus sit complexus, vt maris, & fœminę coniunctionem, & liberorum educationem, iniuria illum reprehendis, cùm immò ex his ipsis naturalis legis regulæ, ac propositiones sumantur complures, ex quibus conflatur iuris scientia, nostrumq; hoc studium constituitur. Ipse verò ibi hoc potissimum in animo habuit, vt quæ huius nostri studij partes essent, nobis ostenderet, dicta lege prima. §. huius studij. Idem & de Iustiniano affirmandum est, qui cum in §. vlt. instit. de iustitia, & iur. ex Vlpiano ad verbum omnia descripserit, sicuti eiusdem criminis reus est, ita eiusdem defensionis suffragio iu-
7 uabitur. Quod † si Vlpianum ea ratione accusas, quòd senserit hosce instinctus non tantùm ius constituere, sed inter brutos quoque animantes constituere, verè is quidem, si ita sentiret, hoc nomine damnandus esset, sed ipse certè non in eum modum loquitur, vt de brutis quoque hoc sensisse existimari possit; Immò verò in tota illa lege ijs vtitur verbis, ex quibus facilè intelligas non ad cæteros animantes, sed ad solos homines eam, quam ibi tradit iuris distinctionem retulisse. Initio enim ius, quod postea diuidit, ita describit, vt dicat esse artem æqui, & boni, ac propterea eos qui artem iuris profitentur æquum ab iniquo secernere. Iam hucusq; intelligimus non de belluis, sed de solis hominibus loqui Vlpianum, & propositam iuris tractationem ad solos homines referre. Nam æquitatem, bonitatem, iustitiam, de quibus ibi loquitur, in feris, & belluis ineſ-
„ se non rectè dicimus, vnde Tullius. Non vlla in re (inquit) longius absumus à natura ferarum, in quibus inesse fortitudinẽ sæpe dicimus, vt in equis, in leonibus iustitiam, bonitatem, æquitatem non dicimus, sunt enim rationis, & orationis expertes. Postea ius diuidit publicum, & priuatum, ac publicum statuit esse, quod in sacris, in sacerdotibus, & in magistratibus consistit, quæ omnia cũ à brutis animantibus alieniſſima sint, satis ex hoc intelligitur, iurisconsultum non modò ijs publicum ius non tribuisse, sed ne suspicatum quidem hoc fuisse. His porrò omnibus consequens esse videtur, vt cùm is postea iuris priuati diuisionem subijciat, dicatq; ius priuatum tripartitum esse, hoc est collectum ex naturalibus præceptis, gentiũ, & ciuilibus, eodem modò illud accipiat, quo & supra generatim ius definiuit, & posteà illud speciatim diuidere cœpit, ne vnum diuisionis membrum ab altero dissentiat; quod si admittamus, vt necessariò admittendum est, non possumus deinde negare, quin voluerit Vlp. totum ius naturale ad solos homines referre. At huic defensioni plurimùm aduersari videntur ver-
„ ba illa, quæ postea sequuntur. Videmus etenim (inquit) cætera
„ quoque animalia, feras etiam istius iuris peritia cẽseri. Quę verba vel si aliqua ex parte hoc quod diximus videantur confirmare ob dictionem illam quoque, quæ cum implicatiua sit, videtur ostendere de solis hominibus supra sermonem haberi, ac non de cæteris animalibus, quæ postea implicantur. Tamen eo ipso quòd Vlp. expressim cætera implicat animalia, apertè nobis indicat suam hanc sententiam esse, vt ijs quoque ius naturale tribuendum existimet. Verùm hæc ipsa verba satis rectè (iudicio meo) duplici ratione possunt euitari (nihil enim omittendum est, ex quo Vlp. saltem probabiliter defendi possit.) Primò: quia si verum est, naturales hosce instinctus, qui ad maris, & fœminæ coniunctionem attinent, ius aliquãdo esse posse, vt demonstratum est, Ac si verumetiam est hos ipsos instinctus ad feras, & belluas pertinere, potuit certè non absurdè dicere Vlp. hoc ius belluis conuenire, non quia hoc quod in hominibus ius est, in ipsis pariter belluis ius dici possit, sed quia hoc totum, quicquid est, in ipsis quoque belluis reperitur. Eiusmodi porrò loquendi formulis sæpissimè vtimur, vt cùm dicimus venenum nonnullis animantibus cibum esse. In quo tametsi veneni vocabulum vsurpamus, nõ tamen intelligimus eodẽ modo id illis esse venenum, vt nobis est, sed quod nobis venenum est, illud ipsis cibum esse significamus. Atque ita etiam accipiendum puto, quod idem dixit ius naturale esse, quod natura omnia animalia docuit, vt in hoc ille rẽ ipsam potius, ac naturales ipsos instinctus. quàm iuris nomen spectauerit. Possumus etiã alio modo respondere ad illa Vlpiani verba, videmus enim &c.

vt

Source : BIU Cujas

vt dicamus ius ibi ſumi μεταφορικῶς, docuimus enim ſupra iuris nomẽ, vt & pacem, litem, concordiã, & alia id genus vocabula cuiuſdam ſimilitudinis ratione non modo ad belluas, ſed
9 etiam ad res prorſus inanimatas referri ſolere. Spectaſſe †verò Vlpianum hanc ſimilitudinem, & per verborum tranſlationem ita locutum fuiſſe, oſtendit verbum, docere, item verbum peritia, quæ duo verba brutis animantibus non propriè conue
10 niunt; Poteſtque etiam ad hoc perpendi verbum illud, cenſeri, nam neque ipſum alio modo quàm per tranſlationem vſurpari potuit, cum †censeri ea propriè dicantur, quæ in aliquem ordinem, ac numerum quaſi adſcribuntur, vnde rectè Theophilus vertit ὁρῶμεν γάρ ου μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν τοῖς τιμῶσι τοῦτον τὸν νόμον ἀναγεγραμμένα. Quamuis Budęus exponat cenſeri, hoc eſt admirationi eſſe, ſiue (vt clarius id exprimatur) huius iuris peritia onari, ac celebrari, prout videtur Papinianus hoc verbum accepiſſe in l. vlt. ff. de ſuis & legit.
Hęc ad Vlpiani, Iuſtinianiq; patrocinium attuliſſe ſat erit, quos etſi maximè arbitramur hac ratione defendi poſſe, tamen cũ plenè ſupra explicauerimus, quid hac ipſa in re verius eſſe putemus, nihil eſt, quod de aliorum ſententia magnopere ſolliciti ſimus; cum palam ſit ipſos quoque iuriſconſultos eiuſmodi in rebus nihilominus quàm alios quoſcunque errare potuiſſe.

ARGVMENTVM.

QVomodo ex lege naturali leges humanæ profluxerint, & quæ fuerint cauſæ, cur homines naturali lege non contenti, leges humanas inſtituerent.

SVMMARIVM.

1 *Practici intellectus theoremata à varijs ſparſim iuriſconſultis relata.*
2 *Ex naturæ fontibus oriuntur leges humanæ.*
3 *Practici, & ſpeculatiui intellectus ſimilitudo, quatenus vterque ex primis, & notioribus alias inſuper concluſiones deducit, & nu. 5.*
4 *Differentia inter ſpeculatiuas ſcientias, & noſtram hanc practicam facultatem.*
5 *Quantum ad id, quod hìc agitur prædictæ facultates conueniunt.*
6 *Lex humana deſcribitur primò, acmox accuratius definitur.*
7 *Vbi de iuſtitia, & honeſtate diſceptatio occurrat, ibi naturæ præſidio nunquàm deſtituimur.*
8 *Prima cauſa cur quamuis legem naturalem haberemus, leges tamen humanæ neceſſariæ fuerint iudicatę.*
9 *Legum noſtrarum exemplis demonſtratur, quod ſentit Ariſtoteles, leges humanas eſſe menſuram iuſti naturalis.*
10 *Quibus ex cauſis poſſit hodie filius exhæredari.*
11 *Altera affertur cauſa, ob quam leges humanæ conditæ fuerint.*
12 *Eſt cum præcepta naturalia videantur inter ſe diſſidere, vel ſi verè non ita ſit.*
13 *L. bona fides. ff. depoſ.*
14 *Vſucapionum occaſio, & vtilitas.*
15 *Tertia & vltima cauſa, cui legum humanarum origo adſcribenda eſt.*
16 *Cur à ſolis hominibus violetur naturæ præſcriptum, quod à cæteris omnibus rebus & animatis, & inanimatis inuiolatè cuſtoditur.*
17 *In hominis natura ineſt quaſi bellum internum.*
18 *Ad frenandum hominum malitiam quantum Philoſophia præſtet adiumenti.*
19 *Optimum quidem Philoſophiæ præſidium, ſed per ſe haud ſatis efficax eſt.*
20 *Leges humanæ duplici egent nempè magiſtratuum, & bellorum adminiculo.*
21 *Bellorum neceſſitas.*
22 *Mortalium primi quomodo pugnarent.*
23 *Bella certis legibus indicenda, ac gerenda ſunt.*
24 *Legum humanarum auxilio indiget lex naturalis.*
25 *Contra etiam lex naturalis ipſis legibus humanis quaſi mutuum præſtat officium.*
26 *Ex quocunque præcepto legis ciuilis naturalem ſemper oriri obligationem Bart. exiſtimauit.*

CAP. VII.

INter eas omnes, quas ſupra cõmemorauimus, legis ſpecies duas tantum diximus eſſe, quę penitus nobis cognoſcendæ ſint, & quæ ſolę hãc obligationũ materiã, immò & totã iuris ciuilis ſciẽtiã attingãt, nimirũ naturalem, & humanã; ac de lege naturali hucuſque ea docuimus, quę ſcitu magis neceſſaria eſſe iudicauimus. Nunc proximũ eſt, vt & de lege humana idem præſtemus. De hac enim ſuperius id tantùm demõſtrauimus, qua ratione illa ab alijs legum ſpeciebus diſtingui poſſit. Quoniam igitur diximus ſanctiones humanas, omnes à ſola naturali lege deriuari, non ſecus ac plures ſæpe aquarum riuuli ab vno, eodemq; fonte ſcaturire ſoleant, vt quæ de ipſis dicturi ſumus, commodius percipiantur, conſtãter hic quoque retinendũ eſt, quod de lege naturali ſupra concluſum fuit, eſſe illam ſcilicet rationem, quę ob diuinæ rationis cõmunicationem, quid rectum, & honeſtum ſit nobis oſtendit, atque ad id nos velut tacito monitu aſſidùè hortatur. Reuocandum inſuper in memoriam eſt, nos huius † naturalis legis opẽ
1 vniuerſales tantùm quaſdam regulas cognoſcere, veluti Deo opt. Max. cultum præſtandum, patrię, & maioribus parendum, fidem ſeruandam, ijs qui de nobis benemeriti ſunt gratiam referendam, prętera vt vim vi repellere poſſimus, eſſe omnibus concedendum, quę ſunt omnia practici intellectus noſtri theoremata, atque principia, eaq; communia, & indemoſtrabilia, & hæc varijs paſſim in legibus vſurpantur, vt in l. veluti. cum l. ſequẽti. ff. de iuſt. & iure. §. iuris præcepta. inſt. de iure natur. gẽt. & ciuili. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de cõſt. pec. l. ſtichum. §. naturalis. ff. de ſolut. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. l. ſi teſtamento. §. ſeruo. ff. de fideiuſſ. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hęredit. Quæ omnia Vlpianus, & Iuſtinianus ad tria tantum prima præcepta videntur redigere voluiſſe, vt in l. iuſtitia. ff. de
2 iuſt. & iu. & §. iuris. inſti. de iur. nat. gen. & ciu. Iam verò † cõmunibus his principijs homines nõ cõtenti, vlterius progreſſi ſunt, & ex ijs alia, atque alia ſubinde derinarunt, multaque ſpeciatim cõſtituerũt, quę neq; ita paſſim omnibus cognita ſunt, neque etiam eodem in ſtatu ſemper permanent, ſed ſępenumerò corrigi, rurſuſque reſtitui, multisque modis mutari, ac variari ſolent. Quam rem totam planius explicat diuus Thomas in prima ſecundæ quæſt. 91. art. 3. dum ſpeculatiuę rationis ſimilitu-
3 dinem nobis proponit. Satis † conſtat rationi ſpeculatiuę cõmunes quaſdam ineſſe notiones, ex quibus deinde ſapientes homines alias deduxerunt concluſiones, variasque ſcięntias excogitarunt. Quare ſicuti ex illis principijs intelligibilibus variæ ſcientiæ deprompte ſunt, ita pariter ex legis naturalis præceptis, quę ſunt vniuerſalia, & indemõſtrabilia, humanę leges fluxerunt. Qua in re tamen aduertendũ eſt, nos nõ inficiari, quin hæc noſtra iuris ſciẽtia, practicaque cognitio à ſpeculatiuis ſciẽ
4 tijs maximè diſtet † quas perſpicuum eſt non modò diuerſum finem ſpectare, ſed diuerſis quoque modis vti, quibus ad eum finem perueniant. Etenim ſpeculationem ipſam ac ſolam rerũ cognitionem ſibi proponunt, minimeque illam (id quod practica ſcientia facit) humanis actionibus indiuiduis, ac particularibus accommodãt. Ideoque nec particularibus vllis, vt hæc noſtra, ſed ſolis vniuerſalibus vtuntur propoſitionibus, vtpote quæ ſolam rerũ naturã, & eſſentiã inquirũt; quam non in rebus particularibus, atque indiuiduis, ſed in ſpeciebus tantùm, atque vniuerſalibus rerum formis conſiſtere nõ ignoramus. Hæc diſ-
5 ferẽtia ita aperta eſt, vt de illa dubitare nemo poſſit. At † nos in præſentia dum ſpeculatiuas ſcientias cum practica comparamus, hanc ſimilitudinem conſideramus in eo tantùm, quod proximè dictum eſt. Quemadmodum enim ſpeculatiuus intellectus, vnde ſcientiæ illę prodeunt, habet communes quaſdã notiones, vt totum eſſe maius ſua parte, Si ab ęqualibus æqualia remanere, Paria vni tertio inter ſe quoque paria eſſe; Sic etiam intellectus practicus, vnde noſtra oritur iuris ſcientia, communia quædam nobis ſuggerit principia, eaq; itidem indemonſtrabilia, quæ proximè cõmemorauimus. Rurſus quemadmodum ex illis cõmunibus notionibus variæ promuntur variarum cõcluſiones, ita ex his noſtris principijs varia præcepta, variaq; leges vbique homines deſumpſere, Ac denique quemadmodũ ibi ita fit, vt quamuis notiones illæ natura ipſa omnibus planè cognitæ ſint, atque perſpectę, quas tamen ex ijs ſapientes homines deriuarunt concluſiones, nõ ita prorſus omnes intelligãt, non ſecus etiam hic euenit, vt quamuis illa prima iuris noſtri elementa omnes planè homines ſola natura hauſerint, & arripuerint, tamen quæ inde leges deducuntur variisque in locis conſtituuntur, eas non propterea cæteri mortales cognoſcant aut amplectantur. De his loquitur Papinianus in lege prima di
6 geſtis de legibus, cum legem definiens, ita inquit; Lex † eſt commune præceptum virorum prudentium conſultum, delictorum quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur coercitio communis Reipub. ſponſio. Verè tamen hæc deſcriptio potius quædam, quàm definitio appellanda eſt, quare accuratius legem humanam definit diuus Thomas in prima ſecundæ quæſtio. 91. articulo primo, aitque illam nihil aliud eſſe quàm dictamen practicæ rationis in Principe, dum communitatem aliquam perfectam, hoc eſt ciuitatem gubernat. Rectiſſimè is mihi hanc definitionem tradidiſſe videtur; nam ratio eſt lex naturalis in eo, quod principia tantùm vniuerſalia nobis ſuggerit, ſi verò ad ciuitatis gubernationem conferatur, inde oritur lex humana. Siquidem non poteſt ratio Principis ciuitatis curam ſuſcipere, niſi ex illis primis fontibus alia magis particularia præcepta deriuet, ac deducat, quæ humanum, ciuileque ius conſtituant. Quod tamen in iis tantum rebus accipiendum eſt, quæ Princeps, quiuè eam poteſtatem habet, generaliter obſeruari voluerit. Conſtat.n. non omnia, quæ in ciui-

Source : BIU Cujas

tatis gubernatione decernuntur legis vim obtinere. §. sed & quod principi.inst.de iur.natur.gent.& ciuili. Nō me latet,alias humanę legis diffinitiones passim afferri, quæ promiscuè tùm iuri applicantur,quod ea ratione fit: quia passim etiam iurisco-sulti ob maximam, quam simul habent, affinitatem hos duos terminos confundunt, quamuis inter se illi non nihil differāt, vt infra à nobis aperietur, cum ijs absolutis, quæ ad legem spectant, de iure dicere incipiemus. Interea verò non absurdè videbimur facturi,si promiscuè(quod diximus & ipsos facere iurisconsultos)vtroque vocabulo passim vtamur. Habemus iam quid sit lex humana. Constat verò illa ex ijs omnibus partibus, quas fusè explicat Iustinianus in § constat, cum multis sequentibus,inst.de iure nat.gent.& ciuil.Sed videndum est,quę causa fuerit,cur cum legem naturalem haberemus mentibus nostris insculptam,qua nunquàm destituimur, necessarium tamē esse existimatum fuerit præter hanc alias leges excogitare. Quid enim aliud est hoc,quàm accusare naturam, quòd cum cæteris omnibus vel minimis in rebus nulla ex parte deficere soleat, hac ipsa tamen in re defecerit, quę tanti momenti erat ac non perfectè ea omnia nobis præceperit,quæ ad vitam rectè,& honestè degendam,essent necessaria? Non est certè quòd naturā in hoc, vt neque alijs in rebus, accusare possimus, cum immo solius naturæ præsidio,etiam leges humanę omnes excogitatę
7 fuerint,neque quicquàm prorsus sit †(vbi modò iustitiæ,& honestatis regulæ sint expendendæ)in quo viri boni, atque prudē tes ijs ipsis,quæ supra recensuimus,naturę principijs adiuti,quid fugiendum,quidue sequendum sit, non & rectè deliberare, & decernere facilè possint. Cur verò pręter hęc vniuersalia præcepta,alia insuper plenius,ac magis speciatim legibus humanis pręcipere fuerit necessarium ,tres mihi causæ fuisse videntur.
8 Prima causa est; † qa quamuis vniuersalia naturæ præcepta omnibus hominibus, & locis, & temporibus conueniant, non tamen semper, & vbique, & singulis eodem modo, eademque mensura conueniunt.Quare hominum legibus, & institutis ꝓpterea opus fuit, quę iusti naturalis essent tanquàm mensura,vt ait Aristoteles lib.5.de morib.cap.7.& pro locorum, temporū, ac personarum varietate ipsum hoc naturale iustum variè metirentur. Quemadmodum enim alijs in rebus fieri videmus, vt quanuis vini (gratia exempli) triticiq; genus & vendentibus, & ementibus idem sit, non tamen ijs æquales sint mensurę, sed apud eos, qui emunt maiores, apud eos verò qui vendunt mi-
9 nores esse soleant,vt ibidem Aristoteles inquit,Sic † iustum ipsum naturale,licèt sit semper vnum,& idem,atque à se ipso minimè differat, varias tamen regulas,& quasi mensuras habet, quibus variè illud homines applicando quodāmodo metiuntur.Exemplis porrò illustrior tota hęc res fiet.Pietatem erga parentem violari ratio non permittit, quod qui fecerit paterna dignus successione hac ipsa lege naturali videri nō potest.Quoniam verò hac in re certum quendam modum,certamque mē suram inesse necesse est,ideò quoties nos hanc mensuram considerabamus,ac quærimus,an ne patrem filius ita offenderit,vt læsisse pietatem existimandus sit, ac propterea à successione excludi debeat,in eò legis ciuilis dispositionem solam spectamus; cum eam rem metiri, atq; decernere legislatoris munus sit. Ita verò hoc videmus meritum esse Iustinianum, vt cum antea lō
10 gè pluribus ex causis filij ingrati, atque impij haberentur † recteque eo nomine exhæredari possent, ex quatuordecim ipse tantùm causis id fieri permiserit,quas causas connumerat in §. Aliud quoque capitulum.auct.ien.vt cum de appel.cognos.Scimus præterea à patre (dum is vita fruitur) filios educari debere, id enim præcipit lex naturalis, quæ ipso etiam patre mortuo eius substantiam filijs deberi statuit. §. cum autem. auctent. de hæred.& falc.l.scripto.ff.vnde liberi.l.cum rario. ff. de bo. damnat Sed quia dubitari poterat,totanè substantia,an pro parte,& pro qua parte deberetur.Ideò lex ciuilis, quę has partes constitueret,ac metiretur,necessaria fuit,vt toto tit.auctent. de triente,& semisse. Aliud insuper hoc exemplum afferri potest. Si fidem ego tuam sequutus sum,eam mihi seruari lex naturalis iubet.l.cum amplius.§.is natura debet.ff.de reg.iur. Quando verò fidem mihi tuam ita prestitisse existimandus sis,vt ego illam sequutus videar,hoc statuit lex ciuilis,ipsaque sola huius rei quasi mensuram prębet, vt demonstrabitur in Rubr. ff. de ver.obl. pleniſſimè enim hac de re ibi à nobis agendum est.Prima ergo inueniendę legis humanæ causa fuit, vt illa iustum naturale, quod variè apud varios applicari poterat,certis ponderibus,certisque regulis expenderet,ac metiretur.
11 Secundam † huius rei causam fuisse statuo,ne prębeptorum naturalium dissensio, quę discordare inter se nonnunquam videbantur,nos ipsos forsan ancipites redderet,neue iusti, & honesti faciem nobis aliquando occultaret.Etenim naturalia hec prębepta eiusmodi sunt, vt si per se illa consideres, tum quidē semper mirificè simul consentirā,si verò ad varias, indiuiduasque factorum species accommodes,interdum pro locorum,ac
12 temporum varietate pugnare simul videantur † vel saltem aliqua ex parte inter se dissidere.Patrem meum grauissimè lęsisti, quem mihi patrem esse forsan ignorabas, me ipsum verò maxi mo aliquo beneficio decorasti, vt ego huius beneficij gratiam tibi referam,naturæ præceptum illud exigit, quo admonemur benefacientibus benefacere. Pietas tamen huic rei maximè reclamat,si me hoc inuito patre, aut non sine ipsius iniuria factum intelligam. Neque id tantùm euenit cum de honesto,sed
13 etiam cum de iusto disceptatio est,Eiusmodi exemplum † proponit nobis Triphoninus in l. bona fides. ff. dep. Latro spolia, quę mihi abstulerat, deposuit apud Seium inscium de malitia deponentis; vtrùm latroni an mihi restituere Seius debeat? Vt mihi restituat, illud vrget, ꝙ natura cuique id quod suum est, tribui iubet: latroni verò hac in re depositi fides suffragatur, quę tàm inuiolatè seruari se vult,vt nullas audiat excusationes, nullasque compensationes admittat.l.vlt.C.de compens.Qua re hic quoque apertiori legis humanę determinatione opus fuit.Eadem sæpè perplexitas & illis occurrebat,quibus dirimēdarum quęstionum facultas data erat. Fiebat enim, vt dum legis naturalis præceptum aliquod ab iniuria defenderent, aliud planè destituerent,ac sceleſtis hominibus quasi violandum exhiberent, licèt præcepta illa minimè inter se contraria essent,
14 idque hoc exemplo rectè demonstratur. Res † alienas quidam suas esse credentes certo titulo diu possederant;vt eas dominis restituere cogerentur, naturale illud præceptum exigebat, ꝙ nemo debet cum aliena iactura locupletari.l.nam hoc natura. ff.de condict.indeb.Verùm cum id sæpius fieret, eueniebat, vt rerum dominia apud omnes ciues essent incerta, multæque eo nomine contentiones,ac lites orirentur, vnde maximè publica quies lędebatur,cuius vt præcipuam semper curam geramus,naturali lege admonemur,pietateque illa,qua patriæ quisque suæ naturæ vinculo obstringimur. Præsto igitur hic quoque fuit lex ciuilis, quæ hanc sustulit perplexitatem,atque vsucapionum opportunū remedium attulit, quas vsucapiones cō stat non alia de causa, quàm ex hac ipsa inuentas esse. l. 1. ff. de
15 vsuc.l.vlt.ff.pro suo,& inst. de vsucap. in princ. Tertia. † & vltima causa,omniumque potissima, cur prętер legem naturalem sanctionum quoque humanarum nos ope indigeremus, fuit hominum malitia,qui non modò cum iusti naturalis mensurā ignorabant,aut cum prębepta naturalia inter se videbantur dissidere, sed etiam cum iusti,& honesti facies maximè elucebat, ab eo tamen ipso per summum scelus recedebant,atque omni se flagitiorum genere inquinabant, quotidianis enim furtis,cędibus, rapinis communes vtilitates impediebant, publicæque tranquillitatis rationem omnem conturbabant. Quare non tā tùm mœnijs contra vim externam,sed etiam legibus contra ciuium improbitatem ciuitates, atque oppida munire opus fuit, vt rectè Horatius in 3.Saty.

" Oppida cœperunt munire,& condere leges.
" Ne quis fur esset,neu latro,neu quis adulter,
" Iura inuenta metu iniusti fateare necesse est,
" Tempora si,fastosq; velis euoluere rerum. Si quę recta,&
honesta sunt,sponte homines semper amplecterentur, ac sicut cætera animantia, aliæque res naturales omnes finem sibi à natura propositum sponte sequerentur, sola per se lex naturalis ad vitam rectè,& honestè traducendam,& ad publicam vtilitatem conseruandam forsan satis esse potuisset.Verùm longè ali-
16 ter euenire videmus † vt naturę præscriptum,quod à brutis,ab arboribus.& plantis, alijsque rebus omnibus inuiolatè semper custoditur,à solis tamen hominibus quotidie violetur, non ea quidem de causa,quia hęc,quæ diximus, omnia naturę nobilitate hominibus antecellant(immò enim hominum naturam lō gè prestantiorem esse constat)sed quia (vt supra diximus) bruta animalia, aliæque res naturales neque libertatem, aut electionem habent vllam,neque eorum natura quicquàm continet,quod pugnans,& contrarium sit. Nam neque in plātis pars corporalis ab illa animę parte dissidet quam dicimus vegetatiuam,neque in brutis pars vegetatiuam sensibus reclamat;quare nihil ipsis impedimento est, quominus finem semper assequantur sibi propositum,cùm naturę necessitate quadam ad il
17 lum ferantur, neque re vlla ab illo ipso auocentur. At † in hominis natura cum nulla planè insit necessitas, sed liberum sit voluntatis iudicium,inest etiam continuè quasi bellum internum, dum pars animæ sensitiua parti rationali aduersatur. Et certè cum pars illa terrestris,& humana sit,hęc verò diuina, nihil mirum est,si dissident ambę inter se, propterea quòd illa ad humanum semper nos perducit,hæc verò ad recta, & honesta, & ad cœlum ipsum,vnde primam duxit originem,assiduè contendit; Quòd si hæc illi interdum subiiciatur, vt in nonnullis hominib. fieri videmus, ab eiusmodi hominū improbitate, nihil vsque tutum erit,nihil tam sanctū, quod violare ipsi non audeant,Etenim vt rectè Horatius;

Nil mortalibus arduum est,
Cœlum ipsum petimus stultitia,neque
Per nostrum patimus scelus,
Iracunda Iouem ponere fulmina.

In hac hominū nequitia,& improbitate nullo vnquàm tempore

Source : BIU Cujas

pore puto defuisse Philosophos, & prudentes homines, qui
18 de moribus præcepta traderent, vt †quantum in ipsis esset, animos excolerēt, lapsamque in multis rationem erigerent, ac depraua tos hominū mores à vitijs, & flagitijs ad virtutem, atque honestatē reuocarent. Sicq; moralis philosophiæ quædā quasi incunabula vel primis illis tpibus extitisse credibile est, quāuis nōdū essent, vt postea fuerunt, qui hæc accuratius tractarent, ac Moralis, Politicæ atq; Aeconomicæ noīa distinguerent. Neq; verò possumus inficiari, quin cum vel fastu intumescimus, vel alia quacunq; cupiditate miserè obsidemur, semper in primis moralia præcepta ad animos nostros deliniendos, atq; illa quasi ęgritudine recreandos momenti aliquid habeant, quod probè explicat idem Horatius:

Feruet auaritia miseraque cupidine pectus,
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes, sunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello,
Inuidus iracundus, iners, vinosus, amator,
Nemo adeò ferus est, qui non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem accommodet aurem.

19 Sed hoc † totum, quicquid est remedij, quod à solis Philosophis sperari potest, ad publicam quietē, & tranquillitatem satis nō esse quotidie experimur. Quam multos enim videmus, qui rectè præcipientibus planè surdas aures præbent, ipsosq; etiā vltro deludunt ac plenè contēnunt? Quapropter asperius aliquantò remediū necessariū fuit, aliudq; aliqd excogitare oportuit, quod non tm̄ moneret (id quod à Philosophis fit) sed iubendo, vetando, puniendo, etiā inuitos, ac reclamantes in officio retineret. Idipsum verò hac sola ratione fieri potuit, vt singuli populi, ac ciuitates prēter legem naturalē, cui planè oēs alligamur, quibusdā ēt legibus humanis se subijcerent. Fuerunt ergo leges humanæ, quæ huic cōi periculo, quod in vniuersum genus hu-
20 manum intendebatur, verum remediū attulerunt. Quæ † tamē ipsæ duplici egent adminiculo, neque enim firmitatis aliquid habere possent, nisi hinc prudentiū magistratuū, indeq; fortissimorum militū corona munirentut. Totum igitur hoc remediū, in quo simul hæc oīa concurrunt, triplici fundamento subnixum est, nam partim in legū humanarū præceptis, partim in magistratuū cura, & authoritate, partim deniq; in bellorū prę-sidio, militumq; fortitudine positum est; Quæ tria inuicem ita se habēt, vt ex ijs nullum satis per se sit, sed eorum vnumquodque mutua alterius ope indigeat. Siquidem (quod ad leges humanas attinet) parum illæ nobis prodessent, nisi illis magistratus quasi affiderent, qui illas seruari curarent, atque ab improborum hominum iniurijs defenderent. Hùc accedit, q̄ cum leges surdæ, & inexorabiles sint, cumq; accidat plerūq;, vt esse debeat veniæ locus, propterea etiam necesse fuit, aliquos esse moderatores, & tanquàm ministros, ac dispensatores, à quibus bonum, æquumq; liceret impetrare: Quapropter eodem ipso tpe, quo leges ciuiles condi cœperunt, etiam magistratus creati fuere. §. singulorū insti. de rer. diuis. in vltimis verbis. Magistratus verò per se soli non magnam nobis afferrent securitatem, nisi & ipsis leges terrori essent; parum enim tutum esset illorum subijci potestati, si nullis illi legibus alligarentur, sed liberè pro animi sui
21 libidine de rebus nostris statuere possent. De † bellis idem dicē dum est, nam sine legibus, ac magistratibus bella non sufficere tàm clarum est, vt à nobis demonstrari non oporteat: Esse verò bella necessaria res ipsa facilè docere potest, siquidē quoties eue nit, vt scelesti, gratiosiq; homines præ nimia potentia, atq; opibus insolentes legū, & magistratuū authoritatem contemnāt, resq; nostras (vt est multorū audacia) violenter inuadant, ac vel legitimos Reges eijcere, vel Rerumpub. libertatē occupare con tendant, tunc quia nec legum, nec magistratuum ope ad nostra tuto, & quietè obtinenda quicquam iuuamur, nihil reliquū est, nisi vt ad vim, ad ferrum, ad arma deueniamus. Itaque hoc in causa fuit, vt quo tempore mortales & leges cōdiderunt, & magistrat us crearunt, etiam bella recipienda, ac publica authorita te milites armandos existimarint; quamuis & ante leges ciuiles bella hominibus non fuerint incognita. l. ex hoc iure. ff. de iust.
22 & iur. Nam † vel primo initio generis humani, vnguibus, & pugnis pugnare soliti fuerunt, deinde paulatim progredientibus temporibus ea adinuenerunt, quæ ad bellorum vsum magis essent accommodata, quod & Horat. his versibus ostendit.

Cum prorepserunt primis animalia terris
Mutum, & turpe pecus glandem, & cubilia propter
Vnguibus, & pugnis, dein fustibus, atque ita porrò
Pugnabant armis, quæ mox fabricauerat vsus,
Donec verba, quibus voces, sensusque notarent,
Nominaq; inuenere, dehinc obsistere bello,
Oppida cœperunt munire &c.

Atque hic latere nos non oportet totum hoc & legū, & magistratuū, & bellorū præsidium rectè solis legibus posse tribui, cùm legibus ipsis planè cætera contineantur: Nam & magistratibus leges præscribunt, quod illorum munus, & officium sit, vt
23 latè lib. 1. ff. orum compilatores tradiderunt. Item † & bella certis ritibus publicè indici, & geri iusserunt, quibus non seruatis neque bella, neq; hostes, quibus cum pugnaretur, appellari voluerunt, ideoq; nec captiuorum seruitutē inducis; ex quo fit, vt tunc postliminio locus nō sit, vt docet Vlp. in l. hostes. ff. de capti. & post. reuer. Concludamus ergo omniū potissimā legū ab
24 hominibus condendarum causam illam fuisse † vt leges humanæ præsidio essent naturali legi, quæ alioquin scelestorū hoīum iniurijs nimis patuisset. Frustra dictasset rō atq; assiduo monitu illud frustra inculcasset, neminem non modò occidendum, sed ne lædendum quidem, nisi lex Cornelia de sicarijs, lex Aquilia de damno culpa dato, & quæ de iniuriis tùm Romanorum, tū aliorum etiam populorum leges multo antea sanxerunt, pęnarū terroribus, damnisq; propositis, audacium, flagitiosorumq; hominum animos à cędium, iniuriarumque cogitatione deterruissent. Ac ne frustra exemplis recēsendis tps conteram, quæ propemodum innumerabilia afferri possent, satis per se vnusquisque (ad quamcunque iuris ciuilis partem animum conuertat) animaduertere poterit legum ciuilium laborē omnē, omneq; studium consumi in conseruatione naturæ, neque aliud quicquàm eas moliri, aut agere, quā vt naturæ ius omni ex parte integrum, inuiolatumq; conseruetur. Qua ex re facilè intelligimus, quàm arctum inter legem naturalem, humanasq; sanctiones societatis quasi vinculum sit; Quod quidem vinculum
25 tantò arctius etiam ex eo alligatur, quòd † natura mutuū quodammodo humanis legibus præstat officium. Sola est enim lex naturalis, quæ ciuilibus præceptis vim, roburque omne, ac quasi spiritum præbet, quòd ni faceret, præcepta iuris ciuilis oīa iacerent tanquàm demortua, & quasi nullo subnixa fundamento pęnitus conciderent. Neque enim leges ciuiles, quæ ad tutelarum, ac vectigalium munera, atque eiusmodi alia patrię prestā da, tum prēterea quę ad iudicia, ad magistratus, ad iurisdictiones attinent, non planè corruerent, si vnum illud naturæ fundamē tum tolleres, patrię, & maioribus parendū esse, immò verò hoc vno sublato nullæ planè aliæ leges ciuiles consistere possent. Quod cum videret Bar. in l. Iulianus. nu. 27. ff. de condic. indeb.
26 propterea concludebat † ex præcepto solius legis ciuilis naturalem semper oriri obligationem, cū præstò semper adsit illud naturæ prēceptū, vt patrię, & maioribus pareamus. l. veluti. ff. de iusti. & iur. quod tamen non ita planè affirmandum erit, si accipiamus obligationē eo modo, quo accipi in hac materia obligationū & solet, & debet. Quoties enim quærimus, an ex aliqua cōuentione, aut aliqua facti specie oriatur naturalis obligatio, semper expendimus quantum in illo ipso facto naturalis æquitatis insit, ac non eam tm̄, quæ legi ciuil inest, naturalem obligationem consideramus, quamuis ipsi quoque legi ciuili natura parere teneamur. Quod si naturalem hanc obligationē spectaremus, quam secum affert semper prēceptum iuris ciuilis, ac nō eam potius, quæ ex ipsa facti specie immediate proficiscitur, cogeremur fateri etiam in literarū obligatione, item in iuramēto, quod postulante aduersario præstitum est, necnon & in sententia, quæ iudicati vim obtineat, naturalem obligationē non minus inesse, ac cum verè alterius fidem sequuti sumus. Quapropter ciuilis obligatio sine naturali nunquàm reperiretur, quod tamen nequaquam concedendum esse, ex ijs intelligetur, quæ dicemus in rub. ff. de verb. oblig. quo in loco illa fermè oīa, q̄ in tota materia obligationū īsigniora sunt, accuratè explicuimus.

ARGVMENTVM.

NVm leges humanæ ea tantum prēcipiant, quæ particularē (vt vocat Aristoteles) iustitiam attingūt, an vero etiā quæ ad alias virtutes spectant. Tum quid profiteri debeant iurisconsulti, qui leges humanas interpretantur.

SVMMARIVM.

1 *Non ad solam iustitiam, sed etiam ad aliàs planè omnes virtutes natura instituimur.*
2 *Leges humanas non ea sola præcipere, quæ ad iustitiam particularem spectant, exemplis aliquot demonstratur.*
3 *Rectè ne sentiant, qui Iustiniani legibus exceptis à cæterarum rerum omnium doctrina iurisperitum excludunt.*
4 *Duodecim virtutes morales, quas connumerat Arist. rectissimè ad tres tantum rediguntur.*
5 *Prudentia, vel si moralis virtus non sit, tamē ijs in rebus omnibus, quæ ad mores spectant, est apprimè necessaria.*
6 *Qui sint habitus intellectiui, & quomodo inter se differant.*
7 *Quod nam sit prudentiæ munus.*
8 *Quæ quibusque Reip. partibus virtutes magis conueniant.*
9 *Iustitia particularis quotuplex.*
10 *Iustitia vniuersalis quæ: & qua ratione sic seorsum fuerit considerata.*
11 *Eatenus tantum virtutes considerant leges humanæ, quatenus alterum respiciunt.*
12 *Non tantum particularis, sed etiā vniuersalis iustitia ad alterū refertur.*
13 *Eo modo, quo Politici, virtutes considerant etiam iurisperiti.*
14 *Moralis, & Politici an idem subiectum sit.*

Source : BIU Cujas

15 *Quibus populis leges Plato dederit, & quibus dare recusauerit.*
16 *Prosperitati comes audacia, & confidentia.*

CAP. VIII.



Am verò si leges humanæ, vt rectè ostendunt, quę à nobis hucusque tradita sunt, id pręcipuè semper agunt, vt iustum naturale nō modò interpretentur, atque interpretando quasi metiantur, sed etiam à sceleſtorū hominum iniuria defendant, consequens certè est ex ijs omnibus, quæ legi naturali proposita sunt, nihil ab humanis ciuilibusque legibus alienum dici posse, ac nihil planè esse natura iustum, vel honestū, quod non illi omnes & tenere, & profiteri debeant, quibus ciuilium legum vel condendarum, vel interpretandarum onus in-
1 cumbat. Quoniam † verò lex naturalis quid iustum, & honestum sit omnibus in rebus præscribit, ac nō tantum docet, quo pacto ius suum cuique tribuamus, sed etiam quo pacto temperantes, ac fortes esse possimus, cæterasque itidem virtutes omnes seruare, ex hoc intelligitur legum humanarum conditores virtutes sibi omnes considerandas proponere, ac non ad illam solam virtutem nos instruere, quæ ius suum cuique tribuit, & quàm magis peculiari vocabulo iustitiam dicimus. Negari quidem non potest, quin illa iurisconsultorum quodammodo magis propria sit, ac sæpius etiam considerari soleat, ijs in rebus præsertim, quæ ad pacta, conuentiones, contractusque attinent, vtpotè quæ ex omnibus virtutibus vna in rebus contrahendis, rerumque contractarum fide versatur, solumque illud cauet (siue in commutando, siue in distribuendo posita sit) ne plus quisquàm accipiat, quàm accipere eum par sit, vt docet Aristoteles libro quinto, de moribus, capitulo primo. Verumtamen si leges omnes generatim, atque in vniuersum
2 spectabimus, videbimus † non hunc solum scopum sibi illas proponere, sed ea dictare, ac suggerere nobis omnia, quæ etiam ad alias quascunque virtutes pertineant, nosque prorsus ad rectam, & honestam viuendi rationem instituere valeant. Fac aliquem ex acie timidè aufugientem locum deseruisse, aut forte clipeum abiecisse; nullum hic quidem cernimus iniustitiæ crimen, vt rectè aduertit Aristoteles in loco proximè adducto, & tamen non ignoramus hoc quoque crimen humanis legibus vindicari. Solebant enim apud Romanos ex eiusmodi delictis milites exauthorari. lege secunda, §. ignominiam. ff. de his, qui not. infam. l. milites. §. missionum. ff. de re milit. Adde, quòd cum adulterium quis commisit, si lucri gratia potissimū id fecerit, iniustitiæ quidem dandum hoc est, sed si nihil acceperit, quin potius (vt fit plerunque) aliquid erogauerit, intemperantem hunc magis, quàm iniustum habendum esse rectè Aristoteles tradit, & tamen lex Iulia neque etiam hoc casu adulterium impunitum relinquit, sed omnes planè alienarū nuptiarum temeratores gladio punit. §. item lex Iulia. institu. de publ.
3 iudic. Quapropter † crediderim ego illos errare, quos sæpe audiui à cæterarum virtutum cognitione, aliaque omni planè doctrina iurisconsultum excludere. Putant enim excepta hac vna iustitia, quam particularem Aristoteles nominat, nihil aliud de moribus, de vitæ instituto, de rerumpub. administrandarum ratione nos profiteri, nihil quęrere oportere, satisque illud esse, si ex Iustiniani legibus addiscamus, quo pacto ius cuique suum tribui oporteat, quare ad solos Iustiniani libros euoluendos, tāquàm ad ergastulum quoddam nos detrudunt. Nequaquàm tamen hoc ita est, verè enim nos totum philosophiæ illius campum excurrimus, quæ ad mores instituendos, actionesque nostras omnes componendas attinet, vt non solum ex ijs, quæ diximus, facile possumus intelligere, sed perspicuè à Vlpiano docemur in lege prima, in princip. ff. de iusti. & iur. Quare †ex duo-
4 decim illis, quas connumerat Aristoteles virtutibus moralibus nullam planè a nobis aliena existimamus. Quod quidem ita esse clarius perspiciemus, si illas cum Cicerone ad pauciores redegerimus, id quod commodissimè fieri potest. Ad tres tātùm illas redigit Cicero libr. 1. offic. Nempe ad temperantiam, quę in dictorum ac factorum modo consistit, ad fortitudinem, quę in animi robore posita est, & denique ad hāc quam speciali nomine iustitiam dicimus, quæ in tribuendo ius suum vnicuique, & tuēda hoīum societate versatur. His tribus moralibus virtutibus addimus deinde prudentiam † quæ tamersi moralis non est,
5 cùm inter alias virtutes intellectiuas, nimirum intellectum, sapientiam, scientiam, & artem prudentia quoque numeretur, vt est apud Aristotelem libr. 6. de moribus. tamen ex his quinque solam prudentiam nobis merito vendicamus, quandoquidem ab hac vna rectè agendi præcepta sumimus, atque huius ope, quæ iusta, & honesta sunt, à contrarijs secernimus. Prudentiæ
6 enim non id propositum est † vt principia vniuersalia intueatur, id quod facit intellectus. Rursus nec res diuinas speculatur, quod soli sapientiæ tribuendum est. Neque vt scientia cognoscit ex causis primis, atque immediatis, quæ non possint aliter
7 sese habere. Nec denique † vt ars regulis vllis perficitur vniuersalibus, sed singula tantum atque individua scrutatur, in consiliis, factisque modum, & ordinem statuit rerum progressiones animaduertit, præteritis præsentia comparat, indeque rectius de futuris decernit; sicque ex sola rerum experientia conflatur, atque perficitur. Quocirca hoc prudentiæ lumen vsque adeo ad nostram hanc practicam disciplinam necessarium est, vt nisi omnibus rebus in agendis nobis præluceat, non iustum ab iniusto, non honestum ab inhonesto, non denique à vitijs virtutes ipsas internoscere valeamus. Erunt igitur quatuor virtutes nobis propositæ, nimirum prudentia, temperantia, fortitudo, ac iustitia, quæ cęteras omnes complectuntur, & ad
8 quas præcipuè, qui leges condunt, oculos intendere debent. Etenim † in ciuitate rectè legibus constituta non solos ciues, sed & magistratus & milites esse oportet, at in magistratibus prudentia est necessaria, in militibus fortitudo, à reliquis ciuibus temperantiam maximè exigimus, ac moderationem. Quapropter dubitari non potest, quin cum his omnibus leges dare, ac perfectum totius ciuitatis statum componere instituimus, necessarium sit in primis, vt prudentiam, fortitudinem, ac temperantiam nobis ante oculos proponamus. Insuper verò quoniam ij, quos diximus omnes & magistratus, & milites, & ciues pro singulorum dignitate, & meritis afficiendi sunt, cauendumque etiam est, ne in commutationibus, & commercijs quisquam decipi possit, ad hoc præsto est iustitia, † quę
9 propterea rectè ab Aristotele in duas partes diuiditur, commutatiuam, ac distributiuam; Atque iccircò illa quoque omnibus semper in rebus spectanda nobis est, vtpotè quæ per alias virtutes omnes diffusa implicat eas inter se fortissimo vinculo æquitatis, & concordiæ, facitque, vt illæ sibi omnes quàm maximè consentiant. Satis iam demonstratum fuisse arbitror omnes virtutes legum conditoribus debere esse propositas, ac propterea nobis quoque, qui legum interpretationem profitemur, cognitas esse oportere. Quodipsum Aristoteles non
10 modò affirmauit † sed propter hanc ipsam causam vniuersalis iustitiæ nomine omnes virtutes cōprehendi voluit. Etenim præter iustitiam particularem, quam in eo positam esse dicit, ne quis plus, quam par sit, accipiat, iusque suum cuique tribuat, statuit & aliam, quæ omnes virtutes complectitur, iustitiamque vniuersalem nominat. Eam verò sic seorsum statui, atque à particulari iustitia seiungi debere eo probat argumento, quia non potest is non iustitiæ laudem mereri, qui quę legibus imperantur, obseruat. Quod cùm ita sit, consequens est, iustitiam dari aliquam, quæ omnes virtutes contineat, propterea quòd minimè dubitandum existimat, quin ea omnia, quæ ad quascunque virtutes attinent, humanis legibus præcipiantur. Vnum porrò hic prætereundum non est, in quo solo lex humana, quæ alijs omnibus in rebus legis naturalis vestigia sequitur, prout hucusque à nobis demonstratum est, illam non prorsus imitatur. Nam lex humana omnia quidem illa sibi proponit, quæ virtutum omnium sunt, quemadmodum
11 lex naturalis, sed dissimili tamen ratione. Considerat † illa lex naturalis absolutè, etiam quatenus ad singulorum mores componendos spectant, neque quempiam alium respiciunt, leges verò humanæ eo ipso tantùm considerant, quatenus ad alte-
12 rum referuntur. Qua ex re fit, vt † non tantùm particularis iustitia, sed etiam vniuersalis, vtpotè quæ in harum legum obseruatione posita est, omne suum munus alteri tribuat, & nunquàm non ad alterum referatur, vt docet Aristoteles libr. 5. de moribus, capitulo primo. Referunt enim legislatores quæcunque decernunt ad communem vtilitatem, vel omnium vel optimarum, vel principum, vt varia sunt ciuitatum instituta, quæ vel communi omnium libertate fruuntur, vel vnius Regis, aut paucorum imperio subijciuntur. Neque enim pręcipient leges nos affabiles esse, item nec liberales, aut in sumptibus, & cibis parcos, quatenus hæ virtutes ad singulos tantùm ornandos spectant, sed ita demum si forsan hæc, quæ diximus, aliquando alium respiciant. Forsan enim interdum legislatores illum puniendum existimabunt, qui propter illiberalitatem alicui prędidium in tempore non attulerit, vel epularum sumptibus ob publicam vtilitatem modum imponent, sicque publicę vtilitatis gratia continentiam imperabunt, quo nomine antiqui Romani maximè commendantur, apud quos summi, & ditissimi viri (vt est apud Valerium, & Plinium) in propatulo cœnare solebant, vt ipsorum continentia vniuerso populo magis pateret. Eam ob rem verè concludi potest † iurisperitos, licet moralem ipsi quoque disciplinam profiteantur, non tamen vt morales, sed vt politicos & iustitiam, & virtutes alias omnes considerare, quandoquidem moralis facultatis, atque politicè est quidem vnum, idemque subiectum nimirum vt hominem considerent quatenus virtutibus, & fœlicitati subijcitur. Verùmtamen hoc diuersa ratione ab
13
14 vtraque fit, nam † moralis quęcunque tradit prędepta ad

illum

Source : BIU Cujas

illum ipsum refert, quem instituit, politica verò ad commune bonum omnia redigit, quod etiam legislatores, ac iurisperitos facere minimè dubitandum est. Ex hoc etiam colligitur politicæ facultatis non ignaros esse oportere, qui legum se conditores esse profiteantur. Quod † cum intelligerent Magnesij, & Siculi, à Platone harum rerũ omnium peritissimo sibi leges scribi curarunt. Idemque ab eo postularunt etiam Thebani ac Cyrenaici, quibus tamen Plato morem gerere ea ratione recusauit, quòd diceret ob nimiam, qua tum fruebantur, prosperitatem † cui se comitem semper audacia, & confidentia præbere solet, haud facilè esse eiusmodi leges inuenire, quæ apud ipsos firmę, ac stabiles futuræ sperarentur. Atqui certè si concedimus (vt necessariò concedendum est) eum qui leges condat, moralem, ac politicum esse oportere, idem cogemur & de iurisconsultis affirmare, qui leges conditas interpretantur. Quomodo enim hoc interpretandi munus præstarent, aut quomodo ijs in rebus, quæ fortè non omni ex parte legibus expressa essent (cuiusmodi passim multa reperiuntur) verosimilem legislatoris mentem assequerentur, si ea ignorarent, quę ad mores, ad vitæ institutum, & ad Reip. gubernandæ rationem spectant, & quæ ipsum legislatorem in condendis legibus præoculis habuisse inficiari non possumus?

ARGVMENTVM.

EX ijs, quæ de legum humanarum fine, ac de iurisconsultorum instituto tradita sunt, iurisprudentiæ nobilitatem, ac præstantiam aliquidò elucere; Neque illa qui cquàm aduersari quę contra multi afferunt, dum conantur ostendere leges ciuiles, & totam iurisprudentiam à sola hominum opinione pendere.

SVMMARIVM.

1 *Qua ex re maximè artis alicuius, seu facultatis præstantia cognoscatur.*
2 *Architectonica quæ sit, & cur artium omnium dicatur Regina.*
3 *An vlla in re à politica facultate differat iurisprudentia.*
4 *Qui verè iurisconsultus dici possit, eundem & moralem & politicum esse necesse est.*
5 *Ius ab opinione pendere quibus rationibus nonnulli ostendant.*
6 *Variorum populorum leges non modò variæ inter se, sed & planè contrariæ.*
7 *Insigne Claudij exemplum, qui quod licere sibi voluit, pridie omnibus lege permisit.*
8 *Multi sunt in Philosophia rudes, qui tamen iurisprudentiæ laude excellunt.*
9 *Quid potissimum legum conditores profiteantur.*
10 *Quàm sæpè iurisconsulti ab ipsa natura legum rationes desumant.*
11 *Cur tanta humanarum legum varietas sit, ex Platone causa affertur.*
12 *Eiusdem varietatis altera ratio, ex eodem Platone.*
13 *Quæ res maximè rectum iudicium impediant.*
14 *Nonnullæ sunt leges ex solo iurisconsultorum artificio potius introductę, quàm ex naturali vlla ratione desumptæ.*
15 *Legitima omnia sunt quodammodo iusta secundùm Aristotelem.*
16 *Et morales, & Politici esse possunt etiam qui Aristotelis libros nunquàm perlegerint.*
17 *Talis esse debet iurisconsultus, qui rectè Remp. possit administrare, atque omnibus in rebus æquum ab iniquo secernere.*
18 *Cur dixerit Vlp. iurisprudentiam esse rerum tàm diuinarum, quàm humanarum peritiam.*
19 *Cur solius particularis iustitiæ, ac non aliarum virtutum diffinitionem nobis & Vlp. & Iustin. proposuerint.*
20 *Verba illa, ius suum vnicuique tribuens, à iustitia vniuersali non prorsus abhorrent.*
21 *Prima verba Vlp. in iustitię diffinitione quomodo accipienda.*
22 *Dictio, perpetuum, variè vsurpatur.*
23 *Quomodo Tullius accipiat, quod dicit constantem, & perpetuam in Remp. voluntatem.*

CAP. IX.

IAm paulatim res deducta est, vt ex iis, quæ diximus, iurisprudentiæ nobilitatem, ac præstantiã facilè perspiciamus; Verè enim iurisprudẽtiam esse demonstrauimus, quæ ad Rerump. sedeat gubernacula, neque ea solum teneat, quæ ad vitæ institutum, & ad singulorum mores attinent, sed & ea omnia planè cognoscat, quæ ad publicam vtilitatẽ spectant, ac politicę facultatis sunt, quin & totã ipsam Politicã (quicquid ꝯ alii sentiant) in se cõtineat, & cõplectatur. Quod cum ita se habeat, videtur mihi ex hoc solo nostræ huius iurisprudentiæ splendor ita elucere, vt nulla re alia magis illustrari possit. Compertissimum est enim, omnes artes † ac disciplinas, quæ ad actiones humanas pertinent, hoc ordine sese habere, vt semper quæ dignitate inferior est, alterius præstantioris fini subiiciatur, donec tandem ad eam deueniatur cuius finis supremus sit, atque idcircò principem inter cæteras omnes locũ obtineat. Quoniam ars illa (vt exemplo clarior res fiat) quæ equos frenari docet, ad equitandi vsum comparata est, ideò equitandi disciplinam, cui illa qua famulatur nobiliorem esse necesse est. Rursus quoniam neque hæc fine suo contenta est, sed bellorum commoditatibus inseruit, meritò illi disciplinæ, quæ rectam militandi rationem demonstrat, nobilitate concedit. Demum verò quoniam neque militaris disciplina per se nobis satis prodesset, nisi Reipub. defensionem susciperet & politicę facultati, quæ totius ciuitatis, ac Reip. curam susci pit, supremumque finem sibi proponit, obsequium hoc præstaret, propterea politicam hanc facultatem splendore, ac dignitate nõ militari tantùm disciplinæ, sed aliis planè omnibus antecellere necesse est. Hæc † igitur est artium omnium quasi Regina, quam non semel Aristoteles architectonicã appellauit, quòd non secus, ac soleant architecti, sua cuique munera partitur, rebusque omnibus, quæ ad rectum totius ciuitatis statum quasi extruendum attinent, certam rationem, ac certum modum prescribit: Hæc virtutes omnes commonstrat; Hæc ciuium mores componit & moderatur: Hæc denique prouidet omnia, nihilque, quod ad ciuium omnium fœlicitatem pertineat, à se alienum esse arbitratur. Atqui certè ipsam quoque iurisprudentiam (si aut Iustiniani leges, aut alias quascunque diligenter euoluamus) hoc planè idem & profiteri, & præstare comperiemus. Quo fit, vt † nulla ex re alia à Politica facultate iurisprudẽtiam distinguere possimus, nisi quia iurisprudentia præter hæc omnia certarum insuper aliquarum legum cognitionem sem per profitetur, quod nec Politico, nec morali Philosopho est necessarium. Itaque licèt non omnes morales sint politici, neque omnes politici iurisconsulti, iurisconsultum tamen eundẽ & politicum, & moralẽ esse oportere existimamus. Quod diximus non omnes morales politicos esse, apertissimum est, cum sæpe eueniat, vt qui virtutibus omnibus instructus est, ignoret tamen qua ratione illas ad cõmunem conferat vtilitatem, id quod politico est necessarium: Nec minus etiam apertum illud est, quod diximus, non omnes politicos esse iurisconsultos; Etenim si quis vel perfectam virtutum omnium cognitionem adeptus sit, ac planè etiam norit, qua ratione illas ad communem vtilitatem accommodet, is tamen nisi vel Solonis, puta, vel Lycurgi, vel Iustiniani leges, aut alias quascunque teneat, quas vel ipse, vel alius quispiam condiderit, rectèque valeat illas interpretari, nõ verè, ac propriè, ipsoque actu iurisconsultus, iudicio meo, dici poterit. Contra verò † cum iurisconsultum aliquem proponis, qui vel Iustiniani, vel alias quascunque leges, quibus publicę fœlicitatis ratio instituatur, iam probè teneat, rectèque illas interpretari, extendere, coarctare, atque vbi vsus eueniat, ea quæ à legislatore fortè prætermissa sint supplere valeat, idem hic proculdubiò cognoscet, quo pacto virtutum vsus ad publicam vtilitatem conferatur; atqui idipsum cognoscere non posset, nisi virtutes quoque per se ipsas, prout cuiusque animum instituũt, & exornant, planè teneret: Quare cum hoc moralis facultas præstet, illud verò politica, propterea fateri debes, eum quem das iurisconsultum esse, & moralem pariter, & politicum esse oportere. At hic multos forè video, qui non tantùm addubitent, sed hoc planè falsum esse contendant, siquidem falsum & illud videtur, quod supra affirmauimus, & à quo vno pendent hæc omnia, nimirum leges ciuiles iusto naturali planè conuenire, Ex quo fit, vt quamuis ea omnia, quæ rationi, atque honestati quoquo modo conueniunt, ad legem naturalem spectent, non propterea tamen ad leges humanas pertinere videantur. Quod † verò leges ciuiles, & humanæ nullis certis naturæ fundamentis subnixæ sint, sed ab hominum potius opinione pendeant, eodem modo demonstrari posse videtur, quo Thrasymachus, Protagoras, Aristo, aliique nonnulli demonstrare conati sunt nec naturæ ius vllum extare. Siquidem quæ natura ipsa consistunt, vbique locorum eadem esse cernuntur, eademque ab omnibus iudicantur; Neque enim vlli populi sunt (vt in Minoe inquit Plato) apud quos non ea quæ vehementius trahunt, grauiora, contraria verò leuiora habeantur. Non magis apud Græcos, quàm apud Indos ignis vrit, neque minus nobis, quàm Hyspanis bene olentium odor suauis, aut Symphoniæ iucundus auditus. At † de legibus nequaquàm hoc affirmari potest, cùm illæ variis in locis non modò variæ, sed & planè contrariæ sint, fiatq; sæpenumero, vt quæ ab aliis penitus improbantur, ab aliis tãquã iustissima, & honestissima recipiantur. Quid est, quod nostris legibus tantoperè improbetur, quàm posse cum cõsanguineis, vel affinibus cõsistere matrimonium? Et tamẽ legimus Persas, Medos, & Parthos id maximè solẽne, ac iustũ connubium habuisse, quod cum maximè cõiunctis, matribus, sororibus, aliisque consanguineis esset contractum. Legimus etiam Arabas vnã omnibus cõsanguineis vxorẽ esse voluisse, cosq; solos, qui

inde nati essent, legitimos duxisse, cæteros adulterinos existimasse. Apud Scythas scribit Iustinus nullum delictum furto grauius fuisse, qualescunque illæ res fuissent furto subtractæ; Et tamen Lacedęmoniis eduliorum furta permittebantur. Leges vbique seditiosos homines detestantur, & tamen lege Solonis tenebatur, qui in seditione populari neutra ū partium extitisset, ita vt seditionibus quasi assensum præstare cogeretur. Addamus & illud, quod ali filios, & educari hæ, quibus nunc vtimur, Romanæ leges in primis præcipiunt, at veteribus Romanorum legibus filii post triennium exponi, & quocunque etiã tempore impunè occidi potuerunt. Nec dissimile fuit Carthaginensium institutum, qui filios proprios in Deorum sacrificiis tanquam victimas iugulare non modò licitum, sed pium, & sanctum esse iudicarunt. Hæc & alia eiusmodi exempla, quæ possent afferri, eam sententiam suadere videntur, in solo legislatorum arbitrio leges humanas positas esse, & ab ipsis variè pro singulorum libidine excogitari, atque confingi solere. Quade re illud à veritate non prorsus alienum videtur, quod ex ipsius Thrasymachi sentẽtia Plato refert, nimirum ius nihil aliud esse, quàm quod vtile est ei, qui plus potest. Præscribunt enim (aiebat) legibus suis Principes, quod sibi commodum putant, atque id, quia lege sancitum est, ius habetur; Quandoquidem vt pastores non gregis, sed suæ, dominorum quę vtilitati prospiciunt, sic omnes, qui rerum potiuntur Principes sibi tantùm, suisque commoditatibus, inseruiunt, quæ quoniam variari possunt, propterea ipsas quoque leges variari sępe contingit: Id
7 quod optimè etiam Claudij Romani Imperatoris exemplum demonstrat, qui (vt est pud Suetonium) Agrippinę Germanici fratris sui filiæ illecebris in amorem pellectus veniam prius talium coniugiorum passim omnibus dedit, quę ante id tempus incesta habebantur, ac deinde vix vno interposito die cum illa ipsa nuptias contraxit. Quod si naturæ fundamentis leges ciuiles niterentur, ac legi naturali conuenirent, non certè tàm varijs, immò & planè contrarijs legibus homines vterẽtur; quẽadmodum videmus non variari legem naturalem §. sed naturalia inst. de iur. natur. gent. & ciuili Religio legis naturalis est, ideò nulla gens tam fera (vt in Tusculanis inquit Tullius) nec tam immansueta, quę etiam si ignoret qualem Deum haberi deceat tamen non & habendum, & colẽdum sciat. Nulla gens est, quæ patriæ, ac parentibus pietatem deberi neget, & quę non fidem seruandam, & ijs, qui de nobis benemeriti sunt, gratiam referẽdam esse fateatur. Ex hoc etiam tolli videtur, quod diximus eadem planè iurisconsultis, quæ & philosophis esse profitenda,
8 Quam multos † enim videmus iurisconsultos, qui hæc quæ de moribus, ac de ratione vitę à Philosophis traduntur, nunquàm didicerunt, ac ne tractari quidem solere vnquàm audierunt & tamen satis assequuti esse existimantur, si tanquàm illius tantũ iustitiæ custodes, quæ ius suum vnicuique tribuit ex Iustiniani legibus didicerint, qua ratione fori, ac iudiciorum controuersias dirimere possint. Atque hoc solo videtur esse contẽtus Iustinianus, qui in principio tituli inst. de iust. & iu. illam tantum iustitiam nobis proponit, quæ ius suum cuique tribuit, quod idem facit Vlpian. in lege iustitia. ff. de iust. & iur. Quocirca videtur sentire hac vna iustitia excepta cæteras virtutes iurisconsultis non esse necessariò cognoscendas. Hæc potissimum sunt quę passim contra iurisconsultos afferri solent, quæ licèt primò aspectu coloris aliquid habere videantur, facili tamen negocio dilui possunt. Verè enim negari non potest (quod & sentit Aristoteles libro quinto Ethic. cap. ult.) quin † legum conditores
9 id præsertim agant, vel saltem profiteantur, vt quas condũt leges honestati ac rationi naturali quàm maximè consentiant. Quod ipsum nostri Imperatores, ac iurisconsulti multis in locis ostendunt † dum ab ipsa natura variarum legum rationes
10 deriuant, vt in lege cum ratio. ff. de bonis damnat. leg. scripto. si vnde liberi. lege nam hoc natura. ff. de condit. indeb. lege iure naturę. ff. de reg. iur. lege maximum vitium. C. de lib. præter. §. vlti inst. de Attilian. tut. Nec cui quàm obscurum est, prætores in suis edictis id maximè operam dedisse, vt naturalem rationẽ & æquitatem tuerentur. lege prima ff. de pact. lege prima. ff. de const. pec. & alibi sæpissimè. Quomodo autem hoc facere & prætores, & iurisconsulti, & Imperatores potuissent, si quid ratio singulis in rebus sequendum, aut fugiendum præscriberet, ignorassent, aut virtutes alias præter iustitiam à se alienas esse duxissent? Ad illud verò quod de tot variis, & planè monstruo
11 sis legibus adducebatur, respondet Plato in Minoe † non propterea tolli, quin singulis factorum speciebus, quæ humanis legibus comprehẽduntur, verum illud iustum, & honestum semper reperiatur, quod legi naturali consentaneum sit, & nullorum opinione mutari possit: quandoquidem videmus etiam Medicos sæpè variare, neque omnibus hominibus, aut in quacunque passim ægritudine, seu qualibet anni regione eadem præbere medicamenta. Videmus agricolam non cuilibet solo eademve ratione committere. Videmus denique coquum in condẽndis obsonijs non eandem semper normã tenere. Nec tamen propterea quisquàm affirmauerit istorum omnium regulas ab opinione potius pendere, quàm naturâ ipsa, & certa ratione constare. Quarum rerum exemplo rectè cõcludemus, leges quoque ipsas pro temporum varietate variari posse, idque non modo absonum non esse, sed rationi maximè conuenire, vt docet Romanus Pontifex in c. non debet. extra de consang. & affinit. cũ immò sępe pro causis, & personis variè statuendum sit, vt inquit Scęuola in l. vlti. supra tit. proxi. Verũ si facti speciem aliquam proponamus, certis quasi cancellis restrictam, & coangustatam, ita vt nullo locorum, vel personarũ aut temporum discrimine variari possit, in ea semper iustum natura sua constans, & stabile reperiri necesse est, quod & Scythæ, & Aegyptij, & quicunque alij, qui modò rectè iudicent, iustum esse fateantur, quodque non falsa cuiusquam estimatione immutari valeat. Est quidem hoc per se verissimum, quod tradit Plato, & ijs quæ ipse ibi docet maximè conuenit, sed nõ prorsus illud diluit, quod nobis obijciebatur. Etenim quęnam locorum, aut temporum tãta diuersitas efficere potuit, vt apud Agathyrsos potius, quàm apud alios communes vxores habere permissum fuerit, vt apud Massagetas, vel si proprias singuli haberent vxores, impunè tamen vnusquisque alienis abuti potuerit, vt apud Persas, qui cum matribus rem habere rectum, & honestum iudicabant ipuere tamen quod per se honestissimũ & est, & ab omnibus habetur, indecorum & turpe fuerit iudicatum, vt denique furari apud Lacedæmonas, apud Athenienses seditionibus interesse, apud Romanos, & Carthaginenses proprios natos exponere, itemq; immolare tanquàm iustum recipi, atque approbari debuerit? Alia igitur insuper huius rei ratio
12 assignanda est, quam ab ipso Platone ibidem docemur, † vt dicamus, vel si in singulis factorum speciebus iustum illud, & ęquabile semper inest, quod natura firmum, constans, & inconcussum est, ita tamen fieri interdum, vt legis latores non illud assequantur: Eiusque rei causam esse vel ingenij leuitatem (qua ratione etiam Medici qui parum ingenio, aut doctrina valent, à veris medendi regulis sæpenumero aberrant) vel etiam uarias
13 animi affectiones † quæ rectam iudicandi rationem quam maximè impediunt. Verum id ingenij culpa frequentius inuenire credibile est, quandoquidem non omnes homines ea ingenij acie, & sagacitate sunt, vt omnibus in rebus veritatis scopum attingere valeant. Quo fit vt eadem de re variæ sæpenumero sententiæ sint, non secus atque ea quę nostris sensibus subijciuntur, quanuis eadem per se sint, variæ tamen ab alijs, atque alijs iudicantur, Cum in hominibus alij sint, qui clarius cernunt, qui sagacius odorantur, alij verò in quibus, & horum, & aliorum sensuum iudicium facilè decipitur, quod in ijs præsertim euenit, qui alicuius rei planè imperiti sunt. Quare vt in cantu, & picturis multa offendunt doctos, quę fugiunt imperitos, sic qui plus doctrina possunt, rectius omnia iudicant, qui verò ea destituuntur, maximos in errores sępe incidunt. At non rarò illud etiam accidit, vt mens humana (quemadmodum dicebamus) ira, aut odio, alijsue animi cupiditatibus obsessa ob eam quasi ægritudinem verum à falso internoscere non possit, vt ille, qui febre laborat, ciborum nec varietatem distinguere, nec suauitatem degustare potest. Nõ est ergo, q leges illas tàm vanas, ac tãppemodũ monstruosas miremur quas paulò ante cõmemorauimus. Faciebant enim hęc, q proximè diximus, impedimenta vt quemadmodum nos remum in aqua inflexum iudicamus, sic nonnulli interdum populi, & reges quæ recta erant, & honesta, tanquàm torta, & inflexa reijcerent, quæ verò omni aduersabantur iustitiæ, & honestati, ea vt iustissima, & honestissima, haud grauatè legibus suis amplecterentur. In eiusmodi tantũ legibus illud valeat, quod dicitur in l. prospexit. ff. qui, & à quib. durum est, sed ita lex scripta est: Valeatque in his præsertim q Iulianus affirmare non dubitauit, non omnium quæ à maioribus instituta sunt rationem reddi posse. l. non omnium. ff. de legib. Quanquàm fateor † in Iustiniani quoque legibus nonnulla reperiri ex nimio iurisconsultorum artificio, ne dicam superstitione introducta, in quibus rationem aliquam naturali legi consentaneam inuenire non admodum facilè est, vt est illud, quod quis pro parte testatus, ac pro parte intestatus decedere non possit. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. tametsi huic regulæ omnia inniti videntur, quæ de iure accrescendi constituta sunt. l. si duobus. ff. de milit. testament. & § non autem. inst. de hęred. instituen. Vt est etiam, quod paganus duo testamenta relinquere non possit, quæ ambo firma, ac ualida sint. l. quærebatur. ff. de milit. testam. § posteriore. inst. quibus modis testa. infirm. Quæ quidem traditiones, vel si naturæ non reclamant, non tamẽ tàm commodè videntur ab ipsius naturę fontibus posse deriuari. At in legum ciuilium interpretatione non temerè ad hoc præsidium confugiendum est: Immò enim in eo præsertim nobis est elaborandum, vt quæcunque siue Imperatoris constitutio, siue iurisconsulti sententia, siue alia quælibet legis decisio proponatur, eius semper rationem aliquam naturali iusto consentaneã assignemus, eum minimè dubitandum sit quin ij, qui legum instituendarum munus suscipiunt, studiosè semper naturale iustum inquirant, aut saltem id se facere ante omnia pronteãtur.

Atque

Source : BIU Cujas

15 Atq; id cauſæ fuit,cur dixerit Ariſtoteles† omnia legitima quodammodo iuſta eſſe,ideoque in ſola legum obſeruatione iuſtitiæ vniuerſalis totum munus expleri,quemadmodum & ſupra retulimus. Hinc rectè defendũtur, quæ de iuriſprudentiæ nobilitate,ac præſtantia ſuperius diximus. Nam ſi iuriſcõſulti munus eſt,vt leges ciuiles,quibus totius Reipubl.gubernandæ ratio cõtinetur, varijs euẽtibus ita accommodet, vt ſemper illas ad naturalem rationem,& honeſtatem referat: quiſnam quæſo hoc tantum audeat profiteri,qui ſibi prius in animum induxerit, ea quæ de moribus,ac de Rerũpubl. adminiſtrãdarũ ratione à philoſophis præcipiuntur,nihil penitus ad ſe ptinere? At multi (inquies) paſſim reperiuntnr,qui omnia hæc ignorant, & iuriſcõſulti tamen ſunt;Eos ego iuriſconſultos eſſe non inficiabor,cũ præſertim videamus Ariſtotelem non illis tantum, qui rectè cythara modulãtur,ſed etiam illis, qui ſono quantumuis inſuaui auribus noſtris odiosè obſtrepunt, cytharedi tamen nomen tribuere. Atqui certè,quoniam non me latet complures & noſtra ætate eſſe,& ſupetioribus ætatibus extitiſſe à philoſophiæ ſtudijs alieniſſimos homines, qui tamen in hoc iuriſprudentiæ ſtudio plurimum profecerunt, veramque, & ſolidam eruditio-
16 nis laudem ſibi pepererunt,nunquàm ego conceſſero† ea ipſos ignoraſſe,quæ ex politica,moralique Philoſophia diximus eſſe à iuriſconſultis depromenda;ſed ſunt,qui natura plurimum valent,& quantum cæteri, qui minus ingenio poſſunt, doctrina, atque eruditione aſſequi ſolent,tantundem ipſi ſolo naturæ habitu aſſequuntur. Quapropter vel ſi Ariſtotelis libros nũquàm legerint,eadem tamen, quæ docet Ariſtoteles,interrogati ſæpè reſpondebunt, eaſdemque planè rationes,atque interdum etiã meliores fortaſſe aſſignabunt. Quod non tantùm in iuriſcõſultis,ſed in rudibus planè,ac ruſticis hominibus cernitur, qui ſolo naturæ præſidio adiuti & philoſophantur, & ſyllogizant, & eadem illa quæ rethores tradunt, præcepta dicendi ſæpiſſime ſeruant.Nec mirum,cùm ex ipſius naturæ fontibus hæc omnia profluxerint, ſi plus in ijs natura ſine doctrina, quàm ſine doctrina væleat natura.Quanquam inficiari non poſſumus, quin cùm ad naturam eximiam acceſſerit doctrinæ cõfirmatio,multò clarius,& illuſtrius hæc naturæ munera appareant. Quocirca quoties mihi aliquem proponis, qui quod iuriſconſulti munus eſt, rectè obeat, atque in legum interpretatione ea ſemper reſpondeat,& decernat,quæ rationi, & honeſtati conſentanea ſint, dum id faciet, ego illum dixero ſi minus ex diſciplina ulla. at ſaltem ex ſolo naturæ habitu probè tenere non tantùm, quæ iuſtum,ſed etiam quæ fortem, ac temperantem deceant, atque alia planè omnia quæ ad totius ciuitatis ſtatum, rectamq; Reipubl. adminiſtrandæ rationem pertineant. Nec ſecus certè Iu-
17 ſtinianus ſentit,dum in prooemio inſt.§.vlt.Reipubl. † adminiſtrationem iuriſconſultis pollicetur. Sentit etiam hoc idẽ Vlp. in l.j.ff.de iuſt.& iur.vbi talem vult eſſe iuriſcõſultum, qui æquũ ab iniquo,licitum ab illicito diſcernere poſſit, quod certe is nõ preſtabit,qui non virtutes omnes planè cognouerit,cum etiam ea quæ cęteris virtutibus præter iuſtitiam aduerſantur, iniqua
„ ſint,& per leges minimè iiceant. Inquit ergo Vlp. Iuſtitiam nã-
„ que colimus,& æqui,& boni notitiam profitemur, æquum ab
„ iniquo ſeparantes, licitum ab iniquo diſcernentes, bonos non
„ ſolum metu pęnarum, verumetiam præmiorum quoq; exhor-
„ tatione afficere cupientes,veram,ni fallor,Philoſophiam,non
„ ſimulatam adfectantes. Ac denique idipſum non obſcurè no-
18 bis inſinuant & Vlpianus, & Iuſtinianus † dum deſcribunt iuriſprudentiam;ſi quidem habenas planè laxant, rerumque omnium tàm diuinarum quàm humanarum notitiã complectantur.l.iuſtitia.ff.de iuſt.& iur.& inſti.de iuſt.& iure.in princ.Durũ tamen videtur, quod ibidem iuſtitiam illam tantùm definiũt, ac iuriſconſulto conſiderandam proponunt,quæ ius ſuum vni-
19 cuique tribuit,† quaſi apertè ſentire videantur, cæteras virtutes nihil ad iuriſconſultum pertinere. At non propterea id ſentire exiſtimandi ſunt,neque enim illud tantùm iuris præceptũ proponũt,ius ſuum cuique tribuere,ſed addunt alia duo,nimirum honeſtè viuere,& neminem lædere,cùm tamen is,qui inhoneſtè viuit,aut aliquem lædit, non ſemper huic ipſi iuſtitiæ aduerſetur,quam præcipuo nomine iuſtitiã vocamus, veluti ſi quis nulla lucri ſpe, ſed fœdiſſimo libidinis impetu alienas nuptias adulterio polluerit,quod & ſupra ex Ariſtotelis ſententia à nobis traditum eſt. Eam ob rem ipſe eò feror coniectura: vt putẽ Alciati ſententiam nõ prorſus à veritate alienam eſſe, qui lib.2. Parerg.ca.31.exiſtimauit his verbis Vlpia. & Iuſtinianum iuſtitiam vniuerſalem definire voluiſſe; ait enim hanc diffinitionẽ cum ea planè ſenſu conuenire, quam tradunt Peripatetici,dũ inquiunt,iuſtitiam eſſe habitum electionis cõpotem, in ijs circa quæ vir bonus vtilitatis, legumque ſeruandarum cauſa verſatur,quam diffinitionem iuſtitię vniuerſalis potius, quàm par-
20 ticularis eſſe minimè ambigẽdum eſt. Nec verò illa verba † ius ſuũ vnicuique tribuens,à iuſtitia vniuerſali prorſus abhorrent, quæ quamuis omnes complectatur virtutes, non tamen per ſe illas conſiderat, ſed tantùm quatenus alterum reſpiciunt. Virtutes verò omnes quatenus alterum reſpiciant ius ſuum cuiq; tribuere dici poſſunt. Quare ſi miles locum deſerat, quanuis ea in re non iniuſtum,ſed potius timidum ſe præbeat,nequaquam tamẽ is principi,ac patriæ id quod debebat præſtitiſſe exiſtimãdus eſt. Quanquàm etiam verè dicere poſſumus Vlp. & Tribunianum hæc iuſtitiæ particularis, & vniuerſalis diſcrimina ibi parum diſtinctè,atque accuratè cõſideraſſe. Vtcunque verò ſit, videntur mihi hæc poſtrema eius definitionis verba plus habe-
21 re difficultatis quàm illa prima † cum dicit Vlp.iuſtitiã eſſe conſtantem,ac perpetuam voluntatem; in quorum verborum explicatione maximas turbas plerique excitãt,& fruſtra quidem iudicio meo. Cùm omnibus perſpicuũ eſſe poſſit,voluiſſe Vlp. illis verbis habitum ſignificare, quem conſtat de omnibus virtutibus tanquàm genus prædicari. Quẽ Ariſtoteles nulla in re alia à diſpoſitione ſeiungit,niſi quia conſtantius hæret, neq; ita facile ex animis noſtris deleri poteſt, quare quod conſtantem voluntatem dixit,hoc mirificè conuenit. Conuenit etiam qđ
22 dixit,perpetuã, nã † hæc dictio, ſiquidẽ per ſe vſurpetur, habet varias ſignificationes, Vt cum Ouidius perpetuum carmen dicit,hoc eſt habens connexum, & communem orationis filum, inquit enim,

Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

In qua ſignificatione hoc verbum vſurpauit etiam Paulus, cum lacum continuum dixit perpetuum.l.via.§.j.ff.de ſeruit.ruſtic.præd.dicunt etiam iuriſconſulti perpetuum pronũciatum, hoc eſt generale.l.cum hæreditas.ff.ad Se. Trebel. Sed cum hæc verba ſimul iungimus,dicimusque conſtantem, ac perpetuam voluntatem,nihil aliud ſignificamus,quàm voluntatem minimè lubricam,& ancipitem,ſed iam planè habitu obfirmatam,
23 ſic enim & Tullius accipit,† cum perpetuam, & conſtantem in rempub.volũtatem ſæpe dicit. Atque hæc à nobis quaſi præteruntibus dicta ſint:nam ſatis nobis erat oſtẽdiſſe poſtrema huius diffinitionis verba iis non aduerſari, quæ de legum humanarum fine,de iuriſconſultorum inſtituto,ac de iuriſprudentię nobilitate ſuperius affirmauimus.

ARGVMENTVM.

QVomodo noſtri tempora diſtinguant, dum ſocietatis humanæ ortum,incrementa,ac progreſſiones referunt, & quid de manu Regia,quam ſecundo tempori tribuunt,frequentius concludant.

SVMMARIVM.

1 *Primo ſeculo quæ hominum conditio,ac qui rerum ſtatus fuiſſe credatur.*
2 *Vbi in hominibus & vitæ innocentiam dares,& bonorum omnium communionem,ibi leges humanæ non eſſent neceſſariæ.*
3 *Manus Regia an ſtatim initio generis humani eſſe cœperit.*
4 *Caroli Ruini hac de re opinio.*
5 *Non res planè omnes,ſed immobiles tantùm primo ſeculo fuiſſe cõmunes putant Caſtrenſ.& Iaſ.*
6 *Contraria aliorum ſententia.*
7 *Non recte infertur,vt quarum rerum vſus olim erat,earundem dominiũ vel poſſeſſio eſſet.*
8 *Poteſt depoſiti fides conſiderari etiam vbi poſſeſſiones,& dominia nõ fuerint diſtincta.*
9 *Quando verum fuerit,quod dicitur,ex occupatione rerum dominia acquiri olim conſueuiſſe.*
10 *Secunda ætas,cùm primùm ad ſcelera cęperunt mortales declinare.*
11 *Qua de cauſa dicantur conueniſſe in vnum,qui diſperſi antea ſyluis vagabantur.*
12 *Quæ fuerint hac ſecunda ætate ab hominibus inuenta.*
13 *Reges creati, & quales,& quæ illis poteſtas tradita.*
14 *Quid importent clauſulæ illæ commiſſionibus adiectæ, procedas manu regia,vel procedas ſine ſtrepitu,& figura iudicij.*
15 *Tertia ætate conditæ leges,& qua ratione.*
16 *Manus regiæ veſtigia ſecundum doct. etiam hodie nonnullis in rebus apparent.*
17 *Putant Butrt.& alij nonnulli officio iudicis compellendum eum, qui pacto nudo aliquid promiſit.*

CAP. X.

EXplicuimus hucuſq; ea oĩa, quæ legum eſſentiã ppius attingere viſa ſunt, qũo leges humanæ ex lege naturali prodeãt: qbus de cauſis fuerint neceſſarię,& quẽ potiſſimũ ſibi finẽ ꝓponant. Nũc aũt operæpretiũ facturi videmur,ſi quæ prima illarum ortus tpa fuerint,perquiramus (id quod & Bal.Nouellus,& Soci.& pleriq; alij hoc in loco faciũt) ita enim rectiſſimè,quæ ad hanc rem ſpectant,omnia intelligemus,ſi poſtea quàm legum cauſas.& finem cognouimus,totius etiã ciuilis diſciplinæ prima quaſi incunabula,tum & progreſſum,& incremẽta nobis ante oculos propoſuerimus. Perquiremus ergo num principio generis humani,vel ſaltem quo tempore primũ homines in vnum locũ congregari cęperunt, certæ etiã aliquę leges eſſe cęperint,an verò fuerit aliqñ tps,cùm nullis legibus adhuc conſtitutis à ſolis Regibus omnia penderent: Vnde illã

Source : BIU Cujas

manum regiam extitisse tradunt,quàm nostri interpretes cùm multis alijs in locis vsurpant,tùm præsertim in Rub.de verborũ obligatio. vbi varias de hac manu Regia excitant quæstiones. Quanquam nos in presentia has questiones nõ disputabimus, sed illud tãtùm explicabimus, ane fuisse, & qualem fuisse manum Regiam extimãdum sit;Quod verò fusè in prędicta Rub. à multis tractatur,pro quibus obligationibus manus Regia prę stareť,id nos ad suum locum reseruabimus. Nostri interpretes communiori consensu hanc rem totam, quę ad legum humanęq; societatis ortum,& progressum attinet,ita fermè explicãt, vt dicant, ante illud tempus,quo leges ciuiles conditæ fuerunt, alia duo tempora considerari debere.

1 †Primum statuũt fuisse cum mortales nulla adhuc mala libi dine sine probro,& scelere vitam degebant,& quę rationi, atq; honestati consentanea essent,sponte concupiebant. Hoc ipso tempore(vt fertur) ciuilis disciplinę,& artium omniũ expertes fusi per agros,dispersiq; homines vagabantur. Nihil proprium quisquam possidebat,quandoquidem & vxores,& liberi,& omnia planè illa,quę fortunę bona appellamus ,nõ secus atq; aer, imbres,& maria erant cõia, passimq; oĩbus latissimè patebant. Nemo nuptias viderat legitimas,non certos quisquam inspexerat liberos;incerti erant parentes,incertę cognationes,& affinitates; poteratq; semper vnusquisque suspicari hunc, & illũ quicunque sibi obuius fieret, pro cuiusque ętate vel patrẽ sibi, vel filium,vel fratrem esse, aliove aliquo necessitudinis arctissimo vinculo coniunctum.Quare qui senes erant, iuniores oẽs tanq̃ filios charos habebant, contraq; illos tanquam parentes iuniores colebant,ęquales oẽs quasi fratres habebantur, ita fiebat,vt mutua vbique pietas, charitas,ac beneuolentia omnium inter
2 se animos firmissimo vinculo deuinciret. Faciebat † verò illorum hominum probitas, vitęq; innocentia, tùm & bonorum omnium communio,vt non vllis humanis legibus indigerent. Etenim quę tum legũ partes esse poterant? An ne crimina vendicarent? At primi illi(vt diximus) contra iustũ nihil cupiebãt, tñ abest, vt vllis se flagitiis inquinarent: An ne p̃ciperet qd sequendũ,aut fugiendũ esset? At illi iusta, & honesta spõte appetebãt:An ne deniq; cõtrouersias dirimerent, aut certis regulis ea instituerẽt,q̃ ad personarũ iura, ad nuptias,ad p̃ctus, ad vltimas volũtates,ad actionũ,iudiciorũq; formulas.Et inerent? At nihil horũ necessariũ erat;qa cũ bona essent cõia,nondum vlli p̃ctus vllęve permutationes fiebant;Propter promiscuos ętcõ cubitus nulla adhuc legitimorũ, vel illegitimorum erat distinctio,sed eadem oẽs nataliũ iura obtinebant. §.licet aucten.quibus mod.natur.effic.sui.Quemadmodum etiam oẽs vna, & eadem fruebantur libertate.l.manumissiones.ff.de iust.& iur.Eam ob rem ergo sicuti legibus nullis indigebant,ita neq; opus erat, vt magistratibus vllis,aut Regibus subijcerentur. Qua ex re cõ-
3 cluditur † ea,quę de manu Regia traduntur, ad hoc primũ tps minimè pertinere, quia quanuis tunc quoq; extarent prima illa naturę precepta, quę ope manus Regię postea seruari cœperunt,tñ sponte(vt dictum est) tunc temporis seruabantur. His de causis Bald. Nouellus, & plerique alij hanc primam ętatem auream appellant,neque id putant à veritate abhorrere, quod de aurea illa,ac felicissima Saturni ętate Poetę inter fabulas complexi sunt,de qua sic Ouid.

Aurea primo sata est ętas,quę vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem,rectumque colebat.
Pœna,metusque aberant,nec vincla minacia collo
Ære ligabantur,nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui,sed erant sine iudice tuti.

Et paulo post.

Nondum prępcipites cingebant oppida fossę
Non tuba directi,non eris cornua flexi,
Non galeę, non ensis erat, sine militis vsu
Mollia securę peragebant ocia gentes.

Sunt qui hic dubitent,an verum hoc sit,quod proximè affir-
4 mauimus,manum † Regiam ad hoc primum tempus non pertinere,si quidem Carolus Ruinus videtur sentire, tunc quoque manum Regiam si minus nomine,at re ipsa tamen, & effectu extitisse:Idque hac ratione,quia manus Regię is effectus, eaq; vis videtur esse, vt propria auctoritate aliquid exequamur; ita sentit Barto.in l.frater à fratre, col. 5. ff.de condict.indeb. dum putat hodie quoq; manus Regię vestigia in eo apparere, quòd à filio pater,atque à seruo dominus propria authoritate res ferè omnes auferre possunt. Quod cum ita sit, videtur concludi posse,prima quoque illa ętate manum Regiam fuisse;quia cum magistratus tunc non adessent, vnicuique permissum esse debuerat propria authoritate,quodsibi debebatur,occupare,ar.l.si alius,§ bellissimè.ff.quod vi,aut clam,& declarat Alexand. in l. prima.§ nunciatio.ff.de no.ope.nunciat. Quod quidem facere nihil aliud esse nĩi sentiunt,q̃ manũ Regiam exercere, vt proximè dictum fuit, Id ipsum tamen Ruinus ita demum concludi posse ait,si admittamus manum regiam ea de causa inductã fuisse (vt quidem sentiebant) quia magistratus tunc temporis deesslent,quod tamen ipse minimè concedit. Vtcumque verò res sese habeat, certè huic Ruini traditioni illud aduersatur, quod de primorum illorum hominum probitate nuper tradidimus. Pugnant enim hæc duo, quòd tum sponte mortales iustitiam,& honestatem colerent, & quòd sese inuicem ita offenderent,vt qui offensus erat propria authoritate,sibi ius dicere cogeretur. Itaque pendet huius rei explicatio ab ijs, quæ infra sumus dicturi:cùm horum omnium veritatem expẽdemus, quæ tum de aurea ætate, tum etiam de manu regia traduntur.
5 De eo etiam hic dubitari solet,num † quod dictum fuit,primo hoc tempore res omnibus communes fuisse, id ita generatim atque vniuersè in omnibus planè rebus recipiendum sit,an verò in rebus tantum immobilibus. Castrensis in l.prima.§ ius naturale,& in l.ex hoc iure.nu. 6.ff. de iusti. & iur.cui videtur se subscribere Iason.in l.si id quod.in vltimis verbis.ff.de condictio. indeb.existimat solas res immobiles fuisse communes; Idque probat ex cap.ius naturale, prima distinctio. dum Gratianus ibi naturali iuri communem rerum omnium possessionem tribuit:possessionem verò rerum immobilium tantum esse Castrensis admittit (qua de re plenissimè nos diximus in l.prima,
6 ff.de acquirend.possessio.) Non desunt tamen † qui contra sentiant,& rerum planè omnium non tantum immobilium, sed & mobilium communionem fuisse affirment, vt Marcellus Berengutius in Rub.ff.de verbo.obliga.ea vsus ratione:quia aurea ætate (vt ipse inquit) id maximè decuit, vt omnia communicarentur,cum Deus opt.max.terram,& mare,& cœlũ ipsum, solẽque & stellas,& quæcunque hac mundi machina continentur communi tum gaudio possidenda tradidisset, vt cap.j.8. distinctio.Quare si leporem,puta, vel piscem cœpisses, sic rationem dictasse putat, vt non tanquam proprium haberes, sed in commune conferres.Quod ipsum tamen reijciendum est:quia si natura rerum omnium communionem ita dictasset, vt propterea qui piscem fortè cœpisset,vel leporem,non nisi reclamãte natura proprium illum habere potuisset, non potuissent deinde posterioribus ętatibus rerũ dominia ab hominibus distingui,cũ quæ naturalia sunt ab hominibus minimè tolli, aut mutari possint.§.sed naturalia quidem. institu.de iur.natu. gent. & ciui. nisi verò illud etiam affirmare non dubitamus, non,eandem,quæ nunc sit, olim natùram fuisse. Nec sanè quicquam iuuatur hæc sententia ex illo capitu.j.8.distinct. nam ibi D. August.cuius verba à Gratiano referuntur, non de iure naturali, sed de diuino loquitur,quod diuinis scripturis continetur; quæ verò in fine illius capitis de iure naturali dicuntur, seorsum accipienda sunt,neque ad superiora referri debent,vt ex ipsorum verborum cõtextu facilè vnusquisque animaduertere poterit. At neque iccircò Castrensi, & Iasoni assentiendum esse crediderim,qui rerum mobilium dominia prius distincta fuisse arbi
7 trantur, quàm res immobiles cõmunes esse desinerent. † Nam vel si res multæ essent,vt sedilia, atque tuguria, & mobiles præsertim,vt quæ ad esum,ad potum, ac vestitum erant necessaria, quibus tum homines eodem modo vsos esse credibile est, quo nunc proprijs nos vtimur, tamen proprij, & alieni nulla tunc distinctio erat,neq; earum rerum propriè erat dominium,quẽadmodum nunc à nobis dominium accipitur.Siquidem ex cõmuni omnium consensu dominiorum distinctio nondũ facta fuerat,& approbata;Quanuis enim de prædictis rebus liberam disponendi facultatem habuerint, non id tamen ea ratione fiebat;quia res illæ cuiquam propriæ, atque in alicuius dominio essent,sed quia omnia omnibus planè erant exposita: Quare si quod meis vsibus aliquando seruisset,postea tenere, aut habere desijssem, non illud certè quemadmodum hoc tempore, proprium meum remãsisset,sed vt mihi anteà seruiebat, sic & alijs
8 in posterum patuisset,Nisi forte † apud alterũ id ego deposuissem,qui se mox restituturũ promisisset,siquidem eo casu, quòd ego propriè dominium non haberem, non puto fuisse impedimento,quo minus depositi fides constaret,& propterea forsan Gratianus in d.c.ius naturale j.distinct.iuri naturali depositæ rei restitutionem tribuit.Quod si aurea hac(vt vocant)ætate dominia nondum distincta fuisse concedimus, nec res quidem mobiles cuiquàm proprias fuisse concedere debemus:Neque huic
9 sententiæ illud quicquã aduersatur †qđ ex possessione, & occupatione olim rerum dominia acquirerentur l.j. in princip. ff.de acquirend. possessio. §.ferę.institu.de rerum diuis.Accur.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.quoniam non ea hoc fuisse ętate concedendum est,qua omnia adhuc communia erant, cum ex sedilium, aliarumque rerum immobilium occupatione res ipsæ quoq; immobiles statim propriæ effectæ fuissent: Quare aut negãda prorsus illius temporis cõio,aut omnibus in rebus admittẽda est,quorum vtrum potius recipiendũ sit,haud multò post aperiemus. Ac de primo tempore hæc ferè sunt,quæ à nostris
10 tradita reperiuntur.Huic † primo tempori illud proximè subsequutum est,cum homines ab antiqua illa probitate ad vitia, & scelera pronius cęperunt declinare, ac pro pudore,& modestia,audacia diuitiarũq; libido inuasit. Hoc tpe sublata cõione dominia distincta fuere,,pterea quòd res proprias auidè hoĩes quærere,ac diuitias sibi comparare cęperũt. Ac initio qdẽ tantum

Source : BIU Cujas

tum quisque habebat, quantum manu, & viribus per cædem, &
11 vulnera eripere posset; postea † tutius visum est, & ad commercia, multaque vitæ commoditates opportunius, vt ex agris, & syluis, vbi prius dispersi vagabantur vnum in locum congregarentur, vallo q; , aut fossa munirentur, quo magis ab externis iniuriis tuti esse possent, idque credibile est sapientiorum quorūdam opera, & facundia factum fuisse, qui cum probè cognouissent, quanta animis hominum ad res maximas gerendas opportunitas esset, eos à fera, agrestiq; vita ad humanum cultum deduxere. Hoc verò est, quod de Orpheo, & Amphione Poetæ fabulati sunt, eos nimirum lyræ, & carminum suauitate saxa & feras demulsisse, atque vnum in locū ad se aduocare solitos fuisse, vt pulchrè Horatius.

Syluestres homines sacer, interpresq; Deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus
Dictus ab hoc lenire tigres, rapidosq; leones,
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet, fuit hęc sapientia quondam
Publica priuatis secernere sacra prophanis.

12 Tunc † inuenta atque introducta sunt ea omnia, quæ connumerat Hermogenianus in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. Dominia sunt distincta, agris termini positi, commercia instituta, permutationes primò, moxque etiam emptiones, venditiones, locationes, conductiones, aliique contractus omnes, paucis quibusdam exceptis, introducti. Atque vt hæc omnia maiorem in commune afferrent, vtilitatem, ac ne sceleſtorum hominum iniuriis pa
13 terent, omnium maximè necessarium esse iudicatū est † vt Rex aliquis deligeretur, qui reliquis præesset, omniumque saluti, & securitati inuigilaret. curaretque ne ab iis qui maiores opes haberent, inops multitudo opprimeretur. Propterea verò nō omnes passim, ac temerè deligebant, sed eos, quorū de iustitia, prudentia, animique magnitudine magna esset opinio multitudinis, quique ad res gerendas omnium maximè essent idonei, & à populis suis iniuriis arcere, publicisque in necessitatib. strenuè labores suscipere possent. Cum eiusmodi aliquem nacti erant, nullis legibus ipsius potestatem coarctabant, nullasque illi actionum formulas, aut vllas iudiciorum solennitates seruādas proponebant, sed ipsius manui, atque arbitrio seque, suaque omnia subiiciebant; Id tamen vnum ab illo exigebant, vt naturalē legem præ oculis haberet, iurisque & iniuriæ regulam, qua vna satis ipsum admoneri posse intelligebant, ne cui vim, atque iniuriam inferri pateretur, cōtractuum fidem seruari curaret, virtuti præmia, sceleribus, & flagitiis pœnas imponeret. Ex hac tam lata Regum potestate sumunt nostri interpretes vulgaris illius clausulæ interpretationem, qua sæpè in commissionibus prin-
14 ceps vtitur, † cum alicui causam manu Regia decidendam cōmittit; ita enim hanc clausulam accipiendam dicunt vt de iure, & de facto eam causam committere voluerit, vt Natta in clem. sæpe. de verborum signifi. §. j. colum. 19. ac tantundem dicunt hæc clausula contineri, quantum in illa continetur, Procedas sine strepitu, & figura iudicij. Lanfranc. in d. clem. sæpe, in vers. & figura, & in vers. libellus. Oldrad. in consi. 115. Corn. in consi. 54. colum. 2. versi. illa enim verba, in ij. volum. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in versicu. & figura. Cardinalis in clem. dispendiosam. col. fin. quæst. 44. de iudic. Maranta in 4. par. dist. 9. nu. 11. Hanc quam diximus regiam potestatem etiam initio ciuitatis Romanæ extitisse, testis est Pōponius in l. ij. in princip. ff. de orig. iur. Necessarium itaque (inquit) nobis videtur ipsius iuris origi
„ nem, atque processum demonstrare, & quidem initio ciuitatis
„ nostrę populus sine certa lege, sine certo iure primùm agere in-
„ stituit, omniaque manu Regis gubernabatur. Posteà aucta ad aliquem modum ciuitate &c.

Sic iam vidimus quo pacto manum regiam nostri accipiant, de qua multis passim in locis mentionem faciunt, vt Bar. & alij in l. frater à fratre, & in l. Iulianus. ff. de condict. indeb. Salice. in l. ex hoc iure, vbi etiam Iaso. ff. de iust. & iur. Anto. Butr. in capitu. quæ in ecclesiarum. de constitu. Cagno. in l. ij. ff. de orig. iur.

15 Tertium, † & vltimum tempus id fuisse statuunt, quo demū fuerunt conditæ leges ciuiles, quas cùm aliis de causis, tum præsertim propter hominum nequitiam inuētas esse nos supra docuimus. Quemadmodum verò ipsa hominum nequitia ciuiliū inueniendarum causa fuit, ita etiam simul effecit, vt antiqua illa manus regia apud alios quidem populos planè tolleret, apud alios verò legū saltē ipsarū vinculis ꝓstringeret; Eò. n. hominum audacia, atque omnium propè communis morum corruptela peruaserat, vt bene moratum, ac spectatæ moderationis regem inuenire difficillimum esset, cuius vnius arbitrio omnium fortunę vita, & salus tutò committi posset. Itaque paulatim ij Reges creari cœperant, quos non spectata virtus, sed ambitio popularis ad eius maiestatis fastigium euexerat. Qui cum rerum poti
ti erant, illis, quorum opera, & auxilio id fuerant assequuti, omnia deferebant, alios verò plerunque odio prosequebantur; Ita fiebat: vt modò in huius gratiam, modò in illius odium iudicātes, omnia iustitiæ, & honestatis iura perfringerent. Iam nō amplius subditorum vtilitati sese exhibebant, sed sibi ipsis potius subditos quærebant, vt dominandi libidinem explerent, quæ tanta in multis fuit, vt sæpe legamus maritis vxores, filiis parentes, parentibus filios insidiatos esse, fratres verò non tātùm acerrimis odiis sæpissimè inter se concertasse, sed mutuis etiam sese vulneribus interdum confeciſſe: Quamobrem verè Ouidius,

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est,
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti,
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Hac igitur de causa tutius esse iudicatum est, leges ciuiles condi, quæ cupiditate vacarent, surdæq; essent, & inexorabiles, atque eadem cum omnibus voce loquerentur. Etenim (vt inquit Aristoteles) qui legem præesse vult, is videtur velle Deum imperare, qui iisdem oculis omnes intuetur, qui verò hominē, adiungit & beluam, nam belluæ similis est hominum cupiditas, quæ vel optimos quosque torquere solet: Quanuis verò conditis legibus ciuilibus manus Regia sublata sit, vel saltem eo mo-
16 do quo antiquitus erat, esse desieri, dicunt † tamen doct. eius ipsius vestigia adhuc nonnullis in rebus apparere, immò vim ipsam & effectum facilè cerni: quemadmodum in patre, & domino, qui in filios, & seruos manum Regiam exercent, vt docet Barto. in l. frater à fratre. colum. 4. num. 12. ff. de condict. indebi. Videmus hoc etiam multò expressius in Principe, qui sit legib. solutus iuxta l. digna vox. ff. de legibus. Quare concludunt, Regem ipsum debere supplicantibus manus Regiæ auxilium impertiri, atque eos, qui vel nuda tantum conuentione obstricti sunt, ad fidem seruandam compellere, quod si id Princeps facere prætermittat, peccato eum non carere arbitrātur. Ita inter alios concludūt Alex. & Iaso. in l. iuris gentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. Soc. in l. legitima. C. de pact. Huius verò traditionis primus author fuit Anton. Butr. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. quem ibi etiam sequuntur Imo. & Fely. Concludit hoc idem
17 ibi Butrien sis & de iudiciis officio, † quo pariter existimat eos quoque compelli posse, qui nudo pacto promiserunt. Et in hanc sententiam frequentius à cęteris quoque itum est, quod & Cagnolus testatur in l. ij. quæst. 89. nume. 228. C. de pact. inter empt. & vendit. An verò hæc sententia recipienda sit, dicemus in Rub. ff. de verbo. oblig. vbi hoc totum quod ad obligationes vel naturales, vel ciuiles, atque ad earum potestatem attinet, clariori, & fortasse etiam veriori explicatione illustrabimus.

ARGVMENTVM.

OMnia quæ hucusque ex communiori interpretum sentētia, in hac temporum distinctione tradita fuere, non tantùm diuinis scripturis aduersari, sed etiam naturali rationi planè contraria videri.

SVMMARIVM.

1 *Primorum fratrum parricidium non rectè ijs conuenit, quæ de aurea prima illa ætate vulgò traduntur.*
2 *Communi possessioni, ac ferino primorum hominum cultui diuinarum scripturarum fides reclamat.*
3 *Sensus cum ratione luctatio post primum hominis lapsum semper extitit.*
4 *Homo natura magis appetens societatis quàm vllæ ex ijs animātibus, quæ gregatim incedunt.*
5 *Propriarum rerum amor quantopere nobis sit innatus.*
6 *Fuerunt qui filios in commune susceptos ex oris similitudine inter se diuiderent.*
7 *Opinio illorum qui negant vllo vnquàm tempore sine legibus ciuilibus regna extitisse.*
8 *Magistratus, & iudicia sunt partes ciuitatis.*
9 *Ex legibus reges creantur.*
10 *Quomodo ex legibus actiones compositæ sint, quomodo à nonnullis accipiatur.*
11 *Actiones quò ad materiam, & finem, item quò ad formam incertam iurisgentium esse existimant Bald. & alij hic adducti.*
12 *An ex l. 2. in princip. ff. de orig. iur. probetur, quòd de manu frequentius nostri tradunt.*
13 *Consuetudo verè dicitur esse ius ciuile.*
14 *An manus regia esset remedium eiusmodi, vt in ipsius locum actiones possint dici fuisse postea subrogatæ.*
15 *Prius dominia sunt instituta, & regna condita, quàm magistratus creati secundùm Iustin.*
16 *Actiones à iure ciuili non tantum ad formam redactas, sed planè inuentas esse, quomodò probetur.*
17 *Perpenduntur verba. §. deinde. l. ij. ff. de orig. iur.*

CAP.

Source : BIU Cujas

Albe.Bolog.De lege,iure, & æquit.

CAP. XI.

HAbemus iã explicatã totã illã tẽporũ diuiſionẽ,quã nr̃i frequẽtius hac in re ſtatuũt.Quã tn̄ ſi qs paulò at tẽtius inſpexerit,ĩanẽ fortaſſe, ac fatuã eẽ iudicabit, cũ nulla videat ſat conſona rõ afferri poſſe,cur primũ & ſm tp̃s à tertio diſtingui debeãt,ac pleraq; ẽt falſa videantur q̃ de illis hucuſq; tradita sũt.Eteñ qđ attinet ad primũ tp̃s, q̃ de illo ſupra diximus,nõ mõ diuinis ſcripturis ꝓria sũt, ſed naturali ipſi rõni primo ſaltẽ aſpectu vſqueadeò reclamãt, vt ne qdẽ
1 ethnicis hoĩb.ꝑſuaderi poſſe videant.Eſſe illa†diuinis ſcripturis cõtrariã primorũ fratrũ Chaim,& Abel ſolo exẽplo optimè demõſtrat,qđ nobis ꝓponit Geneſ.c.4. Dictũ ſuperius eſt eius primi ſeculi ꝓbitatẽſummã fuiſſe:at Chaim ea fuit improbitate,vt ſanguine fraterno ſceleſtiſſimas manus inquinare nõ dubitauerit.Dictũ eſt oĩa tũc fuiſſe cõia; at ibi legimus alterũ fratrẽ Abel de gregis ſuis primogenitis dũo munera obtuliſſe:pugnãt verò
2 hæc inter ſe,fuiſſe tũc oĩa cõia,& ſuũ illi, ꝑpriũq́; aliquẽ gregẽ extitiſſe.Dictũ eſt deniq; † primos illos hoĩes diſciplinæ ciuilis, artiũq́; oĩum expertes ſyluis vagari ſolitos:at ibidẽ legim⁹ Chaĩ primò agricolãfuiſſe deinde poſt fratris necẽ profugũ ad plagã oriẽtalẽ ædificaſſe ciuitatẽ,eãque Henoch à filij ſui noĩe nuncupaſſe.Verùm ne diuinarũ tn̄ ſcripturarũ authoritate vrgeamus, eadẽ illa naturali quoq; rõne facilè dilui poſſe vidẽt. Demõſtratũ à nobis ſuperi⁹ fuit,nõ aliã eẽ cãm,cur hoĩes à recto rõnis tramite declinẽt,niſi qa rõni ipſi sẽſus,& cupiditates aduerſant, q̃
3 aĩos noſtros ad vitia,& ad voluptates plerũq; detorquẽt;Cõpertiſſimũ verò eſt †poſt primi hominis lapsũ ſemꝑ ĩ hominib.hãc ſenſus cũ rõne pugnã extitiſſe,cui ſi cãm malitiæ hoĩum (vt fieri neceſſariũ eſt) aſſignamus ꝓcedamus ẽt oportet tũc quoq; malos eẽ hoĩes potuiſſe.Quin tãtò priores,& atrociores illos fuiſſe exiſtimãdũ eſt;quãtò rudiores adhuc ob agreſtẽ illã feritatẽ illorũ animi erãt,ac nullis p̃ceptis exculti,q̃ ad leniẽdos aĩos, atq; à flagitiis ad honeſtatẽ reuocãdos momẽti hr̃e plurimũ inficiari nõ poſſumus.Quare ſi ædẽ ægritudinis cã tũc aderat,medicinę verò remediũ omne planè deerat,ꝓcedamus oportet eos,q humani generis primi fuerũt,multò magis hoc ipſo aĩorũ ęſtu,atq; hac cupiditatũ quaſi ægritudine laboraſſe.Vnde melius sẽſiſſe Horatius vr̃,q(vt ſupra à nobis relatũ eſt) primos illos hoĩes vnguib.& pugnis illicò ĩter ſe pugnare cœpiſſe coniectat, atq; hãc cõiecturã Tulli⁹ amplexus ẽ,q tũc ſingulos hoĩes tn̄ habuiſſe dicit,quãtũ ꝑ cædẽ,& vulnera eripere,ac retinere poterãt. Atq; illud quoq; parũ veroſimile vr̃,qđ traditũ ẽ,hoĩes tũ ſyluis diſperſos ferarũ more vagari ꝓſueuiſſe,immò eos potius ad mutuã ſocietatẽ ſtatim accurriſſe credẽdũ ẽ,nõ ſolũ q̃ ex ea multa ſibi ad vitæ cõmoditates parata eẽ adiumẽta intelligere facilè poſſent,
4 ſed ẽt qa (vt inqt Ariſtoteles lib.j.Polit.c.ij.) hoĩs † naturã mirũ in modũ appetẽs ſocietatis eſt,ac multò ẽt magis q̃ vel apiũ, vel aliorũ animãtiũ q̃ abſq; diſciplina vlla ſolo naturæ ĩſtinctu gregatim ſemꝑ ĩcedũt.Quare nihil ſolitariũ vllo vnq̃ tp̃ hoĩum natura potuit nõ odiſſe.Quod ſi(vt elegãter Tullius ait in li.de amicitia) poſſet qđ tale ꝓtingere, vt nos Deus ex hac frequẽtia tolleret,& in ſolitudinẽ vſpiã collocaret, atq; ibi ſuppeditãs oĩum rerũ,quas natura deſiderat abũdantiã, & copiã aliorum hoĩum aſpectũ,& cõmercium denegaret,nemo tã ferreus eſſet, q eã vitã ferre poſſet,cuiq; nõ auferret fructũ voluptatũ oĩum ſolitudo,quo fit, vt parum credibile videat primos illos hoĩes totius vitæ ſolitudinẽ ſuſtinuiſſe.Si ergo primi illi hoĩes (vt credibile eſt) cũ primùm in lucẽ editi fuere,ſimul ẽt ꝓgregati ſunt,ſimulque cõmercia aliqua habere cœperunt, rectè ẽt ex hoc colligere poſſumus, eos nõ cõia oĩa,ſed ꝑpria aliqua bona habuiſſe,ac vt quiſq; aliqd poſſidere cœperat, ita ſtatim illud propriũ habere cœpiſſe,ar.l.j. in prin.ff.de acq.poſ.Rectè.n. Ariſt.li. ij. Polit.c. ij.dum Platonis ſn̄iam refellit,q beatiorẽ Rem. fore credidit,in qua oĩa eſſent cõia,nihil fermè eſſe dicit,qđ natura noſtra vehe
5 mẽtius appetat,q̃ † vt ꝑpriũ aliquid habeamus, cuius rei tantus nobis amor ingenitus eſt,vt quò magis ꝑpriũ aliqd fit, eò ẽt ſit nobis charius,neq; alia de cã ſibi quiſq; ſit chariſſimus,niſi qa ſe ſibi quãmaximè ꝑpriũ eſſe intelligat.Qua rõne ꝓcludit ibi Ariſtoteles bonorũ cõionẽ naturæ noſtræ vſqueadeò aduerſari, vt in hoĩum mores,& ꝓſuetudinẽ haudquaq̃ induci poſſit. Atqui nihilo magis admittẽdũ vr̃,qđ dictũ eſt,aurea illa(vt vocãt)ætate cões filios,atq; incertos fuiſſe,cũ nihilo minus ab ipſa natura hoc quoq; abhorreat.Videmus.n.,puidã,& ſagacẽ nr̃am,q̃ filios vnũquenq; ſuos agnoſcere, eorũq; p̃cipuã curã habere voluit, vt plurimũ id efficere,vt fil ij ꝑprios parentes vel ore, vel geſtu, vel corporis habitudine referant,id qđ ſatis teſtat inſigne admo
6 dũ quorundã populorũ inſtitutũ, † q Libiã incolũt ſuperiorẽ, quos ſcribit Ariſtoteles id in vſu habuiſſe,vt quãuis vxores cões haberent,ꝑprios tn̄ haberent filios,quos in cõe antea ſuſceptos poſtea ex quadã parẽtũ ſimilitudine inter ſe diuiderẽt, ꝑut hũc magis,vel illũ oris figura pueri referrent.Demũ verò, cũ veriſimilius hoc eſſe probatũ fuerit, eos quoq;, q primis illis tẽporib, fuerunt,mortales proprias res aliquas habuiſſe, hac rõne vr̃ cõcludendũ,vel leges ipſis aliquas,vel ſaltẽ Reges, aut magiſtratus fuiſſe, q ortas illis ipſis de reb.ꝓtrouerſias dirimerẽt. Sicq; iã demõſtrauimus ea oĩa,quæ de primo tẽpore ſuperius tradita fuerunt,ab omni rõne videri alieniſſima.Et de primo tẽpore hactenus.Quod verò attinet ad ſm,ſunt q exiſtiment neque ẽt hoc à tertio tẽpore diſtingui debere, cũ vel ſi maximè ꝓcedamus vera eſſe illa,q̃ de primo tẽpore vulgò ferunt̃,falſum tn̄ eſſe videatur,fuiſſe aliqn̄ tp̃s,cum nullæ leges, nullusq; actionũ vſus eſſet, ac nullæ iudiciorũ ſeruarent̃ ſolẽnitatis,ſed manu regia oĩa gu-
7 bernarent̃;Atq; †inter alios hãc ſn̄iam cõem reiiciũt Soc. Iun. hìc nu.15.itẽ Vocõnius à Vocuna li.j.decl.iur.ci.decl.9. illo potiſſimũ vſi argumẽto,q̃ dicãt nulla lege ea ꝑbari,q̃ de manu Regia cæteri interpretes cõminiſcunt̃,ideoq; neq; à nobis tuto recipi poſſe,ar.§.ꝓſideremus.auctẽ.de trient.& ſem. & l. illã.C.de colla.Quæ reprobatio vr̃ hoc inſũꝑ dilemmate mãximè iuuari poſſe:nã aut tp̃s illud ſpectam⁹,quo fuſi ꝑ agros,diſperſiq; hoĩes ferã,& agreſtẽ vitã degebãt,& tũc Regẽ nullũ fuiſſe nemo non fatẽt,aut de poſteriori tp̃e loquimur, de quo verè interpretes loquunt̃,nimirũ poſteaq̃ hoĩes vnũ in locũ ꝓuenerũt, dn̄iaq; diſtinguere,ac regna condere cœperũt,iuxta l.ex hoc iure.ff.de iuſ.& iur.& hoc ipſo tp̃e dicit Vocõnius ciuitates quoq; fuiſſe ꝓſtitu-
8 tas oĩbusq; ſuis parti. ac quaſi numeris abſolutas.Cõſtat†verò ĩter cæteras ciuitatis partes magiſtrat⁹ quoq; & iudicia cẽſeri, vt docet Ariſt.li.4.& 6.Poli.Ex quo ſequit̃,eos, q legitimè aliqd ſe facturos ꝑmiſerãt,corã magiſtratib.potuiſſe ꝓueniri,vt ſm ciuitatis cuiuſq; iura id qđ ꝑmiſerãt dare,facereuè cogerent̃, iuxta l.cũ amplius.§.is nã dẽt.ff.de re.iur.dũ ibi dr̃,eũ nã dẽre, quã iure gẽtiũ dare oportet.Qđ cũ ita ſe habeat, ex hoc rurſus ſequit manũ regiã, hoc eſt illã tã latẽ, atq; amplã regis poteſtatẽ, q̃ nullis legib.eſſet adſtricta,minimè neceſſariã fuiſſe;Immo.n. tũc quo
9 que reges,†quos credibile eſt ex certis legib.inſtitui ꝓſueuiſſe,vt de Lacedemoniorũ regib.aliiſq; ꝑmultis & legimus,& videm⁹, credibile eſt ẽt ſm leges,ac ſm illius,cui p̃erãt ciuitatis morẽ gubernaſſe,alioqn tyrãni potius q̃ reges dici debuiſſẽt. Cõcludendũ ergo potius vr̃,nullũ nũquã tp̃s extitiſſe, quo ſola manu regia ſine obligatiõe,ac ſine actione ſaltẽ rudi lites,ac ꝓtrouerſiæ
10 inter priuatos hoĩes dirimerent̃.Quãuis. † n.actiões nõdũ cõpoſitæ fuiſſẽt,vt tradit Põpo.in l.ij.§.deinde.ff.de orig. iur. vbi dicit actiões ex legib.xij.ta.fuiſſe cõpoſitas,non tn̄ hinc rectè colligit actiões antea nõ extitiſſe,immo potius ꝓriũ vr̃ rectè ex eo inferri poſſe;neq; n.potuiſſẽt cõponi actiões,q̃ prius nõ fuiſſẽt,cũ cõponere ſit colligere in vnũ,& ad certũ modũ, certãq; rõnẽ redigere:ĩ qua ſignificatiõe ẽt Iuſtin.dicit ſe leges veteres cõpoſuiſſe.§.qb.j.ꝓſti.cod.& proç.fforũ,in prin.tũ & proç.Inſt.§.verò,& §.quas ex oĩb.Immo ẽt ipſemet Põpo.ead.ſig.vſurpat verbũ, cõponere,in illa ipſa l.ij.cũ dicit,leges à regib.ſine ordine latas à Papyrio deinde cõpoſitas fuiſſe,atq; in librũ redactas,q ꝑpea ius ciuile Papyrianũ fuit appellatũ,atq; ita hoc verbũ interpretat̃ Bal.
11 in l.ex hoc iure.ff.de Iuſt.& iu.q ꝑpea sẽtit † actiões quò ad formã ſpecificatã eẽ iur.ciu.quoad materiã verò, & finẽ,itẽ & formã incertã eẽ iuris gẽtiũ.Cui ſe ſubſcribũt Zaſius, & Cagnolus ĩ l.ij.§.his legib.ff.de ori.iur.ac ſimilẽ de exceptiõib. quoq; diſtinctionẽ tradũt Abb.& Fel in Ru. extra de exce. necnõ & Angel. Are.ĩ Ru.iſti.eo.ti.de exce.Vnde corruũt oĩa ad manũ regiã ipſe ctãtia,q̃ huic ſcđo tp̃i doctores tribuũt. Itaq; nulla alia ĩter hoc vltimũ,& illud ſm tp̃s differẽtia vr̃ ꝓſiderari poſſe, niſi q ꝑ actiones,q̃ poſtea diſtincte,& cõpoſitæ fuerũt,tũc rudes,& incõpoſitæ corã regib.,ꝑponebant̃.Neq;.n.desũt q verius eẽ exiſtimẽt actionũ originẽ ad ius gẽtiũ referẽdã eẽ,vt Zaſi. & Cagno.in d.l. ij ff.de orig.iur.Quã ſn̄iam antiq ẽt nõnulli antea receperũt: vt Ray Foroli.& Bal.ĩ l.ex hoc iur.ff.de iuſ.& iur.& Io. Fab. inſti.de ac.in prin.quãuis ibi Iaſ.ennixe ꝓriã ſn̄iam defẽdere conet̃, quã tenẽt Accur.& Bar.ĩ l.ex hoc iur.ff.de iuſt.& iu. ac cæteri deinde frequẽti⁹ recipiũt.Qđ ſi hãc Baldi potius ſn̄iam,q̃ cõem ſeq vellemus,nũ difficili forsã negocio argm̃ illud poſſemus declina-
12 re,quo potiſſimũ nitit̃ cõis ſn̄ia,†desũptũ ex verbi Põponij ĩ l.2. in prin.ff.de ori.iur.dũ ait,fuiſſe aliqñ tp̃s,cũ ſine certa lege,ac ſine certo iure popul⁹ ageret,oĩaq; manu regis gubernarent̃; Nã (vt p̃fati interpretes aĩadnertũt) cõpertiſſimũ eſt, ibi Põponiũ de ſolo populo Romano loquutũ eſſe, ac tn̄ ſignificare nobis voluiſſe qd primo illo vrbis initio ſeruaret̃, nã cũ dicat initio ciuitatis nr̃æ,oñdit ea,q̃ ibi ipſe tradit, haudquaquã ad hoc tp̃s ſpectare,quo nullę adhuc leges ꝓditæ fuerãt, ſed ſolũ ius gẽtiũ extabat,ac ꝑ ęquè apud oẽs ſeruabat̃.Nemo.n.nõ ſtultiſſimus inficiabit̃,ante vrbẽ ꝓditã fuiſſe apud alios populos ius ciuile, qđ iudicia & actiões cõplecteret̃,aliaq; eiuſcemodi,q̃ legib.ciuilib.ꝓtineri ſolẽt.Eoq; maximè qđ palã eſt à iur.ciu.Atheniẽſiũ,& Lacedemoniorũ leges Romanas desũptas eẽ l.ij.l.poſtea.ff. de ori. iur.& §.ex nõ ſcripto.inſt.de iure na.gẽt.& ci.Quo fit, vt q̃ibi dicit Põpo.nõ ad tp̃a iuriſgẽtiũ,neq; ad hãc,de qua nos loquimur, manũ regiã referri poſſint. At dices forſan,ibi qdẽ Põponiũ de populo tn̄ Romano loq,ſed tn̄ Populũ Romanũ tũc vsũ fuiſſe iuregẽtiũ,cũ adhuc nullas ciuiles leges haberet.Quapꝑ ſi initio ciuitatis Romanæ iuſgentium ſeruabatur, eoque ipſo tempore extabat manus regia, qua omnia gubernabantur, conſequens eſſe videt, vt iuregentiũ manũ regiã extitiſſe fateamur, hoc ẽ latiſſimã illã poteſtatẽ regis, cui⁹ arbitrio oĩa ꝓmitterent̃.

At reſpon-

Source : BIU Cujas

At responderi potest Pompon. ibi cùm dicit, initio ciuitatis Romanæ, hoc est ante leges curiatas, quæ (aucta demum in aliquē modum ciuitate à Romulo ad populum latæ sunt) populum sine certa lege, ac sine certo iure agere instituisse, Pomponium, inquam, cùm hoc dicit, nihil minus cogitasse, quàm vt ostenderet solum iusgentium tunc in vsu fuisse, quamuis hoc concedat Voconius loco prælegato; ldq; optimè demōstratur ex. §. exactis. dum ibi dicitur, exactis Regibus omnes leges ab ipsis latas tribunitia lege exoluisse, itemque populum incerto magis iure, & cōsuetudine aliqua, quàm perlata lege per viginti annos vsū esse quæ verba declarāt id, quod initio illius legis traditur, ita accipiēdum esse, vt dum ibi iurisconſ. dicit, populum sine certa lege, ac sine certo iure primùm agere instituisse, nō propterea neget, quin aliqua consuetudine, & aliquo iure ciuili, quamuis incerto vteretur. Neque. n. rectè diceret iterum populum consuetudine vti cœpisse, nisi antea quoque consuetudine vsus esset.
83 Perspicuum verò est, † consuetudinem esse ius ciuile. l. de quib. ff. de legib. & §. ex non scripto. inst. de iure nat. gent. & ciuil. Verū ibi Pomponius ius illud prętermittendum putat, quod leges curiatas à Romulo latas, anteceſſit, non quia nullum tunc esset ius ciuile, sed quia erat incertū, & à Regis manu, & arbitrio prorsus pendebat. Vnde facilè cernas ius ciuile tunc quoq; aliqd fuisse, & qđ de manu Regia ibi dicitur, nō ad ius gentium, sed ad Populi Romani ius tantū referri. Iam verò hoc fundamēto sublato, nihil planè reliquum esse vī, vnde ea quę de manu Regia docto
14 res tradunt defendi possint, Ac multo etiam magis reiicēda videri poterit hæc cōis sententia, si ita accipiatur, vt nōnulli interpretantur, qui dicunt doctores frequentius sensisse, manu † regiam esse ius, seu remedium quoddā creditori cōpetens ad petēdum, exigendumq; aliquid, cuius in locum actiones postea ciuiles fuerunt subrogatæ. Quod si ita accipiatur, multò etiam magis abhorrere vī à sensu Pomponij in d. l. ij. in princ. qui cū dicat oia regis manu, hoc est potestate, & arbitrio (vt exponit Accursius) fuisse gubernata, ostendit se non de remedio, & iure illo loq voluisse, quo ad petendum exigendūq; aliqd creditores vterentur, sed potius personam indicasse, q̄ adeunda esset, quęq; iura ista, & petitiones exequeretur. Nemini porrò obscurum esse pōt, aliud esse Principem seu iudicē, qui petitiones exequitur, aliud verò remediū illud, seu ius petēdi, qđ in iudicio ab actore proponit. Hucusq; ergo illorū sententias exposuimus, qui quātum ad manum regiā à cōi opinione recedunt, quæ licèt primo aspectu coloris aliquid habere videant, tñ nec rationi, nec Iustiniani, aut iuriconsultorū menti satis conueniunt. Primò. n. qđ dictum est,
15 cùm primùm homines † congregari, ac dñia distinguere cœperunt, statim magistratus, & iudicia esse cœpisse, aduersaī Iustiniano in §. singulorū. inst. de rerū diuis. vbi dicit, vetustius esse illud ius, ex quo inita commercia, ac rerū dñia distincta sunt, quæ tū bello, tū multis aliis modis acquirunt, posterius verò esse ait ius ciuile, qđ tunc demū esse cœpit, cū & magistratus creati, & leges ciuiles scribi cœperūt. Sicq; optimè refelli illud dilēma, qđ supra ex Voconij sn̄ia ꝺ cōem sententiam afferebaī. Dicebaī p̄terea inter hoc vltimum, & secundum tempus essentialem differentiam, ideo statui non posse: quia tunc quoq; actiones quāuis rudes, & incompositæ coram Rege proponebantur. At hoc falsum videtur ea ratione; quia actiones iure ciuili non tantum ad formam redactas, sed planè inuentas esse tradit Iustinianus in §. namque. vers. quippe, inst. de actio.
16 Quippe (inquit) proditæ sunt † iure ciuili actiones, vt quis dominium suum vendicet.
»
Nec dubiū est, quin de actionibus, quoq; personali b. idem sit affirmandū, quanuis æquitas, vnde illæ proficiscunt, iuris gentiū sit: Nā & rerū dñia, ex quib. prodeūt in rem actiones iuregentiū extabāt, & tñ Iustinianus ibi eas iure ciuili ꝓditas esse perspicuè tradit: Quoniā verò hæc q̄stio, vtrū actio iurisgētiū an iuris ciuilis sit, ad actionū potius materiā, q̄ ad hanc nostrā p̄tinet, ne nos nimis lōgè ab instituto nostro digrediamur, non ea hìc describemus, q̄ Gomesius & alij in hanc q̄stionē latissimè congesserunt; Verū putamus ad veritatē obtinendā satis nobis esse posse testi-
17 moniū Pōponij in d. l. ij. §. deinde. ff. de orig. iur. Est † . n. animaduertendū ibi Pōponiū de ipsis actionib. ita loq, vt apertè demōstret actiones antea non fuisse, sed à solis legib. 12. tabul. profluxisse. Siquidē primò ait, ex legib. actiones fuisse cōpositas, nō à legib. dicit, sed ex legib. quasi demōstrare velit, ex legib. ipsis fuisse desumptas; Postea addit veterib. placuisse, vt actiones solemnes essent, ne populus illas, vt vellet, instituēret, qđ certè superfluū esset, si hāc solēnitatē tū cōplexus esset, cū dixit, eas ex legib. 12. tab. fuisse cōpositas, Cui inductioni maximè id ēt suffragaī, qđ ipse tradit paulò inferius ī ver. postea cū dicit, fuisse Appiū Claudiū, qui actiones ad formā redegit aliquātò postea q̄ cōpositæ fuerunt. Igit Pōponius cū dixit, cōpositas actiones, eo ipso non formulā, & solēnitatem, sed originē demōstrare voluisse. In qua significatione etiā paulò antè hoc eodē verbo vsus erat, cū dixerat, ius ciuile à prudentibus esse compositum, & tū ibi ius ciuile illud esse traditur, quod ex prudentium interpretatione inductum, & constitutum esset, ac non ad formam tantum redactū.

Alio etiam modo verba Pomponij perpēdi possunt, quatēnus ait, eodem modo actiones, sicut & ius ciuile à legibus 12. tabul. fluxisse, sed constat ius ciuile ita fluxisse à legibus 12. tabul. vt verè dici non possit antè ipsas leges aliqua ex parte extitisse, quare idem & de actionibus concludēdum est, inquit verò Pōponius. Et ita eodem tempore tria hęc iura nata sunt, leges 12. tabul. ex his fluere cœpit ius ciuile, ex ijsdē legis actiones cōpositæ sunt. Compositas debemus accipere, hoc est initio constitutas, quēadmodum intellexit Pomponius, cùm paulò ante ius à prudentibus dixit fuisse compositum. Quod si iure ciuili actiones introductæ sunt, satis ex hoc intelligitur, eas iuregentium non fuisse, neque apud Reges (queadmodum dicebatur) proponi consueuisse. Iam verò quamuis illorum traditiones reiectæ sint, qui communi sententiæ aduersantur, non propterea tamen satis defensa est communis illa temporum distinctio, quam initio retulimus, immò enim vigent adhuc multa, quæ contra ipsam obiecta fuerunt. Quare cùm hæc omnia valde dubia sint, quæ tum ad primam ætatem attinent, tùm etiam ad manum Regiā, quæ secūdæ ætati tribuitur, ita vt multos facilè incertos, ac perplexos reddere possent, consultius nos facturos duximus, si aliquantò accuratius his de rebus sententiam nostram exponeremus.

ARGVMENTVM.

QVod dictū est, principio generis humani nec leges vllas, nec magistratus, nec Reges extitisse, itemque alia omnia, quæ de primo illo, & aureo seculo Doctores sentiunt, veritati cōsentanea esse, ac non (vt primo aspectu videri poterat) ex solis Poetarum fabulis desumpta.

SVMMARIVM.

1 *Quid spectarint tùm Philosophi, tùm etiam iurisconsulti, dum societatis humanæ exordia, ac progressiones considerarunt.*
2 *Mundum non fuisse æternum etiam Plato confessus est.*
3 *Rerum humanarum varietas, & inconstantia.*
4 *Proposuit sibi Plato consideranda tempora, quæ post diluuium aliquod illico fuerint subsequuta, vt ciuilis disciplinæ ortum inuestigaret.*
5 *Perijsse aliquando artes, ac postea denuo inuentas esse probabili argumento demonstratur.*
6 *Est vbi aureæ ætatis quasi effigiem possimus intueri.*
7 *Qualem Cyclopum habitationem Hom. descripserit.*
8 *Promiscuos aliquando fuisse concubitus, vel si à sacris paginis, non tamen à iurisconsultorum sententia est alienum.*
9 *Primorum hominum victus, & suppellex.*
10 *Creduntur fuisse semper artes nonnullæ hominum naturæ magis quasi peculiares.*
11 *Apud quos populos fuerit rerum communio seruata.*
12 *Præter ciuilem disciplinam, aliæ duæ causæ sunt, quibus populorum moderatio, & probitas adscribi potest.*
13 *Homines multò quàm alibi fuere sceleſtiores Athenis, vbi tamen disciplinarum omnium fuit domicilium.*
14 *Quanta simplicitate, & facilitate primi mortalium fuisse existimentur.*
15 *Duo hæc pronomina, meum, & tuum, ad publicā quietem obturbandam quanti momenti sint.*
16 *Quo pauciores primi homines erant, eo arctiori charitatis vinculo simul iungebantur.*

CAP. XII.

ILlud ante omnia cōstituendum censemus, hæc quæ ad humanæ societatis, ciuilisque disciplinæ exordia, & progressiones attinent non eodem modo ab ijs accipi posse, qui iurisconsultorum, vel philosophorum coniecturas sequuntur, atq; ab illis accipienda sunt, qui solam ipsam veritatē diuinis scripturis exp̄ssam spectare velint. Q̄nquidē si nos Moysis libros in manus assumam⁹, verissimā, accurateq; admodū traditā vniuersæ historiæ seriē habebimus. Ac primò quidē totius terrarū orbis ortum, & prima quasi incunabula, mox quæ paulatim ille habuerit incrementa, liquidò ꝓspiciemus. Verùm illi
1 † quibus ex diuinis scripturis veritatis lumen non affulsit, non tàm veram primæ ipsius orbis terrarum originis fidem quæsierunt (cùm immò ex ipsis plerique, vt qui Peripateticorū traditiones sequuti sunt, hoc quod conspicimus mundi templū nullum vnquàm initium habuisse, sed perpetuò antea extitisse affirmarint) quàm naturæ vim, humanarumque mentium facultates quasdam considerarunt, atque illud coniectura assequi conati sunt, q̄ sn̄ā nā olim rerū status extitisset, si forte imperitorū, ac planè rudium hominum numerus aliquis fuisset (vt ob eam causam, quam postea dicemus, fuisse aliquando arbitrantur) qui nullum a maioribus suis viuendi rationem nullum cultū, nullas artes, nullaque ciuilis disciplinæ præcepta accepissent, quibusque propterea, quantum in ipsis esset, & quantum naturæ

præsidio

Source : BIU Cujas

præsidio adiuuarentur, rerum humanarum omnium ineunda ratio, ac totius vitæ modus instituendus fuisset; Idque hac ratione maximè nos coniicere posse arbitrati sunt, si causas illas diligenter inquireremus, quibus conuentus hominum aliquos verè fieri cœpisse literarum memoria proditum sit, & variis in locis ciuitates conditas auctas, diminutas, & quacunque rõne mutatas fuisse, ac tùm ad vitia, tùm ad virtutes incrementa sumpsisse; Credibile.n. esse isdem istis de causis rudes quoque illos, ac prope feros homines (quocunque tandem tempore illos extitisse proponamus) ad hunc humanum cultum, atque hanc, quã nunc habemus ciuilem disciplinam paulatim peruenisse: Atq; hæc in hunc modũ accipi, & tractari debere egregiè docet nos
2 Plato 3. Dialogo de legibus. Quanuis † enim ipse mundi æternitatem, non affirmet, in quo non parum à Philosopho, ethnicoque homine obtinuisse videri possumus, minimè tamen sperandum putat, vt vlla quispiam inuestigatione assequi possit primũ illud societatis humanæ exordium, aut progressiones, mutationes, incrementa, à quibus tàm longo seculorum interuallo nos abesse non ignoremus. Quæ verò his de rebus coniiciunt Philosophi, eadem à iurisconsultis recipiuntur, ac sæpe etiam vsurpãtur; siquidem eò pertinent, vt clarius nobis ostendant, q̃ sit humanæ naturæ ius, quantaq; hominum ingeniis opportunitas insit ad totius ciuilis disciplinæ rationem ineũdam, quæ omnia rectè cognouisse nobis apprimè necessarium est. Verùm nos anteaquàm de primorũ illorũ, rudiumq; hominũ vita, & institutis aliq̃d dicamus, videbimus qua rõne ꝓtingere potuerit, vt homines aliquãdò planè rudes, atq; artium oĩum expertes fuerint,
3 ac deinde reliqua ordine aperiemus. Quanta † rerũ humanarũ varietas, & incõstantia sit, apertissima experientia docemur; Etenim quemadmodum in altiori mundi parte mutationes frequentes fiunt, ac persæpè variantur corpora cœlestia aspectib. & locis, ita vt interdũ obliquo, interdum directo sese tramite intueantur, ac modò longiori, modò breuiori inter se distent interuallo: non secus in hac inferioris mũdi parte, quæ forma modò & tempore (vt dicebat Plato) cum superiore illa consentit, aliqui semper motus, rerumque conuersiones, ac varietates maximę contingunt. Hinc morbi, pestilentiæ, incendia, quæ vrbes totas vastare, & ad nihilum redigere interdum solent: hinc etiã maxima illa aquarum diluuia, quibus non tantum vrbes, sed integræ Prouinciæ inundantur interdum, ac prorsus euertuntur, quale olim Deucalionis temporibus in vniuersa Græcia fuisse tradunt, tum cum lapidum iactu genus humanum fuisse reparatum antiquitas fabulata est. Toties † verò contingere hæc ferũtur, quoties astra simul plura quibus illorum producendorum
4 effectuum facultas sit, locis aliquibus ita dominantur, vt cætera astra quorum natura contraria sit, aut nullas, aut perparuas ijs tũ in locis vires habeant. Faciamus ergo (id quod & Plato hac ipsa in re sibi ante oculos proponit) eiusmodi infortuniũm in Prouincia fortè aliqua contigisse, ita vt euersæ fuerint ciuitates, atque habitatores simul ferè omnes perierint; Ex hac clade si pauci aliqui superstites esse potuissent, credibile est, superstites potius fuisse agrestes quosdam homines in montium cacuminib. degentes, ad quæ non ita facilè aquarum eluuies peruenire potuerit. Quo in loco hoc contigerit, ibi necesse est leges, mores, ciuilis disciplinæ instituta aboleta esse, artesque itidem omnes intercidisse, tùm quæ ad nauigandi vsum pertinent, tùm & aliàs omnes, siue ad ornatum spectent, siue ad vitæ commoditates re
5 ferantur. Idipsum verò sæpe contigisse eo argumento demonstrat Plato, quia † multas artes, quas antiquissimas esse verosimile est, ijs tamen tribuimus inuentoribus, qui heri, aut nudiustertius vixisse dici possunt. Vt enim mittamus cæteras, quæ à Dedalo, ab Orpheo, à Palamede, aliisque permultis inuentæ fuisse creduntur. Quid est, quod Musica antiquius videri debeat, aut quod planè vbique omnium hominum naturæ, ingeniis, ac sensibus magis conueniat? & tamen Marsyam, & Olympum non admodum antiquos homines ob musicam inuentam celebramus. Quare verisimilius est hasce artes omnes, eiusmodi clade aliqua fuisse deperditas, ac variorum deinde hominum opera, & indu-
6 stria paulatim restitutas. Hic iam † primæ illius ętatis, quam auream vocant, expressam (iudicio meo) effigiem cernimus, siquidem paucos illos homines, quos in montium cacuminibus eius exitij cladem euasisse diximus, ijs rectè comparamus, quos initio generis humani extitisse doctores tradunt. Illi enim & per se agrestes erant, artiumque omnium expertes, & ad alios populos, à quibus aliquid addiscerent, nauigare non poterant, tùm quia nauigandi artificio carebant, tùm etiam quia rudes, ac nullo adhuc vsu edoctos homines (quemadmodum aduertit Plato) ea timiditate fuisse credibile est, vt ne quidem ex montibus, in quibus degebant, descendere propemodum auderent, quòd aliorum montium pendentes rupes spectantibus formidinem afferrent: quo fit, vt non minus illis totius vitæ modus fuerit instituendus, ac si hæc tota orbis terrarum fabrica tunc nuper extructa fuisset. Hoc ita cõstituto nos in eam sententiam facile adducimur, vt tria illa veritati maximè consentanea esse existimemus, quæ huius primi tẽporis hoĩbus nostri tribuunt, nimirum quòd dispersi per agros vagarentur, q̃ res omnes communes haberent, & quod denique sine probro, ac scelere viuerent. Quibus ex rebus rectè concludi posse arbitramur, eos nõ modo legibus, sed etiam magistratibus, &
7 regibus tum prorsus caruisse. Dispersos † eos habitasse Homeri testimonio probat Plato, eumque propterea summopere laudat, quod in habitatione Cyclopum describenda rudium hominũ instituta, atque ingenitã ipsis naturæ vim diuinitus expresserit, cũ dixit; Cyclopas publicis rebus spretis priuatas tantum curasse, filijs & vxoribus iura dedisse, ac ꝓpterea dispersas altis in mõtibus familias obscuros antrorum recessus habitasse, id quod etiam in auibus, alijsq; feris aĩantibus obseruamus, inquit ergo Homerus.

Concilium ijs nullum est, ijs nulla forensia prætor
Iura dat, obscurum sed in altis montibus antrum
Soli habitant, nihil hos aliena negocia tangunt
Vxori tantum & natis ius dicere docti.

Neque verò erat illorum vita, qualem Tullius nobis describit in lib. de amic. & quam dicit neminem non planè ferreũ laturũ esse, vt si cuipiã in solitudine aliqua collocato alterius hominis oĩno aspiciendi facultas esset adempta: q̃quidẽ illi mutuo oĩum inter se aspectu maximè delectabãtur, ad cùm filijs, & vxoribus, iucundam, & suauem vitã degebant. Vxores † tñ ipsis non magis peculiares fuisse existimandum est, neque magis
8 certos fuisse liberos, q̃ brutis aĩantibus esse soleant. Nã qui nuptias nondum viderant legitimas, neq; filios satis certos habere poterant, vt sentit Iustinianus in authen. quibus mod. nat. effic. sui. §. natura. Ac fusius doct. explicãt, vt Alberic. in l. j. §. ius natu. ff. de iust. & iur. Bar. in l. 3. ff. de concub. Bal. Nouel. in tractatu de dote ĩ 3. parte nu. 7. At neq; illud a veritate alienum esse arbitramur, quod dictũ est primo illo, & aureo seculo res oẽs fuisse cõmunes; Idq; non tñ quia conueniat testimonio Hermogeniani in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. vbi dũ dicit, iure gentiũ distincta esse dñia, ostendit ea aliqñ fuisse cõia, itẽ & Gratiani in c. ius naturale. 1. distin. qui rerum cõem aliquando fuisse possessionẽ expressim affirmat, sed ẽt quia naturali rõni maxime consentaneum est; Cũ enim nullus tunc diuitiarum vsus esset, nihil erat, quòd res proprias tibi quisquam compararet. Nec dum verò aurum, aut argentum inuentum fuerat, quibus rerum omnium æstimatio fieri posset; De rebus porrò ipsis, prẹsertim quæ ad victum spectarent, nihil erat quòd solliciti essent † siquidem tunc
9 & lactis copia erat maxima, & variæ inlùper venationes facile quærentibus victum suppeditare poterant, quanquam permultos ẽt mõtanis fragis, glandibus, cornis, moris, alijsq; fructibus agrestibus fuisse ꝓtẽtos credẽdũ est, sicq; arbitrat Ouid. cũ ingt.

Contentique cibis nullo cogente creatis
Arbutos fœtus, montanaque fraga legebant
Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis
Et quæ deciderant patula prius arbore glandes.

Vestitus præterea ipsis deesse non poterat, cũ pro vestitu ferè pellibus ferinis vterentur; Domibus verò nihilo magis indigebant, quippè qui arborũ truncos, aut certè antra habitabant, vt Cyclopas fecisse ex Homero traditũ est. Stramenta denique, & terrea vascula illis abunde aderant, si Platoni assentimus, q̃ existimat artibus quibusdã eos non caruisse, vt quæ ad taxenda vestimenta, vasculaque ex lino fingenda attinent; vbi ferri vsu minime opus est. Has † enim artes putat ipse Deum summũ & op-
10 timum magis hominibus quodãmodo peculiares esse voluisse, idque ea ratione, vt si quando in eiusmodi calamitatem incidissent, commodius & vitam degere, & genus humanum propagare possent. Atque his per similes Scythatum mores describit Iustinus lib. 2. Aurum (inquit & argentum perinde aspernãtur, ac ceteri mortales appetunt, lacte, & melle vescuntur, lanæ ijs vsus, ac vestium ignotus, & quanquam continuis frigoribus vruntur, pellibus tamen ferinis, atque murinis vtuntur. Vbi verò demus ea mortalibus copiosè suppetere, quæ ad vitæ vsum necessaria sint, non tam ipsis innata diuitiarum cupiditas est, quin cõio inter ipsos aliquandiù conseruari possit. Vt enim Platonis Rempub. mittamus, quam fortasse dices ex suis tñ ideis illum desumpsisse, neque in hominum mores, & cõsuetudinem
11 (id quod illi obijcit Aristoteles) introduci posse, multos † certe populos fuisse legimus, qui in rerum omnium cõione constantissime perseuerarunt. Etenim Mela testis est, Garamãtas in externis Aphricæ partibus degẽtes cõia habere in Repub. omnia. Diodorus etiã insulam in Õceano meridiem versus describit, qua præter alia omnia cõmunes etiam sint vxores, atq; eius loci incolas dicit esse Philosophiæ, atque Astrologiæ admodũ studiosos; similem quoque cõionem inter Philosophos Brachmanas Gymnosophistas, Essenos, Pythagoricos fuisse accepimus. Nec quisquam est, quẽ prætereat apud primos sanctissimæ nostræ religionis authores maximam non modo animorum, sed rerum planè omnium consociationem extitisse: quos ipsos etiã ætate nostra permulti religiosi homines imitantur, qui propriis rebus omnibus relictis diuino cultui sese penitus addixerunt, nec locum tantùm communem habitant, sed cęterarum etiam

rerum

Source : BIU Cujas

rerum omnium commuuione vtuntur, iuxta tradita in clemẽ. Exiui de paradiſo. de verborum ſignificatione. Itaq; nemini mirũ videri debet, ꝙ cum Hermogeniano dicamus, primos illos, & rudes homines res communes aliquandiu retinuiſſe; ac deinde qui poſterioribus temporibus ſequuti ſunt iureq́ue gentium vti cœperunt rerum dominia diſtinxiſſe, iuxta illud.

Communemq́ue prius ceu lumina ſolis, & auræ
Cautus hominum longo ſignauit limite menſor.

Poſtremo dicebatur, homines ſine probro, ac ſcelere tum vixiſſe, quod ipſum ſi quis ita prorſus affirmare vellet, vt propterea diceret nullum planè fuiſſe, ꝙ in vllius vnquàm rei, puta gladium, vel cubilium contentionem veniret, ego nequaquàm aſſentiẽdum putarem; Satis enim veroſimile mihi videtur, quod tradit Cicero lib. j. de inuentione, propter errorem, & inſcitiam in quibuſdam interdum contigiſſe, vt cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas nulla inſtitutione ſedata, ac delinita ad ſe explendam viribus corporis tanquàm pernicioſis ſatellitib. vteretur. Verumtamen ſi non tantùm hunc, & illum hominẽ, ſed generatim omnes ſpectemus, atque in vniuerſum coniicere velimus, quales eſſent ii homines, qui primo illo ſeculo vixerunt, multò probabilius arbitramur id quod & Plato affirmat, longè maiorem, quàm noſtræ ætatis hominum ſit, fuiſſe illorum probitatem, & continentiam, ſanctiores mores, atque iuſtiores, neque tàm multas (vt nunc paſſim audiuntur) ſeditiones, & con-
12 troverſias eo tempore extitiſſe. Nam† vel ſi ad morum probitatem momenti non parum habeat recta inſtitutio, atque hæc ciuilis diſciplina, qua illi ſi non prorſus, at certè maxima ex parte caruere: tamen præter hanc animaduertimus alias duas cauſas eſſe, quibus communis quædam populorum probitas, & iuſtitia meritò adſcribi poteſt. Prima cauſa eſt ignorantia vitiorum, quæ magis forſan hac in re prodeſt, quàm virtutis cognitio, ſi Iuſtino credimus, qui lib. ij. poſt Scytharum commendatã probitatem ita ſubiicit.

„ Tantò plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quàm in aliis
13 „ cognitio virtutis. Atque † huius rei argumẽtum maximum eſt, ꝙ Athenis, vbi velut proprio quodam in domicilio diſciplinarum, optimarumq́ue artium omnium ſtudia floruiſſe non ignoramus, improbiſſimos tamen vixiſſe homines, ac multò etiam quàm alibi ſceleſtiores literarum monumentis proditum eſt, vt non minorem ſcelerum, ac flagitiorum, quàm virtutum peritiã ibi ſe adeptos eſſe facilè concludemus, primos illos homines quanto minus rerum vſu, & experientia valebant, tantò etiam
14 meliores, ac iuſtiores fuiſſe. Erant † enim (vt rectè coniicit Plato) ſumma ſimplicitate, & facilitate; neminem ſuſpectum habebãt, vtpote qui nullius adhuc dolos, ac verſutias experti erãt; ſi quæ recta, & honeſta eſſe audiſſent, illico fidem adhibebant, ac ſicuti armorum fabricandorum peritia, & tractandi ferri artibus carebant, ſic etiam artes illas ignorabant, quibus nũc mortales doliſ; & fraudibus ſeſe mutuo circumueniunt, quibusq́ue factum eſt, vt iam non fuſtes ad vlciſcẽdas iniurias ſatis eſſe exiſtimatum ſit, ſed in terrę viſcera itum fuerit, indeq́ue ferrum extractum, quo ſe mortales mutuis vulneribus crudeliſſimè trucidare poſſint. Altera cauſa eſt, quæ probos homines, ac temperatos, vel ſaltem à ſcelerum cogitatione alienos reddat, nimirum ipſorum ſcelerum occaſiones amputare, quod tum maximè fit, cum diuitiarum vſus adimitur, tunc enim ſimul & cupiditas tollitur, quæ flagitiorum omnium ſolet eſſe cauſa. Quo circa pul-
„ chrè Iuſtinus ibidem Scythas hoc nomine commendat. Hæc
„ continentia (inquit) illis morũ quoq; iuſtitiã dedit, nihil alienũ ꝙcupiſcẽtib. quippe diuitiarũ cupido ibi eſt, vbi & vſus. Vbi
„ diuitiarum vſus, & oſtentatio eſt, ibi luxuries ſemper creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt, ex auaritia erumpat audacia, indeq́ue omnia ſcelera, & maleficia gignuntur. Neque alia ſanè ratio eſt, cur in vita ruſtica, quæ à luxuria magis aliena, ac quaſi parſimoniæ magiſtra eſt, pauciora flagitia reperiamus, quàm in hac vrbana, ciuiliq́ue vita; Rectè enim Cicero vt non omnem frugem, atque omnem arborem in omni agro reperire poſſis, ſic non omne facinus in omni vita naſci poſſe arbitratur. Quæ cum ita ſe habeant, negari non poteſt, quim hac quoq; de cauſa à compluribus vitiis primi illi homines fuerint alieni, quibus nunc mortales omnes maximè obnoxij ſunt. Nam cum res omnes (vt dictum eſt) communes haberent, nullum apud ipſos inter inopes, & diuites diſcrimen extabat: erantq́ue propterea ab inuidiis, atque æmulationibus alieni, à quibus iniuriæ omnes, & contumeliæ proficiſcuntur. Furta quoque, & rapinas, atque alia ciuilinodi delicta, quæ ſæpenumero inopes homines partim ob diuitiarum cupiditatẽ, partim quoque egeſtatẽ coacti patrare ſolent, minus apud eos extitiſſe credibile eſt. Ac propterea etiam exiſtimandum eſt, acerrimis illis odiis eos caruiſſe, quibus ſæpe humiles, ac tenui fortuna homines (quod ſe contemni, ac pro nihilo haberi ſuſpicentur) potentes, ac diuites ꝓſequuntur, vnde etiam nouas res quærunt, motusque ſemper alios, ac rerum conuerſiones moliuntur. Quibus ex cauſis concludebat Plato (vt eſt apud ipſum libro 5. de Republ.) ſola eſſe
15 hæc duo † pronomina meum, & tuum, quæ tàm multas, quibus quotidie vexamur, lites ac ſeditiones pariant, nec ſceleribus ac flagitiis omnibus occaſionem præbeant, ideoque miſerias & ærumnas vbique maximas mortalibus afferant, ac denique omnibus ſemper in locis publicam quietem, & tranquillitatem impediant. Præter has duas poſſumus aliam inſuper ex eiuſdẽ Platonis ſententia primorum illorum hominum ꝓbitati cauſam
16 aſſignare. Exiſtimat enim ipſe † feciſſe tum hominum paucitatem, vt pauci illi ardentiori quadam ſeſe inuicem beneuolentia complecterentur, quæ illorum animos firmiſſimo velut nodo deuinceret, atque à cædibus, iniuriis, & contentionibus alieniſſimos redderet. Hæc latius aliquanto cenſuimus explicanda, vt probè intelligeretur, non abſurda eſſe, neque ex ſolis Poetarum fabulis eſſe deprompta, quæ de aureo illo ſeculo noſtri interpretes tradunt, cum ſcilicet Iuſtitia ingeniis potius, ac moribus culta, quàm legibus erat, ipſiq́ue homines ferarum more fuſi per agros vagabantur. Quandoquidem ſi illud aliquando contigiſſet, quod ſupra diximus, ita tuliſſet hominum natura, vt talem vitam degerent, qualẽ antea deſcripſimus. Vnde Cicero in oratore pro P. Sextio. Quis veſtrum (inquit) iudices ignorat ita naturam rerum tuliſſe, vt quodam tempore homines, neque naturali, neq́ue ciuili iure deſcripto fuſi per agros vagarentur &c. Quod verò diximus illorum facilitatem, probitatem atque iuſtitiam facere potuiſſe, vt ſine legibus viuerent, probat etiam Tacitus libro 3. vbi, Vetuſtiſſimi (inquit) mortalium nulla adhuc mala libidine ſine probro, & ſcelere eoq; ſine pœna & coercionibus egebant, nec præmiis opus erat, cum honeſta ſuopte ingenio peterentur, & vbi nihil præter morem cuperent, nihil ꝓ metum vetabantur.

Sic puto iam defenſa eſſe illa omnia, quæ de prima ætate frequentiori calculo recipiuntur.

ARGVMENTVM.

POſſe noſtros interpres in eo quoque defendi, quod de manu regia frequentius ſenſerunt, quicquid contra nonnulli recentiones exiſtimauerint.

SVMMARIVM.

1 *Prima hominum ſocietas, domus.*
2 *Pluribus iunctis domibus ſit pagus, altera nimirum ſocietas ſecundum naturam.*
3 *In pago imperabat, qui ex tota illa conſanguinitate omnium natu maximus erat.*
4 *Tertia Societas ſecundùm naturam eſt ciuitas, quæ iunctis ſimul pagis cõſtituitur.*
5 *Quælibet ciuitas ſe ipſa contenta eſt, ita vt plures eidem regi ſubijci ciuitates natura minus ſit neceſſarium.*
6 *Regem aliquem imperare, an ſit naturæ conſentaneum.*
7 *Initio ciuitatis Romanæ quale regum imperium extiterit.*
8 *Mar. Socini & Voco. argumenta diluuntur, quibus probabãt, nec manum Regiam, nec Regna vlla ante leges ciuiles, ac magiſtratus eſſe potuiſſe.*
9 *Fuerintne ciuitates, antequam conderentur leges, ac magiſtratus crearentur.*
10 *Ciuitatis diffinitio ex Ariſtotele.*
11 *Non eo modo manum Regiam doctores accipit, quo voconius exiſtimat.*
12 *In actione duo conſiderari poſſunt.*
13 *Quid potiſſimum faciat actionem eſſe.*
14 *Quomodo rectè dicatur, iure gentium agi, ſi actiones à iure ciuili inuentæ ſunt.*
15 *Quare condictio potius iuris gentium ſit, quàm actio rerum amotarum.*
16 *Quomodo manus Regia potuerit dici remedium ad exigendum.*
17 *Quæ prius authoritas debitoris compellendi in ſolo Rege poſita erat, hodie non tàm in iudice, quàm in ipſis actionibus reperitur.*
18 *Iudices iurant ſe leges ſeruaturos, nec niſi ex cauſa poſſunt ab ipſis recedere.*
19 *Punitur iudex, qui legitimam actionem proponenti iuſtitiam non miniſtrauit.*
20 *In iudice punitur vel ſola negligentia.*
21 *Qua ex re fiat, vt quæ naturali æquitati conueniunt, iuris ciuilis tamen eſſe dicantur.*

CAP. XIII.



VT verò deinceps etiam quantum ad ſecundam ætatem ſententiam noſtram exponamus, id quod frequentius traditur, hoc ipſo tempore nullas fuiſſe leges ciuiles, ſed manu regia omnia gubernari cõſueuiſſe, minimè (vt quidem faciunt) improbamus, ſed veritati maximè conuenire arbitramur. Id verò ita eſſe rectiſſimè intelligemus, ſi prius cum Platone, & Ariſtotele ſocietates nonnullas, ac ciuilis diſciplinæ quaſi figuras nobis ante oculos poſuerimus, quibus quaſi gra|ibus ciuitatum

guberna-

Source : BIU Cujas

gubernationes, atque imperia ad hunc, quē nūc videmus, ſtatū
1 paulatim ꝓducta fuere. Prima † ſocietas inter mortales ſecūdū naturam conſtituta eſt, quam Ariſtoteles lib. j. Politic. domum, ſeu familiam appellat, aitq́ue quotidiani vſus cauſa eſſe conſtitutā, in qua qui degunt non ciues, ſed conuictores, & contubernales dici poſſunt. Hæc eſt, quam ſolam primo illo, & aureo ſeculo extitiſſe concluſimus, quo tempore maritus tantū, & vxor cū filiis ſuis ſimul degebant, ſicq́ue plures arant familiæ inter ſe
2 diſtinctæ, quæ variis in locis diſperſæ habirabant. Poſtea † verò numero hominum paulatim excreſcente cum ex ſingulis domibus plures domus, ſeu familiæ factæ eſſent, credibile eſt eas eo ipſo in loco, vnde primùm prodierant, ſimul iunctas perſtitiſſe, eumq; locū vallo, & foſſa muniendum curaſſe. Faciebat. n. hæc multorum cōiunctio, & conſociatio: tùm vt à feris (quēadmodum inquit Plato) omniq́ue vi externa tutiores eſſent, tùm ēt, vt vitæ iucundius, commodiusq́ue degēdæ multa inde adiumēta reportarent. Hanc ſocietatē Ariſtoteles pagum appellat, quæ quanuis poſterior ſit ea ſocietate, de qua proximè meminimus, prima eſt tamen inter ſocietates illas, quę alia quam quotidiani vſus cauſa conſtitutæ ſunt. Pagum porrò illum maximè ſecundùm naturam putat eſſe Ariſtoteles (vt eſt apud ipſum lib. j. politic. c. j.) qui ex conſanguineorum propagatione perficitur, eūq; ita regi ſolitum arbitratur, vt quemadmodum domui paterfamilias iura dabat, ſic qui in illa tota conſanguinitate omniū natu maximus erat, pagum ipſum regeret, ac gubernaret. Huius rei
3 veſtigia in Regno Neapolitano cernuntur, vbi † pleræq; ciuitates in pagos diſtributæ ſunt, ex iis verò pagis ſunt nonnulli qui certarum familiarum cognomen tanquam proprium retinent, vt facilè intelligas ex vnius domus propagatione aliquandò totū aliquem pagum effectum eſſe. Tandem † verò ſicut pluribus
4 domibus ſimul iunctis pagi fuerant conſtituti, ita iiſdem planè de cauſis ipſi quoque pagi poſtea ſimul iungi cæperūt; quantò. n. maior eſſet hominum multitudo vnum in locum congregata tantò maiores ex mutuis inter ſe commerciis vtilitates ſperabant, an tantò etiam tectiores contra quamcunque vim externam ſe futuros confidebant. Vnde tertia ſocietas conflata eſt, quā ciuitatē appellamus. Vna hæc ſocietas ex prædictis tribus ſe ſola contenta eſt, earumq; rerum omniū finem aſſequitur, quæ
5 ad bene, beateq́; viuēd. neceſſaria ſunt, Quanuis † enim & alia quædam ſocietas reperiatur, cui Plato, & Ariſtoteles quartum, & vltimum locum tribuunt, quæ tunc conſtituitur, cum plures ſimul iunguntur ciuitates, quæ vni eidemq; regi ſubiiciantur, tamen hoc natura minus neceſſarium eſt, cum ſingulæ per ſe ciuitates eiuſmodi ſint, vt rectè gubernari, & omni ex parte publicæ fœlicitatis ſcopū pleniſſimè aſſequi poſſint. Veruntamē huic quoque vltimæ ſocietati naturalē originē Ariſtoteles tribuit, eam nimirum qñ aliqua in ciuitate, quę vni regi ſubiiciebaī hominū numerus in eū modū auctus eſt, vt ex illorum velut propagatione plures ciuitates ortæ fuerint. At ſiuè plures ab eodem
6 regantur ciuitates, ſiuè vna tantùm, hoc vnum certè † qđ cœtus multorum alicuius poteſtati ſubiiciātur vſqueadeò ex mortalium omnium ſententia, naturæ conſentaneum eſſe vr̄, vt ꝓpterea gentes ferè oēs ſuos illos quoque cōmentitios Deos regem habere exiſtimauerint. Idq́ue non alia de cauſa (vt tradit Ariſtoteles in loco ſuperius adducto) niſi quia cū & formas humanas Dijs tribuerent, & alia, quæ hominib. naturalia ſunt, hoc ipſum quoque quod ab vno cæteri regantur, hominum naturæ maximè conuenire iudicarunt. Hiſce quaſi gradibus ab eum locum peruenimus, vt iā ex iis quæ diximus, facilè defendi poſſint, quæ de manu regia ſenſerunt noſtri interpretes, cum dixerunt, regum poteſtatē tum prorſus liberam fuiſſe, ac nullis iudiciorum regulis, nullisq́ue aliis legibus adſtrictam. Quemadmodum enim prima ſocietate liberum patris imperium erat, ac de ipſius tùm prudentia, tùm benеuolentia vxor, & filij maximè confidebant, quemadmodum etiam in pagis, quibus ſecundam ſocietatem diximus contineri, liberè omnia committebant illius conſilio, q inter omnes conſanguineos natu maximus erat, ſic poſteaquā pagis ſimul iunctis in ciuitates congregati fuerūt, atque ex ſeniorib. illis, qui prius ſingulos pagos ſinguli regebāt, regem ſibi aliquem delegerunt, qui prudētia, & conſilio cæteris præſtaret, nihil minus veriſimile eſt, quàm vt illicò ipſi regi facultatē legib. coarctare, ac quaſi manus alligare voluerint, ſed multo veroſimilius eſt, eandem quā domus patrifamilias, ac ſeniori pagus poteſtatem dabat, regibus quoque ſuis ciuitates cōceſſiſſe, & tunc tantùm leges eſſe ꝓſtitutas, cū cœperunt reges à recto rōnis tramite declinare, tunc. n. maxima cum ratione factū eſt, vt alij electis regib. leges poſuerunt, alij verò retentis regibus legum quaſi frena ijs iniecerint, propterea ꝙ vnius effrænatę libidini vitam, & fortunas omniū committere exitioſum eſſe cōperiſſent. Verùm ante id tempus credendum eſt, arbitria principum pro legibus extitiſſe. Atque hanc ipſam coniecturā
11 (quando præter coniecturam eiuſmodi in rebus nullum aliud firmius argumentum habemus) ſequitur Iuſtinus libr. j. vbi ita
„ inquit. Principio rerum, gentium, nationumq́ue imperium pe-
„ nes reges erat, quos ad faſtigium huius maieſtatis non ambitio
„ popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat, po-
„ pulus nullis legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus
7 erant. Idem dicit Pomponius † initio ciuitatis Romanæ fuiſſe ſeruatum vt regis vnius manu omnia gubernarētur. l. ij. in prin. ff. de orig. iur. Quanuis verò tunc quoque aliquæ forſan conſuetudines eſſent, non tamen impediebant, quominus latiſſima regis eſſet facultas, à quo vno illæ quoque (qualeſcunque eſſent) conſuetudines atque inſtituta penderent. Atque hoc ipſum nō tantum apud populum Romanum fuiſſe, ſed etiam apud alios omnes, tùm cùm primum homines vnum in locum congregari cœperunt, iuriſconſulti paſſim liquidò oſtendunt, dum dicunt, prius fuiſſe introducta bella, diſtincta dominia, regna condita, ac deinde poſteriori tempore conditas eſſe leges ciuiles, vt in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & §. ſingulorum. iuncto. §. Item ea, quæ ab hoſtibus. inſti. de rer. diuiſ. Si ante leges ciuiles regna fuerunt, nec eſſe eſt talia fuiſſe regna, in quibus latiſſima, ac planè libera regis poteſtas eſſet. In hunc modum rectè confirmantur, quæ de manu regia doctores tradunt. Sicq́ue etiam optimè diluuntur argumenta, quæ contra hanc communem ſententiā
8 ſuperius allata fuerunt. Nam † quod primò Voconius, & Socinus dicebant, hæc quę de manu regia doctores comminiſcuntur, nullo in loco probari, probè iam dilutum eſt, cū viderimus, hæc non tantum naturali ratione, ſed etiam Iuſtiniani, aliorūque iuriſconſultorum authoritate probari, atque aliorum inſuper probatiſſimorum authorum teſtimonio confirmari. Neq; porrò prætereundum hic eſt Tullij teſtimonium, qui lib. ij. offi. de legum conſtituēdarum, ac de creandorum regum cauſis ita loquitur, vt minimè dubitet, quin legum ciuilium conſtitutionem
„ regum authoritas anteceſſerit. Eadem (inquit) conſtituē-
„ darum legum cauſa fuit, quæ regum ius enim ſemper quæſitum
„ eſt æquabile, nec enim aliter eſſet ius. Id ſi ab vno iuſto, & bono
„ viro conſequebantur, eo erant contenti, cùm id minus contingeret, leges inuenere, quæ cum omnibus ſemper vna, atque eadem voce loquerentur. Obiiciebatur illud prætereà, ꝙ cum iudicia, & magiſtratus pars ciuitatis ſint, vt docet Ariſtoteles libr. iiij. & 6. Politic. nunquam videtur illud tempus eſſe potuiſſe, cū reges imperarent in ciuitate, iudicia verò & magiſtratus nō extarent. Reſpondētur ad hoc, magiſtratus, & iudicia, qualia nunc habemus, hoc eſt certis regulis adſtricta, tunc eſſe cæpiſſe, cum leges ſcribi cœperunt. §. ſingulorum. inſt. de rerum diuiſ. l. ij. §. hęc diſputatio. ff. de orig. iur. Accurſ. Inſt. de obli. in principio in
9 verbo neceſſitate. At † conſtat ante leges ciuiles regna fuiſſe cōdita; ſed quomodo (dixerit aliquis) reges eſſe poterant, ſi non erant ciuitates, quibus reges præeſſent? Ciuitates verò nō fuiſſe teſtatur Iuſtinianus. in d. §. ſingulorum vbi perſpicuè ſentit eodem planè tempore, & ciuitates eſſe, & magiſtratus creari, legesque ciuiles ſcribi cœpiſſe. Verùm aduertendum eſt, quanuis nōdum eſſent ciuitates, fuiſſe tamen cœtus hominum ex pluribus pagis (vt diximus) conſtitutos. At viſum eſt Iuſtiniano eas hominum conſociationes non appellare ciuitates, niſi poſteaquā legibus, & magiſtratibus munitæ inſtructæque ſunt, neq; abhorret hæc ſententia Iuſtiniani ab Ariſtotelis ſententia, qui li. ij. Politic. 6. non quamcunque generum, pagorumque cōiunctionē, & ſocietatem putat ciuitatem dici poſſe, quanuis ad communē vitæ, fortunarumq; ſecuritatem ea ſocietas comparata ſit, ac faciliorem commerciorum vſum, vtilitatum omnium opportunitatem, & copiam præbeat. Nam hęc quidem omnia (vt ciuitas ſit) dicit eſſe neceſſaria, ſed illud præterea requirit, vt hæc ſocietas omni ex parte eiuſmodi ſit, quæ ad benè, beateque viuendum per ſe ſatis eſſe poſſit, ac nullo planè alio ad vitam perfectā
10 egeat adminiculo † cùm ciuitatem definiat eſſe gentium, virorumque in vita perfecta, ſeq; ipſa contenta cōmunionem. Talis verò eſſe non poteſt, niſi in ea, & magiſtratus adſint, & certæ leges conſtitutæ ſint, quibus commerciorum modus, & ratio, publicorum munerum obſequia, connubiorum iura, tum & neceſſitudinum, affinitatum, ſucceſſionum, atque id genus alia cō tineantur. Quæ priuſquàm legibus comprehenſa eſſent, erant tamen hominum cœtus, in quibus à regum poteſtate hęc planè omnia pendebant, ſicq́ue regia manu (vt rectè concludunt noſtri interpretes) omnia gubernabantur. Quanquam neque ex verbis Iuſtiniani in d. §. ſingulorum neceſſariò illud corrigitur, vt quo tempore ciuitates conditę fuerunt, etiam magiſtratus illicò creatos, & leges ſcriptas fuiſſe exiſtimarit. Vnùm illud reſtat, vt poſtquam vidimus verè aliquandò fuiſſe manum regiam, videamus an in eo ſaltem doctores reprehēdendi ſint (vt à quibuſdā reprehēdunt) ꝙ dixerint manū regiā fuiſſe eius, & remediū ad aliqd exigēdū, ī cuius locū poſtea actiōes iure ciuili fuerint ſubrogatæ. Atq; certè ſi sētirēt manū regiā fuiſſe loco actiōis, hoc eſt loco illi⁹ ęquitatis, q̄ ex ꝙuētiōe, aliove facto ꝓficiſcit, atq; actiōi quaſi materiā ꝑbet, ita vt ſine vlli⁹ æqtatis adminiculo, ſola ad agēdū manus regia ſatis fuiſſet † quēadmodū sēſiſſe doctores īterpretaī Voconius. d. decla. 9. negari ñ poſſet, qn iure optimo eſsēt reprehēdēdi, ſed hoc Barth. Sal. Butr. aliiq; q de manu regia locuti ſunt, nè qdē vnq̄ ſonniārūt. Quis. n. non videat, vt nunc actio iuſtitiæ & ęquitatis fundamento ſubnixa

eſt, ita

Source : BIU Cujas

eſt,ita tũc quoque eum,qui petebat, æquitatem petitionis aliquam præ ſe tuliſſe,cuius maximè rex in iudicando rationẽ haberet? Nemo igitur non ſtultiſſimus affirmauerit,manum regiã huius ipſius æquitatis locum obtinuiſſe, nemoque dixerit actionem,quatenus ea fouetur æquitate,in locum manus regiæ fuiſſe ſubrogatam. Verũm ſi doctores ea de cauſa reprehendamus, quod dixerint,manum regiam eſſe remedium ad cogẽdum debitorem,& actiones prout cogendi remedia ſunt,in eius locum
17 iure ciuili fuiſſe ſubrogatas,dubitandum non eſt,quin iniquè illos accuſemus; Et quoniã explicatione hoc potius eget, quàm
12 diſputatione, aduertẽdum † eſt in actione duo conſiderari poſſe. Primò æquitatem illam naturalem,quæ poſtulat,vt is qui cõtraxit puta, vel deliquit, compellatur ad ſoluendum, & cuius præſertim contemplatione actio ipſa conceditur. Secundò poſſumus in actione conſiderare fomentum illud, & eam iuris ciuilis poteſtatem, quæ ipſi actioni robur, ac quaſi ſpiritum præbet,quo valeat debitorem vrgere, eique ſoluendi neceſſitatem afferre. Si ſolam ſpectes æquitatem,non rectè hoc reſpectu dixeris,actionem eſſe remedium ad cogendum debitorem; nam ab hominibus inuenta ſunt remedia, vt ſuffragarentur naturali Iuſtitiæ,& æquitati, quo minus ea ab improbis hominibus violaretur. Quo circa cum remedio æquitas egeat, æquitas ipſa nõ rectè remedium dicetur: neque enim eadem ſibi ipſi remedio eſſe poteſt. Immo hac inſpecta neque actionis nomine rectè actionem ipſam nuncupabimus, † quandoquidem hæc æquitas non
13 eſt quæ faciat actionem eſſe, quanuis eius fundamentum ſit, ſicut & realis actionis fundamentum eſt dominium,non tamen dominium eſt,quod illam faciat eſſe actionem, vt ſupra oſtendimus ſentire Iuſtinianum in §. ſed iſtæ,verſ. nanque. inſt. de actio. Quòd ſi in actione iuris ciuilis facultatem conſideres,quæ cogẽdi vim,ac facultatem præſtat,rectè ob id ipſum poteris actionẽ, & remedium appellare,ſiquidem nihil aliud eſt,quod læſæ æqui
19 tati præſidium afferat, & maximè faciat actionẽ eſſe, quàm vis illa, atq; ille quaſi ſpiritus, quem ex legibus ciuilibus petitio deſumit,id quod aperte oſtendit Pomponius in d.l.ij. §. deinde. ff. de orig.iur. cum dicit, ex legibus 12. tabul. deſumptas eſſe actiones,vt clarè ſupra ipſius verba perpendimus. Oſtẽdit etiam hoc Iuſtinianus in diffinitione obligationis inſti. de obliga. in princ. quo loco cum velit definire eam obligationem, quæ actionem producat,illud exigit, vt ſecundum Romanæ ciuitatis iura neceſſitatem afferat,id quod ſola æquitas (quocunque tandem illa ex fonte profluat) efficere non poteſt. Vnde concludendum eſt,iuregentium ante legum ciuilium conſtitutionem,quanuis tunc quoque naturalis æquitas extaret, actiones tamen ipſas nõ extitiſſe. Nec tamẽ propterea inficiamur, † quin rectè dici poſ-
14 ſit iure gentium agi,qua loquendi formula vtitur Martianus in l. rerum quidem. ff. rerum amotarum,quod non ideò dicitur,qa actio iuriſgentium ſit (ſiquidem ius gentium ad agendum nihil aliud præter æquitatem illam affert,quæ, vt fuit demonſtratum,actio dici non poteſt) ſed quia ius ciuile in actionibus concedendis,præexiſtentem aliquam materiam exigit, velut traditionem,promiſſionem,aut id genus alia; atque hæc materia iuriſgentium eſt, neque in ea iuris ciuilis miniſteriũ vllum agnoſcitur,niſi quatenus lex ciuilis interdum decernit, vt ex vno aliquo facto hæc potius,quàm illa actio competat: tunc enim aliquo modo poteſt videri actio à lege ciuili etiam materiam habuiſſe,veluti cum ſtatuit lex pro rebus ab vxore ſubtractis, non furtiua, ſed rerum amotarum actione maritum vti debere; Sic fit: vt in eadem propemodum ſpecie rectè vtrumq; dicamus
15 mus, † & iuregentium agi,& agi iure ciuili; Iure ciuili, cũ agi poteſt rerum amotarum, Iure gentium qñ non poteſt agi rerum amotarũ,ſicuti tunc nõ põt agi,qñ ſine diuortij cõſilio res amotæ fuerunt,tunc.n. ↄdicere poſſumus ob eã æquitatem iuriſgentium,q̃ iudicem admonere poteſt, vt qđ quiſque nõ ex iuſta cã poſſidet,ab eo illud auferat,& ita accipienda ſunt verba Martiani in l. rerũ quidẽ. in fin. ff. rerum amot. ibi. Licet (inquit) ceſſet
» rerum amotarum actio,tamen ipſas res maritus ↄdicere poteſt.
» Nam iuregentium condici puto res poſſe ab iis, qui nõ ex iuſta cã poſſident. Itaque ex his verbis nõ rectè colligit, vt colligunt multi,iuregentiũ ante ↄditas leges ciuiles actiones extitiſſe. Reliqua porro argumenta,quib. id probare contendunt, non ſunt eiuſmodi, vt in iis refellendis tempus conterere debeamus. Itaque,ſi hoc retinuerimus,quod veriſſimum eſſe hucuſq; demonſtrauimus, eo ipſo maximè actionem dici poſſe, ↄ authoritate iuris ciuilis robur,ac cogendi facultatem acceperit, atq; hac ſola de cauſa poſſe actionem remedium appellari, non rectè
16 eos reprehendemus, qui ſentiunt † manum Regiam fuiſſe remedium exigendi, & quidem remedium eodem modo, quo nunc actiones ſunt remedia ad exigendum comparata, ita vt dici poſſint actiones, quantum ad hoc attinet, in ipſius manus Regiæ locum fuiſſe ſubrogatæ; Etenim ante ciuiles leges conſtitutas, ſi petebam à te, quòd mihi promiſeras, vel ex alia iuſta cauſa mihi debebas, fouebat quidem æquitas naturalis meam petitionẽ, ſed huic tamen petitioni non id roboris datum erat, qđ poſtea actionibus authoritate iuris ciuilis datum fuit, vt ↄ eius æquitatis contemptores remedio eſſe poſſet, q̃quidẽ tota hęc facultas totaq; huius remedij uis,& ptãs in ſolo Rege poſita fuetat, atq; hæc ptãs erat,quã doctores manũ Regiã vocãt,& quam fuiſſe remedium ad exigendum rectè ſentiunt. Rectè enim in eo dicimus eſſe poſitum remedium, quod morbo mederi,atque ipſi quandam quaſi vim afferre valeat. At poſteaquã ſublata manu Regia,legibus ſeſe ciuitates ſubiecerunt,vt plenè ſupra docuimus,tunc † quæ Regis prius erat authoritas, publico omnium conſenſu ipſis legibus data fuit,vt quod prius à Rege quacũque in re præſidiũ, ac remediũ peti ſolebat, à legibus in poſterum peteretur,& quæ antea Rex ſolebat, eadem planè omnia leges imperando,permittendo,vetando, puniendo munera præſtarent,ita vt leges in ipſius Regis penè dixerim regale ſolium ſuffectę fuiſſe videantur. Quod cum ita ſe habeat,cũque etiam perſpicuum ſit,actiones ex legibus ciuilibus ita fuiſſe deſumptas,vt ipſius iuris ciuilis pars ſint. d.§. deinde l. 2. ff. de orig. iur. cõſequens eſt, vt fateamur actiones in locum manus Regię fuiſſe ſubrogatas,Nec dicatur ipſos potius magiſtratus, qui eodem tẽpore creati fuerunt,quo & leges conditę,quinque actiones exequuntur (id quod rex antea faciebat) propterea in ipſius regis locum videri ſuffectos. Nam verè regis poteſtas non
18 magiſtratibus,ſed legibus data fuit. Idque ex eo intelligitur † quòd legum obſeruationi iureiurando magiſtratus obſtringuntur,vt in authen. Iuſiuran. quod præſt. ab his. & cap. venientes. extra de iureiur. Ideoque illarũ limites tranſgredi non poſſunt, niſi ſors aliquando ita ferat,vt propter publicam authoritatem ab ijs recedere opus ſit,vt docet Innocen. cap. j. de conſtitut. & Bald. in tract. de ſindic. in 11. queſtio. Vt vero legum cuſtodes ſunt magiſtratus,ita actionibus quę iuris ciuilis pars ſunt. ita deſeruiunt, vt ſemper iudicis officium naturæ actionis, quę proponitur, accommodari debeat, quemadmodum latè explicat Iuſtinianus
19 in toto titu. inſti. de offic. iudicis. Nec dubium eſt,quin † puniatur iudex,qui legitimam actionem proponenti authoritatis tuę preſidium nòn preſtiterit,etiã ſi non dolo,ſed ſola negligentia
20 id facere prętermiſerit, neque enim obſcuræ leges ſunt, † quę in iudicibus,ac magiſtratibus,vel ſolam negligentiam puniunt,vt l. ſi quis in conſcribendo. in fine l. ſi quos iudices. C. de offic. prefecti prętor l. mancipia. C. de ſeruis fug. aucten. de quæſt. §. ſuper. cap. iudices. de pace iuram. firmanda. l. iudices. C. de anno. & tri. l. 1. C. de ſuſcep. & archa. lib. 10. l. placuit. cum multis ſimil. C. de fund. patr. eod. lib. Ac non tantũ exequi actiones tenentur, ſed etiam exequi intra tempus legibus conſtitutum,alioquin litem ſuam faciunt, & parti in id quod intereſt tenentur. §. ſuper hoc. auct. de quæſt. & c. iudices. de pa. iur. fir. tradit Amedeus in tract. de ſindic. nu. 74. Itaque actionum ea vis, & poteſtas eſt, vt iudices etiam ipſos coerceat. Facit porrò hæc vis atque poteſtas, vt & manui Regię recte actiones cõparentur, & iuri ciuili potius,
21 quàm iuri gentium tribuantur. † Non ſecus ac de tutela fiat, quę licet quacunque alia inſpecta ratione, iuriſgentium eſſe videri poſſit arg. §. penul, inſtitu. de Attil. tut. tamen videmus ius ciuile propter eam quam ipſi tutelę vim,ac poteſtatem tribuit, primã quoque eius originem tibi vendicare l. j. ff. de tutel. & inſti. eodẽ tit. in prinp. Hęc de manu regia dixiſſe in preſentia ſãt erit; quod enim diſputant Doctores in rub. de obligat. pro quibus obligationibus ſolerent reges manus regię auxiliũ impertiri, nos quoque ibidem copioſè & accuratè tractabimus.

ARGVMENTVM.

QVid à lege,& à iuſto ius differat,& an ius à iuſtitia, an verò à iure iuſtitiam fluxiſſe exiſtimandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Differunt hæc quidem inter ſe lex, ius, & iuſtum, ſed tamen maximam ſimul affinitatem habent.*
2 *Opinio Franc. Connani quoad prædictarum vocum differentiam, atque eiuſdem error.*
3 *Ariſto. verba planius explicantur, in eo quod de iuſto & iure, item de iniuſto, & iniuria loquitur.*
4 *Altera ſententia ſuperiori contraria refertur, & reprobatur.*
5 *Ius non id eſt quod δικαίωμα Græci dicunt.*
6 *Græcæ voces non planè ſemper Latinis reſpondet.*
7 *Non habent Græci quod nos ius dicimus, vt neque nos quod illi δίκαιον & δικαιωτήριον.*
8 *Negat Diuus Thomas ius à iuſto quicquam differre.*
9 *Qua ratione lex ſæpiſſimè appelletur ſcriptura qua legislator aliquid decernit.*
10 *Ius propriè quid ſit.*
11 *Quæ nos iura dicimus veteres Romani iuſſa appellarunt.*
12 *Quid differat iuſtum ab eo quod Græci διαγωτήγμα vocant.*
13 *Cur diſtinctio iuris, quam iuriſconſulti tradunt, ipſi iuri potius, quàm legi accommodetur.*
14 *Ius & iuſtum iuſtitia ipſa antiquius eſt.*

15 An

Source : BIU Cujas

15 *An possit defendi Vlp. qui dixit, ius à iustitia fuisse appellatum.*
16 *Defensio Ioannis Buridani distinguentis inter iustitiam principis, & iusti, subditorem refertur, & reprobatur.*
17 *Etiam in iustitia principis ius antiquitas dari necesse est.*
18 *Verior defendendi Vlp. ratio.*
19 *Qua forma veteres iustitiam descripserint.*

CAP. XIIII.

PRimo ipso huius tractationis initio tria diximus esse, quibus non planè cognitis, maximos vbiq; errores subsequi necesse sit, nimirùm legem, ius, & æquitatem. Ac de lege hucusq; ita egimus, vt non modò duas illas legis species, quas iurisconsultorum proprias esse cõstat, diuinam scilicet, & humanam plenissimè explicauerimus, sed etiam ea sumpta occasione, mutuæ hominum societatis (ad cuius præsidium & conseruationem leges ipsæ maximè comparantur) ortum, incrementa, & progressiones accuratè tradiderimus. Nunc proximum est, vt veniamus ad secundum, & de iure dicamus nõ quidem omnia quæ dici possent (nam hoc nimis latum, immò & propè infinitum esset (sed quæ ad generalem huius termini cognitionem magis necessaria esse iudicabimus. Quæ verò de iure dicenda sunt, ijs etiam, quæ de primis humanæ societatis temporibus proximè diximus, maximè conueniunt, vt quæ de iurisgẽtium primæui, & secundarij in quæstionem nostri reuocant, qđ totum nos latissimè explicabimus. Verùm quoniam meritò dubitari posset, cur hęc diuisio, itemque alia diuisio iuris naturalis, gentiũ & ciuilis à nostris iurisconsultis tradita, iuri potiùs, quàm legi tribuatur, & an cum ea legis diuisione planè cõueniat, quã attulimus supra, dum legem naturalẽ ab humana distinximus, possetque etiam dubitari, cur hanc diuisionem Arist. neque legi, neque iuri, sed iusto tribuat, vt est apud ipsum lib. 5. Ethic. c. 7. vbi loquitur de iusto naturali, & legitimo, Ideò nobis ante omnia cuiusdam quasi in modum præludij, rectè explicandum est, quidnam idipsum sit, quod hac dictione significamus, & quid
1 hæc tria inter se differant: Lex, ius, & iustum. Quanuis enim sæpissimè simul confundantur, præsertim lex, & ius, dubitandum tamen nõ est, quin verè diuersa hæc sint, vt indicat Pomponius in l. ij. in princ. ff. de orig. iur. in illis verbis: sine certa lege, sine certo iure primum agere instituit: quod Tullius etiã multò expressius ostendit lib. j. de legibus. Quibus (inquit) ratio à natura data est, ijsdem & recta ratio, ergo & lex, quæ est recta ratio in iu-
„ bendo, & vetando, si lex, ius quoque: at omnibus ratio, ius igitur
„ omnibus datum est. Quibus verbis ius à lege apertissimè seiungit. Verùm eam inter se affinitatem habent, hæ tres voces, lex, ius, & iustum, vt vera illarum differentia facilè vel doctissimos quosque latere posset. Cuius obscuritatis non leue argumẽtum est, quod Franciscus Connanus summus certè vir, & cùm varia eruditione, tùm acri ingenio præditus, quanuis hac in re plurimùm elaborauerit, tamen non satis rectè (nisi ego fallor) hunc
2 nodum explicauit † tractat hoc ipse lib. j. c. 2. vbi hos terminos ita inter se distinguit: Legem esse putat, quę nobis aliquid faciẽdum dictat, eamque paulò inferius generale iussum superioris esse dicit; Quod verò lex, aut ratio dictat, illud ipsum ius esse statuit. porrò iustum putat esse, quod ex rationis præscripto fit, ita vt quod lex dictat, atque præscribit, id & ius, & iustum esse possit, ius anteaquàm fiat, posteaquam verò factum fuit, tunc verè ac propriè iustum dicatur. Atque hæc existimat planè respondere iis, quę docuit Arist. lib. 5. Ethic. c. 7. in fin. vbi hoc idem qđ nos quærimus, ipse quoque sibi explicãdũ proposuit. Sed miror sanè Connanum ab Aristo. sententia tàm longè aberrasse. Is. n. non modò hoc non sentit, sed contrarium prorsus affirmat, nẽpè iustum esse, anteaquàm factum sit, postquàm verò factũ est, non amplius dici iustum, sed aliud nomen sortiri: & hoc iustum appellat δίκαιον. Verùm in eo Connani error fuit, quia putauit δίκαιον non significare iustum, sed significare illud potius, quod Latini ius vocant, & iustum credidit esse, quod ibi Aristo. appellat δίκαιωμα, siue δικαιωπράγημα. Hoc vero falsum esse, primùm vox ipsa satis edocet. Deinde verborum etiam sententia, quibus ibi vtitur Arist. apertissimè hunc errorem conuincit: Nã cùm iniustũ illud tantùm appellari statuat, qđ nondum factum est, cur negaret id, qđ nondum factum est, posse appellari iustũ, ac cùm velit id quod factum est alio nomine vocari, & nõ ampliùs iniustum dici, cur posteà vellet iusti nomẽ tunc demũ cõuenire, cũ factum ipsum subsequutum sit? Non video certè cur tam diuersè hęc duo acciperet ἀ δίκον καὶ δίκαιον, hoc est iustũ & iniustum, quę clarum est nulla in re alia differre, nisi quod vnũ alterius priuatio est. Quantùm verò ad reliqua omnia, eosdem planè & habitus & priuationis terminos retinere debemus. Qđ
3 vt clariùs explicetur considerandum est, † à Philosopho ibi eandem constitui differentiam inter ius, & iustum, quæ inter iniuriam, & iniustum constituitur (si modò Argiropili versionem sequamur, qui δίκαιωμα ius vertit) iniustum statuit à natura, vel instituto proficisci: Aitque illud esse vniuersalem quandam regulam, natura, vel hominum instituto inductam, ac tunc tantum posse iniustum appellari, cum nondum id factum est quod ea regula continetur. Cùm verò factum subsequutum est, atque ea regula ex vniuersali particularis effecta est, certisque personis applicata, iam non amplius iniustum, sed iniuriam putat appellari debere. Quare iniustum erit adulterium cõmittere, & legatos violare: quod verò à Tarquinio adulterium cum Lucretia fuerit cõmissum, aut qđ à Corinthijs (quibus ea res exitio fuit) Legati Romanorũ fuerint violati, hoc non iniustũ, sed iniuria dici poterit. Subijcit postea Arist. hoc idem, & de iure affirmandum esse (si modo δικαίωμα ius vertamus) quæ verba certè ostendunt, quod de iniuria dictũ sit, idem de iure affirmandum esse, vt quemadmodũ iniuria nõ dicitur, nisi interuenerit factum, ita non dicatur ius, nisi quoties factũ ipsum interceſſerit. Quod sanè maximè consentaneũ esse videtur, vt quemadmodũ iustum iniusto, sic ius iniuriæ respondeat; veluti cum quærimus, iurène vel iniuria aliquid factũ fuerit. Ex hac verò explicatione colligitur opinio (qua nũ ad horũ tetminorũ distinctionem attinet) superiori prorsus contraria: nempe generalem esse regulam, quæ iustum dici debeat, veluti depositum reddere, atq; inuiolatos legatos dimittere: cùm verò factum accessit, tunc verè ius dici posse, sicuti factum, quod aduersatur iustitiæ, non iniustum, sed iniuria appellatur: Atque ita sentit, vt dixi) Ioannes Argiropilus, dum illud quod Aristo. δικαίωμα dicit, non iustũ, sed ius vertit, ac multò etiam expressius Iacobus Faber Stapulensis solidissimus interpres ibidem hanc
5 sententiam amplectitur. Sed † neque his crediderim hac in re assentiendum esse: siquidem nihil minùs dicendum esse mihi vr, quàm vt quod ibi Arist. δικαίωμα dicit & δικαιωπράγημα illud idem sit, quod nos ius appellamus. Idq; vnusquisque per se facile animaduertere poterit, qui cõsiderauerit, qũo ius à nostris iurisconsultis accipiatur: illi enim cum ius diuidunt, vel cum iuris præcepta distinguunt, vt in l. iust. ff. de iust. & iur. & §. iuris pcepta Inst. de iure nat. gent. & ciu. hac ipsa voce volunt nobis indicare, nõ quod factũ ab aliquo sit, sed quid faciẽdum fuerit. Alioquin cogeremur fateri iurisprudẽtiã quoq; ipsam, de qua ibi loquit, in illarum rerum potius cognitione quæ à singulis hominibus facta sunt, quàm in ipsius liciti, & iusti cognitione versari, contra id quod sentit Vlp. in l. 1. & in d. l. iustitia. ff. de iust. & iur. Ego hãc
6 totam perplexitatẽ ex eo oriri animaduerto, quòd † græcæ voces non semper latinis rectè respõdent. Nam vt Græcis desunt interdum, quas nos habemus: sic contra ex ijs pleræq;, quæ apud illos fuerunt in vsu, apud nos desiderantur. Nos præter legem,
7 & iustum habemus hanc vocem ius † qua Græci prorsus caruisse mihi videntur: Nam legem illi νόμον dixerunt, iustum δίκαιον appellarunt, sed vocem, qua ius significarẽt, nullam eos habuisse comperio. Nec sanè dubito, quin hæc sola causa sit, cur distinctionem iuris Arist. ad iustum referat, vt libr. 5. Ethic. cap. 7 vbi iustum naturale à legitimo disiungit. Contra verò (vt dicebamus) habent Græci hac in re, quod nobis deest, nam quod illi δικαίωμα & δικαιωπράγημα vocant, nos certo aliquo vocabulo exprimere non possumus; Quamuis enim diuus Thomas, Ioãnes Buridanus, & alij plerique iustificationem vertãt, barbarum tamen hoc vocabulum est, neque latinæ linguæ vsũ receptũ. Verumtamen quod vno non possumus, duobus vocabulis rectè exprimemus, & δικαιωπράγημα appellabimus, quicquid iustè factum est, hoc enim vocabulum apud Græcos latissimum est. At hæc vox δικαίωμα, licet ipsa quoque ad factum referatur, non tamen tàm latè patet, nec quodcunq; factum significat, sed illud tantùm, quod ad iniuriæ emendationem spectat: Quocirca (vt refert ibi Eustatius) sic Græcè dici solet δικαίωσει τὸν κριτὸν ὁ ζεὺς, quod quidem, si vocẽ voci reddere velimus, non nisi barbarè vertere possumus, iustificabit Corinthũ Iupiter, iustificabit, hoc est iustè corripiet, atque emendabit. Et hanc differentiã apertissimè exprimunt apud Aristo. illa verba: καλεῖται δὲ μᾶλλον δικαιωπράγημα τὸ κοινὸν, δικαίωμα δὲ τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. Hinc iam liquidò cõstare potest inanem eos operã sumere, qui ex his verbis Aristotelis elicere student quid nam iustum à iure differat, cũ Arist. illã differentiã, quã ibi tradit, nõ inter ius, & iustum velit constituere, sed inter iustũ, & id quod à Græcis dicit δικαίωμα & δικαιωπράγημα, à nobis iustè factũ dici potest. Sic fit: vt hæc quam quærimus iuris, & iusti differentia aliunde, quam ab
8 Aristotele, aliove vllo Græco auctore petenda sit. Diuus † Thomas in secunda secũdæ quæst. 57. in 1. artic. negat ius à iusto qequam differre, ac propterea sentit non secus ac iustum, ius quoque iustitiæ obiectũ esse. Cui sententiæ subscribere vr Dominicus Sotus lib. 3. de iusti. & iur. quæst. 1 artic. 1. Sed certè hac in re ipsi Aristotelis potius traditiones sequuti sunt, quàm latinæ vocis vim considerarunt. Fatemur hæc duo ius, & iustũ ab Aristotele confundi, propterea ꝙ (vt diximus) nec vocẽ vllã habebat, qua ius à iusto separare posset, sed nostri tñ iurisconsulti, alijq; latini auctores vti legitimũ à lege, ita iustũ à iure separant, ac de iure sæpe ea loquuntur, quæ iusto conuenire non possent, vt toto tit. ff. quod quisque iuris: Vt etiam cùm dicunt: summo iure experiri, summo iure contendere, nihil mihi iuris cũ illo est, &

alijs

Source : BIU Cujas

alijs eiuſmodi permultis loquendi modis vtuntur. Miſſis ergo aliorum ſententijs, videamus nos quomodo hæ voces accipi, atq; inter ſe diſtingui debeant. Et quod attinet ad legem, nihil eſt, quod in ipſius explicatione hoc tpe amplius elaboremus: Satis enim ſupra demonſtrauimus quo pacto illa accipienda ſit, cùm diximus, legem nihil aliud eſſe, q̃ rationem noſtram, quatenus iuſta, & honeſta nobis præcipit, hoc eſt præceptricem illam animorum, & naturæ noſtræ vim, quæ quid fugiendũ, quidvè ſequendum ſit, rebus in omnibus nobis imperat, atque preſcribit. Nec porrò aliter legem humanam accipimus, quam rectè diuus Thomas (vt ibidem relatum à nobis eſt) dicit eſſe rationẽ Principis, illorumvè, q̃bus eadẽ quæ Principi poteſtas ſit, dũ ex principijs naturalibus alias cõcluſiones magis ſpeciatim deducit, quibus ea decernit, quæ ad publicum ciuitatis ſtatum pertineant. Et in hunc modum legem accipit etiam Chryſippus, quẽ vt ſummum Stoicæ diſciplinæ philoſophũ commendat Martianus in l. 3. ff. de legib. Is enim legem non præceptũ eſſe voluit (quemadmodum Papinianus in l. j. de legib. qui confundit legem cũ iure, vt ex ijs apparebit, quæ ſtatim dicturi ſumus) ſed vim potius illã eſſe voluit, vnde præceptũ emanat; cũ dicat, eam eſſe præceptricem faciendorũ, ac prohibitricem non faciendorũ. Retinenda ergo nobis eſt hæc legis ſignificatio: cùm legem à iure diſtinguimus, vtpotè ab ijs magis recepta, qui non popularem tm̃ ſpectarunt loquendi vſum, ſed ipſius rei naturam aliquãtò accuratiùs
9 conſiderarunt. Quamuis non propterea negari poſſit, † quin & legem rectè appellemus eam ſcripturam, qua legislator aliquid decernit, cũ ita ferè contingat, vt quæ rebus quibuſcunq; indita ſunt vocabula, vſu deinde trahãtur ad ea quoque, quæ illis proxima & annexa ſunt. Neque alia cauſa eſt, cur legis nomine ſcriptura quoque nuncupetur. Nam rationis, quam per ſe ipſam maximè legem dictam eſſe oſtendimus, duo actus ſunt: interior eſt vnus, nimirũ volũtatis, & electionis, alter verò exterior eſt, quo primus ille, & interior rationis actus vel ſcriptura, vel alia ratione ſignificatur, atque exprimitur. Inualuit ergo vſus, vt cũ ratio lex ſit, ſcriptura quoque illa lex appelletur, quæ rõnis actus eſt: & ſic appellat Gratianus in c. lex eſt 1. diſt. Atque hunc ipſum exteriorem actum potius quàm naturalem reſpexit Papinianus in legis diffinitione, quam tradit in d. l. j. ff. de legib. Itaque non pugnant hæc duo, q̃ legislatoris decretum verè lex dici poſſit, & q̃ verè etiam lex ſit illa animorum & naturæ noſtræ uis, quæ rectam viuendi rationem oſtendit. Iam verò conſiderandum eſt, præceptum ex lege ſemper aliquod oriri, vt reddere depoſitum, vectigal ſoluere, & alia eius generis, quæ à præceptrice ipſa lege
10 differre nemo inficiari poteſt. Atque hoc † præceptũ eſt, quod verè ius appellamus, tametſi etiam iuſtum, & iuſtè factum rectè dicere poſſumus. Cur verò tot nominibus appelleẽt, & qũo hæc nomina inter ſe diſtingui debeant, ordine aperiemus. Quod diximus præceptum hoc à lege profectũ ius appellari, ideoq; ius à lege differre tanquam effectum à ſua cauſa, docet nos Caius in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. dum ius gentium eſſe dicit, quod naturalis ratio (quam verè legem eſſe cõcluſimus) inter omnes homines cõſtituit. Et idem tradit Iuſtin. in §. quod verò. inſt. de iure nat. gent. & ciui. Quæ verba apertè indicant iuris appellationem non legi conuenire, ſed ad ea præcepta eſſe referendã, quæ ab ipſa lege, & ratione naturali proficiſcuntur. Quare quod ibi dicit, omnes populos, partim ſuo proprio, partim cõi omniũ hominum iure vti, non aliter accipi poteſt, niſi vt partim proprijs, partim communibus præceptis vtantur. Hoc idem minimè obſcurè teſtatur Vlp. in l. j. in fin. ff. de iuſt. & iur. dum ius priuatum ita partitur, vt in præcepta naturalia, gentium, & ciuilia diſtribuat: quod niſi eſſent præcepta, quæ ius conſtituerent, ac niſi ex ipſis tanquam ſuis partibus ius conſtaret, non in præcepta, ſed in veras ſuas partes diuidi debuiſſet. Itaque Vlp. Priuatũ ius (inquit) tripartitum eſt, collectum enim eſt ex naturalibus præceptis, &
» gentium, & ciuilibus: Quibus verbis, vtitur etiam Iuſtin. inſt. de
» iure nat. gent. & ciui. Atqui certè, cùm veram, & propriam verborum ſignificationem inquirimus, hæc maximè loca ſpectare debemus, in quibus iuriſconſulti aut definiunt, aut diuidũt, aut quauis alia ratione quaſi artis terminos conſtituunt. Non enim negamus, quin permultis alijs in locis hanc vocem aliter iuriſcõſulti accipiãt, & ad ea, quæ iuri proxima, & annexa ſunt, iuris vocabulum deflectant, quemadmodum poſteà dicemus. Habemus iam quid ſit ius, nimirum quod à lege præcipitur; & cùm dicimus legis præceptum eſſe ius, præceptum ipſum per ſe conſideramus, neque inſpicimus, ſit ne illud ſcriptura comprehenſum, an vſum tm̃ receptum, cum ſolo vſu, & conſuetudine ius induci poſſe nemo dubitet, l. de quibus. ff. de legib. & §. ex non
» ſcripto. inſt. de iure nat. gent. & ciui. Vnde & Tullius lib. 2. de in-
» uentione. Ius conſuetudinis (inquit) eſſe putatur, id quod volũ-
» tate omnium ſine lege vetuſtas comprobarit, quo in genere & alia ſunt multa, & eorum multò maxima pars, quæ edicere prætores conſueuere. Nunc proximum eſt, vt uideamus, qua ratione ipſum legis præceptum nõ tantùm ius, ſed & iuſtum, & iuſtè factum appelletur, id quod fit ab Ariſt. libr. 5. capit. ſeptimo. Sic enim intelligemus quo diſcrimine ſeiũgatur ius à iuſto: itemq;
ab eo quod iuſtè factum eſt. Sciendum igitur eſt in præcepto legis duo conſiderari poſſe, quæ quamuis maximè inter ſe affinia ſint, tamen nõ tantùm animo, & cogitatione, ſed etiam te ipſa facilè diſtingui poſſunt. Siquidem in præcepto primùm conſideramus iuſſum, hoc eſt actum illum rationis tam interiorem, quàm exteriorem, dum ratio aliquid imperat, puta, Deum coli, fidem ſeruari, vel eiuſmodi aliud. Atque hoc inſpecto (ut mihi uidetur) uerè ius dicitur, neque alio ullo uocabulo appellatur.
11 Siquidem uidemus † quæ nos dicimus iura, uetuſtiores Romanos appellaſſe iuſſa, ut Feſtus teſtis eſt, propterea quòd iuſſus ijs ſemper ineſt. Vnde ẽt fit mihi admodũ veriſimile, q̃d tradit Agricola lib. j. de inuent. dialect. ab hac voce, iuſſus, iuris vocabulũ profluiſſe, quicquid dicat Franciſcus Connanus lib. j. c. 2. vbi exiſtimat hanc etymologiã non iuri, ſed legi potius conuenire, quã definit eſſe generale iuſſum ſuperioris, ſiquidẽ hoc rectèdici nõ põt, niſi quatenus ius cũ lege confundas, quod tm̃ fieri interdũ ſolere non inficiabor. Secundò præter iuſſum, rem quoque iuſſam in præcepto cernimus ineſſe, & hæc eſt, quam Ariſt. iuſtum vocat; quicquid enim iubetur, à iuſſu, vel etiam à ſola iuris pmiſſione eam qualitatem aſſumit, ob quam meritò iuſtum dici debeat. Quamuis verò vbi iuſſus adeſt, adſit ſemper & illud, quod iubetur, non idcircò tamen poſſumus inficiari, quin hæc penitus inter ſe diuerſa ſint: Sic enim ſemper vbi detur incendiũ, neceſſe eſt materiam dari aliquam, quæ incendium illud alat, & foueat, & tm̃ materiam illam ab incendio differre nemo negabit. Eſt igitur lex ratio, & p̃ceptrix illa naturæ noſtrę vis; Hęc iubet, gratia exempli, fidem datam ſeruari; ius eſt iuſſus & actus ille rationis, fidem obſerues: ipſa verò fidei obſeruatio eſt res iuſſa, ac propriè iuſta eſt, quicquid enim iuſſu continetur, illud eſt, quod
12 Ariſt. iuſtum appellat. In † eo verò differt iuſtum à iuſtè facto; quia ita demum cenſet Ariſt. iuſtum debere appellari hoc ipsũ, quod iuſſu, ac præcepto legis continetur, ſi generatim accipiatur, & tanquam à perſonis, rebusq́ue abſtractum, ac planè ſemotum. Nam poſteaquàm effectum illud eſt, quod à lege imperatum erat, iam non δίκαιον, hoc eſt iuſtum amplius appellat, ſed δικαιωπράγημα, quod nos non niſi duobus verbis iuſtè factum dicere poſſumus. Quare quod Attilius Regulus, vt fidem Carthaginenſibus ſeruaret, ad certiſſimum ſupplicium vltrò reuerſus ſit, hoc non propriè iuſtum dicemus, ſed iuſtè factum: antequã verò reuerteretur, iuſtum, vt id fieret, futurum diximus. Hic verò non ignorandum eſt, has voces, ius, iuſtum, iuſtè factum, ad homines tantùm non ad Deum propriè referri, hoc eſt ad ea tantùm quæ humana, non quæ diuina lege præcipiuntur. Nam quicquid diuina lege quacũque ratione continetur, ſiue illa nobis aliquid imperet, ſiue prohibeat, aut permittat, id non iuſtum aut iniuſtum, ſed fas, vel nefas propriè dicitur, vt poſt Iſidorum aduertit Gratianus in c. omnes leges 1. diſtinct. Vnde tranſire (inquit) per alienum agrum, fas quidem, ſed non ius eſt: Ac differre fas à iure indicat etiam Virg. lib. j. Georg. cùm inquit: Quin etiam feſtis quædã exercere diebus, Fas & iura ſinunt. Cur porrò iuſti, & iniuſti vocabula ad Deum non referantur, diuus Thomas in ſecunda ſecundæ quæſt. 57. art. j. rationem eam reddit; qa nulla cùm Deo nobis eſt q̃ualitas, neque enim res vlla eſt, in qua illi par pari reddere poſſimus. At verò iuſtum in q̃ualitate maximè poſitum eſt. Vnde etiam nõ defuerunt, qui propter hãc q̃ualitatem exiſtimauerint ius ideò dictum fuiſſe, quod iuxta ſit: Latinis enim iuxta idem eſt, quod æquè, ac pariter, vt cum inquit Saluſtius, ciues, hoſtes iuxta metuere. Quamuis ego ab illa iuſti etymologia non putem recedendũ, quam ex Agricolæ ſententia ſupra tradidimus. Ex his omnibus iam perſpectiſſimũ eſſe nobis põt, quid differant inter ſe hi tres termini, lex, ius, & iuſtũ, quæ tamen non negamus vſq; adeò ſimul connexa eſſe, vt quæ vni eorum cõueniunt, rectè etiam alijs duobus conuenire poſſint. Eam ob rem ergo, quæ de iure naturali, gentium & ciuili infra dicturi ſumus, eadem promiſcuè & ad ius (vt iuriſconſulti faciunt) & etiam ad iuſtum (id quod fecit Ariſtoteles) referri poterunt. Quod † verò legi neque ab Ariſt. neque à iuriſconſultis
13 tribuantur, illa eſt cã, iudicio meo, quia cùm lex ſit vel ratio noſtra, ſi primam maximeq; propriam ſpectemus ſignificationẽ, vel conſtitutio ſcripta, ſecundùm aliam ſignificationem, quę in vſu noſtrorum frequentiſſima eſt, certè lex ipſa, ſiue vt rõ, ſiue vt ſcriptura accipiatur, per ſe ſemper eapem eſt, neque in plures ſpecies diuidi poteſt, niſi quatenus plura, & varia ſuggerit præcepta. At quia legis præcepta ſunt, vt ſupra demõſtrauimus, quæ ius & iuſtum cõſtituunt, hanc diſtinctionem ad ius potius, & ad iuſtũ, q̃ ad legem, & Ariſt. & iuriſconſ. noſtri applicuerunt. Verumtamen quia lex quoq;, ſicuti varia continet præcepta, ita variè accipi poteſt (qua de cauſa etiam in naturalẽ & humanã diuiditur, vt ſupra vidimus) nõ abſurdè facturũ eum iudicarem, qui omnia, quæ de iure naturali gentium, & ciuili dicuntur, ad legẽ quoque ipſam accommodaret. Præter legem, ius, ac iuſtum habemus iuſtitiam, cui quidem poſtremum inter hæc omnia locũ aſſignamus. Iuſtitia enim, vt de ea loquamur, quæ oẽs virtutes cõplectitur, eſt animi affectio, qua ad legũ obſeruationẽ apti ſumus, quaq; res iuſtas & facimus, & facere volumus, ſicuti docet

Source : BIU Cujas

14 Arist. lib. 5. Ethi. cap. j. Quocirca non tantùm † ius, sed & iustum iustitia antiquius esse oporter. Iustitiæ ergo obiectũ est iustum, cuius illa quasi ministra est, & cuius quodammodò curam, & dispensationem suscepit. Itaque iustitiæ munus non nisi ab eo expleri potest, qui iusti naturam penitus cognouerit: Qua ex re
15 iustitiam iusto posteriorem esse apertè demonstratur. Sed † tñ huic rei aduersatur maximè Vlp. in l. j. ff. de iust. & iur. vbi dũ ait, ius à iustitia fuisse appellatum, haud obscurè sentit, iustitiã iure antiquiorẽ esse, id quod, si vera sunt quæ proximè diximus, non potest non absurdum videri, ac tanto etiam absurdius ob id videri potest, quia iuris vocabulum simplicius est, vnde ab eo potius iustitiam deriuari debuisse grammaticorum leges docent. Hac de causà etiam Cicero eos reprehendit, qui Venerem à venustate dictam arbitrentur, cùm venustas sit à Venere appellata, quasi in qua venus stet: ita ergo & iustitia, ꝙ in ea ius stet, videtur fuisse nominata. Franciscus Cõnanus, loco supra citato hac in re satis se perplexum ostendit, ac duplicem demum excusandi Vlp. rationem affert, quarum neutra mihi satis arridet. Reperio † ego distinctionem quandam in hoc traditam à Ioãne Buridano libr. 5. moralium quæstionum in secunda quæstione: ex qua forsan rectius videatur Vlpian. defendi posse. Permagni referre putat ipse, vtrum de principis, ac legislatoris iustitia loquamur, an verò de iustitia subditorum. Iustitiam subditorum fatetur iure & iusto posteriorem esse, cùm iustitia sit, qua iusta facimus: iustum verò, ꝙ iuri est cõsentaneum. At de principis, & legislatoris iustitia contrarium sentit; eam enim iure, & iusto antiquiorem esse statuit, idque ea ratione; quia cũ princeps pro sua iustitia ea subditis præcipit, quæ in vniuersum prodesse possint, inter eos ius constituit, ex quo etiam iustum inducitur; sic fit, vt hæc ambo, ius, & iustum à principis iustitia proficiscantur. Sed parùm certè Vlpiano suffragatur hæc defensio, qui non de legislatore potius, quàm de alijs locutus est. Quanquàm vel si de iustitia legislatoris sensisse illum proponamus, non tamen absolutè possumus affirmare † eam iusto antiquiorẽ esse: immo
17 enim legislatorem quoque ipsum necesse est ius atque iustum aliquod saltẽ naturale prę oculis habuisse, ad quod cogitationes suas omnes intenderet, cùm alioquin iustitiæ habitum comparare non potuisset. Quoniam hæc res non tanti momenti est, vt in ea diu commorandum sit, breuiter dicam quod sentio. Ego
18 † minimè dubito, quin verissimum id sit, quod & alij nonnulli senserunt, Vlpianum in illa l. j. Iustitiam non vt habitum & virtutem (quemadmodum à nobis nunc accipitur) sed vt Deam considerasse; idque apparet ex ijs verbis, quæ Vlp. ibi statim subjicit. Cuius meritò quis nos sacerdotes appellet, „ iustitiam nãq; „ colimus, & quæ sequuntur. Etenim † iustitiam veteres colebant
19 vt Deam, Iouisq; filiam faciebant, vnde Chrysippus (vt est apud Gellium lib. 15. cap. 4.) in hac formam iustitiam describit; Virginem esse statuit iudicio incorruptam, quæ improbis nunquam concedat, nullius precibus auscultet, blanditias, & assentationes à se procul amoueat. Tũ tristem esse ait, & cõtracta fronte semper incedere; cultum illi grauem, aspectum simul & facilem, & toruum esse, iustis illum quidem gratum, malis verò & iniustis permolestum, cum illis fiduciam præbeat, his verò terrorẽ maximum incutiat. Nec cuiquam est incognitum, quod antiquitas fabulata est, eã Deorũ omniũ postremam terras reliquisse; atrũ demum & ipsam hominum improbitate coactam in cœlum se contulisse. Itaque cùm de iustitia, vt de Dea loquatur Vlp. non est quod miremus, si ius ab ea deriuari statuit. Siquidẽ maximè absurdum ipse iudicasset à iure iustitiam deriuare, quam à solo Ioue profectam esse credebant: quod ipsum etiam in primis spectasse Tullium arbitror, cùm dixit non à venustate Venerẽ, sed à Venere venustatem fuisse appellatam.

ARGVMENTVM.

AN dictio hæc, ius, præter eam quæ frequentius vsurpatur, alias insuper vllas significationes habeat.

SVMMARIVM.

1 *Sæpe voces, quæ certum aliquid significant, ad ea quoque vsu deflectũtur, quæ illi proxima, & annexa sunt.*
2 *Pro arte iuris interdum ius accipitur, vt medicina pro arte medendi: licèt verè illa remedium sit, quod ægroto adhibemus.*
3 *Reijcitur communis intelligentia l. penult. ff. de iust. & iur.*
4 *Sunt qui Paulum Iurisconsultum reprehendant, quòd ius pro loco accipi posse existimauerit.*
5 *Defenditur Pauli sententia.*
6 *Ab vsu maximè vis verborum pendet.*
7 *An cùm dicimus in ius vocare, ius pro loco hac formula accipiamus.*
8 *Ius pro necessitudine.*
9 *Sex & triginta iuris significationes a nostris doctoribus afferuntur.*
10 *An sint reprehendendi antiqui iurisconsulti, quòd minus hac in re, quàm nostri doctores prospexisse videantur.*
11 *Error nostris frequentissimus, ex quo fit, vt quàm plurimas eidem vocabulo significationes falsò tribuant.*
12 *Qua ratione tot modis vulgare a nostris accipiatur.*
13 *Eodem errore nouum quid dici pluribus modis nostri docti. existimant.*
14 *An iuris vocabulo & vitium, & pœnam rectè significemus.*
15 *Vt natura dicitur id quoque quòd a natura proficiscitur, ita ius dicimus, quod a iure introductum est.*
16 *Optimo iure esse, vel haberi, quomodo accipiendum sit.*
17 *Priori iure liberatos quomodo Iust. intellexerit.*
18 *Variè vsurpatur ius; licèt illæ significationes non verè inter se differant, sed ab vna tantum pendeant.*
19 *Multæ etiam loquendi formulæ sunt, quæ ad prædictam significationem referuntur.*

CAP. XV.

1 CVM de iure hucusque loquuti sumus, verã & maximè propriam iuris significationem tñ spectauimus; Verũ latere nos nõ dẽt, † hanc vocem etiam ad ea, quæ iuri proxima, & annexa sunt (quẽadmodũ & de lege diximus) sæpissimè referri. Potissimã huius vocis illam significationem esse demonstratũ est: vt cùm dicimus ius, legis præceptum significemus: at qñ legis præcepta iurisconsulti certo ordine collegerũt, ac suis commentarijs ita interpretati sunt, vt quandam ex ijs artem cõstituerent, qua docemur, quid in singulis factorũ speciebus ęquũ, bonũq; sit, pro-
2 pterea factũ est, vt † hæc ipsa quoq; ars ius diceretur, vnde Vlp. definit ius esse artem ęqui & boni, vt habemus in l. j. in prin. ff. de iust. & iure. Fitq; hoc idem & alibi sæpe, vt artibus tribuantur nomina earũ rerũ magis propria & peculiaria, quibus artes illæ cõtinentur: vt ecce principiò medicina dictũ est illud remedium quo vtimur ad sanandum, posteà vsus obtinuit, vt medicorum artem, propterea ꝙ varia ad sanãdum suggerit remedia, medicinam appellaremus, id qđ aduertit etiam diuus Thomas in 2. 2. q. 57. in 1. art. Et hæc erit secunda iuris significatio. Alia insuper significatione ius refertur ad locũ, in quo ius redditur, collata appellatione ab eo quod fit in eo vbi fit, vt docet Paulus in l. pen.
3 ff. de iust. & iur. Quam † legem ego nequaquã censeo intelligendam, quemadmodũ cæteri interpretes passim exponunt, vt quatuor ibi iuris significationes Paulus afferat; neque.n diuersæ significationes ideò sunt, ꝙ ius ipsum & ad naturale, & ad ciuile, & ad Prætoriũ referatur: immo verò vna eademq; significatio est, ſm quam demonstrat ius pluribus modis dici, hoc est (vt postea ostendit) in plures species diuidi, quibus tamen oĩbus speciebus eadem significatio conuenire potest: neq; enim animal ideò diuersè accipitur, ꝙa de pluribus speciebus prædicetur, ubi verò primam significationem explicuit, secũdam tradit his verbis. Alia (inquit) significatione ius dr̃ locus, in quo ius redditur. „ Quæ verba rectè superiorũ quoq; verborũ contextũ intuenti facilè indicabunt Paulũ vsq; ad hunc vers. vnam tantũ iuris significationẽ attulisse. Nequaquam hic censeo prætereundũ nonnul
4 los esse, vt Dom. Sot. lib. 3. de iust. & iur. q. j. art. j. qui † Paulum hac ipsa in re reprehendere non dubitent, ꝙ ius pro loco accipi existimauerit. Putant Paulũ deceptũ esse ijs formulis loquendi: in ius ire, in ius vocare, in quibus iuris vocabulũ nihil aliud vr̃, quã locum significare posse. Id verò non ita esse demonstrant ex l. j. ff. de in ius voc. vbi declaratur, in ius vocare esse iuris experiũdi causa vocare. Sicq; vr̃ ius ibi non pro loco accipi, sed suam communem significationem retinere. Verumtamen isti animaduer
5 tere debuerunt † eundem Paulũ, qui in l. pen. ff. de iust. & iur. docet, ius interdum accipi pro loco, illius quoq; l. j. ff. de in ius voc. auctorem esse, vbi declaratur, in ius vocare, esse iuris experiũdi causa vocare, quo fit: vt ipsum Paulum nullo errore ductũ existimare possimus. Adde quod minimè dubitari oportet, quin
6 † verborum significationes à solo vsu pendeant;

Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi.

Vt inquit Horatius. & facit. l. librorũ. §. qđ tñ Cassius. ff. de leg. 3. l. anniculus & l. vt Alphenus. ff. de verb. sig. Quod cũ ita sit, non video cur Romano iurisconsulto Romanæ linguæ vsum attestanti credere non debeamus, cùm præsertim nostri temporis doctoribus (qui modò doctrina præstent) hac eadem in re fidẽ adhibendam esse frequentius à nostris receptum sit, vt per Decium & alios in l. 2. §. mutui datio. ff. de cer. pe. Itaque ius poterit significare locum, si minus in hac formula loquendi cum dicimus, in ius ire, in ius vocari, at saltẽ in alijs quãplurimis. Quanq̃ in hac quoque ego idem affirmari posse puto, nec quicquam aduersari illam l. j. ff. de in ius voc. Immo videamus, ne non po-
7 tius ea lege hæc significatio maximę confirmetur. Nam † cùm in ea formula ius sumeretur pro loco; ne quis forsan existimaret eũ posse dici in ius vocasse, qui in eũ locũ, ubi ius redditur, quacunque ratione vocasset, declarat Paulus in ius vocatũ tunc demum dici aliquem, quando in eum locũ iuris experiundi cã vocatus est, quod & rationi maximè consentaneum est, cùm locus ille iuris nomen eatenus tñ sortiatur, quatenus in eo de iure experimur. Quapropter rectè iurisconsultus statuit hanc qualitatem semper adesse oportere, vt verè ac propriè quis in ius

vocasse

Source : BIU Cujas

vocasse dicatur. Addit etiam Martianus aliam iuris significatio
8 nem in l. vlt. illo tit. de iust. & iure, vt † nonnunquàm ius pro ne
cessitudine vsurpemus, veluti est mihi ius agnationis & affinitatis. Hæ sunt iuris significationes, quas reperio a iurisc̃ōsultis ipsis
9 fuisse animaduersas. At † longè maior earum numerus, est, quas
præterea nostri interpretes addiderunt, vt Io. Monachus in c. cupientes de elect. in 6. gl. iuribus, & Luc. de Pen. in Rub. C. de iure fisci lib. 10. alijq; recentiores, è quibus nonnulli sex & triginta recensent. Ego has significationes hic referre nolui, tū ne viderer tanq̃ cornicula Horatiana alienas plumas induere voluisse, tum ēt quia qui hoc fecerunt, nihil aliud mihi videntur egisse, quā vt longa earum serie legentium animos perterrerent. Si hæ tā multæ, quas enumerant iuris significationes, veritatis aliq̃d haberēt
10 † nimis lōgè profectò à vera, & pfecta huius rei cognitione abfuisset Paulus, qui lib. 14. ad Sabinū, dum iuris significationes sedulò perquireret, paucis tm̄ relatis, alias oēs, tanquam sibi planè incognitas prætermisisset. Quod si enumerasset illas Paulus in suis cōmentarijs, (nam hoc dices forsan te magis conijcere) ini què profectò nobiscū egissent cōpilatores, qui Pauli, aliorumq; iurisconsultorū hac de re sententiam occultassent. Cōstat enim cōpilatores ipsos quatuor tm̄ huius vocis significationes retulisse, nimirū duas ex ipso Paulo, totidemq; ex Vlp. & Martiano l. j. l. pen. & vlt. ff. de iust. & iure. Ego igitur minimè dubito, quin nostrorum interpretum commenta hæc sint. Nam sic eos sępe alijs
11 etiam in rebus facere solere video † vt dum alicuius vocabuli vim expendūt, permultas eius significationes, easq; alienissimas cōi propemodum errore recenseant. Atque huius rei eandem fermè vbiq; causam esse animaduerto, quæ quanto frequentius hunc errorem parit, tantò magis cauere nos illam oportet.

Quod ergo hìc, & alibi sępissimè nostri interpretes labantur, dū de alicuius vocis significatione agunt, hæc potissimum mihi vī esse causa. Ita ferè cōtingit, vt qđ vno vocabulo significatur, vel si maximè ea significatio vna sit, pluribus tamen rebus accōmodari possit. Hæ plures res (siquidem eatenus illas spectes, quatenus eo vocabulo comprehendūtur) semper inter se maximè conueniunt. Sin verò quantum ad reliqua, considerentur, variā habent naturam, variaque attributa continent. Iam verò nostri magistri (quod in hoc parùm longè prospexerint) varia, & diuersa earum rerum attributa, eiusdem illius vocis significationi solent attribuere, atque in hunc modum ex vna tantùm & vera, plures & diuersas, easque commentitias significationes constituere. Ac ne fortasse cuipiam obscurius hoc videatur, vno, aut altero subiecto exemplo apertissimum reddam. Bart. & cæteri in
12 l. j. ff. de vulg. & pupill. vt rationem reddant, quare † substitutio vulgaris appelletur, quærunt quid significet vulgare; & vulgare exponunt, hoc est, approbatum, item expressum, itemque directum, & alijs multis modis. Atque id nō alia ratione, nisi quia vident hæc interdum materia, & rebus ipsis concurrere, vt quod vulgatum est, idem vel expressum, vel directum sit, vel approbatum, vt l. libertates. ff. de fideic. liber. l. cum quidam. iuxta fin. ff. de hæred. inst. & l. si seruus nauem. ff. de furt. At nos quoq; hoc modo possemus dicere vulgare idem significare, quod turpe, & inhonestum, cùm interdum contingat, vt vulgaris mulier, eadem & turpis inhonesta sit, vt inquit Vlp. in l. legitimos. in prin. ff. de leg. tut. Aliud possumus exemplum desumere ex traditis in rub. ff. de no. oper. nunc. ac pręsertim per Bart. nume. 9. Etenim † dū
13 rationem inquirunt, cur tertium Pandect. volumen Digestum nouum fuerit appellatū, inter alias huius vocis significationes, exponunt nouum, ideſt, iniquum, atque ideo sic exponūt, quia vident quandoque euenire, vt quod est nouum, idem & iniquū sit, vt l. j. ff. quod quisque iur. Non alia ergo causa est, cur ēt huic voci, ius, multas significationes tribuant, quarum pleręque pror
14 sus ridendæ sunt, vt † cum iuris vocabulo vitium, item & pęnam significari dicunt, per l. cum hæres. ff. de diuer. & temp. præscrip. & auth. quibus mo. nat. effici, sui. in prin. Qua in re illud proculdubio eos decepit, quòd plerunque vbi ius sit, ibi vitium subesse aliquod, & pœnam irrogari vident. ll. proximè adductis. Quod si hoc modo vocabulorum vim expendere liceret; posset quiuis non tantum sex & triginta, sed multò etiam plures afferre iuris significationes, quādo id quasi palmarium existimatur, vbique quamplurimas attulisse. Vt verò nostram hac de re sententiam aliquantò plenius exponamus, illud putamus aduertendū, sicut ius, & natura alia multa habent inter se consimilia, sic etiā vsum loquendi vtraque in re persimilem esse. Quandoquidem videmus loquendi vsum ita ferre, vt quod à natura profectum est, il-
15 lud idem naturam appellemus. Dicimus † rationem à natura hominibus datam. Et rationem quoque ipsam sæpissimè hominum naturam appellamus. Ac sic semper cuiusque rei conditionem, & statum à natura inductum, ipsius rei naturam dicimus. Hoc verò & in hac dictione ius facilè est animaduertere. Ius, quemadmodum supra docuimus, est legis præceptum (cum præceptum hìc dicimus, quamcunque legis determinationē complectimur.) Hæc legis determinatio, quam ius dicimus, ea ipsa in re, de qua disponitur, præter statum naturalem, alium quēpiam statum introducit, atque hunc ipsum pariter ius appellamus, nō secus ac statum illū natura introductū, naturā dicere solemus. Etenim cp fundus fertilis sit, cp vmbrosus, vel apricus, naturalis status est. cp verò datus in dotem fuerit, hoc est oneribus matrimonij destinatus, cp alienari nō possit, cp denique post solutum matrimonium certo tempore sit restituendus, hic status iuris, & altera quasi natura, quæ illi fundo, non quidē vti fundo, sed vti fundo dotali à iure data fuit. Et hoc totum, quicquid est, appellatur ius, vnde ēt actio, quæ ex ea cā cōpetit, talē iuris quasi naturā assumit, vt rectè demōstrat Vlp. in l. si vnus §. pactus ne peteret.
» ff. de pact. dum ibi. Incipiet (inquit) dos redire ad ius suū, quoties
» enim ad ius, qđ naturæ eius tribuit, de dote actio redit, nō fit cā dotis deterior, sed formę suæ redditur. Hinc toties apud Cicero-
16 nē, & alios legimus † optimo iure esse, optimo iure haberi, hoc est optima iuris conditione, & statu esse, vel haberi. Et hęc significatio adeò frequens, & aperta est, vt iurisconsultis eam notare minimè fuerit necesse; tantò magis, quia ita conuenit cū significatione illa cōi, qua ius significat legis præceptum & dispositionem, vt vix vnam ab altera seiungere possis. Hic, quem dicimus, iuris status, hæc quasi natura à iure introducta, quam ius appellamus, vt varijs & diuersis in rebus consideratur, ita varia, & diuersa esse potest. Quare quoties lex alicui pęnam imponit, vel eius conditionem quocunq; modo facit deteriorem, qm̄ hoc ipso talem iuris statum in eo introducit, & hunc statum nos ius appellamus, propterea hoc illius hominis ius esse rectè dicemus. Et hoc loquendi modo vtitur Iustin. in authen. quibus mo. nat. effic. sui, in princ. dum dicit, Imperatores inuenisse modum, per
17 quē naturales liberi priori iure liberati, legitimi fierent. † Doct. exponunt iure, ideſt, pœna, illa. s. cui priùs ob defectum nataliū erant obnoxij, nec aduertunt ibi iuris appellatione conditionē, & statum iuris aperte significari. Atque hoc eodem modo accipit Papinianus in l. cum hæres. ff. de diuers. & temp. præscrip. vbi.
» Cum hęres (inquit) in ius omne defuncti succedit, ignoratione sua defuncti vitia non excludit. Colligunt Doc. ex his verbis ius significare vitiū, cū ibi succędat in vitiū, qui in defuncti ius succedit. Nos dicamus hanc significationē superiori non differre; ac iuris appellatione ibi conditionem, & iuris statum exprimi, in quo defunctus ex iuris dispositione constitutus erat: qui cum talis esset, vt propter vitium defunctus vsucapere non posset, facit illud idem vitium, vt vsucapiendi facultas hæredi quoq; denegetur. Sed non propterea sequitur, hanc vocem ibi diuersam significationem habere. Siquidem ius, fm̄ eandem, quam proximè attulimus significationem, potest ad vitiosa, & non vitiosa, ad commodū, & incommodum, ad pręmiū, & pœnam, & ad alia permulta variè referri, id quod ex subiecta materia facile intelligi poterit. Et qp ius sæpissime ita decernit, vt nobis in re aliqua & facultatem, & auctoritatem præstet, aut etiam dignitatē aliquam, & priuilegium concedat, idcircò his in rebus maximè
18 iuris nomen solet vsurpari. Hinc dicimus † ius dn̄ij, ius vsusfructus, vel alterius seruitutis, ius emphyteuticum, ius priuilegij, seu prærogatiuæ, & dignitatis l. j. & passim. C. de iure dom. imp. l. 5. §. si fundus. ff. de rebus eorū. l. j. ff. de vsufr. l. vti frui. ff. si serui. vēdic. l. quicunque. C. de omni agre deserto l. j. C. de metropol. Berit. libro 11. Atque ex hoc vno fonte profluunt alię quoq; oēs significationes, quæ (vt iam demonstrauimus) non rectè à nostris disiunguntur. Longum verò potius quàm necessarium esset oēs loquendi formulas percensere, quibus variè in varijs locis iuris vocabulum vsurpari solet. Quæ tamen huic vni, quam diximus, significationi planè oēs conueniunt, vt cū dicimus, pro suo iure
19 aliquem id facere, firmo iure haberi, sui vel alieni iuris esse. † In quibus omnibus solus vsus spectandus est, qui hac in re prorsus dominatur. Vnde persępè fit, vt frustrà inquiratur ratio, cur hoc potius quàm illo modo aliquid dicatur. Vt si quæras rationem cur quamuis lex, & ius sæpenumero simul confundantur. §. sed ius quidem ciuile, cū simil. inst. de iure natu. gent. & ciui. tamen nunquam legamus ipsa lege aliquid fieri, sicut ipso iure fieri frequenter dicimus, cum à sola lege nullo alterius facto, vel adiumento accedente, aliquid fieri significamus. l. si tibi. §. quædam. ff. de pactis, & §. j. cum multis simil. inst. de hær. qual. ac differ.

ARGVMENTVM.

VIderi Iustinianum in tradenda iuris diuisione, & in ipsa diuisionis explicatione multis modis errasse, qui ordine hìc enumerantur.

SVMMARIVM.

1 *Longè difficilior est iuris diuisio, quàm primo aspectu videatur.*
2 *Summa eorum quæ de tota iuris diuisione Iust. sentit.*
3 *Sitne in eo reprehendendus Iust. quod ius naturale à iure gentium separauerit.*
4 *Ab Vlpiano & Iust. Paulus, Caius, itēq; Aristoteles dissentire vidētur.*
5 *Non videtur iust. vlla diuisionis suæ parte prima naturæ præcepta fuisse complexus.*
6 *Tertium, in quo videtur Iust. reprehendendus.*

Source : BIU Cujas

7 *Multa sunt iuris ciuilis, quæ non minus videntur naturalia dici posse, quã quæ sunt iuris gentium.*
8 *Tutelam, & alia nonnulla, quæ Iust. tribuit iurì ciuili, Aristoteles forsan tribueret potius iuri naturali.*
9 *Iustiniani traditionibus experientia reclamat in eo, quod ius gentium immutabile esse dicit.*
10 *Testamenta apud Germanos non fuisse in vsu ex Tacito.*
11 *Testamenta iuris gentium esse, & verius est, & frequentius receptum, licèt Portius vtrunque negauerit.*
12 *Quæ iuris gentium sunt, non statim ab omnibus fuerunt inuenta, sed ab aliquibus primùm, deinde in aliorum mores paulatim introducta.*
13 *Manumissionum primus auctor Tullus Hostilius.*
14 *Non rectè colligit Connanus ex l. 1. ff. de contrab. emp. tempore Troianì belli, emptionis, & pecuniæ vsum non extitisse.*
15 *Qua ratione Lycurgus nummos aureos & argenteos planè irritos reddiderit.*
16 *Plato & Arist. apud solos Deos voluit ius planè immutabile esse.*
17 *Quomodo concilientur verba Aristot. qui alibi docet etiam ius naturale apud homines esse immutabile.*
18 *Non esse hic recipiendum, quod nonnulli existimant, à solis improbis hominibus ius gentium, seu naturale mutari.*
19 *Christianorum moribus seruitutes improbantur.*

CAP. XVI.

1 CVM ex ijs, quæ suprà diximus, compertissimũ esse possit, quid sit ius, ac quid à lege, & à iusto differat, reliquum est, vt de iuris diuisione agamus † cuius cùm difficultas maxima est, tum difficultas certè maior, q̃ primo aspectu forsan cuipiam videri possit. Ita enim hac in re solet euenire, vt cum ad Vlpiani ac Iustin. diuisionem animum referas, primo quidem aspectu nihil ea planius, & apertius, vbi verò paulò attentius eam consideres, tũ nodos videas inesse illi quamplurimos, quos explicare difficillimũ sit. Iustinianus ergo inst. de iu. nat. gẽt. & ciui post Vlp. in l. j. in fi. ff. de iust. & iur. tripartitam tradit iuris diuisionem, †
2 ac quicquid iuris est, id totum in naturale, gentium & ciuile distribuit. Naturale appellat, quod non solius humani generis est, sed & omniũ animantium, quæ in cælo, terra, mariq́ue nascuntur. Cuiusmodi videmus esse maris, & fœminæ coniunctionem, liberorumq́ue procreationẽ, atque educationem. Ius gentium definit esse, q̃d ratio inter oẽs gentes constituit, id enim apud oẽs gẽtes (inquit) pereq; custoditur, vocaturq; ius gẽtium quasi quo iure oẽs gentes vtuntur. §. quod verò. inst. eo. quæ diffinitio ex Caij institutionibus traditur etiã in l. oẽs populi. ff. de iust. & iur. Atq; huic iuri paulò post Iustinianus in §. ius autem eod. tit. bella, captiuitates, seruitutes, & contractus tribuit; Quæ omnia & Hermogenes recenset in l. ex hoc iure. ff. eod. Quãquam verò in tradenda diuisione hoc appellet ius gentium, tñ alibi sæpe appellat ius naturale, vt §. sed naturalia quidem. eo. tit. & inst. de rer. diuis. in prin. §. & quidem. & § singulorum, & sic passim apud alios quoq; legum auctores naturale ius accipitur, vt in l. si quod dominus. ff de cõdict. indeb. c. ius naturale. 1. distinct. & multis alijs in locis. Demũ verò ius ciuile illud esse tradit, quod quisque populus sibi constituit, vnde leges Solonis, vel Draconis ius ciuile Athenienſium, leges quibus vtitur Po. Romanus ius ciuile Romanorum, ac denique quicquid à quocunque populo proprijs legibus decretũ est, eius populi ius ciuile rectè dici statuit. §. sed ius quidem, inst. eod. Atqui inter omnia, quæ quocunque iure continentur, sola ea quæ iuris ciuilis sunt, mutari posse concedit, vel tacito cõsensu populi, vel alia posteà lege lata, quæ verò iuris gentium sunt, ea dicit diuina prouidentia constituta, semper firma, & immutabilia permanere. §. penul. inst. it. eod. Hæc sunt, quæ de iuris diuisione sentit Iust. quæ licèt temerè percurrentibus planissima videri possint, tamen cũ expenduntur diligentius, accuratiusq; aliquantò ad calculum reuocantur, ita omni ex parte videntur absurda, vt qui ea defendenda susceperit, non facilem prouinciam suscepisse existimari debeat. Quinque verò sunt, in quibus potissimum Iustinianus videatur iustissimè accusari posse, ac cũ Iustiniano varij præterea iurisconsulti, quorum ipse hac in re traditiones sequutus est. Primum huius accusationis caput ex eo
3 sumitur † quia Iust. post Vlp ius quod ad maris, & fœminæ coniunctionem, liberorumq́ue educationem pertinet, ab eo iure disiungit, quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit, idq; ea ratione, quoniam illud nobis cum cæteris animantibus commune est, hoc verò solis hominibus conuenit, quam rationem affert ipse Vlp. primus huius sentẽtiæ auctor in l. j. in fi. ff. de iust. & iur. Quod verò hac in re videantur non posse iustam reprehensionem effugere hoc argumento demõstratur. Etenim si id senserunt hos ipsos coeundi, & procreandi instinctus, qui ad animã sensitiuam pertinẽt. ac brutis quoque insunt animantibus, verè & propriè ius dici posse, in hoc meritò damnandi sunt. Atque eos planè hac in re ridet Laurentius Valla, qui nihil absurdius esse dicit, quàm vt edendi, bibendi, coeundiv̀e appetitum, vel irę impetum, nocendiq; cupiditatem, aut eiusmodi alios naturę instinctus propriè ius esse contendamus. Hac porrò de re nos suprà plenissimè diximus capite tertio, quo loci demonstrauimus animæ sensitiuæ inclinationes ius dici non posse, nisi quatenus eas ratio tauquam iustitię, & honestati consentaneas recepe rit, & approbarit, atque idcirco solam rationem attendi, solãq; ipsam totius iuris dispensationem sibi vendicare. Si verò eam retineamus defensionem quam & suprà attulimus, vt quæ nobis cõia sunt cum brutis animantibus, ea voluerint non quidem in ipsis feris, & belluis, sed in nobis ius esse, ea. s. ratione, quia nos ingenita nobis ratione id amplectamur, ad quod cætera animalia solo naturæ sensitiuæ instinctu feruntur. Si hanc (inquam) retineamus defensionem, non poterimus illos in eo defendere, q̃d in iuris diuisione has sensuum inclinationes separauerint ab ijs, quæ nos naturalis ratio docuit, cùm eiusmodi inclinationes eatenus tantum ius dici possint, quatenus à ratione approbantur, neque alio modo vt ius accipi debeant. Præterea verò vt cogamur fateri † hac in re Vlpianum erasse, momenti plurimũ ha-
4 bet responsum Pauli in l. penult. ff. de iust. & iur. vbi in duo tantum membra ius partitur, naturale, & ciuile, statuitq; id esse naturale, quod semper æquum, & bonum est, qua diffinitione licèt non negauerim, quin ea quoque complecti voluerit, quæ tùm ad maris & fœminæ coniunctionem, tum ad liberorum procreationem spectant, ex quibus & alia multa profluunt, tamen non potest dici hæc ibi aliter considerari, nisi prout à rõne recipiuntur, & prout æquo & bono consentanea sunt. Quocirca eodem membro hæc cõplectitur quo & alia, quæ nobis naturalis ratio suggerit. Conuenit etiam, quod habetur in l. omnes populi ff. de iust. & iur. vbi pariter Caius bimembrem tantum iuris diuisionẽ tradidit. Sentitq́ue hoc idem Aristot. lib. 5. de morib. capit. 7. ubi ius politicum in duas tantum species naturale & legitimum distribuit. Sic videmus huius sententiæ grauissimos auctores non defuisse, quos potius quàm Vlpianum videtur hac in re Iustinianus sequi debuisse. Secundum, in quo Iustinianus videtur reprehendẽdus, illud est, quòd sicuti membrum in hac diuisione vnũ amplius apposuit, vt proximè ostendimus, sic contra nõ omnia videtur complexus, quæ in hac diuisione complecti debuerat.
5 Negari † non potest quin maxima, & potissima iuris pars sint prima illa iustitiæ quasi fundamenta, quæ natura nostris mentibus ingenita sunt, vt colere Deum, parẽtibus, patriæque parere, fidem seruare, & id genus alia, quorum passim iurisconsulti meminerunt, vt l. veluti. ff. de iust. & iur. l. j. ff de pactis. l. j. ff. de const. pecunia. Sed cùm traditam initio illius tit. diuisionem iuris explicat Iust. sequentibus §§. in eum modum loquitur, vt illa ipsa rationis principia nulla eius diuisionis parte complecti videatur. Neque enim ad ius naturale ea retulisse existimandus est, quia non conueniunt omnibus animantibus, sed humanis tantùm mentibus insident; non ad ius ciuile, quia non sunt propria singularum ciuitatum. Solum erat iusgentium, in quo comprehẽdi posse viderentur, sed ab eo quoque illa excludit ipse Iust. in §.
» ius autem. eod. titu. Ius autem gentium (inquit) omni humano
» generi commune est, nam vsu exigente, & humanis necessitati-
» bns gentes humanæ iura quædam sibi constituerunt, id q́ue bellorum, captiuitatum, seruitutum, ac contractuum exemplis demonstrat. Non erunt ergo iurisgentium hæc prima naturalis rationis præcepta, quandoquidem ea sibi gentes non constituerunt, vt videtur ibi exigere Iust. sed sola natura nobis ingenita sunt, nec constitutione habentur aliqua, id quod & Gratianus
6 aduertit in c. ius naturale 1. distinct. Tertiò † ea quoque ratione videtur Iustinianus saltem primo aspectu reprehendi posse: quia quamuis ipse in tradenda iuris diuisione ius naturale à iure gentium distinxerit, tamen alibi varijs in locis docet, ius quoq; gentium naturale esse, quod non æquè de iure ciuili affirmat, immo id apertè inficiatur: quoties enim ius gentium appellat naturale, hac appellatione à iure ciuili illud distinguit. §. sed naturalia. inst. de iure nat. gent. & ciui. §. & quidem & §. singulorum. insti. de rer. diuis. Sic etiam videmus naturalem dici solum illam obligationem, quæ oritur ex contractibus iurisgentium. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutionibus. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. Rationem assignat Socinus in rub. de verbo. obligatione numero sexto, ex sententia Augustini in lib. de lib. arbitrio, quia ius gentium manat à lege naturæ. Cùm enim lege naturę (inquit) homo sit animal communicatiuum, & appetẽs societatis (vt ait Arist. libro primo Politic.) ex hoc cõtractus oriri necesse fuit, sine quibus neque humanæ societates conseruari, neq; vlla inter homines commercia iniri potuissent. Verũ hic operępretium esset rationes quærere, cur minur ea iura, quę in
7 singulis ciuitatibus obseruantur, naturalia dici debeant, † cùm multa eiusmodi sint, quæ non minus, atque ea quæ sunt iurisgentium rationi naturali respondeant. Tutelam iuris ciuilis esse, ipsius definitio ostendit, & tamen ipsa tutela à sola naturali ratione desumpta est, vt fatetur Iust. in §. vlt. Inst. de Attiliano
» tut. Impuberes (inquit) in tutela esse naturali iuri conueniẽs est,
» vt is qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur. Cur igitur minus naturale ius erit, q̃d me impuberis tutelam suscipere iubet, quàm quod mihi permittit, vt hominem vel innoxium,

ac de

Source : BIU Cujas

ac de me etiam forsan benè meritum, q ab hostibus captus sit, ac mihi postea venditus in compedibus tenere, virgis cædere, omnique tormentorum genere possim cruciare, atque etiam, si libuerit, necare. Nam hæc omnia ante iuris ciuilis prohibitionē iuregentium permissa erāt. § j. inst. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. Atqui certè hanc ipsam ob causam seruitutem cōtra naturam esse fatetur Iustin. §. primo. inst. de iure perso. Item Florent. in l. libertas. §. seruitus. ff. de statu hom. Si contra naturā est, quomodo ad ius naturale pertinet? Quod si hoc non impedit, quo minus ius, quo seruitus inducta est, naturale dicatur, qua ratione non & de iure ciuili idem concedimus, vt si ratione naturali sit consentaneum, ius naturale dici possit? Neque verò parum hac in re mouere nos debet Aristotelis testimonium, qui ita apertis-
8 simè sentit loco superius adducto † ipsique Iustiniano propterea aduersari videtur. Ibi enim dum ius legitimum à naturali iure disiungit, ea tantū tribuit iuri legitimo, quæ eiusmodi sunt, vt antequàm legibus decreta essent, nihil referret ita ne, vel secus sese haberent, ideoque non aliam ob causam iusta sunt, nisi quia legibus præcipiūtur. Qualia sunt ea, captiuos mina redimi, capramq; potius Dijs, q duas oues mactari. Quod cū ita sit, multa reperiemus nos in iure ciuili, quę ex Aristotelis sententia iuri naturali assignari debebunt. Cū multa sint, quę maxima ratione sunt instituta, atque ob id permagni referat, inane vel secus sese habeant. Argumēto sunt vsucapiones, sine quibus dñia semper incerta fuissent, litiumq; & contentionum assiduè occasionem præbuissent, ideoq; bono publico inuentę dicuntur l. j. ff. de vsucap. & inst. eo. in prin. l. vlt. ff. pro suo. Argumento est etiam Macedonianum, cuius prouisio non modò non indifferens (vt ita loquar) sed propemodum necessaria fuit, cùm alioquin ab ijs
17 qui pessimo exemplo filijfam. fœnerarentur, parentum vitæ periculum maximum potuisset imminere l. j. ff. ad Macedon.

9 Quartò † videtur in eo Iustinianus veritati aduersatus, quod dixit, ius gentium quasi diuina quadam prouidentia constitutū mutari non posse. §. penult. inst. eo. Etenim hoc falsum esse multis potest exemplis monstrari eorum populorum, qui, quæ sunt iurisgentium, aut non receperunt, aut certè semel recepta posteà ab vsu sustulerunt. Distinctio dominiorum iurisgētium est l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. tamen fuerunt, qui ea reiecta communia in Repub. omnia habere maluerint, vt Garamantes, & alij quos supra capit. 12. commemorauimus. Iurisgentium quoque sunt captiuitates, & seruitutes, atque eę tamen Christianorum moribus exoleuerunt. Nec minus apertè hoc ostenditur
10 exemplo testamentorum, † quæ apud Germanos in vsu nó esse Tacitus est testis: & tamen iure gentium fuerunt introducta, testandique vsus antiquissimus est, licèt testamentorum solennia aut iuris Romani, aut alterius cuiuscunque iuris propria sint.
11 Nec sanè dubitandum est † quin verissima sit hæc sententia, quā frequentius etiam interpretes receperunt Io. And. in c. decernimus. de sent. excom in 6. Butrius, & alij in Rub. extra de testam. Fulg. & Ias in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Alex. in Rub. ff. de acq. hæredit. Viglius instit. de testam. in princ. Quare Christ. Portio minimè assentiendum est, qui contrariam opinionem & verio rem esse, & communi consensu approbatam ibidem affirmat. Ostendunt hæc exempla non minus etiam alias res, quæ iuris gentium sunt, mutari posse, licèt hactenus mutatæ nō reperiantur. Atque ad hanc rem satis illud argumenti est, quòd cum ea quæ sunt iurisgentium, non semper extiterint, sed ijs aliquando homines caruerint, nulla ratio est, cur non etiam in posterum
12 ijsdem ipsis carere possint. Neq; enim existimare debemus, † quę ad communem omnium vtilitatem sibi gentes inuenerūt, aut ab omnibus populis statim fuisse inuenta, aut protinus vt ab aliquo populo inuenta sunt, fuisse, a cæteris omnibus vsurpata. Excogitata hæc primum ab aliquibus sunt, mox sensim in vicinorū mores sese insinuarunt, indeque ad alios, atque alios populos peruenere, donec tandem vbiq; terrarum diffusa, cōi omnium gentium approbatione in mores, & consuetudinē recepta fuerunt. Manumissiones, & emptiones iurisgentiū esse Hermoge-
13 nes, Vlp. & Iustinianus tradunt, & nemo nō admittit † & tñ manumissiones nudius tertius (ita enim fermè dici pōt) induxisse Tullum Hostilium Regem Romanorum tradit Dionysius Halicarnassæus, q ancilla genitus putaretur. Emptionum, venditionumq; vsus antiquior is quidē, non tñ admodum antiquus est;
14 Nam longo interuallo post permutationem fuisse inuētū nummum testis est Paulus in l. j. ff. de ꝑh. emp. Licèt † non rectè ex ea lege colligat Francis. Connanus tpe Troiani belli emptionis, ac pecuniæ vsum non extitisse, vt probè intelligitur ex ijs quæ eruditè admodum hac ipsa de re tradit Alciat. lib. 9. Parerg. cap. 17. Itaque si fuit aliquando tempus, cum neque fierent emptiones, neque vlla in re alia nummis homines vterentur, quamuis postea hæc ideo inuenta sint, vt permutationum difficultatibus æqualitate quantitatis subueniretur, fieri tamen posset, vt rursus aliquorum populorū moribus improbarentur, qui forsan animaduerterent, non vtilitatis tantum ad commercia pecuniam afferre, quantum detrimenti ad animos hominum diuitiarum cupiditate deprauandos. Atque id sensisse vī Lycurgus Lacede-
15 moniorum rex, † qui vt multa flagitiorum iniuriarumq; genera extirparet, omnes nummos tùm aureos, tùm argenteos (vt testis est Plutarchus) irritos reddidit; solos verò ferreos concessit, qui ob ponderis magnitudinem nō tam facilè rapi, occultariq; possent, nec cum tāta voluptate possideri. Quòd si ferreos quoque nummos sustulisset, fuisset illud quidem forsan aliqua ex parte incommodum, ob pmutationum scilicet difficultatem, at certè iustitiæ, honestatisq; ratio huic prohibitioni nullatenus reclamasset. Quibus rebus fit, vt mirum videatur, quod tam constanter affirmat Iustinianus, ius gentium semper firmum, atque immutabile permanere. Quod verò omniū maximè hāc auget difficultatem, illud est; quia non tantum ius, quod gentes constituerunt, verum etiam id quod à sola naturali ratione inter homines introductum est, vī mutari posse. Primum videtur hoc fateri ipse Iust. inst. de iur. persona. dum dicit seruitutē esse ꝺ naturā, & ibi apertius explicat hoc Theophilus, dum exponit contra naturam, hoc est, contra ius naturale. Omnium verò apertis-
16 simè hoc tradit Aristoteles d. cap. 7. lib. 5. Ethic. vbi inquit † apud solos Deos esse ius immutabile, sequutus in hoc scilicet Platonis sententiam, qui inter Deos voluit esse illud ius, quod per se iustum est, & nunquam mutatur, ideoque appellat ἀυτοδίκαιον & iustitiam ex qua illud fluit ἀυτοδικαιοσύνην. At inter homines ne naturalia quidem iura omnia esse immutabilia cōcedit. Aristo. sed quædam esse dicit, quæ mutari possint, non secus ac naturales quasdam facultates in nobis interdum mutari posse videamus. Quod ipsum eo demōstrat exemplo satis certè accommodato: quia licèt siniſtræ dextra præualeat natura, tamen fieri pōt vt hæc natura vincatur, cū permulti sint, qui vtraq; manu equè
17 idoneè vtuntur. Verùm † quoniam alibi idem Aristoteles docet iustum naturale immutabile esse, huius contrarietatis vitandæ gratia expositores ita distinguendū putant, vt dicamus, apud eos, qui sanę mentis sunt, iura immutabilia esse; ab ijs verò solū mutari, qui à recto rationis tramite declinant, quæ distinctio an philosophi sententiæ conueniat, inferius videbimus. At compertissimum est, eam Iustiniani, & iurisconsultorum traditionibus accommodari non posse, immo nec rationi conuenire. Nā
18 † communi consensu omnes fermè nationes illius iuris statum immutarunt, quo omnia erant communia, & quo omnes vna, eademq; libertate fruebantur. Ac nemo tñ ppeà dixerit, oēs dementes fuisse, atq; à recta rōne aberrasse. Quod tantò minus dicendum est, quia quæ ab omnibus populis recipiuntur, necesse est rōni esse consentanea, atq; ob id videmus in ijs decernendis quæ iuris gentium sunt, generalem omnium hominū cōuentū non fuisse necessarium, vt rectè aduertit Diuus Thomas in secunda secundæ q. 57. ar. 3. Quòd si hæc ipsa quoq; quæ gentes posteà constituerunt populi aliqui fortè minus reciperet, atque essent qui non pro parte tīn ea mutarent, vt passim leges ciuiles facere solent l. ius ciuile. ff. de iust. & iu. sed etiam penitus ab vsu tollerent, non id circo tñ existimandi essent illi à recta ratione, atque à vera iustitiæ semita declinasse. Neque enim Christiani
19 † quorum moribus captiuitates, ac seruitutes improbatæ sunt, à ratione, & iustitia propterea recesserunt; cū immo ea in re maximè ad naturæ bonitatem accesserint. Itaque fit, vt tantò surdius videatur, quod tradit Iustinianus. d. § pen. inst. de iust. & iure, exceptis iuribus ciuilibus, quæ contrario ciuitatis consensū mutari possunt, nulla alia iura mutationi obnoxia esse.

ARGVMENTVM.

INter cætera, quæ ꝺ prædictā Iustiniani diuisionē afferri possunt, illud quoq; forsan ipsi obijci posse, quod ius gentiū primatuum à secundario non distinguat. Itemque illud, quod iuris vocabulum ad ea quæ facti sunt, referre videatur. Hinc porrò variæ a varijs traditæ iuris diuisiones referuntur.

SVMMARIVM.

1 *Videtur ius gentium prius, & posterius non modò inter se diuersa, sed plane contraria.*
2 *Priore iuregentium dominus seruo naturaliter obligatur.*
3 *Intelligentia l. si quod dominus. ff. de condi. indeb. ex Aret.*
4 *Auctores illius opinionis, quòd ius gentium vnicum sit.*
5 *Lex municipalis, quæ statuit nobis per alterum aliquid acquiri, quando actionem directam, & quando vtilem nobis præstet.*
6 *Alia declaratio l. si quod dominus, quæ tamen difficultatem non tollit.*
7 *Non potest idem sibi ipsi esse obligatus.*
8 *Fauoris nonnihil continet seruitus, quatenus inductum est, vt captiui alioqui occidendi seruarentur.*
9 *Cur constitutio iurisgentium, quæ naturalem libertatem penitus tollit, nō sic tollat naturalem obligationem.*
10 *Gratianus in diuisione iuris ab Vlp. & Iusti. discordat, & ius naturale hominum à iure gentium distinguit.*
11 *Frequentius recipitur illa sententia, ius gentium esse duplex, vt per doct. hic adductos.*

Source : BIU Cujas

12 *Vtrum poſſeſſio priori, an poſteriori iurigentium ſit tribuenda.*
13 *Rei depoſitæ, & accommodatæ reſtitutionem tribuit Gratianus priori iuri gentium, licèt alij ſecus ſentiant.*
14 *Vt patriæ pareamus, quo iure ſit inductum, noſtri in dubium reuocant.*
15 *Tres differentiæ inter ius gentium prius & poſterius ex Gratiano & Di. Thoma.*
16 *Quomodo Diuus Thomas contractuum originẽ a iure naturali deſumat.*
17 *Quæ ſunt iuris gentium prioris, non egent ratiocinatione, neque vlla hominum conſtitutione.*
18 *Sint ne ſemper æqua, & bona, quæ ad ius gentium poſterius ſpectant.*
19 *Quæ maximè leges faueant illorum ſententiæ, qui ius gentium vnicum eſſe ſtatuunt.*
20 *Perpenduntur l. 1. & quatuor ſequentes. ff. de Iuſt. & iur.*
21 *Propria fecit Iuſt. quæcunque ipſe approbauit.*
22 *Vt non modo canones à legibus ciuilibus, ſed etiam omnes fermè leges ciuiles inter ſe videantur hac in re diſſentire.*
23 *Ariſt. non eandem vbique, ſed diuerſas iuris diuiſiones affert.*
24 *Ciceronis diuiſio nulli ex prædictis planè conuenit.*
25 *Noſtri quoque interpretes varias pro ſe quiſque diuiſiones afferre conati ſunt.*
26 *Ius aut cum brutis, aut cum Deo opt. max. aut cum cæteris tantùm hominibus nobis commune eſſe nonnulli ſtatuunt.*
27 *Iuris vniuerſi quatuor qualitates ex Vlder. Zoſio.*
28 *Roberti Marantæ diuiſio à ſuperioribus omnibus diuerſa.*
29 *Rectè ne Iuſt. & Grat. iuri tribuant bella captiuitates, contractus, ædificationem, munitionem, & eiuſmodi alia, quæ potius facti ſunt.*
30 *In contractibus, bellis, aliſque prædictis quicquid iuris ineſt, totum videtur eſſe à natura, non autem ab hominibus fuiſſe conſtitutum.*
31 *Non eodem modo ſe habent bella, & contractus, & ſimilia ad ius gentiũ, quemadmodum prima naturæ præcepta ad ius naturale.*

CAP. XVII.

ALIA inſuper in hàc iuris diuiſione difficultas oritur, quæ nõ mihi ſoli venit in mentem, ſed & aliis expoſitoribus negotium fecit. Quare multi multis in locis in huius nodi explicatione non parum elaborarunt. Dubitatur, cur Vlp. & Iuſt. vnicũ tñ ius gentium, ac non potius duplex eſſe ſtatuant, nam cũ diſtinguant ea capita, quæ rectè ſimul cõmiſceri potuerant, vt ſuprà demonſtrauimus, multò rectius forſan ius gentium prius à po-
1 ſteriore ſeparaſſent; Cùm † hæc duo iura eiuſmodi ſint, vt non modò inter ſe diuerſa, ſed ẽt ſibi inuicem planè ꝟria videantur. Quodipſum vel hoc vnico exẽplo optimè demonſtratur. Fatentur oẽs ad ſeruũ ea non pertinere, quæ poſteriore iuregentiũ cõ ſtituta ſunt, arg. l. qđ attinet. & l. ſeruitutem. ff. de reg. iu. & §. j. inſt. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iu. Qua ratione non modò dñium, ſed & poſſeſſio ipſi ſeruo denegatur l. quod ſeruus. l. poſſeſſio quoq;.
2 §. qui in alium. ff. de acquir. poſſ. At † priore illo iure gentium, quod naturalis ratio inter omnes homines introduxit, poteſt ſeruus naturaliter ſibi dominũ obligare, facitq; hoc æquitas ſeruandæ fidei, quæ oẽs planè homines adſtringit. Quapropter videtur eſſe neceſſe hoc ipſum ius gentium, quod naturali ratione introductum eſt, ab eo iure diuidere, quod ſibi gentes conſtituerunt. Quandoquidem ſi vnicum illud eſſe ſtatueremus, non poſſemus inficiari, quin idem ius ſibi ipſi contrarium eſſet. Hac ratione adductus vr Triphonius hãc iuris gentium diuiſionem attuliſſe in l. ſi quod dominus ff. de condi. indeb. quo loci ſtatuit non dari domino repetitionem, ſi quod ſeruo proprio debuit, eidem poſtea manumiſſo errore aliquo ductus ſoluerit, idq; ea ratione; quia dñs in hac ſolutione naturale debitum vr agnouiſ ſe. Quomodo verò inter dominum, & ſeruum poſſit naturale debitum conſiſtere, in eum modum ipſe explicat, vt ſimul etiã apertè demõſtret, illud ius gentium quod ſola naturalis ratio inter homines primum induxerat, ac dicitur naturale, ab altero
3 poſteriore iure omnino diſtinguendum eſſe, quod ipſe peculiari nomine ius gentium appellat. Vt enim (inquit) libertas naturali iure continetur, & dominatio iure gentium introducta eſt, ita debiti, vel non debiti rõ naturaliter intelligenda eſt. † Franc. Areti. in l. j. ff. de acq. poſſeſſ. reſpondet non idcircò ſeruum naturalis obligationis compotem eſſe, poſſeſſionis non eſſe, quia ad diuerſa iura & obligatio, & poſſeſſio referri debeant, ſed quia nullæ directæ obligationes, neque actiones à ſeruo ad dominũ transferuntur, ſed transferuntur vtiles tantum, ac directæ penes ſeruum remanent l. qui hoc caſu. ff. de pecul. l. j. §. j. ff. de vſufruct. accreſc. videturque hoc ſenſiſſe Bar. in l. j. §. ſublata. ff. de Trebel.
4 Ita fit † vt eodem vno iure gentium obligationes naturales, quarum capax eſt ſerus, non directò, ſed vtiliter tantum dño acquirantur, cum directæ obligationes (vt ipſe inquit) inſeparabilem naturam obtineant. Quare ſublata hac ratione, concludit ipſe ius gentium non duplex, ſed vnicum eſſe, quàm ſentẽtiam ante ipſum probarunt Archidiaconus in c. omnes. 1. diſtinct. & Fulg. in l. ſi quod dominus ff. de condict. indebiti. Verùm hæc reſponſio Aret. legibus apertiſſimis aduerſatur, namque actiones directas per ſeruum domino acquiri perſpicuè probatur, arg. l. quoties. ff. de adminiſt. tut. & l. 2. iuncta. l. non quaſi. in princip. vbi Accur. & Bart. ff. rem pup ſalu. fore. Quare tanto magis de naturali obligatione hoc affirmandum eſt, quæ non admittit hanc diſtinctionem, vt in directam, & vtilem diuidatur, vt liquido apparet ex l. ſi eius. ff. ad Trebell. Leges verò ab Aretino adductæ nihil ad hãc rem pertinent. Nec ſanè ipſi quicquam ſuffragatur Barto. in d. §. ſublata. Quin potius perſpicuè aduerſatur. Nam
5 † tunc quidem exiſtimat ipſe lege Municipali transferri in me vtilem actionem, & non directam, quoties lege illa cauetur, vt alteri primum actio acquiratur, ac per illum deinde mihi. At cũ initio mihi, quanuis per aliam perſonam, acquiri actionem lex Municipalis ſtatuit, tunc ſentit Barto. non vtilem, ſed directam
6 mihi actionem acquiri. Aliam † reſponſionem affèrunt ibidem recentiores deſumptam ex traditis per Caſtrenſem. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. Ea de cauſa dicunt penes ſeruum, cui dominus aliquid promiſit, remanere naturalem obligationem; quia cùm dominus fuerit, qui ſe obligauit, non poteſt hæc obli-
7 gatio acquiri domino † ne eundem ſibimet ipſi obligatum dicamus, contra l. Vranius. ff. de fideiuſſ. & l. & quidem. ff. de legat. j. Atque hoc modo non videtur eſſe neceſſe, vt prius ius gẽtium à poſteriore diſiungamus. Neque enim poſteriori iuri gentiũ, quod ab hominibus conſtitutum eſt, illud quicquam aduerſatur, cp quæ domino per ſeruũ acquiri non poſſunt, penes ipſum ſeruum reſideant, argu. §. ſed cum factum. Inſt. de ſtip. ſeruorũ.
8 Nam † & fauori ſeruorum nonnihil tribuit ius gentium poſterius, cùm ſciamus hoc ipſo iure fuiſſe inductum, vt ſeruarentur captiui, neque occiderentur. l. 4. ff. de ſtatu hom. Qua de cã concludunt noſtri interpretes valere legatum alimentorum ſeruis relictum vt l. 3. ff. de alim & cib. lega. nimirum quia alimenta ad vitæ conſeruationem ſpectant. l. necare. §. j. ff. de lib. agnoſc. Quã debilis, & infirma ſit hæc reſponſio cùm ex ijs apparebit, quæ infra pleniſſimè ſumus dicturi, tùm ex eo etiam facile intelligitur; quia vel ſi maximè concedamus ſeruis quoque ipſis à iure gentium nonnulla tribui, tamen conſtat ius gentium poſterius nõ modò non inducere naturalem obligationem, qua ſeruo dominus obſtringitur, ſed illi potius aduerſari; cùm extante ſeruitute, omnem planè huius obligationis effectum irritũ reddat.
9 Quocirca † ſi hæc iuriſgentium conſtitutio ſeruitutem inducit, & propterea libertati aduerſatur, aduerſatur etiam obligationi, ſed libertatem quidem funditus tollit, naturalem verò obligationem tollere non poteſt; conſequẽs certè eſt, naturalem obligationẽ alio aliquo, & longè firmiore fundamento niti, quod non tam facilè euelli poſſit. Ideo fit vt non ad idẽ, ſed ad diuerſum ius referenda videatur. Atque hoc vr ſenſiſſe Gratian. † qui
10 hac in re ab Vlp. & Iuſt. traditionibus receſſit. Ipſe enim in c. ius naturale, & in c. ſequenti: ius illud, quo gentes vtuntur, duplex eſſe ſtatuit, alterum naturale, quod ſolo naturæ inſtinctu inductũ eſt, alterum verò, qđ ſibi gentes conſtituerunt, idq; magis peculiari noïe ius gentium appellat. His duobus addit poſteà ius ciuile, atq; in hunc modũ triplicẽ iuris diuiſionem conſtituit. Illud verò quod cũ cæteris animantibus nobis cõe eſt, cũ primo illo planè confundit. Iuri naturali qđ noſtri appellant ius gentiũ primæuũ tribuit viri, & fęminę coniunctionẽ, liberorũ ſucceſſionẽ, puerorũ educationem, cõem omniũ poſſeſſionẽ, vnã oĩum libertatẽ, acquiſitionẽ eorũ, quæ cœlo, terra, mariq; continentur, rei depoſitæ, vel commodatæ reſtitutionẽ, violẽtiæque per vim repulſionẽ. Iuri gentiũ poſteriori alia aſſignat ab his ipſis planè diuerſa, quæ nõ à ſola naturali ratione, ſed ab hominibus ipſis proficiſcuntur: nempè ſediũ occupationem, ædificationẽ, munitionẽ, bella, captiuitates, ſeruitutes, fœdera pacis, inducias, legatorũ non violandorum religionem, connubia inter alienigenas prohibita. Quare eſt ſolũ ius ciuile, in quo ipſe à Iuſt. non diſſentiat. Eamobrem ergo noſtri interpretes cùm ratione illa, quam ſupra attulimus, tum etiam Gratiani auctoritate adducti
11 in hanc ſententiam frequentius decurrunt † vt dicant duplex eſſe ius gentium, prius, & poſterius, ſiue (vt multi appellant) primęuũ, & ſecundarium: Ita concludit Barto. in d. l. ſi quod dominus. ff. de condict. indeb. & alijs etiam in locis, vt in l. eas. ff. de capit. diminut. & in l. ex hoc iure colum. quarta. ff. de iuſt. & iur. & hæc ſententia (vt diximus) communiori calculo recepta eſt, qđ & Socinus teſtatur in d. l. prima ff. de acqui. poſſeſſ. Ita etiam ſenſerunt Angel. & Caſtren. in dict. l. ſi quod dominus. quod plerique etiam ex recentioribus varijs in locis ſequuti ſunt, Fort. Garzia. in l. manumiſſiones. colum. ſecunda & tertia. ff. de iuſt. & iur. Dominus meus Bolognetus in l. vt vim. numero quarto, & in l. omnes populi nume. 10. & 11. ff. de iuſt. & iur. Galiaul hoc in loco, Cagnol. in rub. ff. de orig. iur nume. 3. & in l. vlt. numero nono. C. de pactis. Sicq; hæc ſententia (vt diximus) communiori calculo recepta eſt, qđ & Socinus teſtatur in dict. l. prima. ff. de acquir. poſſeſſ. Conueniunt in eo prędicti omnes, cp cenſet ius gentium in duo capita, nimirum prius, & poſterius diſtribuẽdũ eſſe, ſed quantũ ad ea quæ vni vel alteri iuri tribuẽda ſunt, neq;
12 cũ Gratiano, neq; ipſi inter ſeſe ſatis conſentiunt. Etenim † poſſeſſionem cõi conſenſu iuri gentiũ poſteriori aſſignant, vt per Socin. Iun. in l. j. nume. 389. ff. de acquir. poſſeſſ. At contrarium

videtur

Source : BIU Cujas

vī ſentire Gratianus in c.ius naturale, vbi ad ius naturale, quod à iure gētium ipſe diſiungit, cōem rerum omnium poſſeſſionē
13 refert. Eidem † iuri tribuit etiam rei depoſitæ, & cōmodatę reſtitutionem. At non concedunt interpretes, depoſitum, & cōmodatum ad ius primæuum referri poſſe, cum poſteriori tātū iure dominia diſtincta, & contractus fuerint introducti d. l. ex hoc
14 iure. De illo quoque præcepto, † vt patriæ pareamus, ambigunt noſtri, cui nam iuri tribuendum illud ſit, neque ſatis inter ſe cōſentiunt. Soc. Iun. in d. l. j. ff. de acquir. poſſ. ex aliorum ſententia tradit hoc præceptum iuris gentium poſterioris eſſe, cum antea non potuerint eſſe patriæ, q̄ homines in vnum cōgregari, ac regna condere cœpiſſent, quod poſteriore tantum iure gentium factum eſſe conſtat. At Barto. Soc. hic num. 3. inter ea quæ à iure gentium primęuo profecta eſſe dicit, hoc quoque præceptū cōnumerat, quod idem facit Dominus meus in l. omnes populi nu. 9. ff. de iuſt. & iur. Vtcunque verò huic diſtinctioni exempla
15 accommodentur, diſtinctio certè ipſa vī neceſſaria † ſiquidē inter vnum, & alterum ius gentium tres differentię videntur afferri poſſe. Prima eſt, quòd ius gentium primęuū, (vtar enim ſemp ijs vocabulis, quæ apud noſtros frequentiora ſunt) prima illa naturæ principia cōtinet in deriuata, atque indemonſtrabilia, quæ ſola natura mentibus noſtris ingenita ſunt, veluti fidem ſeruare, & id genus alia, vt rectè docet Barto. in dict. l. ex hoc iure. colum. quarta. Ius verò, quod dicunt ſecundarium, ijs conſtat pro-
21 poſitionibus, quæ inde deriuantur. Hanc differentiam tradit diuus Thomas in prima ſecundæ, quæſt. 95. articulo quarto, cum
16 dicit † emptiones, vēditiones, locationes, conductioner, & alios contractus ex lege naturæ deriuari, quoniam ſine illis non rectè deriuari aut conſeruari poſſent hominum conſociationes, ad quas ipſius naturæ inſtinctu inuitamur, vt tradit Ariſt. libro primo Polit. cap. ſecundo. Ex hac prima oritur altera differentia: nā cum ius gentium primæuum, quod à iuriſconſultis naturale appellari ſolet, prima iuſtitiæ contineat fundamenta (quemadmodum diximus) inderiuata, atque indemonſtrabilia, ex hoc ſequi
17 tur in † ipſo iure primæuo neque ratiocinatione opus eſſe, neq; vlla hominum conſtitutione. At ius gentium poſterius ab hominum conſenſu, & inſtituto pendet. Tametſi neceſſe non fuit (vt ex diuo Thoma ſupra retulimus) huius conſenſus declarandi cauſa aliquando omnes homines ſimul conueniſſe. Docuit nos Gratianus hanc ſecundam differentiam in cap. ius naturale, quo loci ius naturale, quod à noſtris dicitur ius gentium primæuum, hac ipſa de cauſa diſtinguit ab eo, quod hominum con
» ſtitutionibus inductum eſt. Ius naturale (inquit) eſt commune
» omnium nationum, eo quòd vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione habetur aliqua. Tertia hinc profluit differentia, quam
» in fine illius cap. idem Gratianus tradit, vbi poſt relata exempla
» iuris naturalis, hæc ſubijcit verba: Nam hoc aut ſi quid huic ſimile eſt, nunquam iniuſtum, ſed naturale, ęquumque habeī. Quod
18 † cum de iure tantum primæuo affirmet, haud obſcurè indicat, non poſſe de poſteriori iure gentium hoc affirmari, ſicque illud non ſemper ęquum & iuſtum eſſe. Tametſi enim eo fine inſpecto, propter quem ab hominibus conſtitutum eſt, iuſtiſſimum ſemper eſt, tamē eſt interdum, cū iniqui faciem quodammodo
23 præ ſe ferat, vt in bellis optimè cernitur. Quoties enim contra aliquam ciuitatem bellum ſuſcipitur, publicè acceptam iniuriā in omnibus eius ciuitatis incolis vendicamus, quorum tamen plerique ab eius commiſſi culpa, cuius ratione bellum ſuſceptū
24 eſt, alieniſſimi eſſe potuerūt. Sed quantò pluribus & rationibus, & differentijs confirmamus hanc diſtinctionem iuris gentium primæui, & ſecundarij, tantò vehementius in Iuſt. inuehimur, qui non modò in tradenda generali totius iuris diuiſione, ſed & alibi ſemper, cùm de iure gētium incidit mentio, primęuum cum ſecundario planè cōfundit, atque ita loquitur, vt eandem
19 ſe vtrique naturam tribuere, haud obſcurè demonſtret. † Quod præſertim facit in §. ſingulorum. inſt. de rerū diuiſio. vbi dum ſe tractaturum proponit, quibus modis res nobis acquirantur iure naturali, quod (vt ipſe ait) appellatur ius gentium, illud idē ius proponit nobis, atque deſcribit, quod à nobis primęuum appellatur, cum dicat ipſum vnà cum humano genere ꝓditum eſſe: & tamen tribuit ipſi poſteà effectus illos, qui nō niſi ex iure gentium ſecundario prouenire poſſunt. Vt quòd vel in bello, vel per ædificationem aliquid acquiratur, vt §. item ea quæ. ab hoſtibus, & §. cum in ſuo ſolo, cum §. ſequent. inſt. eod. Qua in re habuit Iuſt. auctorem Caium in l. prima. ff. de acquirend. poſſeſſ.
25 Nec minus etiam Vlp. & alij iuriſconſulti hæc duo iura confundunt, vt liquidò apparet ex l. prima. §. vlt. iunctis quatuor ll. ſeq. ff. de iuſt. & iur. quas & Aretinus in l. prima. ff. de acquirend. poſ-
20 ſeſſ. ad hoc ipſum rectè perpendit. † Nam cum prius in dict. §. vlt. ex Vlp. ſententia ſtatuiſſent compilatores, illud eſſe ius gentium, quod ſolis hominibus inter ſe commune eſt, dum poſteà in legibus ſequentibus Vlp. mentem explicant, promiſcuè tum ex iure primario, tum etiam ex ſecundario exempla tradūt, Qua rein l. veluti, proximè ſequenti numerant religionē erga Deos, quæ eſt iuris gentium primæui, tum & præceptum illud patriæ parere, quod à pleriſque iuri gentium ſecundario tribuitur, vt aduertit Socinus Iun. in dict. l. prima. numero 399. Sequenti poſtea lege ſubdunt exemplum illud, vim vi repellere, quod à prio re iure gentium didicimus. In alijs porrò duabus legibus ex poſteriore iure gentium ſumuntur exempla, ſimulque ita connectuntur, vt nō diuerſo alicui iuri, ſed eidem planè tribui videantur, cui etiam ſuperiora exempla conueniunt. In l. manumiſſiones quoque perpendit Aretinus illam dictionem, quoque, quæ cum implicandi vim habeat, oſtendit manumiſſiones, ac ſeruitutes ab eodem iure profluere, ex quo etiam vis, atque iniuriæ propulſationem oriri proximè dictum fuerat; & tamen nemo eſt, qui ſeruitutes, ac manumiſſiones non iuri gentium poſterio ri tribuat. Proximè ſequitur l. ex hoc iure, in qua Aretinus perpendit dictionem, hoc, quæ quaſi ad oculum id quod exprimit demonſtrare ſolet. l. nemo dubitat. l. hoc articulo. ff. de hæred. inſt. l. ſi ſtipulatus fuero hanc ſummam infra eo. l. prima. ubi Bar. & alij idem aduertunt. ff. de no. oper. nunc. Itaque ibi demōſtrat hoc ius gentium, ex quo Hermogenes dicit, introducta eſſe bella, gentes diſcretas, regna condita, & alia inducta, quæ ibi referuntur, illud idem eſſe, cui promiſcuè tribuuntur etiam exēpla omnia ſuperioribus legibus connumerata. Quòd ſi erratum eſt, aut ſi hæc iura verè inter ſe diſtincta ſunt, quæ ibi confundūtur, hoc erratum Iuſtiniano præſertim tribuendum eſt, qui nō ipſe tantum errauerit, ſed & in alijs hunc errorem approbauerit. Si-
21 quidem † omnia quodammodo ſibi propria fecit, quibus auctoritatem ſuam eſt impartitus. l. 1. §. omnia. C. de vet. iure enucle. Hæ ſunt quinque accuſationes, quæ in hac iuris diuiſione cōtra Iuſt. videntur afferri poſſe, ex quibus illud ſaltem probè intelligitur, quanta huius materiæ difficultas ſit; quam difficultatem etiam ex eo facilè poſſumus agnoſcere, quòd ex ijs omnibus, qui hac de re ſcripſerunt, nullus fermè fuit, qui non nouam ali-
22 quam, atque diuerſam iuris diuiſionem attulerit. Primū † enim diſſident canones à legibus ciuilibus, quemadmodum diximus per c. ius naturale. cum duob. ſequen. 1. diſtinct. iuncta l. j. § ius naturale. ff. de iuſt. & iur. inſt. de iur. nat. gent. & ciui. in princ. & §. j. & 2. Præterea etiam leges ciuiies parum inter ſe conueniunt, vt ex ijs quæ diximus perſpectiſſimum eſſe poteſt: Siquidem vidimus Vlpianum, & Iuſt. dum iuris diuiſionem tradunt, ius gentium prius à poſteriore non diſtinguere: At eam diſtinctionem recipere Triphon. in l. ſi quod dominus. ff. de condi. indeb. neq; ab ea abhorrere Vlp. parum in hac re ſibi conſtantem in l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur. Ab horum ſententia longè diuerſa eſt ſententia Pauli in l. pen. illo titu. ff. de iuſt. & iur. vbi neque ius animantium ſeparat ab eo iure quod hominibus proprium eſt, id quod Vlp. & Iuſt. faciunt; neque etiam, vt Triphonius, ius gentium prius à poſteriore diſiungit, ſed duplicem iuris vim, & rationem eſſe ſtatuit, quarum alteram in ęquitate, alteram in vtilitate ponit. Ariſt. lib. 5. Ethic. cap. 7. ab hac ipſa ęquitate, vel vtilitate diſtinctionem ſuam non deſumit, ſed naturale ius appellat, quod vim vbique obtinet eādem, ſicut ignis & hic & apud Perſas pariter vrit. Legitimum verò eſſe definit, quod anteaq̄ legibus ſtatueretur, nihil referebat, itanè, vel ſecus ſeſe haberet. Ac primo aſpectu forſan quiſpiam iudicabit, neque etiam Ariſtote
23 lem ipſum ſibi ſatis conſtare † nam lib. primo, Rhet. ad Theod. ca. 13. non eandem, quæ proximè allata eſt, retinet diuiſionem, ſed aliam planè diuerſam tradit. Legem enim ſiue ius in ꝓpriū & commune diuidit; cui diuiſioni ea planè reſpondet, quam tra
24 dit Caius in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Cicero † quoq; lib. 2. de Inuentione, ne cum alijs conueniret, ſuæ diuiſioni ius cōſuetudinis inſeruit. Statuit. n. ius eſſe triplex, naturale vnum, alterū cōſuetudinis, tertium legitimum, atque hæc tria iura explicat in hunc modum. Natura (inquit) ius eſt, quod non opinio genuit,
„ ſed quædam innata vis inſeruit. Conſuetudine ius eſt, quod aut
„ leuiter à natura tractum aluit, & maius fecit vſus, vt religionē,
„ aut quod in morem vetuſtas vulgi approbatione perduxit. Lege
„ ius eſt, quod in eo ſcripto quod populo expoſitum eſt, vt obſeruet, continetur. In tanta huius rei perplexitate, ac ſententiarum varietate illud quoque accedit, quod noſtri interpretes, nō tam in eo elaborarunt, vt has tam varias diuiſiones explicarent, atque in vnam conſonantiam redigerent, quàm id ſtuduerunt, vt noui aliquid pro ſe quiſque in hac iuris diuiſione ex ſuo capite excogitatum afferret. Fuerunt enim qui non modò feris, & beluis, ſed & plantis, atque arboribus ius tribuerent. Sicq; Vlpiani, & Iuſt. diuiſioni aliud caput adijceret, vt Voconius in ſua. 1.
25 declarat. Fuerunt prętereа † qui ius & gentium & naturale ſimul complexi, illud triplex eſſe affirmarent, vt Stephanus Forcatulus Dialogo trigeſimoſeptimo, quo loci ait, aliud ius nobis commune eſſe cum Dijs, aliud cum brutis, aliud denique neque cum Dijs, neque cum brutis, ſed cum cæteris tantùm ho-
26 minibus. † Cum Dijs, vt fidem ſeruare, benefacientibus benefacere, & id genus alia; cum brutis vt maris, & fœminæ coniunctionem, liberorumque procreationem & educationem; cum hominibus ipns, vt bella, manumiſſiones, ſeruitutes, & alia quæ numerantur in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & in c. ius gentium. 1. diſtinct. Zaſius in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. in ea ſententia eſt, vt non modò vnum ius gentium ab altero diſtinguendum

Source : BIU Cujas

non ſit, ſed neque etiam ius naturale, quod eſt cõmune omnibus animantibus diſiungi debeat à iure gentium, quod hominibus conſtat peculiare eſſe. Ac fatetur quidem† quatuor illi qualitates ineſſe, ex quibus varia nomina ſortiatur: verùm tamen illas arbitratur, non eſſe impedimento, quo minùs vnicum ius ſit, cùm non ex qualibet accidentali, immo neque ex materiali differentia iuris diuiſiones ſint ſumendæ, vt aduertit diuus Thomas in ſecunda ſecundę q. 95. art. 4. Prima iuris qualitas eſt ſecũdùm Zaſium, quando inſtinctus naturæ ſolus operatur; vnde inducitur ius naturale, quod omnibus etiam brutis animantibus commune eſt. Secunda eſt qualitas, ꝙ naturæ inſtinctus ratione temperatus, ac moderatus ſit, qualis in ſolis hominibus eſſe cernitur. Tertia eſt, cùm in hominum mentibus abſque vlla ratiocinatione ius perficitnr ex ijs ſolis principijs, quorum intelligẽtias mẽtibus noſtris natura inſeruit. Poſtrema eſt qualitas cum ratiocinatione opus eſt in ijs decernendis, quæ hominum prauitati mederi poſſint, cuiuſmodi ſunt bella, captiuitates, ſeruitutes, & alia quæ communi omnium gentium conſenſu recepta ſunt. At conſiderandum eſt, neminem futurum, qui has qualitates, & hos quaſi gradus iure naturali diſtingui poſſe inficietur, verum quòd hæ qualitates potius ſint, quàm ipſius iuris ſubſtantiam attingant, certè ex ijs quæ tradit Zaſius non rectè demõſtra
28 tur. Aliam † denique iuris diuiſionem à ſuperioribus diuerſam affert Robertus Maranta in tract. de ord. iudic. in 3. parte principali, nu. 2. cum plurimis ſequen. In qua non tantum ius gẽtium, ſed etiam ius naturale in primæuum, & ſecundarium diſtribuit, ac ſecus aliquantò quàm alij faciãt hæc ſingula capita declarat; Et hæc quò ad quintam dubitationem. His porrò dubitationibus omnibus, quas in hac materia hucuſque excitauimus, alia inſuper accedit difficultas, quam ſilentio minimè duximus prętereundam: Ea verò eſt, quòd Iuſt. præterquàm, ꝙ non videtur ius rectè diuiſiſſe, in hac quoque diuiſione videtur ius ipſum
29 non rectè accepiſſe. † Nam dum iuriſgentium exempla tradit, connumerat bella, captiuitates, ſeruitutes, cõtractus. §. ius autẽ. inſt. de iure nat. gent. & ciui. Quod idem facit Gratianus in c. ius gentium. 1. diſtinct. At ſi intelligimus bella, captiuitates, cõtractusq; eſſe ius, nemini poterit hoc non abſurdum videri. Siquidem hæc omnia facti eſſe, nemo eſt qui non concedat, idque de contractibus vulgò probant ex l. conſilio. §. vlt. ff. de curato. furio. Et quanquàm verè illa lex non modò hoc non probet, ſed nec etiam quicquàm ad hanc rem pertineat, tamen vſqueadeò perſpicuum eſt contractus, item & bella, & captiuitates eſſe facti, vt de hoc minimè ambigendum ſit. Si verò intelligimus voluiſſe Iuſtinianum, & Gratianum in locis proximè adductis ius nobis illum indicare, quod ad bella, captiuitates, & contractus pertinet, itemque ad alia, quæ iuriſgentium ſunt, non rectè hoc modo Iuſt. defendi poterit, qui dicit, gentes ſibi iura quædã conſtituiſſe. Nam quæ prædictis in rebus obſeruanda ſunt, ea nõ ab hominibus cõſtituta, ſed à naturali ratione potius inducta fuerunt, & ab ijs præceptis, quæ ab ipſa ratione nobis ſuggeruntur. Id quod exemplis aliquot propoſitis perſpicuè cognoſcemus.
30 In † contractibus quicquid iuris ineſt, totum illud fermè poſitũ eſt in eo, vt fidem datam ſeruemus. Atque id certè nõ aliunde, quàm à naturali ratione proficiſcitur; quamuis enim hoc præceptum homines ad contractus applicuerint, nullatenus tamen hæc applicatio ius dici poteſt. Fit verò illa in hũc modum: fides data ſeruanda eſt, at in contractu data eſt fides, illa ergo ſeruanda eſt. In hac argumentatione præcipiendi & diſponendi vis tota, ex qua ius inducitur, maiori ineſt propoſitioni, quę fidem datam ſeruari iubet, & quæ à ſola naturali ratione nobis ſuggerit; quod verò in cõtractu fides ipſa preſtita ſit, quæ erat minor propoſitio huius ſyllogiſmi, eſt hoc quidem hominum inuentum, attamen ius non eſt, ſed nudum factum. De bellis idem dicẽdũ videtur, in quibus quicquid iuris ineſt, totum illud naturali rationi videtur tribuendum, qua nobis permittitur, vt vim vi repellere poſſimus. Quod verò homines hoc naturæ principiũ ad bella applicuerint, certè nudum ea in re factum præſtiterũt. Ac de reliquis idem etiam affirmari poteſt, quæ omnia perſequi ſigillatim non eſt neceſſarium. Quod ſi ius gentium hoc modo acciperetur, Gratianus pariter erraſſet in c. ius naturale, ĩ primis verbis iuncto c. ius gentium, dum putat hominum conſtitutione iura induci nonnulla ab ijs diuerſa, quæ ſolo naturæ inſtinctu noſtris quaſi mentibus inſcribuntur. Aduerſatur etiam hoc obiectum ijs, quæ docuit Diuus Thomas in 1. 2. quæſt. 95. artic. 40. vbi emptiones, venditiones, locationes, conductiones, ſocietates ius gentium appellat, atq; a naturali iure diſiungit. Nec ſecus noſtri interpretes eoſdem ipſos ꝫctus, tum & bella, atq; captiuitates ad ius gentium ſecundarium referunt, & iuri primario prima & indemonſtrabilia rationis principia tribuunt, vt fidem ſeruare, & id genus alia. Quapropter non immeritò quiſpiã ea qua
31 diximus rõne hac de re dubitabit. Neque † enim eodem modo & hæc, & illa ius ipſum ſpectant. Nam hæc præcepta rõnis ius conſtituunt, ac verè ius ipſa ſunt, quod de bellis, captiuitatibus, commercijs, & contractibus affirmari nõ poteſt. Siquidem illa ius non ſunt, ſed ſunt facta, & operationes, quę iure reguntur, & in quibus ipſius iurjs munus expletur. Refertur enim ius vel ad perſõnas, vel ad res, vel ad operationes: quæ tamen operationes cùm facti prædicamẽto ſubijciantur, iuris appellatione minimè continentur. Verùm quoniam exiſtimare non debemns Iuriſconſultos, aliosque tam multos grauiſſimos auctores, tàm incõſideratè loquutos eſſe, aliquantò accuratius explicandum nobis eſt, quo pacto hæc omnia accipienda ſint, & qua ratione tùm aliorum auctorum, quos ſupra adduximus, tùm iuriſconſultorum præſertim ſententiæ defendi poſſint.

ARGVMENTVM.

VT facilior ad veritatem aditus patefiat, nonnulla quaſi prę ludij in morem explicanda atque illa duo in primis. Primùm, an eodem modo ius accipiatur in hac diuiſione, quo ſuperiùs dictum eſt illud accipi debere. Præterea, ad ius perficiendum, quid nam ſola per ſe natura præſtiterit.

SVMMARIVM.

1 *Ius non alio modo hic accipi debet, quàm pro eo quod ex regulis, & præceptis conſtat.*
2 *Regulæ, quæ factorum præſumptionem, aut cognitionem reſpiciunt, quamuis ad iuris artem pertineant, tamen ius ipſum non conſtituunt.*
3 *Cuiuſmodi illæ ſint.*
4 *Quales ſint regulæ, quæ ius perficiunt.*
5 *Quomodò ad tria illa præcepta, quæ ſola Vlp. nobis proponit, aliæ multæ iuris regulæ redigantur.*
6 *Pleniſſimè natura nobis omnia ſuggeſſit, quæ ad vitam iuſtè, & honeſtè degendam pertinent.*
7 *Bipartita eorum ratio, quæ à natura nobis ſuggeruntur.*
8 *Ad ſex tantũ poſſunt redigi ea oĩa, quæ nobis à natura imperantur.*
9 *Ius quo nobis aliquid præcipitur, ſemper vi ſua obligationem aliquam inducit.*
10 *Quo ex fonte religio oriatur.*
11 *Vis religionis quantoperè omnibus hominibus ſit innata.*
12 *Pietas quomodo definiatur, ac quàm arctum eius vinculum ſit.*
13 *Gratia quid ſit, & quomodo à noſtris iuriſconſultis appelletur.*
14 *Obſeruantia naturæ præceptum eſt.*
15 *Veritas, & fides non niſi reclamante natura lædi poteſt.*
16 *Communis omnium hominum quaſi cognatio eſt.*
17 *Prudens Socratis reſponſum.*
18 *Nunquid alieno delicto occurrere teneamur.*
19 *Duo iniuſtitiæ genera.*
20 *Vim vi repellere, ſit ne tantum natura permiſſum, an verò etiam quandoque imperatum.*
21 *Vltio ſi minus natura, ac ſaltem diuinis, atque humanis pariter legibus interdicta.*
22 *Vindicandi inſtinctus, cùm omnibus planè animantibus ineſt, tùm præcipuum quendam in modum ipſis hominibus.*
23 *Vim, atque iniuriam inferre naturali lege prohibitum eſt.*
24 *Verbum, inſidiari, ad omnia iniuriarum genera refertur.*
25 *Decalogi præcepta iuris naturalis ſunt.*

CAP. XVIII.

VT igitur in tanta cùm ſententiarum varietate, tùm & rei ipſius difficultate, certi aliquid affirmare poſſimus, tria nobis ante omnia explicanda ſunt, ex quibus mox ad reliqua, quæ hac in re ſcitu neceſſaria ſunt, facilior aditus patefiet. Primò declarandum eſt, qũo ius in hac diuiſione accipiatur, tũ à Iuſtiniano, tũ ab alijs; qđ vt in primis neceſſariũ ſit, facit difficultas ſupra proximè excitata. Nimirum ꝙ ſecus hic videantur legũ auctores iuris vocabulũ accepiſſe, atq; a nobis ſupra demonſtratum fuit, illud frequentius accipi ſolere. Prętera videndum eſt, quas in iure cõſtituendo natura ſibi partes vendicet. Tertiò & vlt. quid ꝫ hac iure homines præſtiterint. Sic. n. quoties nobis ius aliqđ proponetur, facilius cognoſcemus, quid in eo naturale ſit, quidve hominibus potius tribui oporteat. Sicq; etiã optimè intelligemus, qũo ipſum ius diuidi debeat, & an iuriſcõſultorũ, aliorũq; diuiſiones aliquo pacto & conciliari ſimul, & defendi poſſint. Quod attinet ad primũ, licèt varijs loquendi modis legũ auctores vtantur, ſi tñ eorum verba attentius perpendamus, reperiemus eos in hac diuiſione non alia ſignificatione ius ipſum accipere, † quàm ea, quàm ſupra diximus maximè veram, & propriam eſſe. Diximus ius ſignificare legis pręceptũ, quatenus prę ceptum pro quacunque diſpoſitione ſumitur. Ita ergo videbimus accipi ius etiam in hac diuiſione, nam cùm dicit Iuſti. poſt Vlpianum, priuatũ ius tripartitũ eſſe, collectumq; ex præceptis naturalibus, gentium, & ciuilibus, certè in hoc præcepta ipſa ius appellat, & pręceptorũ appellatione quaſcũque diſpõnes complectitur. Quare omnes regulæ, ſiue ſola natura traditæ, ſiue legibus

Source : BIU Cujas

gibus inſtitutæ ſint, verè ius dici poterunt, nec ſanè credendum eſt à ſeipſo diſſentire Iuſtin. dum in §. ius autem gentium. inter exempla iuriſgentium, bella, captiuitates, & contractus recẽſet; quia non intellexit hæc eſſe iura (verè. n. facta ſunt, quemadmodũ diximus) ſed regulas potius illas reſpexit, quę his in rebus obſeruantur. Et quamuis videatur hic plurimùm obſtare, quod dicebatur, has regulas non ab hominibus conſtitutas, ſed à ſola ratione ꝓfectas eſſe, & propterea non quadrare, quod dicit ibi Iuſtin. gentes ſibi ea iura cõſtituiſſe, tñ verè hoc nihil obſtat. Siquidem nos infra oſtendemus, quomodò hoĩes ijſdẽ his in rebus regulas ſibi quaſdã conſtituerint, quæ propterea ipſis gentibus potius, q̃ naturæ aſſignari debeant. Vnum tñ cauere hic oportet, an tequam ad reliqua duo huius diſputationis noſtræ capita deueniamus: nam quod diximus, regulas tùm naturales, tùm quæ legibus comprehenduntur, ius conſtituere, non de omnibus paſſim regulis affirmari põt, ſed de ijs tantùm, quibus aliquid decernitur atq; ſtatuitur. Siquidem † multæ ſunt, quæ ad factorũ præſumptionem, cognitionemve tñ pertinent, quibus iuris nomẽ minimè conuenit. Sicut enim facta ius nõ ſunt, ita eiuſmodi regulis facta ipſa reſpicientibus haudquaq̃ ius conſtituitur. Quanq̃ negandum non eſt, quin ad iuris artem maximè pertineãt, & in legum interpretatione ſępiſſimè vſurpentur. Cuiuſmodi † illæ ſunt. Incorporalium rerum nullam poſſeſſionem eſſe l. 3. in prin. ff. de acq. poſſ. Naturam nõ pati, vt tu videaris ſtare in eodẽ loco, in quo ego ſto l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſſ. Earum rerum, quæ vſu conſumuntur, vſumfructum eſſe non poſſe. l. 2. ff. de vſufructu ear. rer. quæ vſu conſum. Naturam nõ pati, vt filius ætate patrem antecedat. §. minorum. inſt. de adopt. Errantes cõſentire non videri. l. nihil conſenſui. ff. de reg. iu. Sicut & aliæ permultæ, quas oẽs recenſere longum magis eſſet, q̃ neceſſarium. Conſtanter ergo hoc retinendum eſt, nõ ſecus accipi ius in hac diuiſione, ac vera, & propria huius vocabuli ſignificatio exigat. Vnde dicimus, omnibus ijs regulis ius conſtitui, quæ aliquid ſtatuunt, atq; decernũt, quæq́; iuſti, atq; iniuſti normam nobis pręſcribunt. † Quales ſunt, non modò illæ tres primæ, omniumq́ue maximè generales, quas Vlp. & Iuſtin. nobis proponũt, honeſtè viuere, neminẽ lędere, ius ſuũ cuiq; tribuere. l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iure. §. iuris præcepta. inſt. eo. Sed & aliæ oẽs quæ ab his deriuantur. † Profluunt. n. ab his quaſi fontibus aliæ permultæ regulæ, quas quotidie præ manibus habemus, nõ ſecus atq; à primis mathematicorum principijs, aliæ multæ propoſitiones deduci ſolent: Poſſumus exẽpli gratia, ab illa regula, qua iubemur, ius ſuũ cuiq; tribuere, pronunciatum illud deriuare. Id quod omnes tãgit, ab omnibus comprobari debere l. j. in fine. C. de auc. præſtanda, atq; alia id genus quamplurima. Ab illa quoq; regula, qua ꝓhibemur, quemq̃ lædere, profluunt aliæ multæ. Non debere aliquem alterius odio grauari. Non debere alterius factum alteri obeſſe. Nõ debere inter alios actum nocere alteri. l. ſi quis in ſuo §. legis. C. de inoff. teſta. l. de pupillo. §. ſi plurimum. ff. de noui. op. nun. l. quia non debet. ff. iureiurãdo. Penes eum qui fidẽ fefellit, nihil ex ea re reſidere oportere. l. fundo. ff. de lege cõmiſ. Ab illo deniq; præcepto, vt honeſtè viuamus, ſumuntur alia complura, veluti conuentiones hominum contra bonos mores non valere. l. pacta quę contra. C. de pact. Contrà factum proprium nemi nem honeſtè venire poſſe. l. poſt mortem. ff. de adop. Rei illicitę nullam ſocietatem rectè coiri. l. ſi quis à reo. §. illud quod vulgò. ff. de fideiuſſ. Hæ ſunt regulę, atq; aliæ eiuſdem generis, quibus diximus iuris nomen verè, ac propriè conuenire. Sic iam primum explicuimus ex ijs tribus, quę nobis propoſita fuerunt, nimirum quo pacto in hac diuiſione iuris hęc ipſa vox ſit accipiẽda. Nũc pergamus ad ſecundum, & videamus, quãtum ad ius ipſum perficiendum, quid ſola præſtiterit per ſe natura abſq; vlla hoĩum conſtitutione. Qua † in re generatim concludimus, naturam, vt alijs omnibus ſemper in rebus, ita in hoc maximè prouidam pleniſſimè illa omnia nobis ſuggeſſiſſe quibus ad vitã, iuſtè, piè, & honeſtè degendam optimè inſtrui poſſimus. Quæ vt perfectè, ac diſtinctè à nobis cognoſcantur, ſciẽdum eſt, † bipartitam eorum rationem eſſe. Quædam enim ſunt, quæ natura neq; prohibentur, neq; imperãtur, ſed libero ipſorum hoĩum arbitrio permittuntur, ita vt pñr homines liberè decernere, quæ pro locis, & temporibus ſibi magis expedire iudicauerint: Quædã verò ſunt, quæ determinatè (vt ita dicam) natura imperantur, vel prohibẽtur, ita vt eius imperij, vel prohibitionis mutandæ nulla hominibus facultas conceſſa ſit. In illis quidem primis maximè inſpiciẽ vtilitas, in his verò honeſtas, ac iuſtitia ſola attẽditur; ſolaq́; hęc poſtrema ſunt, quæ ipſi naturę præcipuo quodam iure tribui poſſint. Primi capitis exempla hæc ſunt. Permiſit natura res cões haberi, ſed quia permiſit, ac non præcepit, ideò nec rerum dñia diſtingui vetuit, quemadmodum poſtea diſtincta ſunt; q· certè reclamante natura nullo modo fieri potuiſſet. Permiſit ꝓmiſcuos marium, feminarumq́; eſſe concubitus, quatenus ſaltem pietatis, & conſanguinitatis pudor id pateretur. At nõ idcirco prohibuit, quominus qui promiſcui cõcubitus antea fuerãt, certis cõnubiorum legibus, ac regulis diſtinguerẽtur. Permiſit acquiſitionem eorum, quæ cælo, terra mariq; continentur, quãuis poſtea earũ rerum acquirendarum facultas vel ſi nõ prorſus ſublata, tñ regulis atq; modis natura eadem permittente fuerit coarctata. l. vlt. ff. de vſuc. no. in §. flumina. inſt. de rer. diui. Secũdi capitis exẽpla apud noſtros iuriſconſultos variè diſperſa reperiunt: Verùm ea rectiſſimè colligit in vnum Cic. lib. 2. de inuẽt. Vbi de primis nullam fecit mentionem, atq; his ipſis tñ, quæ nos ſecundo capi
„ ti tribuimus, ius naturæ contineri ſtatuit. Naturæ (inquit) ius eſt,
„ qđ non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vendicationem, obſeruãtiam, veritatẽ.
8 Sex proponit exẽpla, quę nos aliquantò apertius duximus explicanda, & iuriſconſultorum auctoritatibus confirmanda, vt planius hoc ipſum demonſtraret, qđ ſecũdo loco poſuimus, nempe quo pacto ipſa per ſe natura ad ius, atq; iuſtitiam mẽtes probè noſtras inſtruxerit. Conſiderandũ eſt, ius, & iuſtum (vt rectè philoſophi declarant) vi ſua ſemper obligationẽ quandam continere, cuius rõne ſemper ad alterum refertur. Refertur autẽ vel ad Deum, vel ad hoĩes ẽt ipſos. Ad Deum cur referatur, ac qua ipſi rõne obſtricti ſumus, nemo nõ ſtultiſſimus, aut maximè impius dubitare põt, cùm nihil planè in nobis ſit, quod nõ immenſę ipſius benignitati, & clementiæ acceptum referri debeat, cuius ſolius munus eſt, ꝙ viuim⁹, nutrimur, mouemur, & ſumus. Ex hoc
9 primo naturæ debito, † quo ipſi Deo ſummo, & opti. obſtrin-
10 gimur, oritur ius religionis, † de quo Põponius in l. veluti. ff. de iuſti. & iu. Propterea ergo religio iuris naturalis eſt, & religionẽ Cicero eam eſſe definit, quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ (quam diuinam vocant) curam, cęremoniamq́; affert. Vſqueadeò verò
11 † ipſius naturę vi omnibus hoĩbus religio innata eſt, vt nulla gẽs ſit tàm fera, tamq́; immanſueta, aut tàm ab omni vitæ cultu aliena, quæ ſi vel ignoret qualem Deum haberi deceat (id quod optimè nos pręcipuo quodam diuinę clementię munere & ſcimus, & cognoſcimus) tamen non & habendum omninò, & colendũ intelligat. Neq; enim fieri poteſt, vt qui Lunæ, Solis, aliorumq́; ſiderum conuerſiones intuecatur, ac cæterarum inſuper rerum tùm ſuperiorum, tùm inferiorum, vim, ordinem atq; æqualitatem conſideret, non his quaſi veſtigijs ad ſummi illius, præpotẽtisq́; Dei contemplationem ducatur, à quo ſicuti primam duximus originem, ita & ad eum, tanquàm ad primum, & ſupremũ finem præſtantiſſimæ naturæ noſtrę inſtinctu ſemper contendimus: vnde verè ac diuinitus ille. Creaſti (inquit) nos ad te, & cor noſtrum inquietum eſt, donec requieſcat in te. Huic proximum eſt ius, quod ipſis quoq; hominibus nos alligat, ſed vt varij inter ſe homines ſunt, ita ob varias res ſibi ipſis deuincti eſſe poſſunt. Itaq; fit: vt cùm magis interdum, interdum minùs hoc vinculũ aſtringatur, ita plures illius obligationis qua homines inter ſe deuincti ſunt, quaſi gradus conſtituantur. Etenim primùm ijs tenemur, qui ex eadem patria orti ſunt, ac multò etiã magis, ſi ex eadem ſunt agnatione, ita vt præter patriæ communionem, ſanguinis quoq; vinculum accedat. Atq; hinc oritur pietas, de qua
12 mentio eſt apud Pomponiũ in d. l. veluti. ff. de iuſt. & iur. Eſt † autem pietas (vt Tullius definit) per quam ſanguine coniunctis, patriæq; beneuolis officium, ac diligens cultus tribuitur. Alterum prætereà naturæ debitum eſt, vt ijs teneamur, quibus nos abſq; vllo patriæ, vel cognationis vinculo ſola amicitia coniugauit, vel ꝙ mutua cum ijs familiaritas nobis interceſſerit, vel ꝙ ab ijs fuerimus aliquo beneficio ornati; atq; hoc naturæ debitum Ci-
13 cero gratiam appellat, † eamq́; eſſe definit, in qua amicitiarũ, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur, de qua etiam loquutus eſt Vlp. in l. ſed & ſi lege. § cõ ſuluit. ff. de petit. hæredit. cùm dixit, eos qui beneficium in aliquẽ contulerunt, eum ſibi ad remunerandum obligare, & hanc obligationem noſtri interpretes græcam vocem imitati, vulgò antidoralem appellant. Tertia cauſa eſt, quæ nos hominibus obſtringit, nimirum, cùm eos vt maiores noſtros agnoſcimus. Et hęc di-
14 citur obſeruantia, † per quam homines aliqua dignitate præcedentes, cultu quodam, & honore dignantur, vt eodem in loco Cicero definit. Hac de cauſa concludit Bar. in l. Iulianus verum debitorem. in 8. col. ff. de condi. indeb. ex præcepto legis ciuilis oriri naturalem obligationem, propterea ꝙ ciuiles leges à maioribus noſtris conſtituuntur, quibus obtemperare natura obligamur. Verùm quo pacto hoc accipiendum ſit, nos alibi explicuimus. Iuri naturali reſpondet in hoc ius diuinũ, vt & alijs multis in rebus. Legimus enim maiorum auctoritatem, & poteſtatẽ Dei ſummi, & optimi ordinationem eſſe, ac proinde qui reſiſtit humanę poteſtati, diuino pariter decreto aduerſari, vt ex Augu tradit Gratianus in c. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3. Hinc etiã illud: Qui Principi non paruerit, morte moriatur, vt legitur lib. Reg. & refert Rom. Pontifex in c. 2. de maior. & obedient. His tribus accedit alia cauſa, qua non tantùm maioribus, ijsve, qui aliquo vel patriæ, vel conſanguitatis, vel amicitiæ vinculo nobis coniuncti ſunt, ſed omnibus paſſim hominibus obligamur; oritur enim
15 aliud debitum ex eo, quod cuipiam aliquid promiſerimus. † Siquidẽ nihil eſt tàm conſentaneum naturali æquitati, q̃ fidẽ ſeruare, & id quod promiſimus, ueritatis effectu cõprobare. l. j. ff. de pactis. l. j. ff. de conſt. pec. l. ſi quod dñs. ff. de condi. indeb. l. cùm amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. Atqui certè non tantum in

rerum

Source : BIU Cujas

rerum promiſſarum fide, ſed & ubiq; ſemper rebus in omnibus veritati aſtricti ſumus, quam Cicero ſic definit, vt veritas ſit per quam immutata ea quæ ſunt, aut anteà fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. Poſtremò vel ſi maximè ceſſent cauſæ aliç omnes, deſintq; alia omnia vincula, tamen ea ratione cæteris hominibus tenemur; quia homines ſunt, nam cum eadem oēs lege, ac cōdi-
16 tione fuerimus procreati † propterea omnium hominum quā-
dam quaſi ſocietatem, & cognationem eſſe neceſſe eſt, vt diſertè tradit Florentinus in l. vt vim. in 2. reſponſo. ff. de iuſt. & iur. Nec ſecus atq; æquor piſcibus, omnibus hominibus terra communis
17 patria eſt. Quare † prudentiſſimè Socrates interrogatus cuias eſ-
ſet, mūdanum ſe eſſe reſpondit. Rectè etiam Africanus in ſomno Scipionis, vniuerſam terram ſedem, & domū hoīum appellat. Eam ob rem ergo ſicut inter cognatos, atq; adeò etiam inter oēs eiuſdem patriæ ciues naturalis obligationis vinculum extat, quo mutua ſibi officia præſtare tenentur, ita oēs planè hoīes ſibi inuicem, ſi nō tanto, at aliquo certè naturę debito obſtricti ſunt. Vnde Chremetis illius Terentiani ſapiētiſſima rñſio meritò cō mendatur, cui cum fuiſſet à Menedemo obiectum, quod aliena curaret, & ea quę ad ſe nihil attinerēt, rñdens ille. Homo (inquit) ſum, nihil humani à me alienum puto. Atq; hoc ipſum varijs in
18 locis noſtræ leges ſpectarunt, cum † nos certis in rebus, etiā quæ nullatenus ad nos pertineant, voluerunt tñ alieno occurrere dicto, atq; hoc quaſi obſequium in cōe præſtare l. lege Cornelia. ff. ad legem Cornel. de falſ. l. vtrùm, & l. ſi ſciente creditore. ff. ad legem Pompei. de parric. §. alia. inſt. de pub, iudicijs c. quantæ. extra de ſentent. excom. Quam materiam latè tractant Baldus, Siculus, Decius, & alij in c. 1. extra de offic. deleg. Item Decius in l. culpa caret. ff. de reg. iur. Et quamuis frequentius cōcludant tàm iure pontif. quàm iure ciuili, non paſſim in quocunq; delictorū genere puniri eum debere, qui, cum poſſet, delicto obuiam non ierit, ſed in quibuſdam delictis tantùm, quibus ſpeciatim id lege cautum ſit, fatentur tamen ſemper vnumquemq; ad id natura obligari, quoties videt ſe commodè delictum impedire poſſe, ac niſi id faciat, in foro conſcientiæ teneri, vt docet Accur. in d. l. culpa caret, Siculus, & alij in d. c. 1. extra de offic. delega. vbi ſic intelligunt c. quantæ. de ſentent. excommun. Hic etiam Cicero
19 lib. j. offic. duo † ſtatuit iniuſtitiæ genera: Vnum eorum qui inferunt, alterum eorum, qui ab ijs, quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant iniuriam. Quemadmodum ergo natura nobis præcipit, vt cùm ab alijs, tùm multò magis à nobis ipſis iniuriam propulſemus, ita neceſſariò illud concedit, vt vim vi repellamus,
20 prout Florentinus inquit in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. † Quòd ſi nobis interdictum eſſet, eueniret ſæpenumero, vt neq; alios, neque noſmetipſos ab iniuria defendere poſſemus: Qua de cauſa hanc non ſimplicem permiſſionem eſſe exiſtimare debemus. Eſt eñ interdum cum obligatione coniuncta, vt ex ijs quæ diximus intelligi facilè poteſt. Huc ergo reſpexit Cicero cū legi naturæ inter cætera vindicationem quoq; aſſignauit. Eſt autē vindicatio (vt ipſe definit) per quā vis, aut iniuria, aut omninò omne quod obfuturum eſt, defendendo, aut vlciſcēdo propulſatur. Quibus verbis oſtendit non defenſionem modò, ſed & vltionem naturæ lege permiſſam eſſe. Differūt enim hæc duo inter ſe, cum defenſio tueatur nos à futura, & imminenti iniuria, vltio verò iam
21 factam, & acceptam vlciſcatur. Verùm † vltio poſteà non tantum diuinis, ſed & ciuilibus legibus fuit interdicta, vt l. j. C. vnde vi. Vbi cùm Diocletianus inculpatæ tutelæ moderationem exegit, nihil aliud ſibi voluit, quàm vt ſolam defendendi poteſtatē daret, vlciſcendi denegaret, ac propterea non dubito, quin decipiantur noſtri interpretes, qui ex illa Diocletiani conſtitutione exceptionem afferunt ad defenſionis regulam, quā in l. vt vim.
22 Florentinus tradidit. Tametſi † verò in oī natura iſte ipſe vindicandi inſtinctus perſpicitur, cum videamus non modò brutos animantes cornibus, vel dētibus, vel aculeis, alijsve eiuſmodi naturæ adiumentis, ab offenſionibus, & iniurijs ſe vindicare, ſed ēt arbores ipſas ſi incuruentur, in contrariū niti, palmamq; onus etiam impoſitum repellere: tamen homo hac in re præcipuum quiddam habet, quod rationi meritò tribuatur. Neq; enim alia naturæ vis, quàm naturalis ratio facit, vt non tantùm à nobis ipſis, ſed ab aliis quantumuis extraneis hominibus iniuriam propulſare debeamus. Quinetiam cùm ad noſmetipſos hoc referimus, apertè tamen naturalis rationis munus in eo perſpicimus: quia quantò quiſque mente, & ratione magis valet, tantò ęgrius ſibi iniuriam fieri patitur. Itaque Tullius non immeritò inter ea quæ nobis à naturali ratione ſuggeruntur, vindicationem quoque connumerat. Nec porrò dubitandum eſt, quin eadem naturalis ratio, cùm hæc omnia ſeruari præcipit, eo ipſo & contraria interdicat. Quapropter ſicuti ad vim, & iniuriam propulſandā
23 natura nos inuitat, ita multò magis prohibet † ne vim, aut iniuriam inferamus, aut quacunque ratione alterum lædamus. Nam ſi vel omnia alia vincula deeſſent, reclamaret tamen illa, de qua ſupra diximus, omnium hominum inter ſe cognatio; vnde Flo-
,, rentinus in d. l. vt vim. in 2. reſponſo. Et cum inter nos (inquit) co-
,, gnationem quandam natura conſtituit, conſequens eſt, hoīem
24 hominī inſidiari nefas eſſe. Verbum † inſidiari, latè accipit, eoq; omnia iniuriarū genera complecti voluit, ſiue (gratia exempli) alterius vxore violanda, ſiue bonis ſubtrahendis, ſiue alia quacū que ratione inferantur. Atq; hæc quæ hactenus recenſuimus, eadem fermè ſunt, quæ etiam in Decalogo continētur. Cuius tria prima præcepta pertinent ad religionem, quartum ad pietatem, ac porrò ex reliquis nullum eſt, quod non ad ea ipſa referri poſ-
25 ſit, quæ hactenus recenſuimus. Quocircà † Decalogi præcepta iuris naturalis eſſe, ac propterea diſpenſationem non admittere meritò cōcluditur. Alia prætereà ſunt, quæ ita in nobis ſe habēt, vt prçceptorum quodammodò inſtar obtineant: nempè maris, & fęminæ coniunctio, & liberorum educatio, quæ nos tamē inter alia non recenſuimus, quia à naturę ſenſitiuæ potius inſtinctu, quàm à naturali ratione proficiſcuntur.

ARGVMENTVM.

EX ijs quæ ad plenam huius materiæ explicationem præmunienda erāt, poſtremum illud erat, quod hic explicatur: An homines præter ea quibus ſola natura inſtructi erant, proprium ipſi aliquid ad ius perficiendum attulerint.

SVMMARIVM.

1 *Quibus de cauſis ſublata communione, rerum dominia fuerint diſtincta.*
2 *Nihil vtilitatis cauſa ab hominibus eſt receptum, quin idem ſit honeſtati conſentaneum.*
3 *An dum homines ea inuenerunt, quæ facti ſunt, in eo dici poſſint iura ſibi aliqua conſtituiſſe.*
4 *Multa prohibuerunt homines, quæ iure naturali permiſſa erant.*
5 *Nonnulla fortè potuiſſent videri prohibita natura, quæ ab hominibus permiſſa fuerunt.*
6 *Quid præſtiterint homines quantum ad ea, quæ natura imperantur, vel prohibentur.*
7 *Quòd delicta vendicentur, naturæ ius eſt. Quod hac vel illa pęna, ipſis hominibus eſt tribuendum.*
8 *Iure belli plectuntur etiam, qui nihil deliquerunt.*
9 *Naturalium præceptorum applicandorum duplex ratio.*
10 *Quæ in naturæ præcepto, vel prohibitione iura poſita ſunt, non æquè homines poſſunt ſua efficere, vt quæ ipſorum arbitrio poſita ſunt.*
11 *Facit ſæpè neceſſitas, vt ea legibus decernantur, quæ primo aſpectu quandam iniuſtitiæ ſpeciem præ ſe ferant.*

CAP. XIX.

EX ijs tribus, quę ſupra propoſuimus, duo iam explicata fuerunt, nimirū quomodo ius in hac diuiſione ſumatur, & quid nam ad ius ipſum perficiendum ſola per ſe natura præſtiterit. Nunc reſtat tertium, & vltimum, vt videamus, quid nam in ipſo iure perficiēdo ab hoībus profectū ſit, ſiue ab oībus ſimul gentibus, ſiue à ſingulis populis in ſingulis ciuitatibus conſtitutū aliquid fuiſſe proponatur; Hanc enim differentiam ad id quod quærimus in præſentia conſiderare non eſt neceſſe. Hoc ipſum verò inquiremus primò quātum ad ea, quę libero ipſorum hominum arbitrio natura permiſit. Deinde cōſiderabimus, an ad ea quoq; quæ natura præcepit, vel prohibuit, proprium aliquid homines attulerint. Quantum pertinet ad illa quæ diximus natura fuiſſe permiſſa, cùm ea homines viderēt in vtranq; partem & iuſta, & honeſta eſſe poſſe ſolamq; in ijs vtilitatem ſpectari, in eam præcipuè curam, & cogitationem incubuerunt, vt in ijs ſingulis id potiſſimum decernerent, quod ad vitam iucundè, & commodè traducendam maximè profuturum
1 iudicarent: vnde † quoniam experientia erant edocti, rerum cōmunionem publicæ vtilitati, ac tranquillitati valdè incommodam eſſe, non tantùm ob diſſidia, & contentiones, quę ex ea vtplurimum oriri ſolent, iuxta l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. ſed etiam ea ratione, quam inter alias aſſignat Ariſt. lib. 2. Polit. cap. 2. q' quæ communia ſunt, negligentius curari, atq; aſſeruari ſolent; propterea communi omnium voto ad hoc decurſum eſt, vt rerum omnium poſſeſſiones, ac dominia diſtinguerentur. Poſt dominia diſtincta ea occaſione multa ipſi homines inuenerunt, quæ ad mutua commercia, & ad varias vitæ oppor-
2 tunitates expedirent. Ita † verò vtilitatis rationem habuerunt, vt honeſtati nulla ex parte aduerſarent. Immò id ſtudioſè curarunt, ne earum rerum, quæ natura eſſent permiſſæ, fines honeſtatis excederent. Viderunt mortales diſtinctis iam dominijs, non poſſe ſine contractibus vlla iniri commercia, ideoq; varia contractuum, conuentionumque genera in mores & conſuetudinē induxerunt. Quæ licèt vtilitatis gratia magis inuenta fuerint, iūctam tamē vtilitati honeſtatem ſemper habent, cum datam in
21 conueniendo fidem ſeruare honeſtiſſimum ſit. Inuentis porrò contractibus, viderunt ob controuerſias, quę quotidie ſuper rebus contractis orirentur, non modò vtile, ſed & propemodum neceſſarium eſſe, ſuperiores ſtatui aliquos, qui has ipſas controuerſias audirent, cauerentq;, ne à potētioribus humiles vim aliquam

quam paterentur. Quare reges,& magiſtratus conſtituerunt,nō modò non aduerſante,ſed maximè ſuffragāte naturali ratione, quæ illud nobis pręcipit inter alia, vt maioribus pareamus. Viderunt inſuper in hominum cōuentibus vim non tm̄ internā, ſed ēt externam timeri poſſe.Quocirca bellorū prędidium publico conſenſu receperūt.At illa certe nequaquàm probaſſent, niſi vidiſſent vtilitati pariter rm̄dere iuſtitiam,& honeſtatem, quæ vim vi repellere permittit d.l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. Quæ cū ita ſe habeant, videndum modò eſt, an ex eo homines, quod cōis vtilitatis gratia hæc oīa excogitarint,rectè dicantur iura ſibi aliqua conſtituiſſe. Primo certè aſpectu minimè hoc concedendum videtur.Quandoquidem † contractus bella,aliaq; eiuſmodi,quæ vtilitatis gratia ab hominibus inuenta fuere,nō iuris, ſed facti ſunt.Illa verò honeſtatis,ac iuſtitiæ fundamēta, quibus hęc inniti voluerunt,vel ſi iura ſint, non tamen ab hominibus conſtituta,ſed à ſola ratione deſumpta fuerunt. Verumtamen crediderim ego rectè contrarium affirmari poſſe; nempe ex ijs, quæ homines ſiue ad propriam ſingularum ciuitatum, ſiue ad communem omnium vtilitatem excogitarūt,iura quædam emanaſſe,quæ ipſis hominibus potius,quàm naturæ aſſignari debeāt. Id quod apertè vī mihi Iuſt.ſentire in §.ius autē.in inſt.de iure nat. gent.& ciui.qui cum dixiſſet,gentes ſibi quædam iura conſtituiſſe,mox bellorum, captiuitatum & contractuum exemplis idipſum oſtendit. Verè autem hoc ita eſſe,duplici ratione demōſtrari poteſt.Primò † quia poſt hæc hominū inuenta,multæ res,quæ antea erant permiſſę,prohibitę eſſe cęperunt.Etenim ſi illud tātum ius reſpicias,quod natura dictauit, potetis certè quemcunque locum vacantem rectè ingredi,atque obtinere, nec poterit non iniuſtiſſimus haberi,qui te id facere prohibeat,niſi forte ipſe quoque eiuſdem loci vſu indigeat.Si verò dominorum diſtinctionem ſpectes ab hominibus inductam,iam totam iuſtitię rationem conuerſam,ac plauę mutatam videbis.Siquidem tu potius iniuſtè facies,ſi alterius poſſeſſionem quantumuis vacantē, ingrediaris;vt diſerte traditur.l.vlt. C.vnde vi. Quòd ſi dominus te ingrediētem prohibeat,iuſtiſſimè prohibebit.§.feræ igitur.inſti. de rerum diuiſ. Cùm ergo videamus id, quod antea erat permiſſum,poſt hominum cōſtitutiones, prohibitum eſſe cæpiſſe, neceſſe eſt fateamur mutationem iuris hic aliquam interueniſſe,ac propterea verum eſſe,quod dicit Iuſt.in §.ius autem: gētes humanas iura quędam ſibi cōſtituiſſe. Alia inſuper ratione idipſum affirmari poteſt;quia † quemadmodum ea,quæ fuerant antea naturali lege permiſſa, ab hominibus poſteà prohibita ſunt, ita è conuerſo nōnulla quæ naturali ratione inſpecta potuiſſent prohibita videri,ab hominibus poſtea fuere permiſſa. Nā ſerū bello captum,mihiq; poſtea venditum vinculis,verberibus,atq; omni ſupplicio ex cruciatum necare (id quod olim iure gentiū permiſſum fuit.§.j.inſti.de ijs qui ſunt ſui vel alie iur.) certè ante bella introducta; & contractus inuentos mihi haudquaquam licuiſſet. At ijs inuentis,& receptis tum demum id licere cępit.Cępit enim ita fieri:vt qui bello ius in eo ſeruo acquiſierat, illud ipſum mihi permutationis,vel emptionis, aut alterius contractus titulo adiudicaret: Sed vidēdum eſt,quo pacto in hoc iuris naturalis prohibitio tolli potuerit:quandoquidem de ijs,quæ naturali lege prohibentur, vel imperantur, ſeorſum dicere propoſuimus. Vt ergo etiam quantùm ad hæc ipſa quę natura nobis prę
6 cepit,aut interdixit, diſtinctè tradamus † quid nā ipſi homines præſtiterint;præſtitiſſe illa tria mihi videntur, quæ ſuperius ēt,licèt ad aliud propoſitum,attigimus.Primò.n.naturalibus ipſis p̄ceptis robur,& firmitatem addiderunt,nam cùm impunè antea violari poſſent,id egerunt,vt ēt ab inuitis ſeruarentur.Qua de cā etiam magiſtratus,qui iuſtitiæ quaſi vindices eſſent, publica auctoritate decorarūt.Nō idcircò tm̄ ijs,quæ natura dictabat, cum per ſe honeſtiſſima,& iuſtiſſima eſſent,maiorem honeſtatem,& iuſtitiam afferre potuerunt,niſi de ea iuſtitia loquamur,quam in legum obſeruatione poſitam eſſe docet Ariſt.li.5.Ethic.c.j.Qua quidem inſpecta nō prorſus abſurdè ſenſerit,qui hæc ab hominibus quodammodo iuſtiora effecta eſſe affirmauerit.Siquidē hęc antea ſeruari debebāt eam ſolam ob cauſam; quia honeſta erāt, nunc verò ſeruari debēt & quia honeſta ſunt, & quia maiorum inſtitutis,ac legibus præcipiuntur, quibus nos naturæ eiuſdē præcepto addicti ſumus.Itaq; non vno tantum,& ſimplici, quemadmodum anteà,ſed duplici naturæ fundamento innituntur. Inſuper etiam homines id præſtiterunt, vt quæ naturalis ratio per ſe,atq; in vniuerſum recta eſſe commonſtraret, ea ipſi pro locorum,& temporum varietate variè metirētur. Solet enim hæc varietas iuſtitiæ rationem nonnunquā mutare,arg.l. vlt. in fine ſupra tit.proxi.& c.non debet. extra. de conſang. & affinit. Quare pietas,& naturalis ratio (vt & ſupra diximus) patrem obligaret, vt bona ſua poſt mortem aliqua ſaltē ex parte filijs relinqueret; quæ nam legitima bonorum portio hac in re habenda eſſet,homines ipſi ſingulis in ciuitatibus declararunt. Declarārūt etiam certa pęnarum genera,quæ varijs delictis conuenire iudicarunt.
7 Vnde † q̄ delicta vindicentur,naturæ pręceptum eſt l.ita vulneratus.ff. ad legem Aquil. Quòd verò hac potius, q̄ alia pęna vindicentur,hoc ſoli hoīes conſtituerunt. Ac ne fruſtra ſingula cō-

ſectemur exempla,quæ hac in re poſſent afferri,generatim concludi pōt,diſpoſities oēs,quę iuſti naturalis quaſi menſuram cōtinent, non naturæ, ſed hominibus tribuendas eſſe. Tertiò illud quoque ſupra notauimus,q̄ cum prędepta naturalia in eo,q̄ humanis neceſſitatibus applicabātur, inter ſe quandoq; quodammodo diſſidere, atq; honeſti faciem obſcuriorem reddere viderentur,ea homines cōciliarunt inter ſe, certaq; interpretatione illuſtrarunt;id quod demōſtrauimus ex l.bona fides.ff. depoſiti.
8 Nunc verò † aduertendum eſt,hoc non tantum ijs in rebus perſpici,quæ in ſingulis ciuitatibus decernuntur,ſed & in ijs,quę cōmuni oīum nationum exemplo recepta ſunt, vt bellorum exēplum apertiſſimè demonſtrat. Nam ſola naturali ratione inſpecta,potuiſſet quis non immeritò dubitare, an ſi alienus rex quiſpiam iniuriam nobis aliquam intuliſſet,licitū nobis eſſet, ſubditos illius oēs bello vexare, atq; illorum ēt ſubditorum agros depopulari, qui iniuſti Regis ꝓpoſito reclamaſſent, vel ſaltē huic iniurię aſſenſum nullatenus præbuiſſent. Tametſi.n.natura vindicationem concedit, nō tm̄ eos lædi permittit, à quibus iniuria laceſſiti non ſumus,neq; enim iuſtum id habēdum eſt, quod eſt apud Horatium:

Quicquid delirant reges plectuntur Achiui.

Attamen exigere hoc videtur publicę ſecuritatis ratio,ciuiūque oīum quies, & ſalus, quam alioquin ab inimicorū impetu, atq; iniurijs defendere non potuiſſemus.Prævaluit ergo hæc poſtrema ratio,ac propterea hoīes hac ipſa rōne adducti, quin potius hac neceſſitaie coacti cōi omniū conſenſu bellorū vſum recipiendū potius,q̄ reſpuendū cenſuerunt, ac vendicationem in eum quoq; modū quem ſupra diximus, licere interpretati ſunt, cum oēs eius ciuitatis ciues, cui bellum infertur, vnū quaſi corpus ſint,ac regi illi à quo iniuria profecta eſt,tanquā capiti ſe ſubiecerint,quę interpretatio naturę ſimplicitati erat incognita.Eā ob rem ergo vindicatio quidem per ſe ipſa iuris naturalis eſt,ſed quæ in bellis attentatur vindicatio,præcipua quædā hēt,quę nō tàm naturæ,q̄ cōi omnium nationum cōſenſui, atq; interpretationi tribuenda ſunt.Itaq; fit, vt quamuis alioquin hoīes, cū varijs vitæ opportunitatibus præcepta applicāt naturalia, materiā tm̄ ipſis applicando præbeant,tm̄ in bellis, atq; ēt in ſeruitutibus bellorū occaſione introductis non ſolam præſtent materiā, ſed permittendo,quod antea minus permiſſum videri potuiſſet, ꝓpterea iura quædam conſtituant,quæ tm̄ iura nequaquam aduerſantur naturali rationi, quæ publicæ ſecuritatis præcipuam rōnē haberi haud grauatim concedit.Atq; vt nihil prorſus prętermittatur,quod ad hanc rem planius explicandum attinet, ſciendū eſt † hanc,de qua proximè dicebamus, præceptorum naturaliū
9 applicationem,duobus modis fieri poſſe. Primò enim fit ad ea, quorum ſtatus planè naturalis eſt, neq; ab vlla hoīum conuētione,vllove inſtituto pendet.Cuiuſmodi illa ſunt, Deū colere,parentibus parere,vim vi repellere.Referūtur.n.hæc ad Deū, ad parentes,ad violentiā,in quibus nihil eſt,quod hoīum cōſenſu, & approbatione ſit ꝯſtitutū.Atq; hic planè affirmari p̄t,nihil hoīes præſtitiſſe,ideoq; nulla hic hoīum iura cōſiderari poſſe. Pōt ſecundò hæc applicatio ad ea fieri, quæ non merè naturalia ſunt, ſed ab hoībus inuēta,& excogitata fuere,vt ſunt illa, contractus fidē ſeruare,quarū rerū dm̄ium alterius ſit,ab ijs rebus abſtinere, bello ſe vindicare,patriæ & magiſtratibus parere, atq; alia id genus q̄plurima. Videmus enim in his exēplis naturalia ineſſe præcepta,fidē ſeruare,neminē lędere,vim vi repellere,maioribus parere,q̄ potius naturæ ſunt;eaq; ab hoībus ad ſocietates, ad bella, ad dm̄ia,ad patriā,ad magiſtratus fuiſſe applicata,quæ oīa naturæ fuiſſe incognita, atq; ab hominibus ipſis emanaſſe, perſpectiſſimū eſt.Poteruntq; ēt huc referri tutelæ,vſucapiones,ſtipulationes,& alia id genus,quæ in ſingulis ciuitatibus inuēta ſunt.Quoties verò hoc ſecundo modo applicationē conſiderabis, in una, eademq; ſpecie habebis & quod naturæ, & qđ hominibus quoque ipſis rectè aſſignare poſſis. Etenim cū quis, gratia exempli, cuiuſpiam rei dm̄ium in ſe transferre contrahendo prommittit, idipſum quidem quod ipſe fidem ſeruare teneatur,ſolius naturę eſt,at ꝓ in transferendo dominio ſeruare fidē oporteat,hoc hominibus tribuendū eſt;dm̄ia enim homines diſtinxerunt, quod niſi feciſſent, neq; proprium quicquam iſte qui promiſit habere poſſet, neq; etiam poſſet id quod promiſit tibi vt propriū adiudicare.Verumtamen aduertendum eſt, multò nobilius, & præſtantius hic eſſe,quod à natura,q̄ quod ab hominibus proficiſci tur.Nam cum ius dici non poſſit,niſi præcipiendi vim obtineat, ſola hic nalura eſt,quæ præcepti formam affert.Siquidem homines nihil afferunt,quod imperet,ac præcipiat, ſed ſolā ipſi materiam naturæ præcepto ſuggerunt. Præſtant enim dominij auctoritatem,quæ licèt per ſe iūs alibi conſtituat, tamen in hoc materię tātum vice fungitur.Itaq; generatim,atq; vniuersè, ex prędictis omnibus concludendum eſt,non eodē modo poſſe hoībus
10 tribui iura, † quę in naturę Imperio,vel prohibitione cōſiſtunt, quemadmodum ea diximus eſſe ipſi tribuēda, quę libero hominū arbitrio natura permiſit,in quibus nihil aliud ſpectatur, q̄ qd ab hominibus vtilitatis gratia fuerit conſtitutū. Quamuis.n.ijs quoq; quę natura imperat, aut prohibet publicam auctoritatē,

ac quan-

Source : BIU Cujas

ac quandam exequutionis neceſſitatē homines præſtiterint: tñ ad ipſius præcepti, vel prohibitionis eſſentiam nihil afferunt, vn de hęc iura ex naturalibus humana effici potuerint. At quę natu ra nō prohibet, ſed permittit, ea non in ſolius naturæ, ſed in homi nū etiam permiſſione poſita ſunt, qui liberā earū rerum mu tādarum facultatem hñt. Quam facultatem cum in illis iuribus non habeant, quæ à naturæ Imperio, vel prohibitione pendent, ideo nullatenus ſibi illa tribuere poſſunt, niſi quatenus in natu ræ præceptis quaſi mentiendis, eo modo, quo ſupra diximus, re gulas ſibi nonnullas conſtituunt, quas ſentit Ariſto. ad hominū potius inſtituta, q̄ ad naturale iuſtum referri oportere. Verùm quia menſuras ab iis rebus differre neceſſe eſt, quibus menſuræ accommodantur, ideo prædictæ regulę, atq; menſuræ nihil per tinent ad id, quod proximè diximus, nec propterea vlla ex par te reſtringendum eſt id, quod concluſimus. Ab hac porrò cōclu ſione, quæ generatim aliis omnibus in rebus obtinet, ſola excipi mus iura, quæ ad bella, & ſeruitutes attinent. In ijs enim gentes verè dici poſſunt ex naturali prohibitione nonnihil detraxiſſe,
1 1 nimirum id permittendo, quod inſpecta naturæ ſimplicitate p hibitum videri potuiſſet. † Nec mirum id videri debet: nam & exceptio Macedoniani, & exceptio biennij, & alia multa in iure ciuili ob ſimilem neceſſitatem introducta fuere. Itaque ob hanc cauſam bellorum, & ſeruitutū iura fuiſſe ab hominibus inſtitu ta, rectè dixit Iuſt. in §. ius autem. inſt. de iure nat. gent. & ciu. Vbi contractus ēt connumerauit, nam cōtractus quoq; ipſis hoībus tribuendi ſunt, licèt alia de cauſa, vt ſupra diximus. Eandem hāc ob cauſam bella dicuntur eſſe contra naturā, ſiue contra ius na turale, vt inſt. de iure perſ. in prin. vbi ēt Theophilus hoc diſerte affirmat. Neq; idcirco tamen negamus, quin & rectè poſſint ap pellari naturalia, vt Iuſti. appellat in §. ſingulorū, iuncto. §. Itē ea quæ ab hoſtibus. inſti. de rerum diuiſ. Qua ratione verò & con tra naturam, & naturalia ſimul eſſe poſſint; infra ſuo loco aperie mus, cum propoſitam iuris diuiſionem propius explicabimus. Namque hic ſatis eſt, tria illa tantùm explicaſſe, quæ intio huius capitis propoſuimus.

ARGVMENTVM.

DVas eſſe cauſas, quæ hanc tantam in diuidendo iure varie tatem inducunt, earumq; vnam eſſe æquiuocationem illa rum differentiarum, quæ paſſim ad ius ipſum diuidendum adhi bentur. Ideo videndum quot modis ius naturale, ius gentium & ius ciuile, itemque legitimum accipiantur.

SVMMARIVM.

1 *Iidem ſæpè Iuriſconſulti alia iura alibi diſtinguunt, quæ alibi confundunt.*
2 *Ius naturale pro eo quod natura omnia animalia docuit.*
3 *Ius naturale alia ſignificatione complectitur iuſti, & honeſti principia prima, & indemonſtrabilia.*
4 *Omnia quæ primo ſeculo ſeruabantur, innaturale appellantur.*
5 *Ius naturale etiam dicitur, quicquid humanæ gentes conſtituerunt.*
6 *Nonnunquam ius naturale ita ſumitur, vt legum quoque ciuilium diſpoſitiones complecti poſſit.*
7 *Quomodo Ariſtoteles ius naturale accipiat.*
8 *Ius gentium dicitur etiam, quod ſibi gentes non conſtituerunt.*
9 *Ius gentium non abſurdè illud quoque dicitur, quod à ſingulis ciuitatibus eſt introductum.*
10 *Ius ciuile interdum idem ſignificat, quod Politicum.*
11 *Politicum ius eſt, quod Caius in proprium, & commune diuidit.*
12 *Omnium frequentiſſima iuris ciuilis ſignificatio.*
13 *Quibus ex partibus conſtet ius ciuile.*
14 *Sit ne idem ius ciuile in frequentiori ſignificatione ſumptum cum eo, quod Ariſtoteles ius legitimum appellat.*
15 *Poteſt ius legitimum illud quoque dici, quod nos ius gentium appellamus.*
16 *Seruitutum captiuorum iuri legitimo Ariſtoteles tribuit.*
17 *Tertia, & vltima iuris ciuilis ſignificatio.*

CAP. XX.

IS iam oībus cuiuſdam quaſi preludij in morē explicatis, quibus ad id qđ nobis propoſitū eſt, inſtructiores eſſe poſſemus, ſequitur nūc: vt de ipſa iuris diuiſione propius agamus, oſtendamusque pacto tùm iuriſconſultorū, tùm & aliorū grauiſſimorum authorū tàm varię hac de re ſnīæ con ciliari inter ſe, aut defendi poſſint. Id aūt hac rōne maximè præſtare nos poſſe arbitrati ſumus, ſi antè omnia cauſas inquireremus, ex quibus tanta hæc confuſio, & varietas oriatur; Cauſæ verò illę, iudicio meo, duæ ſunt. Prima eſt verborum ęquiuocatio, nam differentiæ quibus iuris diuiſio perficitur, illæ fermè ſunt, quod ius ipſum vel naturale, vel gētium, vel ciuile, ſeu legitimū ſit. At hæ differentię non eodem modo ab omnibus, ſed variè à varijs accipiuntur, & quod ab vno ius gentiū dicitur, ab alio ius naturale appellatur: ſicuti ēt iuris ciuilis, ac legitimi appellatio ſæpiſſimè variatur. Secunda cā eſt; quia non eadem illorū oīum, qui ius diuiſerunt, mens, & intentio fuit, ſed alijs alij in diuidendo iure fines propoſiti fuere; Et qm̄ non oēs partes eius diuiſionis, quæ ſupra à nobis tradita eſt, illorū pariter oīum intentioni conueniebāt, idcircò factū eſt, vt ex oībus capitibus in ea diuiſio ne traditis alij alia aſſumpſerint, alia verò prętermiſerint. Sed nō
1 ſatis hoc argumēti eſt; vt † quia aliqua capita prętermiſerint, ſeu confuderint nonnulli, propterea exiſtimauerint nō recte illa ca pita diſtingui poſſe, idq; ex Vlpiano probè demōſtratur, qui quæ iura ſub eodem capite complectitur in l. j. ff. de iuſt. & iur. eadem apertè diſiungit in l. manumiſſiones. Quod ipſum facit etiā Iuſti nianus in §. ius aūt. inſt. de iur. nat. gent. & ciui. vbi ſeorſum ea iu ra conſiderat, quæ humanæ gentes ſibi conſtituerunt, & tñ in ge nerali iuris diuiſione hæc cum ijs commiſcet, quæ naturalis ra tio inter oēs homines introduxit. His duabus cauſis propoſitis, accuratius nūc aliquantò ſingulas conſideremus, optimè enim ex ijs intelligemus non modò cur tàm variæ iuris diuiſiones tra ditæ reperiantur, ſed etiam quo pacto aliæ oēs difficultates ſupra à nobis propoſitæ explicari poſſint. Et quoniam primā cauſam aſſignauimus æquiuocationi illarum differentiarum, quas ad iu ris diuiſionem adhibemus, cum ſcilicet dicimus ius naturale, ius gentium, ius legitimum, ſeu ciuile, cognoſcendum eſt ante om nia, quaſnam ſingulæ iſtæ voces ſignificationes habeant. Natu rale igitur (vt ab hac voce primùm exordiamur) quinq; modis
2 vſurpatur: Primò ius naturale dicitur † quod natura omnia ani malia docuit; ſic enim accipiunt Vlp. & Iuſtinian. (quemadmo dū vidimus) in ſua diuiſione, & quoties hoc modo naturale ſu metur, nō poterit dici naturale id, quod hominibus tantùm in ter ſe cōe eſt, nec ſi de eo loquamur, quod ſola natura mentibus noſtris ingenitū eſt; ſicq; ēt Plato ius naturale accepiſſe viſus eſt, cum eam legem, quæ in ratione hoīum poſita eſt, à lege natura
3 li ſeparauit. Alio modo † ius naturale accipitur pro illis honeſta tis, ac iuſtitię principijs, & quaſi ſeminibus, quę animis noſtris na tura inſeruit, vt colere Deū, maioribus parere, fidem ſeruare, & id genus alia, quæ non eò ſpectant, vt cōmodè, & idoneè, ſed vt honeſtè, piè, ac ſanctè viuamus, ideoque liberè hoīum ptāti permiſſa non ſunt, nec pro gentiū arbitrio mutari pñt. In hac ſignificatione ius naturale ſumit Tullius lib. 2. de inuent. Natura ius
„ eſt (inquit) quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſe-
„ ruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruan tiam, veritatem. Tertia eſt ſignificatio iuris naturalis, eaq; latior
4 priore, † vt oīa complectatur, quę primo illo, & aureo ſeculo ſer uabantur, hoc eſt non tantùm quæ ad iuſtitiam, & honeſtatem, ſed ēt quæ ad vtilitatem ſpectabant, ac mutationi obnoxia erāt, vt erat rerum cōio, vnaq; oīum libertas. Atq; in hac ſignificatio ne ius naturale vſurpat Gratianus in c. ius naturale, quo loci, iure naturali ea tñ excludit, quæ poſteriori tpe hoīum conſtitutioni bus inducta fuere. Nec ſecus illud accipiūt Triphoninus, & Vlp. dum ius naturale, quo libertas continebatur, diſtinguunt à iure gentium, quo ſeruitus inducta eſt. l. ſi quod dñs. ff. de cond. indeb. ſæpius adducta. l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iu. Quartò p̄t adhuc
5 latius ſumi ius naturale, † vt complectatur ea oīa, quibus huma næ gentes vtuntur, quamuis nō à ſola ratione naturali nobis cō monſtrata, ſed ab hominibus ipſis fuerint introducta; frequēsq; admodum apud Iuſtinianum hæc ſignificatio eſt. Ipſe enim (vt dictū eſt) ius naturale multis in locis appellat, quod in generali totius iuris diuiſione ius gentium appellauit, & à ſolo iure ciuili illud diſiungit. §. pen. inſt. de iur. nat. gent. & ciui. inſt. de rer. diuiſ.
„ in prin. & §. ſingulorum. Singulorum (inquit) hoīum multis mo
„ dis res fiunt: quarundam enim dominium nanciſcimur iure na-
„ turali, quod (ſicut diximus) appellatur ius gentium, quarundam verò iure ciuili. Tandem quinta, omniumq; latiſſima iuris natu-
6 ralis ſignificatio eſt, † ſecundùm quā poſſunt ad ius naturale re ferri ea omnia, quæ naturali rationi ſunt conſentanea, ſiue à ſo la natura proderint, ſiue ab hominibus ipſis fuerint introducta, nec tantùm ſi omnibus gentibus cōia ſint, verùm etiam ſi in ſin gulis tātum ciuitatibus fuerint inſtituta. Quapropter & tutela, & alia huiuſmodi, quæ à iure ciuili inducta fuere, naturali tñ ratio ne ad id ſuadente, rectè poterunt dici iuris naturalis eſſe, neq; ab
„ hoc diſſentire videtur Iuſtinianus in §. pen. inſt. de Attil. tutore,
„ quo in loco. Impuberes (inquit) in tutela eſſe iuri naturali conue
7 niēs eſt. Verùm, quicquid ſenſerit Iuſtinianus, † multò certè ex preſſius tradit hoc Ariſtoteles lib. 5. Ethic. c. 7. vbi ea omnia iuri naturali tribuit, quæ non indifferentia, ſed eiuſmodi ſunt, vt refe rat aliquid, vtrum hoc, vel illo modo ſeſe habeant; idq; de tute la, atq; id genus alijs verè affirmari poteſt, quod ſi nihil referret, iuris naturalis illa eſſe non concederet. Quod attinet modò ad ius gentium, reperio illud pariter varijs modis vſurpari, ita vt ple ræq; ipſius ſignificationes cum iuris naturalis ſignificationibus
8 concurrant. Vno modo † iuriſgentium dicuntur eſſe ea omnia quibus gentes vtuntur, ſiue ab ipſis gentibus conſtituta fuerint, ſiue à ſola naturali rōne introducta, quam ſignificationem do cet nos Caius in l. oēs populi. iuxta finē. ff. de iuſt. & iur. Quod ve-
„ rò (inquit) naturalis ratio inter oēs hoīes conſtituit, id apud oēs
„ peræquè cuſtoditur, vocaturq; ius gentiū quaſi quo iure oēs gē-

tes vtun-

Source : BIU Cujas

tes vtuntur. Eandem hãc retinet significationem Vlp. in l. j. in fi. ff. eo tit. vbi ius gentiũ appellat, quicquid solis hominibus inter se cõe est. Quare & Iustinianus eodẽ planè modo accepit ius gẽtium, qui cùm ex Vlpiano integram iuris diuisionem desumpserit, tum ex Caio eadẽ ipsa, quæ proximè retulimus, verba descripsit in §. quod verò inst. de iur. nat. gent. & ciui. Altero modo sumitur ius gentiũ pro eo tm̃, qđ sibi gentes cõstituerunt, oĩbusq; hoĩbus cõe est, atq; in hunc modum Gratianus illud vsurpat, qui quæ solo naturæ rationalis instinctu habentur, non iuri gẽtium, sed iuri naturali tribuit, eaq; sola, quæ gentium constitutionibus inducta fuerunt, iuris gẽtium esse statuit. Postremò, si sequamur
9 Aristotelem, ius gentium ita accipiemus, † vt comprehendat nõ tantùm ea quibus vtuntur omnes gẽtes, sed ea quoq; quę in singulis ciuitatibus obseruantur. Siquidem Aristoteles eodem illo in loco sæpius adducto cõiunctim loquitur de ijs omnibus, quę ab hominum instituto pendent, nec distinguit gentium nè omnium communia sint, an verò propria aliquarum ciuitatum; & quamuis non appellet gentium iura, sed humana, tm̃ quę hoĩum sunt, non minus rectè ẽt gentium dici possunt, id quod plenius infra ostendemus. Iam demum offert se nobis ius ciuile, quod &
10 ipsum totidem modis vsurpari potest. Primò † ius ciuile ita põt accipi, vt idem significet, quod apud Græcos politicũ, prout sola per se ipsa vox satis ostendit, cùm & ciuile, & politicum à ciuitate fuerit appellatum, docetq; etiam id Cicero lib. 3. de Natura
„ Deorum, quo loci vtitur his verbis. Cùm sic hoĩs natura generata
„ ta sit, vt habeat quiddam innatum quasi ciuile atq; populare, qđ Græci πολίτικον vocant. Et hoc modo sumptum ius ciuile complectetur ea oĩa, quę in ciuitate seruantur, siue sola natura nobis ingenita sint, siue ab hoĩbus, vel omnibus simul, vel solis eius lo-
11 ci incolis fuerint instituta. † Nã oẽs populi, (vt Caius inquit) aut suo proprio, aut cõi omnium hominum iure vtuntur. Quapropter sicut Aristoteles ius politicum duplex esse statuit, naturale scilicet, & legitimũ. Ita nos ius politicum atq; ciuile poterimus appellare quod Iustinianus & Vlpianus in ius publicum, atq; priuatum distribuunt, intelligentes illud esse priuatim, quod constat ex præceptis naturalibus, gentium, & ciuilibus. Qua ex re cognoscitur ius ciuile hæc omnia complecti; ipsę enim proculdubio cum ius ita diuisit, ius politicum diuidere voluit, quod nos proximè cũ Tullio diximus ciuile à Latinis appellari. Alio modo sumitur ius ciuile pro eo tantùm quod vnaquæq; ciuitas sibi
12 cõstituit, † & in hac significatione reperiemus illud passim à Caio, Vlpiano, Iustiniano, alijsq; iuriscõsultis vsurpari, vt l. ius ciuile. l. oẽs populi ff. de iust. & iur. §. ius autẽ, & §. pen. inst. de iur. nat.
13 gent. & ciui. § singulorum inst. de rer diuis. Cõstatq; † ex his partibus omnibus, nimirum legibus, plebiscitis, S. cõsultis, principũ placitis, magistratuum edictis, & responsis prudentum l. ius aũt. ff. de iust. & iur. & §. constat autem. inst. eo. Existimat Franciscus
14 Connanus lib. 1. c. 6. nu. 2. ius ciuile † hoc modo sumptum idem esse quod legitimum, de quo Aristoteles loquitur d. c. 7. Sed nõ videtur mihi eo in loco Aristotels tàm angustè accepisse ius legitimum, quemadmodũ diximus à nostris accipi ius ciuile. Ipse enim ius legitimum appellat, quicquid lege humana, hoc est hominum instituto vtilitatis causa quacunq; ratione introductũ est; Et quoniam quæ ad vtilitatem spectant, hominum arbitrio, ac potestati permissa sunt, sæpeq; mutari, ac variari possunt, ideò quæ pertinent ad ius legitimum, ea dicit esse eiusmodi, vt nihil referat, an ne hoc, vel alio modo se habeant. Itaque generatim accipio ego verba Aristotelis, quemadmodũ accipit etiam Eustratius, vt cùm loquutus est de iure legitimo, non de eo solo intellexerit, quod singulis tantùm in ciuitatibus obseruatur, sed ẽt
15 de illo, † quod communem omnium hominum continet vtilitatem, & à nobis dicitur ius gentium. Id quod ipse ibidem in eo quoq; dilucidè ostendit; quia cùm de iure naturali proximè egis-
„ set, cõfert se statim ad ius legitimum, & his verbis vtitur. At quæ
„ iura (inquit) ex instituto, &, propter vtilitatem sunt &c. paulòq; inferius hæc humana iura appellat. Sed qui secus verba Aristotelis acceperunt, exemplis fortasse illis decepti sunt, quæ affert ipse initio eius capitis, nam verè illa quidem iuri tantùm ciuili conueniunt; At cauendum est, solere Aristotelem id ferè seruare, vt cùm ius legitimum à iure naturali distinguit, aut legem ab ipsa natura, legis, & legitimi appellatione complectatur etiam ea quæ iuris gentiũ sunt, prout optimè colligi potest ex eo, quod
16 ipse docet lib. 1. Polit. cap. 4. quo in loco † cùm legitimam seruitutem à seruitute naturali disiungit, seruitutem illam secũdùm legem appellat, qua capti in bello alienæ potestati subijciuntur, & quam apud iurisconsultos iuris gentium esse cõstat. Nam lex
„ (inquit) consensio quædam est, qua bello capta illorum fiunt, qui ea cœperunt.

Sic videmus ius ciuile non eodem modo accipi à nostris, quo ius legitimum ab Aristotele vsurpatur. Non desunt tamen alij, qui hanc quoq; iuris legitimi significationem admittant, ac dicant ea sola, quæ à singulis ciuitatibus constituta sunt, iuris legitimi nomine comprehendi, immò neq; ea omnia, sed tantũmodo, quæ differentia sunt, potueruntq; non minus alio, q̃ hoc modo se habere. Sed vel si maximè hanc significationẽ recipiamus, vt illam recipit inter alios Franc. Bur. lib. 5. q. 20. Non tm̃ iccircò hæc vox, legitimum, nobis ciuile sonabit, nam vt apud Aristotelem latior, ita hic angustior erit legitimi, q̃ ciuilis iuris significatio. Quod si ẽt recentiorum vsui aliquid concedamus, ac cũ ipsis fateamur pro eodem ius ciuile, & legitimũ accipi, vt præter Con-
17 nanum Buridanus prædicta qõne, & alij pleriq; sentiunt, † tertiã ex hoc iuris ciuilis significationem à duabus præcedentibus planè diuersam constituemus, nimirum eo inspecto, quod de legitimo iure proximè diximus. Itaque cùm tàm variè hæc accipiãtur, quod vel naturale ius dicatur, vel gentium, vel ciuile, neque ex alijs, quàm ex his differentijs ius diuidatur, non est, q̃ miremur, sitàm variæ iuris diuisiones afferuntur.

ARGVMENTVM.

ALteram huius varietatis causam illam esse, q̃ qui ius diuiserunt, non eũdem omnes, sed varios sibi fines singuli proposuerunt; quibus diligenter consideratis prædictorum omniũ sententias defendi posse, cùm illæ, vel si diuersæ, minimè tamen inter se contrariæ sint.

SVMMARIVM.

1 *Non eodem modo ius accipiunt philosophi, quo iurisconsulti.*
2 *Quomodo iurisconsulti ius considerent.*
3 *Philosophorum intentioni conuenit diuisio Aristotelis.*
4 *Multa iure gentium introducta sunt, quæ quãtum ad iustitiam nihil refert, vtrum hoc, vel illo modo se habeant.*
5 *Leges ciuiles multa disponunt, quæ etiam alioquin per se iustissima fuissent.*
6 *Pœnarum genera, & modi salua iustitia variari sæpe, ac mutari possunt.*
7 *Quodnam remedium Hebræi loco vsucapionum adhibeant, ne dominia rerum sit incerta.*
8 *Iurisconsultorum intentioni nulla iuris diuisio magis conuenit, quàm quæ ab Vlp. & Iust. traditur.*
9 *Duplex differentia inter ius gentium, & ciuile.*
10 *Ius commune est eiusmodi, vt illud omnes gentes quasi vaticinentur.*
11 *Quare Aristoteles eam oratori proponat iuris diuisionem, quæ à nostris iurisconsultis nihil discrepat.*
12 *Quæ ratio mouerit Vlp. vt suæ diuisioni illud quoque ius insereret, quod est commune omnibus animantibus.*
13 *Naturæ sensitiuæ instinctus hominum constitutione non egebant, quo magis seruarentur.*
14 *Est cum in brutis quoque quodammodo iusti, atque iniusti regulas iurisconsulti expendant.*
15 *A brutis posse nos veri iuris viam addiscere Plutarchus existimat.*
16 *Cuius potius quàm Vlp. diuisio est probanda.*
17 *Peccatum Iustiniani, sed quod facilè ipsi sit condonandum.*
18 *Non disiungit Cicero, quæ sola natura introduxit, ab ijs, quæ ab hominibus constituta sunt.*
19 *Quid spectauerit Gratianus, dum diuisionem iuris ab aliorum diuisionibus diuersam tradidit.*
20 *Differentiæ illæ, quod ius sit militare, vel forense, & aliæ eiusmodi non constituunt species à iure gentium, vel ciuili distinctas.*

CAP. XXI.

VERVM quia hæc causa id tantum facere potuit, vt ꝓpositæ iuris diuisiones verbis inter se differrẽt, veniamus ad secundã eãm superius à nobis propositam, quæ fecit, vt neq; ẽt sensu, & re ipsa diuisiones istæ simul conuenirent, Eã verò diximus esse; quia in iure diuidendo non eadẽ oĩbus mens, & intentio fuit. Quare operæpreciũ est, in singulis his diuisionibus animaduertere quidnã vnicuiq; ipsarũ authori propositũ fuerit, & quo modo hæc cã facere potuerit, † vt neq; cũ iuris-
1 consultis Gratianus, neq; cum Aristotele iurisconsulti, ac ne ipsi quidẽ inter se iurisconsulti hac in re prorsus conuenirent. Cõsiderandũ est ante oĩa legem, siue ius (vtrum. n. hoc, vel illo noĩe id appellemus, nihil refert) à philosophis nõ eodem modo, atq; à iurisconsultis accipi solere. Philosophi enim ius per se tm̃ cõsiderant, & quà honestati, rõniq; naturali consentaneũ est. Quapropter vt philosophi quis nomen mereatur, non est necesse illum cognoscere, qd à varijs populis, ac ciuitatib. putà Athenien sibus, Lacedemonijs, Romanis, alijsve vllis receptum fuerit, dũmodo rectè teneat, quid quaq; in re naturalis Iustitiæ, atq; honestatis ratio seruandũ præcipiat. At verò iurisconsulti non per se tm̃ ius considerant, sed quà receptũ est, & approbatũ legibus humanis; quæ leges humanæ iuri naturali maius quoddã robur addiderũt, dum pœnis propositis, ac magistratibus cõstitutis, illud vel ab inuitis seruari curarunt. Qua ex re fit, vt q̃is nõ minus iurisconsulti q̃ philosophi, moralis iuris naturalis cognitionẽ profiteantur, eaq; planè oĩa tenere debeant, quibus ad piè, sanctè, & honestè viuendum natura nos instruxit, tm̃ eatenus id profitean tur, quatenus ad humanarum legum aliquarum interpretationẽ sunt necessaria, immò & quatenus verè ipsarum pars sunt, cùm

singulæ

Source : BIU Cujas

ſingulæ ciuitates non tñ eo iure vtantur, quod ipſæ ſibi conſtituerunt, ſed ēt eo quod naturalis ratio inter oēs hoīes introduxit,vt in l oēs populi.rectè Caius animaduertit. Itaque † vniuersè ius conſiderant iuriſconſulti, prout efficax factum eſt populi alicuius vel expreſſo,vel tacito ſaltē conſenſu, ita vt in eius mores,& conſuetudinem ſit introductum,qua ratione dī ius Politicum; Et quamuis in iure politico illud quoq; ius includatur (vt diximus) qđ natura ipſa ſine vlla approbatione per ſe æquum, & bonum eſt,tñ illud non per ſe, atq; abſolutè, ſed eatenus tantum conſiderant,quatenus eſt approbatum. Oſtendūt hoc Vlp. & Iuſti qui ius Romanorum in publicum,ac priuatū diſtribuūt, deinde priuatum ex præceptis naturalibus,gentium,ac ciuilibus conſtare dicunt.l.j.§.j.ff.de iuſt.& iur.& §.huius ſtudij.inſt. eo. In quo ſatis dēmonſtrant hæc ſe omnia præcepta in eo tantùm cōſideraſſe,quod Romanorum conſenſu, & approbatione maius quoddam robur aſſumpſerunt.

Poſtquam vidimus quo modo tùm à philoſophis,tùm à iuriſ cōſultis ius accipiatur, videamus quo modo vtrorumq; fine iuſpecto ius ipſum diuidendum ſit. Si cum Philoſophis † ius per ſe, & qua iuſtum eſt conſideremus, id quod præcipuè facit Ariſtoteles,qui de iuſto expreſſum loquitur,non poſſumus alio modo rectius illud diuidere,quam ipſe Ariſtoteles diuiſerit, dum totū ius politicum in naturale,& legitimum diſtribuit. Nā ſi ius aliqđ proponatur, quod per ſe iuſtum futurū eſſet, vel ſi nullis vnquā humanis legibus fuiſſet approbatū, verè illud dicemus naturale,cum quicquid habet iuſtitiæ,totum illi natura dederit. Si verò eiuſmodi ſit,vt niſi legibus comprehenſum eſſet,non hunc potius q̄ alium in modum iuſtitiæ conueniret,tunc quia ſolæ leges ſunt,quę iuſtum illud faciunt,meritò Ius legitimum appellatur. Quocirca iuri legitimo neq; ſola ea, neq; oīa ea tribuenda ſunt, quæ ſingulæ ſibi ciuitates conſtituerunt. Dixi non ſola,qm̄ ex ijs quoq; quæ apud oēs gentes obſeruantur nonnulla ſunt eiuſmodi, vt licèt quātum ad vtilitatem plurimi referat, itanè,vel ſecus ſeſe habeat, † tñ quantum ad iuſtitiam, quam ſolam hic ſpectauit Ariſtoteles,nihil prorſus id interſit, ſicut pauloante demonſtratum à nobis fuit. Accedit huic præterea,quod tradit idē Ariſtoteles lib. .Polit.c.6. omnia planè acquirēdi genera,in quibus pecunia adhibetur,peritiæ tñ, & arti,non autē naturæ tribui debere. Ideoq; non ad ius naturale,ſed ad ius legitimum ab hominum inſtituto pendet,referenda eſſe. Vnde ad ius legitimum refert empriones,& venditiones,locationes,& conductiones,quę ab Hermogene,Iuſtiniano,noſtriſq; omnibus iuriſgentium aſſignantur. Sic videmus nō ſola illa legitimi iuris eſſe,quæ vnaquę que ſibi ciuitas conſtituit. Quemadmodum verò nō ſola, ita nō omnia ea concedimus ad ius legitimum referri poſſe, ſi ius conſideremus,vt à philoſophis conſideratur; ſiquidem † permulta ſunt ciuilia iura,quæ vel ſi legibus non continerentur, eſſent tñ per ſe iuſtiſſima,quemadmodum de tutela diximus ſupra. Quare ex ijs omnibus buæ à iure ciuili conſtituta ſunt, illa tñ iuri legitimo tribui poterunt,quæ nullam aliam ob cām iuſta ſunt,niſi quia legibus,vel moribus illius ciuitatis introducta fuerunt,vt definit ibi Ariſtoteles, ac rectè etiam exempla illa demonſtrāt, mina captiuos redimi, & Dijs capram potius, quām duas oues mactari. Atq; huc proculdubio referēdæ erunt illæ regulæ, quas ſupra attulimus,ex artificio potius iuriſconſultorum confictæ q̄ ex rōne vlla naturali depromptæ: Huc etiam ſpectabunt,quę de pęnis irrogandis iure ciuili cōſtitutæ ſunt; Tametſi enim delicta puniri lex ipſa naturalis,publicæq; vtilitatis ratio exigit, ita vulneratus ff.ad l. Aquil tñ quod † ſinguli delictis hæc potius, q̄ illa pęna infligatur, cum illa ęquè grauis ſit, hoc certè ſolis legibus, hoc eſt ſoli iuri legitimo tribuendum eſt. Tribuenda ſunt etiam iuri legitimo quædam remedia,quę ſingulę ciuitates inuenerūt, atq; iis rebus applicuerunt,quibus tñ alia ratione occurri ac prouideri potuerat. Quo in numero vſucapionū quoq; remedium, iudicio meo,cenſeri pōt; Quādoquidem licèt bono publico inuentæ ſint vſucapiones,ne dominia ſemper incerta eſſent,neve lites in infinitum protenderentur.l.j.ff.de vſuc.inſt.eo. in prin.l. vlt.ff.pro ſuo, tñ † adhanc rem potuerat aliud aliquod remediū afferri,vt legimus fuiſſe factum ab Hebręis quibus erat vſucapio planè incognita,ſed loco vſucapionis (ne dominia eſſent incerta) ex diuinæ legis præſcripto illud ſeruabāt, vt poſt quinquaginta annos priſtinis dominis oīa reſtituerentur. Ita enim legitur in Leuit.c.25. Reuertetur homo ad poſſeſſionē ſuam, & vnuſquiſque redibit ad familiam priſtinam,quia iubilæus eſt,& quinquageſimus annus. Itaq; non aliter res proprias vendere vlli licebat, niſi habita eius ſpacij rōne,quod,cum venditio fiebat, vſque ad annum iubilæi adhuc ſupererat; nam ſic ibidem ſubijcitur. Terram quoq; non vēdatis in perpetuum;quia mea eſt, & vos aduenæ & coloni mei eſtis. Qua ex re concluditur, vel ſi ratio naturalis ſit,ob quam eſt introducta vſucapio, vſucapionem tñ ipſam ad ius legitimum referri poſſe. Verùm hunc puto Ariſtotelis ſenſum in hac diuiſione fuiſſe, quæ ſolà diuiſio, neq; alia planè vlla ipſi iuri accommodari pōt,cum illud per ſe (vt ſemper philoſophi faciunt) & quà iuſtum eſt,conſideramus. Diximus alio modo ius conſiderari à iuriſconſultis nempe quà efficax eſt, tantūq; roboris,& virium habet,vt licite illi nemo reclamare poſſit. Qđ ſi hoc modo accipiatur,verè concludi poteſt,nullam † eſſe diuiſionē quæ illi magis conueniat,q̄ diuiſio Iuſtiniani, ideoq; non mirum eſt ab Ariſtotelis diuiſione illam differre, cū nō eadem vtriuſq; in diuidendo iure intentio fuerit, vt neq; ab vtroq; eodem modo naturale, & ciuile accipitur. Neq; enim id ſpectauit Iuſtinianus,quod Ariſtoteles,vtrū ſcilicet vel ſola natura,vel legibus fuerit illud iuſtum effectum, ſed cum in iure efficiam potiſſimum conſideret,illud vnū ſpectauit, nimirū qūo ipſum ius efficax fieret. Quare quod à cōi oīum gentium cōſenſu oritur, appellat ius gentium, quod verò ſingularum ciuitatum legibus, & inſtitutis, appellat ius ciuile: † Quod quidem ius ciuile propterea duabus in rebus potiſſimum differt à iure gentium. Primò: quia latius diffunditur,& cōmoditates ſuas pluribus impertitur. Præterea quia apertiorem Iuſtitiæ;& honeſtatis ſpeciē hēt, apertiorem enim eſſe neceſſe eſt,quā non ſoli prudentes hoīes,ac legiſlatores in ſingulis ciuitatibus, ſe oēs planè nationes, quātūuis feræ,atq; rudes & agnoſcant, & fateantur. Quam differentiā nō obſcurè inſinuat nobis Ariſtoteles lib.2.Rethor. c. 12. quo loci ius in proprium,& cōe diuidit, ac propriū eſſe ſtatuit, quod ſinguli populi ſibi ſeruandū præſcripſerunt: Cōe † verò,quod abſq; vlla vel pactione,vel ſocietate oēs hoīes qua vaticinantur,cuiuſmodi illud eſt,quod apud Sophoclem tradit Antigone,cū ſepulturæ Polinicē tradere iuſtum eſſe aſſerit. Nec eſt, quod quiſquā miretur, ſi hoc in loco Ariſtoteles non eādem diuiſionē affert, quam attulerat lib.5.Ethic.hic.n.non philoſophum inſtruit, ſed oratorem,qui ius non ſecus conſiderat, ac faciat iuriſconſultus, nimirum quà efficax eſt, & in vſu hoīum verſatur. Quare † oratori Ariſtoteles eam iuris diuiſionem proponit,quæ à Vlp.parū diſcrepat, à Caio aūt prorſus nihil. Nam & Caius totū ius in proprium,& cōe partitur.l.oēs populi. ſæpius adducta. At rectè quidem(inquies) ex prædictis apparet,quare Ariſtoteles in ſuperiori illa diuiſione diſcrepet à iuriſconſultis, at non adhuc intelligitur, cur iuriſconſulti à ſe ipſis diſcordent, nempè à Caio Vlpianus, qui pręter ius gentium, & ciuile, hoc eſt pręter proprium, & commune aliud quoque ius adiecit, quod continet eos inſtinctus, qui cum belluis, & feris nobis communes ſunt, idq; ius naturale nominauit. Dicam primò † qua rōne id eum feciſſe exiſtimē,deinde magisne probem eius conſilium, qui hoc membrum ſuæ diuiſioni cenſuerit inſerendum,an verò Caij, & Ariſtotelis in poſteriori ſua diuiſione, qui illud ipſum prętermiſerint. Cur ergo Vlp. membrum illud adiecerit,hāc cauſam fuiſſe arbitror. Iam diximus ipſum Vlpianum,vt & alios iuriſconſultos oēs ius conſideraſſe quà efficax eſt, atq; id roboris ab hoībus accepit,vt neceſſariò obſeruandum ſit. Qua rōne ſingulis ciuitatibus non immeritò aſſignauit, quæ ab illis ſeorſum conſtituta ſunt,nā vel ſi prius iuſta eſſe potuerint, tñ anteaq̄ apud illos populos inſtituerentur,efficacia non fuerūt. Meritò ēt gentibus tribuit,quæ apud oēs gentes ſeruantur;quia licèt ſeruētur ēt prima illa iuſtitiæ fundamenta, quę ſola natura noſtris mentibus inſeruit,tñ id ipſum quod hac in re potiſſimum ſpectauit Vlp. nimirū q̄ ſeruentur, & quod perficiendorum iuſſorum ob pęnarum metum, quandam quaſi neceſſitatem afferant, ipſorum hoīum cura prouiſum fuit, cū impunè antea ab oībus paſſim violarentur. At conſiderauit Vlp. eſſe præterea non nulla adeò per ſe firma, atq; efficacia,vt quo magis ſeruarētur,nullo hoīum pręſidio nullis inſtituris,aut conſtitutionibus indigerent: † qualia ſunt maris & fęminæ coniunctio,liberorumq; educatio. Hoc enim robur, atq; hāc efficaciam ſatis, ſuperq; ipſis naturam prębuiſſe, quę ad ſpecierum propagationem vellet inuiolatè illa cuſtodiri,ac propterea quaſdam eiuſmodi rebus voluptatum illecebras quaſi inſeruiſſe,quibus fit,vt quamuis hæc ipſa non minus,ac cætera oīa præcepta, quæ iuris materiam conſtituunt,ad alterum referant, tñ in ijs ſeruandis,non tàm alteri,q̄ nobis ipſis morem gerere videamur. Hac ergo de cauſa Vlp. qui in hac iuris diuiſione primā huius efficaciæ originem ſpectauit, putauit ea rectius tribui poſſe illi naturæ, quæ nobis cum cæteris animantibus cōis eſt. Neq; verò propterea ipſe Vlp. reprehendēdus eſt, q̄ feris ēt,& belluis ius tribuiſſe videatur,nam nos ſuperius duplicem eius defendendi rōnem attulimus. Primam, vt hoſce ille inſtinctus in hoībus quidem,at non in cæteris animantibus ius eſſe exiſtimauerit, q̄uis materiā,quæ in hoībus ius cōſtituit, ipſis quoq; beſtijs aliqua ex parte voluerit conuenire. Secundam, vt dicamus ius ēt ad feras,& beſtias,ſin minus propriè,at impropriè ſaltem, & per trāſlationem referri poſſe; Ac præter.l.j.ff.de iuſt. & iur. quam ibi ad hoc perpendimus, rectè ēt hoc colligitur l. j. ff.ſi quadr.pauper. feciſſe dicatur.§.& generaliter dum ibi deciditur, nō eſſe locum illi actioni, † qua petitur aut dari animal,quod noxiam commiſit,aut æſtimationem noxiæ offerri, toties (inquam) illi actioni locum non eſſe,quoties ſm naturam animal nocuit, quaſi iuſtè feciſſe videatur,quod ſm naturam ſuam fecit. Prudentia,virtuti busq; alijs brutos animātes carere ſupra plene docuimus, ſed tñ non negauimus quin appareant in illis quædam prudentię,aliarumq; virtutum quaſi veſtigia,quibus perſequendis hoīes (vt fusè in quodam dialogo explicat Plutarchus) veri iuris viā multis

poſſunt

Source : BIU Cujas

15 possunt in rebus inueniri.† Nã si hæc apparent in brutis, primũ, vt generationis causa coniungantur, deinde quod procreatum est ament,& nutriant,i dq; faciant cum desiderio, & similitudine quadam solicitudinis humanæ, multò certè magis id hoĩ natura præcipit,vt vxorẽ quærat,& ex ea liberos quos suscepit,magno studio alat, & ad subsidium generis tueatur. Potuerũt ergo hæc mouere Vlpianum,vt cùm maris,& fęminę coniunctionẽ, liberorumq; educationẽ iuri naturali tribueret, tùm ẽt hoc ius naturale à iure gentium separaret. Habemus iam quid spectarit Vlpianus,cùm triplicem hanc iuris tradidit diuisionem, itemq; Iustinianus qui eandem diuisionẽ amplexus est, & qua rõne de-
16 fendi possint. Verùm † si inter iurisconsultorũ sententias liceat nobis diiudicare,vt certè in eiusmodi rebus,quæ nullius facti decisionem continent,deberet esse permissum, nos non tm̃ Vlpiano,& Iustiniano assentiemus, quantum Caio, & Aristoteli, qui hoc caput prorsus omiserũt,ac ius totum diuiserunt in cõe omnium hominum,quod est ius gentium,& propriũ cuiusq; ciuitatis,quod est ius ciuile. Sola.n.ratio iusti differentias nouit,solaq; dispensationẽ iuris sibi vendicat, quare non ea oĩa quæ animæ sensitiuæ instinctu nobis innata sunt,iuris esse statuit,sed tũc tm̃ cum illa eadem iudicat iustitiæ,& honestati respõdere.Quandoquidem (vt supra dictum est) quæ animæ sensitiuæ instinctu nobis innata sunt,ita demũ iuris esse dici possunt, si ab humana ratione tanquàm iusta,& honesta recipiantur;quod cùm ita sit,nõ video cur in iuris diuisione nõ rectè cũ illis coniũgi potuerint, quæ naturalis ratio inter omnes homines introduxit. Quamuis enim considerentur hęc iura,vt efficacia sunt,cùm à iurisconsultis diuiduntur, attamen certè vt iura considerari debent: Vnde negare non possumus,quin peccato debeat hoc ascribi Iustiniano,ꝙ Vlpiani potius,q̃ aliorũ hac in re sn̄iam secutus sit.Verùm hoc† ciusmodi peccatũ est,vt facilè cõdonari debeat,cũ prę̃sertim hæc duplex diuisio,licèt quantũ ad ius naturale redũdet,ple
17 niorem tm̃, ac magis distinctã iuris cognitionem nobis afferat:

Excepto hoc vno capite, quoad reliqua duo Iustinianus cum Caio planè consentit, itemq; cum Aristotele qui lib. j. Rhetor. ius in proprium,& cõe diuidit.At videndum est cur his ab omnibus discrepet Gratianus,qui ius illud commune, seu gẽtium putat esse duplex, cum tamen prædicti omnes illud vnicũ esse statuant.Atq; ipsi Gratiano aduersatur etiam Cicero lib.3.offic.vbi cum ius gentiũ disiungit à ciuili, appellatione iuris gentiũ tàm ea complectitur,quæ sola naturalis ratio nos docuit,ac iuris gen
18 tium primæui sunt,† quàm ea quæ ab hominibus ipsis fuerũt cõstituta,ac posteriori iuri gentium tribuuntur.Neq; verò (inquit) hoc solum natura,idest iure gentium,sed etiam legibus populo-
" rum, quibus in singulis ciuitatibus Respub. continetur, eodem
" modo constitutum est,vt non liceat sui commodi gratia nocere alteri. Nos Gratiano hac in re prorsus assentiẽdum putamus, qui hæc iura distinxit, verè enim illa inter se differre credimus; quod ipsum haud multò post perspicuis argumentis demõstrabimus. At non iccircò tamen Aristoteles, Vlp. Iustinian. alijve vlli nobis nobis reprehendendi esse videntur,qui hæc iura,quantumuis inter se diuersa, iuris gentium appellatione complexi fuerint. Nam cum ipsi iura considerarent, vt in hominum vsu versantur,cumque perspicuum sit, æquè vtrunque ius gentium & prius, & posterius apud omnes fermè gentes in vsu esse, nihil fuit necesse,vt prius à posteriore in hac diuisione separarent.Ve runtamen ea inter se differre non modo negarunt, sed ipsimet alijs in locis apertè indicarunt,vt Vlp.in l. manumissiones. ff.de iust.& iur.Iustinian.in § ius autem.instit. de iur. nat.gent.& ciui.
19 Propterea † verò dici potest ipsum potius Gratianum hæc iura distinxisse,quoniam id videtur in animo habuisse,vt magis graphicè, ac quasi historicè hanc diuisionem traderet,ac temporũ progressionem quandam consideraret.Et quia primo tempore, anteaquàm homines quicquàm constituerent, aut à primo illo,naturaliq; statu quicquàm immutarent, seruabantur ea quæ solo naturæ instinctu habebantur, iccircò ea omnia quæ hominum constitutiones præcesserunt, vnico tantùm capite, atque vno naturalis iuris nomine complexus est.Nec respexit, vtrum spectarent vtilitatem,an verò solam honestatem, itẽ an immutabilia essent, an verò pro ipsorum hominum arbitrio in posterum mutari possent. Insuper verò quoniam mortales, cum primùm in cętus congregari cęperunt,cęperunt etiam sedes occupare,ædificare,munire,bella inter se gerere, connubia inter alienigenas prohibere,ideo ex his omnibus aliud ius constituit Gratianus,quod ius gentium nominauit,ac demum quia conditis iã ciuitatibus vnaquæq; ciuitas propria sibi quædam diuina, humana q; causa constituit,rectè ipse ea omnia (prout etiam iurisconsulti omnes fecerant) ad ius ciuile retulit, quanquàm nõ omnia quę iurisgentium sunt,ius ciuile anteceſſerunt,quemadmodum
20 postea dicemus.Sequentibus † deinde capitibus recenset ius militare,ius quiritum,& alia, sed hæc membra in diuisione iuris nõ per se seorsum censenda sunt, quandoquidem ad superiora tria iura,ac præsertim (vt mihi videtur) ad ius ciuile referri possunt. Itaque concludamus,Gratianum hanc trimembrem iuris diuisionem summa cum ratione tradidisse.

ARGVMENTVM.

QVomodo Gratianus defendi possit, qui cum ius naturale primis tãtùm temporibus obtinuisse statuat,antequàm scilicet dn̄ia distinguerentur,tamẽ ipsi tribuat possessionẽ,ac rei depositæ restitutionem, quæ non nisi posteriore tẽpore videntur extare potuisse. Tum quomodo ius publicũ accipiẽ dum sit,& an per se speciem iuris ab alijs diuersam constituat.

SVMMARIVM.

1 *Vel anteaquàm dominia distinguerentur,rerum tamen omnium vsus erat.*
2 *Hodie quoque sine dominio potest consistere vsus, licèt per eum res consumatur.*
3 *Verè,& propriè possessio quæ sit.*
4 *Cum possessioni adimis dominij contemplationem, nihil aliud nisi merus vsus remanet.*
5 *Possessio sæpè accipitur pro simplici vsu,immò & pro mera detentione.*
6 *Qui in aliena sunt potestate non verè possident.*
7 *Solius vsus ratione consistit depositum, & commodatum.*
8 *Opinio Franc. Connani.*
9 *Publica conuentio quæ sit.*
10 *Propter publicam vtilitatem à iure tùm gẽtium,tùm ciuili sæpè receditur.*
11 *Velata Romanorum iniustitia.*
12 *L.conuentionum.ff.de pactis.*
13 *Hostes ligant non quæ iure ciuili, sed tantũ quæ iure gentiũ constituta sunt.*
14 *Publica conuentio verè,iuris gentium est.*

CAP. XXII.

AT Gratiano illud præterea obijciunt nonnulli,ꝙ in tradẽda hac iuris diuisione naturali iuri quod primis tm̃ illis tẽporibus antè dn̄ia distincta obtinuerit,nõ rectè possessionẽ, ac depositũ assignasse videat. Sed in hoc quoq; expeditã eius defendendi rõnẽ esse credimus,quam ex ijs,quæ de primo illo, & aureo seculo supra docuimus,facilè vnusquisq; colligere poterit.Antiqui-
1 tus (quemadmodum ibi diximus) vel † anteaq̃ dn̄ia distincta essent,idem ipse tm̃,qui hodie est, rerum oĩum vsus erat, siquidem & herbas,& plantas,& brutos animãtes, ac res deniq; omnes nõ alia de causa fabricata est natura, nisi vt ijs homines vterentur. Vsum enim solum,non dn̄ium natura spectauit,ac præter vsum primis illis secundùm naturam viuentibus,nihil aliud opus fuit. Quocirca si auem,feram,vel piscem cęlo,terra,marive cępisses, vel quocunq; in loco rem aliquã inuenisses, properas ea pro animi tui libidine vti,ac vel edendo,vel alia quacunq; ratione absumere.Eius tm̃ rei dominus non eras; quia nondum generali omnium consensu id receptũ fuerat,vt licet illa non egeres,ab eius tm̃ vsu eo nomine alios prohiberes, ꝙ eam rem tibi propriam di
2 ceres.Neq; † absurdũ videri debet, sine dn̄io vsum extitisse,quo res ẽt absumerentur, cum istuc ipsum hodie quoq; cernamus in ijs rebus,quę vsu consumuntur.§.constituitur.inst.de vsufr. & toto tit.ff.de vsufr.ear.rer.quæ vsu consum. Ex hoc porrò intelligi potest,qualis fuerit eius temporis possessio,nõ enim eadem esse potuit,quam nos verè,& propriè possessionem appellamus. Ve-
3 rè,& propriè possessio à nobis dicitur,quoties nõ vtimur simpliciter,sed vtimur contemplatione dominij;cuiús rei optimũ sumitur argumentum ex l.quæcunq;.§.interdum.ff.de pub.in rem act.& ex l.si seruus depositus.§.is qui pignori.ff.de nox.act.Quare qui possidet aliquam rem,si eiusdem rei dn̄s est, ea ipsa vtitur ratione dn̄ij,quod iam habet;si nõ dn̄s est,sed bonę fidei possessor, vtitur ratione dominij,quod se habere arbitratur; ꝙ si malafide possidet, vtitur ratione dominij, cuius prætextu eam rem possidet,& ad quod aspirat,saltem post completam 30. ann. præscriptionem,qualecunq; tandem id ius futurum sit,quod inde in re possessa consequuturus est,vt l.si quis emptionis.§.j.C.de præscr. 30. vel 40. annorum. At verò primis illis temporibus cum dn̄ia nulla essent,non poterant qui tunc erant homines re vlla vti cõtemplatione dominij. † Quare dempto dominio eorum posses-
4 sio in simplici tantùm vsu posita erat;& tamen non absurdè possessionem illam appellabimus, namq; vsus quicunque possessio dici solet,iuxta l.quæstio.ff.de verb.sign. Itaq; non est reprehendendus Gratianus,vt nõnulli illum reprehendunt in l.j.ff. de acqui.poss.atque inter alios Franciscus Connanus lib.j.c. 6. ꝙ dixerit communem rerum possessionem tunc extitisse. Nam & communis tunc rerũ vsus erat, & vsus recte possessio appellatur; im-
5 mò verò hæc vox † possessio,non ad vsum tantùm,quo quis vtitur sibi,sed ad meram detentationẽ sæpissime refertur,cũ & serui dicantur possidere,& filijfamilias,& coloni, qui ex locato,cõmodato,vel deposito rem aliquã detinent.l.2.§.qđ vulgò.ff. pro hærede.l.cõi.§.neq;.ff.cõi diuid.l.ꝙ seruus.l.cum hæredes.§. item quęro.ff.illo tit.de acq.poss.l.stipulatio ista.§.hi qui sunt,& §.hęc
6 quoque.hoc tit. Atque hi † tamen nullo modo possident,neque propriè,neq; impropriè,sed sunt quędam quasi instrumenta,per quæ possident patres,vel domini,vel ij qui locarunt,deposuerũt,

aut com-

Source : BIU Cujas

aut commodarũt.l.poſſeſſio quoq; l.3.§.quod ſi ſeruus.l. ſi colonus.l.ſi de eo.§.j.l. peregrè. §. quibus explicitis.l. qui vniuerſas.§. quod per colonum.l.ſi id quod. §.j.ff.de acq.poſſ.¶Vnde eam nos iuriſconſulti differentiam docuerũt,vt aliud ſit poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe.l.ſi quis ante. §.idem Pomponius eo.ti.de acquir. poſſeſſ Facilè etiam ex hoc defenditur Gratianus ab altero illoobiecto, quod non rectè exiſtimaſſe dicebatur depoſitum,& commodatum ad ius naturale pertinere. Nam cũ vſus rerum tunc quoq; eſſet,vt dictum eſt,ſicut ratione vſus acquirebantur ea,quæ cęlo,terra,mariq; capiebantur,in quibus tñ nihil
7 aliud pręter vſum acquirere poteram,ita † quantum ad hunc ipſum vſum poterat conſiſtere depoſitum, vel commodatũ. Etenim ſi re aliqua,quam penes me haberem, vidiſſem mihi in poſterũ opus fore, ac propterea aliquò fortè profecturus apud te interea illã depoſuiſſem,vel tibi cõmodaſſem,fidẽ in hoc tuã ſequutus,q̃ eam te mihi reſtituturum promiſiſſes,negari certè nõ poteſt,quin tunc quoq; tibi ratio dictaret, vt fidem mihi datam ſeruares,remq; illam mihi redderes,quam vel vtendam, vel cuſtodiendam à me accepiſſes,quamuis ego nullam ea in re dominium haberem. Sic concedamus oportet non modo diuiſionẽ iuris rectè à Gratiano traditam eſſe,ſed etiam exẽpla quibus ipſe vtit, rectè ſingulis capitibus fuiſſe accõmodata. Alias quoq; ſupra retulimus iuris diuiſiones, quas omnes nunc perſequi nimis longũ eſſet,ac minimè profectò neceſſariũ.Nã qui varias ſpectarit eorũ intentiones, qui hoc, vel illo modo diuiſerũt,facilè per ſe cognoſcet,eas oẽs diuiſiones aliquo modo defendi poſſe, & iuriſconſultorũ traditionibus nulla ex parte aduerſari. Vnũ tñ hic non cenſeo prætereundũ, quod à Franciſco Connano traditũ reperio lib.5.c.j.quodq; à Inſtiniani, aliorumq; oĩum ſnĩa in hac diuiſione iuris vr̃ maximè abhorrere,& tñ, ſaltẽ primo aſpe-
8 ctu,videtur maximè rationi conſentaneum.† Videtur ipſe conſtituere quandã iuris ſpeciem ab ijs oĩbus planè diuerſam, quas hactenus commemorauimus, ac ius quoddam nobis proponere,quod vel ſi non à ſola naturali ratione introductũ, ſed ab hominibus fuerit conſtitutũ tamen neq; ius gentiũ, neq; ius ciuile dici poſſit,ſed magis ius quoddã tertiũ, quod ex his cõflatur, atq;
9 perficitur. Id † verò ita eſſe oſtendit exemplo publicæ conuentionis,quæ per Principem fit, aut quoties duces belli inter ſe paciſcuntur,in qua nec iuris ciuilis,nec iuris gentium ratio attẽdit. Cùm enim fiat cum hoſtibus ijs de rebus,quæ ad publicũ cõmodũ ſpectant,ideoq; dirigatur ad id,quod poteſt, & expedit Reip.
10 cuius vtilitas oĩbus omnium vtilitatibus antecedit,†propter hãc cõem vtilitatem receditur ſæpiſſimè non tantum à legibus ciuilibus, ſed etiam à cõi omnium gentiũ iure, hoc eſt ab ijs, quæ de ſingulorum contractibus ſcita ſunt in populis,& quę oĩum moribus ea in re obſeruantur. Non vr̃ ergo hæc conuentio iuris ciuilis eſſe poſſe,tùm quia in ea à legibus ciuilibus ſæpè receditur, tùm etiam quia cum hoſtibus fit, qui bus cum nulla nobis conſociatio eſt iuris ciuilis; At neq; etiam iuris gẽtium videtur eſſe, quia nõ põt fieri niſi ex legum ciuiliũ præſcripto, atq; eo modo qui publicis legibus deſcriptus eſt. Is verò iurigentiũ vtplurimũ
11 aduerſatur,quod † optimè oſtẽdit pax Caudina ab Aul. Poſthumio Conſule per ſponſionẽ cũ Samnitibus facta,cũ ſe ille cũ toto ſuo exercitu intercluſum videret. Hãc.n.populus Romanus ratam non habuit,vt author eſt Liuius, q̃ diceret iniuſſu populi quicquã ſanciri poſſe, quod populum teneret. In hoc Romani proculdubio iuri gentium aduerſati ſunt: Vt enim hæc ſponſio ſine populi facta conſenſu non valeret, legibus Romanis cautũ erat,ſed hoc ad Samnites nihil attinebat, qui ijs legibus nõ tenebantur:Cùm ergo nec iuris gentium, nec iuris ciuilis ſit publica conuentio, vt ad ius aliquod referre eam poſſimus, videtur neceſſariò concedendum ius aliquod dari, quod ſit ab hominibus conſtitutum, & tñ à iure gentium, ac pariter à iure ciuili diuer-
12 ſum ſit,Idq; probari videtur † ex l.cõuentionum.ff. de pact.quo loci duplex traditur eſſe priuata conuentio.ſ.iuriſgentium, & legitima; ſed quãtum ad publicam conuentionem hęc diſtinctio non adhibetur. Vera (iudicio meo)huius obiecti ſolutio eſt, vt dicamus non poſſe ex hoc tertiõ ius conſtitui, quod & à iure gẽtium differat,& à iure ciuili; Id enim hoc argumento certè non demonſtratur. Nã quæ de publica cõuentione legibus publicis conſtituta ſunt, verè ſunt iuris ciuilis, cũ ſæpe & ius ciuile ob publicam vtilitatem ab alijs legibus ciuilibus recedat,ar.l.j.ff.de vſuca.& pleniſſime traditur in l.j.ff. ſolu. matr. Quòd verò fiat cum
13 hoſtibus hæc conuentio, † cum quibus nulla nobis iuris ciuilis cõmunicatio eſt, concluditur hinc quidem quæ de publica conuentione iure ciuili conſtituta ſunt, hoſtes non ligare (ligantur enim tñ hoſtes ijs conuentionibus,quæ iuris gẽtium eſt) ſed nõ rectè ex hoc colligitur, quæ de bellorum gerendorum ratione in ſingulis ciuitatibus conſtituta ſunt, iuris ciuilis non eſſe. At, vel ſi non hoſtes,ciues tamen certè ligabũt, à quibus ea neceſſa-
14 riò obſeruanda ſunt.Quare conuentio ipſa,† quantumuis publica,ſemper iuris gentiũ eſt,ac verè hoſtes obligat, quæ verò de illius conuentionis forma à ſingulis ciuitatibus cõſtituta ſunt, ea ſunt iuris ciuilis,& ſolos earum ciuitatũ ciues adſtringunt. Itaq; non rectè ſentiunt,qui ius inde tertiũ conſtitui volunt.Maximũ verò ad hanc ſententiam diluendam argumentũ eſt, quod Vlp. ipſe ex cuius reſponſo in l. conuentionũ. tertium hoc ius deſumebatur, præter ius gentiũ, & ciuile nullũ aliud ius cognouit qđ ab hoĩbus fuerit conſtitutum. Atq; hanc ſolutionem ipſe quoq; Connanus neceſſariò recipere debet,niſi apertè ſibi ipſi aduerſari velit.Namq; is lib.j.c.4. expreſſim affirmat nullum ius publicũ reperiri,quod non ciuile ſit, id quod vel ex ipſa voce demonſtrari ait,cùm dicatur publicum quaſi populicũ,ac populus ſit multitudo iuris conſenſu congregata, quam ciuitatem appellamus.

ARGVMENTVM.

EX iuriſconſultorum ſimul omniũ traditionibus,iunctis etiã ijs,quæ hac de re Ariſtoteles,& Tullius docuerunt, poſſe pfectam iuris diuiſionẽ deſumi,ex qua recte intelligatur,quot ſint iuris ſpecies,& quomodo illæ inter ſe diſtingui debeant.

SVMMARIVM.

1 *Nulla à quoquam traditur iuris diuiſio, quæ omnes ipſius iuris differentias complectatur.*
2 *Quæ ſit rectiſſima iuris diuidendi ratio.*
3 *Ius quod ad hominum vtilitates pertinet nõ æquè naturæ aſſignandum eſt, vt quod ſolam honeſtatem ſpectat.*
4 *Ius humanum idem & gentium dici poteſt.*
5 *Quæ ſint tùm primæui,tùm ſecundarij iuris.*
6 *Ius primæuum non diuiditur.*
7 *Iuris ſecundarij duæ ſpecies.*
8 *Modi acquirendi à iure ciuili introducti.*
9 *Non abſurdè dicimus iuriſgentium appellatione etiam ius ciuile contineri.*
10 *An ius reſpiciens ſolam honeſtatem ſpecie differat ab eo, quod hominum vtilitates inſtituit.*
11 *Ciuium Romanorum differentiæ permultæ.*
12 *Tres differentiæ inter ius naturale, & ius gentium.*
13 *Effectus prouenientes ex diuerſitate iuris natutalis, & humani.*
14 *Authores grauiſſimi, qui in iure diuidendo hanc ipſam vtilitatis atque honeſtatis diſtinctionem amplectuntur.*
15 *Verus Ariſtotelis ſenſus contra Connanum.*
16 *Refellitur Connan. circa intelligentiam.l.pen. ff. de iuſt. & iur.*
17 *Falſum eſt, ius ciuile à noſtris iuriſconſultis ſumi pro politico.*
18 *Perpeduntur verba Iuſt. in §. ius autem. inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.*

CAP. XXIII.

LICET planiſſimum iam fecerimus nõ modò iuriſ-
1 conſultorum, † ſed & aliorũ hac de re traditiones optime defendi poſſe, ac tàm multas à varijs traditas diuiſiones diuerſas quidẽ, ſed minime inter ſe contrarias eſſe, non tamen eò rem deduxiſſe videmur,vt qui cupiat oĩa,quæ ad iuris diuiſionem attinẽt, planè tenere, ijs tantùm quæ hactenus diximus, acquieſcere poſſit.Neque enim adhuc cognoſcimus,quot iuris ſpecies ſint, aut qua ratione illæ inter ſe diſtingui debeant.Siquidem diximus nec Ariſtotelẽ, nec Iuſtinianũ, aliosve iuriſcõſultos id ſibi propoſuiſſe, vt oẽs omninò iuris differentias attingerent,ſed cũ in iuris diuiſione varij varia ſpectarinr,attigiſſe ſingulos eas tñ differentias, quæ illorum intentioni conuenirent, reliquas verò præterijſſe, quas tamen extare ijſdẽ ipſi non inficiarentur. Itaq;,vt haſce oẽs differentias,ac iuris ſpecies probè cognoſcamus, operæprecium facturi videmur,ſi Ariſtotele,& Cicerone in noſtrorum iuriſcõſultorum numerum quaſi receptis(quod facere hac in re cõſentaneum eſt) ex illorum ſimul oĩum traditionibus perfectã colligamus iuris diuiſionẽ,oĩbusq;(quod aiunt) numeris abſolutam, in qua complectamur oẽs differentias, quæ à quolibet eorũ traditæ,vel ob aliquos effectus, quacunq; rõne fuerint conſideratę. Et quamuis ſupra docuerimus eas voces, quæ ad iuris diuiſionẽ adhiberi ſolent,cùm ſcilicet dicimus naturale,gentium, & ciuile multis modis ſolere variari,nos de ijs in pręſentia nõ magnopere ſolliciti erimus,ſed omiſſa verborum ſuperſtitione,eius ipſius iuris quod in ſingulis capitibus ab altero iure diſtinxerimus, naturã,& ſubſtantiã vel exemplis, vel certa aliqua deſcriptione
2 demonſtrabimus.† Ea igitur totius iuris diuidendi rectiſſima rõ eſſe mihi vr̃,vt illud generatim, atq; vniuersè cõſideratũ duplex tñ eſſe ſtatuamus.Vnũ ius eſt quo ea continentur,quæ determinatè (vt ita loquar) à natura vel imperantur,vel prohibentur, ac propterea per ſe iuſtorũ,vel iniuſtorum diſtinctionem hñt,qualia ſunt ea,quæ ex Cicerone ſupra relata ſunt,ſparſimq; ẽt in varijs iuriſcõſultorũ rñſis hñr l.ueluti.l. vt vim.ff.de iuſt.& iur.l.ſed & ſi lege.§.cõſnluit.ff.de pet. hære. Et hęc Cicero magis propriũ quendã in modũ naturali iuri tribuenda eſſe exiſtimat. Alterũ ius cõplectit ea quæ natura non determinatè vel præcepit,vel ꝓhibuit,ſed hoĩum arbitrio, ac ptãti tanquã differentia permiſit, vt id potiſſimũ decernerent,quod ſibi magis expedire iudicarẽt. Quare vt in primo honeſtas potiſſimum,& iuſtitia inſpicitur,ita in hoc vtilitas maxime attenditur. Moderatur enim eas cõmoditates

Source : BIU Cujas

ditates quæ ad vitam inſtituendam pertinent. Ideoque rectè ad hoc ius referamus non tantùm dominia, commercia, bella, captiuitates, ſeruitutes, contractus, quæ noſtri interpretes dicunt eſſe iuris gentium ſecundarij, ſed etiam rerum omnium cõmunionem, vnam omnium libertatem, promiſcuos cõcubitus, acquiſitionem eorum, quæ cęlo, terra, mariq; naſcuntur, & ſi qua alia primo illo ęuo ſeruabãtur, anteaquam homines ex illo naturali ſtatu quicquam immutaſſent. Nã hæc quoq; in hominũ poteſtate poſita erant, ita vt ſalua iuſtitiæ ratione mutari, corri-
3 gi, rurſusq; reſtitui, ac ſæpius variari poſſent. † Hoc ius (ſi Ciceronis teſtimonio aliquid dabimus) ius naturæ non propriè dicemus, is enim dũ connumerat ea, quæ iure naturæ continentur, hæc non recenſet; Ac fortaſſe etiã minus propriè ius eſſe ſenſit, ꝙ ad vitæ vtilitates potiſſimum dirigatur. Poterimus nos cum Ariſtot. ἀντρώπινον, hoc eſt humanũ appellare, quandoquidem
4 libero hominũ arbitrio permiſſum ſit. † Quod verò humanum ius eſt, idem mihi videtur ius gentium non abſurdè dici poſſe. Quòd ſi quis hoc ipſum ius quantum ad ea, quæ primo illo ſecu lo ſeruabantur naturale maluerit, quàm gentium nominare, vt Gratianus fecit, ego in hoc illi nõ reluctabor, nec negabo, quin maiori cũ ratione, ea ipſa poſſint dici iuris naturalis eſſe, quàm quæ poſterioribus temporibus ab hominibus inuẽta ſunt, vt fusè infra explicabitur, dummodo illud mihi concedatur, totum hoc ius, quod in hominũ poteſtatẽ collatũ eſt (ſiue priora, ſiue poſteriora tempora ſpectemus) ab illo iure naturali differre, de quo paulò ante loquuti ſumus, id qđ neceſſariò concedendum eſſe, haud multò poſt demonſtrabimus. Qđ attinet ad primũ illud ius, quod ex Tullij ſentẽtia diximus magis propriè naturale eſſe, ego illud vnicum ſtatuo, nec rectè ſubdiuidi poſſe iudico. Quod attinet verò ad alterũ ius, quod Ariſtoteles ἀντρώπινον no
5 minauit, nos humanũ, aut etiam gentiũ non abſurdè poſſumus appellare. Huic ego exiſtimo rectè conuenire diſtinctionẽ primæui, & ſecundarij, quã noſtri frequentius probant. † Primęui iuris ea ſunt, quibus homines primo illo æuo vtebantur anteaquam ex naturali, qui tunc erat, ſtatu aliquid mutaſſent. Quo tẽpore ſeruabant hæc omnia, cõis rerum poſſeſſio, vna omnium libertas, concubitus promiſcui, acquiſitio eorum, quæ in cælo, terra, mariq; naſcuntur. Iuris verò ſecundarij ea ſunt, quę poſtea ſeruari cęperunt cũ hominũ creuit malitia, ſuntq; ijs, quæ proximè diximus penè cõtraria. Etenim loco illius vniuerſalis cõionis diſtinctio dominiorũ ſucceſſit, loco libertatis ſeruitus multos oppreſſit, indeq; ẽt ꝓceſſit manumiſſio; quare cũ vno naturali noĩe homines antea appellarent, iure gentiũ tria genera eſſe cęperunt liberi, & ijs contrariũ ſerui, & tertium genus liberti ni, qui deſierant eſſe ſerui. Item cũ prius eſſent promiſcui, ac cũ omnibus fermè mulieribus permiſſi concubitus, inuẽtis poſtea connubijs, tàm libera eorum poteſtas ſublata fuit. Poteſtas etiã rerũ acquirendarum ſin minus ſublata, at certè maxima ex parte reſtricta eſt, ar. l. vlt. ff. de vſucap. Nunc videamus, an ſingulæ iſtę ſpecies iuris gentium, quas hucuſq; conſtituimus, rurſus di-
6 uidi poſſint. In quo breuiter dico, ius illud † primæuũ, quoniã perẽque ab omnibus ſeruabatur, nullã amplius diuiſionẽ admit
7 tere. In ſecundario † verò duas adhuc ſpecies diſtinguo (& hãc poſtremam ſtatuo iuris diuiſionem) nam aut cõmune, aut proprium eſt. Commune ea cõtinet, quibus oẽs gentes vtũtur; cuiuſmodi ſunt ea, quę proximè cõmemorauimus, ſoletq; hoc ius præcipuò quodam vocabulo ius gentium appellari. Proprium verò eſt, quod quiſque ſibi populus conſtituat, atq; in noſtris legibus paſſim ius ciuile dicitur. Nã quę vtilitatis gratia poſt primũ illud, & aureũ ſeculũ ab hominibus fuerunt excogitata, aut ad cõem omniũ vtilitatem ſpectant, & iuriſgentiũ ſunt, aut ad varias ſingularũ ciuitatum opportunitates inuenta fuerũt, & in de ius ciuile conſtituitur, quod iuri cõi ſolet ſemper aliquid vel addere, vel detrahere, vt ait Vlp. in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. Ad
8 dit, † vt in vſucapione, & arrogatione, ſunt enim hi modi acquirendi, quos adiecit ius ciuile, præter eos, quibus iure gentiũ rerũ dominia acquirebamus. Detrahit, vt cum donationem prohibet inter virũ & vxorẽ, toto tit. de don. inter uir. & vx. & ff. & C. Quæ iure gẽtiũ recepta erat, vel cũ mutuũ à filiofa. cõtractum planè irritũ atq; inuaiidũ reddit, ita vt is acceptam pecuniã reſtituere non teneat toto tit. ff & C. ad S. C. Maced. Atq; in hũc modũ proprias ſibi regulas ius ciuile conſtituit, quæ quãuis vtplurimũ conueniant rationi naturali, ex ijs tñ nonnullæ ſunt, quæ ex ſolo iuriſconſultorũ artificio fuerũt excogitatæ, cuiuſmodi
9 nos aliquot ſupra connumerauimus. Nec † cuiquã debet abſurdũ videri qđ ſtatuerimus iuris gentiũ appellatione, ius quoque ciuile contineri, nã & quæ à ſingulis ciuitatibus cõſtituta ſunt, verè hominũ dici poſſunt. Vnde Ariſtoteles cũ de humanis iuribus loquitur, non diſtinguit omniũnè hominũ ea ſint, an verò ſingularũ ciuitatũ. Si hominũ ſunt, ergo & gentiũ dici poterunt; conſtat enim hoc vocabulum non ſolùm ad oẽs ſimul populos, ſed ad ſingulos etiam poſſe referri, vt cũ gẽtem Allobrogum dicit Cicero, immò & de ſingulis familiabus ſæpe vſurpatur, vnde Valerię gẽtis, Aemiliæ, Fabię, Claudię, & aliarũ crebrã mentionẽ reperimus. Hæc, iudicio meo, vera, & perfecta iuris diuiſio eſt, differentiasq; oẽs, quæ modò alicuius mo mẽti ſint, planè cõplectitur. Verùm quoniã illa, vel ſi iuriſcõſultorũ ſentẽtiæ maxime conueniat (vt mox oſtendemus) à nemine tñ ipſorũ in hunc modũ, & quoad oẽs partes tradita reperiẽt, nonnulla circa eã cenſeo explicanda, ex quibus rectius intelligẽt, qua rõne hęc ſingula capita ſic à nobis diſtincta fuerint. Primũ omniũ
10 explicandũ illud occurrit, qua ratione ius naturale, † quod à ſolius naturę præcepto, vel prohibitione pendet, ab eo iure diſiũxerimus, qđ humanæ vitæ vtilitates cõtinet, atq; inſtituit. Cuius dubitationis explicatio eo magis neceſſaria eſt, quia legũ authores hæc duo capita ſimul permiſcent, ac planè confundunt. Nã ſi loquamur de eo iure gentiũ, quod primæuũ appellauimus, cũ iure naturali illud apertè confundit Gratia. in c. ius naturale, vbi cõem rerum poſſeſſionem, atq; vnã omnium libertatem eidẽ iuri tribuit violentiæ per vim depulſionem, ac ſeruãdæ fidei obligationem; ſi etiam loquamur de iure gentium poſteriori, ex quo bella inducta, diſtincta dominia, contractus inuenti, ſolet hoc quoq; cum iure naturali confundi, vt probatur legibus ſupra adductis in quinta dubitatione, nempe ex § ſingulorum. inſtit. de rerum diuiſ. & l. 1. iũctis quatuor. ll. ſequentibus. ff. de iuſt. & iur. quas optimè ad hoc ipſum Aret. perpendebat, quemadmodum ibi retulimus. Sed ego leue hoc obiectum eſſe iudico; neque enim ſi aliqua huius diuiſionis capita ab aliquibus diſtincta non fuerunt, rectè iccircò concludi poterit, ea diſtinguenda non eſſe. Satis iã docuimus ſolere diuiſiones oẽs, quæ in quacunque re afferuntur, finẽ aliquem ſpectare. Quare qui diuidũt
11 differentias tantum illas diuidendo comprehendunt, † quæ ad propoſitum ſibi finem pertinẽt, cùm tamen alias quoq; eidẽ rei differentias ineſſe non ignorẽt. Veluti ſi qs ciues Romanos in patricios, & plebeios diuiſerit, neque huic diuiſioni aliud adiecerit, non male is diuiſiſſe exiſtimandus erit; tametſi inter ciues Romanos aliæ extabant differentiæ, cũ alij ſenatores, alij equites, alij priuati eſſent. Item alij vel ex plebeis nobiles, alij ignobiles, alij ingenui, alij liberti, aut libertini, tũ & alij capitecenſi, alij proletarij, alij diuites. Ex quibus omnibus differentijs variè diuidi poterunt ciues Romani, vt varii erunt fines, ad quos eiuſmodi diuiſiones inſtituant. Qua verò rõne factũ ſit, vt iuriſcõſultis non fuerit neceſſe hęc duo iura ſeparare, ex ijs conſtare poteſt, quæ pleniſſimè à nobis ſuperiori capite tradita fuere. Attamen inter vnum, & alterũ eiuſmodi extant differentię, & quæ tanti momenti effectus parere poſſunt, vt qui perfectam iuris diuiſionem tradere velit, duo hæc capita ſimul cõfundere nullo modo
12 debeat. Siquidem ius illue, † quod diximus naturale, ſola per ſe perficit natura, cũ determinatè aliqd vel præcipit, vel prohibet. Hoc verò, quod humanum Ariſtoteles appellat, non tàm perficit ipſa natura, quàm hominum conſenſui, ac poteſtati permittit. Præterea illud ad ſolam iuſtitiam, & honeſtatem dirigitur: In hoc verò quamuis honeſtatis etiam ratio habeatur, tamẽ vtilitas potiſſimum inſpicitur, illud deniq; eſt immutabile, at hoc paſſim pro ipſorum hominum arbitrio quancunque mutationem admittit. Ac ſicuti quod primo illo, & aureo ſeculo ſeruabatur poſtea mutatum fuit, ita id quod poſteà ſeruari cœpit, quoties hominum variaretur conſenſus, variari ſæpe, ac mutari poſſet; qua de re fuſius dicemus, cùm ad ſecundam dubitationem reſpondebimus. Plurimùm etiam confert hæc prima diſtinctio ad eos effectus, qui à noſtris iuriſconſultis conſiderantur; idque optimè demonſtratur ex ea differentia quam notãt noſtri interpretes ferè omnes in lege prima. ff. de acquiren. poſſ.
13 Etenim ſi quæratur, qua † ratione mortales, ſicut antiquam rerum communionem tollere potuerunt; itemque captiuis in ſeruitutem redactis priſtinam libertatem penitus adimere, non ſic etiam naturalem ſeruandæ fidei obligationem in ipſis ſeruis perimere potuerint, curque hæc obligatio, quam in ſeruis lex ciuilis nullius effectus eſſe voluit, in ipſis tamen viuat ſemper, atque vigeat, vt ſentit Triphoninus in lege ſi quod dominus. ff. de condict. indebit. nullam aliam poterimus veriorem reſponſionem afferre, quàm vt dicamus alio ex fonte profluere hanc obligationem, alioque diuerſo, ac longè firmiore fundamento niti; Habet enim naturæ firmiſſimum fundamentum, quod nullo modo ſubuerti, aut labefactari poteſt; quod certè non poteſt de ijs affirmari, quæ nos iuri humanò tàm priori, quàm poſteriori aſſignauimus, cùm hominum arbitrio, & poteſtati ea penitus commiſſa ſint. Quocirca mirari non debemus, quòd videamus ſeruos ad poſſidendum ſeruitute ipſa inhabiles reddi, nam poſſeſſio, quam propriè poſſeſſionem vocamus, ab ipſis gentibus eſt inducta. Vnde quam liberis hominibus poſſidendi facultatem ipſæ gentes dederunt, eandem ſeruis denegare potuerunt. Nec enim potuit quicquàm aptius fieri, quàm vt humano conſenſu inducta poſſeſſio, eodem pariter humano conſenſu in nonnullis infirmaretur, argumento lege pro vt quiſque. ff. de ſolut. lege nihil tam naturale cum ſimil. ff. de regulis iuris. Sed fidei ſeruandæ obligatio, item obſeruantia erga parentes, & id genus alia quæ à naturali ratione præcipiuntur, vſqueadeò naturalibus quaſi radicibus inhærent,

Source : BIU Cujas

vt nulla vi humana euelli prorſus, atque extirpari poſſunt. Et vere hanc ſolam rationem (ni fallor) iuriſconſulti ſpectarunt cū inter obligationem ſeruandæ fidei, & poſſeſſionem eam differē tiam conſtituunt, de qua in l. ſi quod dominus. ff. de condict. indeb. iuncta l. poſſeſſio quoque. § qui in aliena. ff. de acquir. poſſ. l. ſtipulatio iſta. § hæc quoq; infrà eo. quæ differentia pluſquàm par fuerat fatigauit noſtros interpretes in l. 1. eodem illo tit. de
14 acquir. poſſ. Habeo † inſuper authores grauiſſimos, quorū teſtimonio hoc primum diſtinctionis meæ caput confirmare poſſim, atque inter alios Tullium loco ſupra citato, vbi dum enumerat quæ iuri naturæ tribuenda ſint, de communi omnium libertate, alijsq; eiuſmodi quæ ad hominum ſtatum, ſiue vtilitatē pertinent, nullam mentionem facit. Multoq; etiam magis quā Ciceronis, debet nos Ariſtotelis authoritas mouere (ſi modo hac in re authoritati aliquid damus) qui lib. 5. Ethic. cap. 6. à naturali iure apertè diſiungit hæc iura, quæ ad vtilitatem ſpectāt, eaq; & humana iura, & nō naturalia appellat: nam poſteaquàm de iure naturali locutus eſt, ſubijcit hęc verba. Quę verò iura ob
„ vtilitatem, & ex inſtituto ſunt, ea ſunt menſuris ſimillima, non
„ enim omnibus in locis æquales ſunt vini, triticiq; menſuræ, ſed
„ quo in loco hæc emuntur maiores, vbi aūt vendūtur minores;
„ ſimili ratione ea quæ non naturalia ſunt, ſed humana iura non eadem ſunt vbicunque. Quę verba ita mihi videntur accipienda (quemadmodum & ab Euſtratio, alijsque expoſitoribus accipiuntur) vt voluerit Ariſtoteles ea iura, quæ dicit eſſe ob vtilitatem inuenta à naturalibus ſeparare, tùm quia cùm ad ea tranſit, dictione vtitur aduerſatiua, tùm etiam quia paulò poſt cum mē ſurarum ſimilitudinem applicat, expreſſim vocat non natura-
15 lia, & humana iura. Atq; hic † mihi veriſſimus Ariſtotelis ſenſus eſſe videtur; quicquid contra comminiſcatur Franciſcus Connanus lib. 1. cap. 6. vbi horum verborum (niſi ego fallor) totā ſentētiam inuertit. Veruntamen hanc quam nos hic conſtituimus, differentiam inter ius naturale, quod determinatè iuſta præcipit, iniuſtaq; prohibet, & ius gentium, quod circa ea, quę natura permiſſa ſunt, vtilitates moderatur ad vitam degendam neceſſarias Connanus non modò non improbat, ſed etiam ipſe quo-
16 que ibidem probat, ac maximè inculcat, † ampliusq; exiſtimat eam rectè deſumi ex reſponſo Pauli in l. penul. ff. de iuſt. & iur.
„ quo in loco. Ius (inquit) pluribus modis dicitur; Vno modo qui
„ dem cum id quod ſemper æquum, & bonum eſt ius dicitur, vt
„ eſt ius naturale. Altero modo quod omnibus, aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt, vt eſt ius ciuile. Sed non auſim ego affirmare Paulum ſecundo illius diſtinctionis capite voluiſſe ius gentium cōplecti, cùm illud appellet ius ciuile. Tametſi enim fateor ius ciuile interdum pro iure politico accipi, hoc eſt pro eo toto quod in ciuitate aliqua ſeruatur, vt docet Cicero lib. 3. de Natu. Deorū, tamen non mihi videtur in ea lege Paulus hoc
17 modo ius ciuile accepiſſe. † Si quidem ius Politicum non modo illud complectitur quod gentium omnium eſt, ſed etiam ius naturale; quod enim in quaq; ciuitate ius ſeruatur, ex omnibus planè præceptis conſtat, ſiue ab inſtinctu naturæ, ſiue à naturali ratione, ſiue ab hominum inſtituto proficiſcantur, & tamen ibi Paulus à iure ciuili ius naturale diſiungit. Quare ſi ius politicum includit etiam naturale, ciuile autem de quo loquitur Paulus excludit naturale, conſequens eſt eum, cū ius ciuile dixit, de iure politico non intellexiſſe. Verùm, licèt Paulus hac in re nobis non ſuffragetur, ſatis tamē hoc primum diſtinctionis caput ſuperioribus rationibus, & authoritatibus fuit confirmatum. Quibus omnibus accedit poſtremò, quòd ipſe quoque Iuſtinianus, vel ſi in generali totius iuris diuiſione non expreſſim hæc duo iura ſeparauerit, tamen hanc ſeparationem non obſcurè nobis inſinuaſſe videtur in § ius autem. inſt. de iur. nat. gent. & ci
18 ui. † cùm dicit gentes humanas ſibi iura quædam conſtituiſſe, Si quædam, ergo non omnia; quod ſi non omnia gentes conſtituerunt, quæ ab ipſis gentibus ſeruantur, cætera vnde profecta? certè à ſola natura ſentit Iuſtinianus ea profluxiſſe. Quod cū ita ſit, tacitè confitetur præter humanum, gentiumq; ius, quod gentes humanæ ſibi conſtituerunt, aliud eſſe ius naturale ſolis hominibus inter ſe commune, quod à ſola naturali ratione emanarit, ac propterea ſit ab illo planè diuerſum. Primùm hoc fuit in hac diuiſione, quod mihi explicatione egere viſum eſt.

ARGVMENTVM.

AN ius naturale, nimirum illud quod ad ſolam iuſtitiam, & honeſtatem ſpectat, atq; à naturę præcepto, vel prohibitione pendet, rectè in primarium, ac ſecundarium diuidi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Num ſtatim ab hominibus omnia ſeruari cœperint, quæ iuris naturalis erant.*
2 *Præcepta naturalia quocunque modo applicentur, ipſa ſemper per ſe eadem ſunt.*
3 *Iuris naturalis vis omnis, & natura in præcipiendo poſita.*
4 *Tres differentiæ ſupra conſideratæ inter ius primæuum, & ſecundarium nullam iuris naturalis diſtinctionem inducunt.*
5 *Dupliciter accipi poteſt, quod dicimus, à natura aliquid deriuari.*
6 *Quæ à iure naturali deriuantur per modum concluſionis, pars iuris naturalis ſunt.*
7 *Quòd ratiocinatione egeant præcepta, vel non egeant, non facit, vt ad diuerſa præcepta referri debeant.*
8 *Poteſt ius naturale non bene applicari, nec propterea tamen ius diuerſum efficitur.*

CAP. XXIIII.

SEcundò explicandum illud occurrit, qua ratione illud ius, quòd ſolius naturæ præcepto, vel prohibitione perficitur, & quod per antonomaſiam diximus naturale, vnicum eſſe ſtatuamus, ac non in primæuum, & ſecundarium id diuidamus, quēadmodum illud diuiſimus, quod ad hominum vtilitates dirigitur. Diximus hoc ius naturale omnia complecti, quæ ad honeſtatē ſpectant, & ratione naturali imperantur, vel prohibentī. At certè his non minus videtur conuenire eiuſmodi diuiſio, quàm ijs rebus conueniat, quas iuri gentium aſſignauimus. Siquidem ex his ipſis, quæ nobis ratio præcipit, vel prohibet, quædā ſunt, quæ primo illo ſeculo ſtatim ſeruari cœperunt, vt Deū colere, parētibus parere, vim vi repellere, & id genus alia. Quædam verò
1 quæ non niſi poſteriori tempore extare potuerunt, veluti contractus fidē ſeruare, abſtinere ab ijs rebus, quæ in alterius dominio ſint, patriæ, ac magiſtratibus parere; Ita fit, vt hic quoque ius primęuū à ſecundario diſiungendum videatur. Cuius tamen obiecti facilis ſolutio eſt. Nam concedendū quidē eſſet, quod dictum eſt, ſi hæc vltima præcepta ab illis primis differrent; ſed cū eadem planè & hæc & illa ſint, conſequens eſt, non debere ex illis diuerſa iura conſtitui. Ac ne quis fortè miretur, quomodo eadem eſſe poſſint, aduertendum eſt diligenter, non inficiari nos, † quin quantum ad applicationem inter ſe hæc differāt:
2 Eſt enim hoc neceſſariò admittendū, cū partim ad ea applicentur, vbi nulla hominum conſtitutio interuenit, vt ſunt Deum colere, parentibus parere, & ſimilia, partim ad ea, quæ ab hominibus excogitata ſunt, vt in eo quòd contractus fides ſeruanda ſit, Item in alijs poſterius relatis. Sed tamen dicimus præcepta, quæ applicantur ipſa vtrobique eadē eſſe, nec propter diuerſam applicationem diuerſa effici poſſe. Neq; enim videmus, quo pacto id ſuſtineri poſſit, vt cū ius naturale omnibus in rebus fidē ſeruari præcipiat, præceptum illud, quod in contractibus fides ſit ſeruanda, à primo illo, & naturali præcepto diuerſum ſit, aut ad diuerſum aliquod ius referri debeat. Fit quidem (fatemur) applicatio ad cōtractus, q nō niſi poſteriori tpe fuerūt, tñ nihil ex ea applicatione amplius inducit, qđ præcipiendi vim obtineat.
3 Ideoq; ex ipſo iure nihil immutatur, † cuius tota ſubſtantia in præcipiendo poſita eſt; Alioquin cogeremur eadem ratione fateri ius quoq; ciuile cū ad Titium, Sempronium, aliasq; ſingula res perſonas accommodat, diuerſum quiddam effici, neq; illud idem eſſe, quod legum ciuilium ſcriptura continetur. Quod dixi de præcepto ſeruandæ fidei, non minus clarè perſpicitur & in alijs duobus exemplis ſupra adductis; nimirum à re aliena abſtinere, item patriæ, ac magiſtratibus parere. Nam hic nullum planè aliud ius cernimus præter illud, quod nobis maiorum obſeruantiam præcipit, & ius ſuum cuique tribuere iubet. Ac de omnibus denique naturæ præceptis idem prorſus affirmamus, quę ſiue ad ea referantur, quæ merè naturalia ſunt, ſiue ad ea, quę ab hominum conſenſu, & inſtituto pendent, ſemper vnū, idemq; ius conſtituunt. Atqui certè ita ſenſiſſe Gratianum noſtri interpretes inficiari non poterunt, dum is in c. ius naturale 1. diſtinct. illi iuri naturali, quod ſolo inſtinctu naturæ inductum eſt, neq; aliqua hominum eget conſtitutione, aſſignat rei depoſitę, & cō mendatæ reſtitutionem, nam depoſitum, & commodatum, quibus ibi ſeruandæ fidei præceptum applicatur, non naturæ inſtinctui, ſed hominum inuentioni paſſim omnes tribuunt. Quare non rectè diceret Gratianus hoc ius à ſolo naturæ inſtinctu prouenire, ſi illa depoſiti, ac commodati applicatio ad hoc ius inducendum, vel ſaltem aliqua ex parte immutandum momenti aliquid haberet. Nec mouere nos debent tres illæ differentiæ,
4 † quas ſupra in quinta dubitatione diximus inter ius primęuū, & ſecundarium afferri poſſe. Quandoquidem non rectè ex illis demōſtratur poſſe iuris naturalis quatenus diuersè applicatur, diuerſas ſpecies conſtitui, vt ſingulis percurrendis facilè intelligemus. Ex prima ergo differētia ſic poſſet aliquis argumentari; Quòd contractus fides ſeruetur, quòd nemini res propria auferatur, hæc, & eiuſmodi alia in modum concluſionis deriuantur à iure naturali, ergo ius à naturali diuerſum inducere debēt. Sic enim & emptiones, locationes, ſocietates, & reliqua id genus, quæ à iure naturæ deducuntur, ius ab eo diuerſum cōſtituunt vt
5 tradit diuus Thomas in 1. 2. quæſt. 95 ar. 4. Reſpondeo † ſolere id duobus modis accipi, quod dicimus deriuari aliquid à iure naturæ. Primùm eo modo quo accipit diuus Thomas in loco proximè

Source : BIU Cujas

proximè adducto, cùm.ſ. aliquid ratione naturali ſuadente inſtitutum eſt, ſed tamen ex legis præcepto in modum cõcluſionis non deriuatur, Veluti quod dominia diſtinguerẽtur; Ratione.n.id naturali factum eſt, vt cõtentionum tolleretur occaſio, vtq; homines (quemadmodũ inquit Ariſtoteles) in rebus proprijs curandis diligentiores eſſent. Sic & emptionum inuentio naturali ratione non caruit, vt per eam permutationũ difficultatibus occurreretur; quamuis neq; diſtinctio dominiorũ, neq; emptiones, aut alij contractus à præcepto iuris naturalis deſcẽdant. Et hæc ipſa fateor alterius iuris, quàm iuris naturalis eſſe, hoc eſt ius aliud à naturali iure diuerſum conſtituere; Idq; optimè probatur ex ijs, quæ nos ſupra docuimus. Alio modo poſſumus intelligere aliquid deriuari à iure naturali, cũ illud nõ modò ratione naturali inſtitutum eſt, ſed à præcepto, vel prohibitione rationis naturalis deducitur in modum cuiuſdam applicationis, ita vt illud quoq; ad quod applicatio fit, vel imperatum, vel prohibitum eſſe neceſſariò inferatur. Quale eſt illud, ſocietatis fidem ſeruare, cũ alijs eiuſdẽ generis. Atq; in his rebus nullo modo conceſſerim ius diuerſum conſtitui, nec de his loquit
6 diuus Thomas. Ratio huius diuerſitatis apertiſſima eſt; quia † cũ à iure naturali neceſſariò hęc ꝓfluant, ipſius iuris naturalis pars ſunt, nec aliunde quàm à iure naturali prohibitionis, aut pręcepti vim aſſumũt; ſed ſuperiora illa quãuis ratione naturali inſtituta fuerint, non tamẽ pars iuris naturalis ſunt, nec.n.ab illo iure naturali profluunt, quod verè eſt ius naturale, quodq; nobis imperat, ac pręſcribit quid quaque in re faciendum, aut vitandũ ſit. Quare quod dicit diuus Thomas à lege naturali emptiones deriuari, itemq; alia quæ iuris humani ſunt, in eo nõ ꝓrſus propriè locutus eſſe mihi videtur; & de prima differentia hactenus. Secunda quoq; differẽtia, quam ſupra retulimus, videtur primo aſpectu iuri naturali accommodari poſſe; nam prima illa rationis principia, nempe Deum colere, fidem ſeruare, maioribus parere, ſola natura nobis cognita ſunt, at quæ ad patriam, magiſtratus, contractus, aliaq; commercia accommodantur, quãuis ipſa quoq; hùc ſpectent, vt ſanctè. & iuſtè viuamus, tamen egent ratiocinatione, ac non niſi poſt aliquẽ mentis diſcurſum à nobis approbantur. Ad hoc ita rectè reſponderi poteſt, vt dicamus hanc ratiocinationem atq; hunc mentis diſcurſum ad pręcepta ipſa, in quibus ſolis ſubſtantiam iuris poſitam ineſſe diximus, nihil pertinere, Si quidẽ illa ſemper abſq; vlla hęſitatione paſſim
7 concedimus; tunc verò tantùm nos hæſitare contingit, cũ inquirimus quo pacto ad hanc, vel illam facti ſpeciem eadem ipſa pręcepta accommodemus. Quo fit, vt † ab hac animi perplexitate, quæ non ius, ſed ſolũ factum, ſolamq; applicationem reſpicit, diuerſas iuris ſpecies colligere non poſſimus. Tandem à tertia, & vltima differentia ita quis forſan argumẽtabitur, vt dicat prima illa, quæ mentibus noſtris innata ſunt, iuſtitiæ quaſi fundamenta, iuſtiſſima ſemper eſſe, at quæ inde deriuantur pręcepta, & ad contractus, aliaq; hominũ inuenta applicantur, à vera iuſtitiæ ſemita ſæpiſſimè declinare. Quæ differentia mouit Gratianum, vt ex ijs diuerſas iuris ſpecies conſtitueret, vt ex eius naturale in vltimis verbis videtur apertè colligi poſſe. Sed cauendum eſt, eo loci Gratianum inter ius naturale, & ius gentiũ cõſideraſſe hanc differentiam, non autem inter naturæ præcepta, & quæ ex ijs deriuantur, nam immò ipſe hæc omnia ſimul confundit, ac iuri naturali meritò tribuit, cũ ea pariter omnia iuſtitiæ, & honeſtati ſemper conueniant. Atq; hic non inficior ego, quin ob malitiam, vel improbitatem malè hęc à multis applica
8 ri ſoleant; † at quoties fieri hoc contingit, poſſumus quidẽ dicere illi facto non rectè ius reſpondere, ſed non rectè propterea dicemus ius eſſe mutatum, aut diuerſum inde inductum fuiſſe. Sic videmus hoc noſtræ ſententiæ planè nihil obſtare, quo minus cõcludamus, vnum, atq; idem ius conſtitui ex his omnibus præceptis, quæ non ad vitæ commoditates pertinent, vt quæ ab hominibus inducta ſunt, ſed eò tantũ ſpectant, vt iuſtè, piè, & honeſtè viuamus. Qua in re nobiſcum apertiſſimè ſentit Ariſtoteles loco ſupra citato, vbi ea tantùm iuri legitimo tribuit, in qbus nihil refert, itanè, vel ſecus ſeſe habeãt; cętera verò aſſignat iuri naturali, atque illud vnicum eſſe ſtatuit, ac ſubindè ibi ita loquitur, vt apertè oſtendat, ſe non modò non probare hanc differentiam inter prima rationis principia, & quæ ex ijs deriuantur, ſed de ea ne ſuſpicatum quidem fuiſſe.

ARGVMENTVM.

QVæ cauſæ ſint, cur prædicta diuiſio primarij, & ſecũdarij ad ius gentium rectius accommodetur, nempè ad illud ius, quod communes hominum vtilitates metitur.

SVMMARIVM.

1 *Quoties mutantur quæ iure aliquo inducta ſunt, an diuerſum ius efficiatur, & nu. 6.*
2 *Ius primæuum eſt naturale ſimpliciter, ſecundiarium verò ſecundùm quid, & quo pacto hoc intelligendum ſit.*
3 *Vt quædam ſunt, quæ non niſi ratione ægritudinis corpori natura cõueniũt, ſic quędam iura ſunt, quæ hominibus non cõueniunt, niſi ratione malitię.*
4 *Dantur ſeruitutes, quæ verè naturales dici poſſunt ex Ariſtotele.*
5 *Seruitutes captiuorum contra naturam plerunque ſunt, vel ſaltem non ſimpliciter naturales.*
6 *Poſſunt ea ſubſtantia differre, quorum vno ſublato alterum inducitur.*
7 *Quàm multis in locis apud legum authores ius primæuum à ſecundario diſtinguatur.*
8 *Vtrum leges quæ à iure gentium ius naturale diſtinguunt, de illo iure naturali loquantur, quod eſt commune omnibus animantibus.*
9 *Libertas naturalis beſtijs non communicatur.*

CAP. XXV.

VNum tantùm reſtat, quod à nobis, quãtum ad hãc iuris diuiſionem, explicari oporteat, nempè qua ratione ius, quod ad hominũ vtilitates dirigitur, atq; ab ipſorum arbitrio pendet (ſiue ius humanũ illud appellemus, ſiue iuſgentiũ, ſiue alio quocunque modo; nam hic de re ipſa, vt diximus, non de nominibus ſumus ſoliciti, quę vidimus ſolere hac in re multis modis variari) qua ratione, inquã, hoc ius diuiſerimus in gentiũ primæuũ, & ſecundariũ. Neq; n. ſatis illud argumẽti eſt, ꝙ homines poſteriori tpe diuerſa, immò planè cõtraria ſeruare ceperint, vt propterea cõcludamus ius poſterius à priore diuerſum eſſe †
1 Nã & in iure ciuili multas cernimus abrogationes, correctiones, ac mutationes, neq; iccircò tñ in varias ſpecies illud diuidimus, vt aduertit Bart. Soc. in l. j. ff. de acqu. poſ. Eodẽ modo ſi q̃ hęres voluerit (vt cõſiderat ibidẽ Soc. Iun. nu. 3 8o.) hodie aliud velit, atq; vt ait Horat. Quod petijt ſpernat, repetat, qđ nup omiſit.

Non propterea à ſeipſo differre exiſtimari debebit, ſed quãtũuis mutata voluntate idẽ ſemper Titius erit. Hoc vltimũ exẽplũ à propoſito noſtro prorſus alienũ eſt, qa cũ Titij ſubſtantia ab illo, vel illo actu ſuæ volũtatis diuerſa ſit, neceſſe eſt manere eundẽ Titiũ, quãuis volũtatis actus varietur; at ſubſtantia iuris perficitur ijs præceptis, quæ ius illud conſtituunt, quare nõ eodẽ modo hic negari põt, quin mutatis p̃ceptis ius quoq; ipſum mutari potuerit. Cõgruit ergo magis primũ exemplũ, qđ de iure ciuili Socinus Patruus afferebat. Quo ſanè videmur vrgeri,
2 † vt ſicut fatemur ius ciuile, quantũ vis mutatis legibus, vnicum manere, neq; in plures ſpecies diuidi, ita ẽt de iure gẽtiũ idẽ cõcedamus; eoq; maxime qa plures ſpecies ſimul eodẽ tpe extare poſſunt At nõ cõſtitũt ſimul ius gẽtiũ prius, atq; poſterius; ſiquidẽ poſteriore introducto, neceſſe eſt illud prius, qđ planè cõtrariũ erat, ab hominũ vſu, & moribus licò recedere. Verũtamẽ, qcqd alij ſenſerint, nos vt hęc duo iura omninò crederemus eſſe diſtinguẽda, nõ tantũ Gratiani, & aliorũ iuriſcõſultorũ authoritate adducti ſumus, q apertè ſentiũt ea inter ſe diuerſa eſſe, vt poſteà oſtẽdemus, ſed differentia quoq; illa ſanè maxime inſigni, quã inter vnũ, & alterũ ius extare animaduertimus. Ex qua ẽt fit, vt paſſim legũ authores, dũ iusgentiũ prius à poſteriore diſiungũt, naturale illud, hoc verò magis p̃cipuo vocabulo ius gẽtiũ appellare ſoleãt. Ea verò eſt, qa quę primo illo, & aureo ſeculo erat vna omniũ libertas, rerũq; cõio, & ſi quæ alia eius tẽporis propria tũ ſeruabant, naturæ hominum ſimpliciter & per ſe cõueniebãt. At bella, ſeruitutes, & alia, quæ poſt auctã hominũ malitiã introducta fuerũt, nõ per ſe, ac ſimpliciter, ſed tãtũ ſecũdũ quid (vt ita dicã) humanæ naturę congruunt, atq; illi ſemper vitij aliquid ineſſe declarãt, cui remedio ipſa ſint. Nam nec ſine bellis cõi ſaluti, ac ſecuritati ſatis cõſultũ fuiſſet, nec ſine dñiorum diſtinctione hominũ induſtria ad res ſtrenuè gerendas excitari potuiſſet. Quapropter quæ ad ius gẽtiũ prius attinẽt verè, & propriè naturalia ſunt, quæ verò ad poſterius, nõ niſi ſecũdũ quid naturalia dici poſſunt. Quã diſtinctionẽ ſolemus ẽt in ijs
3 rebus adhibere, quæ ad corpus referuntur. Nã † quædã ſunt quæ cõueniũt corpori rectè valenti, vt cibus, potus, quies nocturna, diurna exercitatio, & hęc ipſi corpori per ſe naturalia ſunt. Alia verò nõ niſi corpori morbo aliquo laborãti ꝙueniũt, vt inedia, vigilia, pharmacũ. Atq; hæc quidẽ omnia vel ſi corpus aliqua ex parte lędant, tñ ratione ægritudinis multo magis illi ꝓſunt, ac ꝓpterea ipſi corpori nõ ſimpliciter qdẽ naturalia, ſed tñ aliquo modo naturalia dñr. Perſimilem ergò rationẽ eſſe cõperiemus horũ quoq; iuriũ quas præ manibus habemus, cũ inquiremus, an ne hominũ ingenijs, ac moribus natura iter congruãt. Nã ſi ſani vndequaq; eſſent hominũ mores, ijs certè nõ magis conuenirẽt bella, & ſeruitutes, q̃ ſano corpori pharmacũ, inedia, diurnus ſomnus, aut nocturna vigilia. Bella.n. aduerſantur potius, q̃ cõueniãt naturæ, q̃ nõ vltra, q̃ iuſtę vindictę impetus ferat, ſęuire ꝓmittit. At in bellis ſępe ꝫ innoxios ſęuit, & cur id liceat, ſatis cauſæ eſſe exiſtimatur, ꝙ ciues ſint illius ciuitatis, cõtra quã bellũ ſuſceptũ fuit. Nec minus etiã ſeruitus naturæ aduerſat, nihil enim naturali iuri tàm cõtrariũ eſt, quàm violentia, ac per violentiã ſeruitus inducitur; ſed facit hominum nequitia, atq; hæc quaſi totius humanis gñis ęgritudo, vt q̃ alioquin ꝫ naturã videri potuiſſent, natura ipſa permittat, nec permittat modò,

Source : BIU Cujas

ſed ſponte etiam nobis tanquam illius ægritudinis remedia ſug
gerat. Quare bella ratione naturali ſuadente introducta ſunt
ſine quibus regum, ac populorū in nos temere irruentium effre
natam libidinem compeſcere nō potuiſſemus. Ac ſubinde ſer-
uitutem non tantū immanitatis habere, nobis ratio perſuaſit,
quin & ipſa in hominū mores, & cōſuetudinem induci debue-
rit, Immò vero ſeruare illos, quos licebat necare humanitatis
potius, & clementiæ habitum fuit, licèt ſeruati imperio noſtro
ſubijcerentur, & hæc cauſa eſt, cur ſeruitus tùm naturalis, tùm
etiam contra naturam dici poſſit (quorum vtrunq; legibus vſur
pari ſupra demonſtrauimus.) Quanquā intelligimus eam non
ſimpliciter, ſed tantū ſecundùm quid naturalem eſſe. Non me
4 latet ſeruitutē dari poſſe, † quę verè, ac ſimpliciter naturalis me-
ritò dicenda ſit, de qua loquitur Ariſtoteles lib. 1. Polit. Aduer-
tit ipſe eo in loco inter illa omnia quę creata ſunt alia ad impe-
randum, alia verò ad parendum natura ipſa fuiſſe inſtructa, cū
videamus in omnibus fermè ſpeciebus maſculo fœminam pa-
rere, itemq; cætera planè omnia animantia hominibus eſſe ſu-
biecta, ac varijs eorum vſibus deſtinata. Quare codē modo do-
cet ibi Ariſtoteles ex hominibus alios liberos, aliosq; ſeruos eſ-
ſe, propterea quòd eos, qui per ſe ad vitam ciuilem minus ſint
idonei, alijs præſtantioribus hominibus ſeruire; non modò iu-
ſtius ſit, ſed & illis ipſis qui ſeruiunt commodius. At nos in præ-
ſentia de eiuſmodi ſeruitute non loquimur, ſed de violenta illa,
quam ibi Ariſtoteles quoque fatetur contra naturam eſſe poſ-
ſe, cum poſſit ſæpiſſimè cōtingere, vt indigniori dignior, ac præ-
5 ſtantior ſubiiciatur Quo fit, † vt vel ſi ob eam, quam diximus ra
tionem hæc quoque coacta, & violenta ſeruitus aliquo modo
naturalis ſit, non tamen ſimpliciter naturalis dici poſſit. At quæ
primo ſeculo ſeruabantur planè omnia verè, & propriè natura-
lia erant, maximeque naturali hominum ſtatui conueniebant.
Eſt certè eiuſmodi hęc differentia, quam inter ius gētium prius,
atq; poſterius extare iam demonſtrauimus, vt prorſus ex ea cō-
cludere poſſimus non vnicum, ſed duplex ius gentium eſſe, cū
præſertim videamus ex multò tenuioribus differentijs diuerſas
ſpecies ſolere cōſtitui. l. 1. ff. de prætor. ſtip. Nec nos moueat, qđ
6 antea dicebatur † iuregentium poſteriore prius ſublatum eſſe,
nam cùm, gratia exempli, ex ligno terra, vel quippiam aliud ge-
neratur, poſteriore forma inducta, prior ſtatim perimitur, & ne
mo tamen ob id affirmauerit terrā, & lignum ſpecie ſimul con-
uenire. Quod ſi hac in re non tàm rationes, quàm authoritates
quæramus, reperiemus apud legum authores hæc duo iura, ni-
mirum prius, & poſterius paſſim diſtingui ſolere, atq; illud natu
7 rale ob eam, quam diximus rationem † hoc verò magis peculia-
ri nomine ius gentium appellari. Quin fecerit hoc Gratianus,
nemo dubitare poteſt, is enim communem rerum poſſeſſionē,
& vnam omnium libertatem iuri naturali tribuit, ac ſola ea quę
poſteriori tempore introducta fuere, bella, ſeruitutes, & alia iu-
riſgentium eſſe ſtatuit. d. c. ius naturale. iuncto. c. iusgentium. 1.
diſtinct. At videntur mihi etiam ante Gratianum antiqui iuriſ-
conſulti hoc apertè ſenſiſſe. Voluit enim proculdubio Tripho
ninus in d. l. ſi quod dominus ff de cōdict indeb. hoc ipſum nos
docere, cùm dixit, libertatem naturali iure contineri, domina-
„ tionem verò ex iure gentium introductam eſſe. Voluit hoc idē
„ Vlp. in l. manumiſſiones. ff. de inſt. & iur. Vt potè (inquit) cum iu
„ re naturali omnes homines liberi naſcerētur, & paulò poſt. Sed
poſtquam iuregentium ſeruitus inuaſit, ſequutum eſt benefi-
8 ciū manumiſſionis, & quæ ſequunt. His † legibus (iudicio meo)
nullo modo reſponderi poteſt, neq; enim poſſumus dicere Tri
phoninum, & Vlp. cùm de eo iure loquuntur, quo vna omniū
libertas erat, de naturali iure intellexiſſe, quod conuenit omni-
bus animantibus. Quę res ab ipſorum ſenſu alieniſſima eſt, vt re
ctè aduertit Franciſcus Conna. lib. .cap. 5. ſiquidem nullum ius
nullaq; ratio dictat, cæteros animātes liberos eſſe debere. Neq;
9 † enim libertas beſtijs communicatur, cùm immò illæ ſoli ho-
minum vtilitati, & ſeruitio natæ eſſe videantur. Loquuntur er-
go de iure primęuo, nimirum illo, quod primo illo ſeculo cun
cti mortales ſeruabant, & illud appellant ius naturale ob eam,
quam ſupra adduximus, rationem, diſtinguuntq; à iure gentiū,
quod poſtea ſeruari cœptum eſt. Qua ex re optimè etiam colli-
gitur, non eſſe neceſſarium illud argumētum; vt quia alicubi iu
riſconſulti iura aliqua non diſtinguant, exiſtimēt propterea nul
lo modo poſſe illa diſtingui. Nam Vlp. in generali iuris diuiſio-
ne, quam tradit in l. j. ff. de iuſt. & iur. duo hæc iura ſimul commi
ſcet, prius ſcilicet ius gentium, & poſterius, & tamen idem ipſe
in hac. l. manumiſſiones. vnum ab altero apertiſſimè diſiungit.

ARGVMĖNTVM.

POſſe ex his omnibus, quę hucuſque tradita ſunt, nonnullas
elici concluſiones, quibus earum, quæ circa iuris diuiſionē
propoſitę initio fuerunt difficultatum explicationes continen
tur. Ac pleniſſimè inter cętera explicatur, quo modo vnum-
quodque ius vel mutabile, vel immutabile dici poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Quodnam ius vel naturale, vel gentium vnicum, aut duplex exiſtimandum ſit.*
2 *Quatenus vnumquodque ius mutabile, vel immutabile dici debeat.*
3 *Concedit Ariſtoteles nonnulla eſſe iura, quæ nullo modo mutari, at ne vſu quidem deprauari queant.*
4 *Videtur interdum ius naturale mutari, cùm tamen facti nō iuris ea mutatio ſit.*
5 *Quando licite poſſimus fidem datam non ſeruare.*
6 *Non ijſdem rebus vbique pietas læditur.*
7 *Varij populorum vſus quanti momenti ſint. & nu. 9.*
8 *A quo ſenſu Connanus accipit verba Ariſtotelis, atque ipſe loquatur.*
9 *Principum mutationes ad mutandos populorum mores quantū valeant.*
10 *Quare Ariſtoteles dixerit abſolutè ius naturale eſſe immutabile, nec deprauatæ conſuetudinis rationem vllam habuerit.*
11 *Ius gentium, quod hominum vtilitates inſtituit, ſalua iuſtitia liberè mutari poteſt.*
12 *Quæ ad hominum vtilitatem diſpoſita ſunt, menſuris rectè comparat Ariſtoteles.*
13 *Communiū vtilitatum ratio non patitur, vt ius gentium mutari poſſit.*
14 *Non ideò ius dicitur natura ſua mutabile, quòd facto ipſo, hoc eſt hominū vſu, vel conſtitutionibus mutetur.*
15 *Diſtinctio dominiorum quam cauſam habuerit.*
16 *Quæ Platonis mens fuerit in ſua Rep.*
17 *Aut philoſophos, aut diuino cultui addictos eſſe oportet, qui diù in communione permanſuri ſint.*
18 *Quomodo accipiendum ſit, quod ſentit Iuſtin. ſeruitutem tolli non poſſe, cū ea tamen Chriſtianorum moribus ſublata ſit.*
19 *Emptionum, ac nummorum vtilitas inuariabilis.*
20 *Quæ ſunt iuris gentium, nunquàm hoc nomine corrigi poſſunt, quòd iniuſta ſint, vt quæ ſunt iuris ciuilis.*
21 *Circa legitimas ſucceſſiones quantoperè à legibus Romanis variatum ſit.*

CAP. XXVI.

DE iuris ſpeciebus, ac differētijs ita hucuſq; egimus,
vt ex ijs, quæ diximus, illarū dubitationū omniū,
quas ſupra excitauimus, facilè per ſe vnuſquiſq; ſo-
lutiones colligere poſſit. Veruntamen vt ſummā
eorum omniū, quæ dicta fuerunt, ac breuem qua-
ſi epilogum habeamus, operępretium facturi videmur, ſi in ſin-
gulis dubitationibus nonnullas ſtatuamus cōcluſiones, quibus
illarū ipſarum ſolutiones contineantur; Quas concluſiones no
uis rationibus probare non erit neceſſe, cū illæ ferè omnes in to
tius tractationis progreſſu ſatis, ſupercrq; fuerint demonſtratæ. Et
quoniam vltima dubitatio propius ea attingit, quę proximè tra
dita fuere, ac quorum memoriā recentiorem habemus, ſatius
erit ab illa exordiri, ac deinde ad reliquas conuerſo ordine pro-
gredi. Videt ergò mihi vltimæ dubitationis explicatio ius quin
que concluſionibus cōtineri, ex quibus colligetur, quæ nam iu-
ris ſpecies ſint, & quo pacto totum ipſum ius diuidi debeat. Pri-
1 ma eſt † ius naturale, quo naturalis rationis principia continen-
tur, veluti fidem ſeruare, & id genus alia, differre ab illo iure pri
męuo, quod pro ipſorum hominum arbitrio mutari poterat;
Ad quod diximus referendam eſſe communem rerum poſſeſ-
ſionem, vnam omnium libertatem acquiſitionem eorum, quę
cęlo, terra, mariq; naſcunt. Quocirca videntur mihi errare Bar.
& frequentius alij interpretes, qui hæc duo iura planè confun-
dunt. Secunda eſt, hoc ipſum, quod proximè diximus, ius natu
rale non duplex ſed vnicum eſſe; Atque hinc falli eos arbitra-
mur, qui præceptum illud, patriæ parere, non eidem iuri, cui &
ſeruandæ fidei obligationem, ſed alij diuerſo iuri, nempè ſecun-
dario tribuendum exiſtimant, vt communiori calculo noſtros
ſenſiſſe aduertit Mari. Soc. in l. 1. nu. 389. ff. de acquir. poſſ. Tertia
eſt, ius humanum, ſeu ius gentium primæuum ab eo iure differ-
re, quod ſibi gentes poſtea conſtituerunt. Ideoque totum illud,
quicquid iuris eſt, quod ad communem omnium gentium cō-
moditates ſpectat, & ab hominum pēdet arbitrio, in primariū,
& ſecundarium rectè diuidi. Quarta eſt, bella, contractus, & id
genus alia, quæ iuri gentium tribuuntur, non eodem modo ip-
ſum ius gentium conſtituere, quemadmodum naturalis ratio-
nis principia, quibus aliquid imperatur, vel prohibetur, ius na
turale conſtituunt, atque perficiunt. Quinta, & vltima eſt, poſſe
in vno, eodemq; præcepto, vt putà in eo quòd fidem de transfe-
rendo dominio datam ſeruare teneamur, duplici iuris vim, na-
turalis ſcilicet, & gentium, quamuis diuerſa ratione, reperi-
ri. Quæ duo iura, vel ſi ſubiecto interdum conueniant, ſubſtā-
tiam tamen ipſa (vt diximus) planè ſemper inter ſe differūt. His
quinque concluſionibus addamus ſextam, & vltimā. Poſſe plu-
res tradi diuiſiones iuris, quæ diuerſæ inter ſe ſint, & tamen om
nes ſint rectè traditæ, neque inter ſe contrariæ dici poſſint. Vn-
de plenè oſtēdimus traditas ab alijs diuiſiones Iuſtiniani ſentē-
tiæ

Source : BIU Cujas

tiæ nulla ex parte aduersari. Huic proxima erat illa dubitatio, quomodo Iustinianus in §.penult.Inst.de iure nat.gent.& ciui. affirmare potuerit, præter iura ciuilia, alia omnia iura, quibus gentes vtuntur,immutabilia esse. Cùm ex iure gentium,immò etiam ex iure naturali nonnulla videantur mutari posse,vt multis exemplis supra demonstrauimus. Quatuor hic statuo conclusiones, ex quibus huius difficultatis explicatio desumetur.

2 Prima est, † ius naturale, quod naturalis ratio inter omnes homines introduxit, si per se illud spectes, solamq; ipsius naturam consideres,haudquaquàm mutabile esse. Secunda est,hoc idē ius naturale,vel si minus per se mutabile sit, ac sola ipsius natura inspecta, violenter tamen interdum populorum vsu, aliqua ex parte quodammodo mutari. Tertia est,ius gentium, quod sibi gentes constituerunt, posse dici mutabile, si in eo solius honestatis,& iustitiæ ratio habeatur, hoc est salua iustitiæ, & honestatis ratione mutari posse, vt clarius adhuc infra aperiemus. Quarta & vltima est, illud idem ius gentium habita vtilitatis ratione non eam recipere mutationem, quin si iuri ciuili comparetur,verè immutabile dici possit. Et quamuis hæ quoque conclusiones omnes, quas ad secundæ dubitationis explicationem attulimus, ex iis colligantur, quæ à nobis superius tradita sunt, ita vt pleniori non videantur egere explicatione,tamen,vt oēs omnino scrupulos euellamus,si qui fortè reliqui sunt, singulas breuiter adhuc persequemur. Quod primò diximus, ius naturale per se immutabile esse, non tantùm docemur à Iustiniano in d.§.penult.inst.de iur.nat.gent.& ciui.sed conuenit etiam sententiæ Aristotelis, qui ius naturale illud esse definit, quod vim vbique obtinet eandem, non secus atque ignis, qui & hic,& apud Persas æquè vrit. Et licèt fateri postea videatur,ius naturale mutari posse,non tamen id fatetur sola ipsius iuris natura inspecta,sed tantum ratione vsus, vt plenius sequēti conclusione

3 dicemus. † At ne ratioue quidem vsus omnibus in rebus mutationem concedit,quę iuri naturali continentur,sed videtur admittere quædam esse, quæ nullo planè modo mutari queant. Quod ipsum sanè & rationi, & experientiæ maximè consentaneum est. Quis enim tàm audax, aut improbus legislator vnquam fuit,qui statuere ausus fuerit, fidem non esse seruandam, vel parentibus honorem esse nullum exhibendum? Qua in re cauendum est, ne illud nos decipiat, vt quia mutationem in ijs aliquam cernamus, propterea naturæ præcepta mutabilia esse

4 existimemus;facti enim non iuris mutatio illa est. † Ac tametsi ius quoque eadem mutatio videtur attingere,hoc tamen nō ea ratione contingit, quia ius naturæ mutabile fit, sed quia nō idē semper in qualibet facti specie natura præcipit. Vnde meritò Alphenus in facto ius positum esse dixit in l.si ex plagis.§.in cli-

5 uo Capitolino.ff.ad l.Aquil. Iubet natura fidem seruari,†sed nō cum illi promisimus, qui malè postea de repub. meritus est, vt sentit Triphoninus in l.bona fides.ff. depositi.Item nec quoties promissa illis ipsis inutilia futura sunt, quibus promisimus, quale illud est, quod de Neptuno vetustas fabulata est,qui si Theseo promissam fidem in eo seruare recusasset,quod is de Hyppoliti filij interitu optauit,non tantos in luctus infœlix Theseus incidisset,vt & Cicero libro primo offic.animaduertit. Iubet natura ius suum cuique tribui, quod ipsum tamen non prorsus atq; absolutè facit,neque enim hoc tunc iubet,cū vnius petitio alterius iustiore petitione distrahitur,vt liquidò apparet ex d.l.bona fides. in secundo respons. Iubet natura parentibus honorem exhiberi, ac vel minimis in rebus pietatem lædi prohibet.Verū

6 ea † quibus vel honos continetur,vel pietas læditur, variè apud varios populos accipi possunt. Lęsit pietatem Myrrha, cū proprio parenti venereo complexu se copulauit; quod non æquè affirmari posset, si qua mulier apud Medos,Persas, aut Parthos idem feciſſet,apud quos id maximè solenne, & iustum connubium habebatur, quod cū maximè coniunctis, sororibus,parentibus,& alijs consanguineis esset contractum. Ita fit, vt mutari quidem,ac cum tempore, & personis variari ea possint, ad quæ naturæ præcepta applicantur, sed præcepta ipsa, naturaliaq; iura (vt rectè ait Iustinianus in d.§. penult.) firma semper, atque immutabilia permaneant. Diximus præterea in secunda cōclu

11 sione, idem hoc ius naturale (nam hic quoq; de eo loquimur, quod non in hominum vtilitatibus positum est, sed ad iustitiā, & honestatem spectat) hoc (inquam) ius naturale, quāuis per se immutabile sit, tamen vsu hominum ita interdum deprauari solere, vt quodammodo mutari videatur. Huius conclusionis ratio ea est, quoniam vsus, sicut multis alijs in rebus naturam vincit, ita in hoc quoque ipsi naturæ quasi violentas manus infert, eaque propemodum oppressa solus viget, ac dominatur.

7 †Potuit vsus apud Lacedęmonas furtum, quod per se turpissimum est, quodammodo honestare, ita vt qui apud ipsos à furto rerum mobilium abstinuisset (in his enim tantùm rebus furtum permissum erat) nihilo propterea probior,& honestior,at multò quidem segnior, & ignauior haberetur. Nec minus insigne est,quod de Medis,Persis,& Parthis ꝓximè diximus, apud quos potuit vsus id efficere, vt qui vel honestissimi essent,honestè se matrum cōcubitu vti posse arbitrarentur;Clariusq; etiam hoc idem cōfirmat ibidem Aristoteles,cū ait, apud solos Deos iura immutabilia esse, apud nos verò quædam etiam eorum, quæ natura insita sunt,mutari posse. Idq; eo exemplo demonstrat, quod & supra retulimus,quia cùm sinistræ dextra pręualeat natura, tamen fieri potest, vt omnes vtraque manu æque

8 idoneè vtantur. Dissentit † tamen à nobis hac in re Franciscus Connanus, qui alium ibi fuisse Aristotelis sensum interpretatur, nempè vt cùm naturalia iura mutari posse concedit, de ijs loquatur, quæ naturali iudicio ad humanæ vitæ vtilitatem hominum adinuenit consensus, vt sunt bella, societates, locationes, & alia eiusdem generis, at non idem de ijs sentiat, quæ iustorum,& iniustorum distinctionem habent,& quę sola nos in præsentia iuris naturalis appellatione complectimur:hęc enim Aristotelem immutabilia existimasse affirmat.Sed nō puto ego dubitandum esse, quin hac in re Connanus à vero Aristotelis sensu aberrauerit,siquidem ea quæ ad vtilitatem spectant,& ab hominum arbittio pendent, disiungit Aristoteles ab ijs, quæ naturalia iusta sunt (vt apertissimis argumentis supra ostendimus.) Quare cùm dicat ea, quæ natura iusta sunt, mutari posse, non potest videri de ijs intellexisse, quæ eò spectant, vt commodè, & idoneè viuamus. Itaque verè sensit, naturalia quoque iura vsu mutari posse, tantò magis quia solius vsus vim,& potestatem in hac mutatione considerauit, qui vsus iuterdum naturam propè vincit, vt rectè ostendit exemplum illud de sinistra, quæ non potast æquè fortis, ac dextra fieri, nisi vsus aliquis accedat. Vt puta si semper sinistra iaculari annitamur, vt idem ostendit libro primo magnorum moralium, capite 34. vbi eadem prorsus tradit, quæ habentur libro quinto Ethicor. capite 7. sed tàm apertè loquitur, vt qui hunc quoque locum viderit, de ipsius sententia dubitare non possit. Nam posteaquàm hoc idem de sinistra manu exemplum tradidit, illud ipsum applicat in hæc verba. Idem (inquit) in natura iustis,si vsu mutentur. Ecce de natura iustus loquitur, non de ijs, quæ vtilitatis gratia ab hominibus instituta sunt, & ea dicit vsu mutari posse. Nec sanè mirari debemus, tantùm posse hominū vsum, & consuetudinem, cùm hoc experientia quotidie nos doceat,

9 ac præsertim principum, & regum mutationes optimè ostendant. Nam cùm ita comparatum sit (quemadmodum rectè dicebat Plato) vt quales sunt principes in Rep.tales vt plurimū ciues existant, videmus sæpenumerò mutatis regibus vnà etiā subditorum vsus, & consuetudines mutari, dum pro se quisque ad noui Regis mores studet se conformare. Facere verò hanc mutationem, vt quæ vno imperante vt turpia vitabantur, aliò mox succedente gloriosa, ac quasi palmaria haberi incipiant. Atquì certè non defuerunt Romani Imperatores, qui imperiali auctoritate freti, non modò viuendi vsum, sed cùm vsu simul totam honestatis rationem inuertere, ac laudabilem inuerecundiam (vt Caligula sæpè appellabat) decoraq; flagitia facere quodammodo attentauerint: Hoc spectasse Commodum Antoninum credibile est, cùm prodendæ posteris memoriæ causa, in acta publica referri iussit quæcuuque turpiter, ac flagitiosè gessissent; Sperauit enim forsan ita fore, vt quæ maximum Imperatorem olim probasse palàm esset, ab alijs in posterum minus grauatè reciperentur, & cùm hac ratione in hominum mores, ac consuetudinem essent inducta, minus iam inhonesta haberi inciperent, minusque propterea eius ipsius memoriam apud posteros dedecorarent. Quapropter cùm Aristotele concludamus, naturalia iura quamuis per se immutabilia sint, tamen ab vsu, & consuetudine eam quodammodo vim pati, qua si minus euelli, atque extirpari prorsus,ac certè variari sæpè, atque in hanc, vel illam partem deflecti posse

10 videantur. At non iccircò † certè Iustinianum reprehendere debemus, qui iura naturalia immutabilia esse absolutè affirmauerit, cùm enim non nisi ex prauo vsu,corruptaque hominum consuetudine eiusmodi mutatio contingat, iustissimo Imperatori,& qui iustissimas leges vniuerso propemodum terrarū orbi se tradere profiteretur, hunc paruum vsum, atq; hanc morum corruptelam considerare minimè necesse fuit.Diximus in

Source : BIU Cujas

cuti neq; ex iuſtitia ipſa quicquam detraherent, ſi rurſus ab vſu tollerentur. Quocirca verè dicere poſſumus quantum ad iuſtitiam, & honeſtatem nihil referre, itane, vel ſecus ſeſe habeant.
12 Hac † de cauſa etiam Ariſtoteles hæc omnia, quæ ad vtilitatem comparata ſunt, & quæ ab hominum inſtituto pendent, dicit eſſe ſimilia menſuris, quæ varijs in locis variæ ſunt. Quod ipſum rectè Euſtratius, alijq; interpretes generatim accipiunt, vt non magis de ijs loqui voluerit Ariſtoteles, quæ in ſingulis ciuitatibus ſeruantur, quàm de ijs, quæ ab omnibus recepta fuerunt, & quæ à nobis iuris gentium eſſe dicuntur. Nam hæc quoque metiuntur homines, & quatenus publico ſtatui vident conducere, amplectuntur. Vnde videmus rerum communionem, tùm & vxorũ, filiorũq; reieciſſe quidem fermè omnes, ſed nonnullos tamen retinuiſſe, fuiſſeq; etiam qui partim illam reiecerint, partim retinuerint, prout ſibi magis expedire arbitrati ſunt; Sicut populi illi, quos refert Ariſtoteles lib. 2. Polit. cap. 2. communes tantùm habuiſſe vxores, ſed filios ex formæ ſimilitudine inter ſe diuiſiſſe. At ne quis propterea reprehẽdendum eſſe Iuſtinianum exiſtimet, qui dixit præter iura ciuilia alia omnia iura eſſe immutabilia, qua ratione is defendi poſſit, nos ſtatim in proxima concluſione oſtendemus. Diximus ergo in quarta concluſione,
13 † idem hoc ius gentium, vtilitate inſpecta, mutari nõ poſſe; cuius rei cauſa illa eſt, quia quanuis mutationi iuſtitia conſentiat, tamen vtilitatis ratio aduerſatur, & ob id rectè Iuſtinianus abſolutè, ac ſimpliciter dixit illud immutabile eſſe. Nam vt verè hoc affirmari poſſit, ſatis eſt illud mutari non poſſe, nec quicquàm refert, hæc ne potius quàm illa cauſa ſit, quæ mutationem impediat. At videntur adhuc Iuſtiniano aduerſari illa
14 exempla, quibus dilucidè ſupra demonſtrauimus, ea † quæ iuris gentium ſunt, verè à quibuſdam fuiſſe mutata, ex quo probè intelligitur, ea in poſterum quoque mutationi obnoxia eſſe. Ego ante omnia cauendum hic puto, non ſolum hac in re factũ inſpici debere, quandoquidem ſi illud tantùm ſpectauerimus, cogemur fateri etiam iure naturali, quæ ad iuſtitiam nos inſtruũt, atque honeſtatem, poſſe mutari; Quod tamen nemo concedit, nam quia huic mutationi naturale iuſtum aduerſatur, ideò dicimus ea per ſe, & ex ſua natura immutabilia eſſe. Ita ergo potius dicamus, hæc quoq; iura, quæ vtilitatis gratia inſtituta ſunt, quãtumuis mutentur, tamen ipſa per ſe, ſolaq; eorum natura inſpecta immutabilia eſſe, ea ſcilicet de cauſa, quia ſemper natura, qua communes vtilitates continẽtur, huic mutationi reclamabit. At durum eſt (inquies) vtilitatis rationem huic mutationi ſemper reclamare, nam cùm palam ſit, eiuſmodi mutationem apud aliquos fuiſſe factam, credibile non eſt, vllos vnquam populos ſuæ vtilitati aduerſatos fuiſſe, ac quæ ſibi vtilia nõ eſſent, ſponte ſeruaſſe. Ad hoc reſpondeo toties mutationi vtilitatem aduerſari, quoties das extare, ac vigere adhuc cauſam illam, propter quam hæc quæ mutantur iura aliquando vtilia exiſtimata ſunt, ac tanquam vtilia in omniũ gentiũ conſuetudinem introducta.
15 Cauſa † ea fuit hominum malitia, ob quam de rebus communibus diſcordiæ permultæ oriebantur. Itaque cum hanc malitiam ponis, illud quoq; concedas neceſſe eſt, & dominiorum diſtinctionem, & alia omnia, quæ, vt huic malitiæ occurreretur, ab hominibus inuenta ſunt iura prorſus vtilia eſſe, ac ſalua vtilitatis ratione mutari non poſſe. Hanc malitiam poſuiſſe, ſpectaſſeq; Iuſtinianum non negabimus, cùm is alioquin inanem condendarum legum curam ſuſcepiſſet, quæ nos à ſceleſtorum hominum iniurijs defenderent. Quod cũ ita ſe habeat, neq; illud negare poterimus, quin rectè idem Iuſtin. ea omnia, quibus gẽtes vtuntur (licèt ad ſolam vtilitatem pertineant) immutabilia
16 eſſe affirmauerit. Plurimùm ſanè ipſi in hoc ſuffragatur id quod tradit Ariſtoteles lib. 2. Polit. cap. 2. dum eam Platonis de communione ſententiam refellit, hominum naturæ, atque ingenijs communionem vſqueadeò aduerſari dicit, vt vel ſi maximè in mores ciuitatis poſſet induci, non diù tamẽ vllo in loco poſſet conſeruari. Sed nec Plato † videtur mihi ab hoc diſſentire; ſiquidem expreſſim ipſe dicit, non eam ſe nobis Remp. deſcripſiſſe, quæ vllibi reperiri queat, ſed quam ipſe omnium optimã animo, & cogitatione aſſequi potuerit. Quæ cũ ita ſe habeant, parũ nos mouere debent exempla ſuperius adducta, nam quod in cœnobijs victus communionem (vt vox ipſa indicat) rerumq; omniũ, quæ ad vitæ vſum neceſſaria ſunt, conſociationem eſſe videamus, eamq; optimè conſeruari, hoc ideò fieri puto, quoniã in ijs hominibus, qui ſe diuino cultui penitus addixerunt, longè minus viget illa ratio, ob quam diximus dominiorũ diſtinctionem humano generi vtiliſſimam fuiſſe iudicatã. Optimis
17 † enim diſciplinis ſanctiſſimisq; moribus ita illi vitam inſtituũt, vt animi affectiones, ac cupiditates omnes in ſe ipſis quàm maximè coerceant. Quod ſi qui ſunt, qui id minus faciant, minimè dubito, quin ijs omnibus, quot quot ſunt, hoc genus vitæ maximum ſupplicium videatur. De varijs illis philoſophorum ſectis idem affirmandum eſt, nimirum Gymnoſophiſtis, Eſſæis, Brachmanis, Pythagoricis, apud quos eandem hanc vitæ, rerumque omnium conſociationem fuiſſe traditum eſt. Diodorus quoq; cũ inſulam illam in Oceano meridiẽ verſus deſcribit, in qua omnia erant communia, addit eos homines qui ibi degebant philoſophiæ admodum ſtudioſos fuiſſe. Itaq; philoſophiã maximo illis præſidio fuiſſe exiſtimandum eſt, vt facilius, minusq; grauatè in eo vitæ genere perſeuerarent. At Iuſtinianus, cùm hęc iura dixit eſſe immutabilia, non religioſorum, aut philoſophorũ (ij enim Iuſtinianęis legibus parum indigerent) ſed generatim, atq; vniuersè quorumcunq; hominum cętus conſiderauit, qui omnia (vt vulgò fit) ad vtilitatem potius referant, quàm ad honeſtatem, & qui propterea humanarum legum freno cohiberi, atq; in officio retineri debuerint. Cùm tales hominum mores nobis proponimus, bellorum quoque non modo vtilitatẽ, ſed etiam neceſſitatem perſpicuè cernimus. Bellis inductis atq; receptis, neceſſe eſt dari aliquam in eos poteſtatẽ, qui bello capti ſunt; & hanc poteſtatem potiſſimum conſiderarunt iuriſconſulti, cùm ſeruitutem iuris gentium, atq; immutabilem eſſe
18 dixerũt, vt ex eius diffinitione perſpicuè cognoſcitur. l. libertas. ff. de ſtat. homin. & inſtit. de iure perſ. in princ. Quod verò capti potius cogantur ſeruire, quàm occidãtur, & quod vel ſeuerius, vel benignius tractentur, vel accepta pecunia dimitti debeant (vt Chriſtianorum moribus receptum eſt) hæc modũ potius, ac menſuram illius poteſtatis (iudicio meo) attingũt. Quare hęc legibus, & inſtitutis poſſe mutari non negamus, at dicimus poteſtatem ipſam in captiuis per ſe conſideratam, cùm ea potiſſimum ſit, quæ ſolear hoſtibus terrorem incutere ad communẽ ſecuritatem præſidij tantum afferre, vt ab vſu nationũ, & gentium, ſalua earum vtilitate, haudquaquàm poſſit amoueri. Ac ne multis exemplis recenſendis fruſtra tempus conteramus, cõcludimus abſolutè omnibus in rebus, quæ iuriſgentium ſunt, apertiſſimam ſemper vtilitatem reperiri, adeoq; perpetuam, & conſtantem, vt nulli nec locorum, nec temporũ mutationi obnoxia ſit. Quod cùm de omnibus affirmemus, complectimur etiam illa, quæ poſterioribus temporibus inuẽta ſunt, veluti emptionem, & venditionem, qua ſicut antea homines maximo cũ incommodo caruerunt, ita ſi apud populos fortè aliquos hodiè
19 illa in vſu eſſe deſineret, propterea † quòd nummorum fortè vſum tollerent, communes certè vtilitates ea re maximè læderentur, tùm quia non facilè concurreret (vt inquit Paulus) vt cũ tu haberes quod ego deſiderarem, ego inuicẽ haberẽ quod tu accipere velles, tum etiam quia ſine nummis nullarum fermè rerum æquabilis ęſtimatio iniri poſſet. Itaque ex his omnibus clarè perſpicimus non erraſſe Iuſtinianum qui quãuis hęc iura ſalua Iuſtitiæ ratione mutari poſſe videret, tamen ea immutabilia eſſe dixerit. Nam vt verè dicantur immutabilia, ſatis eſt ſubeſſe aliquid, quod eorum mutationem impediat. Nec Iuſtiniano aduerſatus eſt Ariſtoteles, nam cùm ipſe iuſtum diuiſit, in ſua diuiſione, quid iuſtitiæ ratio ferat, ſolũ cõſiderauit. Quod ſi qui forſan ceruicoſi erunt, qui nõ ſolam vtilitatem, ſed etiam iuſtitiam in hoc Iuſtinianum ſpectaſſe contendant, ne hoc modo quidem erraſſe Iuſtinianum fatebimur, ſed aliã ipſius defendendi rationem afferemus, vt dicamus non abſurdè ius gẽtium poſſe dici immutabile, ſi iuri ciuili comparetur, quemadmodũ
20 ibi comparat Iuſtinianus. Quia † quæ iuris gẽtium ſunt tanquã iniuſta nunquam corriguntur; at hoc nomine in iure ciuili frequentes abrogationes, correctiones, mutationesq; fieri videmus. Poſthumum exhęredem facere, tãquam iuſtum olim permiſſum fuit, poſtea verò tanquàm iniuſtum fuit reprobatum. l. ſi qs in ſuo. §. legis. C. de inoffic teſtam. Ob id etiam in legitimis ſucceſſionibus variatum ſæpè fuit, atq; in eo præſertim, num deberent fœminæ in ſucceſſionibus æquo cũ maſculis iure cenſeri, † nam lege 12. tab. media iuriſprudentia, edictis Prętorum, cõſtitutione Iuſtiniani alia, atque alia conſtituta ſunt, & quæ prius correcta fuerant ſæpè reſtituta, vt refert ipſe Iuſtinianus in §. cęterum inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. At non ęquè de illarum rerũ iuſtitia ambigi poteſt, quæ iuriſgentium ſunt. Nemo enim tam rudis eſt, qui probè non intelligat, emptionem, aliasq; conuentiones iure gentium inſtitutas iuſtiſſimas eſſe; nemo eſt, q nõ concedat æquum eſſe res ablatas bello repetere, aut illatam iniuriam vlciſci, irruentes hoſtes vi repellere, armaq; armis opponere; nemo denique eſt, qui cùm bella iuſta eſſe cõceſſerit exortas inde ſeruitutes, ac manumiſſiones iuſtitiæ aduerſari contendat. Atq; hoc ipſum videtur Paulus indicare voluiſſe in l. pen. ff. de iuſt. & iur. eum dixit, aliud eſſe ius, quod ſemper æquũ, & bonũ eſt, vt eſt ius naturale, aliud verò quod omnibus, aut pluribus in quaq; ciuitate vtile eſt, vt eſt ius ciuile. Quibus verbis oſtendit iuris gentiũ ſtabiliorem, apertioremq; eſſe ęquitatem, quàm iuris ciuilis ſit. Neq; enim dubito, quin ibi Paulus appellatione iuris naturalis id totum complexus ſit, quo gentes vtũtur; namq; ad hanc rem ſatis illud argumẽti eſt, q̃ à ſolo iure ciuili ius naturale diſtinguit. Sic videtur mihi duplex eſſe Iuſtiniani, ſeu Tribuniani potius defendendi ratio, ac prima etiam multò tutior eſt. Quanquam ego non is ſum qui velim cõtendere, Tribunianum, ac cęteros, quos illi Iuſtinianus conſociauit, tantum eruditione, ac ingenio valuiſſe, quãtum eos erat opus, qui tàm arduam prouinciam ſuſcepturi eſſent.

ARG.

Source : BIU Cujas

ARGVMENTVM.

QVomodo vnumquodque ius vel naturale, vel præter, aut contra naturam dici debeat, Tum ſub quo membro ſuę diuiſionis complexus fuerit Iuſtinianus prima illa iuſtitię, atque honeſtatis principia, quæ ſola natura mentibus noſtris ingenita ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Duabus in rebus conueniunt ius gentium, & ius ciuile.*
2 *Vnum, & idem ius iuxta varios loquendi modos & naturale, & non naturale dici poteſt.*
3 *Ius ciuile quatenus iuſtitiam naturalem habet, naturale dici poteſt.*
4 *Ius gentium aliqua ſaltem ex parte iuri naturali aduerſatur.*
5 *Etiam pro qua parte naturæ aduerſatur ius gentium poteſt naturale appellari.*
6 *Longè inter ſe differunt, eſſe ſimpliciter naturale, & naturale ſecũdũ quid.*
7 *Macedonianum, Velleianum, & alia quæ videntur iuſtitiæ aduerſari, iuſtiſſima tamen ſunt.*
8 *Non tantum Iuſti. ſed alij quoque ius gentium vocant naturale, dum à iure ciuili illud diſtinguunt.*
9 *Nũ quæ ratio ſit, cur magis ius gentiũ quàm ius ciuile naturale dici poſſit.*
10 *Non ſemper, aut neceſſariò ex eo dignoſcitur ius gentiũ à iure ciuili, quòd vel magis commune ſit, vel prius introductum.*
11 *Iũris gentium vtilitates quantò communiores, tantò firmioribus naturæ nituntur fundamentis.*
12 *Iuris ciuilis non tàm aperta iuſtitia eſt ſicut iuris gentium.*
13 *Quomodo accipiatur, quod dicit Iuſtin. ius gentium vnam cum humano genere natura proditum eſſe.*
14 *An verè Inſtin. in ſua diuiſione prima naturæ præcepta fuerit complexus, & num. 16.*
15 *Ius commune omnibus hominibus duplici de cauſa appellatur ius gẽtiũ.*
16 *Quomodo Iuſtinianus ius gentium accipiat.*
17 *Declaratur. §. ius gentium. inſt. de iur. nat. gent. ciuil.*

CAP. XXVII.

TErtio loco dubitatum fuit, quid ita factum ſit, vt cùm Iuſtinianus ſæpè naturale appellauerit ius gentium, quod tamen ipſum non à ſola natura introductũ, ſed ab hominibus conſtitutũ eſt, non eodem modo ius ciuile dixerit naturale. Nam cũ poſſit etiam ius ciuile naturali rationi eſſe conſentaneum, nulla videtur fuiſſe ratio, cur iurigentium potius, quàm iuri ciuili
1 hoc tribueretur. Nam † ſi dixeris ius ciuile ideò naturale non vocari, quia à ſola natura non ſit introductum, hac ratione nec debuerat dici naturale illud ius gentium, quod à ſola natura introductum non eſt, ſed ab hominibus conſtitutum. Si verò dixeris ideò ius gentium appellari naturale; quia quamuis illud ſibi homines conſtituerint, tamen, vt id facerent, naturali ratione inuitati fuere, inſtabo ego, debuiſſe hoc modo etiam ius ciuile dici naturale, quoniam & qui ſingulis ciuitatibus leges dederunt, rationem naturalem præ oculis ſemper ante omnia habuerunt; quare hæc dubitatio haud planè videtur contemnenda. Poſſunt ex noſtra theorica ſuperius tradita nonnullæ concluſiones deſumi, quę huius difficultatis explicationẽ cõtinẽt.
2 Prima concluſio eſt, ſex modis dici ius naturale † ideoq; ſecundùm varios modos rectè vnum, idemque ius & naturale, & non naturale dici poſſe. Quod cũ pleniſſimè à nobis ſupra fuerit explicatũ, nihil eſt, quòd diutius in eo commoremur. Ex hac prima oritur altera concluſio, nempè ius ciuile, ſi conſideretur tanquàm iuſtum (vt à Philoſophis ſemper ius conſideratur) habere multa, quæ verè dici poſſunt iuris naturalis eſſe, cùm, vel ſi legibus non continerentur, per ſe ipſa tamen iuſtiſſima eſſent.
3 Tertia eſt, ideò Vlpianum, cùm ius diuiſit, neque ius ciuile, neq; ius gentium naturale appellaſſe, quia in hac diuiſione iura conſiderauit, vt efficacia ſunt. At neque ius gentium, neq; ius ciuile à ſola natura roboris tantum, atq; efficaciæ habuerunt, quantũ ſatis erat, vt ab hominibus ſeruarentur. Quarta eſt, ius gentium
4 †aliqua ſaltẽ ex parte iuri naturali aduerſari, id quòd perſpicuè tradunt Florentinus, & Iuſtinianus in diffinitione ſeruitutis. l. libertas. ff. de ſtatu homi. & inſtitu. de iur. perſon. in princ. ſentitq; ibidem hoc Theopilus; qui illa verba, contra naturam, exponit contra ius naturale. Idem ſentiunt alij quoque iuriſconſulti, vt Triphoninus in l. ſi quod dominus. ff. de condict. indeb. & Vlp.
5 in l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iu. Quinta eſt, ius gentium † etiã pro qua parte cõtra naturam eſt, naturale dici poſſe. Docet hoc multis in locis Iuſtinianus, ac præſertim in §. ſingulorum. inſti. de rer. diuiſ. Vnde etiam Theophilus in §. quod verò. inſt. de iure nat. gent. & ciui. dum connumerat ea, quæ naturalis ratio inter omnes homines introduxit, inter alia hoc quoq; recenſet, vt ſeruus domino obtemperet. Sicut ergo ſeruitutes, ita etiam captiuitates, & bella, & ſi quæ alia ſunt eiuſmodi, naturalia di-
6 ci poſſunt. Veruntamen hoc ita accipiendum eſt, vt † non ſimpliciter, ſed tantùm ſecundùm quid (vt ita dicã) naturalia ſint. Simpliciter naturalia ideò nõ rectè appellaueris, quia ſi omnes homines ex naturalis rationis præſcripto viuerent, hęc nõ mò dò ipſorum hominum naturæ non conuenirent, ſed maximè aduerſarentur. Qua ratione etiam contra naturam conueniẽter dicuntur. At quoniam poſita hominum malitia, rectè hęc omnia quaſi eius malitiæ remedia humano generi conueniũt, & ipſius naturæ propè conſilio, atq; decreto ab hominibus inuenta ſunt, ideò poteris ea dicere naturalia ſecundùm quid, ſicuti non abſurdè dixeris pharmacum, inediam, & id genus alia, quę corporis ſani naturæ aduerſantur, corpori ęgro naturaliter conuenire, non quidem quà per ſe illud conſideras tanquã corpus animatum, ſed quà infirmum eſt, atque ægritudine illa oppreſſum; Quandoquidem videmns brutos quoq; plerosq; animantes natura ipſa id doceri, vt cùm ægrotant iiſdem iſtis, vel ſimilibus remedijs vtantur. Multa etiam eiuſcemodi in iure ci-
7 uili reperies, quæ rationi naturali videtur aduerſari, † veluti Macedonianum, quod pecuniæ mutuò filijsfamilias datæ denegat repetitionem, item Velleianum, quod mulieri, quæ pro alio interceſſerit, fidem datam frangere permittit. Nihiloq; iuſtior videtur præſcriptio biennij, quæ facit, vt quàm verè mihi non numeraueris pecuniam, perinde ac ſi numeraſſes, reſtituere tibi compellar, id quod ſæpè etiam iudicati facit authoritas. Hæc omnia, ſi per ſe illa conſideres, ab omni iuſtitia videntur alieniſſima, ſed quia ideò ſunt inſtituta, vt grauius quiddã, & iniuſtius declinetur, propterea verè iuſtiſſima dici debent. Qua de cauſa etiam fit, vt ſimul & naturalis, & contra naturã dici poſſint, vt de bellis, captiuitatibus, ac ſeruitutibus, pximè diximus, quæ omnia iuris gentium eſſe perſpicuum eſt, atque in hoc ius gentium, & ius ciuile planè conueniunt. Vltima concluſio eſt,
8 ius gentium † magis naturale, quàm ius ciuile dici poſſe, ſi rectè alteri alterum comparetur. Idq; præter Iuſtinianum, qui ſæpè ius gentium appellat naturale, cùm à iure ciuili illud diſiungit, tradit etiam Ariſt. lib. 1. Rhetor. c. 13. quo loci cùm diſtinguit legem propriam à lege communi, legem ipſam communem ſecundùm naturam eſſe ſentit. Hoc idem ſentit diuus Thomas, cùm quęrit, qua de cauſa generali omnium hominum conuentu opus non fuerit, vt ius gentium conſtitueretur, quemadmodum ad ius ciuile inducendũ ciuiũ conuentus fuit neceſſarius; Siquidem huius rei illam rationem affert, q; ius gentiũ magis naturæ conueniat; quare dicit facere ipſam naturam ſine vllo conſilio, atq; conuentu, vt ſponte ad illud nationes omnes ferantur. Cur verò magis † ius gentiũ naturæ conueniat, quàm ci-
9 uile, expeditiſſimum eſt, atq; optimè colligitur ex ijs, quę ſupra diximns. Diximus ſupra, totũ quicquid habent mortales iuris humani, ſiue cõe ſit omnium hominum, ſiue propriũ ſingularũ ciuitatum, ea occaſione inductũ fuiſſe; quia multa homines tũ ad communes, tùm ad proprias vtilitates inuenerunt, eaq; omnia, quantũ in ipſis fuit, naturali rationi, atq; honeſtati accõmodarunt, ac propterea concluſimus tàm in iure gentiũ, quàm in iure ciuili & vtilitatem, & honeſtatem poſſe cõſiderari. Iam verũ ſiue vtilitatẽ, ſiue honeſtatẽ ſpectemus, facilè poſſumus animaduertere, maiorem quandam in iure gentium, quàm in iure ciuili naturę vim extare. Nec ſanè alia res vlla eſt, ex qua rectius ius gentium à ciuili, quàm ex hoc diſtingui poſſit. Nam quòd
10 † commune aliquid ſit omnibus gentibus, aut q; prioribus ſeculis fuerit introductũ, nõ ſatis indicij eſt, vnde cognoſcamus iuris gentiũ potius, quàm iuris ciuilis illud eſſe; Cũ quæ iuris gentiũ ſunt, poſſint eſſe poſterius inuenta, vt de emptionibus, & manumiſſionibus dictũ eſt ſupra. Itemq; è conuerſo, quæ ſunt iuris ciuilis, poſſint eſſe ab omnibus gentibus approbata, vt de ſtipulationibus omnes fatentur. Itaq; veriſſima, ac maximè propria ea differentia eſt inter ius gentiũ, & ius ciuile, quia multò clarius, atq; euidentius in iure gentiũ, quàm in iure ciuili & quãtũ ad vtilitatẽ, & quantũ ad honeſtatẽ ſeſe natura oſtentat; Si-
11 quidem vtilitates, † quas cõplectitur ius gentiũ, quantò magis cões ſunt (ad oẽs enim planè nationes ſeſe diffundũt) tãtò magis naturalibus ex cauſis proueniunt. Multa ex iure ciuili tãquã inutilia partim correcta fuerũt, partim ab vſu paulatim receſſerunt, vt quæ de emancipationibus, de uarijs teſtandi modis, de nuptiarum ſolennitatibus, de actionum, exceptionũ, fęderum, ſpõſionũ formulis, atq; alijs permultis inuiolatè à veteribus ſeruabantur. Quod nequaquàm in ijs contingere poteſt, quæ iuris gentiũ ſunt; Nemo enim non ſtultiſſimus hucusq; repertus eſt, at neq; in poſterũ vnquam reperietur, qui bella, contractus, atq; alia, quæ ad communes omnium hominum vtilitates excogitata ſunt, tanquàm inania, atq; inutilia improbare auſus fuerit. Cuius rei non alia cauſa eſt, niſi quia quę iure gentiũ continentur vtilitates firmioribus naturæ fundamentis nituntur. Quòd ſi pariter honeſtatem ſpectemus, cuius ſemper præſcripto quãmaximè homines accommodarunt quæcunq; vtilitatis gratia inuenerũt, ĩ hac parte quoq; reperiemus iuri gẽtiũ magis, quàm

Source : BIU Cujas

12 ciuili ſuffragari naturam. Nam † quæ ciuilibus legibus continentur, vel ſi rectiſſimè, ac iuſtiſſimè tradita eſſe poſſint, non tamẽ ſemper eam continent iuſtitiam, & honeſtatem, quæ ſolius naturæ ope omnibus omninò nationibus etiam rudibus, & agreſtibus perſpecta, & planè cognita ſit; Nẽque enim ſanè omnes rectè dijudicabunt, iuſtiusnè ſit repudiatam legati portionem alteri legatario accreſcere, qui repudianti re, vel verbis coniunctus ſit, an verò illa mahis penes hæredem reſidere debeat; tametſi quæ de iure accreſcendi, vel non decreſcendi noſtris legibus comprehenſa ſunt, rectè, ac iuſtè conſtituta fuerunt. Fateor etiam (vt ſupra obijciebatur, & veriſſimum eſt) tutelarum leges rationi naturali conuenire, attamen de tutelis multa tradita reperies, in quibus iuſtitiæ non ſatis expedita ratio eſt. Hęſitabit enim forſan imperitus, & in iure ciuili rudis, ſi rogetur, iuſtumnè ſit compellere illum rurſus ad ſoluẽdum, qui ſemel pupillo creditori ſoluerit ſine tutoris authoritate. At quæ iure gẽtium conſtituta ſunt, tàm apertam iuſtitiam, atque honeſtatẽ præ ſe ferunt, vt cum primum nobis proponuntur, moueant approbationem noſtram, ſponteque ab omnibus nullo alio docente, ac ſolo naturæ quaſi decreto, quæ haſce noſtris animis notiones impreſſit, tanquàm iuſta recipiantur, atque vſurpentur. Hanc ego cauſam eſſe arbitror, cur ius gentium ſæpè Iuſtinianus appellet naturale, ius verò ciuile planè nunquàm, quin
13 potius illud à iure naturali ſemper diſiungat. † Potuit etiam id eſſe cauſæ, cur dixerit idem Iuſtinianus in §. ſingulorum. ius gentium vnà cum humano genere à natura proditum eſſe, cùm tamen ibi non tãtùm de eo iure loqueretur, quod ſola nobis naturæ vis inſeruit, ſed etiam de eo quod ſibi gentes conſtituerũt. Ac certè non debet abſurdum videri, quod cum humano genere nata eſſe iura affirmauerit, quæ videret non ſolos prudentes homines, ſed etiam rudes, atque imperitos, ac non ſolas aliquas ciuitates, ſed vbique terrarum nationes omnes, non cuiuſquam exemplo, vel authoritate, ſed ſolo quaſi naturæ conſilio non dubitanter recepiſſe, atque approbaſſe, ſemperque poſteà vſurpaſſe. Quanquàm poſſumus etiam dicere, Iuſtinianũ, cùm ſic locutus eſt, illa tantùm iura reſpexiſſe, quæ à naturali ratione inter homines introducta ſunt, ſed quoniam illa ad vnum, idemque ius refert, cui etiam omnia tribuit, quæ ab homi nibus conſtituta ſunt, idque vnicum eſſe ſtatuit, propterea id, quod ibi dixit, rectè potuit de iure gentium ſimpliciter affirmare: ſemper enim hoc verum, erit ius gentium, vel ſi non totum, attamen aliqua ſaltem ex parte cum humano genere proditũ eſſe. Itaque ex his omnibus tertia hęc difficultas (iudicio meo) penitus ſublata eſt. Proximè dubitatum fuit, quare Iuſtinianus in ſua diuiſione prima illa rationis principia non fuerit complexus, veluti Deum colere, patriæ, ac maioribus parere, & alia eiuſ-
14 dem generis † videtur autem illa non eſſe complexus, quia in §. ius autem gentium. ſtatuit iure gentium ea tantùm contineri, quæ gentes ſibi conſtituerunt, quod de prædictis certè haud quaquàm affirmari poteſt. Vt plenius hoc totum explicetur, duas ſtatuo concluſiones, quas pariter ex ijs, quæ ſuprà docuimus, rectè deſumemus. Prima eſt, ius gentium, ſi pro iure humano accipiatur (quemadmodum poſſe illud accipi antea diximus) ea omnia complecti, quæ ab hominibus profecta ſunt, ſiue apud omnes gentes communi omnium nationum conſenſu, & approbatione recepta ſint, ſiue in ſingulis ciuitatibus fuerint conſtituta. Sed à nobis in præſentia non hoc modo ſumendum eſt ius gentium, cùm de Iuſtiniani ſententia diſputamus, nam nec ciuiles leges, nec canones in hac ſignificatione vnquàm illud vſurpant, ſed à iure ciuili ſemper diſiungunt. Se-
15 cunda eſt concluſio, ius gentium † quatenus à iure ciuili ſeiunctum eſt, duabus de cauſis hoc nomine appellari, atque iccircò duobus modis accipi poſſe. Primò appellatur ius gentium ea ratione; quia illud ſibi gentes conſtituerunt, & hoc modo accipit illud Gratianus in cap. ius gentium. prima diſtinct. vt clarè ipſe oſtendit in c. ius naturale, vbi quæ ſolo naturæ inſtinctu habentur, tribuit iuri naturali, ac ſeparat ab ijs, quæ ab hominũ conſtitutionibus profecta ſunt, quæ ſola iuris gentium eſſe ſtatuit. Alia de cauſa dicitur ius gentium, quòd eo iure gentes omnes vtantur; latiorque eſt hæc ſignificatio, qua continentur ea quoque, quæ à gentibus conſtituta non ſunt, ſed ſola natura noſtris mentibus ingenita. In hac ſignificatione ſemper ius gentium accipiunt noſtri iuriſconſulti; nam quicquid omnibus gẽtibus commune eſt, iuri gentium aſſignant, vt Vlpia. in lege prima in fin. ff. de iuſtitia & iur. cuius ſententia clarius etiam explicatur duabus in legibus ſequentibus, itemq; in lege omnes populi, quo loci Caius. Quod verò (inquit) naturalis ratio inter
» omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè cuſtodi-
» tur, vocaturq; ius gentium quaſi quo iure omnes gentes vtun-
16 tur. Hinc ſatis intelligitur † Iuſtinianum, cùm de iure gentium loquutus eſt, ea quoque principia complexum fuiſſe, quæ ſola nos docuit naturalis ratio. Nam cùm in hac tota diuiſione authores habuerit Caium, & Vlpianum, quorum non modò ſequitur ſententiam, ſed & verbis vtitur, non in alia ſignificatione ius gentium accepiſſe exiſtimandus eſt, quàm in hac ſecũda, & latiori, in qua illi quoque ius gentium vſurparunt. Idq; probatur ex §. quod verò. inſt. de iur. nat. gent. & ciui. Neque illud
17 nos moueat, quòd videamus † ipſum Iuſtinianum in §. ius gentium. ea tantùm connumeraſſe, quæ gentes humanæ ſibi conſtituerunt, nam voluit ibi (vt mihi videtur) demonſtrare, ius gentium omni humano generi commune eſſe; Quod quia de religione, de pietate, & alijs primis iuſtitiæ fundamentis perſpectiſſimum erat, meritò illa tantùm ibi recenſuit, quæ ab hominibus conſtituta fuerunt, ſed non propterea ſenſit, ijs ſolis rebus ius gentium contineri. Immò enim contrarium tàm clarè expreſſerat paulò antè in §. quod verò, vt de ipſius ſententia nullatenus dubitari poſſit. Reſtaret vna illa dubitatio, quam primo loco propoſueramus, nimirum qua ratione illud ius, quod eſt nobis commune cum omnibus animantibus, ab eo iure diſiunxerit Vlp. quod naturalis ratio inter omnes homines introduxit, ſed eam fuſius nunc proſequi non eſt neceſſe. Quid enim hac in re concludendum ſit, & an debuerit Iuſtinianus Vlpiano prorſus aſſentire, ſupra à nobis pleniſſimè explicatum fuit.

ARGVMENTVM.

DE æquitate iuriſconſultos, alioſq; probatos auctores, tàm variè loquutos eſſe, vt ex illarum traditionibus variæ ſententiæ oriri poſſint, quæ hic enumerantur, ac ſigillatim reprobantur.

SVMMARIVM.

1 *Quid differant inter ſe æquitas, atque æquum, & bonum.*
2 *An æquitas virtus ſit.*
3 *Virtutis diffinitio.*
4 *Æquum, & bonum eſt obiectum æquitatis.*
5 *Ex obiectis virtutes inter ſe diſtinguuntur.*
6 *Sitne æquum, & bonum idem quod ius, ſine iuſtum. & nu. 9.*
7 *Æequitatis deſcriptio ex Tullio.*
8 *Et Ariſt. & noſtrorum iuriſconſultorum ſententia eſt, æquum, & bonum à iuſto differre.*
9 *Laus Sulpitij, quòd omnia ad facilitatem, æquitatemq; referret.*
10 *Sunt qui putent æquitatem eſſe actum rationis.*
11 *Æequitatem naturalem à ciuili quomodo Duarenus diſtinguat.*
12 *Æequitatis diffinitio ex Saliceto, & Iaſone.*
13 *Multæ ſunt leges, quæ ſeueritati æquitatem opponant.*
14 *Rectè æquitas appellatur etiam, quæ ad ſeueritatem propendet.*
15 *Æequitate dicitur vti etiam, qui propter criminum atrocitatem legitimas pœnas ſupergreditur.*

CAP. XXVIII.

NIhil aliud iam reſtat, niſi vt ad æquitatem veniamus, erat enim hoc vltimum ex ijs tribus, quæ nobis initio propoſuimus explicanda. Promiſcuè verò tùm de æquitate agemus, tùm etiam de æquo
1 & bono † quæ duo vſque adeò inter ſe connexa ſunt, vt qui vnum probè tenuerit, alterum ignorare non poſſit. Ita enim reſpondet æquitas æquo & bono, quemadmodum iuſto reſpondet iuſtitia; quare ſicut iuſtum iuſtitiæ obiectum eſſe perſpicuum eſt, iuſtitiam verò habitum, & virtutem, qua apti ſumus ad res iuſtè gerendas, vt docet Ariſt. ita æquitas eſt virtus, cuius obiectum eſt æquum & bonum. Attamen confundũtur hæc interdum à Cicerone, & alijs, qui æquitatem, pro æquo & bono nonnunquam aſſumunt, vt in noſtræ huius tractationis progreſſu apertiſſimum fiet. Non me latet ſolere nonnullos di-
2 ſputationis gratia in dubium reuocare, verè † ne æquitas virtus ſit, id quod facit inter alios Diuus Thomas in ſecunda ſecundę quæſtio. 120. articulo primo. Sed nos eiuſmodi diſputationes omnes omittere decreuimus, quæ neque ad id, quod nobis propoſitum eſt, neque ad noſtrarum legum cognitionem vlla ex parte pertinebunt. Ac præſertim cùm difficultatis habebunt parum, vt hæc ipſa ferè nihil habere mihi viuentur. Nam æquitatem verè virtutem eſſe, omnibus compertiſſimũ eſſe poteſt ex ipſius virtutis diffinitione, quam libro primo Rhet. & aliis
3 multis in locis tradit Ariſto. cùm dicit † virtutem eſſe habitum electiuum, quo propenſi ſumus ad id, quod laudàbile eſt, ac rationi conſentaneum, eaque ſeruamus pariter omnia quid, quãdo, quantũ, & cũ quibus, quæ Græci ὑπάρχοντα, nos vulgò circumſtantias appellamus. Etenim hoc ipſo habitu, quẽ dicimus æquitatem, inclinamus ad id, quod æquũ & bonũ eſt, atq; illud porrò ſemper eſt laudabile, & rationi conſentaneum, eaq; omnia diligenter inquirit, quæ proximè relata ſunt, quo quidq; tẽpore, quo loco, quatenus, & cum quibus factum, dictumve fuerit, vt latè infra explicabimus. Itaque cùm æquitas virtus ſit,
4 † qua propendemus ad id quod æquum & bonum eſt, non abſurdè facturi videmur, ſi promiſcuè in hac tota tractatione, modò æquitatem, modò æquum & bonum vſurpauerimus.

Nam

Source : BIU Cujas

Nam ex eius quoq; cognitione quod æquum & bonum est, cognoscemus quid sit æquitas, aut quid ab aliis virtutibus differat. Conueniunt enim genere virtutes omnes, sed quia ad varia re-
5 feruntur obiecta † ex obiectis ipsi inter se distinguuntur. Multi sunt non modò iurisconsulti, sed & alii probatissimi auctores, qui de æquitate, ac de æquo & bono crebram mentionē faciunt; qui tamen omnes tàm variè hac de re loquuntur, vt ex eorum traditionib. vix certi aliquid colligere, at in diuersas potius sententias distrahi posse videamur. Primùm video in eam sententiam facilè quempiam adduci posse, vt existimet, nō rectè nos hanc æquitatis tractationem à superiore separasse, in qua de iu-
6 re loquuti sumus, cū † primo aspectu nihil aliud æquitas videatur esse, quàm ius, & iustum. Videtur enim hoc rectè demōstrari ex ea diffinitione, quam Tullius in Topicis accommodat æquitati, cùm dicit, æquitatem esse, quod naturalis ratio persuasit. At quod naturalis ratio persuasit, nostris ius esse constat, cum eodē hoc planè modo ius gentium Caius, & Iustin. definiant: vt l. omnes populi. ff. de iust. & iure, & §. quod verò inst. de iure nat. gent. & ciu. Nec minus dilucidè hoc ostendit idē Tullius in part. ora-
7 torijs † vbi & æquitati iustum tribuit, & iustū ita exponit, vt velit illud esse æquum, & bonum. Aequitas est (inquit) cuius vis, di recti, veri, & iusti, & (vt dicitur) æqui, & boni ratione defenditur. Ac ne aliorum potius, quàm nostrorum iurisconsultorum auctoritates afferamus, videtur hoc idem apertissimè sentire Vlpi. in l. j. ff. de iust. & iur. vbi cum definit ius esse artem æqui, & boni, nihil aliud videtur, quàm iustum significare voluisse; vt rectè demonstrant verba quæ sequuntur. Iustitiam namque colimus &c. quæ ratio haudquaquam cōcludens esset, nisi Vlp. ibi æquū & bonum pro iusto accepisset. Si pro iusto sumitur, ergo & pro iure rectè sumi potest: & ita docet Bald. post Iacob. Beluis. in c. j. §. ad hæc, de pace iuram. firm. in vsibus feud. aliàs in c. vnico, de allodiis. nu. 18. versi. quartò dicitur. Quo loci ait, æquitatem posse dici ipsum ius, siue iustum, adeò enim connexa sunt ius, & iu-
12 stum, vt semper mutuò se consequantur, & vbi vnum sit, ibi pariter adesse alterum sit necesse. Postremò non differre à iusto æquum & bonum, hac ratione demonstratur, quæ iudicio meo plurimùm vrget. Satis constat, neq; hoc quisquam (vt opinor) inficiabitur, tàm æquo & bono, quàm iusto illum finem esse propositum, vt cuiq;, quod suum est, tribuatur. Atqui profectò hac in re necesse est dari certum aliquem modū, quem vltra citrave
13 nihil esse possit, quòd laudem vllam mereamur. Quod ipsum in Minoe docet nos Plato, cum dicit, ius in vero positum esse, & q à vero recedit, eū semper & à iusto, & legitimo declinare. Hoc ita constituto, si ponamus æquum & bonum à iusto differre, ne cesse erit fateri, ex his saltem alterutrum ab eo, quem diximus, scopo aberrare. Neque enim possent esse diuersa, si ambo eundem scopum, non modò spectarent, sed planè etiam attingerēt. Quòd si alterutrum concedis à prædicto scopo aberrare, nō rectè dixeris id quod aberrat, esse rectum, & honestum. Immò. n. prauum, & iniquum illud esse oportebit, ac non laudem vllam, sed potius vituperationem mereri. Quod ipsum tamē perabsurdum est, siquidē nulli vnquam rectè vitio dabitur, quod vel iustum, vel æquum & bonum seruauerit. Quocirca ne ad hoc absurdum redigamur, videtur illud potius cōcedendum, hæc duo non posse inter se differre, sed planè vnum & idem esse. Atque
» in hunc modum mihi videtur Aristo. voluisse argumentari (li-
» cèt aliquantò pressius agat) lib. 5. Eth. cap. 10. quo loci. Absurdū
» videtur (inquit) æquum & bonum laudabile esse, si a iusto illud differre concedas: nam aut iustum non est rectum, aut à recto declinat æquum & bonū, si à iusto diuersum est. Quòd si vtrūque rectum est, nō potest vnum ab altero differre. Sunt hæc certè probabilia, sed non adeò vrgent, vt propterea concludere de beamus, æquum & bonū idem prorsus esse, quod ius, seu iustū;
8 Namque † neq; in hac sententia persistit Arist. neque cum ea cō ueniunt traditiones nostrorum iurisconsultorum, qui multis in locis ius ab æquitate distinguunt. Facit hoc inter alios Modest. in l. nulla. ff. de legi. Nulla (inquit) iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur &c. Idem facit Constant. in l. j. C. de legib. cum ait.
» Inter ius, & æquitatem interpositam interpretationem nobis
» solis & licet, & oportet inspicere. Separat hæc pariter idem Constant. in l. placuit. C. de iud. ac denique multæ aliæ leges sunt, quę dilucidè ostendūt ius ab æquitare differre, quas passim in huius tractationis progressu adducemus. Atque idipsum confirmat etiam Arist, eo argumento: quia vulgò cum dicimus, aliquem esse iustum & bonum, solemus eum ita laudare, vt qui iusto sit anteponendus, idq; omnium consuetudine receptum est; quæ sanè consuetudo prorsus inepta, & absurda esset, nisi æquum & bonum iusto esset præstabilius. Quod si præstabilius est, ab eo dif
9 ferat, necesse est. Hoc † nomine Cicero in oratione pro Cecinna laudat Sulpitium, quòd quæ proficiscebantur à legibus semper ad facilitatem, æqualitatemq; referret; qua in re non solam iustitiæ laudem, sed maiorem quandam videtur illi tribuere voluisse. Adde, quòd neminem audiemus, ideò cōdemnari, quod nimirum sit æquus, & bonus; at damnatur interdum, qui nimiū
15 iustus est, iuxta illud Salomonis Eccles. 7. Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quam necesse est. Quibus ex rebus omnibus facilè intelligitur, æquum & bonum, à iusto iureq; differre, atque ob id primam hanc sententiam minimè recipiendam
10 esse. Huic † primæ maximè finitima est illorum sententia, q voluerunt, æquitatem esse actum rationis. Voluit hoc Bald. inter alios, qui licèt variis in locis variè de æquitate loquutus sit, tamen in l. j. ff. de iust. & iu. vbi accuratius illam definit, dicit, æquitatem esse animi applicationem ad directum iudicium, intellectu non errante in substantia, neque in circunstantiis facti, sicut rectum est (inquit) iudicium Ecclesiæ claue non errante. In hac
11 sententia † est etiam Franc. Duar. qui in l. j. ff. de pact. cùm declarat illa verba Vlpiani. Huius edicti æquitas naturalis est, statuit naturalem æquitatem esse iudicium rationis, ac veluti legē de iustis, & iniustis, nostris mentibus insculptam, cui sponte imperiti etiam sine ulla probatione consentiunt. Ciuilem verò æquitatem dicit esse probabilem rationem, quæ non omnibus hominibus naturaliter cognita est, sed paucis qui prudentia, & vsu præditi sunt. Negari non potest, quin semper, cum quis vtitur æquitate, animi iudicium adhibeatur; sed quòd ipsa sit animi iudicium, non propterea admittendum est. Iudicio rationis egēt virtutes omnes, vtpote quæ prudentiæ adminiculo vtuntur, sed illæ tamen diuersæ inter se sunt; quandoquidem ex variis obiectis inter se distinguuntur. Quare cum non minus ad iustitiam perficiendam, quàm ad æquitatem, rationis munus sit necessarium, & tamen à iustitia, & à iure æquitas differat (vt proximè ostendimus) videndum est, quidnam illi præcipuum insit, vnde & à iustitia, & ab alijs virtutibus seiungi possit. Tertia est opinio, eaq; frequentius à nostris recepta, æquitatem in quadā clementia, & benignitate positam esse, ideoque iuris rigori, atque seueritati, tanquam suo contrario esse opponendam. Nam cū possit iustitia & ad seueritatem vergere, & ad humanitatē, tunc tantùm volunt eam æquitatis nomen sibi vendicare, cū ad hu-
12 manitatem propendet & inclinat. Quocirca † Salic. & Iason in l. placuit C. de iudic. definiunt æquitatem esse iustitiam dulcedine misericordiæ temperatam, quam diffinitionem ex antiquorum sentētia tradit etiam Bal. in c. j. §. ad hoc. nu. 18. de pace iur. firm. in vsibus feud. Habet hæc sententia multas leges, quibus plurimum iuuari videatur; atque inter alias maximè ipsi fauet illa l. nulla. ff. de legibus paulò ante adducta, in qua dicitur, nullam
13 † æquitatis benignitatem pati, vt quæ salubriter pro hominum vtilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem; sicque Modestinus seueritati æquitatem opponit. Facit hoc etiam Paulus in l. quod si minor. §. j. ff. de minoribus, vbi. Non semper (inquit) quæ cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad æquum
» & bonum redigenda sunt. Quòd rescindantur, quæ cum mino
» ribus gesta fuere, hoc rigoris, & seueritatis est, quòd sustineātur clementiæ, & benignitatis; quare cùm dicat ea non esse rescindenda, sed ad æquum & bonū redigenda, perspicue, demonstrat verbis illis æquum & bonum clementiam, lenitatemq; significari. Idem ipse Paulus in l. si seruum §. sequitur. infra tit. nostro, dum loquitur de moræ emendatione, damnat eos, qui recedūt à bono & æquo, ac sub auctoritate iuris scientiæ perniciosè sæpe numero errant, quasi innuere velit, seueritati benignitatem esse anteponendā. Huc itidem spectat, quod Terentianus ille cōqueritur. Nimium (inquit) durus est, præterq; æquum & bonū. Atq; alibi dicit idem Terentius. Aequum est vos cognoscere, at que ignoscere. Nec porrò spernendum est Senecæ hac in re testimonium, qui clementiæ æquitatem quasi connectit, ac de clementia ita loquitur. Hæc inquit, liberum arbi riū habet, nō sub
» formula, sed ex æquo & bono iudicat. At licet probabilia videā
» tur hæc omnia, haudquaquam tamen istis assentiendum est, q
14 æquitatem in clementia, & æquitate ponunt. Reclamant † enim nostri iurisconsulti multis in locis, qui seueritatem quoq; appellant æquitatem, atq; in pœnis irrogandis interdum æqui & boni nomē vsurpant. Sic Vlp. in l. j. ff. de eo per quem fact. erit. Aeq ssimum (inquit) putauit prætor, dolum eius coercere, qui impe-
» dit aliquem iudicio sisti. Idem Vlp. in l. j. §. hæc actio. ff. si quis te-
» stam. lib. esse iuss. dicit, prætorem tunc vti æquitate, cum punit eum, qui alioquin, ciuili tantùm iure inspecto remaneret impunitus, eius porrò verba hæc sunt. Hæc actio (vt Labeo scripsit) naturalem potius, quàm ciuilem in se habet æquitatem, siquidē ciuilis defuit actio, sed natura æquum est, non esse impunitum eum, qui audacior hac spe factus est. Omnium verò optime id
» ostendit Suetonius Trāquillus in Claudio, vbi non minus aspe-
» ritatis nomen tribuit, vult enim eum quoque ex æquo & bono interpretari, qui pœnas legib. comprehensas supergreditur, earumq; lenitatem exasperat, quod interdum feciſſe Claudiū asserit. Nec semper (inquit) præscripta legum sequutus duritiam, lenitatemq; mulctarum ex bono & æquo, perinde vt afficeret, moderatus est. Ex æquo & bono ita iudicasse Claudium perhibet, vt non modò legum duritiam lenitate, sed etiam lenitatē duritia moderari solitus fuerit, quod expressius etiam ostendit
15 cum protinus hęc verba subiicit; † Nam ex ijs, qui apud priuatos
» iudices plus petendo, formula excidissent, restituit actiones, &

in maiore

Source : BIU Cujas

„ in maiore fraude conuictos,pœnam ſupergreſſus ad beſtias cõ-
„ demnauit. Aliud poſtremò addi poteſt,ex quo perſpicuè demõ
ſtratur,à clementia,& benignitate differre æquitatem; Nam æq
tatis vſus videtur omnibus eſſe conceſſus.l.in omnibus.ff.de re.
iur.l.placuit.C.de iudic.l.ſi ſeruum.§.ſequitur infra eo.cum alijs
multis, quas adducemus inferius, cum hac ipſa de re fuſius age
mus.Clementia verò,& miſeratio ſolius principis eſt,aut popu-
li,eorumvè magiſtratuum,qui parem cum principe habent po
teſtatem,vt olim ſenatus Romanus.Et hoc rectè oſtendit Cice-
ro in orat.pro Ligario,cùm ait,neminem apud iudices ita cau-
ſam agere ſolere.Ignoſcite iudices,errauit, lapſus eſt, non puta-
uit,ſi vnquam poſthac.& poſtmodum ita ſubſequitur.In ſenatu
verò,& apud populum, & apud principem, & vbicunque iuris
clementia eſt, habet locum deprecatio.

ARGVMENTVM.

CVr hæc duo vocabula ſimul iungantur, & æquum & bo-
num,ac quid propriè illud ſit,quod æquitatem, ſiue æquũ
& bonum appellamus.

SVMMARIVM.

1 *Accurſii ſententia refertur,& reprobatur.*
2 *Budæi laus.*
3 *Bonum non eodem modo ſemper vſurpatur.*
4 *Quomodo Ariſtoteles definiat æquum & bonum.*
5 *Altera æqui & boni definitio ab eodem Arist. tradita.*
6 *In factis ius ineſt,& pro ipſorum varietate variatur,*
7 *Quàm multa lege exprimenda eſſent,ſi perfectè omnia complecti vellet.*
8 *Vt rerum ſingularum propè infinita eſt multitudo,ita noſtrarum operationum varietas incredibilis.*
9 *Duo legis peccata.*
10 *Intell.l.ex iis l.nam ad ea & l.quoniam.ff.de legibus.*
11 *Ex eo quod de pupilli obligatione conſtitutum eſt, ac de muliere pro altero intercedente,primum legis peccatum demonſtratur.*
12 *Alterum ad eam rem exemplum ex Ariſto.*
13 *Quomodo accipiendum ſit Statutum, quo puniuntur facientes ſanguinem in Palatio.*
14 *Fieri non poteſt,quin imprudentibus legumlatoribus multa excidant,quę exprimi debuiſſent.*
15 *Exempla nonnullarum legum,in quibus verba deficiunt,& ſententia tamen extenditur.*
16 *Naturaliter id fit,vt prudentum interpretationem leges deſiderent.*
17 *Legitima conſtitutionis ſpecies apud Rhetores.*

CAP. XXIX.

VTergo hæc omnia,quæ ſpectant ad æquita
tem penitus cognoſcantur, duo videnda
ſunt.Primò,quid verè hoc ipſum ſit,quod
æquitatem, ſiue æquum & bonum appel-
lamus. Secundò, quinam ſint illi, qui poſ-
ſint vti æquitate,atque ex æquo & bono iu
dicare. Sed anteaquàm ad hęc veniam⁹,vt
rectè huius vocis vim teneamus, breuiter
illud nobis explicandum eſt,cur hæc duo vocabula, æquum &
1 bonum ſimul ferè iungantur. Accurſius † in l.j.in ver.ius.ff.de
iuſt.& iur.cum explicat illa verba,æqui & boni,bonum interpre
tatur eſſe,quod vtile eſt,& ab æquo illud diuerſum eſſe ſtatuit.
Exiſtimat verò hæc duo ideò ſimul iungi ſolere; quia multis in
rebus æquitas vtilitati conſentit, licèt ſæpenumero etiam ipſi
aduerſetur. Datur (inquit) quod bonum ſimul,& æquum eſt.l.ſi
& me.ff.ſi cert.peta.idq; vt plurimum ita euenit.Datur quod bo
num eſt,ſed non æquum.l.j.ff.de vſuca.item contra datur inter-
dum quod æquum tantummodò,& non bonum eſt l. hac lege.
C.de pact.conuen.quo loci habetur,eſſe quidem bonum, atque
vtile mulieri res ipſius à marito gubernari, verùm id fieri æquũ
non eſſe,ſi mulier aduerſetur.Ita Accurſius. Quem hac in re to
to cœlo erraſſe,iam apud omnes vulgatiſſimũ eſt.Primus hunc
2 † errorem detexit Guliel.Budæus in illa ipſa l.j.ff.de iuſtit.& iur.
vbi de æquitate ita locutus eſt,vt quemadmodum aliis multis in
locis,ita in hoc qooq; quoddam veritatis quaſi ſignum ſuſtule-
rit.Quare illum multi poſteà ſequuti ſunt, Vld.Zaſius,& Marius
Solomon.in d.l.j.Alciat.lib.j.parerg.capit. xj.Franc. Conna.lib.j.
comment.iur.ciuil.cap.xj. Itaque cum Budæo concludendum
eſt,duo hæc verba æquum & bonum,quoties ſimul iunguntur,
illud ſignificare,quod Ariſtot.vocat ἐπιεικὲς, cuius Græci voca-
buli vim quoniam non vno tantùm vocabulo Latini exprime-
re poſſunt, ſolent hæc duo adhibere, quibus non duæ,ſed vna
eademque res ſignificatur. Sæpè etiam,dempta copula,dicunt
æquum bonum,vt poſt Donatum idem Budæus animaduertit,
ſic enim Cicero in Bruto.Deinde (inquit) æquum bonum teſta-
mentorum ſententias voluntatesq; tutatum eſt. Hinc formula
illa,æquum bonũ & æquius melius in arbitrio rei vxoriæ; hinc
etiam alii permulti loquendi modi fluxere,quiperſępè apud Te
rentium,Tullium,Liuium,aliosq; probatiſſimos auctores repe
riuntur.Græca illa vox ἐπιεικὲς, facilitatem exprimit quandã, cũ
æqualitate coniunctam:quare cum Latini vertunt æquũ & bo-
nũ,æqui appellatione exprimunt parilitatem,boni facultatem;
Idem enim dicitur vir bonus,qui facilis,& qui de iure ſuo non-
nunquam decedit. Atque hoc ita eſſe optimè ex eo intelligitur,
quia ita videmus interdum Ciceronem hoc vocabulo vti,& qđ
alibi bonitatem vocat,facilitatem appellare,vt in oratione pro
Cecinna,quo loci (vt ſupra retulimus) Ser.Sulpitium commen-
dat,ꝙ ea quæ proficiſcebantur à legib.& à iure ciuili,ſemper ad
facilitatem,æquitatemq; referret.Sicq; quæ alibi dicitur bonitas
& æquitas,ipſe ibi facilitatem, & æquitatem appellat.† Quod ſi
3 ſeorſum de bono mentio fiat,tùm quidem concedendũ eſt id,
quod tradit Accurſ.nimirum hac voce illud tantùm quod expe
dit,atq; vtile eſt,ſignificari,vt in d.l.hac lege.C. de pact. cõuent.
l.naturæ.in fi.ff.de reg.iur.l.j.ff.de vſucap.Non idem de æquitate
affirmari poteſt,quæ vel ſi ſeorſum vſurpetur,poteſt tamen idẽ
ſignificare,ac ſi cum bonitate cõiungeretur, vt cum Cicero in
eadem orat.pro Cecinna,ait,ſe ex campo æquitatis ad verborũ
anguſtias reuocari. Quanquàm non inficiamur ad alia quoq;
hoc verbum referri poſſe, quemadmodum poſtea oſtẽdemus.
Quoniam igitur huius vocis rationem iam probè tenemus, vi-
dendum eſt,quidnam hoc ſit,quod Græci vocarunt ἐπιεικὲς, ac
noſtri pariter à facilitate, & parilitate nominarunt. Fuit enim
hoc primum ex illis duobus, quæ nobis paulò antè explicanda
4 propoſuimus. Ariſtot.†lib.j.Rhetor.cap.13.ἐπιεικὲς, quod nos
appellamus æquum & bonum,illud eſſe definit,quod præter le
gem ſcriptam iuſtũ eſt:Quę tamen diffinitio primo aſpectu ſub-
5 obſcura videtur, immò nec videtur ſatis conuenire cum eo† qđ
tradit idem Ariſt.lib.j.Ethic.cap x.cum dicit æquũ & bonũ eſſe
emendationem legitimi iuſti. Aliud enim videtur eſſe, qđ præ-
ter legem quid ſit,aliud quod legem emẽdet.Itemq; illud vide-
tur eſſe dubium,quomodo Ariſto.velit æquitatem eſſe emẽda
tionem legitimi iuſti.Et nunquid in hoc ſentiat,æqui & boni ap
pellatione contineri actum illum, quo lex aliqua corrigitur, &
antiquatur vel abrogatur. Neq; enim certè hoc ſenſu æquita-
tem videtur Paulus accepiſſe in l.in omnibus.ff.de reg. iur.cùm
dixit,In omnibus quidem,ſed præſertim in iure ſpectandam eſ-
ſe æquitatem.Item nec Cicero,cum Sulpitium commendauit,
ꝙ omnia quæ proficiſcebantur à legibus ad æquitatem referre
ſolitus eſſet:Nam nec Pauli,nec Ciceronis ſenſus ſatis congrue
rent,ſi cum de æquitate lòquuntur,de correctione legis, & ab-
rogatione intellexiſſent.Sed minimè dubitandum eſt,quin ve-
riſſima ſint quę vttoq; in loco Ariſto.tradit.Verè æqtas eſt emẽ
datio legis,verè etiam æquitas præter ipſam legem eſt, nec ſanè
pugnant hæc inter ſe,ſed optimè ſimul conueniunt,vt non tan
tùm ex ipſo Ariſtotele,ſed etiã ex noſtris iuriſconſultis demon
ſtrari poteſt.Vt verò commodius intelligamus, quomodo hæc
emendatio accipienda ſit (qua ex re tota huius nodi explicatio
pendet) duo ſeorſum,& diſtinctè nobis conſideranda ſunt. Pri-
mò,qui ſint legis defectus,ſeu quæ vitia, quib. emendatio ad hi-
betur. Præterea quid illud ſit,vnde hæc emendatio deſumitur.
Defectus legis,qui egent emendatione,duo ſunt (vt docet ipſe-
met Ariſto) qui tamen ambo ab eadem cauſa proficiſcunt. Cõ
ſiderandum eſt leges quaſcunq;,vt & alia omnia iura, ſiue à ſo-
6 la natura prodierint,ſiue ab hominib.inducta ſint† ad facta ſem-
per aliqua referri,neq; verò ſemper factis omnib.æquè conueni
re,ſed pro ipſorum varietate variari,ac propterea fieri, vt qđ in
qualibet facti ſpecie ius ineſt,ea mutata, ſæpiſſimè illud mutẽ,
7 atq; ex iure iniuria efficiatur.Quocirca neceſſe eſſet,vt† qui per-
fectas vellet leges condere,quæ per ſe ſatis eſſe poſſent,& q̃ om-
ni carerent ambiguitate,quoſcunq; prorſus indiuiduos, ac ſin-
gulares rerũ euentus enumeraret,omnesq; illas, quas vulgò di-
cunt circunſtantias,exprimeret.Vt ſi percuſſorem vellet puni
re,deberet illa omnia legis ſcriptura complecti,lignonè,vel arũ
dine,an ferro percuſſerit;ꝙ ſi ferro,quanto,aut quali,an ne en-
ſe,vel mucrone,aut haſta,aliisve ſimilib. Exprimendum præte-
reà eſſet,qualem hominem,item quo loco,quo tempore, qua
occaſione,vel neceſſitate,quove conſilio, vel animo percuſſe-
rit: Quæ quidem tam multa ſunt,& tam multis modis variari
poſſunt,vt nemo vel prudentiſſimus legiſlator quicquam poſ-
ſet vnquam tam perfectè ſcribere,cui non multa,& addenda,&
detrahenda eſſent. Nec ſanè legiſlatoris culpa hoc cõtingit, ſed
ob rerũ agendarum propè infinitam multitudinem (vt rectè ait
8 Ariſto.) quia † quemadmodum,ſi res ſingulas à natura proditas
contemplemur,reperiemus eas non modò incertas, & inſtabi-
les,ſed & ferè innumeras eſſe, ita etiam ſi ad ſingulas ſingulorũ
hominum operationes animum conuertamus,videbimus illa-
rũ cùm numerũ propemodum infinitum eſſe, tum verò incre-
dibilem varietatem,& inconſtantiam. Facit verò hæc ipſa cau-
ſa (quemadmodum anteà dicere cœpimus) vt ſcriptæ leges duo
9 bus modis ſint imperfectæ † duoq; contineant peccata, quibus
emendatio adhibenda ſit.Atq; horum alterum volentib. legũ-
latori-

Source : BIU Cujas

latorib.contingit,alterum inuitis.Volentib.ijs contingit legem peccare,cū generatim illi aliquid decernunt,consultò enim sæpenumero id faciunt,quandoquidem vident non posse se oēs prorsus factorum species enumerare. Atqui cū has regulas generatim constituunt,ea potissimū spectant,quæ frequentius cōtingunt,& (vt dicit Theophrastus ἐπὶ τὸ πλεῖον id quod Pomp.
10 Cels.& Pau.animaduertunt.† l. iura constitui. l. lex ijs. l. nam ad ea.l.quoniam.ff.de legib.quib.in locis videnī mihi non tantùm de iis legibus loquuti esse,in quib. aliquid omittitur (:qua de re dicemus paulò post,cùm de secundo legis peccato agemus) sed etiam de illis,quæ generaliter loquuntur.Nam & illæ ad ea,quæ plerunq; accidunt,accommodantur, quicquid contra sentiat Fran.Conna.qui putat hęc inter se differre; ꝙ lex aliquid statuat ἐπὶ τὸ πλεῖον,& ꝙ generaliter loquatur.Nobiscum verò hac in re perspicuè sentit Arist.qui lib.1.Rhetor.cùm loquitur de hoc ipso peccato,quod volentib.legislatorib.contingit, his vtī verbis.Volentib.autem,cùm nequeant determinare,sed necesse sit
„ vniuersaliter dicere id, quod non ita semper, sed vt plurimùm
„ contingit.Idem etiam lib.5.Ethic. dicit, legem ideò generatim concipi solere,qa cùm lex non possit omnia perfectè enumerare,nihil tutius facere potest,quàm vt generaliter loquaī, illudq; in vniuersum assumat,quod plerūq; contingit,quamuis in hoc
11 peccatum ipsa suū non ignoret.Si potuissent legislatores casus omnes recensere,quib. pupillus contrahendo fraudem incurret,vel mulier pro alio intercedens verè deciperēt, certè in illis solis casib.id quod gestū esset,infirmassent:sed quia non permittebat incredibilis rerum varietas,vt id facere possent,propterea id ipsi quod vt plurimū solet euenire,tantummodò spectarunt. Et quoniam viderunt ita fieri plerunq;, vt pupillus contrahens sine tutoris auctoritate lædatur,item mulier decipiaī,q̄ pro alio intercedit,ideò generatim omnes mulierū intercessiones irritas fecerunt,ac quæcunq; cū pupillis sine tutoris auctoritate gesta essent,in qb.modò deterior pupillorū conditio fieri posset,nullius planè momenti esse voluerunt.l.obligari.ff.de auctorit.tut. inst.cod.in princ.toto tit.ff.& C.ad S.C.Velleian.Nam vel si possit interdū contingere,vt nec fraude vlla mulier circumueniaī, neq; vllū pupillo ex ea re damnū inferatur,non tamen id considerarunt legumlatores,sed voluerūt illi periculo occurrere,qđ vtplurimū pupillis,vel mulierib.imminere animaduerterūt. Et ita intelligi potest,quod ex Theophrasto refert Paul.in d.l.quoniam.ff.de legib. τὸ γὰρ ἁπλῶς μὴ δεῖν παραβαίνειν οἱ νομοθέται. Quapropter euenit sæpenumero,vt quæ in hunc modum à legib.generatim,atq; vniuersè statuuntur,tēperanda sint, atq; interpretatione coangustanda,quod demonstrat Aristot.hoc exemplo.
12 Fac pœnam contra omnes generali lege constitutā esse,qui ferro percusserint,atq; ita postmodò cōtigisse,vt qui digito annulum ferreū fortè gestabat,inter loquēdū extulerit manū, aliūq; percusserit.Si sola hìc legis verba spectes, erit iste certè hoc nomine condemnandus,sed quia nō malo id consilio fecit,ex ipsius legislatoris sententia nullam pœnam meretur. Huic persimile est exemplum,quod attulit Bart. in l.omnes populi. in 2.q. 6.q.prin.ff.de iust.& iur.& in l.non dubium.C. de legib. passimq; illud referunt cæteri interpretes,ac præsertim in l.quanuis.ff.de
13 in ius voc. Extat Bononiæ statutū † quo cauet, eū qui sanguinē fecerit in palatio,esse capite plectendum. Iam verò cùm, fortè quidam in palatio ægrotaret,tonstrina quidam accersitus est, q ex medici præscripto è vena illi sanguinem mitteret. Dicit Bar. hæsitatū diù fuisse, esset ne ille, qui sanguinem misit in palatio, statuti pęna afficiendus,ac tandem fuisse eū liberatū hac rōne, ꝙ verba legis captanda non sint, aut contra ipsius legis sentētiā accipienda.Sententiam verò statuentiū fuisse, vt eū solum puniret qui per iniuriam,non eum q salutis gratia sanguinem emisisset.Habemus iam primū,in quo lex peccare solet, ita vt emēdatione indigeat. Alterū ipsius legis peccatum est,atq; id nō volentib.sed inuitis legumlatorib.contingit,vt ibidem docet Aristot.cùm aliquid ipsos legūlatores effugit, quod propterea imprudentes omittūt.Itaq; fit,vt in legib.condendis non ea de cā peccare soleant,ꝙ casus nonnullos tanquā rarò euenientes cōsultò omittant,vt in illo exemplo,quod de Lazaro in vitam re
14 uocato tradit Accur.in l.ex iis.ff.de legib.verumetiam†qa nonnulla imprudentibus excidunt, quæ maximè exprimere fuisset opus,cum homines non ea mentis acie sint, vt omnia animaduertere,omniaq; puidere possint.Vnde Iustin. hac de re loquēs dicit mortalis ingenii imbecillitati esse aliquid condonandū. l.2.§.sed & si quid forsan prætermissum.C.de vet.iu.enucl.Quare sicut primùm illud legis peccatum positum est in eo, qđ plura,q̄ oporteat legis scriptura fuerint comprehensa, ita hoc fm in eo consistit, ꝙ fuerit aliquid prætermissum.Ac sicut ibi verba legis coangustanda sunt,ita hìc suppleri,ac dilatari debent. Docemur hoc à Iuliano in l.non possunt.ff.de legib.Cum dicit,nō posse omnes articulos sigillatim aut legib.aut S.C.comprehendi.sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, ad similia procedendum esse.Traditq; hoc idem Vlp. ex Pædii sentē
„ tia in l.seq.vbi ita inquit. Nam,vt ait Pædius, quoties lege aliqd
„ vnum, vel alterum introductum est,bona occasio est cætera q̄
„ tendunt ad eandem vtilitatem,vel interpretatione, vel certa iu-
15 risdictione suppleri. Vt verò † exemplis clariùs hoc totum red datur, conuenit maximè inter alia exemplum, quod affert Vlp. in l.si quis id quod.ff.de iurisd.om iud.Pœna quingentorum aureorum edicto prętoris constituta erat in eum,qui quod propositum erat,in albo prætoris corrupisset:corrupit verò aliquis,nō cū propositū esset,sed cum proponeretur, vel anteà: quoniam constat hos casus non consultò,sed imprudenter fuisse prætermissos,ideò dicit Vlp.edicti quidem verba cessare,sed sententiā edicti & ad hæc porrigendam esse. Simile etiam exemplum habetur in l.2.§.si mater.ff.ad Tertul.quo loci emendat Vlp defectum illius rescripti,quod matri ius denegat vendicandorū bonorum intestatorum filiorum,si ipsis viuentibus idoneos tutores non petierit,aut prioribus excusatis,vel reiectis, non confestim aliorum nomina ediderit:emēdat(inquam) in eo, quod de tutoribus tantùm loquitur,ac de curatoribus mentionem nullam facit,suppletq; ipse Vlpi. quod Imp. minùs animaduerterat.Quid si curatores(inquit) non petijt?verba rescripti deficiūt,
„ sed dicendum est,siquidem impuberibus curatores non petiit, eandem esse rationem. Cernitur hoc idem & aliis multis in legibus,vt in §.penul.inst.de eo cui lib.caus.bo.addic.item in l.scire etiam oportet.§.sed & si maximè.ff.de excus.tut. Sed & si ma
„ ximè (ait ibi Modestinus) verba legis hūc habeant intellectum,
„ tamen mens legislatoris aliud vult. Itaq; naturalis semper causa est,ꝙ lex scripta egeat emendatione,& ꝙ vel coangustari, vel suppleri debeat,cum semper id contingat vel propter humanarum operationum nimiam varietatem,& inconstantiā, vel pp humani ingenii imbecillitatem, vt iam plenè explicuimus. Et hoc est quod dicit Pompon.in l.2.§.his legibus latis ff. de orig.
16 iur.post latas leges 12.tabul.cueniſſe. ꝙ † naturaliter euenire solet, vt earum interpretatio prudentum auctoritatem, necessariamq;
17 disputationē fori desideraret.Hinc Rhetores† inter alias constitutionum species legitimam statuunt,in qua cùm multis aliis ex rebus oritur controuersia,tùm præsertim ex scripto, & sententia. Exemplum affert Cicero,quod est eiusmodi: Lex sit, quæ iubeat eos,qui propter tempestatem nauē reliquerint, omnia perdere; ꝙ si nauis conseruata sit,eorum nauim, cæteraque esse,qui manserunt in naui.Magnitudine tempestatis omnes perterriti nauem reliquerunt & in scapham conscenderunt,prętervnum ægrotum,is propter morbū exire, & fugere non potuit; casu,& fortuna nauis in portum delata est incolumis,illā ægrotus possidet,nauim petit ille,cuius fuerat. Hæc constitutio legitima est ex scripto,& sententia:hìc. n. ea de re agetur an ne verba legis,quamuis nullam contineant restrictionem, tamen ex ipsius legis sententia coangustanda sint, atq; in iis solis accipiēda, qui consultò in naui manserunt,cùm videatur legislator id egisse,vt eorum industriam,qui in naui essent,eius spe premij ad seruandam nauim excitaret.

ARGVMENTVM.

QVibus ex rebus sumatur illa legum emēdatio,siue directio (Græci ἐπανόρθωμα,vocant) in qua æquitatis vis omnis posita est.

SVMMARIVM.

1 *Debet legis emendatio legislatoris sententiæ conuenire.*
2 *Scire leges non est sola earum verba tenere.*
3 *Alijs legibus aliæ rectissimè declarantur.*
4 *Optima legum interpres consuetudo.*
5 *Ciuilis æquitas quæ sit.*
6 *Ciuilis æquitatis maior est auctoritas, quam naturalis.*
7 *Vbi alia omnia cessent, ex iure naturali legum interpretatio desumenda est.*
8 *Mutua quasi cognatio inter ius naturale & ciuile.*
9 *Verba legum interpretationis facilitate laxanda sunt.*
10 *Qua in re maximè æquitatis vis posita sit.*
11 *Non seueritati, sed stricto iuri æquitas opponitur.*
12 *Laxamentum verborum appellat Cicero æquitatem, quòd per eam à verborum angustiis recedatur.*
13 *Exempla nonnulla ex Arist. & Eustratio, quibus æquitatis exercitium rectius demonstratur.*
14 *Quid sibi velit Vlp. cùm dicit, ius esse artem æqui & boni.*
15 *Regula Lesbia quid sit, & quàm congruenter illam æquitati comparet Aristoteles.*

CAP. XXX.

DE duplici legis peccato,cui legis emendatio adhibetur,ita hucusque egimus,vt ex iis quæ diximus intelligi possit,hanc emendationem non contra legem,sed præter legem esse,ac legislatoris si minus verbis, at certè menti, ac rationi conuenire, ideoq; legem non tàm corrigere,quàm dirigere, & moderari, hoc

Source : BIU Cujas

hóc enim significat Græca illa vox ἐπανόρθωμα, qua vtitur Arist. Vnde Diuus Thomas, Ioannes Burid. alijq; pleriq; Aristotelis interpretes eam non emendationem, sed directionem nominant. Videndum modò est, vnde hæc legis tùm suppletio, tùm restrictio desumenda sit, siue emẽdatio appelletur, siue directio, namque hoc non multum refert. Ex quo etiam simul intelligetur, quando illa verè æquitas dici possit. Et an hoc eodem modo, quo sumitur ab Aristotele, à nostris quoq; iurisconsultis eq
1 tas accipiatur. Possemus generatim hic concludere † hanc suppletionem, & restrictionem ex ipsius legislatoris mente desumi: vt sæpe inculcat Arist. rectéque etiam colligitur ex legibus supra adductis. Sed quia hæc mens variè conijci potest, vt magis distinctè loquamur, dicamus tria esse, ex quibus sumi potest recta legis expositio (sic enim non absurdè possumus appellare, quam alij emendationem, alii directionem vocant) siue suppletione, siue restrictione lex indigeat. Primò sumi potest ex iis, q̃ in eadem lege vel præcedunt, vel sequuntur, arg. l. si seruus plurium. §. vlt. ff. de leg. j. Et tunc crediderim non rectè æquitatis nomen vsurpari posse. Nam æquitas præter legem scriptam est, vt rectè docet Arist. At quod ex iis, quæ eadẽ in lege scripta sunt, saltem per interpretationem desumitur, non potest videri præter legem esse, immò rectè legitimum appellatur, perinde ac si expressim lege illa cautum esset, vt disertè tradit Iustin. instit. de leg. patr. tute. passim, & in tit. sequenti. Neque enim sola verba legis legem perficiunt † cùm nec scire leges sit verba earum tene
2 re, sed vim & potestatem, vt ait Celsus in l. scire leges. ff. de legibus. Et hoc est primum, quod spectare debet legis interpres, ne quod in lege dubium est, ex alia legis parte declarari possit. Quod si minus fieri posse videat, secũdò animaduertere debet, †possitne casus in ea lege omissus, quam sibi interpretandã pro
3 ponit, alia aliqua lege determinari: & si lex scripta nulla extabit, ad mores, & consuetudinem confugiet, inspicietq; quo iure ciuitas retrò in eiusmodi casibus vsa sit. l. de quib. ff. de legibus. Est † enim optima legum interpres consuetudo l. si de interpre
4 tatione. ff. de legibus. Quid porrò dicemus de hac ipsa interpretatione, quæ vel ex alia lege, vel ex consuetudine sumitur, dicemus ne illi æquitatis nomen conuenire? Putarem ego id planè negandum esse, quoties id quod vna lege prætermissum fuisset, vel obscurè traditum, alia lege, vel cõsuetudine, planè decisum reperiretur. Verùm, si non illud idem reperiretur esse decisum, rectè posset æquitatis nomen vsurpari: quamuis, vel in supplendis iis, quæ lege prætermissa essent, vel ijs coangustandis, quæ nimis generatim fuissent tradita, aliàs aliquas potius ciuiles leges, quàm naturalia præcepta præ oculis haberemus. Ita sentit Triphon. in l. bona fides. ff. depositi. Bona fides, inquit, quæ in contractibus exigitur, æquitatem summam desiderat, sed eam vtrũ
» æstimamus ad merum ius gentium, an verò cum præceptis ciui
» libus, vel Prætoriis? &c. ac † tunc poterit appellari æquitas ciui-
5 lis: Siquidem hoc modo accipi æquitatem ciuilem ostendit Vlpian. l. j. ff. de pactis: dum ibi naturalem æquitatem appellat, quæ ex præceptis naturalibus emanat, quasi velit eam disiungere ab æquitate ciuili, quam ex præceptis ciuilibus oriri sentit. Expressius verò idem Vlp. tàm de ciuili, quàm de naturali æquitate mẽtionem facit in l. j. §. hæc actio. ff. si quis test. lib. esse, iuss. fuerit. At que hìc prætereundum non est, huius † ciuilis æquitatis maio-
6 rem esse auctoritatem, quàm naturalis. Quandoquidem si videãtur aliquando inter se dissidere, præcepta ciuilia, & naturalia, pferuntur ciuilia; Nunquam enim à iure naturali lege recedunt, nisi ex maxima causa, & cùm alioquin in præceptorum naturalium explicatione maximum aliquod absurdum contingeret: veluti si publicæ vtilitati non aliter prospici posset, nisi à naturę simplicitate aliqua ex parte recederetur. Qua de re dicetur à nobis fusius, cùm de obligationibus propius agemus. Illud verò constanter retinendum est, quod & aliàs diximus, leges ciuiles ne tunc quidem, cùm videntur naturalibus præceptis aduersari, naturali iure destitui, immò tunc quoque illis naturam suffragari, quæ semper monet, & instat, vt patriis legibus pareamus. Vidimus iam duo, ex quibus legum emendatio desumenda est.
7 Tertium, & postremum illud est † vt quoties neq; ex eadem, neque ex diuersa aliqua lege, aut consuetudine desumi aliquid potest, ex quo legis vitium temperando, vel supplendo emendet, ad ius naturale decurramus. Quod vt fieri omninò debeat, facit
8 duplex illud quasi mutuæ cognationis vinculũ † quod (vt aliàs diximus) inter ius naturale, & ius legitimum intercedit. Vnum, quod hac potissimum de causa conditæ fuerunt leges ciuiles, vt iuri naturali præsidio essent, quod alioquin improborum iniuriis nimis patuisset, ita vt illorum labor omnis, & studium consumatur in conseruatione naturæ. Alterum (& in hoc ius naturæ, quod legum ciuilium præsidio munitum est, ipsis mutuum quodammodò præstat officium) quia leges ciuiles non aliunde robur, neque honestatem, ac iustitiam assumunt, quàm à iure naturæ, illarumque ius omne à sola natura petendum, atq; impetrandum est. Quapropter cum leges ciuiles à iusto naturali quasi vitam, & spiritum assumant, contraq; etiam totis virib. in naturæ conseruationem inclinent, nihil tàm rationi consentaneum est, quàm vt quoties illæ aliqua in re peccant, à iusto naturali emendentur, & ad rectam quasi naturæ semitam dirigantur, ita vt natura legibus ciuilibus semper consentiat, semperq; in illis regnet, ac dominetur. Ac propterea verba legum non tã
9 strictè, & superstitiosè obseruanda sunt † sed quadam interpretationis facilitate laxanda, & quammaximè fieri possit, ad naturæ legem accommodanda. Hoc verò cùm facimus, ac cùm ex præscripto naturę ea temperamus, ac moderamur, quæ non rectè à legibus generatim definiri potuerunt, quin vel prætermissum aliquid, vel quid amplius fuerit comprehensum, quod
10 à legislatoris mente abhorreat, † tunc verè dicuntur vti æquitate, & ex æquo bonoque interpretari, vt docemur à Scæuola in l. de accessionibus. ff. de diuers. & tempor. præscrip. De accessio-
» nibus possessionum (inquit) nihil in perpetuum, neque general-
» liter definire possumus, consistunt enim in sola æquitate. Qua
11 ex re intelligitur † æquitatem seueritati, sed potius stricto iuri tanquam suo contrario opponendam esse, vt concludit etiam
» Diuus Thomas in 2. 2. quæst. 120. artic. 1. & probatur in l. placuit.
» C. de iudiciis. Placuit omnibus in rebus (ait ibi Constant.) præcipuam esse iustitiæ, æquitatisque quàm stricti iuris rationem. Stricto iure vtimur, cùm verborum angustias tantùm attendimus, idque etiam appellatur summum ius, vnde factum est tritum sermone prouerbium. Summum ius, summa iniuria, quod Terentius, Tullius & alii persæpe vsurpant. Aequitas verò ab angustijs verborum recedit, nimisque arcta legum quasi vincula relaxat, & non tàm litterarum angulos, quàm naturalem rationem atque honestatem ante oculos sibi proponit. Quod probè explicat Cicero in oratione pro Cecinna. Istum locum (inquit)
» fugis, ac reformidas, & me ex hoc (vt ita dicam) campo æquita-
» tis, ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos
» reuocas, in his ipsis includere vis insidiis, quas mihi conaris op-
12 ponere. Hac † de causa æquitas legis laxamentum rectè dici potest, & sic appellat Cicero, qui in oratione pro Cluentio his verbis vtitur. Non modò causæ, sed ne legi quicquam per tribu-
» nos plebis laxamenti datum est. Quod laxamentum multis in
» rebus necessarium est, vt supra diximus, idque hoc exemplo de
13 monstratur. † Lege punitur, & quidem meritò, qui alienas nuptias adulterio polluerit. Verùm si quis fortè cum vxore Tyranni ideò rem habuerit, quòd videret ea ratione maximè fieri posse, vt ipsius vxoris ope Tyranno interfecto patriam liberaret, ac verè idipsum postea præstiterit, certè in hac specie verbis laxamenti nonnihil dandum est, pœnaque huic condonanda, qui benè de Repub. meritus sit, vt Eustrat. in lib. 5. Eth. animaduertit. Dubitari verò non oportet, quum tunc quoque verba legum laxanda sint, cùm de odio, ac pœna agitur, si id modò ratio fieri suadeat. Est enim æquissimum eam sumere interpretationem, ne qui delinquit pœnam euadat, vt habemus in l. j. §. hæc actio. ff. si quis testamen. lib. esse iu. fu. Hæc actio in factum (ait
» ibi Vlpian.) naturalem potius, quàm ciuilem habet in se æquita-
» tem, siquidem ciuilis deficit actio, sed natura æquum est, non es-
» se impunitum eum, qui audacior hac ipse factus est. Maximè etiã
» hìc quadrat exemplũ illud, quod de peregrino Eustatius affert. Lex sit, vt si peregrinus murum ascenderit, impunè à ciuibus interfici possit. Cũ hostes in eam ciuitatem irruissent, peregrinus murum ascendit, & pro ciuium salute strenuè, ac fortiter dimicauit. Hunc postea ciuis interfecit, quòd eum legi aduersatum esse diceret. Quæritur, an impune hoc ciui esse debeat. Si verba legis spectes, nullo ciuis supplicio affici potest; apertissima enim verba sunt, quæ ipsi impunitatem concedunt. Sed æqui boniq; ratio huic impunitati reclamat, monetque, & instat, vt impia, atque ingrata interfectoris acerbitas seuerissimè puniatur. Itaq; videmus in legum scriptarum interpretatione, ac quasi temperamento hanc, quam quærimus, æquitatem elucere. Vnde me-
14 ritò Vlp. in l. j. ff. de iust. & iu. dixit † ius esse artem æqui & boni, cum ij qui hanc artem interpretantur, ex æquo & bono leges profiteri debeant. Neque verò ibi eum habuit sensum Vlp. quẽ Beluisius, & Bald. existimarunt in ca. j. §. ad hoc. de pace iur. firm. vt æquum & bonum pro iure accipere voluerit, sed vidit eorũ, qui hanc artem profitentur (quàm idcircò dicit esse æqui & boni) proprium munus esse, vt missa verborum superstitione, ex naturalis rationis præscripto interpretentur, dilatent, restringant, moderentur, inflectant, ac denique id vnum agant, vt naturali rationi, atque honestati legis scriptura in primis aptetur,
15 atque ex omni parte cohæreat. Quocirca † mirificè conuenit similitudo illa de regula Lesbia quam æquitati Aristoteles comparat, vt ipsius æquitatis proprium munus, & officium apertissimè nobis ante oculos ponat. Cùm in Lesbo insula lapides omnes, quos in ædificiis construendis adhibebant, varij, atque inæquabiles essent, quippe qui propter duritiem non commodè incidi, neque expoliri, aut ad certam figuram redigi poterant, solebant, qui ædificabant plumbea norma vti, quæ ad inæqualem lapidis figuram flectebatur, vt ea ratione lapides mox alios inuenirent vel eadem figura, vel non prorsus dissimili, qui cum primis aptè cohærerent. Perssimilis certè æquitatis ratio est, nam quemadmodum norma illa Lesbia, non ad regulam suam, quæ

ipsi

Source : BIU Cujas

ipſi nulla certa erat, ſtructuras exigebat, ſed illis potius ſe accõmodabat, facileque ex omni parte cedebat. Ita facit æquitas, vt quando hominum actiones tàm variæ, tamq; inter ſe inęquales ac diſſimiles ſunt, vt quaſi Lesbii lapides, nullis certis regulis aptari poſſint, nullisq; legibus perfectè, atq; definitè comprehendi, facit (inquam) æquitas, vt ipſis ſaltem factorum ſpeciebus aptentur congruenter quæ à legibus traditę ſunt regulę, ac pro negotiorum natura variè flectantur, atque mutentur, quo magis rebus ipſis, atque negotiis conueniant. Quare propius quàm cęteri videtur mihi Bald. æquitatis naturam attigiſſe in l. ſi defunctus. col. vlti. C. de ſuis & legit. cum dixit, æquitatem eſſe certum modum, & rationem, qua leges, & pacta interpretari rectè poſſimus.

ARGVMENTVM.

BReui deſcriptione aliquantò clarius, & luculentius æqui & boni naturam exprimi poſſe, ex cuius deſcriptionis explicatione mox demonſtretur, vnde illud ipſum ſumendum ſit, & ad cuius iuris emendationem adhibeatur.

SVMMARIVM.

1 *Nullum aliud æqui & boni genus eſt, quam iuſtum.*
2 *Æquum & bonum non poteſt abſolutè dici iuſto melius, ſed melius aliquo iuſto.*
3 *Quod eſt ſimpliciter iuſtum, per ſe ſtat, ſed æquum & bonum refertur ad alterum.*
4 *Quid ſit, quod ſibi potiſſimum æquitas proponit.*
5 *Non iuſti naturali, ſed tantum legitimo æquitatis remedium adhiberi.*
6 *Natura non peccat, ita vt hominum emendatione indigere poſſit.*
7 *Declaratur l. bona fides. ff. depoſiti.*
8 *Vt in natura, ſic in iure naturali monſtra interdum nonnulla contingunt.*
9 *Si ius naturale recipit interdum emendationem, non id facit vt naturale eſt, ſed vt legis ſcriptura comprehenſum.*
10 *Diſtinctio naturalis, & ciuilis æquitatis non ex iuſto, quod emendat, ſed tantùm ex iuſto quod emendatur, deſumi poteſt.*
11 *Poſſit ne ius gentium ex æquo, & bono emendari.*
12 *Comani ſententia reijcitur.*
13 *Quòd nudæ conuentiones omnes efficaces eſſent, non iure gentium, ſed iure ciuili inductum eſt.*
14 *Solius vtilitatis ratione æquitas non adhibetur.*
15 *An ſicut lex ſcripta, ita etiam conſuetudo æquitatis temperamentum recipiat.*
16 *Quid à lege differat conſuetudo.*
17 *Ipſa quoque conſuetudo ad ſimiles caſus extenditur.*
18 *Duo quæ ad æquitatem neceſſaria ſunt, in conſuetudine nunquam interueniunt.*
19 *Quantum ad æquitatem pertinet, conſuetudinis, & iuris naturalis, eadem ratio eſt.*
20 *Aliud eſt ſcripturam conſuetudinis, aliud eſt conſuetudinem ipſam ex æquo, & bono moderari.*
21 *Nunquid ſi deſcribatur æquitas, æquitatis nomen amittat.*
22 *Differt æquitas tùm à correctione legis, tùm etiam à diſpenſatione.*
23 *Longè aliter in diſpenſatione cauſa conſideratur, quàm in interpretatione ex æquo & bono.*
24 *Sunt caſus quos ab Eccleſiæ præcepto propria auctoritate excipere poſſimus.*

CAP. XXXI.

VErùm vt nos breui deſcriptione plenius aliquantò hoc totum complectamur, quod de æquitate, ſiue de æquo & bono hucuſque traditum eſt, dicamus æquum & bonum eſſe iuſtum, non quidem per ſe, neq; prout ſimpliciter iuſtum eſt, ſed quatenus ea, quæ lege præcipiuntur, non prętęr veri ſimilem legiſlatoris mentem, vel dilatando, vel coanguſtando moderatẽ. Diximus:

1 iuſtum † quia verè nullũ aliud eſt genus æqui & boni, quàm iuſtum, vt probè explicat Ariſto. qui quanuis dixerit æquum & bonum eſſe iuſto melius, non tamen intellexit, debere illud ad præſtantius aliquod genus referri. Neq; enim abſolutè dixit illud eſſe iuſto melius, ſed eſſe melius aliquo iuſto. At nõ idcirco negari poteſt † quin quod æquum, & bonum eſt, idem ſemper & iuſtum ſit. Quemadmodum etiam negari non poteſt, quin homo animal ſit, quanuis veriſſimè dici poſſit, eſſe ipſum aliquib. animalib. immò cæteris planè omnib. præſtantiorem. Diximus poſteà, iuſtum non per ſe accipiendũ eſſe, neq; quatenus tantummodò iuſtum eſt, vt poſſit dici æquum & bonum. Quod ipſum ea ratione affirmauimus; quia ſi nulla in re differret æquũ & bonum ab eo quod ſimpliciter iuſtum eſt, non poſſet eſſe iuſto pſtabilius, vt verè illud præſtabilius eſſe demonſtrat Ariſto. ex cõ

2

muni loquendi conſuetudine; Itemq; non rectè iuri opponere tur, quemadmodum opponitur in l. j. C. de legib. & in l. placuit. C. de iudic. Quare licèt genere cum iuſto conueniat æquum & bonũ, immò non tantùm genere, ſed & ſubiecto, & eſſentia cõ-

3 uenire poſſit, tamen ratione ab ipſo differt. Siquidẽ † iuſtũ per ſe ſtat, totumq; ſuũ eſt, at æquũ & bonũ non per ſe ſtat, ſed ad legis emẽdationem refertur; quare inter ea percenſeri debet, quæ cũ altero conferuntur: nulla enim æquitas eſt, quæ non ſit alicuius legis æquitas, vt è contrario nulla eſt lex, q̃ non ſit alicuius æquitatis lex, hoc eſt cuius interpretatio æquitatis præſidium nõ expoſcat; Cùm nihil tam enucleatè tamq; definitè, atq; accuratè

4 ſcribi poſſit, q̃ non multa temperandum ſit æquitate. Cuius † quidem hoc vnũ negotium eſt, vt ad id quod rationi conſentaneũ eſt, ſcriptarũ legũ ſenſus accommodet. Id verò certè facere non poſſet, ſi ſola per ſe ſtaret, nec legis alicuius ſcripturæ ſemper aptaretur. Quare æquum & bonum demptà illa ſcriptura, in cuius interpretatione poſitum eſt, remaneret quidem iuſtũ, ſed æqui & boni nomẽ prorſus amitteret. Diximus inſuper, referri æquũ & bonũ ad ea, quę legib. præcipiuntur, vt demonſtraremus, non

5 † iuſtum naturale, ſed tantùm legitimum ex æquo & bono emẽdari poſſe. Qua in re auctorem habemus Ariſt. in locis ſupra citatis. Namq; is lib. 5. Ethic. dicit, æquũ & bonũ emendationem eſſe legitimi iuſti, ac lib. 1. Rhet. illud definit eſſe æquũ & bonum, quod præter legẽ ſcriptã iuſtũ eſt. Cur verò iuſtũ naturale nullã, expoſcat, immo nec admittat æquitatem, ratio ea eſt; quia ſi ẽt in iuris naturalis interpretatione adhibendã eſſe æquitatẽ cõcederemus, cogeremur ea ratione fateri, peccare naturam, atq; hu-

6 mana emendatione indigere; At hoc fieri non poteſt † ſiquidem (vt docet Auerroes lib. 12. metaph.) à Deo ſummo, & opt. tota natura dirigitur, quem peccare nec velle, nec poſſe vnquàm cõpertiſſimum eſt. Quod ipſum ea quoq; ratione confirmatur, qa ſi æquum & bonũ prætęr legẽ ſemper eſt, lex verò naturalis ea planè omnia tacito monito nobis p̃cipit, atq; ſuggerit, q̃ ad piè, ſanctè, & honeſtè viuendum neceſſaria ſunt, vt alias pleniſſimè diximus, conſequens certè eſt, hoc quod æquum & bonũ appellamus, nullo modo poſſe ad legem naturalem accommodari.

7 Attamen † in contraria ſententia videtur eſſe Triphon. in l. bona fides. ff. depoſiti, quo loci ſentit iuſtum illud naturale, quo iubemur depoſiti fidem ſeruare, à ciuilib. præceptis coanguſtari poſſe. Nam ſi cuiuſpiam bona ex iuris ciuilis prę ſcripto publicata fuerint, non eſſe illi rem depoſitam reddendam aſſerit, ſed in

„ publicum deferendam. Verba ipſius hæc ſunt. Bona fides, quæ
„ in contractib. exigitur, æquitatem ſummam deſiderat, ſed eam
„ vtrum æſtimemus ad merum ius gentium, an verò etiam prece
„ ptis ciuilibus, & prætorijs? Veluti reus capitalis iudicii depoſuit
„ apud te centum, is deportatus eſt, bona eius publicata ſunt. Vtrũ
„ nè ipſi ea reddenda, an in publicum deferenda ſunt? Si tantum
„ naturale gentiũ ius intueamur, ei qui depoſuit reddenda ſunt, ſi
„ ciuile ius, & legũ ordinẽ, magis in publicũ deferenda ſunt; nam
„ malè meritus publicè, vt aliis exemplo ſit, & egeſtate laborare debet. Hanc difficultatem Ioan. Buridanus auctor non cõtemnendus lib. 5. quęſt. moraliũ q. 27. ita explicat, vt dicat iuſtũ naturale duobus modis accipi poſſe. Primò quidẽ pro eo, qđ in vnaquaq; facti ſpecie ſingulari, atq; indiuidua dictat nobis, atq; præcipit ratio naturalis; Et hoc modo concedit ius naturale nullã ęquitatem deſiderare, ac ne quidẽ admittere; tùm qa nulla legis ſcriptura perfectè id vnquam poteſt cõprehendi, ad quã mox adhibeatur interpretatio ex æquo & bono, tũ qa qđ nobis natura ſuggerit, ſemper æquũ & bonũ eſt, ſemperq; iuſtitiæ, atq; honeſtati maximè conſentaneũ. Vnde nihil conſinet, qđ detrahi, vel ſuppleri, aut vlla rõne emendari poſſit. Scđò dicit Buridan⁹ poſſe accipi ius naturale pro iis præceptis, q̃ vel ſi plerunq;, atq; in vniuerſum, non tñ ſemper, atq; in ſingulis factorũ ſpeciebus naturæ ꝙueniũt, quale eſt illud, cuius ꝓximè meminimus, depoſitũ reddere. Et hoc mõ putat poſſe nos ius naturale æqtate moderari. Ceſſant. o. illæ duæ rõnes, ꝓp quas in ſuperiore huius diſputationis capite dixmus æqtatis vſum impediri. Nam & rectè hæc p̃cepta naturalia in ſcripturã redigi p̃ñt, & iuſtitiæ, ac rõni naturali nõ ſemp cõſentiũt. Eſt. n. interdũ, cũ depoſitę rei reſtitutionẽ naturalis rõ interdicit. Idq; ſubiectæ materiæ vitio cõtin-

8 git, ſicut † & in reb. corporalib. materiæ vitio fit interdũ, vt cum ſex digitis hõ naſcat, aliaq; eiuſmodi monſtra nõnunquã cõſpiciant. Qđ quoties in p̃ceptis naturalib. cõtingit, toties vĩ ius ipſum naturale æqtatis adminiculo indigere. Verũ ſi hanc ſñiam amplecteremur, ac ꝙcederemus ius naturale aliquo mõ ſaltem ęqtatis p̃ſidiũ deſiderare, poſſemus Ariſtotelẽ nõ immeritò accuſare, q̃ iuri tñ legitimo æqtatẽ tribuit: dicit. n. æquũ & bonũ, emendationẽ eſſe legitimi iuſti. Siqdẽ parũ ipſi ſuffragat Buridani defenſio, q̃ dicit, Ariſtotelẽ, cũ de iure legitimo loquutus eſt, eaten⁹ tñ ius naturale excludere voluiſſe, quatenus primo mõ ſumit, nõ quaten⁹ vniuerſalib. naturæ p̃ceptis ꝓtineẽt, cũ ab ſurdũ ſit, à natura ſeparare p̃cepta illa naturalia, q̃ natura noſtris mẽtitibus inſeruit, & quæ nihil planè ciuile continent, ſed in ſola natura conſiſtunt; neque enim ea ſola de cauſa iuri legitimo tribui debent; quia lege ſcripta cõprehendi, ac definiri poſſunt.

Exiſtimo

Source : BIU Cujas

Existimo igitur ego simpliciter, ac propriè accipiēdum esse id, quod sentit Aristot.solius iusti legitimi æquitatem esse,naturalis verò non esse. Nam si † præceptum naturale per se ꝑsideres, 9
vt naturalē est, nulla certè eget emendatione,aut restrictione: nō enim egreditur illos fines, quos ipsi natura præscripsit, neq; in ijs speciebus naturale dici potest, in quibus natura illud seruari prohibet. Quod si illud considerES, vt in scriptum redactum est,in eo quod peccat emendari debet.Peccat verò in eo, quod nimis generaliter conceptumest.At hoc non naturę peccatum est,sed legis,atque scripturæ.Quare,vel si naturale sit prę ceptum,nunquam tamen vt naturale, sed vt legitimum emendatur.Ideò rectè sentit Aristot.ad ius legitimum tantùm æquitatem adhiberi;nulli enim planè iuri,nisi quà lege scripta comprehensum est, adhibetur illa interpretatio, in qua diximus æquitatis munus omne, atque officium expleri. Distinctionem 10
† ergo illam,cuius supra meminimus,naturalis, & ciuilis æquitatis ex iusto,quod emendatur,desumere non poterimus, cùm illud semper vel legitimum sit,vel vt legitimum consideretur. Rectè autem illam desumemus ex eo iusto, quod ad alterum emendādum adhibetur.Id enim si ciuile est,ciuilem, si naturale, naturalem æquitatem constituit, vt sentit Vlp. in l. 1. ff. de pact.& in l.1.§.hęc actio.ff.si quis test.lib.esse iussus fuerit. Sumi verò hanc emendationem,non modò ex naturalibus, sed etiā ciuilibus præceptis docet Triphon.in d. l. bona fides. ff. depos. Sed erunt qui hac de re forsan addubitent:nam quod diximus, ius naturale non posse ex æquo & bono emendari, nisi qua legis scriptura comprehensum est,id quidem expeditissimum est si loquamur de eo iure naturali, quod nostri ius gentium primæuum appellant,sed si loquamur de illo quod secundum nominant,videtur hoc dubiū;Immò Franc.Connanus concludit ius gentium secundum verè à legibus ciuilibus emendari posse.Cùm enim illud à simplicitate naturæ aliquātum recesserit, 11
vt hominum vtilitati seruiret † propterea putat rursus posse ex ęquo & bono à legislatoribus quasi emendari, atque ad naturæ simplicitatem reuocari, licèt iudicibus non eandem potestatem concedat.Exempli gratia(inquit) naturæ ius est, dictorum omnium fidem esse pręstandam.Ius gentium restrinxit hoc ad eos contractus,qui frequentiores erant,& magis ad hominum vsum necessarij,quos vocamus nominatos, & ad eas conuētiones,quas iam aliqua ex parte rei interuentus confirmarat, quo iure gētiū obstringitur iudex, nec potest illud decreto suo mutare;at lex potuit, quæ stipulationibus vim addidit obligationis. Itaque † Connanus meo iudicio non rectè sensit, putauit 12
enim illam restrictionem iure gentium fuisse factam,vt prętereà nōnullas frequētiores † aliæ nudæ conuentiones,in quibus res 13
nulla interuenit,inefficaces essent,sed totum hoc falsum est,vt plenius ostēdemus in Rub.de verb.obligat.(vbi nisi nostra nos fallit opinio)planum faciemus hac in re & Cōnanum,& alios à veritatis scopo longissimè aberrasse Quantum verò ad hoc attinet,quod nobis in præsentia propositum est, constanter affirmari posse credimus,vt non iuri naturali, ita nec iuri gentiū æquitatis moderationem adhiberi. Quod & Aristot. sentit,& ex ijs,quæ aliàs docuimus, rectè colligi potest. Demonstratum à nobis aliàs est,huius iuris inducendi, quod gentium appellatur,eam fuisse occasionem, quia multa ad communem vtilitatem homines inuenerunt, in quibus tamen sedulò id egerunt, vt ea omnia ad ius naturæ accommodarent. Quare duo sunt pręcipua,quę in hoc iure gentium considerari possunt,vtilitas, & honestas.Exigit vtilitas emptiones in vsu esse fidem verò in ijs datam seruare,non tantùm vtilitati,sed etiam iustitiæ,& honestati consentaneum est.Iam verò cùm ad ius gentium moderationem, & temperamentum æquitatis adhiberi posse dicis, aut vtilitatis causa id fieri asseris,aut iustitiæ,& honestatis.Si so- 14
lam † vtilitatem spectabis, non rectè huic moderationi æquitatis nomen tribues;siquidem æquum & bonum non vtilium, sed iustorum genere continetur, ac cùm illud definit. Aristot. in ipsius diffinitione iustum tanquam genus assumit.Si verò iustitiam spectabis,& honestatem, cùm iustitia, & honestas omnis à iure naturali pendeat, nihil in hoc concludere poteris diuersum ab eo,quod supra de iure naturali concluſum fuit.Posset tamen forsan defendi hæc opinio Connani quantum ad ea quæ de bellis,& seruitutibus iure gentium introducta sunt,quę verè à naturæ simplicitate nonnihil declinarunt,si modò vtilitatis ratio pateretur,vt ea mutari aliqua ex parte, atque emendari possent;qua de re copiosè supra disseruimus.Post hæc,quæ de iure naturali,ac de iure gentium diximus,alia similis dubitatio excitari potest.Nunquid cōsuetudo † quæ est lex ciuilis,sed 15
non scripta,æquitatis temperamentum recipiat, ita vt ex ęquo & bono,& extendi,& coangustari possit.Primo aspectu hoc affirmandum videtur: Nam æquitas proculdubio adhibetur legi ciuili,& est emendatio iusti legitimi.At ipsa quoque consuetudo lex ciuilis est,& iustum,ac legitimum constituit † neque in 16
ter legem,& consuetudinem cernimus aliam differentiam,nisi quia in lege populus suffragio voluntatem suam declarat,in consuetudine verò factis, ac rebus ipsis, vt aduertit Iulian. in l. de quibus.ff. de leg. Hinc videmus non minus consuetudinem, 17
† quàm legem scriptam ad similes casus extendi.l. 1. C. quæ sit long.consuet. Quam extensionem ad solam ęquitatem pertinere diximus. Sed non dubito ego, quin contrariam sententiā potius recepturus sit quicunque æquitatis naturam accuratius considerauerit.Sicut apertè concludit Aristot.contrarium lib. 1.Rhetor.cùm dicit, æquum & bonum esse, quod præter legē scriptam iustum est; nec enim negari potest, quin legis scriptæ appellatione consuetudinem excludat.Cur verò ad consuetudinem æquitas non pertineat, ratio ea mihi videtur esse; quia 18
vt † æquitas sit,duo requirunt.Primò debet esse emendatio legitimi iusti.Deinde ab illius mente,& consilio nulla ex parte aliena esse debet,qui illud decreuit,quod nobis emendandum proponitur. At hæc simul ambo nunquàm in consuetudine concurrunt,quod ita demonstratur. Satis constat consuetudinem pluribus actibus induci.d.l.1.C.quæ sit longa consuet.l.an in totum.C.de ædific.& fusè hac de re agit Bart.in d.l. de quibus. ff. de legib. & Pet. Rauennas in tract. de consuetudine in 3. sect. Quo sic constituto,aut das eos actus indiuiduam illam facti speciem prorsus pertinere, quam ex æquo & bono à generali consuetudine excipere volumus, dum æquitatis temperamentum ad ipsam consuetudinem adhibemus,Et hoc non pręter,sed cō tra consuetudinem erit,ac populi sententiæ prorsus aduersabitur,qui speciatim illud induxerit,quod nos frustrà per interpretationem declinare contendimus.Quòd si actus illi, quibus cō suetudo introducta est, non eandem hanc planè facti speciem attingant,de qua controuersia est,sed diuersos casus respiciant, non rectè dicetur hæc facti species vllo modo consuedine illa contineri Quare vel si diuersum hìc respondeatur, nulla tamē consuetudinis restrictio fiet,aut emendatio.Fit quidem in lege scripta hæc emendatio; quia cùm lex verbis exprimatur, possunt ea verba plus,minusvè complecti,quam par sit,sed in consuetudine non possumus verba damnare,quod vel nimis generalia sint,vel minus angustè concepta,cùm perspicuum sit consuetudinem nullo modo loqui,sed tacito populi consensu perfici,quem diuidui,ac singulares actus declararint.Itaq; † hac in 19
re consuetudinis,& iuris naturalis par ratio est.Ideò ius naturale æquitatis præsidio non eget(quemadmodum diximus) quia nec quicquā prętermittit,qđ suppleri debeat,nec nimis generales constituit regulas, quæ mox ex eiusdem naturæ præscripto coangustari possint.At eadem ratione nec consuetudo locum dabit æquitati.Nam quod nimis restricta sit, sæpissimè quidem continget,sed non erit hoc consuetudinis vitium,quę ad singularia tantum facta dirigitur, priusque illa speciatim decidit, atque exequitur,quam in vniuersum aliquid decernat.Quod autem nimis pateat, aut nimis generaliter aliquid statuat, quod restrictionem mox desideret,hoc contingere nullo modo potest,nisi proponas consuetudinem aliquam, qua in scripturam redacta fuerit,vt redactæ fuerunt consuetudines feudorum;poteris enim restringere,& dilatare † non quidem consuetudinē, 20
sed scripturā illā qua consuetudo continetur,vt de iure naturali supra diximus. Quod si scriptis mandetur, æquitatis moderationem exposcit,non quidem quà naturale est,sed quà legum scriptarum monumentis est consignatum. Hæc igitur omnia nos spectauimus, cùm in hac æquitatis descriptione diximus ęquitatem ad ea pertinere, quę legibus scriptis præcipiuntur.Id enim nobis propositū fuit, vt ius naturale, & ius gentium, & ius consuetudinis excluderemus.Diximus prętereà,vel dilatādo,vel coangustando; vt magis distinctè exprimeremus duo illa legis vitia,quorum alterum restrictionem desiderat,ac volēte legislatore concipitur, nimirum cum ille dedita opera generatim,atque vniuersè legis verba concipit,vt in exemplis supra allatis.Alterum verò volente legislatore inducitur,cùm scilicet ille imprudens aliquid omittit, in quo posteà suppletione opus sit,vt l.si quis id quod.ff.de iurisdict. omni. iud. l. 2. § si mater. ff. ad Tertull. cum alijs quas superius adduximus. Solet hìc dubitari, quo pacto hæc tum amplificatio, tum restrictio facienda sit,vt æquitas dici possit:† & an ipsa æquitas ,siforte de- 21
scribatur,æquitatis nomen retineat: Qua in re nos breuiter cōcludimus,manere adhuc ęquitatem,quoties ab eo describitur, qui nullam condendæ legis potestatem habuerunt,vt Accurs. & alii,qui Iustiniani leges scriptis interpretati sunt.Si verò qui leges condere potest,priores leges ex æquo & bono interpretetur,idque eo animo faciat, vt velit in eundem modū ab omnibus illas seruari,hæc interpretatio amittit ęquitatis nomen,legis assumit. Incipit verò ipsa quoq; egere alia interpretatione, cui pariter hoc ipsum æquitatis nomē rectè tribuemus. Quod si hæc quoque incipiat vim legis obtinere,aliam æquitatem desiderabit.Sic semper æquitas in legem conuersa nouę æquitati initium,atque occasionem præbebit.Constat ius prætorium ab æquitatis quasi radicibus pullulasse,vt docet Papinianus in l.ius autē. ff. de iust & iu. cùm dicit, illud adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter publicam vtilitatem à prætoribus fuisse introductū ; Nihil enim aliud sibi proponebant Prætores, q̄ vt leges ciuiles à nimia illa subtilitate ad ius

naturæ

naturæ ex æquo & bono reuocarent. Posteà verò æquitas Prætoria auctore Diuo Adriano descripta fuit à Saluio Iuliano, atq; in Edicti illius perpetui formam redacta, de quo tàm crebram in nostris legib. mētionē habemus, vt in l.2.C.de vet. iur. enucl. l.si quis seruū.C.de condict.indeb.l.2.ff.de stat.hom.l.vlt. inf. de appellat.recip.l.5.ff. de extraor. cri. Quare posteà Vlpiani opera fuit necessaria, qui Edicta prætorū ex æquo & bono interpretaretur, vt etiam aliorum, qui ante Vlpianum id fecerunt. Vlpiani rursus traditiones imperiali auctoritate probatæ nostrorum interpretum industriam excitarunt, vt in ijs explicandis æquitatis munus exercerēt. Postremò quoniam eo res hodiè redacta est, vt communes nostrorum interpretum sententiæ multis in locis pro legibus obseruentur, quamuis reclamante Iustin. in l.j.§. sed neq; ex multitudine.C.de vet. iure enucl. propterea non secus ac si verè leges essent, istæ ipsæ pariter interpretum traditiones æquitatis moderationē desiderabunt. Diximus; non præter verisimilem legislatoris mentem; vt simul cum Arist. ostenderemus †æquitatem à legis abrogatione,& correctione differre. 22
Item etiam a dispensatione; Dispensare enim non est ex æquo & bono interpretari, sed à lege excipere quempiam ex subditis, eique licentiam,& facultatem concedere, sine qua legi esset obnoxius. Ac quamuis habeamus non posse Prælatum sine causa dispensare, vt ait Rom. Pont. c. innotuit. extra de elect. Et passim nostri interprētes inculcant, vt Innoc. in c. diuersis de cler. coniug. Castrens. cons. 117. & Oldradus cons. 155. tamen causa nō requiritur eiusmodi † quæ ad legem ex æquo & bono temperandam per se satis esse posset, q̄ si adesset, vt verè semper adest, quoties contingit legis obseruationem naturali rationi, ipsiusq; legislatoris sententiæ aduersari, haudquaquàm certè egeres dispēsatione, sed ipso iure à legis præcepto solutus esses. Id qđ subiecto exēplo clarius perspicietur. Sanctissimo Romanæ Ecclesiæ instituto iubemur certis diebus ab edendis carnibus abstinere. At si fortè eueniret, vt tu non posses à carnib. abstinere, quin fame perires, licitè illis absq; vlla dispensatione vti posses, Sicq; † posses ab ecclesiæ præcepto propria auctoritate eum casum excipere, æquitatis scilicet ea in re vsus temperamento. Neq;. n. exceptio illa præter verisimilem Pontificum mentem esse iudicari dēt. Verùm vt tibi facere id liceret, causa illa nō satis esset, q̄ carnis forsan coercione non indigeres, ob quam cām maximè ieiunium ab Ecclesia inductum est. Neq;. n. tunc æquitati, sed tūn dispensationi locus esset. vt rectè ex Diui Thomæ, aliorumq; sententia concludit Dom. Sotus lib.j.de iust.& iure, q.7.artic.3. Qđ postremò diximus: moderatur: æquitati maximè conuenit, sola enim æquitas ius nobis suggerit, quo ad legum moderationem vtamur, sola modum commonstra, quem ad legum interpretationem adhibeamus, cū rectissimus ille, immò verò solus fruendarum legum modus sit, qui ab æquitate constituitur. Neq; verò tunc tantùm conuenit æquitati goc verbū, moderari cū æqtas ad benignitatem vergit, sed etiam cū ad seueritatē inclinat, vt supra ex Tranquillo ostendimus, q̄ dicit solitum fuisse Claudium æquitatem legum in eo moderari, quod sæpè maiore fraude conuictos legitimam pœnam excedens ad bestias ꝺdēnauit.

ARGVMENTVM.

AEquum & bonum, tametsi propriè id significat, quod huiusq; explicatum est, posse tamen loquēdi vsu ad ea quoque deflecti, quæ illi proxima, & annexa sunt, atq; ideò quas Beluisius, Baldus, & alii docuerunt æquitatis significationes à veritate non prorsus abhorrere.

SVMMARIVM.

1 *Sumitur interdum æquitas pro moderatione, quam Græci dicunt ἐυγνωμοσύνην.*
2 *Item pro iure, & iusto.*
3 *Æquitatem aliquando appellauit Arist. iustum non scriptum.*
4 *Non prorsus errarunt, qui dixerunt, æquitatem esse iudicium rationis.*
5 *Qua ratione possit rectissimè cognosci, sit ne aliquid æquiuocum, vel vninocum.*
6 *Quæ ratio sit, cur pro benignitate sæpissime æquitatis vocabulum sumatur.*
7 *Ad mitiorem sensum vt plurimum verba legis contorquenda sunt.*
8 *Promiscuè vtitur Arist. æquitatis nomine & pro benignitate, & pro laxamento verborum.*
9 *Nonnunquam etiam parilitatem, atq; æquabilitatem æquitatis vocabulo significamus.*
10 *Ex Beluisio, & Blado variæ huius vocis significationes numerantur, quæ à prædictis haud prorsus abhorrent.*

CAP. XXXII.

MAbemus iam veram, ni fallor, æqui & boni, sicq; ēt æquitatis significationem. Nunc verò sciendū est, non hoc modo æquitatē semper sumi. Nā de æqtate idem cuenit, quod de iure supra diximus, ac de omnib. propemodum vocabulis euenire videmus, vt quanuis vnum aliquid propriè significent, tamen ad ea quoq; quæ illi proxima, ac quasi finitima sunt, loquendi vsu deflectantur. Itaq; hoc verbum, æquitas, ad ea quuq; interdū referri solet, quæ cū æquitate, vel modo, vel genere, vel effectu cōueniunt. Primò; quia semper qui vtitur æquitate, moderationē adhibet quandam, ac quasi temperamentum, ideo vsus obtinuit,
1 vt † æquitas pro animi moderatione sumatur, quacunq; tandē in re eiusmodi moderatione vtamur. Quare cum moderatam, æquabilem, ac tranquillam animi affectionem significare volumus, atq; ab omni indignationis impetu alienam, quam Græci ἐυγνωμοσύνην vocant, sæpe æquitatis vocabulum vsurpamus. In hac significatione æquitatem accipit Cicero cum in orat. pro Marcello, Cæsarem, qui se mortem optare dixerat, sic alloquit. Sæpe (inquit) venit ad aures meas, te idem illud nimis crebrò dicere, satis te tibi vixisse. Hìc tu modum vitæ tuæ non pro salute Reipub. sed æquitate animi definies. Hinc æquum animum dicimus moderatum, & tolerantem, vt Plautus in Aulularia. Pol si est animus æquus tibi, satis habes qui vitam colas. Sic Cicero de senectute dicit, sapientissimum quemq; æquo animo mori, stultissimum iniquissimo. Hoc idem & apud Græcos obseruat, qui hanc, quam, diximus animi moderationem non semper ἐυγνωμοσύνην, sed interdum ἐπιείκειαν appellant, quo vocabulo æquitatem magis propriè significant, Idq; cum non latuit, qui diuinas Pauli Epistolas vertit, nam c.4. ad Philipp. Pauli sensum exprimit his verbis. Modestia vestra sit nota omnibus. Et tamē in Græco Codice nō ἐυγνωμοσύνην, quę magis propriè modestia est, & æquanimitas, sed ἐπιεικείαν legitur; Quod ipsum animaduertit & D. Tho. in 2.2.q.120.artic. 2. Solet etiam frequenter hoc voca
2 bulum †æquitas, ad iustitiam referri, idq; ea ratione; quia æquum & bonum cum iusto genere conuenit. Et licèt non omne iustū sit æquum & bonum, tamen quia quod est æquum & bonum, idem semper & iustum est, ideò vsu receptum est, vt hęc vox ad quodcunq; iustum referatur. Quemadmodum æs, gratia exempli, certam quandam metalli speciem tātùm significat ab auro, argento, ferro, aliisq; specieb. diuersam l. in venditionibus C. de contrah. empt. & tamen pro quacunq; metalli specie solet vsurpari l. etiam. ff. de verb. sign. Vnde non malè Cicero in Topicis æquitatem dixit esse, quod naturalis ratio persuasit, quāuis hęc diffinitio iuri, & iusto conueniat. l. omnes populi. ff. de iust. & iu
3 re & §. quo verò inst. de iure nat. gent. & ciu Aristot. etiam † æqtatem iustum non scriptum appellat lib.j. Rhet. c.13. ibi enim iusti non scripti duas partes constituit: vnam quæ est posita in exuberantia virtutis, & vitii, vnde manat probrum, infamia, dedecus, contraq; etiam laus, honos, & prēmium; veluti benemeritis de nobis gratiam referre, & habere, amicis opitulari, & alia eiusdem generis. Alteram verò iuris non scripti partem dicit sitam esse in iis, quæ sunt scripto legum prætermissa, ad quę dicit po-
4 stea æquitatem pertinere. Quapropter † non prorsus errarunt, q̄ dixere æquitatem esse iudicium rationis, siue (vt ait Bald. in l.j.ff. de iust.& iu.) applicationem animi ad rectū iudicium; quia vbi ius sit, ibi necesse est & iudicium rationis, & hanc animi applicationem interuenire. Atq; hoc modo æquum & bonum nō stricto iuri, sed iniuriæ, & iniquo opponetur, vnde Tullius; Benè p̄cipiunt (inquit) qui vetant quicquam agere, quod dubites ęquū
„ sit, an iniquum, æquitas enim lucet ipsa per se. dubitatio autē co
„ gitationem affert iniuriæ. Aequum ab iniquo, & ab iniuria ibi Cicero distinguit, vnde apparet esse hanc significationem ab ea diuersam, quam maximè propriā esse diximus. Etenim ſm propriam significationem aduersatur æquum stricto iuri; ſm hanc verò aduersatur iniquo. Et hac ratione maximè dicit Arist. lib j.
5 Topic. posse † nos cognoscere æquiuocum aliquid esse, & multipliciter dici, nempe cùm vnum plurib. opponitur, quæ inter se diuersa sunt. Sic enim dicimus graue æquiuocum esse, qm̄ & leui opponitur, & acuto, quæ duo penitus inter se differunt. Pro
6 humanitate præterea, & benignitate ęq tas sæpissimè sumit̄ † qđ ea ratione fit, quia re ipsa, & effectu vt plurimū conueniunt. Licèt. n. ęquitas interdum seueritatem exigat, tamen perrarò hoc cōtingit, propterea q̄ leges nullum fermè delicti genus prętermittunt, quin merita pœna illud coerceant, ita vt æquitatis p̄sidium ea in re parum sit necessarium. Quoniam verò dū genera tim legumlatores delictis pœnas decernunt, eos etiam casus sæpè complectuntur, in quibus veniæ locus esse debet, nunquam fermè illud verborum laxamentum fit, quod æquitatis propriū
7 esse diximus † quin verba legis ad mitiorem, humanioremque sensum torqueantur. Hinc porrò fit, vt qui legib. exponēdis benigni, & faciles sunt, æqui & boni viri nominentur: quib. propter ea opponuntur qui ab Aristo. appellantur ἀκριβοδίκαιοι, hoc est acerbi, & maligni iuris interpretes; atq; hi sunt quos tanquā ab
„ omni æquitate alienos damnat Modestinus in l. nulla. ff. de le-
„ gib. Nulla (inquit) iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt
„ quæ salubriter pro vtilitate hominum introducūtur, ea nos du
8 riore interpretatione producamus ad seueritatem. Hac † de cā Arist. promiscuè æquitatis nomine vtit̄ & pro benignitate, & p
„ laxamēto verborū, vt lib.j. Rheto. c.13. quo loci cùm declarasset
„ æquum & bonum esse, quod præter legem scriptam iustum est,
„ ad aliam decurrit significationem, & ita inquit. Aequum est ēt

rebus

Source : BIU Cujas

rebus humanis ad ignoſcendum commoueri, & non legem, ſed legis ſcriptorem, & non verba, ſed ſententiam ſpectare, nec factum, ſed voluntatem, cum reliquis, quæ ſequuntur. Poſtremò
9 †quoniam æqtatis munus eſt, vt à ſimilib. ad ſimilia progrediatur, & in parib. cauſis paria decernat, vt rectè docet Accur. in l. placuit, in ver. q̃ ſtricti iuris. C. de iudic. Eam ob rem obtinuit ēt vſus, vt pro quacunq; paritate, atq; æqualitate æquitas accipiat̃, vt l. vlt. C. de fruct. & lit. exp. l. vt liberis. C. de collat. Et ad hæc, q̃
10 diximus † poſſunt ſat congruenter referri illæ quinque æquitatis ſignificationes, quas poſt Iacobum Beluis. refert Bal. in c. j. §. ad hoc. de pa. iuram. firm. aliàs in c. vnico. de allod. nu. 18. Primò dicit ex Accurſij ſententia ſumi æquitatem pro quadam conuenientia, quę in parib. cauſis paria iura deſiderat. Et hoc modo eam diſtingui contra iniquitatem. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. l. bona fides. ff. depoſiti. Secundò diſtinguunt eam contra rigorem, & iuris ciuilis regulas, ad quod adducunt. l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & l. ſi quis ſeruum. §. ſequit̃. j̃. tit. noſtro. Tertiò accipiũt pro mente, & ratione legis l. ſcire oportet. §. ſi maximè. ff. de excu. tuto. Quartò pro iure, & iuſtitia. l. j. in princip. ff. de iuſt. & iur. Ac poſtremò etiam æquitat̃ appellant temperantiam, & æqualitatem, vt l. illam. C. de collat. cum auctent̃. ſequenti. Verè quidem Beluiſ. & Bald. ab iis, quæ nos de æquitate docuimus, non multum diſſentiunt. Sed tamen nec rectè legib. quas adducunt, ſingulas applicant ſignificationes, neque ita illas inter ſe diſtinguunt, vt æquitatis vim, ac proprietatem planè tenuiſſe exiſtimari debeant. Cùm vna tantum ſit vera, & propria æquitatis ſignificatio, à qua cætera (vt diximus) cuiuſdam ſimilitudinis rõne profluxerunt. Quanquàm ſæpè etiam apud iuriſconſultos æquitas prædictis omnibus modis vſurpatur.

ARGVMENTVM.

NOn ſatis perſpicuum eſſe, poſſintne iudices ex æquo & bono leges interpretari, an verò hoc ſolis Principibus reſeruatum ſit. Multa enim hinc, & inde extare argumenta, quibus videatur vtraque opinio plurimùm iuuari.

SVMMARIVM.

1 *Antinomia duarum legum Conſtantini.*
2 *Aequitatem ſcriptam rigori præferendam eſſe, frequentius receptum eſt, præterquam in tribus caſibus.*
3 *Quæ maximè leges communi ſententiæ faueant, quatenus æquitati non ſcriptæ rigorem præferri concludunt.*
4 *Differentia inter arbitrum, & iudicem ex Ariſtotele.*
5 *Quid interſit inter iudices, & Senatum populumve.*
6 *Multæ contra afferuntur leges, quæ ad æquitatem iudices inuitant.*
7 *Damnantur, qui ſub auctoritate iuriſprudentiæ ab æquo & bono recedunt.*
8 *Summum ius ſummam iniuriam, ſummamq; crucem veteres dixerunt.*
9 *Quomodo illud Salomonis accipiendum ſit. Noli eſſe iuſtus nimium.*
10 *Aequitatem abſolutè eſſe rigori præferendam, & iuriſconſultorum, & Imperat. & Pontificum legibus receptum eſt.*
11 *Communis intelligentia. l. placuit. C. de iudicijs refertur, & reprobatur.*
12 *Qui communem hanc intelligentiam defendere voluerint, neceſſariò concedere debent leges contrarias reperiri.*
13 *Perſuadet ſibi Inſtin. nihil ſe pugnans in toto iure reliquiſſe.*

CAP. XXXIII.

QVoniã vidimus, q̃d propriè æquitas ſit, & q̃ variis modis accipiat̃, nũc deinceps videamus, quinã illi ſint, q̃ æqtate vti p̃ſit; Et nũquid iudiciorũ licentia tàm latè p̃teat, vt poſſ̃it iudices ex æquo & bono ſuggerere, q̃d ipſis legib. deeſt, an verò ſolis Principibus hoc fuerit reſeruatũ; ita vt nullis aliis fas ſit, æqtatis ſpecie ſcriptas leges ſubterfugere, earũq; proptereà auctoritatem illudere, atq; aſpernari. Et Cõſt. q̃dē in l. placuit. C. de iudic. iudicib. quoq; æqtatis vſum ꝯcedere vr̃. Placuit (inquit) in omnib. reb. præcipuã eſſe iuſtitiæ ęqtatisq;, q̃ ſtricti iuris rõnem. Quæ verba proculdubio ad iudices referenda ſunt, vt titulus ipſe ſatis indicat, qui de iudicijs inſcri-
1 bit̃, arg. l. Imperator. ff. de in diē addict. † Sed (q̃d meritò oẽs mirẽ tur) idem Conſtant. parũ hac in re ſibi cõſtans quã hìc iudicib. concedit poteſtatẽ, alibi vr̃ apertiſſimè ipſis denegare, ac ſibi ſoli reſeruare, nã in l. j. C. de legib. his vtitur verbis. Inter æquitatẽ & ius interpoſitã interpretationẽ nobis ſolis & licet, & oportet inſpicere. Magis mouet noſtros interpretes hæc prohibitio, q̃ ſuperior illa conceſſiò, ac proptereà concludunt legi ſcriptæ nõ eſſe præferendam æquitatem, niſi ipſa quoq; æquitas in ſcripturã redacta ſit. Ita Accurſ. in d. l. j. in ver. ius. in prin. & in l. placuit. in ver. in omnib. in fi. quẽ ibi Ale. & Iaſ. cũ aliis fermè omnib. ſequuntur, & iis etiam ſe ſubſcribit Dec. in l. in omnib. q̃dem. ff. de reg. iur. Ad l. placuit reſpondent, non de quacunq; æquitate ibi loqui Conſtantinum, ſed de æquitate tantùm ſcripta, quam ſolã concedunt rigori legis ſcriptæ præferendam eſſe. Diſtinguunt
2 ergo inter æquitatem ſcriptam, & nõ ſcriptam. Aequitatẽ † ſcriptam fatentur rigore potiorem eſſe debere, præterquàm in tribus caſib. quos ab hac regula excipiũt. Primus eſt, cũ æquitas generatim, rigor verò ſpeciatim nobis lege tradit̃, ita Dyn. in reg. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Io. And. in c. vlt. de ſolut. Lud. Rom. in l. ſi inſulam. in 7. col. inf. tit. noſtro. Ale. & Iaſ. in d. l. placuit. C. de iudic. Idq; probant ex l. j. ff. de vſucap. iuncta l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. Prętereà illum caſum excipiunt, cũ rigor legis poſteriori continetur; tunc. n. eo ipſo rigore æquitati legis præcedentis derogari dicunt, ita gl. & Doct. ac præſertim Imo. in c. extirpanda. extra de præbend. Dicunt tertiò huic regulæ non eſſe locũ in arbitrariis: in iis. n. poſſe iudicem ſequi rigorem ſcriptũ, & ab æquitate recedere, ſic But. in c. j. in 6. de conſtit. Bal. in l. j. C. de legib. Iaſius d. l. placuit. C. de iudic. Hanc regulã cũm his limitationib. quantum ad æquitatem ſcriptam tantummodo conſtituunt. Sed quando æquitas non eſt ſcripta, tũc nulla adhibita diſtinctione æquitatis vſum planè iudicib. adimunt, ac ſoli Principi reſeruant, adducti potiſſimũ illa. l. 1. C. de legib Videtur † ēt
3 maximè iuuari hæc ſentẽtia ex l. leges ſacratiſſimæ. eod. tit. quo loci ait Valentin. ſolius Imperatoris interpretatione patefieri oportere, ſi quid in legibus relatum fortaſſis obſcurius fuerit. Quod idem ſtatuit & Leo in l. ſequenti. Sed omnium maximè
„ hoc inculcat Iuſtini. in l. vlt. eiuſd. tit. vbi Si in præſenti (inquit)
„ leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt, & leges interpre-
„ tari ſolum dignum imperio eſſe oportet, & paulò poſt. Quare
„ omnes ambiguitates iudicum, quas ex legib. oriri euenit, aures accipiunt noſtræ, ſi nõ à nobis interpretatio mera procedit: Quibus omnib. legibus reſpondet etiam quod tradit Iul. ĩ l. & ideo. ff. de legib. cum ait de iis, quæ primò conſtituuntur, ſi fortè ea dubia ſint, optimi Principis aut interpretatione, aut cõſtitutione certius aliquid ſtatuendum eſſe: Facitq; inſuper. l. ſunt perſonæ. ſumpto inde arg. à ſpeciali. ff. de reli. & ſumpt. fun. Sed inter alias oẽs nulla eſt lex, quæ apertius hoc probet, q̃ l. proſpexit. ff. qui & à quib. quo loci non audet Vlp. verba legis Iuliæ ex æquo & bono in eo interpretari, in quo maximè opus fuiſſet, vt ipſius legis aſperitas temperaret̃, vñ. Perquàm durum eſt (inquit) ſed ita lex ſcripta eſt. Hæ verò leges atq; aliæ omnes, q̃ iudici æqtatis vſum adimunt, cũ eo cõueniunt, q̃d tradit Ariſto. lib. j. Rhet. c. 13. vbi
4 dr̃iam inter iudicẽ, & arbitrũ ita cõſtituit † vt dicat arbitrũ intueri æquũ & bonũ, iudicẽ verò id ſolũ, q̃d lege cautũ eſt, ideoque eligi arbitrũ ſolere, vt æquũ & bonũ p̃ualeat: q̃b. verbis oſtendere vr̃ dẽre iudicẽ verba legis ſpectare, ac nõ legis ſenſum ex ęquo & bono interpretari. Vñ & in ſacris paginis illud habet̃: Nõ miſereberis in iudicio pauperis, hoc eſt. n. de alieno largiri, debitam pœnam remittere. Ac deniq; plurimũ ſuffragant̃ huic cõi ſnīæ, quæ ſupra retulimus ex Tullio lib. 2. de inuent. & in orat. pro Q. Ligario, vbi populo tantùm, & Senatui, ac non iudicib. concedit, vt in iudicando à verbis legis recedere poſſint. † Cuius diuer
5 ſitatis ratio manifeſta aſſignari poterit, nam & populus, & ſenatus ius facere poterant. l. non ambigitur. ff. de legi. & §. lex eſt, cũ §. ſequent. inſt. de iure nat. gent. & ciu. quod nõ poſſe iudices cõpertiſſimum eſt. At pro contraria ſententia, & affirmatiua per-
6 multę paſſim ſunt leges † quæ tàm apertè ad æquitatem nos inuitant, vt rectè illis reſpondere nemo poſſit, qui non & ſibi ipſi, & aliis mentiri velit. Et primò Paul. in l. in omnib. ff. de reg. iur. In omnibus quidem (inquit) maximè tamen in iure ęquitas ſpectanda eſt. Si in omnibus, ergo non in iis ſolis caſibus, in quibus æquitas ſcripta eſſe reperitur. Prætereà, cùm de æquitate ſimpliciter Paulus loquatur, nihil minus dicendum eſt, q̃ de æquitate ſcripta illum intellexiſſe; Cùm immò faciat legis ſcriptura, vt q̃ prius æquitas fuerat, æquitatis nomen protinus amittat, vtpotè quæ in legis ſcriptæ interpretatione, atq; in quodam verborũ laxamento tantùm conſiſtit. Quæ cauſa potiſſimum facit, vt noſtri interpretes plerunq; decipiantur, quoniam ipſi æquitatem vbiq; pro benignitate accipiunt. At, vel ſi cùm benignitate æqtas coniuncta ſit, vt ſæpiſſimè cõtingit, non minùs tamen idcircò Paul. in ea lege aditum ad eam iudicib. concedit. Secundò, contra communem ſententiam facit. l. at ſi quis. §. idem Labeo. verſ. & generaliter. ff. de relig. & ſump. fun. vbi Vlp. de æquit. nõ ſcripta loquitur in hunc modum. Et generaliter puto iudicium
„ iuſtum non meram negotiorum geſtorum actionem imitari,
„ ſed ſolicitus ęquitatem ſequi, cum hoc ei & actionis natura in
„ dulget. Idem Vlp. in l. quod Epheſi in §. interdum. in fi. ff. de eo quod cer. loc. In ſumma (inquit) antè oculos æquitatem habere debet iudex, qui hac actione aditus eſt. Tertio Celſus in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. inf. eod. errare eos affirmat † qui ſub auctoritate iuris ſcientiæ dum eius regulas nimis ſuperſtitiosè obſeruãt, ab æquo & bono recedunt: nam cum ibi dixiſſet propoſitam quæſtionem ex æquo & bono eſſe, poſteà ſtatim ſubiicit. Quo in genere ſub auctoritate iuris ſcientiæ perniciosè erratur. Huc etiam reſpexit idem Celſ. in l. ſcire leges. ff. de legi. cum dixit, ſcire leges non eſſe verba earum tenere, ſed vim & poteſtatẽ. Qui verba legũ rigidè ſectantur, verè illi dicuntur ſummo iure vti.

Hoc

Source : BIU Cujas

Hoc verò nullo vnquàm tempore non ſummoperè fuit impro
8 batum. Semper enim vel antiqui omnes ſummum † ius ſum-
mam iniuriam, quin verò (vt refert Columel. lib. 1.) ſummã cru
cem eſſe exiſtimarunt. Nec ſanè alius ſenſus Salomonis fuit, cũ
9 † nimium iuſtos nos fieri vetuit, nõ enim tàm iuſtos ijs verbis
damnaſſe exiſtimandus eſt, quàm eos qui ſummo iure vterentᷣ.
Vnde rectè Cicero lib. 1. offic. inter alia iniuriarum genera ſta-
tuit illos quoque iniuriosè agere, qui in eum, quẽ diximus mo-
dum, ius interpretantur. Hęc enim iniquitas veriùs, quàm iuſti-
tia appellari poteſt, vt idẽ Cicero appellat, cum in orat. pro Ce-
„ cinna, ita inquit. Nam cæteri tũ ad iſtã orationem decurrũt, cũ
„ ſe in cauſa putant habere æquum & bonum, quod defendant: ſi
contra, verbis & literis, & (vt dici ſolet) ſummo iure contendiᷣ,
ſolent eiuſmodi iniquitati boni & æqui nomen, & dignitatem
opponere. Longum eſſet, ſi loca omnia vel ex noſtris legibus,
vel ex alijs auctoribus vellem percenſere, in quibus & mone-
mur, & iubemur à verbis legum ex cauſa recedere, & ſummo iu
ri, ſtrictæq; verborum interpretationi æquitatem anteponere.
10 † Habemus hoc in l. benignius. ff. de legib. in l. ſi tibi, in l. ſi me &
Titium. ff. ſi cert. petat. in l. ſed dicendũ eſt. ff. de in rem verſo. l. ſi
quis mancipijs. §. vlt. ff. de inſt. l. ſi quis filium. §. vlt. ff. ad Trebel.
l. diuus. ff. de in integ. reſt. l. Imperatores. ff. de appel. Ex varijs etiã
Imperatorum cõſtitutionibus rectè hoc colligere poſſumus, vt
ex l. 2. vbi Bald. in 1. notab. C. de reſcind. vend. ex l. 1. in fi. C. de in
terdict. l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit. l. ſi quis in ſuo. §. legis.
C. de inoffi. teſt. l. vlt. §. cum autem. C de furt. authent. vt ſine p-
hib. mat. in princ. vbi Accurſ. in ver. exiſtimamus. Hoc idem &
Pontifices multis in locis oſtendunt, vt in c. vlt. de tranſact. in c.
quærenti. de offic deleg. c. magnę. extra de voto. Verùm vt ma-
ximè deeſſent aliæ omnes & leges, & rationes, ſatis tamen aper
tè iudicarem ego æquitatis vſum iudicibus cõcedi illa vna cõſti
11 tutione † quæ habetur in d. l. placuit, dum ibi ſtatuit Conſtant.
debere omnibus in rebus potiorem iuſtitiæ æquitatisq; , quàm
ſtricti iuris rationẽ eſſe. Frequentiùs noſtri legunt, æquitatisq;
ſcriptæ, ſed caſtigatiores Codices non habent illud verbũ ſcri-
ptæ, vt neque Ant. Auguſt. illud recipit lib. 4. ſuarũ emẽdationũ
cap. 8. Quocircà ipſe eo feror coniectura, vt putem additũ hoc
verbum ab expoſitoribus fuiſſe, qui neque ſatis tenebant, quid
æquitas eſſet, neque alia ratione poterant hanc legem concilia
re cum l. 1. C. de legib. Videturq; mihi hoc probabilius, quàm
quod tradit hìc Frãc. Cõnan. qui exiſtimat, Cõſtãtinũ, cũ dixit,
ſcriptæ æquitatis, de ea intellexiſſe, quæ ſcripris legibus interpre
tandis adhibetur, & quæ iuri ſcripto ſubminiſtrat naturæ boni-
tatẽ, atque clementiã: voluiſſe autẽ hãc ſeparare ab alia ęquita-
te, quæ in exuberantia virtutis, aut vitij poſita eſt; cũ ſcilicet nõ
tantùm ea facimus, quæ legibus precipiuntur, ſed etiam cum a-
micis opitulamur, bene meritis gratiam referimus, atque eiuſ-
modi alia ſeruamus, quibus vel ſi lege inuiti nõ aſtringamur,
ij tamen maiorem laudẽ comparare, & ab omni planè repre-
henſione alieniſſimi eſſe poſſumus, vt ex Ariſtot. lib. 1. Rhet. ſu
pra nos retulimus: Probabilis certè hæc coniectura eſt, ſed mi-
hi tamẽ longè magis ſuperior arridet, eoq; præſertim; quia Ari
ſtot. hoc ipſum, quicquid ſit, quod in exuberantia virtutis, & vi-
tij cõſiſtit, nõ æquitatẽ appellat, ſed partẽ iuris nõ ſcripti, ſolãq;
illã alterã, quã ab hac diſtinguit, iuris nõ ſcripti partẽ in ęquita-
te ponit. Vtcũque tamẽ hoc ſeſe habeat, illud certè videtur mi-
hi poſſe cõſtanter affirmari, nihil eſſe abſurdius, quàm id quod
frequentius volunt Doct. nimirũ loqui Cõſtantinũ de ea tãtũ
æquitate, quę in legis ſcripturã redacta eſt, vnde quãcũque po-
tius aliam ſolutionẽ libentiùs admiſerim: Vt enim omittã nõ
rectè tũc poſſe ęquitatẽ illã dici, cũ in legẽ ſcriptã conuerſa fuit
vtq; leges tã multas prætereã, paulò antè à nobis adductas, quæ
de æquitate idẽ diſponũt, quod Cõſtãt. in d. l. 1. dũ ęquitatis præ
cipuã rationem haberi uolunt, neque tamẽ inter ſcriptã, ac nõ
ſcriptã æquitatem diſtinguunt. Satis hoc mihi videtur eſſe argu
menti ad cõmunẽ hanc ſolutionem refellendã, quòd ſi hanc
recipiamus expoſitionem, ac cum Doct. concludamus, tunc tã-
tùm ſtricto iuri præferendã eſſe æquitatẽ, cum ęquitas ſcripta
eſt, & in legis formam redacta, nullo aliomodo facti ſpeciem
in illa l. 1. poterimus cõſtituere † niſi cùm fortè duas leges inter
ſe contrarias reperiemus, quarum altera ſtrictum ius, altera ve-
rò æquitatem contineat, id quod ipſi interpretes poni poſſe nõ
inficiantur: immò perſepè hac vtũtur diſtinctione, cum duas
offendũt leges, quæ inter ſe videantur pugnare, neque earũ cõ-
ciliandarum rationẽ vllam inueniunt, vt dicant vnam ex rigo
re procedere, alteram ex æquitate. Verùm hoc perabſurdũ eſt,
minimeq; meo iudicio concedendũ. Puduiſſet enim Cõſtan-
tinũ fateri, leges eas inter ſe contrarias eſſe, quibus ſe imperãte
vniuerſus propemodum terrarũ orbis vteretur. Ac vel ſi ma-
ximè hoc cõſtat, ea lege cõceſſiſſet, tñ nõ eã certè legẽ in ſuam
cõpilationẽ recepiſſet Iuſtin. q in his omnib. legib. quas nobis
ipſe in hũc modũ diſpoſitas reliqt † nihil pugnãs ſe reliqſſe p-
fiteᷣ. l. 2. § ꝟriũ aũt. C. de vet. iu. enucle. Vñ optimè intelligiᷣ, friuola ea oĩa, ac prſus inania eſſe. quæ de concurſu rigoris, & æq-
tatis ſcriptæ noſtri interpretes tãto apparatu comminiſcũtur.

ARGVMENTVM.

QVæ diſtinctio adhibenda ſit, vt propoſita quæſtio penitus dirimatur, & argumenta pro vtraq; parte adducta ſimul concilientur.

SVMMARIVM.

1 *Tria propoſitæ diſtinctionis capita.*
2 *Quoties verba dubia ſententiam quoque planè incertam reddunt, nullus æquitati locus eſt.*
3 *Perpenduntur verba legis vlt. C. de legib.*
4 *Cum ex verbis dubijs ſententia non prorſus incerta redditur, æquitate vti non modo poſſumus, ſed debemus.*
5 *Æquitatis vſus quàm ſit neceſſarius.*
6 *Non ſolum iudicibus permiſſum eſt, præter verba legis iudicare, ſed etiam ſubditis præter verba legis agere.*
7 *Solus verborum cortex à pœna delinquentem non excuſat.*
8 *Æquitas lucet ipſa per ſe, vnde illud rectè. Quod dubitas ne feceris.*
9 *Non eſt locus interpretationi ex æquo & bono, quoties ſine vitio ſcripturæ verba inflecti non poſſunt.*
10 *L. in ambigua. ff. de legib.*
11 *Intell. l. proſpexit. ff. qui & à quib.*
12 *Aliorum explicationes ad eam l. reprobantur.*
13 *Eſt interdum, cum etiam in principe damnanda ſit clementia.*
14 *Nimia Neruę facilitas reprehenſa.*
15 *Non eſt vni indulgendum quod alteri noceat.*
16 *Caſus in lege omiſſus ex æquo & bono ſuppleri non tantùm poteſt, ſed etiam debet.*
17 *Antiqui iuriſconſulti legis condendę poteſtatem non habuerunt.*
18 *Non temerè ad omnes caſus lex protrahenda eſt, in quibus prima fronte eadem ratio ſubeſſe videatur.*
19 *In ijs quæſtricti iuris ſunt, caſus non expreſſus pro omiſſo habendus eſt.*
20 *Etiam in correctoris extenſio admiſſa eſt.*
21 *Quoties vnica tantùm ratio aſſignari poteſt, illa habetur pro expreſſa.*
22 *Nihil refert ſit ne vnica tantùm legis ratio, an verò ſint plures, quæ eandem ſententiam ſuadeant.*
23 *Lex nimis generatim concepta, licet non temerè, tamen ex æquo & bono coanguſtanda eſt.*
24 *Eſt interdum cum legis ratio non prorſus ceſſet, licèt ceſſare videatur.*
25 *Quòd minor ſubſit ratio, non ſatis cauſæ eſt, vt à generali regula recedamus.*
26 *Duo ſunt potiſſimum, ex quibus generalis legis reſtrictio deſumi poteſt.*
27 *Id ſemper apprimè vitandum, ne quid abſurdum inducatur.*
28 *Quibus ex rebus abſurdum aliquid eſſe vel non eſſe iudicandum eſt.*
29 *Errat Bart. qui vbi naturalis ratio reclamat, non concedit indiſtinctè reſtrictionem fieri debere.*
30 *Ad ſacrum ire non tenetur, qui ſcit in via ſibi paratas inſidias eſſe.*
31 *Regula illa, Ceſſante cauſa &c. quomodo accipienda ſit.*
32 *Statutum excludens fœminas maſculis extantibus, quam rationẽ habeat.*

CAP. XXXIIII.

SVblata verò hac communi ſolutione videndũ eſt, num alia ratione ſimul conciliari poſſint illæ leges, quæ ſuperius pro vtraque ſentẽtia adductę fuerunt, Videntur enim illæ omnes ſibi inuicem maximè aduerſari: cuius rei gratia neceſſarium eſſe exiſtimo tria capita diſtinguere.
1 † Aut enim verba vsqueadeò dubia ſunt, vt nihil planè ſit, ex quo voluntas teſtatoris elici poſſit, ita vt non tantùm de verbis, ſed etiam de ſententia dubitetur: Aut verba dubia quidẽ ſunt, ſed eorum talis eſt ambiguitas, quæ non tollat certitudinẽ ſententiæ, neque prorſus impediat, quominus ad volũtatem & ſenſum legiſlatoris aliquibus veſtigiis perueniri poſſit. Aut deniq; verba nulla ex parte dubia ſunt, ſed vndequaq; apertiſſima, ita vt qđ in ea lege ambiguitatis ineſt, id nõ ex verbis oriaᷣ, ſed ex eo tñ, qa aperta legis ſcriptura à veriſimili legislatoris mẽte videaᷣ abhorrere. Vñ ea induciᷣ cãę cõſtitutio, quã Rhetores legitimã appellãt ex ſcripto & ſentẽtia. Perqramus ergo qd in ſingulis capitib. cõcludẽdũ ſit. Qđ attinet ad primũ, cũ. ſ. verba ita
2 dubia ſunt † vt dubiã quoq;, ac planè incertam ſnĩam reddant, cõſtãter hìc puto poſſe nos affirmare, interpretationi ex ęquo & bono locũ non eſſe. Ac nobis cũ hac in re ſentit D. Tho. in 1. 2. q. 96. art. 6. cũ rñdet ad fm arg. & in 2. 2. q. 120. art. j. Quib. in locis ita interpretatur verba Cõſtãtini in l. j. C. de legib. vt cũ dicit. Inter ius, & æqtatẽ interpoſitã interpretationẽ ſoli imperatori inſpicere licere, eo caſu loquaᷣ, cũ nõ mõ dubia ſunt verba, ſed ſnĩa eſt prorſus incerta. Rõ aũt in prõptu eſt, cur nullus tũc poſſit eſſe æqtati locus. Nã iccirco tñ adhibeᷣ legi interpretatio ex æquo & bono, ut tegis uolũtas cõſeruᷣ, ut docet Celſ. in l. benignius ff. de legib. Nec ſanè longius æqtas ꝓgrediᷣ q ut aptè ad ſcriptoris ſnĩam verbis ipſis uramur, nã ſi ꝓceſſum iudicibus fuiſſet, ex ſuã potius, q ex legis ſnĩa interpretari, magnus ꝓfectò eſſet aditꝰ ipſis datus ad iniquè iudicãdũ, cũ ſemp ſuæ ini-

Source : BIU Cujas

quitati ęquitatis nomen,ac dignitatem possent obtẽdere.Quare cùm nullo modo legislatoris sententia ex ipsa lege elici potest,nihil aliud reliquum est,nisi vt principem adeamus,qui noua lege,si opus erit,voluntatem suam testetur,apertamque omnibus reddat.Atque in hunc modum intelligi debet, quod habetur in l.leges sacratissimæ,atq; in l.pen. & vlt.C.de legib.aliisque item omnibus,quæ statuunt soli principi legum interpretationem esse reseruandam,nempe vt tunc verum sit,cum perplexa,atque incerta penitus earum sententia est, quod videtur
3 mihi apertissimè Iustin.demonstrasse in illa l.vlt.nã † cùm reddit ibi ratione,cur sibi soli interpretationẽ legum vendicet,his
„ verbis vtitur.Quis enim ęnigmata soluere, & omnibus aperire
„ idoneus esse videtur, nisi is cui soli legislatorem esse cõcessum est?Quod etiã non obscurè sentit Iulia. in l. & ideò. ff. de legib. qui cum dicit,certius aliquid statuendum esse,ostendit se de ea lege loqui,cuius sententia obscura sit, & incerta Nunc veniamus ad secundum caput, nimirum † quando verba dubia quidem sunt,sed non ita prorsus, vt sententiæ certitudinem tollãt.
4 Ego hic non puto dubitandum esse, quin ex æquo & bono leges interpretari non modò possimus, sed etiam debeamus, ac multò magis sentẽtiam,quàm verba spectare, immò enim fraus legi fiet,si saluis verbis sententia eius circumueniatur.l.cõtra
„ legem.§.in fraudem cum.l.sequenti.ff.de legi. Nam, vt pulchrè
5 ait Cicero pro Cecinnã. Si † verba inter nos aucupabimur, ne
„ domi quidem in seruos domesticum vllũ imperium habebi-
„ mus;si seruulis hoc nostris cõcesserimus,vt ad verba nobis obe
„ diãt,nõ ad id quod verbis intelligi possit,obtemperent.Hoc idẽ
„ & Theologi præcipiunt,Hilariusq; inter alios lib.3.de Trinita-
„ te.Intelligentia (inquit) dictorum ex causis est assumenda dicẽdi,quia nõ sermoni res,sed rei debet esse sermo subiectus.Quapropter non debet absurdum existimari, quòd possint hoc modo iudices a verbis recedere,quinimò si id non possent, nõ modò permissum, sed planè necessarium illis esset contra leges iudicare.Lex enim non verbum legis,aut scriptum est,sed sentẽtia,quam qui sequitur,ex æquo & bono iudicat, qui verò æquitate non vtitur,sicuti à sententia recedit,ita contra leges iudica
6 re existimandus est. Quod † diximus de iudicibus, idem & de subditis, quantum ad hoc affirmamus,ac de subditis ipsis loquitur Diuus Thomas, cùm hanc quæstionem proponit: Vtrùm possimus,præter verba legis agere,in pri.secun. quæst. 96. art.6. Quemadmodum ergo iudices ita etiam subditi,qui ex lege viuere volunt, eum sensum verborũ minimè amplecti debent, quem rationi & voluntati legislatoris viderint non esse cõsentaneum,alioquin in legem peccabunt,nec solo verborum præ
7 sidio tuti erunt,vt quia verba sequuti fuerint, † propterea pœnas legibus insertas euitare debeant,vt expressim cautum habemus in l.5. C. de legib. Non dubiũ est (ait ibi Theod.) in legem
„ committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nitit
„ voluntatẽ,nec pœnas insertas legibus euitabit,qui se contra iu-
„ ris sententiam,salua prærogatiua verborum, fradulenter excusat. At neque eo nomine sese poterunt excusare, quod dicant aliam se legis voluntatem esse nesciuisse, quàm quæ ex verbis colligebatur,arg.l. Labeo.in fin.ff.de supel.leg. Primò quia pertinet hoc secundum caput nostræ distinctionis ad eas leges, in
8 quibus † verba dubia non prorsus incertam sentẽtiam reddũt;
Deinde quia æquitas lucet ipsa per se,neq; hæsitationẽ affert vllam,vt pulchrè aduertit Cicero lib.j.offici.cum hac de causa dicit,rèctè eos præcipere,qui monent,ne id faciamus, quod dubitari possit,æquum an iniquũ sit. Tertiũ, & vltimum erat caput nostrę distinctionis, cùm verba planè aperta sunt, ac per se nihil obscuritatis habet,quamuis eo modo,quo sonãt,non prorsus rationi,& iustitiæ congruere videantur.Et hìc rursus tres casus censeo distinguendos. Video enim totidem modis eũenire posse, vt verba, quantùm ad illud quod in cõtrouersiam deducitur, nullã obscuritatem contineant. Primò enim aperta sunt verba,cùm illud ipsum,de quo agitur,expressim determinant, ac decidunt. Secundò cum prorsus illud omittunt. Tertiò & vlt.cùm neque prorsus omittunt, neque etiam speciatim decidunt,sed generalibus id tantùm verbis complectuntur, Primo casu, cùm verba legis illud ipsum tàm apertè decidunt, de quo
9 disceptatio est, vt sine vitio scripturę inflecti non possint † tũc nulla interpretatione, nullaque æquitate euitari poterunt, aut ad eum sensum contorqueri,qui prorsus à verbis alienus sit,nã cùm ad legis sententiam interpretatio omnis, quæ fit ex æquo & bono, referenda sit, non poterit videri ea fuisse legislatoris sententia,quę verbis perspicuis aduersatur,arg.l.Labeo.in fine. ff.de suppell.leg.Vnde retinenda est significatio ,quæ verbis cõ
10 uenit, quamuis ex ea non talis sententia colligi possit † quæ rationi sit consentanea & hoc probatur apertissimè ex l.in ambigua.ff.de legi.vbi cum dicat Celsus,accipiendam esse significationem,quę vitio caret,posteaq; subiiciat, Præsertim cũ etiam voluntas legis ex hoc colligi possit,satis demonstrat illa dictio, presertim,vel si inde voluntas colligi nõ possit, idẽ tamen con
11 cludi debere.In hunc † modum puto esse accipiendum, quod habetur in l.prospexit.ff.qui & à quibus.Nã quod ibi Vlp.à verbis legis Iuliæ non recedat, cùm tamen id maximè legis ratio exposcere videatur,nulla alia causa est, nisi quia verba ita concepta erant,vt seruũ quoque illũ,qui extra ministerium mulieris fuerat,vel speciatim exprimerent, vel aperta aliqua demonstratione significarent.Id quod optimè ex eo probatur.quia ex solis verbis legis Iuliæ hanc suam decisionem Vlp. desumit, ac
„ cum eius decisionis rationẽ affert sola legis verba considerat.
„ Quia ita verba (inquit) faciunt,vt ne eum quidem seruũ,qui extra ministerium eius mulieris fuit,vel in agro, vel in prouincia possit manumittere, vel alienare. Vnde rectè coniici potest,verba legis Iuliæ in eo quoque casu fuisse expressa, vel certè eum in modum prolata,vt apertam legis sententiam redderẽt.Hoc modo aũt mihi videtur ex lege Iulia argumẽtũ sumi potuisse,vt is quoq; seruus,q extra ministeriũ mulieris fuerat, ex legis sententia comprehenderetur.Nã quãtũ ad seruos patris,& aui,matris,& auiæ,eos tantùm manumitti prohibebat,qui in ministeriũ mulieris fuerant concessi. Ergo quãtũ ad seruos ipsius mulieris noluit lex Iulia hanc distinctionẽ adhibere,arg.l.ex eo.ff. de test.l.qui testamento.§.mulier.ff.de testam.c.qualis 25.dist.c. nonne.cum simil extra de præsempt.Et hæc fuit causa.cur Vlp. dipositionẽ legis Iuliæ sine vitio verborum restringi non posse existimauerit.Durum tamen dicit hoc ipsum esse,vt eorũ quoque seruorum manumissio,& alienatio fuerit ꝓhibita, qui fuerant extra mulieris ministeriũ. Verùm id forsan spectauit lex Iulia, quia si in illis prohibitionem remisisset, maximus fuisset aditus patefactus,vnde ipsi legi facilè fraus fieri potuisset.Itaque forsan non est,cur hoc nobis ita durum videri debeat,vt Vlp.iu
12 dicauit.Hinc † porrò apparet friuolam esse,minimeq; necessariã distinctionẽ,quam tradit Bar.in l.omnes populi.in 2. quæst. 6.quæst.princip.ff.de iust.& iu.cùm animaduertit in hac l.prospexit.agi de lucro, de damno verò agi in aliis legibus, in q bus restrictio fit,vt in l.quamuis.ff.de in ius voc.in l.adigere §. quãuis.ff.de iure patr.nam nil prorsus est,vnde hoc Vlp. considerasse colligi posset. alias solutiones cæteri quoque interpretes variis in locis certatim attulerunt,vt Bald.in l.non dubium. C.de legib.& in l.2.C.quę sit longa cõsuet.Salyc. in l. si serui vestri.C. de noxalib.act.Crotus in d.l.omnes populi.Ruin.in l.1.§. nunciatio.ff.de nou.oper.nunciat.qui omnes mirum in modũ in lenienda huius legis duritie, quamuis (iudicio meo) frustra prorsus,insudarunt. Ita concludamus apertissimè demonstrari ex hac lege non posse legi ex æquo & bono interpretationem adhiberi,quoties sine vitio verborũ ea interpretatio fieri non potest;esset enim hoc non æquitatis,sed clementiæ. Clementia in rebus priuatis vnumquemque maximè decet,cùm non aliorũ, sed propriam, quã vlcisci possẽmus, iniuriam remittimus. Sed in rebus publicis, ac propterea etiam in iure reddendo ad solũ principem spectare debet,vel ad illos,qui parem cum principe
13 potestatem habent, vt & supra diximus. Est verò interdũ † cũ etiam in principe clementia damnatur,& meritò quidẽ;nam si æquè cum omnibus facilis,& benignus erit princeps,ac non se se in delictis vindicandis, improbisque hominibus coercendis seuerum, quin & vbi opus fuerit, atrocem ostenderit, multos ea facilitate ad delinquẽdum inuitabit, ac fortasse etiam subiectos sibi populos parùm obsequentes habebit; quo fiet, vt imperii dignitas, & auctoritas nõ parum minuatur. Hoc † ipsum
14 Neruæ Romano Imp.vitio datũ fuisse legimus,quod nimium miti,& mansueto esset ingenio.Siquidem multi nimiam illam bonitatẽ eo verbo notarunt, quòd dicerent, deterius esse sub eo principe viuere,per quem omnia liceant, quàm sub eo, per quẽ nihil liceat. Vsqueadeò autẽ creuit indies eius cõtẽptus, vt vt cum viderit ipse nullam se apud suos retinere auctoritatem, hac de causa Traianum illum optimũ imperatorem adoptauerit, eique imperii insignia Coloniam miserit. Multoque etiam magis nimia principis clementia damnanda erit,si cuipiam detrimento fuerit † vt si fortè is pœnam alicui remiserit, quæ par
15 ti fuisset applicanda.Namque hìc præsertim valet illud. Nõ mi sereberis in iudicio pauperis,hoc est enim de alieno largiri,debitam pœnam remittere.Facitq; ad hoc reg.l.2. §.meritò. ff. ne quid in lo.publ.cum alijs multis, quæ vulgò ad idem adducuntur.Et hæc spectant ad primum casum ex ijs tribus, quos nobis in hoc postremo cap. considerandos proposuimus. Secundus casus erat ille,cũ id de quo disceptatio est, in lege prorsus omissum fuit.Et tunc clarũ est æquitati locũ esse posse † cùm videa-
16 mus sæpè iurisconsultos,supplere ea, quæ legibus fuerãt præter missa,vt l.2.§.si mulier.ff.ad Tertul. l. si quis id quod. ff. de iurisdict.omn.iud.l.filiũ habeo.ff.ad S.C.Maced. Nec dicat, vt sæpè solẽt dicere nostri interpretes, in his locis extensionem fieri à
17 lege, cùm fiat à iurisconsultis † qui legis condendæ potestatẽ habebãt,vt tradit Bart.in l.Gallus.in princ. ff. de lib. & posth.& videtur probari in §.respõsa.inst.de iure nat. gent. & ciui. Nam minimè ambigẽdũ puto,q̃n Bart. & alij hac in re pueriliter errauerint.Cùm verè iurisconsulti interpretũ munere tãtùm fungerentur.vt probatur arg.eius l.in §.ille casus, & l.penult. ff. de leg.1.Idq; nos(vt spero) planum faciemus, cùm quę scripsimus

ad

Source : BIU Cujas

ad l. Gallus. Deo adiuuante, emittemus. Posset quidē rectè fortasse hæc responsio afferri ad eas leges Codicis, in quibus supleri aliquid videmus, nā fecisse hoc Imperatores nō mirū est, q ius cōdere potuerūt. Verū animaduerto ipsos quoq; Impp. ꝫ penumero ijs verbis vti, q̄bus p̄spicuè ostēdūt, hac in re legis auctoritatē nō req̄ri, sed solo interpretis ministerio id p̄misū esse, vt in l. nō sine C. de bo. quę lib. in l. quāuis. C. de fideicō. & l. his solis. § j. vers. tacitè cautū putamus. C. de reuo. do. Neq; verò p̄pterea nos affirmamus leges semp̄ ꝺ oēs casus extēdi, in q̄bus
18 earū ratio locū habere videt. † Est. n. interdū, cū eiusmodi extēsio nō fiat. vt in l. si verò. §. ꝺ viro. ff. solut. mat. q̄ legem, & alias similes Bart. in l. oēs populi. in 4. quæst. 6. princ. ita accipiēdas existimāt, vt tūc p̄cedāt, cū casus ille omissus, de quo cōtrouersia est, alia aliqua lege fuit decisus: Tūc n. ad casū omisū lex nō extēditur, ac tāto minùs ēt extēderetur, si fortè lex illa, ꝺ cuius interpretatione agit, priuilegiū aliquod induceret, iuxta l. quod ꝯstitutū. ff. de milit. test. aut alio quocūq; mō stricti iuris materiā ꝯ
19 tineret. Vulgatū est n apud nos, in ijs † quæ stricti iuris sunt, casum nō expressū tanq̄ omisū haberi, & iuris cōmunis regulis reseruari. l. si cùm dotem. in princ. ff. solut. mat. l. cōmodissimè. ff. de lib. & posth. Et hoc rectè ēt p̄bat, quod tradit Gord. in l. 2. C. de noxal. act. Verùm nō id nobis hoc tēpore p̄positū est, vt casus oēs enumeraremus, in q̄bus vel posset, vel nō possent leges extēdi; tātùm. n. quærimus in præsentia, an ęq̄tati locus tūc esse possit, cùm casus, de quo agitur, à legislatore planè omissus est. Vt autē p̄bemus, ęq̄tati tūc locū esse posse, satis est ostēdisse, solere leges interdū ad ea extēdi, quæ prætermissa sunt, vt rectè ostēdūt leges oēs superius adductę. Quod verò nō tātū permissa hæc extēsio, sed planè necessaria sit, ostēdit Iul. in l. nō possūt. ff. de legi. Cū dicit, nō posse oēs articulos singulatim legibus cō prehēdi, sed necessariū esse iudici ad similia p̄cedere, quod &
Vlp. tradit in l. seq. Nō tñ id facere licebit in ijs, quæ ꝯ iuris rationē recepta sunt, vt habetur in l. quod verò, & in l. in ijs. ff. de legi. At hæ leges pariter oēs, cū ea tātùm excipiāt, quæ ꝯ iuris
20 rationē sunt cōstituta, ostēdūt reliqua omnia ad ꝯsequētiā p̄duci posse. Idq̄ue † posse fieri ēt in correctorijs frequētius admittūt nostri interpretes, dūmodò ratio sit expressa, ex qua extēsionē sumere volumus. Ita concludit gloss. in clem. 1. in ver. eligatur, de elect. quā cæteri passim sequūtur. Bald. in authen. quas actiones col. 2. C. de sacrosan. eccl. Butrius in c. vlt. de ꝯsuet. Deci. in rub. extra de rescript. Socin. alijsq; recētiores in rub. ff. solu. matr. vbi nos quoq; plenissimè ac de re aliqñ egimus. Et hanc appellāt potius cōprehēsionē, siue intēsionē, quàm extēsionē, vt Bald. in l. de q̄bus col. 5. ff. de legib. At quādo ratio non est expressa, non cōcedūt legē correctoriā posse ad casus similes pro
21 duci, nisi lex eiusmodi sit † in qua vnica tātū ratio assignari possit: nā tūc quoq; etēsio permissa est, vt dicunt Accurs. Cynus, & alij in l. quāuis. C. de fideicō. Bald. & Imol. in l. vlt. ff. de hæred. inst. itē Bald. in l. maximū vitiū. C. de liber. præter. Alex. in l. si cōstante. col. 5. ff. solut matr. Idē dicēdū esset, si plures essent ratio-
22 nes † quæ tamen omnes æquè illi casui conuenirēt, ad quē vellemus legē extendere, neque n. minus eo modo aperta esset legislatoris volūtas, quā potissimū debemus intueri, cū de ipsius legis productione agimus. l. benignius. cū similib. ff. de legib. Sic videmus hoc secundo casu, nostros quoq; interpretes æquitati locū re ipsa dedisse, licèt illud nō animaduerterint, huic extensioni maximè propriè æquitatis nomē cōuenire. Tertius & vlt. casus, quē supra proposuimus, is fuit, cū id quod in cōtrouersiā reuocat, neq; expressim lege decisum est, neq; etiā p̄rsus omissum, sed verbis tantū generalibus cōprehēsum. Et in hoc pariter cōcludēdū est, posse nos ex ęquo & bono legē interpretari, & quod nimis generatim in ea traditū est, coangustare, ac moderari. Attamen nō id passim fieri posse admittendū est; Nam extat vulgare illud quidē apud nos, sed verissimū pronūciatū,
23 Generatim † prolata, esse itidē generatim, ac sine vlla restrictione accipienda. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. p̄stād. l. de pretio. ff. de publi. in rem act. Quare non semper cùm legis ratio cessare videtur, temerè à legis præcepto recedere possumus; vt si, gratia exempli, lex municipalis puniat eū, qui noctu arma tulerit, nō debemus illicò ſcnē liberare, qui cū armis noctu inuentus sit, quāuis ea sit ætate, quæ ad digladiādū non sit idonea. Licèt. n. ratio legis in eo cesset; tamē pōt legis sententia ad cū quoq; pertinere, ne si ei detur venia, exēplo ea res dānosa sit, atq; aditum forsan patefaciat, vnde legi fraus fieri facilè possit. Et ita rectè ꝯ
24 cludit Domin. Sotus lib. 1. de iust. & iur. q. 6. artic. 8. Puto † ego & in hoc, & in aliis eiusmodi exemplis esse antè omnia diligenter inspiciendū, verè nè legis ratio cesset, quod in proposito exemplo non facilè admisero, nam vel si maximè iste senex sit, cùm tamē annis non impediatur, quo minus noctu cum armis eat, feriendi certè suspicione nō prorsus aberit. Multa eiusmodi sæpè reperiemus, in q̄bus ratio quidē nō tāta subsit, sed ta-
25 mē nō prorsus cesset. Quòd † verò aliquo casu minor subsit ratio, non satis causæ est, vt propterea à generali legis regula recedere debeamus, vt docet Socin. in l. 2. §. ex ijs. inf. tit. nostro. Alciat. lib. 1. de verb. sig. latè Doct. fermè omnes in l. 1. C. de eden.

Et p̄bat hoc in l. in fraudē. §. vlt. ff. de milit. test. & in l. 1. §. quod autē. ff. de aleæ lusu & aleat. Nam cùm aliqua ex parte ratio vigeat, legis voluntas prorsus deficere non potest. Cùm autem subsit legis voluntas, eaque restrictioni aduersetur, non posset dici facta hæc restrictio ex æquo & bono, cùm id vnū æq̄tas agat, vt legis volūtatē inuiolatā ꝯseruet. Iā verò si nō passim, aut temerè, cū gñal'r leges loquūtur, earū restrictio faciēda est, & illa tamē interdū fit, videdū est, quid nā sit, ex quo possimus cognoscere, qñ verba legis generalia ex æquo & bono coāgustari possint. Nō satis cōmodè potest hoc ex omni parte explicari, cū in singularibus, atq; indiuiduis factorū speciebus positū sit, multaq; sæpè cōcurrāt, quę multis modis interptationē variare solēt. Quæ oīa, sicut lege cōphēdi nō possūt, vt post Aristot. tradit Iul. in l. nō possūt. ff. de legib. ita neq; à nobis possūt cer-
26 tis regulis definiri. Sed tñ duo † mihi p̄cipua vidētur esse, ex q̄bus legis restrictio rectè desumat. Primū est, cùm videmus nō posse legē generatim accipi, qn absurdū aliquod sequat: tūc. n. eius vitādi gratia legis dispositio coarctari omninò dēt, vt rectè tradit Rainer. in l. oēs pnpuli. nu. 74. ff. de iust. & iur. cui hac in re cōsentit Bart. in l. Cæsar. ff. de publica. Qua de re minimè mihi dubitādū videt, cū nihil sit, quod nobis iuriscōsulti crebri
27 us inculcēt † quàm verba ita esse accipiēnda, ne absurdū ex ijs aliquod oriatur, vt habemus in l. 2. ff. de cōd. insert. in l. aliud. §. absurdū. ff. de reg. iur. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. l. nā absurdū. ff. de bonis libert. l. in ambiguo. ff. de legi. l. Pōponius. ff. de neg. gestis. l. si quis à filio. ff. de leg. 1. l. cōsulta diualia. C. de testamē.
28 Absurdū † autē ita accipiēdū est, si fortè lex gñaliter accepta alteri legi aduersetur, tūc. n. ea ipsa lege declarari, & restringi debet, arg. l. nō est nouū. ff. de legib. vel si reclamet iuri naturali. Nam hoc vsqueadeò absurdū est, vt q̄cūq; verè absurda dici possunt, ad hoc vnū fermè omnia redigātur. Habemus à Bar. in l. oēs populi. exēplū illud de statuto Bononiēsi imponēte pœnā capitis ei, q fecerit sanguinē in palatio, à quo eximet & tōsor, & chirurgus, q̄ id fecerint salutis gratia; quoniā alioqn esset absurdū, ra-
29 tioniq̄ue naturali repugnaret, vt innocēs puniretur. Putat † tamē Bart. secus dicēdū fore, si eiusdē ipsius statuti pœna nullū afferret dānū, sed in sola alicuius cōmodi, atq; lucri amissione ꝯsisteret. At in hoc vltimo frequētiùs re p̄bat, & rectissimè quidē ab Alex. & alijs, q hac in re nullā lucri, vel dāni distinctionē admittūt. Exēplū ēt illud hāc rē maximè apertā facit, quod affert Domin. Sotus lib. 1. de iust. & iur. quæst. 7. art. 3. Lex est, quæ infames, vel obscuris parētibus ortos p̄hibet equos ꝯscēdere. Latrones in eū locū impetū faciūt, in quo eiusmodi hoīes multi degūt; isti cùm videāt se nō alia ratione latronū manus effugere posse, vitæ suæ præsidiū quærētes equos ascēdūt, ac citatis cursibus sese illis subducunt. Dubium est, quin à pœna legis immunes esse debeant. Si enim hanc quoque speciē lex cōplecteret, aduersaret legi naturali, quæ nobis dictat, vt vitā, corpusq; omni ratione tueamur. Hac eadē de causa Ecclesiæ quoq; generale
30 præceptum restringi posse Theologi admittunt. Nam † nec festo quidem die tenereris ad sacrum ire, si certò scires paratas tibi in via ab inimicis fuisse insidias, vt rectè post diuū Thomā ꝯcludit idem Sotus eod. lib. 1. quæst. 7. art. 8. Et hoc est primum, vnde diximus generalis legis restrictionem desumi posse. Alterum est, cùm perspicuum est, legislatorem spectasse rationem aliquam, quam constet nō vigere in ea facti specie, quam volumus à generali legis regula eximere, sed rectè vtrunque ex his constare, vel planum fieri necesse est, vt hoc nomine restrictio fieri possit. Lex iure patroni eum priuat, qui libertum adegerit, ne ꝫhat matrimoniū, neve liberos tollat. Apertissima hic legis ratio est, ne scilicet publica vtilitas lædatur, quæ in eo maximè posita est, vt repleatur ciuitatis liberis hominibus. l. 1. ff. solut. matri. Iam verò tu cogis iurare libertum, sed eum castratum, qui vel si non iurasset, tamen nec ducere vxorem, nec liberos suscipere posset; Compertissimum est prædictam legis rationē hìc cessare, quare videmus ex æquo & bono excipi à lege hanc speciem, ne tu, qui hoc feciſti, pœna legis tenearis, vulgatissima l. adigere. §. quāuis. ff. de iure patr. Idem dicemus, cum initio adest quidem illud, quod legi causam præbuit, sed postea finitur, ita vt causæ illius ne vestigium quidem vllum remaneat, quod apertè docet Papini. in l. in omni. ff. de adopt. In omni fermè iu
„ re (inquit) finita patris adoptiui potestate, nullum ex pristino re
„ tinetur vestigium. Denique & patriæ dignitas quæsita per ado-
„ ptionem, finita ea, deponitur. Huc pariter spectat exemplum illud, de eo qui imprudens ferreo annulo alterum percussit, ītē quod de peregrino, & quod de tyrāni interfectore, & reliqua,
31 quæ ex Aristot. Eust. & alijs attulimus. Ita † denique accipiendę sunt & leges illæ omnes, quibus probatur trita illa iuris regula, cessante causa cessare effectum, vt l. si duas. § penult. ff. de excus. tut. l. ex facto. in princ. vbi Alex. infert ad multas quęst. ff. de vulg. & pupil. l. actione. §. item si alicuius. ff. pro socio. l. vlt. vbi Accurs. & Bart. ff. de testamen. tutela. l. qui cum herede. ff. de act. & oblig. Bart. in l. oēs populi, in 2. q. 6. q. prin. nō satis esse putat, quòd cā, & ratio legis penitus cessent, vt legis pœnam quis effugiat, sed illud insuper requirit (quemadmodū & paulò antè di-

Source : BIU Cujas

ximus) vt pœna damnum inferat aliquod, ac non ſolàm lucri amiſſionem contineat. Verùm in hoc frequentius illum reprobant cæteri interpretes, vt Alex. in d.l. omnes populi. Deci. in cõſi. 60. Alciat. libr. j. pag. xj. de verborum ſignifica. Qui omnes ſentiunt, ad reſtrictionẽ id ſatis eſſe, quòd prorſus legis ratio ceſſet, iuxta capitu. cum ceſſante. extra de appella. Cùm enim ratio (vt vulgò fertur) ſit anima legis. l. cum pater. §. dulciſſi. ff. de lega. ij. Conſequens certè eſt, non poſſe legem in ijs ſpeciebus roboris aliquid habere, in quibus ratio legis, ac propterea etiam legiſlatoris ſententia deficiat. l. j in j reſponſo. iuncto §. hæc verba, & §. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei. l. j. in princi. & §. j. ff. ne quid in lo. ſacr. cap. miramur. extra de ſer. ordinan. Hanc communem concluſionem generatim accipiunt nõ tantùm, in cùm lege ratio fuit expreſſa, ſed etiam cùm expreſſa non fuit, ſi modò illa vnica ſit, tunc enim perinde eſt, ac ſi fuiſſet expreſſa, vt docet Accurſ. in l. quanuis. C. de fideicommiſ. quem frequentiùs ſequuntur alij interpretes in l. maximum vitium. C. de legibus præterit. Cùm di-
32 cunt † ſtatutum illud, quo maſculis extantibus, fœminæ excluduntur, fauore agnationis tantùm fuiſſe introductum, quatuis ea ratio non exprimatur, quicquid contra ſenſerit Bart. in l. j. C. de adult. Idem affirmandum eſt, cum duabus rationib. quid cõſtitutum apparet, quæ tamen ſingulæ efficaces non ſunt, ac per ſe non ſufficiunt: nam altera ceſſante, æqui boniq; ratio poſtulat, vt quod eſt introductum extinguatur, vt & Alci. concludit libro j. pag. 5. de verborum ſignific. dum affert exemplum illud de l. ſi familia. ff. de iuriſdi. omn. iudic. iuncta l. illud. ff. ad l. Aquil.

ARGVMENTVM.

EX prædictis rectè ſolui nobilem illam antinomiam de l. j. C. de legi. & l. placuit. C. de iudiciis. Quanquàm ad l. j. poteſt alius intellectus afferri, qui Conſtantini & ſententiæ, & verbis multò magis applaudet.

SVMMARIVM.

1 *Quando ſit adeundus Princeps, qui legem obſcuram interpretetur.*
2 *Solutio diui Thomæ licèt per ſe veriſſima ſit, tamen verbis Conſtant. non ſatis conuenit.*
3 *Ineptè Accurſ. exponit interpoſitam, hoc eſt interponendam.*
4 *Noua intelligentia. l. 1. C. de legibus.*
5 *Naturaliter euenit, vt interpretationem leges deſiderent.*
6 *Quanti referat vnam potius, quàm alteram recipi interpretationẽ legis.*
7 *Quorum iuriſconſultorum cõmentaria Theodoſius pro legib. approbarit.*
8 *Aequitati ſuum locum reſeruat Theodoſius.*
9 *Non de particulari, ſed de generali legis interpretatione loquitur Conſtant. in d. l. 1.*

CAP. XXXV.

EX his omnibus, quæ ad huius quæſti. explicationem tradita ſunt, optimè illud etiam intelligimus, qua ratione ſimul conciliari poſſint duæ illæ leges Conſtan. quarum altera æquitatis vſum iudici concedit, & habetur in l. placuit. C. de iudic. Altera verò quæ habetur in l. j. C. de legibus nõ alii, quàm principi permittit, vt ex æquo & bono leges interpretari poſſit. Dicemus ergo, tunc demum ſoli principi interpretationem reſeruari, cùm non modò verba legis dubia ſunt, ſed & voluntas incerta. Cùm enim legis voluntatem æquitas potiſſimum intueatur, ac propterea ibi æquitati locus eſſe non poſſit,
1 vbi voluntas incerta ſit, nihil aliud reliquum eſt, † niſi vt Princeps adeatur, qui certius aliquid decernat, vt in l. & ideò. ff. de legibus. & l. leges ſac ratiſſimæ, cùm tribus ſequent. C. eo. de legib. Alioquin ſi quid vel minimum eluceat, cuius ope ad legislatoris voluntatem perueniri poſſit, poterunt ipſi quoq; iudices ex æquo & bono legem interpretari, vt probatur ex l. in omnibus. ff. de reg. iur. ex l. ſi ſeruum. §. ſequitur. infra tit. noſtro, cum aliis tàm multis ſuperius adductis. Et ita intelligimus l. placuit. C. de
2 iudic. Hanc † ſolutionem primus (vt dixi) tradidit Diuus Thomas, eademq; poſtea Franc. Conna. probauit. Ac certè illam ego quoque ſatis probabilem eſſe iudico. Verumtamen non vlla animaduerto in illa l. j. C. de legibus quibus adducor, vt quamuis hæc diſtinctio per ſe veriſſima ſit, non tamen eam exiſtimem illi legi ſatis conuenire, aut omnem prorſus dubitationem tollere. Primò enim dicit Conſtant. interpoſitam interpretationem ſibi ſoli inſpicere licere, quibus verbis non videtur prohibere, quominus à quocunque, vbi opus ſit, interpretatio ex æquo & bono adhiberi poſſit, cùm loquatur de ea tantùm interpretatio
3 ne, quæ iam fuit interpoſita. Turbauit hoc & Accurſ. † qui propterea expoſuit interpoſitam, hoc eſt, interponendam, aliasque nonnullas ſolutiones attulit, quæ non tantùm falſæ, ſed & planè abſurdæ ſunt. Præterea de ea interpretatione Cõſtant. loquitur, quæ fuit interpoſita inter ius, & æquitatem, quæ verba faciũt, vt non rectè videantur mihi ſentire, qui ibi propriè æquitatem ſu-
4 munt p emẽdatione, & interpretatione legis, quæ fit ex æquo & bono. Etenim nõ niſi ineptiſſimè quis dixerit, interpretatiõi ex æquo & bono (niſi fortè ea eſſet ſcripta, & in legis formã redacta) interpretationem adhibitã eſſe. Illud quoq; poſtremò non parùm huic expoſitioni aduerſatur, q ea lex generaliter loquitur. Vnde non videtur carere diuinatione illa reſtrictio, q dicamus eo tantùm caſu loquutũ eſſe Conſtant. quo lex penitus incerta eſt, ac nihil planè eſt, vnde legislatoris voluntatem aſſequi poſſimus. Quoniã ergo ſua cuiq; cõiectura eſt, dicam ego quoq; qd hac in re verius eſſe exiſtimẽ. Crediderim ipſe alio modo hanc legem intelligi poſſe, vt rectè cõueniat cũ alia illa l. placuit, quæ primo aſpectu ipſi videtur eſſe contraria. Animaduerto conſtitu. l. placuit. inſertam eſſe tit. de iudic. cui ſanè maximè cõuenit, cùm in ea Conſtant. præſcribat iudicib. quid in iudicando ſequi illos oporteat, præcipit. n. vt maiorẽ æquitatis quàm ſtricti iuris
4 rationem habeat. At † illa l. j. ſubiicitur tit. nõ de iudic. ſed de legib. atq; ob id credibile nõ eſt, voluiſſe ibi Imperat. de iudicandi ratione quicquam præcipere, ſed aliò potius exiſtimandũ eſt illius legis deciſionẽ ſpectare. Vt autẽ planius fiat, quid nã ſibi Cõſtant. ibi voluerit, conſiderandũ eſt in tanta rerum, actionumq; varietate, quas legibus definire neceſſe eſt, non poſſe ipſas leges tàm apertè, & dilucidè ſcribi, quin eæ interdũ nõnullis in rebus videãtur à iuſtitiæ ſemita declinare. Ita vt nõ ſolùm iudicum deſiderent moderationẽ, quę variè à variis adhiberi poſſet, ſed certã quandã, ac generalẽ interpretationẽ expoſcant, atq; ea in re prudentiorum ingenio, & peritia indigeant. Siquidem iudices, quippe qui ob forenſes occupationes in omnibus legum verbis ſubtiliter perpendendis nõ diù immorari poſſunt, non oẽs eiuſmodi ſunt, vt dubij, ac perplexi legũ nodi tutò ipſis cõmitti poſſint, quare rectè dicit Pompo. in l. ij. §. his legib. ff. de orig. iur. le-
5 ges 12. tab. † cùm primùm latę fuerunt, prudentum auctoritatẽ deſideraſſe, idq; ait naturaliter euenire ſolere. Permagni verò ſanè momẽti ſunt eiuſmodi interpretationes, & quemadmodum illas adhiberi p rſus neceſſariũ eſt, ita plurimi refert, an hoc, vel illo modo fiant. Itẽ poſteaq̃ factæ ſunt, vtrùm ſeruentẽ paſſim ab
6 omnib. & in iudiciorũ mores recipiantẽ, † quandoquidẽ poſſũt legum ſenſus in hanc, vel illã partẽ deflectere, ac ſæpè interpretationis colore leges corrigere, atque mutare. Quare cùm hoc Cõſtantinus animaduerteret, cũq; videret fortaſſe iuriſconſultorũ peritiam, & auctoritatem iudices aliquos mouere poſſe, vt propterea interpretationi illi quaſi addictos ſe eſſe arbitrarentẽ, quàm inſignis aliqs iuriſconſultus in legẽ quam piam edidiſſet; fieriq; etiam poſſe, vt prefectus Pretorio, vel Preſides prouinciarũ, aut alij quicunq;, qui iurisdictionẽ aliquã obtinerẽt, eiuſmodi interpretationes approbarent, easq; ſeruãdas præciperẽt, nequaquã id ferendum putauit. Intelligebat. n. hoc ipſum nomine quidem interpretari, re ipſa verò nihil aliud eſſe, quàm legis cõdendę ſibi facultatem vendicare. Quare in hac l. j. C. de legibus huic periculo prouidè occurrit, ſtatuitq;, vt ſi qñ aliqua eiuſmodi interpretatio legi cuipiã fuerit adhibita ab aliquo forsã iuriſperito, qui iuris ſcripti duritiem profiteatur ſe velle ad æquitatẽ reuocare, ſoli liceat Imperat. illã inſpicere, atq; approbare, immò verò nõ tãtùm liceat, ſed omninò fieri illud oporteat, cùm
7 alioqn nulla poſſit eius interpretationis auctoritas eſſe. Hac † de cauſa videmus poſtmodò Theodoſiũ Papiniani, Pauli, Caij, Vlpiani Modeſtiniq́ue ſcripta approbaſſe, aliorumque item vetuſtiorum, quorum ipſi auctoritate vtebantur, vt in l. vnica. de reſponſis prudẽtum in C. Theodoſiano, vbi ita Theodoſi. inquit.
» Papiniani, Pauli, Caij, Vlpiani, atque Modeſtini ſcripta vniuerſa
» firmamus, ita vt Caium, atque Paulum, Vlpianum & cæteros co
» mitetur auctoritas lectionis, quæ ex omni opere recitatur. Eorũ
» quoque ſcientiam quorum ſententias in operibus ſuis miſcuerunt, ratam eſſe cenſemus, vt Scæuolæ, Sabini, Iuliani, atq; Marcelli omniumque quos illi celebrarunt. Interpretationes ergo, ac reſponſa iuriſconſultorum ita demum generalis legis auctoritatem obtinebant, ſi vel expreſſim ab imperatorib. fuiſſent cõfirmatę vel permittentib. ipſis in iudiciorũ mores & cõſuetudinẽ eſſent introductę. Atq; hac de cã toties Vlpi. & alij teſtantur huius, vel illius iuriſconſulti ſnĩam receptã eſſe, modò. n. Iuliani, modò Sabini, aliorumve vetuſtiorũ traditiones dicũt obtinuiſſe. l. penul. ff. de leg. j. l. Gallus. §. ille caſus, cũ multis ſimi. ff. de lib. & poſth. Itaq; tunc iudicũ æquitas, ac moderatio in legũ interpretatione nõ erat neceſſaria, niſi cùm prædictorũ iuriſconſultorũ ſcripta in legẽ aliquã non extabãt, † vel fortè ipſorum
8 ſnĩæ pro vtraq; parte pares erãt, vt Theodoſ. ibidẽ ſubiicit. Vbi aũt (inquit) pares eorũ ſnĩæ recitantẽ, quorũ par cenſetẽ auctoritas, qd ſequi debeat eligat moderatio iudicantis &c. Veriſſima
» (meo iudicio) hęc ſolutio eſt, atq; ex ea optimè ſimul cõciliantẽ hę duę leges, q̃ inter ſe videbantẽ pugnare. Si quidẽ in l. placuit, q̃ ſubiicitẽ Rub. de iudiciis, loquitẽ Cõſtãt. de iudicis moderatiõe; atque ob id meritò ſtatuit, apud eũ potiorẽ æquitatis rõnẽ eſſe debere, id qd & alię multę leges (quemadmodum vidimus) non
9 permittunt modò, ſed planè pręcipiũt. At † in l. j. quam ſub titu. de legibus. Iuſti. collocauit, de gñali legis interpretatione agitẽ, q̃ tanti momenti eſt, vt legẽ reformare, ac quaſi mutare poſſit,

cùm

Source : BIU Cujas

cùm præſertim inter ius ſcriptũ interpoſita ſit, & id quod æquitas, ac iuſtitia poſtulare videbatur, vnde maxima cum ratione ibi deciditur, à ſolo Imp. eam inſpici oportere. Atque in hunc modum planè tolluntur illi omnes ſcrupuli, qui nos in ſuperiori expoſitione non immeritò offendebant. Etenim. primò rectè quadrat verbum illud, interpoſitum, nec eſt neceſſe cum Accurſio exponere, interpoſitam, hoc eſt interponendam. Rectiſſimè etiam loquitur Conſtan. de interpretatione interpoſita inter ius, & ęquitatem, cùm ea tunc interponi ſolleat, cùm ius ſcriptum ab æquitate, iuſtitia, & honeſtate videtur primo aſpectu diſſidere. Præterea nihil erit neceſſe generalem illius legis diſpoſitionem coangustare, verè enim poſſumus generaliter affirmare, nullam eſſe interpretationem hoc modo interpoſitam inter ius, & ęquitatem, quæ pro lege obſeruanda ſit, niſi prius illam princeps inſpexerit, & approbarit. Accedit poſtremò (id quod certè maximè vnũquẽque mouere debet) quòd ſi hæ leges in hunc, quem diximus modum, intelligantur, vtraque illi titulo, cui ſubiecta eſt, mirificè conueniet.

ARGVMENTVM.

RECtè ne ſenſerint noſtri interpretes, qui Iudæos ab omni æquitate excludendos putarunt.

SVMMARIVM.

1 *Materia tituli, de eo quod certo loco, non habet locum in Iudæis ſecũdùm Iaſonem.*
2 *Quare regula. l. meritò. ff. pro ſocio, & alię ſimiles credantur in Iudæis non procedere.*
3 *In ijs in quibus aduerſatur iuris præſumptio, actus etiam indifferentes in peiorem partem accipiuntur.*
4 *Ex genere, & ſtirpe præſumptio.*
5 *Verior ſententia eſt, ipſos quoque iudæos æquitatis compotes eſſe.*
6 *Negandum non eſt, quin multis in rebus deterior Iudæorum, quàm Criſtianorum conditio ſit.*
7 *Poteſt Iudæus vti exceptione præſcriptionis contra Chriſtianum.*
8 *Permittitur etiam Iudæis moram purgare, quicquid contra Iaſon ſentiat.*
9 *In ijs tantùm quæ ad religionem ſpectant, aduerſatur Iudæis iuris præſumptio.*
10 *Ex facto quæſtio.*
11 *Poſſit ne Deus ſum. & opt. quod factum eſt infectum reddere.*
12 *Non de omni religione debet intelligi, quod dictum eſt, in rebus ad religionem pectantibus, malè de iudæis præſumi.*

CAP. XXXVI.

QVoniam vidimus quinam poſſint, & quando poſſint æquitate vti, videndum nunc eſſet, cum quibus ea ipſa vti poſſint, ſed paucis in hoc agemus, cũ hæc res non eiuſmodi ſit, quæ diu nos remorari debeat. Noſtri interpretes in ea ſententia ſunt, vt in hoc non idem de Iudæis, ac de Chriſtianis hominibus ſit iudicandum, ſed Iudæi abomni prorſus æquitate ſint excludendi, cuius tamẽ Chriſtianos planè omnes compotes faciunt. Sentit hoc gloſs. in c. 2. in verb. iuris ſeueritate. extra de Iudæis. Item Iaſon in l. quod Epheſi. §. interdum
4 col. vlt. in fin. ff. de eo quod cer. lo. vbi † propterea concludit totam eius tit. materiam reſtringendam eſſe, vt locum non habeat in Iudæis, quam reſtrictionem commendat vt nouam, & ante ipſum inauditam. Quocirca ſi quis promiſerit Iudæo, certo loco ſoluere, & quia ibi ſolutum nõ ſit, alio in loco petatur, non putat actionem effici arbitrariam, neque habendam eſſe rationem eius quod Iudæi intererat eo loco accepiſſe, quod ſi bi promiſſum fuerat. Nam vt perſpicuè ſentit Iuſtin. in §. præterea. inſt. de act. totum illud, qđ arbitrariam actionem facit, ab æquitate pendet, cuius compotes eſſe Iudæos Iaſon non concedit. Hinc propterea infert idẽ Iaſon in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caution. fuſiusque in l. ſi inſulam. infta tit. noſtro, negandam eſſe Iudæis purgationem moræ, cum eam ſola æquitate niti exploratiſſimum ſit. Et hoc quoque tanquam nouum, atque inſigne admodum extollit. Hanc eandem ſententiam amplectitur Franc. Niconitius in rub. de no. oper. nunci. nu. 85. cum multis ſequentibus, vbi ex ea infert in Iudæis non procedere illam regulam, vt quilibet bonus exiſtimetur, iuxta l. meritò. ff. pro
2 ſoc. quod ea ratione probat † quia cum ſuam Iudæi prauitatẽ in eo perſpicuè oſtendant, quod Chriſti ſeruatoris hoſtes ſunt, quodque Chriſtianis hominibus, à quibus benignè recipiũtur, & cohabitatione dignantur, ſe ingratos præbent, pro gratia cõtumeliam reddentes, vt inquit Rom. Pontifex in c. & ſi Iudæos extra de iudæis; hac de cauſa faciunt locum illi præſumptioni, vt qui ſemel mali deprehẽdũtur, ſemper mali iudicari debeãt, reg. ſemel malus, vbi Dyn. de reg. iur. in 6. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſat. l. nõ omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. Habemus etiam quoties aliqua inueniuntur indifferentia, & quæ in vtramque
3 partem accipi poſſunt † ſi ab illis geſta proponantur, quibus contraria eſt iuris præſumptio, ſem per ea in deteriorem partẽ accipi debere, & eo modo geſta præſumi, quo illicita ſunt, & in honeſta, vt docet Bar. in l. inter omnes. poſt medium. ff. de fur. & in l. falſus. §. qui alienum. ff. eod. tit. de fur. quẽ ſequtur Aretinus in c. dilecti filii. col. 2. de accuſat. Cõfirmat inſuper Niconitius hanc in Iudæos præſumptionẽ ea cõiectura, quòd ex ſceleſtiſſimis
4 hominibus originem trahant; poſſe enim † ex gente, atque ex prima ſtirpis origine vel malitiã, vel probitatẽ præſumi, docet Vlp. in l. quod ſi nolit. §. q̃ mãcipia. ff. de ædil. edict. Zeno in l. ſi cohortalis C. de cohort. lib. 12. Sẽtitque etiam Cicero in orat. prò. L. Muræna vbi Catonis (inquit) proaui tui naturæ ſimilitudo ad te magis, qui ab illo ortus es, quàm ad vnũquẽ
" que noſtrum potuit peruenire. Atque idipſum noſtri interpre
" tes paſſim recipiunt. Gãdi. in opere malefic. ſub rub. de præſũm. & indic. col. penu. Ang. in diſputatione incip. Aſtẽſis miles. col. 16. in fin. Dyn. in reg. ſine culpa. de reg. iur. in 6. Hac de cauſa ẽt exiſtimãt beneficio l. 1. ff. de ſolu. iudæos non potiri. Et deniq; ne fruſtra ſingula conſecter, ſicut æquitatẽ ipſam, ſic ea omnia, quæ ab æquitate proficiſcuntur, ipſis Iudæis prorſus denegant. Et licèt contra hanc ſententiã, quæ frequẽtius recepta eſt, nonnulla adducat Felyn. in d. c. 2. de Iudæis, tamẽ Iaſon in d. l. ſi inſulã. col. 1. infra tit. noſtro, cõmunis ſentẽtiæ tutelã ſuſcipit, obiectaq; illa refellere conatur. Ego verò (vt quod hac in re ſentio paucis exponam) exiſtimo hæc omnia reiiciẽda eſſe, atque om
5 ninò concludit debere † Iudęos quoque æquitatis compotes eſſe, ſiue propriè ęquitatẽ accipiamus pro laxamẽto verborũ, ſiue etiã pro benignitate, in qua ſignificatione tantùm videnẽ Doct. eam accepiſſe, cùm ab æquitate Iudęos excluſerunt. Et q̃dem ſi propriè eam ſumamus pro congruente legis interpretatióne, quę tunc fit, cùm laxantur verba, ac veroſimili legiſlatoris menti conuenienter aptantur, dubium non eſt, quin cũ Iudęis, vt cum alijs q̃buſcũque ęquitate vti poſſimus. Etenim ſupra demonſtrauimus, eo modo ſumptã ęquitatẽ nõ ſemper benignam, & mitem eſſe, ſed continere nonnunquam odium, & ad duritiem, ſeueritatemque poſſe inclinare. Vnde, vel ſi maximè concederemus de Iudęis ſemper malè preſumendũ eſſe, tamen eo ipſo quòd hac preſumptione vteremur, interpretamur ex ęquo & bono. Verè n. illud eſt ex ęquo & bono interpretari, cùm omiſſa verborum ſuperſtitione trahimus legem ad eũ ſenſum, qui iuſtitię, & honeſtati maximè conueniat, & quem vel habuerit legiſlator, vel habiturus fuiſſet, ſi de ea re, quę vocatur in cõtrouerſiam, ſpeciatim ipſi aliquid decidere in mẽtẽ veniſſet. Quòd ſi ęquitatem pro benignitate accipiamus, tunc̃ quoque arbitror concludendũ eſſe, cum Iudęis pariter nos illa vti poſſe, ideoque cõmunẽ ſententiã à veritate procul abeſſe: item & quas ex ea inferunt concluſiones, dũ Iudęorũ cõditionẽ quaſi certatim attenuant, atque deprimunt. Non † id quidẽ
6 ego affirmauerim, paria prorſus Iudęorum, ac Chriſtianorum iura eſſe: nam multę leges ſunt tàm ciuiles, quàm Pontificię, quibus longè deterior Iudęorum conditio redditur, Cùm videamus ipſis iudęis officia publica, adminiſtrationesq;, & dignitates interdici l. vlt. C. de Iudęis. c. conſtituit. 17. quęſt. 4. aliaque item nonnulla denegari, quę Chriſtianis non prorſus interdicta ſunt, vt quod habetur in d. c. 2. extra de Iudęis. Verùm ſi de ijs rebus loquamur, in quibus nihil diuerſum in Iudęis conſtitutũ eſt, vt ſi de alicuius legis interpretatione agamus, quę ęquè omnibus ſcripta, ac generaliter concepta ſit, nõ video cur alio modo illam in Iudęis, alio in Chriſtianis hominibus accipere, aut cur in iudicando, alias in illis, atque in his regulas ſeruare debeamus. Immò enim hoc fieri non debere, non obſcurè ſentit Arcadius in l. Iudęi. 1. C. de Iudę. quo loci ait Iudęos communi Chriſtianorũ iure vti, ideoque adire ſolẽni more iudicia, omnesq; Romanis legibus cõferre, & excipere actiones. Ex eo, q̃ generatim, atq; vniuersè dicit poſſe Iudęos actiones oẽs & con
7 ferre, & excipere † rectè probatur poſſe Iudeũ exceptione præſcriptionis ꝯ Chriſtianũ vti, id quod expreſſim tradit Accurſ. in l. ſi fur. §. 1. in ver. vſucapere, & ibi Imol. ff. de vſucap. Manat verò hęc exceptio preſcriptionis à rigore iuris, vt latè oſtendit Ludo. Roman. in rub. ff. de recep. arb col. 1. Quare Fely. in d. c. 2. extra de Iudę. nõ malè ſumit hinc arg. q̃ Iudęis; nã ſi ꝯ ęqtatẽ, quę q̃ Chriſtano eſt, põt Iudęus vti rigore, multo fortiùs debet poſſe vti ęquitate cõtra rigorem. Ad hoc perpendi poſſunt alię etiam leges, vt l. nemo, & l. die ſabbati. C. eod. tit. de Iudę. quę leges non modò hanc differẽtiã inter Chriſtianos, & Iudęos nõ conſtituunt, ſed illi maximè aduerſantur, & apertè contrarium nobis inſinuant. Parùm autẽ mouere nos debent, quę ꝯ Fely. rationes conſiderat Iaſ. in d. l. ſi inſulam. nu. 5. nihil enim dicit, quod vllius planè momenti ſit. Sicuti inania figmenta ſunt &
8 alia, quę de Iudęis idem Iaſ. cõminiſcitur † nõ poſſe Iudęũ purgare morã. Itẽ nõ haberi rationem eius, quod Iudęi intereſt, ſi in alio loco ipſi ſoluatur, quàm in quo promiſſum fuerat. Falsũ etiam illud eſſe opinor, quòd Niconit. exiſtimat, nõ eſſe locũ in Iudęis illi regulę, quòd quilibet preſumatur bonus. Quando q̃dẽ ſi de re aliqua dubitari cõtingat, q̃ ad religionẽ nihil pertineat, vt cum de datis, & acceptis agitur, tunc ego ſemper in du-

Source : BIU Cujas

biis quemcunq; Iudæum virum probum, ac veridicum potius, quàm mendacem, & fraudulentum iudicabo. Verumtamen
9 † in iis quæ ad religionem ſpectant, non idem dixero, video. n. ſemper leges noſtras in peiorem partē accipere, quæ in eiuſmodi reb. à Iudæis geruntur, vt puta ſi ad eccleſias noſtras confugiant. Simulatè enim id facere exiſtimandi ſunt, & ita coniicit Arcadius in l. j. C. de iis qui ad eccleſ. cōfug. Item ſi auguſtiſſimū, & ſanctiſſimum Chriſti nomen implorent, aut crucis ſigno in re aliqua vtantur, locisve ſuis depingant, contemptus gratia id facere rectè creduntur. Qua de cauſa id eos facere prohibet Honorius in l. Iudæos C. de Iudæis. Itaq; in his tantùm reb. valeat id quod dicitur, Iudæos malos præſumi, in alijs verò nullam reperio rationem, cur id concedere debeamus. Hinc verum illud forſan cuipiam videri poterit, quod concludit Soc. conſil. 102. incip. in præſenti conſultatione in j. vol. vbi de ea facti ſpecie cō
10 ſultus eſt. † Cum Iudæo Chriſtianus homo rixabatur, q̄ diceret non idem ſibi reddi, quod præſtiterat, pignus, ſed pro ſuo deterius aliud ſuppoſitum eſſe. Ad quem Iudæus iratus, non poteſt, inquit, Deus facere, vt tuum tibi pignus permutauerim. Accuſatur hac de cauſa Iudęus, q̄ blaſphemauerit, ac propterea debeat pœnam illam ſuſtinere, quæ lege municipali huic crimini adſcripta erat. Poterant hæc Iudęi verba in bonam partem accipi, vt non blasphemandi animo eſſent prolata, cum Theologi cō-
11 cedant, non † poſſe Deum ſummum, & opt. quę facta ſunt infecta reddere, non quia non omnia ipſe poſſit, ſed quia factum q̄d eſſe, & non factum eſſe, ita pugnant, vt ſimul conſiſtere prorſus nequeant; id quod ibi fatetur Socinus, ac multis etiam Theologorum auctoritatibus oſtendit. Verùm ait verba potius contra Iudæum accipienda eſſe, ideoq; eum pœna blaſphemię puniendum, quandoquidem ipſi ſemper aduerſatur iuris præſumptio; quod ipſum & nos, vbi agatur de rebus ad religionem ſpectātibus admittendum diximus. At neque Socino in hoc aſſentiendum putamus, ſed in ſententiam Alex. ſumus propenſiores, qui hunc abſoluendum reſpondit conſ. 15. incip. viſo proceſſu inq-ſitionis formatæ, in 3. volum. Neq; verò ſolum nos mouet ratio illa Alexandri, qui animaduertit Iudæum eadem verborum cō ceptione appellaſſe Deum omnipotentem, ſed eo potiſſimùm
12 adducimur; quia † quod diximus malè Iudæis præſumi quoties de religione agitur, in iis tantum rebus verum eſt, quæ ad religionem noſtram ſpectant. & hoc tantùm probant leges adductæ, nempe. l. j. & l. Iudæos. C. de Iudæis, at quod negaſſet Iudęus Deum omnipotentem eſſe, hoc non noſtræ magis, quàm ipſorum Iudæorum religioni contrarium fuiſſet, cuius tamen illos videmus eſſe obſeruantiſſimos. Itaque concludamus ex hiſce omnibus, Iudæos quoq; ipſos æquitatis compotes eſſe; neq; id tantùm, ſi pro laxamento verborum, ſed etiam ſi alio quocunq; modo æquitatem accipiamus.

SPECVLVM CONSCIENTIÆ,
PER IOANNEM A' CAPISTRANO
anno 1441. editum:

IN QVO PRIMO PONITVR
Epiſtola, quæ ipſi Tractatui cauſam impulſiuam dedit.

SPECTABILI AC FAMOSISSIMO IVRIS
Vtriuſque Doctori, Domino Franchino de Caſtelliono Ducali Conſiliario.

NICOLAVS DE ARCEBOLDIS.



Pectabilis & famoſiſſime Doctor, pater honorande. Quæ in noſtra difficultate potui ex ſcribentium dictis lectitādo colligere, redegi veſtro iuſſu in hanc ſcripturam, breuiorē certè q̄ potui limationi, & correctioni veſtræ illa non ſecus ac cætera mea ſubiiciens. Eam igitur ſcripturam ad vos mittere priusquā conueniremus inſtitui, vt ipſa à vobis examinata facilior reddatur noſtra collatio: nam hac via fortaſſis veritatē tanquam ex ſilice ſcintillam excutiemus. Cùm ergo quæriť, quid in ſcriptorū varietate ſequendū ſit, diſtingui poſſe videtur, aut loquimur in foro iudiciali, aut in foro conſcientiæ, primo caſu, aut de eo, de quo quæritur, apparet determinatio legis clara, & indubitanter ſequenda eſt, quia iam non oportet de ipſa, ſed ſecundum ipſam iudicari, vt dicit tex. 4. diſt. §. ideo autem, & Philoſoph. 5. Ethic. & hoc caſu Iudex contra ipſam iudicans ſi dolo verſatus eſt, tenetur ad litis æſtimationem, & ad reſarciendum parti læſæ damnum, l. fi. C. de pœn. iud. qui ma. iud. & l. ſi filiusfa. ff. de iudi. Si autem ignorantia, punietur tanquam imperitus de culpa lata, quantum religioni iudicis æquum videbitur, Inſtit. de oblig. ex quaſi malef. in princ. & l. ſi iudex. ff. de var. & extraord. cognit. aut eſt dubia, & eius intellectus apud probatos iuris interpretes variatur, & tunc ſi illi qui communiter magis probati habentur, vnam partem tenent, ita vt illa communis opinio habeatur, debet ius dicens illam amplecti, quia minimè mutanda ſunt, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt. l. minimè, ff. de legibus: aliàs autem puniretur, vt ſupra. & hoc fortaſſe verum, niſi minus probata & ſingularior opinio conſuetudine loci ex rerum ſimiliter iudicatarum auctoritate reperiretur cō probata. quo caſu dicendum videtur, iudicem debere ſecundū approbatum ſori ſtilum iudicare, cum optima ſit legum interpres conſuetudo. l. ſi de interpretatione, & l. ſeq. ff. de legibus: & videtur hoc tenere Bald. in Spec. in rit. de execut. ſentent. Ideo autem dixi de opinione minus communiter approbata, quam conſuetudo ſeruat, quia ſi ſeruaret omnino reprobatam & expreſsè veritati contrariam, non deberet illam iudex ſequi. 8. diſtin. c. veritate, & ſeq. Si verò tanta ſit opinionum varietas, vt nō facilè iudicari poſſit, quæ nam verior ſit, & quæ communior, ſpertim ſi non appareat in illo articulo iudicatum, aut cōſtet varias fuiſſe ſuper illo articulo ſententias latas, tunc poteſt impunè iudex quam probabiliorem exiſtimauerit ſequi, cū propter varietatem incerta lex dici poſſit, vt no. gl. in prima cōſtit. Cod. §. quibus, & ita tenet Bart. in l. fin. C. de pœna iud. qui male iudicauit, & Bald. vbi ſupra. Quòd ſi quæratur in magna opinionū varietate, quæ communior cenſenda ſit, illa videlicet, quam plures, an verò quam doctiores tenent, mihi videtur eſſe dicendū, quòd philoſoph. ponit in j. Ethic. & expreſſius in princi. j. lib. Topicorum, vbi formaliter dicit, Probabilia ſunt, quę vidētur omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus, & his vel omnibus, vel plurimis, vel maximè notis & probatis, & probat tex in c. in canonicis. 19. diſt. 6. q̄ par eſt eis auctoritas, licèt difficulter hoc poſſit inueniri. Si autem in foro pœnitentiali, & conſcientiæ loquimur, videtur probabiliter hoc modo poſſe diſtingui. Quia aut de his, quæ ſunt iure cōſtituta, diuino vel humano, communi vel particulari quis vult capitanea ſua ſententia non ſolum iudicā do, ſed conſtanter aſſeuerando tenere cōtra id, quod eſt in vim legis cōſtitutum, affirmando quòd lex ſit male poſita, & peccat. 4. diſtin. c. in iſtis, & 8. diſt. c. quæ contra mores, & facit c. ne innitaris. extra de conſtit. etiam ſi talia ſint, in quibus aliquando licitum fuerit priuſquam auctenticata per eccleſiam eſſent, diſputare. xj. diſt. c. nolite. aut de his, quæ in vim conſtitutionis recepta non ſunt, & tunc aut ſunt ſanctorum patrū dicta, aut aliòrum. primo caſu ſi omnium auctoritate ſunt recepta, vel reprobata nō inueniantur, ſiue per eos qui poſuerunt ea, vt in retractationibus Beati Auguſtini reperitur, ſiue per alios, vt in dicto Hieronimi de bigamia, quam non vult contrahi ex matrimonio poſt baptiſmum celebrato, quod corrigitur per alios, vt xxvj. diſt. c. j. & ſeq. & tenenda ſunt, ac vſq; ad minimum iota ſeruanda, ita dicit Innoc. & But. in c. ne innitaris. extra de conſtit. per tex. xv. diſt. c. fin. & facit tex. 12. diſt. c. omnia. Si autem ab aliis recepta non ſunt, ſed variæ ſuper vno paſſu ſacrorum doctorum reperiuntur auctoritates, & tunc aut vna pars contradicit his, quæ ad fidē, vel ad bonos mores pertinent, quia in his ēt Papa diſpenſare non poſſet, vt in c. contra ſtatuta, & c. ſeq. vbi eſt gloſ. 25. q. j. & c. ſunt quidam, ea. q. & eam tenere non licet. 12. diſtin. c. illa autem. & tenet Beatus Thomas in quæſtionibus ſuis de quolibet diſputatis. 2. diſt. art ij. aut his, quæ ad illa duo non pertinent, vt eſt exempli gratia in dubitatione, quę maxima eſt inter Doctores ſacræ paginæ, an ſcilicet Beata Virgo concepta fuerit in peccato originali, vel non. Et ſimiliter de aſſumptione corporis eiuſdem, niſi Eccleſia ſolenniter ipſam celebrando dubitationem amputaſſet, de damnatione Salomonis, & ſimilibus, & tunc impunè licet vnicuique, qui ſuo ſenſu velit abundare: ſicut dicit Apoſtolus ad Rom. 14. eam amplecti partem, quę ſibi probabilioribus rationibus fundata videatur. Ita dicunt Innoc. & Butr. in d. c. ne innitaris, & ſentit Beatus Thomas, vbi ſ. Si enim ſic dictat conſcientia ſua, non peccat, etiam ſi veritas ſit in contrarium. facit quod not. Archi. 22. q. 2. ne quis arbitretur. vſque quo Papa, ad quem pertinet, declarauerit, Archid. 15. diſt. c. canones. ad fin. & Beatus Thomas q. xj. artic. 2. in 2. 2. Aut ſunt aliorum quàm ſanctorum Patrum auctoritates & dicta, & tunc dicendum videtur eum, qui diſputādo, vt acuitatem exerceat ingenii, tenet vnam opinionem, licèt omnino nouam & aliis repugnantem, non peccare, modò ne quid contra bonos mores ponat, quia nihil eſt quid eum vetet in his quæ non ſunt maiorum auctoritate ſtatuta ſentire quid velit, cum opinio diſtinguatur vero & falſo, & verſari circa omnia poteſt, etiam impoſſibilia, vt Philoſophus dicit Ethic. 3. & probat tex. in c. in quibus

rebus

Source : BIU Cujas

reb. 22. q.2. & ponit Beatus Thomas in 2.2.q.xj.art.2.& hoc vsu cuenire sepe videmus in doctoribus,qui iura legunt.Sæpe.n.novas & contra alios omnes doctores ponunt opiniones,quas nullo modo ponerent,si in eo arbitrarentur se peccare,sed tamen iudicando quis tantum communem opinionem sequi debet:aliàs autem prꝛter pœnam iuris etiam peccatum non effugeret,vt dicit Cyn.in auctent.hodie. C. de iudic.

IOANNES A CAPISTRANO.

COGITIS me,O viri magnifici,ac Ducales spectatissimi, Senatores,& Consules Reipubli. Liguriæ,præclarissimiqꝫe Doctores & Patricij,patrieqꝫe totius cardines & columnæ, decus & gloria generis Latinorum tam acumine intellectus, vel ingenij perspicacia, ac eloquentię flumine, facundiaqꝫe loquendi, quàm morum compositione,virtutum probitate,vitæ rectitudine, sed & super hęc omnia (quod plus omnibus est) diligentia cultus orthodoxæ fidei Iesu Christi, vt vobis edisseram, quid sentiam de variis opinionib.amplectendis, hoc est, an vni adhærens tam quo ad Deum & propriam conscientiam, quàm quo ad ius humanum reddatur excusabilis & innocens à reatu? Super quo quæsito tacitus mecum conferens in cubili, quid aio me tentant hi montes excelsi, cùm sim paupercula vallis, immò fouicula puluerosa mecum reor iocari delectat hos leones quasi cum catulo quanquàm vetulo decubante. Solet nempè centies sic accidere curialibus,vt interponant gaudia curis.recreantur equidem ingenia sæpe magna,cùm alta fuerint misteria profundius contemplata,si cum rurali quopiam fabulentur, etiam de ipsis apicibus,quos quasi intuitus aquilinus penetrant & decernunt. Aurifices quoque pluries delectantur in minimis quanquàm maxima pertractarint,& quod in auro sæpius fabricarunt,in plumbo sculpere non verentur. Nonne quandoque sancti etiam à celsitudine diuinorum ad ima descendunt, & auiculis collusisse patres legimus & fatemur? Et strenuissimi milites & acerrimi bellatores nonne plurima vice ludunt cum similis,& despectis ferunculis,& damnosius, cum taxillis, & nonnunquàm piscatores,relicto maris pelago,pisciculos in riuulis hamare solent.Si sic ergo ludunt hi solares Domini cum Ioanne de Capistrano quasi cum scintilla cinere cõuoluta mel de petra quærunt oleumqꝫe de saxo durissimo. Est ne sic Domini Franchine, & Nicolae? vt à vestris amplissimis thesauris sapientiæ a I meam pauperculam pharetram declinetur, quem nutrit incerta mendicitas,& ignorantiæ fouent latebræ cellulares,qꝫe vestra sunt, seruate tanquàm precioſissimas margaritas: mea autem tanquàm utilia solatio deridete,sumite forestas herbulas,silueſtresqꝫe radices & cum iecoribus & renunculis pullorum, perdicumqꝫe & fasianorum vestrorum miscete prudẽter,vt vestrum excitent appetitum,olei mei spurculas haurite discretè,ne vestrum balsamum maculet alabastrum, in quo mei fuerunt seruati liquores,& cum opus fuerit ex mea spurca vngite pedes equorum, vel mularum vngulas impinguate,feces meas è tiro colatas cum cinerib. adiungite pro coloribus conficiendis. & siquid est vtile meilaborum & vobis accommodum accipito placite:si quid verò superfluum,resecate, corrigite,comburite, lacerate,& omnino destruite, quanquàm non rectè sapit,& vos & lectores quoslibet precor obnixè, quæcunque corrigenda sunt corrigant,& emendent intuitu Saluatoris, qui suos fideles saluos facere dignetur, & nos cum illis ad gloriam & honorem sui nominis triumphantis, amen. Valete interim ad salutem.

SVMMARIVM.

1 *Principium cuiusque rei potissima pars.*
2 *Dubitatio,quid,& quotuplex.& num.3.*
4 *Suspicio,quid,& quotuplex.& num. 5.*
6 *Xistus Papa de falsa se purgauit temeritate.*
7 *Opinio seu opinatio quid,& quotupliciter sumatur.*
8 *Fides,quid.*
9 *Intellectus,quid.*
10 *Certitudo,quid.*
11 *Credulitas pro fide sumpta,quid.*
12 *Fides,quomodo intelligitur substantia.*
13 *Lux est hipostasis coloris.*
14 *Quæstio per verbum,credo,determinatur.*
15 *Credulitas nimia imputatur.*
16 *Veritas est defendenda,quæ ex lege patet.*
17 *Auctoritate probari debet,quod prædicatur & docetur.*
18 *Scientia,quid.*
19 *Scientiæ veritas de fonte hauriri debet.*
20 *Ratio legem superat.*
21 *Ratione carens, extirpandum.*
22 *Scire & noscere,differunt.*
23 *Sensus corporis in causa scientiæ.*
24 *Ratio de singulis reddi non potest.*
25 *Scientia Dei res causat,sed nostra causatur.*
26 *Entitas & veritas.*
27 *Scire,vel discere,an includat malum,siue peccatum.*
28 *Scientium varia voluntas.*
29 *Iudicium triplex.*
30 *Iudicem esse peritum,an opus sit.*
31 *Theologus an Canonistæ præponatur in promotione ad curam animarum.*
32 *Iudicem inhabilitantia,quę.*
33 *Ignorantia mater errorum.*
34 *Ignorantia, cuius iuris excuset,& cuius non.*
35 *Conscientia,quid,& vnde deriuetur.num.36.*
37 *Ratio,quid.*
38 *Arbitrium liberum,quid.*
39 *Rationis diuisio.*
40 *Sindereſis,rationis & conscientiæ sillogismus.*
41 *Sillogistæ triplex consideratio.*
42 *Conscientiæ & stimu i conscientiæ differentia.*
43 *Conscientia stimulans de præteritis,vel de præsentibus aut de futuris.*
44 *Conscientiam errare, quomodo contingat.*
45 *Sindereſis,legis naturalis & conscientiæ differentia.*
46 *Conscientiæ diffinitio secundum Origenem.*
47 *Conscientia simulata,quæ.*
48 *Sapientia diuina, principia primorum vltimis secundorum coniungit. & 306.*
49 *Animæ cognitio à sensibilibus ad intelligibilia procedit.*
50 *Angelus apprehendit, anima perscrutatur.*
51 *Sindereſis est scintilla intellectualitatis.*
52 *Conscientia omnis recta an liget ad faciendum quod dictat.*
53 *Rectitudo,quid.*
54 *Conscientia,quando recta sit.*
55 *Voluntas,quando bona sit.*
56 *Gratia diuina præcedit, comitatur & sequitur bonam hominis voluntatem.*
57 *Voluntas libera est ad præmium,vel supplicium.*
58 *Conscientiæ variæ diffinitiones.*
59 *Conscientiæ diffinitio quo ad effectum.*
60 *Conscientia erronea,quomodo liget & ad quid.nume.315.*
61 *Peccatum est omne,quod non est ex fide.& quomodo intelligatur. Et quando qui agit contra conscientiam ædificat ad gehennam.*
62 *Ordines ab episcopo simoniaco ignoranter recipiens,securè ministrat.*
63 *Coniugij impedimentum,qui certò scit, potius debet excommunicationem substinere, quàm debitum reddere coniugale.*
64 *Mori melius est,quàm contra virtutes agere.*
65 *Infernum eligere potius quis debet,quàm peccare.*
66 *Loquens, agens,& intendens contra conscientiam, ad gehennam ædificat.*
67 *Conscientiæ suspecti remittitur de occultis non probabilibus.*
68 *Cordis puritas, & conscientiæ rectitudo.*
69 *Conscientiæ ligationis effectus.*
70 *Affectus tuus operi tuo nomen imponit.Et sic intelligitur,Lucerna corporis tui,est oculus tuus.*
72 *Iura iuribus concordare,iuxta posse debemus.*
73 *Dubijs in arduis ad ecclesiam recurrendum.*
74 *Consilium humanum cum omne deficit,ad Deum recurrendum, qui nunquàm deficit.*
75 *Facere contra legem Dei,dupliciter contingere potest.*
76 *Agere contra conscientiam,quando sit peccatum.*
77 *Error,an in conscientia esse possit,& quid sit.*
78 *Imaginatio est mater erroris.*
79 *Voluntas an agere possit contra conscientiam.*
80 *Mentiri an liceat pro morte vitanda.*
81 *Voluntas an semper peccet agendo contra iudicium conscientiæ.*
82 *Conscientia erronea, an peccatum excuset.*
83 *Conscientia tripliciter errare potest.*
84 *Sapientes sunt,vt faciant mala &c.*
85 *Error triplex,iuris,facti & communis.*
86 *Error communis,ius facit.*
87 *Iudex an post sententiam suum errorem corrigere possit.*
88 *Error iuris,quando à peccato excusat.*
89 *Conscientiæ iudicium,quando sit sequendum.*
90 *Conscientia est quædam,animi impulsio.*
91 *Conscientia quicquid dictat ad salutem necessariam, an sit faciendum.*
92 *Abstinere à fornicatione credens non esse peccatum mortale,an abstinendo peccet?*
93 *Gratianus reprehenditur.*
94 *Iudæorum perplexitas de morte Christi.*
95 *Inimicum quærenti,an si taceo peccem.*
96 *Vir vxori debitum negans, an peccet?*
97 *Perplexus inter duo mala nullus esse potest.*
98 *Perplexio stulta est opinio.*
99 *Taciturnitas non semper consensum inducit.*

Source : BIU Cujas

Speculum conſcientiæ Ioan. a Capiſtrano.

100 *Coniugum commixtio cauſa prolis, vel reddendi debitum, meritoria eſt.*
101 *Scandalum graue eſt inter coniuges, & grata concordia.*
102 *Perplexitas alia iuris, alia facti.*
103 *Inuoluntarium nunquam eſt peccatum.*
104 *Sacerdos, ſuper altare crimen commiſiſſe recolens, an procedens mortaliter peccet?*
105 *Perplexitas triplex.*
106 *Verborum intelligentia ex cauſis eſt aſſumenda dicendi.*
107 *Peccati ineuitabilitas ex perplexitate.*
108 *Peccandi duplex neceſſitas.*
109 *Peccatoris mortem fidelis Deus non diligit.*
110 *Fililiusfam. vouens parentibus pauperibus ſuperſtitibus an ingredi religionem poſſit, & quid ſi iam profeſſus ſit. num. ſeq.*
111 *Præcepti & conſilij differentia.*
112 *Pietatis officia in parentes, an religionis occaſione ſint prætermittenda.*
114 *Præceptum diuinum an plus liget quàm erronea conſcientia.*
115 *Operum bonorum & malorum & indifferentium diuerſa genera.*
116 *Lex naturalis & ſcripta.*
117 *Intellectus ſpeculatiuus & practicus.*
118 *Appellationis beneficium iniuſtè iudicato conceditur.*
119 *Conſcientia erronea ſemper eſt iniuſta.*
120 *Diſcretionis defectus ex eſu idolaticorum per Apoſtolum arguitur.*
121 *Interrogare nihil expedit in indifferentibus.*
122 *Conſcientia erronea, an plus liget quàm prælati iuſſio.*
123 *Superioris mandatũ ab inferioris mandato abſoluit, & quid de ſecularib. num. ſeq. & quid de regula & conſtitutionibus ord. num. 125.*
126 *Præcipiens indiſcretè, ſe ipſum illaqueat.*
127 *Lex omnis & prophetia prohibent fieri alteri aliquid, quod per ſe quiſque non vult, & è conuerſo.*
128 *Licitum & expediens differunt.*
129 *Subditus contra conſcientiam prælato obediens, an peccet.*
130 *Intellectum omnem in obſequium Chriſti in captiuitatem redigentes.*
131 *Deus ſibi coæqualia quomodo reputat, prælatorum reuerentiam & contemptum.*
132 *Repugnare & nolle acquieſcere quaſi peccatum ariolandi eſt.*
133 *Eccleſiam Romanam non eſſe caput dicens, hæreticus eſt cenſendus*
134 *Præcepta ſedis Apoſtolicæ transgredi nulli fas eſt.*
135 *Paſtoris ſententiæ ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ obediendum eſt.*
136 *Scientia, quomodo deprehenditur eſſe nulla?*
137 *Conſcientiæ error vnde & quot modis cauſetur?*
138 *Erroris conſcientiæ cauſationes octo.*
139 *Ignorantia quid & quotuplex, quando & qualiter excuſet.*
140 *Verum, quot modis ſumi poteſt.*
141 *Ignorantiæ, ne ſcientiæ titubationis & erroris differentia & remiſſiuè & diffinitiuè num. 209.*
142 *Ignorantia mater eſt errorum.*
143 *Ignarus quis dicatur?*
144 *Scientia quis vel quorum requiratur in omnibus hominibus.*
145 *Ignorantia inuincibilis quę dicatur & à toto excuſat. num. 183. & quæ vincibilis. num. 186.*
146 *Ignorans ignorabitur. i. à Deo reprobabitur.*
147 *Ignorantiæ multiplices ſpecies.*
148 *Ignorantia excuſationis vel non.*
149 *Ignorantiæ peccatum, an ſit grauiſſimum.*
150 *Ignorantia diſponens, cauſans, & conſequens peccatum.*
151 *Ignorantia iuris multiplicis.*
152 *Ius naturale nullum ſanæ mentis excuſat.*
153 *Scientia iuris diuini quibuſcunque curam gerentib. animarũ eſt neceſſaria.*
154 *Laici quid teneantur ſcire.*
155 *Cognitio maior maiorem pœnam expectat.*
156 *Ius canonicum plurimos excuſatos reddit.*
157 *Scientia quæ requiratur in quibuslibet.*
158 *Ignorantia iuris ciuilis plures perſonas excuſat.*
159 *Ignorantia facti diuerſimodè diſtinguitur.*
160 *Ignorantia facti proprij dantis operam rei licitæ vel illicitæ.*
161 *Ignorantia facti alieni probabilis & improbabilis.*
162 *Iuris & facti ignorantiæ plenior diſtinctio, ſecundum ius canonicum & ciuile.*
163 *Error iuris ciuilis in iudicio & extra. num. ſeq.*
165 *Damnum vitandum, & lucrum captandum.*
166 *Ignorantia legis, poſt duos menſes à tempore publicationis, non excuſat.*
167 *Ignorantia iuris, ſi de lucro captando agitur, an quem excuſet, ſiue potuit, ſiue non potuit conſulere peritiores.*
168 *Error iuris naturalis vel quaſi & eorum exempla num. 169. & 170.*
171 *Error facti proprij certantis de damno vitando cum alterius iniuria, vel ſine.*
172 *Error agentis de lucro captando in facto proprio non excuſat.*
173 *Culpa lata dolo æquiparatur.*
174 *Factum alienum non publicè notum.*
175 *Ignorantia in comparatione ad alias cauſas inexcuſabiles, quomodo excuſet.*
176 *Ignorantia ſimplex craſſa ſupina, & affectata; quæ. nu. 177. 178. & 179.*
180 *Amentia ex culpa & ſine per opus licitum & illicitum.*
181 *Infirmi duo B. Martini corpus fugientes, ne curarentur.*
282 *Damnatorum in inferno verba, qui per ignorantiã peccauerunt.*
184 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
185 *Ebrij, furioſi & infantis ignorantia.*
187 *Ignorantia voluntaria & inuoluntaria.*
188 *Puer ab infantia in Saracenorum carcere nutritus, qui quæ fidei ſunt diſcere non potuit, an excuſetur.*
189 *Ignorantes quid agere debeamus vltimo ad Deum confugere debemus.*
190 *Catholicus quilibet, an quodlibet mortale peccatum ſcire teneatur.*
191 *Scire ea quæ ſunt fidei, & vniuerſalia legis præcepta & orationem dominicam omnes tenentur.*
192 *Sacerdos canones pœnitentiales diſcere non valens, an peccet.*
193 *Sacerdos neſciens aut beneficium renunciet, aut per ſufficientem ſeruiat.*
194 *Curatorum diligentia neceſſaria, deq; eorum negligentium periculo. n. 195.*
196 *Sathanas vt ſimplices decipiat in lucis angelum ſe transfigurat.*
197 *Exactio debiti à coniuge dubitato, vel dubitante, qualis.*
198 *Contractus dubius deſimonia an ſit ſimoniacus.*
199 *Rationis ligatio multiplex.*
200 *Inſanis, infantibus & dormientibus in bonum vel malum facientibus inhil imputatur, & 208.*
201 *Ebrietas & inceſtus Loth, deq; eius oblatione de ſuis filiabus facta ſodomitis. nu. 202. & quòd mortaliter peccauerit. num. 203. & illius oblationis ſolutio. nume. 205.*
204 *Vini immoderatus vſus & ebrietas.*
206 *Fides etiam hoſti ſeruanda.*
207 *Stuprum inter flagitioſa crimina computatur.*
208 *Obſtetrices mentientes vt vitam paruulis conſeruent an excuſentur.*
210 *Negligentia, ex qua oritur erronea conſcientia. & eius radix. num. ſeq.*
212 *Anima bene, vel malè ordinata.*
213 *Amor inordinatus peccatorum omnium radix.*
214 *Timor malè humilians, & amor malè incendens.*
215 *Dilectio Dei triplex.*
216 *Negligentia quomodo & quando ſit mortale vel veniale peccatum, deq; eo ſecundum circunſtantias num. 218.*
217 *Timens Deum, nihil negligit.*
219 *Negligenter Dei opus faciens homo, maledictus ſit.*
220 *Linguę à lapſu cauere difficile eſt.*
221 *Prędicatoris negligentia, quando ſit mortale.*
222 *Iudicis negligentia in cauſam examinando, mortale inducit atque ad reſtitutionem obligat.*
223 *Negotiator ſalutem negligit.*
224 *Peccatoris negligentia ad contritionem & quando aggrauet vel inducat peccatum. nu. 228.*
225 *Preſbiteri ad celebrandum negligentia.*
226 *Negligentiæ duæ inuicem concurrentes.*
227 *Animæ vires in ſolidum agere contra peccatum tenentur, & quomodo intelligatur, cooperaturq; adinuicem. num. 230.*
229 *Peccator actu, vel habitu dolere debet.*
231 *Superbia, quid.*
232 *Superbiæ vel tumoris ſpecies quatuor.*
233 *Superbia cordis, oris & operis.*
234 *Superbis gradus duodecim, eorũq; ad gradus humilitatis oppoſitio. n. 241.*
235 *Superbia quando eſt peccatum mortale vel veniale.*
236 *Peccato in mortali duo attenduntur, conuerſio. ſ. & auerſio.*
237 *Peccatorum grauitatis differentia.*
238 *Superbia humilitati & charitati opponitur.*
239 *Humilitatis gradus duodecim.*
240 *Humilitas in vi appetitiua & cognitiua conſiſtit.*
241 *Virtutum ſigna ab interioribus ad exteriora procedunt.*
243 *Humilitatis gradus ſeptem, ſecundum Anſelmum.*
244 *Vitæ ſingularitas, quando laudanda & quando vituperanda ſit.*
245 *Extrema ſunt vitioſa.*
246 *Veritas ſemper vincit.*
247 *Lex nulla, nec conſuetudo contra ius diuinum & naturale admittitur.*
248 *Regionis in quâ verſatur, moribus bonis quilibet conformari debet.*
249 *Lenticula Eſau.*
250 *Affectio vbi regnat, omne iudicium perit, & vnde procedat, num. 273.*
251 *Affectio quid, vnde deriuetur, nu. ſeq. multipliciterq; ſumit. nu. 253.*
254 *Mala magna pacem appellant.*
255 *Affectiones animi quot.*
256 *Platonicos & Stoicos reprobat Auguſtinus.*
257 *Vocabula in ſacra ſcriptura indifferenter ponuntur.*
258 *Voluntas in bonum & malum deflectitur.*
259 *Timoris ſpecies ſeptem.*
260 *Naturalibus in puris nec laudamur, nec vituperamur.*
261 *Petrus Chriſtum abnegans mortaliter peccauit.*
262 *Victorem ſe eſſe peccati inaniter putat qui timore non peccat.*
263 *Pater plus diligit filium, quàm ſeipſum.*
264 *Timor reuerentialis, quis.*
265 *Dolor in ſapiente etiam cadit.*
266 *Dolor Dei incarnati & pœnitentia pro nobis.*
267 *Hæreſis de iuſtitia & morte Chriſti.*
268 *Anathema Pauli pro fratribus quomodo intelligatur.*
269 *Animi motus ſeptem, quaſi ſeptem affectiones.*
270 *Affectus operi nomen imponit.*

Source : BIU Cujas

271 *Spiritus Sancti dona quatuor ad intellectum, tria verò ad affectum pertinent.*
272 *Irascendi causa quærenda est, non affectus.*
274 *Malus nemo est natura, sed quisque vitio.*
275 *Affectus omnis ad voluntatem refertur, & per consequens ad amorem.*
276 *Pusillanimitas errorem conscientiæ causans.*
277 *Pusillanimitas, quid, & an sit peccatum. nu. seq.*
279 *Pusillanimitas, cui virtuti opponitur.*
280 *Pusillanimitas grauius peccatum est quàm præsumptio.*
281 *Perplexitas erroneam conscientiam causans.*
282 *Humilitas erroneam conscientiam causans.*
283 *Humilitatis causa mentiri nemo debet.*
284 *Peccandi modi, tres.*
285 *Humilitas, quid, & eius tres principales gradus. nu. 286.*
287 *Iustitia est omnis virtus, & nu. 300.*
288 *Exaltatorum & humiliatorum varietas.*
289 *Humiliantium seipsos varietas.*
290 *Subijcere se debet proximo quilibet in eo quod suum est, quantum ad id quod Dei est.*
291 *Iustus se deteriorem peccatore reputans, an peccet.*
292 *Agnoscere sumitur pro timere.*
293 *Iustitiæ nostræ omnes, quasi pannus menstruatæ.*
294 *Subijcere se omnibus, an quis per humilitatem debeat.*
295 *Episcopali in cruce nihil splẽdidius fulget quàm humilitas, sicut nihil est splendidius in principe fide.*
296 *Christus fuit humilitatis doctor.*
297 *Humilitas dum nimium seruatur, regendi auctoritas non frangatur, quia apud fatuos nimia familiaritas contemptum parit.*
298 *Humilitas an sit potissima virtus: estq; omnium virtutum fundamentum. nu. 301.*
299 *Charitas vinculum perfectionis est.*
302 *Humilitatis laudes.*
303 *Synderesis, quid & an sit potentia vel habitus. numero 305.*
304 *Forma duplex est in anima humana.*
307 *Synderesis ad bonũ absolutè & in generali inclinat, & stimulat, n. 311.*
308 *Principiorum habitus est in intellectu semper rectus.*
309 *Synderesis in distinctione ab alijs viribus animæ, opiniones variæ.*
310 *Synderesis, conscientiæ, & legis naturalis differentia.*
312 *Synderesis an depranari possit.*
313 *Existentiæ nullum natura aliter assuescit.*
314 *Equus si præcipitatur, dicitur præcipitari æquitas.*
315 *Præsidentia dominij a præsidentis rectitudine & ab obtẽperantia famulantis pendet.*
316 *Principia semper manent.*
317 *Animæ vertex, quid.*
318 *Synderesis an possit extingui siue in viatoribus, siue in damnatis.*
319 *Dæmones optimum concupiscunt.*
320 *Boni consideratione omnia fiunt.*
321 *Vitium nunquam delet extrema naturæ.*
322 *Synderesis in damnatis ex tribus impeditur, sed non extinguitur.*
323 *Vermis damnatorum erit conscientiæ remorsus.*
324 *Synderesis ad lumen intellectus refertur.*

CONSCIENTIAE SPECVLVM
Per Ioannem a Capistrano editum, anno 1441.

Cęuola consultus in re dubia, necnõ satis ardua, suspicatur ad partem alterutram defensandam; perquirens autem in agone concertantium peritorũ reperit opiniones varias, adhæret saltem opinioni proficuæ suo clientulo, secundum quam opinionem inducit iudicem ad sententiandum, nec curat vlterius perquirere, an opinio vera sit affectans etiã nunquam amplius scire non veram. Conscientia tamẽ arguit, quia cùm appellatum extiterit a sententia, pronuntiatum fuit per iudicem ad quem malè iudicatum, & bene appellatum. Quærit Scæuola præfatus ex stimulo conscietiæ, an teneatur damnum passõ ex tali sententia lata, secundum opinionem, cui Scęuola iam adhæsit?

Diuino præsidio primitus inuocato, ęa vt dicit Philosophus 4. Topicorum, Qui virtutes nominum ignorãt, de facili parlogizãtur. Idcirco ex themate antedicto de septẽ quasi præfationibus, vel euidentialibus est quærendum. Ex quibus facilior nobis erit aditus, & via patentior ad cognoscendum quid est in causa præfata quæsitum. Namque, ni fallor, istę præfationes & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & cùm ibi venerimus, huius euidẽtiorem præstabunt intellectũ.

1 †Et cuiusq; rei potissima pars principiũ est. ex 4. Topic. & in l. j. ff. de orig. iur. vbi gl. dicit, Nam dimidium facti qui cępit habet. ad quod. C. manda. l. fi procuratorem, in princ. & C. quando lic. vnic. sine iud. vind. l. fi. & C. qñ in integr. resti. non est necess. l. fi.

Primò igitur quæritur, quid est dubietas, secundò, quid est suspicio, tertiò quid est opinio, quartò quid est credulitas, quintò quid est scientia, sextò quid est conscientia, septimò quid est sinderesis conscientiæ. His visis, quo ad principale quæsitũ de tribus postmodum indagabimus. primò an liceat sequi alterã ex varijs opinionibus. Secundò, an sequens alterutram excusetur à mortali culpa. tertiò, an teneatur ad institutionẽ damnũ passo? Ex his igitur patebit veritas in themate contentorũ, Domino concedente. Ad primum dico, ꝙ dubietas, secundũ etimologiam vocabuli, est incertitudo, quasi duarum viarum. Inde dubius. i. incertus de via tenenda, secundum Isidor. 10. lib. Etimolog. Aristo. autem in Topicis dicit, ꝙ dubitatio, est ęqua-
2 litas contrariarum rationum. Isaac verò Philosophus dicit, † ꝙ dubitatio est motus indifferens in vtraque parte contradictionis. Et sic intelligimus ꝙ dubietas nil certitudinis habet, ꝓpter quod Stephanus Papa dixit, Dubius in fide ĩfidelis est, in c. j. extra de hæret. † Et notandum, quod dubietas triplex esse potest,
3 videlicet personæ, facti, & iuris. In dubietate personę nunquam diffinitiua sententia ferri potest, quando persona non est certa conuicta, vel confessa. 2. q. j. c. j. & 2. sed edicta, vel bãna in personas proponantur latitantes & incertas. 5. q. j. quidam 33. dist. habuisse.

In dubietate facti dic, ꝙ facta non præsumuntur, nisi proben tur. 11. q. 3. in cunctis. & ibi glos. & 30. q. 5. nullum & 2. q. j. Deus omnipotens. hic autem principaliter quæritur de dubio, quod emergit in iure, non autem de eo, quod emergit in persona, vel facto, de quo 5. q. j. quidam. 20. dist. de libellis. 33. dist. in. habuisse. 24. q. 1. quoties. xj. q. 3. graue. 30. q. j. iudicantem. & §. seq. in dubio etenim iuris scriptura consulenda est, senioresque prouincię, & ad vltimũ Papa, vt d. c. de libellis. & in d. c. quoties. Dubitare igitur, vel non, probabili debet ratione moueri, vt in c. ex tua, in gl. penè ext. de his, que fi. à præla. si. consen. ca. & no. ff. si pars hered. petat. l. antiqui libero ventri. nam dubitans vbi dubitãdũ non est, laborat in uentũ, & argui meretur. Vnde dicit Philosoph. 1. Topic. Qui dubitat, vtrum oporteat deos vereri, & parentes honorare, non indiget ratione, sed pęna. Qui vero dubitat, vtrũ nix sit alba, non indiget ratione, sed sensu. quasi dicat, Insensati hominis est dubitare, vbi non est dubitandum. ad quod ext. de rescrip. c. cum contingat. & de regu. iur. cap. in obscuris. & ca. inspicimus. lib. 6. & 14. dist. sicut. & est bona glo. in d. c. habuisse, q̃ tractat de p̃dicta triplici ambiguitate, videlicet iuris, facti, & personæ, accedunt no. in l. veteribus, ff. de pact. in prima glos. & per Io. And. in c. fi. ext. de consti. & in c. auditis. extra de procurato. & in capitulo ex literis. & in capit. iuuenis. extra de sponsal. & in c. ad euidentiam. de homicid. & in c. fi. de vsur. & in c. 2. de regu. iur. in omni igit rationabili dubietate, vel ambiguitate sententia est suspendenda, quia in ambiguis rebus absolutum non debet esse iudiciũ, vt in d. c. habuisse. & hęc de primo sufficiant.

4 Ad secundum dico, † quòd suspicio est quædam fluctuatio in vtranque partem sine assertione, & sine causæ cognitione cum formatione vrriusq; partis, & sic suspicio est velut de quibusdam cõuẽtis: ergo suspiciones sunt q̃dã indicia, vel vestigia, sicut dicit Papias, qui addit quòd suspicio est opinio in alteram partem titubans, in alterã vergens. Sed certè ista diffinitio, magis respicit opinionem quàm suspicionem, nã suspicere idẽ est qđ sursum aspicere. vñ suspicari, quasi sursũ causari. i. cogitando
5 extimare, vel arbitrari. † Suspicio etenim triplex esse censetur, quarum prima dicitur violenta, quæ habetur ex testium probatione, vel ex iuris præsumptione. 54. dist. fraternitatem. 11. q. j. si qui clericorum. & 32. q. 1. dixit dominus. Alexan. de Ales in 2. senten. de hac exemplificat, quando omnia signa mali, & nulla boni apparent, & hæc condemnationem inducit, vt in d. c. dixit dominus. & mouet iudicem ad pronuntiandum & sententiandum. Et si de facto nota fiat, non admittitur probatio contraria, alioquin secus. tamen qñque violenta suspicio non sufficit. ext. de testib. & attestat. c. præterea, & in c. literas. ext. de præsump. sed ibi propter grauitatem criminis, quia de hęresi agitur non ita faciliter condemnatur. Vnde etiam in alijs criminibus, si probetur contrarium, nõ statur violentæ suspicioni, vel præsumptioni. 27. q. j. nec aliqua. ext. de præsump. proposuisti. & 35. q. 3. extraordinaria pollutio. & per gloss. in d. c. literas, & in c. afferte, eodem titu.

Secunda suspicio dicitur probabilis, quæ habetur ex communi hominum opinione, vel verisimilibus indicijs. 2. q. 5. si legitime, & c. presbyter. & c. si mala fama. Et talis suspicio cogit ad purgationem, admittitur tamen purgatio in contrarium, 7. q. j. pręsentiũ. Alex. de Ales in 2. dũ de prauo iudicio interiori agit. quæstione 7. exemplificat, vbi multa sunt signa mali, pauca boni.

Tertia suspicio dicitur temeraria, quæ habetur ex inimicorũ relatione, vel confessione, & hæc semper repellitur. xj. quæstio. tertia, in cunctis. 6. quæstio. j. oues, & ibi glos. quæ dicit, suspicioni temerarię non creditur. allegat 2. quæstio. prima. primo semp. vbi dicit tex. nullum iudicetis suspicionis arbitrio. Alex. de Ales vbi supra de temeraria dicit, vbi multa sunt signa boni, & pau-

ca

Source : BIU Cujas

ca mali. Hæc igitur temeraria ſuſpicio nunquam mouere debet iudicem ad pronunciandum, vel ad indicendam purgationem. ſecunda quæſtio. prima, in primis. Non enim eo ſolo, quòd quis eſt accuſatus, reus eſt. 15. quæſtio. ſexta, capit. fin. multi enim turpis quæſtus cauſa faciliter accuſant, & teſtificantur, iuxta not. ſecunda quæſtio. prima, prohibentur, & ibi gloſ. quæ ſentit, quòd propter ſuſpicionem turpis quæſtus repellitur quis ab accuſando. faciunt not. 2. q. 5. mandaſtis. ibi, ſuſpicionem ta-
6 men fugiens, &c. † vbi Xiſtus Papa à falſa ſe criminatione purgauit. Suſpicio igitur aduocati in parte dubia, quantum in ſe eſt, niſi violenta ſit, vel probabilis, nullam certitudinem in ſua mente poterit confirmare. Vnde circa iſtam ſuſpicionem dicit Iſid. de ſum. bono. Facilius vitia vniuſcuiuſque, quàm virtutes attendimus, nec quid boni quis fecerit, ſed quid mali geſſerit, perſcrutamur. Et Chryſo. ſuper Matth. dicit, ſicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui bonus eſt, ita econuerſo. & exemplificat de ſuperbo & de fornicario, &c. Et Seneca de moribus dicit, hoc habet omnis affectus, vt quod ipſe geſſerit, putet cęteros. Et vide circa prædicta. ſ. de ſuſpicione, vel præſumptione iuris, & de iure hominis, & naturæ, atque facti præteriti, vel ſequentis, in c. is qui fidem, extra. de ſponſal. & in c. ad id, eod. titu. Et hæc de ſecundo.

7 Ad tertium dico, † quòd opinio, ſecundum noſtrum ſubiectum, eſt ſpecies rationis, quæ diuiditur in extimationem, & ſuſpicionem, vt dicit Papias. Vnde ſecundum eum, opinatio eſt cum res adhuc incerta latet, & nulla ratione videtur, vt puta quantum Sol ſit maior terra: aliàs autem opinio ſumitur pro fama, vel pro rumore, aut nomine, vel aura populari. de quo per glo. & Docto. in c. veſtra, & in c. fin. ext. de cohab. cler. & mul.
* vbi ſatis dixi de materia notorij, & ſimilium. * Dicit Dominus Bald. in l. ſcire leges, ff. de legib. ſcientia eſt infallibilis notitia veritatis, veritas autem eſt vera charitas. Opinio eſt motus animi elicientis ſibi aliquam concluſionem ex aliquibus principijs. Dubitatio eſt æqualitas contrariarum rationum. Fides eſt perceptio alicuius veritatis per teſtimonium aliorũ, & de multis habemus certam fidem, & tamen neſcimus per infallibilem rationem, vt not. Innocen. in c. cum cauſam, ext. de iuram. calum. Et nota, quòd ſcientia conſiſtit in medulla rationis, non in cortice ſcripturę, vt hic, ſcilicet in d. l. ſcire leges, & prima q. 1. Marchion. Et nota, quòd multipliciter exponitur, eius veritas ignoretur, & ideo valet ſententia in alterutram partem, quia non dicitur eſſe contra legem, vt not. Inſtitutio. de obligatio. quæ ex quaſi delic. naſcun. in princip. De opinione autem, ſiue opinatione, ſic dicit Iſid. Etymol. lib. ſecundo, capit. 24. Opinatio autem eſt, cum adhuc incerta res latet, & nulla ratione firmata videtur: vt puta Sol vtrum ne tantus, quantus videtur, an maior ſit quàm omnis terra. Item Luna globoſa ſit, an concaua, & Stellæ vtrum ne adhæreant cœlo, an per aerem libero curſu ferantur. Cœlum ipſum, qua magnitudine qua materiaque conſiſtat, vtrum quietum ſit, an immobile, &c. Frater Io. de Ianua, qui compoſuit Catholicon ſolennius colligens dicit, Opinio ab opinor, ris, dicitur hæc opinio putamen, vel ſuſpicio, vel fama, & propriè dubia. Et eſt opinio quædam extranea poſitio, vt vult Ariſtot. in 2. Topic. vbi notandum, ſicut dicit Bernard. in 5. de conſiderat. ad Eug. quòd intellectus rationi innititur, fides auctoritati, opinio ſola veriſimilitudine ſe tuetur, habent illa duo certam veritatem, ſed fides clauſam, inuolutam, intelligentiam nudam, & manifeſtam. Cæterum opinio certi nihil habens verum per veriſimilia quærit potius quàm apprehẽdit. omnino in his cauenda eſt confuſio, ne aut incertum opinionis fides figat, aut quod firmum fixumque fidei eſt opinio reuocet in quæſtionem. Et hic ſciendum, quia opinio ſi habet aſſertionem, temeraria eſt fides: ſi habet hæſitationem, infirma eſt fides. Item intellectus ſi ſignata fidei, tentet irrumpere, reputatur effractor ſcrutatorque maieſtatis. Multi enim ſuam opinionem intellectum putauerant, & errauerunt. Et quidem opinio poteſt putari, intellectus omnino non poteſt. Vnde hoc accidit pro facto, quia hæc fallit, & fallere poteſt, ille non poteſt: aut ſi potuit falli, intellectus non fuit, ſed opinio. Verus nempe intellectus certam habet non modo veritatem, ſed etiam notitiam
8 veritatis. Poſſumus ſingula hæc ita diffinire. † Fides eſt voluntaria quædam, & certa prælibatio necdum propalatę veritatis.
9 † Intellectus eſt rei cuiuſque inuiſibilis, certa & manifeſta notitia. Opinio eſt quaſi pro vero habere aliquid, quod falſum eſſe neſcias.

Ergo, vt dixi, fides ambiguum non habet: aut ſi habet, fides non eſt, ſed opinio. Quid diſtat ab intellectu, nempe quòd & ſi non habet incertum non magis quàm intellectus, habet tamen inuolutum, quod non intellectus. denique quod intelle xiſti, non eſt de eo, quod vltra quæras: aut ſi eſt, non intellexiſti. nil autem maluimus ſcire quàm quæ fide iam ſcimus, nam ſupererit ad beatitudinem, cum quæ iam certa ſunt, nobis erunt
10 equè & nuda. Et ſcia, † quòd certitudo eſt determinatio intellectus ad vnum. Certitudo enim à cerno, is, deriuatur, quod idem eſt, quod videre de longinquo, conſiderare, proponere, iudicare, ſtatuere. Sed inter cerno & conſidero, differentia eſt: quia, vt dicit Greciſmus.

Corporeis oculis cerno, Conſidero mente.

Ponitur tamen quandoque vnum pro reliquo. Et hæc de tertio.

11 Ad quartum dico, † quòd credulitas a credo, is, venit. eſt enim credere dare cretum, id eſt conſiderationem ſupra rem aliquam: vel dare cretum, id eſt inclinare animum ad credendum, quòd ita ſit, vt dicitur. Credulitas igitur à credulus, quod eſt faciliter credere, & incredulus, qui nunquàm, vel vix credit, ſecundum Hugut. & Catholic. In eo ergo, quòd credulitatem capimus hic pro fide, ſecundum Hug. de San. Victore, qui diffinit fidem per accidens quoddam eius, ſcilicet certitudinem dicens, quòd fides eſt certitudo quædam animi de abſentibus ſupra opinionem, & infra ſcientiam conſtituta. Et propterea benedicitur, fides voluntaria quædam, & certa prælibatio necdum propalatæ veritatis, vt ſupra proximè dictum eſt. Hoc etiam accidens fidei, ſcilicet certitudo poteſt haberi ex diffinitione Apoſtoli, dicentis ad Heb. ſecundo, fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium.
12 † Et appellatur hic fides ſubſtantia, ſecundum quòd dicit Catholicon, non quia ſubſtantia ſit in genere ſubſtantiæ, ſed quia quandam proprietatem habet ſubſtantię. Sicut enim ſubſtantia eſt fundamentum, & baſis omnium aliorum entium: ita fides eſt fundamentum totius ædificij ſpiritualis. Et per hunc
13 modum dicitur etiam, † quòd lux eſt hipoſtaſis coloris, quia in natura lucis omnes colores fundantur. In eo autem, quod Apoſtolus dicit fidem argumentum, ergo intelligit certitudinem, argumentum importat certitudinem. Vnde ponit ſcientiam ſupra opinionem. Argumentum enim ab arguo, is, dicitur. Et ſecundum noſtrum ſubiectum, argumentum idem eſt, quod rei dubiæ probamentum, quaſi arguens mentem, tanquàm ignaram, vt intra ſe de ignorantia confundatur. Non apparẽtium verò importat abſentiam cognoſcibilis, per quod ponitur fides ſub ſcientia, & ſupra opinionem, vt dictum eſt ſupra proximè. Fides ergo ambiguum non habet. Credere autem, ſecundum Auguſt. eſt cum aſſenſu cogitare, vt not. Archidia. de conſecratio. diſtinctio. ſecunda, credere. Vnde † per
14 verbum, credo, determinatur quæſtio. ff. ad Trebel. l. ille a quo, §. ſed quid. ff. de iniuſto rup. & irri. teſta. l. ſi quis exhæredato. §. irritum. Et not. extra de eo, qui mitt. in poſſ. ca. rei ſeruan. cap. cum veniſſet. verſicu. nos igitur. Et † nimia credulitas
15 imputatur. 50. diſtinctio. ſi quis præpoſtera, & 22. quæſtio. quarta, innocens, & 23. quæſtio. quarta, quàm magnum. Hinc Seneca dicit. 3. Epiſto. ad Lucil. Tam vitium eſt omnibus credere, quàm nulli. ad quod 11. quæſtio. tertia, nolite timere, circa fin. ibi, nam ſicut ſacerdos debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit a Deo, ſcilicet per ſcripturas, vel reuelationes liberè
16 prædicet, ſic laicus debitor eſt, † vt veritatem, quam audiuit a ſacerdotibus probatam quidem in ſcripturis defendat fiducialiter, quod ſi non fecerit, prodidit. Pari ergo ratione intelligendum eſt de opinionibus, Doctorumque ſententijs, niſi ſcripturis authenticis muniantur. Vnde dicit Archidia. in dicto capit. nolite, verſus fin. ſuper verſicu. probatam. Non ſtatim aſſumenda ſunt, & ſuſcipienda, quæ iactantur in Chriſti nomine, ſed quæ geruntur in Chriſti veritate, prima quæſtio. prima, ſi quis inquit, verſicu. ergo omnia. Et ideo ea, quæ mandantur, & prædicantur, debent probationem habere a lege Domini. 50. diſtinctio. ſi quis præpoſtera. ad Heb. 9. dicto capit. noli, & capit. negare, & cap. ego ſolis. non ergo debet habere ex proprio corde, vel ex humano ſenſu, ſed quæ eccleſia docet. 36. diſtinctio. cap. ſi quis vult, vbi etiam dicit text hæc duo ſunt Pontificis opera, vt a Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando, aut populum doceat, & oret, ſcilicet pro
17 populo, &c. Subdit Archidia. † Vnde quod prædicatur, & docetur, debet probari authoritate. 26. diſtinctio. deinde. alias extirpari debet. 68. diſtinctio. corepiſcopi, & ſubdit ſuper verſicu. in ſcripturis, dicens: Nota hic contra ſcholares, qui continuè dicunt, hæc eſt gloſ. communis, nam cuicunque, licèt magno Doctori, non habeo credere, niſi ſuum dictum probetur per authoritatem ſcriptam, vt hic manifeſtè patet, & 9. diſtinctio. ego ſolis, & 37. diſtinctio. relatum, & de conſecra. diſtinctio. quarta. ſanctum eſt, iuxta fin. vbi de hoc, & habes ſimile huic 23. queſtio. quinta, de Liguribus, & in d. c. ſi quis præpoſtera, & hæc de quarto.

18 Ad quintum dico, † quòd ſcientia eſt, cum res aliqua certa ratione percipitur. Vnde Philoſophus dicit, ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere. Et tunc vnumquodque ſcire arbitramur, cum cauſas eius, & principia cognoſcimus, vt in primo Methaphiſ. & not. Ioan. And. in proem. 6. lib. ſuper verbo, Bonifacius. in Nouella. Propriè igitur ſciri dicitur id, quod indubitatum eſt, iuxta no. per Archi. de pœn. diſt. prima. §. primo. ver. Petrus, & per Innocen. in c. ex literis. extra de iureiur. & in cap. cauſam.

de

Source : BIU Cujas

19 de iuram.calum. inde Hieron. dicit ſuper Zachar. † Scientiæ veritatem de fonte magis quàm de riuulis quærere debemus.76. diſt.ieiunium, el grande.vbi dicit gloſ.Collige in dubiis ad rei originem recurrendum:& plus magiſtro, quàm diſcipulis eſſe credendum.9.diſtin vt vetervm.& 20.diſtin.de quibus.24. quæſtio.j loquitur.& 12.diſtin.præceptis.argument.contra.ff. de legibus.l & ideo.Nam dicit lex, quòd non de omnibus quæ conſtituta ſunt,reddi ratio poteſt.ff.de legibus.l. non omnium. ſed illud intelligitur de conſtitutis à Principe ex plenitudine poteſtatis. vnde dicitur,quod Principi placuit,legis habet vigorem, quia ſufficit pro ratione voluntas. Nec eſt tamen veriſimi-
20 le, quòd voluntas principis ſine ratione firmetur. † Ratio nanque vincit legem, vincit conſuetudinem, æquiualet canoni, & præponitur exemplis, vt in capitu. cum quis duas, in glo. ſuper verbo, rationi, de electio. libro ſexto. 9.diſtinctio. ego ſolis. in fi. 8. diſtinctio. veritate. & capit. qui contempta. omne enim quod ratione conſtiterit, duntaxat quòd religioni cõgruat,ꝙ diſciplinæ conueniat,& ꝙ ſaluti perficiat,lex erit.j. diſt.
21 conſuetudo.verſ.porrò. † Et quod ratione caret,extirpandum eſt.68.diſtin.cor epiſcopi. Hoc etiam vult Iſidor. 2.Etimolog.ca. 24.cum dicit,ꝙ ſcientia eſt,cum res aliqua certa ratione percipitur.Et ibidẽ dicit, Philoſophia eſt diuinarum humanarumque rerũ,inquantũ homini poſſibile eſt,probabilis ſciẽtia.Et Papias
22 dicit, †Scire eſt reddere rationem,quam noueris,noſce vero referre tantũ quæ audieris. vnde dicimur ſcire, qđ ab aliis audiuimus,vt nota.in capit.cum contingat,extra de reſcrip. & ij. quæ-
23 ſtio.iij beatus. † Sed in his oportet conſiderare cauſas humanis ſenſibus conuenientes, vt de viſu,auditu,guſtu, odoratu & tactu,iuxta nota.ff.de aqua quotid. & æſtiua. l. in ſumma. §. item Labeo. nam quædã ſunt ex ratione,quædam ſecundum rationem,quædam contra rationem, quædam ſupra rationem. de quo per Archidiaco. 23. quæſtione 4.Nabuchodonoſor. verſ.
24 hic mihi rationẽ reddat. vbi dicit gloſ. † argumen. quòd de ſingulis non eſt ratio reddenda,vt infra eod.quæſti.de Tiriis. & de pœn.diſtinctio. 4. ſi ex bono. argumen. contra. 68. diſtinctio. cor epiſcopi. & 24.diſtinctio.iij.ſi habes vbi Auguſt. ad Auxentium epiſcopum ſcribens dicit,ſi habes de hac re ſentẽtiam certis rationibus,vel ſcripturarum teſtimoniis exploratam,nos docere digneris.& infra.ſed fortè ſi eſſent interrogati, reperirentur idonei,inde reddere rationem.vbi dicit gloſ.Et ita non ſufficit dicere,niſi dicti ratio aſſignetur ſecunda quæſtio. 7. criminationes. argument. contra.de pœn. diſtinctio. 4. ſi ex bono. ff. de legibus. l. non omnium. Et eſt hic argumen. teſtes nou eſſe recipiendos, qui dicunt ſe rem ſcire,niſi qualitatẽ. & vnde nouerint declarent.niſi enim omnia inquirantur,nõ poteſt veniri ad veritatem. 23. quæſtione.8.occidit.& argumen.25.queſt. 4.miror.ad quod.35.quæſtione.6.de parentela.& in capitu.ſicut, extra de ſentent & re iudi.& in capitu.ſi quando.extra de reſcriptis.& quod not Moderni in capitu.j. de electio. in clement. & per Ioan.Andr.in c.vbi periculum,circa princip.de electi.& per Archidiaco 1.diſtinctio.conſuetudo.& iij.quæſtione.9. teſtes. & per Innocẽ.in capitu.cum cauſam,quæ.extra de teſtibus.vnde & Pet.dicebat,Dominum autem Chriſtũ ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea,quæ in nobis eſt,fide & ſpe,ſed cum modeſtia & timore habentes conſcientiam bonam,vt in eo quod detrahunt,de vobis confundantur,qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem. j. Pet. iij. loquitur enim ibi Pet,de probabilibus: nam de diuinis non põt reddi ratio ſpecialis,quia occulta ſunt. Ideo dicit Hugo de Sancto Victore,quòd quædam ſunt ex ratione neceſſaria,quædam ſecundum rationẽ probabilia,quædam ſupra rationem credibilia,quædam contra rationem reprobabilia. Hoc tamen vltimum nunquàm intelligas de diuinis,quia multa videri poſſunt nobis contra rationẽ.ſ. inferioris naturæ,quæ tamen rationabilia ſunt in ſpeculo ſapientiæ diuinalis. Inde dicit Apoſto.ad Roma.11.O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei,quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini,aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Nam vt dicit Ilarius,in his, quæ Dei ſunt, ſoli Deo credendum eſt, qui ſe ſolum nouit. Hinc & Dominus Ieſus dixit Matth.11.Nemo nouit filium,niſi pater:nec patrem quis nouit niſi filius,& cui voluerit filius reuelare.Nam, vt dicit
25 Philoſoph.1.Metaphiſ. † Sciẽtia Dei cauſat res,ſed noſtra ſciẽtia cauſatur à rebus.& in ij.Meth.dicit, Sicut ſe habet oculus nocticoracis ad lumen diei.i.Solis,ſic ſe habet nr̃ intellectus ad manifeſtiſſima naturę, & ad Deum,& ad ſubſtantias ſeparatas,& ad
26 naturas rerum ſubſtantialium.Et ibid.dicit, †Vnumquodque ſicut ſe habet ad entitatem, ſic ſe habet ad veritatem. & ibidẽ dicit, Veritas eſt coæquatio rei ad intellectum.

Circa ſcientiam prædictus Fr. Io.de Ianua in Catholicon dicit,
27 Hinc ẽt attende, †ꝙ ſcire quãtũ in ſe eſt,nunq̃ malum eſt, & per cõſequens nec addiſcere:quia cuius gñatio eſt mala, ipſum eſt malum:ſed per accidens contingit eſſe peccatum in ſciendo,vel addiſcendo, ſiue conſiderando.hoc autem accidens põt accidere vel ex parte cognoſcentis, vel ex parte cognoſcibilis. Ex parte cognoſcentis eſt duplex accidens.Vnum eſt, quando propter occupationem in ſtudio alicuius ſcientiæ impeditur quis ab executione officij ad quod tenetur, ſicut ſi iudex propter ſtudium geometriæ deſiſteret à cauſis expediendis, vel ſacerdos à confeſſionibus audiendis, quando eas audire tenetur. Aliud eſt, qñ propter delectationem in aliqua ſcientia veniret quis in contemptum alicuius, quod venerari oportet, ſicut de Hieronymo accidit,qui tñ delectabat ĩ ornatu verborum Tullij,ꝙ deſipiebat ei intellectus,& ſermo prophetarũ,vt ipſe dicit. Sicut etiam accidit illis qui tantum adhærent rationibus humanis,ꝙ a fide diſcedunt & eam impugnant. Ex parte verò cognoſcibilis eſt triplex accidens. Vnum eſt,quando cognoſcibile de facili ad malum inclinat,& præterea in ſe paruæ vtilitatis eſt:propter hoc prohibitæ ſunt ſcientiæ magicæ,ne homo in exercitium earum labatur. Aliud eſt quãdo cognoſcibile eſt ſupra potentiam cognoſcẽtis,ſi creditur Ecc.3. Altiora te ne q̃ſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ p̃cepit tibi Deus, illa cogita ſemper,& in pluribus operibus eius ne fueris ſtudioſus. Tertium eſt,quando in ſe nullius utilitatis eſt, ſicut facta cõtingentia hominum,vnde & curioſi dicuntur, qui ſunt ſcrutatores conſcientiarum proximi. Inde ſubditur Eccl.3.non eſt tibi neceſſarium ea quæ abſcondita ſunt videre oculis eius. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, et in pluribus operibus eius non eris curioſus, plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpitio illorum & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Cor durum male habebit in nouiſſimo,& qui amat periculum, in illo peribit. In omnibus autem iſtis tribus cõtingit, ꝙ illud quod eſt vni curioſum, non eſt curioſum alteri, quia aliquid eſt ſupra intellectum vnius,quod non eſt ſupra intellectum alterius. Aliquid eſt vtile uni,quod non eſt vtile alteri. Aliquid etiam facile præcipitat vnum,quod non præcipitat aliũ. Hæc conſiderans Apoſtolus ait ad Ro. 12. Non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Quæ verba Bern.declarat Serm.36.ſuper Can.dicẽs. Sapere ad ſobrietatẽ,eſt vigilãtiſſimè obſeruare quid ſcire magis priusve oporteat:tempus enim breue eſt. Eſt autem quo ad ſe omnis ſcientia bona, quæ tamen veritati ſubnixa ſit. Sed tu qui cum timore & tremore tuam ipſius operari ſalutem pro temporis breuitate feſtinas, ea prius ſcire ampliusque curato quæ ſenſeris viciniora ſaluti. Vnde & Apls dicit; Qui ſe putat aliquid ſcire nondum ſcit, quomodo oporteat eum ſcire 1. Corint.8.vbi verba Apoſtoli ita dicunt; Scimus quoniã omnes ſcientiam habemus: ſcientia autem inflat, charitas verò ædificat. Siquis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quemadmodum eum oporteat ſcire. Sequitur Bernar. Vides quomodo fructum & vtilitatem ſcientiæ in modo ſciendi cõſtituit. Modũ ſciendi dicit,vt ſcias quo ordine,quo ſtudio, quo fine,quęq; noſſe oporteat. Quo ordine,vt illud prius quod maturius ad ſalutem Quo ſtudio,& vt id ardentius,quod vehemẽtius ad amorem. Quo fine vt non ad inanem gloriam aut curioſitatem, aut aliquid ſimile, ſed tm̃ ad ædificationem tuam,
28 vel proximi. † Sunt nanque qui ſcire volunt eo fine tantum vt ſciant,& turpis curioſitas eſt. Et ſunt qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi,& turpis vanitas eſt. Et ſunt qui ſcire volunt, vt ſcientiã ſuam vendant:verbi cauſa pro pecunia,pro honoribus, & turpis quæſtus eſt. Et ſunt qui ſcire volunt,vt ædificentur, & prudẽtia eſt. Sunt quoque, qui ſcire volunt vt ædificent, & charitas eſt. Horum omnium ſoli duo vltimi non inueniuntur in abuſione ſcientiæ. Ad prædicta faciunt not.37. diſtinctione, qui de menſa.& cap. Epiſcopus libros gentilium. 43. diſt. in mandatis. 8.q.1.ſunt in eccleſia quidam. 45.diſtinctio duo ſunt. Ex prædictis igitur clarè colligitur,ꝙ tam iudices quàm aduocati,ceterique ſcientifici vacare debent ſtudio literarum,vt & ipſi ædificẽtur ex veritate comperta,& cæteros ædificent in oſtenſione veritatis.

Ex quo incidenter quæritur an oporteat Iudicem eſſe ſcien-
29 tificum,vel peritum. Vbi primo † no triplex iudicium, videlicet vulgi,fori,poli. Primũ debet in meliorem partem interpretari qñcunq; dubium eſt,ꝙ inducatur. ext.de reg.iur.ca.eſtote.& in c.ad audientiam. ext.de homic.& Apoſt. dicit ad Rom. 14. Qui non manducat,manducantem non iudicet. Et Lucæ 6.Nolite iudicare,& non iudicabimini. Et Ioann.7. Nolite iudicare ſecũdum faciem,ſed iuſtum iudicium iudicate. de quo per Thom. 2.2. quæſt. 60. Secundum debet terminari reſpectu ſecundum acta & actitata.ff.de offic.præſid.l.illicitas.§.veritas.de quo infra dicam. Tertium debet terminari ſecundum veritatem propriæ
* confeſſionis.ext.de pœnitent.& remiſ.cap.omnis vtriuſque ſe-
30 xus.& ibi dixi plenè. † Ad propoſitum quo ad principale quæſitum, an oporteat iudicẽ eſſe ſcientificum vel peritum, intelligitur principaliter de duobus vltimis. Et videtur primo, quòd non,quia milites poſſunt eſſe iudices, eo quòd per quotidianũ vſum poſſunt habere peritiam iudicandi. C.de iuſtic.l.certi,arg. contra 20 diſtinc. ic cap.1.ibi,negocijs diffiniendis,non ſolum eſt neceſſaria ſciẽtia,ſed etiam poteſtas. Glo.dicit,arg.ꝙ nullus

poteſt

Source : BIU Cujas

poteſt eſſe iudex, maximè Eccleſiaſticus, niſi ſit peritus, vt extra de conſang. & affini. capitulo, ex literis. in fi. j. quæſtio j. vt euidenter 11. quæſtio. 3. & ad tempus. 24. quæſtio. 3. ſiquis. de pœnit. diſtinctio. 5. conſideret. de pœnit. diſtin. 5. qui vult. Et quia leges ſcire tenentur, in Authen. de iudic. §. quia verò colla. 6. item quia ſententia ferenda eſt in ſcriptis. 2. quæſtio. 1. in primis, in fi. Item quia per ſe iudices debent ſcribere ſententias & recitare. C. de aſſeſſoribus. l. præſes. Ad l. certi. C. de iudic. reſpondet Archid quòd potius videtur facere pro, quàm contra, dum in fine dicit, pro ſui & legis ſcientia, Sed gloſ. ibi exponit legis ſcientia, quam habent per ſe, vel per ſuos aſſeſſores, vt in Authen. de iudic. §. j. Et concludit gloſ. quòd mediocris ſcientia ſicut & in prælato, ita & in iudice ſufficit, vt extra de electio. capi. cum nobis olim. addit Archid. non. n. requiritur ſumma perfectio in artifice. ff. de ædil. edic. l. ſiquis venditor. de hoc extra. de reſcrip. capitu ſciſcitatus. & not. Doct. in capitulo eam te. extra. de ęta. & qualit. nam cognoſcens de cauſa, debet eſſe prudens, & peritus vt non ſolum cognoſcat merita cauſæ, de quibus eſt infor matus, ſed ſciat etiam diſcernere quid habe at iudicare ſaltem per fidelis aſſeſſoris inſtructionem, vt dictum eſt. Ex quo con-
31 cludit Hoſt. in cap. j. extra, de conſang. & affini. † quòd per ſolam Theologiam non poteſt regi clerus. & dicit quòd ſi eligatur purus Theologus & purus Canoniſta, conſideranda eſt eccleſię qualitas. nam ſi incumbat eccleſiæ cauſarum ventilatio, & ampla iuriſdictio, præferendus eſt Canoniſta: & ſi incumbat cauſa ſpiritualis, vt quia habet hæreticos ſubiectos vel conuicinos, etiam præferēdus eſt Canoniſta, quia eſt miſtus, & miſtum aſſerit præferendum. allegat cap. ex parte. extra. de cler. non reſiden. & c. officij. extra. de electio. ibi enim repellitur electus in Abbatem eo quòd antequam eſſet diſcipulus, voluit eſſe magiſter. Sed dominus Anto. de But. in capit. ſciſcitatus. extra. de reſcrip. facit feſtum de illa l. certi iuris. C. de iudic. dicens, nota bene iſtā gloſ. Canoniſta, qui non habes textum, quòd laicus imperitus literarum poteſt eſſe iudex, ſi habet conſuetudinem cauſarum. Dicit. n. ibi gl. ſ. in dicto capitulo. ſciſcitatus, ſuper ver. legitimo impedimento, puta excommunicatus, vel quia eſt illiteratus, nec habet conſuetudinem cauſarum, quia peritus debet eſſe iudex, nec quærere debet ab alijs quid eum loqui oporteat, vt in Authen. de iudic. in princip. collat. 6. & infra, de conſangui. & affinita. ex literis, in fi. ſi tamen illiteratus ſit, & habeat conſuetudinem cauſarum ſiue peritiam iudicādi, poteſt ei cauſa com-
32 mitti, vt C. de iudic. l. certi iuriſ. & arg. C. de epiſcop. & cleric. l. parabolani. Dicit etiam ibi dominus Antonius, Credo † quòd illa inhabilitent ipſo iure, quæ inficiant perſonam a fine iudicandi, vel iuſtitiam cognoſcendi, quia nemo bene iudicat quæ non cognoſcit. Ideo in iudicādo exigitur diſcretio & cognitio, quæ ceſſant in muto & ſurdo, pupillo, furioſo, vel infante, quia non habent organa, per quæ poſſint diſcernere & ꝓferre facta aliorum. Quantum autem ad iudicem eccleſiaſticum patet expreſſe quòd ad regimen eccleſiarum non debet inſtitui, indignus ſcientia, vel ætate, vt in d. c. eam te. extra, de ætate & qualita. & in c. cum ſit ars artium. eo. titu. Imò, quod plus eſt, defectus ſcientię deijcit iam promotum, vt in c. quamuis, eo. tit. accedunt not. 23.
33 diſt. qui epiſcopus. & 38. diſt. c. j. vbi dicitur, † ꝙ ignorātia mater cūctorū errorū, in ſacerdotibus. Dei vitanda eſt, qui docēdi officium in populo Dei ſuſceperunt. vbi gloſ. dicit, notandum eſt ergo, ꝙ ignorantia, alia iuris naturalis alia ciuilis, vel canonici.
34 † Ignorantia iuris naturalis neminem excuſat, ſi eſt adultus & diſcretus, quia in his par im intereſt decipere & decipi poſſe, vt 16. q. 1. ſi cupis. & de hac dicitur, ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis vel canonici, etiam non excuſat, vt infra eod. ſi in laicis. aliquos tamen excuſat, ut milites, mulieres, ruſticos, & minores. In damno tamen vitando nulli nocet. ff. de iur. & fac. igno. l. error, in fi. niſi in his, quæ introducta ſunt ad rigorem iuris conſeruandum, & in conſti. ſiquis in tantam. C. vnde vi. & in præſcriptione eſt etiam ignorantia facti alia probabilis, & hæc excuſat, quia etiā periti ſſimos fallit, ut j. q. j. ſiquis ſimoniacis. & 9. q j. ordinationes. alia eſt craſſa & ſupina, ut cum aliquis ignorat id, quod publicè factum eſt in ciuitate, & hæc neminem excuſat, vt 16. diſt. quod dicitis. 12. q. 2. qui in humanis. hæc plenius inuenies in q. 4. §. vlt. in fi. Et iſta pro præſenti de quin. ſufficiāt, quia de ignorantia etiam infra dicam.

35 Ad ſextum dico, † ꝙ cōſcientia eſt cognitio cordis ſui ipſius. Item conſcientia eſt habitus animi agendorū, & non agendorū. Item eſt prudentia vera de eligendo, & fugiendo. Item eſt lex noſtri intellectus, vt dicit Io. Damaſcenus. Item conſcientia eſt naturale iudicatorium. Item eſt habitus mentis boni & mali, ſecundum Papiā. Item conſcientia eſt cordis ſcientia. Cor. n. & ſe, nouit ſua ſcientia, & multa alia. Quandò nouit ſe, appellatur cō ſcientia, vt dicit Hugo de ſancto Victore in 2. de anima. cap. 12. Item conſcientia eſt credulitas intentionis ad aliquid faciendū vel non faciendum, animi deliberatione firmata, vt in Compend. Theologicæ veritatis, lib. 2. titu. de conſcientia, poſt medium.

De prima diffinitione, Eccleſiaſtici 7. ſcit enim tua conſciētia, quia tu crebrò maledixiſti alii, &c. de ſecūda Gen. 2. comede, ne comedas. De tertia Iſaiæ. 7. vt ſciat reprobare malū & eligere bonum. De quarta ad Rom. 2. opus legis ſcriptum in cordib. eorum. De quinta ad Rom. 2. in quo alium iudicas, te ipſum cō demnas. De ſexta Eccleſiaſtici. 33. contra malum, bonum eſt. De ſeptima prouerb. 14. Cor. qđ nouit amaritudinē animæ ſuæ, &c. De octaua. Auguſt. de prędeſtinatione vaſis iræ. nūquàm Deus redderet interitum, niſi ſpōtaneum reperiretur eſſe peccatum. 23. quæſt. iiij. vaſis iræ. Circa conſciētiā igitur, qa in hoc maiorem ſpero fructum, magis inſiſtam. Et principaliter quæro de trib. Primò de deriuatione cum diffinitione vltra prædictas deſcriptiones. Secundo de obligatione, quando. ſ. dicatur ſtimulus conſcientiæ obligare. Tertiò de erroris cauſatione: videlicet vnde cauſetur error conſcientię. Ad primum reſpondeo breui-
36 ter, † ꝙ conſcientia deriuatur à conſcio, is, quod eſt ſimul ſcire. Componitur. n. ex hac præpoſitione cum, & ſcio, mutato u, in o, ipſius p̄poſitionis, & fit conſcio. quanquàm aliqui velint ꝙ cum, ſit con, & nulla mutatio fiat, ſed ſola compoſitio ex con, & ſcio, & habetur conſcio. inde conſcientia. i. ſimul ſcientia. Vnde hoc nomen conſcientia, duo dicit. ſ. ſcientiam. & ſecundum, hoc ſcientia eſt habitus naturalis, non ſolum cognitiuus, ſed etiam motiuus. Inclinat enim animam ad proſecutionē boni & fugam mali. Alio modo dicit conſcientia, acceptionem in parte rationis, quod not. in hac præpoſitione, cum. Primo igitur modo, prout ſcilicet conſcientia includit in ſe ſcientiam, habet ſe ſicut ſuperius, & coniungitur ſindereſi, & ſemper erra-
37 cta. Secundo modo coniūgitur magis rationi, & ſic habet ſe ſicut inferius. Et hoc modo recipit errorem & conturbationem. † Nam ratio vis eſt animæ non ſolum cognitiua, ſed etiam motiua. De ratione igitur tria nota, diffinitionem, diuiſionem, ſillogiſmum. eſt autem ratio animi motus, & mentis intuitus, à falſis vera diſtinguens. Circa quod dicit Apoſt. ad Rom. 12. obſecro vos. & ℈. rationabile obſequium veſtrum. Ratio igitur cum iudicat aliquid eſſe bonum, vel malum, & ibi ſiſtit, tunc dicitur eſſe cognitiua. ſi autem procedit amplius & iudicat eſſe bonum vt fiat, ſic eſt mortua. ſi verò adhuc procedit vlterius, & non ſolùm iudicat eſſe bonum vt fiat, ſed etiam id appetit, tunc dicitur
38. liberum arbitrium. † Quoniam liberum arbitrium comprehendit rationem & voluntatem: nam liberum arbitrium eſt facultas rationis & voluntatis, qua bonum eligitur gratia aſſiſtente, & malum eligitur gratia deſiſtente. De his ſatis agitur in ſecūdo ſentent. diſtinctio. 24. & 25. Ratio igitur habet ſe ad bonum
39 particulare † & diuiditur in partem ſuperiorem & inferiorem. Superior pars diuinis & æternis intendit. Inferior autem de tranſitoriis iudicat & ea diſponit. circa quod dicit Apoſto. ad Heb. 4. Viuus eſt enim ſermo Dei. & ℈. vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus. † Item ſuperior pars rationis accipit rationes per
40 leges diuinas, vt hoc eſt faciendum, quia Deus prȩcipit: inferior autem pars accipit rōnes per leges humanas. Vt hoc eſt faciendum, quia honeſtum eſt, vel quia expedit reipubl. vt in prędicto compendio. libro ſecundo, tit. de ratione & partibus eius. Conſcientia igitur cum parti inferiori coniungitur, habet verſari circa particularia in quibus ſæpe contingit errare, ſicut patet in ſillogiſmo conſcientiæ, in quo ſindereſis proponit maiorem ſic, nullum malum eſt faciendum. Ratio aſſumit minorem ſic, hoc eſt malum, vel adulterium eſt malum. Conſcientia concludit, ergo non eſt faciendum. Circa primam non eſt error: circa ſecundam quādoq; eſt error, & ex hoc eſt falſitas in concluſione. & hoc intendit dicere Ariſtote. 7. Ethic. dum dicit, quòd ratio in eligendis & fugiendis, quibuſdam ſillogiſmis vtitur.
41 † In ſillogiſmo autem triplex eſt conſideratio, ſecundum tres propoſitiones, ex quarum duabus tertia concluditur. ita etiam contingit in propoſito, dum ratio in operandis ex vniuerſalibus principiis circa particularia iudicium aſſumit. Et quia vniuerſalia principia iuris ad ſindereſin pertinent, rationes magis appropriatæ ad opus pertinent ad habitus, quibus ratio ſuperior & inferior diſtinguitur. Sindereſis in hoc ſillogiſmo, quaſi maiorem miniſtrat, cuius conſideratio eſt actus ſindereſis. Secundum minorem miniſtrat ratio ſuperior, vel inferior. & cuius conſideratio eſt ipſius actus. Sed conſideratio cōcluſionis elicitæ, eſt conſideratio conſcientiæ, vt dicit prædictus Fr. Ioann. de Ianua in Catholicon, in verſiculo, conſcientia. Cauenda eſt igitur conſcientia nimis larga, & etiam nimis ſtricta. nam prima generat præſumptionem, ſecunda generat deſperationem. Item prima ſæpę dicit malum bonū, ſecunda ecōuerſo dicit bonū malum. Et propterea vtrobique culpatur. Iſaiæ. 5. Veh qui dicitis malum bonum, &c. Item prima ſaluat ſæpe damnandum, ſecūda è contrario damnat ſaluandum. Et ſic dicunt tenebras lu-
42 cem, & lucem tenebras. Iſaiæ. 5. Et notan. † quòd aliud eſt conſcientia, aliud timor, vel ſtimulus conſcientiæ. Tunc enim eſt conſcientia, quando quis ſententialiter iudicat aliqd faciēdū vel vitandum, & contra talem conſcientiam facere, etiam ſi ſit erronea, peccatum eſt, vt infra dicam. Sed contra timorem cōſcientiæ facere, non ſemper eſt peccatum, quia talis timor non ſemper eſt diffinitiua ſententia rationis, per quam iudicet ſe teneri

Source : BIU Cujas

neri ad aliquid, ſed ex eo, quòd vacillat inter dubia neſciens qd ſit melius vel ad quid teneatur potius, cùm tamen non omitteret qcquid ſciret eſſe placitū diuinæ voluntati. Stimulus autē cōſcientiæ eſt quidā aculeus, compungens, incitans & moleſtās, & aliquando vrgens, & inflammans mentem hominis ad aliquid faciendum, vel non, ſiue liceat, ſiue non, vel ad deteſtandū factum, vel ad murmurandum contra id, quod fit, vel ad diſſua-
43 dendum, ne fiat. † Et ſic conſcientia, quaſi ſimul cum alio ſcientia, quandoque reſpicit præteritum, quandoque præſens, & quādoque futurum: nam de præterito accuſat, de præſenti remurmurat, & præcauet de futuro. Præterita namque reſpicit, ut quando conſcientia mentem de hoc quod ſibi conſcientiæ eſt, reprehendit, ſicut de malo commiſſo, vel de bono omiſſo. & ideo dicitur, q̄ propriè conſcire dicitur de malo. Tunc enim aliquis conſcit, cum in malo & ſcelere conſcius eſt. Vnde verſus.

Conſcius ipſe ſibi, de ſe putat omnia dici.

Papias verò dicit, conſcit, conſentit, intulit. Conſcius particeps in ſcientia aliquid habens teſtis. Vnde Iob. 16. Ecce enim in cęlo eſt teſtis meus; & cōſcius meus in excelſis. Præſentia autem reſpicit contradicendo eis, quorum per ſcientiam habuimus oppoſitum. Futura quoq; reſpicit, vt qñ inſtruit & ſtimulat mētē ad ea facienda aut vitanda, ad quæ ipſa conſciētia iudicat nos teneri. dicitur igitur omne malum euitādum per cōcluſionem conſcientiæ vniuerſalem, quia ad actum particularem applicatur, vel etiā quia per eam aliquis ſibi conſcius eſſe poteſt eorum, quæ fecit, vel facere intendit. Et propter hoc etiam dicitur ſcientia, vel dictamen rationis, aut rationale iudicatorium,
44 ſecundum Baſilium. † Et propter hoc contingit conſcientiam errare, non per ſindereſis errorem, ſed per errorem rationis, ſicut patet in hæretico, cui dictat conſcientia, vt prius permittat ſe comburi quam iuret, quia non ſuperior peruerſa eſt in hoc,
45 quod credit iuramentum ſimpliciter eſſe prohibitum. † Et ſecundum hunc modum patet qualiter differat ſindereſis, lex naturalis & cōſcientia, quia lex naturalis nominat ipſa prima principia iuris, ſindereſis verò nominat habitū eorum, ſiue potentiam cum habitu. Conſcientia autem nominat applicationem quandam legis naturalis ad facienda per modum cuiuſdam cōcluſionis, & ideo conſcientia à diuerſis diuerſimodè diffinitur,
46 ſiue deſcribitur. † Nam ſecūdum Origenem, conſcientia eſt ſpiritus corrector & pedagogus animæ ſibi ſociatus, qua ſeparatur à malis, & adhęret bonis. Sed hic attēde, quòd ſpiritus quādoq; ſumitur pro ſpirituali quadam operatione, vel pro ſpirituali dono, & hoc modo ſumitur hic ſpiritus, & non pro natura animę. Vel conſcientia, ſecundum quòd à quibuſdam deſcribitur, eſt vt dixi, dictamen rationis, quo iudicat & ligat ad faciēdum, vel non faciendum. Bernard. autem in meditationibus, de contemptu mundi, incipiens: Multi multa ſciunt, & ſemetipſis neſciūt dicit. Finxi me eſſe, quod non eram, dixi me velle, qđ nolebam, aliud ore dicebam, & aliud corde volebā, & ita ſub ouina pelle vulpinam conſcientiam abſcondebam. † Talis planè con-
47 ſcientia eſt tepida conuerſatio, & animalis cogitatio & ficta confeſſio, breuis & rara compunctio, obedientia ſine deuotione, oſo ſine intentione, lectio ſine ædificatione, ſermo ſine circunſpectione. ò quàm ſunt dura mihi iſta, quæ loquor, quoniam loquēdo me ipſum ferio. verumtamen, quia me non nego peccatorem, ſed peccatum meum cognoſco, erit fortè apud Deum iudicem pium ipſa cognitio culpæ, impetratio veniæ. De conuerſatione. 1. Pet. 2. Conuerſationem veſtram, &c. De animali cogitatione. 1. Corin. 2. animalis homo. De ficta confeſſione ad Titum 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. De breui compunctione Lucæ 8. & Matth. 13. Ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt.

De obedientia deuota, ad Epheſ. vltimo, Filij obedite p.v. in domino. De oratione attenta. primo ad Corint. 14. nam ſi orem lingua, &c. De lectione ædificatiua. j. ad Corint. 14. Omnia ad ædificationem fiant. De circunſpectione ſermonis vide Gregor. ſuper Ezech. omil. 11. & in Moralib. lib. 30. Circa quod dicit glo. ſuper illud Iſaiæ 38. obſecro Domine, memento quęſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, &c. Iturus Ezechias ad Deum narrat opera ſua. Felix conſcientia, quæ in tempore malorum poteſt recordari bonorum. Hinc & Apoſtolus dicit ſecunda ad Corinth. primo nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. & hæc ſufficiant pro deriuatione & diffinitione. Et ſic de primo in diſcuſſione conſcientiæ contingente. Ad ſecundum de obligatione, cum quæritur, quando dicatur ſtimulus conſcientiæ obligare. Reſpondeo, quòd obligatio per ſtimulum conſcientiæ poteſt cadere ſub ratione rectitudinis, & ſub errore: nam recta, & erronea conſcientia obligat: ſed recta conſcientia obligat ſimpliciter, & per ſe. Hoc enim eſt dictatum per ipſam, quod in ſe bonum eſt, & ex iudicio rationis bonum apparet. vnde ſi non fiat, malum eſt, & ſi fiat bonum: ſed conſcientia erronea non obligat niſi per accidens, & ſecundum quid. Si enim dictet aliquid faciendum, illud in ſe fieri conſideratum non eſt bonum neceſſarium ad ſalutem: ſed apprehenditur, vt bonum, & ideo cum non liget niſi ſecundū quod eſt bonum, non obligat voluntas per ſe ad hoc, ſed per accidens, ſcilicet ratione apprehenſionis, qua iudicatur bonum. & ideo ſi fiat aliquid, quod eſt ſecundùm ſe malum, quod errans ratio iudicat bonum, peccatum non euitatur: ſi autem non fiat, peccatum incurritur. Et ſi obiiciatur, quòd conſcientia erronea non obliget, quia præceptum inferioris non poteſt obligare contra præceptum ſuperioris: ſed Deus ſuperior eſt noſtra conſcientia, ergo conſcientia noſtra non poteſt nos obligare ad peccatum faciendum ſuo præcepto. Dicendum, quòd conſcientia obligat non virtute propria, ſed virtute præcepti diuini, ſub quo errans ſe reputat obligatum. non enim conſcientia dictat aliquid faciendum ratione eius, quod ſibi videtur, ſed hac ratione, quia à Deo præceptum eſt. Vnde per accidens ex virtute diuini præcepti obligat, in quantum conſcientia dictat hoc, vt præceptum à Deo. & ideo dictamen conſcientiæ plus obligat quàm præceptum prælati, ſicut & præceptum diuinum, in cuius virtute ligat. Exemplum, ſi præceptum regis non peruenire ad populum, niſi mediante aliquo Principe, ſi princeps diceret, hoc eſt præceptum à Rege, quamuis non eſſet verum dictum ſuū, obligaret, vt præceptum regis, ita quòd contemptores pœnas merentur. Hinc prædictus frater Ioan. de Ianua in Catholicon dicit, Et ſcias, quòd conſcientia, prout eſt quoddam dictamen rationis, obligat virtute præcepti diuini, ſub cuius ratione apprehendit illud, quod ratio dictat. Et ideo ſi illud apprehendatur, vt directè ſub præcepto cadens, peccat quis mortaliter omittendo, quod conſcientia dictat, etiamſi aliàs ſit veniale, vel indifferens. Si autem non apprehendatur, vt directè cadens ſub præcepto, vel prohibitione, tunc non fit directò contra conſcientiam, ſed præter conſcientiam, & ita non peccaret mortaliter, ſed venialiter, vel etiam nullo modo. Sicut quando conſcientia dictat alicui, quòd bonum eſt facere opus conſilij, ſi non fiat, non peccat, quia non apprehendit illud, vt bonum debitum, & neceſſarium ad ſalutem, & præcepto ſubiacens. Vnde Ambroſ. dicit, affectus tuus operi tuo nomen imponit. Et eſt hæc regula generaliter vera in bonis operibus. Sed in malis illa excipiuntur, quæ per ſe mala ſunt. Omnis igitur hominis opera ſecundum intentionem, & cauſam iudicantur bona, vel mala, exceptis his, quæ per ſe mala ſunt, idem quæ ſine præuaricatione fieri nequeunt. Hic etiam ſciendum eſt, quòd ſecundum Dioniſium in 7.c. de diuinis no-
48 minibus. † Diuina ſapientia coniungit principia ſecundorum vltimis primorum. Quia, prout in libro de cauſis oſtenditur in ordine cauſatorum oportet, quòd conſequens aſſimiletur præcedenti: nec hoc poteſt eſſe, niſi ſecundum, quod aliquid participat de perfectione eius. quod quidem in flor. noſtro eſt in ſecundo ordine creaturarum quàm in primo. Vnde hoc quòd inferior creatura de ſimilitudine ſuperioris participat, eſt ſupremum in inferiori, & vltimum in ſuperiori, quia eſt deficientius receptum quàm in ſuperiori ſit. Inter creaturas autem talis eſt ordo, vt primò ſit Angelus, & ſecundò rationalis anima. Et quia rationalis anima corpori coniuncta eſt, ideo co-
49 gnitio eſt debita ſibi ſecundum ſuum ordinem. † Cognitio ſcilicet quæ à ſenſibilibus ad intelligibilia procedit. Vnde non prouenit in cognitione veritatis, niſi inquiſitione præcedente, & ideo cognitio illa rationalis dicitur. Quia verò Angelus ſimpliciter incorporeus eſt, nec corpori vnitur, cognitio naturæ ſuæ debita eſt, vt ſimpliciter ſine inquiſitione veritatem apprehendat, propter quod intellectualis natura nominatur.
50 † Oportet ergo, quòd in anima rationali, quæ Angelo in ordine creaturarum contiguatur, ſit participatio intellectualis virtutis, ſecundum quam aliquam veritatem ſine inquiſitione apprehendat, ſicut apprehenduntur prima principia naturaliter cognita tàm in ſpeculatiuis, quam in operatiuis. Vnde & talis virtus intellectus vocat, ſecundum quòd eſt in ſpeculatiuis.
51 † Quæ etiam ſecundum quòd in operatiuis eſt, ſindereſis dicitur. Et hæc virtus conuenienter ſcintilla dicitur: quia ſicut ſcintilla eſt modicum quid euolans ex igne, ita hęc virtus eſt quędam modica participatio intellectualitatis, reſpectu eius, quod intellectualitate in Angelo eſt. Et propter hoc etiam ſuperior pars rationis ſcintilla dicitur, quia in natura rationali ſupremum eſt. Vnde Hieronym. dicit, quòd per Aquilam ſignificat̄ quę cætera animalia in volando tranſcendit: ita & hæc virtus tranſcendit rationabilem quę per hominem ſignificat̄, cōcupiſcibilem, quæ per vitulum: iraſcibilem, quæ per leonem. Sicut autem non contingit in ſpeculatiuis intellectum errare circa cognitionem primorum principiorum, quin ſemper repugnet omni ei, quod cōtra principium dicitur, ita etiam non contingit errare in practicis principijs primis. Et propter

hoc

Source : BIU Cujas

hoc dicitur, quòd ſuperior rationis ſcintilla, quæ ſindereſis eſt, extingui non poteſt, ſed ſemper repugnat omni ei, quod ſit contra principia naturaliter ſibi credita.

Circa prædicta incidunt ſex quæſtiones, quarum prima eſt, vtrum omnis recta conſciẽtia liget ad faciendum quod dictat. Secunda eſt, vtrum conſcientia erronea liget, ſi voluntas diſcordet ab ea. Tertia eſt, vtrum conſcientia erronea liget ad deponendum errorem, vel ad faciendum quod dictat. Quarta eſt, vtrum conſcientia erronea peccatum excuſet. Quinta eſt, vtrum plus liget præceptum diuinum quàm erronea conſcientia dictans contrarium. Sexta eſt vtrum erronea conſcientia plus liget quàm præceptum prælati de indifferentibus, quæ præcipere poteſt.

52 Ad primam quæſtio. reſpondeo affirmatiuè, † quòd omnis recta conſcientia ligat ad faciendum quod dictat. Probatur per auctoritatem Apoſtoli dicentis. 2. Corinth. 1. Nam gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in
53 gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. † Ex quibus verbis ſatis oſtendit rectitudinem conſcientiæ in eo, quod dicit, in ſimplicitate & ſinceritate & gratia Dei. Rectum enim dicitur, cuius medium non exit ab extremis. Vnde rectus dicitur ordinatus, probus bonus, honeſtus, firmus, vt dicit Papias. Dicendo igitur Apoſtolus in ſimplicitate, ſinceritate & gratia Dei, intendit exprimere, qualiter ſimplicitas patris, ſinceritas filij, & gratia Spiritus Sancti, ſunt illa, quæ rectificant noſtram conſcientiam, ſicut in ſimili dixit 1. Timoth. 1. Finis autem præcepti eſt, charitas de corde puro. ecce ſimplicitas. conſcientia bona. ecce ſinceritas. & fide non ficta, ecce gratuitas, quia acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, vt dicit idem Apoſtol. ad Rom. 5. nam, vt dicit Gualt. & Aſteſanus
54 refert in ſumma ſua, libro ſecundo. artic. tert. † Tunc conſcientia eſt recta, quando rectificata eſt, ſecundum legem diuinam ſcriptam vel pro regula datam, iuxta illud Pſalm. pſal. 118. legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem
55 tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. † Et ideo ſicut ad hoc quòd voluntas ſit bona debet ſe conformare diuinæ legi iuxta illud Matth. 7. qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. nam (vt dicit
56 Auguſtin. † gratia præparat voluntatem vt velit. & ſubſequitur. ne fruſtra velit. & ſic gratia præcedit, comitatur & ſequitur ex quo dicebat Apoſtolus 1. Corinth. 15. gratia Dei ſum id, quod ſum. gratia. ſ. præcedente. ſequitur, & gratia eius in me vacua non fuit. gratia ſcilicet comitas. ſubſequitur, abundantius omnibus laboraui, non ego, ſed gratia Dei mecum. gratia ſcilicet ſubſequens. Nam, vt dixit Dominus Ioann. 15. ſine me nihil poteſtis facere. Ita idem Apoſtolus dicit, ad Philipp. 2. Deus eſt enim qui operatur in nobis, & velle & perficere pro bona voluntate. De hoc ſatis agitur in ſecun. ſentent. diſtin. 26. Non enim poteſt voluntas bonum velle, niſi ipſa ſit bona: nec poteſt eſſe bona, niſi à gratia. Quia omne datum optimũ, & omne donũ perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Iaco. 1. Inde Iſai. 26. ſcribitur, omnia opera noſtra ſcilicet bona, operatus es in nobis Domine. Ita etiã neceſſe eſt, quòd voluntas vt bona ſit, rectæ conſcientiæ ſe conformet. Vnde idem Apoſtol. 1. Thimo. 1. ſcribens dicit, hoc præceptum commendo tibi, fili Thimothee, ſecundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens bonam fidem & bonam conſcientiam quam ſcilicet bonam conſcientiam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi Sathanæ, vt diſcãt non blaſphemare. Ecce igitur, quòd ſine rectitudine conſcientiæ ſalus eſſe non poteſt. vnde ſicut lex diuina, ita & conſcientia recta, diuina gratia informata, ligat voluntatem ad faciendum ea, quæ in diuina lege præcipiuntur, & ad vitandum ea, quæ in illa prohibentur & ad approbandum conſilia, infor-
57 mationes, & exhortationes, quæ continentur in ea. † non tamen voluntas, cum ſit libera, ligatur violentia, vel neceſſitate aliqua abſoluta, ſed conditionata. quia ſi velit prẽmium obtinere, & ſupplicium euitare, neceſſe habet ſequi durationem rectæ conſcientiæ. De præmio probatur Matth. 19. cum dixit Dominus adoleſcenti, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. De ſupplicio probatur Deuter. 28. Quòd ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mãdata eius, venient ſuper te omnes maledictiones. iſtæ, & apprẽhendent te, &c. Ibi ſatis de hoc. Et Iſaiæ. 1. Quod ſi nolueritis, & me prouocaueritis ad iracundiam, gladius deuorabit vos. & pſalm. dicit, niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit, & cætera multa ſimilia De duratione. i. perſeuerantia rectę conſcientiæ patet Matth. 10. & Mar. 24. Qui autem perſeuerauerit vſque in fi-
58 nem, hic ſaluus erit. Hinc dicit Hieronym. † Quòd conſcientia eſt dux animæ. Et Damaſcenus dicit, quòd conſcientia eſt lex noſtri intellectus. Et Benar d. in quodam ſermone dicit, bonũ parat habitaculũ Deo, cuius nec rõ decepta, nec volũtas puerſa, nec memoria fuerit inquinata. Et Iſid. in 2. lib. de ſoliloq. dicit, conſcientia munda eſt q̃ nec de præterito iuſtè accuſatur nec de præſenti iniuſtè delectatur. ſupple nec de futuro ad malum inclinatur. Et Hugo de Sancto Victore libro 2. de anima
59 cap. 9. dicit, † Conſcientia bona titulus eſt religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, aureum reclinatorium, audium Angelorum, arcba fœderis Domini, theſaurus regis, aula Dei, habitaculum Spiritus Sancti, liber ſignatus & clauſus, in die iudicij aperiendus. Et Auguſtin. ſuper pſal. 28. dicit, Quando Dominus iudex erit, alius teſtis, quàm conſciẽtia tua nõ erit inter iuſtum iudicem & conſcientiam tuam, noli timere niſi cauſam tuam. 1. quæſtio. 3. cuſtodi. Gregorius etiam Conſtantino Mediolanenſi epiſcopo ſcribit dicens, in cunctis, quæ in hac vita peruerſa peruenerint, ſola eſt, ſicut noſtis omnipotentis Dei deſtructio penſanda, atque ad cor proprium ſemper recurrendum, vt nullius ibi lingua implicet, vbi conſcientia non accuſat. Quem enim conſcientia defendit, liber eſt inter accuſationes, & liber ſine accuſatione eſſe nõ poteſt, ſi ſola, quæ interius adiacet conſcientia accuſet. 11. quæſ. 3. in cunctis. Et hæc de prima.

60 Ad ſecundam quæſtio. reſpondeo etiam affirmatiuè, † quòd erronea conſcientia ligat, etiam ſi voluntas diſcordat ab ea. Et eſt ratio, quia (vt dictum eſt) conſciẽtia eſt lex noſtri intellectus, & dux animæ rationalis. Et ideo ſicut recta conſcientia, quæ iuſta lex eſt, ligat voluntatem, vel hominem per formam, quã habet, ita etiam erronea conſcientia, quę eſt lex apprẽhenſa pro iuſta & recta tradita ipſi conſcientiæ, ligat voluntatem & obligat quandiu talis eſſe videtur. Hæc Gualt. & Aſteſ. vbi ſupra etiam quia ſatis ſuccinctè loquuntur, quanquàm vera ſit ſentẽtia, roboranda tamen eſt, & auctoritatibus Fulcienda. vnde confirmat hanc ſententiam Apoſtolus ad Roman. 14. dicens, ſcio & confido in Domino Ieſu, quia nihil commune per ipſum niſi ei, qui exiſtimat quod cõmune eſſe illi cõmune eſt. Et infrà.
61 qui aũt diſcernit, ſi mãducauerit, dãnatus eſt, quia nõ ex fide: † oẽ aũt qd̃ nõ eſt ex fide, peccatũ eſt. Quod verbũ. ſ. ex fide, Amb. intelligit. i. ex conſcientia. & ſic communiter doctores. Hinc ſumitur regula, quòd quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam, vt in capitu. literas. §. porrò cum mulier. extra de reſtitu. ſpoli. 28. quæſtio. 1. capitu. omnis deinceps. §. ex his. & §. omne, quod aliter. & extra de præſcript. capit. quoniam omne. & de pœnitent. diſtinctio. 3. capitu. fin. §. illud. & extra de
62 ſimon. capitu. per tuas. 2. vbi Innocent. III. dixit, † quòd ille, qui receperit ordines ab epiſcopo ſimoniacò, quem tunc neſciebat ſimoniacum, in ſuſcepto ordine ſecurè valeat miniſtrare. Sed contra conſcientiam ad ſuperiores ordines non aſcendat, ne fortè ædificet ad gehennam licèt ex eo quòd conſcientiam minus habuit ſcrupuloſam in difficultatẽ huiuſmodi ſit collapſus, quam vtique non euadet, niſi deponat errorem. Et idem Innocent. in capitu. inquiſitioni, extra de ſentent. excommuni. dicit,
63 † de eo quod pro certo ſcit impedimentum coniugij, quòd debet potius excommunicationis ſententiam humiliter ſuſtinere quàm per carnale commercium peccatũ operari mortale. De eo verò, qui neſcit pro certo, ſed credit, diſtinguit, vtrum habeat conſcientiam huiuſmodi ex credulitate leui & temeraria, an probabili & diſcreta. Et quidem ad ſui paſtoris conſilium conſcientia leuis & temeraria credulitatis exploſa licitè poteſt non ſolum reddere, ſed exigere debitum coniugale. Verùm cum conſcientia pulſat animum ex credulitate probabili & diſcreta, quamuis non euidenti & manifeſta, debitum quidem reddere poteſt, ſed non debet poſtulare, ne in alterutro, vel contra legẽ matrim. vel contra iudicium conſciẽtiæ committat offenſam. vbi gloſ. dicit ſuper verbo, ſuſtinere, quòd potius debet quis omnia mala pati, quàm contra conſcientiam peccatum operari
64 mortale. 32. quæſtione 5. ita ne. vbi text. Auguſti. dicit, † ſed cum pudicitia virtus animi ſit, comitemque habeat fortitudinem, potius quælibet mala tolerare, quàm malo conſentire decernat. ſimile 31. quæſtio. 2. Lotarius Rex, ibi cum dicit Nicolaus Papa, cum nec etiam occiſores corporis ſint timendi contra iuſtitiam hominem impellentes. ex quo dixit Dominus Matth. 10. nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem nõ poſſunt occidere, ſed potius eum timete qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam. Et Philoſophus dicit 3. Ethic. Melius eſt mori quàm contra virtutes agere. Anſelm.
65 etiam in lib. de ſimilitudi. capitu. pen. dicit, † ſi hic peccati pudorem, & illic cernerem inferni horrorem, & neceſſariò vni haberem immergi, prius in infernum me immergerem, quàm in me peccatum immitterem. Innocent. etiam III. in capi. ſacris, extra de his, quæ vi, metusve ca. fi. dicit, quòd pro nullo metu debet quis mortale peccatum incurrere. vnde contra cõſcientiam loquens ædificat ad gehennam, vt in capit. vnico, extra de ſcruti. in ordine fac. iuncta gloſ. ibidem. & contra conſcientiam agens, ædificat ad gehennam, vt in capit. ad aures, ex-
66 tra de ætate & qualitate. Et ibi etiam probatur, † quòd etiam

intendens

Source : BIU Cujas

intendens agere contra conſcientiam ædificat ad gehennam, cum dicit text. Clementis III. Reſpondemus, ꝙ ſi ſuper præmiſſis conſcientia te remordet, ad maiores ordines de noſtro conſilio non aſcendas. hoc dixit cuidam phiſico, cuius conſilio nonnulli ægri medicinis perceptis mortis periculum incurre-
67 runt. ad idem facit 33. diſt. habuiſſe. Vbi patet, † quòd de occultis non probabilibus remittitur conſcientiæ illius, de quo ſuſpicatur. Simile 4. diſtinct. denique. 15. quæſtio. 8. cap. j. 33. quæſt. 4. vir cum propria. Nam, vt dicit Archid. in ca. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcrip. lib. 6. & de pœnit. diſt. 1. §. econtra. verſ. in quæ-
68 ſtio. † Conſcientia eſt teſtimonium cordis, quæ debet eſſe pura. 1. quæſtio. 1 Petrus. nam cum Simon Magus vellet. ſ. ſ. gratiam pecunia comparere, & Petrus reſpondiſſet ſibi, pecunia tua, &c. ſubdit, Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo, Actuum 8. Ex quo Ambro. in 1. lib. de pœn. ad Nouatianũ ſcribens dicit, Vides ꝙ hunc magica vanitate blaſphemantem in ſpiritu ſancto apoſtolica authoritas condemnat, & eo magis ꝙ puram conſcientiam fidei non habebat. quaſi dicat, quod conſcientia eſt quaſi domus hominis, in qua ſi bona eſt, homo gaudet: ſi mala eſt, vexatur in ea, iuxta not. de pœniten. diſtinct. 1. §. econtrario. verſ. qui domum. ibi, Quicunque domũ conſcientiæ, vel agrum conuerſationis per pœnitentiam Domino offerre, &c.

Circa hunc paſſum Dominus Bonauentu. in 2. ſenten. diſtinc-
69 tio. 39. artic. 1. quæſt. 3. ſic dicit, † Tertiò quæritur de conſcientia quantum ad effectum ligationis. & eſt queſtio, vtrum teneamur ad omne id, quod conſcientia dictat eſſe neceſſarium ad ſalutem. & arguens pro, & contra, dicit inter alia, videri quòd ſic per auctoritatem Apoſtoli ad Rom. 14. Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. gloſ. quod non eſt ex fide, ideſt contra cõſcientiam, vt credamus malum eſſe peccatum eſt, ſed non eſſet peccatum, niſi conſcientia ligaret ad omne illud, quod ipſa dictaret. ergo tenemur omne illud facere, quod eſt de ligamine conſcientiæ, &c. In contrarium arguit, quòd non obligemur ad omne id, quod conſcientia dictat: nam ſi obligamur cum conſcientia aliquando dictet faciendum aliquid contra Deum, ergo tenemur facere contra Deum. Sed nullus peccat faciendo illud, ad quod tenetur, ergo faciendo contra Deum non peccamus. Reſpondendo igitur dicit tripliciter diſtinguendum. Aliquando enim conſcientia dictat aliquid ſecundum legem Dei. Aliquando dictat aliquid præter legem Dei. Aliquando dictat contra legem Dei. Et nota, quòd hæc diſtinctio loquitur de dictamine per modum præceptionis, vel prohibitionis, non per modum conſilij ſiue perſuaſionis. Primo igitur caſu, quando conſcientia dictat ſecundum legem Dei, tunc ſimpliciter ligat & vniuerſaliter, ꝓ eo quòd ad illa homo ligatus eſt per diuinam legem, & conſcientia, quæ illi concordat, ligatum oſtendit. In ſecundo vero caſu conſcientia ligat quandiu manet, vnde vel tenetur homo conſcientiam deponere, vel tenetur illud quod conſcientia dictat, adimplere: vtpote ſi dictat quòd neceſſariũ
73 eſt ad ſalutem feſtucam de terra leuare. In tertio verò caſu, ſcilicet contra legem Dei, conſcientia non ligat ad faciendum, vel non faciendum, ſed ligat ad ſe deponendum pro eo quòd talis conſcientia ſic erronea repugnat legi diuinę, & ideo è neceſſa-
74 rio, quandiu manet, ponit hominem extra ſtatum ſalutis. ergo neceſſe eſt ipſam deponere, quia ſiue homo faciat quod conſcientia dictat, ſiue eius oppoſitum, mortaliter peccat. Si enim faciat quod conſcientia dictat, & id eſt contra legem Dei. & facere contra legem Dei ſit mortale peccatum, abſque dubio mortaliter peccat. Si verò faciat oppoſitum eius, quod cõſcientia dictat, ipſa manente adhuc peccat mortaliter, non ratione operis, quod facit, ſed quia malo modo facit. Facit enim in contemptum Dei, dum credit dictante ſibi conſcientia, hoc Deo diſplicere, quanquàm Deo placeat. Et hoc eſt, quod dicit glo. ad Roma. 14. ſuper illud, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, i. omne, quod ad conſcientiam pertinet, ſi aliter fiat, dicit Apoſt. eſſe peccatum, quamuis enim fiat etiam quod bonum eſt, & qđ faciendum creditur, peccatum eſt. Et ratio huius eſt, quia non tãtùm attendit Deus, quod homo faciat, ſed quo animo faciat: & iſte qui facit quod Deus iubet, credens facere contra ipſius Dei voluntatem, non facit bono animo, ſed malo, & ideo peccat mortaliter. Nam, vt dicit Ambroſ. & Magiſt. refert in
o ſecundo ſentent. diſtinct. 40. cap. 1. † Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Et Saluator noſter ait Lucæ 11. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo, ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum, totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. Intelligit enim prædicta verba pro rectitudine conſcientiæ, ſiue obliquitate vel
75 erroneitate, ſicut dixerat de bona & mala arbore, Matth. 7. ſic igitur patet, quòd omnis conſcientia aut ligat ad faciendum quod dictat, aut ligat ad ſe deponendum. non tamen omnis conſcientia ligat ad faciendum quod dictat, ſicut illa quæ dictat, non eſſe faciendum id, ad quod homo aliàs tenetur. Sed talis conſcientia dicitur eſſe erronea, ergo non ſequenda. Et hæc de ſecunda quæſtione. Ad tertiam quæ-
71 ſtionem, in qua quæritur, † an erronea conſcientia liget ad deponendum errorem, vel ad faciendum quod dictat. quamquam ex magna parte ſoluta ſit ſupra proximè ex dictis Domini Bonauent. attamen vt etiam aliorum ingenia perſcrutemur, dico ſecundum Gual. & Aſteſa. vbi ſupra, Conſcientiam errare contingere dupliciter, ſcilicet dictando aliquid indifferens eſſe præceptum, vel prohibitum, vt leuare feſtucam de terra eſſe peccatum mortale, vel dictãdo aliquid contra Dei præceptum vel prohibitionem, vt occidere patrem eſſe licitum. Dico ergo, quòd in primo caſu ligat ad faciendum, vel non faciendum ſecundum ſuum dictamen, quandiu durat. In ſecundo verò caſu non ligat ad faciendum, ſed ad ſe deponendum, quia nihil ligare poteſt hominem in his, quæ ſunt contra Deum. & hoc videtur intendere Dominus Bonauent. vbi ſupra. Alij verò concedunt primum dictum, & negant ſecundum, attendentes quòd erronea conſcientia, etiam in his, quæ ſunt contra Deum dictans ligat ad faciendum non per ſe, & ſimpliciter, ſed per accidens & ſecundum quid. Nam quamquam recta conſcientia per ſe & ſimpliciter obliget, erronea tamen ſolum per accidens obligat, quia non ligat ad faciẽdum in quantum erronea, ſed in quantum creditur recta & iuſta, ſecundum quid, inquam, quia non ligat ſemper & in omnem euentum, ſed quandiu durat, ideſt quandiu videtur recta, cum ſit tamen erronea. Ad deponendum autem ſe non ligat, quia nec hoc dictat. Et hæc videtur opinio Petri Aureoli in ſecun-
72 do ſenten. diſtin. 39. † Sed quia promptum eſſe debet, iura iuribus concordare, vt in capitulo cum dilectus, in gloſ. penultima, extra de conſuet. & in cap. cum expediat, de elect. lib. 6. vnde ex tempore, loco & perſona ac alijs circunſtantijs compenſatis debemus canones concordare. 23. quæſt. 4. ſi eccleſia, in gloſ. vlt. Sic & Doctorum varietates, quantum eſt poſſibile, debemus ad concordiam reuocare. Dici poteſt igitur pro concordia, quòd erronea conſcientia duo includit, ſcilicet ſeipſam conſcientiam & errorem. Ratione erroris conſcientia ligat ad ſe deponendum vinculo diuini præcepti, vt dicit Apoſtol. ad Epheſ. 4. Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem, veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ. Et infra, propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem. Ratione autem ipſius conſcientiæ, erronea conſcientia ligat vinculo conſcientiæ ad faciendum quod dictat, nec tamen eſt ſimpliciter perplexus, quia poteſt & debet deponere talem erroneam conſcientiam. Et ideo ſimpliciter & proprius & magis ligatur ad deponendum eam, quàm ad faciendum ſecundum eam. & ſi de illa per ſe neſciat iudicare, debet peritiores conſu
lere, † & ſaltem recurrere ad eccleſiam ſi non poſſet aliter declarari. Et quod auctoritas eccleſiæ roborat, & declarat, id inconcuſsè ab omnibus catholicis eſt ſeruandum, vt in capitu. firmiter, extra de ſumma Tinitate, & fide catholi. & in capitulo debitum, & in c. maiores, extra de baptiſ. & eius effec. † Et ſi tandem omne ſibi conſilium deficeret humanum, debet ſe per orationem ad Deum cõuertere, iuxta illud Iac. 1. Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet eam a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei: poſtulet autem in fide, nihil hęſitans. Et Dominus Ieſus cum dixiſſet Matth. 11. Nemo nouit filium, niſi pater, nec patrem quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. ſubdit, Venite ad me, &c. Et Ioan. 16. dixit, Amen, amen dico vobis. ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, & infra. Petite & accipietis vt gaudium veſtrum ſit plenum. Quæ verba Auguſt. intelligit de pertinentibus ad ſalutem. Et ſic eſt veriſimile, quòd ſi iuſtè petantur, nunquam Deus deneget pertinentia ad ſalutem, ſicut etiam intelligitur illud Matth. 18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis a patre meo, qui in cœlis eſt. Et Mar. 5. omnia, quęcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & venient vobis. Et Ioan. 14. Quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam. Et Ioan. 15. ſi manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. Vnde Dominus Bonauent. vbi ſupra, reſpondendo ad illud argumen. quod fecerat, quòd conſcientia ad nihil per ſe poſſet ligare, & quòd non dicitur peccatum, quod fit contra conſcientiam, ſed contra legem Dei, dicit quod facere contra legem Dei poteſt contingere dupliciter, vel verè, vel interpretatiuè, ſiue ſecundum veritatem, ſiue ſecundum reputationem, & vtroque modo eſt pec-
75 catum mortale. Vtroque enim modo contemnitur Deus. † Et quamuis faciens contra conſcientiam non faciat ſemper contra legem Dei, ſecundum veritatem, facit tamen vel ſecundum veritatem, vel ſecundum reputationem, quia conſcientia eſt ſicut pręco Dei & nuncius. Et quod dicit non mandat

Source : BIU Cujas

dat ex ſe, ſed mandat ex Deo, ſicut præco, cum diuulgat edictum Regis. Et hinc eſt, quòd conſcientia habet virtutem ligandi in his, quæ poſſunt aliquo modo bene fieri. & in fine concludit, quòd nemo ex conſcientia perplexus eſt, niſi ad tempus, videlicet quandiu conſcientia manet: non tamē eſt perplexus ſim
82 pliciter pro eo quòd debet illam conſcientiā, deponere, & ſi neſcit per ſe de illa iudicare pro eo quòd neſcit legem Dei, debet ſapientiores conſulere, vel per orationem ad Deum ſe conuertere, ſi humanum conſilium deeſt. alioquin ſi negligens eſt, verificatur in eo, quod dicit Apoſt. qui ignorat, ignorabitur. 1. Corin. 14. Hæc Bonauen. Hugo de Caſtro nouo in ſuo ſecundo, ſu-
83 per ſent. quæſt. 101. † quærens vtrum homo peccet agendo cō-
76 tra conſcientiam: dicit, videtur quòd non, quia ſuperior nō peccat agendo contra dictamen inferioris. ſed intellectus inferior eſt voluntate cuius dictamen, eſt actualis conſcientia. igitur nō peccat voluntas agendo contra conſcientiam intellectus. Item nullus peccat agendo illud, quod eſt bonum ſimpliciter, ſed aliquando voluntas contra conſcientiam vult illud, quod eſt bonum ſimpliciter, vt pote cum vult aliquid contra conſciētiam erroneam, ergo non peccat ſaltem tunc agendo contra conſcientiam.

Ad oppoſitum arguitur, quia omne regulabile peccat non a-
84 gendo ſecundum regulam: ſed voluntas eſt regulabilis ſecundū conſcientiam & iudicium intellectus, igitur peccat agendo cō-
77 tra iudiciū intellectus. Hugo dicit hic primo inquiretur, † vtrū poſſit eſſe error in conſcientia, & hic præmittitur illud, quod dicit Beatus Augu. quòd error eſt approbare vera pro falſis, & falſa pro veris. Ex quo patet quod error poteſt eſſe in conſcientia, quia in ea poteſt eſſe error, quod deducitur ex principiis vniuer
85 ſalibus per aſſumptionem particularis, in qua ratio poteſt defice
86 re & errare. Sed conſcientia ſic deducitur. & hoc patet ſenſibi liter, ſi arguam ſic, nihil illicitum eſt faciendum: iuramentum eſt illicitum, in hoc particulari poteſt deficere. iuramentum enim non eſt omnino illicitum Hoc idem ſecundo ſic. In ratione practica poteſt eſſe alia & alia fides etiam de eodem obiecto, immò oppoſitæ fides, ſicut de Chriſto eſt fides Chriſtiana,
87 quod eſt Deus; & Saracena, quod non eſt Deus. Igitur neceſſarium eſt, quod alia ſit falſa, quia contradictio ſtare non poteſt, & per conſequens altera fides eſt mala, & oritur ex ipſa error conſcientiæ in multis agibilibus circa Chriſtum, vt obiectum. Item
78 intellectus noſter coniunctus mouetur ex imaginatione: † ſed error poteſt eſſe in imaginatione, quia eſt mater erroris, vt vult Commentator 4. Meth. igitur intellectus poteſt errare. Secun-
79 dò videndum eſt, † qualiter voluntas poteſt agere contra conſcientiam in actu. Et hic dicunt aliqui, quòd non poteſt agere contra eam in actu, ſed tantum in habitu. Conſcientia enim dictante, hoc non eſſe faciendum, non poteſt voluntas contrariū agere. Sed contra, quia agere contra conſciētiam habet remorſum & dolorem, quod nō eſſet, ſi conſcientia non eſſet in actu, cum agit. Secundò ſic, quia ſecundum iſtos tunc nullus poſſet agere contra conſcientiam erroneā, quia in actu iſto habet oppoſitum actum conſcientiæ erròneæ. Item non ageret niſi cō-
tra habitum erroneum: ſed agere contra habitum erroneum, non eſt peccatum, igitur agere contra conſcientiam erroneam non poſſet eſſe peccatum. Sed patet quòd experientia eſt in cō-
trarium, quia eſt experientia in nobis quòd actualiter dictante aliquid conſcientiā, facimus oppoſitum. Ideo dicitur ſecundo
88 modo, ꝙ agit contra conſcientiam in actu: quia quando agit cō-
tra conſcientiam, habet duas propoſitiones. conſcientia enim dicit, ꝙ aliquid eſt illicitum, vt puta mendacium, & ideo non faciendū. Et alia ratio dicit, ꝙ melius eſt mentiri quàm perdere vitam, vel huiuſmodi. Talis igitur ſic agit contra conſcientiam bonam, agendo tamen ſecundum conſcientiam erroneam.
80 † Sed quia, quando ratio dicit, ꝙ melius eſt mentiri modo, quā perdere vitam, aut ſtat iudicium conſcientiæ. ꝙ non eſt mentiēdum modo, aut non ſtat. Si ſtat, igitur aliud pro tunc ſtare non poteſt ſcilicet, ꝙ ſit mentiēdū, quia tunc eſſent ſimul contraria
89 iudicia, ſi non ſtat, igitur non agit contra conſcientiam in actu. Conſcientia enim dictat ſibi, ꝙ ſaltem pro tunc eſt mentiendū, licèt conſcientia ſit erronea. Ideo tertio modo dico, ꝙ ſtante iudicio actuali rationis & ſtante conſcientia, ꝙ melius eſt non mentiri quàm mentiri etiam pro tunc. Et ideo dico, ꝙ voluntas poteſt agere contra conſcientiam in actu. hoc patet experi-
81 mento. Tertiò videndum eſt, † ſi voluntas ſemper peccet agendo contra iudicium conſcientiæ. Dicitur vno modo, ꝙ poteſt
90 aliquando agere, vbi non peccat, nec mortaliter, nec venialiter. Dico aliter, ꝙ ſi ipſa erronea conſcientia diceret, ꝙ aliquid ſit faciendum ſicut præceptum, & faciat contrariū, mortaliter peccat, quia æquipollet contemptui. Si autem conſcientia erronea dicit de aliquo, ꝙ eſt faciendum ſicut conſilium, tunc non peccat mortaliter, ſed venialiter. Ad rationes primas, cum dicitur, ſuperior non peccat, &c. Dicendum, ꝙ licèt voluntas ſit ſuperior non mouendo & inſtigando, tamen intellectus eſt ſuperior in conſulendo & dirigendo.

Ad ſecundum, cum dicitur, ꝙ nullus peccat faciendo illud, quod eſt bonum ſimpliciter: dicendum, ꝙ immò poteſt peccare faciendo illud non debito modo. ex eo quòd illud facit cum murmuratione conſciētiæ. Hæc Hugo, vt ſupra. Et hæc de tertia.

Ad quārtam quæſtionem, qua quæritur, † vtrum erronea conſcientia peccatum excuſet. Reſpondeo ꝙ lex iniqua ſuum conditorem non excuſat à peccato, ſed potius condemnat, iuxta illud Iſaiæ 10. Veh qui condunt leges iniquas. Conſcientia autem erronea eſt lex iniqua ab ea tamen condita, & ideo ſimpliciter non excuſat, ſed magis peccatum facit, vel aggrauat. Ad
83 cuius euidentiam nota, † ꝙ conſcientia tripliciter errat. Primò ea, quæ ſunt indifferentia, iudicans eſſe præcepta, vel prohibita. Secundò econtrario præcepta vel prohibita iudicans eſſe indifferentia. Tertiò præcepta iudicans eſſe prohibitiones, vel econtrario. hoc primo caſu non excuſat, ſed illaqueat & condemnat. hoc ſecundo & tertio caſu ſciendum eſt, ꝙ conſcientia erronea includit duo, ſcilicet conſcientiam putatiuam & errorem. Ex primo excuſatur peccatum pro tanto, quia minus cōuenit, quando fornicari non credit eſſe præceptū prohibitiuū, & ideo fornicatur, ſed ꝙ tāto aggrauat, quia libidinoſius & ſecu
84 rius peccat, iuxta illud Hierem. 4. ſtultus populus meus me non cognouit: filij inſipientes ſunt, & vecordes. † Sapientes ſunt, vt faciant mala, bene autem facere neſcirent. Quo ad ſecundum ſcilicet quo ad errorem diſtinguitur. Cum enim omnis errans
85 ſit ignorans, vt dicit Auguſt. in Enchirid. 17. ſciendum, † ꝙ triplex eſt error, videlicet iuris, facti & communis. Primus error regulariter non excuſat. C. de iuris & fac. ignor. l. 2. & l. cum quis. Secundus error ſcilicet facti excuſat. C. de iur. & fac. ignor. l. error facti. & c. fin. extra de confeſ. Tertius autē error ſimiliter ex-
86 cuſat. ff. de offic. præto. l. Barbarius. † Nam communis error facit ius, vt plenè not. in d. l. Barbarius, in gloſ. 2. ad prædicta faciūt not. in capi. cum olim, extra de cenſibus & in capit. ſacro, de ſen. excommu. & 74. diſtinct. quorundam. & 29. quæſtione 1. §. 1. vbi agitur de erroribus matrimonialibus. & 35. quæſtio. 9. §. hiſita. & ibi per gloſ. & Archidiaco. & per Ioann. Andr. in capit. qualiter
87 & quando. j. extra de accuſat. † vbi tractat, an iudex poſt ſententiam poſſit corrigere ſuum errorem. Et de differentia inter errorem & titubationem, ignorantiam & neſcientiam, ſatis no. Azo in ſumma ſua. C. de iur. & fac. ignor. & per Archid. 22. quæſt. 2. in quibus, & 38. diſtin. quamuis. vbi Archid. not. quando errare ſit peccatum, & per Ioann. Andr. in cap. ad Apoſtolicæ, extra de cler. excommu. miniſt. De his tamen dicam j̃. in quæſtio. de cauſatione erroneæ conſcientiæ. ſed quantum ad præſens attinet, ſciendum ſecundum Dominum Anton. de Butrio in capit. per tuas. 2. extra de ſimon. in 3. not. ꝙ agens contra conſcientiā, etiam irroneitate iuris, vel facti cauſatam, peccat, niſi errorē deponat, & ſic non expedit quem eſſe nimis in conſcientia ſcrupuloſum. in prædicto etiam cap. per tuas, Hoſtien. not. quinque pulcherrima dicta ad noſtrum propoſitum memoranda, videlicet primò, ꝙ ex variis. dictis aliorum in alterius præiudicium non eſt conſcientia informanda. Secundò, ꝙ ſi taliter eſt infor mata, eſt ad ſuperioris conſilium deponenda. Tertiò, ꝙ ſi deponi non poteſt, in omnibus eſt ſequenda. Quartò, ꝙ animi virtus de conſcienria ſcrupuloſa poteſt bonam facere & vilitas animi econtrario. Quintò, ꝙ in differentibus poteſt quiſque, prout ſibi libet, conſcientiā informare. Innocen. etiam in d. c.
88 per tuas, dicit quoddam notab. dictum, videlicet † ꝙ errans in iure grauiter eſt puniendus, ſi poſtquàm fuit informatus, credere & obedire contemnit. 19. diſtinctio. nulli. ſi tamen ante informationem erraſſet in iure poſitiuo, quia male intellexiſſet canonem, non tamen commiſiſſet mortale peccatum, ex quo Dominus Anton. notabiliter infert, ꝙ error in iure excuſat quem à pœna & à peccato mortali, quando talis error non eſt contra iuris diſpoſitionem. A pœna autem temporali error iu ris non excuſat, vt in capit. per tuas. 3. extra de ſimon. faciunt not. in capit. inquiſitioni, de ſentent. excommu. vbi Dominus
89 Anton. not. † ꝙ contrariante iudicio eccleſiæ & iudicio conſcientiæ, ſi conſcientia eſt informata ex cauſa certa, ſequēda eſt omnino conſcientia. Si verò ex cauſa dubia & probabili, adhuc iudicium conſcientiæ eſt ſequendum in his, quæ ſibi præiudicant. In his verò, quæ præiudicant alteri, non eſt ſequendum iudicium conſcientiæ, ſed eſt eccleſiæ iudicium amplectēdum. Si autem ex cauſa friuola fuerit conſcientia informata, etiam in reſpicientibus proprium commodum, iudicium eſt ec
90 cleſiæ amplectendum. dicit etiam ibid. Domin. Anto. † ꝙ conſcientia eſt quædam impulſio animi ad credulitatem eius, de quo non eſt plenè certus. inclinat enim animum, & pungit ad iſtud vel aliud credendum. Hæc Anto. de Butrio.

Circa hoc etiam Ricar. in 2. ſent. diſt. 39. art. 2. quę. 3. quærens vtrum conſcientia erronea obliget hominem ad volendum, vel ad faciendum illud, quod dictat neceſſarium ad ſalutem.
91 poſt argumenta reſpondendo dicit, † ꝙ conſcientia erronea aut aliquid dictat eſſe neceſſarium ad ſalutem, quod tamen eſt contra præceptum Dei: aut aliquid dictat neceſſarium ad ſalutem,

Source : BIU Cujas

tem, quod tamen est indifferens secundum rei veritatem. Sed siue hoc, siue illud dictet esse necessarium ad salutem manente tali dictamine faciens contrarium ex deliberatione mortaliter peccat, quia cum bonum sit obiectum voluntatis, vt apprehensum à ratione, si illud, quod est bonum, secundum rei veritatem proponitur ipsi voluntati, vt malum, & voluntas in ipsum feratur, peccat non quia velit aliquid, quod sit malum per se secundum rei veritatem, sed quia vult illud quod est malum
92 quantum ad errantis conscientiæ iudicium. † Vnde si abstinere à fornicatione proponatur volũtati, vt tale malum, cuius cõtrarium necessariũ est ad salutem, velle abstinere à fornicatione ex deliberatione peccatum esset mortale manente prædicto dictamine. Volendo etiam fornicari peccaret homo mortaliter, vnde manente tali dictamine homo esset perplexus. Et quia per talem conscientiam, quandiu durat obligatur homo ad faciendum illud, quod secundum rei veritatem sibi facere non licet. ideo obligatur ad deponendum talem conscientiam, qua deposita, vel amota absolutus est ab illo, ad quod ligabatur per eius dictamen. similiter si aliquod indifferens dictet esse necessarium ad salutem, manente illo dictamine obligati sumus, quo remoto sumus absoluti, quia ad faciendum illud indifferens non eramus obligati per aliam legem. Et ad illud, quod dicitur de perplexitate respondet, quòd quamuis homo secundum conscientiam erroneam possit esse perplexus, durante dictamine illius conscientiæ, tamen simpliciter perplexus esse nõ
93 potest, quia talem conscientiam potest deponere, quo facto ab illa perplexitate liberatus est. † Vnde reprehenditur Gratianus in passu perplexitatis, qui dixit, quòd aduersus naturale ius nulla dispensatio admittitur, nisi fortè duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum necesse sit eligi. 13. distinct. item aduersus. vbi glo. & Docto. communiter reprehendunt in hoc Gratianum, quia
94 maledixit. Et ideo glos. refert ibi quosdam dicere, † quod aliquis potest esse perplexus inter duo mortalia, vt Iudæi, qui Christum Crucifixerunt, peccauerunt mortaliter, & si non occidissent, similiter peccassent, quia fecissent contra conscientiam, quæ dictabat eis contrarium, quia dictum erat eis, Quicunque fecerit se filium Dei, morte moriatur. Item omne, quod fit contra conscientiam ædificat ad gehennam. Item, vt dicunt, po-
95 test aliquis esse perplexus inter veniale & mortale, † Vt cum aliquis quærit aliquem inimicum suum, quem scio esse in loco aliquo, si dico quærenti eum esse in loco illo, pecco mortaliter, quia prodo eum. si nego eum ibi esse, pecco saltem venialiter, vel etiam mortaliter, si sum perfectus. 22. quæst. 2. nequis. Si taceo, ex taciturnitate mea presumitur eum esse in loco illo. Item
96 in alio exemplo, † si vxor petit debitum à viro, & vir negat, mortaliter peccat. si reddit, videtur peccare venialiter, aut mortaliter, quia delectatio carnis esse non potest sine peccato venia li, vt videtur 33. quæst. 4. vir cum propria. & sic est perplexus. Similiter videtur, quòd aliquis possit esse perplexus inter duo venialia, vt si aliquis simplici verbo promisit se plus bibere, quàm posset, si plus bibit, peccat venialiter. 25. distin. criminis. si contra verbum suum facit, peccat venialiter. 22 quæst. 2. primum.
97 Sed dicendum est, † quòd nullus potest esse perplexus inter duo mala, quia secundum hoc sequeretur, quòd aliquis ex necessitate teneretur facere malum. Sed dicit August. quòd Deus nunquam interitum redderet, nisi spontaneum reperiretur homo habere delictum. 23. quæst. 4. Nabuchodonosor. §. vasis irę, idest peccatoribus. Præterea, si ex necessitate teneremur aliquid mali facere, lex quæ illud prohibet, esset impossibilis, cum tamen
98 omnis lex debeat esse possibilis. 4. distin. erit autem lex. † Perplexio ergo, quantum ad rem, nihil est: sed quantum ad animum & ad stultam opinionem alicuius, perplexio aliqua est. Vnde Iudæi non erant perplexi nisi quantum ad animum, & ideo debuissent consulere peritiores, vt Apostolos, vel sacras scripturas. supple quia ad illas ipsemet Dominus remiserat eos dicens, Io. 5. scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et cum aliàs calumniarentur ipsum, quòd in Belzebub principe dæmoniorum eijceret dæmonia, remittens eos ad Apostolos suos dixit, si autem ego in Belzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi Iudices nostri erunt, Lucæ 11. Sed noluerunt intelligere, vt bene agerent, ergo damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet & non alteri imputare, vt in regu. damnum, de regu. iur. lib. sexto. sequitur in ead. glos. In alio exemplo dicas, quòd ille qui interrogatur, debet tacere, nec hoc ei nocet, si aliter ex taciturnitate sua aliquid præsumitur. Absit enim vt ea, quæ propter bonum ac licitem facimus aut habemus, si quid propter hoc præter nostram voluntatem cuiquam alij acciderit, nobis imputetur, vt dicit Aug. ad Publicolam & habetur 23. q. 4. de occidendis. ad quod 50. dist. sæpe. & c. quid ad te, & 6. dist. testamentum. nam Deus inspector est cordis nedum operis. 15. q. 6. c. j. Præterea dicit gl. non semper sequitur, quòd qui tacet consentit, 86. dist. tanta, & in c. is qui tacet, de reg.
99 iur. lib. 6. † Quod autem obijcitur de vxore, dicit gl. non credo ꝙ talis delectatio sit peccatum aliquod. si tamen uis tenere, quòd ibi sit veniale peccatum, dicas cum Hugol. ꝙ vir debet mulierem petentem debitum prudenter illudere, promittendo se postea facturum, donec ipsa efferueat. si nec illa desisteret, tunc vir det ei copiam corporis sui, vt quàm citò mulier expleuerit libidinem suam, statim vir recedat, ne procedat ad actum. Theolo
100 gi tamen, & melius, in 4. sent. dist. 32. tenent, † quòd cõmixtio causa prolis, vel causa reddendi debitum coniugale, nedum excusat à peccato etiam veniali, sed quod plus est, acquirit meritũ propter actum iustitiæ, cum Dominus dixit Gene. j. crescite, & multiplicamini. Et Apost. j. Cor. 7. Vir vxori debitum reddat, ergo non est necesse sequi opinionem Hugol. ex qua scandalum inter coniuges faciliter poneretur, iuxta not. in c. Ioannes. ext.
101 de cler. coniug. † Graue est enim scandalum inter coniuges, iuxta not. in cap. quàm sit graue, ext. de excess. prælat. Et econtrario Deo & hominibus grata est consentanea coniugum conuersatio. Ecclesiastici, 25. In talibus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrũ, amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes. Quo ad propositum igitur de perplexitate, quanquam multa similia exempla poni possent, attamen quantum ad rem, perplexio nulla est prout dixi, sed solum quantum ad faturam opinionem illius, qui se credit proplexum. & sic intelligenda sunt omnia exempla posita 13. dist. c. duo mala. & ca. nerui. & satis agitur de materia 14. dist. per totum. vbi satis declaratur, ꝙ nec minus malum faciendum est, vt euitetur maius, nisi circa eandem personã, sed non circa diuersas, vt dicit ibi gl. De hoc casu dicit Ray.
102 in summ. lib. 3. Circa perplexitatem no. † ꝙ alia est perplexitas iuris, alia facti. perplexitas iuris est, cũ aliquis circa illud, quod sibi occurrit faciendum inuenit diuersas auctoritates sibi aduinicẽ oppugnantes. hæc perplexitas per contrariorũ concordiam est soluenda. nam in iure nulla est contrarietas, realis supple, nisi sit abrogatum, cui non licet inhærere, vt no. Innoc. in cap. ne innitaris. ext. de constit. ergo in iure nõ abrogato non est contrarietas realis, sed superficialis tantũ. Perplexitas facti est, cum diabolus suggestione sua mala (vt dicit Greg. 25. Moral. tractans illud, nerui testiculorum Leuiatan perplexi sunt, Iob 40.) plerosque ita peccare facit, quatenus si fortasse peccatum fugere appetant hoc sine aliquo peccati laqueo non euadant. Contra istam autẽ perplexitatem dat ipsemet Greg. consilium dicens. Est tamẽ ꝙ ad destruendas Behemot versutias subtiliter fiat, vt cum mens inter maxima & minora peccata cõstringitur, si omnino nullus sicut peccato aditus patet, minora semper eligantur: quia & qui murorũ vndiq; ambitu, ne fugiat clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus ingeritur. hoc idem habetur 13. dist. nerui. & intellige cum dicit, si omnino nullus sine peccato aditus pateat, scilicet aut per erroneam conscientiam, aut per prauam voluntatem, qua erroneam conscientiã deponere nõ vult, quia veritate inspecta, certum est nullum astringi ad malum ali-
103 quod perpetrandum. † Nam adeo peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit malum, vel peccatum si non sit voluntarium, vt dicit August. in d. §. vasis irę. idem 15. q. 1. §. j. circa fin. Cum ergo positus est inter duo mala, aut potest vtrumque vitare, aut alterum facere sine peccato. Et cum oportet me alterum facere debeo eligere, iuxta consilium Gregorij, illud, quod per se consideratum minus peccatum esset. ita concludit Ray. & concordant communiter Theologi, & specialiter Thomas
104 in 4. dist. 9. † Quid enim si sacerdos indutus vestibus sacris ad celebrandum missam super altare, recolat eo tempore, quo conse craturus est, se aliquod crimen commisisse mortale, si procedat peccat mortaliter conficiendo & sumendo, quia iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. j. Cor. 11. Si non conficiat, sed fingat se conficere, grauius videtur peccare, quia Deo nõ veretur illudere, & populo, quem decepit, se astringit. extra de celeb. mis. cap. de homine, in fi. si autem ex toto dimittat, magnum scandalum generat, & ita videtur perplexus. Sed dicit Ray. præcipuam & tutiorem viam esse sequendam, vt pœniteat & conteratur. doleat etiam, quia ita tardè pœnitet, & proponat confiteri quàm citò poterit, & sic conficiat & sumat, vel si non vult, aut conscientia non dictat sic facere, si ante consecrationem scit, tutius est ex toto dimittere. si consecrauit, sumat propter generalem ecclesiæ traditionem, & per argu. illius decretal. de homine. Idem etiam de perplexitate cõcludit ī substantia Alex. de Ales Anglicus in suo secundo, dum agit de pec-
105 cato consensus, art. 3. tractans de consensu peccati dicẽs, † quòd triplex est perplexitas, videlicet prima est intelligentiæ verborum sacræ scripturæ. secunda est cognitionis faciendorum, vel non faciendorum. tertia est ineuitabilitatis peccandi. Prima & secunda possunt esse etiam in bonis hominibus. Prima tollitur per considerationem causarum dicendi in diuersis locis scri-
106 pturæ. † quia intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus, vt dicit Hilar. & habetur in capit. intelligentia, ext. de verborum significatio. Secunda tollitur per vnctionem Spiritus sancti quę docet de omnibus. 1. Ioannis. 2. Tertia tollitur per depositionem conscientiæ erroneæ, de qua ad præsens est intentio.

Source : BIU Cujas

circa quam ſciendum ſecundum Alexandrum, quòd duplex eſt perplexitas, ſcilicet iuris & facti. Prima remoueri poteſt ab homine in quocunque ſtatu ſit. ſecunda remoueri poteſt ab homine manente in tali ſtatu, vt cum aliquis ex peccato proprio eſt
107 perplexus. † talis enim dum in illo ſtatu manet, vitare non poteſt, quin de nouo peccet, ſcilicet, vel proximum ſcandalizãdo, vel contra conſcientiam faciendo, qui tamen ſi de peccato peniteret, iam dubius, ſiue perplexus non eſſet. Et de tali perplexitate Alexander intelligit loqui Gregor. circa quod ſciendum,
108 † quòd duplex eſt neceſſitas peccandi, ſcilicet pronitas & ineuitabilitas. De prima intelligitur illud Pſal. Saluaſti de neceſſitatibus animam meam. Iuxta quod dicit Auguſt. in lib. de natura & gratia, quòd neceſſitas peccandi non eſt ex conditione naturæ, ſed ex vitio. Audiat homo, ac vt neceſſitas non ſit dicat Deo, de neceſſitatibus meis erue me. liberat enim Dominus à pronitate, ita quòd non deducatur pronitas ad effectum. j. Corinth. 10. fidelis eſt enim Deus, &c. De ſecunda etiam ſcilicet, de ineuitabilitate peccati tenendum eſt, quòd ſi quis à Deo inſtanter peteret, prout deberet in peccandi ineuitabilita-
109 tem non caderet, quinimmo potius pœniteret. † Non enim vult Deus mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Ezech. 18. qui etiam dixit, Quacunque hora peccator ingemuerit peccatum ſuum, omnium iniquitatum ſuarum non
* recordabor vlterius. Ezech. 33. de quo ſatis de pœnit. diſtinct. 7. cap. fin. & dixi in tractatu de latrone Crucis, pendente ad dexte-
110 ram Chriſti. Quærit Alexand. inter alia, † quid de exiſtente in ſęculo habente parentes pauperes, ac per hoc timente ſi relinquat ſęculum, tranſgredi præceptum de parentibus honorandis, & ex alia parte vouit relinquere ſęculum, quid talis agere debet. Reſpondet Alexand. quòd talis, ex quo vouit, iam de conſilio factum eſt ei præceptum relinquere ſęculum, iuxta illud Pſal. vouete & reddite Domino Deo veſtro. Et Eccleſiaſti. 5. ſi quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio, ſed quæcunque voueris redde: multoque melius eſt, non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere. Sed vlterius eſt diſtinguendum, quia aut vouit cum præfinitione temporis, aut ſine. ſi ſic infra tempus illud præuideat parentibus quantum poteſt. vltra enim illud tempus non licet ſibi differre ſine diſpenſatione. ſi verò ſine præfinitione temporis vouit, tenetur ad ſtatim, niſi aliqua conditio interueniat impeditiua, & tunc etiam pendente illa conditione prouideat eis, ſecundum quòd poteſt, alias tenetur vel ſtatim intrare, vel ad minus accelerare quantum poteſt dictante conſcientia, & habito conſilio ſaniori, aliter eſſet in periculo neglectus veritatis vitæ. quod ſatis probat auctoritas ſupra proximè allegata, cum dicit, ſi quid vouiſti, ne moreris reddere.
111 † ſi verò non interuenerit obligatio, ſed eſt tantum conſilium, in hoc caſu poteſt & debet differri: præceptum enim pro tempore, pro quo eſt præceptum, eſt implendum: vnde vtrumque eſt implendum, ſecundum prius & poſterius, non quòd tranſgrediatur, ſi non adimpleat conſilium, ſed vnum eſt implendum, quia præceptum. Aliud verò eſt implendum, ſi velit eſſe perfectus, iuxta illud Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, &c. nec creditur ſemper eſſe differendum conſilium propter contemptum, nec deperit eius vtilitas ſpecialis, ſi non implet conſilium. Sed ſi non implet, quando ſpiritus Dei, qui omnia ſcrutatur donat eſſe implendum. Spiritus enim Dei, quantum de ſe eſt, mouebit vt fiat eo modo, quo melius fieri cõuenit. Aſteſan. autem in ſecundo ſum. ſuæ, titu. 69. artic. 3. tractans de perplexitate & referens Alexandrum ſuper hoc paſſu de tali nouente remittit ſe ad not. per ipſum in primo lib. ſuæ
112 ſum. titu. 24. de quarto pręcepto, quęſt. fin. vbi ſic dicit, † vtrum occaſione religionis ſint prætermittenda pietatis officia in parentes. Reſpon. Religio & pietas ſunt duæ virtutes. nulla autem virtus alij virtuti repugnat: quia ſecundum Philoſoph. in prædicamentis, Bonum non eſt bono contrarium. Vnde non poteſt eſſe, quòd pietas & religio mutuò ſe impediant. Ad pietatem autem pertinet exercere parentibus officium & cultum, ſecũdum debitum modum. Non eſt aũt debitus modus, vt homo plus intendat ad colendum patrem, quàm Deum. Sed, vt dicit Ambroſ. ſuper Lucam, Neceſſitudini generis, diuinę religionis pietas antefertur. Si ergo cultus parentum à cultu Dei nos abſtraheret, iam cultui pietatis parentum inſiſtere contra Deum eſſet. Et ideo in tali caſu prætermittenda ſunt pietatis officia in parentes propter diuinum religionis cultum. Vnde in hoc caſu dicit Hierony. in epiſt. ad Eliodorum, ſi pater in limine iaceat domus, ſi mater vbera quibus te lactauit, oſtendat per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, & ſiccis oculis ad ue xillum crucis euola. ſummum enim pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem. ſic etiam dicit Dominus Lucæ 14. ſi quis venit ad me, & nõ odit patrem ſuum & matrem. & infra. Adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Si verò exhibendo parentibus obſequia debita non abſtrahatur quis à cultu diuino, hoc iam ad pietatem pertinet. & in hoc caſu redarguit Dominus Phariſæos, quòd in cultu religionis honorem parentibus debitum ſubtrahere docebant, Matth. 15. Et ſic patet quòd ſi parentibus carnalibus obſequia noſtra ſunt neceſſaria, vt ſine ipſis ſuſtẽtari non poſſint, nec nos ad aliquid contra Deum inducant, eos intuitu religionis deſerere non debemus. ſi autem ſine peccato eorum, obſequijs vacare non poſſumus, vel etiam ſi ipſi ſine obſequio noſtro valeant ſuſtentari, licet eorum obſequia omittere, vt amplius religioni vacemus, quia filij non tenẽt ad ſuſtentationem parentum, niſi in caſu neceſſitatis: licet inquam eis intrare etiam contra prohibitionem parentum, quia quilibet ingenuus eſt liber quantum ad pertinentia ad diſpoſitionem ſui ſtatus, præſertim in his, quæ ſunt obſequij diuini. & magis eſt obtemperandum patri ſpirituum, quàm parentibus carnis. Vnde Petrus dixit Actuum 4. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Vnde Dominus, vt legitur Matth. 8. & Lucæ 9. reprehendit diſcipulum, qui nolebat eum ſtatim ſequi intuitu ſepulturę patris: poterat enim per alios ſepe
113 liri, vt dicit Chryſoſtomus. † filius autem iam profeſſus in religione reputatur quaſi mortuus mundo, vnde non debet occaſione ſuſtentationis parentum exire clauſtrum, in quo Chriſto conſepultus eſt, & iterum ſe negocijs ſęcularibus implicare. tenetur tamen, ſalua ſui prælati obedientia, & ſuæ religionis ſtatu, pium ſtudium adhibere, quomodo ſubueniatur parentibus eius, ſi in neceſſitate fuerint conſtituti, ſecundum Tho. in quolibet & 2.2.q.190. Addit Alexan. quòd licèt talis profeſſus non ſit obligatus ad exhibitionem corporalem huiuſmodi parentũ honoris, eſt tamen obligatus ad exhibitionem ſpiritualem ſcilicet in reuerendo, conſolando, orando, ad bonum inducendo, & ſalutem animæ procurando. In exhibitione enim ſpirituali maximè habet perfici hoc præceptum, in qua eſt conformatio quædam ad Deum. ſic dicit idem Alexand. in 3. dum tractat de obligatione huius pręcepti, ſcilicet honora patrem tuum, &c. Patet igitur ex prædictis, quòd erronea conſcientia peccatum non excuſat. Et hæc de 4. quæſtione ſufficiant.
114 Ad quintam quæſtionem, qua quæritur, † vtrum plus liget pręceptum diuinum, quàm erronea conſcientia dictans contrarium. Reſpondeo hoc idem eſt quærere, quòd vtrum magis peccet faciens contra Dei præceptum, quàm faciens contra conſcientiam erroneam. Ad quod dicendum quòd ſic: plus enim ligat recta cõſcientia quàm erronea; quia, vt dictum eſt ſupra, recta conſcientia ligat ſimpliciter & per ſe, erronea verò ligat per accidẽs & ſecundum quid. Conſcientia autem recta eſt, quando diuinæ legi concordat. Similiter ergo plus ligat Dei præceptum erronea conſcientia. Circa quod dicit Alexand. in 2. cum tra-
115 ctat de peccato conſenſus, artic. 3. q. j. † quòd ſunt diuerſa genera operum. Quædam ita bona, quòd nullo malo fine fieri poſſunt, vt diligere Deũ ſup ſe & ſuper omnia. Quędam autem ita mala, quòd nullo bono fine fieri poſſunt, vt fornicari & mẽtiri, & huiuſmodi. ſunt autem alia opera, quæ bona ſunt in genere, & poſſunt tamen fieri malo fine, vt dare eleemoſinam, quod poteſt fieri cauſa inanis gloriæ. ſunt alia, quæ ſunt mala in genere, vt ire ad lupanar, quod tamen fieri poteſt bono fine, vt ire ad correctionem fornicarię. Sunt quædã oĩno indifferentia, vt ſicut ſupradictũ eſt, leuare feſtucã ð terra, vel ſpuere, &c. In primis ergo duobus ligat conſcientia ad faciendũ id, qđ faciendũ eſt, & ad nõ faciendum quod non eſt faciendum. In alijs autem non ligat cõſcientia, ſecundum quòd eſt lex intellectus noſtri, niſi quatenus ad iuſtitiam reducuntur, vt ligat ad dandum eleemoſinam, cum formatur debitis circũſtantijs, & ad non eundum ad lupanar, cũ attenditur ſcandalum. Ad indifferentia verò omnino ligat. Conſcientia verò erronea non ligat quo ad duo prima membra, ſed error conſcientiæ eſt deponendus. ſi enim conſcientia dictat aliquid faciendum contra legem Dei, deponenda eſt, & abſoluitur homo ab huiuſmodi vinculo. In aliis autem etſi conſcientia erronea in quantum erronea non ligat, ligat tamen ſub ratione conſcientiæ, dum non deponitur. Ad hoc enim principaliter homo ligatur, vt error deponatur. Recta enim conſcientia obligat, quia ipſa determinat tanquam conſiliaria voluntaris rationalis, quid ſit eligendum, vel non eligendum rationi, quid vel faciendum, vel non faciendum voluntati. Vnde eſt circa præcepta vel prohibita, vel quę ad illa quodam modo reducũtur ſub illa generalitate, quibus rationalis creatura naturaliter obliga-
116 tur, iuxta quod dicit Apoſtolus ad Rom. 2. † Cum enim gentes quę legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, quæ oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut etiam defendentium in die, cum iudicauerit Deus occulta hominum. dicit gl. & ſi legem non habent ſcriptam, habẽt tamen legem naturalem, qua intelligunt, & ſibi conſcij ſunt, qđ
117 ſit bonum, & quid ſit malum. † Et ſicut conſcientia ligat ipſum intellectũ ad ea, quę egrediuntur à prin. ſcibili, ita ligat intellectũ practicũ ad ea, quę ſequuntur ab ipſo. Eſt enim cõſcientia iudex hominis, cuius iudicium effugere nemo valet. Eccl. 7. ſcit enim conſcientia tua, quia & tu crebrò maledixiſti alijs. Iudex autem ligat vel obligat illum, qui ſubeſt eius iudicio ad faciẽdum quod iudica-

Source : BIU Cujas

iudicatum eſt: ſed magis ligat quando iuſtè iudicatum eſt, quàm
118 quando iniuſtè. † tũc enim hẽt beneficium appellationis, vel di
cendi de nullitate ſententiæ, vel etiam reclamandi, vt reducatur ſententia ad arbitrium boni viri, de quibus de appellat. per totum. & de tranſact cap.j.in vlti.gloſ.& 2. quæſtione prima, in gloſ.fi.de ſequeſtr.poſ.& fruct.in Clem.& in cap.ſcienti,de regu. iur.lib.ſexto,& ſecunda quæſtione.ſexta,à iudicibus.& ff.de procurat.l.fin & ff. pro ſoc.ſi ſocietatem habens. Sic ergo magis ligat diuinum præceptum, quod ſemper iuſtum eſt, quàm erro-
119 nea conſcientia, † quæ vt erronea, ſemper eſt iniuſta. nam licèt conſcientia, vt dicit Alexand.vbi ſupra, formetur aliquando ex opinatis, ex parte autem opinionis ſolum non obliget, obligat tamen ex parte ſcientiæ coniuncta ſibi opinione, vt ſcientia eſt legis certæ acceptionis,quòd blaſphemus eſt duriter caſtigandus, vel ſecundum legem veterem lapidandus. Leuit. 24. Opinio adiungitur quòd iſte ſit blaſphemus, ex parte opinionis per ſe non eſt obligatio, ſed ex parte ſcientiæ cum opinione, & hæc poteſt dici conſcientia, quæ cum erronea eſt, quamuis non obliget ex parte erroris, obligat tamen ex parte conſcientiæ, cum eſt de his, quæ videntur indifferentia. Conſcientia enim erronea eſt,quę dictat de faciendo non eſſe faciendum, vel econtrario. Iuxta quod arguit Apoſtolus ignorantes
120 diſcernere.j. Corinth. 8.dicens, † ſed non in omnibus eſt ſcientia. quidam enim cum conſcientia vſque nunc idoli, quaſi idolaticum manducant. Et conſcientia ipſorum, cum ſit infirma. polluitur, eſca autem nos nõ cõmendat Deo, nec ſi nõ manducauerimus deficiemus: nec ſi manducauerimus abundauimus. Videte autem ne fortè hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. ſi enim quis viderit eum, qui habet ſcientiam in idolo recumbentem, non ne conſcientia eius, cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolatita,& peribit infirmus in tua conſcientia frater propter quem Chriſtus mortuus eſt. ſic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam in Chriſto peccatis. Quaproper ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem inęternum, ne fratrem meum ſcandalizem. Vbi dicit Nico. de Lira ſuper illo verſi.ſed non in omnibus eſt ſcientia. hic conſequenter arguit Apoſtolus temeritatem illorum, qui de ſua ſcientia præſumentes comedebant indifferenter idolothita. quod videntes ſimplices fideles, potiſſimè conuerſi de gentilibus credebant eos comedere ad modum gentilium, ſcilicet in venerationem idoli, & exemplo eorum inducebantur ad ſic comedendum, & ſic peccabant grauiter reuertentes ad ritum gentilium. Ergo eorum erronea conſcientia polluebat eoſdem ſcilicet per peccatum, quanquam ſi recta fuiſſet comedendo non peccaſſent,
121 ex quo dicebat idem Apoſtolus j.Corinth.10.† Omne,quod in macello venit manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.Domini enim eſt terra, & plenitudo eius. Si quis autem vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Si quis autem dixerit,hoc immolatum eſt idolis,nolite manducarepropter illum,qui iudicauit & propter conſcientiam. Conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia cõſcientia? ſi ego cum gratia participo,quid blaſphemor pro eo quòd gratias ago? Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in gloriam Domini facite. ſine offenſione eſtote Iudæis & gentibus, & eccleſiæ Dei, ſicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. & hæc de quinta quæſtione ſufficiant.

122 Ad ſextam qua quæritur, † vtrum erronea conſcientia plus liget quàm præceptum prælati de indifferentibus, quæ præcipere poteſt. Reſpondeo breuiter deciſiuè, ſecundum Alexan. vbi ſupra.quæſtione ſecunda,q obediendum eſt magis prælato, quàm conſcientiæ in huiuſmodi. Vnde gloſſa. ſuper illud ad Rom.13. Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. dicit, ſubditi eſtote non ſolum propter iram principis, vel Dei vitandam, ſed & propter conſcientiam,ſcilicet,vt ſit munda veſtra mens. Ergo conſcientia ordinat ad hoc, quòd obediamus prælatis in indifferentibus. De talibus enim loquitur Apoſtolus de diſcernentibus cibos, de quo in proxima quæſt.conſequenter & de his quę debentur prælatis, cum dicit ad Rom.13. omnis anima poteſta-
123 tibus ſublimioribus ſubdita ſit.dicit gloſ.† Mandatum ſuperioris abſoluit à mandato inferioris. prælati autem ſpirituales præſunt ipſis animabus ſubditorum, vt dicit idem Apoſtolus ad Hebr. vlti. Obedite ergo præpoſitis veſtris & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationẽ pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant & non gementes. hoc enim non expedit nobis. ſi ergo conſcientia dictet contrarium in his indifferentibus obediendum eſt magis prælato præcipienti, quod iuſtè præcipere poteſt, quàm conſcientiæ erroneæ, quæ deponenda
124 eſt in tali caſu. † Aliter tamen eſt in ſecularibus & aliter in religioſis. Seculares enim debent ſequi ſententiam prælatorum in his,quæ pertinent ad cathedram, & non ſunt contra Deum, iuxta illud Matth. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribę & Phariſęi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite,ſecundum verò opera eorum nolite facere. Et ſic declarat quòd parendum eſt eis in his, quæ ſunt ſecundum Deum, ſed non in his,quæ ſunt contra Deum ſicut erant Phariſęorum opera.Religioſi verò, qui renunciauerunt proprię voluntati & proprio conſenſui,tenentur ſequi mandatum ſuperioris nedum in his,quæ non ſunt contra Deum, ſecundum præcepta vel prohibita legis Dei,ſed etiam in his, quæ continentur in regula quam profitentur, vel in conſtitutionibus ordinis obligatorijs ad culpam, quæ fiunt ab eccleſia ſuper ipſam, vt ſatis patet in cap.exijt qui ſeminat. de verbor. ſignifica.lib.6. & in cap.exiui de paradi-
125 ſo.de verbo. ſignifica. in Clem. † ſimiliter etiam obligantur ad obediendum prælatis, ſecundum ea, quæ continentur in conſtitutionibus factis in capitulis generalibus, vel prouincialibus, vel etiam localibus in eo, quod prælati præcipiunt iuſtè, vel indifferenter per modum ligandi ad culpam ſub vinculo obedientiæ,quam vouerunt. Et ad hoc etiam extenditur verbum Domini dicentis, omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite.Cauere autem debent prælati, ne indiſcretè præcipiant propter periculum conſcientiæ, nedum ſubditi, ſed
126 etiam ſui ipſius. † Sic enim indiſcretè præcipiens ligabit ſeipſum, ſicut ligat ſubditum præcipiendo diſcrete iuxta not. in ca. ſacro, extra, de ſentent.excommun.Nam quanquam prælatus non teneatur formare ſuam conſciẽtiam in agendis,ſed quãdocunque conſcientiam ſui ſubditi, ſed potius econtrario tenetur in prælatis formare ſuam conſcientiam ſecundum diſcretionem & rationem diuinæ legis & naturalis, iuxta illud Thob. 4. Quod tibi non vis fieri, vide tu ne aliquando alteri facias. Et
227 Matth.7. † Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis ho-
128 mines, & vos facite illis. hæc eſt enim lex & prophetæ. † Prętera aliqua ſunt licita,quę non expediunt; & aliqua ſunt licita, quæ expediunt, ſicut prædicatori accipere neceſſaria vitæ ab his, quibus prædicat. Iuxta quod dicebat Apoſto. 1. Corinth. 6. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtatem. Et primo Corin. 10.ſubdit poſt prædicta verba, omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Et primo Corinth. 9. quis militat ſuis ſtipendijs vnquam. Et infra, ſi vos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus. Et infra:neſcitis,quòd hi, qui in ſacrario operantur,quæ de ſacrario ſunt edunt. Aliquando autem non expedit,quia fortè non ædificat. Et ex hoc dicebat Apoſtolus 2.Corinth. 13. Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos, & non ero grauis vobis. non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos.Et infra,omnia autem chariſſimi propter veſtram ędificationem. & ſic conſcientia non tantum reſpicit licita & illicita, ſed etiam expedientia & non expedientia, & ſic oportet intelligere, quòd conſcientia non ligat ad indifferentia prout huiuſmodi, ſed ligat ad indifferentia ſub ratione differenti bonorum diffinitè,vel malorum diffinite, vt nomine ſcientiæ importatur: nihilominus tamen dicitur eſſe circa indifferentia in genere ſuo. Et ita intelligenda ſunt,quæ ſupradicta ſunt. Attenduntur igitur licita; expedientia & non expedientia in ſuo genere, quæ omnia aliquo modo ad legem rationis reducuntur. ſicut enim illud quod eſt conſilium, in caſu poteſt eſſe præceptum,licet non ſit generaliter præceptum, ſicut patet in profeſſione religioſorum pro ſtatu perfectionis, Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, &c. ſic etiam illud quod non expedit pro loco & tempore, dicitur illicitum, licèt non ſit ſimpliciter illicitum. Vnde dicit gloſ.ſuper illud, omnia mihi licent, &c. 1. Corinth. 6.omnia mea licet mihi repetere, ſed tamen non repetam,quia non omnia expediunt ad curſum meum, ſed impediunt. & infra, omnia mihi licent. de his dicit, quæ pertinent ad eſcam. Erant enim inter eos, qui cibos diſcernebant. Et infra, Nota quòd poteſt aliquid licere & non expedire. Expedire autem quod non licet, non poteſt, ac per hoc non omnia, quæ licita ſunt,ideſt,quę nullo prȩcepto Domini prohibentur,expediunt. omnia verò illicita non expediunt.Sicut enim omnis,qui Chriſti ſanguine redemptus eſt,homo eſt non tamen omnis,qui homo eſt etiam Chriſti ſanguine redẽptus eſt.Ita omne quod non licet non expedit: nec tamen oẽquod non expedit ẽt non licet.

Circa prędictam quæſtionem dicit Gual. Pictanen. epiſcopus
129 † quòd ſubditus obediens prȩlato contra conſcientiam, aut captiuat conſcientiæ iudicium affectu,aut defectu,vt ſubdens ſe põ cepto prælati,aut facit contra conſcientiam ex affectu voluntatis obediẽs prȩlato, aut timore animi,vel amore deordinato. In primo caſu faciens contra conſcientiã non peccat,ſed meretur, licèt non poſſit deponere conſcientiam, vel licèt non deponat. ſicut non potes rationibus contra fidem reſpondere voluntate tamen captiuans illas & obediens Deo meretur, vt dicit Apoſt. 2.Cor.10.Deſtruẽtes oẽm altitudinem,extollentem ſe aduerſus
130 ſcientiam Dei. † Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes vleiſci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit veſtra obedientia. Et 1.Thimot.3. dicit, habentes miniſterium fidei in conſcien-

Source : BIU Cujas

tia pura. In ſecundo caſu, quando timore animi, vel amore deordinato, tunc peccat, ſed minus quàm ſi faceret contra præceptum. Primò, quia agens contra prelati præceptum, magis contemneret Deum, quia contemnens prælatum, contemnit Deum, non autem contemnens conſcientiam erroneam. Vnde Bernar. de diſpenſatione & præcepto, ca. 9. ad Eu-
131 genium dicit, † Deus ſibi coæqualiter quodam modo reputat prælatorum reuerentiam & contemptum, conteſtans eis, Qui vos audit. me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit. hęc Lucæ 10. Et ſi dicatur quòd hoc eſt verum, quando conſcientia ſubditi ſcit prælati præceptum eſſe ſecundum Deum, quod neſcit errans. Reſpondet Bernar. quicquid homo vice Dei præcepit, quod non ſit certum Deo diſplicere, haud ſecus omnino accipiẽdum eſt, quàm ſi Deus præciperet. Secundo, quia talis nedum prælatum, imò totum collegium magis offendit & ſcandalizat quàm ſi cõ tra conſcientiam faciat. faciendo enim contra obedientiam ſcã dalizat plures, ſed faciendo contra conſcientiam ſcandalizat ſe ipſum tantum. Circa quod dicit Dominus Matth. 18. Veh autem homini illi, per quem ſcandalum venit. De materia ſatis di-
* xi de pœnit. & remiſ. in c. j. ſuper gloſ. cum dicit, vt ſedetur ſcandalum, &c. Tertiò, quia magis ſe diſponit ad malum, ſcilicet ad inobedientiam & rebellionem, & ad ſequendum proprium ſenſum, & ad paruipendendum veritatis iudicium, quod eſt
132 magnum ſcelus, † quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ, nolle acquieſcere, dixit Samuel ad Saul j. Reg. 15. inde dixit Grego. 81. diſtinct. ſi qui ſunt præſbyteri. peccatum igitur paganitatis incurrit quiſquis dum ſe Chriſtianum eſſe aſſerit, ſedi apoſtolicæ obedire contemnit.
133 de quo etiam 19. diſtinct. in memoriam. vbi gloſ. dicit, † hoc intelligendum, quando quis dicit Romanam eccleſiam non eſſe caput, nec poſſe condere canonem, ille eſt hæreticus, vt 22. diſtinctio. cap. ſecundo. 25. quæſtione prima, violatores canonum. & 25. quæſtione ſecunda, ſi quis dogmata. ſed ſi quis aliter tranſgreditur eius mandata, non eſt hæreticus, licèt peccet.
134 Vnde idem Grego. dicit 19. diſtinct. † nulli fas eſt vel velle, vel poſſe tranſgredi apoſtolicæ ſedis præcepta, vel noſtræ diſpoſitionis miniſterium, quod veſtram ſequi oportet charitatem. Sit ergo ruinæ ſuæ dolore proſtratus quiſquis apoſtolicis voluerit contraire decretis. & infra, quia iam damnatus à ſancta & Apoſtolica eccleſia ſua inobedientia & preſumptione, &c. Con tra id autẽ, quod ſequi voluerit proprium ſenſum, & ſic paruipẽdet iudicium veritatis, ſcribitur Iſaiæ 12. non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſape ad ſobrietatẽ. & infra, nolite eſſe prudẽtes apud voſmetipſos &c. Predicta tangit Aſteſan. in ſum. li. 2. tit. 3. artic. ſecundo. ſatis faciunt ad hanc vlti. quæſtionem not. in c. ad aures, in gloſ. ſuper verbo, obedientiam, ext. de tempo or-
135 din. vbi gloſ. optime diſtinguit dicens, quòd ſi prælatus excommunicet, ſiue iuſta ſit ſententia, ſiue iniuſta, obediendum eſt ſententiæ paſtoris. 11. quæſtione j. ſententia paſtoris. & ca. ſi epiſcopus forte. niſi in duobus caſibus, vt in cap. per tuas. de ſent. excom. in gloſ. ſuper verbo, intolerabilem. vbi text. exprimit, quòd ſi in forma excommunicationis patet intolerabilem erro rem fuiſſe expreſſum, audiendus eſt excommunicatus tanquàm iniuſtè & indebitè ligatus, dicit gloſ. error intolerabilis poteſt
136 dici quodlibet peccatum, † vt ſi excommunicet prælatus aliquem ſubditum ideo, quia non furatur, vel quia non ducit ei ali quam meretricem, vel quia eſt obediens ſuo prælato, vel ſi præcipiat aliquid impoſſibile, vel turpe, ut dictum eſt, talis ſententia nulla eſt, nec aliquam obligationem inducit de iure, vel facto, vt in cap. fin. ext. de pact. Dicit etiam ibi gloſ. Item intolerabilis poteſt dici error, ſi expreſſe pronunciat contra ius ſcriptum. vbi Dominus Anto. dicit quòd de hoc vltimo dubium eſt, videlicet ſi ex euidenti falſitate cauſæ erratum eſt in facto. Et infra dicit, nota gloſ. & tene ipſam menti, quia cauſa euidenter iniuſta reddit ſententiam nullam. Idem ſi impoſſibilis, vel turpis ſit cauſa. Idem ſi contineat ſententia aliquid in ſe ſub vi præcepti, quod ſit in ſe peccatum, vt quòd eleemoſinam non faciat, vel quòd non faciat aliud, quod ſit in ſe bonum, vel quòd hominem occidat. ſufficit ergo, & ad hoc no. illum text. quòd in ſuo genere oſtendat in ſe iniquitatem euidentem, vt ſit nulla, dato quòd poſſit caſualiter excuſari. quod nota & tene menti. caſus eſt de ſenten. excommun. venerabilibus. lib. ſexto. Secundò dicit eadem gloſ. quòd ſententia eſt nulla ex euidenti iuris errore. quod dicit gloſ. procedere duobus concurrentibus. primò, quòd in ſententia iudex erret in iure, vt ſi pronunciet contra ius ſcriptum. ſecundò, quòd error pateat ex terrore ſententię, vt ſic ſententia ſit contra ius litigatoris & legum. Secus dicit, ſi error eſſet contra ius litigatoris tantum, quia ſententia tunc terreret, vt in cap. cum inter, ext. de re iud. ſic debet intelligi opinio Vinc. qui dicit, ſententiam nullam eſſe ex errore iuris, alias falſam dicit. his concurrentibus ſententia eſt nulla, à qua non eſt neceſſe appellare. ſecunda, quęſtione ſexta, diffinitiua. licèt ad cautelam poſſit quis appellare. Exemplum ſi pronũciat excommunicationem valere latam poſt legitimam appellationem, hoc limitant Doctores, quando error eſt iuris, de quo agitur. & ſic loquuntur iura allegata per gloſ. in dicto cap. per tuas, vt in dicto §. diffinitiua, & ff. quæ ſentent. ſi. appellat. reſc. l. prima, §. primo, & faciunt not. in cap. ſacro, in tertia gloſ. ext. de ſenten. excommun. ſecus ſi de eo iure non ageretur, vt ſi excommunicaret eum ex aliqua cauſa, puta quia non ſoluit decem, & ſubderet, quia ſententia non eſt in ſcriptis ferenda. Item hęc vera, quando ius eſt notum, non ſic, ſi ſit extrauagans, vt not. Barto. in l. cum prolatis. ff. de re iudic. Item oportet ꝙ ſententia ſit contra ius certum, ſecus ſi eſſet ius, ſuper quo eſſent opiniones variæ, & non appareret caſus expreſſus, vt not. Iaco. de Are. in dicta l. cum prolatis. & eſt dictum Doctorum in cap. cum ſpeciali, ext. de appella. Item hoc eſt verum, quando viſibiliter patet error, ſecus ſi mentaliter, vt not. Innocen. in cap. P. & G. ext. de offic. delega. & not. in cap. peruenit. extra, de teſtibus cogen. de alijs autem, quæ ſatis ibi prolixè tractat idem D. Anto. gratia breuitatis omitto. Aliqua autem, quæ noſtrum videntur ſubiectum attingere, vt de contumacia manifeſta, præſumpta, dubia, vera, & cętera quæ ibi tractat, dicam infra Domino concedente. Et circa ea, quæ dixi de obedientia, ſatis tractat Thom. & bene concordat prædictis in ſubſtantia, ſecunda quæſtione 104. & faciunt not. 11. quęſtione tertia, qui reſiſtit. & cap. non ſemper. vbi dicit gloſ. quòd inferior nõ ſolum obedire non debet, cum præceptum eſt iniuſtum, ſed etiam cum eſt inhoneſtum, arg. in cap. fin. ext. de condit. appoſ. & ibi gloſ. notab. & vide gloſ. in dicto capitu. ad aures. de tempor. ordin.

Reſtat nunc videre de tertio principali quæſito, circa conſcientiam, videlicet de cauſatione erroris.

Ad tertium ergo principale quæſitum ad conſcientiam pertinens, quo quæritur, vnde cauſatur error conſcientiæ. Reſpõ-
137 deo breuiter, † quòd error conſcientiæ cauſatur octo modis, ſecundum quòd traditur in Compẽd. Theologicæ Veritatis, lib. 2. cap. de conſcientia, verſus fi. videlicet primo ex ignorantia, ſecundò ex negligentia. tertiò ex ſuperbia. quartò ex ſingularitate. quintò ex affectuoſitate. ſextò ex paſillanimitate. ſeptimò ex perplexitate. Octauò ex humilitate.

Circa primum tria breuiter quæruntur. Primò, quid eſt ignorantia. Secundò, quotuplex eſt ignorantia. tertiò quando & qualiter excuſet ignorantia.

138 Ad primum dico, † quòd ignorantia negatiue in genere, eſt carentia ſcientiæ. Vnde ignorantia ſimpliciter eſt neſcientia.
139 † Eſt autem ignorantia ſecũdum ſe, alia naturalis, alia accidentalis. Ignorantia naturalis eſt priuatio, vel innata corruptio potentiæ ſciendi. Ignorantia verò accidentalis eſt vitium ex carentia debitæ ſcientiæ, ſecundum Papiam. de hoc Archid. & poſt eum Gemin. in cap. fin. de ſumma Trinit. & fi. catho. lib. 6. quæ-
140 rentes, † quot modis dicatur verum. Reſpondent, quòd tribus modis, videlicet primo dicitur verum illud, quod habet eſſe contra falſitatem. 22. quæſtione ſecunda, cum humilitatis. & ca. his autem. in princip. ſecundò dicitur verum illud, quod habet apparentiam cum debita exiſtentia ſubiecti, & ſic eſt contrarium ſimulationi & fantaſiæ. tertio dicitur verũ illud, quod habet naturalis proprietatis puritatem cõtrariam permixtioni, ſecundum Archid. & Ioan. And. qui tractant de ignorantia & errore. Ioan. tamen Cald. dicit ibi, quòd non ſemper eſt verum,
141 quòd ignorans erret. 38. diſt. q̃uis. † nam aliud eſt ignorantia, & aliud neſcientia. Ignorantia dicitur, quando quis debet ſcire, & neſcit. Et de hoc dicitur, ignorans ignorabitur. 1. Corinth. 14. & 38. diſtict. quia. & talis ignorantia ſumitur in mala parte. 38. diſtinct. multa. Neſcientia dicitur, quando non exigitur vt ſciat, arg. 15. q. j. ex præmiſſis. 50. diſt. ſæpe. 8. diſt. conſuetudo. 4. q. j. ſi quis dederit. & 14. q. 5. forte. & in d. cap. quamuis. & 23. quæſt. 5. de occidendis. Item aliud eſt error, quando quis extimat ſcire & neſcit, vt in d. cap. quamuis. aliud eſt titubatio, quando quis habet argumenta pro vtraque parte, vt in cap. nuper. extra de biga. & de hac ignorantia not. 38. diſtin. in ſum. ſecundum. Io. Cald.
142 † Vnde mater errorum dicitur ignorantia. 38. diſtin. ignorantia. 83. diſtin. nihil. Catholicon autem dicit ignorantiam deriuari ab ignoro, as, quod verbum deriuari dicit à nomine, ignarus.
143 † Ignarus autem componitur ex in, & gnarus, qui eſt ſciens, peritus. doctus ſcilicet, qui ex arte ſcit, qualiter aliquid fiat, vel ſit faciendum, vel fieri debeat, ſiue illud faciat ſiue non. Et dicitur gnarus, pro narus, & apponitur g, per protheſin. Ignarus igitur, ideſt non gnarus, impius rudis, & qui ignorat, & qui ignoratur ſic appellatur. Et dicitur ignarus propriè, qui oblitus eſt, & perdidit memoriam, quaſi ſine naribus offeciſſe, ideſt veteres ſciſſe dicebant, & hinc ignoro, as. Et ſcias, quòd ignoramus ea, quorum notitiam habuimus, ſed obliti ſumus, vel quæ ſcire deberemus, ſed quodam vitio pigritiæ neſcimus. Ea verò neſcimus, quæ nunquam ſciuimus, vnde ignoranter aduerbium, & hæc ignorantia ignorantiæ, ſecundum Hugol. ad quod Iob, 19. ſi ignoraui, mecum erit ignorãtia mea. Et ſubdit, hic no. quòd ignorantia differt à neſcientia, quia neſcientia dicit ſimplicem ſcientię negationem. Vnde cuicun-

que

Source : BIU Cujas

que deest aliquarum rerum scientia, potest dici nescire illas, secundum quem modum Dionisius in Angelis nescientiam ponit, sexto capi. ecclesiasti. Hierarch. Ignorantia verò importat scientiæ priuationem, dum scilicet alicui deest scientia eo-
144 rum, quæ aptus natus est scire.† Horum autem quædam aliquis scire tenetur,illa scilicet sine quibus,non potest debitum actum rectè exercere. vnde omnes tenentur scire communiter ea, quæ sunt fidei, & vniuersalia iuris præcepta · singuli autem ea, quæ ad eorum statum,vel officium spectant. Vnusquisque enim tenetur scire ea, quæ ad suum spectant officium. Quædam verò sunt, quæ & si aliquis aptus natus est scire,non tamen ea scire tenetur, sicut theoremata Geometriæ, & contingentia particularia, nisi in casu, scilicet quo quis professus esset talem artem. manifestum est autem quòd quicunque negligit habere, vel facere id, quod tenetur habere vel facere, peccat peccato omissionis. vnde propter negligentiam ignorantiq eorum quæ quis scire tenetur, est peccatum. non autem imputatur homini ad negligentiam, si nesciat ea, quæ scire non potest. † Vnde ho-
145 rum ignorantia inuincibilis dicitur, quia scilicet studio superari non potest. & propter hoc talis ignorantia, cum non sit voluntaria,eo quòd eam repellere non est in nostra potestate, nõ est peccatum. Ex quo patet quòd nulla ignorantia inuincibilis est peccatum. Ignorantia autem vincibilis est peccatum, si sit eorum, quæ quis scire tenetur, non autem sit sit eorum, quæ quis scire non tenetur. concordat Thom. primo, secunda secundç,quæstione 76.Circa quod Augustinus,ad Valentinum dicit, licèt grauius sit peccare scienter quàm nescienter, non ideo tamen fugiendum est ad ignorantiæ tenebras,vt in eis quis quam excusationem requirat. aliud est enim nescire, aliud scire noluisse, quia in eis, qui scire noluerunt, ipsa ignorantia peccatum est. hoc autem verum est, si sit eorum, quæ quis scire tenetur, alias non, quia habere etiam voluntatem non sciendi geometriam, peccatum non est ei, qui illam non profitetur per officium magistri. Et subdit Augustinus.In eis verò, qui nec potuerunt, supple scire, pœna peccati est. Ignorantia verò, quæ non est eorum, qui scire nolunt, sed qui tantum simpliciter nesciunt, scilicet non renuentes, vel proponentes scire, nullum sic excusat, vt ęterno igne non ardeat, sed fortasse vt minus ardeat. Nam sicut dicit Apostol. primo Corinth. 14.
146 † Ignorans ignorabitur, idest à Deo reprobabitur, & intellige de ignorantia eorum, quæ quis scire tenetur, siue eorum quæ pertinent ad fidem, virtutem & bonos mores. Et hæc de primo, sed clarius dicam infra.

147 Ad secundum dico, † quòd ignorantia multiplex est. alia videlicet considerata secundum se, alia considerata secundum subiectam materiam. alia considerata secundum subiectum, in quo est. Prima triplex est, videlicet prima est ignorantia negationis. secunda est ignorantia priuationis, tertia est ignorantia dispositionis. Secunda duplex est, videlicet prima est ignorantia iuris. Secunda est ignorantia facti. Tertia sexcuplex est, videlicet prima simplex, secunda crassa, tertia supina, quarta affectata, quinta inuincibilis, sexta vincibilis. pro declaratione istorum diuersarum specierum ignorantiæ oportet interserere tertiam principalem quæstionem circa ignorantiam qua quæritur, quando & qualiter excusat ignorantia. Circa quod de tribus quæritur. Primò, vtrum ignorantia excuset à peccato,vel nõ.Secundò in comparatione ignorantiæ ad ignorantiam,quæ magis excuset. tertiò in comparatione ignorantię ad alias causas excusabiles,quæ magis excuset.

De ignorantia secundum se.

AD primum reducendo partes huius tertiæ quæstionis ad partes secundæ quæstionis præcedentis, quæ est de quotuplicitate ignorantiæ iuncta cũ ista, quę quærit de excusabiiltate
148 Respon., † quòd ignorantia negationis, quæ dicitur simplex nescientia mandatorum excusat à tanto, sed non à toto, sicut dicit Augustinus in libro de gratia & lib arbit. cum dicit, quòd non sic excusat, vt sempiterno igne non ardeat, sed forte, vt minus ardeat. Et dicit si propterea non credidit, quia non audiuit. & sic patet quòd non excusatur à peccato mortali,sed fortè, vt minus sit, & minus puniatur. fortè dicit, quia licèt minus contemnat per nescientiam: tamen libidinosius & securius ex hoc peccato se immergit,& ideo nocet ex parte vna quã tum excusat ex parte altera. Secunda ignorantia,scilicet priuationis, quæ scilicet priuat cognitione eorum, quę scire debent. & est eorum, quæ scire valent, qua scientia negatur, aptitudo tamen, siue debitum faciendi ponitur. & hęc etiam non excusat simpliciter, sed accusat quantum ad totum in his, quæ pertinent ad salutem, licèt excuset similiter à tanto. Vnde super illis verbis Domini dicentis Lucæ 12. Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non præparauit se, & non fecit secundum voluntatem eius,vapulabit multis. Qui autem non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem, cui multum datum est,multum quæretur ab eo. dicit glos. qui scire possunt & nolunt,non ignorantes, sed contemptores iudicantur.Tertiã ignorantia,s. dispositionis, quando quis non tantum nescit, nec scire vult, sed etiam dispositionem, vel abitum nescientiæ induit, qua veritatem impugnat. de quo Iob 14.ipsi sunt rebelles lumini:nescierunt vias eius.& hæc ignorantia est propriè in conscientia erronea, quæ ponit errorem siue conceptionem contrariam scientiæ rectæ, quia dictat contra prohibitiones & præcepta. de qua. j. Corinth. 14. scribo vobis Domini mandata si quis autem ignorat ignorabitur glos. idest reprobabitur. Et hæc ignorantia in his, quæ pertinent ad salutem, non excusat, sed accusat,& plus aggrauat, scilicet quo ad contemptum discendi, & libidinem delectandi. Vnde Amb. super illud ad Rom.2.Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, dicit, Peccas homo, dum impunitatem tibi promittis: grauius tamen ,cum Dei bonitatem contemnis: grauissimè cum ignores scilicet Dei bonitatem. de quo dicit Isidorus in lib.de ecclesiastica institut.nullus in culpa maior est, quàm ille, qui Deum nescit. Ex quo dicit Alexand. in 2. dum
149 agit de speciebus peccati, in 6. quæstione, † qua quærit, vtrum peccatum ignorantiæ sit grauissimum. Respondit quòd peccatum ignorantiæ dicitur multipliciter,vel cum peccat aliquis & nescit se peccare,& tunc dicitur peccare ex ignorantia,vel cum nescit, & non curat se scire, vel peccat graui peccato, & postea non sentit quàm grauiter peccauit, imò redditur quasi insensi-
150 bilis respectu culpæ & pęnę. † Est ergo ignoratia disponens ad peccatum sequens,& est ignorantia materia ipsius peccati, siue contra quod est peccatum. Et est ignorantia consequens peccatum:hoc vltimo modo intelligitur authoritas Ambrosij. Grauissimè cum ignoras, idest periculosissimè. quia si sentiret peccatum,aut pęnam peccati, ad medelam confugeret, qua causarẽ à peccato, & sic est de illo,sicut de paralitico, vel de illo qui non habet sensum morbi sui. Et sic intelligitur quod dicit Augustin.in lib.de bapt.contra Donatistas.Verissimum est longè grauius esse peccatum eius, qui sciens, quàm eius qui nescicns peccauit, intelligendo de ignorantia antecedente peccatũ, quia ex ignorantia peccatum semper diminuitur.

De ignorantia iuris.

AD primum reducendo vt supra, in comparatione ignorantiæ ad ignorantiam,quæ magis excusẽt secundum subiectam materiam. Respon. quòd ignorantia iuris in eo quòd potest esse excusabilis minus excusat quàm ignorãtia facti. Vbi
151 sciendum, † quòd ignorantia iuris, alia est iuris naturalis, alia iuris diuini, alia iuris canonici,alia iuris ciuilis. Ignorantia igitur iuris, si excusat aliquam simplicem personam, quæ non habeat facultatem perueniendi ad iuris peritiam, vt sunt paruuli,rustici & mulieres, minus excusat quàm ignorantia facti. Ignorantia enim iuris, vt dicit Alexand. vbi supra, in octaua quæstione, in his, quæ sunt ad salutem, minus excusat, vtpote ignorantia iuris canonici, vel diuina, quantum ad quædam præcepta. naturalis verò iuris minimè, canonici verò iuris plus excusat quasdam personas. Ciuilis verò plus. Quanto enim plus tenetur homo ad cognitionem iuris, tanto minus excu-
152 satur. † quia vero vnusquisque tenetur ad scientiam iuris naturalis, ideo nullus adultus excusatur. nulli enim adulto licet legem naturalem ignorare, quoniam ipsa naturaliter scribitur in corde humano, vt dicit Apostolus ad Rom. 2. Cum enim gentes,quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt faciũt, eiusmodi legem non habentes,ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.de hoc 1.quęstione quarta,
153 notandum.† Scietia autem iuris diuini,scilicet legis & prophetarum, Euangelij & apostolicæ doctrinę pertinet ad prælatos. Talia enim tenentur scire episcopi & maiores prælati,qui tenentur omni poscenti reddere rationem de ea, quæ est in eis fide & spe, vt dicit Apostolorũ princeps.j.Pe.3.Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris,parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea,quæ in vobis est fide & spe, sed cum modestia & timore conscientiam habentes bonã. A talibus igitur peritis requiritur scientia veteris & noui testamenti cęterorumque ad salutem pertinentium, quibus valeant subditos informare. Quod intelligendum est pro quibuscunque ex debito officio curam habentibus animarũ, qui sunt coadiutores episcoporum, & quibus conuenit illud Malach. 2. labia enim sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirent ex ore eius. Probantur etiam prædicta 36.distinct.ecce. vers.vnde sacerdotes,& ibi per Archid. & per totam illam distinct. agitur de hoc.accedunt not. in cap. irrefragabili. ext. de offic.ordi.
154 & in cap.inter cętera, eodem titu. Subdit Alexand. † laici verò tenentur ad scientiam Decalogi & eorum, quæ pertinent ad fidem, prout continetur in symbolo Apostolorum. Ignorantia verò quo ad quædam iuris diuini, excusat eos simpliciter.intellige de nõ necessarijs ad salutem.Quantũ ad quędam verò excusat à tanto & si non à toto.Vnde super illud Lucæ 12.ille aũt ser-
155 uus &c.dicit Io.Chrys † non n.similiter in oĩb.omnia iudicãtur,

Source : BIU Cujas

ſed maior cognitio fit maioris pœnæ materia. Vnde ſacerdos eadem peccans cum populo, multo grauiora patietur. Et Cirillus dicit, homo em̃ perſpicax, qui turpioribus ſuam voluntatem inclinauit, inexcuſabile peccatum commiſit, quaſi propter malitiam recedens à Domini voluntate. ſed homo ruſticanus rationabilius implorabit veniam iudicantis. Vnde ſubditur, qui autem non cognouit, &c. vbi dicit Theoph. hic obijciunt aliqui dicentes, meritò punitur qui ſciens voluntatẽ Domini non proſequitur. Sed cur punitur ignorans? quia cum & ipſe ſcire potuiſſet, noluit: ſed pigritans ipſe ſuæ fuit ignorantiæ
156 cauſa. Subdit Alexan. † Eſt iterum notitia iuris canonici, quod continet conſtitutiones eccleſiaſticas ad intelligenda peccata, & ad hoc tenentur ſacerdotes curã animarum habentes, & confeſſores. Ignorantia huius iuris quoſdam excuſat, & ſi non à toto, tamen à tanto non enim omnes clerici tenentur ad notitiam omnium, quæ ſunt in iure canonico, & ſi tranſeant ad notitiam quorundam. accedunt not. per Archid. j. quæſtione 4. ex multis. & per Ioan. Andr. in cap. niſi cum pridem. §. pro defectu quoque ſcientiæ. extra de renunc. & 8. quęſtione prima, oportet. & cap. ſequen. oportet enim epiſcopum tam ſpirituali, quàm ſeculari ſcientia perornari, quia eſt iudex animarum & corporũ, vt legitur & no. 36. diſtin. §. j. in gloſ. cum enim, & in gloſ. j. & per totam diſt. & quatuor ſequent. & ſatis not. Ioan. And. ſuper rub. de ſumma Trinit. & fide catho. in addit. ſuper verbo, implicite.
157 † vbi tractat quæ ſcientia requiritur in epiſcopis, quæ in curatis rectoribus, quæ in clericis diuitibus & pauperibus & quæ in laicis literatis, vel illiteratis. accedunt not. per Archid 38. diſt. ſi in laicis, & per Pau. de Eleaz. in cap. j. de ęta. & qual. in clem. nam clerici in quanto maiori gradu ſunt, tanto plura ſcire tenentur, & iuſtius viuere, iuxta not. j. quæſtione j. viliſſimus. & in cap. cum
158 in cunctis, extra de elect. † Ignorantia verò iuris ciuilis aliquibus prodeſt in damno vitando, vt militibus, ruſticis, mulieribus, & minoribus, iuxta not. 6. quæſtione j. ſi quis cum militibus, & 16. quæſtione 1. ſi clericatus. & ibi per Archid. & C. de reſtit. milit. & de teſtam. mili. per totum. ex ff. ex quibus ca. maio. l. pen. & in l. penult. & in l. vlt. §. milites autem, C. loca. dicit enim Imperator, milites noſtros magis arma ſcire volumus quàm leges. C. de iure deliber. l. ſcimus. & not. gloſ. 2 q. j. prohibentur. de ruſticis autem not. 2. q. 7. ſancta quippe ruſticitas. & ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi quis id quod §. doli. & in c. cum vniuerſorum. ext. de rerum permut. & 23. q. 4. qui ſecundum. & C. de iur. & fac. igno. l. j. vbi ruſtici quo ad ignorantiam legis ſcilicet ciuilis, æquiparantur militibus. ad quod 38. diſt. in ſumma, & in cap. ſuper literis, in gloſ. ſimplicitati, ext. de reſcrip. vbi ruſticus ſimplex & imperitus æquiparantur. de minoribus patet. ff. de mino. 25. ann. per totum. & ff. de in integ. reſtit. min. per totum. & de prædictis not. Archid. & ſequaces in cap. 2. de conſtit. lib 6. & in cap. præſumitur. ext. de re iud. & in cap. j. in gloſ. hæc allegatio. ext. de poſtul. prælat. & in ca. ab excommunicato, ext. de reſcri. & in c. 2. in gl. ſed nunquid, de temp. ord. lib 6 & 25. q. 1. §. j. & ibi bona gloſ. De mulieribus autem not. in cap. veniens, ad fin. ext. de conuer. coniuga. vbi patet quòd ſi mulier aliquid facit in ſuum præiudicium, non certificata de iure pro ſe introducto, non nocet ſibi. ad quod accedunt not. per Archid. 38. diſtinct. placuit. & quod not. gloſ. 33. quęſtio. 5. qui vxorem. & 7. q. j. qualiter. & in cap. noua quædam, ext. de pęnit. & remiſ. & in cap. mulieres. ext. de ſent. excom. & in cap. mulieres, de iudic. lib. 6.

De ignorantia facti.

159 EST iterum ignorãtia facti, † quæ ſubdiſtinguitur: nam alia eſt facti indifferentis ad ſalutem, vel ad officium, & hæc excuſat. j. Corinth. 10. Omne, quod in macello venit manducare, nihil interrogantes propter conſcientiam. alia eſt facti neceſſarij ad officium, vt in presbytero, quòd ſit ei facta manuum impoſitio, & hæc non excuſat, iuxta not. per Ioan. And. & per tex. & Doct. in cap. j. & in cap. fin. ext. de ſacram. iteran. vel non. Alia eſt facti neceſſaria ad ſalutem, vt quòd Chriſtus eſt paſſus, &c. & hæc non excuſat habentes vſum liberi arbitrij, iuxta not. per Io. And. poſt Innocen. in cap. j. ext. de ſumma Trinita. & fi. cath.

De ignorantia facti proprij.

160 ITerum ignorantia facti ſubdiſtinguitur, † quia alia eſt ignorantia facti proprij. Et tunc aut dabat operam rei illicitæ & non excuſat: aut dabat operam rei licitę: & tunc aut adhibuit debitam diligentiam, & excuſat: aut non adhibuit debitam diligẽtiam, & tunc non excuſat à toto, quanquam excuſet à tanto, iuxta not. in c. ex literis. j & 2. in c. dilectus filius. in fi. ibi, nec dedit operam illicitę rei. & in cap. ſicut dignum. §. fin. in gloſ. ſuper verbo, conſilium. vér. aut dabat, & ibi allegantur concordan. per gl.
161 ext. de homic. & 50. diſtin. clerico, & ca. ſi quis voluntate. † Si autem ſit ignorantia facti alieni, aut eſt ignorantia probabilis, ſcilicet per quam non requiritur, quòd quis ſit nimis diligens & curioſus in inquirendo, nec etiam quòd ſit nimis negligens, & hæc excuſat per auctoritatẽ Apoſtoli. 10. Corint. ſuperius allegatam. Aut eſt ignorantia improbabilis, ut cũ quis dicit ſe ignorare, quæ publicè nota ſunt, & talis ignorantia non excuſat. 16. diſtinct. quod dicitis. Alexand. autem de ignorantia, quæ verſatur circa neceſſarium ad ſalutem dicit per alia verba idem in ſubſtantia, cum diſtinguit quòd aut non poteſt vitari ignorantia, ſicut in illo, qui à natiuitate ſua caret vſu rationis, & hæc excuſat. aut poteſt vitari, ſicut in Iudęis & paganis, & nõ excuſat, quia debuerunt ſcrutari ſcripturas, vt ſupra dictum eſt.

De vtraque ignorantia, ſcilicet iuris & facti.

CIrca hanc ignorantiam iuris, vel facti, Dinus in cap. ignorantia, de regu. iur. lib. 6. † recolligendo ſuccinctè ſic diſtinguit, videlicet aut erratur in iure, aut in facto. Si in iure, aut ciui-
163 li, aut naturali, aut quaſi naturali. † Et ſi ciuili, aut erratur in iudicio, aut extra iudicium: ſi in iudicio, ſiquidem ante litis conteſtationem error excuſat, probata cauſa erroris legitima, vt ff. de inter. act. l. de ætate. §. qui iuſto. & §. dolus. ſi poſt litis conteſtationem ignorantia iuris nam excuſat, vt in d. reg. ignorantia, & in l. non fatetur. ff. de confeſſ. verbi gratia, ſi credebam, te eſſe cohęredem meum, & hoc confeſſus ſum in iudicio, errando in facto, error non præiudicat, vt C. de iur. & fac. ignoran. l. ſi poſt diuiſionem. ff. famil. erciſcun. l. cum putarem. ſed ſi confeſſus fui errando in iure, quia credebam teſtamentum valere coram teſtibus non rogatis, vel factum non ſolenni numero teſtium, error nocet, vt probatur in dicta l. non fatetur. Simile eſt, ſi ſoluatur illud, quod eſt naturaliter debitum & ciuiliter indebitum. nam ſi quidem per ignorantiam facti, excuſatur ſoluens, & ideo põt repetere, vt C. de iur. & fac. igno. l. cum quis. & ad leg. falc. l. error.
164 † Si erratur extra iudicium, aut agitur de damno vitando, aut
165 de lucro captando. † Et ſi de damno vitando, aut erratur in eo, in quo requiritur merus dolus, vel præſumptus, vel lata culpa, vel leuis, & multo fortiùs ſi leuiſſima. Et ſi in eo, in quo requiritur verus dolus, ignorantia iuris excuſat, vt ff. ad Sillani. l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans. Sed ſi erratur in eo, in quo ſufficit dolus præſumptus, vel lata culpa, tunc ſi quidem id ius, in quo er-
166 ratur, erat publicè notum verè, vel iuris pręſumptione, † vt quia à tempore publicationis concurrebant duo menſes, iuris ignorantia non excuſat, vt C. de leg. & conſt. l. ſacratiſſimæ. & de iur. & fac. ignoran. l. conſtitutiones, & ff. de public. l. vlt. §. licet. & ad leg. Corn. de fal. l. diuus Claudius, in princ. Sed ſi non erat publicè notum verè, vel præſumptiuè, ignorantia iuris excuſat, vt ff.
167 de decret. ab ord. fac. l. vlt. † Si agatur de lucro captando, tunc ſi quidem cum alterius iniuria, vt pro vſucapione, vel ſimilibus, iuris ignorantia non toleratur, nec excuſat, ſiue potuit, ſiue non potuit peritiores conſulere, vt ff. de iu. & facti ignor. l. iuris. ignorantia. & ff. de vſucap. l. ſi fur. & l. nunquam. ſed ſi ſine alterius iniuria, ſi quidem non potuit peritiores cõſulere, tunc iuris ignorantia toleratur & excuſat: ſed ſi potuit peritiores conſulere, iuris ignorantia non excuſat, vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. ſed iuris. & §. ſi quis. & ff. de bon. poſſ. l. in bonorum. & ff. quis ordo in bon. poſſ. ſer. l. 2. §. fin. fallit ff. de acquiren. hæred. l. ſi duo. nam ibi cauſa, de qua agebatur, originem ſumebat à lucro. & ideo licèt ſubſequenter damnum inducat, iuris ignorantia non excuſat, cum magis originem, quàm caſum poſt originem incidentem conſiderari oporteat, vt ff. de dolo. l. quia, in principio. & ff. de acquiren. poſſeſſio. l. clam poſſidere. circa principiũ. & ff. de fi-
168 deiuſſ. l. tutor. † Si autem erratur in iure naturali, tunc ignorantia non excuſat, vt ff. de adult. l. ſi adulterium cum inceſtu, §. ſtuprum. Si autem erratur in iure quaſi naturali, tunc iuris igno-
169 rantia non excuſat, vt C. de in ius vocan. l. 2. † Exemplum de errore in iure naturali, vt quia filius prętendit ſe ignoraſſe qđ nõ debuerit iniuriã inferre patri, vel ꝙ deberet patri prouidere in neceſſarijs alimentis, vel quòd non deberet furtum committere, vel homicidium, vel cætera delicta iure naturali prohibita. talis ignorantia non excuſat, nec toleratur, licèt de damno vitando agatur, vt in dicta l. ſi adulterium. §. ſtuprum. ff. ad leg. Iul.
170 de adult. † Exemplum de ignorãtia iuris quaſi naturalis, vt quia libertus dicit ſe ignoraſſe, quòd deberet patrono reuerentiam exhibere: cum enim ab eo conſecutus fuerit priuilegium libertatis, naturali ratione tenetur, vt iuris compenſatione eidem debeat præſtare reuerentiam. Et ideo iuris ignorantia non excuſat, etiam à damno, quod incurrit propter reuerentiam non
170 exhibitam, vt in dicta l. 2. C. de in ius vocan. † Si verò erratur in facto, aut erratur in facto proprio, aut in facto alieno. ſi in facto proprio, aut certat de damno vitando, aut de lucro captando. ſi de damno, aut cum alterius iniuria, & tunc error in facto proprio non toleratur, vt ff. ad Velleia. l. quanquam. aut ſine alterius iniuria, & tunc error in facto proprio excuſat & toleratur, vt ff. de condi. indeb. l. ſed & ſi me putem, in principio. & §. cum
171 inter. & ff. de act. emp. & vẽd. l. ſi tibi liberum. † Si verò agitur de lucro. captando, tunc error nõ toleratur in proprio facto. & ita oportet intelligi, quod not. ff. de lega. j. l. ſi res obligata. ſi autem

erratur

Source : BIU Cujas

erratur in facto alieno, tunc illud aut erat publicè notum, aut non. si erat publicè notum, tunc ignorantia non excusat, vt ff. de instit.act.l.sed & si pupillus.§.proscribere.nam si proscriptum erat, vt non contraheretur cum tali persona, is, qui contraxit ignorans proscriptionem factam, non excusatur. & ideo non
173 potest agere contra dominum, vt ibi. † tunc enim errans videtur in lata culpa, quæ dolo assimilatur, ex eo quòd ignorat id, quod omnes intelligunt, vt ff.de verbor. signific. l.cedere diem.
174 §. fin.& l.latæ, & l. magna. † si autem non erat publicè notum, tunc ignoratia excusat,vt ff.pro suo l.fi. & in dicto cap. ignorantia.& in cap.cum quis,de regu.iur. libro 6. & in dicta l. non fatetur, ff.de confess.faciunt not.in l.error. C. de iur.& fac.ignoran. & in l.si non sortem.§.indebito,& §.adeo,& l.cum his.§ fideiussor.& l.si fideiussor.ff.de condict.indebi. Ecce quòd satis melius satisfaciunt nobis iura, quàm simplicia verba etiam valentium magistrorum. Erubescimus enim sine lege loqui,vt in l. illud.& in l.illam.C.de colla.Et sic expediuimus hunc passum de iuris & facti ignorantia tantis nexibus inuolutum.

Ad tertium quæsitum similiter reducendo partes ignorantiæ considerate secundum subiectum,in quo est ad titulum que
175 stionis,videlicet † quomodo excusęt ignorantia in comparatione ad alias causas inexcusabiles declarando primò partes prædictas,siue in euidentiali contentas scilicet, quãdo dicaturignorãtia simplex,crassa,supina,affectata,inuincibilis,vincibilis.Respõ
176 deo quòd † ignorantia simplex est,cum quis tenetur scire quod nescit, & facere aliquid vt sciat, sed non quicquid potest.vel secundum aliquos potest dici simplex ignorantia illa quæ priuat scientiam,nec ponit debitum sciendi, nec contemptum sciendi.& hæc est in his, qui non habent vsum rationis,vt sunt amen-
177 tes & similes. † Crassa ignorantia est, cum quis negligit scire id,
178 quod tenetur scire,nec tamen vult se nescire.† Supina ignorantia dicitur, cum quis præ oculis habens facile scire & discere ea, quæ seruare tenetur, terga vertit,ne videat, quasi nolens erigere ad cœlum oculos, ne videat claritatem dei. de quo dicit Psal. noluit intelligere vt bene ageret. Et in plurali de talibus loquens dicit, Oculos suos statuerunt declinare in terram. Psalm.16. & Daniel. 13. de senibus sacerdotibus & iniquis iudicibus, qui exarserunt in concupiscentiam Susannæ dicitur, Et euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cęlum, nec recordarentur iudiciorum iustorum.erant autem ambo vulnerati amore eius, &c. Supinare enim versare est. vnde supinus, na, num, idem est quòd reuersatus, vt dicunt Pap. & Catholicon.Ignorantia igitur crassa & supina dicit per metaphoram hominis crassi & supini, qui non videt etiam ea quæ coram eo sunt. & qui publica & manifesta se afferit ignorare, cui faciliter non est credendum, 17. distinct. quod dicitis.
179 † Affectata autem ignorantia dicitur, cum quis negligit scire,
180 quod tenetur scire, & placet sibi nescire. † Simplex igitur ignorantia carentes vsu rationis excusat à toto, vt infantes & amentes, si sine sua culpa amentia fuerit. si autem sua culpa: tunc aut superuenit amẽtia per opus licitum, vt puta per vigilias,vel abstinentias: & tunc secundum aliquos, excusatur à toto,etiam si feruoris excessus peccatum fuerit veniale. aut superuenit amentia per opus illicitum, & tunc dicunt quidam, quod excusatur à tanto, licèt non à toto. Archid. 50. distinctio. sæpe. 15.quæstio. 1.sed hoc. Quidam autem dicunt, quòd peccatum sequens post amentiam, si nullus remansit vsus rationis, excusatur à toto. & hoc probabilius videtur 15.quæstione j.aliquos. de quo per glos. & Doctor. in dicto capit. sicut dignum. §. fin. ext. de homicid. Crassa autem minus excusat quàm simplex: & supina adhuc minus quàm crassa: sed multo minus affectata, quanquam rectè inspiciendo, supina & affectata ad idem tendere videantur, quasi supinus claudat oculos, vt non videat veritatem,affectans autem gaudeat non videre, quasi cęcus gau-
181 dens cæcitate sua, † sicut legimus in vita Beati Martini de illis duobus infirmis, quorum vnus erat cęcus, & alter claudus. cęcus deferebat claudum, ipse verò claudus iter ostendebat cęco. Dubitantes autem, ne meritis Beati Martini ab eorum infirmitatibus curarentur, fugiebant, ne obuiarent corpori glorioſi Martini, quod per ciuitatem Turoniæ processionaliter ferebatur. Sed volens optimus Deus suam virtutem pandere, meritaque Sancti, nolentes curati sunt in eorum opprobrium prauitatis.Sic igitur aduenient his,qui supina & affectata ignorantia se cogitant excusare, iuxta illud Sapien. 5. videntes scilicet iniqui turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatio-
182 ne insperatæ salutis, † dicentes intra se, pœnitentiam agentes scilicet desperatã & præ angustia spiritus gementes.hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij,nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non illuxit nobis & sol intelligentię non est ortus nobis, lassati sumus in via iniquitatis & perditionis & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus & infra, Et virtutis quidem signum nullum valuimus ostendere. In malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt. Ecce igitur quantum eis talis ignorantia profuit, quos magis accusat quàm va-
183 leat excusare † Inuincibilis autem ignorantia,scilicet cum quis sine culpa scire non potest, sicut sunt infantes. & amentes à natiuitate,excusat à toto, quia Deus à nemine requiret impossibile. Idem esset, si quis dubitans in aliquo casu consuluisset peritiores & finaliter supplici prece pia mente ac humili corde per suam deuotã orationem recursum habuisset ad Deum, qui dat lumen sapientiæ suæ omnibus deuote petentibus affluenter. Iaco. primo, de quo dictum est supra. nam qui fecit quod potuit,
184 legem impleuit, † quia impossibilium nulla est obligatio, vt in l.impossibilium, ff. de regu. iur. est enim talis ignorantia inuin-
185 cibilis & inuoluntaria.meritò igitur excusabilis iudicat.† Si verò per accidens talis ignoratia inuincibilis superueniat, vt in ebrio & furioso, tunc recurrendum est ad præcedentem distinctionem de causa superuẽtionis & de quantitate defectus, vt in furioso, habente dilucida interualla, & de ebrio non totaliter alienato à rectitudine sensus discretiui. & de infante proximo pueritiæ, vel de puero proximo infantiæ, quæ est ætas septem annorum, vt in l. si infanti. C. de iure delib.In his enim aliqualis capacitas esse potest præcepti, vel prohibiti, licèt non sit in eis plena capacitas, iuxta not.in cap.j.ext. de delic. puer. & in c. omnis vtriusque sexus.de pœn.& remis.& in cap.vno, de homicid.in clemen. & dixi plenè in Tractatu de confessione. In his igitur excusatur plus & minus secundum capacitatem subiecti,
186 in quo residet ignorantia prælibata. † Vincibilis autem ignorantia, scilicet cum quis discere potest ea, quæ scire tenetur, & attamen aut negligit, aut omnino renuit scire, tunc in eo, quo excusabilis esse potest, excusat à tanto, sed nunquàm à toto. Imo sicut supra dictum est aliquando accusat potius quàm excusset.& sic magis nouum peccatum inducit, quàm excusęt alia peccata sequentia. de quo per Thom. j. 2. quæstione 76. & per Alexand.in 2.vbi supra,qui in 8. quęstio. superaddit diuisionem
187 ignorantiæ ex parte efficientis, † quia alia est voluntaria,alia inuoluntaria.Voluntaria est duplex,alia est volentium nescire.Et hæc est affectata simpliciter,& non excusat. alia est nolentium scire, & hæc est affectata secundum quid, & hæc similiter non excusat, sed accusat,sed non tantum,quantum prior. Inuoluntaria verò aut fuit à principio inuoluntaria,& hæc est pęna,non peccatum simpliciter, & hæc excusat à toto:aut fuit à principio voluntaria,& postea facta est inuoluntaria, & hæc excusat à tanto,& si non à toto.Et subdit Alex.his cognitis ad maiorem euidentiam ponendi sunt quidam casus de ignorantia.

Quæritur enim de puero, qui ab infantia includitur incarce-
188 re saracenorum, † vtrum ignorando ea, quæ sunt fidei, peccetur? Videtur quòd non, quia non potest habere qui instruat ipsum, nec per se potest habere cognitionem. Circa quod dicit Apost. ad Rom. 10. Quomodo ergo inuocabunt,in quem non crediderunt: aut quomodo credent, in quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Et infra, ergo fides ex auditu est, auditus autem per verbum Christi. ergo talis non potest non ignorare,ergo non peccat:nullus enim peccat in eo, quod vitare non potest. Contra ad Hebr. 11.Sine fide impossibile est placere Deo.Ad quod respondendum,quòd talis,cum perueniat ad adultam ætatem, non habebit impotentiam credẽdi omnino: quia si facit quod in se est, Dominus illuminabit eum per occultam inspirationem, vel per Angelum suum, aut per hominem. Videtur tamen per hoc quod dicit August.in qq.noui testamenti,quòd si non fuit à quo disceret,nec ad eum aliquo modo rumor doctrinæ peruenit, quòd tunc non suo vitio ignorat,& immunis est à condemnatione.Sed intelligendum est tũc de disciplina secundum quòd fit per doctrinam exteriorem,vel per doctrinam interiorem. Et ideo non incautè dixit August. nec ad eum aliquo modo rumor doctrinæ peruenit: Oportet enim facere quod in se est,& vti ratione, per quam potest comprehendere Deum esse,& Dei adiutorium inuocare. Dicit etiã Beda, quòd vnusquisque potest intelligere Deum esse, & iudicium esse venturum. De incarnatione autem & redemptione si aptet intellectum suum,quantum in se est,vocabitur vocatione interiori etsi non exteriori. ad quod satis accedit quod scribi
189 tur 2.Paralip.20.c.† Sed cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Hoc dicebat Iosaphat in oratione, quam fecit ad Deum, quando filij Moab & Amon pugnabant contra eum & contra populum Iudęorum.Dauid etiam Rex sic ex parte Dei promittit psal. 90.dicẽs, Qui habitat in adiutorio altissimi.Et infra,Quoniã in me sperauit,liberabo eum,protegam eum,quoniã cognouit nomen meum.Clamabit ad me, & ego exaudiam eum.& infra.Et ostendam illi salutare meum. Ad auctoritatem Apostoli respõ. secundum suam met declarationem,cum subdit, Sed dico,num quid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum. vbi dicit Nic. de Lira, Habent ne excusationem suę infidelitatis propter defectum publicationis. quasi dicat, non.ad quod inducit auctoritatem

Source : BIU Cujas

Pſal.18. Et quidem in omnem terram &c. A tẽpore enim Apoſtolorum publicatum fuit Euangelium per orbem vniuerſum, ſicut plenius oſtendi, ſcribendo ſuper Pſal.18. ibi enim dicit prædictus Nic. ſuper ver. non ſunt loquelæ &c. quia Apoſtolis aliiſque diſcipulis, cum eis exiſtentibus in die Pentecoſtes data eſt gratia linguarum, vt poſſent prædicare Euangelium Chriſti linguis omnium gentium, vt habetur Actu.2. quia Spiritus ſanctus in linguis igneis cecidit ſuper Apoſtolos & alios Chriſti diſcipulos, de quibus ibid. dicitur, erat autem turba hominum ferè 120. In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. quia viuente Beato Petro Apoſtolo fides Chriſti prædicata eſt vſque in Franciam, quæ eſt in vltimo climate verſus occidentem. Vnde & Senonis fundata eſt eccleſia in nomine Beati Petri viui, quia ipſo uiuente cõſecrata eſt. Cum igitur Apoſtoli, alijque diſcipuli exierunt de Hieruſalem ad publicandum Euangelium per orbem, ſecundum quòd prænunciauerat Chriſtus Act. 1. dicens, eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria & vſque ad vltimum terræ. Hieruſalem autem ſita eſt in medio climate. Et ideo ſicut Euangelium publicatum eſt viuente Petro vſque ad vltimum clima verſus Occidentem, ita intelligẽdum eſt verſus alias partes mundi. Hæc Nicolaus de Lira in d. Pſal. Cœli enarrant.

190 Secundò quærit dictus Alexand. † vtrum quilibet catholicus teneatur ſcire de quolibet mortali, quòd ſit mortale? videtur quòd ſic, quia non poteſt vitari malum niſi cognitum. Quilibet autem tenetur vitare mortale peccatum, ergo quilibet tenetur ſcire mortale peccatum, quòd ſit mortale. Contra Doctores dubitant in caſibus ſubtilibus ſimoniæ & huiuſmodi peccatorum, ergo non poteſt ſciri à laicis, ergo non tenentur. Reſpondendum ad hoc, quòd quilibet tenetur ſcire implicitè, vel explicitè, particulariter, vel ad minus, generaliter, ſub illa ſcilicet ratione generali, qua dictat natura. Sed laici non tenentur ſcire de quolibet mortali explicitè, licèt teneantur vitare in propria ratione. Hæc Alexand. Tu adde ſe-
191 cundum Thom.1. 2. q. 76. † quòd omnes tenentur ſcire ea, quæ ſunt fidei, & vniuerſalia legis præcepta, vt ſupra tetigimus. vbi tractat de ignorantia excuſabili, vel non excuſabili, & in ſubſtantia concordat cum ſupraſcrip. determinationibus. Ab eccleſia etiã ſic inſtitutum eſt, vt omnes curati ſuos populos inſtruant orationem dominicam, ſimbolum fidei & cõfeſſionis formam eos ſollicitè edocentes, vt in cap. Deus qui, de pœnit. & remiſſ. accedunt not. in cap. quiſque. ext. de vita de hon. cler. & per Inno. & Ioan. Andr. in ca.j. de ſum. Trinita. & fide cathol. vbi tractant Doct. de fide, vel de ſcientia fidei implicita, vel explicita.

192 Tertiò quærit Alexand. de ſacerdote, qui accedit ad ordines & non poteſt adiſcere canones, & ita non poteſt ſcire, ergo tenetur ad impoſſibile. Contra dicit Hier. Maledictus homo, qui dicit Deum præcepiſſe impoſſibile, ergo iſte non tenetur ad impoſſibile. Quæritur ergo de tali ſacerdote, in quo peccat, aut quia vult ſuſcipere ordines, aut quia neſcit canones: non quia vult ſuſcipere ordines, quia velle ſuſcipere in ſe bonum eſt, nec in eo quod neſcit, quia non tenetur ſcire, quod non poteſt diſcere, ergo in nullo peccat. Ad quod dicendum, quòd peccat in eo, quod vult ſuſcipere ordines, cum neſciat, nec diſcere poſſit. Vnde licèt teneatur ad ſciendum canones, ex hoc quòd eſt ſacerdos, & non poſſit adiſcere, non tenetur propter hoc ad impoſſibile: tenetur enim ex hoc non ſuſcipere officium audiendi cõfeſſiones, & iniungendi pœnitentiam, in quibus eſt periculoſum iudicium. Sed adhuc videtur quòd impotentia ſciendi excuſet illum per ſimile. Si quis enim cadit in paupertatem per impotentiam dandi excuſatur, ſi non dat pauperi in extrema neceſſitate, quia ſi non habet, dare non poteſt. Eadem ergo ratione impotentia adiſcendi excuſat ſacerdotem in tali caſu. Ad quod dicendum, q̃ non eſt ſimile. ille enim non ingeſſit ſe in impotentiam dandi: ſed iſte ingeſſit ſe in impotentiam audiendi, nam ille qui non habet pecuniam, poteſt tamen habere & dare bonam voluntatem, quæ magis placet Deo. Non ſufficit autem iſti ſacerdoti curam habenti bonam voluntatem habere de faciendo, vel de curando, ſed oportet quòd ipſe ſciat & curet.
193 Hæc Alexand. † Adde quòd ſi per ſe neſcit curare, aut debet renunciare beneficium, vt in cap. niſi cum pridem. §. pro defectu quoque ſcientiæ. ext. de renunciat. per ſufficientem ſubſtitutum ex diſpenſatione prælati ſuo populo debitum pabulum miniſtrare, iuxta not. in c. inter cætera, extr. de offic. ordin. ad fi. vbi Inno-
194 cen. III. mandat dicens, † Vnde præcipimus tam in cathedralibus quàm in alijs conuentualibus eccleſijs uiros idoneos ordinari, quos epiſcopi poſſint coadiutores & cooperatores habere non ſolum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confeſſionibus & pœnitentijs iniungendis, ac cæteris, quæ ad ſalutem pertinent animarum. ſi quis autem hoc adimplere ne-
195 glexerit, diſtrictè ſubiaceat vltioni. † præcipit etiam prælatis, vt ad corrigendum ſubditorum exceſſus, maximè clericorum, & reformandos mores prudenter ac diligenter intendant, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur, vt in cap. irrefragabili. eod. titu. vbi dicit gloſ. Durum verbum eſt iſtud pro prælatis negligentibus ſubditorum correctiones, vt in cap. fin. de regular. & in cap. cum ad monaſterium. §. fin. de ſta. monach. & in c. qualiter & quando, §. fin. de accuſat. nec admittitur paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit, vt in cap. quamuis, ext. de reg. iur.

196 Quartò quærit Alexand. de illo, cui apparet Satanas, transfigurans ſe in Angelum lucis. & ipſe credit quòd ſit bonus Angelus, & apponit ſuo videre omnem diligentiam, quam poteſt, & ita adorat eum. videtur quòd ignorantia excuſet eum, eo quòd appoſuit diligentiam, quam potuit. Contra, adorat quem debet non adorare, ergo peccat. Reſpon. quòd non appoſuit omnem diligentiam, quam potuit. quia ſi appoſuiſſet, vel per ſe cognouiſſet, vel Deus ei reuelaſſet. Hæc Alexand. Adde quod dicit gloſ. ſuper illud Apoſtoli 2. Corinth. 11. ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Augelũ lucis, ideſt oſtendit ſe quaſi Angelum Dei ſcilicet Chriſtum, vel aliquem cœleſtem Angelum, vt decipiat, quod ad erumnas huius vitæ pertinet. transfigurat enim ſe ad tentandum eos, quos ita erudiri eſt opus, vel ad decipiendum aliquos, prout iuſtum eſt, ad quod magis Dei miſericordia neceſſaria eſt, ne quiſquam cum Angelos bonos amicos habere ſe putat, habeat malos dæmones, fictos amicos, eosque tanto nocentiores, quanto aſtutiores & fallaciores patiẽ inimicos. neque ſancti & fideles vnius viri Dei cultores ab eorum fallaci & multiformi tentatione ſecuri ſunt in his diebus malignis. Et infra, ne quis poſt eum eat, opus eſt magna vigilantia, quod nemo ſine Deo poteſt. Et ipſa huius difficultas ad hoc eſt vtilis, ne ſit ſpes ſibi quiſque, aut homo alter alteri, ſed Deus tantum, quod nobis expedire prorſus piorum ambigit nemo. Ergo ex his oſtenditur quòd ſi debitus habeatur recurſus ad Deum, non decipietur a Satana, cum non plus poſſit quàm Deus permittat, iuxta illud Iob 40. Qui fecit eum applicabit gladium eius. vnde & Apoſtolus dicit, 1. Cor. 10. Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Vbi dicit gloſ. Fidelis autem Deus. i. verus in promiſſis, qui ſe protectorẽ ſuorum electorum fore promiſit, q̃ nõ patiet vos ꝑ ſe tribulatos tentari ſupra id, qđ poteſtis ferre, ga vel cadere non ſinit, vel à caſu eripit. Sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ideſt virtutis augmentum. q̃ eĩ dat tentandi diabolo licẽtiam, ipſe dat tentatis miſericordiã ita facit prouentum, vt poſſit is perſeueranter ſuſtinere, ne deficiatis in lucta, ſed vincatis, quod fit per humilitatem. humilitas .n. cuſtodit in omni tentatione, vt illi non crepent in fornace, qui non habent ventum ſuperbiæ. Hinc ſubdit Apoſtolus, ꝓpter quod chariſſ. fugite ab idolorũ cultura, vbi dicit glo. ideſt abſtinete ab omni ſocietate idolatriæ. hoc ſatis ad propoſitũ in verbo prẽcedenti, cũ dicit Apoſtolus, tentatio vos non apprehẽdat niſi humana: dicit gloſ. inter alia, vel humana tentatio eſt aliter ſapere q̃ res ſe habeat, tamen bono animo, nimis autem amãdo ſententiam ſuam, vel inuidendo melioribus vſque ad præcidẽdę communionis, & condendi ſciſmatis, vel ex his ſacrilegium ꝓuenire diabolica præſumptio eſt. In nullo autem ſapere aliter quàm res ſe habet, Angelica perfectio eſt, &c.

197 Quintò quærit Alex. de viro, a quo vxor petit debitum, † & ipſe dubitat, an ſit vxor ſua, an aliena, ſi ergo cognoſcit, cõmittit ſe diſcrimini, ergo peccat mortaliter. ſi non cognoſcit, exponit eam diſcrimini. ergo ei imputabitur, ſi illa adulteretur. Ad quod dicendum, ꝙ ſi apponit diligentiam quam poteſt, poterit per aliqua ſigna cognoſcere ipſam eſſe ſuam vxorem, & ita aufe retur dubitatio: ſi verò per nulla ſigna poterit cognoſcere, nec Deus reuelat, monenda eſt vxor, vt contineat ad tempus, quouſque poſſit ab eo auferri dubitatio, quòd ſi noluerit, ipſa ſe committit diſcrimini, & non ipſe, ſi cum alio coeat, quaſi dicat, non ipſe dedit cauſam damni, ſed ipſa ſumpſit a ſemetipſa, vnde non habet locum illa regula, qui cauſam damni dat, dãnum dediſſe videtur, vt in c. fi. extra de iniur. & dam. dato. non eſt enim in tali caſu cauſa data, ſed accepta, ergo potius locũ hẽt regula quę dicit, damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet & non alteri
198 imputare, vt in c. damnum, de reg. iur. lib. 6. † Simile eſt de eo, qđ quidam iuriſperiti dicunt eſſe ſimoniam, & quidam non. nam abſtinendum eſt ab huiuſmodi contractu, ne quis diſcrimini ſe committat, nam in dubijs ſemper tutius eſt eligendum, vt in c. in obſcuris, de reg. iur. lib. 6. & in c. vbi periculum, ext. de elect. & in c. inſpicimus, eo. titu. quæ regula ſumpta eſt ex l. in obſcuris ff. de reg. iur. ad quod 33. quæſt. j. ſiquis acceperit, & de pœnit. diſt. vlt. c. fin. vbi Auguſt. dicit, Tene certum, & dimitte incertum.

Ad id autem quod quærebatur de excuſatione ignorantię in cõparatione ad alias cauſas excuſabiles, dicit Alex. in 2. de igno
199 rantia tractans, q. 9. † ꝙ poteſt eſſe ligatio rationis multipliciter. Primò per ebrietatem. Secundò per naturalem ſtoliditatẽ. Tertiò per freneſim. Quartò per dormitionẽ. Quintò per ignorantiam. Sextò per ſtuporem. Poteſt .n. quæri, vtrum ęqualiter excuſetur peccatum in omnibus iſtis, an plus excuſetur per vnam ligationem q̃ per aliam? Quod autem non ęqualiter, videtur per
200 hoc, quod dicit Ber. in lib de lib. arb. † Inſanis, infantib. & dormientib. nihil quod faciunt, in bonum, vel malum imputatur.

quia

Source : BIU Cujas

quia nimirum ſicut non ſunt cõpotes ſuæ rationis, ſic nec vſum tenent propriæ voluntatis, ac per hoc nec iudicium libertatis. De hoc puncto ſatis agitur per modernos in c. ſi furioſus. de ho
201 mic. in clem. † De Loth enim inebriato per filias, cum quibus poſtmodum inceſtum commiſit, & filios genera uit, dicit Amb. quòd culpandus eſt non quantum inceſtus, ſed quantum ebrietas meretur. ſed dicit poſtmodum, ꝙ ebrietas eſt origo inceſti cõcubitus, ergo videtur ex vtroque peccaſſe. Item philoſophus dicit de ebrioſo, qui occidit, quòd duplices maledictiones ei debentur, ergo ligatio rationis, quæ prouenit ex ebrietate, non ita excuſat, ſicut in prędictis. ergo non omnis ligatio rationis ęqua
202 liter excuſat. † Similiter poteſt quæri de perturbatione, quã habuit Loth, cum dixit, habeo duas filias, abutimini eis, Gen. 19. & de illo, qui recepit leuitam in domo ſua, cum dixit, habeo filiam virginem, & hic homo habet cõcubinam, & ducam eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis, tantum obſecro vos, ne ſcelus contra naturam operemini. Iudic. 19. Cum enim perturbatio eſſet, vt dicit Auguſt. non erat ibi deliberatio rationis. Vbi autem non eſt deliberatio rationis, nec eſſe poteſt quòd peccet quis mortaliter. ergo illa ligatio rationis, quæ fuit ex huiuſmodi perturbatione, ipſum Loth excuſabat in eo, quod ſecundum ſe erat mortale. Vel ſi non erat ibi tanta ligatio rationis, quę excuſaret a mortali, non omnis ligatio ęquè excuſat, ſed quædam plus, quędam minus, quod concedendum eſt. Vnde in quibuſdam eſt omnimoda ligatio, ſecundum omne tempus, & illa omnino excuſat a peccato, ſicut eſt in eo, qui à princ. factus eſt extra mentem. Quando vero non eſt omnimoda ligatio, ſed accidit ſecundum aliquod tempus, ſicut in ſenibus ex debilitate naturæ, & illa pro tempore illo excuſat. Quædam verò accidit ex infirmitate, & hoc poteſt cõtingere multipliciter quia qñq; infirmitas impedit cellulam imaginatiuam, quandoque memorialem. quãdoque legiſticam. Quando verò legiſtica impeditur, quandoque ſunt lucida interualla, qñque non. Cum ergo ligatur ratio continuè ex infirmitate, non ex culpa præcedenti, tunc omnino excuſatur, ſecundum illud tempus. Si verò lucida ſunt interualla, poteſt ſibi præuidere, & ideo non omnino excuſatur. Aliquando verò ligatur ratio ad horã, ſicut in ſomno ex fatigatione naturæ, vel ex ebrietate, quæ accidit ex volũtate prędambula, vt ex ſtupore, ſcilicet ex inſolita imagine, vel ex impręmeditatione, ſicut ex perturbatione. Si primo modo, nõ imputatur ei, niſi quando potuit præuidere. Si ſecundo modo, imputatur ei, quia per culpam iniecit ſe in illam. Si verò tertio modo, aut talis fuit cauſa, quæ abſorbuit vſum rationis, & ſecundum hoc excuſatur. aut talis fuit, quæ non debebat abſorbere vſum rationis, & talis non omnino excuſat. Si verò fuit ligatio ex perturbatione ad horam: tunc quia non eſt admittenda flagitiorum compenſatio, non omnino excuſatur, etſi aliquantulum habeat excuſa-
203 tionis. † Vnde Loth peccauit mortaliter, etſi minus q̃ ſi imperturbatus diceret. Hæc Alex. vbi ſupra. ad quę faciunt not. 35. diſt. ſequitur autem. vbi dicit tex. Loth, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt, & c. ſexto die. vbi dicit tex. Legimus etiam, quod patrem Loth inebriauerunt filię in monte, ad quem timentes incendium ſodomitarum confugerant, & habitabant in ſpelũca. fuit itaque ebrietas inceſti origo peſſimę regnatricis partus. ſ. deterior. vbi dicit glo. ſuper verbo, partus. i. effectus. Iſtud vult dicere, ꝙ vinum ex ſe duos produxit effectus. Primò ebrietatem, demum inceſtum, & ebrietas fuit deterior effectus vini. Vel aliter ex ebrietate proceſſit ſeruitus. ſ. Cham. Item ex ea proceſſit inceſtus, qui deterior eſt. Vel illud vult dicere ꝙ filia deterior eſt q̃ mater, quia Moabitæ, & Amonitę, quæ ab illis. ſ. filiabus Loth. ꝓceſſerant, fuerãt deteriores quàm mater. nam vna illarum duarum malarum gentium proceſſit ab vna filia Loth, & altera ab altera: nam maior filia peperit Moab, minor verò Amon. Gen. 19. in fine. De prædicta etiam ebrietate tractatur 15. q. j. inebriauerunt. vbi referuntur verba Auguſt. contra Fauſtum dicentis, inebriauerunt Loth filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerunt. Qua propter culpandus eſt quidem non tantum, quantum ille inceſtus, ſed quantum ebrietas illa meretur. Vbi dicit glo. videt ergo quòd peccat, qui neſciens in ebrietate quid fecit, vt hic, & 35. diſtinct. ſexto die. ſed dic ꝙ hic non erat Loth neſciens. Natura enim non patitur ꝙ aliquis neſciens coeat, ſed dicitur neſcius, quia neſciebat eſſe filias ſuas: credebat enim eſſe vxorem ſuam, & alia glo. ſuper verbo, culpandus eſt, dicit: Tripliciter exponit hoc, quidam ſic exponunt, ꝙ punitur pro inceſtu & pro ebrietate, vel aliter nõ punitur quàm inceſtus meretur, ſcilicet ſi eſſet commiſſus ex deliberatione. Alij dicũt ꝙ nullo modo punitur pro inceſtu, ſed tantum pro ebrietate, quæ ebrietas eſt tantũ veniale peccatum. 25. diſt. cap. criminis. Tu dic, ſecundum Thom. 2. 2. q. 150. ꝙ immoderatus vſus vini poteſt cõtingere tripliciter. Primo modo, ꝙ vtens neſciat potum eſſe immoderatum, &
204 in rebriare potentem, etſic ebrietas poteſt eſſe ſine peccato, † ſicut creditur de Noe Gen. 9. Secundo modo ꝙ aliquis percipiat potum eſſe immoderatũ, non tñ eſtimet poſſe inebriare, & ſic põt eſſe cum peccato veniali, & ſic potuiſſet contingere Loth Gen. 19. Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi, Peccata, quæ ex ignorantia, vel infirmitate humana committũtur, dicit & præcipit alterutrum confiteri, quia facilè dimittũtur. quęcunq; verò ſunt ex deliberatione, non niſi per pęnitentiam, vt in d. §. criminis. Tertio modo, dicit Thom. poteſt contingere ebrietas, cum aliquis bene aduertit potum eſſe immoderatum & inebriantem, & tñ magis vult ebrietatem incurrere, q̃ a potu abſtinere, & talis proprię dicitur ebrius, & ſic ebrietas eſt peccatũ mortale. hęc Thomas. ſiquis igitur in ebrietatem incidit ſine ſua culpa, & ſic totaliter alienatur a mente, excuſatur quidẽ a peccato, mentali alienatione durante. Vnde Amb. dicit in lib. de Patriarchis, Neſciũt quid loquantur, qui nimio vino indulgent & iacent ſepulti. Ideoq; ſiqua per vina deliquerint apud ſapientes iudices cũ venia quidem facta donantur, ſed leuitatis auctores damnantur. 15. q. j ſanè. vbi dicit glo. ſuper verbo, venia, ideſt minori pœna quàm ſi ex certa ſcientia feciſſent, & ſuper verbo, damnantur, dicit gloſ. j. etiam redarguunt eos, qui ſunt nimis faciles ad inebriandum ſe. De oblatione, quam Loth fecit Sodomitis, de prop
prijs filiabus virginibus, Gen. 19. dicit Ambr. in lib. de patriarch.
205 † Offerebat Sanctus Loth filiarũ pudorem: nam ſi illa quoque flagitioſa impuritas erat, tñ minus erat ſm naturam coire, quã aduerſus naturã delinquere. præferebat domus ſuę verecundiæ hoſpitalẽ gratiam, ẽt apud Barbaras gẽtes inuiolabilem. 32. q. 7. c. offerebat. Ex verbis igitur Ambr. patet Loth obtuliſſe minus peccatum, vt euitaret maius, & vt hoſpitalitas nõ violaret apud eum, quæ apud paganos inuiolabilis obſeruatur. Vnde dicit ibi
206 glo. † nam & hoſti fides eſt ſeruanda. 23. q. j. noli. & ita hoſpes tenetur hoſpitẽ defendere. vnde & lex dat actionẽ ℈ eum. ff. nau. caup. ſtab. l. j. in princ. Poſſet dici, ꝙ Loth ſpiritus ſancti radio ful gẽtis ſapientię luminis illuſtratus intellexit talem oblationem ad maius cedere iudiciũ ſodomitis, cũ tñ ipſe non intenderet filiarũ pudicitiam tradere violandam, ſed potius intelligeret hoc illos acceptare nolentes. nec tñ propter hoc fuiſſet a peccato totaliter excuſatus ꝓp malum exemplum, qđ proximis exhibebat: quia qui cauſam damni dat, damnũ dediſſe vr̃, vt in c. ſi. de iniur.
207 & dam. dato. Certum eſt. n. † ꝙ ſtuprum ſecundum ſe, non præcedente ℈iugali pactione inter flagitioſa crimina computatur, de pęnit. diſt. j. §. j. 36. q. j. §. cum ergo. Nec obſt. ꝙ Loth in ciuitate peruerſa iuſtus fuiſſe dr̃, & in monte peccaſſe. 40. diſt. quælibet. quia illud dixit Greg. vt oſtenderet ꝙ non locus, ſed diuina gratia ſanctificat hominem: diminuitur enim eius peccatũ, ſed non totaliter excuſatur, nam & aliquãdo malum factum excuſatur per bonam intentionem, etſi non totaliter, ſaltem aliqualiter, vt patet de obſtetricib. mentientib. vt vitam paruulis conſeruarent. Exo. j. & 22. q. 2. ſi qualibet. ſic etiam excuſantur filiæ Lotæ de inceſtu commiſſo cũ patre, quia putabant nullũ hominẽ ſupereſſe terrenis, ex quo prolem cõcipere valuiſſent, & ſic humanum genus deficere cogitabant, niſi patris ſemine generarent. Vnde dicit Amb. in lib. de Patriarch. Deniq; & Loth ſancti filię hanc cãm quærendę poſteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanũ, & ideo publici muneris gratia priuatã culpã prętexit. 32. q. 4. dixit Sara. in fi. vbi dicit gloſ. ſuper verbo, prætexit, ideſt diminuit & exterminauit, nõ autem extinxit. 35. diſt. ſexto die.
208 † De hac materia, ſcilicet de operibus furioſorum, infantium, ebrioſorum, amentium & ſimilium ſufficienter agitur 15. q. j. ꝓ totum, & quàm maximè in c. j. & in c. meritò. vbi eſt bona gloſ. quæ incipit, ſic neſciens non peccat. & §. ex præmiſſis. & in c. aliquos, & in c. illa cauenda ſunt, & in c. ſiquis inſaniens, vſque ad finem quæſtionis. Sic & ignorantia excuſat eum, qui neſciẽs dormit cum ſorore vxoris ſuę, quam putat vxorem. 34. q. j. ſic etiam, & c. in lectum. Et taliter dicitur excuſari Loth ab inceſtu, quia filiam putabat vxorem, arg. 37. diſt. c. fin. & § fi. Et hæc de ignorantia, & qualiter ex ignorantia cauſetur error conſciẽtiæ, dicta ſufficiant, nam qui neſcit quid eligat, vel reſpuat, faciliter errat. Circa quod dicitur Iſaiæ 7. vt ſciat reprobare malum & eligere bonum. de quo per Archid. 22. q. 2. in quibus. & 38. diſt. quamuis. & per Io. And. in c. ad apoſtolicę. ext. de cler. excom. miniſt. vbi agitur de ignorãtia probabili & craſſa & ſupina, aut erronea, & de
209 differentia earũdem. † & de differentia inter ignorantiã, errorẽ, & titubationem. & dicunt ibi Doct. ꝙ ignorare eſt ex toto neſcire, quod ſcire debet. 36. diſtin. §. fi. cum ſim. Errare quidem eſt aliud pro alio putare. 38. diſt. quamuis. Titubare autem eſt, cum quis inter duo dubius eſt, & neſcit quid eligat, de quo ext. de teſtib. cogen. c. præterea. & per legiſtas. ff. & C. de iur. & fac. igno. & l. de ſtatu. ff. de teſt. & dicunt Doct. in d. c. ad apoſtolicę, ꝙ vt probabiliter dicatur qs ignorare, non requiritur ꝙ ſit nimis diligẽs & curioſus in inquirendo, ſed ſufficit ꝙ non ſit nimis diſſolutus & negligens ad quærendum ff. de iur. & fac. ignor. l. nec ſupina.
210 Circa ſecundum, † quo dicitur, erroneam conſcientiam naſci ex negligentia, vt quia negligit quis quærere veritatem eius, de quo dubitat, tria quæruntur, videlicet primò quæ eſt cauſa & radix negligentiæ. Secundò, vtrum negligentia ſemper ſit mortale, vel qualiter ſit peccatũ. Tertiò, vtrum peccator ſemper negligat. Ad primum dico, ſecundum Greg. ſuper illud Ierem. 48. Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter, alias dicitur negligenter. Hinc dicit Pap. Negligere, non curare, vel deſpicere. Et

ſuper.

Source : BIU Cujas

ſuper illud Iob 9. verebar omnia opera mea, ſciens ꝙ non parce
res delinquenti. vbi Greg. ponit deſidiam pro negligẽtia dicens,
Deſidia. i. negligentia per torporem naſcitur, fraus per priuatam
dilectionem. illam minor amor Dei exagregat, hanc proprius
amor ſui excitat. vult ergo dicere ꝙ minor amor Dei facit negli
gentiam, vel deſidiam: proprius autem ſiue nimius amor ſui ex-
citat fraudulentiam. Deſidia, ignauia, pigritia corporis, à val-
de ſedendo dicta ſecundum Pap. Oſtenditur autem, ſecundum
Alex. in 2. cum tractat de negligentia. q. 5. ꝙ proprius amor ſui
212 vtrunq; facit: qñ vt dicit Auguſt. in lib. de lib. arb. † ꝙ anima aut
cõuertitur ad ſummum bonum, aut auertitur à ſummo bono.
ſi conuertitur bene ordinata eſt, ſi auertitur à ſummo bono', &
conuertitur ad bonum cõmutabile, tunc peccat: & tunc diſtin-
guendum, quia aut conuertitur ad proprium bonum diligendo
ſuam excellentiam, aut ad bonum exterius, ſicut ad temporales
diuitias: aut ad bonum inferius, quod eſt bonum carnis: & ſecun
dum hoc ſumũtur illę tres radices peccatorum, quas ſcribit Bea
tus Io. prima ſua Can. dicens. 2. c. Omne quod in mundo eſt, cõ-
cupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia
vitæ. Vnde Aug. in prædicto lib. reducit hæc ad indebitum ſui
amorem, qui eſt radix omnium peccatorũ. ergo ad ipſum, tanq̃
ad radicem reducitur negligentia & fraudulentia. Concludit
igitur Alex. ꝙ vtrũq; eſt in vtroque, hoc eſt, quia in negligentia
& fraudulẽtia ſunt hæc duo, ſcilicet minor amor Dei, & nimius,
vel proprius amor ſui, qñ ibi eſt auerſio à Deo, & conuerſio ad
bonum commutabile. Cum ergo deficit in homine feruor cha
ritatis, tunc negligit facere bonum, etſic per appropriationem
negligentiæ ex defectu charitatis in Deum, negligit opera Dei,
213 ſicut eſt pſallere & orare, & huiuſmodi. † ſimiliter ꝑ appropria
tionem dicitur, quod fraudulentiam facit proprius amor ſui. &
intelligit Greg. amorem ſuum nimium, vel proprium inordina
tum amorem temporalium. Talis enim facit fraudem. nam aut
homo intendit iſtud bonum, & præponit ipſum ſummo bono,
quod debet intendere & hñc pro fine. vnde tunc eſt fraudulen-
tia. Et hoc eſt, quod dicit Greg. in prædicta gl. cum ait, Fraudem
quippe in Dei opere perpetrat, qui ſe inordinatè diligẽs ꝑ hoc,
quod rectè agit in remunerationis tranſitorię bona feſtinat. Et
hæc fraudulentia eſt in corde, ore, & opere: quando. ſ. quis cogi-
tat dicit & agit aliquid, in quo præponit bonum temporale, &
minus intendit ſummum bonum. & ſic deſidiam vel negligen-
tiã facit minor amor Dei. Vnde dicit ibi Greg. ſępe deſidia. i. ne-
gligentia interueniẽte operi bono pleriq; deficiunt, & frigeſcen
te amore. ſ. proprio, calefiunt. Vnde patet ꝙ reducendo ad cãs,
ſiue radices proprias ipſius negligentiæ cauſa eſt minor amor
Dei. hic eſt. n. minor feruor charitatis, quando frigeſcit homo,
ſecundum ꝙ habetur Mat. 24. Et quoniam abundabit iniquitas,
refrigeſcet charitas multorum. Radix autem fraudulentiæ eſt
proprius, ſiue nimius amor ſui. Et ſic communis radix omnium
peccatorum libido, vel concupiſcentia nuncupatur, iuxta illud
Apoſtoli 1. Timot. vlt. Radix omnium malorum eſt cupiditas.
214 de quo in c. nam concupiſcentiã, ext. de conſtitut. † ſunt tamen
aliæ radices peccatorum magis propinquę, ſicut timor malè hu
milians, & amor male incendens, vt habetur ſuper illud Pſal. In
cenſa igni & ſuffoſſa ab increpatione tua fugiẽt. vnde timor ad
amorem reducitur, quia non timet quis inordinate ſiue male,
215 niſi quia amat ſe inordinatè. vbi ſciendũ † ꝙ dilectio Dei a crea-
tura triplex eſt. Vna eſt naturalis, qua diligit homo Deũ natura
liter. Alia eſt voluntaria, ſiue procedens ex voluntate deliberata,
ſicut quando homo deliberat in ſe ꝙ Deus hoc fecit illi, & ꝙ
talis eſt. Ex hac deliberatione ſurgit in ipſo dilectio Dei. Tertia
eſt dilectio procedens ex voluntate gratuita, & iſta dilectio eſt
charitatis. Cum ergo dicitur ꝙ minor amor Dei facit negligen-
tiam, amor non ſtat ibi pro charitate. Vnde hoc quòd eſt minor
amor, non dicit amorem, prout eſt charitas, ſed prout eſt diffini
tio voluntatis deliberatæ principaliter, quæ potuit formari per
charitatem. merito igitur negligentia maledicetur. Et hæc de
radice negligentiæ.

Ad ſecundum dico ſecundum Thom. 2. 2. q. 54. art. 3. ꝙ negli
gentia importat quandam remiſſionem voluntatis, per quã cõ-
tingit ꝙ ratio non ſollicitatur, vt percipiatur ea quæ debet, vel
216 eo modo, quo debet. Poteſt ergo dupliciter contingere, † quòd
negligentia ſit peccatum mortale: vno modo ex parte eius, qđ
prætermittitur per negligentiam, quod quidem ſi ſit de neceſſi-
tate ſalutis, ſiue ſit actus, ſiue circunſtantia, erit peccatum morta
le. Et ſic intelligitur illud prouerb. 19. Qui cuſtodit mandatum,
cuſtodit animam ſuam. Qui autem negligit vias ſuas, mortifica-
bitur, ideſt morte culpę & gehennæ, vt dicunt Gloſſatores. Alio
modo ex parte cauſæ. ſi enim voluntas in tantum ſit remiſſa cir-
ca ea, quæ ſunt Dei, vt totaliter a Dei charitate deficiat, talis ne-
gligentia etiam eſt peccatum mortale, & hoc præcipuè contin-
git, qñ negligentia ſequetur ex contemptu. & hoc bene ꝓbatur
ex diffinitione vocabuli, ſecundum Iſid. Etimol. & alios diffini-
tores dicentes, Negligens dicitur, quaſi non eligens, vel non le-
gens, dicit Catholicon. Talis igitur poſtponit timorem Dei, &
217 propterea negligit: quia, vt dicit Salomon, Eccleſ. 7. † Qui timet
Deum, nihil negligit. Et prouerb. 15. per timorem domini declí
218 nat omnis homo a malo. † Cum igitur negligentia importet
defectum debitę ſollicitudinis, omnis autẽ defectus debiti actus
habet rationem peccati plus & minus, ſecundum ſuũ ſubiectũ.
ergo contemnens quæ Dei ſunt, mortaliter peccat & grauiter.
prouerb. 18. Impius, cum in profundum venerit peccatorũ, con-
temnit, ſed ſequetur eum ignominia & opprobriũ. alioquin di-
cit Thom. ſi negligentia ꝯſiſtit in prætermiſſione alicuius actus,
vel circunſtantiæ, quæ non ſit de neceſſitate ſalutis, nec hoc fiat
ex contemptu, ſed ex aliquo defectu feruoris, qui impeditur in-
terdum per aliquod veniale peccatum, tunc negligentia nõ eſt
peccatum mortale, ſed veniale. & ſic intelligitur illud Eccleſ. 6.
de negligentia purga te cum paucis. vbi dicit glo. quamuis obla-
tio parua ſit, multorum tñ delictorũ purgat negligentias. Alex.
in 2. cum tractat de negligentia. q. 2. dicit, ꝙ negligentia eſt mor
tale peccatum, qñ eſt circa circunſtantiam debitam, quæ eſt in
præcepto, ſicut eſt ꝙ aliquis teneatur dare eleemoſinam indigẽ-
ti, & quando neceſſe eſt dare, neceſſarium eſt quidam actus. circ-
unſtantiæ autem determinãtur per hoc ꝙ eſt indigenti, & per
hoc. ꝙ eſt in tempore neceſſitatis, ſiue quãdo eſt neceſſe. hę cir-
cunſtantiæ debitę ſunt & in præcepto. Negligentia ergo circa
ipſas debet dici mortalis. ſimiliter dicit Apoſtolus 1. Cor. vlt.
omnia veſtra in charitate fiant. hæc eſt circunſtantia præcepto-
rum affirmatiuorum, hæc circunſtantia eſt in præcepto. Negli-
gentia ergo circa huiuſmodi circunſtantiam dicitur eſſe pecca-
219 tum mortale. Et ſic intelligitur illud Ierem. 48. † Maledictus hõ,
qui facit opus Dei negligenter, ſecundum aliam tranſlationem.
Et illud Apoſt. ad Hebr. 2. ſi enim q per Angelos dictus eſt ſer-
mo factus eſt firmus, & omnis prȩuaricatio & inobediẽtia acce-
pit iuſtam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus?
ſcilicet gehennam. dicit gl. ſi tantam neglexerimus ſalutem. vbi
dicit Nic. de Lira, ideſt ſi inobediẽtes fuerimus legi nouę, in qua
ſola eſt ſalus vitę ęternę. Sequitur Alex. Item aliquando negligẽ
tia eſt venialis, ſicut quando eſt circa talem actum, vbi de natu-
ra actus non ſequitur peccatum mortale, ſicut quando eſt circa
220 loquutionem, † q actus ponitur in lubrico linguę, à quo difficí-
le eſt cauere. Eccleſ. 14. Beatus vir, qui nõ eſt lapſus verbo ex ore
ſuo. & Iac. 3. ſi quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Et
infra, linguam autem nullus hominum domare poteſt. Cum
igitur hęc dicantur propter difficultatem cauendi, dicitur eſſe
veniale peccatum, cum talis difficultas habeat rationem venia-
lis peccati, quod difficile eſt cauere. Verũtamen reſpondendo
221 ad ipſam materiam, non ad genus actus, contingit bene † quòd
negligentia circa loquutionem ſit peccatum mortale, ſicut ſi
aliqui indigent verbo prędicationis & aliquis negligeret eis pro
loco & tempore, cum eſſet neceſſe oſtendere & aperire verbũ
veritatis propter huiuſmodi defectum, & negligentiam oſten-
ſionis veritatis, diceretur ipſe peccare mortaliter, quia talis ne-
gligeret quantum ad circunſtantiam debitam ipſius actus, cum
eſſet tempus & locus neceſſitatis idoneus, & ipſi auditores indi-
gẽtes deſiderarent audire. Ratione autem ipſius ſermonis quo-
tidiani, qui de facili non poteſt vitari, dr̃ veniale. Poteſt etiã con
tingere, negligentiã eſſe in actu indifferenti, & ſic non erit mor
tale, nec veniale: nam cum actus eſt indifferẽs, ſimiliter eius cir-
222 cunſtantia indifferens iudicatur. Vnde ex his dici poteſt, † ꝙ ſi
iudex non diligenter diſcutit iura partiũ, examinat proceſſum,
& merita cauſæ, & ex tali negligentia male iudicat, mortaliter
peccat, & ad reſtitutionem tenetur eo modo quo infra dicam.
Si autem vtatur negligentia ad excuſſionem eorum, quæ nõ fa-
ciunt ad deciſionem cauſæ, tunc excuſabitur a peccato. ſi verò
negligens fuerit, & remiſſus ad celerem expeditionem cauſæ,
non tñ male iudicet, poterit excuſari a mortali, ſed non a venia-
li, iuxta illud Eccle. 26. Difficile exuitur negotians a negligentia
ſua, & non iuſtificabitur caupo a peccatis labiorum. vbi dicit
223 Nic. de Lira, † A negligentia ſcilicet ſuæ ſalutis, quia nimis inhæ
ret terrenis lucris. De caupone verò, ideſt de tabernario dicit, nã
ex frequenti iuratione incurrit periurium propter inopiam quę
frequenter portatur impatienter. Et hæc de ſecundo.

224 Ad tertium dico, ſecundum Alex. vbi ſup. q. 8. † videtur ꝙ pec
cator ſemper peccet peccato negligẽtiæ, dum perſeuerat in pec-
cato, quoniam homo ſemper tenetur conteri, vel atteri de pec-
cato ſuo, & indifferenter in quolibet inſtanti, quia Deus in quo-
libet inſtanti ſuam gratiam offert, iuxta illud 1. Pet. 1. ſperate in
eam, quæ offert vobis gratiam in reuelationẽ Ieſu Chriſti, quaſi
filij obedientiæ non configurati priorib. ignorantiæ veſtrę deſi-
derijs. ergo omnis, qui ſtat in peccato ſuo peccat negligendo pę-
nitẽtiam. Circa quod dicit Criſoſt. ſi quis offenderit dñm ſuum,
implorat amicos & rogat vt pro ſe intercedat coram dño ſuo,
& dat ianitoribus de ſuo, & deprecatur vt intret, & ita omnem
diligentiam adhibet vt cum ipſo recõcilietur. Quanto ergo ma-
gis ille, qui offendit Deum Cœli, debet hoc facere. Si deſides, in-
quit, fuerimus, ideſt negligentes, nec per aliquos ſaluari poteri-
mus: ſi autem vigilauerimus, per nos ipſos hoc poterimus. ſ. ſal-
225 uari. Ex his quærit Alex. † ponatur ꝙ aliquis ſit in peccato negli
gentiæ mortali, ſicut aliqs negligit in celebrãdo miſſam, poſtea

ipſe

Source : BIU Cujas

ipſe negligit dolere & confiteri de illa negligẽtia. Quæ ergo iſtarum negligentiarum erit maior? prima, vel ſecunda? Et oſtenditur ꝙ prima ſit maior, quia potuit iſte reſiſtere magis primæ negligentiæ quàm ſecundæ, & ꝙ tunc habebat adiutorium gratiæ Dei, quando cecidit in illam: modò autem eſt fragilior, quia poſtq̃ cecidit, ratio in peccato fragilior efficitur ad reſiſtendum alij peccato. nec etiam habet auxilium gratiæ gratum facientis,
226 ſicut prius, ergo minus poteſt reſiſtere. † Et ita minor eſt iſta ſecũda negligẽtia q̃ prima. Ad oppoſitũ dicit Io. Chriſoſt. neque quando non doles, cum peccas neglige, vel contemne, ſed pp hoc ipſum maxime ingemiſce, qm̃ non ſentis te deteriorẽ. non enim quia non mordet, peccatum contingit hoc, ſed quia iã delinquens inſenſibilis es. Et poſtmodum dicit, Non dolere eos, qui peccant magis quàm peccare, Deum facit iraſci & irritare. ergo maior eſt negligentia ſecunda quàm prima.

Sed vlterius quæritur ſup hoc, vtrum peccator peccet ſimul
227 pluribus negligentijs. & oſtenditur ꝙ ſic, † nam tres ſunt vires in anima, quarum quælibet habet ſuum actum contra peccatũ, ad quem actum tenetur exercẽdum, nam iraſcibilis tenetur inſurgere p̃ peccatum. Vnde Pſal. dicit, Iraſcimini & nolite peccare. Et ideo dixit Apoſt. ad Epheſ. 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Ipſa verò concupiſcibilis tenetur dolere & conteri de peccato. Rationabilis autem tenetur eligere qđ bonum eſt, & fugere quod eſt malum, ſed poſt peccatum, bonum eſt pẽnitere, ergo illud tenetur eligere. Similiter ipſe tenetur cogitare quantum malum ſit peccatum, & fugere illud. Iere. 2. Arguet te malitia tua & auerſio tua increpabit te. ſcito & vide, quia malũ & amarum eſt, dereliquiſſe te Dm̃ Deum tuum, & non eſſe timorem eius apud te, dicit Dñs Deus exercituum. Et infra, Vide vias tuas in conualle, & ſcito quid feceris curſor leuis explicans vias ſuas. Quaſi dicat animæ peccatrici, Cogita peccatũ tuum, & pẽnitere. Vnaquęq; ergo vis tenetur ad actum propriũ contra peccatum, & quælibet tunc eſt negligens circa actũ ſuum, cum peccat, & differt vnus actus ab alio. ergo plures ſunt ibi negligẽtiæ. Ergo peccator exiſtens in ſuo peccato peccat ſimul pluribus negligentijs.

228 Ad primum dicendum, † ꝙ ipſa diuturnitas actionis de peccato, & peccati manifeſtandi actu bene aggrauat peccatum, ſed nõ dico propter hoc, ꝙ hic generetur nouum peccatum negligentię. vnde bene concedo ꝙ homo tenetur in quolibet inſtanti cõteri & atteri de peccato ſuo, & ſi non actu, ſaltem habitu. licèt ergo non ſemper conteratur actu, nõ tamen nouum peccatum ex hoc generatur. Sed ex hac diuturnitate aggrauatur ſuum peccatum, quia non tenetur ſemper conteri actu, ſiue pro quolibet inſtanti, & ita nõ ſequitur ꝙ ſemp negligat, ſed ſi ita ſit ꝙ peccator cogitet de peccato ſuo, & ſit tantum malum & tam graue, & conuertatur ſuper ipſum, & excitetur a gratia Dei ad conterendum, quia hoc modo ipſum excitat, quando facit peccatorẽ cogitare de peccato ſuo, dico ꝙ tunc tenetur actu dolere pro illo inſtanti, etſi non conteritur, tunc peccat per negligentiam, & innouatur aliquod peccatum in ipſo, quod eſt negligentia. Dico tamen ꝙ ſi ſemper doleret actu de peccato ſuo, iſtud eſſet
229 perfectionis. Et quando loquitur Chriſoſt. de hoc, non dicit † ꝙ homo teneatur ad hoc pro quolibet inſtanti vt actu cõteratur, ſed quia hoc eſſet perfectionis. Vnde quantum ad ſtatum perfectionis loquitur ipſe, & non aliter, & propter hoc non peccat homo mortaliter per negligentiam, ſi non actu ſemper conteritur, niſi cogitet de peccato ſuo, & ſit excitatus a gratia Dei vt pœniteat de peccato ſuo: quia ſi Deus ipſum excitat, & tunc nõ conteritur, bene ſequitur ꝙ peccat negligẽtia mortali: vel ſi ita eſſet ꝙ nunquã contereretur actu, non tamen ex hoc mortaliter peccaret, ſed hoc ſuum peccatum aggrauaretur. Et ſi obijcit ꝙ debeat conteri pro quolibet actu, dr̃ hoc eſſe ei impoſſibile. Quod tamen in quolibet actu non conteratur, eſt ei ad peccati aggrauationem. Ad auctoritatem Chriſoſtomi reſpondetur, ꝙ non dicit illud pro neceſſitate, ſed quia hoc eſſet perfectionis, vt ſemper homo poſt peccatum deprecaretur Deum, & faceret ꝙ in ſe eſſet, vt reconciliaretur ſibi.

Ad ſecundum quæſitum dicendum, ꝙ non dolere dicit̃ multipliciter. Vno modo dicitur nõ dolere, ideſt inſenſibilem eſſe, ſiue obſtinatum eſſe in peccato, & de tali loquitur Chriſoſtomus, ſicut patet per verba ſua cum dicit, propter hoc ipſum maxime ingemiſce, quia nõ ſentis dolorem. Si ergo negligentia ſecunda ſit in non dolendo, hoc modo bene concedo ꝙ grauior & peior eſt q̃ prima. Alio modo dicitur nõ dolere magis communiter, vt dicatur non dolere quando aliquis actu non dolet, nec conteritur ſuper peccatum ſuum, ſed negligit. & hæc negligentia ſecunda non eſt maior q̃ prima.

230 Ad tertium quæſitum dicendum, † ꝙ licèt tres ſint potentiæ animæ ſunt tamen adinuicem ordinatæ ita ꝙ vna cooperatur alteri, & altera alteri in ſua operatione. Et ſic inuicem ordinatæ ſunt earum operationes. vnde eiuſdem pertinentiæ ſunt actus, & etiam ſunt circa eandem rem, & ſic ad vnum ordinantur, & vnum dicitur meritum, vel demeritum, quia vna alteri cooperatur, vt dictum eſt, & actus earum ordinati ſunt ad vnum opus. Et ideo non debet dici triplex peccatum, ſecundum tres actus earum, ſed vnum tantũ. ſimiliter & negligentia debet dici vna, iuxta quod dicit Apoſt. 1. Timot. 4. Attende lectioni & exhortationi doctrinę, noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quę data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum preſbyteri & Deut. 8. mandauit Moiſes populo dicens, Omne mãdatũ, quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias. & inf. Obſerua & caue ne quando obliuiſcaris Dñi Dei tui, & negligas mandata eius. nam q̃q̃ pro quolibet neglectu mandati cuiuſlibet mortale peccatum in ſui ratione concludatur, non tamen ſecundũ tres vires animę tria peccata in qualibet tranſgreſſione notãtur. ſimile 2. Paral. 26. de Ozia Rege dicitur, ꝙ cum roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dm̃ Deũ ſuum. Simile Prouer. 1. dicit Dñs, Vocaui & renuiſtis: & extendi manum meam & non fuit qui aſpiceret: deſpexiſtis omne conſilium meum & increpationes meas neglexiſtis. Et ſic in prædictis locis & ſimilib. ſub ratione peccati mortalis negligentia deteſtatur. Et hæc de negligentia ſufficiant pro præſenti.

Circa tertium, quo dicitur erroneam conſcientiam cauſari ex ſuperbia, tria quæruntur. Primò, quid eſt ſuperbia. Secundo, vtrum ſuperbia ſit mortale peccatum. Tertio de oppoſitione ſu
231 perbiæ, videlicet cui virtuti opponitur. Ad primum dico, † ꝙ ſuperbia eſt amor propriæ excellentiæ, ſecundũ Ber. Auguſt. verò dicit 14. de Ciuit. Dei, & in lib. de innocentia, ꝙ ſuperbia eſt peruerſæ celſitudinis appetitus, vel amor proprię excellẽtiæ. Quod intelligendum eſt, ſecũdum Alex. in 2. cum tractat de ſuperbia. q. j. ꝙ proprium ſonat in vitium. Eſt enim excellẽtia, quã homo habet a Deo & ei attribuit. Et eſt excellentia quam homo ſibi appropriat aliquo modo, ſicut cum dicit homo in corde ſuo ꝙ habeat aliquid a ſe, cum dicat meritũ eſſe a ſe eius quod habet, & non à Deo, & hoc modo proprię excellentiæ vitioſus eſt, iuxta quod dicit Apoſt. 1. Cor. 4. Quis enim diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Nam ſecundum Greg. ſuper Iob 32. circa princip. ibi, eo quòd Iob iuſtum eſſe ſe diceret coram Do-
232 mino. † Quatuor ſunt ſpecies timoris, quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur, videlicet primo, cum bonum a ſemetipſo hr̃e ſe ęſtimat, qđ habet. Secundo, ſi ſibi datum deſuper credit pro ſuis meritis accepiſſe. Tertio, cum iactat ſe habere, qđ non habet. Quarto, cum deſpectis cæteris, ſingulariter vult videri. Hæc autem diuiſio ſic ſumi poteſt. Superbia eſt vitium, quo homo iniuriatur Deo. Aut ergo hoc eſt quãtum ad bonum, qđ habet, aut quod videtur habere. Si quantum ad illud quod videtur habere, & non habet extollitur, tertia eſt ſpecies ſuperbiæ. Si verò quantũ ad bonum, quod habet extollitur, hoc poteſt eſſe dupliciter, quia aut iniuriatur Deo in ſe, aut iniuriatur Deo in proximo. Si Deo in proximo, quarta ſpecies intelligitur ſuperbiæ, ſcilicet cum aliquis vult ſingulariter videri. Si verò iniuriatur Deo in ſe, qui eſt principium omnis boni, hoc etiam poteſt eſſe dupliciter: quia aut homo ponit ſeipſum totam cauſam boni, aut ponit ſe eſſe principalem cauſam. primo modo determinatur prima ſpecies ſuperbiæ, ſecundo modo determinatur ſecunda ſpecies. Ad hoc etiam ſubſtantialiter refertur ſententia Thomæ 2.2.q. 162. art. 4. dicentis, ꝙ ſuperbia importat immoderatum excellentiæ appetitum, qui ſcilicet non eſt ſecũdum rectam rationem. Eſt autem conſiderandum ꝙ quælibet excellentia conſequitur aliquod bonum habitum, quod quidẽ poteſt conſiderari tripliciter. Videlicet primo modo ſecũdum ſe. Manifeſtũ eſt enim ꝙ quanto maius eſt bonum quod qs hẽt, tanto per hoc maiorem excellentiam conſequitur. Et ideo cum aliquis attribuit ſibi maius bonum q̃ habeat, conſequens eſt ꝙ eius appetitus tendit in excellentiam propriam vltra modum ſibi conuenientem. Et ſic eſt tertia ſpecies ſuperbiæ, cum ſcilicet aliquis iactat ſe habere qđ non habet. Secundo modo ex parte cauſę prout excellentius eſt, ꝙ aliquod bonum inſit alicui a ſe ipſo, q̃ ꝙ inſit ei ab alio. & ideo cum aliquis ęſtimat bonũ quod habet ab alio ac ſi haberet a ſe ipſo fertur per conſequens appetitus eius in propriam excellentiam ſupra ſuũ modum. Eſt autẽ dupliciter aliquis cauſa ſui boni. Vno modo efficiẽter, alio modo meritorię, & ſecundum hoc ſumuntur duæ primæ ſpecies ſuperbiæ, ſcilicet cũ quis a ſemetipſo ęſtimat habere quod habet a Deo, vel cum proprijs meritis ſibi datum deſuper credit. Tertio modo ex parte modi habẽdi. prout. ſ. excellentior aliquis reddi tur ex hoc ꝙ aliquod bonum excellẽtius cæteris poſſidet. Vnde & ex hoc etiam inordinatè fertur appetitus in propriam excellentiã. & ſecundũ hoc ſumitur quarta ſpecies ſuperbiæ, quæ eſt, cum aliquis deſpectis cæteris ſingulariter vult videri. Sũt ẽt aliqua antecedentia, & conſequentia ſuperbiam, ſicut eſt arrogantia, ingratitudo, iactantia, præſumptio & ſimilia. Vnde Anſel. di-
233 cit, † exaltationem ſuperbiæ quandam eſſe in voluntate, quãdã in ſermone, quandam in operatione. & ſic conſiderat progreſſum cuiuſlibet peccati, ꝙ aut corde, aut ore, aut opere conſuma
234 tur. † Bern. etiam ponit 12. gradus ſuperbiæ, qui ſunt iſti, videlicet, primus eſt curioſitas, de qua act. 19. Multi autem ex his q̃ fuerant, curioſa ſectati, contulerunt libros & combuſſerunt coram omnibus.

Source : BIU Cujas

omnibus. Secũdus, mentis leuitas. Tob. 3. nunq̃ cum ludẽtibus miſcui me, nec cũ his, qui in leuitate ambulãt, participẽ me præbui, dixit Sara. Tertius inepta lętitia, Sap. 2. Vbique relinquamus ſigna lętitię noſtrę, qm̃ hæc eſt pars noſtra, dixerunt impij, &c. Quartus, Iactantia, Heſter. 1. vt oſtenderet magnitudinem atq; iactantiam potentiæ ſuæ. ſ. rex Aſſuerus. Quintus ſingularitas. 1. Reg. 17. Date mihi virum, & ineat mecũ ſingulariter certamẽ, dixit Goliath Philiſtęus. Sextus, arrogantia. Iſaiæ. 2. Dies domini exercit. ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſup oẽm arrogantem & humiliabitur. Septimus præſumptio. Eccleſ. 18. vidit prę ſumptionem cordis illorum, quoniam mala eſt & cognouit ſubuerſionem illorum, qm̃ nequam eſt. Octauus, peccatorum defenſio. Eccleſ. 19. quaſi defendens peccatum odiet te, & ſic aderit tibi ſemper, dicit de reuelante peccatum. Nonus, ſimulata cõfeſſio. Ad Tit. 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autẽ negant, Prouerb. 11. Simulator, &c. Decimus, rebellio, Num. 15. Anima, quæ per ſuperbiam aliquid commiſit, quoniam contra Deũ rebellis fuit, peribit de populo ſuo. Vndecimus, diſſoluta libertas. Ier. 31. Vſq; quo delicijs diſſolueris filia vaga. 2. Pet. 2. libertatẽ illis ꝓmit. &c. Duodecimus, peccandi conſuetudo. Sap. 14. conualeſcente iniqua cõſuetudine, hic error tanq̃ lex cuſtoditus eſt Prouerb 18. Impius cum in profundum venerit peccatorũ contemnit, ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. In his igit̃ 12. gradibus tanguntur non ſolum ſpecies ſuperbiæ, ſed etiã quædam antecedentia, & quædam conſequentia ſuperbiam, vt ſupra dixi, & clarius dicam inf. in 3. q. huius articuli.

235 Ad ſecundum dico, † ꝙ ſuperbia propriè reſpicit defectum ſubiectionis hominis ad Deum, cuius contrariũ facit humilitas. Vnde cum aliquis ſe extollit ſupra id, quod eſt ſibi præfixum ſecundum diuinam regulã, vel menſuram, peccat per defectum huiuſmodi ſubiectionis. Circa quod dicit Apoſt. 2. Cor. 10. non enim audemus inſerere aut comparere nos quibuſdam, qui ſeipſos commendant, & infra. nos autem in immenſum gloriamini, ſed ſecundum menſuram regulæ, quã mẽſus eſt nobis Deus. & ideo dicitur Eccleſ. 10. ꝙ initium ſuperbiæ hominis eſt, apoſtatare a Deo, ſed in hoc radix ſuperbiæ conſideratur, ꝙ homo aliqualiter non ſubditur Deo, & regulæ ipſius. Manifeſtum eſt autem ꝙ hoc ipſum quod eſt, non ſubijci Deo, habet rationem peccati mortalis. hoc enim eſt auerti a Deo, vnde conſequẽs eſt ꝙ ſuperbia ſecundum ſuum genus ſit peccatum mortale, iuxta quod dicit Greg. 34. moral. ꝙ euidentiſſimũ reproborum ſignũ eſt ſuperbia, & contra humilitas. electorum. Sed homines non fiunt reprobi. niſi pro peccato mortali, ergo ſuperbia ſecũdum ſuum genus eſt peccatũ mortale, ſicut tamen in alijs quæ ex ſuo genere ſunt mortalia, vt puta in fornicatione, in adulterio, & ſimilib. ſunt aliqui motus, qui ſunt peccata venialia propter eorũ imperfectionem, quia ſi præueniunt rationis iudicium & ſunt præter eius conſenſum. Ita etiam & circa ſuperbiam accidit, ꝙ aliqui motus ſuperbiæ ſunt peccata venialia, dum eis ratio non conſentit. Et ita intelligitur quod dicit Greg. vbi ſupra. Aliquãdo homo ex ſummis cęleſtibusq; virtutibus intumeſcit. ex quo patet ꝙ ſuperbia oritur ex virtutib. non ſicut ex cauſa per ſe, ſed ſicut ex cauſa per accidens, in quantum. ſ. aliquis ex virtutibus occaſiones ſuperbiæ ſumit, nihil autem prohibet quin vnũ contrariorum ſit alterius cauſa per accidens, vt dicitur in 8. Phiſic. vnde etiam & de ipſa humilitate aliqui ſuperbiũt aliqñ, vt dicit Thom. 2. 2. q. 162. art. 5. nam vt ipſe dicit, ſuperbia ſemper quidẽ ſecundum ſuum genus contrariatur dilectioni diuinæ, inq̃. ſ. ſuperbus non ſe ſubijcit diuinæ regulæ prout debet. & qñq; etiam contrariatur dilectioni proximi, inq̃. ſ. aliquis inordinatè ſe præfert proximo, aut etiam ab eius ſubiectione ſe ſubtrahit, in quo etiam derogatur diuinæ regulæ, ex qua ſunt homini ordines inſtituti, prout. ſ. vnus eorum ſub alio eſſe debet. ergo pro menſu-

236 ra defectus erit & menſura peccati ſuperbiæ. † Et ideo cũ in pęccato duo attendantur. ſ. cõuerſio ad bonum commutabile, quæ materialiter ſe habet in peccato: & auerſio à bono incommutabili, quæ eſt formalis, & completiua ratio peccati. ex parte autẽ conuerſionis nõ eſt peccatum mortale, ſed ex parte auerſionis. Cum igitur ſuperbia ex parte auerſionis habeat maximam grauitatem, quia in alijs peccatis homo auertitur a Deo, vel propter ignorantiam, vel propter infirmitatem, vel ꝓp deſiderium cuiuſcunque alterius boni. Sed ſuperbia habet auerſionem a Deo ex hoc ipſo ꝙ non vult Deo & eius regulæ ſubijci. Vnde dicit Boet. ꝙ cum omnia vitia fugiant à Deo, ſola ſuperbia opponit ſe Deo ꝓp quod etiam ſpecialiter dicitur Iac. 4. ſuperbis Deus reſiſtit, ex quo etiam de Philoſoph. dicit Apoſt. ad Rom. 1. Reuelatur enim ira Dei de cęlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniuſtitiã detinẽt, quia quod notum eſt Dei manifeſtum eſt in illis. Deus. n. illis reuelauit. Et infra, ita vt ſint inexcuſabiles. Vbi dicit glo. Viderunt ergo ſ. Philoſophi, de longinquo veritatem, ſed non appropinquauerunt per humilitatem. Et inf. dicit Apoſt. & ſicut non probauerunt Deum hm̃ in notitiam, tradit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, &c. Dicit gl. vt ſicut peccauerunt in ſenſu Dei, arbitrãtes Deum neſcire peccata ſua, ſic puniti ſunt in proprio ſenſu. Vbi dicit Nic. de Lira ſuper verbo, non probauerunt, ideſt non curauerunt de Dei notitia. quaſi dicat, non curauerunt ſi ſciret Deus, vel ſi neſciret. Auerti ergo a Deo & eius præceptis, quod eſt quaſi conſequens in alijs peccatis per ſe ad ſuperbiam pertinet, cuius auctus eſt Dei contemptus. & quia id, quod eſt per ſe, ſemper eſt potius eo ꝙ eſt ꝓ aliud ſiue per accidens. cõſequens eſt igitur ꝙ ſuperbia ſit grauiſſimũ peccatorũ ſecundum genus ſuũ, quia omnia alia peccata excedit in auerſione, quæ formaliter complet peccatum. Vnde dicit glo. ſuper illud, ſuperbi iniquè agebant vſque q̃. Pſal. 118. maximum peccatum in homine eſt ſuperbia. Et ſuper illud Pſal. 118. & emundabor a delicto maximo. dicit glo. hoc eſt delictũ ſuperbiæ, quod eſt vltimum redeuntibus, & primũ recedentib. Vnde Eccleſ. 10. odibilis eſt coram Deo, & hominibus ſuperbia. Et ꝯ. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare a Deo, quoniam ab eo q̃ fecit illum, receſſit cor eius, qm̃ initium omnis peccati eſt ſuperbia. qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, & ſubuertet eũ in fine. Et inf. perdidit Deus memoriam ſuperborum, & reli-

237 quit memoriam humilium ſenſu. † nam infidelitas, deſperatio, odium Dei, blaſphemia, homicidium, & alia huiuſmodi, quæ rectè conſiderata, ſecundum ſe grauiora ſunt peccata, attamẽ oĩa prædicta adhuc creduntur potius grauiora, ſi ex ſuperbiæ contempta procedant, q̃ ſi ex ignorantia, vel infirmitate proueniãt. Eſt enim ſuperbia aptè nata, vt ex ea omne genus peccati valeat deriuari, vt dicit Thom. vbi ſup. art. 6. & 7. Concordat Alex. in 2. de ſuperbia. q. 5. dicens, ꝙ ſuperbia dicitur eſſe maximum peccatum, & infidelitas & huiuſmodi, quæ dicta ſunt, ſed ꝓp diuerſas cauſas dr̃ quodlibet illorum maximum. nã ꝓp ablationem fundamenti omnis boni quod eſt fides maximũ peccatum dicitur infidelitas, vt dicit gloſ. Tren. 1. peccatum peccauit Hieruſalem. infidelitas eſt peccatum, quo retento retinentur omnia, & quo ablato, auferuntur omnia. ſed propter ablationem remedij contra peccatum quod eſt Dei miſericordia & hominis pęnitentia dr̃ maximum, peccatum in ſpiritum ſanctum, & q̃ maximè finalis impęnitentia. de quo Matth. 12. & Lucæ 12. Tertio modo ꝓp diſſolutionem vnitatis eccleſiæ dr̃ maximum peccatum diſcordia, vel ſciſma. 1. Cor. 11. Audio inter vos ſciſſuras eſſe. dicit glo. primum malũ diſſenſio eſt vnde cætera oriuntur. vbi eſt diſſenſio, nihil rectum eſt. Quarto autem modo id quod mag deordinat a Deo, inquantum eſt finis creaturę rationalis, ad quẽ tendit & in quo beatificatur, dr̃ maximum peccatum, & ſic eſt odium quod de directo opponitur charitati Dei, & proximi, quia charitas eſt dilectio, qua diligatur Deus propter ſe, & proximus ꝓp Deum, vt dicit Magiſter in 3. Sen. diſt. 27. nulla. n. virtus ſine charitate meritoria poteſt eſſe, vt dicit Apoſt. 1. Cor. 13. Et ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam., charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Quinto modo maximum peccatum dicitur id, quod eſt maximi nocumenti, & ſic ſuperbia peccati primorum parẽtum dr̃ maximũ peccatorum, ſecundũ Auguſt. ſuper Pſal. 118 qui dicit ꝙ maximum peccatum eſt ſuperbia, vñ emanauit origo noſtri delicti, ideſt originalis peccati. Sexto modo dicitur maximum peccatum ratione ſui motiui, vel allectiui, quod magis eſt inſeparabile a ſpiritu, & etiam quia magis derogat Deo, & magis auertit a Deo, & hoc modo ſuperbia ratione generis peccati dr̃ eſſe maximum peccatum, quia maxime auertit a Deo & derogat ſibi. Item quia ſuum motiuũ maximè eſt allectiuum, quia maximè inſeparabile, quod patet: motiuum enim vel appetibile in ſuperbia magis adhæret ſpiritui, quã motiua aliorum peccatorum, ſicut concupiſcibile carnis, vel huiuſmodi, nam ablata carne non erit carnis motiuum vel appetibile, & ablata ſenſibilitate carnis non erit concupiſcentia oculorum, & ſic de ſimilib. Septimo dicitur maximum peccatum, ꝙ maximè Deo derogat & iniuriatur. & maximè auertit à Deo, & tali modo blaſphemia dicitur maximum, quia per blaſphemiã iniuriatur homo diuinę bonitati, quæ blaſphęmia eſt peccatum in ſpiritum ſanctum. Et hæc de ſecunda. De blaſphęmia ꝓlixè dixi in Tractatu de blaſphęmia.

238 Ad tertium dico, † ꝙ ſuperbia per ſe & formaliter humilitati propriè dicitur opponi: non enim nata ſunt ſimul eſſe ſuperbia & humilitas. ſecundum vero motum, qui reſpicit finem, ſcilicet ſummum bonum, tũc ſuperbia opponitur charitati. & ſic intelligitur glo. ſuper illud Pſal. Non det in commotionem pedem tuum. vbi dicit glo. ſicut ad proficiendum non mouet pedẽ niſi charitas: ita ad cadendum, non niſi ſuperbia mouetur. De motu autem venitur ad effectum. ſuperbiæ autem effectus eſt cęcitas. Vnde dicit gloſ. ſuper illud ad Rom. 1. Dicentes enim ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt, quia ſuperbia erat in eis, obumbrauit eos cęcitas. & Greg. in Moralib. dicit, lumen veritatis elatis mentib. aſconditur, afflictis & humiliatis reuelatur. ergo cęcitas infidelitatis eſt effectus ſuperbiæ, Eſaiæ 6. exceca cor populi huius. & Sap. 2. Exceęcauit enim eos malitia eorum. & Iob 24. ipſi fuerunt rebelles lumini: neſcierunt vias eius. ex hoc igitur faciliter creatur. Sap. 2. Dixerunt enim impij apud ſe cogitantes non rectè. & inf. opprimamus pauperem iuſtum & non pereamus viduę, nec veterano, nec reuereamur canos multi temporis. Et inf. ꝓmittit

enim

Source : BIU Cujas

enim ſcientiam Dei ſe habere, & filium Dei ſe nominat. Et inf. Grauis eſt nobis etiam ad vidēdum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius. & inf. hæc cogitauerunt & errauerunt. Excęcauit. n. illos malitia eorum, & neſcierunt ſacramenta Dei, nec mercedē ſperauerunt iuſtitiæ, nec iudicauerūt honorem animarum ſanctarum. Ex hoc etiam dicitur Iac. 4. ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Vnde ſicut gratia & reſiſtētia Dei ſunt oppoſita ſuperbiæ, de quib. ſupradiximus, ita etiā poſuit 12. gradus humilitatis, & ſicut quilibet gradus ſuperbię tranſcendit ſuū gradum præcedētem de malo in peius, ita ꝙ vltimus ſit peſſiſſimus, ſi grāmatica pateretur, ita quilibet gradus humilitatis tranſcendit ſuum præcedentem de bono ad melius, ita ꝙ vltimus, optimiſſimus dici poſſet, ſed ſufficiat dicere perfectiſſimus, vt re
239 ctius exprimamus. † Sunt autem prædicti 12. gradus, quos Ber. in ſua reg. ſcripſit, & Beatus Thomas refert 2. 2. q. 161. arti. 6. Primus humilitatis gradus eſt corde & corpore ſemper humilitatē oſtendere, defixis in terram aſpectibus. Secundus eſt, vt pauca verba & rationabilia quis loquatur nō clamoroſa voce. Tertius vt non ſit facilis, aut promptus in riſu. Quartus taciturnitas vſq; ad interrogationem. Quintus, tenere quod habet communis regula monaſterij. Sextus, credere & pronunciare ſe omnibus viliorem. Septimus, ad omnia indignum & inutilem ſe credere & confiteri. Octauus, confeſſio peccatorum. Nonus, pro obedientia in duris & aſperis patientiam amplecti. Decimus, vt cū obediētia ſe ſubdat maiori. Vndecimus, vt voluntatem ꝓpriam nō delectetur implere. Duodecimus, vt Deū timeat, & memor ſit omnium, quæ præcepit. Ad quorum declarationem dicit Beatus Thom. ꝙ cum humilitas eſſentialiter in appetitu conſiſtat, ſecundum ꝙ aliquis refrēnat impetum animi ſui, ne inordinatè
240 tendat in magna: † habet tñ regulam in cognitione, vt. ſ. aliquis non ſe exiſtimet eſſe ſupra id, quod eſt, & vtriuſque principium
241 & radix eſt reuerētia, quam quis habet ad Deum. † humilitas ab interioribus ad exteriora procedit, ſicut & cęterę virtutes. Ex interiori autem diſpoſitione humilitatis procedunt quędam exteriora ſigna ī verbis & factis & geſtibus, quibus id, quod interius latet, manifeſtatur: nam a viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus. Eccleſ. 19. Et ideo in prædictis gradibus humilitatis ponitur aliquid, quod pertinet ad humilitatis indicem. ſ. 12. gradus, qui eſt vt homo Deum timeat, & memor ſit omnium, quæ præcepit, Eccleſ. vlt. Deum time, & mandata eius obſerua. ponitur etiam aliquid pertinens ad appetitum, ne. ſ. in propriam excellentiam inordinatè tendat. quod quidem fit tripliciter, uno modo vt non ſequatur homo propriā voluntatem, qđ pertinet ad vndecimū gradū: alio mō, vt regulet eam ſm ſuperioris arbitriū, qđ ꝑtinet ad decimū gradū. Tertio mō, vt ab hoc non deſiſtat propter dura vel aſpera, quæ occurrunt, & hoc pertinet ad nonum gradum. Ponuntur etiam quædam pertinentia ad oſtinationem hominis recognoſcentis ſuum defectum, & hoc tripliciter. Vno quidem modo per hoc ꝙ proprios defectus recognoſcat & confiteatur, quod pertinet ad quintum gradū. Secundo modo, vt ex conſideratione ſui defectus aliquis inſufficientē ſe exiſtimet ad maiora, quod pertinet ad ſeptimum gradū. Tertio, vt quātum ad hoc ſibi alios præferat, quod pertinet ad ſextū gradum. Ponuntur etiam quædam, quæ pertinent ad exteriora ſigna, quorum vnum eſt in factis, vt homo non recedat in ſuis operib. a via communi, quod pertinet ad nonum. Alia duo ſunt in verbis, vt. ſ. homo non præueniat tempus loquendi, quod pertinet ad quartum, nec excedat modum in loquendo, quod pertinet ad ſecundum. Alia duo conſiſtunt in exterioribus geſtib. puta in reprimendo extollentiam oculorum, quod pertinet ad primum. & in cohibendo exterius riſum, & alia ſigna ineptę lętitiæ, quod pertinet ad tertium. Iſti igitur 12. gradus humilitatis habent oppoſitos 12. gradus ſuperbiæ ſupradictos, vt proſequit
242 Thom. 2. 2. q. 63. art. 4. † Primo gradui opponitur curioſitas, per quam aliquis curioſè vbiq; & inordinatè circūſpicit. Secundo gradui oppon. leuitas mētis, per quam. ſ. homo ſuperbè ſe habet in verbo. Tertio gradui oppon. inepta lętitia, vt diſſolutus riſus & ſimilia. Quarto gradui oppon. iactantia verborum, qñ de ſe ad pompam magna refert. Quinto gradui oppon. ſingularitas, ꝑ quam. ſ. aliquis ſanctior vult apparere. Sexto gradui oppon. arrogantia, per quam homo ſe præfert alijs. Septimo gradui oppon. præſumptio, per quam ſe quis reputat ſufficientem ad maiora. Octauo gradui oppon. defenſio peccatorum quærens excuſationem in peccatis. Nono gradui opponitur ſimulata confeſſio, ꝑ quam. ſ. non vult quis pœnam ſubire pro peccatis, quæ ſimulatè confitetur. Decimo gradui oppon. rebellio, per quam non vult ſe ſubijcere. Vndecimo gradui oppon. libertas vaga, per quam. ſ. delectatur quis liberè facere, quod vult. Duodecimo & vltimo gradui oppon. peccati conſuetudo, quæ implicat Dei contēptū, Prouerb. 18. impius, cum in profundum malorum venerit, con
243 temnit. † Cum his etiam conueniunt ſeptem gradus humilitatis, quos Anſel. ponit in lib. de ſimilitu. quorū primus eſt cognitio ſui ipſius. hanc vnuſquiſq; talem habere debet, vt ſe inferiorem omnib. indicet, imitans Apoſtolum, qui ſe omnium Apoſtolorum minimum prædicabat: nam ſi eſſet homo, qui ita peccaſſet, vt dñs ei iuſto iudicio manus & pedes amputare, oculos eruere & dilaniare poſſet, nec tñ faceret, ſed miſericorditer ipm toleraret, vehementer ſe domini ſui debitorem cognoſcere deberet, & eo magis humiliari, quo miſericordius a domino meruit tolerari. Nos igitur in multis Deum offendimus in tantū, vt in præſenti nos iugi languore & poſtmodū ęternis ignibus trudere poſſet. ex qua offenſa non ſolum iram Dei meruimus, ſed etiam omnem creaturam contra nos concitauimus. etenim ſi ſeruus à domino ſuo recedens inimico domini adhęret, non ſolum dominum exacerbat, ſed etiam totam familiam. Cū igitur creatorem omnium offendimus, aduerſum nos omnem creaturam concitamus, quam ad noſtrum meritum cognouimus. pōt ergo iuſtè terra dicere, nō debeo uos ſuſtinere, ſed potius abſorbere, quia à creatore meo receſſiſtis, & inimico eius diabolo adhęſiſtis. poteſt etiam potus & cibus dicere, non meruiſtis vt vos paſcere debeamus, imò potius vt neceſſe vobis ꝑparemus. Sic etiam quælibet creatura contra nos dicere poteſt. vt ergo humiliemur, quid ſumus, quid nati ſumus, quid fecerimus, & quid erimus, mente pertractemus, & nos viles peccatores multo ſupplicio digniſſimos fore cognoſcemus. Secundus gradus humilitatis eſt dolor ſuæ vilitatis. nam ſunt nonnulli, qui ſe peccatores eſſe fatentur, ſed inde dolorem non habent, ideo veniam non merentur. Tertius gradus eſt confeſſio. vult enim Deus, vt quicunque ei peccauerit, ac ſi ipſe neſciret, ita ſuo loco alij neſciēti confiteatur. Quartus, perſuaſio. ita enim confiteri debemus, vt hoc ipſum, quod confitemur, ita eſſe perſuadeamns, vt credatur ſic eſſe: tunc enim pura eſt confeſſio, cum eam ſequitur voluntaria perſuaſio. Quintus eſt conceſſio, vt qualem ſe quiſq; cognoſcit, dolet, confitetur & ſuadet, tales quoque ſe ab alijs concedat iudicari. ſunt enim plurimi, qui ſe ipſos iudicāt, ſed nequaquam pati poſſunt ab alijs vituperari. Sextus patientia, qua pœnitētes iniuriam aliquam ſibi illatam ita patienter ſuſtinet, quaſi cōmodum magnum ſibi fieret. Septimus amor, non ſolum. n. abſque murmuratione pati moleſtias debemus, ſed etiam ſi grauius puniamus ad vindictam Dei, amemus. ſ. punientem. amor. n. ſummus humilitatis gradus eſſe videtur. Hos ſeptem gradus dicit Thomas vbi ſup. reduci ad opinionem & manifeſtationē & voluntatem proprię abiectionis: nam primus gradus pertinet ad cognitionem proprij defectus. ſed quia vituperabile eſſet, ſi quis proprium defectum amaret. hoc per ſecundum gradum excluditur, ſed ad manifeſtationē ſui defectus pertinet tertius & quartus gradus, vt. ſ. aliquis nō ſolum ſimpliciter ſuum defectū enunciet, vel fateatur, ſed etiam perſuadeat vt credatur. Alij autē tres gradus pertinent ad appetitum, qui excellentiam exteriorē nō quærit, ſed exteriorem abiectionem quærit, vel ęquanimiter patitur ſiue in verbis ſiue in factis: quia ſicut Greg. dicit in regiſtro. non grande quid eſt his nos eſſe humiles a quibus honoramur: quia & hoc ſeculares quilibet faciunt, ſed illis maximè humiles eſſe debemus a quibus aliqua patimur. Et hoc pertinet ad quintum & ſextum gradum. Vel & etiam aliqui deſiderāt exteriorē abiectionem amplecti, quod pertinet ad ſeptimum gradū. Circa hoc dicit Ber. ſuper illud Cantic. i. Si ignoras te, &c. Serm. 36. neminem abſque ſui cognitione ſaluari, de qua nimirum noſtræ ſalutis humilitas oritur & timor Dñi, qui & ipſe ſicut initium ſapientiæ, ita & ſalutis. Nemo dico, abſque illa cognitione ſaluabitur, qui tñ ętatem habeat ac facultatem cognoſcendi, qđ ꝑp paruulos loquor & propter fatuos, quorum alia ratio eſt. Quid ſi ignoras Deum, poterit ne ſpes eſſe ſalutis cum Dei ignorātia? nec hoc quidem. nec enim potes aut amare, quem neſcias, aut benedicere quem nō amaueris: noueris proinde te vt Deum timeas. noueris ipſum, vt ęquè ipſum diligas. In altero initiaris ad ſapientiam in altero conſumaris, quia initium ſapientiæ timor domini & plenitudo legis eſt dilectio. Et inf. Quemadmodum ex notitia tui venit in te timor Dei, atq; ex Dei notitia, Dei itidem amor: Sic econtrario de ignorantia tui ſuperbia, & de Dei ignorātia venit deſperatio. ſic autem ſuperbiam parit tibi ignorantia tui, cum meliorem q̄ ſis, decepta & deceptrix tua cogitatio, te eſſe mētitur. hoc quippe eſt ſuperbia, hoc initium omnis peccati, cum maior in tuis es oculis q̄ apud Deum, q̄ in veritate. Et inf. non eſt ergo periculum quantūcunq; te humiles, quantūcunq; minorem te reputes q̄ ſis, hoc eſt q̄ te veritas habeat. Eſt autem grande malum, horrendūq́ue periculum, ſi vel modicè, plus vero te extollas, & ſi vel vni, videlicet in tua cogitatione te præferas, quem fortè parem tibi veritas diiudicat etiam ſuperiorem, quemadmodum ſi pér oſtium tranſeas, cuius ſuperlimina-
re, vt ad intelligentiam loquar, nimium baſſum ſit, non nocet quantulūcunq; te inclinaueris: nocet autem, ſi vel tranſuerſi digiti ſpatio plus q̄ oſtij patīt menſura te erexeris, ita vt impingas, & capite quaſlato collidaris. ita in anima non eſt planè timēda quātalibet humiliatio. horrenda autem, nimiumq́ue pauenda vel minima temere præſumpta erectio. Quam ob rem noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni. Quid ſcis. n. o homo, ſi vnus ille forte quem omnium viliſſimum atq; miſerrimū reputas, cuius vitam ſceleratiſſimā ac ſingulariter fędiſſimam horres, & propterea illa putas ſper-

nen.

Source : BIU Cujas

nen. non pro te, quem fortè iam ſobriè, & iuſtè & piè viuere confidis, ſed etiam prę cęteris omnibus ſceleratis tanquam omnium ſceleratiſſimum. Quid ſcis, inquam, ſi melior & te & illis mutatione dexterę excelſi in ſe quidem futurus ſit, in Deo verò iam ſit. Et hæc de tertio.

244 Circa quartum, † quo dicitur, erroneam conſciētiā cauſari ex ſingularitate, ſciendum ꝙ ſingularitas dupliciter ſumi poteſt, in bono videlicet & malo. In bono nāq; laudanda eſt ſingularitas, cum emulatur cariſmata meliora, vt excellentiorem viuēdi viā ſtudioſè perquirat, diſcretè ſequatur. Ex quo, dicit Apoſtolus 1. Cor. 13. Emulari autem cariſmata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Et ſubdit, excellentiorem viam ad culmen perfectæ charitatis attingere: nam cum prius dixiſſet ex humani ſimilitudine corporis in miſtico fidelium corpore membra varia contineri prophętas, videlicet Apoſtolos & Doctores, cæteroſq; varijs donis, virtutibus gratijs atq; ſingularibus beneficijs ſublimatos, vt omnia in vnum concurrant ad vnitatem perfectæ charitatis inuitat, ſubnectens, ſi linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut ęs ſonans, &c. Vbi dicit gl. ſuper verbo, emulari, explanauit reddita ratione, qualiter diuerſas habeāt gratias, nec totum alicui concedatur, & exemplo humani corporis ſpirituale corpus inſinuauit, ac per hoc in omnib. Deum benedicendū oſtendit. quaſi dicat, Diuerſa ſunt dona, ſed de his emulamini. i. deſiderate cariſmata meliora. i. vtiliora, & inf. præter prędicta de monſtro vobis viam eundi ad Deum, ideſt charitatem excellentiorem prędictis, quia maius omnibus donum eſt, quia prędicta non ſemper ad mandatum pertinet, ſed ad hominem Dei oſtendendum gentib. vnde in fine, his qui dicent, Dñe in nomine tuo pphętauimus & demonia eiecimus, & virtutes multas fecimus, dicet Dñs, recedite a me omnes, qui operamini iniquitatem, qa nunq̄ noui vos. Mat. 7. ſingularitas autem illa, quæ in malo ſumitur & de fonte proprię reputationis oritur, facilius labitur in errorem: nam ſiue ex defectu electionis per ignorantiam, ſiue ex negligentia diſcutiendi atque inquirendi ab alijs veritatem, ſiue ex ſuperbia, vt cum non vult quis humiliter ſuum intellectū melioribus & ſapientioribus ſubiugare & in Chriſti obſequiū captiuare, vt plus fidei quàm ſibi conſentiat in credendis & plus alijs in agendis credat q̄ ſibi ipſi, ſiue ex ſingularitate, ſenſum ſequēs proprium, non ſe conformet alijs, nec cōes bonorum vias, conuerſationes & ſententias ſuo ſenſui velit anteponere, extrema

245 ſequens corruet agiliter in errorem. † Extrema autem ſunt vitioſa. Vnde cum filij Iſrael deferentes arcam Dñi per deſertum murmurarent contra Dñm pro labore iratus eſt dominus ꝓtra eos, & accenſus in eos ignis dñi deuorauit extremam caſtrorū partem. Num. 11. Hinc & Amalech extrema perdēda ſcribūtur Num. 24. principium gentium Amalech, cuius extrema perdentur. vbi dicit Nic. de Lira, Non poteſt dici ꝙ Amalech ſimpliciter ſit principium gentium, quia fuit filius Cliphat filij Eſau, vt habetur Gene. 36. ante quem fuerunt multi gentiles, ſed dī principium gentium, quæ inſurrexerant contra filios Iſrael poſt exitum de Egipto, vt habetur Exo. 17. cuius extrema perdita fuerūt per filios Iſrael tēpore ſalutis Regis, vt habetur 1. Reg. 15. Amalech. n. brutalis gens, vel populus ītерpretatur, cuius ſignificationem hi ſequuntur, qui ſuum ſenſum animalem vero ac rationabili ſenſui anteponere nō verentur, quorum tñ extrema gaudij luctus occupabit, Prouerb. 14. eſt via, quę vī homini iuſta, nouiſſima autem ducūt ad mortem, riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat, vijs ſuis replebitur ſtultus & ſuper eū erit vir bonus. vbi dicit Nic. de Lira. Eſt autem via. ſ. peccatorum, quæ videtur homini. ſ. peccatori iuſta, quia vnuſquiſque iudicat ſecundum ꝙ eſt affectatus: nouiſſima autem eius ducūt ad mortem culpæ & pęnæ, & ideo extrema gaudij huius mundi luctus occupat infernalis. Talis igitur ſingularitas deteſtanda eſt potius q̄ ſequenda: nam ſingularitas. etſi non ſit Deo contraria, tamen omnem conſuetudinem. ſ. iuſtam, licitam & honeſtam violare non debet. Turpis eſt. n. omnis pars ſuo vniuerſo non cōgruēs, vt dicit Auguſt. ſingularitas. n. inter non ſuetos flagitium reputatur, de quo 8. diſt. quæ contra mores. Cum igitur conueniunt cum lege diuina & naturali iuſti & honeſti mores hominum ab omnibus ſunt ſeruandi, nec eſt in huiuſmodi neceſſaria ſingularitas. ꝙ ſi mores deuiant à rectitudine veritatis & iuſtitiæ in hoc ſingularitas virtutem ſequens commendabilis iudicatur: nā cōſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt, ꝛpp quod relicto erro-

246 re veritas eſt amplectenda. † veritas. n. valet & inualeſcit in ęternum, viuit & obtinet in ſęcula ſęculorum. 3. Exod. 4. c. & 8. diſt. conſuetudo. vbi in finem Cyprianus dicit, Prudens & ſciens iam non in uenia ignorantię peccat. præſumptione. n. atque obſtina-

247 tione quadam nititur, cum ratione ſuperetur. † nulla. n. lex, conſuetudo, conſtitutio, vel ſtatutum contra ius diuinum, vel ꝓtra ius naturale vnquam potuit prævalere, iuxta no. 32. q. 7. flagitia. vbi referuntur verba Aug. 3. confeſ. dicentis. Flagitia, quæ ſunt p̄ naturam, vbique ac ſemper repudianda atque punienda ſunt, qualia ſodomitarum fuerunt, quæ ſi omnes gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur. Ad prædicta veniūt not. 8. diſt. dignitate. vbi dicit tex. Quęcunque. n. vel moribus recepta ſunt, vel ſcriptis cōprehenſa, ſi naturali iuri fuerint aduerſa, vana & irrita ſunt habenda. Hinc & Ciprianus dixit, quælibet conſuetudo quantumuis vetus, q̄uis vulgata, veritati eſt oīno poſtponenda, & vſus qui veritati eſt cōtrarius, eſt protinus abolendus. 8. diſt. ſi cōſuetudinem. nam & Petrus, qui circūcidebat, & cibos diſcernebat, ceſſit Paulo veritatem prædicanti, ead. diſt. qui veritate cōtempta. & 2. q. 7. Paulus Petrum reprehendit. originaliter autem hoc exprimit ipſe Paulus ad Gal. 2. dicens. Cum autem veniſſet Cęphas Anthiochiam, in faciem ei reſtitit, quia reprehenſibilis erat. hiſtoria autem deciſionis eiuſmodi ſcribit Act. 15. de primo concilio Anthiochiæ per Apoſtolos celebrato, vbi primùm cognominati ſunt Chriſtiani, hī Act. 11. Singularitas igitur in his, quæ proximum ſcandalizāt & non ſunt neceſſaria ad ſalutem ex præcepto, profeſſione vel voto, vitanda eſt potius q̄ ſeruanda. nam quiſquis rebus prætereuntibus ſtrictius vtitur, q̄ ſe ſe habent mores eorum, cum quibus viuit, aut intem-

248 perans, aut ſuperſtitioſus eſt: † qſqs verò ſic vtitur eis, vt bonorū metas conſuetudinis inter quos verſatur excedat aut aliqd ſignificat, aut flagitioſus eſt. In omnib. n. talibus non vſus rerum, ſed ſibido in culpa eſt. Quid ergo locis temporib. & perſonis conueniat, diligenter attendendum eſt, ne temere flagitia reprehendamus fieri. n. poteſt, vt ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens vtatur, inſipiens autem fędiſſima gulæ flamma in viliſſimum cibum ardeſcat, & ſanius quiſquis ma-

249 luerit more domini faſce veſci, † quā lenticula more Eſau. dicit Aug. de doctri. Chriſtiana. & 41. diſt. quiſquis. Hinc etiam idem Aug. Anglorum epiſcopo ſcribit, vt ſiue in Romana, ſiue Gallicana, ſiue in qualibet eccleſia inuenitur, quod plus optimo Deo poſſit placere ſolicitè eligatur. Vnde exemplificat, ꝙ alij ieiunāt ſabato, alij non, alij verò quotidie communicant corpus & ſanguinem Dñi, alij certis diebus accipiunt, & ſi quid aliud hic animaduerti poteſt, totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes. Quod. n. nec contra fidem, nec contra bonos mores etiā conuincitur, indifferēter eſt habendū. & pro eorum, inter quos viuitur, ſocietate ſeruandum eſt, & ſubdit, mater mea multum me ſecuta inuenit eccleſiam, ſabato non ieiunantem cęperat fluctuare quid ageret. Tunc ego conſului de hac re beatiſſimæ memoriæ Amb. Epiſcopum. At ille ait, cum Romam venio, ſabato ieiuno: cum Mediolani ſum, non ieiuno. ſic & tu ad quam fortè eccleſiam venis, eius mores ſerua, ſi cuiq̄ non vis eſſe ſcandalum, nec tibi quemquam. 12. diſtinct. nouit. & c. illa autem. Et hæc de quarto.

Circa nonum, quo dicitur erroneam conſcientiam cauſari ex affectuoſitate. ideſt ex affectu inordinato, q̄ ſępe inclinat conſcientiam ad id, quod homo tūc appetit, & ſic facit eam à ſua re-

250 ctitudine deuiare. vnde Seneca de morib. dicit, † Vbi regnat affectio, perit omne iudiciū. de qua affectione, tria breuiter ſunt quærenda. Primum eſt, quid eſt affectio. Secundum eſt, quotuplex eſt affectio. Tertium eſt, vnde procedit affectio.

Ad primum reſpondeo, ſecundum Papi. ꝙ affectio eſt quędam mentis ſpontanea inclinatio, quæ ad aliquē cum dilectio-

251 ne fertur. † Item affectio eſt animi, aut corporis ex ipſa aliqua de cauſa coniunctio. Item affectio eſt conceptio per fidem ſancto gaudio pij amoris & proximi. Item affectio eſt effuſio per deſi-

252 derium perfruēdi, dicit Vgo de ſancto Vict. † deriuatur etenim ab affecto, as, quod eſt deſiderare, tentare, appetere. affectus autē ab afficio, is, vnde affectus participium præteriti, idem eſt ꝙ maceratus, cęſus, laceratus, ex ad & facio, mutato d, in f, & a, in i, & ſic dicitur afficio. Inde etiam dī affectus, nomen quartę declinationis, ideſt voluntas animi, & eſt affectus actio, vel paſſio deſide-

253 rium, vel motus animi, † vnde affectio, dilectio, vel maceratio affectiua voluntaria, affici iniurijs grauari, vel macerari. cōcordat Catholicon, & ponit verſum.

Afficit, informat, punit, cupit hęc tria ſignat.

Quod ſumatur pro inclinatione voluntant, vel deſiderio, patet ex Pſal. 72. Cum dicit, Tranſierunt in affectum cordis, & ſic ibi pro malo ſumitur. Vnde prius dicit, prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. t. in af. c. cogitauerunt & loquuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo loquuti ſunt. Quòd autem ſumatur pro dilectione, patet 2. Machab. 14. ibi, Kazias autē quidam de ſeniori-bus ab Hieroſolymis delatus eſt Nichanorij vir amator erudi-tus, & bene audiens, qui pro affectu pater Iudęorum appellabaī. Quòd autem ſumatur pro actione gaudij voluntarij, patet Ezechiel. 25. ibi, pro eo ꝙ plauſiſti manu, & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto affectu ſuper terram Iſrael. Ideirco ecce ego extendam manum meam ſuper te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te & perdam te de terris & conterā te. Quod autem ſumatur pro ceſſione, vel cęde, aut maceratione, patet Num. 11. vbi Moiſes ad Dominum orans dicebat. Obſecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. hoc autem dixit, quando populus nauſeatus māna carnes concupiuit ad manducandum, ex quo Moiſes onus defe. ingrati populi tantis malis affici ſe putabat ꝙ ingratitudinis ſpecies pullulabant. Similiter pro grauamine ſumitur paſſionis. Ezech.

22. ibi,

Source : BIU Cujas

22.ibi,patrem & matrem cõtumelijs affecerũt.Simile Naum,3. Ecce ego ad te, dicit dñs exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua & ostendam gentib.nuditatem tuam,& regnis ignorantiam tuam,& proijciam super te abominationes tuas, & cõtumelijs te afficiam,& ponam te in exemplum.Simili modo sumitur Matth.22. reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.Simile Mar. 12. Et iterum misit ad illos alium seruum & illum in capite vulnerauerunt & contumelijs affecerunt,dẽ de malis agricolis. Simile Mar. 13. Et cõsurgẽt filij in parẽtes,& morte afficient eos.& Luc. 21. Trademini aũt a parentibus & fratribus & cognatis & amicis & morte afficiẽt ex vobis.Simile Act.14.Diuisa est autem multitudo ciuitatis,& quidam erant cum Iudęis, quidam verò cum Apostolis. Cum autem factus esset impetus gentilium & Iudęorum cum principib.suis & ꝓtumelijs afficerent & lapidarent eos. Sumitur etiã qñque pro immundis desideriis & operibus carnis,vt dicit Apostolus ad Rom. 1.de philosophis,qui euanuerunt in cogitationibus suis & obscuratum est insipiens cor eorum & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & serpentium, ꝑꝑ quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorũ in immunditiam,vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis,qui cõmutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius ꝙ creatori.quasi dicat, ꝙ in pœnã peccati erroris eorum traditi sint in passiones ignominię cõtra naturam,fœminę in fœminas,& masculi in masculos turpitudinẽ operantes.Vnde subdit,& mercedem, quam opportuit, erroris sui,in semetipsis recipientes.sic etiam Sap.14. de idola colentib. dicitur, initium enim fornicationis est exquisitio idolorum & adinuentio illorum corruptio vitæ est.Et inf.conualescente iniqua consuetudine,hic error tanquam lex custoditus est.¦Et infra Quoniam aut affectui, aut regib.deseruientes homines incommunicabile nomen lapidib.& lignis imposuerunt,& non sufferat erraſſe eos,circa Dei scientiam, † sed & in magno viuentes in scientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. Et sic patet expresse,ꝙ ex inordinato affectu causãt erronea cõscientia, sumendo affectum pro amore vitioso, sicut alias affectionem pro charitate sumit Apostolus de reprobis dicẽdo,ad Roma.1.Et sicut non probauerunt Deum habere in notitiam, tradidit illos Deus in reprobum sensum . & inf. sine affectione, absq; fœdere,sine misericordia. Et ad Philip. 2. dicit de Timot. Neminem.n.habeo tam vnanimẽ, qui sincera affectione ꝙ vobis sollicitus sit.Et sequitur,omnes.n.quę sua sunt,quærunt,non quæ Iesu Christi. quasi dicat ꝙ sunt homines semetipsos amantes & non Deum, nec proximum , sicut etiam ad Timoth. scribens 2.Epist.3.cap.dicit,hoc autem scito ꝙ in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa,& erunt homines se ipsos amantes.Et infra,sine affectione,sine pace. Et inf.semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.Nam,vt dixit Calistus Papa 3. q.5.accusatores.propinquitatis & familiaritatis & dominationis affectio veritatem impedire solet,amor carnalis, & timor carnalis atque auaritia plerũq; humanos sensus hebetant & peruertunt opiniones,vt quæstum pietatẽ putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ caripendant.

Ad secundum respondeo,secundum Augustꝰ.de Ciuit.Dei,& 255 communiter omnes, † ꝙ affectiones animi, quas Augustꝰ. perturbationes vocat,quatuor sunt,videlicet, Amor, quẽ Augustꝰ. auiditatem vocat,Boetius autem spem. Timor, quem Tullius metum appellat.Lętitia,secundum Augustꝰ.Boet.autem gaudiũ dicit.Tristitia,quam Boet. dolorem appellat, cum dicit, Nubibus atris Cõdita nullum Fundere possunt sidera lumen. Et inf. Gaudia pelle, Pelle timorem, Spemq; fugato , Nec dolor adsit. Nubila mens est,Hęc vbi regnant.Augustinus etiam refert versus Virg. dicentis.

Hinc metuunt,cupiuntq; dolent gaudentq; nec auras .
Suscipiunt clausæ tenebris & carcere cæco.

Et subdit Augustꝰ. Verum potestatẽ ex terrenis artubus moribundisq; membris, sic affici animas opinantur, vt hinc eis sint morbi cupiditatum & timorum & lætitiæ,siue tristitiæ. Quibus quatuor vel perturbationibus, vt Cicero appellat, vel passionibus,vel plerique verbum e verbo Græco exprimant, omni hu-256 manorum morum vitiositas continetur. † Hoc refert,secundũ Platonicos.ipse autem subdit,hoc reprobãs,ꝙ si ita est, quid est ꝙ Aeneas apud Virg.¦ cũ audisset à patre apud inferos aĩas rursus ad corpora redditas hanc opin.miratur exclamans .

O pater, an ne aliquas ad cœlum hinc ire putandum est .
Sublimes animas iterumq; ad tarda reuerti ,
Corpora,quæ lucis miseris tam dira cupido .

Nunquid nam hæc tam dira cupido ex terrenis artubus moribundisq; membris adhuc inest animarum illi prædicatissimæ puritati.Nonne ab huiusmodi corporeis,vt dicit,pestib.omnib. eas asserit esse purgatas, cum rursus incipiunt in corpora velle reuerti.Et inf.dicit,non potuisse tñ veraciter dici omnes culpabiles atque vitiosos motus animarum eis ex terrenis corporib. inolescere. Siquidem,secũdum ipsos,illa vt locutor nobilis ait,

Dira cupido vsque adeo non est ex corpore, vt ab omni corporea peste purgatam , & extra omne corpus animam constitutã ipsam esse compellat in corpore.Vnde etiam illis fatentibus,nõ ex carne tantum afficitur anima, vt cupiat metuat lętetur, ęgrescat,verum etiam ex seipsa his potest motib.agitari.Stoici verò, vt dicit Augustꝰ.vbi sup. tres esse voluerũt affectiones prædictas pro tribus perturbationibus in anima sapientis, pro cupiditate voluntatem,pro lętitia gaudium,pro metu cautionẽ appellantes,pro ęgritudine verò,vel dolore qua nos vitandæ ambiguitatis gratia tristitiam maluimus dicere, negauerunt esse posse aliquid in animo sapientis.Voluntas quippe(inquiunt) appetit bonum, qđ facit sapiens gaudium habet de bono , qđ adeptus est, qđ vbiq; adipiscitur sapiens,cautio deuitat malum, quod debet sapiens deuitare.Tristitia porrò,quia de malo est, quod iam accidit,nullum autem malum existimarunt posse accidere sapiẽti.nihil in eius animo pro illa esse posse dixerunt.quod reprobãs Augustꝰ.dicit.Si ergo illi loquuntur,vt velle gaudere cauere negent nisi sapientem,stultum autem non nisi cupere, lętari,metuere,contristari,& illas tres esse constantias. Has autẽ quatuor perturbationes,secundum Ciceronem:secundum autem plurimos,passiones.Græcè autem illę tres appellantur enpathiæ,istæ 257 autem quatuor pathię. † In scripturis enim sacris hæc differentia non attenditur , nã & in bonis & in malis prædicta vocabula sępe legimus assignata : nam ille, qui dixit, Mihi viuere Christus est,& mori lucrũ,ipse idem dixit , Coartor autem e duobus desiderium habens dissolui, & cum Christo esse , multo magis melius est : permanere autem in carne necessarium est propter vos . Et hæc confidens scio, quia manebo & permanebo oĩbus nobis ad vestrum profectum & gaudium fidei, vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu,ad Philip.1.Ecce ꝙ desiderium suũ pro cupiditate ponit,vnde cõmuniter dicitur, Cupio dissolui, & esse cum Christo.Et gaudium fidei iustis attribuit. Et ibidem dicit,sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis,eo ꝙ habeam vos in corde & in vinculis meis,& in defensione & cõfirmatione Euangelij socios gaudii mei omnes vos esse . Testis enim mihi est Deus , qũo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi. Ecce igitur ꝙ boni viri gaudẽt & cupiũt. De malis autẽ, & iniquis similiter patet per eundem Apostolum 2. Timoth.3. vbi cum dixisset,erunt homines seipsos amantes,subdit,Cupidi, elati,&c.& Salomon,Prouerb.1.dixit,Vsquequò paruuli diligitis infantiam,& stulti ea,quæ sibi noxia sunt cupient, & imprudentes odibunt scientiam. non.n.dicit verba prædicta pro paruulis,secũdum ętatem temporis,vel pro stultis,secundũ amentium stricte sumpto vocabulo,sed dicit pro quibuslibet a ratione deuijs & iniquis.Ideo subdit, cõuertimini ad correctionem meam , & proferam vobis spiritum meum, & ostendam verba mea,ꝙa vocaui & renuistis, &c.Et de talib.etiã dicit,Prouerb.2. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas,ꝙ lętantur,cum male fecerint, & exultant in reb.pessimis , quorũ viæ peruersę,& infames gressus eorum.Et idem Apostꝰ.cupiditatem in bono describit pariter & in malo.nam in bono sumit ad Rom.15.dicens, Nunc ergo vlterius , locum non habens in his regionibus,cupiditatem autem habens veniendi ad vos.In malo autem sumit, cum ad Timoth. scribens dicit , Radix.n.oĩum malorum est cupiditas,quam quidam appetentes errauerunt a fide,& inseruerunt se doloribꝰ.multis.sic & Augustꝰ.vbi sup.allegat Ciceronẽ, oratorem amplissimum in bono dixisse , Cupio patres cõscripti, me esse clementem.Et Terent.dicit,ꝙ flagitiosus adolescens insana flagrans cupidine,nihil volo aliud,inquit, nisi philomenam. Quam voluntatem fuisse libidinem , respon-258 sio demonstrauit. † Voluntas autẽ in vtrunque deflectitur bonum,videlicet atque malum. Inde dixit Dominus Matt. 7. quæcunque vultis.s.bona,vt faciant vobis homines,& vos similiter facite illis.Et Thobias filium admonens,Thob.4.dixit,quod ab alio oderis fieri tibi,vide ne alteritu aliquando facias,cum tamẽ dicatur.Quod tibi non vis fieri,id tu ne feceris vlli. Et de vtroq; scribitur. Eccles. 15. omne execramentum erroris odit Dñs & non erit amabile timẽtib.illum. Deus ab initio cõstituit hominem,& reliquit illum in manu consilij sui,adiecit mãdata & præcepta sua, si volueris mandata conseruare, conseruabunt te,apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris, porrige manum tuam,ante hominem vita & mors,bonum & malum, quod placuerit ei,dabitur illi. De metu autem , vel timore ꝙ in bono sumatur similiter & in malo,patet Eccles.18. Vbi pro bono dicit, homo sapiens in omnibus metuit. Et Paul.ad Philip.2. dicit, cũ metu ac tremore vestram salutem operari. De timore autẽ malorum scribitur Matth.vlt.præ timore autem eius.s.Angeli, cuius aspectus erat sicut fulgur,exterriti sunt cũstodes,& facti sunt velut mortui . Et Lucæ 21. Arescentibus hominibus præ timore,&c.Et pro vtroque dicit Apostꝰ.ad Rom.8.Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus,Aba pater,& clarius per Dominum Iesum,Matth.10.dicitur, Nolite timere eos, qui occidunt corpus,animam autem nõ possunt occidere , sed potius eum timete,qui potest corpus & animam perdere in gehennã

nam

Source : BIU Cujas

nam cùm timorem prohibet deteſtatur: cùm verò præcipit, exhortatur & laudat. Bonus ergo timor laudãdus eſt, malus verò vituperandus & depellendus. 1. Io. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem, ſcilicet malè humiliãtem. ſubdit, Quoniam timor pœnam habet, qui autem timet non eſt perfectus in charitate, cuius contrarium videtur ſcribi Eccleſ. 1. cum dicitur, Timor Domini expellit peccatum. Et ibidem, timor Domini gloria & gloriatio & lętitia & corona exultationis. Et ibidem, Nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari, ſed certè aliud eſt timere Deum propter virtutem, & aliud eſt timere eum propter pęnã. nam propter virtutem timent boni, ſed propter pœnam etiam mali timent. Vnde Sap. 5. de impijs & reprobis dicitur, videntes turbabuntur timore horribili & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis. Hinc etiam dicitur.

Oderunt peccare boni virtutis amore:

259 Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Vt in gloſ. ff. de iuſt. & iure l. 1. † Timor namq; ſeptupliciter diſtingui põt, videlicet primus dicitur naturalis, ſecundus realis, tertius perſonalis, quartus ſeruilis, quintus initialis, ſextus filialis, ſeptimus reuerẽtialis. de quibus ſatis agitur in 3. ſent. diſt. 34. Naturalis. n. timor communis eſt bonorum & malorum, qui dicitur humanus, & qui etiã in Chriſto fuit. Vnde Mar. 14. ſcribitur, & aſſumit. ſ. Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem ſecum & cępit pauere, & tędere. talis ergo timor. ſ. naturalis, nec ponit, nec tollit, † quia in puris naturalibus nec meritum, nec demeritum, nam virtus conſiſtit circa difficile, quod eſt attingere medium, & ibi meritũ ſiue laus, ex 2. Metaph. Secundus timor. ſ. realis, vel mundialis, vt cũ quis non curat Dei offenſam & ſuæ legis contemptum, ne bona temporalia perdat, vel aliquid temporale lucretur. Et talis timor, ſcilicet malè humilians, qui coniungitur cum amore malè alliciente mortale peccatum inducit, ſicut patet in pontificibus & Phariſęis, qui dicebant, Io. 11. Quid facimus, qa hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollent noſtrum locum & gentem. ergo timore perdendi temporalia cõtempſerunt Deum & iuſtitiam, vnde Chriſti mortem iniuſtiſſimè decreuerunt, q̃q̃ plures fuerint cauſę, vt alibi tractatum eſt. Tertius timor. ſ. perſonalis eſt, quando timore lęſionis proprię, vel dilectæ perſonæ poſtponit diuina volũtas & iuſtitia, & ſimiliter inducit peccatũ mortale, cum dicat Dominus Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, nam cum tali timore perfecta charitas nõ ſubſiſtit, vt dicit Apoſtolus & Euãg. Ioannes ſua 1. Canon. c. 4. Timor non eſt in charitate, ſed p̃fecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet.

261 Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. † Vnde Petrus tali timore Chriſtum abnegans mortaliter peccaſſe perhibetur Matth. 26. & Mar. 14. & Lucæ 22. & Io. 18. Quartus timor. ſ. ſeruilis eſt, vt dicit Auguſt. ſuper Pſal. cum per timorem gehennæ cõtinet ſe homo a peccato, quo præſentiam iudicis & pœnas metuit, & timore facit quicq̃d bonifacit, nõ timore amittẽdi ęternum bonum, quod non amat, ſed timore patiẽdi malum, quod formidat non timet ne perdat amplexus pulcherrimi ſponſi, ſed timet ne mittatur in gehennam. Bonus eſt iſte timor & vtilis, licèt inſufficiens, per quem fit paulatim conſuetudo iuſtitiæ, & ſuccedit in malis timor, quando incipit quod durũ erat amari, & ſic incipit ſeruilis timor excludi à charitate, & ſuccedit deinde timor caſtus ſiue amicalis, vt dicit Magiſt. Sent. vbi ſupra:

262 nam, vt Aug. inquit, † Inaniter putat victorem ſe eſſe peccati, q timore nõ peccat, quia ſi non impletur foris negotium malę cupiditatis, ipſa tamẽ mala cupiditas metus eſt hoſtis. & addit, ipſa voluntate reus eſt qui vult facere quod non licet fieri: ſed ideo non facit, quia non poteſt impunè fieri: nam quantum in ipſo eſt, mallet non eſſe iuſtitiam prohibentem atque punientem, & vtique eam, ſi poſſet, auferret, ac per hoc qũo iuſtus eſt, iuſtitiæ talis inimicus? Amicus autem erit, ſi eius amore non peccet. De tali etiam timore intelligitur verbum 1. Io. 4. Timor pœnã hẽt. ex quo dicit Apoſt. ad Ro. 8. non. n. accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. Eſt enim timor ſeruilis, quaſi veſtis ſaccinea, cum qua nulli licebat ingredi aulam Aſſueri. Heſter 4. Minus igitur cum tali timore licet ingredi aulam ſummi Dei. Quintus timor dicitur initialis, qui eſt cum aliqua charitate, licet nõ perfecta, de quo dicitur in Pſal. initium ſapientiæ timor Domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum. quaſi dicat, Timens Deum incipit guſtare ſaporem amoris eius. Inde Eccleſ. 1. ſcribitur, Initium ſapientiæ timor Domini. Et inf. plenitudo ſapientiæ timere Deum. Et inf. Radix ſapientiæ eſt timere Deum. quaſi velit innuere, vt inf. ſubdit, q̃ timor Domini expellit peccatũ, quo expulſo radicatur charitas & impletur, vel perficitur p̃ ſucceſſum. Hinc etiã Iſa. 26. ſcribit. A timore tuo domine. alia litera dicit, à facie tua domine concepimus, & quaſi parturiuimus & peperimus ſpiritum ſalutis. Magna quidem inter conceptionẽ & parturitionem atque fętus obductionem differentia eſt. cõcipitur. n. cum dulcore, parturiturq̃ cum dolore: nutritur autem fœtus cum amore. In deſtructione autem peccati oportet cõcipere, ſcilicet contritionem cum dolore, parturire. ſ. confeſſionẽ cum rubore, & nutrire. ſ. pœnitentiam cum feruore. ſ. charitatis. Et ſic ſpiritus ſalutis deducitur ad perfectum. Sextus timor. ſ. filialis, eſt cum perfecta charitate in hac vita: nam qui filialem timorem habet, timet offenſam patris cœleſtis, ſicut bonus filius timet offenſam patris terreſtris, etiam ſi ſciret ex illa offenſa, ſe mali nihil eſſe paſſurũ, vel etiam lucraturum, ne ſit amor mercenarius, ſed potius gratuitus, q̃q̃ naturalis inſtinctus filium in

263 patris dilectionem incitet & inuitet, † cum pater plus diligat filium q̃ ſeipſum, vt dicit gloſ. in l. iſti quidem. ff. quod met. ca. & Tullius in proœm. ſuę orationis de congratulatione ipſius ab exilio reuocati, quæ incipit, quod precatus a Ioue, dicit, q̃d dulcius hominum generi a natura datum eſt q̃ ſui cuique liberi. Mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter ingens eorum ingenium vita ſunt mea chariores. ad quod faciunt not. p̃ gloſ. 85. diſt. c. nõ ſatis, ſuper verbo, captiuitatis filiorum. & in c. cum dilectus. ext. quod met. ca. & in l. nam & ſi. ff. de inoffi. teſt. & in l. liberorũ. ff. de verb. ſign. & in l. ſcripto. ff. ſi tabulę teſt. nul. exta. & ff. de orig. iur. l. 2. §. initium. vbi dicitur, q̃ caſtitas filiæ, vitę patris

264 eſt præferenda. † Septimus timor. ſ. reuerentialis, ſi ſubtiliter indagetur, eſt propriè ille, quem etiam ſancti ſeruant in patria gloriosa, de quo Pſal. dicit, Timor Dñi ſanctus permanet in ſęculũ ſęculi. Et ideo Auguſt. hũc timorem caſtum vocat, & dicit ęternum. Ex quo Magiſter ſent. vbi ſup. dicit, q̃ hic timor faciet nos in patria reuereri Deum non timere ſeparari, vel carere. Dicit ẽt q̃ ſeruilis & initialis timor qñq; in ſcripturis ſanctis initiũ ſapiẽtiæ nuncupantur. Seruilis. n. ideo dr̃ initium ſapientiæ, quia præparat locum ſapientiæ & ducit ad ſapientiam, ſed tñ non remanet cum ea, immo foras exit. Initialis verò dr̃ initium ſapientiæ, quia eſt inchoata ſapientia, quem cum quis habere incipit ſapiẽtiam & charitatẽ incipit habere. Et exemplificat de timore ſeruili inducente in initialem, & de initiali in filialem, ſicut videmus per ſetam introduci linum, qñ aliqd ſuitur, ſeta prius intrat: ſed niſi exeat, non ſuccedit linum, ſic timor primo mentem occupat, non autem ibi remanet, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem, de quo etiam in Decretis, de pœn. diſt. 2. ſicut ſęta. & ibi per Archid. & in c. eum, qui. in glo. antepen. de præben. lib. 6. & 23. q. 6. §. fin. in glo. vlt. Hinc etiam dicitur, q̃ qui Deum timet, nec contra Euangelium, nec contra Apoſtolos, nec cõtra Prophetas, nec contra ſanctorũ patrum conſtitutiones facere tentat. 1. q. 3. qui omnipotẽtem. & de prædicta materia ſatis tractat

265 Thom. 2. 2. q. 19. † De dolore autem, q̃ etiam in ſapiente cadat contra Stoicos, ſatis patet in plurib. locis ſacrę ſcripturæ, q̃ maxime per argum. a minori, cum in deo tãquam in Deo dolor cadere non poſſit, & attamẽ quis Deo homine, ideſt Chriſto Ieſu ſapiẽtior eſſe poteſt, cum Deo dicat Apoſtolus. In quo ſunt oẽs theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei obſconditi, ad Coloſ. 2. & tñ de ipſo propriè ſumitur prophetaliter illud Gen. 6. Videns autẽ Deus, q̃ multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis humani intenta eſſet ad malum omni tempore pœnituit eum, q̃ hominem feciſſet in terra, & præcauens in futurũ, & factus dolore cordis intrinſecus, delebo inquit, hominẽ quẽ

266 creaui a facie terræ. † Et licèt cõmunis expoſitio ſit, q̃ illa verba intelligantur de Deo per comparationem ad hominem, vt ita dixerit Deus ſe facturum de homine, ſicut faceret verus pœnitens & cordialiter dolens, qui ſuum malum opus deſtruere niteretur: attamen glo. dicit ſuper illo verbo, Tactus dolore cordis intrinſecus, in hoc innuit ſacra ſcriptura ardẽtem amorem, quem habet Deus ad genus humanum. Vnde & Nic. de Lyra dicit ibidem, q̃ pœnitentia & dolor cęterę q̃; paſſiones nullo modo ſunt in Deo ſecundũm rem, ſed ſecundum modum. Et ideo dicitur pęnituiſſe, quia ad modum pœnitentis ſe habuit volens diſſipare quod prius fecerat. De Chriſto autẽ tanq̃ de Deo homine, quãtum ad aſſumptam humanitatem, ad literam verum eſt prophetaliter intellectum q̃ pœnituit. i. pęnam ſuſtinuit, nõ pro ſuo, ſed pro noſtro peccato, ſicut Iſa. dixit 53. cap. Ipſe autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt p̃p̃ ſcelera noſtra. Et ſupra dicit, & deſideraumus eũ deſpectum & nouiſſimum virorum virum dolorum & ſcientem infirmitatem. Et inf. verè languores noſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe portauit. De eo enim loquitur qui morti proximans aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedęi cępit cõtriſtari & męſtus eſſe dicẽs, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, Matt. 26. vbi Ilarius dicit, † Hæreticorum omnis hic ſenſus eſt, vt opinentur metum

267 mortis in Dei filium incidiſſe, quia aſſerunt non de ęternitate prolatum, nec de infinitate ęternę ſubſtantiæ extitiſſe, ſed ex nihilo per eum q̃ omnia creauit effectum, & ideo in eo doloris anſietas, ideo metus mortis, vt qui mortem timere potuit & mori poſſit. qui qui verò mori potuit, licèt in futurum erit, non tñ p̃ eum qui ſe genuit ex peccato fit ęternus. quod ſi per fidem capaces euangeliorum eſſent, ſcirent verbum in prin. Deum, & hoc in prin. apud Deum, & eandem ęternitatem eſſe gignẽtis & geniti. ſed ſi virtutem illam incorruptæ ſubſtantiæ imbecillitatis ſuæ ſorte aſſumptio carnis infecerit vt ſit ad dolorem infirma, ad mortem trepida & corruptioni ſubdita erit, ac ſic de ęternitate mutata in metum. hoc quod in ea eſt, poterit aliquãdo non eſſe.

Source : BIU Cujas

esse. Deus autem sine mensuram temporum semper est, & qualis est, talis eternus est. Mori igitur nihil in Deo potuit, nec ex se metus Deo vllus est. Hieronimus autem clarius explanans dixit, Nos autem ita dicimus hominem passibilem a Dei filio susceptum, vt diuinitas impassibilis permaneret. Passus est enim Dei filius non putatiuè, sed verè, secundum illud, quod pati poterat, scilicet secundum substantiam assumptam. Hinc etiam dicit Ambrosius super Lucam, Tristis autem est non ipse, sed anima non enim tristis est diuina sapientia, non diuina substantia, sed anima: Suscepit enim animam meam, suscepit corpus meum, scilicet per similitudinem naturæ. De hoc satis agitur in tertio Senten. distinctio. decimaquinta, capi. fina. Quis etiam dubitet Paulum raptum vsque ad tertium cœlum, nedum sapientem fuisse, sed etiam optimè sapientem, & tamen se dolere, & contristari fatetur sepius & testatur. Vnde ad Rom. nono dicit, Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi prohibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt co-
268 gnati mei secundum carnem. † Vbi dicit glos. Optabam ego ipse esse anathema, ideſt separatus à Christo ꝓ fratribus meis, ideſt si fieri posset, vellem ad horã vel in hac vita, vel post mortem separari a Christo, vt fratres mei crederent. Attende quod optabam, ait, non opto, quia scit talem, ideſt ita honestum membrum, nullo præcedente vitio non posse separari à Christo, tamen affectum & dilectionem circa illos ostendit, quomodo etiam ipse idem Apost. diceret secunda Corin. septimo, Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. & infra, ita vt magis gauderem, quoniam & si contristaui vos in epistola, non me pœnitet: & si pœniteret, vidēs quòd epistola illa & si ad horam contristauit vos, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati ad pœnitentiam estis. Contristati enim estis secundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Sęculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum cõtristari vos quantam in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timo-
269 rem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam. † Ecce quòd in his verbis septem animi motus, quasi septem affectiones Apost. indicauit, sicut & Ricar. de Sancto Vict. septem etiam numerat affectiones, quæ sunt spes videlicet, timor & gaudium, dolor, odium, amor & pudor. Et dicit quòd omnes isti affectus possunt esse ordinati & inordinati. cum sunt ordinati, sunt virtutes: cum autem sunt inordinati, tales affectus in vitium conuertuntur. Vnde & Auctor de spiritu & anima, capitu. tertio, dicit, Capilli hominis magis sunt numerabiles, quàm affectus & motus cordis illius. Affectus quadripartitus est: nam de concupiscibilitate oriuntur spes & gaudium, sed de irascibilitate timor & metus. Hi quatuor affectus omnium sunt vitiorum & virtutum quasi quędam prin-
270 cipia & communis materia, † affectus siquidem operi nomen imponit. & idem vigesimoprimo capitu. dicit, habet anima affectiones quibus exercetur ad virtutes. dolor nanque de peccatis, timor de supplicijs, desiderium de promissis, gaudium de præmijs, quædam exercitia sunt virtutis. omnis enim affectio ex cogitatione oritur. nunquam enim mens circa aliquid afficitur, nisi prius res ipsa per cogitationem videatur, vt dicit Riccard. prædictus super Psal. Laudate nomen Domi-
271 ni. vbi etiam dicit, † quòd septem donorum spiritus sancti quatuor pertinent ad intellectum, tria verò pertinent ad affectum. Ad intellectum autem pertinent, sapere & intelligere: discernere & scire: ad affectum verò confidere, diligere & timere. spiritus itaque sapientiæ & intellectus consilij & scientiæ congruit intellectui, spiritus verò fortitudinis, pietatis, & timoris Domini congruit affectui. Tres igitur hi spiritus, qui ad affectum pertinent, solent ex alijs ad intellectum pertinentibus exurgere. & dicit quòd spiritus sapientię spirat a meridie, spiritus intellectus spirat ab oriente, spiritus consilij ab Aquilone, spiritus scientiæ ab occidente. A quacunque enim plaga spiritus sufflet, spirat fortitudine quæ medium locum tenet habens hinc inde sibi suffragantes a dextris spiritum pietatis, a sinistris spiritum timoris. hos autem ventos producit Deus de thesauris suis. Hæc Riccard. in prædicto Psalmo. Circa hoc etiam dicit glos. ad Roma. tertio. Dedit Deus homini omnes affectus omnesq; motus, quibus ad virtutes vti posset, & progredi. Insuper etiam vim rationis inseruit, qua cognosceret quid deberet agere, vel cauere, his acceptis homo neglexit iter virtutis incedere, cui ex Deo nihil defuit. Ipse verò inuenitur defuisse his, quæ sibi a Deo data sunt. Patet igitur expresse Stoicos malè dixisse cum omnibus suis sequacibus, qui tristitiam vel dolorem in sapientem cadere recusarunt. Cum enim tristitia siue dolor virtus esse possit, vt patuit, ergo & in sapiente talis virtus assistitur. nam, vt August. dicit 9. de Ciuit.
272 Dei, † non est quærendum vtrum quis irascatur, sed quare irascatur: nec vtrum sit tristis, sed vnde sit tristis: nec vtrum timeat, sed quid timeat. Irasci enim peccanti, vt corrigatur, contristari pro afflicto, vt liberetur. Timere periclitanti ne pereat, nullus sanæ considerationis reprehendat. Sic etiam dici potest odire vitium, amare virtutem, pudere inhonesti, quis sanæ mentis arguerit. ergo, &c.

273 Ad tertium, † scilicet vnde procedit affectio. Respondeo secundum August. decimoquarto de Ciui. Dei, capit. sexto, affectiones bonas, vel malas a voluntate procedere, quamquam Tullius ex carne dixerit esse, & non bene. Dicit enim August. quòd etiam illis fatentibus non ex carne tantum afficitur anima, vt cupiat, metuat, lętetur, ęgrescat, verum etiam ex seipsa his potest motibus agitari. Interest autem qualis sit voluntas hominis: quia si peruersa est, peruersos habebit hos motus. si autem recta est, non solum inculpabiles, verum etiam laudabiles erunt. Voluntas est quippe in omnibus. Immo omnes nihil aliud quam voluntates sunt. Nam quid est cupiditas & lętitia, nisi voluntas in eorum consensione quæ volumus? Et quid est metus atque tristitia, nisi voluntas in dissentione ab his, quæ volumus? Sed cum consentimus appetendo ea, quæ volumus, cupiditas est. Cum autem dissentimus ab eo quod accidere nolumus, talis voluntas metus est. Cum autem dissentimus ab eo quod nolentibus accidit, talis voluntas tristitia est, & omnino pro varietate rerum quæ appetuntur, & quæ fugiuntur, sicut allicitur, vel offenditur voluntas hominis, ita in hos vel illos affectus mutatur & euertitur. Quapropter homo qui secundum Deum, non secundum hominem viuit, oportet vt sit amator
274 boni. Vnde fit consequens, vt malum oderit. † Et quoniam nemo natura, sed quisque vitio malus est, perfectum odium debet malis, qui secundum Deum viuit, vt nec propter vitium oderit hominem, nec amet vitium propter hominem, sed oderit vitium, amet hominem. Sanato enim vitio totum quod amare nihil autem quòd debeat odisse remanebit. nam cuius propositum est amare Deum, & non secundum hominem, sed secundum Deum amare proximum, sicut etiam seipsum, proculdubio propter hunc amorem dicitur voluntatis bonæ, quæ vsitatius in scripturis san-
275 ctis charitas appellatur. † Sed amor quoque secundum easdem sacras literas, dicitur. Et infra eod. lib. capitu. septimo dicit, Recta itaque voluntas est bonus amor, & voluntas peruersa, malus amor est: amor ergo malus est habere quod amatur & cupiditas est, idem autem habens eoque fruens lętitia est, fugiensque, quod ei aduersatur, timor est. Idque si acciderit sentiens, tristitia est, proinde mala sunt ista si malus amor est: bona, si bonus, & infra cod. lib. capitu. nono dicit ad confusionem Stoicorum dicētium sapientem tristem esse non posse, contra quos satis respondet in nono lib. de Ciuit. Dei, ostendens eos, non tam de rebus, quàm de verbis cupidiores esse contentionis, quàm veritatis subdit; Apud nos autem iuxta scripturas sacras sanamque doctrinam, ciues sanctæ ciuitatis Dei in huius vitæ peregrinatione secūdum Deum viuentes metuunt cupiuntque, dolent gaudentque. Et quia rectus est amor eorum istas omnes affectiones rectas habent, metuunt pœnam ęternam, cupiunt vitam ęternam, dolent vitę quam ipsi in semetipsis adhuc ingemiscunt adoptionem expectantes redemptionem corporis sui, vt dicit Apost. ad Rom. octauo, gaudent in spe, quia fiet sermo, qui scriptus est absorpta est mors in victoria, prima Corinth. decimoquinto. Item metuunt peccare, cupiunt perseuerare, dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. Vt enim metuant peccare audiunt, quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Matth. vigesimoquarto. Vt cupiant perseuerare audiunt quod scriptum est, Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Matth. vigesimoquarto. Vt doleant in peccatis, audiunt, si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, prima Ioan. primo. Vt gaudeant in operibus bonis audiunt, hilarem enim datorem diligit Deus, secunda Corinth. nono. siquis plura de affectionibus animi inuestigare desiderat, legat August. de prædictis prolixius differentem in nono & decimoquarto, de Ciuita. Dei, per totum, & in lib. de Spiritu, & anima, & in primo Sent. distinctio. octaua, & distinctio. decimaseptima, & in secundo Senten. distinct. vigesimaseptima, & distinctione quadragesima, & in tertio Sententiarum, distinctio. decimaseptima, & distinctio. vigesimanona.

276 Circa sextum, † quo dicitur, erroneam conscientiam causari ex pusillanimitate, cum quis timet non timenda secun-

Source : BIU Cujas

dum rectum iudicium rationis, iuxta quod dicit Pſalm. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Et Eccleſiaſtici ſeptimo, Noli eſſe puſillanimis in anima tua.

De puſillanimitate igitur tria quæruntur? Primo quæritur, quid eſt puſillanimitas. Secundò, vtrum puſillanimitas ſit peccatum. Tertio, Cui virtuti opponitur.

277 Ad primum reſpondetur, † quòd puſillanimitas idem eſt quod puſillus animus, vel puſilla animoſitas: nam puſillanimis, vel puſillanimus, quia vtroque modo dici poteſt, a magnis, & arduis ex animi paruitate ſe retrahit. Vnde ſicut per præſumptionem aliquis excedit proportionem ſuæ potentiæ, dum nititur ad maiora, quàm poſſit: ita etiam puſillanimis deficit a proportione ſuæ potentiæ, dum recuſat in illud tendere, quod eſt commenſuratum ſuæ potentiæ, & in hoc eſt culpa ratione defectus, ſicut in præſumptione eſt culpa ratione exceſſus. Vnde puſillanimitas eſt nimia ſui deiectio, ex qua humana mens ab inquiſitione ſe retrahens veritatis in erroneam conſcientiam labitur. Ex quo dicitur Prouerb. decimooctauo, pigrum deijcit timor. Et Eſaiæ trigeſimoprimo. dicite puſillanimes confortamini, & nolite timere. puſillanimitas ergo propter timorem inordinatum refugit labores, pœnalitates & rerum iacturam propter Deum. Timor enim humanus refugit incommoda pœnalitatum. Vnde talis propter timorem humanum quo nimis timet pelli ſuæ non audet ſuſtinere, opera pœnalia propter Deum, ſcilicet ieiunia, diſciplinas & huiuſmodi. Ex quo monet Apoſtolus, prima Theſſ. quinto, dicens: Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Et Pſalm. dicit Pſalm. quinquageſimoquarto. Expectabam eum, qui ſaluum me fecit a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. Et hæc de primo.

Ad ſecundum reſpondeo ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio centeſimatrigeſimatertia.

278 † Quòd puſillanimitas eſt peccatum. nam, vt dicit Philoſophus, quarto Ethic. qui dignificat ſe minoribus, quàm ſit dignus, puſillanimis eſt. Et ideo puſillanimitas, tanquam peccatum, eſt euitanda.

Vnde dicit Apoſtolus, ad Coloſ. tertio, Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant. Omne enim illud, quod contrariatur legi naturali tanquam naturali inclinationi, eſt peccatum: ineſt autem vnicuique rei naturalis inclinatio ad exequendam actionem commenſuratam ſuæ potentiæ, vt patet in omnibus rebus naturalibus, tam animatis quàm inanimatis. ergo ſicut præſumptio eſt peccatum, quia excedit ſupra menſuram ſuæ potentiæ: ita & puſillanimitas, quia deficit a menſura potentiæ ſuæ, peccatum eſt. Et inde eſt quòd ſeruus, qui acceptam pecuniam domini ſui fodit in terram, & eam abſcondit nec eſt operatus in ea propter quendam puſillanimitatis timorem, punitur a domino tanquam de peccato mortali. Dixit enim ille miſer, qui vnum talentum acceperat, Domine, ſcio quia homo durus es, & metis, vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timens abij & abſcondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum eſt. Reſpondens autem dominus eius, dixit ei, Serue male & piger, &c. Matth. vigeſimoquinto, vbi ſubditur, Omni enim habenti dabitur & abundabit. ei autem, qui non habet & quod videtur habere auferetur ab eo & inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores. ibi erit fletus & ſtridor dentium. Vbi dicit Beatus Gregor. Talentum quippe in terra abſcondere, eſt acceptum ingenium in terrenis actibus implicare. & Hieron. dicit, Vere enim hoc, quod ſcriptum eſt ad excuſandas excuſationes in peccatis, & huic ſeruo contingit, vt ad pigritiam & ad negligentiam ſuperbiæ quoque crimen accederet.

Qui enim debuit ſimpliciter inertiam confiteri & orare patremfam. econtrario calumniatur, & dicit, ſe prudenti feciſſe conſilio, ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de ſorte periclitaretur.

Sed quod putauerat ſe pro excuſatione dixiſſe, in culpam propriam vertitur, ergo per conſequens & in pœnam. Ioannes Chriſoſtomus dicit, Seruus autem malus non ſolũ damno punitur, ſed & intolerabili pœna, & cum pœna accuſabili denunciatione. Et Gregorius dicit, Et ſic per pœnam in tenebras exteriores cadit, qui per culpam ſuam ſponte in interiores tenebras decidit. Prædicta etiam ſententia Domini ſcribitur Lucæ decimonono.

Dicit etiam Thomas, quòd ex puſillanimitate poteſt quis aliquando peccare mortaliter, aliquando venialiter, ſecundum maiorem vel minorem deordinationem animi in retardationem boni quærendi, vel fiendi.

Et quantum ad propoſitum de erronea conſcientia in reſponſione ad tertium articulum dicit, quòd puſillanimitas aliquo modo oriri poteſt ex ſuperbia, dum ſcilicet aliquis nimis proprio ſenſu innititur, quo reputat ſe inſufficientem ad ea, reſpectu quorum ſufficientiam habet.

Vnde dicitur Prouerbiorum vigeſimoſexto. Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias. Et ſic patet, quòd talis pigri erat erronea conſcientia. Hæc de ſecundo.

279 Ad tertium reſpondeo, ſecundum Thom. vbi ſupra, † quòd puſillanimitas poteſt tripliciter conſiderari, vno modo ſecunſum ſe ipſam, & ſic manifeſtum eſt, quòd ſecundum propriã rationem opponitur magnanimitati, à qua differt ſecundum differentiam magnitudinis circa idem: nam ſicut magnanimus ex animi magnitudine tendit ad magna, ita puſillanimus ex animi paruitate ſe retrahit a magnis.

Secundo modo poteſt conſiderari ex parte ſuę cauſæ, quæ ex parte intellectus eſt ignorantia propriæ conditionis. Ex parte autem appetitus, eſt timor deficiendi in his, quæ falſo extimat excedere ſuam facultatem.

Tertio modo poteſt conſiderari quantum ad effectum, ꝙ eſt retrahere ſe a magnis.

Sed ſicut ſupradictum eſt, oppoſitio virtutis ad virtutem attenditur magis ſecundum propriam ſpeciem, quàm ſecũdum cauſam, vel officium. Et ideo puſillanimitas directè magnanimitati opponitur, quamquam ex parte cauſæ, quam habet in intellectu, videatur opponi prudentiæ, ex eo, quod Philoſoph. dicit in quarto Ethicorum, quòd puſillanimus ignorat ſeipſum: appeteret enim bona quibus dignus eſt, ſi ſe cognoſceret.

Sed certè talis ignorantia non procedit ex inſipientia, ſed magis ex pigritia, vt dicit idem Philoſophus.

Ex parte etiam effectus, qui eſt pigritia, videtur opponi ſollicitudini: nam, vt dicit idem Philoſophus, puſillanimi videntur pigri.

Ex parte etiam cauſæ, quia videtur ex inordinato timore procedere, videtur opponi fortitudini.

Sed attamen, vt dictum eſt, puſillanimitas directe magnanimitati opponitur. Nam puſillanimitas & magnanimitas differunt, ſecundum magnitudinem & paruitatem animi, vt ex ipſis nominibus apparet.

Sed magnum & paruum ſunt oppoſita, ergo puſillanimitas opponitur magnanimitati, ſecũdum propriam rationem. Et concludit Thomas in fine quæſtionis.

280 † Quòd puſillanimitas eſt grauius peccatum, ſecundum propriam ſpeciem, quàm præſumptio, quia per ipſam recedit homo a bonis, quod eſt peſſimum, vt dicitur in quarto Ethicorum.

Sed præſumptio dicitur eſſe nequiſſima ratione ſuperbiæ, ex qua procedit.

Inde dicitur Eccleſiaſtici trigeſimoſeptimo. O præſumptio nequiſſima, vnde creata es cooperire aridam malitiam & doloſitatem illius &c.

Circa hoc dicit Gregorius decimoquarto lib. Moralium, capite ſexto, quod pullanimus ex conſcientia & inordinato timore malorum peccatorum non præſumunt aggredi viam perfectionis, & in tribulationibus, & tentationibus non ſubſiſtunt.

Et ſeptimo Moralium, capite nono, dicit, quòd qui nimis ſunt pauidi, & timent præſentem pœnam, incurrent futuram.

Et Iſidorus decimo lib. Etimo. dicit, quòd pauidus eſt, quem mentis trepidatio vexat. habet enim cordis pulſationem.

Idem dicit Papi. nam pauire, idem eſt, quòd percutere, tondere, vel ferire. Inde pauitare, pauere, ſe ſimulare, & pauitans, titubans & pauor dictus, quia cędit cor, id eſt percutit. Et hæc de ſexta cautione ſufficiant.

281 Circa ſeptimum, † quo dicitur, erroneam conſcientiam cauſari ex perplexitate, qua homo ſe credit inter duo peccata poſitum eſſe, quorum alterum ſit impoſſibile declinare, cum tamen perplexitas ſimpliciter nihil ſit, quamquam poſſit aliquis ſecundum quid eſſe perplexus, ideſt ſecundum ſuam erroneam conſcientiam, qua depoſita erit a perplexitate ſua continuo liberatus, vt ſatis dixi ſupra in illa quæſtione, Vtrum erronea conſcientia peccatum excuſet. Et ideo de perplexitate plura quærere hic omitto, ne tędium afferam auditoribus ex prolixitate ſermonis, & etiam quia ibi ſufficienter habitum eſt de ipſa.

282 Circa octauum, † quo dicitur, erroneam conſcientiam cauſari ex humilitate. multi nanque ex puritate cordis & mentis humilitate culpas timent, vbi culpa non eſt.

Vnde Beatus Gregorius dicit, Bonarum quippe mentium eſt, etiam ibi culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt, quia ſępe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vnde etiam, cum

exurimus,

Source : BIU Cujas

exurimus, ſine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum eſt, vt exuriamus. quinta diſtinctio. ad eius. nam in genere poteſt quis dicere ſe eſſe peccatorem, quia nemo ſine crimine viuit. vigeſimaquinta diſtinctio. §. nunc autem. & recognoſcendo in ſe culpam eſſe, non peccat, dummodo hoc credat verum eſſe quod dicit, quadrageſima diſtinct. ante
283 omnia. ſecunda quæſtio. ſeptima, quamquam. † Sed ſpecialiter dicendo aliquod peccatum de ſe, cuius contrarium credit, mortaliter peccat. vigeſima ſecunda quæſtio. ſecunda, cum humilitatis cauſa. & ibi gloſ. not. referens Auguſt. dicentem, quòd in vno peccato multa poſſunt peccata nominari. Cum enim quis peccat mortaliter, committit homicidium, occidendo animam ſuam: committit furtum, quia ſe ſubtrahit Deo: committit adulterium, quia recedit a Deo & fornicatur cum diabolo: committit periurium, quia non ſeruat primam fidem promiſſam in baptiſmo, & ſic cum dicit, in omnibus vitijs, in quibus miſer homo labitur, comprehendit
284 Auguſt. genera ſingulorum, ſed non ſingula generum. † Tres enim ſunt modi peccandi, delectatione, conſenſu & opere. de pœniten. diſtinctio. prima, ſicut tribus. accedunt not. in capit. conſilium. §. cum autem quæſieris. extra de obſer. ieiun. vbi dicit Innocen. III. quia bonarum mentium eſt ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. ſimile in capitu. exiui. de verborum ſignificat. in clemen. & quinquageſima diſtinctione, quia te. vbi in ſententia idem dicit. & in dic. capitu. ad eius, eſt text. ad literam, cum alijs concord. Circa quod dicit Archid. in dic. capitu. ad eius, ſuper verbo, culpas agnoſcere, ideſt timere, & credere eſſe ibi, ſcilicet quando aliquas pœnas ſuſtinet. quaſi dicat, licet enim quis ſit iuſtus, debet timere tamen, ne aliquod peccatum mortale ſit in eo. Vnde Propheta, Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. Et infra dicit, Cum Deus pœnam alicui infligit, cognoſcere debet pro ſua culpa ſaltem preterita ſibi fieri. ad quod de pœniten. diſtinct. 3. prima conſultatio.

De humilitate igitur tria quæruntur vltra ea quæ ſupra tetigi de gradibus humilitatis in tertia cauſatione erroneę conſcientiæ, ſcilicet ex ſuperbia, in vltima quæſtio. videlicet cui virtuti opponitur ſuperbia. Primo ergo quæritur, quid eſt humilitas. Secundò, vtrum per humilitatem ſe debeat quis omnibus ſubijcere. Tertiò, vtrum humilitas ſit potiſſima virtus.

285 Ad primum reſpondeo, † quòd humilitas eſt ex intuitu propriæ conditionis voluntaria mentis inclinatio, vt dicit Hugo de ſancto Vict. & dicitur ab humo, vel limo aut terra: vnde humilis, idem eſt quod abiectus, ignotus, quaſi humo accliuis, ſecundum etimolog. vocabuli, & inde habetur humilio, as. refertur enim humilitas ad obedientiam. Vnde dicit gloſ. Matth. tertio, vera eſt humilitas, quam comes obedientia ſequitur. Et Grego. vigeſimoſexto Moral. dicit, ille verè humilis eſt, qui non defenſor eſt, cum in malis arguitur.
286 † & ſunt tres principales humilitatis gradus. primus eſt, ſubdere ſe maiori, & non ſe præferre ęquali, & hæc humilitas dicitur ſufficiens, & eſt neceſſaria cuilibet iuſto, ſine qua iuſtus eſſe non poteſt. Vnde dicit Gregor. Qui cæteras virtutes ſine humilitate congregat, tanquam qui puluerem in uentum portat. Secundus gradus eſt, ſubdere ſe ęquali, nec ſe præferre minori, & hæc dicitur abundans, Eccleſiaſtici ſeptimo. Humilia valde ſpiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. Tertius gradus eſt, ſubdere ſe minori, in quo gradu eſt omnis iuſtitia. Eccleſiaſtici tertio. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quia magna potentia Dei ſolius & ab hominibus honoratur. Inde dixit Dominus Ioan. Baptiſtæ, renuenti ipſum baptizare, ſine modo. ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam, Matth. tertio, vbi dicit gloſ. ponendo dictos tres gradus. hanc Chriſtus impleuit, ſcilicet cum ipſe Dominus ſeruo ſe ſubdidit. Et Nic. de Lyra dicit, quòd ibi accipitur iuſtitia pro humilitate, non prout eſt virtus ſpecialis, ſed prout
287 iuſtitia eſt virtus generalis. Inde dicitur, † quòd iuſtitia eſt omnis virtus includens ſub ſe omnem virtutem. Et ſciendum quòd humilitas principaliter duplex eſt. Vna bona, altera mala. Bona exaltat, mala deprimit. Quod Dominus Lucæ decimooctauo, patenter & compendioſè deſignat dicens, Omnis, qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humi-
288 liat, exaltabitur. Quod exponens Beda dicit, † quia ſimpliciter non ait, qui ſe exaltat humiliabitur, ſed cum additamento, omnis qui ſe, &cæt. Dicendum eſt, quia varijs modis homines in hoc ſęculo, & in futuro exaltantur, & humiliantur. Alij hic & in futuro exaltantur, ſicut Rex Dauid & Iob, & Ezechias, & Ioſias, & cæteri tales, qui glorioſi in hoc ſæculo fuerunt & glorioſiores ſunt in futuro. Alij hic & in futuro humiliantur, ſicut ſunt ſuperbi, pauperes, vel certè illi qui in hoc ſæculo de peccatis vindictam recipiunt, & in futuro ad pœnam tranſeunt ſempiternam, qualis fuit Hęrodes, Antiochus, Pilatus & Pharao, & multi tales, de quibus ſcriptum eſt, duplici contritione contere eos Domine Deus noſter. Nonnulli autem hic exaltantur, ſed in futuro humiliantur, ſicut ſunt ſuperbi diuites, qui iuxta ſcripturæ vocem ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt, Iob vigeſimoprimo. Alij autem hic humiliantur, ſed in futuro exaltantur, ſicut ſunt ſancti pauperes, & illi precipuè, qui propter Deum ſua omnia relinquentes ſemetipſos ſpontanea paupertate humiliant, vt in futuro mereantur a Domino exaltari, de quibus dicit Dominus Matth. quinto, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et prima Petri quinto, humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.

289 Bernar. etiam 34. Serm. ſuper Canticam dicit, † quanti humiliantur qui humiles non ſunt, alij cum rancore humiliantur, alij patienter, alij & libenter. primi rei ſunt & noxij, ſequentes innoxij, vltimi iuſti. Qui autem dicere poteſt, Bonum mihi, quia humiliaſti me, is verè humilis eſt. non poteſt hoc dicere qui inuitus tolerat, minus qui murmurat. Eſt autem humilis, qui humiliationem conuertit in humilitatem & ipſe eſt qui dicit Deo, Bonum mihi, quia humiliaſti me. Circa hanc ſcilicet humilitatem dicit Aſteſanus lib. ſecundo, titu. quinquageſimoprimo. Sciendum quòd humilitas, ſecundum quòd eſt virtus, dicit in ſui ratione quandam laudabilem deiectionem ad ima. hoc autem fit quandoque ſecundum ſigna exteriora tantum, & hæc eſt falſa humilitas, de qua dicit Auguſt. in quadam epiſtola, quòd eſt magna ſuperbia, de quo Eccleſiaſtici decimonono. eſt qui nequiter e humiliat & interiora eius plena ſunt dolo, & eſt iuſtus qui ſe nimium ſubmittit a multa humilitate, & eſt iuſtus qui inclinat faciem, & fingit ſe non videre quod ignoratum eſt. Quandoque autem fit ſecundum interiorem motum animæ, & hæc humilitas propriè ponitur virtus, quia virtus principaliter conſiſtit in eiectione mentis, vt patet primo Ethico. Reſpicit autem humilitas præcipuè ſubiectionem hominis ad Deum, ſecundum quam etiam alijs humiliando ſe ſubijcit: † vnde quilibet ho-
290 mo ſecundum illud, quod eſt ſuum, in eo ſe ſubijcere debet cuilibet proximo quantū ad illud, quod eſt Dei in ipſo: hominis enim eſt defectus, Dei autem eſt, quicquid in homine bonum eſt. Oſeæ 12. perditio tua Iſrael, ex me tantum auxilium tuum. poteſt tamen aliquis reputare aliquid boni eſſe in proximo quod ipſe non habet, vel aliquid in ſe eſſe defectuoſum quod in alio non eſt, ex quo poteſt ei ſe ſubijcere per humili-
291 tatem. † Sed nunquid eſt condemnandus, qui per humilitatem reputat ſe deteriorem aliquo, qui eſt manifeſtus peccator? Reſpondeo, iuſtus qui eſt verè humilis non reputat ſe deteriorem quo ad perpetrationem actus, qui ſit peior ex genere: non enim ad bonam pertinet mentem, ſed ad errantem, vt actum aliquem ſe commiſiſſe cognoſcat, quē non commiſit, ſed quia iuſtus timet, ne in his, quæ bene agere videtur per ſuperbiam grauius delinquat. Et ideo verbum Greg. dicentis,
292 Bonarum mentium &c. vt ſupra † agnoſcere, ſumitur pro timere, & ideo rectius dicitur reſolutiuè in dic. capitu. conſilium, extra de obſer. ieiun. Bonarum mentium eſt ibi timere culpam, &c. nam quo ad ſubſtantiam actus non eſſet bonæ mentis agnoſcere culpam, vbi non eſſet, quia eſſet error, ſed quo ad conditionem actus iuſtus timet, ne defectus aliquis in ſuo bono opere ſit commixtus. Et ſic dicitur Iob nono. Verebar omnia opera mea. Vnde ad bonam mentem pertinet, vt iſtam formidinem, quam corde tenet, lingua accuſet. Vel poteſt dici breuius, quòd loquitur Greg. de agnitione dubia, & non de aſſertoria, vt dicit Aſteſan. in quinto, num. decimooctauo, ſcilicet qualis debet eſſe confeſſio. §. Quinto debet eſſe vera. vbi dicit de Auguſt. qui ſe tantum accuſat in lib. cōfeſſ. vbi ex humilitate dicit, ſi quæras a me, vtrum iuſtus ſim. Reſpondeo quòd non. nam fateri ſe reum vel iniuſtum cōtingit dupliciter, quia aut prout iniuſtitia priuat ſimpliciter iuſtitiam, & ſic non debet quis fateri ſe iniuſtum, niſi habeat cōſcientiam peccati mortalis: aut prout priuat perfectionem iuſtitiæ, & ſic quilibet fateri ſe poteſt iniuſtum, ſecundum illud
393 Iſa. 53. † omnes iuſtitiæ noſtræ, quaſi pannus menſtruatæ. Et prima Ioan. primo. ſi dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, & ſic in genere loquitur, quia non iuſtificatur homo comparatus Deo. Iob quarto. Nunquid homo de comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir. ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem. Et Iob 25. nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut appare re mundus natus de muliere.

294 Ad ſecundum, quo quæritur, † vtrum per humilitatem debeat quis ſe omnibus ſubijcere? Reſpondeo, ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione ſexageſimaprima. In homine, vt ſupra dixi in parte præcedenti, duo poſſunt conſiderari, ſcilicet id, quod eſt Dei, & id quod eſt ho-

Source : BIU Cujas

minis. Dei autem eſt quicquid boni eſt ad ſalutem, & perfectionem pertinentis: hominis autem eſt quicquid pertinet ad defectum: humilitas autem eſt virtus animi, qua homo veriſſima ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit, vt dicit Bernard. in libro de duodecim gradibus humilitatis. & Io. And. refert in Clemen. prima. in glo. penult. ad fi. c. ſuper verbo, in humilitatis ſpiritu deſeruire, de relig. domibus, & ibi etiã tãgit, de ſupradictis tribus gradibus humilitatis, ad quod allegat vigeſimaſecunda diſtinctione, de Conſtantinopolitanæ. & de pœnit diſtinct. ſecunda, capit. primo, & §. hæc quæ de charitate. Humilitas enim propriè reſpicit reuerentiam, qua homo Deo ſubijcitur, qui excelſus Dominus, vt dicit Pſalm. humilia reſpicit & alta a longe cognoſcit. Vnde beata Virgo dicebat in Cantico ſuo, Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: Ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Lucæ primo. Diſcipuli enim ſumus humilis & mitis magiſtri dicentis Matth. vndecimo. Tollite iugum meũ ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Ad quod ſecunda quæſtione ſexta, qui ſcit ſe quibuſdam. Et ideo dicitur 100. diſtinct. contra morem eccleſiaſticum, circa fin. decorari pal-
295 lio forſan volumus moribus indecori, † dum nihil in epiſcopali ceruice ſplendidius fulget quèm humilitas. vbi dicit glo. ſicut nihil eſt ſplendidius in Principe quàm fides, C. de ſum. trin. epiſt. inter claras. Ad propoſitum igitur dicit Thom. vbi ſupra, quòd quilibet homo ſecundum id quod ſuum eſt, debet ſe cuilibet proximo ſubijcere, quantum ad id, quod eſt Dei in illo. ad quod accedit quod dicit Pet. ſua 1. Can. capitulo ſecundo, ſubiecti eſtote omni humanæ creaturę propter Deum. non autem hoc requirit humilitas, vt aliquis id quod eſt Dei, in ſeipſo ſubijciat ei, quod apparet eſſe Dei in altero. nam illi qui dona Dei participant, cognoſcunt ſe ea habere a Deo, iuxta illud Apoſt. prima. Cor. ſecundo. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum: ſpiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. quis enim ſcit hominum? Et infra, nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo data ſunt nobis. quæ & loquimur, non in doctis humanæ ſapientiæ ver-
296 bis, ſed in doctrina ſpiritus, † ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Et ideo abſque præiudicio humilitatis poſſunt dona, quæ ipſi acceperunt, præferre donis Dei, quæ alijs apparent collata, ſicut Apoſt. ad Ephe. tertio, dicit, ſi tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis, quoniam ſecundum reuelationem notum mihi factum eſt ſacramentum, ſicut ſupra ſcripſi in breui, prout poteſtis legentes intelligere prudentiam meam in miſterio Chriſti, quod alijs generationibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis, & Prophetis in ſpiritu eſſe gentes cohæredes, & concorporales & comparticipes promiſſionis in Chriſto. & ibi plura dicit ad propoſitum. Subdit Thom. ſimiliter etiam nec hoc requirit humilitas, vt aliquis id quod eſt ſuum in ſeipſo ſubijciat ei, quod eſt hominis in proximo: alioquin oporteret, vt quilibet reputaret ſe magis peccatorem quolibet alio, cum tamen Apoſtolus abſque præiudicio humilitatis dicat ad Gal. ſecundo. Aſcendi autem ſecundum reuelationem. Et infra, quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectioni, vt veritas Euangelij permaneat apud nos. Et infra: Mihi autem, qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt. Et infra Cum autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Et infra ſed cum vidiſſem, quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephę coram omnibus ſi tu Iudęus cum ſis, gentiliter vinis, & non iudaicè, quomodo gentes cogis iudaizare, nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores, ſcientes autem quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis. Subdit Thom. poteſt tñ aliquis reputare aliquid boni eſſe in ꝓximo, quod ipſe non habet, vel aliquid mali in ſe eſſe, quod non eſt in alio, ex quo ſe poteſt ei ſubijcere per humilitatem, & ſic Papa multoties humiliter loquitur Imperatori, ſexageſimotertia diſtinctio. nobis. decima diſtinctio. de capitulis. & nonageſimaſexta diſtinctio. ſi imperator. Exempla ſiquidem humilitatis & patientiæ magiſter omnium fidelium Chriſtus verbo docuit, & opere demonſtrauit. nonageſimatertia diſtinctio. Dominus noſter. adeo ſiquidem ſemetipſum humiliauit factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. ad Philip. ſecundo, & de conſecrat. diſtinctione ſecunda, timorem, vt amplius ſe humiliare impoſſibile iudicetur, cum ſummus Deus ad ima deſcenderit factus homo. nam, vt dictum eſt, humilis ab humo dicitur, ſecundum Iſid. decimo lib. Etymol. ad quod de pœn. diſtinctio. prima. §. econtra, in fi. & per Archid. vigeſimaſecunda, quæſtione ſecunda, cum humilitatis cauſa mentiris. Vnde humilitatis virtus de directo appropriatur Chriſto, vt dicit Archid. trigeſima diſtinctio. hæc ſcripſimus, ergo eius exemplo requiritur humilitas in magiſtris & prælatis, vt in capitu humilis, cum concordant. ibi allegatis, extra de maio. & obedien. non tamen debet ſuperior, vel
297 prælatus adeo ſe humiliare ſubditis, † vt dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, vt dicit Auguſt. in reg. & habetur octuageſimaſexta diſtinct. quando neceſſitas. & ibi gloſ. nam ſępe nimia familiaritas contemptum parit. ff. de officio præſid. l. obſeruandum. & ff. de offic. proconſ. l. nec quicquam. quod verum eſt inter fatuos, vt Azo exponebat.

298 Ad tertium, quo quæritur, † vtrum humilitas ſit potiſſima virtus. Reſpondetur ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. centeſimaſexageſimaptima, articu. quinto, quòd bonum humanæ virtutis in ordine rationis conſiſtit, qui quidem principaliter attenditur reſpectu finis. Vnde virtutes Theologicæ, quæ habent optimum finem pro obiecto, ſunt potiſſimæ, iuxta quod dicit Apoſtolus ad Coloſſen. tertio,
299 ſuper omnia autem hæc charitatem habete, † quod eſt vinculum perfectionis. Et prima Petri tertio. In fide autem omnes vnanimes. & infra: de ea, quæ in vobis eſt fide & ſpe. & prima Petri quarto. Ante omnia autem mutuam in vobismetipſis charitatem continuam habentes. Secundariò autem attenditur, prout ſecundum rationem finis ordinantur ea, quæ ſunt ad finem. Et hæc quidem ordinatio eſſentialiter conſiſtit in ipſa ratione ordinante, participatiuè autem in appetitu per rationem ordinato. Quam quidem ordinationem vniuerſaliter facit iuſtitia præſertim legalis. Et
300 ſic intelligitur, vt dicit Philoſoph. 5. Ethic. † quòd iuſtitia eſt omnis virtus, & præclariſſima virtutum, quia ordinatiuè concludit in ſe omnes virtutes. Et ideo dicitur Ezech. decimooctauo, Iuſtitia iuſti ſuper iuſtum erit. Et infra, hic iuſtus eſt, vita viuet, & non morietur, ait Dominus omnipotens. Ordinationi autem facit hominem bene ſubiectum humilitas in vniuerſali quantum ad omnia. Ex quo dicit Auguſti. in lib. de ver. Domini, cogitas magnam fabricam conſtituere celſitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis.
301 Ex quo videtur, † quòd humilitas ſit fundamentum omnium virtutum. Quælibet autem alia virtus bene diſponit hominem ordinationi quantum ad aliquam materiam ſpecialem. Et ideo præter virtutes Theologicas & virtutes intellectuales, quæ reſpiciunt ipſam rationem, & poſt iuſtitiam præſertim legalem potior cæteris eſt humilitas. Vnde Auguſtinus
302 dicit in lib. de vera relig. † Tota vita Chriſti in terris per hominem, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit: ſed Chriſtus præcipuè humilitatem ſuam imitandam docuit, Matth. vndecimo. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Hinc etiam Greg. dicit in Paſtorali, quòd in argumentum redemptionis noſtræ, Dei humilitas eſt inuenta. Hinc etiam dicit Auguſt. de ver. Dom. O medicinam omnibus conſulentem, omnia contumentia comprimentem, omnia tabeſcentia reficientem, omnia ſuperflua reſecantem, omnia deprauata corrigentem. Quæ ſuperbia ſanari poteſt, ſi humilitate filij Dei non ſanatur? Quæ auaritia ſanari poteſt, ſi paupertate filij Dei non ſanatur? Quæ iracundia ſanari poteſt, ſi patientia filij Dei non ſanatur? Et hæc ratio in epiſt. ad Cellantiam dicit, Nihil autem eſt, quod nos ita Deo & hominibus gratos faciat, quàm ſi vitæ merito non magni, ſed humilitate infimi ſumus. humilitatem ſequere non quæ oſtenditur, quæ ſimulatur geſtu corporis, aut ficta voce verborum, ſed quæ puro cordis affectu exprimitur. aliud eſt enim virtutem habere, aliud virtutis ſimilitudinem: multo illa deformior eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdam humilitatis ſignis latet. neſcio enim quomodo turpiora ſunt vitia, quàm cum virtutum ſpecie celantur. Et Bern. in quadam epiſt. dicit, Bona humiliatas, quæ & in præſenti ab huius mundi mordacibus curis mentem facit eſſe quietam, & a minantibus pœnis in futuro ſecuram reddit conſcientiam. Inde dixit Dominus Lucæ decimoquarto, & decimooctauo, Qui ſe humiliat, exaltabitur. nam ſicut contemnenti terrena promittuntur cęleſtia, iuxta illud Matthei ſexto. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terris. Et infra, Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlis. Et ſimiliter contemnentibus mundi gaudia promittuntur cęleſtes conſolationes, Matth. quinto, Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. & Pſalm. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua: venientes autem u. cum exultatione. Eodem modo humilitati promittitur ſpiritualis exaltatio, non quia ipſa ſola eam mercatur, ſed quia eius eſt proprium contemnere ſublimia terrenorum. Vnde Auguſt. dicit in lib. de pœniten. Ne putes eum, qui ſe humiliat, ſemper iacere, cum dictum ſit, exaltabitur. Et ne opineris eius exaltationes in oculis hominum per ſublimitatem fieri corporales, quaſi dicat, ſed potius ęternales. Inde dixit Dominus Matthę. vndecimo. Diſcite à me. & infra, & in-

uenietis

Source : BIU Cujas

nenietis requiem animabus vestris. Ecce mel humilitatis cum dulcedine mansuetudinis. Sicut enim mel concordat in confectionibus medicinæ cum omnibus diuersitatibus specierum, sic ex humilitatis dulcedine omnia virtutum genera saporantur, vt dicit Hugo. libro tertio, de claustro animæ. humilitas. n. in paupere grata est, in diuite glorioſa. Humilitas inter inimicos blanda est, superbia verò inter amicos ingrata. Blanda est & officioſa semper humilitas, in amicitijs grata, in contumelijs patiens, non extollitur prosperis, non mutatur aduersis, non extorquet seruitium, non requirit voces adulantium, nisi quia se laudatione nouit indignum. Per humilitatem siquidem membra Christi sciunt diaboli vicisse superbiam. per hanc fideles supra regna proficiunt, per hanc superbia tirannica superatur, per hanc in æternum martires coronantur, nec potest dici perfectus, qui hac fuerit virtute priuatus, vt dicit Cassiod. super Psal. 118. in illo versic. humiliatus sum vsquequaque Domine. Hinc Greg. 8. Moral. dicit, perit omne, quod agitur, si non in humilitate custoditur. Ioan. Cassianus in lib. de spiritu superbiæ dicit, Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura consurgere, nisi prius iactata fuerint in corde nostro verę humilitatis fundamenta, quæ firmissime collocata perfectionis, & charitatis culmen valeant sustinere. hæc enim excelsa virtus, quanto magis per se abijcitur, tanto magis per regem cœlorum erigitur, vnde bene sedet in paruis, & multo melius prædicatur in magnis. Ecclesiasti. 4. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quia magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. magnum quippe dedecus est seruuli, inde superbire, vnde Dominus se humiliat: humiliauit enim se Deus propter te, ergo non te pudeat humiliari propter se, immo etiam & propter te, & propter tuam vtilitatem. omnis enim qui se humiliat, exaltabitur, dixit Dominus Lucæ 14. & 18. Ipsa quippe humilitas virtutum mater est & magistra, ideo inquantum mater cæteras virtutes gĕnerat, & in quantum magistra instruit, & erudit. Hinc Christus Iesus in exemplum se dedit, & doctorem humilitatis dicens, Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et Apostolus de Domino dicit ad Philip. secundo, hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Et infra, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et infra, humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum. Quid ergo superbis, o homo, terra & cinis? Deus propter te humilis factus est, pudet te fortasse imitari humilem hominem? saltem imitare humilem Deum. Venit filius Dei in hominem, & humilis factus, præcipitur tibi vt sis humilis, non præcipitur, vt ex homine fias pecus. Ille Deus factus est homo, & tu cognosce quòd es homo. tota humilitas tua versetur in hoc, vt te cognoscas, & cum te magis cognoueris, magis eris humilis & magis tibi proderit quàm si cognosceres omnium herbarum vires, omnium lapidum virtutes & omnium siderum dispositiones & cursus. Immo magis tibi proderit quàm si haberes pulchritudinē Absalonis, fortitudinem Samsonis, philosophiam Platonis & Aristotelis, eloquentiam Ciceronis. &, vt ita dixerim, si sine humilitate haberes sapientiam Salomonis: potentiam Cæsaris, & Octauiani, ac diuitias totius mundi, nihil est enim, quòd nos Deo & hominibus ita gratos efficiat, sicut humilitas: nā quanto humilior est sublimitas, tāto sublimior est humilitas. Ideoq; sint humiles qui volunt esse sublimes, humilis est enim qui se ipsum apud se ipsum veraciter contemnit, humilior autem qui se contemni etiam ab alijs non refugit: sed humillimus est qui contemptum suum non solum contemnit, sed admodū concupiscit. Hinc Bern. de consid. ad Eug. libro secundo, circa med. pretiosissimus fundus, virtus est, bonis fundus humilitas, in quo omne ędificium spirituale constructum crescit in templum sanctum in Domino. per hanc nonnulli possidere etiam portas inimicorum. Qua enim virtutum ęquè poteris demonum omnem debellare superbiam, tyrannidem hominū? Cęterum cum omni indifferenter personæ hæc sit quædam turris fortitudinis a facie inimici, nescio quo pacto tamen vis eius maior in maioribus, & in clarioribus clarior comprobatur, nulla splendidior gĕma in omni præcipuè ornamento summi pontif. Quo enim celsior cæteris, eo humilitate apparet illustrior, & seipso. Et infra, Monstruosa res, gradus summus, & animus infimus: sedes prima, & vita ima, lingua magniloqua & manus otiosa, sermo multus & fructus nullus, vultus grauis & actus leuis, ingens authoritas & nutans stabilitas. Et idem Bern. Serm. 12. super Can. dicit, Magna & rara virtus profectò est, vt magna licèt operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. Mirabilem te apparere & contemptibilem te reputare. hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. fidelis re, vera famulus es, si de multa gloria Domini tui, etiam si non exeunte ex te, tamen transeunte parte, nil tuis manibus adhærere contingat, cum iuxta mandatum Domini, lux tua luceat coram hominibus ad glorificandum non te, sed patrem, qui in cœlis est, Matth. 5. & quia non quæ tua sunt quæris, sed quæ Iesu Christi, ideo dicetur tibi, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui, Matth. 25. Euge siquidem, interiectio lætantis est, gaudium insinuans post laborem eius, qui seruus bonus extitit erga Deum, quia nihil eorum, quæ sunt domini sui, appropriare sibi quæsiuit. Vnde Greg. dicit, Tunc fidelis seruus supra multa constituitur, quando deuicta omnis corruptionis molestia de ęternis gaudijs in illa cœlesti sede gloriatur. Tunc etiam ad Domini sui gaudium perfectè intromittitur, quando in ęterna illa patria assumptus atque Angelorum cętibus admixtus sic interius gaudet de munere, vt non sit quod exterius iam doleat de corruptione. Et Chrisost. dicit, per hoc enim verbum omnem beatitudinem ostendit. humiliamini ergo sub potenti manu Dei, vt nos exaltet in tempore visitationis prima Petri quinto. Et hæc de humilitate.

Ad septimum principale, quod per modum euidentiæ de sindęresi conscientiæ quærebatur flexibiliter condescendens, principaliter quæro de tribus, videlicet primò, quid est sindęresis, vtrum sit potentia, vel habitus. Secundo, vtrum sindęresis possit corrumpi, vel deprauari. Tertiò, vtrum sindęresis possit extingui.

303 Ad primum respondeo, † quòd sindęresis est superior pars rationis, quæ opponitur sensualitati, semper inclinatiuè excitans ad bonum, sicut sensualitas econuerso inclinat ad malum. Dicit enim Augustin. in libro de lib. arbit. In naturali iudicatorio, quod nos sindęresim dicimus, absunt quædam regulæ & lumina virtutum & vera & incommutabilia. Hinc & Thom. in
304 Quolib. in q. de sindęresi, dicit † quòd in anima humana est duplex forma. vna, per quam cum Angelis conuenit in quantum spiritus est, quæ est superior: alia, per quam corpus viuificat, sin quantū anima est, quæ est inferior. oportet ergo quòd sindęresis fundetur supra formam superiorem, & sic est superior ratio, vel superior pars rationis. quod tamen ad tale argu. postmodum respondendo subiungens declarat, quòd sindęresis nominat quid communiter se habēs ad superiorem & inferiorem rationem. in ipso enim habitu vniuersalium principiorum iuris continentur quædam, quæ pertinent ad rationes ęternas, vt hoc, quod est, Deo esse obediendum. Quædam verò quæ pertinent ad rationes inferiores, vtpote secundum rationem esse viuendum. Aliter autem sindęresis dicitur incommutabilibus intendere. Aliter ratio superior dicitur aliquid incommutabile propter incommutabilitatem naturæ, & sic diuina incommutabilia sunt. Et hoc modo ratio superior incommutabilibus intendit. Aliter dicitur aliquid incommutabile propter necessitatem veritatis, quamuis etiam sit circa res secundum naturam mutabiles, sicut ista veritas, omne totum est maius sua parte. Incommutabile est etiam incommutabilibus rebus, & hoc modo sindęresis incommutabilibus intendere dicitur. Catholicon tamen dicit simpliciter, quòd sindęresis est superior pars rationis, quæ ēt scientilla dicitur, vt dixi supra, cum egi
305 de conscientia. Pro declaratione autem, † vtrum sindęresis sit potentia, vel habitus, dicit Tho. circa hanc quæstionem diuersę sunt opiniones. quidam enim dicunt quòd sindęresis potentiam absolutè, nominat & aliam à ratione, ea superiorem. Alij verò dicunt potentiam quidem absolutè esse, sed eandem rationem secundum rē, consideratione tamen diuersam. Consideratur enim ratio vt ratio, idest in quantum ratiocinatur & confert, & sic nominatur vis naturalis, & non natura, idest inquantum naturaliter cognoscit aliquid. & sic dicitur sindęresis. Alij autem dicunt sindęresim nominare ipsam potentiam rationis cum aliquo habitu naturali. Quod autem hoc verius sit, sic videri potest, sicut dicit Dioni. 7. capit. de diuinis nominib.
306 † Diuina sapientia cōiungit finem primorum principijs secundorum, de quo dixi sup. in q. de conscientia. Et subdit Thom. sicut igitur animę humanę est quidam habitus naturalis, quem vocamus intellectum principiorum, ita in ipsa est quidam habitus naturalis primorum principiorum operabilium, quę sunt vniuersalia principia iuris naturalis. Qui quidem habitus ad sindęresim pertinet: hic autem habitus non in alia potentia existit, quàm in ratione, nisi forte ponamus intellectum esse potentiam a ratione distinctam, cuius contrarium supra dictum est. Restat igitur, vt hoc nomen sindęresis, vel nominet absolutè habitum naturalem similem alicui principiorum, vel nominet ipsam potentiam rationis cum tali habitu. Et qdcunq; horum fuerit, non multum differt, quia hoc non facit dubitationem, nisi circa nominis significationem. Quod autem ipsa potentia rationis, prout naturaliter cognoscit, sindęresis dicatur, absque omni dubio esse non potest, quia naturalis cognitio rationi conuenit secundum aliquem habitum naturalem, vt de intellectu principiorum patet. Circa idem Riccar. in secundo, distinctione trigesimanona, articulo tertio,

Source : BIU Cujas

307 quæſtione prima, dicit, † quòd ſindereſis in creatura rationali, & intellectuali eſt aliquid, quo naturaliter inclinatur ad bonum abſolutè, vel in generali, & ex conſequenti murmurat contra malum abſolutè & in generali. Duo autem ſunt in creatura rationali, per quorum quodlibet eſt talis inclinatio in ea. Vnum eſt, quo dictando affirmat bonum eſſe volen. tale enim dictamen inclinat ipſam ad volendum bonum, & hoc maius eſt quàm ſimplex boni oſtenſio. Aliud eſt illud, quo naturaliter determinatur ad volendum bonum. per illud enim quo determinatur res ad aliquem motum, inclinatur ad ipſum. Vnde ſicut graue per naturam ſuam determinatur ad motum deorſum, ita per eam inclinatur ad ipſum. primum autem inclinatiuum inclinat nō neceſſitando ad actum, ſed perſuadendo, vnde ſi voluntas non determinaretur ex natura ſua ad bonum volen. abſolutè per illud inclinatiuum non neceſſitaretur ad volen. bonum abſolutè. Secundum autē inclinatiuum inclinat neceſſitando, non neceſſitate coactionis, ſed naturalis determinationis ad volen. bonum abſolutè. Vnde ſi intellectus tantum nō proponeret bonum abſolutum ſimplici oſtenſione abſque hoc quòd affirmaret illud eſſe volen. adhuc creatura rationalis de neceſſitate non coactionis, ſed naturalis determinationis ad volen. bonum abſolutè. Vnde ſi intellectus tantummodo proponeret bonum abſolutum ſimplici oſtenſione abſque hoc quòd affirmaret illud eſſe volen. adhuc creatura rationalis de neceſſitate non coactionis, ſed naturali vellet bonum abſolutè, vel in generali. Ad hoc etiam ſufficit determinatio voluntatis ad bonum abſolutè cum inclinatione, quam in ea facit ipſum bonum vt apprehenſum, ſicut ad mouendum graue deorſum de neceſſitate ſufficit determinatio naturæ grauis ad talem motum cum adiutorio influentiæ loci, ad quem mouetur. Ex prædictis patet, quòd ſi dicatur ſindereſis inclinatiuum ad bonum abſolutè per modū perſuadentis, non neceſſitantis, ſic eſt in intellectu. Si autem dicatur inclinatiuum ad bonum abſolutè, vel in generali per modum neceſſitatis, ſic eſt in affectu, & ita concludit Ric. & bene. Scotus autem in prædicta diſtinctione, ſecundo Senten. ſic concludit, videlicet quòd ſi ſindereſis ponat aliquid habens actum elicitum ſemper tendentem in actum iuſtum, & reſiſtentem peccato, cum nihil tale ſit in voluntate, nec poteſt
308 ibi poni: † ergo eſt in intellectu, in quo non poteſt aliud poni quàm habitus principiorum, qui ſemper eſt rectus, quia ex ratione terminorum virtute luminis intellectus naturalis, ſtatim intellectus acquieſcit illi, & tunc quantum eſt ex parte intellectus liberum arbitrium actum natum concordat velle iſtis principijs, licet prout deficit reliqua cauſa participalis non libere velit, quia non eſt ibi aliqua cauſa neceſſitatis. & ſecundum hoc etiam conſcientia poteſt poni habitus proprius contrarius praticę ſecundum huius actum nata eſt conformari electio recta in agibilibus, & ita dicitur aſſimilare ad bonum, inquantum liberum arbitrium totum habet vnam cauſam participalem rectè diſpoſitam, & ſequeretur recta volitio & bona, niſi eſſet defectus alterius cauſæ participalis concurrentis reſpectu voluntatis. Dominus Bonauentura ſuper idem, vbi ſupra
309 dicit, † quòd circa diſtinctionem ſindereſis ab alijs viribus animæ, videlicet rationabili, iraſcibili & concupiſcibili, multiplex eſt opinio: ſicut & circa diſtinctiones aliarum virium animæ. Voluerunt enim aliqui dicere, & ex gloſ. Hierem. ſuper 1. Ezechielis colligere, quòd ſindereſis dicitur ſupremum ipſius animæ. Supremum autem ipſius animæ, eſt ſuperior portio rationis, qua anima ad Deum conuertitur, & illa ſuperior portio regit inferiorem portionem rationis & iraſcibilem, & concupiſcibilem. hæc autem ſuperior portio ſecundum quòd ad Deum conuertitur, ſemper eſt recta: obliquatur tamen ſecundum quòd deſcendit ad hæc inferiora. Et iſti dixerunt, † ꝙ
310 inter ſindereſim, & conſcientiam, & legem naturalem talis eſt differentia, ſcilicet quòd ſindereſis nominat ipſam potentiam, ſcilicet ſuperiorem portionem. Conſcientia verò nominat ipſius habitum, ſecundum quòd regit inferiorem portionem. lex verò naturalis nominat illud, ad quod conſcientia dirigit. hic autem modus dicendi ſatis videretur eſſe probabilis, niſi repugnaret illi gloſſæ prius habitæ, quæ vult, quòd ſindereſis alijs viribus peccantibus non ſe immiſcet, ſed ipſas errantes corrigit. Cum enim mortale peccatum non poſſet eſſe abſque actu ſuperioris portionis, quia in manducatione viri conſiſtit conſumatio peccati, ſi ſindereſis eſſet ſuperior portio rationis, vtiq; alijs peccantibus ſe immiſceret. Præterea ſuperior portio rationis dicit ordinationem ad Deum: actus & ſindereſis non tātum reſpicit Deum, ſed etiam proximum, ſecundum quòd lex naturalis reſpicit vtrunque. & ideo eſt alius modus dicendi, quòd cum potentiæ rationales dupliciter habeant moueri, ſcilicet intellectus & affectus, dupliciter inquam, ſcilicet per modum naturæ, & per modum deliberationis, quemadmodum libertas arbitrij conſiſtit in ratione, & voluntate, ſecundum quòd mouetur deliberatiue: ſic conſcientia & ſindereſis reſpiciunt rationem & voluntatem, inquantum mouentur per modum naturæ, tam ſindereſis, quàm conſcientia, quàm etiam lex naturæ ſemper ad bonum inclinant: ſed liberum arbitrium aliquando ad bonum, aliquando ad malum. Et ideo ſicut liberum arbitrium ſimul complectitur rationem, & voluntatem: ita & ſindereſis, & lex naturalis, & conſcientia ſimiliter, & pro eodem accipi poſſunt, appropriatè tamen ſindereſis dicit potentiam, & conſcientia habitum, & lex naturalis obiectum, ſiue alio modo appropriando, vt ſindereſis dicat habitum reſpectu boni, vel mali in generali. Conſcientia verò dicat habitum reſpectu boni, vel mali in particulari: lex verò naturalis indifferenter ſe habeat ad vtrunque. Sed quia, vt habitum eſt prius, conſcientiæ dicit habitum ſe tenentem ex parte intellectus, aut neceſſe erit ponere quòd ſindereſis ſe teneat ex parte affectus, & propterea eſt tertius modus dicendi videlicet, ꝙ quemadmodum ab ipſa cęcatione animæ intellectus habet lumen, quod eſt ſibi naturale iudicatorium dirigens ipſum intellectum in cognoſcendo, ſic affectus habet naturale quoddam pondus dirigens ipſum in appetendis. Appetenda autem ſunt in duplici genere commodi, ſicut & cognoſcibilia ſunt in duplici genere. quædam in genere ſpeculabilium, & quædam ex parte moralium. Et quemadmodum conſcientia non nominat illud iudicatorium, niſi in quantum dirigit ad opera moralia, ſic ſindereſis non nominat illud pondus voluntatis, ſiue voluntatem cum illo pondere, niſi inquantum illam habet inclinare ad bonum honeſtum. Et quemadmodum nomen conſcientiæ poteſt accipi pro potentia cum tali habitu, vel pro habitu talis potentiæ: ſic etiam ſindereſis, vſitatiori tamen modo loquendi ſindereſis nominat potentiam habitualem q̄ nominet habitum. Et quia illa potentia nunquam ſeparatur ab illo habitu, hinc eſt quòd habitus & potentia vno nomine comprehenduntur, & potentia illa vt ſit humilitata non eſt ſui habitus ſortita. Et ex hoc patet reſponſio ad q. qua quæritur, vtrum ſindereſis dicat quid affectiuum, vel cognitiuum.
311 † Dico enim quòd ſindereſis dicit illud quod ſtimulat ad bonum, & ideo ex parte affectionis ſe tenet. & ideo ſindereſis dicitur ſpiritus poſtulans pro nobis gemitibus inenarrabilibus, vt dicit gloſ Ezech primo, ad quod accedit authoritas Greg. ſuper Iob. 1. dicentis, quòd non tantum loquimur ad Deum cogitationibus, & exterioribus verbis, ſed etiam affectibus, & deſiderijs, & propterea dum ſindereſis continuè ſtimulando nos facit bonum deſiderare, dicitur gemitibus inenarrabilibus ad Deum interpellare. Et hæc de prima ſufficiant.

312 Ad ſecundum, quo quæritur, † vtrum ſindereſis poſſit corrumpi, vel deprauari. Reſpondeo ſecundum Riccar. vbi ſupra quòd ſiue accipiatur ſecundum quòd eſt in intellectu, ſiue ſecundum, quòd eſt in affectu, actus ſindereſis nunquam poteſt eſſe peccatum, nec ad peccatum inclinatio, ſed eſt inclinatio ad retrahendum nos a peccato. ſindereſis enim conſiderata ſecundum quòd eſt in intellectu, eſt aliquid, quo determinatur noſter intellectus ad dictandum bonum abſolutè eſſe volen. planum eſt autem, quòd hic actus non poteſt eſſe peccatum, nec ad peccatum inclinatio, nec poteſt habere actum repugnantem iſti actui, quia eadem natura non poteſt habere duos naturales actus ſibi adinuicem repugnantes. Sic etiam dicit Phi
313 loſoph. 2. Ethic. † Nullum natura exiſtentium aliter aſſueſcit. reſtat ergo quòd ſindereſis ſecūdum quòd eſt in intellectu nullum actum poteſt habere, quòd ſit peccatum, vel diſpoſitio ad peccatum. ſimiliter nec ſecundum quòd eſt in affectu. Sic etiam eſt illud quo formaliter voluntas determinatur naturaliter ad bonum abſolutè volendum. Talis autem actus nec eſt peccatum, nec diſpoſitio ad peccatum, nec poteſt habere actū iſti actui repugnantem, quia natura non aſſueſcit in contrariū, vt iam dictum eſt. Nullum ergo poteſt actum habere ſindereſis, qui ſit peccatum vel diſpoſitio ad peccatum, & hoc vult gloſ. ſuper illud Ezech. 1. Et facies aquilę, &c. quæ dicit quòd ſindereſis aliqui propriè Aquilæ deputant non ſe immiſcentem tribus, ſcilicet viribus animæ, ſed ipſa errantia corrigentem, vt ſupra dictum eſt. Nec obſtat, quod dicit gloſ. etiam Ezech. 1. ſuper illud, quatuor pennę, vni hanc ſcilicet ſindereſim præcipitari ſępe audemus, & ſuum locum amittere, cum quidam ſine pudore peccant, de quibus dicitur Ierem. ſecundo. frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. intelligi-
314 tur enim gloſ. prædicta, † dum dicit ſind. præcipitari, non quia actus eius aliquando ſit peccatum, ſed quia non ſemper voluntas deliberatiua mouetur ſecundum motum illius. vnde præcipitari dicitur propter præcipitium deliberatiuæ voluntatis, ſicut ille, qui ſedet in equo firmiter, nec vnquam de ſella mouetur, quantumcunque præcipitetur equus, præcipitari dicitur non propter præcipitium proprium, ſed propter præcipitium equi.

D. Bonauentura vbi ſupra, dicit referēdo opiniones per d. gl. Ezech. 1. quòd aliqui dixerunt, quòd ſuperior portio rationis habet dupliciter moueri, aut ſecundum quòd ad Deum conuertitur, &

Source : BIU Cujas

tur,& regitur, & dirigitur ſecũdum leges ęternas,& ſic in ea nõ habet eſſe peccatum: aut prout conuertitur ad inferiores vires, & ſic ab eis ſumit occaſionem deuiãdi, & poteſt per peccatum deprauari. & ponunt exemplum in peccato Arrij, qui errauit circa Trinitatem & vnitatem, & ita ſecundum ſuperiorem portionem rationis. ſed quoniam, ſicut dicunt Sancti & glo. manifeſta ſindereſis quantum eſt de ſe, ſemper habet ad bonum ſtimulare, & peccato remurmurare, quandiu ſumus inſtatu viæ. Ideo alij dixerũt aliter, videlicet quòd ſindereſis nominat ipſam voluntatem, ſecundum quòd habet naturaliter moueri. Et qm̃ peccatum non habet eſſe circa actũ volũtatis, vt natura eſt, vel vt mouetur naturaliter, ſed ſolũ vt mouetur deliberatiuè. hinc eſt, quòd ſindereſis per peccatum non habet deprauari. Quia tamen ipſa habet alias regere & dirigere & dominium regendi poteſt perdere, hinc eſt quòd contingit, eam per culpam præci-
315 pitari. † Præſidentia enim dominij a duobus pendet, videlicet a rectitudine præſidentis & ab obtemperantia famulantis. Et quamuis ſindereſis quantum eſt de ſe, ſemper ſit recta: quia tamen ratio & voluntas frequenter ei obuiant, ratio per erroris excęcationem, & voluntas per impietatis obſtinationem, hinc eſt quòd ſindereſis præcipitari dicitur pro eo q̃ effectus eius & præſidentia in vires alias deliberatiuas propter earum repugnãtiam repellitur & caſſatur. Et ponit exemplũ de milite, qui quãtum eſt de ſe, ſemper bene ſedet ſuper equum, equo tñ ruente præcipitari dicitur. ſic & in propoſito intelligendum eſt. hic aũt modus dicendi tanquam rationabilior a pluribus ſuſtinetur. Et ideo rationes, quæ ad hanc partem inducuntur, concedendæ ſunt. Thom. in quolib. circa hanc quæſt. ſic dicit videlicet, quòd natura in omnibus ſuis operibus bonum intendit, & conſeruationem eorum, quæ per operationem naturaę ſunt. Et ideo in omnibus naturæ operib. ſemper principia ſunt permanentia &
316 immutabilia & rectitudinem conſeruantia. † Principia. n. manere oportet, vt dicitur in 1. Phiſic. non enim poſſet eſſe aliqua firmitas, vel certitudo in his, quæ ſunt a principijs, niſi principia eſſent firmiter ſtabilita. Et inde eſt quòd omnia mutabilia reducuntur ad aliquod primum immobile. Inde eſt etiam q̃ omnis ſpecifica cognitio deriuatur ab aliqua certiſſima cognitione, circa quam error eſſe non poteſt, quæ eſt cognitio primorum principiorum vniuerſalium, ad quæ omnia alia cognita examinantur, & ex quibus omne verum approbatur & oẽ falſum reſpuitur. In quibus ſi aliquis error poſſet accidere, nulla certitudo in tota ſequenti cognitione inueniretur. Vnde & in operib. humanis ad hoc, q̃ ī eis aliqua rectitudo eſſe poſſit, oportet eſſe aliquod principium permanens, quod rectitudinem immutabilem habeat, ad quod omnia opera examinantur, ita q̃ illud principium permanẽs omni malo reſiſtat, & omni bono aſſentiat, & hoc eſt ſindereſis, cuius eſt remurmurare malo & inclinare ad bonum. Et ideo concedimus q̃ in ea non poſſit eſſe peccatum. Nec obſtat quod dicit Pſal. in verticem ipſius iniquitas
317 eius deſcendit. Vbi glo. dicit, † quòd vertex animæ eſt ſuperior pars eius. & Ierem. 2. dicitur, Filij quoq; Mempheos & Tapneos conſtupraverunt te vſque ad verticem. nam vertex animæ q̃q̃ ſit ſuprema pars eius, ſicut vertex corporis eſt ſuprema pars corporis, attamen ſecũdum diuerſas diſtinctiones partium animæ, vertex animæ diuerſimodè accipitur. diſtinguendo enim partẽ intellectiuam & ſenſitiuã, tota intellectiua pars vertex dici poteſt. Vlterius diſtinguendo rationem in naturale iudicatorium & rationis deliberationem, naturale iudicatorium dicitur eſſe vertex. Cum igitur anima dicitur vſque ad verticem conſtuprari, intelligitur ſecundum quòd vertex nominat ſuperiorem rationem, non autem prout nominat ſindereſim. Ex hæc de ſcda.

318 Ad tertium, quo quæritur, † vtrum ſindereſis poſſit extingui. Reſp. ſecundum Ric. in 2. diſtinct. 39. art. 3. queſt. tertia. Ad iſtam quæſt. dicunt aliqui, quòd ſindereſis duplex eſt actus, vnus naturalis inclinatio ad amorem boni, & deteſtationẽ mali: alius naturalis amor boni, & deteſtatio mali. Hæc autem dicunt differre, ſicut differunt naturalis inclinatio leuis ad motum ſurſum & grauius deorſum, & ipſe naturalis motus leuis ſurſum & grauis deorſum. Quamuis enim graue non moueatur deorſum aliquando propter aliquod prohibens, naturaliter tamen ad illum motum inclinatur, quod experitur homo rem grauem ſup ſe ſuſtinens. Illa autem inclinatio nec eſt virtus mouens, nec eſt ipſe motus. Vnde Auicen. 9. Methaph. cap. 2. loquens de inclinatione corporis ad naturalem motum dicit, quòd inclinatio illa aliud eſt quàm motus ſine dubio etiam aliud quàm virtus mouens. Dicunt ergo iſti, quòd quantum ad actum inclinandi, nullo modo poteſt extingui ſindereſis per peccatum, nec in viatoribus nec in damnatis, & quantum ad naturalem amorem boni, & naturalem deteſtationem mali, & ſi nõ poſſit totaliter extingui in viatoribus, tamẽ extincta eſt totaliter in damnatis. Sed contra hoc arguitur ſic, ſindereſis in damnatis remurmurat cõtra malum: ſed remurmurare contra malum eſt deteſtari malum, ergo in damnatis, ſindereſis deteſtatur malum. Item Sap. 5. de damnatis dicitur, Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe pę nitentiam agentes, & prę anguſtia ſpiritus gementes, & reliqua. Ergo videtur quòd deteſtantur malum, quamuis in relatione ad pœnam ad maiorem eorum afflictionem. Ex quo alij dicunt q̃ totaliter eſt extincta in damnatis, quantum ad actum naturaliter diligendi bonum, non tamen quantum ad actum remurmurandi contra malum. Sed contra hoc arguitur, quia odium reducitur ad amorem, nã amor boni ratio eſt oppoſiti mali, ergo damnati nullo modo naturaliter deteſtarentur malum, niſi naturaliter diligerent bonum oppoſitum. Ideo videtur mihi dicendum, quòd ſi ad horam poſſit eſſe ſindereſis abſque naturali cognitione & dilectione boni propter aliquod impedimẽtum ſuperueniens creaturæ rationali, ſicut aliquando ad tempus poteſt eſſe graue abſque hoc quòd actu deſcendat deorſum pp aliquod impedimentum, nunquam tamen poteſt auferri poſſibilitas exeundi in naturalem cognitionem, & dilectionem boni abſolutè dicti, ſiue boni in generali, cuius cognitio & amor nobis naturaliter inpreſſa, ſecundum quòd dicit Boet. de cõſolat. lib. 3. paulo poſt princ. impeditur autem in nobis ſindereſis ab actuali dilectione boni aliquando per corporis impedimentum. Et quamuis aliqui dicant, quòd in damnatis perpetuo impeditur illa poſſibilitas, ne reducatur ad actum propter pœnam & obſtinationem in malitia, non tamẽ mihi videtur hoc verũ, quia cum voluntas nihil poſſit velle, niſi ſub ratione boni, & damnati aliqua velint, ſequitur quòd eorum voluntas mouetur per aliquam rationem boni, quod non videretur verum, niſi in illis eſſet, vel interdum eſſe poſſet, naturalis cognitio, & amor boni abſolutè, ſiue in generali, cui videtur concordare Dioniſ.
319 de diuinis nominib. capit. 10. † dicens de dęmonibus, quòd bonum & optimũ concupiſcunt eſſe, viuere & intelligere exiſtentium appetentes. loco cuius dicit tranſlatio Abbatis, quòd in eo quod deſiderant eſſe, viuere & intelligere, quæ tria ſunt de numero exiſtentium, pulchrum & bonum deſiderant. & infra eo. cap. ſecundum eandem tranſlationem dicit quòd principium
320 & finis omnium malorum aliquo modo eſt bonum, † quia cõſideratione boni fiunt quæcunque fiunt, ſiue bona, ſiue contraria. Sequitur ergo ex prædictis, ſecundum Ric. quòd ſindereſis p peccatum non poteſt, quantum ad omnem ſui actum totaliter extingui: qa quamuis naturalis cognitio & dilectio boni diſponant ad virtutem politicam quantum eſt ex parte ſua, damnati tamen per talem cognitionem, & amorem nõ diſponuntur ad virtutem obſtinatione voluntatis in malitia hoc impediente, p quam non ſunt ſuſceptibiles talis diſpoſitionis. quia, vt dicit Philoſo. 2. de anima, Actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito. D. Bonauentura in 3. diſtinct. 39. art. ſecundo, quæſtione ſecũda, dicit quòd ſindereſis quantum ad actum impediri poteſt, ſed extingui omnino non poteſt, quia cum dicit quid naturale, nõ poteſt a nobis omnino auferri. Vnde gloſ. ſuper illud Lucæ 10. & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. dicit immortalitatẽ exuere, ſed rationis ſenſum omnino abolere non poſſe, quin hõ
321 poſſit ſapere Deum & cognoſcere, † nec vnquam vitium delet extrema naturæ veſtigia, quamuis autẽ actus eius omnino auferri, vel extingui non poſſit, † poteſt tamen ad tempus impediri, ſiue propter tenebram obcęcationis, ſiue propter laſciuiam delectationis, ſiue propter duritiam obſtinationis. Propter tenebram abcęcationis impeditur ſindereſis ne malo remurmuret pro eo quòd malum creditur eſſe bonum, ſicut eſt in hæreticis, qui morientes pro impietate erroris, credunt ſe mori pro pietate fidei, & ideo remorſum nõ ſentiunt, ſed magis quoddam gaudium ſiccum & vanum. Propter laſciuiam delectationis ſimiliter impeditur. aliquando enim in peccatis carnalibus ita abſorbetur homo ab actu carnis, vt remorſus locum non habeat, qa carnales homines tanto impetu delectationis feruntur, vt ratio tunc locum non habeat. Propter duritiam obſtinationis impeditur etiam ſindereſis, ne ad bonum ſtimulet, ſicut in damnatis, qui adeo ſunt in malo confirmati, vt nũquam poſſint ad bonum inclinari. Et ideo ſindereſis, quantum ad inſtigationem ad bonum ſempiternum habet impedimentum. Et propterea quãtum ad iſtum actum poteſt dici extincta, non tamẽ ſimpliciter, quia habet alium vſum, videlicet remurmurationis. Secundum enim illum vſum, ſecundum quem ſindereſis habet pungere & remurmurare contra malum, maximè vigebit in damnatis, & hoc dico, prout remurmuratio contra malum tenet rationẽ pœnæ, non prout tenet rationem iuſtitiæ, quia illa remurmuratio erit ad commendandum diuinam iuſtitiam, ſed non erit ad eliciendum fructuoſam pœnitentiam, vnde remurmurabit ſindereſis in damnatis contra culpam in relatione tamen ad pœnam. Et ſic patet, quòd ſindereſis quãtum ad actum impediri poteſt, nunquam tamen extingui poteſt vniuerſaliter quantum ad omnem actum & quantum ad omne tempus. Et hoc intendit gloſ. ſuper j. Ezech. facies aquilæ &c. dicit gloſ. ſcintilla conſcientiæ in Caim non extinguitur. & Aug. dicit, quòd vitium non delet ex-
323 trema naturæ veſtigia. Sic etiam de damnatis intelligitur illud Iſaiæ vlt. Vermis eorum non morietur, ideſt remorſus conſcientiæ. & ignis eorum non extinguetur, ſcilicet inordinata concu-
* piſcentia. quanquam etiam ad literam intelligatur de igne in-

Source : BIU Cujas

extinguibili infernali, de quibus ſatis dixi in tractatu de Inferno.

324 Circa prędicta dicit Thom. in Quolib. q. 3. de ſindereſi, † ꝙ ſindereſis extingui, poteſt intelligi dupliciter: primo modo, quantum ad ipſum lumen habituale, & ſic impoſſibile eſt quòd ſindereſis extinguatur, ſicut impoſſibile eſt ꝙ anima hominis priuetur lumine intellectus agentis, per quod principia prima in ſpeculatiuis & operatiuis nobis innoteſcunt. hoc enim lumen eſt de natura ipſius animæ, cum per hoc ſit intellectualis. de quo lumine dicitur in Pſal. 4. ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in domino. multi dicunt, quis oſtendit nobis bona. ad quod quaſi reſpondendo ſubiungit, ſignatum eſt ſuper nos lumne vultus tui Domine, dediſti letitiam in corde meo. Alio modo, quantum ad actum, & hoc dupliciter: vno modo, vt dicatur actus ſindereſis extingui, in quantum actus eius non intercipitur, & ſic contingit actum ſindereſis extingui in non habentibus vſum liberi arbitrij, nec aliquem vſum rationis, & hoc propter impedimentum proueniens ex leſione organorum corporalium, a quibus ratio noſtra accipere indiget. Alio modo per hoc quòd actus ſindereſis ad cõtrarium deflectitur, & ſic impoſſibile eſt in vniuerſali iudicium ſindereſis extingui: in particulari verò operabili extinguitur, quandocunque peccatur in eligẽdo. Vis enim concupiſcentiæ, vel alterius paſſionis ita rationem abſorbet, vt in eligẽdo ſindereſis vniuerſale iudicium ad particularẽ actum non applicet. Sed hoc non extinguit ſindereſim ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Vnde ſimpliciter loquendo, concedimus quòd ſindereſis nũquam extinguitur. Et hæc de ſindereſi. Ecce, vt opinor, aliquali mediocri ſufficientia declaraui, quæ per modum euidentialium incumbere poterunt ad elucidationẽ thematis prædicti.

SVMMARIVM.

1 *Opinionum variarum alterutram, an liceat ſequi.*
2 *Opiniones Magiſtrorum fouendæ.*
3 *Iuris auctoribus omnibus ęqua prærogatiua ſeruanda.*
4 *Ius condere parum eſt, niſi ſit qui ſeruari faciat.*
5 *Si de quominus videtur ineſſe &c.*
6 *Virginis Beatæ corpus, an in gloria aſſumptum, & Salomon an damnatus ſit.*
7 *Credendum nulli eſt, quantumlibet magno Doctori, niſi authoritate probet.*
8 *Ratione carens, extirpandum.*
9 *Ratio legem vincit.*
10 *Opinio improbabilis reſpuenda.*
11 *Iudex, quando poſſit ſuo ſenſu iudicare.*
12 *Iudices imperitos inſtituere valde periculoſum eſt.*
13 *Circunſtantiarum conſideratio.*
14 *Ius vbi ſcriptum non eſt, de ſimilib. ad ſimilia procedendum.*
15 *Agitur bene hoc ſolum, vt hominum vita corrigatur.*
16 *Contumacia creſcente, & pœna creſcere debet.*
17 *Opinioni potioribus rationibus fulcitæ fauendum.*
18 *Theologi inter lepram & lepram diſcernunt.*
19 *Peritis in arte credendum.*
20 *Varietas quando eſt inter opera ſanctorum Doctorum, quid tenendum.*
21 *Iura iuribus concordari poſſe tenus expedit veritati.*
22 *Doctor in opinione ſolus caueat ne ſæpius reprobetur.*
23 *Veritas opinionibus quorumcunque ſemper prævalet.*
24 *Dubitatio nulla, vbi caſus legis eſt.*
25 *Succumbens in re dubia ſi habet pro ſe Doctoris opinionem ab expenſis excuſatur.*
26 *Iudicans male, condemnatur.*
27 *Diſcipulo & filio contra Magiſtrum & patrem licitum eſt pro veritate certare.*
28 *Diſcordantes ad concordiam reducendi ſunt ſine veritatis præiudicio.*
29 *Scripturarum veritas ex præcedentib. & ſequentibus patet.*
30 *Mens potior quàm vox.*
31 *Scripturarum circunſtantiæ intellectum illuminant.*
32 *Sermo rei ſubiectus eſt, non ſermoni res.*
33 *Interpretatio certa non mutatur.*
34 *Certius eſt tenendum in ambiguis.*
35 *Inſtitutorum omnium rationem quærere non expedit.*
36 *Opinio communior in dubijs ſeruanda.*
37 *Opinio benignior, quæ ſit cenſenda.*
38 *Iuris diuini & humani tam Canonici, quàm ciuilis in matrimonijs cõtrahendis differentia.*
39 *Doctorum prærogatiua.*
40 *Artificum differentia.*
41 *Canones ſacrorum conciliorum, vel præſulum Romanorum auctoritatibus ſacrorum Doctorum prævalent.*
42 *Leges non dedignantur ſacros canones imitari.*
43 *Senſu ſuo abundare in rebus indifferentib. cuilibet licet.*
44 *Sententiam in mitiorem declinare in obſcuris tutius eſt.*
45 *Opinionum diuerſarum alterutram ſequens, an a culpa mortali excuſetur.*
46 *Probabilia dicuntur, quæ a pluribus ſapientib. comprobantur.*
47 *Sententiam ſuam, quamuis falſam, non pertinaciter, ſed cum intẽtione acquieſcendi veritati defendens, non eſt inter hæreticos deputandus.*
48 *Senſu ſuo quiſque abundat in quibus licet ſuo ſenſu abundare. nu. 110.*
49 *Senti de Auguſtino, quicquid libet ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.*
50 *Ignorans ignorabitur.*
51 *Ignorantia in pertinentibus ad fidem & bonos mores non excuſat.*
52 *Aſſenſus in reb. dubijs non eſt de facili præſtandus.*
53 *Opinionum diuerſarum in materia, plena diſtinctio.*
54 *Veritas ſemper honoranda.*
55 *Aduocati perfidi dicuntur non defendentes plena fide clientulos.*
56 *Veritatis cognitæ impugnatio eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, quod maximè hæreticorum eſt.*
57 *Veritatem animo deprauato defendens mortaliter peccat, ſicut qui furatur rem propriam putans alienam.*
58 *Alienum negans ſi poſſet auferret.*
59 *Animus magis quàm opus attenditur.*
60 *Iudicij Dei, & hominis differentia.*
61 *Verba interpretationi deſeruiunt.*
62 *Charitas & veritas animæ rationalis ſunt oculi.*
63 *Linguam rea mon facit, niſi rea mens.*
64 *Iudæus, vel ſaracenus veram fidem catholicam defendens peccat.*
65 *Veritas charitatem auget.*
66 *Supplicium pati pro veritate melius eſt, quàm pro adulatione ſuſcipere beneficium. & nu. 148.*
67 *Laicis de fide catholica diſputare ſub pœna excõmunicationis prohibetur, & quomodo de ea diſputare liceat. & nume. 68. eſtque magni periculi de ea diſputare. nume. 90.*
69 *Veritas ſæpius examinata magis ſplendeſcit in lucem.*
70 *Circunſtantiarum conſideratio veritatis dat notitiam.*
71 *Omnia cum conſilio.*
72 *Iudicantem cuncta rimari oportet.*
73 *Ambiguitas triplex, iuris, facti, & perſonæ.*
74 *Error communis ius facit, quomodo intelligitur.*
75 *Fama, quam multi famant, omnino non deprædatur.*
76 *Opinio maioris & ſanioris partis prævalet, & quid econuerſo, num. 84.*
77 *Iudicium eſt integrum, quod plurimorum ſententijs confirmatur.*
78 *Opinio maioris partis, ſed non ſanioris, non excuſat. & quid econtra. numero ſequen.*
80 *Veritas perfectiſſima per ampliores homines reuelatur.*
81 *Sapientia amicos Dei imbuit & in animas ſanctas ſe transfert.*
82 *Iudicium in re dubia licitum eſt de ſimilib. ad ſimilia.*
83 *Zeli ad zelum, meriti ad meritum, & numeri ad numerum comparatio.*
85 *Opinio leuis & incolorata non excuſat.*
86 *Iudicans ſecundum conſilium ſapientis à partibus electi, an excuſetur.*
87 *Opinio ſolius vnius, quomodo poſſit prævalere.*
88 *Sancti Dei ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt.*
89 *Apparitio Dei patribus per Angelos.*
91 *Opinio nuda, eſt reſpuenda.*
92 *Hæreticorum nomina.*
93 *Approbatum ſemel, iam reprobari non poteſt.*
94 *Morum conformitas, vel conſuetudo, quomodo excuſet.*
95 *Papa contra legem diuinam, vel naturalem, quomodo diſpenſare poſſit. & quid contra generalẽ eccleſiæ ſtatum & dignitatem, in bigamia, & cõtra apoſtoli auctoritatem num. 96. 97. 98. & 99.*
100 *Deus an poſſit in omnibus diſpenſare.*
101 *Ingenij & intellectus perſpicacitas, in quibus valere poteſt.*
102 *Veritas de fonte potius quàm de riuulis eſt haurienda.*
103 *Senſum nouum in lege, an liceat proponere.*
104 *Similia vel æqualia quæ dici debeant.*
105 *Dubiorum in iudicio declarandorum plena diſtinctio.*
106 *Veritas à quocunque dicta, ſemper amplectenda.*
107 *Peccandi mortaliter in periculo ſe ponens, an mortaliter peccet, ex contrarietate Doctorum.*
108 *Senſus verus & non extraneus, ex ſcripturis eſt aſſumendus.*
109 *Aduocatorum pertinacia.*
111 *Ferendus non eſt qui obeſſe vult, & non prodeſſe, dum valet.*
112 *Iudicio de temerario aliorum, an ſit curandum.*
113 *Iudicij peruerſio.*
114 *Opinionem erroneam ſequens, an teneatur ad reſtitutionem damnum paſſo ex eius ſententia.*
115 *Culpa, imperitia & negligentia æquiparantur.*
116 *Iudex male iudicans, qualiter punitur.*
117 *Medico quæ exigantur, & quæ iudici. & num. 118.*
119 *Iudicandi ab auctoritate, qui repellendi ſint.*
120 *Iudex an eſſe poſſit, illiteratus.*
121 *Surdus & alij ſimiles à iudicio repellendi.*
122 *Iniquorum à dictis arguitur.*
123 *Iudicare, quare non omnibus conueniat.*
124 *Iudicio excluſi defectu vitæ.*
125 *Suſpicio contra iudices.*
126 *Ætas iuuenilis ad iudicandum non idonea.*
127 *Iuriſdicium mulieribus, quare non conueniat, & prophetia ſic.*
128 *Iudicum triplex differentia.*

129 Po-

Source : BIU Cujas

129 *Potestatis ordinariæ differentia in pluribus subalternatis, an à lege diuina sumatur.*
130 *Pontifices summi 24. à Dauid constituti.*
131 *Principatus vnitas.*
132 *Iudicij sæcularis auctoritas, & spiritualis quo ad Papam episcopos & presbyteros. num. 133.*
134 *Potestatis sæcularis gradus.*
135 *Arbitrorum authoritas & delegatorum. nu. 136.*
137 *Authoritas spiritualis seculari præeminet.*
138 *Papa an possit ab aliquo iudicari.*
139 *Reprehensio Petro per Paulum facta.*
140 *Iudex an secundum propriam conscientiam iudicare possit. & an contra veritatem sibi notam secundum probata, licèt falsa. num. seq. & quid facere debeat. num. 156.*
142 *Suspicio præsumptio & coniectura ad certitudinis differentiam.*
143 *Iudex secundum suam præsumptionem iudicare debet.*
144 *Iudici nunquam licet cõtra veritatẽ certitudinaliter sibi notam iudicare.*
145 *Malum quod secundum se est, nullo modo faciendum.*
146 *Veritas omnia superat.*
147 *Veritatis contemptores Deum produnt.*
149 *Effectus miserior est quàm voluntas.*
150 *Vera omnia, vero consonant.*
151 *Causa magis in potestate iudicis est, quàm partis.*
152 *Mala omnia quis pati potius debet, quàm contra conscientiam agere.*
153 *Agens contra conscientiam, ad gehennam ædificat.*
154 *Faciens per alium, per seipsum facere videtur.*
155 *Causa causæ quicquid est, causa causati est.*
157 *Non posse, & non iustè posse, paria sunt.*
158 *Peccatum maius est ex genere quàm ex circunstantia.*
159 *Mori melius, quàm turpiter agere.*
160 *Malum minus est eligendum.*
161 *Absoluere nocentẽ, sanctius est, quàm innocentẽ condemnare. & nu. 174.*
162 *Anima cunctis rebus est pretiosior, ideoq; cunctis præponenda.*
163 *Princeps non habens superiorem est quasi Deus in terris, ideoq; quasi Deus iudicare debet de veritate sibi nota.*
164 *Iudex bonus est quilibet de veritate, quam bene cognouit.*
165 *Principis præsentia testium supplet defectum.*
166 *Iudex non semper iudicare debet secundum illam notitiam, quam accipit vt iudex.*
167 *Aduocatis quæ desunt, iudex suppleat.*
168 *Paritas in omni comparatione intelligi debet.*
169 *Iudicantes contra veritatem, sunt maledicti à Deo.*
170 *Iudex custos esse debet veritatis.*
171 *Excommunicati in multis casibus vitandi non sunt.*
172 *Innocentia semper est tuenda.*
173 *Veritas diligenter inquirenda.*
175 *Ordinem iuris nõ seruare, minus malũ est, quàm contra veritatẽ iudicare.*
176 *Veritas rerum erroribus gestorum non vitiatur.*
177 *Fides testium secundum veritatem attendenda, non secundum falsitatem.*
178 *Confessionem per sacramentalem quod scitur, non debet publicè cõdẽnari.*
179 *Participans in crimine criminoso in eandem sententiam incidit.*
180 *Iudicibus cauenda, & nu. 190.*
181 *Iudicum malè iudicantium pœna.*
182 *Iudicans contra conscientiam ad interesse tenetur.*
183. *Iudicare nullum debemus ante veram iustamq; probationem.*
184 *Sententia certa in re dubia non est danda.*
185 *Certitudo non est de certis.*
186 *Veritas sollicite & diligenter inquirenda.*
187 *Iudicium Dei, secundum veritatem.*
188 *Iudex an partis defectum supplere possit.*
189 *Iudicis sacerdotis conscientia triplex.*
191 *Iudex compulsus ad iudicandum contra conscientiam, quid faciet.*
192 *Iudicis arbitrio relaxatur, quanta sit fides testibus adhibenda.*
193 *Iudicis magna potestas in arbitrarijs.*
194 *Anima vna innumerabilibus corporibus præponderat.*
195 *Mala omnia potius quis pati debet, quàm malo consentire.*
196 *Deum diligere plus quilibet tenetur, quàm seipsum.*
197 *Iudex veritatis amicus, qualis esse debet.*
198 *Species Priami digna est imperio.*
199 *Speciositatis, pulchritudinis & formositatis discrimen.*
200 *Scandalum facilius nasci permittitur, quàm veritas relinquatur.*
201 *Veritas, triplex, bonæ scilicet vitæ, veræ doctrinæ, & iustitiæ.*
202 *Iustitiam colere, in rebus summum bonum est.*
203 *Scuto circundabit te veritas eius, & c. pulchra & breuis declaratio.*
204 *Tentationes leues, quæ.*
205 *Insontem & iniustum non occides.*
206 *Veritas colenda, ex sacra scriptura.*
207 *Iudicium, quasi iurisdicium.*
208 *Iudices dicuntur sacerdotes.*
209 *Causæ, iudicij & iustitiæ differentia.*
210 *Iuramentum licitum, vel illicitum.*
211 *Verbum verax præcedat te ante opera omnia.*
212 *Sapiens in sapientia sua non glorietur*

RESTAT nunc respondere ad principale quæsitum, ex quo de tribus dicebam esse quærendũ, videlicet primò, an liceat sequi alterã ex varijs opinionibus. Secundò, an sequens alterutrã excusetur à mortali culpa. Tertiò, an sequẽs teneatur ad restitutionem damnum passo?

1 Ad primum quæsitum arguitur primò, † q̃ liceat sequi alter-
2 utram ex varijs opinionib. sic deducẽdo, † Opiniones Magistrorum sunt fouendæ, vt dicit gl. in c. j. ext. de decim. Vnde Innocẽ. III. nõ reprobauit aliquam ex varijs opinionib. super matrimonio dissoluendo propter cõsanguinitatem, quæ allegabatur per mulierem contra virum, vt in cap. literas. ext. de restitu. spol. ibi, nos autem ad præsens nullã de prædictis sententijs reprobamus, nec cuiquam earum aliquod præiudicium ex nostra responsione volumus generari, sed sequens alterutram fouet aliquam, ergo facit rem licitam.

3 Secundo sic, † Omnibus iuris actoribus æqua prærogatiua seruanda est. C. de vet. iure enuc. l. j. §. his ita. & arg. 30. dist. sic omnis. & 20. dist. de libellis. in fi. sed non seruaretur æqua prærogatiua Doctorib. & Iurisperitis, si nõ liceret sequi alterutram ex varijs opinionibus. ergo vt seruetur, licet sequi: nam ius constare non
4 potest, nisi sit aliquis Iurisperitus, per quem ius possit in melius produci. ff. de orig. iu. l. 2. §. post originẽ. † parum est enim ius in ciuitate esse nisi sint, qui iura regere possint, vt ibid. & Inst. de iure natu. in fi. & in c. vbi periculum. §. præterea, de electi. lib. 6. & facit C. de iudic. l. nullus. & ff. de iure fisci. l. non intelligitur. §. diui fratres. & de statu regular. c. vno §. & quoniam, lib. 6. ergo, &c.

5 Tertiò sic, † si de quo minus videt inesse, & inest, ergo multo fortius de quo magis, vt in 2. Topic. Sed minus videtur licere sequi vnam ex uarijs opinionib. Doctorum in re pertinẽte ad bonum æternum, quàm ad bonum temporale, & tñ licet, ergo &c. Probatio minoris patet ex nota. Innocẽ. in c. ne innitaris, ext. de
6 consti. qui dicit, † q̃ si Sancti inter se diuersas opiniones habent, vt de corpore glorioso Virginis assumpto in gloria, vel de Salomone dãnato, licet cuiq; tenere qd̃ placet. ergo ppositũ firmũ.

7 Cõtra, † Nulli quantumlibet magno Doctori credẽdum est, nisi q̃ dicit, p̃ authenticam scripturã ostendat, quod asserit, vt dicit Archid. 11. q. 3. nolite timere, super verbo, in scripturis. ad qd̃ satis accedunt, quæ dixi supra de credulitate, versus finem. Pererubescibile est aliquid dicere, & per legem non probare, vt in l.
8 illud, & in l. illam, C. de collat. † quod ratione caret, extirpare necesse est. 68. dist. cor episcopi. ad quod ext. de censib. c. peruenit. Respond. opinio potest dupliciter considerari. nam aut est opinio probabilis, aut improbabilis. Opinio probabilis, est quæ lege scripta, vel sufficienti ratione probatur. & hãc opinionem licitum est sequi & tenere: nam deficiente lege, recurrimus ad rationem, quoniam & legem ratio commendat. j. dist. cõsuetudo.
9 † Ratio namq; vincit legem, vincit consuetudinem, æquiualet canoni, & præponitur exemplis, vt dicit glo. in c. vt quis duos. de elec. lib. 6. super verbo, rationi consonum ad quod 8. dist. frustra. & 9. dist. sana quippe. & in c. ex eo, quod. de elect. lib. 6. ibi, cum tã iuris, quàm rationis existat. vbi dicit gl. q̃ deficiente iure scripto, ratio allegari potest. allegat iura supradicta. Nã, vt dicit Isid. Etimolog. lib. 5. lex erit omne, quod ratione constiterit dũtaxat, q̃ religioni congruat, q̃ disciplinæ conueniat, q̃ saluti proficiat, vt in d. c. cõsuetudo. ad quod 19. dist. c. si, Romanorum. & 9. dist. ego
10 solis. & c. negare. cum similib. † Improbabilis autem opinio est, quæ aut reprobata est à iure, aut reprobãda, vt quia nec lege, nec ratione subsistit. & talis opinio nullatenus est sequenda, sed protinus extirpanda, vt in d. c. cor episcopi. periculũ est enim inniti suæ prudentiæ contra canonicas sanctiones. Inde dicit Salomõ prouerb. 3. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuę. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos, ne sis sapiens apud tenet ipsum. inde sumptũ est c. ne innitaris, extra de constit. vbi dicit tex prudentiæ tuę innititur, qui ea, quę sibi agenda, vel dicenda videntur, patrum decretis præponit. verba sunt Hieronimi. ad quod 8. q. j. fundum. & 3. q. 9. pura. & in c. j. ext. de constit. vbi dicit tex. nemo in actionibus, vel iudicijs suo sensu, sed eorũ, scilicet canonum auctorita-
11 te ducatur. vbi dicit gl. † Quandoq; enim suo sensu vti debet iudex in iudicando, propriè accepto vocabulo, ff. de arbit. l. qualẽ. & in Auth. de iureiur. quod præsta. ab his. circa princ. collat. 2. & in c. in præsentia, de renunc. duntamen secundum leges & iura pronuntiet, vt in Auth. de iud. §. quia verò, collat. 6. & in Auth. de defensorib. Ciuit. §. iusiurandum. collat. 3. & 3 q. 7. iudicet. & 20. dist. de libellis. & 37. dist. relatum. & Instit. de off. iud. in princ.
12 & C. de sent. & interloq. om. ind. l. nemo. † Valde igitur periculosum est instituere iudices imperitos. 19. q. 3. monasterijs. Semper enim consulendum & iudicandum est, secundum canones, qñ
13 reperiuntur expressi, † aliàs procedendum est æquitate seruata in humaniorem partem declinando, secundum q̃ personas, & causas, & loca & tempora videris postulare, iuxta no. in c. fi. in fi. extra de transact. nam iudex semper debet præ oculis æquitatem habere. ff. de eo, quod cer. loco. l. q̃ si Ephesi. in fin. quod intelligi debet, vbi lex scripta deficit, sicut dicitur de consuetudine, quæ

scr-

Source : BIU Cujas

14 ſeruatur, cum lex deficit. j. diſt. conſuetudo. † nam vbi ius ſcriptū non eſt, de ſimilib. ad ſimilia procedatur. ff. de leg. l. non poſſunt. & in c. in cauſis, ext. de re iudi. & in c. ſuper quodam. in fi. & in c. recolentes. de ſtatu reg. & in c. inter cæteras, de reſcrip. & in c. inter corporalia. de tranſl. prælato. accedunt not. in c. quærenti. de verb. ſignifi. vbi dicit tex. vt iudex diſcretus rerum & perſonarū ſubſtantijs indagatis ferat quam magis viderit ſententiam expedire. dicit gl. quia in pęnis imponendis dignitati deferendum eſt & perſonæ, vt in c. ſanè, & in c. paſtoralis, de offi. deleg. & arg. 50.
15 diſt. contumaces. † nam ſiue plectēdo, ſiue ignoſcendo, hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. 23. q. 5. prodeſt. & in c. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. in fi. ibi, ita videlicet, ꝙ alterutra pęna, quę magis timeri debeat, iudex à principio ſit contentus, ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc me-
16 ruerit proteruitas contumacis. dicit gl. † quia creſcente cōtumacia, creſcere debet & pęna. ff. de pœn. l. relegati. & ext. de cohab. cler. & mul. c. ſicut. Deficiente igitur lege, ac ſimilitudine legis,
17 ad opiniones Doctorum eſt recurrendum, † ex quibus illi fauēdum eſt, quæ potiorib. rationib. fulciatur, iuxta notata in ca. j. de decim. Opinio ſiquidem eſt dubia particularis arbitratio, quæ à Doctore alicuius ſcientiæ auctoritatem aſſumit. Si verò opiniones ſint contrariæ inter Theologos & Canoniſtas, vel Legiſtas, de rebus pertinentibus ad ſalutem & fidei veritatem, præferen-
18 da eſt opinio Theologorum, † quia melius ipſi norunt diſcerne re inter lepram & lepram, ſicut ſacerdotib. veteris teſtamēti inter lepram & lepram iudicium & diſcretio committebatur. Leuit. 13. Inde etiam Malach. 2. ſcribitur, Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam & legem requirēt ex ore eius, quia Angelus
19 Domini exercituum eſt. † Quibuſlibet itaq; in eorum arte peritis potius eſt credendum, quia omne artificium per continuum exercitium ſuſcipit incremētū, ff. de leg. 3. l. legatis ſeruis. §. ornatricibus. Theologi autem, cęteris paribus, magis vacāt ſtudio rerum ad æternam ſalutem pertinentium, & ad ea quę concernūt fidei veritatem ex frequentiori ſtudio ſacræ ſcripturæ, quàm legiſtæ, vel canoniſtæ. ergo veriſimile eſt, ꝙ circa prædicta melius ipſi nouerint veritatem & efficaciores rationes ſubtiliusq; ſcrutent, iuxta no. in c. cum Marthę. §. quæſiuiſti etiā, extra de celeb. miſſ. in c. verum inter opiniones. & in c. capellanus, ext. de fer. & in c. per uenerabilē, qui filij ſint legi. & in d. ca. de libellis. 20. diſt. ibi dum dicit, Leo IIII. nam ſi tale emerſerit, vel contigerit inuſitatum negociū ꝙ minime poſſit per iſtos. ſ. canones finiri, tunc illorum, quorū meminiſtis dicta Hieron. Aug. Iſidori, vel cæterorum ſimiliter ſanctorum Doctorum ſimilium, ſi reperta fuerint magnanimiter ſunt retinēda ac promulgan. vel ad apoſtolicam ſedem de talib. referatur. ſunt enim Doctores vacantes inferioribus & terrenis quaſi ſplendor firmamenti. Sed Doctores Theologi vacantes cęleſtibus, & ęternis fulgentes quaſi ſtellę in perpetuas æternitates, iux. id, quod ſcribitur Dan. 12. & in c. ſup
20 ſpecula. de magiſt. Hinc dicit Innoc. in d. c. ne innitaris. † Nota, ꝙ dictis ſanctorum Patrum, vel aliorum ab eccleſia receptorū ſtare licet. & qui dicit quod ipſi dicunt, non poteſt determinatè redargui, niſi ea diceret, quæ retractata ſunt, ſicut Aug. multa retractauit de dictis ſuis, vel niſi ſint per eccleſiam reprobata, vel correcta, ſicut patet reprobata opinio Hieronimi ſcribentis ad Oceanum, ꝙ monogamus ante baptiſmum nō prohibetur ordinari, vel etiam ſi vnam habuit ante baptiſmum & aliam poſt. Aduerſæ tamen ſententiæ fuit Aug. in epiſt. ad Titum, cuius auctoritas p̄ualet, & ab eccleſia cōfirmatur, opinione Hieronymi protinus refutata. 26. diſt. c. j. & 2. quod incipit, Acutius. & c. vna tamen. & 82. diſt. propoſuiſti. faciunt not. in c. maiores. §. illud verò. ext. de baptiſ. & eius effec. & in c. j. §. fi. de ſum. Trini. & fi. cath. in Clement. Aduertendum eſt etiam ꝙ multa Sanctorum dicta & aliorum Doctorum ſunt ab eccleſia declarata, cuius declarationi firmiter ſtandum eſt, ut in d. c maiores, & in c. cū expediat.
21 de elect. lib. 6. Iura namq; correcta ſuſtineri non debent: † quæ autem non ſunt correcta, etiam ſi varia uideant̄, ſtudendum eſt poſſetenus iura iuribus cōcordare, ut in d. ca. cum expediat, & in c. eccleſia veſtra. ext. de elect. & C. de inoff. teſta. l. ſi quando. facit quod not. in c. j. de præb. lib. 6. vbi dicit Clemens IIII. ſuſcepti regiminis cura nos ſollicitat, vt vtilitatib. ſubiectorum in illis præcipuè, per quæ animarum ſaluti conſulitur, nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorū innouatione ſollicitè prouidere
22 curemus. † Caueat ergo Doctor, ne ſit ſolus in opinione ſua, ne ſuæ prudentiæ videatur inniti. Patet enim ꝙ multæ & variæ Doctorum opiniones per Sextum, & Clementinas & nonnullas alias ſummorum Pontificum conſtitutiones extrauagātes, ſunt correctæ, & quàm plurimum emendatæ, ſicut patet in apparatu Ioan. Andreæ ſuper Sextum & Clemen. qui multoties meminit Doctorum differentias per cōſtitutiones Doctorum librorum frequentius reprobatas, ita ꝙ ſæpe vnius Doctoris opinio reprobatur & alterius approbatur, & ſępius econuerſo. Ex diuerſitate namq; opinionum ſurgit diuerſitas iudiciorū & per conſequēs offuſcatio veritatis, iuxta not. in c. ne Romani. de elect. in Clem. vbi etiam aliquorum opiniones reprobantur & aliquorum approbantur, vt ibi declarat Io. And. & ſequaces. nō eſt enim opinio cuiuſcunq; Doctoris præponenda veritati, cum aliàs de ve-
23 ritate conſtat. † Nam cum omnia præcedant, veritas ſemper regnat, vt dicit ille cōmendator veritatis 3. lib. Eſd. c. 4. Veritas magna eſt & fortior præ omnibus, omnis terra veritatem inuocat, cęlum etiam ipſam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt ea, & nō eſt cum eam quicquam iniquum. Iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua omnia illorum opera, & non eſt veritas in ipſis, etiam in ſua iniquitate peribunt, & veritas manet & inualeſcit in æternum, & viuit & obtinet in ſęcula ſęculorum: nec eſt apud eā accipere perſonas, nec differentias, ſed quæ iuſta ſunt facit omnibus iniuſtis & malignis & omnes benignantur in omnib. operib. eius, & nō eſt in iudicio eius iniquum, & fortitudo & regnū & poteſtas & maieſtas omnium ęuorum, benedictus Dominus Deus veritatis, & deſijt loquendo, & omnes populi claruerunt, magna eſt veritas & pręualet. Qui veritatem taliter commendauit Zorobabel vocabatur, qui interpretatur princeps trāſlationis. Hinc etiam colligitur, ꝙ vbi patet de veritate, non eſt amplius dubitandum. Inde dicitur, † vbi caſus legis, ibi nulla eſt dubitatio. C. de furt. l. ancillæ. C. de crim. ſacrileg. l. 2. & in ca. ex multa. de vo. & vo. redēp.
24 Vbi autem eſt dubium, recurrēdum eſt ad opiniones Doctorū, vt ſupra. Vnde Zenzel. Ant. de But. & Io. de Imo. in c. 2. de elect.
25 in Clem. dicunt, † ꝙ habens pro ſe opinionem Doctoris in aliquo caſu, ſi ſuccumbat, excuſatur ab expenſis, quia iuſtam fouet cauſam litigandi. ad quod ff. de leg. 2. l. qui ſolidū. §. etiā reſpub. & per Innoc. in ca. vt debitus. & in c. cum ſpeciali. ext. de app. Qđ Pet. intelligit, ſi paret iudici, qui vnā elegit, quaſi ex varijs opinionib. veriorem. faciunt not. in l. cum prolatis, ff. de re iud. & in d. c. ne innitaris, de conſtit. per Innoc. & ſequaces. Ratio prædictorū eſt, quia Doctor habet poteſtatem à iure interpretandi legē, vt in l. j. C. de legib. cum ibi not. & not. in c. j. de poſtul. prælato. per gl. & Doct. vnde Doctoris interpretatio, cum ſit probabilis, facit rem dubiam, vt in prædictis iuribus. accedūt not. 11. q. j. §. ex his.
26 Hæc vera, niſi opinio eſſet communiter reprobata, † nam tunc fatuus eſſet iudex, qui ſequeretur eam, nec excuſaretur in ſindicatu, ſi ex tali opinione feciſſet litem ſuam, cum per imprudentiam iudicaſſet, & in id condemnabitur, in quo læſit aliquem p ſuam imperitiam, & ſuſtinebit pęnam in quātum de ea re æquū arbitrabitur religio iudicantis, Inſti. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc. in princ. per tex. & glo. faciunt not. per Io. And. in c. j. de cōſtit. in nouel. Hinc dicebat Zenzel. † ꝙ ſi diſcipulus ſubtilior eſt
27 magiſtro, licet diſcipulo magiſtrum reprehendere. ff. de cōd. ob cau. l. dedi. §. ſi quis. vbi Celſus patrem arguit, & filij ſentētia verior eſt. nam vt dicit ibi gl. In his, quæ ad ius pertinent, non videt̄ fieri iniuria maiorib. ſi melius dī à minorib. C. de off. præfec. prouinc. l. potioris. faciunt not. in c. cum ex iniuncto. §. licet autem. ext. de hæreti. Aliud eſt. n. veritatem debito modo pferre alind animo detrahendi inſurgere in maiorē, vt colligi poteſt ex tex.
28 d. c. cum ex iniuncto. circa fi. † Debet tamen quilibet, nedum minor, ſed etiam par vel maior quantum eſt poſſibile, ad cōcordiā reducere diſcordantes, & opiniones quorumlibet, quantum veritas patitur, excuſare, ſicut Sabinus ſententiam ſui magiſtri Caſſij ſolenniter excuſauit, ff. de arbit. l. qualem. ver. & Sabinus quidā. Et ſimiliter Papa, qui maior eſt omnibus, diuerſas opiniones nititur excuſare in d. c. literas. de reſtit. ſpol. accedunt not. in l. ſi finita. §. illud quæritur. ff. de dam. infec. nam, vt declarat Auguſt. 12. Confeſ. nonnunquam ſub litera ſacræ ſcripturę eodem contextu, ſecundum literalem ſenſum diuerſa compræhenduntur, vt patet j. Paralip. 17. vbi ad literam, ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. intelligit̄ de Salomone. Et Apoſt. ad Heb. j. prædicta verba intelligit de Chriſto, cum ibi per adoptionem intelligat̄ de Salomone & Apoſt. per naturā intelligat de Chriſto, vt declarat Nic. de Lira in prologo Bibliæ. Ex quo ſimiliter inſtruimur, neceſſarium nobis eſſe, non ſolum attendere ad ver
29 ba exiſtentia, ſed etiam ad præcedentia & ſubſequentia. † Nam multoties ex præcedentibus ſequentia declarantur, & econuerſo. ff. de lega. 2. l. legatorum. §. qui plures. & in l. repræhendenda. C. de inſti. & ſubſti. & in l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur. & in l. hæredes palam. §. ſed ſi notam ff. de hæred. inſtit. & no. gl. 3. q. j. cōſtituimus. & 32. q. 7. apoſtolus. & 28. q. j. immundi. non igitur ſolummodo verba legis ſunt ponderanda, ſed legiſlatoris mens
30 & intentio ſubtilius intuēda, † quia potior eſt mēs dicēntis, q̄ vox. ff. de ſupel. leg. l. Labeo. & voluntas magis q̄ verba, inſpici debet. C. quæ res pig. oblig. poſſ. l. fi. Vnde & Aug. in li. 83. qq. q. 69. dicit,
31 † Solent circunſtantiæ ſcripturarum illuminare ſubſtantiā: quapropter in verbis Chriſti hęc regula diligenter notanda eſt, quia per eam ſæpe perpendimus, an verba Chriſti propriè dicta ſint, an figuratiuè. Propriè, vt cum dixit, hoc eſt corpus meum, Mat. 26. Mar. 14. Lucæ, 22. qui ſubiungit, ꝙ pro vobis tradetur, &c. Figuratiuè autem & ſimilitudinariè, cum dixit, ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt, Io. 15. Et ego ſum vitis, & vos palmites, ibidem. Simili etiam modo dicere poſſumus in legib. humanis, vt ſicut etiam in ſacra ſcriptura intelligimus veram ſentētiam vnius paſſus ſuppleri per literam alterius paſſus, reſpiciēdo ſemper legiſlatoris mentem: ita tam in diuinis, q̄ in humanis legib. atten-

Source : BIU Cujas

gib.attendatur. Vnde Ilarius dicit,intelligẽtia dictorum ex cau-
32 fis eſt aſſumenda dicendi, † quia non ſermoni res,ideſt intellectus,ſed rei eſt ſermo ſubiectus.ext.de verb.ſig.c. intelligentia.Et Greg.dicit, ſi prolixam epiſtolam meã ad interpretandum accipere te fortaſſe contigerit,rogo non verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu transferri, quia plerunq; dum proprietas verborũ attẽditur,ſenſus veritatis amittitur.ext. de verb.ſig.c. propterea. Aduertendum eſt igitur,ꝙ ſi Doctoris opinio probabilis ſit per legem Canonicam,vel ciuilem, aut per iuſtam conſuetudinem
33 approbatam,tali opinioni ſtandum eſt,† quia quæ certam interpretationem ſemper habuerunt,minimè ſunt mutanda, vt in l. minimè.ff.de legib.& in c.licet.cum ibi no. ext.de foro compet. ſi verò talis opinio non probatur lege,vel conſuetudine approbata,quantum poſſibile eſt, reducenda eſt ad concordiam cum ſanis opinionib.aliorũ Doctorum, vt in d.c.literas. de reſti. ſpo-
34 liat.† nam in ambigua voce legis ea potius accipienda eſt ſignificatio,quæ vitio caret, præſertim cũ etiam voluntas legis ex hoc
35 colligi poſſit,vt in l.ĩ ambigua,ff.de legib.† nec eſt neceſſe omnium, quæ inſtituta ſunt à maioribus rationẽ quærere,alioquin multa ex his,quæ certa ſunt ſubuerterentur,vt in l.non omniũ, & in l.& ideo,ff.de legib. Deficiente ergo lege ſcripta, ſiue quantum ad vim & poteſtatem legum volũtate ſeruata, vt in l.ſcire, & in l.benignius,ff.de legib.ſiue quantum ad ſimilitudinẽ, vt qa nec reperitur in lege ſimile, vt poſſit de ſimilibus ad ſimilia iudicari,vt in c.inter cęteras,ext.de reſcri. & C. de leg.l.j.& in c.inter
36 corporalia,de tranſlat. prælat.& in l.nõ poſſunt. ff.de leg. † tunc illa opinio,quæ cõmunior eſt,ſeruari debet,niſi per rationẽ, vel per rationes quibus reſponderi non poſſit,appareat non ſeruanda:nam tunc illa debet reputari communis opinio, quæ potioribus & plurib. ac validiorib.rationib. adiuuatur, arg.in l.fi.C.de edic.diui Adri.tol.ibi qui potiora ex legitimis modis iura oſten
37 derit. † aliàs autem illa opinio tenenda eſt cæteris paribus, quæ benignior eſt,vt in d.l.benignius.ff.de legib.Et dicitur benignior illa,quæ fauet iuramento, matrimonio,libertati, teſtamento,religioni,ſiue reo,iuxta no.in c.j.ext.de cog.ſpirit.& in c.fin.ext. de reiud faciunt ad prædicta no.per Io.And.in c.j.ad fi.de ſum. Trinit.& fide cathol.in nouella.

38 Ad primum argumentum reſpõdeo,† ꝙ opinioni Doctorũ fauendum eſt in quantum lege aliqua, diuina vel humana, aut naturali ratione ſubſiſtat.& hinc eſt,ꝙ Innoc. III.nullam reprobauit ex varijs ſententijs, vel opinionibus contentis in c.literas, de reſtit.ſpol. nam ibi interueniebat differentia ex prohibitione legis diuinæ,& ex prohibitione legis humanæ. Præterea, ſecundum legem humanã alia eſt prohibitio ex iure ciuili, alia ex iure canonico. nam ex iure diuino in linea tranſuerſali nõ prohibetur ꝓtrahi matrimoniũ,niſi inter germanos,vt inter natos ex eodẽ patre,vel ex eadem matre,vel ex vtroq; parente,vt collige tur Leuit. 18. ibi, turpitudinẽ ſororis tuæ ex patre,ſiue ex matre, quæ domi vel foris genita eſſe non reuelabis. Turpitudinem filiæ vxoris patris tui,quam peperit patri tuo,& eſt ſoror tua, non reuelabis.Et Leuit. 20.qui acceperit ſororem ſuam, filiam patris ſui,vel filiam matris ſuæ,& viderit turpitudinem eius, illaq; con 45
ſpexerit fratris ignominiam, nephariam rem operati ſunt, ambo occidentur in conſpectu populi. hoc ius diuinum imitatur ius ciuile in linea trãſuerſali:nam filius vnius germani poteſt cõtrahere matrimonium cum filia alterius germani, Inſti.de nup. §.inter eas.& C.de nup.l.nemini.& ff.de ritu nup. l. ſi neptem ex filio.De iure autem canonico,ſecus eſt, quia non poſſunt cõtrahere etiã ex linea tranſuerſali, niſi altera pars tranſcenderit quar 46
tum gradum, ſecundum computationem eccleſiæ, vt in c. non debet,& in c.fi.de conſang.& affinit.& idem eſt in affinitate, qđ in conſanguinitate,vt in c.ſuper eo,& in c.quod ſuper his,eo.tit. Imo plus eſt, quia citra quartum gradum incluſiue contrahẽtes 47
excommunicationem incurrũt ipſo facto,vt in c. eos qui.de cõſang.& affinit.in clement. Præterea in d. c.literas, vtraq; opinio fulciebatur auctoritate legali. nã q dicebant mulierem reſtituẽdam viro fulciebantur auctoritate decretalis Lucij Papę III.quę incipit, ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. Qui verò dicebant non reſtituendam, fundabanť ex decretali Clemẽtis III. quæ incipit intelleximus. & eſt c.j ext.de ord. cognit. Meritò ergo Inno. III. nolens decretales alicuius ex prædeceſſoribus reprobare,vtriuſ 48
que ſententiam ad concordiam nititur reuocare, per diſtinctionem petitorij & poſſeſſorij,& facta reſtitutione mulieris, interueniat ſecuritas de copula non reddenda, dum tenet cauſa petitorij, hoc eſt quouſq; diſcuſſio facta fuerit, an ſit conſanguinitatis vinculum inter eos.Et ſic non obſtat primum argumentũ.

39 Ad ſecundum arg.reſpõdeo,† ꝙ iuris actoribus ęqua pręrogatiua ſeruanda eſt,quando æquè ſentiunt omnes, vt patet in d. §. his itaq;.C. de vet.iu.enucle. vbi dicit tex. Iubemus igitur vobis,antiquorum prudentium,quibus authoritatem conſcribendarum interpretãdarumq; legum ſanctiſſimi Principes prębuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes & legere & elimare. & infra dicit,omnibus auctoribus iuris æquè dignitate pollentibus & nemini quædam prærogatiua ſeruanda, quia non omnes in omnia,ſed certi per certa,vel meliores vel deteriores inueniuntur. Sed neq; ex multitudine actorũ, qđ melius & ęquius eſt iudicatote, cum poſſit vnius forſitan & deterioris ſententia & multos & maiores in aliqua parte ſuperare.cõcordat in ſimili
40 ff.de ſolut.l.inter artifices. Nam patet expreſsè,† ꝙ differẽtia eſt inter artifices.concordat etiam l.potioris. C.de off.rect.prouin. Simili etiam modo reſpondetur ad c.de libellis.20. diſt.vbi Leo IIII. vult, † ꝙ iudicia terminentur ſecundum canones ſacrorũ
41 conciliorum,vel Romanorum præſulum,quibus deficientib.dicta ſanctorum Hieronymi,Aug.Iſidori,vel cęterorum ſimiliter ſanctorum Doctorum ſimiliũ,ſi reperta fuerint magnanimiter ſunt tenenda ac promulgãda vel ad apoſtolicam ſedem referatur de talibus.Simile 50.diſt.ſi ille.dicit enim gl.in d.c.de libellis. ſuper ver. tunc illos. ꝙ potius iudicandum ſit ſecundum illum, qui vtitur authoritate canonis, quàm ſecundum illum qui vtit auctoritate Hieronymi,vel Auguſtini.quod verum eſt,dicit gl. niſi Auguſt.iuuetur auctoritate veteris, uel noui teſtamenti uel alio canone. nam licèt conciliũ Aquiſgrani ſtatuerit ꝙ raptor non poſſet matrimonialiter iungi cum rapta.36.q.2. placuit. tñ Hieronymus contrarium dixit,& ei ſtatur.36.q.2. tria. adde ꝙ ẽt Imperator iubet ſacras & diuinas regulas præ ſuis legibus obſeruari, vt in Auth.vt cle.apud prop.epicop.in fi.collat.6.vbi dicit,
42 † Noſtræ leges non dedignantur ſequi ſacras & diuinas regulas. Vnde diuinę anthoritates in cauſis allegãtur tanquam leges ſcriptæ in corpore iuris,vt no.in Auth.vt iud.ſine quo.ſuſſ.§.cogitatio.in verbo,ſacrorum eloquiorũ.accedunt no.per D.Bal.de Peruſio in auth.ad hęc.C.de vſur.in j.q.& per prędicta reſpõſum eſt etiam ad alia iura allegata in præfato 1.art.& ſic non obſtat.

Ad tertium argum.reſpondeo, ꝙ theorica Innocentij in d. c.
43 ne innitaris, de conſtit. intelligitur, † ꝙ liceat tenere quod placet in re indifferentiæ & non pertinente neceſſario ad ſalutem tñ, nec determinata per canones eccleſiaſticos. quid enim mihi attinet pro neceſſitate ſalutis meæ ſi Salomon eſt damnatus, vel ſaluatus, dummodò ego ſeruem diuinas regulas eccleſiaſticoſq; canones ad ſalutem neceſſariò pertinẽtes. ſimiliter etiam neq; ſaluabor, neq; dãnabor neceſſariò, ſiue beata Virgo in glorificato corpore ſit aſſumpta,ſiue ſit aſſumenda,cum nec hoc ſit articulus fidei, neq; ſit aliquid attinens ad aliquem articulũ credendorum.in talibus ergo vnuſquiſq; ſuo ſenſu abundat, vt dicit Apoſtolus ad Ro. 14. poteſt igitur in talibus quiſq; ſequi quã probabiliorem ſententiam extimauerit, cum incerta ſit lex, iuxta not.per gloſ.in prima Conſtit.Cod.§.quibus.& per Bart.in l.
44 fin. C.de pę.iud.qui malè iud. † nam cum tanta eſt opinionũ varietas,vt non poſſit facilè diſcerni,quæ ſit verior,vel cõmunior, nec ſuper hoc reperiatur aliàs iudicatum,tutius eſt tenere,quod in mitiorem partem declinat, vt in c. in obſcuris, & in c.inſpicimus,& in c.in pęnis, de reg.iur.lib.6.

Ad argumenta poſteriora non expedit reſpondere,cum tendant ad cõcluſionem ſupra poſitam, vt patet in corpore qõnis. nam ad hoc vt opinio ſit tolerabilis,oportet aliqua lege, vel ſufficienti ratione ſubſiſtere, vt volunt argumenta prædicta, & ita concluſum eſt,ergo reſponſum,&c.

Ad ſecundum principale quæſitum,videlicet,† an ſequens alterutram excuſetur à mortali culpa? primò uidetur ꝙ ſic,nã qđ
45 à viro probabili dictum eſt ꝑ eligibili propoſitione tenetur, vt probat Philoſoph. j.Topic.poſt medium,dum dicit,erga propoſitiones quidem id eligendum eſt, quoties terminatum eſt in ꝑpoſitione,an oppoſitiones proponẽti omni aut plurium, aut ſapientum,& horum vel omnium vel plurimorũ, vel notiſſimo-
46 rum.& ſimile dicit.circa princip. eiuſdem libri,ibi, † probabilia autem ſunt quæ videntur aut pluribus aut omnibus, aut ſapientib.& his vel omnib.vel plurib. vel maximè notis vel præcipuis, & probabiliorib.ſed Aug ponit & refertur in Decretis 24.q.3.dixit Dominus. † ꝙ qui ſententiam ſuam q̃uis falſam atq; pertinaci animoſitate defendunt, præſerim quam nõ audacia ſuæ præſumptionis pepererunt,ſed à ſeductis & in errorem lapſis parentib.acceperint quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem,corrigi parati eum inuenerint, nequaquã ſunt inter hæreticos deputandi. ergo ex p̃dictis Aug.uidetur ſentire, ꝙ ſequens erroneam opinionem putans ueram,& paratus corrigi cum uera monſtratur, non peccet. Secundo uidetur idem per
47 auctoritatem Apoſtoli dicentis ad Rom.14. † unuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat. ergo ſequens opinionem probabilioribus rationibus ſuo ſenſu ſuffultam uidetur non peccare. Tertiò ſic idem probatur ex uerbis eiuſdem Aug. ſcribentis ad Secũdinum Ma-
49 nichæum, & refertur 11.q.3. † ſenti de Aug. quicquid libet ſolame in oculis Dei conſcientia non accuſet.hanc ſententiam ſatis confirmant uerba Ioãnis,ſua j.Can.3.c. dicẽtis, Chariſſimi ſi cor noſtrum non reprehendit,nos fiduciam habemus ad Deum, & quodcũq; petierimus, accipiemus ab eo.ergo ex prædictis uideť ꝙ ſequens erroneam opinionem, quam ſecundum ſuam conſciẽtiam putat ueram excuſetur à peccato mortali.Contrarium dicit Apoſt. 1. Cor.14.ſi quis uidetur Propheta eſſe, aut ſpiritalis
50 cognoſcat quæ ſcribo uobis, quia Domini ſunt mandata. † ſi qs autem ignorat ignorabiť,ideſt à Deo in futuro reprobabitur. dicit gl.Reſpondeo, ſecundum Thom. in quadam q.de quolibet,

dicendum

Source : BIU Cujas

dicẽdum ꝙ diuerſę opiniones Doctorum ſacrę ſcripturę, ſi qui dem nõ pertineant ad fidem & bonos mores, abſq; periculo auditores vtramq; opinionem ſequi poſſunt. hic enim habet locũ quod dicit Apoſt. ad Rom. 14. vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat.

51 † In his verò, quæ pertinent ad fidem & bonos mores, nullus excuſatur, ſi ſequatur erroneam opinionẽ alicuius magiſtri. In talibus enim ignorantia non excuſat, alioquin immunes à peccato fuiſſent qui ſequuti ſunt opinionem Arrij, Neſtorij & aliorũ Hęreſiarcharum. nec poſſunt excuſationẽ habere propter ſimplicitatem, qui in talib. ſequuntur erroneam opinionem. † In re

52 bus enim dubijs non eſt de facili præſtandus aſſenſus: ſed vt dicit Auguſt. lib. 3. de Doct. Chriſtiana, conſulere debet quis regulam fidei, quã de ſcripturarum planioribus locis & eccleſiæ authoritate percepit. Qui ergo aſſentit opinioni alicuius magiſtri contra manifeſtę ſcripturæ teſtimonium, ſiue contra illud ꝙ publicè tenetur ſecundum eccleſiæ authoritatem, nõ poteſt ab erroris vitio excuſari. Retenta ſententia Thomę, mihi tanquàm rudioris ingenij, quo ad noſtrum propoſitum dicendũ videtur, hanc materiam tritius minutandam ſine præiudicio veritatis.

53 † nam ſequi alterutram opinionem ex varijs, diuerſimodè contingere poteſt. aut. n. ſequitur quis & tenet vnam opinionẽ tanquam veram, cum ſit realiter vera, & ex propoſito ſciẽter illam pro vera defenſat, & tunc certum eſt, ꝙ non peccat, imò meretur tanquam veritatis amicus, iuxta illud Eſaiæ 33. Qui ambulat in iuſtitijs & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calũnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas, ne audiat ſang. & claudit oculos ſuos, ne videat malũ, iſte in excelſis habitabit. ſimile Pſal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut qs requieſcet in mõte ſancto tuo? Qui egredit ſine macula & operatur iuſtitiam, qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum. Aut tenet quis alterutram opinionẽ ſciens falſam, quã tamẽ veram nititur demõſtrare ſuis ſophiſticationibus & fallacijs, & tunc in cauſis iudiciarijs, nulli dubium, ꝙ mortaliter peccat, nedum ex contumelia veritatis, ſed etiam ex proximi lęſio-

54 ne. Prouerb. 28. † Qui cognoſcit in iudicio faciem, non facit bene, iſte & pro bucella panis deſerit veritatem. & Apoſt. ad Rom. j. dicit, Reuelatur enim ira Dei de cęlo ſuper omnem impietatẽ & iniuſtitiam hominum eorũ, qui veritatẽ Dei in iniuſtitiã detinent, & loquitur de Philoſophis, ſecũdum omnes catholicos gloſſatores. & infra dicit, qui cõmutauerunt veritatẽ Dei in mẽdacium. & infra, qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intelexerunt, qñ qui talia agunt, digni ſunt morte, nõ ſolum, qui faciunt ea, ſed etiam qui cõſentiun facientib. Attende iudex, attẽde Aduocate, Aſſeſſor, Conſultor, vel procurator: quia & vobis etiam prędicta conueniũt. Vnde ſcribitur Sap. 6. Audite ergo reges & intelligite, diſcite iudices finium terrę, præbete aures vos, qui cõtinetis multitudinem, & placetis vobis in turbis nationũ, quoniã data eſt à Deo poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra & cogitationes ſcrutabitur, qñ cũ eſſe tis miniſtri regni illius, nõ rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitię, nec ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimũ his, qui præſunt, ſiet. Irreligioſum prorſus & execrabile iudicamus, dixit Gelaſius Papa, ſi quiſquam deſtitutos, vel extraneos in ſui tuitione ſuſceptos non oĩ fide & tota animi ſui educauerit ſanctitate. 87.

55 diſt. irreligioſum. vbi dicit gl. quod dicit, omni fide, † eſt arg. cõtra perfidos Aduocatos, qui plena fide clientulos nõ defendũt. Præfato itaq; caſu, cum quis videlicet ſciẽter falſam opinionem tanquam veram nititur defenſare, pro qua ſuſtinenda verã impugnat, peccatum in Spiritum ſanctum incurritur euidenter.

56 † Vna enim ex ſex ſpeciebus peccati in Spiritum ſanctũ eſt, impugnatio agnitæ veritatis, vt patet in 2. ſen. diſt. 43. & ibi ꝑ Theologos. & tali crimine ſunt irretiti omnes hæretici ſacræ ſcripturæ ſenſum erraticè peruertentes. Vnde Aug. refertur 24. q. 3. ſic teſtari, Hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusq; ſui gratia falſas ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur. & Hier. ſuper epiſt. ad Galat. dicit, Quicunq; aliter ſcripturã intelligit, quàm ſenſus Spiritus ſancti flagitat, à quo ſcriptura eſt, licèt ab eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus ap-

57 pellari poteſt. † Aut quis veram opinionem pro falſa defenſat, vt quia illam veram putat falſam, & ſic tanquam falſam pro vera defenſat: Et tunc quanquam defenſet veritatem, peccat tamẽ mortaliter ex intentione corrupta, ſicut dicimus de eo, qui rem propriam ſubtrahit, intendens ſubtrahere alienam. nam quanquam non cõmittat furtum, quia non contractat rem alienam, peccat tamen mortaliter ex intentione peruerſa, ſicut ille qui rẽ alienam ſubtrahit, putans inuito domino furari, cum tamẽ domini voluntas accedat ad transferendum. nam quanquam non teneatur pęna. furti, peccat tamen mortaliter ex nequam oculo mentis, arg. ff. de furt. l. inter omnes. §. pen & l. ſi res. §. j. & l. ſi is, q rem. & 14. q. 5. ſi quid inueniſti. vbi Auguſtini verba ſcribũtur di

58 centis, ſiquid inueniſti & non reddidiſti, rapuiſti, quantum potuiſti feciſti, quia non plus inueniſti. † Qui alienũ negat, ſi poſſet & tolleret, Deus cor interrogat & non manum. faciunt not. per Thom. 2. 2. q. 71. & arg. ff. de furt. l. falſus. §. qui alienum. vbi agitur de re habita pro derelicta. Vulgò namq; dicitur, Quicquid agãt homines, intẽtio iudicat omnes. magis enim cordis inſpector eſt Dominus quàm operis, 15. q. 6. ſi ſacerdotibus, vbi dicit tex.

59 † nec tantum attendenda ſunt quæ fiunt, quantum quo animo fiant. concordat 23. q. 8. occidit & de pen. diſt. j. aut facta. Cum igitur in caſu prædicto quis veritatem pro falſitate defendit, putãs verum, quod eſt falſum, & ecõuerſo, talis propriè incidit in maledictionem Dei, quam Iſaias pronunciat dicens, Iſaiæ 5. veh q dicitis bonum, malum: & malum, bonum, ponentes tenebras lucẽ, & lucem tenebras. & Dñs dixit Lucæ 11. ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem nequam fuerit, &c. corpus tuũ tenebroſum erit. Et Greg. 25. moral. dicit,

60 & refertur 22. q. 5. humanæ aures. † talia verba noſtra iudicant, qualia foris ſonant. diuina verò iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. certè nouerit ille, qui voluntatẽ & intentionem alteri varijs verbis explicat, quia non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem & intentionem, † quia non de-

61 bet intentio verbis deſeruire, ſed verba intentioni. Sępe etenim bona verba mala intentione proferuntur, & ecõuerſo: nam, vt dicit Aug. 5. q. 5. nõ omnis qui parcit, amicus eſt; nec omnis qui verberat inimicus. voluntas enim ſpectanda eſt potius quam factum. 23. q. j. paratus. 5. diſt. ad eius. Hinc & Bern. de diſpenſ. & prę-

62 cep. dicit, † vt interior oculus verè ſimplex ſit, duo illi arbitror eſſe neceſſaria, charitatem in intentione, & veritatem in electione. Quomodo deniq; erit ſimplex oculus cum ignorantia veritatis? eſt qui bonum diligit, & malum neſcius agit, huius bonus quidem oculus, quia pius, non tamen ſimplex, quia cęcus. & eſt qui bonũ & libenter agit & prudenter intelligit. Iſtius verò oculum non immeritò ſimplicem dixerim, vtpote cui neutrum bonum deſit, nec zelus. ſ. bonus, nec ſcientia. is verò oculus neq; eſt, qui peruerſus pariter & cęcus bonum agit & malum credit. Et infra, bonum prorſus cõmendat intentio praua, & malũ nõ penitus excuſat recta: ſicut oculum ſimplicem duo iſta bona faciunt, amor boni, & cognitio veri. ſic nequam oculũ duo e regione mala conſtituunt. Cęcitas qua fit vt veritatem non agnoſcat: & peruerſitas, qua fit vt diligat iniquitatem nam, vt dicit

63 Aug. 22. q. 2. homines, † ream linguam nõ facit niſi rea mens. nã tex. illius c. ſatis probat hoc membrũ in eo, quod dicit, Putat homo verũ eſſe quod falſum eſt. & temerè iurat, aut ſcit, aut putat falſum eſſe, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cum ſcielere iurat. & infra, putat eſſe falſum, & iurat tanquam verum ſit. Et infra, intereſt quemadmodum verbum procedat ex animo, reã

64 linguam, &c. ponatur in exemplo: † Iudęus, vel ſaracenus credit & reputat falſam fidem Chriſtianam, cum tamen vera ſit, & ſic tanq; falſam contra ſuam conſcientiam pro vera defenſat, mortaliter peccat, non quia defendit veritatem, ſed quia contra ſuã conſcientiam agit, quanquam erronea ſit talis conſcientia, de qua erronea conſcientia ſatis ſupra diximus. Aut quis falſam ꝙ falſa iudicat, vt quia credit falſam, cũ verè ſit falſa, & ideo ipſam impugnat tanq; falſam defenſando veram, & tũc etiam cũ recta intentione moueatur, & rectè agat, non eſt dubium, ꝙ non peccat, imò meretur. circa quod dicit Apoſt ad Epheſ. 4. Non ſimus paruuli fluctuantes & circunferamur omni vento doctrinæ in

65 nequitia hominum, in aſtutia ad circunuẽtionem erroris, † veritatem autem facientes in charitate creſcamus. Et infra, propter quod deponẽtes mendacium loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Et ad Philip. 4. dicit, de cętero fratres quæcũque ſunt vera, quęcunq; pudica, quęcunq; iuſta, quęcũq; ſancta, quæcũq; amabilia, quęcunq; bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate & quæ didiciſtis & accepiſtis & audiſtis & vidiſtis in me, hæc agite, & Deus pacis erit uobiſcũ. ex hoc. n.

66 Sancti Dei martires vltimo ſe ſupplicio prodiderunt, ſancte & religioſè putantes † melius eſſe pro veritate ſupplicium pati, q̃ pro adulatione ſuſcipere beneficium. 11. q. 3. nemo peritorum. & intellige melius. ſ. electiuè. ead. ca. & q. iniuſtum. 22. q. j. conſidera. Hinc & Apoſtolus dicit 2. Cor. 4 nõ ambulãtes in aſtutia, nec adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis cõmẽdantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum corã Deo. Et infra, ſemper enim nos, qui viuimus in morte tradimur propter IESVM, ut & uita IESV manifeſtetur in carne noſtra mortali. Aut quis retinet ueram opinionem pro dubia, ut quia cognoſcẽs ueritatem pro clariori notitia cæterorum mouet dubia contra illam ueritatem & inducit argumenta & rationes, q̃ uidentur oppugnare illam ueritatem, non tamen intendens cõtra ueritatem concludere, ſed potius argumenta contraria confutare, & hoc licitum, ſanctum & iuſtum eſt, ut puſilli & debiles intellectu ſciant euitare laqueos & inſidias infidelium ſophiſtarum. Et talem modum ſacri Doct. frequentiſſimè ſunt ſequuti, ut in eorum operibus euidentius noſcitur apparere, ſicut in operib. Beati Thomæ, & ſimilium patet euidẽtia luculenta. Dicit. n. diuina ſapientia Eccleſ. 24. Qui elucidant me, uitam æternam habebũt. & Daniel. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti. Qui autem ad iuſtitiã erudiunt plurimos, quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates. Tales namque implicita explicant &

occulta

Source : BIU Cujas

occulta reſeruant,reddentes quaſi de omnib. rationē omni poſcenti,vt dicebat Apoſtolorum princeps.j.Pet.3.Dominum autem IESVM ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcēti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt fide & ſpe.accedunt not. 36. diſt. ecce.nam prius Dominus poſt reſurrectionem ſuam ſenſum aperuit diſcipulis & ſcripturas exposuit & poſtea dixit eis, euntes docete omnes gentes, Matt. vlt.& Mar.vlt.& Luce vlt.accedūt etiam no.38.diſt.omnes pſallentes.ibi,inquiratur an diligēter à metropolitano, ſi in prōptu habeat legem ſcrutabiliter & non trāſitoriè tam ſacros canones & ſanctum Euangelium, q̄ Apoſtoli librum & omnem diuinā ſcripturam atq; ſecūdum mandata conſeruare & docere populum ſibi cōmiſſum.† prohibetur tamen laicis ſub pœna excōicationis publice vel priuatim de fide catholica diſputare,vt in c.2. §.j.de hæret.lib 6.accedunt not.in l.pen.C. de ſum. Trinit.& fide catho.& in eadē rub.ſubditur, vt nemo de ea publicè audeat diſputare.& in l.fi.dicitur in reſponſione Io. Papæ huic confeſſioni, huic fidei quiſquis cōtradictor extiterit,alienum à ſancta cōmunione,alienum ſe ipſe ab eccleſia catholica iudicauit.Prohibetur etiam expreſsè in l.nemo,eo.tit.vbi dicit Imperator,† Nemo clericus,vel militans, vel alterius, cuiuſlibet conditionis de fide Chriſtiana publicè turbis coadunatis & audientib. tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem requirens:nam & iniuriam facit iudicio reuerendiſſimæ ſinodi,ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere & publicè diſputare contendit.Vbi gl.dicit,niſi fiat cauſa adiſcendi in ſcholis,nā de ſingulis dubitare non eſt inutile, ſecundum Ariſtotelem, q̄ ſatis tractat.3.Metaph.ſubdit gl. vel cauſa conuincendi. ſ. impugnantes catholicam veritatem, vt in l.quoniam venerabilis. C. de epiſc. & cler. vbi dicit gl.patet ergo, q̄ de fide catholica licet publicè diſputare ad reprobandum prauam opinionem hæreticorum.& allegat d.l.nemo,ſimilis gloſ.eſt 96. diſt. nos ad fidem. vbi dicit gl.ſuper ver. inuenta veritate. & ita videtur q̄ poſſit de fide catholica diſputari.arg.ꝓtra.C.de ſum.Trin.l.nemo.24.q.3. cum quibus.reſpondet glo. q̄ dubitando non licet diſputare de fide,quia dubius in fide,hęreticus eſt.tex.tamē dicit,infidelis eſt, vt in c.j.ext.de hæreti.aliàs diſputatur.ſ.non dubitādo,ſed potius declarando.96.diſt.ſatis.ibi,& in nullo quidem faciendę ſunt de pijs dogmatib. quæſtiones,ſed potius expoſitiones. facit 23.q.7. fides.& quod not.in d.l.qm̄ C.de epiſ. & cler. multo magis ergo licet de alijs diſputare & in ſuis ſcripturis diſputatiuo modo procedere in his,quæ veritatem fidei catholicæ nō concernunt,recta tm̄ intentione ſeruata non impugnandi agnitam veritatem. Patet namq; q̄ quærendo,opponendo,diſputando,ſoluendo & reſpondendo veritas facilius inuenitur & propenſius defenſat. Vnde cōiter dicitur,† Veritas ſępius examinata magis ſplendeſcit in lucem.facit ff.de mun.& honor.l.munerū. §.fi.ibi,& notā do & diſputando bene & optima ratione decreuit.faciunt not. per Speculat.in tit.de aduoc. §. nūc tractemus. ver.habito.faciūt not.8.diſt.veritate.& c.conſuetudo. & c.qui cōtempta.& 81.diſt. quicunq;.& vide gl.in d.c.veritate.& 96.diſt.cum ad verum.nam conſideratio circunſtantiarum dat notitiam veritatis.23.q. vlt. occidit Phinees.vbi tex.Io.Chryſoſt.ſuper Matth.refertur dicentis,† non ſolum igitur reſpiciamus ad opera, ſed etiam ad tēpus & cauſam.& ad volūtatem, perſonarū quoq; differentiam quātacunque alia ipſis operibus acciderunt, diligentiſſimè requiramus. non enim poſſumus ad veritatem aliter peruenire. faciūt not.ext.de teſt.c.cum cauſam.15.q 6.c.j.in fi.nam cauſa facti potius eſt inquirēda quàm factum, nec tm̄ attēdēda ſunt quæ fiūt, quantum quo animo fiāt,vt dicit ibi tex.& ff.de fur.l. verū. Hinc etiam ſcripſit Innoc. Papa epiſcopis per Macedoniam conſtitutis,vt refertur 35.q.9.c.fi.dicens. Graue non oportuit videri pijſſimis mentib.veſtris cuiuſcūq; retractare iudicium, quia veritas ſępius exagitata magis ſplendeſcit in lucem,& pernicies reuocata in iudicium grauius & ſine pœnitentia condemnatur.i.quia cū maiori grauitate & ſaniori conſilio iudicatur poſt iudicium nō pœnitebit.Inde dixit filius Syrac Eccleſiaſtici 32. † fili ſine conſilio nihil facias & poſt factum non pœnitebis. Et Salomon Prouerb 11.vbi non eſt Gubernator,populus corruet;ſalus autē,vbi multa conſilia.Et Prouerb.24.dicit,vir ſapiēs fortis eſt,& vir doctus,robuſtus & validus, quia cum diſpoſitione initur bellū, & erit ſalus, vbi multa conſilia ſunt. † Iudicantem etenim oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcurrere interrogandi & reſpondendi obijciendiq; præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata ſit pleniter,nec litigantib.prius ſua iudex velit ſententia obuiare, niſi quādo iam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione quod proponant, & tandiu actio ventiletur quouſq; ad rei veritatē perueniat,frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermiſſum fortè remaneat quod auctoritati conueniat.30.q.vlt.c.iudicantem.nam fructus diuinus eſt ſępius iuſtitiam recēſeri, vt in d.c.graue. in fi. aut tenet quis dubiam opinionē pro dubia, vt quia in re dubia ſuſpenſam tenet ſententiam in nullam ſe determinat partem,& tunc non peccat,niſi habita notitia veritatis,negligat vel contēnat quod ſibi conuenit explicare: nam in re dubia non eſt certa diuinda ſentētia.30.q.vlt.c.fi. 11.q.3.graue.& in ambiguis rebus abſolutū non debet eſſe iudicium.33.diſt.c. fi. vbi dicit glo.† q̄ triplex eſt ambiguitas.ſ.iuris,facti, & perſonæ. vbi ambiguitas iuris eſt,ibi de ſimilib ad ſimilia procedit.14.diſt.ſicut.20. diſt.de libellis.ſed vbi factum eſt ambiguum, tunc nunquam ferenda eſt ſentētia in alicuius præiudicium.11.q.3 graue.hoc ideo dico, q̄a ſi nulli fit præiudicium,vt in baptiſmo,conſecratione, vel ordinatione bene fertur ibi in dubio certa ſententia ſ.vt baptizetur, vt eccleſia conſecretur, vt de nouo ordinetur. de conſec. diſt. j. ſolennitates.& de conſecr.diſt.4 paruulos.& 68.diſt. presbyteritm̄ quandoq; dubitatur de facto, & fertur ſentētia in præiudiciū alterius,ext.de ſponſal.iuuenis. Sed illud eſt propter periculum animę.vbi autem eſt ambiguitas perſonę,ſed factum incertum, bene fertur certa ſententia. 5.q. 1. quidam. hoc videmus etiam quotidie practicari in palatijs,in tribunalib.ordinariorū,qui ſæpius publicari faciūt excōicatum, quicunq; cōmiſerit tale quid. ext.de ſent.excom.c.à nobis. l. nam quicunq; incidit in factum damnatum,vel facit factum per excōicationem damnatum,iudicat excōicatus quaſi à canone,arg.24.q.j.c.j.2. & 3. aut quis tenet & ſequitur dubiam opinionem pro vera,vt quia quanquam dubia ſit, attamen illam dubiam tāquam veram amplectitur & obſeruat, & tunc opus eſt veritatem ſubtilius indagare per acutiorem ſubdiſtinctionem:nam aut illa opinio, quæ aliàs fuit dubia,quanquam non ſit aliter ſuper ea per Papam,vel Principem declaratum,cum ſi eſſet opus,eſſet ſecundum ipſam declarationem protinus iudicare.4.diſt. ideo autem.eſt tm̄ communis opinio omnium peritorum, & tunc ipſam ſequens nō peccat,quouſq; latet veritas,† quia communis error facit ius, arg. ff.de offi. prętor.l.Barbarius.& de ſupel.lega.l j.in fi.Et no.q̄ dicit,oīum peritorum,ad ſolutionem obiectionis, quę fieri poſſet de paganis hæreticis & ſchiſmaticis,ſuas cōmunes opiniones erroneas amplectentes.non enim iudico tales peritos, ſed potius imperitos, vt dicit Apoſt.ad Rom.j. Euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. dicentes enim ſe eſſe ſapiētes ſtulti facti ſunt, & mutauerūt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & ſerpentium. fuerūt autem periti ſancti patriarchæ & prophetæ & ſcribæ in lege doctiſſimi & ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ:noſtriq; catholici Doctores,qui veritatē Dei catholicè nunciarunt. Ego autem in hoc mēbro nō loquor de pertinentibus ad fidem & bonos mores, ſed loquor de pertinētib. ad iudicium rerum temporalium, in quibus complectenda eſt cōis opinio per iura ſuperius allegata.& faciūt no.in l.j. C.de teſta.& 3.q.7.tria,in prin.C.de ſent.& interloq.om.iud. l. ſi arbiter. C.ad Maced.l.ſi quis.ff.de acq.hæred.l.ſi quis.§.planè.nam communis opinio probabilis iudicatur, & accipitur tanquam vera, vt in iurib.allegatis.Vnde & Philoſoph.dicit, † Fama quam multi famant omnino non deprædatur, vt in 7.Ethic.faciunt not.in c.tua nuper.ibi,totius cleri tractatu atq; aſſenſu.ext.de his,quæ fi. à præla.ſi.con.cap. † aut talis opinio, quam quis ſequi deſiderat, vel ſm quā iudicat, vel iudicari procurat,nō eſt oīno cōis,eſt tm̄ maioris & ſanioris patris.& tunc ſimiliter excuſatur eā ſequens, arg.in c.j.ibi,quod à maiori & ſaniori parte,de his,quæ fi.à maio. par.cap.& in princ.d.c.dicitur,cum in cunctis eccleſijs quod plurib.& ſanioribus fratrib. viſum fuerit, incūtāter debeat obſeruari. ſimile habetur 65.diſt.c.j.& 2.vbi habetur,q̄ non obſtante contradictione quorundam,qui quadam animoſitate ducūtur, obtineat ſententia plurimorum ſ.& ſaniorum in eo,quod dicitur, q̄ contradicentes animoſitate ducuntur.vbi dicit gl.per hoc patet eos malo zelo duci.faciūt no. 20 diſt.de quibus. vbi dicit tex. facilius enim inuenitur,quod à pluribus ſeniorib.quæritur.ſimile ext.de off.deleg.c.prudentiam.vbi dicit tex. † Cum ſicut canones atteſtantur,integrum ſit iudicium,quod plurimorū ſentētijs confirmatur.talis enim canon habetur.64.diſt. extra cōſcientiā. & faciunt in ſimili ext.de elect.c.licet.vbi dicit tex.in quib.debet maioris & ſanioris partis ſententia prævalere. ſimilis tex. eſt etiā c.fi.de his,quæ fiunt à maio.par.ca.in fine.ibi,& maioris & ſanioris partis capituli.† Aut talis opinio eſt maioris partis,quāuis nō ſanioris:& tunc niſi euidenter inuentur hi plures potiorib.& validiorib.rationibus,ſiue iuribus,ſequens talem opinionem non excuſabitur à peccato,nam errantiū multitudo peccatum non excuſat quo ad terminos conſcientiæ.93. diſt.iratus. 2.q.j.multi. & 7.q 1.deniq;.& 23.diſt.in nomine Domini.ibi, quod ſi prauorimū atq; iniquorum hominū,&c. De hoc eſt opt.tex.19.diſt.in canonicis.vbi referūtur verba Aug.in 2.lib. de Doct.Chriſtiana, dicentis,in canonicis ſcripturis eccleſiarum catholicarū, q̄ plurimū diuinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator auctoritatem ſequeretur,inter quas ſanè illæ ſunt,quas apoſtolica ſedes habere, & ab ea meruerūt alij accipere epiſtolas Tenebit igitur hunc modum in ſcripturis canonicis,vt eas,quæ ab omnib.recipiuntur eccleſijs præponat eis,quas quidā non accipiunt. In eis verò, quæ non accipiunt ab omnibus præponat eas, quas plures grauioresq; accipiunt eis,quas pauciores minoriſq; auctoritatis eccleſiæ tenent.Si autem alias inuenerint,à pluribus,alias à grauiorib haberi,quanquam hoc inueniri non poſſit,ęqualis tamē

auctori-

Source : BIU Cujas

auctoritatis eas habendas puto. Vbi quanquam gl. ſuper ver. plures, ſumat arg. q̃ pro multitudine prę̃ſumatur, alia tamen glo. ſequens dicit, nota q̃ hic perſonarum dignitas compenſatur cum numero. Similiter in teſtib. vt ext. de teſtib. in noſtra. Similiter in creditorib. vt ff. de pac. l. maiorē. Et not. q̃ ad id quod dicit Aug. in fi. d. c. in canonicis, videlicet. ſinautē aliàs inuenerit à plurib. alias à grauioribus haberi, quāquam hoc inueniri nō poſſit. ſupplet Hugoli. & Archid. ſ. de facili. nam iura adaptantur ad ea, quę ſæpe contingunt, pluſquam ad ea, quæ rarò accidūt. de conſecr. diſt. 4. ſanctum eſt, & ff. legib. l. nam ad ea. & ff. ſi pars hæred. pet. l. antiqui. & ſic intelligitur 28. diſt. de Siracuſanę. & 14. q. 5. deniq;. Et in eo quod dicit, ęqualis auctoritatis, intelligit Hug. & Arch. ſi æquali ratione nitantur, aliàs non. ad qđ ſatisfacit 76. diſt. non autem. ibi, æqualis ergo eorum neceſſarium eſt, vt ſit feſtiuitas, quorū ęqualis eſt ſanctitas. ſimiliter igitur æqualis fides adhibea
79 tur, vbi æqualis eſt ratio auctoritatis. † Aut talis opinio, de qua loquimur, eſt ſanioris, ſed non maioris partis: & tunc in dubio ſi aliter de veritate non cōſtat, dato q̃ rationes non impares viderentur, dicerem potius excuſari ſequentē opinionē partis ſanioris, q̃ maximè ſi nō eſſet in numero magnus exceſſus, arg. 63. diſt. c. fi. §. fi. & 31. diſt. Necena. vbi dicit Arch. regulare eſt q̃ ſemper ſtetur maiori parti in omni diſpoſitione vel ordinatione vniuerſitatis, & in auctoritatib. ſanctorum, & in datione tutorum, & ī remiſſione faciēda à creditorib. & in ſimilib. ſed maior pars intelligitur, quæ maiori ratione & pietate ducit̄. 9. diſt. ſana q̃ppe. 40. diſt. multi. in fi. 4. q. 3. item iureiurandi. præſumitur tñ pro pluralitate. 61. diſt. nullus. niſi ſpecialiter probetur in contrariū. 93. diſt. illud. ext. de elect. dudum. & c. congregato, ſecundū Inn. in c. j. de his, quæ fi. à maio. par. cap. quod tamen intelligendū eſt cæteris parib. Sed cum differentia ſit inter artifices, vt in l. inter artifices, ff. de ſolut. & videam hominem veritatis amicum, ſanctitatis compotem, ſatis differentem à plurib. mendoſis, vel mētiri conſuetis, quos nō puduit turpis quæſtus gratia, vel cæcæ voluptatis amore veritatem ſępius impugnare, ſanctitatem frequētius offendere, ſi laſciuiis & turpibus actib. viciſſim fręna laxare, de quibus intelligebat Apoſt. 2. Timo. 4. erit enim tempus, cū ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacerua bunt ſibi magiſtros prurientes aurib. & à veritate quidem auditum auertere: ad fabulas autem conuertentur. Quomodo ergo talium ſententia, quanquam plurimorum præponam ſnīę integrorum ac ſanctorum hominū, quos Deus, natura, gratia, eccleſia & omnis fidelium deuotio venerabiliter exaltauit, iuxta not. per Innoc. in d. c. ne innitaris. ext. de cōſti. Et imperialis lex dicit,
80 † vt per ampliores homines perfectiſſima veritas reueletur. C. de fideicō. l. fi. Veriſimile eſt enim vt qui amicabiliores fuerint & magis intimi ſummæ veritati, quæ Deus eſt, potiorib. rationib. & verioribus ſententijs fulciantur, teſte ipſa diuina ſapiētia, Prouerb. 8. dicente, Ego diligentes me diligo: & qui mane. i. ſollicitè vigilauerit ad me, i. perquiſierit me, inueniet me. & Sap. 7. optaui & datus eſt mihi ſenſus: inuocaui, & venit in me ſpiritus Sapiētię. Et infra, ſup ſalutē & ſpeciē dilexi illam, & ꝓpoſui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Et infra, infinitus enim theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi fuerint, participes facti ſunt amicitiæ Dei propter diſciplinæ dona commēdati. Mihi aūt dedit Deus dicere ex ſnīa. i. ſentētiosè loq. Et Sap.
81 8. dicitur, † q̃ ſapiētia per nationes in animas ſanctas ſe transfert & amicos Dei & Prophetas conſtituit. Neminem enim diligit Deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat. Et Sap. j. econuerſo dicitur, peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo: probata autem virtus corripit inſipientes, qñ in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Hinc & beatus Thomas. j. cōtra Gentiles dicit, ſunt enim quidā hominum tñ de ſuo ingenio præſumentes, vt totam rerum naturam ſe putent ſuo intellectu poſſe metiri exiſtimantes id ſolum eſſe verum quod eis videtur, & eſſe falſum, quod eis non vi
82 detur, ex quo tanto amore ſuas amplectūtur ſententias opiniones & ſectas, vt de contrarijs etiam nec cogitare velint, nec reſpicere, vel audire, de quib. Salomon Prouerb. 18. dicit, Nō recipit ſtultus verba prudentiæ niſi ea dixeris, quę verſanť in corde ſuo. Et de talib. etiam dicit Apoſt. ad Rom. j. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. ergo tanquam ſtulti & temerarij, cū cōtra fidei morumq; veritatem inſurgunt, ſunt meritò puniendi. Vnde contra tales leges armantur vlciſcentes iniuriam veritatis, vt in c. vergētis. & in c. ſi aduerſus vos, & in c. ad abolendam, & in c. excōicamus. ext. de hæret. & in l. quicunq;. C. de hære. Et ſi quis diceret q̃ nos quærebamus de cauſis iudiciarijs circa tem-
83 poralia, non aūt de pertinentib. ad fidem & mores, † dico q̃ vbi non patent iura clara, oportet de ſimilib. ad ſimilia iudicare, ext. de reſcrip. c. inter cęteras. 2. q. j. multi. & in c. inter corporalia. ext. de trāſl. prælat. in gl. quia de ſimilib. † Vnde ſicut patet in electionib. fieri comparationem zeli ad zelum, meriti ad meritū, & numeri ad numerum, quāquam auctoritas ſit æqualis, vt in c. eccleſia veſtra. 2. ext. de elect. & zelus & meritum præponderāt numero, vt patet ibi in gloſ. ex hac decretali. Ita dicam in caſu noſtro habendum eſſe reſpectum in comparatione zeli veritatis ad zelum veritatis conſiderata fama & conſuetudine vitæ præteritæ, meriti ſanctitatis, ad meritum vitæ alterius, ac numeri ad numerum, & habita prærogatiua zeli veritatis & meriti ſanctitatis dicam dignus ſequi ſentētiam præualentiū in zelo & merito q̃ effluentium in numero inſaniorū, cum maior pars cenſeatur quę meliori zelo & maiori pietate mouetur, vt ſupra dictum eſt.
84 Aut opinio, de qua loquimur eſt minoris & inſanioris partis, & tunc ſi per potiora iura, vel efficaciores rationes talis opinio nō ſubſiſtat, tanto magis dico peccare, & minus excuſari taliū ſententiam proſequentes ac poſtponentes ſentētiam maioris & ſanioris partis, iuxta not. in d. c. j. ext. de his, quæ fi. à maio. par. cap. cum concordant. ſuperius allegatis. Circa quod D. Bal. in l. Barbarius, ff. de off. prętor. breuibus verbis de hoc ſe expediens, verſus finem prin. d. legis, 30. q. dicit, Trigeſimò quęritur, Agitur ꝯtra iudicem de imperitia, ipſe excuſat ſe propter diuerſitatē opinionum, an excuſetur? & dic q̃ hoc hñt ſindicatores arbitrari,
85 † nam leuis & incolorata opinio non excuſat, ſed grauis & ponderoſa, vt Inſti. de obl. quæ ex quaſi delic. naſc. in prin. & ibi gl. facit quod not. ext. de conſtit. c. ne innitaris, per Inn. & ſubdit idē
36 Bal. Trigeſimoprimò quæritur, † an excuſetur, qui pronūciauit de conſilio ſapientis electi à partibus? Et dic q̃ non, ſi conſilium non eſt ſanum, niſi per pactum ſit actum, vel ſtatuto caueatur, q̃ conſilium ſit omnino ſequendum. de hoc in l. ſi cōuenerit ff. de re iud. per Bart. vel dic, dicit ipſe, q̃ excuſatur, & imputent ſibi eligentes, arg. ff. de arbi. l. itē ſi vnus. §. principaliter. ſi autem iudex elegiſſet eum ſibi proprio motu, non excuſaretur per hoc, vt no. Inno. de offi. deleg. c. ſuper quæſtionum. & vide quod no. eo. tit. c. ſi pro debilitate, poſt Innoc. in Nouel. ſ. per Ioā. And. ergo per conſequens dico non excuſari à culpa ſequentem erroneā opinionem minoris & inſanioris partis, per ea quæ ſuperius annotā
87 tur. Superaddo adhuc aliud & vltimum membrū, † videlicet aut opinio de qua loqmur, eſt ſolius vnius: & tunc oportet ſubtilius indagare motiua, ingenium, perſpicaciam intellectus, conditionem vitæ, veriſimilitudines & coniecturas, rationes & iura, quibus hic ſolus mouetur ſuper alios ad variè perſcrutandum & decidendum aliter q̃ fuerit cōſuetum & ab alijs obſeruatum. nam ſi ſunt aliqua ad fidem & mores pertinentia, ſecundum Apoſt. ad Galat. j. licèt nos aut Angelus de cęlo euāgelizaret vobis prę̃ter q̃ quod euangelizauimus vobis, anathema ſit, ſicut prædixi, & nunc iterum dico, ſi quis vobis Euangelizauerit præter id, qđ accepiſtis, anathema ſit. Et infra, Notū. n. vobis facio, fratres, euāgeliū, qđ euāgelizatū eſt à me, quia non eſt ſm hoīem. nec eñ ego ab homine accepi illud, nec didici, ſed per reuelationē Ieſu Chriſti. Vbi ſciendum, ſecundum Ilariū, q̃ in his, quæ Dei ſunt, ſoli Deo credēdum eſt, qui ſe ſolus nouit. Vnde dixit. Ieſus, Mat. 11. nemo nouit filium, niſi pater: nec patrē quis nouit, niſi filius; & cui voluerit fili⁹ reuelare. Ergo diuinę reuelationes p ſucceſſum tēporū factæ ſunt amicis & ſeruis Dei pro bñplacito diuinę volūtatis, quos elegit Deus ab initio, vt eſſent ſancti & immaculati, vt dicit Apoſt. ad Epheſ. 1. Benedictus Deus & pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cęleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. & Pet. Apoſtolorum princeps 2. Pet. 1. dicit, non enim indoctas fabulas ſequuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſcientiam, ſed ſpectatores facti illius magnitudinis. accipiens enim a Deo patre honorem & gloriam voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cęlo allatam, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto, & habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordib. veſtris. hoc primum intelligentes, q̃
88 omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. † nō enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines. ex quibus verbis ſatis patet, q̃ qcquid de fide & moribus habemus à Deo reuelatū eſt ſanctis ſeruis ſuis per Angelos Dei nobisq; per ipſos ſanctos. Nam, vt dicit Aug. 4. de Trini. Conſtat firmitate auctoritatis & probabilitate rationis, † cum antiquis patribus dicitur
89 Deus apparuiſſe, voces illas ab Angelis eſſe factas. unde Apoſtolus ad Galat. 3. dicit, lex ordinata per Angelos in manu mediatoris. Et ad Heb. 2. dicit, ſi enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & cap. ſubdit Aug. probabile eſt enim quòd illa columba, in qua apparuit Spiritus ſanctus ſecundum miniſterium Angeli moueretur. Prædicta tangit D. Bonauent. in j. ſen. diſt. 16. dum tractat de miſſione uiſibili, & Alex. de Ales in 2. ſen. in ſumma ſua, dum tractat de motu Angeli aſſumpto corpore. q. 7. & attribuit Deo per authoritatem, & Angelo per miniſterium. Vnde Chriſtus Ieſus, Dei filius, qui dictus eſt magni conſilij Angelus, ſecundum aliam tranſlationem. Iſaiæ 9. ſecundum uerò tranſlationem Hier. ſcribitur, admirabilis conſiliarius Deus fortis, & c. reuelauit nobis per ſanctos Apoſtolos & Euāgeliſtas ſuos fidei ueritatem & omnem bonorum morum

perfe-

Source : BIU Cujas

perfectionem integram & ſinceram.quem, cui,& in quē credē-
tes ſalui fiunt:nō credentes autē, iam iudicati ſunt, Io.3.& Mar.
vlt.Inde dicit Apoſt.j.Cor.vlt. ſi quis non amat Dominū noſtrū
Ieſum Chriſtum,ſit anathema maratana.i.in aduentu eius.nam,
90 vt dicit Beatus Max.in ſerm.plurimorum mart.† Magni pericu-
li res eſt, ſi poſt Prophetarum oracula, poſt Apoſtolorum teſti-
monia,poſt martirum vulnera, veterem fidem, quan nouellam
diſcutere præſumas,& poſt tam manifeſtos duces in errore per-
maneas, & poſt morientium ſudores otioſa diſputatione contē
das. Adde, & poſt tot miracula fidem noſtram probantia & cō-
firmantia in infidelitatis algore iaceas & in luto fęcis remaneas
conculcatus, nam fides noſtra tot teſtimonijs, miraculis & pro
digijs,ſignis & portentis, auctoritatibus & exemplis extitit cōfir
mata, ꝙ verè dignus eſt maledici, qui non credideri & permā-
ſerit in ea,ſicut dicit Moyſes Deut.27. Maledictus q̄ non perma-
net in ſermonibus legis huius,nec eos opere perficit,& dicet oīs
populus,amen.nam ipſemet Chriſtus dixit Heb.Io.5. Scrutami-
ni ſcripturas,quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere,& &
illæ ſunt,quæ teſtimonium perhibent de me,& non vultis veni-
re ad me, vt vitā hēatis. optime igitur ſolū ſanctum, ſolū Dñm,
ſolum altiſſimum Ieſum Chriſtum, cum ſancto ſpiritu in glo-
ria Dei patris adoramus,colimus,imitamur,obſeruamus & ſeq̄-
mur tāquam vnū verum Deum, creatorem omniū cęleſtiū,
terreſtrium & inferiorum, redemptorē atq; glorificatorē oīum
91 electorum. † Aut ille ſolus, qui nouam opinionē gignit,nō hēt
teſtimonium ſcripturarum,nec ſinceritatem vitæ, nec ſanctita-
tis integritatem, nec efficaciam rationis, aut legis deciſionē vel
propriam ſimilitudinem:& tunc tanq̄ captioſus reſpuendus eſt,
& tanq̄ temerarius & præſumptuoſus veritatis hoſtis & iuſtitiæ,
legis inimicus ab oībus rectè ſapientib.cōdēnandus,ſicut expreſ
92 sè patet 24.q. 3. quidam aūt hæretici.† vbi deſcribunt noīa mul
torū hæreſiarcharū, à quibus hæretici eos ſequentes denomina
tionē ſumpſerūt,vt Simoniaci à Simone, Menandriani à Menā
dro, Baſilidiani à Baſilide,& ibi de multis ſimilibus.ſic etiam pa-
tet hodie de ſaracenis, qui damnatam memoriam Machome-
ti colere non verentur. Si verò loquimur de temporalib. legib.
poſtq̄ inſtitutæ fuerint & firmatæ,non licet iudici de ipſis iudica
re,ſed ſecundum ipſas.4. diſt. in iſtis. verba originalia ſunt Aug.
93 de vera religione.nam † quod ſemel approbatū eſt,amodo non
pōt reprobari.8.q.2.c.dilectiſſimi.& c. licet. & 32 q.5.horrendus.
Si verò loquimur de moribus,tūc aut ſunt mores generales ſub
diuina lege comprehenſi & expreſſi, & tunc nemini licet in cō-
trarium attentare.& hoc vult intelligere Beatus Thom.vbi ſup.
cum dicit,ꝙ in his,quæ pertinent ad fidē,vel bonos mores, nul-
lus excuſatur, ſi ſequatur erroneam opinionē alicuius magiſtri,
intelligendo bonos mores diuina lege comprehenſos, ad quos
ēt referūtur mores inducti à iure naturæ.& ꝙ ſic intelligat,patet
per ea, quę ſubdit, cū dicit, Qui ergo aſſentit opinioni alicuius
magiſtri contra manifeſtum ſcripturę teſtimonium, ſiue cōtra
illud,quod publicè tenetur,ſecundum eccleſiæ authoritatē, nō
pōt ab erroris vitio excuſari,ergo nec à peccato.Si verò loqua-
mur de moribus,ex quadā humana ꝟſuetudine introductis, nō
tñ diuina lege expreſſis principaliter,vel extenſiuè, nec iuris na-
turalis dictamine reuelatis,& tunc locū habet ꝙ dicit Aug.lib.2.
Confeſ.& refertur.8.diſt.quę contra mores hominum ſunt flagi
tia,pro morum diuerſitate ſunt vitanda,vt pactum inter ſe gētis
aut conſuetudine ciuitatis,vel lege firmatū nulla ciuis, aut pere-
grini libidine violetur. Sic igit̄ in talibus licet ſequi morē patriæ
94 vel cōſuetudinē regionis, † quia quilibet in talibus dēt ſe cōfor-
mare moribus eorū,inter quos cōuicturus eſt. 41. diſt.quiſquis.
vbi referunt̄ verba Aug.de doct.Chriſtiana,dicētis,q̄ſquis reb.p̄-
tereuntib. reſtrictius vtit̄, quantū ſeſe hñt mores eorū, cū quib.
viuit,aut intemperās,aut ſuperſtitioſus eſt. Quiſquis verò ſic eis
vtit̄,vt metas conſuetudinis bonorū, inter quos verſat̄ excedat,
aut aliq̄d ſignificat,aut flagitioſus eſt. faciūt no.in c.Deus q. ext.
de vita & hon.cler.& 12.diſt.illa.& 30.diſt.ſi quis carnē. Si qs de-
reliquerit,ſi qs virorū,& quaſi p̄ totā diſtinctionē.& c.clerici of-
ficia,ī gl.hæc ſine licētia.de vita & hon.cler.& 4.diſt.erit āt lex.&
21.q.3.in ſumma.In talib.n.cū ſint indifferentia,p̄t quis ſequi al-
terutram opinionē p̄ ſuo ſenſu,vt dictū eſt, ꝟm conſuetudinem
regionis,q̄ cōſuetudo excuſat in talib.4.diſt.deniq;.ibi,vnde nec
à tali cōſuetudine auerti pñt, & ideo cū venia ingenio ſuo relin
quen.ſunt,ne fortè peiores exiſtant,ſi à tali ꝟſuetudine prohibeā
tur.vbi dicit gloſ. arg. ꝙ conſuetudo excuſat in delictis,vt hic,&
32.q.3.obijciunt̄.& ext.de tēp.ord.c. ſanè.Sed contra cōſuetudo
nō minuit peccatum, ſed auget.24.q.j.ſciſma. 32.q.7.flagitia.ext.
de ſimo.c.nō ſatis.ext.de conſuet.c.fi.vbi dicit tex.Cū tanto gra-
uiora ſint peccata,quanto diutius infęlicē animā detinent alliga
tam.ſimile in c.cum haberet, ext.de eo, q̄ dux .in mat.quā pol.p
adult.in fi.& in c.non debet,in fi.de cōſang & affi.& in c.cū in ec
cleſiæ corpore,circa mediū,ext.de ſimo.Sequit̄ in prædicta glo.
illius c.deniq;.Imò ꝟſuetudo veniale peccatū, facit mortale.25.
diſt. criminis.Solutio cōſuetudo excuſat à pęna tēporali,ſed nō
à gehēnali.intellige ſanè,ꝙ conſuetudo non excuſat à pęna ge-
95 hēnali,q̄ cōſuetudo obſiſtit diuinæ legi,vel naturali,† q̄a in tali
bus,nec Papa diſpenſat.25.q.j.quę ad ꝑpetuā.ubi dicit tex.quę ad
perpetuam generaliter ordinata ſunt ciuilitatem, nulla commu
tatione varientur.Et infra,ſed manentibus terminis,quos cōſti-
tuerūt patres,ne iniuſtè vſurpet alienū, ſed intra fines proprios
atq; legitimos, put quiſq; valuerit in altitudine ſe exerceat cha-
ritatis.ad idem ea.ca.& q.c.ſunt quidā.vbi dicit tex.ſunt quidam
dicentes, Romano Pōtifici ſemper licuiſſe nouas cōdere leges.
quod & nos non ſolum non negamus, ſed etiam valde affirma-
mus.Sciendum verò ſummopere eſt,quia inde nouas leges cōde
re p̄t. vñ Euāgeliſtæ aliq̄d nequaq̄ dixerūt. vbi verò apertè Dñs,
vel eius Apoſtoli & eos ſequētes ſancti patres gñaliter aliq̄d de-
finierūt,ibi non nouam legē Romanus Pōtifex dare,ſed potius
quod p̄dicatum eſt,vſq; ad animā & ſanguinē ꝟfirmare debet.Si
enim qđ docuerūt Apoſtoli & Prophetæ deſtruere, qđ abſit, ni-
teret̄,nō ſiñam dare, ſed magis errare cōuinceretur. vbi dicit gl.
96 † ꝙ Papa non p̄t diſpēſare cōtra gñalem ſtatū eccleſię, nec con-
tra articulos fidei. nā ſi non oēs aſſentiant ei,nō valeret ſtatutū,
ſed oēs hæretici eſſent. 15.diſt.ſicut,& illa gl.debet eſſe ſuper c.q̄
ad perpetuā,ſuperius allegato.ad idem ea.ca.& q.c.cōtra ſtatuta.
Præterea non diſpenſat Papa cōtra quatuor concilia, 15.diſt.ſi-
cut.nec ꝟtra Euangeliū,& p̄ceptū Apoſtoli, 23.q.2.ſunt qui dñt.
97 & gl.j.q.7.§.niſi.† ſed in bigamia diſpēſat,ſi vult,iuſta interueniē
te cā.34.diſt.lector.quod ēt tenet Tho.in 4.ſent.diſt.17.quanq̄ ſa
tis videatur obſtare c.nuper. ext. de biga. ſed rñdetur ꝙ nō licet
diſpenſare,niſi ex cā maxima.50.diſt. quicunq; pœnitens.nā biga
miæ non eſt addita irregularitas de iure naturali,ſed de iure po-
ſitiuo:nec eſt de eſſentia ordinis,ꝙ aliquis nō ſit bigamus, cum
etiam bigamus,ſi ordinetur,caracterē recipit,ſicut q̄libet illitera
tus & laicus & coniugatus,vt not.gl.36.diſt.c.j.& Innoc.in ca.cū
in cunctis,ext.de elect.& Io.And.in c.nullus.de temp.ord. lib.6.
98 in nouel.& ſatis dixi in c.Ioannes.ext.de cler.coniug. † Item nō
diſpenſat Papa in his,quæ dignitatē eccleſię ledunt,& ſine mani
feſta decoloratione eccleſię recipi non pñt,j.q.7.& ſi illa. Itē nec
diſpenſat Papa ꝟtra ius naturale.8.diſt.quæ cōtra mores,niſi for-
tè duo mala ita vrgeāt,vt alterum eorū neceſſe ſit eligi, 13.diſt.
in princ.& c. nerui.Nec p̄t Papa diſpenſare ꝺ neceſſaria ſacramē
ta eccleſiæ,& fidem Chriſti,vt not.Theologi in 4.ſent.diſt.27.&
ibi Thom.In his aūt,quę non ſunt de iure naturali,nec cōtra bo-
99 nos mores,vel contra fidē Chriſti & cętera ſupradicta,† bene p̄t
Papa diſpenſare,ēt ꝺ auctoritatem Apoſtoli,ꝙa Papa maior eſt
Apoſtolo,ſicut Petrus fuit maioris auctoritatis,q̄ Paulus ī admi-
niſtratione.21.diſt.§.j. Vnde Papa eſt in loco Petri,& maior Pau
lo.2.q.7.puto.21.diſt.in nouo teſtō.Nā Papa eſt vicari⁹ Ieſu Chri
ſti,& nō Paulus,vt in c.quāto,& c.inter corporalia.ext.de tranſl.
& in c.vt noſtrū,ext.vt eccle.benef.In his aūt,quę ad Deum per-
100 tinent & ad diuinā legē,ſolus Deus diſpenſare pōt.† Imò q̄q̄ di-
ſpenſare poſſit Deus in p̄ceptis ſecundæ tabulæ,quæ ad humanā
naturam pertinent,vt diſpenſatum fuit cū filijs Iſrael, vt aſporta
rēt bona Aegyptiorū,Exod.12.Et cū Oſea Propheta,vt ſumeret
ſibi vxorē fornicariā,Oſeæ,j.& in alijs ſimilib. In p̄ceptis aūt pri-
mę tabulæ,q̄ ad diuinā naturā p̄tinent, nec ipſe Deus diſpenſare
poſſe dī,ꝙa nō eſt poſſe, ſed deficere à poſſe. Eſſet.n.diſpēſare ꝺ
ſeipſum,& diſpēſare ꝺ ſeipſum eſſet ſibiipſi aduerſari: ſed aduer
ſari Deū ſibi ipſi eſſet ſeipſum deſtruere,qđ eſt ſathanicū,vt dixit
Dñs Lucę,11.Si aūt & Sathanas in ſeipſum diuiſus eſt,qūo ſtabit
* regnū ipſius? de hoc ſatis dixi in tractatu de blaſphemia. art. 33.
101 † In his aūt,quę ſunt humanitus introducta, videmus expreſsè,
ꝙ ſatis p̄ualet ſubtilitas ingenij & perſpicacia intellectus,vt patet
in operib.Ariſt.q ſatis illuſtrauit Philoſophiā & naturalē & mo
ralē,& multa correxit ex dictis aliorum Philoſophorū.Simile ēt
patet in legib.humanis,vbi ſatis p̄ualuit ingeniū Accurſij, Gloſ-
ſatoris legum ciuilium, & nondum completo annorum cente-
nario tantum prævalerunt ingenia Bartoli,& Baldi,ꝙ videntur
offuſcaſſe memorias cæterorum præcedentium ante eos. Simi-
le patet etiam in iure canonico, vbi Bernar. Bartholomeus Bri-
xienſis,Hug.& cæteri p̄cedentes videbātur optimè peroraſſe ad
declarationem canonum,& nihilominus ſuperuenientib.poſt-
modū nouis ingenijs,Io.And.Io.de Lignano, Petri de Anchara
no,Pauli de Liazarijs,Antonij de Butrio,Ioānis de Imola, Frāc.
de Zabarellis,Cardinalis Florētini, & Dñici de Sācto Geminia
no, & ſimiliū,videtur vnus alterū occupare, in tñ, ꝙ iam opus
eſſet iura Ciuilia & Canonica renouare pp varias & diuerſas sē-
tentias cōcertātiū,& multiplices opiniones intermixtas,vt pau-
per iudex quaſi iuris perditus, nō peritus,inter viperas & dra-
cones, in aduocatorum circulo,ſe putauerit cōſtipatum: &, quod
deterius eſt,multi quaſi diſcoli (vt de meis ſimilibus loquar) ni-
tuntur inuētiones nouas exquirere,vt ingenioſiores p̄ cęteris re
putentur.Non ergo indiſtinctè amplectenda eſt opinio cuiuſli-
bet opinantis,ſed potius opus eſt iudici laborare & vigilijs in ſu-
102 dare ad perſcrutandam veritatem, † quæ de fonte magis ſcien-
tiæ, quàm de riuulis eſt, quærenda, iuxta not. ſeptuageſimaſe-
xta diſtinct.ieiunium quarti.vbi Hier. ſuper Zachar. refertur di-
cere hoc loco noſtrorum multi multa dixerunt, & inter ſe diſ-
ſonantia, cogimur igitur ad Hebrœos recurrere, & ſcientiæ ve-
ritatem de fonte magis, quàm de riuulis quærere.vbi dicit gloſ.

ſuper

Source : BIU Cujas

ſuper verbo, fonte, collige in dubijs ad rei originem recurrendū, & plus magiſtro q̄ diſcipulis credendum. 9. diſt. de veterum. 20. diſ. de quibus. 24 q.j. loquitur. 12. diſtin. præceptis. Argumentum contra, nunquam ad originem rei recurrendum eſt, vt ff. de leg. l. & ideo nam dicit lex, q̄ nō de omnibus, quæ cōſtituta ſunt reddi ratio poteſt. ff. de legibus. l. non omnium. ſolutio vera eſt quā ponit gl. ſequens, videlicet, q̄ exemplata inſtrumēta aliqua iuſta cauſa, authoritate iudicis eandem vim habent cum authenticis, & originalibus, vt in c. fi. extra de fide inſtrumentorum, & ideo tunc nō oportet recurrere ad originē, nec de omnibus, quæ cōſtituta ſunt, oportet requirere rationem, vt in dicta l. non oīum, & in l. ſequen. ſufficere namq; debet poſitam eſſe legem, & minime ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper ha-
103 buerunt. ff. de legi. l. minime. vbi gl. quærit, † ſed nunquid nouū ſenſum licebit proponere. Reſpondeo, licet ſin lo. hic enim loquitur cum ſemper ſic eſt intellecta, vt ex hoc intellectu induceretur conſuetudo, ideſt, vt de cætero ſic ſuper ea iudicaretur. Circa q̄ dicit D. Bal. in l. neq; leges. ff. de leg. q̄ non poteſt legiſlator ſigillatim determinare oēs caſus, quos videmus denuo occurrere quaſi ex vtero naturæ, quia natura & hominū actus ſemper nouas producunt formas: & ideo in iſtis nouis caſibus conſulendus eſt princeps, vel iuriſconſultus, vt decidatur q̄d iuris Nā noui caſus deſiderant noua remedia, vt in l. j. in prin. ff. de ventre in ſpiciendo. Quandoq; ergo occurrit noua materia, & tunc recurrendum eſt ad legiſlatorem: quandoq; dubia, qñq; pp repugnantiā legum, & rationum. ff. de hęred. inſtitued. l. ſi par. vel per multiplicitatem opinionum & tunc ſimiliter legiſlator eſt conſulēdus, C. de leg. l. fi. Quandoq; eſt caſus dubius pp legis obſcuritatē, & idem, quia eius eſt declarare legem, qui eam tulit. C. de indicta vidui. tollen. l. 2. ſed melius probatur. 11. q. j. ſicut enim § proximo, & 25. q. j. ideo. & in c. cū veniſſent, extra de iudi. ſubdit Bal. & hoc ſi volumus habere certitudinem iuris neceſſariam, vt in variabilē. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo, in fi. C. ad Silania. l. fi. C. de condi. indebiti. l. pro dubietate. C. de furtis, l. apud antiquos. & C. manda. l. ab Anaſtaſio, cū ſi, & no. quia no poteſt ſem per haberi legum conditor, vnde debēt iudices determinare caſus dubios, per argumēta, & rationes legum, vt in l. qui filiū. § fi. ff. ad Trebel. & ff. de iure patronatus: l. diui fratres. poſſunt etiam procedere de ſimilibus ad ſimilia. & aſſimilatio iudicis eſt p̄ veritate inter partes, inter quas eſt iudicatum, & ideo debent aſſeſſores de ſimilibus ad ſimilia procedere, vbi ſimiliū eſt æqua cōditio, vt in l. nō poſſunt, cum l. ſeq. ff. de leg. & in d. l. & ideo. & in
Ad tertium, quod obijcitur, q̃ ſi iudex iudicat ſm allegata, ali quando ſciens veritatem, condemnare poterit innocẽtẽ. dicen. ſm Aug. q̃ iudex, cum punit ad mortẽ, non dr̃ occidere, ſed ipſa lex: ita iudex, cum punit ſm legem, nihil omittendo de contingentibus legis, non condemnat ipſe, ſed lex ipſa. lex autem, quæ poſita eſt ad iudicandum ea, quæ poſſunt conuinci, vel probari, nullo modo repręhenſibilis eſt iudicando conuicta, vel confeſſa. Nam lex ęterna, qua Deus iudicat, nõ hoc modo iudicat, ſed ſecundum ipſam rerum veritatem, quæ ei patet. lege autem, quę poſita eſt ad hoc, q̃ ſm illam homo iudicet, non poteſt ſe extendere ad illa, quia multa de illis ſunt ei occulta & incerta. ſicut. n. dicit Aug. Multa neſciunt, quouſq; veniat Dominus, & illa ſunt Dei iudicio relinquenda.

Ad quartum, quod obijcitur per aliam legem dicentem, inſontem & iuſtum non occides. dicendum q̃ ſi iudex laboret, q̃tum poteſt, ſalua iuſtitia ad repellẽdum accuſationem eius, quẽ ſcit innocentem, & ad repellenda teſtimonia, ſcilicet falſa: ſi tamen cõtingat q̃ nulla exceptione iuris poſſit repelli accuſatio, vel teſtimonium, nec alia occaſione ſententia differri aut ſubtrahi, conſilium eſt, vt remitteret ipſum iudicandum ſuperiori, cui etiam ſignificet veritatẽ, quam ſcit, & probationem, quam audiuit: ſuperior autẽ poteſtas, quę nulli ſubeſt, de plenitudine auctoritatis poteſt iuris ſententiam mitigare, ſiue remittere, ſi tamen ſine ſcandalo iudicium non poſſet differri. Dicunt aliqui, q̃ ſi condemnaret innocentem, cũ dolore, quia ſi oportet eum facere, non eſſet reus, quia iudicaret conuictum nocentem, non innocentem. Sed quia videretur ſecundum hoc quòd aliquis potuiſſet iuſtè damnare Stephanum, quia accuſabatur de præuaricatione legis, dicendum eſt indiſtinctè, vt prius, quòd ſi poteſtas inferior eſt, & conſtat ſibi, q̃ accuſatus innocens eſt, debet ipſum ad ſuperiorem remittere. Si verò ſuperior nulli ſit ſubiectus, & ſcit innocentem accuſatum, debet eum ſoluere.

Ad illud, quod obijcitur, quòd Dominus non ſecundum viſionem oculorum, neq; ſecundum auditum aurium iudicabit, dicendum quòd non eſt ſimile de homine: quia ſi homo ſolum ſecundum conſcientiam teneretur iudicare, poſſet peruerſus iudex reos abſoluere, & econuerſo, & ita periret iuſtitia. & in his reſidet Alexan. Thomas etiam 2. 2. q. 64. art. 6. in 3. argum. dicit,

quòd

Source : BIU Cujas

q illud,quod fit ſecundum ordinem iuſtitię,non eſt peccatum, ſed quandoque cogitur aliquis ſecundum ordinem iuſtitiæ occidere innocentem.dicit ipſe,puta cum iudex, qui debet ſecundum allegata iudicare, condemnat ad mortem eum,quem ſcit innocentem per falſos teſtes conuictum,& ſimiliter miniſter, q iniuſtè condemnatum occidit obediens iudici. ergo abſq; peccato p̄t aliquis occidere innocentem. Reſpondendo tñ ad prædictum arg.dicit,q iudex ſi ſcit aliquem innocentē, qui falſis teſtib.conuincitur,debet diligentius examinare teſtes,vt inueniat occaſionem liberandi innoxium,ſicut Daniel fecit.Si autē hoc non poteſt,debet eum relinquere iudicandum ſuperiori.Si autē nec hoc poteſt,non peccat,ſecundum allegata ſententiā ferens, quia non ipſe occidit innocentem,ſed illi,qui eum aſſerunt nocentem.Miniſter autem iudicis condemnantis innocentem, ſi ſententia intolerabilem errorem continet, non debet obedire. alias excuſarentur carnifices,qui martires occiderūt. Si verò nō contineat manifeſtam iniuſtitiam, non peccat præceptum exequendo,quia ipſe non habet diſcutere ſententiā ſuperioris, nec ipſe occidit innocentem,ſed iudex cui adhibet miniſterium.hęc ibi Tho.Sed 2.2.q.67.art.2. ſpecialiter de hoc quærens & arguēs pro & contra, decidendo tādem reſpondet q iudicare pertinet ad iudicem,ſecundum q fungitur publica poteſtate, & ideo informari debet in iudicio non ſecundum id quod ipſe nouit tanquam priuata perſona,ſed ſecundum illud,quod ſibi innoteſcit tanquam perſonæ publicæ:hoc autem innoteſcit ſibi & in communi & in particulari.In communi quidem per leges publicas, vel diuinas vel humanas, contra quas nullas probationes admittere debet.In particulari autē negocio aliquo per inſtrumenta & teſtes & alia huiuſmodi legitima documēta, quæ debet ſequi in iudicando magis,quàm id,quod ipſe nouit tanquam priuata perſona. Ex hoc tamen ad hoc iuuari poteſt,vt diſtrictius diſcutiat probationes inductas, vt poſſit earum defectum inueſtigare:q ſi non poſſet eas de iure repellere, debet ſicut dictum eſt,eas in iudicando ſequi,& ſic pertranſit Thomas.Diſcuſſis ſententijs tractantium de materia,mihi videtur ſine præiudicio veritatis, Giraldum Odonis ordinis Minorum,ſuper 5.Ethic.hunc paſſum longe ſubtilius cæteris indagaſſe. vbi de duobus quærit, & elegantiſſimè diſputat,videlicet primò vtrum iudici liceat cōtra veritatem ſibi notam iudicare,ſequendo propoſita & probata.Secundò,vtrum iudex corruptus ferens iniuſtam ſententiam pro parte corrumpente delinquat grauius, quàm corrumpens.

141 De primo arguitur, † q iudici liceat iudicare contra veritatem ſibi notam,ſequendo propoſita & probata.Primo,quia iudex tenetur iudicare ſecundum illam notitiam, quam habet vt iudex, & non ſecundum eam,quam habet vt perſona priuata.nec ſecūdum eam, quam habet in alio foro, vt extra de offic. ordin. c.ſi ſacerdos. Sed iudex habet vt iudex notitiam ſibi factam per propoſita & probata,quare licet ei,immo tenetur iudicare ſecundū propoſita & probata contra veritatem, quam nouit vt perſona priuata.Secundò, quia ſecūdum Amb.bonus iudex ſicut audit, ita iudicat. 3. q. 7. iudicet. quare bonus iudex iudicat ſecundum propoſita & probata,non ſecundum ea, quæ ſunt aliter ei nota. Tertio,quia iudex nō debet mutare iudicium propter illam notitiam, propter quam non debet vitare in communione ſacramentali excommunicatum,ſed propter notitiam, quam habet vt priuata perſona,non debet vitare excommunicatum.6.q. 2.ſi tantum,& c.placuit,& 2.q.j.multi corriguntur.ergo, &c. Quartò,quia hoc licet iudici,quod eſt cautum lege.Sed cautum eſt lege,condemnare ad mortem virum innocentem,ſi cōuictus fuerit teſtimonio duorum vel trium,quia in ore duorum, vel triū teſtium peribit qui interficiet. Deut.17.Quare iudex,qui eſt lex animata poterit taliter conuictum ad mortem damnare. Quintò,quia ſicut bonum commune prefertur bono particulari,tanquam melius & diuinius,vt in j. Ethic. in proœm.ſic probatio communis,quæ fit in forma iudicij, præferenda erit probationi particulari,quā hēt iudex vt priuata perſona. Quare iudex iudicare debet ſm illam,nō ſm iſtam. Sextò, quia de duobus malis, minus malum eſt eligēdum,vt in 3.Topic.ſed minus malum eſt innocentē conuictū, q̄ nocentem non conuictū condemnare p̄p ſcandalum,quod eſſet, cū vniuerſaliter oē iudicium putaret iniuſtū pro eo,q hoīes non immeritò illum ęſtimant eſſe nocētem,qui in iudicio conuincitur eſſe nocens,quare vt prius.

Sed in oppoſitum arguitur, quia vtilius ſcandalum naſci permittitur,q̄ veritas relinquatur,ext.de reg.iur.c.qui ſcandalizauerit.Sed hic relinqueretur veritas,quare malè. Hic primò rñdendum eſt ad quæſitum.Secundo dandum eſt conſilium.Pro quę

142 ſito diſtinguo de notitia, † qñ eſt notitia probabilis opinionis, p̄ſumptionis,vel ſuſpicionis,& eſt notitia certitudinalis, puta cū vidit factum & audiuit dictū,de quo quæritur. Secundū hoc dicenda ſunt duo. Primū eſt, q iudex p̄ōt & debet iudicare cōtra illud,quod ipſe ſuſpicatur,p̄ſumit,eſt opinatur eſſe verum,dūtamen oppoſitum fuerit ei legitimo modo probatum. Secundū autem eſt q iudici non licet in aliquo caſu iudicare contra veritatem certitudinaliter ſibi notam, quantūcunq; oppoſitum ſit

143 probatū.† Primum aūt probo tripliciter.primo, quia nulla conie-
ctura probationi obſiſtit in iudice, quæ non obſiſteret in teſte cum iudex citius & ex leuiori cā poſſit repelli q̄ teſtis,vt not. 11. q.3.quicunq;.& 3.q.5. accuſationes. ideo quia facilius hñr mille iudices, q̄ vnus teſtis. Coniectura opinionis & p̄ſumptionis vel ſuſpicionis ſi eſſet in teſte dicente, q ipſe ſuſpicat̄,p̄ſumit & opinatur,q probatio per alteram partem facta non ſit vera, talis in quàm coniectura teſtis non obſiſteret probationi, quo minus effectū ſnīę ſortiretur,quare nec debet obſiſtere in iudice, ſi iudex taliter ſuſpicet̄.Secūdò, quia illud non debet obſiſtere, quo nemo in actionibus & iudicijs vti dēt.tunc.n.vteremur illo tali, ſed nemo in actionibus & iudicijs vti debet ſuo ſenſu,ext.de cōſti.c.j. In ſuſpicionibus āt & p̄ſumptionibus q̄libet vtitur ſuo ſenſu,quare ſicut nec proprius ſenſus debet probationi in iudicio factæ obſiſtere,ſic nec propria iudicis ſuſpicio, vel p̄ſumptio. Tertiò,quia ſicut ſe hñt argumenta topica dialectica,ſeu probabilia ad argumenta demonſtratiua in logica, ita in iure ſe hūt ſuſpiciones & p̄ſumptiones ad teſtium probationes claras & iuſto firmatas. Sed argumenta probabilia non obſiſtunt p̄p logicos argumentis demonſtratiuis quo minus ſortiātur effectum ſcientificum.quare nec apud Iuriſtas obſiſtent p̄ſatæ coniecturę p̄bationi apparēti p̄ legū vel teſtium aſſertionem expreſſam factę, nec in iſta cōcluſione puto difficultatē qōnis eſſe,ſed in ſequenti,vbi iudex certitudinaliter nouit veritatē, contra quā eſt p̄batio. Secūdā igitur cōcluſionē p̄bo. Primo quidē auctoritate oī-

144 potētis Dei,q qōnem iſtā expreſsè determinare vī dicens, † Nō ſequeris turbam ad faciendū malum, nec plurimorū acquieſces ſnīę in iudicio,vt à veritate deuies,Exo.23. Cōſtat.n.q iudex acquieſceret plurimorum ſnīę, ſi ad multorū falſorū teſtiū ſnīam cōtra veritatē ſibi notam iudicaret.& eſt hoc à veritate, quā nouit cōtra diuinū Imperiū deuiaret, quare ſimpliciter eſt illicitū.

Secundo, quia illa, quæ confeſtim nominata & conuoluta

145 ſunt cum malitia † & quæ ſm ſe ſunt mala,nullo modo conuenit bene fieri,vel rectè dirigi. Sed in illis neceſſe eſt ſemper peccare,& nunq̄ rectè agere. vt tradit expreſsè Philoſophus 2. Ethi. c.6.& Aug.in lib.de mendacio,& diffusè probatur in 2.lib. ſent. diſt.40.ait.n.Aug.Ea quæ conſtat eſſe peccata nullo modo bona eſſe poſſunt, nullo bonæ cauſæ obtentu, quaſi bono fine, nulla velut bona intentione facienda ſunt. Ea quippe opera hominū, ſi cās habuerūt bonas,vel malas, nūc ſunt bona, nūc ſunt mala, q̄ non ſunt per ſe ipſa peccata, ſicut victū p̄bere pauperibus, bonum eſt, ſi ſit cā miſericordiæ cum recta fide,& concubitus cōiugalis, qñ fit cā generandi, ſi ea fide fiat vt gignant̄ regenerandi. Et infra,Cum verò opera ipſa ſunt peccata,vt furta,ſtupra, blaſphemiæ,qs dicat p̄ cauſis bonis eſſe faciēda? vel peccata nō eſſe? vel quid eſt abſurdius dicere, q̄ iſta eſſe peccata? Et infra, Quis hoc dicat,niſi q res humanas moresq; conatur & leges ſubuertere,de quo ſatis tractat Magiſter in 2.ſenten.diſtinct.40. Patet igitur, q ea, quæ conuoluta ſunt, eſt malitia, & quæ ſecundum ſe mala ſunt & peccata,nullo modo conuenit bene fieri,ſed innocentem & iuſtum ſcienter condemnare eſt ſecūdum ſe malum, & cum malitia conuolutum.quare nullo modo poteſt bene fieri, qualiſcunq; probatio intercedat.Quod autem iſtud ſit ſecundum ſe malum, probatur, tum quia eſt opus impium, dicente Domino,innocentem & iuſtum non occides,quia aduerſor impium.Exo.23.quaſi dicat,q qui facit iſtud,eſt impius,& ideo aduerſor illum,qui talia facit:tum quia eſt opus veritati & ęquitati

246 naturali contrarium. † Veritas autem eſt magna præ omnibus, & omnis terra & cælum inuocat veritatem, & benedicit,& omnia opera mouētur & tremunt veritatem, & non eſt cum veritate quicquam iniquum,vt ait Zorobabel 3.Eſd.4.c.

Tertiò, quia ſi iuſtum condemnare ſcienter liceat iudici per falſa teſtimonia, aut hoc licebit amore Dei, vel amore ſui, vel

147 amore proximi.non quidem amore Dei:quia vt ait Beda,† qui veritatis & charitatis iuſſa ſpernunt,,Deum vtiq; qui charitas & veritas eſt,produnt, maximè cum non infirmitate vel ignorantia peccant, 11.q.3. abijt. hoc autem modo eſt in caſu propoſito.

148 Item non amore ſui,† quia melius eſt homini pro veritate ſupplicium pati quàm pro adulatione recipere beneficium.11.q.3. nemo.Item nec amore proximi,quia vnus. ſ.damnificatur temporaliter,& alter ſpiritualiter, qui quamuis miſer eſſet mala vo-

149 luntate,† miſerior tñ efficitur ptāte,qua deſiderium malæ volūtatis implet̄,vt ait Aug. 13.de Trin.c. 5.quare iudici ex nullo bono amore ſcienter licet condemnare iuſtum & innocentem.

Quartò,quia nullum ante iuſtam, veramq; probationē iudicare aut dānare debemus.86.diſt.ſiquis.& 2. q. j. Deus oīpotens. 11.q.3.eorum.&c.cūctis.& 30.q.5.nullum.Sed iudex contra veritatem ſibi notam nullā probationē veram habere poterit, cū

150 cōſtet ſibi de veritate, quia nullū verū eſt cōtra verum, † cū oīa vera vero conſonent.j.Ethic.c.7.ergo contra veritatem ſibi notam iudex nullum iudicare,aut damnare debet.

Quintò, quia nō plus p̄ōt cogi iudex p̄ teſtiū aſſertionē ad faciendam rem iniuſtam q̄ pars p̄ p̄bationē & ſnīam, arg. ad hoc,

151 † quia cauſa magis eſt in poteſtate iudicis, q̄ partis, vt dicit Philoſoph.5.Ethic.ſed pars non p̄ōt cogi per probationem aliquā. nec per ſententiā ad faciendum rem iniuſtam, quare nec iudex,

Source : BIU Cujas

Quod.n.pars cogi nō poſſit,patet in caſu.Si.n.alicui adiudicetur vxor pp probationem teſtium,q̄ in rei veritate vxor eius nō eſt, nec eſſe p̄t pp impedimentū notū iſti & nō iudici.Iſte certus de impedimento nec pp probationē,nec pp ſnīam, nec pp excōi-
cationē recipit illam in vxorē, vel maritali affectione tractabit, quia nec debet ſm iura & ſanctorū conſilia, vt tractatur in c.inquiſitioni.ext.de ſent.excō.& in c.literas,ver.fi.extra de reſt.ſpol.
152 † nam potius debet qs oīa mala pati, quàm cōtra conſcientiam peccatum operari mortale.30.q.5.ita ne. & ſupra de his,quæ vi, met.ca.fi.c.ſacris.nam oē,quod non eſt ex fide,peccatum eſt, vt dicit Apoſt.ad Rom.14.vbi dicit gl.ideſt oē, quod contra cōſciē
153 tia.† nam qui agit ꝰ conſcientiā,ędificat ad gehēnam,in d.c.literas,de reſt.ſpol.ſimilis expoſitio fit in c.fi.ext.de p̄ſcr.& de pen. diſt.3.§ illud.quaſi ad mediū,& 28.q.1.ex his.Patet rnſio ad q̄ſitū.

Cōſiliū igitur dandū eſt iudici ſuppoſito, ꝙ iudicare non debeat ꝰ veritatē ſibi notam,vt ſupra probatū eſt. ergo cauſam tali
154 ter inſtructā, nec cōmittat, nec deleget alteri.Cuius rō eſt,† qa oē opus malum,ſicut eſt illicitum hoī facere per ſeipſum, ita eſt ei illicitū facere per alterum,tum quia ille agit ſm iura,cuius auctoritate agitur,& ita per idem eſſet iudici cōdemnare innocentem per ſeipſum,vel per alterū,vt in c.qui facit,de reg. iur. lib.6.
155 † tum quia quicquid eſt cā cauſę,eſt cā cauſati,ſcdm Philoſoph. in 1.de cauſis.& per conſequens iudex,qui eſſet ſcienter cā commiſſionis, ex qua pendet ipſo ſciente, iniuſta dānatio innocētis eſſet ēt ſcienter cā illius iniuſtæ dānationis,tum qa oīs actus bonus,vel malus magis imputatur cauſæ p̄cipienti, q̄ cauſæ obediēti,vt dicit Philoſoph.5.Ethic.Quare quancunq; iniuſtam condēnationem ferre per ſeipſum eſt illicitum iudici ferre ēt per alterum illicitū erit ei. Sed iudici eſt illicitū cōdēnare innocentem per ſeipſum,vt ſupra probatum eſt, ergo illicitum eſt ei ēt cōdē-
156 nare per cōmiſſarium.† Inſpeciali āt,vt videatur quid habet,& quid debet facere iudex,diſtinguendū eſt de iudice,qa vel habet ſuperiorē in terris,vel non.ſi habet conſulendum eſt,ꝙ cām remittat ſuperiori cū relatione propriæ conſcientiæ & probationis oppoſitę.& ſi non admittatur remiſſio, ſed ipſe cogatur ferre ſnīam, conſulendum eſt,ꝙ pro ueritate ſentētiet,quia melius eſt pro veritate ſupplicium pati,&c.vt ſupradictū eſt. Si verò nō habet ſuperiorē in terris,ſicut Rex Frāciæ,vel Papa,vel olim Imperator,conſulendum eſt,ꝙ ſimpliciter pro veritate ſententiet, & ꝙ grauiter puniat teſtes oppoſitum aſſerentes.

Primum declaro,qa cuicunq; cōmittitur actus,quem qs non
157 pōt conuenienter,agere debet illū cōmittenti remittere,† qa p idem eſt,ſm iura,non poſſe cōuenienter agere, vel nō poſſe agere,ff.de verb.ſig.nepos Proculo.ſed iſte iudex non p̄t in hoc caſu ſnīam conuenienter ferre,quia ſi pro veritate ſentētiet, facit ꝯtra ordinem iuſtitię,qui nō permittit aliquē non conuictū dānari.20.q.5.nullum & 2.q.1.Deus omnipotens. ſi verò cōtra veritatē ſententiet,facit contra rem iuſtitiæ, quod eſt maius inconue-
158 niens q̄ facere ꝰ ordinem,† ſicut maius peccatū eſt ex genere,q̄ peccatum ex circunſtantia,vt patet ex dictis 3.Ethic.c. de inuoluntario per ignorātiam ergo iudex in hoc caſu debet cām ſuo ſuperiori remittere.Secundū verò declaratur proteſtato,ꝙ nullus debet ſe reputare coactū ad male agere, quia in quibuſdam
159 non eſt cogi,† ſed p̄morien.eſt antequā aliquis turpiter agat, vt in 3.Ethic.c.de operat.mixtis , ſuppoſito tū ꝙ iudex metu, vel ignorantia reputet ſe coactum ad dandū ſnīam.in hoc caſu oſtē
160 ditur ꝙ debeat ſnīare pro veritate,† qa de duobus malis minus malū eſt eligendum.ſi oporteat alterū eligi,vt in 3. Topi.ſed minus malum eſt cōtra ordinē iuris pro veritate innocentē abſoluere,q̄ ſeruato ordine iuris contra veritatē innocentē condēnare.Quod apparet,tum quia ibi perit res iuſtitiæ, hic aūt ſolus ordo iuſtitię:tū quia illud eſt ſm ſe malum ex genere,vt oſtenſum eſt ſupra, quod nullo modo pōt bene fieri. Iſtud aūt eſt malū ex
161 ſola circunſtantia:tum quia,vt dicit lex,† ſanctius eſt, impunitū relinquere facinus nocentis,q̄ innocentē dānare.ff.de pēn.l.abſentē.Quare iudex in tali caſu poſitus debet potius iudicare pro veritate certitudinaliter ſibi nota,q̄ ꝯtra veritatem,non obſtante quacunq; probatione propoſita,ſed pars appellet,ſi vult,poſt quam ipſe animā ſuam liberauit,cuius valor p̄ponderat toti mū
162 do,† quia anima cunctis rebus eſt precioſior,vt in 3.de Anima. & in l.ſcimus,C.de epiſc.aud.& in c.cū infirmitas, ext. de pēnit. & remiſſ.potius igitur nocentē inconuictum abſoluat, q̄ innocentem conuictū per falſos teſtes cōdemnet,per l.abſentē, ff. de pę, vt puta,ſi proprijs oculis vidit Caium interfeciſſe Titium & probetur de Sempronio,qua igitur conſcientia poterit condemnare Sempronium?certè non niſi mala.ergo &c.

163 Tertiū verò declaratur,videlicet, † ꝙ iudex, qui eſt talis princeps, qui ſuperiorem non habet, debet ſimpliciter iudicare pro veritate ſibi nota.Primò,qm̄ ipſe,qui eſt quaſi Deus in terris,debet quantū pōt,ſicut Deus iudicare in terris. tali namq; principi maximè iniungitur illud quod generaliter fidelibus indicitur p Apoſt.ad Epheſ.5.eſtote imitatores Dei,ſicut filij chariſſimi.Sed talis princeps,qui non habet ſuperiorem in terris,eſt quaſi Deus in terris:ſic.n. vocatur in ſcriptura diuina & ipſe & ſui ſimiles vt dicitur in Pſ.Qm̄ dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt: Deus aūt ſemper iudicat in uirtute pro veritate ſibi nota, ſicut ſcriptū eſt in Pſal.Deus iudicabit orbem terrę in ęquitate & populos in veritate ſua.& Apoſt.dicit ad Rom.2.ſcimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecūdum veritatem. ergo ſimili modo huiuſmodi princeps iudicare tenetur.

164 Secundò, † quia vnuſquiſq; iudicare tenetur ſecundum veritatem ſufficiēter ſibi notā.Vnuſquiſq;.n.iudicat bene quæ nouit,& horū eſt bonus iudex,vt in primo Ethi.in prologo,c.3.ſed tali principi eſt ſufficiēter veritas nota, poſito ꝙ ei ſoli ſit nota, quia ipſe ſolus magis eſt dignus fide,q̄ centum teſtes:quod appa
165 ret tum quia ipſe eſt cuſtos ſupremus iuſti,vt in 5.Ethic.c.1.. & p appellationē non eſt recurſus ad alium:† tum qa teſtimonium, qđ eſſet inualidū ex defectu numeri teſtium,fit validū ex ſola p̄ſentia principis,vt C.de teſti.l.oīum.Ex quo appareat, ꝙ nota ſolius principis ęquipollet & p̄ualet atteſtationi pluriū teſtiū.ergo princeps talis iudicare debet ſm veritatē ſibi notā, & punire teſtes oppoſitum aſſerentes, ſicut conuictos de falſo teſtimonio.

166 Ad primum in oppoſitū eſt dicendum, † ꝙ iudex nō ſemper iudicare debet ſm illam notitiam, quā accipit vel addiſcit vt iudex:quod apparet,quia ſi alicui iudici daturo ſnīam fiant allegationes pro parte ius nō hñte,nullæ aūt allegationes fiant pro altera parte,ipſe tñ ſcit allegationes veras pro parte ius hñte , quas non didicit vt iudex,ſed vt ſcholaris exiſtens,ſi bene quidē iudicet obſequendo legibus non aduerſando examinando rem,merita non mutando.3.q.7.iudicet.iudicabit certè, ſm veram legū notitiam,quam didicit vt ſcholaris,non ſm falſam,quam acce-
167 pit vt iudex,† iux.not.in l.vna,C.vt quæ des. aduo. part.iud. ſup.
168 † Item cum aliqua comparantur ſub duabus differentijs debēt intelligi cætera paria,aliàs nulla eſſet comparatio : vt ſi q̄ramus, quis eſt melior clericus, vel laicus,non pōt dici ꝙ clericus ſit melior,niſi ſuppoſita in cæteris paritate , quia melior eſt vnus perfectus laicus,q̄ vnus imperfectus clericus. Similiter in propoſito dicendū,ꝙ ſi notitia,quā iudex hēt vt iudex,ſit p̄ferenda notitiæ, quam habet vt perſona priuata,cōcedendū eſt cęteris paribus : ſed ſi notitia illa non meret dici notitia,ſed error & deceptio,qa falſa & iniqua:iſta verò ſ.quam habet vt priuata perſona , ſit ve-
169 ra &c.nemo ſanæ mentis dicet,ꝙ illa iſti ſit præferenda,† & illi quidem,qui hoc dicerēt , maledicti ſunt à Deo dicente per Iſaiā 5.c.veh qui dicitis malū bonū,& bonū malū,ponentes tenebras & lucem tenębras. Sic autem eſt in propoſito, vbi probatur aliqd iudici contra veritatem certitudinaliter ſibi notam.

Ad ſm autem dicēdum, ꝙ bonus iudex ſicut audit iudicat, ſi veritatem ſe audiuiſſe percepit, aliter non.Vnde ſubdit Amb.ꝙ ſicut ſe hēt,natura decernit,i.veritas facti & iuris. ſi igit cōſtet ei, ꝙ aliter ſe habet natura,& aliter audientia, potius declinabit ad
170 veritatē naturæ,q̄ ad falſitatē audientiæ. Vnde ibidē ſubdit, † ꝙ in iudicādo magis dēt eē cordi cuſtodia veritatis q̄ obediētia volūtatis,& ꝙ p nullo optato p voluntatē dēt relinquere veritatē.

171 Ad tertium dicendum, † ꝙ aliud eſt excōicatū non vitare, & aliud eſt innocentē condēnare: qa illud eſt ꝰ ius poſitiuū, iſtud aūt eſt ꝰ ius naturale,& ideo per ius poſitiuū ſancitū eſt in quibuſdam caſib.excōicatos non vitare. 11.q.3. qm̄ multos. ext.de ſen. exc.c.rnſo. & c. inter alia.& c.ſi verò, cum ſimilib. ſed per nullū ius ſancitum eſt in caſu aliquo innocentes damnare, immo per
172 oēs leges vniuerſaliter interdictū eſt,† qa factæ ſunt leges,vt puta ſit inter improbos innocentia.4. diſt.factæ ſunt aūt. ergo &c.

Ad quartum dicendum, ꝙ nulla lege cautum eſt, innocentē conuictum, cum conſtat iudici falsò cōuictū eſſe damnari.imò lex oppoſitū dicit ibidē,Deut.17.vbi Deus loquitur iudici dicēs,
173 † Cum reperti fuerint vir aut mulier,qui faciant malum, & hoc tibi fuerit nunciatū audiensq; inquiſieris diligenter & verū eſſe repereris, educes virum,&c.Et infra, Qui indicabunt ſibi iudicij ueritatē,ergo p̄ſupponitur ꝙ iudex reperit,uerum eſſe qđ teſtis affirmat,& ſic percipiat illud eſſe credendum.

Ad quintum autem dicendum,ꝙ bonum cōe præferendū eſt particulari,& probatio cōis particulari ſimiliter præferatur. Sed ꝯdēnare innocētē nō eſt bonū,ſed malū,ergo malū cōe ꝯſiſtēs in impijſſima falſitate nō eſt p̄feren.bono cōi,nec particulari ꝯ-
174 ſiſtēti ī ueriſſima pietate,cū ueritas oīa uīcat,vt dictū eſt ſ.†imò meli? ē,nocētē abſoluere,q̄ innocētē ꝯdēnare. ff. de pę.l.absētē.

Ad ſextū aūt iam dictum eſt ēt, ꝙ minus malū eſt ꝯtra ordinē iuris p ueritate iudicare , q̄ ſeruato ordine ꝯtra ueritatē & iuſtitiā iudicare:† nam, ut dictū eſt, ēt facilius ſcandalū naſci permittitur q̄ ueritas relinquat,ut in d.c.qui ſcandalizauerit, de reg.
175 iur.quàm maximè, quia ſcandalum in caſu ſuppoſito nō poteſt eſſe frequens,ſed rarò contingens.

Hoc mihi videtur pro veritate tenēdum. quanquā Doctores iuris ciuilis in l.illicitas.§.veritas,ff.de off.præſid.ſatis ſe nitantur defendere per illum tex. ꝙ iudex debeat iudicare , ſm probata. Sed certè ille textus rectè intellectus ſatisfacit ēt pro hoc quod
176 concluſum eſt.dicit.n.tex.ille,† Veritas rerum erroribus geſtorum non vitiatur.ergo veritas debet præualere,nō obſtante voluntario falſorum teſtium errore corā iudice palliato . Vnde dicit ibi gl.ſuper verbo,veritas, Pone caſum, Aliud erat ſcriptum

aliud

Source : BIU Cujas

aliud actum.si ex fide testium,'qui probāt, apparet quid est actū, id sequimur,vt hic,& C.plus valere quod agi.per totum.ergo similiter dicam,ꝙ si aliud actum est,q̄ ex fide testimonium possit
177 apparere,nō credam testibus,sed sequar veritatem.† fides enim testium attendenda est ſm veritatem & non ſm falsitatem.Vnde cū subdit tex.in d.§.veritas,& ideo prēses prouincię id sequatur qđ conuenit eū ex fide eorū,q̄ probabuntur. sanè debet intelligi,si veraciter probentur, & nō fallaciter. Vnde subdit ibid. gl.In eo ergo,quod dicit,ex fide eorū,&c.est arg.pro Io.ꝙ ſm allegata debet iudex iudicare,non ſm conscientiā.Sed Mart.contra, & pro eo facit.ff.de fer.l.eadē, in fi.& ff.fi.reg.l.si irruptione. §.fi.Sed ibi vt iudici erat notū,secus si vt priuato.Hęc gl.vbi dicit Bart.vel dic,aut tractamus de cōscientia, quā causat ius, vt quia pars allegat legem pro se,& iudex intelligit alio modo, & tunc potest iudicare,sicut intelligitur,arg.C.vt quę des.aduo.part.iud. sup. l. vna. aut de ea, quam iudex habet super facto, & tunc aut nota iudici, ſm conscientiam sunt notoria, aut nō. In primo casu ut talem fore ptātem Bononiensem,vel talē non esse Papam, & ꝫrium notum est,tunc pōt iudex ſm suam cōscientiam iudicare,arg.C.qui & apud quos.l.2. In 2.verò casu.s.qñ hēt conscię-tiam de facto eorum,q̄ non sunt notoria: & tunc aut tractamus de his,q̄ sunt ad decisionem causæ, aut ad ordinationem, aut ad probationē.si ad decisionē,tunc distingue,aut sunt nota vt iudici,aut vt priuato:si vt iudici,certū est,ꝙ iudex pōt iudicare ſm talē conscientiā:si vt priuato,& tunc nō,vt intelligit gl.in d.l.vna. C.vt quæ des.aduo.si ad ordinationē causæ,tunc dicit gl. ꝙ non potest,ff.de probat.l.quoties. si ad probationem causæ, tunc potest,arg.ff.de testib.l.3.ibi,tu magis scire potes,quanta fides sit testibus adhibenda.hæc Bartolus.

Ad prædicta faciunt no.ff.de min.l.minor 25.an.& ff. de in lit. iur.l.2.§.fi.& ff.de pet.hæred.l.fi.& in Auth.de mād.prin.§.si tibi. col.3.& ext.de re iud.c.cū inter vos.& 30.q.5.§.sed obijcit. & ext. de of.dele.c.pastoralis.& plenè.ext.de of.ord.c.j.& ibi gl.& Doc. dicit.n.ibi gl.super verbo,canones,Item ex eo qđ dicit hic inquirere vlcisci & punire,ſm ꝙ canones censuerūt, est arg.ꝙ iudex iudicare debet ſm allegata & ſm canones & leges, & non ſm conscientiam,vt expresse dicit.11.q.3.summopere.& 3.q.j.iudicet.& 6.q.2.si tm̄.& c.placuit & in c.2.de off.ord.& C.de iud.l. rē nō nouam.& in Auth.de iud. §. quia verò. & in Auth.de defens. ciuit.§.iusiurandū.& ff.de off.præsid.l.illicitas.§.j.Arg. ꝫ ꝙ pōt iudicare ſm ꝙ putat,ff.quis & à quo app.l.appellari.& ff.de arbit.l. qualē.& 11.q.3.tunc vera.& arg.8.dist.qui cōtempta veritate.In hoc casu dicit gl.qñ iudex aliud habet in cōscientia,& aliter cōstat per probationes legitimas, dñt quidā ꝙ debet cām alij delegare.ff.de iurisd.om.iud.l. ptor. Alij dñt & melius, ꝙ licèt iudex aliud habeat in conscientia sua, q̄ constet per allegata,debet iudicare ſm ꝙ facta est sibi fides in iudicio per iura prædicta,& nō debet sequi ꝫscientiā, qa non scit illa tanq̄ iudex,sed tanq̄ Deus, vt in d.c.2.de off.ord.& 6.q.2.si tm̄.& cap.placuit.nec peccat,nec dī facere ꝫ conscientiam,& ita nec in condemnando,nec in absoluendo sequatur conscientiam. & ꝙ ita sit procedēdū, patet: nam Dns omnia sciebat,& tñ nullum voluit ꝫdemnare, nisi ꝑbationibus conuinceretur,2.q.j. Deus oīpotens. hęc gl. ibidem. Sed huic glosſę substantialiter iam supra responsum est, ꝙ tunc iudex debet iudicare ſm allegata & probata, qñ talia vera sunt. Vñ dicit tex. in d.c.summopere. ꝙ iudices in dictandis sentētijs nullatenus leuitate, aut furore ducti sint præcipites, sed causis prius diligenter ventilatis,cum res q̄ ignorabatur,pleniter ad notitiam venerit diffinitiua sentētia proferatur.Et in d.c.iudicet,dicit tex.iudicet ille,qui ad pronū ciandū nullo odio, nulla offensione,nulla leuitate ducatur.Et infra,sicut se habet natura negocij decernit,&c.vt supradictum est,& bene solutū.Ad d.c.si tm̄, & ad c.placuit, respondeo ꝙ loquuntur de episcopo, qui solum modo nouit crimen occultum, ꝙ non pt publicè condemnare, nec in d.c. si tm̄, fit aliqua mentio de oppositio veritati, vt iudex hēat innocentē condēnare ꝫ veritatē, qa hoc nullum ius patit,
178 vt dictū est.† Et d.c.placuit,loquitur de cpo, q̄ nouit crimē ꝑ secretā confessionē criminosi,ꝫ quē excōicationis snīam,vel aliā cōdēnationē ferre nō pt in publico, qa reuelaret cōfessionē, & ꝫfitentis proderet crimē occultū in infamiā ipsius,qđ esset ꝫ doctrinā Christi dicētis Matt.18.si peccauerit in te frater tuus, &c. de quo 2.q.j.si peccauerit. & ī tali ēt casu loquit c.si sacerdos, qđ est c.2.de off. ord. vbi dicit tex. qa non vt iudex scit,sed vt Deus. Cautū est.n.vt ꝫfessor nō debeat ꝑdere peccatorē,6.dist.placuit. & ext.de pen.& remiss.c oīs vtriusq; sexus,ad fi.Ad p̄dictā l.rem nō nouā,dico,ꝙ facit pro me, cū dicit, sic etenim attendētes ad sacrosanctas scripturas, & Dei p̄sentia ꝫsecrati ex maiori p̄sidio lites dirimēt,scituri ꝙ nō magis alios iudicant,q̄ ipsi iudicant,cū ēt ipsis,magisq̄ partib. terribile iudiciū est, si litigatores qdē sub hoīb.sunt,ipsi aūt Deo inspectore adhibito cās ꝑferūt trutinandas.i.dirimēdas,vt dicit gl.& infra,Sacrosanctis euangelijs tactis iurm p̄stent,ꝙ cū oī qdem virtute sua, oīq; opere qđ iustum & verū existimauerint clientib.suis inferre procurent, nihil studij relinquentes, quod sibi possibile est.nō aūt credita sibi cā cognita ꝙ improba sit vel penitus desperata,& ex mendacibus allegationib.ꝫposita,ipsi scientes, prudētesq; cū mala cōscīa liti patroci nēt:sed & si certamine p̄cedēte aliqd tale sibi cognitū fuerit à cā recedāt ab hmōi cōione sese penit9 separātes, & hęc vltima verba ptinent ad aduocatos, & poptimè trahunt in arg. ad iudices.

Ad Auth.de iud.§.qa verò.putādū est, ꝙ gl. velit adducere illud qđ cōtinet in ver.siue,§.oīs aūt.vbi sequit tex.oīs aūt iudex, siue cingulū hns,siue aliter iudicans custodiat leges & ſm eas ꝑferat snīas.rndeo,ꝙ nō dī custodire leges,nec sequi leges,vel ſm leges proferre snīam,qui ꝫ veritatē iudicat habita notitia de falsitate probatorū vel allegatorū coram ipso.Ad §.Iusiurandū,in Auth.de defens.ciuit.ubi tex.dicit, iusiurandū verò p̄bēs, qa oīa ſm leges & ius agat.dico idē, qa non agit ſm leges,q̄ scienter indicat ꝫ ueritatē.Ad dictū.§ ueritas. iā supra rn̄sum est. Ad illud ēt qđ dicit gl.p̄dicta,ꝙ si aliter cōstat per ꝑbationes legitimas,q̄ iudex in cōscīa teneat,debet cām delegare:rn̄sum est ēt ꝙ hoc nō dēt facere,qa esset particeps criminis faciēdo ꝑ aliū,qđ nō licet
179 ꝑ seipsum,† & participās in crimine criminoso, incidit in eādē snīam,ut in c.si cōcubinæ clericorū,& in c.nuper,ext.de sen. excōm.Præterea, cū delegans sit cā principalius agens,ergo magis peccaret,ut supradictū est.Accedūt not.in c. si culpa. de iniur. & dam.dato.ibi,nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriā uerisimile posse ꝓtingere,uel iacturā.Accedūt ēt no. in c.sicut dignū,ext.de homic.nō.n.minus peccauit rex Anglię, q̄ iussit interfici beatū Thomā Archiepiscopū Cantuarien. q̄ q̄ eius iussu fecerūt, nam faciendo per alios dī fecisse ꝑ seipsum, ut in c.q̄ facit,de reg.iu.li.6.sicut Herodes dī occidisse pueros,quos iussit occidi,Matth.2.Nam mandans & madatarius cōsulēs,suggerens,ꝫsensiens,uel exhortās,cū possit pohibere,pari pena puniunt,ut in c.signasti,2. ext.de homic. ibi, nec ipsius studio cōsilio uel mādato,& in d.c.sicut dignū.in gl.super uerbo, cōsilium dedere,ad fi.c.ubi dicit gl.Nota ꝙ homicidiū cōmittit facto,cōsilio,p̄cepto & defensione.50 dist.si qs uiduā.& 23.q.ult. c. fi. ad qđ 11.q.3.q ꝫsentit.Nā,ut dicit Apost.ad Rom j.in fi. digni sunt morte nō solū q̄ faciūt ea, sed ēt q̄ cōsentiūt facientib. Præterea qūo pūt dici legitimę ꝑbationes, quas cōstat sup falso fundatas. ergo nullo modo sequat iudex falsitatē,sed potius veritatē, nec suā conscientiā lædat,& verā iustitiam ꝑ falsitatē offendat, si nō vult incurrere pēnas contentas in c.cum eterni. de sen. & re iud. lib.6.vbi dicit Inno.IIII.pulcherrima verba & singulariter nota.
180 dig.videlicet,† Caueāt Ecclesiastici iudices,& prudēter attēdāt, vt in cārum processib. nil vedicet odium, nil fauor usurpet, timor exulet,p̄miū aut expectatio prēmij,iustitiā nō euertat, sed stateram gestent in manib. lances appendant æquo libramine, ut in oīb.q̄ in causis agenda fuerint,p̄sertim in concipiendis snījs & ferendis,p̄ oculis hēant solū Deū illius imitantes exemplū,q̄ querelas populi tabernaculū ingressus ad Dominū referebat, ut ſm eius Imperiū iudicaret.Sed nulli dubiū,ꝙ iudiciū ſm diuinū Imperiū debet esse ſm ueritatē, & non ſm falsitatē,ut dicit Apost.
181 ad Rom.2. Subdit Inn. † si qs aūt iudex ecclesiasticus ordinarius aut ēt delegatus famę suę prodigus ꝑprij ꝑsecutor honoris ꝫtra ꝫscientiā & ꝫ iustitiā in grauamē partis alterius in iudicio q̄cq̄ fecerit per gratiā uel ꝑsordes ab executione officij per annū nouerit se suspēsum,ad æstimationē litis parti quā læserit nihilominus cōdendandus,&c.Ecce quam spāliter monet,ne ꝫ conscięētiā & ꝫ iustitiā faciat.Vnde dicit gl.Io.And.nota ista duo sic copulata vtrūq;.n.requirit,ut hēat locū hęc pena.nō.n.simpliciter ſm cōscientiā iudicare debet,sed informare dēt eam, ſm allegata & probata,& allegat dictū c.iudicet,& d.c. pastoralis. Ego dico,hoc esse uerū, in quātū allegata & ꝑbata sint uera, nō aūt debet informare suā conscientiā,in quantū sibi constat allegata & probata certitudinaliter esse falsa.ius. n.non fouet, sed punit & destruit falsitates,ut patet expresse in iure canonico & ciuili, de fal.p totū,ergo,&c.Dns Ant.de But.in d.c.pastoralis, §.qa uerò, sic pertransit dicens, quartū dubiū gl.est,vtrū iudex hns cōsciētiā ueritatis circa cām,& aliter sibi cōstat ꝑ probationes,debeat ꝑcedere ſm conscientiā an ſm allegata. Vgoli.& sequaces dixerūt ꝙ nō debet iudicare ꝫ ꝫscientiā, sed alteri cōmittere,& si sit talis q̄ non possit alteri cōmittere, puta subdelegatus delegati,ꝑ nunciet ſm allegata,& deponat conscīam.3.q.7.iudicet.cū simi
182 lib.fatet,† ꝙ iudicās ꝫ cōscīam & grauās partē tenet ad interesse,ut in c.cū æterni.de sent.& re iud.lib.6. Sed qd si non pōt conscientiā deponere? Dicit Host.ꝙ nō debet ꝫ conscīam agere,qa nulla obediētia necessitat ad agēdū ꝫ ꝫscīam,de tēp.ord. ad aures.& dī gloria nra,testimoniū cōscīæ nræ, de sacra unct. c.j. Vñ si pt,insornet ꝫscīam suā cū iure & exequat.Et dicit Host.ꝙ hoc ipse faceret,nisi snīa euidēter esset nulla,& si nō pt deleget:si nō pt,instet cū superiore vt exoneret:si nō pt,appellet.de offi.deleg. si quando.non tm̄ statim potest appellare, nisi quando non potest conscientiam deponere,secundum Doctores, quia nō est scribendum,nec alicui consulendum,ꝙ contra cōscientiā agat, allegat de præscrip.c.fi.sed magis facit c.inquisitioni, de sent.excom.& de restit.spol.c.literas.

Glos.etiam in d.c.iudicet 3.q.7.super verbo, audit,dicit, arg.ꝙ secundum allegata est procedēdum,& allegat iura,& subdit,sed cōtra 30.q.5.nullum,& c.iudicantem.& 3.q.7. postulatus.& verè

Source : BIU Cujas

iſta tria cap. peroptimè probant, qđ ſupra cõcluſi. Nã d.c.nullũ,
183 dicit, † nullum ante veram, iuſtãq; probationẽ iudicare debemus, aut damnare. Nota, quia dicit, verã iuſtãq; copulatiuè. ergo dato ꝙ poſſet dici iuſta ſeruato iuris ordine, non tñ eſſet recta probatio, ſi non eſſet vera, iuxta not. 86. diſt. ſiquid verò. ibi, diligenter veritas eſt perſcrutanda. ſimile 11. quæſt. 3. eorum. & c. in cunctis. & d.c. iudicantem, dicit, tandiu actio ventiletur, quo vſq; ad rei veritatem perueniatur. & inf. dicit Gratianus, Ex præmiſ-
184 ſis manifeſtiſſime colligitur, † ꝙ ꝑ incertis à certis recedẽdum non eſt, nec in re dubia danda eſt ſententia certa. ſubdit gloſ. in d.c. iudicet, ſecundum Vgoli. delegabit cauſam, ſi conſcientia nõ concordat allegatis, ſecundum alios poteſt determinare, ſecundum allegata, quia aliud facit quis in eo, ꝙ Deus, aliud in eo, qđ homo. 23. q. 4. ſi eccleſia. & ſic iudicare poteſt ſecundum conſcientiam, quam habet vt iudex, non vt homo. argu. eſt de offic. ordi. c. ſi ſacerdos, & de offic. deleg. paſtoralis. §. quia verò. Sed ad prædictam glo. & ad iura, quæ allegat, iam reſponſum eſt ſupra. Simili ẽt modo reſpondendum eſt ad gloſ. & iura, quæ allegat
185 30. q. 5. his ita reſpondetur. dicit enim ibi tex. † Incerta enim vt Xiſtus Papa ſcribit epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis, nemo pontificum iudicare præſumat. Et quamuis vera ſint, tñ credẽda non ſunt, niſi quæ certis indicijs comprobantur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi quæ iudiciali ordine publicantur. prædicta etiam verba repetuntur in §. ſeq. qui incipit, hinc ẽt Victor Papa, dicit glo. ſuper d. verbo, credenda non ſunt. argu. ex his authoritatibus, & ſequentib. cap. ꝙ iudex non ſecundum cõſcientiam, ſed ſecundum allegata, debet iudicare, de conſec. diſt. 5. cap. vlt. 15. q. 5. præsbiter. 2. q. 1. Deus omnipotens. 3. q. 7. iudicet. 11. q. 3. eorum. q̃uis graue ſummopere, arg. 11. q. 3. eorũ. tunc vera plerunq; ⁊ arg. 24. q. 3. Deus, qui contra. Ecce qũo ſe inuoluit ẽt gl. ſed reſpondeo primò ad tex. ſuper quo poſita eſt gl. & dico, ꝙ omnia illa verba, videlicet, certis indicijs manifeſto iudicio & iudiciali ordine, ad hoc tendunt, vt veritas diligentius per quiraẽ, ne de re incerta ſnĩa proferaẽ, vt patet expreſsè in tex. præce-
186 dente, cũ dicit, Incerta. n. nemo iudicare pręſumat. † cõe eſt. n. ad oẽm iudicẽ inquirere veritatẽ, vt dicit Arch. in d.c. iudicantẽ. & patet per illum tex. & C. de iudic. l. iudices.

Ad c. fi. de conſec. diſt. 5. rñdeo, ꝙ rectè facit pro me: loquiẽ. n. de ſpi̇ritu ſancto à patre & filio procedẽte. nã dicit ibi tex. ꝙ ſpiritus appellatus eſt veritatis, & veritas Chriſtus eſt. Et infra, in perſona Chriſti dicit, ego veritatẽ loquor. Et infra, ſpiritus veritatis procedes à veritate. & q̃uis in fi. dicat in perſona Chriſti, ſicut au-
187 dio & iudico, † certũ eſt, ꝙ iudiciũ Chriſti eſt ſm veritatẽ, vt dicit Apoſt. ad Rom. 2. ergo præſupponit audientiam veritatis & non falſitatis. Refert. n. tex. ſubſtantiam verborum Chriſti dicẽtis Io. 16. cum aũt venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos oẽm veritatẽ, ergo ſm veritatem iudicandũ eſt, & nõ ſm falſitatem.

Ad c. ꝑsbyter, reſpondeo ꝙ ẽt ille tex. hoc intendit, vt veritas perquiraẽ, & per teſtes idoneos cõprobetur: ſed non ſunt teſtes idonei, qui fallitatẽ approbant, ergo non obſt. & ſic ẽt rñdeo ad gl. ibi poſitã, quæ dicit, arg. ꝙ nõ eſt ſm conſcientiã iudicandũ: nam quoties fit tale argm̃, reſpondeo, verũ eſſe, ſi conſcientia diſcordet à veritate, ſecus aũt ſi concordat conſcientia cũ iuſtitia & veritate. & ſic rñſum eſt per prędicta ad oĩa iura, quæ poſſent in contrariũ allegari. faciunt not. per Arch. in d.c. iudicet, in glo. arg. ꝙ ſm allegata, vbi dicit: Adde, dic ꝙ ſi pars aliqua non innitiẽ alicui rõni, quia non credit releuari per rõnem illam, ſi tñ iudex videat debere pronunciari per illã, ꝑt pronũciare per illam. & ſic fuit. ext. de conſuet. cũ dilectus. ext. de conceſ. ꝑben. ex parte. de re iud. cũ Bertoldus. de elec. cũ cãm. & hoc, cũ ratio illa deducta eſt in iudicium. aliàs ſecus, vt in hoc c. iudicet, ſm Goffr. q̃ ita not. in præd. c. cum dilectus. Sed Hoſt. not. ext. de poſtul. pręla. c. bonæ memoriæ. j. † ꝙ iudex de iure & de facto ſupplere põt,
188 vbicunq; vertitur periculũ animæ, arg. eſt de elec. cũ nobis. §. his igitur. & de excep. c. exceptionem. & vbi legitur publica vtilitas, arg. C. de procur. l. militẽ. ff. de poſtul. l. quos ꝑtor. aliàs autem nõ debet ſupplere de facto, niſi de eo, quod ſibi conſtat tanq̃ iudici, ſm Hoſt. De hac materia not. 28. diſt. priusq̃. & 2. q. 7. alieni. & ibi videas. ſubdit Arch. in ead. gl. ibi, iudicare põt. adde i. debet, ſecũdum Inn. ext. de cenſib. venerabili, in gl. j. verſ. reſpondeo ꝙ quãdo. Hæc Archid. vbi ſupra, & ſic etiam ipſe pertranſit.

Dñs Petrus de Ancharano in repet. c. j. ext. de conſtit. poſt 5. chartã dicit poſtremò pro declaratione literæ in quantũ dr̃ nouo ſuo ſenſu, & ẽt breuiter quęro, vtrũ iudex debeat iudicare ſm conſcientiã, an ſm allegata & probata. Iſta qõ eſt vulgaris, & per Doctores vtriuſq; luris varijs locis facta, & vario modo ſoluta. Accurſ. eã tangit in l illicitas §. veritas. ff. de off. ꝑſid. gl. in c. paſtoralis. de off. deleg. & in c. j. de off. ord. & plenius per Io. Cald. in additionib. in d.c. paſtoralis, & per Inn. in c. venerabili, de cenſib. & per gl. 3. q. 7. iudicet. Per Io. And. plenè in addit. Spec. ti. de diſpu. & allegat. aduoc. § ſequitur. vbi refert opin. cõtrarias Theologorum. Quidam. n. tenent, ꝙ debet ſequi potius veritatem quã nouit q̃ probationes & acta contraria conſcientiæ ſuæ. Ipſe verò re-
189 latis aliis opinionib. legiſtarũ dicit, † ꝙ in iudice ſacerdote põt conſiderari triplex conſcientia: vna vt Dei, per confeſſionẽ ſibi factam in foro pęnitentiali: ſecũda, vt hoĩs, quã forte habet per aliquem ſenſum corporeũ, vt per viſum vel alium de ſenſib. corporis, de quibus in c. cum cauſam, de teſtib. per Inn. tertia, quam habet, vt Iudex per probata coram eo.

De perſona, quam habet vt Deus, certum eſt, ꝙ debet eã ſeq̃ & per veritatẽ, vt hoĩ aliter ſibi notam nõ perdere peccatorẽ, vt in c. j. de off. ord. & in c. oĩs, de pęn. & remiſſ. reſtat modo de ſecũda & tertia, cũ ſibi inuicẽ aduerſentur, quia veritas aliter ſibi nota
190 eſt vt hoĩ, aliter verò vt iudici per ꝑbata in cauſa. † In hac ergo perplexitate primò conſulit, vt laboret quantum põt vt veritas ſibi nota vt hoĩ concordet cum probatis & allegatis in cã: quod ſi poteſt, nulli dubiũ, ꝙ debet eam ſequi. & ſm iura iudicare, nec eſſe clementior lege. facit quod habetur in Auth. de iudic. §. ſi verò. & 30. q. vlt. iudicantem. ſi verò ad hanc veritatem & concordiam conſcientiæ cũ probationib. peruenire non ꝑt, laboret cũ ſuperiore quantũ põt, vt eum exoneret à iudicando, vt in d.c. paſtoralis. ꝙ ſi non poteſt, dicit Hoſt. ꝙ in executore remedium eſt vt appellet. Sed ſi eſt iudex delegatus, non tangit Hoſt. ſed Pet. dicit idẽ, quod in ordinario, videlicet primò, vt cauſam deleget, & ſic ſe exoneret. ſed ſi non poteſt, quia natura cauſæ hoc nõ patitur, vel quia eſt delegatus ab alio, q̃ à principe, tunc dicit ꝙ tolerabilius eſt non pronunciare & patienter pati pęnam, de ſent. excom. c. inquiſitioni, q̃ contra conſcientiã iudicare. ita ibi concludit in fi. Io. And. Subdit Pet. ꝙ conſilium ſequendũ eſſet, ſi nõ eſſet contra iudicem recuſantem miniſtrare iuſtitiã aliud remedium proditũ, q̃ excõicationis. ſed quia, vt credo, dicit ipſe, ꝑt ꝑciſè cogi ad pronunciãdum, vt l. munerum. §. iudicãdi. ff. de mun.
191 & hon. † Remanemus in prædicta perplexitate. ſ. qđ faciet compulſus ad hoc, & remittit ſe Pet. ad not. per ipſum in repet. c. poſſeſſor malæfid. de reg. iur. lib 6. in 6. quæſt. prin. proſequitur tñ caſum magis dubium, cum ſcilicet in ciuili, vel criminali cã iudex habet cõſcientiam informatam de certiſſima veritate pro reo, probationes tñ indubitatas habet in cauſa contra eum, quas verè nouit falſas, ſed non põt oſtendere tanquam iudex. Tunc dicit Io. Cald. ꝙ eſt tutius ſequi conſcientiam informatam de veritate, q̃ ſequi allegata & probata, ſm eum. Sed certè, dicit Pet. periculoſum eſt hoc in iudicio ciuili, quia tenebitur ad æſtimationẽ litis, poſtq̃ ex probationibus ſnĩa apparet iniuſta, nec credeẽ ſibi contrarium aſſerenti, vt in c. qm̃ cõtra falſam, ext. de probat. In criminali ẽt abſoluendo quem debuit cõdemnare ex probationib. in cã factis ẽt ſibi maius periculum imminet. ſ. pęnę conſimilis fortè ꝑſonalis, arg. ff. ad leg. Iul. repet. l. lex Iulia. Iſtis aũt periculis pro debito alterius vel delicto ſe exponere non videtur ſm ordinẽ charitatis. Vnde in ciuili, ſi eſt maxima ſumma, à qua reum ſi contra allega. & probata abſolueret, oporteret iudicem de ſuo refundere, & per conſequens mendicare. Durum eſſet dicere ad hoc eum teneri, & durius in criminali reum cõtra proba ta abſoluendo ſupplicio ſe exponere, quod natura abhorret, vt in clem. paſtoralis, de re iudic. In hac ergo perplexitate ſatis videtur iudex excuſabilis quo ad Deum, ſi ueritatem, ut homini ſibi notam offendit, & ſequitur ueritatem iudicialem. Iſtud. n. eſt minus malum, dicit ipſe, ſ. non ſpoliare ſe, ſed ſupplicium pati nolle miſericordię cauſa, ut in c. ſingularis. 86. diſt. & c. nerui. 13. diſt. iſta. n. ueritas non patefacta in iudicio, nõ debet mouere iudicẽ, dicit ipſe, ſicut non mouit Chriſtum cõtra Iudam, nec Deũ cõtra Sodomam, ut in c. Deus omnipotens. 2. q. 11. & ſubdit, Multũ. n. excuſat neceſſitas officij, ut l. tutor. ff. de his, quib. ut indi. & l. poſt legatum, eo. ti. & in l. cum quædam. C. de admin. tut. & cõiter dicit ipſe Gloſſatores iuris Canonici & ciuilis inclinant iniſtam partẽ, vt patet per eos in iurib. allegatis. Conarer tñ, dicit Pet. modis omnib. uel inuenire ueritatẽ in figura iudicij concordantem in conſcientia, ꝙ efficaciter iudex facere poſſet, ſi teſtes probarent aliter quàm ueritas ſe haberet in conſcientia iudicis. poſſet. n. uti uarijs interrogationibus, cõminari pęnas & alia remedia ⁊ eos adhibere, iuxta not. per Inn. in c. qm̃ cõtra falſam,
192 & ibi ꝑ Io. And. in nouel. ext. de prob. † & cũ credere, vel nõ credere teſtibus ſit cõmiſſum iudicis arbitrio, ut in l. 3. ff. de teſtib. fortè ſi ipſa non ſequeretur. ſ. dicta teſtiũ nõ faceret litem ſuam, nec ſubiaceret dictis periculis. oporteret tñ per aliquas cõiecturas apparere, quare non adhibet eis fidem. alias poſſet argui de conſcientia non probabili, arg. no. in cle. j. de iurepat. facit quod dixi ſupra in uerſ. ex cuius dictis collige etiam. ibi enim dicit idẽ Pet. Ex cuius dictis. ſ. Ioan. And. in d.c. j. de conſtit. in nouel. colli-
193 ge, † ꝙ in arbitrarijs magna eſt poteſtas iudicis, ſimiliter in examinatione ueritatis, maximè quæ ſumẽda eſt ex atteſtationibus & dictis teſtium. Vtrum enim credere eis debeat & eorum dicta ſequi uel nõ, ſuo arbitrio reſeruatur, ſuper quo omnino uide quod not. Ioan. And. poſt Inn. in d.c. quoniam contra falſam, ſuper uerbo, inſtrumentorum. uerſic. ille etiam qui recipitur, & dicta in acta redigit, & quod not. in cap. cum ſpeciali, de appellat. in nouel. ubi in commiſſis arbitrio iudicis, ſi non fuerit iuſtè arbitratus, poterit appellari, aliàs fiet ſibi præiudicium. idẽ no. Bart. de Saliceto, in c. ſuper his, ext. de accuſ. ſemper tñ in cõmiſſis arbitrio eſt pro iudice pręſumendũ, niſi contrarium doceatur, ſecus in alijs, vt no. Inno. in c. innotuit. ext. de eo, qui fur.

ord. &

Source : BIU Cujas

ord.& in c.cum in iure de offi.deleg.in nouel. accedunt not.in l.j.ff.de iure delib.& 3.q.3.de inducijs.& 1. q. 1. exigunt. & ff. de pœn.l.aut facta.§.fi.& plenè in l.quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his,qui not.infam.& C.eod.tit.l.& si seuerior.& 50. dist. vt cõstitueretur.& 81.dist.tanta.& 23.q.j.circũcelliones. In dictis enim iuribus agitur de arbitrio iudicis.Subdit D.Pet.& si p hunc modum non possum prolationes cum cõscientia concordare, vel me exonerare apud superiorem, vel si possem dimitterem successori in officio. Et iterum se remittit ad not. per ipsum in d.c. possessior,malę fidei,in 6 q.Cauda enim huius suę theoricę mihi placet, sed non corpus in eo, qđ tantum compatitur iudici, ne se ponat in periculo rerum temporalium, vel personæ,& nihil considerat,si se ponat in periculo damnationis ęternæ iudicando contra veritatem certitudinaliter sibi notam Videtur enim ipsum magis compati dispendio rerum temporalium, vel periculo corporali,quàm animæ,quod est expresse contra doctrinã Christi,Matth.10.vbi dicit,Nolite timere eos,qui occidunt corpus:animam autem non possunt occidere: illum autem timete,qui potest corpus & animam perdere in gehennam.Et Mat. 16.Quid enim prodest homini,si mundum vniuersum lucretur animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo
194 commutationem pro anima sua? † Nam maius damnum est in amissione vnius animæ,quàm mille, vel inmunerabiliũ corporum.24.q.3.si habes.vbi referũtur verba Aug.ad Ausent.episcopum dicentis, si vna aĩa per istam seueritatem, qua tota domus ista anathematizata est, sicut baptismate de corpore exeundo perierit,innumerabilium corporum mors, si de ecclesia homines innocentes violenter abstrahãtur & interficiantur, huic damno nõ potest comparari.ergo satis patet ex prædictis quòd magis debet considerari atque timeri periculum animę rationalis,quàm periculum omnium corporalium. Satis enim claret p ea,quæ supradixi,q̃ malum est innocentem hominem cõdemnare,quia contra omnem legem,veram iustitiam confouentẽ,
95 †& potius debet quis omnia mala pati,quàm malo consentire. 32.q.5.ita ne.& ext.quòd met.ca.sacris.cum similib. superius allegatis. Debet enim verus catholicus quamlibet pœnam prœeligere culpæ,vt dicit Thomas in quolib.& Inno.in cap.omnis, de pœn.& rem. Arist.etiam in 3.Ethic. probat mortem præeligendam esse culpæ.Iudas etiam Machabęus.1.Machab.3.dixit,Melius est nobis mori in bello quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum. Ergo taliter agat, q̃ contra veritatem sententiam
96 nunquam proferat,meo consilio,&c. † Quilibet nanque tenetur ex vera charitate plus Deum diligere q̃ seipsum. Deut.6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua,& ex tota fortitudine tua.Idem repetit Dominus Saluator noster, Matth. 22.& idem induxit respondere legis peritum se interrogantem Lucæ 10.quę verba sacri Doctores omnes intelligunt id sonare vt Deus super omnia diligatur.Deus autem & Dominus noster Iesus Christus se veritatem appellat,Io.14. dicens, ego sum via, veritas, & vita.ergo qui verè Deum diligit, oportet protinus diligere veritatem.Hinc ẽt dixit Io.6. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Hoc autem dixit contra multitudinem falsorum iudicum, siue testium,qui eum falso modo de solutione sabbati iudicabant eo q̃ infirmos in sabbato liberabat.Vnde dicit ibidem Aug. hoc autem quòd Dominus notauit hoc loco euadere in hoc seculo, magni laboris est,nõ personaliter iudicare. Admonuit quidem Dominus Iudęos,sed monuit & nos.quod enim pretiosum sonabat de ore Domini & ꝓpter nos scriptum est, & nobis seruatum,& propter nos recitatum.Sursum est Dominus, sed etiam hic est veritas Dominus.Corpus enim Domini,in quo surrexit, vno loco esse potest,veritas eius vbiq; diffusa est. Quis est ergo, qui non iudicat personaliter,qui ęqualiter diligit? Hæc August. Ergo qui ęqualiter diligit recto ordine patrem & filium & spiritum sanctum vnum Deum super omnia & plusquam seipsum, proximum autem sicut seipsum a nota certitudinaliter veritate plurimorum falsorum testium assertione contrarij, vel mendacij minimè deuiabit,iuxta illud Exo.23.nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt a vero deuies. Hinc etiam Zacharias Prophęta 7.c.Hæc dicit Dominus exercituum, iudicium verum iudicate,& misericordiam & miserationes facite,vnusqsq; cum fratre suo:viduam & pupillum, & aduenam & pauperem nolite calumniari,& malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Noui etenim multos aduocatos ac defensores carnis, & pulueris,cum omnia, quæ in mundo sunt in amore hominum mandatorum ad puluerem redigantur,iuxta quod dicit Dominus Gen.3.in sudore vultus tui vesceris pane tuo,donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.Quid est enim aurum,& argentum,& quęcunque delectabilia huius sęculi, nisi puluis in cinere conuertendus? Inde dixit filius Sirach Eccl.10.Auaro nihil est scelestius,quid superbis terra & cinis?nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. hic enim,& animam suam venalem habet, qm̃ in vita sua proiecit intima sua.Hinc etiam dixit Apost.Iacob. suę Canonicæ 5.cap. Agite nũc diuites,plorate vlulantes in miseriis, quæ aduenient vobis, diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra à tineis comesta sunt,aurum & argentum vestrum eruginauit,& erugo eorum in testimonium erit vobis,& manducabit carnes vestras sicut ignis.Hinc etiã arguit Dominus tentantes eum & arguentes suum testimoniũ,quibus respondit Dominus Io.8. Vos autẽ secundum carnem iudicatis,ego non iudico quemq̃,scilicet eo modo,quo vos iudicatis.Vnde subdit,& si ego iudico,iudicium meum verum est, ergo qui iudicat exemplo Christi,verum iu-
197 dicium imitetur.Exo.18.† Prouide autem de omni plebe viros potentes,& timentes Deum.in omnibus sit veritas, & qui oderunt auaritiam. Et infra,qui iudicent populum omni tẽpore. Et Exo.28.pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatẽ. Et Deuter.13.Diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur,&c.Ex hoc etiam laudatur Thobias in captiuitate positus,viam veritatis non deseruit,Thob.1.Et Iob cõqueritur de suis falsis amicis dicens, quare detraxistis sermonibus veritatis,cũ è vobis nullus sit,qui me possit arguere,Iob 6.& calumniatores etiam confundit tanquam falsarios dicens Iob 21.Audite quæso sermones meos,& agite pœnitentiam. Et inf. certè noui cogitationes vestras, & sentẽtias contra me iniquas. Et inf.Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati? Quomodo igitur amicus dicitur,qui scienter offenderit veritatem,cum Deus ipse sit veritas,vt dictum est,& Deus veritatis.Psal.30.Redemisti me Domine Deus veritatis,& veritatem ipse requiret, vt in d.Psal. subditur,Diligite Dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret Dominus,& reddet abundanter facientibus superbiã. Hinc etiam de Christo dicit Psal.Psal.44.specie tua & pulchritudine tua intẽde, prospere, procede & regna propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: speciositas enim optimè sedet
198 in principe,propter quod dicit̃,† Species Priami digna est imperio.Est autem speciositas in vinacitate coloris & proportione membrorum.Vnde Papias dicit, speciositas est forma naturalẽ præstans similitudinem suis indiuiduis non instrumentalem.Et
199 Chatolicon dicit, † species propriè est forma quædam & propria qualitas,qua dignoscitur ipsa forma.Inde dicitur in eodem Psal.speciosus forma præ filiis hominum. Ad pulchritudinem verò cũ prædictis requiritur debita perfectio quantitatis. Vnde 4.Ethic.dicitur,q̃ parui possunt dici formosi & cõmensurati,nõ tamen pulchri. In Christo autem nihil defuit de his quæ pertinent ad debitam perfectionem corporis & animæ: ideo, non solum a specie,sed etiam à pulchritudine cõmendatur, & subdit, Intende prosperè,idest prosperitati populi tui,quia ad hoc tendebat intentio Christi. Procede per viam huius mortalis vitæ,& regna, quia vita finita impassibiliter regnat in ęternum. Vnde Ang.Mariæ nũciauit Lucæ 1. Et regnabit in domo Iacob in ęternum,& regni eius nõ erit finis. & ipse post resurrectionẽ dixit Apostolis Matth.vlt. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Exprimit autem Psal. meritum gloriæ corporalis in Christo,cum subdit,propter veritatem,scilicet vitæ & doctrinę & mansuetudinem.i patientiæ & tolerantiæ.Et iustitiã.i.in opere redemptoris se ipsum offerendo patri pro offensione humani generis in recompensatione iustitiæ, quasi vt diuinæ iustitiæ satisfaceret mortem pro nobis voluit sustinere, vt satis explicat Ansel.in Tract.Cur Deus homo.Dixi autem propter veritatem vitæ & doctrinæ,quia vt dicit glo.in c.qui scandalizauerit,extra
200 de regu.iur.super illud Greg.similiter Ezech. †facilius scandalũ
201 nasci permittitur,quàm veritas relinquatur.Dicit glo.† q̃ veritas triplex est,bonæ vitæ,verę doctrinæ & iustitiæ,scilicet colendæ.Veritas vitæ nunquam est relinquenda propter scandalum quoruncunq; is veritas doctrinæ potest aliquando tacere,nõ tñ debet quisquam contra veritatem ad euitandum qđcunq; scãdalum prædicare. Eccles.4. Nõ contradicas verbo veritatis vllo modo,& de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Veritas autem iustitiæ potest aliquando differri,vel etiã executio omitti proper scandalum euitandum, sed non propterea innocens est mactandus etiam si nocens sit liberandus. In hoc igitur potius deberet iudex omnia mala pati, quàm innocentem contra veritatem & iustitiam condemnare,quod patet etiam Eccle.4. ibi dum dicitur,iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Ecce q̃ etiam promittit præmium ex parte Dei colentib. in veritate iustitiam.Nam,vt scribit Beatus Greg.ad Constantiã
202 Reginam Galliæ,12.q.2.cum deuotissimam,† Summum bonũ est in rebus iustitiam colere,atque cuique sua iura seruare, & in subiectos non sinere quod potestatis est fieri,sed quod ęquum est custodiri.Hoc etiam patet ex diffinitione iustitiæ,quæ est cõstans & perpetua voluntas ius suum vnicuiq; tribuens,vt in l.iustitia.ff de iust.& iure. Quomodo igitur Iudex innocentẽ damnans iustitiam seruabit, cum expresse agat contra iustitiam? faciat igitur quicquid potest,vt nec veritatem offendat, nec tristi-
203 tiam violentet,† & scuto diuinæ protectionis circundabit eum veritas eius, nec timebit a timore nocturno, idest a latronibus & proditoribus,qui de nocte solent inuadere.A sagitta volante in die,idest ab inuadentib.de die cum sagittis. Vbi dicit glo. Verit-

Source : BIU Cujas

ritas Dei eſt,quæ nec reſpicit perſonas, nec miſcet ſperantes de ſeipſis cum his,qui ſperant in Deo.Et alia glo.dicit, qui ignorãs peccat,in nocte peccat:qui ſciens,in die:a timore,a ſagitta.Duo ergo prima leuiora,ſecunda ſunt grauiora,quæ repetita ſunt.Et infra dicit Aug.vnde extracta eſt illa gloſſa.Tentationem, quæ fit in ignorantibus leuis,timorem nocturnum appellauit:& tentationem,quæ fit in ſcientibus leuis,ſagittam per diem appella
204 uit, † quæ ſunt leues tentationes? Reſpondeo, quæ non ſic inſtant,non ſic vrgent vt cogant,ſed poſſet citò a declinante tranſiri. Eadem rurſus fac grauia,ſi perſecutor inſtat & vehementer terreat ignorantes,ideſt nondum firmos in fide, neſcientes, ꝙ ad hoc ſunt Chriſtiani, vt futuram vitam ſperent, cum cœperint terreri de malis temporalibus putant,ꝙ deſeruit illos Chriſtus inuenit illos negocium perambulans in tenebris, & capit eos.Sunt autem,qui nouerunt ſe ad futuram ſpem vocatos: ſed quando cęperit perſecutor inſtare vehementer, agitare minis, pœnis,tormentis,aliquando cedunt & ſcientes tanquam in die cadunt. Quare autem in meridie, quia multum feruet perſecutio. Tales igitur ſunt, de quibus dixit Dñs Matth.13.Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Idem Mar.4. & Lucę 8. & ponit quatuor genera hominum,ex quibus vnum tãtummodo capit fructũ vitę ex vera doctrina Chriſti. Vnde ſubdit, quod autem in bonam terram,hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent,verbum, ſcilicet veritatis, & fructum afferunt in patientia. quod autem cecidit ſecus viam, vel ſupra petram,vel inter ſpinas, perijt, quia viatores veritatem negligentes,aut obſtinati vel indurati, tanquam lapis,aut ſuffocati a voluptatibus vitę,& diuitiarum fallacia circumpuncti Dei veritatem facillimè vilipẽdũt. ex quo dicebat Pſal. de ſe orans Pſal.5. Domine,deduc me in iuſtitia tua ꝓpter inimicos meos, dirige in conſpectu tuo viam meam , quoniam non eſt in ore eorum veritas,cor eorum vanum eſt,ſepulchrũ patens eſt guttur eorũ, linguis ſuis dolosè agebant,iudica illos Deus,decidant a cogitationib.ſuis,ſecundum multitudinẽ impietatũ eorũ expelle eos, quoniam irritauerunt te Dñe: impij ſunt enim qui pios innocentes offendunt,& maximè ſi occidunt. Inde dixit Dominus
205 Exo.23.†Inſontem & iuſtum non occides,quoniam aduerſor
206 impium. † Hinc etiam Pſal.orabat a tali crimine liberari, cũ dicebat Pſa.118.Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſque quaq; quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.& in eodẽ Pſal.dicit,oĩa mãdata tua veritas,iniqui perſecuti ſunt me,adiuua me. Et ibid. in generatione & generationem veritas tua & ibid. Viam veritatis elegi, iudicia tua non ſum oblitus. Et ibidem, Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua,& veritatem tuam nimis.Et infra Iuſtitia tua,iuſtitia in ęternũ,& lex tua veritas.Et inf.Prope es tu,Domine,& omnes viæ tuæ veritas. & Pſal. 116. Et veritas Domini manet in ęternum.Et Pſal.145. Beatus, cuius Deus Iaçob adiutor eius,ſpes eius in domino Deo ipſius,qui fecit cęlum & terrã, mare & omnia quæ in eis ſunt.Qui cuſtodit veritatem in ſęculũ facit iudicium iniuriam patiẽtibus. Hinc etiam ſapiẽtia Dei clamat,Prouerb.8.dicens, Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium.Et Prouerb.12. qui qđ nouit loquitur,iudex eſt iuſtitię:qui autem mentitur,teſtis eſt fraudulentus.Et inf.labium veritatis firmum erit in perpetuum,qui autem teſtis eſt repentinus cõcinnat linguam mendacij. Et inf. Non contriſtabit iuſtum,quicquid ei acciderit. Impij autem replebuntur malo.Abominatio eſt Domino labia mendacia.qui autem fideliter agunt,placent ei. Et inf. qui negligit damnũ ꝓꝓ amicum,iuſtus eſt:amicus autem ſuper omnes debet eſſe Chriſtus,qui ſe veritatem nunciat, vt dictum eſt:ergo & amica veritas.Vnde duobus exiſtentibus amicis, ſanctum eſt præeligere alias honorare,Ethic.1.veritatẽ.Vt ſi amicus Plato, amicus Cæſar ſit,magis amica veritas. Et Plato dixit, Amicus Socrates, ſed magis amica veritas,per quam immutata manent ea, quæ ſunt vel fuere, vel futura ſunt,vt dixit Tullius in Rethoricis, ſed melius Salomon,vt dictum eſt,Prouer.12.Labiũ veritatis firmum erit in perpetuum.Sed,vt idem ait Prouerb.16. lingua fallax nõ amat veritatem,& Prouerb.28. Qui cognoſcit in iudicio faciẽ, non benefacit. Iſte & pro buccella panis deſerit veritatem. Sed heu, quia qui deſerunt veritatem, deſerentur a Deo, Sap.1. Os autem,quod mentitur,occidit animam.Inde Pſal.cum dixiſſet, quoniam nõ eſt in ore eorum veritas,ſubdit. Iudica illos Deus. Econuerſo dicit filius Sirach Eccl.27. Veritas ad eos,qui operãtur eam,reuertetur.Et Iſa.26.Aperite portas, & ingrediatur gẽs iuſta, cuſtodies veritatẽ,quaſi Deus hoc dicat ad Angelos ſuos, vt introducãt iuſtos cuſtodientes veritatem in gloriam ſempiternam.ſimile dixit Pſal.quærens, quis habitaturus eſſet in tabernaculo Dei,& in mõte ſancto eius,Pſal.14.reſpondit,Qui ingreditur ſine macula,& operatur iuſtitiam: qui loquitur veritatem iñ corde ſuo:qui non egit dolum in lingua ſua.Quaſi dicat,ꝙ iuſtitia in veritate fundatur. Iſa. 42. de Chriſto dicitur,in veritate educet iudicium.Econuerſo conqueritur etiam Iſa.59. idẽ Propheta dicens, Cõcepimus & loquuti ſumus de corde verba mẽdacij,& conuerſum eſt retrorſum iudicium,& iuſtitia longe ſtetit,quia corruit in plateis veritas,& ęquitas non potuit ingredi, quoniam facta eſt veritas in obliuionem, & qui receſſit a malo prędę patuit.& vidit Dominus, & malũ apparuit in oculis eius,
207 quia non eſt iudicium. † Iudicium autem dicitur,quaſi iuris dicium,ideſt iuris declaratio,vel oſtẽſio. Ius verò humana lex eſt,
208 ars boni & ęqui, † cuius merito nos qs ſacerdotes appellat,di-
209 cit Imperator.ff.de iuſt.& iure.l.j.Ius igitur a iuſtitia dr.†Eſt aũt cauſa,cum proponitur, iudicium cum diſcernitur, iuſtitia cum finitur.Ergo iuſtitia veritatem continet, falſitatemque repellit. Hinc dixit Dominus Hierem.4.Et iurabis,Viuit Dominus in ve
210 ritate & iudicio & iuſtitia,† vbi ponũtur tres comites iuramenti liciti,& quolibet ſubtracto redditur illicitum,ſicut eſt iuramẽtum mendax,quod caret veritate,iuramentum iniquum, quod caret iuſtitia,vt ſi quis iuret ſe hominem occiſurum:& iuramentum incautum, quod caret iudicio diſcretionis: vt ſi quis iuret ſine cauſa & legitima ratione, vt dicit ibid. Nic. de Lyra, & plenius tractatur 22. q.2. & iurabunt. & 22. q.1. ita ergo.& Thom. 2.2.q.89.Ad hoc,& Oſeę 10.ſcribitur,ſecundum aliam literam, ſeminate vobis in veritate iuſtitiam, & metite in ore miſericordię.Alia litera dicit, ſeminate vobis iuſtitiã, quod idem eſt, quia iuſtitia eſt iuris ſtatus. Ius autẽ ſtare debet in veritate & nõ in falſitate.falſitas enim diu ſtare non poteſt, nec mendacium, vt dixit Dominus,Io.8. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.Ille homicida erat ab initio,& in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo, cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Ego autem,qui veritatem dico, non creditis mihi. Ad veritatem ẽt iudicij exhortatur Dominus Zachar.7. dicens, iudicium verum iudicate & miſericordiam & miſerationes facite vnuſquiſq; cũ fratre ſuo.viduam & pupillum,& aduenam & pauperem nolite calumniari,& malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. & Zach.8.dicit, loquimini veritatem, vnuſquiſq; cũ proximo ſuo veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris,& iuramentum mendax ne diligatis.Omnia.n.hæc ſunt, quæ odi, dicit Dominus. ad idem Eccleſ. 37. Anima viri ſancti enuntiat aliquando vera, quam ſeptem circunſpectores in excelſum ſedentes ad ſpeculandum, & in his omnibus deprecare
211 altiſſimum,vt dirigat in veritate viam tuam.†Ante omnia opera verbum verax præcedat te,& ante omnem actum conſilium ſtabile. quaſi dicat, quandoque vir ſanctus & religioſè viuens, licèt idiota ſit in ſcientia, dat verius & melius conſilium quàm vniuerſitas magiſtrorũ.& melius ĩtelligit ſecreta iudicia Dei, & voluntatem diuinam q̃ omnes Aſtrologi ſubtiliter ſpeculantes curſus ſtellarum & coniunctiones, vel oppoſitiones planetarũ, Iob 32.ſperabam ꝙ ętas prolixior loqueretur,& annorum multitudo doceret ſapiẽtiam. Sed,vt video, ſpiritus eſt in hominib. & inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam.& Matth.11.dicit Dominus,Abſcondiſti hæc a ſapientib. & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.ita pater, quoniã ſic fuit placitum ante te. ergo
212 hoc dicit Dominus Hiere.9. † Non glorietur ſapiẽs in ſapiẽtia ſua:& non glorietur fortis in fortitudine ſua: & non glorietur dives in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur ſcire & noſſe me,quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiã & iudicium & iuſtitiam in terra.hæc enim placent mihi, ait Dñs.ſed quia,vt dictum noſſe,eſt noſſe veritatem, quia Deus veritas eſt, ergo gloria noſtra ſit noſſe ſequi & ſeruare iuſtitię veritatem,ꝫ quam certitudinaliter notam nullus audeat iudicare: & qui cõtrarium ſentit,cum verè poterit reſpondere ad tot ſacras auctoritates allegatas, adhuc recurrat ad ſummum ſuperiorẽ Regem Regum,& Dominum dominantium. Et ſi non ſufficit appellare ad Imperatorem & Papam, vel ad ſacrum Cõcilium, appellet ad thronum Dei & tribunal Chriſti priuſquam contra veritatem certitudinaliter ſibi notam, innocentem quempiam deliberet condemnare. Hæc tamen cum reuerentia dixerim ad correctionem omnium rectius ſentientium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex corruptus,an grauius peccet quàm corrumpens.& nu.8.*
2 *Peccatum in iudice aggrauantes rationes.*
3 *Cauſa cauſæ quicquid eſt,eſt cauſa cauſati.*
4 *Iudicium humanum quatuor modis peruertitur.*
5 *Iudex cupiditate corruptus, grauius peccat quàm metu territus.*
6 *Territus minus peccat quàm terrens.*
7 *Pilatus minus peccauit,quàm qui ei Chriſtum tradiderunt.*
9 *Vendere rem non ſuam maius peccatum eſt, quàm emere.*
10 *Peccatum maius eſt Giezia, quam ſimonia.*
11 *Cauſa prima & ſecunda.*
12 *Comparatio conſideranda eſt cæteris paribus.*
13 *Concuſſionis pœna,& quid ſit concuſſionis crimen.nu. 15.*
14 *Concuſſiua pecunia cui ſit reſtituenda.*
16 *Oſculenta & poculenta, quæ*
17 *Aduocare qui phibeãtur,& q ab aduocationis offi.repellãtur.23.& 28.*
18 *Eccleſiæ duæ ſi litigent, quomodo aduocetur,& quid ſi epiſcopus & capitulum.nume.20.*

Source : BIU Cujas

19 *Sui, vel domestici, qui dicantur.*
21 *Beneficiatus pro miserabilibus personis contra ecclesiam beneficiantem, an aduocare cogatur.*
22 *Officia duo simul quis in eadem causa exercere non debet.*
24 *Iudex aduocatos distribuit.*
25 *Aduocatorum salarium, eisq; competentia. num. 35. & quatuor in moderatione salarij requiruntur. nu. 36. & quomodo mederetur. nu. 55.*
26 *Aduocare contra fiscum in quibus causis liceat. & contra quas personas non. nume. 27.*
29 *Aduocatis, quæ incumbant.*
30 *Aduocatorum modestia, vel immodestia.*
31 *Aduocati vaniloqui, mendaces falsi, & perfidi. nu. 32. & 34.*
33 *Iudicandum iustè.*
37 *Aduocatorum, vel procuratorum aut iudicum pacta reprobata.*
38 *Aduocatorum cupidinis detestatio.*
39 *Pecuniæ obediunt omnia.*
40 *Aduocati impij sine lingua sæpe decedunt.*
41 *Aduocati boni militare dicuntur.*
42 *Aduocatorum diuina retributio.*
43 *Aduocati, quando ad restitutionem teneantur.*
44 *Aduocati pro miserabilibus personis gratis consulere & patrocinari tenentur.*
45 *Subueniendum quibus sit magis, vel prius.*
46 *Mortẽ languentibus infligere probatur, qui hanc, cum possit excludere, non excludit.*
47 *Error, cui non resistitur, approbatur.*
48 *Iustitia auro violatur.*
49 *Assessor quis dicatur. & ex quibus defectibus reprobetur. nu. 51.*
50 *Iudex an sibi assessorem eligere possit.*
52 *Episcopus laicum assessorem, & libertum eligere potest.*
53 *Assessor spe præmij inuitandus est, & de moderato est sibi salario prouidendum.*
54 *Iudex, cum graue periculum in re propria pateretur, sua negocia negligere non tenetur.*
56 *Salarium totum an hæres habere debeat si magister scholarium intra annũ moriatur.*
57 *Iudicem in fraudem assessorem assumere, qualiter intelligatur.*
58 *Gratis quod datur, gratis accipi potest.*
59 *Salarium pars altera diues assessori soluere si nolit, & altera egens sit, quid agendum.*
60 *Consulens malè, vel iudicem ad non rectè iudicandum inducens, an & in quantum parti læsæ teneatur.*
61 *Assessor de imperitia tenetur, sed magistratus de dolo tantum.*
62 *Medicus de imperitia tenetur, & an aduocatus. nu. 64.*
63 *Magistratus an de imperitia teneatur assessoris, vt faciat litem suam.*
65 *Consilium, an sit actus voluntatis, vel intellectus.*
66 *Prudentiæ quatuor actus.*
67 *Plebiscitum, quid.*
68 *Principi quod placuit, legis vigorem habet.*
69 *Periculum maius, vbi vertitur, ibi cautius consulendum.*
70 *Consiliariorum cautela, qualesq; sint eligendi.*
71 *Iurisconsulti sacerdotes appellantur.*
72 *Iuuenes tanquàm inexperti in consilijs non præualent.*
73 *Salomon in senectute infuatus, atque in ætate ann. 11. Roboam genuit. & nume. 74.*
75 *Ingrati filij erga parentes.*
76 *Pœna reuelantium turpitudinem attinentium.*
77 *Dauid filij ex malo consilio periclitati.*
78 *Præsidis vita, exemplum subditorum.*
79 *Salus erit, vbi multa consilia.*
80 *Pacis bonum.*
81 *Consiliarij sapientes Pharaonis, consilium insipiens dederunt.*
82 *Consilij finis, vtilitas & honestas esse debet de que eius multiplici fine. numero seq.*
84 *Honestatis ratione etiam a licitis abstinemus.*
85 *Honestas quid.*
86 *Turpe nil bono viro faciendum, etiam si ex omni parte lateat.*
87 *Consiliarij mali Ochoziæ.*
88 *Amasias consilium Heliæ Prophetæ despexit, & male sibi successit.*
89 *Balach malo Balaam consilio perijt.*
90 *Consilia Principum Deus dissipat.*
91 *Amon & Moab filij, mutua se cede truncantur.*
92 *Consulens, an ex suo consilio obligetur.*
93 *Consiliarij mali magis, quàm facientes, puniuntur.*
94 *Errorem aliorum defendens plus peccat errantibus.*
95 *Consilij & mendacij discrimen.*
96 *Consilio, quando quis teneatur, distinctio.*
97 *Laudando, malitiam augeri non oportet.*
98 *Maleficiorum species distinguuntur.*
99 *Crimina publica, & priuata: maiora & minora, atque maxima, & occulta & manifesta: capitalia & enormia: atrociora, & mediocria. numero 100.*
101 *Affectus sufficit in atrocioribus &c. quomodo intelligatur.*
102 *Sciens & non reuelans in crimine lesæ maiest. tenetur.*
103 *Lenones pœna lenocinij, scilicet capitali tenentur.*
104 *Irregularitas ex homicidio.*
105 *Irregularis an sit iactum machinæ, vel balistæ suadens, castriq; captionem etiam furtiuè aut proditoriè. num. 106. 107. atque aliquem verberari. quodque maleficus capiatur. 108. & 109.*
110 *Clericus non contradicens parentibus dicentibus se velle vindicari, an sit irregularis.*
111 *Consulens vindictam, & longo post tempore fiat, an sit irregularis.*
112 *Homicidio quando quis causam dedisse dicatur.*
113 *Peccat mortaliter quis ex solo consensu in malum.*
114 *Mandatum si fuit reuocatum & nihilominus homicidium sit secutum, an mandans sit irregularis, & quid si homicida dicat, quòd non ex mandato fecit. nu. 116.*
115 *Dissuasionis cautela ne quemquam prodat, periculum notificando.*
117 *Consulens alicui, vt se occidat & arma sumat pro patria defendenda an sit irregularis. & nume. 120. & quid si sciat illum esse necandum. nume. 121.*
118 *Consulens homicidium, an sit irregularis, si volens occidere sit occisus.*
119 *Mandati fines obseruandi.*
122 *Insurgere contra parentes pro patria licet.*
123 *Consulens alicui, quòd se morti audacter exponat pro Christi fide, an sit irregularis.*
124 *Mortis exemplum Christus præbuit.*
125 *Charitas perfecta in morte probatur.*
126 *Passionis desiderium locum præcipuum in ecclesia tenet.*
127 *Christus crucem sustinuit confusione contempta.*
128 *Charitatis perfectio in desiderio mortis est, quod tripliciter probatur.*
129 *Desiderium præcedat obtentum.*
130 *Dilectio fortis est vt mors.*
131 *Martirium duplex. & an sit actus maximus perfectionis. nu. 137.*
132 *Religiosi & eremitæ, martires nuncupantur.*
133 *Martir testis dicitur, & martires quatuor modis appellantur. nu. 135.*
134 *Martirem non pœna, sed causa facit.*
136 *Opus plus facit quàm voluntas in martirio.*
138 *Martirium virginitati præfertur.*
139 *Martirium summitatem obedientiæ complectitur, quæ ad mortem vsque protenditur, & virginitati præfertur.*
140 *Mors an sit de ratione martirij.*
141 *Fortitudo principaliter consistit circa periculum mortis.*
142 *Virgo Maria, martir dicitur.*
143 *Rapina bonorum temporalium & ludibria inter martirij species computantur.*
144 *Fides sola, an sit causa martirij.*
145 *Martirium B. Io. Baptistæ non pro fide, sed pro iustitia celebratur.*
146 *Christianus & à Christo dicitur, qui sint Christi.*
147 *Patientes pro statu & libertate ecclesiæ persecutionemq; ab hæreticis patientes martires reputantur. & nu. 148.*
149 *Martirium appellatur deuotæ mentis seruitus.*
150 *Carnificibus se exhibens, an bene agat.*
151 *Paulus Cæsarem appellauit, & per fenestram in sporta dimissus fuit a fratribus & Neronis tandem imperio decollatus. & an bene fecerit fugiendo.*
152 *Martirum merita, nostra vult Dominus esse suffragia.*
153 *Prælatorum status an statu religiosorum sit perfectior. & in plus obligentur quàm religiosi. nu. 155.*
154 *Holocaustum & sacrificium in quo differant.*
156 *Episcopatum desiderans, bonum opus desiderat.*
157 *Martirium virginitati perpetuæ præponderat.*
158 *Prælati se debent habere vt perfectiores, religiosi verò vt perfecti.*
159 *Episcopalis status si defunctoriè agatur, nihil est miserabilius apud Deũ.*
160 *Vilissimus reputandus est, nisi præcellat scientia & sanctitate qui est honore præstantior.*
161 *Curæ aliorum positus in seipso ostendere debet qualiter alios in domo Dei conuersari oportet.*
162 *Miles in hostium exercitum irruens, an laudabiliter se habeat.*
163 *Occidere se ex magnanimitatis virtute an liceat.*
164 *Achonensis ciuitatis subuersio per saracenos.*
165 *Animi fortis & constantis est in rebus aduersis non perturbari.*
166 *Virtus in repentinis maxime patet.*
167 *Cautela sicut prouidos tuetur, ita negligentes extinguit ignauia.*
168 *Eligere magis honestè mori, quàm inhonestè viuere, opus summe arduum est.*
169 *Multitudo non tam prodest, quàm virtus in omni conflictu.*
170 *Omnia pro repub. sunt ferenda, morsq; pro patria appetenda. nu. 171.*
172 *Bellum fugere an liceat, si patria ab hostibus infidelibus oppugnatur.*
173 *Principes non debent subditos in bello deserere. proq; ecclesiæ defensione commouentur. nu. seq.*
175 *Regnum cæleste sæpe proficit per terrenum.*
176 *Causa mea non me puto natum, sed reipublicæ procreatum, patriaq; mihi mea vita charior est. nu. seq.*
178 *Moriens pro fide, vel patriæ defensione cæleste consequitur præmium.*
179 *Dauid fuga, quando se à bello subtraxit.*
180 *Fugientes de bellis publicis infames, & læsæ maiestatis crimine iudicantur. & quando licitum sit fugere. nu. seq.*

Source : BIU Cujas

Speculum conſcientię Io. à Capiſtrano.

182 Bellum ſi inſtans eſt, turpis eſt fuga ciuium.
183 Ciuitatem defenſandi modus, deq; bellandi modo pro eius tuitione.
184 Deſperantibus creſcit audacia.
185 Bellantibus vtilis, cuique licet fugere niſi prælatis.
186 Fuga parati ſunt, qui ſuum ducem ſentiunt deſperare.
187 Timens magis mortem quàm turpia, non eſt vir fortis.
188 Romanos quid fecit eſſe victores.
189 Bellicæ rei ſcientia dimicandi nutrit audaciam.
190 Miles exercitatus prælium cupit, formidat indoctus: vſuſq; pluſquam vires, proficit dimicanti.
191 Fugiendum nequaquam eſt, ſi magis fugiendi obſit exemplo, quàm viuendi proſit officio.
192 Clerici cum laicis vitam finiant.
193 Prælatus ſolus ſi quæratur ad mortem, an fugere debeat.
194 Fugiendum quando ſit de ciuitate in ciuitatem.
195 Violentia pudicitiam non violat.
196 Miniſter impius iudicatur tunc ſubtrahens miniſterium, quando eſt neceſſarium.
197 Prælatus ab hoſtibus inuaſus ſi familiaribus dicat, vt arma ſumant, & mors inſequatur, an ſit irregularis.
198 Clericus contra ſaracenum arma ſumens, morte ſecuta, an ſit irregularis.
199 Clericus abortioni dans cauſam, an ſit irreg.
200 Clerici proteſtatio defenſionem, vel bellum ſuadentis.
201 Bellum mouere contra infideles, an liceat.
202 Epiſcopo plebem deſerere quoquo modo, an liceat.
203 Perſecutio intrinſeca & extrinſeca.
204 Boni cum malis permixti non ſunt defendendi.
205 Vim vi repellere, omnes leges omniaq; iura clamant.
206 Vtilitas publica priuatæ eſt præferenda.
207 Prælatus etiam pro temporalibus vſque ad mortem ſe debet opponere.
208 Brachium ad ſeculare in oppurtunitatibus eſt recurrendum.
209 Epiſcopi in remotione maius eſt periculum.
210 Curatis deſerere plebem, an tempore peſtis liceat, & fortia argumẽta pro eorum fuga nu. 219 diſtinguitur optimè, nu. 210.
211 Peſtis cauſæ, & nu. 216. & quid ſit peſtis. & eius remedia. n. 212. & 213.
214 Conuerſatio vitanda in contagione peſtis. neque in loco peſte affecto morandum. nu. 215. & cauſa periculoſior eſt communicatio cum peſtiferis. nu. 217.
218 Ventus infectum aerem defert.
221 Phiſicorum receptæ de fuga tempore peſtilentiæ declaratio.
222 Medicus animarum aduocandus ab infirmo.
223 Medici non ſeruantes mandatum eccleſiæ mortaliter peccant.
224 Canonum violatores ſpiritum ſanctum blaſphæmare dicuntur.
225 Medici ſub anathemate prohibentur, ne ſaluti animæ pro corporali contraria conſulant.
226 Peſtis cauſa principaliter peccatum eſt.
227 Gladio, fame & peſte contra Iudæos Deus comminatur.
228 Peſtis eſt vnum de quatuor iudicijs Dei, quæ ſunt gladius, fames, beſtia mala, & peſtilentia.
229 Peſtis grauis deſeuiſſe legitur peccatis exigentibus.
230 Flagella quinque modis contingunt.
231 Peccata fugiant, qui mortem æternam cupiunt euitare.
232 Mors animæ magis quàm corporis eſt timenda.
233 Mortem quis potius debet eligere, quam contra virtutes agere.
234 Paſtor de cuſtodia tenetur.
235 Infirmitas corporalis multoties ex peccato eſt.
236 Angelus Raphael docuit medicinam.
237 Creatura omnis Dei bona.
238 Aſa Rex Iſrael in infirmitate ſua Dominum non quæſiuit, ſed medicos corporales.
239 Onias ſacerdos orando pro Eliodoro ſoſpitatem obtinuit.
240 Medicus an peccet nociuam adhibens medicinam, etſi mors vel mutilatio, aut debilitatio ſequatur, an efficiatur irregularis.
241 Imperitia in culpa eſt.
242 Medicus peritus, ſi ſit negligens in medendo, peccat.
243 Iactura turpis eſt, quæ fit per negligentiam.
244 Medicus quando dicatur debitam diligentiam exhibuiſſe. & quid ſi dat dubiam medicinam. & quid ſi ſcienter omittat dare debitam. & quid ſi materia medicinæ mala ſit, nu. 245. 246. & 247.
248 Medicus an poſſit licitè incidi facere infirmum.
249 Chriſtianis an liceat aduocare medicum infidelem.
250 Conuerſari cum Iudæis, in quibus non liceat.
251 Iudæus non debet officium publicum inter Chriſtianos exercere.
252 Excommunicari nemo debet, niſi pro peccato mortali.
253 Temporis diuturnitas peccatum non minuit, ſed augmentat.
254 Caput non ſubijcitur legi quam membris tribuit.
255 Præcepta ſedis Apoſtolicæ nulli phas eſt contemnere.
256 Infirmus medico non obediens, an peccet.
257 Peccato vſque ad mortem reſiſtendum.
258 Occidere ſeipſum, an liceat. & 282.
259 Cazias ſeipſum gladio interemit.
260 Corpus non inquinatur, niſi de conſenſu mentis.
261 Medicorum conſilia ſana cautè ſeruanda ſunt a religioſis, ſicut ab alijs.
262 Medicus, an ad ſacros ordines promoueri poſſit.
263 Clericis, an liceat exercere artem medicinæ, chirurgia autem eſt eis interdicta. nu. ſeq.
265 Medico ſalarium recipere, an liceat.
266 Medicus an teneatur pauperem gratis curare. & an diuitem. nu. 170.
267 Liberalitas perfecta fide, cauſa, loco, & tempore commendatur.
268 Voluntas bona, quando ſufficiat.
269 Proximum liberare quilibet pro poſſe tenetur à mortis periculo.
271 Negociorum geſtor alterius vtiliter expenſas repetit.
272 Mortuos ſuſcitare non eſt in medico.
273 Infirmus ſi ſibi medicinas dari prohibeat, an medicus impenſas repetat. & quando expenſæ donatæ præſumantur. nu. ſeq.
275 Medicus ab abbate cuius monachum curauit, vel a patre naturali, an poſſit expenſas repetere.
276 Medicus an teneatur recidiuantem ſub eodem ſalario curare.
277 Medicus ſpiritualis centies infirmum curare debet.
278 Seruitores infirmorum, miniſtrantes quicquid petunt, an efficiantur irregulares.
279 Chirurgus peritus diligẽs, ſi ex inciſione mors ſequatur, an ſit irregularis.
280 Sagittam ex pietate extrahens, an ſit irregularis.
281 Sanus nunquid teneatur medico ſe ſubijcere.
283 Infirmus freneticus ſi malè perit, an imputetur miniſtris.
284 Furioſus dilucida habens interualla ſua gerit negocia ſine auctorizante.
285 Negligentia magna, culpa eſt.
286 Culpa tenet deſides, qui multam nutriunt peſtem.
287 Paſtor morbidam ouem contemnere non debet.
288 Facientis proculdubio culpam hẽt qui quod poteſt, corrigere non emẽdat.
289 Mortuum inuoluere minus eſt, quàm viuentem non ſeruare, cum poſſis.
290 Negligentia depoſitionem meretur, ſicut dolus.
291 Negligentia & malitia æquiparantur.
292 Diligens eſſe debet quilibet in officio ſuo.
293 Curatoris conſilio & opera tueri debet ſalus rerum & corporis furioſi.
294 Furioſus in vinculis eſt ſeruandus.
295 Homicidium committitur facto, conſilio vel defenſione, voluntate, caſu, vel neceſſitate.
256 Abbas recolligere debet ſuum monachum, ne pereat euagando.
297 Exponens filium, homicidæ æquiparatur.
298 Conſulentes in iudicijs de dolo tenentur.
299 Conſiliarius falſus excommunicari poteſt.
300 Imprudentia, an culpæ annumeretur.
301 Electio mala in culpa eſt.
302 Conſulentes male, qui aſſerunt ſe peritos & negligentes, damnum paſſo tenentur.
303 De conſilio & cum conſilio clauſulæ, quomodo differant.
304 Procuratorum, Tabellionum & teſtium pericula.
305 Falſitas, quid. & quot modis committatur. nu. 313.
306 Falſitatis & mendacij differentia.
307 Falſum ad oratores, fictum ad poetas ſæpe refertur.
308 Impoſſibilitas rei ſe ipſam a falſitate defendit.
409 Mendacium, malum eſt mentientis.
310 Mentiens omnis, minimè dicit mendacium.
311 Mentiri & falſum dicere habent ſe vt excedentia & exceſſa.
312 Verba ad notitiam intentionis inſtituta ſunt.
314 Raſura, an vitiet reſcriptum.
315 Sigillans cum alieno ſigillo debet exprimere.
316 Scribens, abſentes veluti præſentes, falſum committit.
317 Sigillum qui furtiuè ſurripuit, nomine capituli ſigillando, falſum committit.
318 Teſtis qui non interfuit. vbi deſcriptus eſt, falſum cenſetur.
319 Mentiens procuratori fiſci, falſi pœna tenetur.
320 Papæ mentiri, ſacrilegium iudicatur.
321 Delictum perſonæ in damnum eccleſiæ redundare non debet.
322 Falſitas dicto, ſeu verbo quinque modis committitur.
323 Mentiens Principi, vel alicui notabili Iudici, falſi tenetur.
324 Mentientis improbitas ſeueritati ſubiacet iudicantis.
325 Papa maior eſt quàm princeps & Imperator.
326 Imperator obedientiam Papæ iurat.
327 Epiſcopi, principes appellantur.
328 Falſum quinque modis facto committitur.
329 Sigillum, an apponi poſſit chartæ vacuæ.
330 Fides dari non poteſt ei, quod non eſt.
331 Claues horrei ſi dedi, horreum dediſſe videor.
332 Teſtimonium eſt de ſenſibus.
333 Sigillum cuius nomine apponatur, in literis exprimi debet.
334 Conſuetudo Curiæ a crimine falſi excuſat.
335 Præſens fingitur, qui per alium facit.
336 Sigillum epiſcopi obtinet vicem publici inſtrumenti contra quoſdam Doctores.
337 Falſantes monetas, menſuras, pondera, numerum, vt minorem pro maiori parte capituli apponendo. & nu. 338. 339. & 340.
341 Scriptura ſacra contra falſa pondera & menſuras ſatis exardeſcit.
342 Falſitas vſu committitur quinque modis.
343 Malitia grauius quàm negligentia eſt punienda.
344 Vitium rei propriæ non excuſat.
345 Falſitas quare ſpecialiter annotatur in literis apoſtolicis, in quibus etiam

mala

Source : BIU Cujas

mala grammatica ſuſpicionis ingerit falſitatis.
346 *Falſitatis in quæſtione ſpecialia.*
347 *Inſignibus illicitis vtens, tanquam falſarius eſt puniendus.*
348 *Falſarius quaſi iudicatur non ordinatus, ſe pro ordinato gerens.*
349 *Acolitus cum paramentis cantans epiſtolam in miſſa ſolenni, efficitur irregularis. & an epiſcopus valeat diſpenſare.*
350 *Tacens ſcienter veritatem, an peccet.*
351 *Mendacium quid, & vnde dicatur. & quomodo a mentiri & falſum dicere & uerum tacere differat. nu. ſeq. 355. & 367.*
353 *Iudæus ſi aſſerat Chriſtum eſſe Deum, cum non ita ſentiat animo, non eſt mendacium, ſed mentitur.*
354 *Mendax omnis homo, quomodo intelligatur.*
356 *Iurans ſimpliciter, vel doloſè, quomodo differant.*
357 *Mendacij genera octo.*
358 *Mentiendum pro vita hominis non eſt, ſed cautè verum occultandum.*
359 *Poſſe id dicimur, quod iuſtè poſſumus.*
360 *Mendacium omne, fugiendum.*
361 *Mendacij triplex malitia. & eius iniquitas atque inhumanitas, numero ſeq. & 364.*
363 *Mentiens nemo ſeruat fidem.*
365 *Intellectus bonum, eſt veritas.*
366 *Mendacium omne eſt peccatum: ſed quandoque mortale, quandoque veniale. & quid in viris perfectis. nu. 368. 370. & 372.*
369 *Mendacium, quando ſit mortale. & nu. 371.*

RESTAT vltimum prætactum ad perſonam iudicis pertinẽs, quod etiam diſcutit prædictus Magiſter Giraldus Odonis ſuper 5. Ethic. videlicet,
1 † vtrum iudex corruptus ferens iniuſtam ſententiam pro parte corrumpente delinquat grauius q̃ corrumpens. Et arguit primò, quòd ſic.

2 Primò per primã rationem Philoſophi ibidem, † quia iniuſta ſententia magis eſt in poteſtate iudicis quàm alterius partis: ergo ſecundum Philoſophum, iudex magis peccat in ſententia iniuſta, quàm pars.

Secundò per ſecundam rationem, quia magis peccat agens principale præcipiens quàm agens obediens: ſed actionis iniuſtæ pendẽtis ex iniqua ſententia principale agens eſt iudex, obediens autem eſt pars, quare grauius peccat iudex quàm pars.

Tertiò, quia plus peccat ille, qui aufert ius proximi, quàm ille qui iam ablatum recipit, quia recipere non eſt peccatum, niſi quia receptum fuerat ablatum. Sed iudex aufert ius partis alterius, & ablatũ dat, vel vendit iſti, quare plus peccat iudex iniquè auferens, quàm pars ablatum recipiens.

Quartò, quia plus peccat infideliter agendo ille, qui magis tenetur fideliter agere, quàm ille, qui minus tenetur: peccatum enim vniuerſaliter tanto maius eſt, quanto maior eſt tenor & debitum ad faciendum oppoſitum, id eſt ad non peccandum. Sed quamuis vterque teneatur fideliter agere, tamen iudex magis tenetur fideliter agere pro eo quòd ad ipſum tanquam ad iuſtum animatum recurritur, & refugitur, vt in 5. Ethic. cap. 7. & de ipſo & in ipſo plus cõfiditur, quàm de parte, ergo iudex plus peccat, quàm pars corrumpens.

Quinto, quia quodcunque opus peccati eſt maius peccatum in eo, qui eſt in maiori dignitate pro eo, ꝙ peccatum perſonæ dignioris eſt communius & maius ſcandalum, quàm cuiuſlibet alterius. Sed iudex eſt ī maiori dignitate q̃ pars, ergo corruptio maius peccatum eſt in iudice, quàm in corrumpente.

Sed in oppoſitum arguitur primo, quia plus peccat qui peccato ſuo & peccato alieno peccat, quàm qui ſuo ſolo peccato peccat: pars autem corrumpens iudicem, peccat ſuo peccato iudicem corrumpendo, & peccato iudicis ipſum ad peccatum in-
3 ducendo, † quia quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, & ꝑ conſequens pars corrumpens peccat peccato iudicis, quia eſt ei cauſa. Iudex autem non peccat, niſi ſuo ſolo peccato, ergo pars corrumpens plus peccat quàm iudex ipſe corruptus.

Secundò, quia plus peccat, qui facit pluſquam dimidium totius operis mali, quàm ille qui facit reſiduum. ſed pars corrumpẽs iudicem facit pluſquam dimidium totius operis mali, cum faciat principium, quod dicitur eſſe pluſquã dimidium totius operis, vt in 1. Ethic. c. 10. ergo plus peccat pars quàm iudex.

Tertiò, quia vitioſius eſt malè agere, quàm malè pati: ſicut ꝑ oppoſitũ virtuoſius eſt bene agere, quàm bene pati, vt in quarto Ethic. ſed pars corrumpens malè agit: Iudex autem malè patitur, ergo vitioſius eſt in parte corrumpere quàm iudice corrũpi, & per conſequens plus peccat pars peccans ſicut mouens nõ motũ, quàm iudex, qui malè agit, quia male motus paſſus eſt.

Quartò, quia plus peccat, qui peccat in plures, quàm qui peccat in pauciores. Sic enim ꝓbatur, ꝙ Eua plus peccauerit, quàm Adam, quia in plures peccauit q̃ ipſe, ſcilicet in ſe, & in virum & in Deum: Adam autem non niſi in Deum, & in ſe ipſum, vt in 2. Sent. diſt. 22. c. ex quo, in fine. Sed pars corrumpens peccat in plures, quia in ſe & in iudicem, in Deum & in alteram partẽ. Iudex autem nõ niſi in ſe & in Deum & in partem, quam lędit: ergo plus peccat corrumpens quàm corruptus.

Quintò, quia plus peccauit pars tradens Chriſtum crucifigẽdum Pilato, quàm ipſe Pilatus, dicente Chriſto ipſi Pilato, propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet, Io. 19. Sed Pilatus erat iudex, vt patet ibidem, ergo plus peccat pars corrumpens quàm iudex corruptus.

Pro ſolutione huius quæſtionis primò præmittẽda ſunt duo. Secundò ad quæſitum dicenda ſunt duo.

4 Primò ergo præmittendum eſt, † ꝙ humanum iudicium quatuor modis peruertitur, vt dicit Greg. 11. q. 3. quatuor modis. ſicut iam ſuperius allegaui. ſ. timore, cupiditate, odio, & amore. In primis duobus iudex reſpicit ad ſeipſum: in alijs verò duobus reſpicit ad alterum. In primis duobus caſibus dicitur iudex corrumpi per partem, quæ vel comminatur aliquid terribile, vel dat, ſeu promittit aliquid concupiſcibile, ita quòd vel illud terribile, vel illud concupiſcibile trahit iudicem ad ferendum iniuſtum, vel iniquum iudicium. In duobus autem alijs caſibus ſequentibus iudex non dicitur corrumpi per partem, ſed per ſe ipſum affici huc, vel illuc per odium, vel amorem. Et ideo noſtra quæſtio in primis duobus caſibus eſt ſumẽda, vbi eſt expreſſa corruptio, & non in alijs duobus, vbi non dicitur propriè corruptio.

5 Secundò autem præmittendum eſt, † quòd iudex cupiditate corruptus grauius peccat, quàm metu corruptus, quod probatur dupliciter. Primò, quia duorum peccatorum eiuſdem generis illud, quod eſt magis voluntarium, eſt exprobrabilius, & deterius, vt in 5. Ethic. tractatu de tẽpera. in fi. Sed cupiditas & peccatũ cupiditatis eſt magis voluntarium opus quàm timor, & q̃ opus timoris, ergo eſt exprobrabilius & deterius. Secundò, quia peccatum ex induſtria, maius eſt, quàm peccatum ex infirmitate. vt dicit Iſid. lib. 2. de ſummo bono, c. 17. ſed peccatum ex metu, fit ex infirmitate, vt ibidem dicitur, peccatum verò ex cupiditate eſt peccatum ex induſtria, ergo graue & deterius.

6 Nunc igitur ad quæſtionem dicendum primò, † ꝙ iudex timore corruptus minus peccat quàm pars ex timoris incuſſione corrumpens. Secundò, quòd cupiditate corruptus plus peccat q̃ pars dono, vel promiſſione corrumpens. Primum probatur dupliciter. Primò, quia duorum ad idem opus malum concurrentium ille plus peccat, cuius voluntas prævalet, & cuius voluntatem alter ſequitur: ſed in iſto caſu voluntas partis timorem inferentis prævalet, & iudex territus voluntatem partis ſequitur, nõ ſuam, quoniam operatio iudicis territi eſt mixta ex voluntario & inuoluntario, vt in 3. Ethic. cap. 2. Ergo iudex minus peccat, pars verò plus.

Secundò, quia qui peccando tenet modum, per quem peccatum mortale interdum fit veniale, minus peccat, quàm ille, qui tenet modum, per quem ſemper aggrauatur peccatum. Sed iudex timore corruptus tenet modum timoris cadentis in cõſtantem virum, per quem peccatum mortale interdum fit veniale, vt colligitur ex 3. Ethic. c. 2. modus autem partis timorem incutientis ſemper peccatum aggrauat, quia talis metus eſt quidam modus violentiæ, & ideo ſemper præbet alteri quaſi violentum ſcandalum in via iuſtitiæ. ergo pars illa grauius peccat q̃ iudex.

7 Et hæc eſt ſententia Aug. reddentis rationem, † quare maius peccatum habuit, qui Chriſtum Pilato tradidit, quàm qui ſibi tradi tum crucifixit. Ait enim Aug. plus enim peccat, qui poteſtati innocentem occidendum liuore tradit, quàm poteſtas ipſa, ſi cũ timore alterius maioris poteſtatis occidit. Ioan. 19. per quæ verba videtur reſponderi ſatis clarè ad id, quod dicunt excuſantes iudicem, ſecũdum ſibi probata iudicãtem, etiam ſi conſtet ſibi, ſecundum ſuam conſcientiam de contrario. Dicũt enim quòd non iudex mactat, vel necat, ſed falſi teſtes: nam q̃q̃ magis peccent tales teſtes, quàm iudex, non tamen ex hoc iudex a peccato totaliter excuſatur: q̃q̃ dici poſſit, ꝙ aliqualiter excuſetur, de quo ſatis ſupra dictum eſt. Secundum probatur etiam dupliciter. Primò ex conditionibus partis & iudicis, † quia duorum ad
8 idem opus peccati concurrentium ille qui ſua mala voluntate res humanas, mores & leges põt ſubuertere, plus peccat quàm ille, qui non poteſt, quantumcunque velit. Sed iudex ſua mala voluntate hæc omnia poteſt euertere, cum ipſe humanarum rerum morum & legum, & vniuerſaliter omnis iuris & iuſtitię ſit cuſtos, ſicut dicitur de principe 5. Ethic. c. 11. Ergo iudex contra tot bona, tot iura, & tot iuſta ſibi tradita veniens pro pecunia plus peccat, quàm pars ipſum corrumpẽs, quia ſibi ſunt omnia ad cuſtodiendum tradita, non tamen parti. Secundò probatur
9 ex conditione venditionis & emptionis, † quia vniuerſaliter maius peccatum eſt in genere peccati, vendere rem non ſuam, quàm emere rem non ſuam. Vendere nanque non ſuum, eſt ꝫ naturam venditionis ex toto genere: ſed emere non ſuum, non eſt contra naturam emptionis, cum ſemper emamus ea, quę noſtra non ſunt, quamuis peccatum ſit emere ab eo, cuius non eſt res, ſi ſcienter ematur. Sed iudex in caſu noſtro vendit rem nõ ſuam, & pars emet rem non ſuam, quia rem alterius partis, ergo peccatũ iudicis maius eſt, quàm peccatum partis, quamuis pars grauiter peccet emendo a iudice, cuius res non eſt. Ex quo ſequi
10 tur corollarium, † ꝙ maius peccatum eſt gięzia, ideſt venditio

ſpiri-

Source : BIU Cujas

ritualium,quàm ſimonia,ideſt emptio eorum,quia giezia vẽdit bona non ſua:ſimoniacus verò emit bona non ſua ab eo, cuius iuris nõ ſunt.de Giezi diſcipulo Heliſei ſcribitur 4.Reg.5.c.Ipſe enim fuit primus, qui quæſiuit vendere gratiam ſpiritus ſancti. de Simone magò ſcribitur Act.8. & ipſe primus fuit, qui voluit emere gratiam ſpiritus ſancti ad miracula perpetranda, ſicut Giezi voluit vendere gratiam diuini miraculi ex ſanatione Naam, &c.

Ad argumenta igitur contra iudicem inducta dicendum ꝙ omnia aliquid veritatis concludunt contra iudicem pecunia & cupiditate corruptum: cõtra iudicem verò timore corruptum non concludunt, vt apparet faciliter diſcurrenti & ſubtiliter diſcutienti.

Ad argumenta verò contra partem inducta,reſpondendum
11 eſt, ad primum, † ꝙ peccatum habens cauſam primam & cãm ſecundam immediatam non ſemper imputatur plus,vel tãtum cauſæ primæ ſicut ſecundæ,quando ſcilicet cauſa ſecunda eſt libera,vel liberior quàm prima, ſicut eſt in propoſito, quia iudex liberior eſt quàm pars. Et ideo quamuis Deus ſit cauſa voluntatis humanæ, & voluntas humana ſit cauſa peccati, non tamen imputatur Deo peccatum voluntatis humanæ, quia voluntas humana eſt cauſa libera potens agere bene vel male.Vbi autem ſecunda cauſa non eſt libera, ſicut gladius, tunc peccatum non imputatur cauſæ ſecundæ, puta gladio, ſed homini. Vbi verò vtraque eſt libera,& vtraque attendit ad malum, illi magis imputatur peccatum, in cuius voluntate magis eſt opus malum.

Ad ſecundum dicendum, quòd principium eſt pluſquam dimidium totius operis,non quidem ſecundum quãtitatem operis, ſed ſecundum difficultatem operantis,& hoc modo concedo quòd pars fecit maiorem partem difficultatis, ſed iudex maiorem quantitatem iniquitatis:non enim menſuratur peccatũ ſecundum difficultatem,ſed ſecundum peruerſitatem.

Ad tertium dicendum, quòd pręcisè ſiſtendo in corrumpere & corrumpi, prout differũt agere & pati, plus peccaret pars quàm iudex. Sed quia poſtea iudex agit motu proprio non ſolum in virtute partis corrumpentis, ideo plus peccare poteſt in actione propria,quàm pars peccauerit in ſua.

12 Ad quartum verò dicendum, † quòd peccans in plures,plus peccat quam peccans in pauciores,cæteris paribus,alias nõ. Vñ plus peccat qui interficit vnum,quàm qui furatur pluribus.hic autem non ſunt cætera paria: ergo, &c.

Ad quintum iam dictum eſt, quòd Pilatus fuit corruptus timore maioris poteſtatis,audiẽs illud verbum, Io.19.Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris:ergo,&c.

13 Illud autem non eſt omittendum, † ꝙ ſi iudex accipit pecuniam,vt iudicet,vel vt non iudicet,vel vt pœnam inferat,vel remittat,committit crimen concuſſionis,cuius pœna eſt,vt reſtituat quadruplum intra annũ, poſt annum verò ſimplum,1.q.j. iubemus.& c.ſeq.& 12.q.2.cum deuotiſſimam.originaliter autẽ C.ad leg.Iul.repetun.l.iubemus. & ff. de calumniat. l. in eum.& l.annus.ad quod ff.de cõcuſſ.l.j.& 2.& ff.ad leg. Iul.repetun.l.eadem §.j.vbi etiam patet, ꝙ talis iudex infamis efficitur, & extra-
14 ordinariè punitur,vt in §.fin.eiuſdem legis.& 1.q.1.c.fi. † In illo verò quadruplo,rei perſecutio continetur, & ſic tantum triplũ eſt pœna.Si verò data eſt a me pecunia, vt pro me iudicet, tunc non repetam,quia turpiter dedi:& tunc totum quadruplum datur fiſco.ſi autem pecunia data eſt ab alio, tunc aut data eſt pro me,aut contra me.Si pro me,ne calumniam mihi inferat, tunc totum quadruplum eſt pœna, & ille qui dedit repetit, quod dedit.Si verò data eſt cõtra me vt mihi calumniã inferat, tunc reſtituenda eſt pecunia non illi,qui dedit, quia turpiter dedit, ſed illi, in cuius ſeſionem data eſt cũ pœna quadrupli. huius autem quadrupli medietas datur fiſco,reliqua verò medietas datur leſo,C.de aſſeſſ.l.3.& tangit glo.Io.14.q.5.non ſanè.verſi.ille tamẽ ſolet.vbi dicit glo.arg.contra illos,qui dicunt,ſic dedi tibi pecuniam,vt pro me iudicares iuſtam cauſam, ꝙ non poſſum repetere pecuniam datam,vt ff.de condi.ob turp.cau.l.2.vbi dicitur, ꝙ talis litem perdit,quia videtur iudicem corrumpere.Ego credo, 20
dicit glo.ꝙ talis poſſit repetere pecuniam, ſi non eo animo dat, vt iudicem corrumpat:nam ſi dat eo animo, vt ius & quietem ſibi conſeruet, tunc poteſt repetere, vt probatur ext.de ſimo.c. dilectus.1.vbi glo.dicit, ꝙ ſi cõſtiterit, ꝙ iniuſtè acceperit, compelletur ad reſtitutionem, & crimine concuſſionis punietur.C.
15 de condi.ob turp. ca.l.quod euitandi. † Crimen autem concuſſionis eſt,cum quis minatur alicui,niſi ita, vel ita faciat:vt ſi dixerit,niſi des mihi tantum, ſentẽtiam proferam contra te, vt in d.l.j.& 2.& 23.q.1.militare.

Præterea, dicit glo.in d.c.dilectus,non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum,14.q.6.ſi res.& de pœn.diſt.5.falſas.& in d.c.non ſanè. Non enim,vt dicit Aug.licet iudici vendere iuſtũ iudicium, etſi liceat aduocato vendere iuſtum patrocinium,& iuriſperito iuſtum conſilium.11.q.3.non licet.Et intellige de iudice ordinario,cui certi redditus ſunt aſſignati, vt in d.c.militare.Iudex autem delegatus nihil poteſt, præter expenſas petere. extra de vita,& honeſt.cle.c.cum ab omni ſpecie. modica tamẽ enxenia recipere poteſt,ſi iudicantis animum non immutet. ff. de offi.proconſ.l.ſolent.§.fin.& arg.in c. etſi quæſtiones. ext. de ſimon. Talia enim enxenia cẽtum aureos in anno excedere nõ debent,vt in d.l.eadem.§.fi.ff.ad leg. Iul.repet. † & talia enxenia
16 dicuntur oſculenta & poculenta, vt in d.l.ſolent, in fi.Et hęc de perſona iudicis breuioris tractatus cauſa, dicta ſufficiant quo ad prædicta tria principaliter ſupra quæſita.

Sequitur ergo nunc aliqua videre de pertinentib.ad aduocatos,de quibus tria principaliter ſunt quærenda. Primò, qui ꝓhibentur aduocare.Secundò, quæ incumbunt aduocatis. Tertiò, quando tenentur ad reſtitutionem.

17 Ad primum reſpondetur,† quòd circa prohibitionem aduocationis,quatuor ſunt principaliter attẽdenda, videlicet primo Bonitas,ſecundo ſtatus,tertiò gradus,quartò officium. Propter defectum bonitatis prohibentur infames,hæretici,pagani,excõmunicati.3.q.7.infames.& 4.q.1.diffinimus.vbi dicit tex.omnes etiam infamię maculis aſperſi,ideſt hiſtriones,aut turpitudinib. ſubiectæ perſonæ.hæretici etiam,ſiue pagani,ſiue Iudæi ab accuſatione prohibẽtur,ergo pari modo ab aduocatione, arg.2.q.7. pagani.& 4.q.1.§.1.extra de hęret.excommunicamus.1.& de pę nit.diſt.1.nemo in foro.11.q.3.cum excõmunicatis. & C. de poſtulan.l.nemo.nec aliquis debet aduocare in cauſa hæreſis.extra de hæret. c. ſi aduerſus. vbi patet prohibitio tam de hæreticis, q̃ de credentibus,fautoribus.& defenſoribus eorundem.

Secũdò propter perfectionem ſtatus prohibentur monachi, 16.q.1.placuit,& c.monachi a manifeſto.ibi,forenſis negocij ſuſceptor,niſi ꝓ vtilitate ſui monaſterij, Abbate nihilominus imperante.& ext.de poſtul.c.2.vbi prohibitio extenditur de monachis ad canonicos regulares, & per ꝯſequẽs ad alios religioſos.

Tertiò propter idoneitatem gradus prohibentur clerici in ſacris ordinibus conſtituti & etiam in minoribus beneficiati coram iudice ſęculari,niſi in cauſa propria,vel pro eccleſia ſua,vel pro coniunctis,aut miſerabilibus perſonis, vt in c.j.ext.de poſtu. & multo magis prohibẽtur in cauſa criminali, nedum in ſacris ordinibus conſtituti, ſed etiam in minoribus, ſi intendunt promoueri. Et intellige,vbi agitur de pœna ſanguinis, ext. ne cler. vel mona c.ſententiam ſanguinis.& 23.q.vlt.c.his a quibus.& in c.fi.ext.de poſtul.vbi dicit Greg.IX.Cũ ſacerdotis autem ſit,nulli nocere,ſed omnibus velle prodeſſe,&c.vbi etiam patet, quòd clericus, qui contra eccleſiam, a qua beneficium obtinet, pro extraneis perſonis procurator,vel aduocatus eſſe præſumit, tanquam ingratus poteſt illo beneficio ſpoliari. Epiſcopi verò nec in cauſa propria,nec in cauſa eccleſiæ poſſunt aduocare, ſed aduocatum habere debent,5.q.3.quare epiſcopus. Hoc autem intelligit Hoſt.coram iudice ſęculari,ſi placet, tam per ſe,quàm ꝑ procuratorem poteſt licitè comparere, vt in c. fi.ext.de iuram. calum Et notandum, ꝙ ſicut clericus prohibetur aduocare cõtra eccleſiam,in qua obtinet beneficium, vt dictum eſt: ita ꝓhibetur aduocare contra ſuum epiſcopum,vt in c.grauem.ext.de exceſ.prælat.& dicit Innoc.in c.fin.ext.de poſtul. ꝙ etiam laicus beneficiatus aduocans contra eccleſiam in qua obtinet beneficium,tãquam ingratus priuari debet illo beneficio. Rodoricus autem dicit, ꝙ epiſcopus non debet reputari extraneus in prohibitione clerici,ne pro extraneis contra eccleſiam beneficiãtem aduocet.& idem dicit de canonicis reſpectu epiſcopi, vel capi-
18 tuli. † Sed quid ſi duæ eccleſiæ,in quibus eſt clericus beneficiatus, agant adinuincem contra ſe. Reſpondeo, ſecundum conſilium Hoſtien. ꝙ neutri noceat, ſed cõcordiam tractet, arg.extra de poſtul.c.fi. ſi tamen ſit prælatus alterius,videtur ꝙ poſſit agere contra reliquam,& etiam ius ſuorum contra propriam eccleſiam defendere,ſi monita nolit emendare, arg. in d.verbo, pro extraneis. Dicuntur enim ſui, ij, contra quos non poteſt ſecun-
19 dum legem teſtificari,ext.de teſtib. cogen.c.j. † Appellatio autẽ ſuorum,eſt largior quàm domeſticorum. 47. diſt.§. neceſſe eſt. prope fi.ibi,qui ſuos, & c.Lex autem ciuilis dicit, ꝙ pro filijs,parentibus,vxore & affinibus extranſuerſo, vſque ad quartũ gradum poteſt patrocinium impartiri.C.de aduoc.diuerſ.iud.l.portionem.§.licentia. † Sed quid ſi epiſcopus & capitulum litigent? Reſpondeo ſecundum Hoſt. quòd debet adhærere epiſcopo, ſi credat ꝙ iniuria ſibi fiat,arg in d.c.fi.& ext.de verb.ſig.c.cũ clerici,alias adhærebit capitulo,arg.ext.de iureiur.c.petitio.ſi autem dubitet,tractet pacem inter eos. Quòd ſi concludere non poſſit pacem,in tali caſu, quòd potius eſſe debeat cum capitulo, ne remaneat indefenſum,arg.ext.de iureiur. ca.breui.niſi fortè epiſcopus præcipiat contrarium,cui eſſet in dubio obediendũ, q̃q̃ in facto proprio hoc præcipere non deberet. † Sed nunqd aliqs cogi poſſit,vt pro miſerabilibus perſonis aduocet contra eccleſiam a qua obtinet beneficium? Reſpondeo ſecundum Hoſt. ꝙ ſic,ſi aliter haberi non poteſt, dummodo eccleſia alium hẽat ita bonum,qui foueat iuſtitiam eius,alias ſecus,arg. ext. de teſtibus.c.cum in officijs. ſicut & quilibet in defectum probationis cogitur dicere veritatem.Nec obſt.ſi iuramentum.defenſionis, ſiue fidelitatis ipſi eccleſiæ fecerit, quia tacitè hanc cõditionem dicitur habuiſſe.ſ.niſi ſuperior contrarium demandaret, argu. ext.de iureiur.c.venientes.§.quia verò.

Quartò

Source : BIU Cujas

Quartò propter distinctionem officij prohibetur iudex, siue
22 assessor aduocare: † nam in eadem causa non potest quis duo officia intuicem exercere.4.q.4.c.1.& 2. Absonum enim esset, vt quis in eadem causa esset iudex vel assessor, & aduocatus. C.de assess.l.fin. C. de postul. l.quisquis.ne dum ad vtrunque festinat, neutrum bene peragat,dicit tex in d.l fi.vbi glo.dicit.

Qui binos lepores vna sectabitur hora,
Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.

23 † Aliquæ etiam personæ prohibentur postulare, vel aduocare ratione ętatis,vt minor 18. ann. aliquæ ratione sexus, vt mulieres.ff.de post.l.j.& 3. q.7.tria sunt. aliquæ ratione defectus, vt cæcus, surdus, & mutus, vt in dictis iuribus. Et q̃q̃ dictus §. tria sunt,dicat vt iudices non fiant,attamen communiter etiam intelligitur idē esse de officio aduocationis. Ex his dātur versus

Non cuicunque datur,quod postulet,immo vetatur.
Addictus pœnæ, seruus, puer, actor arenę,
Luminibus cassus, mulier, muliebria passus.

Et sic sunt tres ordines eorum, qui postulare prohibentur.nā quidam sunt,qui nec pro se, nec pro aliis postulare possunt, vt minor 18.an.& surdus,qui nullo modo audit, quia non exaudita voce prætoris tanquam contumax damnaretur. Item vtroq; lumine orbatus,cui dedit causam Publius cæcus,qui aduersa sel la tergum postulando clamauit. Mulieres autem non possunt postulare,nisi pro se & pro his,quorum tutelam & curam gerūt. & huic edicto causam dedit Calphurnia improbissima mulierum, quæ inuerecundè postulans & magistratum inquietans causam dedit edicto,ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant.& ista fuit causa finalis, vt dicit glo. in l.j.§.secundo loco.ff.de postul. improbitas verò Calphurniæ, fuit causa impulsiua,& quod dictum est de minore 18.annis,intellige si nō compleuerit 17.& attigerit 18. vt in d.l.j.§.j.ff.de postul.ver.pueritiam.Cœcus autem ideo prohibetur,quia insignia magistratus videre & reuereri non potest,vt in d.l.1.§.secundo loco.ver.casum. Item prohibētur omnes infames, ipso iure,vel de capitali crimine cōdemnati, vel qui locarunt operas suas, vt pugnarent cum bestijs in arena. Aliqui prohibentur postulare, nisi pro se & certis personis:& hi sunt qui notantur infamia,qui postulare possunt pro parentibus liberis patrono patrona, parentibusque patroni patronæ,liberisvè suis, fratre,sorore, vxore,socero socru, genero nuru, vitrico, nouerca, priuigno priuigna, pupillo pupilla, furioso furiosa, fatuo vel fatua, vt in d.l.1. §.fina.cum quatuor legibus seq.& tangitur 3.quæst.7. sunt autē. in text.& glos.

24 Et sciendum, † quòd aliqui repelluntur iudicis officio,eo ꝙ non est ęqua distributio aduocatorum inter partes.Vnde Iudex videns ex vna parte rudes & nouitios aduocatos, & ex altera peritos & antiquos,vult ęquam facere distributionem,ff.de postu. l.prima §.ait prætor.& C. eodem.l. prouidendum. quod intelligitur de his, qui ipsum habere non possunt, vel propter paupertatem, vel propter potentiam aduersæ partis. ff. de officio proconf. l. nec quicquam.§.fi.& §. obseruare. si ergo iudex hoc alicui præcipiat, & subiectus sine causa deneget suum patrocinium præstare,caret foro, idest potest ei per iudicem interdici,
25 vt pro nemine vnquam aduocet,vt in d.l.prouidēdum. † Iudex autem in tali casu disponet aduocato prouideri de salario per clientulum pro facundia aduocati & fori consuetudine, vt in l.j.§.in honorarijs.ff.de var.& extraord.cognit.Et si clientulus esset pauper,deberet aduocato prouideri de publico censu, vt dicit glo.in d. l.j. §. ait prætor.alias autem aduocet gratis pro Deo in causa pauperis, & recipiet mercedem à Domino longè dulciorem quàm a paupere: quia, vt dicit Salomon, Prouerb.19. Feneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei ad prędicta faciunt not.in c.j.ext.de offi.iud.& in d.§.tria.ver.si verò.& in d.l.j.§.si cui.ff.de var.& extraord. cog.& C.de profes.& med.l.antepen.lib 6.

26 Sciendum est etiam, † quòd aliquæ personæ sunt,quæ prohibentur aduocare contra quasdam particulares personas, vt qui agunt causas fisci contra fiscum non aduocent, nisi pro defensione suæ causæ,vel parētum,vel filiorum,vel pupillorum, quorum tutelam gerunt:permissum est enim perągere tutorem pupilli causam aduersus fiscū, in qua aduersus patrē pupilli aduo-
27 catus fuit ante pro fisco,vt in l.pen.& fi.ff.de postul. † Item ꝓhibetur aduocare vasallus contra dominū, vel etiam tanquam ꝓcurator agere contra dominum,alias perdit feudum, 22.q.5.de forma fidelitatis.

Item prohibetur legatarius contra legantem, alias perdit legatum ff.de inof.testa.l.Papinianus.§.meminisse.Item prohibetur donatarius cōtra donatorem, alias perdit donationem, ext. de donat.c.fi.& C.de reuoc.donat.l.j.in fi.& l.fi.ad fi. nam per taciturnitatem remissum videtur ius aduocandi,vnde primordiū causæ reuocandi non competit hæredibus donatoris. vel cōtra hæredes,vel successores donatarij, si donator in vita sua tacuit, vt in prædictis iuribus,& per glo.in d.c.fi.Item nec libertus contra patronum,alioquin redigitur in seruitutem.12.q.2.liberti ec clesiæ.& cap.de libertis.& in c.octaua discussio.accedunt not.in Auth.vt liber. de cætero. §. illud. collat.6. & in l.1.C.de liber.& cor.lib.Itē prohibetur quis aduocare, si pecuniam ob nō aduo-
28 candum accepit.ff.ad leg.Iul.repet. l. repetita. † Item repellitur qui habens personatum, leges ciuiles præsumit audire Parisijs, seu in alijs locis vicinis,vel alibi,vbicunque.Et idem est de archidiaconibus,decanis,plebanis,præpositis,cantoribus & præsbiteris,nisi intra duorum mensium spatium destiterint à tali legum studio,vel physicæ,vt in c.fi.ext.ne cle.vel mona. & accedūt no. in l.repetita.& in l.parabolani. C. de episc. & cler. & huiusmodi edictum principaliter fuit editum contra religiosas personas, exeuntes ad audiendum leges, vel physicam, vt in nulla causa si patrocinium præstare noluerint,audiātur. & nisi intra prędictū spatium tā religiosi, quàm aliæ prædictæ personæ ad claustrum rediernt,vel alij ab inceptis destiterint,excommunicationis in currunt sententiam ipso facto,vt in d.c.fin. quod incipit, super Specula,ext.ne cler.vel mona.& faciunt no. in c.non magnopere,eo.tit. vbi religiosę psonę prohibentur exire de suis claustris ad legendas leges,vel physicales confectiones ponderandas sub prædictis pœnis,nisi intra prædictum temporis spatium ad claustrum redierint. Item repelluntur ab aduocatione omnes vniuersaliter tam Doctores,quàm studentes,qui Parisijs,vel in alijs ciuitatibus seu locis vicinis docere, vel audire ius ciuile præsumunt:& qui contrafecerint, non solum à causarum patrocinijs interim excluduntur, verumetiam per episcopum loci debent excōmunicationis vinculo innodari, vt in c.sup specula, extra de priuil. Et hæc de primo quæsito sufficiant.

29 Ad secundum igitur, † cùm quæritur,quæ incumbunt aduocatis.respondeo breuiter,ꝙ quatuor eis incumbūt principaliter attendenda,videlicet primum est qualitas causæ, secundum est modus aduocandi,tertium est cōuenientia salarij, quartum est exclusio pacti de quota litis.

Primò dico, ꝙ aduocatus attēdere debet ad qualitatē causæ, vt primò examinet causam,si est iusta,vel iniusta:& si viderit eā iustā, si vult suscipiat: si verò viderit iniustā,oīno renuat.Vñ diligenter cauere debet,ne causam iniustam, vel desperatā capiat: etsi susceperit ab initio ignoranter, & postmodum in processu iudicij cognouerit causam talem, omnino relinquere debet, & clientulo consulere ꝙ desistat,& cedat, vel componat cum aduersario de communi concordia,sine fraude,vt in l.rem non nouam.C.de iudic. Secundò debet attendere modum, qui consistere debet in tribus, videlicet modestia, veritate,legalitate.

30 † Primò seruare debet modestiā,vt non procaciter,nec conuiciando,vel vociferādo proponat,vel aduocet,quia per hoc impeditur honestus iustitiæ processus. Vnde Isa.32.scribitur.& erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium. Et Salomon Prouerb.22.dicit, Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntque causæ & contumeliæ. Hinc etiam dicit Bern. de cōsid. ad Eugen.lib.j.c.9.Miror nanque, quomodo religiosę aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum,& pugnas verborum,quæ magis ad subuersionem, quàm ad inuentionem proficiunt veritatis. Nihil enim ita absque labore manifestam facit veritatem, sicut breuis, & pura narratio. Præcide ergo linguas uaniloquas, & labia dolosa claude: hi sunt, qui docuerunt linguas suas loqui mendacium, diserti aduersus iustitiam,eruditi pro falsitate sapiētes sunt,vt facient mala,eloquentes vt impugnent verum. Et Aug. in quodam serm.
31 dicit, † Nihil est impudentius arrogantia aduocatorum,qui garrulitatem,auctoritatem putant,& parati ad lites in subiectos tumidè intonant.Et idem Bern.dicit,Verbulosum aduocatum, & studentem eloquentiæ cum sapientiæ sit inanis,non aliud,q̃ iustitiæ hostē reputes. Et Origenes in originali,super illud Exod.8. percutiam omnes terminos tuos ranis,dicit, Ranæ significāt clamorosas aduocatoris allegationes, quæ inani & inflata modulatione,velut ranarum sonis & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim aliud vtiles sunt, nisi quòd sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddunt.Et Isidorus in 3.de summo bono, dicit: Antiqui forensem eloquentiam caninam facundiam nuncupabant,eo ꝙ causidici in certa minibus causarum omissis, quæ agunt, veluti canes alterutrum lacerant.Tales enim procaces aduocati, qui non ratione, sed ꝓbris putant esse certādum,reddūtur infames. 3.q.7. si quis adeo.
32 & 5.q.4.in loco benedictionis.† Secūdò debet aduocatus seruare veritatem,scilicet vt non mentiatur, nec falsa iura, seu falsas leges,vel glo.alleget,nec falsa instrumenta, aut falsos testes, vel falsas rationes seu probationes induicat, nec superfluas dilationes & nō necessarias petat in grauamen partis aut superfluitatis cauillationibus innitatur.3.q.7. siquis adeo,ver.siquis autem ex litigatoribus.& C.de iudic.l.properandum. §. illo proculdubio.
33 Deut.16. † Iuste quod iustū est,exequeris.& Psal.57.si verè vtiq; iustitiam loquimini,rectè iudicate filij hominū. & C.de postul. l.quoniam veritatem. & l.quisquis vult esse causidicus, licet tñ aduocato defendenti iustam causam prudēter occultare ea ob. impediri posset processus eius,non tamen licet ei vti aliqua falsitate,vt dicit Thom.2.2.q.71.arti.3. Vtens enim falsis pro veris, falsi crimen incurrit, ext. de crim. fal. c.dura.& c.seq.& ff. de falsi. l.j.&

Source : BIU Cujas

l.j.& l.eos.& l.fin.& C.de vet.iu.enuc.l.2.§.hoc autem.& §.eand. & in c.j. ext. de crim. fal. mentientis enim improbitas ſcueritati ſubiacet iudicãtis.ext.de reſcrip.c.ſuper literis.25.q.2.& ſi legib. Tertio ad modum aduocandi pertinet ſeruare legalitatem, vel fidelitatem,vt inquantum iuſtitia permittit,cauſam ſui clientuli foueat & defendat,nihil de contingentib.omittendo,C.de iu dic.l.properandũ.§.illo proculdubio.2.q.7.ſi quis adeo.ver.ſi qs autem ex litigatoribus ibi, paris defenſionis copiam.nã eo ipſo ꝙ aduocatus nititur ſubtrahere copiam ꝓbationis aduerſario ſuo,præſumitur iniquam cauſam fouere, & experiri debet in ſe iudicis auctoritatem eluſam,vt vult text.in d.§.ſiquis autem. & glo.in c.intimauit,ext.de teſtib.& atteſt.& in c peruenit. 1. extra de teſtib.cog.accedunt not.4.q.4.c.1. ibi, defenſores congruos. Et inf.defenſores examinatione ad muniendam cauſam. Vbi dicit glo.non tamen vt falſo inducat ius aliquod.Circa quod Gelaſius Papa dicit, irreligioſum prorſus & execrabile iudicamus, ſi quiſquam deſtitutos, vel extraneos in ſui tuitione ſuſceptos non omni fide & tota animi ſui educauerit ſanctitate.87.diſtin.
34 irreligioſum.†vbi gl.dicit,ſuper ver.fide,eſt arg.contra perfidos aduocatos,qui plena fide clientulos non defendunt, argu.2.q.3. notandum.Dicit etiam falſarius aduocatus, vel procurator, qui aduerſario ſecretum cauſæ aperit, vel inſtrumenta etiam ſecreta prodit,ext.de offi.deleg. c.cum olim magiſter. ff.de falſ.l.quæ depoſita ff.de pẽn.l ſiquis aliquid.§.ſiquis inſtrum.& §.inſtrumẽta.& talis condemnatur ad intereſſe.12.q.2.ſiquis de clericis.vel tenetur actione iniuriarum.ff.depoſ.l.j §.ſiquis tabulis. ff.ad leg. Aquil.l.ſiquis teſtamentum.§.ſed & ſiquis tabulas. & talis etiam proditor dici poteſt.46.diſt.clericus. & in d. §. ſiquis inſtrumentum.& §.ſeq.& no.Innoc.& Hoſt.in d. cap.cum olim magiſter. Nam proditor etiam dicitur, qui propter timorem nõ defendit veritatem,ſed tacet eam.11.q.3.nolite.2.& in d.c.1.ext.de crim. fal.ad prædicta faciunt not in c ad audientiam.ext. de decim.nã infamiam iuris incurrit, qui priuilegium principis aſtutè interpretatur,vt in l.2. C.de leg.glo.allegat in d. c.ad audientiam.

35 † Quartò debet aduocatus ſeruare competentiam in ſalario, ſecundum magnitudinem cauſæ & laboris,& ſecũdum Aduocati facundiam & fori conſuetudinem, vt in d.l. quiſquis vult eſſe cauſidicus.& 3.q.7.ſiquis adeo.ibi,vt non ad turpe compendium,& ſtipendium deforme hæc arripiat occaſio.nam ſi lucro pecuniaque capiantur,veluti abiecti atque degeneres inter viliſſimos numerabuntur,arg.12.q.2.conceſſo. & ext.de prẽb. ca.de multa. in fin. nam is gradus cẽteros antecedat quem ſtipendia longiora & labor prolixior fecerant anteire.C.de offi.mag offi. l.nemo & ff.de var.& extraord.cog.l.j.§.in honorariis. & ext. de maio. & obed. c.ſtatuimus. & 51.diſt.miramur.vbi text.Leonis Papæ dicit,Meritò patrum beatorum venerabiles ſanctiones ſacris adminiſtrationibus idoneos cẽſuerunt, quorum oĩs ẽtas a puerilibus exordijs vſq; ad perfectiores annos ꝓ diſciplinę eccleſiaſticæ ſtipendia cucurriſſet, vt vnicuique teſtimonium prior vita præberet. nec poteſt de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis,pro moribus caſtis,pro actionibus ſtrenuis celſioris loci prẽmium debetur.Si enim ad honores mũdi ſine ſuffragio temporis,ſine merito laboris,indignũ eſt prouehi & notari ambitus ſolent, quos probitatis documenta non adiuuant quàm diligens & quàm prudens habenda eſt diſpenſatio diuinorum munerum & cęleſtium dignitatum. Patet igitur ex prędictis moderandum eſſe ſalarium, ſecundum differentiam perſonarum nam differẽtia eſt inter artifices, vt in l.inter artifices.
36 ff.de ſolut.†& ſic in moderatione ſalarij quatuor ſunt principaliter attendenda,videlicet quantitas cauſæ,quãtitas laboris,quantitas facultatis aduocantis, & conſuetudo regionis: iuxta conſiderationẽ igitur horum quatuor poteſt & debet maius, vel minus ſalarium moderari,ſiue ab initio petitum fuerit per aduocatum,& promiſſum per cliẽtulum ſiue ſine aliquo pacto expreſſo,vel promiſſione ſalarium poſtmodum per iudicem ſit taxãdum,vt in d ca.ſiquis adeo. ver.apud vrbem. & in d.l.prouidendum.C.de poſtul.& in alijs iuribus ſuperius allegatis.

Quintò debet Aduocatus attendere ne paciſcatur de quota parte litis,vel de immoderato ſalario cum graui damno litigatoris,nec ab initio,nec poſt motam litem.3.q.7.arcentur.vbi di
37 cit tex † arcentur etiam a profeſſione aduocatorum,qui ſub nomine honorariorum ex ipſis negocijs, quæ tuenda ſuſceperint emolumentum ſibi certæ partis cum graui damno litigatoris & deprædatione poſcentis inueniuntur. Vbi dicit glo. de parte litis non licet paciſci ff.de pact.l.ſumptus. ſed ſuper certa re licet. arg.C.de ſenten. paſſ. l. ſi debitor.licèt Martinus dixerit, ꝙ licet de aliquota parte paciſci ſine graui detrimẽto partis. tamẽ vltra centum aureos non licet paciſci, vt in d.§.in honorarijs. non.n. licet aduocato cum clientulo de certa parte paciſci.C.de poſtu. l.ſiquis aduocatorum. neque iudici cum litigatoribus. extra de vita & honeſt.cler.cum ab omni ſpecie.nec procuratori cũ domino ff.de pact.l.ſumptus.nec fideiuſſori,qui fideiuſſit iudicatũ ſolui cum eo,pro quo fideiuſſit.ff.manda.l.ſi remunerandi.§.ma ius.& tangit glo.in d. c cum ab omni.ſuper verbo, ſęcularium.

Præterea non licet aduocatum vllum contractum inire, vllã pactionem inferre cum eo litigatore, quem in propriam recepit fidem,nec ex induſtria iurgium ꝓtrahere,vt dicit text. 3.q.7. ſiquis adeo.ver.præterea,faciunt not.11.q.3.non licet. Sed heu, quid dicendum de noſtris modernis flebilibus diebus, & lugubri ętate,nec non & temporibus deplorandis,quibus lucidè patet,quantũ Cauſidici regulariter iſta ſeruent? Neſcio,quid aliud conueniat vlulare, niſi quod Alanus de cõqueſtione naturæ de
38 plorando cantauit dicens,†ſiquis armatur pecunia,tanꝙ loricis argenteis terrẽtis impetum Tulliani, fulgur incurſus Hectoris, robur virtutis Herculeę, verſipelles Vlixis vilipendet aſtutias. In tantum etenim habendi fames incãduit, vt muta ſit dialecticæ ſubtilitas, Rethoricæ langueſcat ciuilitas, vbi nũmorum perorat pluralitas. Si in aurem iudicis, vel aduocati ſuſurret pecunia, Orphei lyra,carmen Amphionis,muſa Virgilij voce pecuniæ ſuffocantur. Quid plura? vbi nummus loquitur, Tulliani eloquij tuba muteſcit? Vbi nummus militat,Hectoreę militiæ fulgura compeſcuntur. Vbi pugnat pecunia, virtus expugnatur Herculea. Nummus vincit,nummus regnat,nummus imperat
39 uniuerſis. Inde dixit Salomon Eccleſiaſtes 10. † In riſu faciunt panem ac vinum, vt epulentur viuentes, & pecuniæ obediunt omnia Hinc & Tullius in prologo Rethoric. dicit, Poſtquã cõmoditas quædam praua virtutis immutatrix ſine rationabili officio dicendi copiam conſequuta eſt,tunc ingenio ficta malitia peruertere vrbes ac vitas hominum labefactare conſueuit. Et Innoc de vilitate condit humanæ dicit,ſępe cauſas tantum differunt ꝙ litigantibus pluſquam totum auferũt, quia maior eſt expenſarum ſumptus quàm ſententiæ fructus:nec terminantur negocia pauperum cępta, quouſque eorum marſupia ſint euacuata.cum tamen ſcriptum ſit,Gratis accepiſtis, gratis date. Ipſi verò nec gratiam gratis dant,nec iuſtitiam iuſtè reddunt, lucrũ in arca, damnum in conſcientia. Sed quid prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentũ patiatur? Aut quam dabit homo cõmutationem pro anima ſua, vt dixit Dominus Matth.16. ergo malum lucrum facit, qui ſemetipſum perdit.De talibus etiam aduocatis ſcripſit Sid. in quadam epiſt.Hi ſunt,qui cauſas protẽdunt adhibiti, impediũt prætermiſſi,faſtidiunt admoniti, obliuiſcũtur locupletati. Hi ſunt, qui emunt lites,vendunt interceſſiones,deputant arbitros,iudicanda dictant,dictata ꝙellunt,attrahũt litigaturos, protrahũt audientes, retrahũt tranſigentes. Et Caſſiodorus ſuper Pſal.73. ibi,irritat aduerſarius nomen tuum in finem. De aduocatis dicit,Hi ſunt,quorum ſi nares afflauerit cuiuſquã rubiginoſi aura marſupij,cõfeſtim videbis illic & oculos Argi,& manus Briarei & ſpinguarum vngues,& penuria Laudemontis,& Vlixis argutias, & Sinonis fallacias, & fidem Polimneſtoris, & pietatem Pigmaleonis adhiberi.Et ibid.dicit, Apud Cauſidicos etiã ipſum ſilentium uenale eſt,ac lingua eorum damnifica, niſi funib. argenteis colligetur. Et ibid.dicit, Hi ſunt in conuiuijs ſcurræ, in exactionibus arpię,in collocutionibus beſtiæ, in quæſtionibus ſtatuę,ad intelligen.ſaxei,ad iudicandum lignei.ad ignoſcẽdum ferrei,ad amicitias pardi,ad furias urſi, ad fallendum uulpes, ad ſuperbiendum tauri,ad conſumendum minotauri. Quomodo igitur inter argutos armatos tumultuoſos uirtute,numero contubernio poterit ex ęquo & bono ſolus inermis,abiectus, peregrinus pauper audiri, ubi eſt gurges de ſutoribus fabularum, de concionatoribus criminum, de duplicatoribus ſiniſtrarum opinionum,qui cum non habeant opera pro pomis,ſpargunt uerba pro foliis:& cũ abſit medulla ſenſuum, abundat ſpuma uerborum. Sed heu, quid erit de talibus, neſcio ꝙd aliud, niſi quod Moiſes cantat Deut.25.pro menſura peccati erit & plagarũ modus.& Sap.11.per quæ peccat quis,per hæc & punietur. Vñ quia per linguam peccant, in lingua etiam uiuentes ſępiſſimè puniuntur,ut dicit gloſſula,Inſtit.quib.non eſt permiſſum face.teſtam.§.ſępe.ubi text.dicit, † ſępe etiam literati, & eruditi homi-
40 nes uarijs caſibus,& audiendi, & loquendi facultatem amittũt. dicit gloſſula, maximè impij aduocati..Patet enim experientia manifeſta, aduocatos quàm plurimos ſine lingua mori, & noſtris temporibus, nonnullos memini tam religioſos, ꝙ ſęculares ueritatem iuſtitię lingua multiloqua ſuis temporibus depra uantes uitam ſuam muta lingua finiſſe.Qui habet aures audiendi audiat quid ſpiritus dicat eccleſijs,ut pluries Euãg.Io. diuino
41 ſpiritu proteſtante repetiit, Apocalip.2.† Sicut enim iuſti aduocati,qui dirimunt ambigua facta cauſarum ſuæ defenſionis iuribus,in rebus ſępe publicis ac priuatis lapſa erigunt, fatigata repa rant,non minus præſtant humano generi,quàm ſi præliis atque uulneribus,patriam atque parentes ſaluarent. Nec enim,ut Iuſtinianus Imperator ait, ſolos noſtro imperio militare credimus illos,qui gladiis,clipeis,& thoracibus utuntur, ſed ẽt aduocatos.militant nanque patroni cauſarum,qui glorioſę uocis cõfiſi munimine laborantium ſpem, uitam, & poſteros defendũt.
42 C.de aduo.diuer.iud.l.aduocati.† Sicut itaque Aduocati iuſtitiã defendentes merentur præmium retributionis ęternæ, ut dicit Pſal.17. pſal.Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo,& iuſtitias eius nõ repuli a me, ſubdit, & retribuet mihi Dominus ſecũdum iuſtitiam meam. Et Eccl.4. pro iuſtitia agonizare pro

anima

Source : BIU Cujas

anima tua,& vſque ad mortem certa pro iuſtitia,& Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Inde dicebat Apoſt. 2. Tim.4. Bonum certamen certaui,curſum conſumaui,fidem ſeruaui:in reliquo repoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ. Ita ecõuerſo, iuſtiſſimũ eſt,vt qui iuſtitiam peruertunt & impugnant, mercedem retributionis accipiant pro menſura præuaricationis eorum.Ex quo dicebat Apoſt.ad Heb. 2. omnis præuaricatio & inobediẽtia accepit iuſtam mercedis retributionem. Et Salomon Eccleſiaſtes 3.dicit,Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem.Et dixi in corde meo, iuſtum & impium iudicabit Dñs,& tẽpus omnis rei tunc erit.Et Iſa.1. comminatur Dñs cętui iniuſtorum & iniquorum iudicum,& præſidentiũ quorũcunq;,dicens: Qũo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij.Iuſtitia habitauit in ea,nunc autẽ homicidę.Et inf. Principes tui infideles,ſocij furum,oẽs diligunt munera,ſequũtur retributiones,pupillo non iudicant,& cã viduæ non ingreditur ad eos. ꝓp hoc ait Dñs exercituũ fortis Iſrael,Heu ꝯſolabor ſup hoſtib. meis,& vindicabor de inimicis meis. Et hæc de ſecũdo queſito.

43 Ad tertiũ igitur,cũ quæritur, † qñ Aduocati tenẽtur ad reſtitutionẽ.rñdeo,ꝙ tenẽtur infraſcriptis caſibus, videlicet.Primò, ſi aduocatus ſuũ clientulũ ſcienter inducat ad mouẽdũ vel defendendũ cãm iniuſtam,tenetur ad damna & expenſas ſuo cliẽtulo,arg.C.de admin.tut.l.non eſt iniquum.Secundò tenetur,ſi ꝓp ſuam imprudentiam, vel negligentiã cãm amiſerit.ff.de offi. preſid.l.illicitas.§.ſicut.& multo fortius, ſi ꝓp infidelitatem, vel proditionem,cum tunc maiori pœna dignus ſit.ff.de pẽn.ſiquis aliqd.Tertiò tenetur generaliter, qualicũq; ſuo vitio cãm amiſerit,arg.ff.de euict.l.emptor.& ff.ad leg.Aquil.l.idem iuris.& ff. loca.l.cum in plures.§.locator.ſecus tñ eſt,ſi ex qualitate cauſæ, vel defectu probationis ſuccumbit clientulus,cũ tunc nõ ſit aduocati culpa,ſed cauſæ,vel clientuli,arg ff.ad leg. Aquil.l.ſi ſeruus ſeruũ.§.ſi calicem.Quartò tenetur aduocatus de dolo,ſi do 46 lo malo facit, ꝙ clientulus perdat cãm.ff.de iudic.l. filiusfam.& arg.C.de pẽna iud.qui male iud.l fin.& 14.q.5.non ſanè.& q.6.ſi res aliena.& probato dolo aduocati reſtitui debet cã in priſtinis terminis,vt de ea iterum cognoſcatur.C.de aduoc.diuerſiud.l.j. qđ verum eſt,ſecundum Guliel. qñ ad hoc actum eſt ꝯ victorẽ, vt cauſa de nouo agitetur.Secus, ſi actũ eſt ꝯ aduocatum, vt puniatur:nam tunc non obeſſet victori,quia res inter alios acta,alteri non præiudicat.ext.de fide inſtrum. c.dilectus. Aliqui tñ dicunt, ꝙ in hoc crimine, & in alijs publicis iudicijs res inter alios 47 acta alijs præiudicat.ff.de iureiur.l.eum, qui.§. in popularibus.qđ verũ eſt,qñcunq; cõpetit actio popularis.Quintò tenetur aduocatus aduerſario ſui clientuli,ſi per ſuam cauillationem abſtulit ei bonam cãm, vel eũ in aliquo grauauit, petendo dilationem ſuperfluam,vel allegando falſa ꝯ conſcientiam,vel faciẽdo poſitionem duplicem, vel cauilloſam, vel per inſtructionem falſi 48 teſtis, vel quia induxit clientulum ſuum ad negandum veritatem.In his omnibus tenetur inſolidum, ſecũdum Hoſtien. quo ad verum intereſſe, ſicut de iudice dicitur, per not.in l.fin.C.de pe.iud.q ma.iud.& 11.q.3.quatuor modis. quicũq; & vnicuiq;. Sextò tenetur,ſi extorſit ſalarium, vnde nõ debuit extorquere, vel ſi vltra quàm debuit habere extorſit: nam licitum eſt ſibi recipere iuſtum ſalarium.dignus eſt enim operarius mercede ſua, 49 vt dixit Dominus Lucæ 10. Et nemo militat ſuis ſtipendijs vnq̃, dixit Apoſt. 1. Cor. 9. Et idem eſt dicendum de Iuriſconſulto, 11.q.3.non licet iudici.niſi ita faciliter reſpondere poſſet, ꝙ veriſimiliter talis reſponſio deberet gratis impendi,iuxta verbum Domini,Matth.10.Gratis accepiſtis, gratis date. quod tñ nõ eſt ita largè intelligendum,vt ſi diues petat conſilium, & Iuriſconſultus non indigeat pro tunc ſatis reuoluere libros pro tali reſponſione,nõ poſſit ſuũ cõpetẽs ſalariũ exigere,cũ per prius laborauerit,exulẽ ſe cõſtituerit,magnas expenſas fecerit,in ſtudio ſępius inſudauerit,& non nunq̃ algoribus contremuerit & vitã ſuã oĩbus periculis expoſuerit,iuxta not.in auth.habita.C.ne fil. pro pat.faciunt ad p̃dicta,no.in c.ad aures,ext.de ęta.& qualit.& in d.l.idem iuris.ff.ad leg.Aquil.& in l.2.ff.qđ quiſque iur.in alte. ſtat.ip.eo.iu.vta.ergo ſicut ſuo vitio damnificauit alterũ,ita pro 44 ſuo vitio ſuſtineat pœnam,& reſarciat damnũ.†Pro miſerabilibus verò perſonis,quæ ꝓp defectum aduocati, quem nõ pñt cõducere,amittunt cauſas,& grauantur iniuſtè, cõgruũ eſt intelligere,ꝙ aduocati teneantur patrocinari,& iuriſcõſulti gratis cõſulere,vt & ipſi de ſua ſcientia amore Dei eleemoſinam largiantur,a quo donum ſcientiæ receperũt: qa oẽ datũ optimũ à Deo eſt,Iacobi 1.& idem ibid. ait, Siquis aũt veſtrum indiget ſapientia,poſtulet eam a Deo, qui dat omnibus affluẽter & non imꝓperat & dabitur ei.poſtulet autem in fide,nihil hęſitans. Et inter cætera dona ſpiritus ſancti, donum ſcientiæ numeratur, Iſa. 11. ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis,& replebit eum ſpiritus timoris Dñi. 53 hoc ẽt determinat Thom.2.2.q.71.art.1.dicẽs,ꝙ cũ p̃ſtare patrociniũ cauſæ pauperũ ad opus miſericordiæ ꝓtineat, idẽ eſt hic 45 dicendũ,qđ & de alijs operibus miſericordiæ dr̃.†Nullus.n.ſufficit oĩb.indigentib.opẽ impẽdere.& ideo ſicut Aug.dicit in 1.de doct.Chriſtiana,Cũ oĩb.ꝓeſſe nõ poſſis,his potiſſimè ꝓſulẽdũ eſt,ꝙ ꝓp locorũ & tẽporũ, vel quarũlibet rerũ opportunitatibcõſtrictius tibi,quali quadã ſorte iunguntur. dicit autẽ ꝓp locorũ oportunitatib.qa nõ tenetur hõ ꝓ mundũ quærere indigentes, qb.ſubueniat, ſed ſufficit, ſi eis,qui occurrũt, opus miſericordiæ impẽdat.Vñ dr̃ Exo.23.Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti,reduc eũ,ergo magis occurrẽti pauperi ſubuenire teneris.Addit aũt Aug & temporũ,quia nõ tenetur hõ futuræ neceſſitati alterius ꝓuidere,ſed ſufficit ſi in preſenti neceſſitate ſuccurrat.Vñ dr̃ 1.Io.3.Qui habuit ſubſtãtiã huius mũdi,& viderit fratrẽ ſuũ neceſſitatẽ habere,& clauſerit viſcera ſua ab eo,qũo charitas Dei manet in eo? Filioli mei,non diligamus verbo, nec lingua, ſed opere & veritate. Subdit aũt Aug. vel quarumlibet rerũ,&c.quia homo ſibi coniunctis quacũq; neceſſitudine maximè dẽt curam impẽdere, iuxta illud 1. Timot. 5. Qui ſuorum,& maxime domeſticorũ curã non hẽt,& fidẽ negauit, & eſt infideli deterior. Quib.tñ cõcurrentibus,conſiderandũ reſtat, vtrũ aliquis tantam patiatur neceſſitatẽ,ꝙ nõ in promptu appareat, qũo ei poſſit aliter ſubueniri: & in tali caſu tenetur ei miſericordiæ opus impẽdere. Si autẽ appareat qũo ei aliter ſubueniri poſſit,vel ꝓ ſeipſum,vel ꝓ aliam ꝑſonam magis coniunctã,aut maiorẽ facultatẽ habentẽ, non tenetur ex neceſſitate indigẽti ſubuenire,ita ꝙ non faciendo,nõ peccat:quamuis ſi ſubueniat,laudabiliter agat.Vnde Aduocatus non ſemꝑ tenetur cauſæ pauperũ impendere patrocinĩũ,ſed ſolũ concurrentib.conditionibus antedictis, alioquin oporteret eũ oĩa alia ſua negocia ꝑtermittere,& ſolũ cauſis pauperũ iuuandis intendere. Et idẽ dicẽdum eſt de medico,quãtũ ad curationẽ pauperũ,de quo dicit Ray.in 2.lib.ſuæ Sum.tit.de Aduoca. §. item pro miſerabilib. perſõnis, qđ tenetur gratis de medicina ſua cõſiliũ & curã impẽdere pauperi languido ꝓ illud decretũ Symaci Papæ,83.diſt. in princ.vbi dicit,Non eſt grandis differentia vtrũ lethũ,i.mortẽ,inferas, vel 46 admittas.i.inferri patiaris.†Mortẽ.n.languẽtibus probatur infligere,qui hanc cũ poſſit excludere,non excludit.nã illud decretũ intelligere oportet eo modo,quo dictũ eſt in cõſideratione ſtrictæ neceſſitatis,ſicut illud Amb.de offic.Grãdis culpa eſt.ſi ſciẽte te fidelis egeat,ſi ſcias cum ſine ſumptu eſſe, famen tolerare, erumnam perpeti.Et ſ.paſce fame moriẽtẽ.Quiſquis.n.paſcẽdo hoĩem poteris ſeruare,ſi nõ paueris,occidiſti.86.diſt.nõ ſatis. & c.paſce.Sic ẽt in tali ſtricta neceſſitate aduocatus pauperẽ ſubleuabit:nã ſicut q̃ nõ paſcit necat,ita q̃ nõ defendit opprimit.ſ.cõ 47 currentib. ſuperius p̃notatis. † Error.n.cui nõ reſiſtit̃,approbat̃. & veritas cũ minimè defenſatur,opprimitur.83.diſt.error.Nã,vt dicit Greg. conſentire vr̃ erranti, qui ad reſecanda quæ corrigi debẽt,nõ occurrit.Simile ff.de iure pat. l. adigere ff.de noxal.l.ſi ſeruus,in fi.& ff.de his,qui no.infa.l.quid ergo.§.j. Circa qđ dicit Iſid.pauper,dum nõ hẽt quid offerat, nõ ſolũ cõtẽnitur audiri, 48 ſed etiam ꝯ veritatẽ opprimitur.†citò violatur auro iuſtitia,nullamq; reus ꝓtimeſcit culpã, quã redimere nũmis exiſtimat.11. q.2.paup.Acceptio.n.nũmorũ ꝑuaricatio veritatis eſt, vt dicit Greg.11.q.3.q̃ rectè iudicat. Prædictæ tñ authoritates de iudicib. loquunt̃,q̃ ſnĩam verã & iuſtã ſine ꝑtio ꝓferre debẽt,cũ eis ã publico ſalariũ impendat̃, nedũ ſumptus q̃rit̃,pdo craſſẽt.86.diſ.in ſingulis.& 23.q.j.militare. Et hæc de aduocato ſufficiãt pro pñti.

49 Reſtat nũc de Aſſeſſorib. aliqua diſcutere.† Eſt autem aſſeſſor is,quem ille,qui poteſtatẽ iudicandi habet ſibi aſſociat,vt ſibi in cauſa aſſiſtat,& vt eum ad cauſam rectè decidendam inſtruat. C.de aſſeſſor.l.j & not.Archid.in c.ſtatutum.§. aſſeſſorem.de reſcrip.lib.6.De aſſeſſore igitur tria principaliter ſunt quærenda,videlicet primò, utrum iudex poſſit aſſeſſorem eligere.Secundò, vnde debet ſibi de ſalario prouideri. Tertiò qualiter tenetur, ſi malè conſuluit.

50 Ad primum reſpondeo, † ꝙ iudex indigens aſſeſſore põt ſibi aſſumere quẽvult,dũmodò neutri parti ſuſpectũ eligat,arg.ext. de appel.c.cum ſpeciali,& illũ recipient ẽt partes inuitæ, qa iudiciũ redditur in inuitũ. ff. de uerb. oblig.l inter ſtipulantem. §.1. ſic etiam dicit gloſ.in c.ſuper quæſtionum,extra de offic.deleg. & Innoc.dicit quòd non requiritur conſenſus partiũ, ſed iudex poteſt eligere quẽ vult,quia ex eius facto tenetur. C.de aſſeſſ.l.1. & l.nullus iudicum.Archid.in d.§.aſſeſſorem,dicit ꝙ datis ſuſpe 51 ctis a partib.Iudex põt eligere quẽ vult,exceptis ſuſpectis,†dummodo ille,quẽ elegit,ſit ĩtegri ſtatus & famę nõ turpitudine notatus,vel infamis.ff.de oĩ.aſſeſſ.l.1.C.de digni.l.neque.lib.10.nec ſit excõicatus,uel hæreticus,qa tales tanq̃ infames ab oĩ actu legitimo prohibẽtur,ut in c.pia,de excep. lib.6. & in c.infamibus. de reg.iur.lib.6.ad idem ff.de offic.aſſeſſ.l.liberti.& ext.de offi.de- 52 leg.c.paſtoralis.& 2.q.6.c.placuit.†Eps etiam poteſt ſibi aſſeſſorem eligere laicum ẽt in cauſa ſpirituali,cum non reperiatur ꝓhibitum. & tale edictũ prohibitoriũ iudicatur,unde admittũtur ẽt eruditi liberti.C.de poſtul.l.2.& Hoſt.no.ext.de arb.c.ꝓtingit.

53 Ad ſecundum rñdeo, † ꝙ aſſeſſor ſpe præmij eſt inuitandus. C.de aſſeſſ. l. j. Vnde iudex ex indigentia cum aſſumens põt partes adſtringere, ut ſibi cõmuniter de moderato ſalario debeant prouidere.ff.de offi.aſſeſſ.l.diẽ.& in d.l.j. C. de aſſeſſ. Iudex.n.occupationib.multiplicib. prepeditus in cura reipub. uelĩ cura rei familiaris,vel qa aliam iuſtã cãm habet, vel qa infirmus, vel ꝓp

Source : BIU Cujas

negocia ſua, quæ non tenetur negligere. ff. de iud. l. ſi longius.
54 1. reſpon. quod intelligendum eſt, ſm Hoſt. † qñ graue periculũ iudex in re ꝓpria pateretur, arg. ff. de verb. ſig. l. nepos Proculo. & ext. de don. c. apoſtolicæ. §. j. vel quia non hẽt ſcĩam cõpetẽtẽ, quæ in iudice deſideratur, vt in Auth. de iud. in prin. collat. 6. nã in negocijs diffiniẽdis neceſſaria eſt ſcĩa, vt patet 20. diſt. in prin. Iudex. n. legis veritatẽ & iuſtitiæ veſtigia ſequi debet. C. de ſent. & interlo. om. iud. l. nemo. in fi. 11. q. 3. ſummopere. ſufficeret tñ competens ſcĩa, vt in 1. conſtit. Cod. His igitur caſibus cum iuſtè eligit aſſeſſorem nõ tenetur de ſuo ſibi prouidere, nec aſſeſſor tenetur ſuis ſumptibus aſſidere, arg. 28. q. j. iam nunc. nemo. n. de ſuo beneficium facere cogitur. 20 q. 2. precarię. ext. de præſcrip. c. cum ex officio. ideo merces pro labore conſtitui debet, nã oĩs labor optat præmium. 12. q. 2. charitatem. & c. quicunq; & 7. q. 1. ibi, adunati. & in Auth. de iudic. §. ne autẽ. collat. 6. ergo aſſeſſor, qui eſt iuriſconſultus, bene põt vendere rectum conſiliũ. 11. q. 3. non licet iudici & 14. q. 5. non ſanè. & not. glo. & Doct. in c. cum
55 ab omni. ext. de vita & honeſt. cler. † ſalarium tñ debet eſſe moderatum, ſecundum qualitatem aſſeſſoris quãtũ ad ſcientiam & facundiam & ſecundum quantitatem cauſæ & conditionẽ partium, & fori conſuetudinem, ſicut dr̃ de aduocato. ff. de var. & ext. cog. l. j. §. in honorarijs. Et quia aſſeſſor cõis perſona dẽt eſſe, & vtriuſque partis iuſtitia mediante, negocium gerere, ideo ſala
56 rium ab vtraq; parte ſoluitur. arg. 14. q. 5. c. fi. † Et ſi iudex moriẽ, vel partes adinuicem concordent, aſſeſſor tñ ſalariũ ſtatutũ habebit, & habitũ nõ reſtituet, ẽt ſi ꝺductus eſſet aſſeſſor pro toto anno. ff. de offic. aſſeſſ. l. diẽ. ff. loca. l. qui operas. & l. ex conducto. §. idem eſt. & hoc ẽt de Aduocatis eſt cenſendum. C. de aduo. diuerſiud. l. poſt duos. Si verò iudex ſine indigentia in fraudẽ acce pit aſſeſſorẽ, de ſuo ſibi prouidere tenetur, vt in d. c. ſtatutũ. §. aſ-
57 ſeſſorem. de reſcrip. lib. 6. † Et dr̃ in fraudẽ aſſumere, ſm Archid. & Io. And. qñ ſibi retinet ſalariũ, qđ petit ꝓ aſſeſſore, uel vt partes grauet, vel vt alteram earum grauet, vel vt amicis ſeruiat, vel vt ſe exoneret, qđ facere nõ dẽt, vt in c. paſtoralis. ext. de offi. de leg. in prin ergo de ſuo ſoluat, vt in d. §. aſſeſſorem. & in d. c. cum ab omni. ext. de vita & honeſt. cler. & ſi recepit, reſtituat, ẽt ſi cũ taliter in fraudẽ electo aſſeſſore lucrũ participauerit, nulli eorũ, quibus reſtitutio facienda fuerit remiſſione vllatenus profutura. vt in d. c. ſtatutum. §. ſiquis autẽ. & facit 14. q. 5. non ſanè. & qđ ibi not. & de cenſibus. c. exigit, ad fi. lib. 6. Et ſic eſt vnus caſus, in quo dñs rem ſuam in alium transferre non põt, qđ eſt ꝺ reg. qua dr̃, Nihil eſt tam naturale, q̃ voluntatem domini implere volen tis in alium ſuam rem transferri. Inſtit. de rerum diuiſ. §. per traditionem. Si verò poſtq̃ iudex reſtituit, pars ſibi gratis donet, gratis recipere poteſt, ſecundum Io. And. qa hoc nõ prohibeẽ: † nã
58 qđ gratis datur, gratis accipitur, 18. diſt. de elogijs, & 1. q. 2. ſicut.

59 Sed † quid ſi vna pars adeo egens eſt, ꝙ conferre, ſiue contri buere non põt ad licitum ſalarium ꝓſoluendũ? Rñdeo, ꝙ excu ſatur pars illa, arg. opt. ext. de electꝫ. c. cupiẽtes. §. ſi verò in diſcordia, lib. 6. ibi, niſi forſan, &c. & in c. olim. ext. de reſt. ſpol. & in c. j. ext. de magiſt. Et ſi is, qui dies eſt, nolit ſatisfacere totaliter aſſeſ-ſori, quid faciet Iudex, cũ non debeat eum grauare in expenſis. ext. de dolo & cõtu. c. finem litibus. & arg. C. vt nul. ex in. l. j. Ad hoc poteſt dici ꝙ aſſeſſor gratis debet præſtare conſilium ꝓ pau pere, arg. in d. c. cũ ab omni. nec ꝺ dicit, ꝙ cõiter debet ab vtraq; parte prouideri, qa dies ſoluet ꝓpartem ſuã, & pauper ſatisfaciet aſſeſſori, ſi non põt aliter, ſaltẽ per ſuffragiũ oñonis, vel iudex ſatisfaciat aſſeſſori de ſuo ꝓprio, qđ optimè facere poterit, ſi eſt iudex ordinarius. Si verò ſit iudex delegatus, de quo loqr̃ d. c. ſta tutũ, tũc ſi paup eſt, & non hẽt vnde poſſit ſatisfacere aſſeſſori, re mittat cãm ad ſuperiorẽ, & ſe excuſet arg. ext. de reſcrip. c. ſi qñ. ſecundum Archid. in d. c. ſtatutum. Et hæc de ſecundo.

60 Ad tertium rñdeo, † ꝙ aſſeſſor malè conſulẽs, tam ipſe q̃ alij officiales iudicis, ſi dolo induxerint aliquem iudicem ad malè iudicandum ꝓp ipſorum conſilium, vel qualemcunque induc-tionem, quod aliàs non feciſſet, quilibet talis conſulens, vel inducens, tenetur inſolidum. Si verò ſciunt, vel probabiliter credunt, ꝙ propter ipſorum conſilium, vel perſuaſionem non plus fecerit iudex, q̃ alius feciſſet ſine tali cõſilio, tunc quilibet ſic cõ-ſulens, vel perſuadens, tenetur tãtummodo de perceptis, vt ſ. qđ ex hac cã percepit, reſtituat parti lęſę. Si verò iudex per imprudẽ tiam aſſeſſoris malè iudicauerit, erit excuſatus iudex, ſi ſimplex erat, & habuit bonam conſcientiam, nec fuerit in culpa eligendo aſſeſſorem, q bonus & ſufficiens communiter putabatur. nã tunc in maiori culpa fuit aſſeſſor, quàm iudex, quia aſſeſſor præ-cipuè eligit, ꝓp ſcĩam, ſed nõ ſic eſt de iudice, qa multi illiterati & ſimplices homines habent iuſtam iuriſdictionem: dico de iu-dicibus ſecularibus, & tamen etiam ſi non haberet ordinariam iuriſdictionem, habeat tamen conſuetudinem & peritiam iudi candi, poteſt ei cauſa committi. C. de iudic. l. certi iuris. de quo ſupra dixi. Tali igitur caſu præcisè tenebitur aſſeſſor ei, qui lęſus
61 eſt. ff. quod quiſq; iur. l. 2. vbi dicit tex. † Nam ſi aſſeſſoris impru-dentia ius aliter dictum ſit quàm oportuit, non debet hoc magi ſtratui officere, ſed ipſi aſſeſſori. ad idem Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc. in prin. & in l. fin. C. de pœn. iud. qui male iudic.

dicit enim glo. in d. l. 2. ff. quod quiſq; iur. ſuper ver aſſeſſori. Cur hoc tam variè, ꝙ magiſtratus de ſolo dolo tenetur, ſed aſſeſſor etiam de imperitia? Reſpondet glo. quia aſſeſſor non conſueuit eligi, niſi propter peritiam. C. de aſſeſſ. l. j. Cum ergo ipſe conſen tit electioni de ſe factæ, vt ſit aſſeſſor, videtur affirmare ſe ſapien tem. Inde eſt, quòd ſua tacita aſſeueratio ſibi præiudicat propter
62 imperitiam. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. quid tamen. † Sic etiam in medico. ff. de offi. pręſid. l. illicitas. §. ſicuti. Magiſtratus vero ẽt imperiti literarum, & bene experti negociorum, ſępiſſimè eli-guntur, & inuiti etiam ſubeunt munera. Vnde non debet eis iu-ris imperitia aſcribi, cum non ob hanc cauſam electi fuerint.
63 Quidam tamen dixerunt, † quòd etiam de imperitia tenẽ magiſtratus. ff. de var. & extraord. cog. l. ſi iudex. quod hic non ne-gatur. ſed poteſt dici, quòd illud, ſcilicet quòd imperitia teneat, verum eſt quo ad hoc, vt faciat litem ſuam, non quo ad hoc edi-ctum, ſcilicet quod quiſque iur. vt Inſti. de oblig. quę ex quaſi de lic. naſc. in prin Hæc glo. vbi D. Bal. dicit, in verbo, ſe ſapientẽ. Ex hoc aſſeſſores imperiti ſunt in magno periculo conſtituti, & te-nentur de imperito conſilio, quod dant poteſtati, licèt ſentẽtia non formetur in perſona aſſeſſoris, ſed poteſtatis. ff. quod met. cau. l. metum. §. ſed quod prætor. ibi, & prætorem. & in ead. glo. ibi, non negatur, dicit Bald. immo negatur expreſsè, hæc uera. Intendit dicere, quòd magiſtratus de imperitia nõ tenetur edi-cto, quod quiſque iur. cum illud edictum requirat dolum in iu-dice, vt in dict. l. 2. in prin. vel quaſi dolum. dicit Bald. Et no. ex hac ſolut. quòd cõſilium aſſeſſoris nõ excuſat poteſtatem, quin faciat litem ſuam, ſi pronunciauit iniquè, quod tenementi. Ibi
64 etiam dicit D. Ang. hęc lex eſt arg. † quòd ſi aduocatus ob impe-ritiam cauſam amittat, tenetur, vt in dict. l. illicitas. §. ſicuti me dico, cũ imperitia imputetur culpę. ff. de reg. iur. l. imperitia. Sed contrarium videtur notari. ff. de poſtul. l. j. §. initium. vbi aduoca-tus damnum non ſentit, ſi cã amittitur. Dicit. n. ibi gl. ſibi imputet, qui talem elegit. ff. de minor. l. cũ mandato. Dicit Ang. Sed tu dic, aut ignorauit apices iuris, & ea, quę ſunt difficilia, & tũc non ſentit damnum: aut quæ ſunt cõia & facilia in iure, & tunc eſt in culpa aduocatus, & ſic tenebitur, vt no. ff. de act. & oblig. l. ex ma lefic. & Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc. in prin. de quo ꝓ Spec. in tit. de Aduo. §. vtriuſq;. verſ. Quid ſi per imprudentiam. Prædicta diſtinctio de inducentibus iudicẽ, &c. probatur etiam 14. q. 5. non ſanè, & in c. ſi culpa. extra de iniu. & dam. dato. & per Thom. 2. 2. q. 62. ar. 7. ſi autẽ officiales, quicũq; ſint, habent certos redditus, ſibi aſſignatos, nõ licet eis à litigatoribus, vel etiam ab alijs ſubditis extorquere, ſicut dr̃ de iudice ordinario, vel delega to, vt in c. cum ęterni, de ſen. & re iud. lib. ſexto, & dixi ſup. & no. glo. in c. inter cæteras, extra de ſent. & re iud. & 3. q. 6. hoc etiam. & in Auth. vt litigatores in exordio lit. §. ſiquis. colla. 9. & in dic. l. fina. C. de pœ. iud. qui ma. iud. & in d. l. fina. ff. de var. & extraord. cog. & prima quæſt. ſecunda, iubemus. & in d. cap. non licet. 11. quæſt. 3. ſi verò tales officiales non habent certum ſtipendium, vel redditus ſibi aſſignatos, tũc dicit Aug. ad Maced. & habetur 14. quæſt. quinta, non ſanè, ꝙ inferiores officiales, vel perſonę in ferioris loci, quæ ab vtraque parte non inſolenter accipiunt, ſi-cut officialis, & qui amouetur, & cui admouetur officiũ. vbi gl. dicit, diſtinguere vult inter perpetuos & temporales officiales. Temporalẽ vocat, eum qui amouetur: perpetuum vocat eum, cui admouetur, ideſt perpetuò traditur tale officium. ſequitur in tex. Ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti ſo-lent. dicit glo. ſcilicet de facto. Subdit Aug. magisque repræhen-dimus, qui talia inuſitate repetiuerunt, q̃ qui ea de more ſumpſe runt. dicit glo. ſ. hoc vult dicere, quòd officiati reprehenduntur, non ex eo, quòd aliqua extorquent, ſed quòd ea immoderatè exquirunt. Vnde talia non repetuntur ab eis, niſi certum ſit eis ſalarium conſtitutum. Tunc enim ſi vltra hoc aliquid petierint, crimine concuſſionis tenentur. 23. quæſtione prima, militare, & ſoluent quadruplum. decima octaua diſtinct. quoniam. ſequitur in tex. quoniam multæ neceſſariæ perſonæ rebus humanis, vel inuitantur huiuſmodi commodis, vel tenentur. Iſti ſi vitam vitę mutauerint, aut excelſioris conſcenderint ſanctitatis gradum, fa cilius ea, quæ hoc modo acquiſierunt tanquam ſua pauperibus largiuntur, quàm eis a quibus accepta ſunt tanquam aliena re-ſtituant. Qui enim contra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumnijs, inuaſionibus, oppreſſionibus aliqua abſtulerit, red-denda potius q̃ donanda cenſemus, Zachęi publicani exemplo, qui dixit Lucæ decimonono. Ecce dimidium bonorum meo-rum Domine, do pauperibus. & ſiquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum, de quo 12. q. 2. cum deuotiſſimam, &c.

Nunc aliqua de Conſultoribus, ſiue Conſiliarijs videamus, & quæro breuiter de tribus, videlicet primò, vtrum conſilium ſit actus voluntatis, vel intellectus. Secundò, vtrum finis conſilij ſit ſola vtilitas, vel ſimul vtilitas & honeſtas. Tertiò, vtrum con-ſulens obligetur ex conſilio.

65 Ad primum breuiter rñdetur, ꝙ conſiliũ eſt actus intellectus practici, qđ probatur: qm̃ actus prudẽtiæ eſt actus intellectus, cũ ipſa ſit virtus intellectualis. Sed conſilium eſt actus prudentiæ,
66 vt in 6. Ethic. † Prudẽtia nanq; habet quatuor actus circa extrin-

ſecam

Source : BIU Cujas

ſecam operationē virtutis moralis ſ.inueſtigare, inueſtigata iudicare,iudicata imperare,& imperata ad effectum applicare. Primi duo præcedunt naturaliter electionem, tertius verò concomitatur electionem.quartus autem ſequitur electionem, vt patet in 6.Ethic.Conſilium autem eſt primus actus,qui eſt, quærere & inueſtigare.& ideo omne conſilium & quæſtio & inquiſitio quædam.ergo eſt actus intellectus.

Secundò probatur,quia cuius eſt eubulia, eius eſt conſiliū,cū eubulia ſit rectitudo conſilij, vt in 5. Ethic. dr.n.eubulia, ab eu, quod eſt bonum. & bule, quod eſt conſilium, quaſi ſit bona cōſiliatio. Et eubulia eſt intellectus, ergo & conſilium.

Tertiò probatur,quia cuius eſt iudicium, eius eſt conſiliū: ſed iudiciū eſt intellectus,ergo & cōſiliū.Eſt.n.ſciendū, ꝙ terminus & finis conſilij & cuiuslibet qōnis,eſt terminare iudiciū,& ideo ſicut motus & terminus eius ſunt actus eiuſdē ſubiecti,ſic neceſſariò conſiliū & eius iudiciū.Et ideo ſicut eubulia rectificat conſilium,quaſi primam partem prudentiæ,ſic ſyneſis rectificat iudicium,quaſi ſecundam partem prudentiæ,vt in 6.Ethic.

Quartò probatur,quia ſicut ſe habet electio ad fugam & perſequutionem,ſic ſe hēt conſilium ad affirmationem & negationem: quia ſicut electio terminatur ad alterum illorum duorū, ſic cōſilium ad alterū iſtorum. Sed electio eſt ſignum in eadem potētia cū fuga & ꝑſequutione,quæ ſunt in appetitu, ergo & cōſilium ſimul erit cum affirmatione & negatione in intellectu, vt in 6.Ethic.Id autem,quod in mēte eſt affirmatio & negatio, hoc fuga & perſecutio eſt in appetitu. ergo, quia moralis virtus eſt habitus electiuus, electio autem eſt appetitus conſiliatiuus: oportet quidem propter hoc rationem eſſe veram & appetitū rectum: ſiquidem electio ſtudioſa & eandem habens rationem differentiæ.ergo patet conſilium eſſe actus intellectus. nam, vt dicit Girald. Odonis, applicando ſimilitudinem in 3. Ethic. neceſſe eſt quòd potentia eligens teneat locum regis. Iſta autē eſt appetitus intellectus,qui eſt voluntas.potentia verò,quę conſiliatur,eſt intellectus,vt probatū eſt. Quæ igitur erit potentia tenens typum & locum plebis? non poteſt dici, quòd voluntas cum illa teneret typum regis.erit igitur intellectus, & tunc erit euidēs.Probatur, quia ſicut in vrbanitatibus bene ordinatis rex volens aliquid ſtatuere prēnunciat ſenatui,vel plebis ſenibus,vt deliberent & conſilientur,quid ſit expediens pro bono reipub. & tunc deliberato conſilio & diffinito rex eligebat & ſtatuebat
67 iuxta diffinitionem, † & illud ſtatutum vocabatur plebiſcitum quaſi a plebe præſcitum. ſic voluntas alicui finem deſiderās annunciat deſiderium ſuum intellectui tanquàm ſenatui,vt conſilietur & deliberet,quid erit expediens pro illo fine aſſequendo. Facta verò deliberatione & habito conſilio per intellectum voluntas eligit iuxta conſilium. & ſic per hanc ſimilitudinē patet, ꝙ omne,qđ eligitur,eſt prius iudicatum.Iudicium autem eſt intellectus,ergo & conſilium.Inde etiam.ſ.ex prædicta urbanita-
68 te ſumpſit exordium verbum illud,Quod † Principi placuit,legis habet vigorem,Inſtit.de iure natur.§.ſed quod Principi.Applaudet,quod legitur Iud.20.de filiis Iſrael,qui habita notitia de morte vxoris Leuitę ex turpiſſimo cōtubernio per filios Beniamin,conſiliati ſunt inter ſe,quid agere deberent,& decreto conflictu contra malefactores,& diuina reuelatione Iudam ducem exercitus eligētes excidium magnum factum eſt de Beniamin, quia malefactores tradere noluerunt.Vnde dicit ibi tex. Conuenitq; vniuerſus Iſrael ad ciuitatem, quaſi vnus homo eadē mēte,vnoque conſilio & miſerunt nuncios ad omnem tribum Beniamin,qui dicerēt,cur tantum nephas in nobis repertū eſt? Tradite homines de Gabaa,qui hoc flagitium perpetrarunt,vt moriantur,& auferatur malum de Iſrael.Qui noluerūt ex quo oīb. computatis ſecuta eſt mors certa 90000.perſonarū.Et ſic patet,
69 †ꝙ vbi maius periculum vertitur,ibi magis eſt conſulendū.ff.de Carb.edic.l.j.§.2.& omnia,quæ conſilio recto geruntur, merito
70 effectu & firmitate nituntur. C. de repud. l. dubium. † Caueant igitur Conſiliarij Principum, cæterūq; præſidentiū,ne ad inexaminata conſilia citò ruant:nam, vt dicit Seneca, Qui citò facit, ad pęnitentiam ſæpe properat.non eſt enim præcipitandū cōſilium in rebus arduis, & pōderoſis:nam tempore indigemus,vt aliquid maturius agamus,ne præcipitemus cōſilia & opera noſtra,nec eorum ordinationem corrumpamus. dixit Caliſt. Papa 50.diſt.conſideret.Conſilium ergo à grauibus & expertis eſt requirendus & non ab indoctis & diſcolis iuuenibus inexpertis. Vnde Greg.in Paſtorali admonet,& hr 1.q.1.eſtote.dicens,eſtote ergo in ordinatione præcipuè ſolliciti, & ad ſacros ordines, niſi prouectiores ętate, & mūdos opere,nullatenus admittatis. Eorum enim qui in ſacro ſunt ordine collocandi, prius vitam moresque diſcutite,vt dignos huic officio adhibere poſſitis. nō uobis potentia,aut ſupplicatio quarumlibet ſubripiat perſonarum,quando igitur de his tractari neceſſe eſt graues expertosq; viros conſilij veſtri adhibete participes, & cum eis cōmuni hoc deliberatione penſate.ergo ſimiliter conſiliarij aſſumēdi ad vtilitati reipub.conſulendum ętate prouecti,moribus,& vita clari, veraque ſcientia refulgentes in tam ſublimi opere eligantur.
71 † Nam,vt eleganter Celſus diffinit,Iuris cultores ſacerdotes appellantur.Vnde Iuſtinia.in l.j.ff.de iuſti.& iure. Celſum referens dixit, Ius eſt ars boni & ęqui, cuius meritò quis nos ſacerdotes appellat.Iuſtitiam nanq; colimus,& boni & ęqui notitiam ꝓfitemur,ęquum ab iniquo ſeparantes,licitum ab illicito diſcernētes,bonos nō ſolū metu pœnarū, verum ēt præmiorum quoq;
72 exhortatione efficere cupiētes.Hinc ēt dicit Philoſoph.† nemo iuuenes eligat ad ꝯſilia,cū ꝯſtet iuuenes nō eſſe prudētes. nā q̄q̄ poſſint hr̄e theoricā,nō tn̄ hñt practicā, vel experiētiā. habēt ēt acutiorē colerā,qua facilius præcipitantur ad placita cōſulenda ſunt ēt ad laſciuiā proniores & ad vana iocalia facilius inclinan
73 tur,quibus ſępe cōfunditur oīs ſapiētia peritorum, † vt patet de Salomone,qui poſtq̄ laſciuiis & vanis iocalib. adulationibus applauſib. & fraudulētis deceptionib. mulierū ſe tradidit irretitū, idola vana coluit.verū Deū ſpręuit & demonib.tēpla cōſtruxit. 3.Reg.11.de quo ſatis refert filius Syrac, & improperat ſibi, Eccleſ.47.Salomon imperauit,&c.Subdit,Dediſti.maculam in gloria tua.Et inf. & in cęteris ſtultitiā tuā. Nec moueatur aliquis ꝙ Salomon in iuuentute viſus ſit ſapiens, in ſenectute verò ſit infatuatus. nam q̄q̄ in ſua oratione quā Dño porrexit, vt in ſe ſapientiā infunderet ad populū iudicandum ſe puerū paruulum acclamaſſet.3.Reg.3.Dauid.n.pr̄ eius poſtq̄ inſtituit eū Regē, & vngi fecit per Sadoch Sacerdotē,& Nathan Prophetā in exhortatione,quam ei fecit non puerum appellauit,ſed virū ſapientē, cū nec tūc infuſam à Dño ſapientiā ſuſcepiſſet. Ait.n.Dauid pr̄ eius morti propinquans,Tu quoq; noſti,quæ fecerit mihi Ioab. Et inf.facies ergo iuxta ſapientiā tuā. Et inf. Vir autem ſapiēs es, & ſcies quæ facies ei,&c.3.Reg.2.Præterea cū Salomō ſenex deſcribatur,quando deprauatū eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos.3.Reg.11.& ibid.deſcribatur,ꝙ Salomon re-
74 gnauit 40.ann.† & ſecundum Rabi Samuelem 12.ann.erat,quādo incœpit regnare.¦Hier.autem videtur inclinare, quòd in tali ętate genuerit Roboam, & ſic omnes dies vitæ ſuæ fuiſſent computati in numero 52.ann. & ſecundum Nic. de Lira tertio Reg.11. per ſex ann. vel circa, cor eius extitit deprauatum. Et infra illud tempus idolorum templa conſtruxit. ergo diceretur ſenex an.46.quod mos loquendi non patitur, nec ſolet 46. ann. vir appellari ſenex. Ex quo concludit prædictus Nic. de Lira, ꝙ quando incœpit regnare Salomon,erat ann.triginta,cum in tali ętate vir ſoleat appellari,& ſapiens eſſe. Quod autem dixit Salomon, Ego ſum puer paruulus, & c. intelligendum eſt reſpectu tanti Regis,& populi gubernandi.Sicut etiam Ioſue puer nō recedens de tabernaculo Domini ſcribitur,Exo.33. cum tamen ſecundum Heb.tunc eſſet ann.42. Hieron.enim in epiſt.ad Vitalem,non loquitur aſſertiuè quòd 11. tantum eſſet annorum, qñ regnare incœperit,& Roboam genuerit,ſed intendit oſtendere hoc poſſibile fuiſſe per exemplum cuiuſdam mulieris nutriētis paruulum, qui cum decimum annum ętatis impleſſet prouocatus ab ea filium genauit ex ea,quod tamen Hieron. diuinę virtuti magis attribuit,q̄ naturæ. Sic ēt ſi Salomon tā iuuenis fuiſſet,quantū aliqui opinantur, tàm officium prolis quàm infuſio ſapientię magis attribuēdum eſſet diuinæ gratiæ,quàm naturę. Præterea nihil refert iuuenili,vel ſenili tēpore quis fatuus oſtendatur. Sed patet, vt plurimum, quòd prudentiores ſunt prouectiores ętate quàm iuuenes. ſit ergo quiſquis conſiliarius potius Chuſi,quàm Achitofel, vt tanquam prudens conſiliarius diſſipet conſilium iniquorum. Achitofel etenim conſiliarius fuit Dauid,& recedens ab eo adhæſit Abſaloni filio Dauid, qui quærebat ſubripere regnum patri,& perſequebatur eum. Cumque nunciatum eſſet Dauid,quòd Achithofel eſſet in coniuratione cum Abſalon,orauit dicens,Infatua quæſumus Domine conſilium Achithofel.Et dixit ad Chuſi, vt adhæreret Abſalō ad hoc vt diſſiparet conſiliū Achithofel.2.Reg.15.Dixit ergo Abſalon ad Achithofel,Inite conſilium, quid agere debeamus:& ait Achithofel ad Abſalon, Ingredere ad concubinas patris, quas dimiſit ad cuſtodiēdam domum,vt cum audierit omnis Iſrael, ꝙ fœdaueris patrem tuum,roborentur manus eorū tecum.Fugerat enim Dauid de Hieruſalem a facie Abſalon,qui ingreſſus eſt ad concubinas patris ſui coram vniuerſo Iſrael.Conſilium aūt, quod dabat Achithofel in diebus illis,quaſi ſiquis ꝯſuleret dñm ſic erat oē ꝯſiliū Achithofel. & cū eſſet cū Dauid, & cū eſſet cū Abſalon, 2. Reg.16.dñt.n.Hebręi,ꝙ Achithofel dedit tale cōſiliū,quia attinebat ſibi Berſabee,quā Dauid polluerat adulterio. Et q̄q̄ dictum conſiliū ad malū finē eſſet ordinatum, erat tn̄ ſatis accōmodū ad finē intentū, vt videlicet qui vacillabat timētes recōciliationē inter pr̄em & filiū vidētes tn̄ nephas, de recōciliatione certius deſperarēt, & ſic Abſalon firmius adhærerēt. Poſt hęc adhuc peius & crudelius pręſtitit cōſiliū Achithofel,vt irrueret nocte ſuper Dauid & populum eius, & percuteret regē deſolatum:placuitq; ſermo Abſalon,accerſiuitq; Chuſi & dixit ei huiuſcemodi ſermonē,loquutus eſt Achithofel,facere debemus,an nō? qđ das conſilium? Et dixit Chuſi ad Abſalon, Nō eſt bonū ꝯſil.qđ dedit Achithofel hac vice.Et cum aſſignaſſet cām dixit Abſalon,& oēs Viri Iſrael,melius eſt ꝯſiliū Chuſi Arachitę conſilio Achithofel:Dñi aūt nutu diſſipatum eſt cōſiliū. Achithofel vtile,vt induceret Dñs ſuper Abſalon malū.Chuſi autem

Source : BIU Cujas

ſuo prudẽti conſilio ſaluauit Dauid & eos,qui cum eo erant,notificans Dauid per ſecretum nuncium conſilium Achithofel,ut citò fugeret,& ſe ſaluum redderet. Porrò Achithofel uidens ꝙ nõ fuiſſet factum conſilium ſuum,ſuſpendio interiit.2. Reg. 17. hoc eſt laqueo ſe ſuſpendit. Quod fecit non ſolum propter indignationem,quam ſumpſit eo,ꝙ conſilium Chuſi fuerat approbatum,ſuum verò reprobatum,ſed etiam quia ſtultitiam Abſalon,& populi,qui cum eo erat,percipiebat,ex quo tenebat firmiter, quòd Dauid prævaleret,& ĩ regnum rediret,& ſic de ſe vindictam ſumeret.Sed,heu,quia ſicut ipſe ſeipſum ſuſpendit,ita & miſer Abſalon fugiẽs à facie Ioab principis militiæ Dauid ſuſpẽſus interiit.Sedens.n.mulo cũ ingreſſus fuiſſet mulus ſubter cõdenſam quercũ,& magnã,adhæſit caput eius quercui,& illo ſuſpenſo.ſ.ꝙ capillos,inter cœlũ & terrã mulus, cui inſederat, pertranſiuit.Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu ſua & infixit eas in corde Abſalon. 2. Reg.18. Ecce qualis finis ex iniquo conſilio. † Sed , vt aliquid poſſimus carpere ex tali hiſtoria fructus
75 & cõmodi, accurrant iuuenes ingrati filii ad contẽplandũ Abſalon patri rebellem,ponderent & ſeipſos,ne ſibi ſimilia conſulant & amaritudinẽ inferant & dolorẽ amœnæ paci patris & filij.ſic.n.interpretatur Abſalon,amaricatio & luctus pacifici patris. Dauid autem manu fortis,vel vultu deſiderabilis interpretat̃, vt intelligant proterui filii ꝙ forte, vel durum iudiciũ omnipotẽtis Dei deſcẽdet ſup eos,ꝙ parẽtib.inſidiant̃,Apoc. 18. In vna die veniẽt plagę eius,& mors & luctus & fames, & igne cõburet̃,qa fortis eſt Deus,ꝙ iudicabit illã.Dicit̃ de Babilone, quæ interpretat̃ confuſio, ut intelligat̃ de quocunque peccante, ſed in ſpecie de proteruo filio erga parẽtes diuina vox fatur, Leuit. 20.dicens,Cuſtodite præcepta mea,& facite ea, qa ego Dñs, qui ſanctifico vos. Qui maledixit patri ſuo,aut matri, morte moriatur;ꝙ patri matriq; maledixerit,ſanguis eius ſup eum ſit. Quantò magis ergo ꝙ malefecerit parẽtib.talia patiet̃. Ibidẽ ẽt ſcribi-
76 tur, † Turpitudinẽ materterę tuæ & amitæ tuæ non diſcooperies:ꝙ hoc fecerit,ignominã carnis ſuæ nudauit,portabunt ambo iniquitatẽ ſuã.Qui coierit cũ vxore patrui, uel auunculi ſui, & reuelauerit ignominiam cognationis ſuæ, portabunt ambo peccatũ ſuũ,abſque liberis morient̃.Quanto magis ergo,ſi reuelauerint turpitudinẽ vxoris patris ſui,vel cõcubinæ,ut fecit Abſalon.Hoc ẽt expreſsè deſcribit̃ Leuit.18. ubi Dñs ẽt generaliter prohibet dicẽs, omnis homo ad proximã ſanguinis ſui nõ accedet,vt reuelet turpitudinẽ ei⁹. Et ĩfra, Turpitudinẽ uxoris patris tui nõ diſcooperies. Et infra , Turpitudinẽ patrui tui nõ reuelabis,nec accedes ad uxorẽ eius,ꝙ tibi affinitate coniungit̃. Sed cũ ita ꝓhatur affinitas ex coitu cum concubina,ſicut ex coitu cum vxore 25.q.3 .nec eã.& ext.de eo,ꝙ cog.cõſan.vxo.ſuæ.c. diſcretionẽ.& c.pen.& fin.ergo pari pœna puniẽdus eſt,qui patris cõcubinã non eſt veritus defœdare. Achithofel igitur , ꝙ tale cõſiliũ ꝓbuit,exẽplũ eſt ſimilia cõſulẽtiũ. Achithofel n.interpretat̃ ruina fratris mei,tractãtis uel cogitantis irruere, ſicut & ipſe cogitauit & conſuluit irruere in Dauid,ꝙ Dñs & rex eius erat , cuius finem ſubditi contemplent̃,ne ſimilia præſumãt ſimiliterq; depereant.j.Pet.ij.ſubiecti eſtote omni humanę creaturę ꝓpter Deum,ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquàm ab eo miſſis ad uindictã malefactorum, laudẽ uerò bonorũ. Et infra Serui ſubditi eſtote in omni timore Dñis nõ tm̃ bonis & modeſtis,ſed ẽt diſcolis. Cõtemplentur & Domini diuinũ iudiciũ in Dauid Rege,qđ ſibi Natan propheta Dñi nunciauit.2.Reg. 12. dicens,quare contẽpſiſti uerbũ Dñi,ut faceres malũ in conſpectu meo,Vriã Cetheũ percuſſiſti gladio , & uxorẽ illius accepiſti in uxorẽ,& interfeciſti eũ gladio filiorũ Amon. quaſi dicat, ꝙ opprobrioſius iudicat̃,qa per hoſtes Dei & populi ſui hoc ſceleus impleſti.Qnãobrem nõ recedet gladius de domo tua uſq; in ſempiternum. † Contemplentur inſimul & parentes circa curã
77 filiorum negligentes curſum & exitum filiorum Dauid , nam Abſalon germanum ſuum Amon interfecit eo ꝙ oppreſſiſſet Thamar ſororẽ ſuã ex parte patris tantũ , & ſororem Abſalon & utroq; parente. 2. Reg. 13.poſtmodum Abſalon hoſtis patris effectus,vt ſupradictum eſt , interiit tribus lanceis Ioab & percuſſionib.illatis ꝑ 10. armigeros Ioab. Deniq; Salomon necari fecit Adoniã fratrẽ ſuũ, qa philocapt⁹ erat đ Abiſach Sunamite cõcubina incognita patris.3.Reg.2.c.ꝙ ẽt mãdauit interfici Ioab ducẽ olim exercitus patris ſui,eo ꝙ ignorante patre & ſic cõtra eius uoluntatẽ interfeciſſet,nedũ Abſalon filium ſuum, ſed etiam Abner principem militiæ Iſrael,& Amaſan principẽ exercitus Iuda.Mãdauit ẽt interfici Semei,ꝙ maledixerat patri ſuo. ſ. Dauid ad caſtra properanti.2.Reg.16.de cuius morte, 3. Reg.2. Poſt mortẽ uerò Salomonis prius deprauati per mulieres,ut ſupra,ſucceſſit ei in regno Roboam filius eius,cuius exitum ex iniquo & imprudenti conſilio iuuenum ſibi.ſ.Salomoni Domino nunciauerat,ut ſcinderet regnum eius,quod partim factum eſt crimine patris.ſ.Salomonis, partim uerò ex indiſcretione & imprudentia ipſius Roboam,qui reſpuens ſanum conſilium ſeniorum, quod dederant ei, ut benignè cederet petitioni filiorum Iſrael. & ſequitur, conſilia iuuenum reſpondit eis, pater meus poſuit ſuper vos iugum graue, ego autem addam ſuper iugum veſtrum, pater meus cęcidit vos flagellis,ego autem cędam vos ſcorpionibus.illi igitur deſperati ad propriaq; reuerſi terga uerterunt eidem , & conſtitutus eſt Ieroboam ſeruus patris ſui rex ſuper 10.tribus,ſola Tabu Iudæ remanente ſub obedientia Roboam.3.Reg.xj.& 12.cap.Moleſtus eſſem prolixtate ſermonis, ſi uellem proſequi interpretatiuam ſententiã omnium nominum prædictorum,ideo gratia breuitatis omitto,cogitans ſufficere ad exemplum uiuentium principum & parentum , nec nõ & conſiliariorum breuis narratio hiſtoriæ ꝓlibatæ , ne ſint præcipites,ſed matura deliberatione,& perſpicaci mentis oculo ſępe reuoluant quid agendum.præponderant.n.futuris præſentia, ſęuis iocunda , & læta triſtibus , & præpropera tardioribus. Velox.n.iniquitas, quæ ad nocendum occaſionem ſuggerit lenta virtus & cunctatrix ante iudicat quàm incipit , quid decorum, quid honeſtum,iniquitas autem omnia præcipitat,de pœn. diſt. 3 .ſiue autem.aliàs ſumitur pro capit.item hic hircus, aliàs inter hæc.Lenta ſiquidem uirtus eſſe debet in dubiis, uelox in certis, lenta & omnino tarda in malum , uelox in bonum. Inde dixit Ang.Raphael,Thob.xj.Thobias frater,ſcis quemadmodum reliquiſti patrẽ tuum : ſi placet itaq; tibi præcedamus & lento greſſu ſequentur iter noſtrũ familiæ ſimul cũ coniuge tua & cum animalibus, † quaſi præbens exemplum , ut perfectiores in uir-
78 tute in ſeipſis oſtendant, qualiter alios in domo Domini oporteat conuerſari,ut in c.cũ in cunctis,extra de elect.ut dicere poſſint cum Dño Io.13.Exemplum.n.dedi uobis, ut quẽadmodum ego feci,ita & uos faciatis. & ſic ẽt ſuis exẽplis imperfectã familiã & quaſi animaliter uiuẽtẽ ad uelocitatẽ boni operis prouocẽt & inducãt,illud ſæpius repetẽtes, qđ ſcribit̃ Eccleſiaſti.31. in omnibus operib.tuis eſto velox & oĩs infirmitas nõ occurret tibi.operib.intellige.ſ.bonis , nõ ꝓcraſtinans ſicut coruus,Sophõ. 2.Vox cantantis in feneſtra,coruus ſuper liminari.Tepiditatem igitur intẽdit arguere & ſolicitudinẽ excitare. Simile Prouerb. 22. Vidiſti uirũ uelocẽ in opere ſuo corã Regib.ſtabit, nec erit ante ignobiles. Ecõtra de pigro dicitur, Prouerb.26.dicit piger, leo eſt in uia, leena in itineribus.quaſi dicat, occidẽdus ſum ab eis,& ſic retrahitur à bono opere & manet in miſeriis, Prouerb. 24.per agrum pigri tranſiui,& ecce totum repleuerãt urticæ. Et j̃.vſq; quo piger dormis.& infra,& veniet tibi quaſi curſor, egeſtas tua:prudentes uerò ſtrenuitatẽ quærunt, & non præcipitiũ, Eccleſiaſtici. 32. uir conſilii non diſperdet intelligentiam , alienus & ſuperbus non pertimeſcet timorẽ etiam poſtquàm fecit cum eo ſine conſilio & ſuis inſectationib. arguetur, fili ſine cõſilio nihil facias,& poſt factum non pœnitebis.Et ut ne ſe ꝑcipitet ſubdit , in uia ruinæ non eas , & non offendes in lapides. ad ſtrenuitatẽ uerò exhortatur filius Sirach,Eccleſiaſtici. 33 .dicẽs, in omnib.operib.eius præcellẽs eſto, ne dederis maculã in gloriam tuam. ergo & ob hoc,ne dent maculam in gloriam ſuam, oportet principes populorum uti ſanis cõſiliis peritorum , Pro-
79 uerb.xj.ubi non eſt gubernator,populus corruet.† Salus eſt aũt, ubi multa conſilia. & Prouerb.12.uia ſtulti recta in oculis eius. qui autẽ ſapiens eſt, audit conſilia.& infra,dolus in corde cogitantiũ mala: ꝙ aũt ineunt pacis conſilia,ſequetur eos gaudium. & Prouerb.13. inter ſuperbos ſemp iurgia ſunt.ꝙ autẽ agunt cũcta cũ conſilio,regunt̃ ſapiẽtia,ſubſtãtia feſtinata minuet̃: q̃ aũt paulatim colligit̃,manu multiplicabit̃.Et infra,Aſtutus oĩa agit cũ conſilio,ꝙ aũt fatuus eſt aperiet ſtultitiã.Et Prouerb. 20. Cogitationes conſiliis roborantur,& gubernaculis tractanda ſunt bella,& Prouerb.24.uir ſapiens fortis eſt,& vir doctus robuſtus & ualidus,quia cum diſpoſitione initur bellum,& erit ſalus,ubi multa conſilia.Et Prouerb.27.vnguento & uariis odorib. delectatur cor,& in bonis amici conſiliis anima dulcoratur.Et Prouerb.15. diſſipãtur cogitationes vbi nõ eſt conſilium. vbi verò plures ſunt cõſiliarii cõfirmant̃.Sit tñ cautus princeps,ſit & ipſe ſapiens,ut ex omnibus ſuis conſiliariis perfectionẽ eligat in ſciẽtia & vita,cuius conſilio magis acquieſcat Eccleſiaſtici. 6. multi pacifici ſint tibi,& conſiliarius ſit tibi vnus de mille , ubi hortat̃ principẽ ad acquirendũ amicos & benevolos , & ad habendum pacem quantum in eo eſt,cum omnib.hominibus,vt dicit Apoſto.ad Ro.12. ſi fieri ꝑt qđ ex vobis eſt cũ omnib hominib. pacẽ habentes.Hortatur etiam & Conſiliarios,ut pro pace conſulant potiusquàm pro guerra, & ſi mille conſulerent pro guerra, & vnus pro pace,quãtum bono modo fieri poſſit,illi ſoli tutius eſt acquieſcere quàm multis:nam multi ex aliqua paſſione iracundię,vel aliis humanis paſſionibus & deſideriis faciliter inclinantur ad guerram, de qua tamen ut plurimum mala multa ſequũ-
80 tur. † Et econuerſo de pace fructus vberes & bona multa reſultant.4.Reg.20.ſit tantum pax,& ueritas in diebus meis,dixit Ezechias ad Iſaiã.Et Dauid rex pſal.121.Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem,& abundantia diligentibus te fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Et Iſa.32.Ecce in iuſtitia regnabit rex & principes in iudicio præerunt. & infra , Et erit opus iuſtitiæ pax , & cultus iuſtitiæ ſilentium & ſecuritas vſque in ſempiternum & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fiduciæ , & in requie opulenta. quaſi dicat pacem concomitantur bona cuncta. Vnde Cypria. de 12.

Source : BIU Cujas

abusionibus dicit iustitia principis est pax populorum, tutñ patrię, immunitas plebis, munimentum gētis, cura languidorum, gaudium hominum, temperies aeris, securitas maris, terrę fecūditas, solatium pauperū, hæreditas filiorū & sibi ipsi, spes ęternæ beatitudinis: & quid melius ergo. Hinc & Aug dicit 19. de Ciuit. Dei, Tñ est. n. bonum pacis, vt ēt in temporalib. & terrenis nil soleat gratiosius audiri, nil desiderabilius concupisci, nil melius inueniri. Vnde sicut nemo est, qui bonū habere nolit, ita nemo est, qui pacē optare non debeat. Ergo boni consiliarij pro pace cōsulant magis q̄ pro guerra, ne de eis dicatur quod dicit Esaias
81 de consiliarijs Pharaonis. Esa. 19. † Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarij Pharaonis, dederunt cōsiliū insipiens. Qūo dicetis Pharaoni, filius sapientium ego? filius regū antiquorū? Vbi sunt nūc sapientes tui? annūcient tibi & indicent quid cogitauerit dñs exercituū super Aegiptū. hoc sibi improperat ex ruina, quā passus est Pharao cum omni exercitu suo in mari rubro, dū persequebatur Aegyptus filios Israel. Exo. 14. Melius ergo feciſſet, si vni soli sibi optime consulenti. s. Moysi credidisset, & populum Israel dimisisset in pace. Et hæc de prima.

Ad secundum breuiter respondetur, ꝙ cū vtilitas debeat habere comitē honestatem, vt vera & rationabilis delectatio sub-
82 sequatur, vt colligitur ex 2. Topic. † finis ergo consilij debet esse vtilitas & honestas: circa quod duo sunt præmittenda. s. primò ꝙ Tullius in sua Rethorica, sup ista quæstione reputat Aristotelē fuisse diminutū. Aristoteles. n. 1. Rethor. dixit. ꝙ finis negocij deliberatiui, vel ꝟsiliatiui est vtilitas, in quo solū principaliꝝ queritur de vtili, & uotiuo. Tullius autē hoc recitans ait, Aristoteli q̄dē visa est vtilitas, nobis aūt, & vtilitas & honestas. ex quo seq̄t, vel ꝙ Tullius fuit supfluus, vel ꝙ Aristoteles fuit diminutus.

Secundò sciendum, ꝙ finis consilij pōt intelligi dupliꝝ, vnus qui consilio supponit, sicut cognitus & desideratus, a quo tanq̄ à principio includitur totus cōsiliarius ꝓcessus, sicut dr 3. Ethic. Alius qui ex consilio & ꝑ cōsiliū cognoscitur & ꝑ electionem
83 appetitur. † Finis. n. consilij prius & immediatus est cognitio circa ius medij eligendi & prosequendi, ꝑ qđ finis principalis pōt cōuenienter acquiri, & secundus finis consilij est recta electio. tertius autem est electa prosecutio. quartus verò est finis præcognitus, vel præintentus modo quo posset esse de fine primo, vel de secundo, vel de tertio, vel de quarto. Sed quo ad diffinientem sufficit diuidere quartum ex parte vna ab alijs, & tria ex altera. Nunc igitur ad quæstionem dicendum, quòd loquendo de fine primo præcognito honestas & non sola vtilitas est finis cōsilij, & hoc modo Tullius dicit verum. Et hoc modo demonstrat ratio facta pro parte Tullij: sed loquendo de fine intrinseco non præcognito, dicendum ꝙ sola vtilitas est finis consilii, & hoc modo loquitur Aristot. & hoc modo loqui debuit de fine ꝓprio & intrinseco consilii. hoc autem probatur, quia oīs quæstio quę rens de solo vtili & uotiuo, hēt vtilitatem pro fine ꝓximo. sed consilium est hmōi, ergo hēt vtilitat ēꝑ fine ꝓximo. Minor declaratur, quia oē consiliū quærit de his, quæ sunt ad finē, vt sunt ad finē practicæ, vt in 3. Ethic. sed talia inquātū hmōi sunt vtilia, vel votiua, quantumcunq; habeant in se rōnem honestatis vel delectationis: verbi gratia, si quis proponeret sibi pro fine salutem animæ, & cōsilietur de his, quæ sunt ad istū finē & inueniat ꝙ ꝑ honestatē & sanctitatē vitę contēplatiuæ, vel actiuæ potest acq̄rere eā, & ꝟñr deliberet an honestas contemplatiua sit commodior pro salute obtinenda q̄ honestas actiua: nūc autē q̄stio ista non quærit de honestate ista, vel illa, inquātū sunt honestates, sed inquantū sunt vtiles ad salutē: quia siqs appetat honestatē ꝑꝑ honestatē, iā nō, ꝟsiliabitur de ipsa. ergo nec finis talis quæstionis, vel cōsilij est honestas ſm se, sed vtilitas honestatis, vt tendit ad salutē. Et sic Arist. intellexit de tali fine intrinseco nō præcognito, Tullius autē de p̄cognito, vt dictū est. Tullius. n. consideravit honestatē ſm ꝙ conuenit legi, quæ vt dixit Isid. dēt esse honesta 4. dist. erit autem lex. nam in iure non tam desideratur
84 iustitia q̄ honestas. 35. q. 3. porrò. † Vnde ratione honestatis etiā a licitis abstinemus. 11. q. 1. aliud. non enim omne quod licet, honestum est. ff. de reg. iur. l. non omne. sic econuerso non omne inhonestum, est illicitum. extra de emp. & vend. c. j. & 12. quęst. 2.
85 alienationes. † honestas enim quasi honoris status dr, quasi conseruans statum honoris. Vnde honestum est quod suaui trahit ad dignitatem & allicit, vt dicit Tullius, & Archid. in d. c. erit aūt lex. Est autem virtus contraria turpitudini, materq̄ondecentiæ. Inde dixit Philo. Sap. 7. Venerunt aūt mihi oīa bona pariter cum illa, & īnumerabilis honestas ꝑ manus illius, & lętatus sum in oīb. qñ antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, quoniā oīum bonorum mater est, quam sine fictione didici, & sine inuidia cōmunico, & honestatē illius non abscōdo. Hinc etiā dixit Ambr. 2. de offic. Tantus splendor honestatis est, vt vitā beatam efficiat tranquillitas cōscīæ, & securitas innocentiæ. Et August. lib. 1. de Ciuit. Dei, dicit, Tāta est probitatis vis, & honestatis vel castitatis, vt oīs, vel pene oīs eius laude moueatur humana natura. nec vsq; adeo fit turpitudine vitiosa, vt totū amittat sensum
86 honestatis. Hinc & Tullius, 3. de offic. dicit, † Nihil turpe faciendum bono viro, ēt si ex oī parte lateat, ēt si oēs Deos, hoēsq; cę-
lare possimus. nihil tñ ī nobis auare, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil incōtinenter, esse faciendū. Sapientis. n. est ꝓpriū nihil, qđ pœnitere possit, facere, vel iniustū sed splendidē, constanter, grauiter, honestè oīa, & Apost. dicit. 1. Cor. 14. oīa aūt honestè, & ſm ordinē fiant ī vobis. Sint igitur ex hoc ēt Cōsiliarij cauti, ut honesta consulant, inhonesta autē & illicita rōnabiliter dis-
87 suadeant, ne sint cōsiliarii in interitū eius, cui consulunt, † sicut ꝟsiliarii de domo Achab malè consulentes Ochoziæ regi Iuda induxerunt cū ad idolatriā & interitū sempiternū. 2. Paralip. 22. ipsi. enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui in interitum eius, ambulauitq; in cōsilio eorum & perrexit cum Ioram filio Achab Rege Israel in bellum, vulnerauerūtq; Syri Ioram, & euertit Iheu domū Achab, & īterfecit Ochoziam & fratres
88 eius. s. filios fratrū suorū. Malè ēt succesſit Amasię, † qa vtile cōsiliū Heliæ Prophetę despexit, qui dixit ei, Cur adorasti Deos, q nō liberauerūt populū suū de manu tua? Cumq; hæc ille loqueretur, rñdit ei Amasias, Nū cōsiliarius regis es? quiesce, ne fortè interficiā te. quasi dixerit, Quid tua interest mihi cōsulere, cū te in meū ꝟsiliariū nō elegerim. discedēsq; Propheta, scio inquit, ꝙ cogitauerit dñs occidere te, qa fecisti hoc malū, & insup non acquieuisti cōsilio meo. Igitur Amasias Rex Iuda inito pessimo cōsilio misit ad Ioas, &c. Et saltē ēt ipse extitit interfectus. 2. Paral. 25. non est igitur tutū, nec vtile despicere sanū consiliū amicorū Dei. quia, vt dicit Iob. 12. c. Apud Deū est sapientia & fortitudo, ipse hēt cōsiliū & intelligentiā, ipse nouit & decipientē, & eū qui decipitur. Magis. n. profuit consiliū Eliśei Prophetę Iorā regi Israel & Iosaphat regi Iuda, q̄ oīs eorū potentia, dum eius ꝟsilio crediderunt. 4. Reg. 3. & 6. c. † Econuerso male succesſit Ba-
89 lac Regi Moab, quia faciliter acquieuit iniquo consilio. Balaā, vt mitteret mulieres ornatas ad exercitū filiorū Israel, vt fornicarentur cum eis. ob quam rem de mādato Moisi occisi sunt ex filiis Israel 24000. hominum. Num. 25. sed postmodum ad vindictam facinoris diuino iudicio factū est, vt ab eisdē filijs Israel interfectus sit Balach & Balaam, & omnis Moab & Amon seruatis solummodo 32000. videlicet virginum, quæ non nouerāt viros, Num. 21. Et sic patet adimpletum fuisse in eis, quod dicit Iob. 12. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stupor ē. Et Psal. 32. Dominus dissipat cōsilia gentium, reprobat aūt cogitationes populorum & reprobat cōsilia principū. Consiliū autē Dñi in ęternū manet cogitationes cordis eius in gnationē
90 & gnationē. † Vbi patet expresse, ꝙ ad nutū Dei mouētur oīa. Dissipauit. n. consiliū gētiū in filiis Noe, qui consiliati sunt ędificare turrem, cuius cacumen pertingeret ad cœlum. Deus autē eorū consilium dissipauit confundens eorum labium, ne se inuicem intelligerent. & sic ab incepto opere destiterunt, & vocatū est nomen loci illius, Babel, quia ibi cōfusum est labium vniuersę terrę, & inde dispersit eos Dñs sup faciem cūctarū regionū. Gen. 11. Reꝑbauit ēt Dñs cogitationes populorū in Aegiptiis cogitantibus capere filios Israel inter desertū & mare rubrum, sed Dñs submersit eos, nec vnus ex eis remansit & filios Israel misericorditer liberauit. Exo. 14. Reprobauit etiam consilia principum tēpore Moisi & Iosue, quando tot principes reges & duces contra se consiliantes eorum dominio subiugauit, vt de multis patet Iosue 12. Vbi post transitū Iordanis, & sic post mortem Moisi referuntur debelleti 31. reges. Tempore autem Moisi post transitum maris rubri vsque ad mōtem Synai, nullus obsistere potuit, qui finaliter nō fuerit debellatus. Simili modo dissipauit Dñs ꝟsiliū Saul pluries, qui iniustè & iniquè ꝑsequebatur Dauid, vt patet à 16. c. 1. Reg. vsq; in fi. Cum. n. Dauid liberasset Saul & populū eius a terribili Goliad, & a Philistinis, ꝑꝑ qđ Saul tradidit sibi filiā in vxorē. 1. Reg. 17. postmodū Saul ꝑsequutus est Dauid vsq; ad mortē. 1. Reg. 18. & 19. & cū lateret Dauid in spelūca mōtis Engadi ingressus Saul in eā, vt purgaret vētrē, surrexit Dauid silēter & ꝑcidit orā clamidis Saul, quē si voluisset, facillimè īterficere potuisset, vt patet 1. Reg. 24. Cūq; nec ex hoc cessasset Saul ꝑseq Dauid, surrexit Dauid clā cū vno socio. s. Abysai, & venit ad locū in quo dormiebat Saul: tulit hastā, quæ erat ad caput Saul, & sciphū aquę & abierūt, & ñ erat qsq̄ ī exercitu Saul, q videret & intelligeret & iugularet, sed oēs dormiebāt, qa sopor dñi irruerat sup eos Ex quo cuidentissimè patet, ꝙ etiam si voluisset eū necare, faciliter potuisset, vt hr 1. Reg. 26. expectauit tñ Dauid iustū Dei iudiciū, q dissipās ꝟsiliū Saul concluſit eū cū filio & exercitu suo in manus Philistinorū, & mortuus est Saul, & Ionatas, & factū est excidiū magnū Saul & filiorū eius, & exercitus eius in die illa. 1. Reg. vlt. post cuius mortem regnauit Dauid in Israel, non obstātibus iniquis consiliis & machinationibus Saul ꝫ ipsum. Deniq; reprobauit Dñs cogitationes populorū Philistinorū insurgentiū ꝫ Dauid, vt dissiparēt regnū eius, sed diuina virtute magis q̄ humana fuerūt ipsi potius dissipati. 2. Paralip. 5. c. Reprobauit ēt cōsilia principū, qñ 127. de exercitu regis Syrię, & 32. regum cū eo perierunt vna die in diebus Achab Regis Israel. 3. Reg. 20. Et similiter reprobauit Dominus cōsilia principum, qñ in diebus Ezechiæ Regis Iuda Angelus Dñi vna nocte veniens percussit castra Assiriorum 185000. & omnes insimul perierunt, & filii Regis Senacharib occiderūt

patrem.4.Reg.19.Nemo igitur ſuis iniquis conſilijs fateretur,cũ non ſit ſapientia,nec prudentia, nec conſilium contra Dominum.Prouerb.21.Sed qui volunt ſuis conſilijs proficere, attendant quod dixit Ioſaphat Rex Iuda filij Iſrael,quando Moab & Amon de Syria inſurrexerunt contra eum, vt Dominũ conſulerent ad ipſum recurrerent, orarent & crederent atque laudarent,dicẽs,Credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis.Credite prophetis eius, & cuncta euenient vobis proſpera, deditq; conſilium populo & ſtatuit cantores Domini, vt laudarẽt eum
91 in turmis ſuis. † Cumq; cœpiſſet laudes canere conuertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos filiorum, ſcilicet Amon & Moab, & mutua ſe nece truncarunt, nec ſuperfuit quiſquã, qui necem potuiſſet euadere. Venit ergo Ioſaphat, & omnis populus cum eo,ad detrahenda ſpolia mortuorum.2. Paralip.vigeſimo capit.Patet igitur, quòd q confidit in Domino,nõ commouebitur in ęternum,& ipſe Deus diriget conſilium eius & diſciplinam, & in abſconditis ſuis conſiliabitur.Eccl.39. Cuius ergo conſilium dirigetur à Domino perire nequibit, cum ipſe dicat Iſa.quadrageſimoſexto, conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.Hinc etiam Daniel nunciãs Nabuchodonoſor interpretationem ſomnij de arbore magna,quam viderat,& declarans ſibi quòd arbor magna ipſe fuerat,ſed ſuis nequitijs diuino iudicio eſſet proximè diſſipandus:ſubdit,quam ob rem Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſinis redime,& iniquitates tuas miſericordijs pauperum forſitã ignoſcet Deus delictis tuis.Dan.4. Succeſſit Nabuchodonoſor quicquid Daniel nunciauit, & regno priuatus & cum beſtijs & feris habitans recordatus conſilio Danielis ad Deum ſe conuertit,reſtitutus eſt in regnum & ſaluus factus eſt. 23.q.4.Nabuchodonoſor. Acquieſce igitur conſilio ſaniori, Deum time, & mandata eius conſerua & à conſiliario malo ſerua animam tuam, Eccleſ. 37. Et hæc de ſecundo dicta ſufficiant.

92 Ad tertium breuiter reſpondetur,†quòd regulariter ex conſilio nullus obligatur, niſi conſilium fuerit fraudulentum, ff. de reg,iur.l.conſilij.& in c.nullus ex cõſilio,de reg.iur.lib.6. Diſtinguẽ tñ debet, quia aut datur conſilium circa contractum, vel quaſi;aut circa maleficiũ, vel quaſi. Primo caſu ſubdiſtinguitur, quia aut tale conſilium non eſt fraudulentum, & tunc non tenetur,vt in prædictis iuribus.& 14.quæſt.j.quod præcipitur. & in c.cum olim.extra de arb.& ff.manda.l.ſecũda,in fi. & ff.de dolo. l.eleganter,in fi.aut eſt fraudulentum, & tunc tenetur actione de dolo ipſi, cui conſilium dedit, vt in prædicta l. quòd ſi cum ſcires.vbi ille,qui doloſè mihi cõſuluit,fortè lucri ſui cauſa mutuare debitori non idoneo,tenetur in actione de dolo.ad idem
93 ff.de proxenet.l.2.& 86.diſtinct.tãta.† vbi magis puniuntur mali conſiliarij, quàm facientes,ſimile 26.diſtinct.duo. 11.quæſt.3. qui conſentit.24.quæſt.3.qui aliorum.ſed in d.capit.tanta.indultum fuit illi epiſcopo ratione ſenectutis & ſimplicitatis. Prætera in conſulentibus non requirebatur diſpenſatio. & in d. cap. duo, Archadius fuit excommunicatus,quia cõſentit, vt ſanctus Ioan.Chriſoſt.a ſua ſede pelleretur.plus eſt enim conſentire eũ, qui poteſt prohibere,quàm conſulere eum qui mandare nõ poteſt. & ideo talis conſentiens magis eſt puniẽdus quàm ille qui agit illius conſenſu, ut ſentit glo.in d. cap. duo. Et ſic etiam intelligi debet dictum cap.qui conſentit,& d.cap. qui aliorum.nã defendens aliorum errorem plus peccat quàm errãtes. vnde di-
94 cit ibi tex.† qui aliorum errorem defendit, multo eſt damnabilior illis,qui errant.vbi dicit glo.nota, quòd plus punitur conſulens quàm faciens.vigeſimatertia quæſt.quinta, cum homo. & ibi etiam gl.colligit ſimile arg. In ſecundo verò caſu, ſcilicet cũ datur conſilium circa maleficium, vel quaſi, tunc tenetur conſulens non tamen illi, cui conſuluit, ſed illi contra quem conſilium dedit,nec tunc tenetur actione de dolo, ſed eius maleficij nomine,quod conſuluit:nam ſi conſuluit occidi,homicida eſt. quinquageſima diſtinct. ſiquis viduam,& in d.c.dignum, ext. de homic.& in d.c.cum homo.vbi dicit text.& aliquãdo qui cauſa mortis fuit,potius in culpa eſt,quàm ille qui occidit.Quod ſanè intelligendum eſt,quando ille qui occidit, non erat alias occiſurus.Et ita intelligo quod dicunt Dyn.& Gentilis in d.capit.nullus ex conſilio.qui volunt quòd cõſulens maleficium teneatur ſimpliciter,vbi is,cui datur conſilium,non erat alias delicturus. Qui etiam Dyn.intelligit,quòd conſulens contractum alias cõtracturo,ſi conſuluit in fraudem teneatur de dolo,ſed ſi nõ erat alias contracturus cõſulens ſimpliciter teneatur de damno, qđ incurrit contrahens ex illius malo conſilio. allegat. ff. manda.
95 l. ſi remunerandi. §. ſi tibi. † Sed certè tex. ille non loquitur de conſulente,ſed de mandante. conſulens autem non tenetur ratione mandati. differentia eſt enim inter mandatum & conſilium:nam mandator obligatur mandando, ſed conſulens conſulendo.ff.manda.l.ſecunda,& Inſtit.manda. §. tua tantum gratia.vbi dicit tex.magis conſilium eſt quàm mandatum,& ob id non eſt obligatorium,quia nemo ex conſilio mandati obligat, etiam ſi non expediat ei, cui mandabitur, cum liberum cuique ſit apud ſe explorare,an expediat cõſilium. Et ſic patet quòd ibi ſumitur mandatum pro conſilio,vt cum alicui conſulitur & intelligitur mandari quid de re propria ſit facturus, cum tamen in re propria quilibet ſit moderator & arbiter, vt in l.in re mandata.C.manda.vnde dicit gloſ.in d.§.tua tantum gratia. ſup verbo, quia non aliter. hoc eſt pro opinione Petri, qui dixit duo.ſ. vbi conſulo certę perſonæ mutuari, teneor ita demum, ſi aliàs facturus non eras. Vbi autem non deſignata perſona conſulo, non teneor,&c ſi alias ſecurus non eras. Sed Io.in vtroque caſu dicit contrarium.Nam primò indiſtinctè teneor, ſiue alias eras mutuaturus, ſiue non, ut in §. tua & aliena. & in §.aliena, Inſtit. manda.ſecundò autem cum diſtinctione,& non alias,ſcilicet ſi eras mutuaturus,vel non.& facit pro Io. ff.manda. l. ſi remunerandi.§.planè,& ff.de negoc.geſt.l.3.in fi.& l.4. Nec obſtat tex.dicti §.tua tantum gratia,in fi.vbi dicit,quia non aliter Titio credidiſſes,quàm ſi tibi mandatum eſſet.dicit gloſ. quia & ſi alias etiã eras facturus,tenetur qui mandauit, vt dictum eſt. Vnde poteſt ſubaudiri,maxime quia non aliter, &c. hæc gloſ. ibid. Sed certè meo videre,in illo tex.variantur caſus. nam in principio loquitur de conſilio ſine expreſſione perſonæ, & in fine loquitur de mandato,& cum expreſſione perſonæ:nimirum ergo,ſi in ſecũdo caſu tenetur, & in primo non. Ad caſum igitur conſulentis in malefacto, vel quaſi, redeundo diſtinguit Dyn. qñ quis erat alias delicturus,quia aut quis præbuit ſolummodo cõſilium, & tenetur, quia non oportet laudando malitiam augeri. ff. de ſer. corrup.l.1.§.perſuadere. Aut præbuit opem tantum ſine conſilio principali,vel acceſſorio,& tunc non tenetur, ff.de fur l.ſi pignoris.§.qui ferramẽta. Aut præbuit opem & conſilium, & tũc obligatur.Inſtit.de oblig.quæ ex delic.naſc.§.ope.& ff. de verbo. ſig.l.ſępe.§.ita dubitatum.& C.de furt. l. ſiquis ſeruo. nam ſiquis cõſuluit ſeruo meo,vt fugeret,vel furtum faceret, tenetur mihi actione iniuriarum.ff.de iniur.l.non ſolum. & de pœn. diſtin.1. non ſolum.glo.Ioan.And.in d.c.nullus ex conſilio, verſus finẽ, dicit,idem,vbicunque cadit in nomen maleficij, ſcilicet conſilium. Ipſi autem cui dedit conſilium,dicit gloſ.non teneri,tum quia ſcire debebat id ſibi non expedire. vt dictum eſt: tum quia ex improbitate ſua nullus cõſequitur actionem. ff.de furt.l.itaq; fullo.gloſ.etiam in d.§.tua tantum gratia, ſuper ver. quia nemo
96 ex conſilio.dicit, † Nota bonam literam, ſ.quem de cõſilio nõ teneri.fallit tamen in caſibus,qui his legib. continentur, videlicet ff.de dolo.l.q; ſi cum ſcires.& ff.de proxenet.l.2.ſed certè ibi fuit fraudulentum conſilium,vt ff.de reg.iur.l.conſilij. Item fallit.ff.ad leg.Aquil.l.liber homo.1.reſpon. & Inſtit.de iniur.§.nõ ſolum.& ff.de iniur.l.non ſolum,in prin.& §. Proculus. & ff.qđ vi, aut clam.l.ſemper.§.primo. & ff. de fur. l. ſi quis vxori.§.cum Titio. & ff.de ſeruo corrup.l.1.1.reſpon.& §.perſuadere. ſed hæc in maleficijs,& quando alias quis facturus non erat. Et ſic intendit dicta gloſ.tunc tantum teneri conſulentes in maleficijs, qñ conſilium principaliter & per ſe fuit inductiuum ad maleficiũ. Sed certè conſulens maleficium etiam alias facturo, tenetur lęſo;q̃q̃ non teneatur delinquenti,vt in d.§.perſuadere,& in d.l. ſiquis ſeruo. Sed quàm maximè tenetur,ſi conſilium fuerit inductiuum.Vnde dicit tex.in d. §. ope. Ope & conſilio eius furtum admitti videtur,qui ſcalas fortè accommodauerit, feneſtras,vel oſtium effregit,vt alius furtum faceret, quive ferramenta ad infringendum commodauerit ſcienter huius rei gratia. Certè qui nullam operam ad furtum faciendum adhibuit, ſed conſilium tantum dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti. Vbi dicit gloſ.cum & alias erat facturus furtum etiã ſine conſilio huiuſmodi. alias ideſt, ſi non erat alias facturus,tenetur vterq;,vt ff.de fur.l.qui ſeruo.& ff.de verb.ſign.l.ſępe.aliud videtur in actione ſerui corrupti, vbi tenetur, etiam ſi alias erat
97 facturus: † nec enim oportet laudando augere malitiam. Inſtit. ad leg. Aquil.§.cęterum. & Inſti. de actionibus.§.quia in duplũ. & in d.§.perſuadere. Sęd quæ eſt ratio differentiæ? Reſpond.ibi glo.quia in d.§.ope,agitur ex delicto ſequuto poſt perſuaſionẽ, non autem ex ipſa perſuaſione. Et ideo diſtinguitur,erat alias facturus,vel non.Sed in alijs caſibus ex ipſa pſuaſione agitur,qcqd poſtea ſequitur,vt Inſti.eo,ſcilicet de oblig. quę ex delic.§.vnde illud.dummodo non ex interuallo nimio ſequatur, vt ff. de ſer. corrup.l.in hoc, & l.Neratius.Item eſt contra, Inſtit. de iniur.§. non ſolum.ſed ibi non erat alias facturus & fecit.hæc glo. in d.§.
98 ope.† Mihi videtur,diſtinguendas eſſe ſpecies maleficiorum,vt in atrociorib.cõſilium grauius puniatur, in leuiorib. aũt mitius. leuius eſt.n.furtum rei mobilis & corporalis, quàm furtum hominis,& ſic quàm corruptio ſerui alieni.† Nam aliqua dicuntur
99 crimina vel delicta publica aliqua priuata,Inſtit.de pub. iud.per totum,prima quæſt.prima, concuſſionis. quamquam ſecũdum ius canonicum,omne crimen dicatur publicum.ſecunda quęſt. tertia,præuaricator eſt.in gl.ſuper verbo,in omnibus cauſis,quæ incipit,ſcias quòd in omni crimine. faciunt not. in c. ex tenore, ext. de temp.ordin.& 67. quæſt.prima,infames. & ff.de pub.iud. l.2.5.quæſt.tertia,calũniator.& ff. ad Turpil. l. in priuatis. & not.
100 Doct.poſt Hoſt.in c.j.extra de calum.† Aliqua ãt dñr magna crimina,aliqua minora, aliqua maiora, aliqua maxima, aliqua occulta,& aliqua manifeſta.de quib.50.diſt.in ſumma.& no.Goffr. in c.quanto,extra de iureiur.in gl.qui falſa.& Io.And,poſt Inn.

extra

Source : BIU Cujas

extra de accuſ.c.qualiter.2.in addit. aliqua etiam crimina dicuntur capitalia.50.diſt.ſi epiſcopus.6.q.j.infames.& no.Archid.25. diſt.alias. Aliqua etiam dicuntur enormia, aliqua atrociora, aliqua mediocria, vt in d.c.ex tenore.de tẽp.ordin. & Inſt. de iniur. * §.atrox.& not.in c.at ſi clerici.extra de iud.& ſcripſi in c.j.ext.de pœnit.& remiſſ. Præterea, cum quis ex fraudulento ꝯſilio obligetur, vt in d.l.conſilij.ff.de reg.iur.& in d.c.nullus ex cõſilio, de reg.iur.libro ſexto, quomodo ſcienter conſulens maleficiũ poterit excuſari a culpabili fraude? cum etiam ſi alias eſſet ille fa-
101 cturus participans in crimine criminoſo incidat in eãdem ſententiam, vt in c. nuper. & in c.ſi concubinæ. ext.de ſent. excom. & in atrociorib. ſufficit affectus.ſ.cum propinquitate actus, licèt non ſequatur effectus, vt in l.ſiquis non dicam rapere. C.de epiſc.& cleric.& in l.is, qui cum telo, C.ad leg.Cor.de ſicar.& de
102 pœnit.diſt.j.ſiquis non dicam.& ſiquis cum telo.patet etiam† ꝙ in crimine læſæ maieſtatis ille qui ſciuit & non reuelauit, eadem lege punitur. C.ad leg.Iul.maieſt.l.quiſquis cum militibus.ibi, eadem enim ſceueritate voluntatem ſceleris, qua effectum puniri iura voluerunt.quomodo igitur talia conſulens poterit excuſari, cum etiam is, qui cognita adhuc conſiliorum arcana non patefecit, minimè excuſetur, vt colligitur in d. l. quiſquis cum militibus, in fi.à contrario ſenſu, ibi dum dicit text. Is verò, qui vſus fuerit factione ſiue cognita ad hoc conſiliorum arcana pate-
103 fecerit, abſolutione ac tiñ venia dignus habebitur. †Similiter ẽt puniuntur lenones, ſcilicet pœna lenocinij, qui ſuggerũt & conſulunt fornicationes, vel adulteria, ſiue ſtupra, vt in Auth. de lenon. §. quia verò plurima. uerſi. præcipimus itaque. vbi gloſ. ſuper verbo, inuitam, dicit, maxime: nam idem, ſi vult, ſcilicet puella.quaſi dicat, ita punitur leno, ſi blanditijs & adulationib. ſeducit puellam ad proſtitutionem ſuis perſuaſionibus, ſicut ſi raperet, arg.C.de epiſc.& cleric.l.raptores, in fi.vbi text.dicit, Cæteros autem omnes, qui conſcij & miniſtri huius criminis reperti & conuicti fuerint, licèt eos ſuſceperint, vel qualemcunque opem eis intulerint, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, cuiuſcũque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ tantummodo capitali ſubijcimus, vt huic pœnæ omnes ſubiaceant, ſiue volentibus, ſiue nolentibus ſanctimonialibus virginibus, ſeu alijs ſupradictis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum.ad idem.C. de rap. virg. l.vnica, circa fin.ibi, nulli mulieri, ſiue volenti, ſiue nolenti peccandi locus relinquatur, quia hoc ipſum velle mulierum ab inſidijs nequiſſimi hominis, qui meditatur rapinam inducitur, niſi etenim eam ſollicitauerit, niſi odioſis artibus circumuenerit, nõ facit eam velle in tantum dedecus ſeſe prodere ecce quomodo perſuaſionem raptui parificat, cum ſequitur effectus proſtitutionis.faciunt not.in c.ſicut dignum, & in c.ſignificaſti.2. extra de homic. & in capit.ad audientiam. eod.titu.ũbi Innoc.ex ſuis dictis multas qq.determinat, vel decidit videlicet.
104 Primò enim dicit, Nota † quòd ad hoc, quòd aliquis incurrat irregularitatem & peccatum ex homicidio, ſufficit & eſt neceſſe quòd interuenerit vel conſilium, vel præceptum, vel factum, vel defenſio occidentis.50. diſtinct. ſiquis viduam. Et intelligitur conſilium, vel mandatum dediſſe in mortem alicuius.quando ſuaſit illud vel rogauit, vel mandauit, vel alias conſuluit vtilitatem, quæ ſequeretur ex homicidio oſtendendo, vt dicit Innoc.in d.c.ad audientiam. Et, vt clarius habeamus materiam, ſequar modum D.Ant.de But.in d.c.ad audientiam.procedendo per qq.ex dictis Innoc.cum additionibus aliorum.
105 Primò igitur quæro, † an indirectè conſulens homicidium, vt quia ſuaſit iactum machinæ, vel baliſtæ, ſecuta morte, ſit irregularis? Innocen. ibid. dicit, quòd ſic. & idem Ioan. And. &
106 D.Ant.† hoc idem etiam dicit Innoc.ſi conſuluit alicui, vt iret ad capiendum caſtrum, quod non poteſt capi faciliter ſine morte hominum: nam captioni caſtri & iactui machinæ ſatis eſt affine homicidium, vt in c.de cætero, & in cap, continebatur, ext. de homic.& in d.cap.ſicut dignum.& in cap. ſuſcepimus, ad fin. eod.titu. Idem dicit Hoſt.quia tale officium non conuenit ſacerdoti, vel promoueri volenti ad ſacros ordines.vt in c.fi.in prin. extra de poſtul.& in d.cap.ſuſcepimus.§.fin.
107 Secundò quæro, † quid ſi quis conſulat, quòd caſtrum furtiuè, vel proditionaliter capiatur. Reſpon.ſecundum Innoc.ibid. quòd propter hoc non erit cõſulens irregularis, quamquam occaſionaliter mors ſequatur, niſi eſſet veriſimile, quòd ſine morte hominis non poſſit capi caſtrum.ſubdit tamen Inno.aliquos dicere, & fortè melius, quòd cum illicitum opus conſulat, irregularis erit, etiam ſi caſu mors inde ſequatur, arg.in d. cap. con-
108 tinebatur,& c.præsbiterum, eo.tit.† idem ſi mandat aliquẽ verberari, quia ſatis credibile eſt ꝙ verberatus ſe defendat,& quòd ex plagis verberum mori poſſet, vt in c.2.& in cap.Petrus.extra de homic.in c.is qui.eo.tit.lib.6.
109 Tertiò quæro, † quid ſi conſulatur, quòd maleficus capiatur, vel aliter inſiſtatur conſilio liciti operis. Reſpond. Innoc. quòd tunc conſulens non erit irregularis, ſi præter eius conſcientiam maleficus occidatur, quia hoc non conſuluit, argu.in capit.fina. extra de homic. abſit enim vt ea, quæ propter bonum & licitũ facimus, nobis debeant imputari, ſi quid præter noſtram voluntatem inde contingat, vigeſimatertia quæſtione quinta, de occidendis. Et ita poteſt intelligi, quòd conſulens rem licitam bona fide & ſine fraude non obligatur ex conſilio, vt in dictis iuribus ſuperius allegatis & alijs ſimilibus.ſubdit autem Innocent.quòd ſemper fit irregularis, ſi directè in mortem alicuius conſilium dedit, vt in capit.ſententiam ſanguinis. extra ne cler. vel mona.
110 † Idem, ſi de voluntate ſua proceſſit, vtputa, quia parentes clerici verberati conueniunt & dicunt, quòd volunt hoc vindicare, nec clericus contradicit expreſsè, ſecundum Innocen.in cap. Mattheus. extra de ſimo.ſecus tamen, ſi expreſſe prohibeat.arg. in cap.ſicut nobis.§.primo.extra de ſimo & eſt expreſſum in d.c. Petrus. dummodo ex corde prohibeat. alioquin in conſpectu Dei cadit, cum tacitè conſentiat homicidio. Et ſic lex promotionis non ſemper in facto conſiſtit, ſed in facto & animo, vt patet decimaquinta quæſt. prima, capit. fina.& ead.ca. q.6.cap.j. ante fin.& in d.cap.preſbiterum,& in cap.dilectus.de homic.
111 Quartò quæro, † quid ſi alicui læſo, vel alicui, cui intereſt, conſulatur homicidium fieri, ille tamen non ſtatim, ſed poſt longo tempore interpoſito perpetrat homicidium? Reſpon.ſecũdum Innoc.quòd conſulens irregularis eſt, niſi ante homicidium ſecutum conſilium datum, fuerit reuocatum,& niſi illi qui occidi debebat, denunciauerit, ꝙ ſibi caueat. Sed ad hanc denunciationem non tenetur, ſi conſiliarius probabiliter credat, quòd is, cui homicidium conſuluit, acquieſcat reuocationi, ſecundum Innoc.quod verum eſt, ſi homicida ex illo motus fuit, vt in d.ca. ſicut dignum.§.qui verò.& §.fina.& in cap.de cætero. eo. tit. vbi
112 gloſ.quærit, † quando dicatur dediſſe cauſam homicidio. Et reſpond. ꝙ conſilio facto, opere vel præcepto: alias autem conſulens non erit irregularis, vt in ca.cum I.& A.extra de re iud. ibi, & eorum dicta iudices ſecuti tantummodo, cum per alios ea ꝓbata non eſſent, ſententiam protulerunt. Vbi dicit glo. ſic patet, quòd non ſufficit probare conſpirationem, vel coniurationẽ, vel falſitatem teſtis vel inſtrũ, niſi probetur iudicem ſecutum fuiſſe dicta falſorum ſeu cõſpiratorũ teſtiũ, ſeu falſum inſtrũm. C. ſi ex fal.iuſtr.l.falſam.& arg. in c.ſicut. ext. de teſtib. ſed certe dato ꝙ in tali caſu non eſſet irregularis, per arg. iurium p̃dictorũ, & q̃ maximè ſi cõſuluit, vel ſuaſit ſ̃. certũ tps occidi debere, & elapſum erat tps, & poſt lapſum tpis reuocatũ fuit conſiliũ, vel ẽt ſi ante fuerit efficaciter reuocatũ, arg.in c.de illis.ext.de ſponſal. & in c.ſicut.§.(.de homic. & in c.fin.eo.tit.lib.6. attñ per hoc nõ reſtat quin mortaliter peccauerit mortẽ ꝓximi cõſulendo ꝑter iuſtitiã doloſè, ſciẽter & appenſatè, ẽt ſi ille nõ fuerit motus tali
113 ꝯſilio ſed aliàs fuiſſet ẽt facturus, † cũ talis ꝯſulens ex ſolo ſuo cõſenſu in malũ prædictũ mortaliter peccauerit, iuxta ſententiam Saluatoris, Matth.5.dicentis, Audiſtis, ꝙa dictũ eſt antiquis, non occides: qui aũt occidit, reus erit iudicio. Ego aũt dico vobis, ſiquis iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Hoc eſt, quia mortaliter peccat. Vnde 1.Io.3. oĩs, qui odit fratrem ſuũ homicida eſt.
114 Quinto quæro † Mandaui alicui, quòd inimicum meum interficeret, & poſtea reuocaui mandatum, ſed nihilominus ille occidit eum, an ego ſim irregularis? Reſp. ſecundum Inno.videtur quod non nedum ſi expreſsè, ſed etiam ſi taciè reuocaſſem, vt quia is, cui mandaui, ſcit quod mihi reconciliatus eſt vel quod parentelam mecum contraxit, vel compaternitatem, aut aliam amicitiam, arg.ff.de adim.leg.l.3.§.fi.& l.ſeq. Ratio autẽ diuerſitatis eſt inter hunc caſum & ſuperiorem: quia ex quo mando cauſa mei, veriſimile eſt, mandatarium acquieſcere reuocationi: ſecus ſi conſulo cauſa alterius, quia magis conſueuerit homines ſeipſos diligere quàm alios, ſecundum Innoc. Hoſt. tamen dicit, quòd ex illo mandato, quamuis reuocato ſecutum eſt homicidium, tunc mandans eſt irregularis, aliàs nõ. Quia verò hæc probatio difficilis eſt, talia non ſine periculo ſuggeruntur. nam in dubio tutius eſt abſtinere, vt in dict. cap.
115 decętero, ext. de homicid. Et notan. ſecundum Innoc. † quòd quando ille, qui conſuluit homicidium cauſa alterius tenetur contrarium diſſuadere & notificare periculum patienti, debet cautè procedere, ne quemquam prodat, & malum aliud inde ſequatur, argum. in capit. quemadmodum, in fi. ext. de iureiu ran. & in capit. ſi verò. §. 1. de ſenten. excommunic. in eo quòd defenſio eſt licita, ſeruato moderamine inculpatę tutelæ, vt in l. ut vim. ff. de iuſt. & iure. & in capitu. ex tenore, de ſentent. excommunic. & in capitu. ſignificaſti. de homic. debet enim auiſare periculum patientem per modum quòd ſibi proſit, & alteri non obſit, arg. 22. quæſt. 4. ſi aliquod. & c. non ſolum, & cad. ca. q.5.hic videtur. & 2. q. 1. ſi peccauerit. accedunt etiam not. per Innoc. in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœn. & remiſſ. vbi dicit, quòd confeſſor tenetur facere quicquid poteſt, vt peccatum, vel periculum impediatur ſine expreſſione perſonæ cõfitentis, quam nullo modo prodere debet, ut ibi. & de pœnit. diſtinct. 6. ſacerdos. & accedunt not. in cap. ſignificaſti. ext. de adult. & in c.ſi ſacerdos, ext. de offi. ord.
116 Sextò quæro, † qd ſi homicida iuratus & interrogatus dicat, ꝙ in nullo motus fuit pp conſilium, vel mandatũ, an excuſetur conſulens, vel mandans? Reſp. ꝙ ſi hoc famoſum ſit, & per ꝯſs ſcandaloſum, non eſt ei ſoli ſimpliciter id credendum, vt dicit

Source : BIU Cujas

Dominus Ant.in d.c.ad audientiam. argu.in c. ex literis. 1. in fi. ext.de adult.vbi pp infamiam & ſcandalum indicitur purgatio ſacerdoti.Si verò occultum ſit homicidium,vel ipſum conſiliū, ita ꝙ de tali conſilio vel mandato non ſit rumor, nec fama:tūc conſulens,ſi eius conſcientia ſe remordet, tanquàm irregularis abſtineat reuerēter, cum ſit conſultius in huiuſmodi dubio abſtinere,quàm temere celebrare,vt in c.petitio tua,ext.de homi. ſi verò eum non remordet conſcientia, & homicida iuramēto deponat ſe non motum propter illius conſilium, tunc poterit conſulens tolerari ſine impedimento irregularitatis, vt in cap. exhibita, circa fi.ibi, cum de illius obitu lęſam non habuit conſcientiam, ext.de homic.

117 Septimò,† quid ſi aliquis conſulat alicui,vt ſe proijciat in mare,vel ꝙ ſe de monte præcipitet, vel aliter ſe occidat? Reſp. ſecundum Inno,ꝙ coſulens eſt irregularis, vt in d. c. ſiquis viduā. 50.diſt.ibi dum dicit tex.ſi homicidij aut facto,aut dicto,aut præcepto,aut conſilio,aut defenſione, & c.accedunt.not.in c.continebatur, & in c.præsbiter.ext.de homic. & 24.quæſt.vlt.cap.fi. & extra de cler.pug in duel.cap. Henricus presbiter. & in capit. ſignificaſti, de homic.

118 Octauò quęro,†quid ſi quis conſulat alicui,vt alium occidat, & ille qui debebat occidi, occidat illum aggredientem,an conſulens efficiatur irregularis? Reſpondeo, Inno. refert opinionē dicentium, ꝙ ſic, quia conſilio illiciti operis dat operam,vnde quicquid mali ex tali conſilio ſequitur, etiam ſi caſū inde cōtingat,ſuę culpæ imputatur,arg.in d.c.ſuſcepimus. & in d.c.cōtinebatur.debuit.n.apud ſe cōſiderare hoc euenire poſſe, & ſic fuit in culpa non mature examinando conſilium, & non cauendo futurum periculum,arg.50.diſt.ſi qui arborem.& c.ſępe contingit. Alij autem dicunt cōtrarium,ſ.ꝙ nullo modo conſiliarius prædictus eſt irregularis ex prædicto conſilio quia nullum conſilium dedit in mortem illius, immo eum mori nolebat. Vnde nec verbo, nec facto ſuo ſequutum eſt homicidium, ergo non debet ſibi imputari,arg.in c dilectus.extra de homic.ibi, nec voluntate,nec actu homicidium perpetrauit. Subdit Innoc. Bene enim videtur, quòd ſi fraudulenter dediſſet conſilium, ſcilicet vt occideretur,ꝙ tunc eſſet irregularis.Et intellige vt occideretur.ſ.is,cui conſulebatur alium occidere. Certè tunc non eſſet dubitandum, ꝙ conſulens eſſet irregularis,arg.in d. c. hi qui arborem,& in d. cap. ſępe,& in c.ſignificaſti, extra de homic.Et ſi obijciatur,quòd fuit malum conſilium, & quòd dedit operam rei illicitæ,& ꝙ fuit in culpa & in magna negligentia, non examinando conſilium confiteor quòd fuit malum conſilium,ſed non contra illum, cui conſulebatur, hoc eſt non contra vitam eius,nec ad mortem eius,nec fuit negligentia conſultoris circa mortem illius,quia conſilium ſic debet intelligi,vt bene ſibi caueat,& attēdat locum & tempus, vt ipſe & ſui occidi nō poſſint illi ad mortem inſultando,vnde debuerunt attendere periculū, & ſibi cauere, vt ſine periculo hoc facere poſſent:nam ſi alias conſulens incitaſſet aliquem ad occidendum, vbi eſſet periculum euidenter de morte illius,cui conſulitur homicidium, bene eſſet tunc conſulens irregularis.Nec obſtat, ſi dicatur, quòd

119 non fuit bonum conſilium,vt patuit ex euentu,† quia non debuit ille tranſgredi fines mandati.ff.mandati.l.diligēter. & ideo ſi bene ſibi non cauit, ſibi imputetur, & non conſulenti, nam damnum,quod quiſque ſua culpa ſentit, ſibi debet, & non alijs imputare, vt in ca damnum. de reg. iur.libro ſexto,& in l.quod quis ex ſua culpa ff. de reg. iur. ergo conſulens non eſt irregularis, ſecundum Innoc.& ſequaces. quod de rigore verum credo. Sed pro conſcientia conſulerem abſtinendum, cum in dubijs ſemitam debeamus eligere tutiorem, vt in d.c.ad audientiā, & arg.in d.cap.presbiter.& in d.cap.continebatur, cum ſimilib. iuribus ſuperius allegatis.

120 Nonò quæro,† quid ſi aliquis cōſulat alicui,vel ſibi ſuadet,vt p ſua patria defendenda,vel p ſuo iure, aut proximi arma ſumat, & ſe mortis periculo ſubdat, & ſic in tali conflictu necetur, an cōſulens ſit irregularis.Rñdeo ſm Innoc.ꝙ non,arg.23.q.3.pro membris.& c.ſeq.23.q.8.igitur.& c.ſeq.& cap.hortatu, & c. ſeq.

121 † Decimò quæro,qd ſi in proximo prædicto caſu conſulens, vel ſuadens ſciat,vel veriſimiliter ſcire debeat, illum tunc moriturum,qui ſe pro patria ſupponit mortis periculo, vel pro iure ſuo,aut pro proximo. Reſpondeo ſecundum Innoc. tunc videtur quòd fiat irregularis,quia ordinata charitas eſt,ꝙ quiſque diligat plus corpus ſuum, quàm alterius. ſed certè ꝙꝙ pro ipſo faciant not.in l.deberi.C.de fideic.lib attamen dictum ſuum non poſſet habere locum, niſi quando conſuleret, vt ſe exponeret morti pro vita proximi:tunc enim non eſſet ordinata charitas, quia non debet plus diligere vitam proximi, quàm vitam ſuā. eſt enim charitas ordo, vt primò,& ſup omnia diligatur Deus, ſecūdo propria anima,tertiò anima proximi ſicut propria.quartò vita proximi, ſicut propria. quintò & vltimò diligant bona temporalia, in quantum ſunt neceſſaria ad ſuſtentationem vitæ, ſecundum conſiderationem ſtatus & conditionis hominū. Vnde ſuper illud Can.& ordinauit in me charitatem. dicit glo. multorum charitas deordinata eſt, quia quod primum eſt, faciunt vltimum,& quod vltimum,faciunt primum.Nam primū eſt amare Deum ſuper omnia,vltimum verò amare bona temporalia pro neceſſitate ſuſtentationis humanæ. quem ordinem ſatis exprimit diuina vox dicens, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.& infra,& proximū tuū ſicut teipſum. Deut.6.Matth.22.& Lucę 10.nā in eo quod dicit,ſicut teipſum, intelligitur quicquid pertinet ad vitam naturalem moralē ſpiritualem & ęternalem, vt rectè ſentiūt gloſſatores. In eo autem, quod dicitur de re pub.non eſt par ratio: nam aliud eſt exponere vitam propriam pro vita vnius hominis,aliud pro vita totius patriæ,ideſt omnium hominum illius patriæ nō enim nobis ſolis nati ſumus, nam primò naſcimur Deo, ſecundò patriæ, tertiò parentibus, & ſucceſſiuè cæteris proximis. Vnde Tullius libro primo de offic dicit, Sed quoniam, vt præclarè ſcriptū eſt à Platone,non ſolum nobis nati ſumus,ortusque noſtri partem patria vendicat, partem amici: atque, vt placet Stoicis, quæ in terris gignūtur ad vſum hominum omnia creari:homines autē hominum cauſa generatos eſſe, vt ipſi intra ſe alijs alij prodeſſe poſſint. In hoc noſtram debemus ſequi naturam, ducem,communes vtilitates in medium afferre, & c. omnes equidem nati tenemur patriam pro poſſe defendere etiam contra parentes,

122 † in tantum ꝙ licet occidere patrem contra patriam inſurgentem.C.ſi Curia.relic. ciui.l.1.lib.10.& not. per gloſ.& Docto.23. q.3.c.fortitudo.& in c.j.ext.de conuer.infid.& ff.de relig.& ſumpti.fun.l.minimè.Vbi patet,ꝙ debet filius in patrem,pater in filium,vir in vxorem, & ecōuerſo inſurgere pro patria defenſanda. Ex quibus ſatis videtur quòd talis conſulens irregularitatis maculam non incurrat,quod crederem de rigore ſuſtineri poſſe, ſed cautius eſt ob reuerentiam ſacri ordinis abſtinere,donec obtineat diſpenſationem à ſummo Pontifice.arg.not.in d. cap. de cætero.& in d.c.ad audiētiam,& in d.c.petitio. ext.de homic. & in c.Matthæus.extra de ſimo.

123 Vndecimò quæro,†quid ſi alicui conſulatur,ꝙ ſe indubitanter morti tradat pro honore Chriſti, pro fide, aut pro eccleſiæ libertate,an conſulens efficiatur irregularis? Reſpondeo ſecundum Innoc.quòd non etiam ſequuta morte, cum Chriſtus pro nobis mortem ſubierit, & ſancti martires ſanguinē ſuum fuderunt pro Chriſto & eccleſia ſua, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vt dixit Paul. Act. 20. qui etiam in propria perſona proteſtatur ibidem dicens, ſpiritus ſanctus per omnes ciuitates proteſtatur mihi dicens,quoniam vincula & tribulationes me manent Hieroſolimis: ſed nihil horum vereor,nec facio animam meā prætioſiorem quàm me.& Act.21.recedens a ſocijs dixit, quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego enim non ſolum alligari, ſed etiam mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomē Domini Ieſu. Et infra Pet.2. dicit Apoſtolorum princeps Petr.

124 †In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, ideſt vt ſicut Chriſtus voluit mori pro nobis,ita & nos,cum opus fuerit,ſubeamus mortem pro eius honore noſtroque profectu, vt vult ibi glo.& Io.Euangeliſta, ſua 1.Can.3.cap. dicit, in hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille p nobis animā ſuam poſuit,& nos debemus p fratribus animas ponere. Hinc etiam exhortatur Dñs ſuos fideles ad ſubeundam mortem pro domino ſuo.Mat.10. dicens, tradet autem frater fratrem in mortem, & pī filiū,& inſurgēt filij in parētes,& morte eos afficiēt. Et inf. nolite timere eos,qui occidūt corpus,aīam autē nō pñt occidere.& inf.qui pdidit aīam ſuā pp me,inueniet eā. Simile Mat.16.

125 † In hoc.n.pfecta Chriſti charitas demōſtratur,quia mortē pro nobis ſubire dignatus eſt.Io.15 Maiorem hac dilectionē nemo habet,vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis:ſed cum nos eſſemus inimici,etiam pro nobis mori voluit. iuxta quod dicit Apoſt.ad Rom.5.Vt quid enim Chriſtus, cum adhuc infirmi eſſemus ſecundū tēpus pro impijs mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis. Vix aūt pro iuſto qs moritur:nā pro bono forſitā qs audet mori.Cōmēdat autem ſuā charitatē Deus in nobis: qm̄ ſi cū adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt:multo igit̄ magis iuſtificati nunc in ſanguine eius ſalui erimus ab ira per ipſum.Si.n.cū inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo p mortē filii eius,multo magis recōciliati ſalui erimus in vita ipſius. Nā, vt dicit D.Bonauēt. 2. reſpōſionis ſuę Apolog.1.particula quartoq; c.ſpirituali diuinæ legis intelligētia præditos. nequaq̄ arbitramur ambigere perfectionis Euangelicæ culmē inſtar Dauiticę turris ſpiritualib. ppugnaculis eſſe munitū, qbus & foris hoſtilitas infeſta repellit,& intus trāquillitas imperturbata ſeruat.

126 †horū aūt pcipuū tenere locū deſideriū paſſionis, & mortis p noīe Ieſu Chri ipſe nobilis dux exercitus Chriſtiani Apoſt.Pau-

127 lus euidēter oñdit,cū ad Hebr.12.dicit,†Deponētes oē pōdus & circunſtās nos pctm̄ p patientiā curramus ad ppoſitū nobis certamē aſpicientes in authorē fidei & cōſummatorē Ieſū, qui ppoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē cōfuſione contēpta.Vbi gloſ. dicit, ſuccincti & expediti curramus ſine dubitatione ad certamen martirii aſpicientes in authorē fidei,qui.ſ.omnia bona terrena contēpſit,vt nobis contēnenda monſtraret,& omnia terrena mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcipiebat, vt nec in illis

quæ-

Source : BIU Cujas

quęrereſetur fęlicitas,nec in iſtis infęlicitas timereſ.Et paulo poſt, vinctus eſt,qui infirmitatū vincula ſoluit: mortuus eſt, qui mortuos ſuſcitauit. A more itaq; eius ſimilia patiamur hæc gloſ.

Ad hoc quoq; ipſe Apoſt.ſuo nos hortatur exē. 1.Cor.13. dicēs, Ego autem libentiſſimè impendam & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris, licèt plus vos diligens minus diligar. Vbi dicit gl.perfecta charitas hæc eſt,vt quis paratus ſit etiam pro fratribus mori.Sed nūquid mox vt naſcitur iam prorſus perfecta eſt imò vt perficiatur naſcitur:cum fuerit nata,nutritur:cum fuerit nutrita,roboratur:cum fuerit roborata,perficitur : cum autē ad perfectionem venerit, dicit cum eodem Apoſtolo ad Philip. 1. Mihi.n.viuere Chriſtus eſt,& mori lucrū.Quod ſi viuere in carne hic mihi fructus operis ę, & quid eligam ignoro, coarctor autem eſt duobus, deſiderium habens diſſolui & cū Chriſto eſſe multo magis melius eſt. permanere autem in carne neceſſariū eſt propter vos.hæc eſt intentio gloſſæ,cum dicit, Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.per quam gl. colligitur ꝙ perfectæ charitatis actus eſt ſui corporis diſſolutionem & mortē appetere exē plo ipſius Apoſtoli dicentis ibid. paululū ſupra, ſcire autem volo vos fratres, quia quæ circa me ſunt magis ad profectum venerunt euangelij ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto in omni p̄torio & in cæteris omnibus,vt plures è fratribus in Dño confidentes in vinculis meis abundantius auderent ſine timore verbum Dei loqui. & infra, ſed in omni fiducia ſicut ſemper & nūc magnificabitur Chriſtus in corpore meo,ſiue per vitam, ſiue per mortem.Et infra,Deſiderium habens diſſolui,& cū Chriſto eſſe.vbi dicit gl.ſunt quidam homines imperfecti, qui cū patiētia moriuntur: & ſunt quidam homines perfecti, qui cum patientia viuunt.Qui enim deſiderant iſtam vitam, cum illis venerit dies mortis,luctantur aduerſus ſe, vt ſequantur voluntatem Dei.Qui non deſiderat ſicut Apoſt. diſſolui & eſſe cum Chriſto non patienter moritur,ſed patienter viuit & delectabiliter moritur. Vnde paſſioni propinquās exultabat & gloriabatur dicēs 2.Thim.4.Bonum certamen certaui,curſum conſumaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Patet ergo,

128 † ꝙ gl.prædicta intendit exprimere perfectionem charitatis cō ſiſtere ī deſiderio mortis. hoc etiam triplici ratione poteſt oſtēdi. Primò ratione vnionis. Secundo ratione transformationis. tertio ratione diffuſionis. De primo ſic oſtenditur, Amor vnit amātem cum amato, nam amor eſt vis vnitiua,vt dicit Dioniſ. & patet ex verbis Dñi dicētis Io.15.Ego ſum vitis, & vos palmites.& infra,ſicut dilexit me pater,& ego dilexi vos, manete in dilectione mea.Et ſupra dixit,Manete in me,& ego in vobis.& Io. 13.dixit,in hoc cognoſcent omnes,quia mei diſcipuli eſtis,ſi dilectionem habueritis adinuicem.& Io.17.non pro his aūt rogo tantum, ſcilicet qui prius crediderant,ſed pro his, qui crediturі ſunt,per verbum eorum in me,vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me,& ego in te,vt & ipſi in nobis vnū ſint,vt mundus credat,quia tu me miſiſti.Et ego claritatē, quā dediſti mihi dedi eis, vt ſint vnum ſicut& nos vnum ſumus.Ego in eis,& tu in me, vt ſicut conſumati in vnum,& cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti,& dilexiſti eos,ſicut & me dilexiſti. Ecce quàm expreſsè demonſtrat amoris vim vnitiuam : nam ex dilectione duorum fit ligatio diuerſorum in ſubſtantia vnitorum tamen per charitatē & beneuolam voluntatem. hoc etiam ſenſu loquitur Apoſt. ad Epheſ.4 dicens,obſecro itaq; vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione,qua vocati eſtis cum oī humilitate & manſuetudine,cum patientia ſupportantes inuicem in charitate ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. vnū corpus.ſ.miſticum,vel politicum,& vnus ſpiritus.ſ.vnitate voluntatum,ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, & diſtribuēs membra corporis prælibati.ſ.prophetas, Apoſtolos, Euāgeliſtas, paſtores & Doctores.ſubdit, ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterij,in ædificationem corporis Chriſti,donec occurramus oēs in vnitatem fidei,& agnitionis filij Dei in virum perfectum.Et infra, in menſuram vniuſcuiuſq; membri augumentum corporis facit in ędificationem ſui in charitate.Et ſic oſtendit ſe de hac vnitiua charitate loqui. hoc idē probat Lucas Act. 4.dicens,multitudinis autem credentium erat cor vnum, & aīa vna.ex quib.euidēter oſtēditur, & ſequitur è uicino,ꝙ perfectus Dei amor perfectè inclinat amantem ad oē illud,per quod conuenientius,intimius & celerius amato poſſit vniri . Sed nihil eſt, ꝙ magis diſponat,vt celerius & intimius ſpiritus hominis, in ſta tu mortalitatis exiſtens vniatur immortali & impaſſibili Deo,q̄

129 ſuſtinentia mortis illatæ propter honorem Dei † neceſſe eſt igitur perfectè amātem hoc deſiderare anteq̄ illud obtineat, & cū obtinuerit, perfectè lætari . Vnde & de Apoſtolis dicitur Act. 5. Et illi quidem ibant gaudentes à cōſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.Et 1.Ioan.4. perfecta charitas foras mittit timorem.

De ſecundo ſic oſtēditur,Amor transformat amantē in amatum,vt dicit Hugo de San. Vict. Inde dicit Tullius de Amicitia, Amicus eſt alter ego . Et hoc idē dicit Hier. ſuper Micheā. Hinc etiam Irichus dixit, Amicus eſt eadem anima & dimidium animæ meæ. & Hier. refert vbi ſupra. Et ſatis tractat Ambr lib.3.de officiis circa fi.Qui igitur perfectè Chriſtum amat,præcipuo mentis affectu eidem configurari peroptat, in his potiſſimè,quę diuina lex dictat.Sed configuratio ad Chriſtum præcipuè ſaluandis conueniens in ſtatu præſentis miſeriæ attenditur ſm aſſimilationem in paſſione,& morte,Petro atteſtante,qui ait,1.Pet.2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis,vobis relinquens exemplum,vt ſequamini veſtigia eius. Hoc idem innuit Apoſt de ſe loquens ad Philip.3.ſed quæ mihi fuerant lucra hoc arbitratus ſum ꝓpter Chriſtum detrimenta.Et infra, ꝓp quem omnia detrimētum feci, & arbitror vt ſtercora,vt Chriſtum lucrifaciam. Et infra,ad cognoſcēdum illum & virtutem reſurrectionis eius,& ſocietatem paſſionis illius configuratus morti eius, ſiqū o currā ad reſurrectionem.Et infra,quicūq; ergo perfecti ſumus,hoc ſentiamus. & notandum ꝙ cupiens ad virtutem reſurrectionis attingere,dicit ſe prius configuratum morti eius, volens innuere ꝙ ad id inclinatione præcipua perfectæ charitatis ardor inflammat, iuxta illud

130 Can.vlt.† Fortis eſt, ut mors dilectio, dura ſicut inferus emulatio, lampades eius lampades ignis atq; flammarum. Hinc etiam dixit Apoſt.ad Rom.8.ſi aūt Chriſtus in vobis eſt, corpus quidē mortuum eſt ꝓp peccatū, ſpiritus uerò uiuit ꝓp iuſtificationē. Et infra,nam quos preſciuit,& prædeſtinauit cōformes fieri imaginis filii ſui,ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.Et infra, Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio,an anguſtia?an perſequutio?an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?ſicut ſcriptū eſt . quare ꝓp te mortificamur tota die extimati ſumus, ut oues occiſionis . Sed in his oībus ſuperamus ꝓp eū, qui dilexit nos:certus ſum enim , quia neq; mors , nec uita , nec Angeli , nec principatus,nec uirtutes, nec inſtantia, nec futura, nec fortitudo , nec altitudo, nec profundum , nec alia creatura poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, Domino noſtro.

Hinc Dionyſ.7.c.Eccleſiaſticæ Hierar.dicit,ꝙ ex ſcriptura docemur , ꝙ etiā in hoc ſęculo Deiformē uitam inchoamus, quā in cęlo cōſumabimus. niſi.n.poſſemus aliqualiter Deo patri noſtro conformiter operari tanq̄ filij,non dixiſſet Dominus Matt. 5.Eſtote ergo & uos perfecti ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.Nam cuius opera quiſq; facit,eius filius eſt, Io. 8. Hinc ēt dixit Apoſt.ad Ephe.5.eſtote imitatores Dei,ſicut filij chariſſimi & ambulate ī dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos,& tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorē ſuauitatis.Hinc etiam dicit Aug.ꝙ homo efficitur id, quod diligit. Et cum plura cumulet, ſubdit,ſi Deum diligis , quid dicam? Deus eris ? non audeo ex me dicere , ſed ſcrutare ſcripturas:ego dixi,Dij eſtis,& filij excelſi omnes,Pſ.80.

De tertio ſic oſtenditur , Amor eſt uirtus liberaliter diffuſiua, ut dicit Ric.de San.Vict.nā amās liberaliter diffunditur in amātem.Hinc dixit Apoſt.2.Cor.ult.Ego autem libentiſſimè impēdam,& ſuperimpendar ego ipſe pro animabus ueſtris, licèt plus uos diligens minus diligar.Et ad Rom.5.dicit, charitas Dei diffuſa eſt in cordib.noſtris per ſpiritum ſanctum,qui datus eſt nobis. Vbi igiſ ꝓfectus eſt amor,ibi & ꝓfecta diffuſio uel actu,ſi oportunitas adeſt, vel ſi nō adeſt,ſaltē deſiderio pleno. Cū igiſ traditio ſui in mortē ꝓ alicuius amore ſit diffuſionis ꝓmaximę, neceſſe eſt perfectū charitatis amorem ad id aſpirare,iuxta qđ dicit Dñs Io.15.Maiorem hac dilectionem nemo habet,ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis . Mortem itaq; pro Chriſto deſiderare morti ſe pro Chriſto exponere & in mortis agone gaudere, perfectæ charitatis eſt actus totaliter expreſſiuus. Hinc Beatus Laurentius, dum in craticula ſuprapoſitus ureretur, ad impiiſſimū tyrannum dixit , Carbones hi refrigerium mihi pręſtant. & de Beato Stephano lapidato cantat eccleſia,lapides torrētis dulces illi fuerunt,ipſum ſequuntur oēs animæ iuſtæ.

131 Sed ſciēdum nobis eſt,† ꝙ martirium duplex eſt. Aliud occultum,aliud manifeſtum.nā à proſequente mactari in aperto opere martirium eſt,ſed adiuuante nos Dño cōtumelias ferre,odiē tem diligere,patientiam in animo ueraciter cuſtodire, carnalia deſideria ſpiritus gladio trucidare,inter epulas eſurire,inter multas ueſtes & p̄cioſas algere,paupertate premi,inter diuitias,quas mundus offert,quas malignus oſtētat, quas noſter deſiderat appetitus,martirium ſine ſanguine nuncupatur. Vnde Apoſto ad Heb. 1.inter ſpecies martirii tentationis uictoriam intellexit dicēs , Alii uerò ludibria & uerbera experti, inſuper & uincula & carceres lapidati ſunt,ſecti ſunt tentati ſunt , in occiſione gladii mortui ſunt.Hinc etiam Dñs pauperibus & martiribus regnum Cęlorum ęqualiter repromiſit,Mat.5.dicens Beati pauperes ſpiritu,qm̄ ipſorum eſt regnum cęlorum. Et infra, Beati qui perſecutionem patiuntur ꝓp iuſtitiam,qm̄ ipſorum eſt regnum cęlorum.Et quamuis prolixius ſit martirium ſine ſanguine, quia diutius uita cōiter perſeuerat: glorioſius tn̄ eſt cum ſanguine , quia mors eſt ultimum terribiliū.hoc igitur maius eſt in gratia,ſublimius in poteſtate,& precioſius in honore, ut dicit Cyprianus in

132 quadam epiſtola. † qui etiam uocat martires,eremitas & religioſos,ut no. Archid.50.diſt.ſi quis præpoſtera. ibi, mandant aliqua martires fieri.dicit Archid.ꝙ tempore Cypriani Gentiles feriebant inceſſabili rabie Chriſtianos. Et cum ex Chriſtianis aliqui

cederent,

Source : BIU Cujas

cederent, aliqui verò perſiſterent, q̃ perſiſtebant ab aliquib. martires dicebāt, qui pro lapſis pęnitentib. preces Dño porrigebāt.

133 † Martir. n. Grecè, Latinè teſtis dr. ergo qlibet verus fidelis & iuſtus, martir dici poteſt, quia iuſtè viuẽdo teſtimonium perhibet veritatis fidei Chriſtianæ. Hinc etiam Cõfeſſores vocãtur Martires deſiderio, & promptitudine voluntatis, vt de Beato Martino, Ambroſio, & Franciſco, cęterisq; ſimilib. eccleſia ſancta cã-

134 tant.† Martirem. n. non facit pęna, ſed cã. Nec enim latro ille ad dexteram Chriſti pendens, cui dixit Dñs, hodie mecum eris in Paradiſo, Lucæ 23. pro Chriſti nomine crucifixus eſt, ſed ꝓ meritis facinorum ſuorum. nec quia credidit paſſus eſt, ſed dum papateretur credidit, vt dicit Aug. de vnico baptiſmo, lib. 4. & de conſec. diſt. 4. baptiſmi vicem. nã non baptizati formali baptiſmate Chriſti fidem conſtanter amplectentes, & morte propria confirmantes effuſione ſui ſanguinis baptizantur. de cõſec. diſt. 4. cathecuminum. qui ergo martiriũ pro Chriſti nomine ſuſceperit, vitam ęternam abſq; dubio continuo poſſidebit, etiam ſi à malis ſuis non fuerit per pęnitentiam aliam liberatus, vel per ſacramentum fidei ſacro baptiſmatis fonte reſperſus. 15. q. 1. vt itaq;. & not. Archid. in d. c. cathecuminum. Patet in Beata Emerentiana & ſimilibus. Vnde dicit Archid. in d. c. cathecuminum,

135 † ꝓ quatuor modis martyres appellãtur. Vno modo, cum quis interficitur pro tuenda lege Dei, vt patet. 2. Machab. 7. ſecundo modo, cum quis interficitur pro veritate tuenda, vt de prophetis & de Io. Baptiſta, Mar. 6. & Matth. 23. dixit Dñs, Hieruſalẽ Hieruſalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, &c. Tertio modo dñr martires, ſancti innocentes, qui vice Chriſti fuerunt occiſi, Matth. 2. quod etiam piè credendum eſt hodie in paruulis non baptizatis, ſi pro Chriſti nomine necarentur, vt dicunt Thom. & Pet. & communiter Theologi in 4. Sent. diſt. 4. quanquã Hug. aliter dixerit, quod non placet, 15. q. 1. firmiſſimè. Quarto modo martires propriè & ſtrictè dicuntur, qui ꝓ Chriſti fide & ſui nominis confeſſione mactantur, vt Apoſtoli & ſan-

136 cti martires, qui Chriſti fidem ſuo ſanguine comprobarũt.† Vnde rectè dicitur, ꝙ in martirio plus facit opus q̃ volũtas, licèt ẽt voluntas martirii præmietur, de pęnit. diſt. j. nunquid Cain. & c. importuna. & 23. q. 5. non eſt. & q. 8. conuenior. nam & ille latro martir dicitur ratione pręmij, quia ſicut martir, ſic & latro inter pęnas Chriſtum non timuit confiteri, vt dicit. gl. in d. c. importu-

137 na. & vide Thom. 2. 2. q. 124. art. 3. vbi quęrit, † an martirium ſit actus maximæ perfectionis. & reſpondet ꝙ de aliquo actu virtutis dupliciter loqui poſſumus. Vno modo ſecundũ ſpeciẽ actus ipſius, prout comparatur ad virtutem proxime eliciẽtem ipſum & ſic non p̃t eſſe ꝙ martiriũ, ꝙ cõſiſtit in debita tolerantia mortis, ſit perfectiſſimum inter virtutis actus, quia tolerare mortem non eſt laudabile, ſecundum ſe, ſed ſolum ſecundum ꝙ ordinat̃ ad aliquod bonum, quod cõſiſtit in actu virtutis, puta ad fidem & dilectionem Dei. Vnde ille actus virtutis, cum ſit finis, melior eſt. Alio modo poteſt conſiderari actus virtutis, ſecundum ꝙ comparatur ad primum motiuum, quod eſt amor charitatis, & ex hac parte pręcipuè aliquis actus habet quod ad perfectionem vitæ pertineat: quia, vt Apoſt. dicit, ad Colo. 3. charitas eſt vinculum perfectionis. Martirium aũt inter omnes actus virtuoſos maximè demonſtrat perfectionem charitatis, quia tãto magis oſtenditur aliquis aliquam rem amare, quanto pro ea rẽ magis amatam contemnit, & rem magis odioſam eligit pati. Manifeſtum eſt aũt, ꝙ inter omnia alia bona præſentis vitæ maximè amat homo ipſam vitam, & è cõuerſo maximè odit ipſam mortem, & præcipuè cum doloribus corporalium tormentorum, quorũ metu etiam bruta animalia à maximis voluptatibus abſtrahuntur, vt dicit Aug. in lib. 83. qq. Et ſecundum hoc patet ꝙ martirium inter cæteros actus humanos eſt perfectius ſecundũ ſuum genus, quaſi maximæ charitatis ſignum, ſecũdum ꝙ dixit Dñs Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet vt animam

138 ſuam ponat quis pro amicis ſuis.† Vnde & Aug. in lib. de Sancta Virginitate, præfert martirium virginitati, quę ad perfectionem pertinet. Nec obſt. ſi dicatur, ꝙ ad perfectionem vitę videtur ꝑtinere id, quod cadit ſub conſilio, & non ſub præcepto, iuxta illud Matth. 19. ſi vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & veni, ſequere me. Sed ſuſtinere mortem pro confeſſione fidei, videtur ſub præcepto cadere, ad Rom. 10. Corde. n. creditur ad iuſtitiam, ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutem. & 1. Io. 3. dicitur, ꝙ nos debemus pro fratribus animas ponere. ergo videtur ꝙ martirium non pertineat ad perfectionem. Quare reſpondetur, ſecundum Thom. vbi ſupra in reſponſ. ad 1. arg. ꝙ nullus eſt actus perfectionis ſub ꝯſilio cadens, q̃ in aliquo euẽtu non cadat, etiã ſub præcepto, quaſi de neceſſitate ſalutis exiſtẽs, ſicut dicit Aug. in lib. de adulterinis coniug. ꝙ aliquis incidit in neceſſitatem ſeruandæ continentię ꝓp abſentiam, vel infirmitatem vxoris, & ideo non eſt contra perfectionem martirij, ſi in aliquo caſu ſit de neceſſitate ſalutis. Eſt eñ aliquis caſus, in quo martirium ferre non eſt de neceſſitate ſalutis, puta cum ex zelo fidei, & charitate fraterna multotiens leguntur ſancti martires ſponte ſe obtuliſſe martirio. illa autem præcepta ſunt intelligenda ſecundum præparationem animi. Hęc Thom. ibidem. Qui ẽt ſubdit, in reſponſ. ad 2. arg. ex verbo Greg. vlt. Moral. ꝙ obedientia cunctis victimis præfertur, nam martirium complectitur illud, quod ſummum eſſe poteſt in obedientia, vt. ſ. aliquis ſit obe-

139 diens vſq; ad mortem, ſicut de Chriſto legitur ad Philip. 2.† Vnde patet ꝙ martirium, ſecundum ſe eſt perfectius q̃ obedientia abſolutè dicta. Nec obſt. etiam ſi diceretur ꝙ melius videretur eſſe aliis prodeſſe, q̃ ſeipſum in bono conſeruare, quia bonũ gẽtis melius eſt, q̃ bonum vnius hominis, ſecundum Philoſoph. 1. Ethic. vnde docendo & gubernando prodeſt quis multis, ſed martiriũ ſuſtinendo ſibi ſoli prodeſt: quare reſpondetur ꝙ talis ratio procedit de martirio ſecundum propriam ſpeciem actus conſiderato, ex qua non habet excellentiam inter omnes actus virtutum, ſicut nec fortitudo excellentior eſt inter omnes virtutes, dicit Thom. vbi ſupra in reſp. ad 3. arg.

140 Quærit etiã Thom. ibid. de pęna martirii, videlicet, † an mors ſit de ratione martirij. Et reſpondet ꝙ martir dicitur, quaſi teſtis fidei Chriſtianæ, per quam nobis viſibilia pro inuiſibilib. contẽnenda proponuntur. Vnde Apoſt. ad Heb. 11. dicit, fide Moyſes grãdis factus negauit ſe eſſe filium filię Pharaonis, magis eligẽs affligi cum populo Dei, q̃ temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias ęſtimãs theſauro Aegyptiorum improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem, fide reliquit Aegyptum non virtus animoſitatẽ regis. Inuiſibilem enim tanquam vidẽs ſuſtinuit. Ad martirium ergo pertinet, vt homo teſtificetur fidem ſe opere oſtendens cuncta præſentia contemnere, vt ad futura & inuiſibilia bona ꝓueniat. iuxta qđ dicit Apoſt. 2. Cor. 4. nam quod in prę ſenti eſt, momentaneũ & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitatem ęternũ gloriæ pondus operatur in nobis contemplantib. non quæ videntur, ſed q̃ non videntur: quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, ęterna ſunt. Quandiu autem homini remanet vita corporalis nondum ſe opere oſtendit temporalia cũcta deſpicere. Conſueuerunt enim homines & cõſanguineos & omnia bona poſſeſſa contemnere & etiam dolores corporis pati, vt vitam conſeruent. Vnde Sathan induxit contra Iob, pellẽ pro pelle, & cũcta, quæ habet homo dabit pro anima ſua. i. pro vita, Iob 2. Et ideo ad perfectã rõnem martirij requiritur ꝙ aliquis mortem ſuſtineat ꝓp Chriſtum. Vnde Beatus Maximus in quodam ſermone de martirib. dicit, Vicit ergo ꝓ fide moriendo, qui vin-

141 ceretur ſine fide viuendo, † nam fortitudo principaliter cõſiſtit circa pericula mortis. Vnde propriè martirium nõ dicitur pro ſola tolerantia carceris, vel exilij, vel rapinæ diuitiarum, niſi fortè ſecũdum ꝙ ex his ſequitur mors, vt de ſancto Marcellino Papa martiriũ celebratur, qui mortuus eſt in carcere, vt dicit Tho.

142 vbi ſupra. art. 4.† Aliter tamen quandoque ſumitur martirium per quandam ſimilitudinem, ſicut Hiero. in ſermone de aſſumptione Beatæ Virg. dicit, Rectè dixerim, ꝙ Beata Dei genitrix Virgo, & martir fuit, cũ tamẽ in pace vitã finierit. Et Beata Lucia dixit Paſcaſio, Si me inuitã feceris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. volens inferre ꝙ violentia paſſiuè ſpecies

143 fit martirii, ſi pro Chriſti nomine toleretur.† Vnde & Apoſt. ad Heb. 11. inter ſpecies martirij intendit exprimere violẽtiam, cũ dicit, Alij verò ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres. Et ad Heb. 10. exprimit etiam rapinam bonorum dicẽs, Rememoramini autem priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationib. ſpectaculum facti, in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti, nam & cunctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cũ gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manentem ſubſtantiam. Nolite itaq; amittere confidentiam veſtram, quę magnam habet remunerationem: patientia enim uobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes reportetis promiſſionem.

144 Vltimò quærit Thom. ibid.† an ſola fides ſit cã martirij? Et reſpondet, ꝙ martires, ſicut dictum eſt, dicuntur quaſi teſtes, ga. ſ. corporalibus ſuis paſſionib. vſq; ad mortẽ teſtimoniũ perhibẽt veritati, nõ cuicunq;, ſed veritati, quæ ſm pietatẽ eſt, q̃ per Chriſtũ nobis innotuit. Vnde & martires Chriſti dñr quaſi teſtes ipſius. huiuſmodi autẽ eſt veritas fidei: & ideo cuiuſlibet martirij cauſa eſt fidei veritas. Sed ad fidei veritatem nõ ſolum pertinet ipſa credulitas cordis, ſed etiam extrinſece proteſtatio. quæ quidem fit non ſolum per verba, quibus aliquis confitetur fidem, ſed etiam per opera, quibus aliquis fidem ſe oſtendit habere, iuxta illud Iaco. 2. Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Et infra, ſic & fides ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Sed dicet quis, Tu fidem habes, & ego opera habeo: Oſtende mihi fidem tuam ſine operib. & ego oſtendam tibi ex operib. fidem meam. Vnde & de quibuſdam dicitur ad Tim. 1. Cõfitentur ſe noſſe Deũ, factis aũt negãt, & ideo uirtutum oĩum opera, ſecundum ꝙ referuntur in Deũ, ſunt quædam fidei proteſtationes, per quam nobis innoteſcit, ꝙ Deus huiuſmodi opera requirit à nobis, & nos pro eis remune-

145 rat. Et ſecundũ hoc poſſunt eſſe martirii cauſa.† Vnde & Beati Io. Baptiſtæ martirium in eccleſia celebratur. qui non pro negãda fide, ſed pro repręhẽſione adulterij mortem ſuſtinuit ab hę-

rede, ut

Source : BIU Cujas

rede,ut patet Mar 6.& Mat.4.Ex hoc etiam 1.Pet.4. dicitur, Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur,aut aliquid huiuſmodi.Si autem vt Chriſtianus non erubeſcat, glorificet autem
146 Deum in iſto nomine.† Chriſtianus.n.dicitur,qui Chriſti eſt:dicitur autem aliquis eſſe Chriſti non ſolum ex eo, ꝙ habet fidē Chriſti,ſed etiam ex eo ꝙ Spiritu Chriſti ad opera virtuoſa procedit,iux.illud Apoſt.ad Rom.8. ſi quis Spiritum Chriſti nō habet, hic non eſt eius.Secūdò dicitur eſſe Chriſti,qui ad imitatiō nē Chriſti peccatis moritur,vt probat Apoſt.ad Galat.5.dicens, Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.Et ideo vt Chriſtianus patitur, non ſolum,ꝙ patitur pro fidei confeſſione,quæ fit per verba, ſed etiam quicūque patitur pro quocunq; bono opere faciendo,vel pro quocū que peccato vitando pp Chriſtum, quia totum hoc pertinet ad fidei proteſtationem. Vnde quodcunq; bonum humanum refe
147 ratur in Deum,martirij cauſa dici poteſt.† Ex ſic pro eccleſię ſtatu & libertate mortem ſuſtinentes, martires poſſunt meritò reputari. Et Chriſoſt.ibi dicit,pp iuſtitiam,hoc eſt pp virtutem.pp defenſionem aliorum, pp pietatem. iuſtitiam enim conſueuit Dñs pro omni virtute animæ deſignare,non autem dixit, Beati,qui à gentibus perſecutionem patiuntur, ne putes illum ſolū Beatum, qui perſecutionem patitur propter idola non colenda.
148 † Ideo & qui ab hęreticis perſecutionē patitur propter veritatē non relinquēdam, Beatus eſt, quia pp iuſtitiam patitur.ſed & ſi quis ex potentib. qui Chriſtiani vidētur forſitan pp peccata ſua correptus à te, fuerit te perſecutus,Beatus es cum Io. Bapt. Si.n. verum eſt ꝙ prophetæ martires ſunt, qui à ſuis occiſi ſunt, ſine dubio,qui pp cauſam perſecutionis ſi aliquid patitur,etſi ab alijs patitur, mercedem martirij habet. & ideo nō poſuit ſcriptura pſonas perſequentium,ſed ſolam cauſam, vt non aſpicias quis te per ſequiť,ſed pp quod.Hæc Chriſoſt ſup Matth.vbi ſupra.Hier.
149 etiam in legenda Sanctæ Paulæ dicit, † Non ſolum effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur martiriū,ſed deuotæ quoq; mētis ſeruitus eſt quotidianum martirium.Et Chriſoſt. in quodam ſermone dicit, habet paupertas martiriū ſuum, & egeſtas bene tolerata facit martirem: egeſtas inquam, propter Chriſtum, nō propter neceſſitatem.
150 † Sed nunquid ſemper ſit conſultius pro martirio ſe carnifici bus exhibere? Reſpondeo ſecundum Iſid. de ſummo bono, ꝙ non indiſtinctè,ſed diſcretè ſe quis debet offerre. Vnde dicit lib. j.c.24. vir ſanctus vltro ſe in agone pro certamine debet offerre iuſtitię:& ſi agonis fructum viderit vberrimum,non debet labo ris declinare periculum. Quòd ſi magnus eſt labor, quantū animarum lucrū,declinandus eſt labor. Vtrumq; horū fecit Apoſt. qui & periculis vltro ſe dedit, vbi maximum animarū lucrū vidit,& ſapienter ſe periculo abſtulit,vbi fortiorem laborem,q̄ lu-
151 crum eſſe conſpexit.† Vnde Ceſarem appellauit periculum fugiens ex Iudea,Act.25.26.& 28.Et de Damaſco per feneſtram in ſporta dimiſſus eſt per murum,vt effugeret manus præpoſiti gētis Arete regis.2.Cor. 11. nec tamen effugere voluit manus Neronis,cuius imperio decollatus eſt extra Romam,vbi dicitur ad tres fontes.inde dicit ibi gl.in ver.per feneſtrā &c. Quidam inſigne factum hoc eſſe dicunt, quia non Dei auxilio liberatus eſt, ſed ante non eſt neceſſarium Dei ſuffragium, q̄ deficiat humanum. nec debet aliquis expectare diuinum auxilium, dū habet quid faciat, ne videatur tentare Deum. Ideo & Apoſtolus à diſcipulis per feneſtram in ſporta dimiſſus eſt, vt effugeret.Sed videtur non feciſſe ſicut bonus paſtor,ſed vt mercenarius, cui nō eſt cura de ouibus,quas lupo veniente deſerit,vt dicit Dominus Io.10.Subdit gl.prædicta, ſed nunquid nō fuit ei cura de ouibus, qui fugit? fuit planè. Eas enim paſtori in cęlo ſedenti orationib. commēdabat,qui & ab ipſo ſuo paſtore dictum audierat, ſi vos perſecuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam.Matth.10. Quis autem credat hęc ita Dñs fieri voluiſſe,vt neceſſario miſterio,ſine quo viuere nequeūt greges, quos ſuo ſanguine comparauit. Nec ipſe Chriſtus hoc fecit,quādo portantib.parentib.in Aegyptum paruulus fugit,Matth. 2. quia necdum eccleſias congregauerat,quas ab eo deſertas fuiſſe dicamus. Faciant ergo ſerui Chriſti miniſtri verbi,quod præcepit,vel permiſit, ſicut ipſe Chriſtus fugit in Aegyptū,fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem, quādo eorū quisq; ſpecialiter à perſecutoribus quæritur, vt ab aliis qui non ita requiruntur,non deſeratur eccleſia,ſed præbeat ciba ria conſeruis,quos aliter viuere non poſſe nouerunt. Cum autē omnium.i. epiſcoporum & clericorum & laicorum eſt cōe periculum,ſi qui alijs indigent,non deſerantur ab his,quibus indigent.aut igitur ad loca munita omnes tranſeant,aut qui habent neceſſitatem remanendi non relinquant ab eis, per quos illorū eſt eccleſiaſtica ſupplenda neceſſitas,vt vel pariter viuant,vel pariter ſufferāt,ꝙ eos paterfamilias nollet pati.hoc idē ſentit Aug. in Hom.ſuper Io.12.c.ibi,Qui amat animam ſuam, &c. dicens, Cum autem cauſæ actus venerit, vt hæc conditio proponatur, aut faciendum eſſe contra Dei præceptum, aut ex hac vita migrandum,quorū duorum homo cogatur alterum eligere comminātę mortem perſecutore,vbi eligat Deo dilecto mori, q̄ offenſo viuere,ibi oderit in hoc mundo animam ſuam,vt in vitā ęternam cuſtodiat eam.Et parum ſupra idem Aug dicit,ſi cupis vitam tenere in Chriſto,noli mortem timere proximo, ſane intelligendo, vt dictum eſt, ſi illa extrema conditio proponatur. aliter autem tutius eſt fugam eligere,vbi profectus aſpicitur plurimorum.iuxta quod dicit Beatus Maximus in ſermo. de martirib.Rectè atq; ex debito, eccleſiæ Beatorum Martirum celebrat inſignia,qui illuminantes virtute fidei ſuę innumerabiles populos,ſoli quidem illatam ſibi ſenſerunt mortem, ſed nō ſoli mortis ſuæ beneficia poſſederunt. Immenſa enim Dei noſtri pietas multiplex ad bonitatem, & artifex ad ſalutem proponēs arduā virtutū palmam raros appetitores precioſam in pancorū trium
152 phis plurimorum commodis perſpicit. † Illorum ſiquidem merita,noſtra vult eſſe ſuffragia,ſimulq; dum nobis fidem verā duro martirij agone cōmendat afflictionem præcedentium inſtructionem efficit poſterorum.Quanta eſt circa nos Dei noſtri ſolicitudo,illos examinat,vt nos erudiat. illos ęterit vt nos acqrat eorumq; cruciatus noſtros contulit eſſe perfec.Meritò ergo eos colimus,qui periculis ſuis pugnant & noſtris vtilitatib.militant, qui per lucis vitæq; contemptum edocent nos quantum Deo noſtro debeamus affectum. Hæc ille. Ex quibus clarè patet,ꝙ nō inconſultè & temerariè ſe debet quis ingerere morti, ſed cautè, prudenter & diſcretè,patienter viuere, & mortem pro Chriſto pati auide peroptare.

Circa quod Henricus de Gandauo in ſuo quolibet 12. q. 29.
153 vbi tractat, † an ſtatus prælatorū maior ſit, & perfectior quàm ſtatus religioſorum,in vltima charta dicit,ꝙ prælatus ſe totū offert,quia & vitam ad ſeruitium, & mortem ad ſupplicium quandocunq; fuerit opportunum. Religioſi autem non dant ex voto niſi vitam ad ſeruitium.Et hoc non publicum,vt prælati, vnde prælatis bene competit illud Pſal.68.Zelus domus ſuæ comedit me.ſ.pp nimiam charitatem,qua prælatus diligit Deum non tantum in ſeipſo,vt religioſus,ſed etiam in proximo.Zelum habent non ſolum Dei,qm̄ ſolum habet religioſus reſpectu prælati,ſed etiam domus Dei.i.eccleſiæ & iſte zelus eum corporaliter & in vita & in morte cōſumit,quia in vita per ipſum ſeruit corrigendo,increpādo,& huiuſmodi opera exercendo, & morti fi-
154 naliter ſe exponit, † vt per hoc ſit totum incēſum holocauſtū. Incenſum autem dicitur quaſi incendio cōſumptum. Vnde & de hac conſumptione ſubditur in Pſ. Et opprobria exprobrātiū tibi ceciderunt ſuper me.i.ſecundum Aug.quia perſecutus ſum iniquitates,quia corripui,quia flagellaui in templo male verſantem.Iterum,ſacrificium ſolet in aquis decoqui,holocauſtum ſolet igne aſſari.Religioſi ergo,quia in mollitie contemplationis, quaſi in humido & in calore obtuſo decoquuntur ſacrificium ſunt.prelati autem, quia in ardore tribulationis, quaſi in igne & calore acuto comburuntur, propriè holocauſtum ſunt, & ſic fit allegoria contra allegoriam,vna pro religioſis contra prælatos,in quantum non renunciant omnibus:alia pro prælatis cōtra religoſos, inquantum non exercent tāta perfectionis opera. Et ſubditit idem. Henricus, ſed adhuc cōtra primum dicunt ali qui,ꝙ religioſi vouētes ſemper parati ſunt, quātū in ſe eſt ſubire martirium,& ad hoc ſemper habent animum paratum magis q̄ prælati ex maiori feruore charitatis,quam habent ex cōtemplatione q̄ prælati ex ſua adminiſtratione.Sed quia martirium pugnit ab extrinſeca actione, quæ prælatis ratione ſui ſtatus occurrit,& dat eis materiam martirium ſuſtinēdi, ideo prælatis potius incumbit animam ſuam ponere pro domo Dei,q̄ religioſis.Nihilominus tamen, quia parati ſunt animo propter ea, quę amittūt in materiali.ſ.in exercitio, recuperāt in formali.ſ.in intenſo deſiderio:& propterea,vt dicūt,alligati ſunt ad mortem ſpiritualem,quæ eſt vita clauſtralis,cuius ſuſtinentia pp ſui diuturnitatē
155 videtur ęquiparari ſuſtinentiæ mortis temporalis.† Sed reſpondet prædictus Henr.dicens, ꝙ ſi religioſus quocunque tempore debet animum habere paratum ad ſuſtinendum pro Deo, & p domo Dei martirium, hoc non habet ratione voti,ſed ratione charitatis ad Deum & ad proximum ſimpliciter.ad hoc enim tenetur etiam quilibet laicus. p̄latus aūt ad hoc tenetur ex eadem cauſa:& pluſquam religioſus, quāto plus debet eſſe perfectus in propria perſona. & quod amplius eſt, ex prælationis officio ad quod obligatus eſt.primus debet ſe ad martirium pro alijs offer-
156 re,cū opus fuerit,vt in primo Paſtoral.c.9.dicit Greg.† qui epiſcopatum deſiderat,bonum opus deſiderat. 1.Thim. 3. illo in tēpore dicitur,quo quiſq; plebibus præerat,primus ad martirij tormenta ducebatur,tunc fuit laudabile epiſcopatum quærere, qñ per hunc quemquam dubium non erat ad ſupplicia grauiora p uenire.de quo 7.q.j.aduerſitas.& 8.q.j.qui epiſcopatū. ſubdit Hēric.ſicut autem tunc pp occaſionem prælatus prior erat ad martirium de facto, ita adhuc prior debet eſſe de iure, quod multo præcellit q̄ ad perfectionem ſtatus & perſonæ & operis.Quicqd quidem religioſus habet in ſe ex animi deuotione, aut ex voto quocunq;, quanto amplius eſt & difficilius pro ſalute aliorū vitam ponere,ad quod pro tempore prælati obligantur,q̄ temporalia dimittere & caſtimoniam ſeruare. Et adeo omnino perfectior illis iudicandus eſt non ſolum ſicut in ſe perfectus exiſtēs, ſed ſicut exemplo & facto alijs perfectionem tribuēs. Et ſubdit,

Source : BIU Cujas

Vlterius autem dicunt prædicti religioſi, ſe eſſe paratos affectione,& charitate animi quantum eſt in ſe ad martiriū. Et per hoc in nullo diminui à perfectione prælatorum. dico ꝙ falſum eſt. Bonus enim prælatus maiorem feruorē charitatis haurit ex cōtemplatione,q̄ religioſus, & eſt magis eius augumentum ex ſua adminiſtratione,q̄ ille ex ſua contemplatione, vt patet ex dictis. Quod autem additur, ꝙ mors ſpiritualis diuturnitate temporis
157 equiparatur morti corporali, dico etiam ꝙ falſum eſt: † ſic nec diuturnitas virginitatis obſeruatæ,ſecundum Aug. poteſt ęquiparari martirio. Sic econtra poteſt dici de prælatis, ꝙ ex obligatione,qua prælaturam aſſumunt,tenentur etiam tempore oportuno pro ſubditis omnia temporalia dimittere,& eis ipſos paſcere,dicente Greg.in Hom. ſuper illud Io. 10. Ego ſum paſtor bonus. Audiſtis fratres chariſſimi,eruditionē noſtrā,audiſtis & periculum noſtrum, & ita oñſa eſt nobis de comtemptu mortis, via,quam ſequimur.primo exteriora noſtra miſericorditer omnibus impendere:poſtremò verò,ſi neceſſe eſt, mortem pro eis debemus ſuſtinere.ſic ex obligatione habent prælati propriorū dimiſſionem, ſicut & mortis per paſſionē Et ideo omnino potius dicendi ſunt holocauſtum,q̄ religioſi. Hæc Henr. vbi ſupra. Hæc ſanè intelligenda ſunt habito reſpectu ad conditionem ſtatus. Indubitanter enim perfectior eſſe debet ſtatus prælatorum, q̄ ſubditorum. In omni enim genere ſemper agens præſtantius eſt patiente.In genere aūt perfectionis epiſcopi & prælati ſe hñt,
158 vt perfectiores: † religioſi verò,vel ſubditi in religione ſe habēt vt perfecti,quorum vnū pertinet ad actionem,ſcilicet perficere alios: alterum pertinet ad paſſionem. ſ. perfectū eſſe à perfectiore. Manifeſtum eſt igitur ꝙ ſtatus perfectionis potior eſt in perficiente, & ſic in epiſcopis,q̄ in perfectis, & ſic in religioſis, habito tamen reſpectu ad conditionem perſonæ facile eſt aliquē re-
159 ligioſum perfectiorem reperire aliquo epiſcopo.† nam ſi ſtatus epiſcopalis perfunctoriè agatur,nihil miſerabilius apud Deum. Vnde Aug.ad Valer.intendens oſtendere,ꝙ non ordines,ſed vitæ merita nos Deo commendat dicit,Ante omnia peto,vt cogitet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in hac vita, & maximè in hoc tempore,facilius & leuius & omnibus acceptabilius,epiſcopi aut pręsbyteri, aut diaconi officio,ſi perfunctoriè atque adulatoriè res agatur. ſed nihil apud Deum miſerabilius & triſtius & damnabilius.Item nihil eſt in hac vita, & maximè in hoc tpe difficilius,laborioſius,& periculoſius epi, aut pręsbyteri aut diaconi officio:ſed apud Deū nihil beatuis,ſi eo modo militeť,quo noſter Imperator iubet hæc.40.diſt.ante omnia.Simile.1.q.1.viliſſimus.vbi Simmacus Papa Laurentio, Mediolanēſi epiſcopo,
160 ſcribit dicens,† Viliſſimus eſt computandus,niſi præcellat ſcientia & ſanctitate, qui eſt honore præſtātior. Simile 25. diſt.nunc autem.nam,vt dicit Hier.in epiſt.ad Ocean.Talis eligat̄ ſ.in epiſcopum,cuius comparatione,cęteri grex dicant̄.ad idem 6 . diſt. in ſacerdotibus. nam diſcere quis debet anteq̄ doceat, & exemplum religioſę conuerſationis,de ſe potius aliis p̄parare,q̄ ſumere emendatiorem eſſe conuenit populo, quem neceſſe eſt orare pro populo longa obſeruatione religioſus clericus tradatur, vt luceat,& clericalib obſequiis erudiendus inſeruiat, vt ad venerandi gradus ſummam perductus quis ſit fructus humilitatis oſtendat. dicit ibi tex & in c. cum in cunctis, ext. de elect. dicit tex. Cum in cunctis ſacris ordinibus & eccleſiaſticis miniſterijs ſint ętatis maturitas,morum grauitas, & literarū ſcientia inqui-
161 rendo, † multo fortius hoc in epiſcopo oportet inquiri, qui ad curam poſitus aliorum in ſei ipſo oſtendere debet qualiter alios in domo Deum oporteat conuerſari.

Ad propoſitum igitur redeundo,nequis inconſultè,vel temere ſe morti tradat,idem Henricus in ſuo 15.Quolib.in vlt.q in ſi-
162 mili diſputat, † vtrum miles irruens præuolando cōſortes ſuos in hoſtium exercitū,faciat opus magnanimitatis. Et arguit primò,ꝙ non: quia,ſecundum Aug. virtutibus non conuenit male vti, nec ad agendum malum opus, ſed talis male vſus eſt magnanimitate & ad malum opus,quia ad mortē ſuam. ergo, &c.
163 † nō eiñ licet ſeipſum occidere ex virtute magnanimitatis, nec etiam ex zelo Dei, ſicut dixit Aug. ſuper Io. 12.ibi, qui odit animam ſuam in hoc mundo,in vitam ęternam cuſtodit eam. Sed vide, inquit Aug. ne tibi ſubrepat, vt teipſum velis interimere, ſic intelligendo, ꝙ debes odiſſe in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni atq; peruerſi homicidę flammis ſe donant,aquis præfocant,præcipitio collidunt & perimunt. hoc Chriſtus non docuit, imò etiam Diabolo præcipitium ſuggerēti rñdit,Vade Sathana,ſcriptum eſt,non tentabis Dominū Deū tuum,Matth.4.Petro autem dixit ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum. Cū eſſes iunior, cingebas te,& ambulabas vbi volebas:cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & ducit quo tu non vis.hoc autem dixit poſt ſuam reſurrectionē,in ſept.apparitione ad mare Tyberiadis,vt patet Io. vlt. vbi ſatis expreſſit non à ſeipſo,ſed ab alio debere occidi, qui ſequi deſiderat veſtigia Saluatoris. de qua materia ſatis agitur 23.q.5.ſeipſum. &c. ſi non licet. cum pluribus cap.ſeq.& in c.nō eſt noſtrum.& Thom.tractat 2.2.q.64. Ad partem contrariā arguit pręfatus Henr.ex eo,quod ſcribit Can.vlt.fortis eſt,vt mors dilectio,quia zelanter diligens pro dilectio in neceſſitatis articulo mortem contemnit. ergo, &c.

164 Reſpōdēdo pro deciſione dicit, † Quia iſta q.tangit & ponit in exemplum captionem ſubuerſionem atq; deſtructionem ciuitatis Achonenſis atq; Chriſtianorum & incolarum eiuſdem factā per ſaracenos anno Dñi 1291. die 10. menſis Maij. & altius exordiendo de bello licito per multas auctoritates Tullij de offic.& Vegetij de re milit. dicit, ꝙ ſimiles ille aggreſſus eſt bellū, ſolus cęteris fugientib. ex præſumptione aut ambitione gloriæ, aut cupiditate alia,aut fortè temere & inconſultè, vt videtur innuere ipſa quæſtio in eo,quod dicit,militem præuolaſſe,non fecit,opus virtutis.nam vt dicit Tullius 1. de offic. Ad rem autem gerendā,qui accedit, caueat ne id modo conſideret, q̄tū illa res honeſta ſit,ſed etiam vt habeat faciendi facultatem. in quo ipſo conſiderandum eſt, ne aut temerè deſperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. & infra,omnino illud honeſtum,quod ex animo excelſo magnificoq; quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. exercendum tamen corpus, & ita aſſiciendum eſt,vt obedire conſilio rationiq; poſſit in exequendis negocijs & in laborib.tolerandis. Et infra, Quare expectanda quidem magis eſt diſcernendi ratio, q̄ decertan. fortitu-
165 do.† fortis autem & conſtantis animi eſt, non perturbari in rebus aſperis,nec timore de gradu eijci, ſed prudenti animo vti & conſilio, nec à ratione diſcedere,nec committere,vt aliquando dicendum ſit,non putarā. Hæc ſunt opera magni & excelſi animi & prudentia conſilioq; fidentis. Temere autem in acie verſari,& manu cum hoſte confligere inhumanū quiddam & belluarum eſt ſimile. Sed cum tempus, neceſſitasq; poſtulat, decertandum manu eſt,& mors ſeruituti, turpitudiniq; anteponēda. ſed fugiendum eſt illud, ne offeramus illos periculis ſine cauſa, quo nihil poteſt eſſe ſtultius. Hinc dicit etiam Vegetius de re militar.lib.3.c.vlt.Boni duces publico certamine nūquam niſi ex occaſione aut nimia neceſſitate conſligunt. ſi igit̄ miles ille Achonenſis deſolationis tempore non confidēs de commilitonum adiutorio,nec putans eos paratos, vt ſimul ad bellum procederent,ſolus in hoſtes præuolando inſiluit ipſe ſine omni rationabili cauſa morti ſe obtulit ſcire debens,ꝙ nihil per ſe ſolus perficere poterat,non magnanimi,ſed ſtulti opus egit.Sed quia,vt dicitur,ſaraceni ante auroram ſubito ciuitatem Achonen. intrauerunt, nec fuit tunc Chriſticolis in illa permanentib. tempus
166 maioris deliberationis,† ſed ſolummodo ſtatim exercendæ virtutis, quæ ſecundum philoſoph. 2. Ethic. maximè in repentinis probatur.Miles igitur p̄dictus, qui vt dicitur dux erat exercitus, q̄,citius occurriſſet,forte iacens in excubiis armatus cum aliis & paratus ad bellum,ſtatim audito tumultu, & diſcurrentibus ſaracenis per vicos exilijt, putans commilitones ſuos ipſum cōſecuturos in hoſtes ſolus irruit, attendens illud Vegetij de re mili. lib 3.c.8.Ne verò repentinus tumultus amplius noceat,ante cōmonēdi ſunt milites, vt parati ſint omnino, vt arma in manib. habeant in neceſſitate.etenim, quæ terrent, ſubita non prouiſa non ſolent prouiſa eſſe formidini.& c.6.eo.lib.dicit,Multa quidem ſunt dicenda atq; obſeruanda,pugnantibus,ſi quidem nulla ſit indulgentię venia,vbi de ſalute certatur.& lib j.c.14.dicit,in aliis rebus,ſicut ait Cato,ſi quid erratum fuerit,poſtmodum corrigi poteſt, præliorum delicta emendationē non recipiunt,cum
167 pęna ſtatim ſequatur errorem.Et lib 4.c.39.dicit,† ſicut enim p̄uidos cautela tutatur,ſic negligentes extinguit ignauia.Quod ſi ita fuerit,quia tunc tempus, neceſſitaſq; poſtulabant decertādū eſſe manu,& mortem ſeruituti turpitudiniq; fore anteponēdā & nullum fugiendum. quod re vera ita putādum eſt contigiſſe. Idcirco credendum eſt animam militis ſaluam fore.aliterq; dicendum eius opus magnanimitati potius aſcribendum,q̄ temeritati aliquatenus imputandum.† Ex cuius magnanimitatis habitu repente eligit opus ſummè arduum,honeſtè.ſ. mori pro fide & ciuitate, quod eſt vltimum terribilium, q̄ fugiendo inhoneſtè viuere.Et fortè fuga incerta non ſubueniente iugum ſeruitutis Saracenorum ſubire. Quod ſi cæteri conciues & cōmilitones ſic feciſſent,& tales fuiſſent vt ille, credendum eſt proculdubio ꝙ Domino iuuante victoriam reportaſſent & ciuitas ſtaret ſub dominatu fidelium Ieſu Chriſti.nam,ut dicitur j.Machab.3. facile eſt ex concludi multos in manu paucorū,& non eſt differentia in conſpectu Dei cęli liberare in multis & in paucis,q̄ñ non eſt multitudine exercitus victoria belli, ſed de cęlo fortitu-
169 do eſt.Et ut dicit Veget.de re milit.lib.3.c.22.† Victoria ſemper per paucos fieri cōſueuit,& maximè per homines virtutis.& li.j. c.10.dicit,in omni conflictu non tam prodeſt multitudo,q̄ virtus.Sic ergo ſi Achonenſes pro poſſe bellaſſent & in Domino confiſi dixiſſent adinuicem mutua vice quilibet ad proximum, quod dixit Iudas continuò poſt prædicta 1.Mach.3.Ipſi veniunt ad nos in multitudine & ſuperbia,vt diſperdāt nos & vxores noſtras ex filios noſtros, & vt ſpolient: nos verò pugnabimus pro animabus noſtris & legib.noſtris,& ipſe Dominus conteret eos ante faciem noſtram. Vos autem ne timueritis eos. Miles ergo prædictus laudandus eſt potiusq̄ culpādus.Intellexit enim illud Pſal. preciosa in conſpectu Dñi mors ſanctorū eius. quaſi dixe-

rit vna

Source : BIU Cujas

170 rit vnà cũ Tullio,in oratione populari ad Senatum,† Nihil duri,vel acerbi mihi erit, quod rempublicam tutabitur. non enim victus cedo,nec mors moderanda est, quæ ob rempub.capitur: nec exercitium turpe est,quod virtute suscipitur, præsertim cũ non nullam hę pęnæ habeant in se consolationem, nam vitam surripiũt,nõ adimunt gloriam. mortali siquidem exercitio mutabunt corpus,non animum à repub.remouebunt Et j.de offic.
171 dicit,† omnes omnium charitates patria vna complexa est,pro qua quis bonus dubitet mortem appetere, si ei sit profutura.q.d. nullus. Ex prædictis patet secundam rationem esse cõcedendã.

Sed pro clariori solutione prędictorũ, quare ꝯ prædictũ militem arguebatur ex fuga cæterorum, qui fugiendo se saluos fe-
172 cerant, oportet sic discutere,† an licitum sit fugere bellum, qđ contra patriam ac parrias leges acceptum est ab hostib. legis & fidei Christianę. Et sentiẽdum est in hac materia idem de fuga prelatorum maiorum & minorum,quod & de fuga principum superiorum & inferiorum. & idem de fuga simplicium clericorum,quod & de fuga simplicium laicorum.Quia sicut prelati tenentur ministrare populo in spiritualibus ad fomentum & cõseruationem eorum vitæ spiritualis, sic Principes ministrare tenentur eidem in temporalib.ad fomentum & conseruationem vitæ eorum temporalis: propterea namq; de publico prouisum est eis in tẽporalib. rebus ad vsum necessarijs, vt dicit Apost. ad Rom.13.propter hoc enim tributa præstatis: ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes.& loquitur de principibus,cum dicit,omnis anima potestatib.sublimioribus.subdita sit.& infra,nam Principes non sunt timori boni operis,sed mali. Et cõcludit infra,Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, &c.
173 † ergo Principes non debent subditos in periculo belli deserere fugiendo,nisi secundum modum sequentẽ exponendum de fuga prælatorum principaliter,quamuis prelati ad non relinquendum populum pęna maioris criminis astringantur, quanto magis necessarium est populo in bellorum periculis ministerium prælatorum in spiritualib. q̃ principum temporalium in tempo-
174 ralibus.† De debito enim principum in impugnatione aduersariorum ecclesiæ dicit Aug.super Io.sic, commouentur potestates Christianę contra dissipatores & detestatores ecclesię,si non commouerentur, quomodo redderent rationem de imperio suo Dño,quia & hoc pertinet ad reges sęculi Christianos,vt suis temporibus pacatam velint matrem suam ecclesiam hr̃e, vnde spiritualiter nati sunt.Ad quod 23.q.4.quando Deus. & 23.q.5. principes sęculi.& ead.ca.q.1.quod culpatur. & c.militare. & c. summa.& ead.cau.q.3.nostri,& c.pro membris.& c.fortitudo.& c.ab Imperatoribus.& quasi per totum. Item Aug.ad Bonifac.Comitem dicit,Qũo Domino reges seruiunt in timore,nisi ea,quę contra Domini iussa sunt religiosa seueritate prohibendo atq; petẽdo.Aliter enim seruit rex,quia homo est,aliter quia rex est. quia homo est,seruit viuendo fideliter:quia rex est,seruit conuenienti rigore scindendo.Et Isid.in d.c.principes. dicit, Principes sęculi nõ nunquam intra ecclesiam potestatis adeptę culmina tenent,vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticã muniãt.Cęterum intra ecclesiam potestates necessariæ non essent, vt quod non prævalet sacerdotes efficere per doctrinæ sermo-
175 nem,potestas,hoc imperet per disciplinę terrorem.† Sępe namque per regnum terrenum cęleste regnum proficit, vt qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam agunt rigore principum conterantur.Et infra. cognoscant Principes sęculi Deo se debere esse reddituros rationem propter ecclesiam quam Christo tuendam suscipiunt: nam siue augeatur parum & disciplina ecclesiæ per fideles Principes, siue soluatur ille ab eis rationẽ exigit,qui eorum potestati suam ecclesiam.tradidit. Vnde ad ecclesiam tuendam possunt prælati compelli,23.q.5.præterea.Vbi dicit tex.sicut principib.& potestatibus fidem & reuerentiã exhibere cogimur, ita sęculariũ dignitatũ administratorib.defendẽdarũ ecclesiarum necessitas incũbit. qđ si facere cõtempserint, à communione sunt repellendi. Idem patet in c.seq. Ad titulũ igitur quæstionis & pro responsione ad argumentum contra dictum militem,distinguendum est tripliciter: quia aut tale bellũ est imminens tantum,& timetur venturum:aut est iam instans, & comprahẽsus est populus fidelis ab aduersarijs:aut est deficiẽs aduersarijs obtinentib.iam victoriam. Si bellum est imminens, subdistinguendum est etiam tripliciter,quia aut omnes possunt fugere & simul rationabiliter desperant de victoria si per sistant:aut nec potest, nec debet aliquis illorum rationabiliter desperare:aut aliqui eorum sperant & aliqui desperant, vel nõ possunt fugere.si primo modo, tunc omnes ad instar vniuscuiusq; exercitus fugere tenetur,nec se periculo exponere nam,vt dicit Hier. frustra niti,& nihil aliud pręter odiũ quęrere, summa dementia est.& expressius Ecclesiastici.3.in superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Et infra,qui amat periculũ,in illo peribit. Si secundo modo,tunc nullus debet fugere,sed vnanimiter tũc hostibus se opponere pugnando pro patria & repub.nam, vt dicit Veget.de re milit.lib.3.c.24. Qui autem post aggressum recedit ex acie,suis fiduciã minuit & inimicis addit audaciam. Et cũ hoc conuincitur plus diligere seipsum & vitã suam, q̃ remp. qđ
176 esse nõ debet,dicẽte Tullio in oratione populari,ad Senatũ,† Si ab initio fui tã acutus,vt non me mea cã putarẽ esse natũ, q̃ rei-
177 pub.,creatũ.Et idẽ in fine primi libri Inuectiuarũ dicit,† Patria mihi vita mea charior est. propter quòd patet, quòd pro patriæ defensione quilibet se debet exponere morti. Vnde idem Tul. in Commen. inuectiuarum dicit, si quid contigerit ęquo animo, paratusq; moriar: nec enim turpis mortis viro forti potest sarcina accedere,nec consulari, nec miseria sapienti. Et infra in eodem dicit,Itaque sapientes nunq̃ eam inuiti fustinuerunt,fortes sępe appetierũt. Vnde qui in defensione fidei,vel patriæ moritur,cęleste præmium acquirit.Vnde Leo IIII.exercitui Frãcorum scribit dicens, Omni timore ac terrore depositio contra inimicos sanctę fidei & aduersarios omni religioni agere viriliter
178 studete. † nouit.n.omnipotens,si quilibet vestrum moritur, q̃ pro veritate fidei,saluatione patriæ ac defensione Christianorũ mortuus est.Ideoq; a Deo cęleste præmium cõsequatur.23.q.8. omni timore.In tali ergo casu nulli licitũ esset fugere, nisi fortè mulieribus pueris & viris inualidis, dicente Veget. de re milit. lib.9.c.9.Imbellis ętas & sexus propter necessitatem frequenter excusa est,aut suasus ab aliis, qui cum maiori vtilitate communi-
179 tatis reseruare intẽdunt. † Vnde Dauid Propheta se subtraxit a bello imminente, secundum Aug.in Epist. ad Honoratum,in qua diffusè tractat materiam de fuga prælatorũ. Deniq; inquit sanctus Dauid ne committeret se periculis bellorum, & fortè extingueretur.Sicut enim ibi dictũ est, lucerna Israel à suis hoc petentibus sumpsit,non ipse præsumpsit;alioquin multos imitatores fecisset ignauię, qui cum crederent hoc fecisse non considerationevtilitatis aliorum, sed suę perturbatione formidinis. Nec tantum intelligitur hoc de fuga Dauid a persecutione Saul 1. Reg. 18. Sed magis de fuga, quam petijt Dauid a persecutione
180 Absalon filii sui.2.Reg.15.† Tunc enim magis excusabatur propter ętatem:alias autem de bellis publicis fugientes efficiuntur infames.6.q.j.infames.& 1.q.1.quod quidam. versi.si enim,in gl. qui fortè.Et quod plus est,lesę maiestatis crimine iudicantur,vt in d.c.infames.& not.glos.1.dist.ius militare.Vnde secundum le-
181 ges capite puniũtur.ff.de re milit.l.omne.§.qui in acie.† Si tertio modo,tunc si possunt fugere, & si maior & sanior pars desperat de victoria & defensione,& iudicat fugiendum illis qui sperant, licitum est cum alijs fugere,si possunt, etsic licitum est oẽs fugere:sed illi qui sperant, non tenentur cum aliis fugere. Immo si vellent persistere & hostibus se opponere,hoc licitum esset eis: & tunc alii,qui desperabant,tenentur cum eis stare cõtra hostes tunc paratos,aut cum aliis cõtra hostes stare & esse paratos, aut cum alijs hostes diuidere, aut simul cõmori cum illis, aut si sint aliqui inter illos, qui non possunt fugere: tunc illi qui tenentur talibus ministrare spiritualia, fugere non possunt, secũdũ Aug. dicentẽ in ead.epist.ad Honor.Cum omnium,idest Episcoporũ & clericorum & laicorum,est commune periculum,ij qui cum alijs indigent,non deserantur ab aliis, quibus indigent. Aut igit ad loca munita omnes transeant,qui manendi habent necessitatem non relinquantur ab eis, per quos illorum ecclesiastica necessitas suppleatur, vt pariter viuant, aut pariter sufferant q̃ eos paterfam.volet perpeti:alijs autem indigent in necessitate temporali pugnandi illi qui sperant de victoria,& volunt se opponere hostibus,cum possent cum alijs fugere,sed nolunt,& ideo validi potentes pugnare,non debent istos relinquere,sed simul cũ eis pugnare. Qui autem habent necessitatem manendi, quia nõ possunt fugere propter aliquas causas, alijs indigent in necessitate ecclesiastica, quos non debent relinquere ecclesiastici viri, p quos illa necessitas est in eis supplenda,vt inf.plenius declarabitur.& sic aut pariter viuant,aut pariter moriantur.Et hoc relinquente istorũ fraterna charitate in eis, qui alias fugere possent,si vellent.Et in hoc casu locũ habet quod dixit Apostolus & Euangelista Io.sua 1.can.4.c. Si Christus pro nobis aĩam suã posuit, & nos debemus pro fratribus aĩas ponere, licèt etiam hoc prius dictet ius naturale,dicente Tullio,1.de offic. Vt præclare scriptũ est a Platone, non nobis solum nati sumus, vt supradictum est. Hoc etiam secundò expresse testatur Aug. in prædicta Epist. dicens,siue alij magis,alii minus,siue omnes ęqualiter patiantur q̃ eorum sunt,qui plus aliis patiũtur apparet illi,scilicet qui se possent talibus malis eripere fugiendo ne aliorum necessitatem deserant manere maluerint.& commendat prædictam charitatẽ, quam Ioan.demõstrat; nam qui fugiunt, vel suis necessitatibus deuicti fugere non possunt,si comprehensi patiãtur pro scipsis, non vtique pro fratribus patiuntur. Qui verò propterea patiuntur, quia fratres qui eis ad Christianam salutem indigent, deserere nolunt, sine dubio animas suas pro fratribus ponunt & cęleste præmium obtinebunt.† Si autem bellum sit iam instans,
182 & populum comprehenderit, atque hostes impetum faciunt, maximè inter mœnia ciuitatis,vt in casu propositæ q. dicendum q̃ tunc nulli licet fugere,sed omnes validi ad fugam,ad bellum, debẽt properare, & hostes variis modis pro posse suo impugnare,potius quàm incertę se committere fugę,quali se multi commiserunt, instãte depopulatione Achonensis ciuitatis, qui submersi fuerunt in portu. In tali enim bello maiori periculo pu-

gnant

Source : BIU Cujas

gnant hoſtes q̃ ciues. nam, vt dicit Veget. de re militit. lib. 4. cap. 13. Violenta impugnatio, quando caſtellis, vel ciuitatibus præparatur, mutuo vtrorumq; periculo ſed maiore expugnantium exer
183 cẽtur fluctuoſa ibi certamina. quod exponit ca. 25. † declarando modum, quo oppreſſi in ciuitate ſe defendere debent dicens, innumerabilib. declaratur explis, ſępe cęſos ad internicionẽ hoſtes, qui peruaſerunt ciuitatem, & ſine dubio euenit ſi oppido in muros & turres retinuerunt, vel altiora occupauerunt loca: tũc enim de feneſtris ac tectis omnis ætas ac ſexus irrũpẽtes obruit ſaxis, alijsq; generib. telorum. vnum oppidanis auxilium, ſiue p̱ diem ſiue per noctẽ hoſtis intrauerit, vt muros turresq; teneant, ad loca ſuperiora conſcendant, hoſtesq; per vicos & plateas vndiq; obruant dimicantes. Per hunc modum Turnus, cum ad bellandum gẽtes externas accederet, decuit ciuitatem Teucris muniri circa Turnum, vnde clamorem ciuium & defenſionem eorum veniente turma cum exercitu, deſcribit Virg. lib. 9. Aeneid. dicens ſic.

Ferte citi ferrum, date tela, & ſcandite muros
Hoſtis adeſt: eia ingenti clamore per omnes
Condunt ſe Teucri portas, & męnia complent.
Namq; ita diſcedens pręceperat optimus armis
Aeneas, ſi qua interea fortuna fuiſſet,
Ne ſtruere auderent acies, neu credere campo
Caſtra modo, & tutos ſeruarent aggere muros
Armatiq; cauis, expectant turribus. hoſtem
Turnus vt ante volans tardum præceſſerat agmen
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuiſus adeſt, &c.

Et debet omnibus in tali oppreſſione animoſitas ad ſe defendẽdum creſcere ciuibus, vt dicit Veg. vbi ſupra. Quædam virtus &
184 deſperatio in occaſu. & lib. 3. c. 10. dicit, † Deſperantibus creſcit audacia. & c. 23. dicit, clauſis ex deſperatione creſcit audacia, & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma fortitudo: libenter cupit commori, qui ſine dubio ſcit ſe moriturum. Cæterum clauſi, licèt exiguo numero, infirmi viribus, hoc ipſo ſunt hoſtibus pares, quia deſperantes ſciunt aliud ſibi inijcere non poſſe, ſed vna ſalus eſt victis nullam ſperare ſalutem. Vnde ſi ſic mutuo ſeſe iuuiſſent Achonenſes, atq; pariter inuaſiſſent, non ſolũ viri, ſed ẽt mulieres viros putandum eſt, q̱ fauente Dño victoriam habuiſſent & obtinuiſſent triumphaliter contra hoſtes fidei Chriſtianæ, ſicut alias matronæ Romanæ adeo profecerunt in obſidione ciuitatis, q̱ per earum auxiliũ vrbs extitit liberata. Vnde Veget. refert lib. 4. c. 10. q̱ baliſtæ cęteraq; tormenta, niſi funibus neruinis intẽta, vel prorſus equorum cũ ſeta de caudis ac iubis ad baliſtas vtiles afferuntur. indubitanter vero & crines fęminarum in eiuſmodi tormentis non minorem habere virtutem ratione neceſſitatis expertum eſt: nã in obſidione Capitolii corruptis iugi ac longa fatigatione tormentis, cum neruorum copia defeciſſet, matronæ abſciſſos crines viris obtulere pugnantib. præparatiſque machinis aduerſariorum impetum repulerunt. Maluerunt enim pudiciſſimæ fœminæ deformato ad tempus capite liberè viuere cum maritis, quàm hoſtib. integro decore ſeruire.

185 † Si verò bellum eſt deficiens, & hoſtes victores extiterint, ciuesq; defendere ſe deſtiterint, tunc dicendum, q̱ omnibus licet fugere, prælatis exceptis, qui in eccleſiaſticis tenẽtur miniſteriis illis, qui non poſſunt fugere ſubuenire & eccleſiaſtica miniſtrare, ſecundum Aug. in d. epiſt. ad Honor. vbi repetit dicens, Dixi nec eos eſſe prohibendos, qui ad loca, ſi poſſint munita migrare deſiderãt, & miniſterij noſtri vincula, q̃b. nos Chriſti charitas alligauit, ne deſeramus eccleſiaſticas quibus ſeruire debemus, non eſſe rũpenda. hoc etiam ſatis probatur, 7. q. j. ſciſcitaris. & faciunt not. ſucceſſiuè vſq; ad fi. q. in tali ergo caſu nemini licet fugere, niſi duci, cum præuidet periculum, ſed non per ſe, ſed cum exercitu ſuo, & non niſi cautè, ne percipiat exercitus ſuus, aut aduerſarij illius ſm q̱ ſuper hoc Veget. lib. 3. c. 24. exercitus ducem inſtruit dicẽs, ſupereſt edocere quemadmodum præcellatur ab hoſtib. nam diſciplinæ bellicæ & exemplorum experti non nũquam periculum imminere teſtantur: verum quia hoc ſępe neceſſe eſt euenire quib. modis tutè fieri poſſit, declarandum eſt. primum vt tui neſciãt te recedere, quia declinas inire conflictũ, ſed credant à te aliqua ſe ideo reuocare, vt in ſequentib. aduer-
186 ſarijs ſecretiores collocentur inſidię. † nam ad fugã parati ſunt, qui ducem ſuum ſentiunt deſperare. illud quoq; vitandum eſt, ne hoſtes te recedere ſentiãt, & ſtatim irruant. Vnde in tali caſu poſt ingreſſum belli licet iſto modo fugere omnes ſimul, ſicut ante belli ingreſſum. In primo modo diſtinctionis circa illum, vt iam dictum eſt, & hoc, quia illo tempore non volentib. fugere maximè neceſſarium eſt miniſterium eccleſiaſticum pręlatorum in ſpiritualib. vt inferius declarabitur. Nequaquam autem eſt eis neceſſarium miniſterium cęterorum, quod conſiſtit in ſolis temporalibus. In hoc tamẽ caſu perfectius eſſet bellatoribus reſiſtendo aduerſarijs & pugnãdo mori cum fratribus, quod frequenter contingit inexpertis & ignorantib. pericula belli, & nõ verè fortibus, q̃ timore vitæ amittendæ, fugæ incertæ ſe cõmittere, quod ſępe faciunt experti cognoſcẽtes pericula belli, & maximè timidi, & nõ verè fortes, dicente Philoſopho 4. Ethic. Milites timidi ſunt, quando ſuperextenditur prælиũ, & deficiũt. primi enim fugiunt, ciuilia autem permanentia moriũtur. his q̱dẽ omni tẽpore fugere & mors tali ſalute eligibilior. hi autem ex principio periclitantur, vt viliores exiſtentes, cognoſcentes autem fugiunt mortem magis turpia timentes, fortis autem nõ talis. milites enim vt tangit alia tranſlatio ibidem, ex principio bel li viriliter agunt confidentes de peritia & experientia bellorum
187 quam habent, & maximis periculis ſe exponunt. † cognoſcentes autem mortis inſtantiam fugiunt, magis timentes mortem, q̃ turpe. talis autem nõ eſt fortis, fortis enim aduertit decorem, nõ rem extrinſecam, nec propriam vitam. & per hoc ſępius milites qui fugituri eſſent, cognoſcentes mortis inſtantiam, victo-
188 riam obtinent, pluſquam ciues, dicente Vegetio lib. 1. c. 2. † Nulla alia re videmus populum Romanum orbem ſubiugaſſe terrarum, niſi armorum exercitio diſciplina caſtrorum atq; militię.
189 † ſcientia enim rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam. nemo. n. facilè metuit, quod ſe bene didiciſſe confidit. Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriã promptior eſt, pluralis & indocta multitudo expoſita eſt ad cædẽ. & in lib. 2. c. 21. dicit, inexercitatus miles ſemp̱ eſt tiro, vt quotidiani laboris vſus
190 difficilis non videretur, in bello exercebantur aſſidue: † nam quemadmodum bene exercitatus miles prælium cupit, ita formidat indoctus. Poſtremò ſciendũ eſt in pugna vſum amplius prodeſſe, q̃ vires: nam ſi doctrina ceſſet armorum, nihil villanus diſtat à milite. Et lib. 3. c. 1. dicit, Igitur qui victoriam cupit, milites imbuat diligenter, qui ſecundos optat euentus dimicet arte, non caſu. Sed in caſu propoſito diſtinguendum eſt de fuga prælatorum, quia aut communitas quæritur ad mortem, aut ſolus p̃ latus. Si primo modo, ſubdiſtinguendum eſt, quia aut per fugã prælati omnino ſubtrahitur à ſubditis miniſterium illi incũbẽs, aut non ſubtrahitur, ſed per alios manẽtes poteſt ſuppleri. Si primo modo, dico q̱ non licet prælatũ fugere, dicẽte Aug. in epiſt. prædicta ad Honor. poſt verba eius recitata in illa epiſt. ad Cobuldeum. Reſtat ergo vt nos, quorum miniſterium, quantuluncunq; plebi Dei ſumus manẽtes, ita neceſſarium eſt, vt ſine hoc eam non oportet remanere, dicamus Dño, eſto nobis in Deũ p̱ tectorem & in locum munitum, ne. ſ. quæramus aliud munimẽtum fugiendo, & populum dimittendo. Si ſecundo modo, tunc ſubdiſtingue, quia aut fuga eſt ſolo timore mortis, aut eſt, vt fugiens ſe pręſeruet maiori vtilitati eccleſiæ: ſi primo modo, tam iſtius, q̃ pręcedentis ſubdiſtinctionis dicendũ eſt, q̱ non licet prę lato fugere. ſi ſecundo modo, adhuc ſubdiſtinguendum eſt, quia aut fugiendo magis obeſt exemplo, q̃ viuẽdo proficeret officio: aut èconuerſo magis proficeret officio, q̃ obeſſet exemplo. Primo modo nõ licet fugere, dicẽte Aug. in eadem epiſt. poſt med. quãdo eſt commune periculum magisq; timendũ eſt, ne quis q̃ illud facere credatur non conſulendo vtilitati, ſed timore mo-
191 riendi, † magiſq; fugiendi obſit exemplo, q̃ viuẽdi proſit officio nulla ratione fugiendum. Et idem dicit ibid. Abſit, vt tantipendenda ſit nauis noſtra, vt debeant eam nautæ & maxime gubernatores periclitantes deſerere, etiam ſi in ſcapha tranſiliẽdo, vel ẽt natãdo potuerint effugere. Refertur. n. q̱ aliqui ex prælatis in prædicto excidio à quouis per ſcapham effugere voluerunt, & in portu ſtatim ſubmerſi ſunt. ergo in tali caſu non licet fugere. & hoc generale eſt de quolibet fugiẽte tam ante ingreſſum belli q̃ poſt ingreſſum, & etiam poſt defectum ſiue deficiẽtiam. Sed ſecundo huius vltimæ ſubdiſtinctionis loco dicendum, q̱ prælato licet fugere per arg. à contrario ſenſu eius, quod iam dictum eſt, ſecundum q̱ declarabitur in ſequẽtib. ſed in hoc nequaquã debent attentare fugam etiam ratione ſummę vtilitatis eccleſię ſeu communitatis, niſi ſentiret prius ſuper hoc motum diuini inſtinctus in ſeipſo, q̱a pręſumptuoſum eſſet proprio motu hoc attentare, dicente Aug. in prædicta epiſt. ad Honor. Nemo accipiat perſonam ſuam, vt ſi aliqua gratia videtur excellere ideo ſe dicat vita, & ob hoc fuga eſſe digniorem, quiſquis etiam hoc dicit, omnib. diſplicet. Et infra, poſt modicum, Qui dixerint ſe potius fugere debere, aut timidi videbũtur, quia imminẽs malum ſuſtinere noluerunt, aut arrogantes, quia ſe magis qui ſaluandi eſſent neceſſarios eſſe iudicabant. vnde omnibus qui ſuper fuga ſua non ſentiunt ſpecialem diuinum inſtinctum, in d. caſu cõſu-
192 lendũ eſt, q̱ nullus eorũ fugiat, dicẽte Aug. ibid. † In oĩ periculo huius vitæ cur ęſtimamus, vbicunq; fuerit hoſtilis incurſus omnes clericos, & non omnes laicos eſſe morituros inſimul finiãt hanc vitam, cum ſint clerici neceſſarij? aut cur non ſperemus ſicut aliquos laicos, ſic etiam clericos permãſuros, à quib. eius neceſſarium miniſterium valeat exhiberi? Vnde ſi in iſto caſu alicui vel aliquib. indicenda ſit cura propter eccleſiæ vtilitatem futuram, determinat Aug. ibid. q̱ ſorte eligendi ſunt fugientes, niſi poſſet diſcerni, qui ex omnibus vtiliores deberent eſſe eccleſiæ profuturi: nam tunc tales deberent eligi ſimpliciter. Et ſi illi nollẽt fugere, ſed cõmori aliis eligerẽt, alii minus vtiles reputati deberent ſimul in hoc contrariari, & ipſos ad fugam, quãtum in ſe eſſet, compellere, dicente Aug. ſi inter Dei miniſtros inde ſit diſceptio, qui eorum maneant, ne morte omnium deſeratur

eccleſia,

Source : BIU Cujas

ecclesia, quæ disceptio si non aliter potuerit terminari quãtum mihi videtur qui maneãt & qui fugiãt sorte eligendi sunt de his fortassis ij, qui meliores sunt eligent pro fratrib. animas ponere, & ij seruabunt fugiendo, quorum minus est vtilis vita, mitiorq; consulendi & gubernandi peritia: qui tamen si piè sapiunt, con
tradicent eis, quos vident viuere potius oportere & magis mori
193 malle, q̃ fugere. † Si autem solus prælatus quæratur ad mortem, subdistinguendum est, quia aut potest abscondi à populo, ne pereat, aut non: si sic, dicendum q̃ tunc non debet fugere secundũ Aug. in supradicta epist. ante fi. sic dicens, si laici non quærantur ad mortem, possunt occultare quoquo modo episcopos & clericos, sicut ille adiuuerit, in cuius potestate sunt omnia, qui potest & non fugientem per mirabilem seruare potentiã. Sed ideo quærimus, quid nos facere debeamus, ne nobis quærentibus diuina miracula tentare Dominum iudicemus. Si autem prælatus non posset à populo occultari, tunc deberet fugere, duntamen non deserat ecclesiam necessarijs ministerijs. & hoc tripliciter, vel aliorum actu vel aliorum instinctu, vel proprio motu, diuino aut humano. De fuga primo modo. s. aliorum actu exemplo Christi delati in Aegyptum, de quo dicit Aug. in princ. epist. antedictæ. Nunquid hoc fecit Christus, q̃n portantib. parentib. in Aegyptum paruulus fugit, qui nondum ecclesias cõgregauerat. De fuga secundo modo. s. aliorum instinctu, exemplo Pauli, de quo continuè dicit Aug Nunquid q̃n Apostolus Paulus, ne illũ compræhenderet inimicus per fenestrã in sporta submissus est, vt effugeret manus eius. deserta est, quæ ibi erat ecclesia necessario ministro & non ab alijs traditus ibidẽ cõstitutis, quod oportebat, impletũ est. Eis volentib. hoc Apost. fecit, vt semetipsum
194 seruaret ecclesiæ, quẽ properè persecutor ille quærebat. † Faciãt ergo serui Christi, ministri verbi & sacramenti eius, quod ipse p̃cepit, siue permisit. fugiãt omnino de ciuitate in ciuitatẽ, q̃n eorũ quisq; specialiter à persecutorib. quæritur, vt ab his, qui non ita requiruntur, non deseratur ecclesia. Sed præbeant cibaria cõseruis suis, quos aliter viuere non posse nouerint. per quod intelligit à contrario sensu, q̃ si nõ remanent, qui impleant ecclesiasticũ ministeriũ, tunc nec prẽlato licet fugere, cũ solus quẽritur, sicut nec cum quæritur tota ciuitas, vt iam dictum est supra. Vñ post modicum subdit Aug. Cum sibi putant indifferenter obtẽperandum esse præcepto, vbi legitur, de ciuitate in ciuitatem esse fugiendum, & mercenarium exhorrent, qui vident lupum venientem & fugit, qa nõ est ei cura de ouib. cur non istas duas diuinas verasq; sententias, vnam. s. vbi fuga finitur, aut iubetur: altera, vbi arguitur atq; culpatur. Sic intelligere studeant, vt inter se non reperiantur esse contrarij, sicut non sunt. Et hoc quo reperitur, nisi attendatur tunc de locis, in quibus sumus, fugiendum esse ministros Christi, q̃n ibi plebs Christi non fuerit, cui ministretur, aut ẽt fuerit & potest impleri per alios necessarium ministerium ab eis, quibus nõ est eadem causa fugiendũ, sicut in sporta submissus fugit Paulus. De his etiam supra tetigi cum quotationibus suis. De fuga tertio modo. s. proprio motu diuino, exẽplo Christi, de quo dicitur Io. 8. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Et Lucæ 4. Iesus autem transiens per medium illorum ibat. De fuga quarto modo s. proprio motu humano, intellige secundum prædicta, non secundum diuinam inspiratiõnẽ, exemplo Athanasij, de quo dicit Aug. post præmissa de Paulo, fugit Sanctus Athanasius episcopus, cum eum specialiter apr̃hendere cuperet Cõstantinus Imperator nequaquã à ministris cæteris deserta plebe catholica, quę in Alexandria commanebat. & paulo post dicit, Nam quãtum necessarius fuerit ecclesię quantumq; profuerit, q̃ vir ille mansit in carne, catholica fides nouit, quæ aduersus Arrianos hæreticos ex ore illius & amore defensa est. Et dicit Aug. hæc omnia contra illos, qui cõtrariabant ei in eo, quod dicebat, in certis casibus ministros ecclesiæ persecutiones fugere non debere. Vnde dicit in ead. epist. ep̃m quẽdam dixisse audiuimus, si Dñs imperauerit fugam eis persecutionib. vbi potest esse fructus martirij, quãto magis debemus fugere steriles passiones, q̃n est barbaricus & hostilis incursus. Verum est quidem & acceptabile, sed his, quos ecclesiastici ordinis non tenent vincula. Et infra, Quis autem credat ita Dñm hoc fieri voluisse, vt necessario ministerio, sine quo viuere nequeunt desererentur greges, quos suo sanguine cõparauit? quasi dicat, Nullus est catholicus, qui hoc credere debeat. Quod autẽ non sit manendum in persecutionib. sed potius fugiẽdum, vna via arguit dictus episcopus, sic referente Aug. in prædicta epist. si in ecclesijs persistendũ est, quid sumus nos in populo profuturi, non video, nisi vt ante oculos nostros viri occidantur, fęminæ constuprentur, incendantur ecclesiæ, & nos ipsi tormentis deficiamus? sed rñdet Aug. subdẽs singula singulis dicẽs, potẽs est quidem Deus preces audire familiæ suæ, & hæc quæ formidantur auertere; nec ideo tamẽ pp ista, quę incerta sunt, debet esse officij nostri certa desertio, sine quo est certa pernicies, non in reb. vitæ huius, sed alterius, q̃ incõparabiliter diligẽtius sollicitiusq; curanda est. Et infra, magisq; timeamus, ne oues Christi spiritualis nequitiæ gladio in corde, q̃ ferro in corpore trucidentur, magis timeamus, ne pereat castitas fidei, q̃ ne fęminę violenter stu-
195 prentur in carne, † quia violentia nõ uiolatur pudicitia, sed mẽte seruatur. Magis timeamus, ne lapides viui extinguãtur defectibus nobis, q̃ ne lapides & ligna terrenorum ædificiorum incendantur prę sentib. nobis. Magis timeamus, ne membra corporis Christi destituta spirituali victu necessitetur, q̃ mẽbra corporis nostri oppressa hostili impetu torqueant, non quia ista nõ sunt vitanda, cum possunt, sed potius quia ferẽda sunt, q̃n vitari sine
196 impietate non possunt, † nisi fortè quisquam contenderet, non esse ministrum impium, qui tunc subtrahit ministerium pietati necessarium, cum magis est necessarium, an nõ cogitatis, q̃n ad istorum periculorũ extrema peruenitur, nec est potestas illa fugiendi, quantus in ecclesia fieri soleat ab vtroq; sexu, atq; ab omni ętate concursus, alijs baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, alijs etiam pœnæ ipsius actionem, omnibus consolationem & sacramentorum confectionem & erogationem, vbi si minister desit, quantum excidium consequitur eos qui de isto sęculo, vel non regenerati exeunt, vel ligati, quantus denię; gemitus omnium & quorũdam, quanta blasphęmia de absentia ministeriorum & ministrorum. alii verò arguunt idẽ alia via cũ prædicto episcopo contra Aug. sic dicentes, vt ipse refert in prædicta epistola. sunt sanè qui arbitrentur episcopos & cleri cos non fugientes in talib. periculis, sed manentes facere, vt plebes decipiantur, cum ideo non fugiunt, quia manere suos præpositos cernunt. quib. tamen optimè respõdet Aug. ibid. fi. bdẽs. sed facile est hanc respõsionem declarare alloquendo easdem plebes, & dicẽdo, Nõ vos decipiat q̃ de isto loco non fugimus: non enim pp nos, sed pp vos manemus, ne vobis non ministremus quicquid saluti vestræ in Christo nouimus necessariũ. si ergo fugere volueritis, & nos ab illis, quib. tenemur periculis absoluetis, qđ tũc puto esse dicẽdũ, q̃n verè vr vtile esse ad loca tutiora migrare. Quo audito, si nusquã vult ire, siue necessitatibus certis impeditus, siue laborare nolẽns ad incerta suffragia proculdubio isti deserendi non sunt à ministro Christiano. Si autem hoc audito abire maluerint, nec illis manendum est, qui pp illos manebant. Et infra, Melius autẽ quod in his faciamus inuenire non possumus, q̃ orationes porrigere ad Dñm Deum nostrũ, vt misereatur nostri. De prædictis not. Arch. 23. q. j. in summa. & 7. q. j. hoc tunc. & 43. dist. sit rector. vers. hinc rursus. & de pœnit. dist. 2. fugerat. & 7. q. 1. suggestum. & c. sciscitaris. & 23. q. 4. si ecclesia. & not. Doct. in c. nisi cum pridem. ext. de renunc. super gl. quæ incipit, simile. aliàs sic. & § pp malitiam. & 43. dist. scimus. & 23. q. 4. tres psonas. & 23. q. 3. §. j. & ibi de fuga Domini in Aegyptũ, &c.

Transgressus forsitan visus fuerim à tramite pp fugam ab incursu barbaricę feritatis, quã Deus ad vota luminis veritatis humiliet, & dignẽt sua pueniẽte gratia dirigere ad salutẽ. Sed ad p-
197 positum redeundo, ac præcedentia subsequendo, quęro, † si subito fiat insultus cõtra hospitium alicuius episcopi in ciuitate, idẽ episcopus, qui interest, & de morte sua & suorũ timet, dicat suæ familiæ, assumatis balistas & arma, & defendaris nos & vos, familia hoc fecit & multa homicidia sunt hinc inde secuta, an prædictus episcopus sit irregularis? Respondeo, secũdum Hostien. & post eum, D. Ant. in c. ad audientiam, ext. de homic. q̃ si timebat de persona sua, vel suorum, licitè fecit, arg. 23. q. 3. pro membris. & c. si quem. & 23. q. 8. hortare, & c. præcedenti, & seq. & in c. dilectus. §. & quidam. de sent. excom. lib. 6. & in c. 2. §. fi. ext de hom. & hoc est potius insultantium duritiæ imputandum, vt in c. postulasti. ext. de homic. si verò de reb. tantũ timebat, potius debuit ipsas exponere, & propterea irregularis esset, si ob defensionem rerum suo consilio mors secuta fuerit, vt in c. fi. ext. de temp. ordin. & c. suscepimus. §. fi. de homic. In primo etiam casu prędecẽti. s. cum de morte timet, tutius est q̃ de balistis expressam nõ faciat mẽtionem, per not in c. vnico, ext. de sagit. quia multa licẽt in genere, quæ tamen in specie prohibentur, vt in prædicto c. postulasti, & in c. literis, de iure patro. ad prædicta faciunt not. in c. sententiam sanguinis. ext. ne cler. vel mona. Caueat etiam quili-
198 bet clericus, ne in propria persona perueniat ad conflictũ: † alioquin si hoc fecerit, & aliquẽ percusserit, ẽt saracenum, vel aliam infidelẽ, & sequatur mors, vel mutilatio, de quib. ipsum remordeat conscientia, tanq̃ irregularis abstineat reuerẽter, vt in c. petitio, ext. de homic. nam etiam mors pagani irregularitatem in-
199 ducit, vt in c. sicut 2. ext. de homic. † vbi dans causam abortioni, si cõceptus erat viuificatus, pro homicida reputatur & efficitur irregularis. Et si dubium est, an fuerit viuificatus, etiam abstinere debet tãquã irregularis, vt in c. significasti, 2. & in c. postulasti, ext de homicid. & hoc tenet Spec. in titu. de dispensat. §. iuxta in princ. vltimæ columnæ. Et faciunt not. in c. si aliquis, de homic. & 22. q. 2. Moyses. & de pœn. dist. j. periculoso. 50. distinct. miror.
200 Nota etiam, † q̃ in omnibus occurrentib. semper cõsilium est, q̃ prælatus, siue clericus consulens, vel suadens defensionẽ aperte exprimat, q̃ omnino ab homicidijs abstineant diligẽter, arg. in c. Petrus, & in c. significasti, 2. ext. de homic. & est forma protestandi sic, videlicet, protestor nequid fiat, ex quo possim incurrere ordinis detrimentum, vel animæ periculum. Et sic talis protestatio excusat & releuat protestantem, nisi ipse esset occasio, vel causa mortis, arg. à contrario in d. c. Petrus. & faciunt no. in c. ci

M. Ferrarien

Source : BIU Cujas

M.Ferrarien.ext.de conſtit.ſi verò cauſa,vel occaſio eſſet remota,vel propinqua,ſed iuſta, ac præter conſcientiam conſulentis aliquis occideretur,non eſſet irregularis ꝓſulens, vel exhortãs, 23.q.5.cum homo.& c.de occidendis.& faciunt not. in c.de cętero,ext.de homic.& in d.c.ſententiam ſanguinis.& ſic intelligẽ da ſunt iura dicentia,iudices eccleſiaſticos, vel prælatos indicere poſſe bellum & perſequi hoſtes,15.q.6.auctoritatem,& ibi gl. & Arch.& not.Innoc.in c.olim,j.ad fi.ext.de reſtit.ſpoliat.etiam ſi ſit iudex delegatus poteſt contra rebelles indicere bellum, vt not.Io.And.in c.ſignificaſti,de off.deleg.& Spec.in tit. de iudice deleg.§.ſequit.verſ.ſed nunquid.faciunt no.in c.pen.ext.de cler. percuſſ.& 23.q.8.c.j.& 36.diſt.ſi quis vult. nam licèt clerici bella re non debeant,poſſunt tamen bellis licitis intereſſe,cum expedit & hortari bellantes. 23.q. 8. ergo.& c.hortatu.& c.clerici, & c.vt pridem.& c. ſecundum Canonicam. §. hinc datur intelligi, cum trib.cap.ſeq.& c.his à quibus.& 36.diſt.ſi quis vult.& per Innoc.in d.c.petitio,de homicid.& per Goffred.in ſum.de torneã. in fi.ex per Archid.51.diſt.ſi quis poſt,in fi.& 7.q.1.ſciſcitaris. & quod not.Doct.in c.quod in dubiis,ext.de pęnis.Spec. tamẽ, vbi ſupra concludit,ꝙ delegatus bene poteſt inuocare brachium ſęculare,& eccleſiaſtica cenſura compellere, vt ſuam ſententiam exequatur,quanq̃ publicum bellum indicere nequeat,quia hoc ſolius principis eſt.23.q.3.c.j.& 2.& 23.q.1. quid culpatur. & c.1.

201 & ibi per Archid. † an liceat mouere bellum contra infideles, puta ſaracenos,vel Iudęos.& not.Innoc.in c.quod ſuper his.ext. de voto.faciũt no.per Io. And.in c.clerici,j.ext.de vita & honeſt. cler.& de materia ſatis tractat Thom.2.2.q 40.

202 Sed † an liceat epiſcopo propter aliquam perſecutionem deſerere gregem, tractat Thom. 2.2.q. 184. ar. 5.dicens in reſponſione,ꝙ in qualibet obligatione præcipuè attendi debet obligationis finis. Obligant autem ſe epiſcopi ad exequendum paſtorale officium propter ſubditorum ſalutem:& ideo vbi ſubditorum ſalus præſentiam exigit perſonæ paſtoris, non debet paſtor ſuum gregem deſerere perſonaliter,nec propter aliquod cõmodum temporale,nec propter aliquod corporale periculum imminens, cum paſtor bonus animam ſuam pro ſuis ouibus ponere teneatur.Io.10. Si verò ſubditorum ſaluti poſſit ſufficiẽter in abſentia paſtoris per alium prouideri,tunc licet paſtori,vel propter aliquod eccleſiæ commodum, vel ꝑꝑ perſonæ periculum gregẽ deſerere corporaliter, quod bene colligitur in d. c. ſciſcitaris.7.q.6.Satius tamen q̃ Thom. hunc paſſum diſcutiũt Cano niſtæ in d.cap.niſi cum pridem.§. pro malitia.ext.de renunc.vbi D.Ant recolligens dicit, poſt Inn. Quæro, an præſul perſequu-

203 tus debeat fugere,an ſe opponere? Dic, † ꝙ quæda eſt perſequu-

204 tio intrinſeca,quędam extrinſeca.Intrinſeca eſt,† qñ boni in pſequendo ſunt permixti cum malis,& tunc boni non ſunt deſerendi ꝓꝑ malos, 23.q.4 tu bonus.7.q.1.hoc tunc. niſi alius prælatus magis proficere poſſet. Tunc enim ſuperior eum transferre poſſet,& eꝑs, qui perſequutionem pateretur, nõ malefaceret cedere & licentiam petere quia maius bonum pręferendum eſt minori.7.q.1.omnis & in d.§ hoc tũc, ad fi.& 11.q.1.ſi quis.& intelligendum, quãdo populus indomabilis perſequitur ſuum ꝑſulẽ:aut omnes ſunt mali, & eſt ſpes correctionis, & expectare debet præſul,& non fugere.ſi verò nulla ſpes eſt, recedat, petita prius tamen licentia cedendi,vt eſt caſus in d.§.pro malitia, & 7. q.j.§.cum autem.& c.fi.Intrinſecam autem perſequutionem vocat,quando hoc contingit ꝓꝑ defectum ſubiectorum,& tamen prælatum odio non habent.7.q.j. §. hoc tunc. & in dicto §. cum autem,ſecundum Innoc.& Hoſtien.Quędam eſt perſecutio extrinſeca,quæ fit ꝑlato,ſiue in publico,ſiue in priuato, vel ꝓꝑ peccatum,quod imponitur ei,vel ꝓꝑ id,quod imponitur clericis.Et hæc perſecutio eſt multiplex.Quandoq; fit perſecutio contra prælatum & clerum & populum,quandoq; fit contra clerũ,qñque contra alium inferiorem pręlatum, & quãdoq; fit ꝓꝑ bona temporalia.Si perſecutio fit contra totam Eccleſiam, vt contra prælatum,clerum & populum,vt in totum fidem dimittant,vel perſecutoribus per violentiam ſubijciantur,qui alias fuerunt liberi,etiam ſi Chriſtiani ſint perſecutores,tunc debet ſe opponere epiſcopus & plebem non derelinquere,ſi ſpes eſt, ꝙ ſe defen-

205 dere poſſint,ff.de iuſt. & iure,l.j.in fi.& l.2.& 3.† nã vim ui repellere omnes leges omniaq; iura clamant,ext.de homic.c.ſignificaſti.2.&in c.ſi verò.j.§.2.de ſen.excom.& in c.olim.de reſt.ſpol. & ff.de vi & vi ar.l.j.§.vim vi. cum multis ſimilib. ſemper tamen intelligendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad aſſumendum vindictam,ſed ad iniuriam propulſandam,vt in d.c.ſignificaſti,& ibi opt.gloſſa,& ſatis plena. Et eſt ratio præcedentis dicti.ſ.vt epiſcopus non recedat,nec populum derelinquat,quia magnum periculum eſſet,ſi ex receſſu præſulis totus etiã populus marium & mulierum patriam deſererẽt & poſt epiſcopum vagarentur.Si verò non eſt ſpes defenſionis, fugiendũ eſt,& tũc debet epiſcopus fugere, vt maius malum euitetur: intellige qñ poſſunt omnes fugere, ſicut Maria & Ioſeph puerum Ieſum deferentes fugerunt in Aegyptum,Matth.2.Vel ſi poſſunt conuenire cum infidelib. ſiue etiam cum Chriſtianis perſecutoribus,ſi aliter euadere nequeunt,qũo melius poſſunt, dummodo Chriſtianam fidem non abnegent,& cultum & ritus fidei non dimittant.hoc enim ſępe factum legitur in veteri teſtamento, vt tempore Thobię & Danielis & ſimilium. Sed perſecutione ceſſante poterunt ad ſuam libertatem cõmodius remeare.7.q.j.ſciſcitaris.& c.præceden.& 23.q.8.ecce.& c.ſeq. Quãdoq; fit perſecutio contra ſolum prælatum,& tunc, vt dictum eſt, ſi poteſt eſſe per alium ſalus populo,bene facit cedere.& ſi nollet cedere cõpelli poteſt per ſuperiorem ſecundum Inn.& Hoſt.ꝓꝑ imminẽs periculum deſtructionis eccleſiæ, vel aliud magnum periculũ & ſcã dalũ in ſpiritualib. & temporalib. ita tamen ꝙ bonum cambiũ alterius prælaturę ſibi aſſignetur,arg.in d.c.niſi cum pridẽ.§. pro

206 graui.† vt ſic publica vtilitas præferatur priuatę.dẽ poſtul. ꝑla.c. bonæ.de regul.c.licet.7.q.j.ſcias.& de rer. permut.c.quæſitũ. Nec obſt.ꝙ infirmi & furioſi prælati non remouẽtur, quia ibi ſeruat vtraq; vtilitas, publica videlicet & priuata. publica in eo ꝙ coadiutor datur,priuata in eo,ꝙ non remouetur. Qñq; perſecutio dirigitur contra clerum, vel contra partem cleri tñ, & tunc ſecundum Inno.& Hoſt.epiſcopus debet ſe opponere,ſicut qñ fit perſecutio vniuerſaliter contra clerum & populum, quamuis in clericis tanquam ſapientiorib.minus periculum timeatur vñ dic, ꝙ ſi per ſequentes clerum contententur nõ perſequi populum,ſi clericos tradant,nõ debet tunc populus deſiſtere,nec clericos tradere. Ratio eſt, quia per talem traditionem ceſſarent eccleſiaſtica ſacramenta, & perderent Doctores fidei Chriſtianæ.Vnde nec etiam clerici exire debent volũtariè.Et hoc ſi poſſent laici,& vellent eos defendere. Si verò nollent vel non poſſent,tunc clerici poſſent recedere,& tranquillitatem tꝑis expectare,vt in d.c.ſciſcitaris.7.q. j. debent tamen recedentes ſecum ducere quotquot valent, ne in tanto diſcrimine remaneant ſine ſacerdotibus & Eccleſiaſticis ſacramentis,ſed magis cõmendandi forent, ſi diuino flamine inſpirati martirium ſuſtinerent. 7.q.j.cum verò. Qñq; fit perſecutio, vt bona vel res eccleſiæ habeantur, & tunc dicunt aliqui ꝙ non eſt violenter contendẽdũ pro reb.vt in c.ſuſcepimus,de homic.& 23.q.8.quenior,in prin. vbi de hoc. Contrarium tñ habetur hodie in c. dilecto. de ſent. excom.lib 6.nam ſine corporalib.reb. diu clerici viuere nõ poſ-

207 ſunt.j.q.3.ſi quis obiecerit.† Debet ergo prelatus & pro reb.temporalib.ſe opponere ad libertatem eccleſiæ defenſandam exemplo B.Thomæ Cantuarien. Archiepiſcopi, qui ex hac cauſa martirium tolerauit,vt in c.ſicut dignum,ext.de homic.Hæc procedunt in maiorib.prelatis.In minorib.autem dicendũ eſt, ꝙ q̃is ad mortem quęrantur,vtile eſſet, ſtatim eos transferre, vel eorũ ceſſionem admittere,non tamẽ tradere. Immo potius debet ſuperior eccleſiam interdicere, vel claudere omnes eccleſias, vel

208 reliquias extrahere,ext.de iure patro. c.2.& 3.† Item excõicare, & tandem ad brachiũ recurrere ſęculare,de cler.excom. miniſt. c.2.in fi.cum concord.ibi alleg & ſi nec ſic cõpelli poteſt aduerſantium tumultus, tunc vt maius malum euitetur, admittat ſuperior ceſſionẽ,arg.13.diſt.nerui. & ſi ſit maior prælatus, vt eꝑs, & ſupra,ſi non poteſt aliter mederi, ſine licẽtia Papæ cedere nõ

209 poteſt,vt in c.fi. §. fi. de renunc. † quia in remotione eꝑi maius eſt periculum,& ideo cautius eſt agendum.42.diſt. quieſcamus. & in c.vbi periculum,de elect.lib 6.prouideat ergo ſibi, quantũ fieri poteſt vel per locum tutum,in quo moretur, vel per ſocietatem amicorum ſecum incedentium, vel per alium modum ad commodum vndecunque:quod ſi nullo modo mederi poteſt,cõſulatur Papa,vt ſibi prouideat de remedio oportuno, ſaltem per officij ceſſionem,vt in prædicto § pro malitia.

210 Sed circa prędicta quęro, † an tẽpore peſtis liceat curatis plebem deſerere aeris intemperiem fugiendo? Circa hanc q. antequam reſpondeam præmitto ad euidentiam aliqua contingen-

211 tia,videlicet.Primò, † ꝙ in genere quatuor ſunt cauſæ,ſecundũ Phiſicos in peſtilentiis concurrentes, videlicet prima actio, ſecunda paſſio, tertia contagio, quarta commoratio. Prima ſcilicet actio conſideratur in fortitudine aeris agẽtis duplici via.prima, quia vis agentis nobis vt paſſà approximatur debitè & immediatè nos tangit intus & extra,quia aer attrahit̃ per pulſus & anhelitus, & ẽt ꝑ poros ingredit̃. ſc cũda via eſt,qa aeri corrupto ineſt mala proprietas, qua redditur corporis humani corruptiuus, & non qualitatiuè tantum,imò potius per modum ſubſtãtiæ,& hæc via fortior eſt,quàm prima. Agit enim aer iſte in corpora diſpoſita & indiſpoſita,prius ea diſponendo, demum cor-

212 ruptionem inducens,vt patet j de interioribus,& 8.Phiſic.† Nã peſtilentia eſt quædam mutatio in aere facta, ut cum aer redditur rabioſus,ſecundum aliquam, vel aliquas de primis qualitatibus,ſcilicet caliditate,frigiditate,humiditate,& ſiccitate,adeo vt in multis generationes & vita corrumpãtur, vt patet in j. de differentijs febrium. Fit etiam quandoq; mutatio aeris in ſubſtantia propter mixtionem vaporum corruptorũ ad minimas partes eius,vnde totum aggregatum dicitur corruptum & malæ ꝓprietatis reſpectu ſpeciei humanæ, & non dicit̃ hæc mutatio eſſe in ſubſtantia quia ſolum fiat in ſubſtantia & non in qualitate, cum aliquando ſit aliqualis mutatio qualitatis, licèt parua, ſed dicitur in ſubſtantia,quia mala proprietas inſequitur potius motum ſubſtantiæ aeris q̃ qualitatis,& hęc eſt illa mutatio peſtilen-

tialis,

Source : BIU Cujas

tialis, de qua est sermo: & quæ, vt colligi potest ex dictis auctorum, & maximè Auicennæ 1. de differentijs febrium sic diffinitur. Pestilentia est putrefactio, quæ accidit aeri simul remollienti fœtide. ingrossatur enim aer & remollitur ex istis vaporibus secum mixtis, velut aqua cum miscetur in ea linum & canape, & similia.

Secunda causa est dispositio patientis, quæ est potissima infectionis pestilentialis, quia actus actiuorum sunt in patiente dispositio, vt in secundo, de Anima, & in primo, de different. febrium. cap. de febre pestilentiali, dicitur: Oportet enim medicum huius meminisse semper in hoc toto sermone, quòd nulla causarum sine patientis aptitudine agere apta nata est. Corpora autem apta nata tali actioni, sunt corpora vtentia plurimo coitu & balneo, & plena malis humoribus, & quorum superfluitas non consumitur. ergo continens & ratio dictorum est, quia coitus debilitat omnes virtutes, balneum aquæ dulcis humectat, & aqua calida aperit poros cutis, & calefacit nimis malos humores & superfluitates, quæ non resoluuntur, oppilationes inducunt & corpora reddunt similia qualitatibus putredinis. Vnde Galenus 1. de differentiis cap. quinto dicit de
213 pestilentia inficiente corpus humanum, † Conuenit merito corpus huiusmodi exiccare, & siccum conseruare, & superfluitatibus plenum euacuare, & oppilationes pororum aperire. Et subdit infra parum, Si quis moderatis laboribus & vita decora vtatur, omnino impassibilis præseruabitur, quia non erit in eo dispositio. ergò corruptio non poterit operari.

214 Tertia causa est contagio, quia dicitur morbus contagiosus, qui ex contactu, & conuersatione faciliter operatur in corpora dispositia propter attractionem aeris corrupti per pulsus & anhelitus & per poros, vt dictum est. ergo vitandæ sunt conuersationes politicæ, quanto magis est possibile, ne fit permixtio & confusio in anhelitibus & tactibus, siue pulsibus, cum vnus possit multos inficere. Standum est ergo solitariè, & precauendum à ventis, à loco infecto, vel aere, & multo magis à pestilente. Et ideo rectores locorum sanorum caute prohibere solent, ne venientes de locis pestilentiatis eorum sana loca valeant introire. Nam, vt patuit Bononiæ 1393. vnus infectus venit à Ferraria Bononiam in domum de Lomelis, & ibi moratus omnes, qui eum visitauerunt, & specialiter quædam familia cuiusdam saraceni, quę vigilauerat in nocte pro cura ipsius, mortui sunt, adeo quòd in diebus 20. plures trecentis mortui sunt, & sequuta est magna pestis Bononiæ, ex mortuis illius saraceni. Sic etiam postmodum ex nauibus venientibus de Romania cum infectione Ianuæ & Venetiis pestis magna prosiluit, & ab inde per regiones cæteras pullulauit: nam dum vnus solus de Venetijs Ripperiam Brixiensem accessisset, mortuus est ibi, & incepta est pestilentia in eodem loco, & ab inde in Brixia in Gardesana, & demum in Verona. & sic de similibus.

215 Quarta causa in genere est mora, nam aer continuè nobis approximatur, & continuè est aliquid relinquens ex sui proprietate corpori humano. Cum igitur aer est corruptus, infundit corruptionem humanis corporibus. ex quo infertur, quòd corpora tam dispositia, quàm etiam indispositia debent se ab aere infecto remouere. Regula est enim medicorum, quòd quotiescunque aer in aliquo loco incipit pestilentiari apparentibus vermibus, & variolis & morbillis, qui communiter præcedunt pestilentiam, vel apparente morbo aliquo pestilentiali, de his, qui communiter accidunt, & quasi subitò, qui dicitur morbus epidimialis, quia multiplex & diuersus est, quilibet se transferre debet ad aerem, in quo nihil appareat de prædictis, nec apparuerit de propinquo, saltem infra sex menses propter reliquias remanentes post epidimiam, quæ velut fermentum inficiunt transferentes se ad locum illum.

216 † Sunt & aliæ causæ in specie, quarum prima est vniuersalis, & remota, quæ est dispositio eueniens ex formis cęli, siue imaginibus facientibus esse necessarium id, cuius euentus à medico, inquantum medicus, ignoratur, quæ dispositio facit putrescere aquam, & facit putredines in visceribus terræ. Et hæc maxime contingunt ex eclipsi solis & Lunæ, & ex coniunctione planetarum, maximè Saturni & Martis, in domo vitę, ante reuolutionem anni mundani inducentis vapores temporum constituentes permutationes in essentiis & naturis, vt ait Commentator, siue Conciliator, differen. 93.

Aliæ verò sunt causæ particulares & propinquæ, quæ sunt vapores corrupti & mixti cum aere vsque ad minimas partes eleuati à re fœtida, sicut cum aperiuntur cauernæ, vel clausuræ aeris, vel quia aliquę res habentes corrumpere aquam, fuerint in ea infusæ, sicut linum, canape, & similia, vel corpora mortua non sepulta, vel arbores malarum conditionum, vt nuces, ficus, & similia, vel ex spiritu animalium venenosorum, vt dragonum & serpentium. vel ex exalatione vaporum,
217 siue fimi eleuati à corpore pestifero, † & hæc cęteris causis vniuersalibus & particularibus est fortior & periculosior, cum aer corpus pestiferum circundans mixtus sit vaporibus immediatè separatis ab humoribus venenosis. & ideo vitanda est conuersatio infectorum, imò etiam vitandæ sunt res tactæ à pestilentiatis, sicut vestes, & similia. Vitandi sunt etiam venientes à locis infectis, quamuis sani videantur, cum causa sufficiens possit in eis latere ad alium inficiendum magis dispositum, quàm ipse sit, sicut latet ignis in stupa absque flamma ad tempus, & approximato sibi sulphure flamma statim insurgit in sulphure ex dispositione sulphuris absque inflammatione stupę. Et hæc est causa per viam contagii de vno ire ad alium,
218 & de vna ciuitate ad aliam non infectam. † Contingit etiam quandoque infectio per contagium mediante vento portante talem aerem infectum cum dictis vaporibus ad ciuitatem non infectam. Ex quibus omnibus præcedentibus Phisici concludunt tempore pestis, Recipe, fuge, fuge cito, longe, tardè. Cito, antequam fugiens de infectione participet. Longè, ne per propinquitatem loci contagio diffundatur. Tardè, vt sit aer bene restauratus & purificatus, vt prius. Ex phisicorum igitur doctrina patet, pestis tempore fugiendum. ergo supradicti curati fugientes, si plebem deserant, excusari videntur.

219 Præterea naturaliter omne viuum mortem nititur euitare, & fugit contraria possibiliter, vt sumitur ex 3. de Anima. ergo tales curati similiter excusantur.

Præterea etiam ius canonicum videtur hoc dictare, vt in capitu. pastoralis, §. esto igitur. versicu. quis enim. vbi text. dicit, quis enim auderet, vel qua ratione audere aliquis teneretur concistorij talis subire iudicium, se in hostium suorum manibus reponere, ac ad mortem per violentiam & iniuriam non per iustitiam inferendam vltroneum se offerre. hæc quidem de iure timentur, hæc de more vitantur, hæc refugit ratio, hæc abhorret natura, & cætera. de sentent. & re iudic. in clement.

In contrarium est auctoritas Christi dicentis Ioan. decimo. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Et infra, Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. ergo in casu prędicto non licet fugere, & plebem sine cura dimittere.

220 Respondeo per talem distinctionem, videlicet † quia aut curatus, siue prælatus, siue minor potest sufficienter per substitutum plebem curare, vt episcopus per alium episcopum suffraganeum, & sacerdos per alium sacerdotem ęquè sufficientes. & tunc intendentes se pro maiori bono ecclesiæ conseruare, & Christiano populo magis proficere, licitè possunt fugere, & pestem possetenus euitare, sine populi detrimento, argumen. not. in capitu. inter cætera, ext. de officio ordin. & patet etiam per sententiam Augustini superius allegatam in dicta epist. ad Honoratum. Si verò non possunt æquè per substitutos sufficienter curare plebem, non debent fugere, quia magis timere debent mortem animæ proximi, siue subditi, quàm mortem corporis sui, vt dicit Augustinus vbi supra. hoc idem ordo exigit charitatis, quia plus debet amari, quod dignius est. Vnde Deus super omnia, anima sub Deo, corpus sub anima, fama bona sub corpore, scilicet sub vita corporali, & bona temporalia sub bona fama sunt diligenda, vt vult glossa, canon. secunda, & ibi postillatores super illo verbo, ordinauit in me charitatem. Sic intelligi debet, secundum sacros Doctores illud diuinum præceptum, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum, Deuteron. sexto, Matthæ. vigesimosecundo, & Lucæ 10.

221 Ad argumenta Phisicorum respondeo, † quòd phisici tanquam corporum medici quærunt solummodo corporum sospitatem, non se intromittunt de animarum salute perpetua, vel æterna. & ideo eorum argumenta non cogunt salutem animarum postponere pro vita præsenti, quæ muscis & pulicibus est communis pro tempore competenti.

Sed si eorum speculatiuo intellectu acutius vterentur, melius dicerent, quòd diuina sapientia proclamauit, Ecclesiastici vigesimoprimo. Fili, peccasti, ne adiicias iterum, sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur, quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa suscipient te. dentes Leonis, dentes eorum interficientes animas hominum, quasi romphea bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. Intellige si in finali impęnitentia moriatur. dicant ergo fideles medici tempore pestis, Recipe, fuge, fuge scilicet peccatum, vt talis recepta melius spirituali, quàm literali intelligentia capiatur. litera enim occidit, spiritus autem viuificat, vt dicit Apostolus, secunda Corinth. tertio. Sic etiam recepta medicorum Constantini, qui iudicabant ipsum à lepra mandandum sanguine Innocētum, sanius intellecta fuit spiritualiter, vt Christi sanguinis merito mundaretur, iux. not. in c. fundamēta, §. ne autem. de elec. lib. 6. Fuge igitur cito peccatum, ne vnquam committas, Thob. 4. omnib autē diebus vitæ tuæ Deum in mente habeto, & caue ne aliqñ consentias peccato & prætermittas prędcepta Dei nostri, dixit Thobias filio suo, & si qñ peccaueris serua quod scribitur Eccles. 5. ne dixeris peccaui, & quid accidit

Source : BIU Cujas

mihi triſte: altiſſimus enim eſt patiens redditor de propitiatu peccatorum, noli eſſe ſine metu, nec adiicias peccatum ſuper peccatum. Et ne dicas, miſeratio Dei magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira cito ab illo proximat, & in peccatores reſpicit ira illius: non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Ergo diligenter caue, ne pecces: & ſi peccaueris, citò pœnitere, & ſic citò fugies peſtem peccati, quia principalis cauſa peſtis eſt peccatum, vt infra monſtrabo. Vade longè, ſcilicet à peſte peccati, ne ſibi appropinques, & eius contagione depereas: & ſi peccaueris, & pœnitens fueris, adeo longè fugias à peccato, vt ſibi nullo modo propinques, ſi non vis inuolui laqueo peſtilenti, Apocalip. 18. qui diuites facti ſunt ab ea, ſcilicet Babilone, quæ interpretatur confuſio, & rectè ſignificat peccati culpam. ſequitur, longè ſtabunt propter timorem tormentorum. Inde etiam Moyſes iuſſu Domini præcepit populo Iſrael fugere à tabernaculis Chore & Dathan, & Abiron, dicens Nume. decimoſexto, recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum. Fugit enim Dauid à facie Saulis perſequentis, & ſaluatus eſt nocte illa, primo Regum 19. ſic & fugiens peccatum, ſaluabitur à tenebroſis ſuppliciis & perſecutionibus ſpirituum malignorum, Ezech. ſeptimo. Gladius foris, peſtis & fames intrinſecus: qui in agro eſt, gladio morietur: & qui in ciuitate, peſtilentia & fame deuorabuntur, & ſaluabuntur, qui exierint de eis.

Reuertere tarde, ſcilicet ad peccatum, adeo tarde, quòd nunquam amplius redeas ad ipſum, ad Rom. ſexto. Deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. Ioan. quinto. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat, Ioan. octauo. Nec ego te condemnabo, vade & amplius noli peccare. Vnde ad hoc determinauit ſancta mater Eccle-
222 ſia, † vt quicunque medicus Chriſtianus à Chriſtiano infirmo fuerit conuocatus, ipſum ante omnia moneat & inducat, & ſi plures fuerint, moneant & inducant, vt medicos aduocent animarum, vt cum fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, vt in cap. cum infirmitas. ext. de pœnit. & remiſſ. vbi Dom. Ioan. And. ſuper verbo, inducant, dicit ſubtrahendo ſe à cura, ſi non faciunt, ſcilicet ſi infirmi non aduocant medicos animarum. Et
223 notandum, † quòd medici contrarium facientes, mortaliter peccant, tanquam præceptorum Eccleſiæ tranſgreſſores: quia dicit ibi tex. Præſenti decreto ſtatuimus, & diſtrictè præcipimus medicis corporum, &c. nam verbum præcipimus, neceſſitatem importat, 14. quæſtio. prima, præcipitur. & ext. de maio. & obedien. cap. illud. & not. Docto. in cap. ſecundo, de conceſ. præben. lib. ſexto, & in capit. nam concupiſcentiam, ext. de conſtitu. accedunt not. in clemen. exiui de Paradiſo. §. vos autem. verſic. item præterea. de verborum ſignificat. nam † vio-
224 latores canonum dicuntur blaſphęmare Spiritum ſanctum, cuius inſtinctu ac dono ditati ſunt, & ideo grauiter peccare dicuntur, 25. quæſtio. prima, violatores canonum. & 10. diſtinct. certum. 1. & peccatum paganitatis incurrit, quiſquis dum ſe Chriſtianum eſſe aſſerit, ſedi apoſtolicæ obedire contemnit, quia peccatum ariolandi eſt, nolle obedire, & ſcelus idolatriæ, nolle acquieſcere, vt dixit Samuel ad Saul, primo Regum 15. & 81. diſtinct. ſi qui ſunt præsbyteri. Ex hoc etiam ter vidi alicubi per epiſcopos ſub excommunicationis ſententia tale mandatum medicis eſſe factum. & in prædicto cap. cum infir-
225 mitas, in fi. † ſub interminatione anathematis prohibetur, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægro ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur. Ergo multo minus poſſunt medici ſine ſuo periculo talibus Curatis fugam conſulere, dum ſunt ſani: quia quod non licet in maiori neceſſitate, multo minus licet in minori, vt in ſecundo Topicorum. neceſſitas enim in multis excuſat à pœna legali, vt not. in cap. ſi quis propter neceſſitatem, ext. de furt. & de conſecra. diſtinct. quinta, diſcipulos. & in cap. conſilium, in fi. ext. de obſer. ieiun. ſed nulla neceſſitas excuſat à conſtitutione diuina in pertinentibus ne ceſſariò ad ſalutem, vt not. de conſecra. diſtinct. prima, ſicut non. magis eſt enim neceſſarium vacare ſaluti animæ, quàm corporis, quia ſalus animæ eſt æterna: ſalus verò corporis eſt temporalis. & quod durabilius eſt, deſiderabilius eſſe debet. Ergo prædicti curati magis vacare debent ſaluti animarum ſibi commiſſarum, quàm ſaluti corporum ſuorum, ne ſanguis ſubditorum de eorum manibus requiratur, vt in cap. irrefragabili. ext. de offic. iudic. ordin. quod ſumptum eſt ex verbis Ezechiel. tertio capit. ibi, ſanguinem autem eius de manu tua requiram, &c.

226 Attendant etiam præfati Domini Medici, † quòd peccatum ſuit cauſa inductiua peſtis, & omnium aduerſorum humanæ ſaluti, ſpirituali & corporali, vt probat Apoſtolus ad Roma. quinto, dicens, Propterea ſicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertranſiuit, in quo omnes peccauerunt. Hoc etiam comminatus eſt Dominus Gen. 2. primo parenti dicens, Ex omni ligno Paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Vnde quia præceptum Domini tranſgreſſus eſt, ſecum tota ſua poſteritate morti ſubiecit. Et cum ante peccatum habuerit poſſe mori, & poſſe non mori, poſt peccatum impoſſibile factum eſt poſſe non mori, & neceſſarium factum eſt mori, vt plenè tractatur in ſecundo ſentent. diſtinct. 19. & 20. & in tertio ſentent. diſtinct. 13. In morte igitur omne aduerſum intelligitur, quia mors eſt vltimum terribilium. Inde dicitur Eccleſiaſtici 41. O mors, quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis, &c.

Et quòd peſtis ſpecialiter ex peccato proueniat, patet infraſcriptis auctoritatibus ſacræ paginæ. videlicet primo namque, cum populus murmuraret in deſerto cęleſti pabulo non contentus, & carnes appetens beſtiarum pluit Dominus coturnices in caſtra eorundem. ſed ad huc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuſcemodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percuſſit cum plaga magna nimis, vocatuſque eſt locus ille, ſepulchra concupiſcentiæ: ibi enim ſepelierunt populum, qui deſideraverat carnes, Nume. vndecimo.

Secundò adhuc in deſerto exiſtentes memoresque diuini iudicij, quod iam experti fuerant timuerunt comminationem Domini loquentis ad Moyſem, & dicentis, vſque quo detrahit mihi populus iſte, quouſque non credent mihi in omnibus ſignis, quæ feci coram eis: feriam igitur eos peſtilentia atque conſumam, Num. 14. & infra, in ſolitudine hac iacebunt cadaueraveſtra. Hoc etiam ſuſpicans dixit Moyſes Pharaoni, Exod. quinto. Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudine & ſacrificemus Domino Deo noſtro, ne forte accidat nobis peſtis, aut gladius. & poſtmodum comminatus eſt Moyſes Pharaoni ex parte Domini dicens, Hoc dicit Dominus, Deus Hebręorum, dimitte populum meum, vt ſacrificem mihi: ęt ſi adhuc renuis & retines eos, ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos & aſinos & camelos tuos & boues & oues peſtis valde grauis, Exod. nono. & infra, mortuaque ſunt omnia animantia Aegyptiorum. De animalibus verò filiorum Iſrael nihil omnino perijt. Et ſic ex hiſtoria ſacrę ſcripturæ peſtis incępit in animalibus brutis. Subſequenter eodem cap. comminatus eſt Deus per Moyſem Pharaoni dicens, Nunc enim extędens manum percutiam te, & populum tuum peſte, peribiſque de terra. Deinde ſucceſſiue, cum induratum eſſet cor Pharaonis, dixit Dominus per Moyſem Pharaoni, Media nocte ingrediar in Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam, & omnia primogenita iumentorum, eritque clamor magnus in vniuerſa terra Aegypti, Exod. vndecimo. Et prout pronunciatum extitit, ita factum eſt à Domino: nec enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Exod. duodecimo. Poſtmodum comminatus eſt Dominus populo ſuo, ſi non audierit ſermonem eius, & mandata eius non cuſtodierit, dicens inter alia Leuiti. vigeſimoſexto. Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi, ego quoque contra vos incedam, & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra, inducamque ſuper vos gladium vltorem fęderis mei. Cumque confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri.

Tertiò principaliter poſt ſepulchra concupiſcentiæ comminatus eſt Deus per Moyſem maledictiones multas propter peccata populi. & inter alia ſubdit Deuteron. vigeſimo octauo. Adiungat tibi Deus peſtilentiam donec conſumat te de terra, ad quam ingredieris poſſidendam. percutiet te Deus egeſtate febris & frigore & ardore & æſtu, & aere corrupto ac rubigine, & perſequatur donec pereas. Et infra, percutiet te Deus vlcere Aegypti & partem corporis, per quam ſtercora egeruntur, ſcabie quoque & prurigine, ita vt curari nequeas. Et infra, percutiet te Deus vlcere peſſimo, in inguinibus & in ſuris, ſanariq; non poſſis à planta pedis vſque ad verticem tuum. Et infra, Augebit Deus plagas tuas, & plagas ſeminis tui plagas magnas, & perſeuerantes infirmitates peſſimas & perpetuas, & conuertet in te omnes afflictiones Aegypti, quas timuiſti & adhærebunt tibi. Inſuper & vniuerſos languores & plagas, quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius, inducet Deus ſuper te, donec te conterat.

Quartò percuſſit Deus peſtilentia Iſrael, & immiſit peſtilentiam de mane vſque ad tempus conſtitutum, & mortui ſunt è populo à Dan vſque Berſabee ſeptuaginta milia virorum, quando Dauid fecit numerari populum. & ceciderunt tam Dauid, quàm maiores natu Iſrael veſtiti ciliciis, proni in terram, & ceſſauit plaga. 2. Reg. vlt. 1. Paralip. 21. Et ſic ex fuga peccati fugit peſtis.

Quintò hoc idem orando nunciauit Salomon 3. Reg. 8. in dedicati-

Source : BIU Cujas

dicatione templi dicens, Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut erugo, locusta & rubigo, & afflixerit eum, scilicet populum, & inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, vniuersa infirmitas, cuncta deuoratio & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo Israel. si quis cognouerit plagam cordis sui & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cęlo, in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, &c. hoc idem refertur. 2. Paralip. 6.

Sextò de peste fit comminatio ex parte Dei per Ezech. 6. cap. dicentem, hæc dicit Dominus Deus, percute manum tuam, & al
227 lide pedem tuum, † & dic, heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel, qui gladio, fame & peste ruituri sunt: qui longe est, peste morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit, & obsessus fame morietur, & compleam indignationem meam in eis. & Ezech. 7. Ira enim mea super vniuersum populum eius, gladius foris, pestis & fames intrinsecus, qui in agro est, gladio morietur: & qui in ciuitate pestilentia & fame deuorabuntur.

228 Septimò † cõminatur Deus etiam per Ezechelem 14. c. dicẽs, si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum, & Noe & Daniel & Iob fuerint in medio eius, viuo ego dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, quoniam hæc dicit Dominus Deus. Quod etsi quatuor iudicia mea pessima, gladium & famem & bestias malas & pestilentiam misero in Hierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus, tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Ecce ipsi egredientur ad vos, & uidebitis vias eorum, scilicet illorum iustorum.

Octauò etiã per Ezechielem comminatur Deus pestem propter peccata populi, Ezech. 28. dicens, Ecce ego ad te Sion. Et infra, Et immittam ei pestilentiam & sanguinem in plateis eius, & corruent interfecti in medio eius gladio per circuitũ & scient quia ego Dominus.

Nonò comminatur pestem Dominus per Ezech. 33. dicens Viuo ego dicit Dominus, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent: & qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorandum. Qui autem in præsidiis, & speluncis sunt, peste morientur, & dabo terram in solitudinem & desertum, & deficiet superba fortitudo eius.

Decimò similiter pestem comminatur per eundem Ezech. 38. dicens, Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur, & tunc iudicabo eum peste & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis ignem & sulphur pluam super eum.

Vndecimò hoc idem comminatus est per seipsum Dominus Iesus Matth. 24. dicens, Consurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt pestilentiæ & fames & terræ motus per loca. Lucas autem superaddit, terroresque de cœlo & signa magna erunt, Lucæ 21. & Beatus Greg. dicit, quòd in aliquibus codicibus inuenitur. Ter. quæ de cę. & tempestates, atq; post subditur, & signa magna erunt.

Duodecimò in historia ecclesiastica legimus terribilem pestilentiam, quam immisit Dominus in Romanos, & sequaces eorum, quando Maximianus Imperator diabolico spiritu ductus fecit componi carmina blasphæmijs plena contra Christum Iesum, & sanctos eius, eaque in tabulis describi mandauit, & per singulas vrbes, villas & agros deferri iussit & præcantari. Altissimus autem tantum scelus inultum noluit remansisse: sed tanto rigore iustissimoque iudicio blasphæmias illas vltus est, vt vbiq; illæsis Christianis & omni prosperitate fruentibus Gentiles blasphæmi peste aere corrupto & igne, variisq; morbis affecti, aliiq; incolumes, comedendo, bibendo, cantando, ludendo, tripudiando, & similia faciendo, sola sunt mutatione miserabili ter occupati morte subitanea deperibant. Maximianus autem impius & dirus tirannus, victus & confusus atque compulsus iustis flagellis Christum cõfiteri, tabe & miseria desiccatus ac orbatus luminibus cognouit clarius, quæ in Christum commiserat per doloris sensum, & præ angustia viscerum de stratu exiliens sępius allidebatur in terram, & Christi omnipotentiam in suum præiudicium recognoscens blasphęmum spiritum in doloribus exalauit, vt patet in historia ecclesiastica lib. 9. c. 5. vsq; ad c. 9.

Decimotertiò hoc idem commemorãs Iustinianus Christianissimus Imperator, in Auth. vt non luxur. cont. nat. collat. 6. versi. si enim. dicit, Propter talia enim delicta, & fames & terræ motus & pestilentiæ fiunt.

Decimoquartò Leo Papa scribens Aquilenẽsi Episcopo, 86. dist. c. 1. commemorat in Decretis, q negligentes desidesque rectores multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant medicinam. quasi dicat, quòd ex defectu iustitiæ & correctionis delinquentium prouocatur sępe Deus ad iracundiam, & ex seueritate flagellorum arguit negligentiam prelatorum, sicut patet etiam 4. Reg. 19. vbi ex vana Dei nominis sumptione 185000. de exercitu Regis Assiriorum subitanea morte sunt extincti, & ipse Rex Senacherib in Ciuitate Niniue, cum adoraret Nesrach Deum suum percussus à filiis gladio infelicẽ exitum consumauit.

Quintodecimò hoc idem commemorat Gratianus 24. q. 3. §.
229 1. vers. in nouo etiam testamento. vbi subdit, † nonnunquam peccatis exigentibus grauis pestilentia desęuisse legitur, quę etiã illos inuoluit, qui peccati conscientiam non habebant. Vides igitur quot authoritates & exempla demostrant, peccatum esse causam inductiuam principaliter nedum pestilentiæ, sed etiam cęterorum flagellorum contra sospitatem humani generis militantum, quanquam post peccatum plures sint causæ, quare flagella superueniant in mortales, vt dicit Magist. sent. in 4. dist. 15.
230 † Bedam referens, qui quinq; modis asserit euenire flagella. Et Archid. 24. q. 3. §. 1. refert, & colliguntur ex his versus.

Vt probet, vt damnet, vt expiet, vt mercatur,
Vt pateat gloria Christi, sic pęna datur.

De probatione patet in Iob per totum eius librum, circa quod vide 7. q. 1. cum percussio. aliàs incipit, cum persecutio corporalis. & c. aduersitas. & 45. dist. disciplina. & 13. q. 2. §. 1. De damnatione patet de Herode, Act. 12. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, & c. Circa quod vide de pęni. distinct. 3. ignis succẽsus est. simile de Anthioco & Pharaone, 23. q. 4. Nabuchodonosor. De expiatione patet Num. 12. de Maria germana Moysi lepra percussa, quia murmurauerat, & c. ad quod 50. dist. §. ecõtra. & 33. q. 2. hoc ipsum. De merito patet in Thobia, per totum eius librum, ad quod 13. q. 2. §. 1. De gloria Christi patet in cęco nato, Ioan. 9. Nec hic peccauit, nec parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Et Ioan. 11. de Lazaro dicit Dominus, infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eum. ad quod de pęnit. distinct. 3. ad huc instant. Beda tamen aliter dicit, videlicet quinq; modis flagella contingunt, vel vt iustis per patientiam merita augeantur, vt Iob: vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, vt Paulo. vel ad corrigenda peccata, vt Mariæ lepra. vel ad gloriam Dei, vt de cæco nato. Vel ad initium pęnæ, vt Herodi. De Paulo igitur patet, 2. Corinth. 12. vbi de seipso dicit, Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, vt me colaphizet. ad quod 6. q. 1. imitare Petrum. & 23. q. 4. displiceat. De prædictis etiam tractat Greg. lib. 1. Moralium, dicens: Percussionum diuersa sunt genera, & c. ibi plenè. Melius est igitur semper cõsulere peccatorum fugam, quàm locorum. semper enim mortem secum affert anima peccato subiecta,
231 quia stipendia peccati mors, vt dicit Apost. ad Rom. 6. † Fugiant ergo peccata, qui mortem ęternam cupiunt euitare.

Ad illud, quod dicebatur, omne viuum & c. Respondeo, q spi
232 ritualis virtus agere debet supra naturalẽ, † & ideo magis timenda est mors animæ, quàm corporis. Vnde dixit Dominus Matthę. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: illum autem timete, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam.

Ad id, quod dicebatur de his, quæ habentur in capit. pastoralis, de sent. & re iudic. in Clemen. dico, quòd text. met se soluit ibidem, dum dicit, ad mortem per violentiam & iniuriam; nam non per iustitiam inferendam. quanquam enim tali casu ad
233 mortem accersitus non teneatur se vltroneum exhibere: † amore tamen iustitiæ potius debet mortem eligere, quàm contra virtutes agere quoquo modo, vt dicit Philosoph. 3. Ethicor. & primo Machab. 3. dixit Iudas, Melius est nobis mori in bello, quàm viuere. mala gentis nostræ & sanctorum. Sic ergo melius est mori cum virtute mutuæ charitatis in gratia Christi, quàm sine charitate superuiuere, & animam fratris, vel proximi relinquere desperatam, & tanquam mercenarius fugere videns lupos supergredientes in ouiculas indefensas: nam si non potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor
234 nescit, vt in cap. quamuis, ext. de regu. iur. † quanto minus, cum videt & renuit defensare, iuxta not. in d. ca. tres personas. 23. q. 4. & in d. c. irrefragabili, de offic. ord. & 43. dist. sit rector. & 83. dist. error. & 85. distinct. facientis. & faciunt not. ff. locati. l. qui mercedem. quia pastor tenetur de custodia.

Sed quia occurrit supra proximè de præstantissimis Dominis & patribus Medicis feciſſe mentionem, ne & ipsi nostri laboris fructuli expertes existant, aut careant debita portione, aliqua de pertinentibus ad eorum exercitium inseramus, vt se suo debito conseruent honore. sic enim diuina sapientia protestatur, Ecclesiastici 38. dicẽs, Honora medicum, propter necessitatem: etenim illum creauit Altissimus. à Deo est enim omnis medela, & à Rege accipiet omnem donationem. disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatum collaudabitur. Altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. nonne à ligno indulcata est amara aqua? ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis, in his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis, & non consummabuntur opera eius. pax enim Dei super faciem terræ. Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora

Source : BIU Cujas

ad Dominum,& ipſe curabit te. Auerte à delicto & dirige manus & ab omni delicto munda cor tuum, da ſuauitatem & memoriam ſimulaginis & impingua oblationem,& da locum medico. Etenim illum Dominus creauit & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. Eſt enim tempus quando in manib. eorum incurras, ipſi verò Deum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & ſanitatem propter conuerſationem eorum. Qui delinquit in conſpectu eius, qui fecit eum, incidet in manus medici. Ecce quàm ſolemnem & vtilem lectionem filius Syrac diuina ſapientia illuſtratus propoſuit in conſiſtorio medicorum pro medicis & infirmis, vt qualiter ſe mutuò debeant exhibere & medicus ad infirmum, & infirmus ad medicum & ad Deum vterq; pariter quiſque percipiat luculenter. Et quanquam prædicta verba congruentius atque vtilius de ſpirituali medico capiantur, & ſic de prælato, vel ſacerdote, qui magis honorandus eſt pro cura ſpirituali, quàm ſit medicus corporum pro cura corporali, quanto dignior eſt anima, quàm corpus. Ex quo dicit Apoſtolus, 1. Timoth. 5. Qui bene præſunt præsbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. vbi dicit gloſ. duplici honore. vt ſcilicet ſpiritualiter eis obediant, & exteriora miniſtrent. Boni enim diſpenſatores, & fideles, non ſolum honore ſublimi præueniri debent, ſed & terreno, &c. Medicus etiam corporalis nihilominus eſt honorandus propter curam corporibus exhibēdam. ideo ſubditur, propter neceſſitatem enim &c. Et intellige, creauit non ſolum in quantum eſt homo, ſed etiam inquātum eſt medicus, qa Deus eſt principalis auctor medicinæ. Vnde ſubditur, à Deo eſt enim omnis medela. Intellige ēt creauit, nō ſtrictè de nihilo, ſed largè, ſicut dicitur creari Rex, vel Pontifex, cū promouetur ad dignitatem. Vnde ſubditur, & à Rege accipiet donationem: nam vt plurimum principes huius ſęculi ſollicitiores ſunt pro corporis ſoſpitate, quàm pro animæ perpetua fęlicitate. Vnde dicit Dñs Lucæ 16. quia filius huius ſęculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. hoc eſt, quia magis ſunt ſolliciti circa bona temporalia, quàm circa beatitudinem ęternalem. & propterea diſciplina medici exaltat caput eius. Vnde commune prouerbium eſt in verſibus illis.

Dat Galienus opes, dat ſanctio Iuſtiniana,
Ex alijs paleas, ex iſtis collige grana.

Et vt oſtendat q̄ ex Dei creaturis, vt ex herbis & radicibus conficiuntur, vt plurimum medicinæ, inducit exemplum de aquis Marath, quæ cum eſſent amariſſimæ, dulcoratæ ſunt per immiſſionem ligni per Moyſem iuſſu Domini, Exo. 15. per experientiam igitur & diuinam reuelationē ad agnitionem hominū medicinalis virtus puenit, ſicut facta eſt reuelatio Salomoni de virtutib. herbarum & arborum à cedro vſq; ad hiſopum. 3. Reg. 4. Et hoc vt honoretur Deus in mirabilibus ſuis, quibus medici & vnguentarij remedia cōferunt ſanitatis, vt ſubditur. Sed quia effectus ſaniratis eſt principaliter à ſolo Deo: ideo ſubditur, Et nō conſumabuntur opera eius, hoc eſt, quia medici per eorū opera ſanare nequirent, niſi Dominus ſuam virtutem infunderet, & miniſtraret per medicos & medelas. Hinc ſubditur, Pax enim Dei. & infra, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te. Et vt intelligamus, † q̄ infirmitas corporalis multoties prouenit ex peccato, 235 vt in d.c. cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ. ideo ſubditur, Auerte à delicto, &c. Quaſi dicat, ſi vis ſanitatē corporis, quære prius animæ ſanitatem, Matth. 6. Quęrite ergo primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. namq; ceſſante cauſa, ceſſat effectus: vnde ceſſante peccato, ceſſabit infirmitas, quæ prouenerat ex peccato. Inde ſubdit, Da ſuauitatem, & impingua oblationem, ſicut dixit Dominus leproſo, quē ſanauerat, Vade, oſtende te Sacerdoti & offer munus, &c. Matt. 8. & decem leproſis mundandis dixit, Ite oſtendite vos Sacerdotib. & factum eſt, dum irent mundati ſunt, Lucæ 17. Inde ſubdit filius Syrac, Et da locum medico. quaſi dicat, habita reconciliatione cum Deo per medicum ſpiritualem ſanitatem corpoream per medicum corporis facilius obtinebis. Hinc cōſuluit Apoſt. ſua can. 5. cap. dicens, Infirmatur quis in vobis, inducat præsbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, ſcilicet ab infirmitate corporali. Et ſi in peccatis ſit, dimittantur ei. Simili modo igitur ſubdit filius Syrac, Ipſi verò ſcilicet medici ſpirituales principaliter & ſecundario etiam medici corporum, Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum ſcilicet infirmorum: requiem inquam animæ principaliter, & corporis ſucceſſiuè propter conuerſationem eorum, id eſt propter bonam vitam & propter merita bonorum operum verorumque medicorum, vt eorum orationes dignę ſint à Domino exaudiri, & qui ſanatus fuerit, caueat ne iterum delinquat, ſi nō vult reincidere in manus medici vtriuſq;. Eſt enim infirmitas duplex, ſpiritualis ſcilicet & corporalis, & ſic duplex medicus curaturus aſſiſtat. vt infirmus igitur neutra frangatur, vtrunque docet primo, ſcilicet releuare communiter infirmitatem vtranque, ſecundò dat doctrinam ſpiritualem de releuatione piritualis infirmitatis ibi, Fili in tua infirmitate. Item in prima primò determinantur præambula ad obtentum ſanitatis habendæ ſecundò notatur conſeruatio, ſeu modus conſeruationis ſanitatis iam habitæ ibi, & non conſumabuntur. præambula autem ad ſanitatem ſunt duo, ſcilicet reuerentia medicorum & virtus medicinalium. Primum ex congruitate, ſecundum ex neceſſitate. honora igitur vtrumque medicum precibus & muneribus propter neceſſitatem corporis & animæ, Lucę 5. non egent, qui ſani ſunt, medico: ſed qui male habent, & Matthæ. 9. non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. Ad infirmorum igitur vtilitatem vtrunque medicum creauit Altiſſimus, Iob quinto. Nihil in terra ſine cauſa fit. Inde dicit Philoſoph. Natura nihil facit fruſtra, vt in 1. de cęlo & mundo. Et eſt argumen. quòd etiam religioſis infirmis licet vti medicinis. Vnde Iſaias emplaſtrum caricarum alligauit 236 Ezechiæ. Iſa. 37. † Et Angelus Raphael docuit Thobiam cor, iecur, & fel piſcis ad medicamenta neceſſaria, Thobię ſexto. ex quo poſtmodum Thobias inungens patris oculos felle, ſcilicet reſeruato lumen priſtinum reparauit, Thobię vndecimo. Nec obſtat, quod dixit Beata Agata, medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui, quia paucorum priuilegia non ſunt ad omnes generaliter extendenda. priuant enim legem communem, vt patet de priuileg. per totum. Vnde & Apoſtolus inſtruit Timoth. modico vino vti propter ſtomachum & frequentes ſuas infirmitates, primo Timot. quinto. habendo igitur principaliter fiduciam in Domino Saluatore, quia vt dicit Auguſtinus de doctrina Chriſtiana, corporis medicamenta, quæ hominibus ab hominibus adhibentur, non niſi eis proſunt, quibus Deus operatur ſalutem, qui & ſine illis mederi poteſt, cum ſine ipſo illa non poſſint cum gratiarum actione & diuina benedictione etiam religioſi licitè ſuſcipiunt medicinas. Vnde Apoſtolus arguit eos, qui cauteriatam habentes conſcientiam in ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum prohibebant abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his, qui cognouerunt veritatem, 237 † quia omnis creatura Dei bona, & nihil reijcien. quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem, primo Timot. quarto. Quo contra impròpe- 238 rat ſermo Dei, † quòd Aſa Rex Iſrael ægrotauit dolore pedum vehementiſſime, & nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt, ſecundo Paralipom. 16. Eſt enim ſuper omnes medicos & medelas Chriſtus Ieſus ſupremus medicus, cuius liuore ſanati ſumus. Et qui verè languores noſtros tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Iſa. 53. & Pſal. dicit, Benedic anima mea Domino, qui ſanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuā. Tanto igitur erit efficacior medicina, quanto erit acceptior medicus creatori, qui tiā ſine alio medicamine ad ſolas orantis preces ſanat ęgrotos. Vnde Apoſtolus inter alias gratiarum ſpecies connumerat gratiam ſanitatum, primo Corinthio. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt. Et infra, Alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu. Patet enim quòd ad ſolam vmbram Petri diuina patrante gratia ſanabantur infirmi, Act. quinto. per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia multa in plebe. Et infra, ita vt in plateis eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis & in grabatis, vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam eorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Hieruſalem, afferentes ægros, & vexatos à ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes. Meritò igitur dixit filius Syrac, ora Dominum, & curabit te. Et infra, ipſi verò Dominum deprecabuntur. Et ſi intelligamus hoc magis ad clericos pertinere, quia medici corporum parum videntur orationi vacare, cognoſcant & ipſi corporum medici, quòd ſacerdotes orando eorum coadiutores effecti iugum Domini & infernorum pondus pariter conferunt cum eiidem. Et rectè magis præualent apud Deum dignæ preces & orationes ſuorum fidelium miniſtrorum, quàm virtutes herbarum, vel lapidum & ſimilium, quibus diligentius vtuntur medici corporales. Plus enim profuit Onias, ſummus ſacerdos orando pro Heliodoro, grauiter à Domino flagellato, quàm omnis diligentia medicorum, vt patet ſecundo Machab. tertio, vbi ſubditur, † Onie Sacerdoti gratias age: nam propter 239 eum tibi Dominus vitam donauit. Et de Aaron Nume. 16. legimus, quòd currens ad mediam multitudinem, quam iam vaſtabat incendium, obtulit thimiama, & ſtans inter mortuos, & viuentes pro populo deprecatus eſt & plaga ceſſauit. Non igitur ſuperbiāt medici ex celſitudine philoſophica etiam ignaros clericos contemnentes, quia magis ſæpe proficit occulta virtus humilis orationis, quàm phalerata pompa Ariſtotelis & Platonis. Hinc dicit Dominus Hierem. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua: & non glorietur dives in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur ſcire & noſſe me. quaſi dicat, Quia ſine me nihil poteſtis facere, Ioan. decimoquinto. Hæc dixerim pro quodam præambulo priusquam venerim ad quæſtiones ad medicos pertinentes.

Primò

Source : BIU Cujas

240 Primò igitur quæro, † an Medicus imperitus peccet nociuã dans medicinam, vel remedium nocuum infirmo? Respondeo breuiter quòd sic, quia non debet vsurpare quod est alienum: vnde si mors, vel membri mutilatio, aut debilitatio sit secuta, nedum mortaliter peccat, sed etiam efficitur irregularis, argu. in cap.tua nos. 1.respon.ext.de homic. & in cap. ad aures. ext. de æta. & qualit. Culpa est enim ingerere se rei ad se non pertinenti.ff. de regu. iuris, l. culpa. Imperitus ergo non debet se ingere-
241 re, Institut.de lege Aquil.§.imperitia quoq;.† quia imperitia in culpa est,vt ibi patet. & argum. ff. quod quisq; iur. l.hoc edicto. & ff.de act.emp.& vend.l. Iulianus. §. quid tamen. Et hoc etiam tenet Innocen.in d.cap.tua nos.& post eum D.Anto.qui d.l.Iulianus,allegat,§.quòd autem,& se.

242 Secundò quæro, † quid si medicus peritus negligenter se habeat ad infirmum, & ex eius negligentia infirmitas inualescat? Respondeo,quòd similiter peccat, sicut supra proximè dictum est, quia negligentia sicut imperitia similiter est in culpa. 2. q. 7.
243 negligere.9.q.3.cum simus.5 2.dist.c.1.83.dist. error. † Turpis.n. iactura est, quæ fit per negligentiam,vt dicit Seneca in prima epi sto.ad Lucil.& not.Archid.83.dist.nihil.vbi dicit tex.sicut enim artium in suo quoq; opere inuenitur mater instantia, ita nouer ca eruditionis est negligentia. simile 38.dist.ignorantia.

244 Tertiò quæro,† quando dicatur medicus circa infirmum debitam diligentiam adhibere? Respondeo,eo ipso ꝙ sequitur traditiones artis, & ꝙ ex post facto adhibet sufficiẽtem diligentiã, infirmum personaliter visitando,videndo signa interiora, tangendo pulsus, ordinando medicinas & dietas ac regimen vitæ, tã ad purgationes, q̃ ad restaurationes: nec tenetur ei ex debito ad custodiam continuam personalem, nisi ex pacto se specialiter obligaret,arg.in cap.fi.ext.de frig.& malefi.in glos.fi.ibi dum dicit,omnis enim cautela, quæ adhiberi potest in talibus est adhibenda,quia circa maiora cautius est agendum,arg.7.q.2.c.fi.& in c.vbi periculũ,de elec.lib.6.& 42.dist.quiescamus.& ff.ad Carbon.l.j.§.2.& 61.dist.miramur.& de consec.dist. 5. nunquam. & ext.de vsu pal.cap.fin.Et sic tenet Hostien.& post eum,D.Anto. in d.c.tua nos.

245 Quartò quæro,† quid si medicus dat medicinam nocituram, dubitans an debeat nocere, vel proficere? Respõdeo,ꝙ similiter peccat,quia non debet dare medicinam, de qua sibi secundum artem non constat ex scientia: nam in dubijs tutior via eligen. est,vt in c.ad audientiam,§.1.ext.de homic.& in c.petitio.eod.ti. securius est enim ęgrotantem in manu sui creatoris relinquere, quàm præbere medicinam, de qua dubitet quoquo modo,vt dicit Innoc.in d.c.tua nos,de homic.

246 Quintò quæro,† quid si scienter omittat dare debitam medicinam? Respondeo,ꝙ peccat,sicut si indebitam propinat:nam si medicinam irreligiosè propinat infirmitatem aggrauando gratia maioris lucri percipiendi, vel vt alio respectu quocunq; infirmum faciat recidiuare,extraordinariè puniendus est,vt ff. de var.& extraord.cog.l.medicus.secundum Host.& Anto. vbi supra, & Innoc. tangit ibid.dicens ꝙ medicus ita peccat omittendo medicinas debitas, sicut faciendo indebitas. ad hoc faciunt no.in l.j.§.medicorum.ff.de var.& extraord.cog.& C. de profes. & med.l.medicos.lib.10.& not. per glos.& Archid.3.q.7.si quis adeo.vbi est opt.arg.de aduocato ad medicum.ibi, nec ex industria iurgium protrahere. Vbi dicit glos. quòd si fecerit, cum iudex puniat in duabus libris auri, C. de iudic. l.properandum. §.illo proculdubio.

247 Sextò quæro, † quid si medicus bene peritus nouit medicinã bonam esse,& in veritate bona erat, sed contingit ꝙ species positæ in medicina malæ fuerunt secũdum materiam, vel propter nimiam vetustatem, vel quia falsam similitudinem gerebant verarum specierum, vel propter aliam quamcunq; causam corruptionem in se habebantur? Respondeo,ꝙ si medicus diligentiam,quam debuit,adhibuit in speciebus eligendis, inculpabilis est,quicquid inde contigerit, quia probabilis ignorantia & eius sollicira diligentia eum rationabiliter excusaret, secundum Innocen.in d.c.tua nos. Absit enim vt nobis imputetur ꝙ propter bonum ac licitum facimus, si quid propter vel præter nostram voluntatem cuiquam mali contingat. 23.q.5. de occidendis. & argum.50.dist.sæpe.& c.quid ad te.& 6.dist.c.testamentum.Deus enim inspector est cordis plusquam operis.15.q.6.c.1. & faciunt not.in c.apostolicæ. ext. de cleri. excommu. ministr.vbi suspensionis ignaros diuina celebrantes reddit ignorantia probabilis excusatos.

248 Septimò quæro, † Medicus, vel chirurgus secundum artem clarè cognoscit, vtile esse aliquem incidi in aliqua parte corporis, an licitè possit eum incidi facere? Respondeo, quòd sic, Dummodo peritum & discretum inueniat incisorem, arg. 55. dist.si quis absciderit.& cap.qui partem,& c.si quis medicis. & c. eunuchus. & cap.si quis pro ęgritudine. & cap. lator. & cap. præcepta. & ext. de corpo. vitia. cap. significauit. & cap. ex parte M.præsby teri.

Octauò quæro, quid si incisor errat in incidendo non ex imperitia,vel desuetudine,sed fortè quia infirmus non habet consuetam dispositionem membrorum vel venarum,vel quia subitus & insolitus timor vel tremor irruit super eum? Respondeo chirurgum & incisorem pariter excusari,ex quo adhibuerũt debitam diligentiam, nec irregularitatem incurrunt secundum Innocen.in d.cap.tua nos,& argum.in cap.ex literis.ext. de frig. & malefic.& faciunt ad idem omnia iura superius allegata in 6.q.proxi.præced.

Nonò quæro, quid si chirurgus dubitat de incisione & de incisore, ꝙ nesciat benefacere? Respondeo, ꝙ vterque abstinere debet & potius dimittere infirmum sine incisione, quàm facere eum incidi,vel incidere,nisi talis sit incisor, de quo non dubitetur, ꝙ communiter bene scit incidere, secundum Innocen. vbi supra.& argum. ff. de flumin.l.j. in princip. & ff. de fun.inst. l. cum de lanionis. §. asinam. quia in dubiis tutior pars est eligenda,vt in d.c.petitio,ext.de homic.& in c.iuuenis.ext.de sponf.& 68 dist.præsbyteri,in glos.quæ incipit, hic in dubio. & ff. de reb. dub.quasi per totum.

249 Decimò quæro, † an liceat Christianis pro cura sui corporis infidelem medicum aduocare, vel ab eo recipere medicinam? Respondeo,ꝙ non,imò contrafaciens,si clericus est,deponi debet:si verò laicus debet excommunicari,28.q.j.c. nullus. & cap. omnes. ratio autem prohibitionis est periculum, cum talibus conuersandi, & maximè cum Iudæis, qui legem habent & prophetas,ne dum fidelis quærit salutem infidelis, potius ipse cum eo infidelitatis perditionem inueniat.28.q.j.cap.Iudæi §. verum hoc ideo.vbi glos.dicit,Quia Iudæi sunt difficiliores ad conuertendum, & faciliores ad subuertendum, scilicet fideles, quàm sint Gentiles, quia Iudæi legem habent & prophetas, vt supra dixi. Hinc Euangelista Ioannes in 2.can. sua, circa finem dicit, si quis venit ad vos,& hanc doctrinam non affert,nolite recipere eum in domum,nec aue ei dixeritis:qui enim dicit ei aue, cõmunicat operibus illius malignis. Ecce prædixi, vt non in die Domini confundamini. Et ex hac auctoritate, quàm maximè tempore recolendæ memoriæ Martini Papæ V.consultus in Curia Romana per quendam militem ex parte cuiusdam magni Comitis Hispani, qui intendebat quendam medicum Hebræũ in sua Curia cum continua permanentia retinere, de facto consului, non licere per suprascriptas & etiam infrascriptas rationes & argumenta.dicit enim Apost.2.Corinth. 6. nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ est enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quę cõsocietas lucis ad tenebras? quæ autem cõuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli?

250 Præterea non licet Christianis cum Iudæis cohabitare, comedere, bibere, nec balneari, vt in dicto cap. nullus. & 11. q. 3.ad mensam.ergo,&c.

251 Præterea, cum non debeant Iudæi aliquod officium publicũ inter Christianos exercere, ne occasionem habeant sæuiendi. 54.dist.nulla.17.q.4.constituit.ext.de Iudæ. cap. cum sit. & C. de Iudæ. l. fi. ergo nec medicus Christianorum esse debet Iudæus, cum sit officium publicum. Est namq; nobis licita causa suspicionis contra ipsos:quia, vt publicè patet, nostri sunt hostes, & crucifixerunt nostrum Dominum Iesum Christum. non est ergo Christi fidelibus tutum de ipsis confidere,& in eorum manibus se iactare.Ergo corporis tui curam medico cõmitte fideli.

Præterea cum canones contradicant, vt supra,nulli dubium, quòd contrarium facientes mortaliter peccant:nam violatores canonum spiritum sanctum blasphæmare dicuntur. 25.q.1.violatores canonum & peccatum paganitatis incurrunt, sedis apostolicæ mandata contemnentes. 81.distin.si qui sunt præsbyteri. Sed canones prohibent etiam conuersationem & communionem fidelium cum infidelib.: 8.q.1.sæpe.vbi dicitur, sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt:quãto magis eos, qui ad vitia proni sunt. nulla igitur vltra communio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis cum his, qui ad huc in veteri ritu consistunt,ne fortè eorum participatione subuertantur.totum est de textu. Et si fortè dicatur, quòd d.c.loquitur de neophitis. respondeo.est,quòd magis debet attendi ratio,quàm litera,quia non sermoni res,sed rei est sermo subiectus. Vnde intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi.ext.de verb.sign. cap. intelligentia. Hinc & Greg.rogat non verbum ex verbo,sed sensum ex sensu transferri: quia plerunque dum proprietas verborum attenditur,sensus veritatis amittitur.ext. de verbo. signifi.c. propterea.Sed ratio prohibitionis est timor subuersionis, vt patet in d.c.sæpe Vnde vbi est eadem ratio, ibi est idem ius, ext. de constit.c.translato.subuersio autem timenda est nedum de neophitis.i.de nouellis in fide,sed etiam de omnibus imperfectis, & fragilibus personis.ergo &c.

252 Præterea, cum nemo possit vel debeat excommunicari nisi pro mortali peccato,11.q.3.nemo eporũ.& c.nullus sacerdotũ. Sed participãs cũ infideli in casib.s.dictis debet excõicari,vt in d. c.nullus.in fi.ergo ueniẽs ꝯ canonẽ illũ. mortaliter peccat.& tãto magis grauat peccatũ & pęna, q̃to magis incorrigibilẽ se demonstrat,qui monitus,à crimine nõ desistit,iuxta not.in d.c.nemo.& 23.q.4.fortè.3.q.4.Engeldrudã.11.q.3. excellẽtissim⁹. & c. certus.45.dist.sed illud.24.q.3.tã sacerdos.tãto namq; grauiora

Source : BIU Cujas

ſunt peccata, quanto diutius infœlicem animam detinent alli-
253 gatam. ext.de conſuet.cap.fin.† Et diuturnitas temporis peccatum non minuit, ſed augmentat, ext. de eo, qui dux. in matri. quam pol.per adult.c.cum haberet.circa fi.& ext.de ſimo.ca.nō ſatis in fi.& ca. cum in eccleſia.circa medium, cum ſimilib. Nec minus peccat,qui cum multis peccat,ſi aliis ipſe cauſam peccādi tribuit,iuxta not. in c.latores, ext. de cleri. excommu. miniſt. & 86.diſt.tāta.& 24.q.3. qui aliorum. nec excuſatur membrum, licèt faciat id,quod caput, cum ſit ſupra membra, & det legem
254 membris, † cui tamen legi caput non ſubiicitur. 25.q.1.c.prima ſalus.§.is ita.Nec principes ſæculares ſunt ſupra legem Eccleſiæ, ſed magis econuerſo,iuxta not.in cap.1.de iureiuran.in clemen. 63. diſtin. tibi Domino. Nec dedignantur leges ſacros canones imitari,vt in Auth.vt clerici apud pro.epiſco.collat.6.& in capit.
255 clerici,ext.de iudic. † Nulli ergo fas eſt, velle vel poſſe trāſgredi Apoſtolicæ ſedis præcepta. 19.diſtinct.nulli.Non ergo excuſantur allegantes exemplum Papæ, quem dicebant medicos Hebręos ad curandam ſuam ęgritudinem conuocare. nam eſto ꝙ hoc non eſſet laudabile:attamen huius redarguere culpas prę ſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine iudicari debet,niſi depræhendatur à fide deuius.40.diſtin. ſi Papa.Nec obſt.id,quod dicit Beatus Thomas de Aquino 2. 2.q. 10. art. 2. quòd qui in fide firmi ſunt, ita quòd ex eorum conuerſatione cum infidelib. ſperatur magis illorum conuerſio, quàm horum ſubuerſio,non ſunt prohibendi cum infidelibus conuerſari.nam patet quòd loquitur de viris perfectis, in quibus ceſſat ſuſpitio ſubuerſionis. Et ideo ibid. dicit quòd ſimplices & infirmi prohibendi ſunt.& ita de facto concluſum fuit, prout cōſului tēpore ſupradicto, nec miles ille diſpenſationē valuit obtinere. & poſtmodū ſucceſſiuè ſic approbatū extitit & de nouo decretum in Concilio Baſileæ cum multis alijs prohibitionib. in d.decreto contentis ſub anno Domini 1434. 2. Idus Septēb. & etiam per S.D.N.Eugeniū Papam IIII.extitit cōfirmatū,&c.
256 Vndecimò quæro, † an infirmus non obediens medico peccet? Reſpondeo,ꝙ non ex peccato inobedientiæ,quia nec prælatus eius eſt,nec aliter tenetur ſibi obedire: incautè tamē facit nō credens in arte perito. ergo benefacit credere, ſecundum Inno. in d.c.tua nos.facit tex.in c.ſignificaſti.2.eo.titu.dum dicit,Vt peritorum iudicio medicorum talis percuſſio aſſereretur non fuiſſe lethalis: nam per accidens non credendo perito, ſi contraria ſuæ ſanitati ſumat,periculum poterit mortis incurrere,vel infirmitatem prolixius aggrauare,quod induſtriosè facere nō debet, ad Epheſ. 5. Nemo enim unquam carnē ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam.Vbi dicit Alex.de Ales, Nec dicitur ſanctus adeo odio habere carnem ſuam,ſi maceret eam, & exponat ſupplicio:non enim eam odit, ſed corruptionē,quæ eſt in ea.Vnde Apoſt.1.Cor.9.dicebat, Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo,ne fortè,cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. ſi enim eſſet homo immortalis,ſicut fuit in ſtatu innocentię,nō congrueret caſtigare carnem. Vnde ratione corruptionis dicit idem Apoſt.ad Roma.7. Cum enim eſſemus in carne paſſiones peccatorum,quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris,vt fructificarent morti: nūc autem ſoluti ſumus à lege mortis,in qua detinebamur, ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus. quaſi dicat,ſicut per mortem Chriſti redempti ſumus ab ęterna morte, ita mortificantes carnē in nouitate vitæ ſeruiamus Deo. Vnde ſupra in 6.cap.dixit, Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu,in morte ipſius baptizati ſumus. Et infra, ꝙ enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: ꝙ autem viuit, viuit Deo.Ita & vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autē Deo in Chriſto Ieſu. Igitur nō regnet peccatū in veſtro mortali corpore,vt obediatis.concupiſcētijs eius. Et infra, Exhibete vos Deo, tāquam ex mortuis viuentes.Propter contradictionē igitur,quæ eſt inter ſpiritum & carnem: caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem, ad Galat.5. Ideo oportet mortificare carnem, vt obediat legi ſpiritus. Vnde nutrire & fouere diſtinguunt,vt nutrimentum ſit in alimēto & fomentum ſit in veſtimento. Vnde idem Apoſt. 1. Tim. vlt. dicit, Habentes quidem alimenta,& quibus tegamur, his contēti ſimus.Corpus igitur nutriendum eſt, quo ad ſuſtentationem, non quo ad voluptatem.vnde dixit idem Apoſt.2.Cor.6.in omnibus exhibeamus noſmetipſos,ſicut Dei miniſtros in multa patiētia,in tribulationibus,in neceſſitatib.in anguſtijs, in plagis,in carceribus,in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis in ieiunijs. Et infra,quaſi morientes,& ecce uiuimus,vt caſtigati & non mortificati.Et ad Heb.11. Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis egentes,anguſtiati,afflicti, quibus dignus non erat mundus. Et ad Heb.12.dicit, Nondum enim vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes.quaſi dicat, quòd reſiſtendum eſt peccato vſque ad ſanguinis effuſionem, imò vſque ad mor-
257 tem, † quia potius debet quis mortem pati, quàm mortali peccato conſentire, vt ſatis ſupradiximus in præcedenti tract. de martirio.Idem Thom.in quolib.& Innocen.& ſequaces in cap. omnis vtriuſq; ſexus, de pœnit.& remiſ.Si verò infirmus ex certa ſcientia, ſeu affectata, vel improbabili ignorantia, ſumat potum,vel quicquam ſibi nociuum, peccat quidem, quia facit cōtra charitatem,cum debeat ſeipſum diligere & cuſtodire diſcretè,vt ſuo ſeruiat creatori.Ex quo dicit Apoſt. ad Roma. 12. Obſecro itaque, vos fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra,hoſtiam viuentē,ſanctam Deo placentem,rationabile obſequium veſtrum. ergo non licet in ſeipſum irrationabiliter deſęuire, ſicut non licet poſt carnis concupiſcentias ambulare.vnde idem Apoſtolus ad Gal.5. concludit poſt diſceptationem carnis & ſpiritus,Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentijs. Crucifixerunt intellige per diſcretam & rationabilem mortificationem,non au
258 tem per extinctionem vitæ,† cum non licet ſeipſum extinguere,vel mactare.23.q.5.ſeipſum.& c.ſi non licet. & c.non eſt noſtrum.& quaſi per totam illam quæſtionem.& tractat Thom. 2. 2.q.64.art.5.vbi deſignat tres rationes dicens, ꝙ ſeipſum occidere,eſt omnino illicitum.Primò quidem, quia naturaliter quælibet res ſe ipſam amat, & ad hoc pertinet, ꝙ quælibet res naturaliter conſeruet ſe in eſſe,& corrumpentibus reſiſtit quātum poteſt. Et ideo ꝙ aliquis ſe ipſum occidat,eſt contra naturalem inclinationem,contra rationem,& contra charitatem, qua quilibet debet ſeipſum diligere. Et ideo occiſio ſui ipſius ſemper eſt peccatum mortale, vtpote contra naturalem legem, & contra charitatem. Secundò, quia quælibet pars plus debet diligere id, quod eſt totius,quàm id,quòd eſt ſui ipſius,vt in 1.Ethic. Quilibet autem homo eſt pars cōmunitatis. Vnde in hoc ꝙ ſeipſum ſe interficit,iniuriam facit communitati, vt patet per Philoſop. in 5. Ethic. Tertiò, quia vita eſt quoddam donum diuinitus homini attributum & eius poteſtati ſubiectum, quia occidit, & viuere facit.Et ideo qui ſeipſum vita priuat,in Deum peccat:Sicut qui alienum ſeruum interficit, peccat in dominum, cuius eſt ſeruus:& ſicut peccat ille, qui vſurpat ſibi iudicium de re ſibi nō commiſſa: ad ſolum enim Deum pertinet iudicium mortis & vitæ. iuxta quod dicit Deut. 32. Videte ꝙ ego ſum ſolus, & non ſit alius Deus præter ne. Ego occidam & ego viuere faciam:percutiam,& ego ſanabo, & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere.Nec obſt.ſi dicatur ꝙ aliqui legantur ſeipſos interfeciſſe & ſaluos eſſe, vt de Sanſone, Iudic. 16. de cuius ſalute commemorat Apoſt.ad Heb.11.dicens, Deficiet enim me tempus enarrātem de Gedeon Barach Sanſon.Et infra,adepti ſunt repromiſſiones. nam ſicut dicit Aug.in j.de Ciuit.Dei, Non aliter excuſatur Sanſon,ꝙ ſeipſum cum hoſtib.ruina domus oppreſſit,niſi quia latēter ſpirituſſanctus hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat. Et eādem rationem aſſignat de quibuſdam ſanctis fęminis, quæ tempore cuiuſdam perſecutionis ſeipſas interfecerūt, quarum
259 memoria in eccleſia celebratur.† Simili etiam modo intelligēdum eſt de quodam nomine Razias, cuius hiſtoria ſcribitur 2.Machab. vlt.qui mandato Nicanoris capi iuſſus turbis irruētibus & circundantibus domum eius & ianuam diſrumpere atque ignem admouere cupientibus, cum iam comprehenderetur gladio ſe petijt,eligens nobiliter mori, potius quàm ſubditus fieri peccatoribus & cōtra natales ſuos indignis iniuriis agi. Et infra,& ſtans ſupra petram quandam pręruptam,& iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua vtriſque manibus proiecit ſuper turbas inuocans dominatorem vitę ac ſpiritus,vt hęc illi iterum redderet, atque ita vita functus eſt. nam ad fortitudinem pertinet, quòd aliquis ab alio mortem pati non refugiat propter bonum virtutis,& vt vitet peccatum. Sed quòd aliquis ſibi ipſi inferat mortem, vt vitet mala per pœnalia, habet quidem quandam ſpeciem fortitudinis, propter quod quidam ſeipſos interfecerunt extimantes ſe fortiter agere.de quorum numero Razias fuit: non tamen eſt vera fortitudo, ſed magis quędam mollities animi non volentis mala pœnalia ſuſtinere, vt patet per Philoſoph.in 3. Ethicor. & per Auguſt. in 1. de Ciuit. Dei. Sed certe de prædicto Razia magnum argum. facit verbum, quod dixiſſe refertur,inuocans dominatorem vitæ ac ſpiritus,vt hæc illi iterum redderet. Et hæc inuocatio in vltimo vitæ ſpatio facta fuit,ſicut ſtatim ſubditur,atque ita vita defunctus eſt.Ex quo poteſt ita pręſumi, ꝙ diuina reuelatione fecerit,ſicut Sanſon, vel ſi in hoc forte peccaſſet, quia in vltimo vitę ſpiritu Dominum inuocauit veræ pœnitentiæ potuit eſſe ſignum.ſtat tamen his non obſtantibus ſemper firma concluſio, nemini licere ſpontaneam ſibi mortem inferre, vt ad fœliciorem tranſeat vitam, ſicut ille diſcipulus Platonis feciſſe refertur, cum audiuit Platonem animæ immortalitatem firmiter aſſerentem, nemini licere, vt miſerias quaſlibet vitæ præſentis euadat, quia malorum omnium & vltimum terribilium eſt mors, vt patet per Philoſoph.in tertio Ethicor. Non enim licet maius malum inferre ad uitādū minus. Similiter nec licet ſeipſum occidere ꝓpter aliquod peccatum commiſſum,ſiue per ſe,ſiue per alium,ſicut Lucretia Romana fecit,& malè.Non enim ipſa peccauerat, quia adulterio ſe non conſenſiſſe dicebat, quanquam peccaſſet Tarquinij filius,qui eā violauerat, ergo ſe necaſſe non licuit, tū quia in hoc maximè ſibi nocuit, ꝙ aſibi ademit neceſſariū pęnitentię tempus, tum etiam, quia ſi ipſa peccaſſet, malefactorem occidere non licet, niſi per iudicium publicæ poteſtatis. & ſimiliter

Source : BIU Cujas

militer non licet mulieri seipsam occidere, ne ab alio corrumpatur, quia non debet in se committere crimen maximum, quod est sui ipsius occisio, ut uitet minus crimen alienum, non
269 suum,† quia non inquinatur corpus,nisi de consensu mentis,vt dixit Beata Lucia:tenetur tamen prius mortem pati, quàm pec cato consentire,vt dictum est,sed nō tenetur,nec licet committere maius vt vitet minus. Constat enim minus esse peccatum fornicationem,vel adulterium,quàm homicidium, vt plenè di
* xi in Tract. de blasphæmia. & maximè homicidium sui ipsius, quod est grauissimum,quia sibi ipsi magis nocet, cui maximam apud Deum dilectionem impendere debet. Iterum, quia est sibi periculosissimum subtrahere sibi tempus pœnitentiæ competētis,vt dictum est. Similiter etiam nulli licet seipsum occidere ob timorem, ne consentiat in peccatum, quia non sunt facienda mala,vt veniant bona, vt dicit Apost. ad Roma. 3. Nec etiam facienda sunt mala, vt vitentur mala,præsertim minora & minus certa,vt satis dixi supra in artic. de perplexitate. Incertum est eñ an aliquis in futurum consentiat in peccatum: potens est autem Deus omnem hominem à superueniente tentatione quacunq; & per consequens à peccato eripere & liberare,sicut dicit Apost. j. Cor. 10. Tentatio vos non appræhendat, nisi humana. scilicet primi motus ineuitabilis. & subdit, fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere, idest uincere, & sic coronari. Iaco. 1. Beatus vir, qui suffert tentationem,quoniam cum probatus fuerit,accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligētibus se. Non enim sufficientes esse possumus à nobismetipsis resistere tentationi, quia nec sufficientes sumus cogitare aliquid boni à nobis,quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est,vt dicit Apost. 2. Corinth. 3. & ipse Dominus dixit Ioan. 15. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. & Apost. 2. Corinth. 9. dicit, potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est, Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Non igitur in nostris viribus confidamus, sed in virtute diuina, quia paratus est Deus suam gratiam infundere copiosè. Vnde Iaco. 4. commonet Apost. dicens. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. subditi ergo estote Deo, resistite autem Diabolo & fugiet à vobis,appropinquate Deo,& appropinquabit vobis. Et Apost. 1. Corinth. 6. dicit, Nescitis, quoniam corpora vestra, membra Christi sunt. Et infra, Qui autem adhæret Deo, vnus spiritus est. Et infra, An nescitis, quoniam membra vestra, templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri. Empti enim estis precio magno, glorificate & portate Deū in corpore vestro. faciamus igitur quod in nobis est, quia numq̄ deerit gratia Dei,& eius auxilium præsto semper est confidentibus in eum. Nullus ergo in se manus inijciat ad mortem, vel mutilationem, vt tentationes euitet, quia nemo est dominus membrorū suorum, nisi in his, quæ pertinent ad liberum arbitrium, vt in l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. & ff. de ædil. edic. l. cum autem. §. excipitur. & satis tra-
261 ctatur in dicto cap. si quis abscideret, 50. distin. † non ergo postponat infirmus ex industria, vel crassa ignorantia peritorum medicorum sana consilia obseruare, ne sibi ipsi mortis causam tribuat, & sequiat in seipsum, quia sic certè peccauit, sicut etiam peccaret,si fortè ex carnis concupiscentia sensualem appetitum sequens poma vel similia sumeret contraria sanitati. nam si medicus peccaret contra traditiones artis,cōtraria tribuendo,multo fortius peccat æger scienter contraria sponte sumendo, sicut peccaret,si scienter sumeret venenosa, vt intendit Innocen. vbi supra. Si verò non putaret mortiferum potum, vel similia, quanquam bene crederet infirmitatem magis roborari ex illo contrario sanitati, dici potest non peccare mortaliter, vel ad minus non ita grauiter, sicut superiori casu. Potest enim fieri sic comparatio grauioris afflictionis,vt sitis ad minus grauem,vt febris, hoc est, quia magis affligitur ex ardore sitis, quàm ex febre. Tunc ergo potum sumendo discretè, non peccat mortaliter: imò posset ex peccato totaliter excusari ex mensura discretionis, non tamen excusaretur totaliter, si potus assumptus esset causa mortis,vel adeo grauioris infirmitatis, vt ex culpa ægri aliquod impedimentum diuinum obsequium pateretur, secundum Innoc. & sequaces,vbi supra.

262 Duodecimo quæro,† an medicus exercitatus in arte medicinæ licitè possit ad sacros ordines promoueri? Respondeo,q̄ sic, si conscientia non remordet,vt in cap. ad aures, in fine, ext. de æta. & qualit. sed ad hoc,vt non impediatur,oportet diligentiam adhibuisse debitam in tribus temporibus, videlicet ante factū, in facto, & post factum. Ante factum depræhenditur in culpa, quando non est peritus in arte,vel quando intromittit se de ministerio alieno, vt puta quia religiosus est, qui intromittit se de chirurgia, quod officium non conuenit sibi, vt in dicto cap. tua nos. de homicid. Culpa est enim ingerere se rei ad se non pertinenti, vt in l. culpa, ff. de reg. iur. & in capit. non est sine culpa, de reg iur. lib. sexto,& Apostolus dixit,Nemo militans Deo implicat se negociis sæcularibus, vt ei placeat, cui se probauit, secundo Timoth. 2. & inde sumptus est titul. Decretal. ne cleri. vel mona. sæcul. nego. se immisc. & ibi in capit. sed nec procuratores, prædicta auctoritas Apost. allegatur, & in capit. non magnopere, & in capit. sententiam san. & in capit. super specula,prohibentur monachis & præsbyteris Phisicalia, & chirurgica,vt adustio,incisio & similia, quæ requirunt effusionem sang. & cætera. In facto autem depræhenditur in culpa, quando non est sequutus traditiones artis sue in dando potiones,vel alias medicinas,imò potius est innixus prudentiæ suæ contra cap. primū & capit. ne innitaris,ext. de constitut. de quo satis supradiximus in artic. illo, videlicet an sequens erroneam conscientiā peccet, vel excusetur. Ex postfacto in culpa deprehenditur,quando circa custodiam infirmi non apponit diligentiam, quam debet, nec excusatur si custodem minus diligentem dimiserit, vbi videbat periculum imminere,argum. ext. de offic. Archidiac. cap. ea,quæ,secundum Host. in summa,de æta. & qualit. §. sed qualiter. versicu. hoc breuiter. qui subdit, Caueat ergo,scilicet medicus, ne plures curas simul & semel recipiat, quia si infirmitas continuam diligentiam exigit, pluribus intentus minor est ad singula sensus. & dum ad vtrumque festinat, neutrum bene peragat, vt in capit. diuersis fallaciis, ext. de cleric. coniugat. Alibi dicit glossa.

Qui duos lepores vna sectabitur hora,
Vno quandoq; , quandoq; carebit vtroq;.

vt in l. nemo, C. de assessoribus. Supradicta etiam triplex culpa colligitur in dicto capit. ad aures,ext. de æta. & qualit. & in dicto capit. tua nos. ext. de homicid. & ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. §. fin. cum l. sequen. & intelligo cautelam Hostien. quando medicus in specie se obligat ad custodiam certæ curæ, ne se multis occupet, aliàs autem non tenetur medicus ad continuam infirmi custodiam, vt dixi supra,in 3. quæstio. & tenet Ioan. Andr. in dicto capit. tua nos. super uerbo,omnem quam studuit, quam debuit diligentiam adhibere. & faciunt ad prædicta, notata 55. distinct. si quis à medicis, & in dicta l. medicus, ff. de var. & extraordin. cog. illi enim, qui ab adolescentia sua intendūt ad sacros ordines promoueri, cautius agunt, si abstineant à practica medicinæ,maximè à chirurgia, quæ adustionem & incisionem requirit,cum in nullo vacillare debeat conscientia promouendi, 33. distinct. laici.

263 Tertiodecimò quæro,† an liceat clericis operari in arte medicinæ? Respondeo, quòd tam monachi, quàm canonici regulares, archidiaconi, decani, prepositi, plebani, cantores & alij clerici personatus habentes, aut etiam quicunque præsbyteri, vel religiosi,professi tacitè,vel expressè,audiunt in scholis leges mundanas,vel phisicam, aut legunt prædictas scientias mundanas,excommunicationem incurrunt ipso facto,ut in dicto cap. non magnopere, & in dicto capit. super specula, ne cleri. vel mona. hac differentia reseruata, quòd religiosi prædicta de causa claustra exeuntes ipso facto, cæteri verò præsbyteri, vel clerici supradicti tunc demum incurrant, si infra duorum mensium
264 spatium non desistunt.† Chirurgiam igitur exercere est clericis omnibus interdictum, vt in d. cap. sententiam sanguinis. extra, ne cleri. vel mona. & in dicto capit. tua nos, de homicid. phisicam autem quanquam supradictis personis prohibitum sit audire,attamen clericis phisica exercere non est indistinctè prohibitum,secundum Ray. sed cum hac distinctione, quòd his, qui sunt in sacris ordinibus constituti, vel etiam in minoribus duntamen sint sufficienter beneficiati,non licet exercere phisicam, nisi gratis pro miserabilibus personis, uel pro suis consanguineis,& etiam tunc cum distinctione,quia aut in cura potest imminere periculum, aut non. si sic, non licet: si non, tunc licet, quod in religiosis est strictius obseruandum, iux. not. in capitu. primo, ad fi. ext. ne cleri. vel monac. ubi in fi. allegatur prædicta auctoritas Apostoli, nemo militans Deo,&c.

265 Quartodecimò quæro,† an liceat medico recipere pecuniam pro conferenda sanitate,facit dubium,quia collatio sanitatis est à Deo, iuxta illud Psalmistæ,qui sanat omnes infirmitates tuas. & in themate supra scripto, à Deo est enim omnis medela, Ecclesiastici 38. & ibid. Fili,in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora ad Dominum, & ipse curabit te. Respondeo, quòd licitum est medico accipere salarium pro labore suo: vnde potius illud dicitur honor medici,quàm precium sanitatis, 14. quæstio. 5. non sanè. unde non recipit pecuniam pro danda,uel data sanitate, sicut fecit Giezi discipulus Elisei, 4. Reg. 5. tūc enim esset simonia. Vnde Giezi in pœnam simoniæ,lepram passus est,à qua Naaman fuerat liberatus. & de eodem fit mentio 1. q. 1. qui studet. & ibi glos. format hanc q. Recipit igitur medicus licitè præmium pro labore,quia omnis labor optat præmium. ext. de reb. eccle. alie. uel non. capit. ad nostram. Simile 12. quæst. 2. charitatem. & Sapien. 3. scribitur, Bonorum laborum gloriosus est fructus, sicut magister non recipit pecuniam pro scientia, quæ est donum Dei, Isai. 11. & quā Deus donat, Iaco. 1. si quis autem vestrum indiget sapientia,postulet eam à Deo, qui dat omnib.

Source : BIU Cujas

affluẽter & nõ improperat. & ideo Sap. 1. ſcribitur, quoniam in maleuolam animam nõ introibit ſapiẽtia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. & ſubdit, Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationib. q̃ ſunt ſine intellectu. vnde Aug. ad Macedo. & refertur in d.c. non ſanè. reprehendit nolentes medico ſuum honorem reddere, nec mercedem operario.

266 Quintodecimò quæro, † an medicus teneat̃ gratis infirmum pauperẽ curare? Reſpondeo, ꝙ ſic, quia plus debet valere apud eum vita illius, quàm propria pecunia. 86. diſtinct. nõ ſatis. nam cum facultas adeſt, & neceſſitas imminet, non ſufficit bona voluntas ſine opere ſubſequente, quod ex bono fonte procedat, vt intendit Amb. in lib. de offi. & in præd. c. non ſatis. ubi ſequitur,

267 † perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore cõmendatur, vt primum operis circa domeſticos fidei, grandis culpa eſt, ſi ſciente te fidelis egeat. vbi dicit glo. nota in liberalitate eſſe attẽdẽdã fidem, cauſam, locum, tempus, modum, neceſſitudinem, ætatẽ, debilitatem, conditionem, quæ diligenter per ordinem tractantur in præſenti. c. vſque ibi, pulchra liberalitas, & ibi præcipuè tractatur de modo vſque ibi, Item ſup Lucam, & ex inde oſtẽditur præceptum de miſericordia impendenda, eſſe commune & generale omnibus, intelligendum eſt in eo, ꝙ facultas adeſt cum

* aliis circunſtantiis requiſitis, de quibus tractaui in Sermone, de

268 eleemoſina facienda. † aliàs autẽ, ſi facultas non adeſt, ſufficit bona uoluntas cũ charitate. 45. diſt. duæ ſunt eleemoſinæ. & ext. de eo, qui mit. in poſſ. c. conſtitutus. & ꝙ medicus teneatur infirmum pauperem curare, probatur in c. quantæ, extra de ſent. excommu. in fi. dum dicit, qui cum poſſunt, manifeſto facinori deſinunt obuiare. Valens igitur curare, & non curans, periculo deſinit obuiare, arg. 86. diſti. n. paſce. & 23. q. 3. non eſt inferen-

269 da & cap. fin. & ff. de libe. agnoſ. l. vetare. † Quilibet .n. pro poſſe tenetur à mortis periculo proximum liberare, Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. n. intellige ſi iniuſtè trahunt̃, vt in d. ca. non eſt inferenda, & in c. ſeq. & per gloſ. ſolennem in d. cap. quantæ. ſuper verbo, interpretans, quæ eſt gl. finalis, & ibi etiam per Doct. & Specul. idem tenet in d. caſu de medico ad pauperem, in titu. de ſalariis, §. fin. verſ. ex premiſſis. & ultra iura prædicta allegat 23. diſ. his igitur. ibi, dum dicit tex. pro beneficiis diſciplinæ Dei. alias dicit text. medicinæ Dei munera non accipiant. Sed illud de medicinis animę, ideſt de ſacramentis eccleſiæ quæ vulnera ſanant animæ, ſanius intelligitur, vt dicit ibi gloſ.

270 Sextodecimo q̃ro, † qd ſi infirmus diues eſt, & nihil vult dare medico pro cura, an medicus teneatur gratis ipſum curare? Videtur ꝙ non, cum nemo cogatur de ſuo facere beneficium, maximè non egenti. 10. quę. 2. precariæ. & medicus licitè poteſt mercedẽ recipere pro labore, vt in d. c. nõ ſanè. 14. q. 5. ergo, &c.

271 Reſpondeo, † ꝙ tenetur eũ medicus expenſis propriis curare, & cum conualuerit æger, repetat expenſas, quia utiliter geſſit negocium eius, ff. de neg. geſt. l. Pomponius. & ſi moriatur, æger, adhuc poteſt medicus expenſas repetere, quia ſufficit quòd vtiliter cæperit genere negocium ægri, quanquàm non ſit ſequutus lætus effectus, ff. de negotiis geſt. l. ſed an vltro. nec tenebatur ſuis ſtipendiis militare, extra de præſcript. capitulo cum ex officii, facit extra de procu. quia in cauſis, nec mortalitatis euentus debet medico imputari, quia non eſt in medico ſemper releuetur vt æger, ff. de offic. præſid. l. illicitas. §. ſicuti. 88. diſti. quoniam non cognoui, in fi. palea eſt, & gloſ. in d. ca. ad aures,

272 extra de æta. & qualita. † Nec eſt in medico mortuos ſuſcitare, vt pſalm. 87. nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabunt & confitebuntur tibi? Quaſi dicat, non. Nec ſemper ſequitur laborem effectus. extra de renunc. c. niſi cum pridem. §. quippe. Sed quoniam in talibus tutius eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere, vt Inſtitu. de oblig. quę ex delic. naſc. §. furti autem. idcirco dum dolet infirmus, medicus ſit pignore firmus, argum. in d. l. properandum. §. pen. C. de iudic.

273 Decimoſeptimò q̃ro, † quid ſi infirmus ꝓhibet, ne ſibi aliquadetur medicina, an medicus poſſit tunc repetere impenſas? Reſpondeo ꝙ ſic. Talis enim infirmus præſumitur furioſus ff. de cõdit. inſtitu. l. quidam, extra de ſuc. quæ ab inteſt. defer. ca. fin. vnde inuitus poterit curari, nam multa bona pariantur inuitis. 23. q. j. paratus. & q. 5. non uos & ff. de neg. geſt. l. ſoluendo. & 45. diſt. & qui emendat. & expreſsè habetur 5. q. 5. ca. j. & ij. ergo qui expendit, vtiliter poteſt repetere, ſicut ĩuitum poſſum extrahere de do-

274 mo ruinoſa. 23. q. 4. ipſa pietas. † Nec obſt. ꝙ quidam dicunt, nõ poſſe tunc repeti, quia tali caſu qui expendit, donaſſe videtur. C. de nego. geſt. l. fin. & ff. manda. l. qui fidem. & l. ſi cui pro te. & Inſtitu. de rerum diuiſ. §. cum in ſuo ſolo. nam talis præſumptio tunc locum habet, vt cauſa pietatis quis fecerit ſumptus illos, quando eſt propinquus infirmo, C. de nego. geſt. l. alimenta. vel quando infirmus eſſet egenus, quia tali caſu ſubueniendũ eſt ei ex charitate, vt in d. c. paſce. hoc etiam tenet glo. 83. diſt. in prin. vbi dicit text. mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum poſſit excludere, non excludit

275 Decimooctauò quæro, † Medicus curauit monachũ ægrotũ ſtudentem Bononiæ, uel alibi nõ animo tamẽ repetendi expenſas, & ſic proteſtans, demum monachus eſt mortuus, nunquid medicus poſſit expenſas repetere ab Abbate, vel à patre naturali? & præſupponitur ꝙ de Abbatis uoluntate tacita, vel expreſſa in ſtudio permaneret, aliàs non eſſet quæſtio, argu. ff. de re mili. l. deſertores. §. 3. & ff. de neg. geſt. l. ſiue hæreditaria. Et dato ꝙ cõſtet de Abbatis volũtate, ꝙ Abbas teneatur, nullo iure cauetur, arg. C. de collat. l. illam. & ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. idem. Præterea pater tenetur eum hęredem inſtituere & alere, ut C. de epiſco. & cler. l. Deo nobis, & paria ſunt hæc. ff. de libe. agnoſc. l. ſi qs à liberis. arg. contra, quia non poteſt dici inops filius, cum habet monaſterium locuples, à quo viuere debet, ut extra de præben. c. cum Apoſtolus, in princ. & in præd. l. ſi quis à liberis. Præterea contra Abbatẽ facit, ꝙ monachus eius ſeruus dicit̃, vt in Auth. de monach. §. j. 54. diſt. c. fin. vnde ipſum alere tenetur, ff. de neg. geſt. l. ſeruum. Præterea Abbas eſt vſufructuarius monachi, quia ei acquiritur ex re ſua, uel operis. 18. q. j. c. j. & uſufructuarius tenetur alere proprietarium. ff. de vſufruc. l. hactenus. & l. ſi quid. §. ij. & ff. de verb. ſign. l. verbo victus. Reſpond. ꝓ ſolutione prædictorum: nam negari non poteſt, quin negotium ſit vtriuſque. Sed diſtinguendum eſt, cuius contemplatione factum ſit, Abbatis uel patris naturalis, vt ille teneatur, cuius gratia factum eſt, arg. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. ſi ego. & ff. manda. l. qui fidem. Sed ſi gratia vtriuſq;, teneatur vterque, vt in d. l. qui fidem. In dubio autem ex perſonis dicta penſemus, argu. C. ſi quis imperat. maledix. l. ij. ergo ſi perſona, quæ fecit expenſas magis amicabatur Abbati, præſumetur eius contemplatione feciſſe, & ab ipſo repetet. Si uerò patri naturali, ſimiliter repetet ab eodem. Idẽ tenet Specu. vbi ſupra, uerſ. quid ſi monachum.

276 Decimononò quæro, † an medicus, q̃ pepigit pro cura in firmi, ſub certo ſalario, teneatur eundem infirmum curare ſub eodem ſalario, ſi infirmus pluries recidiuat? Reſpond. diſtinguendum eſſe, aut infirmus ſeruauit præcepta medici, qui diligenter exercuit artẽ medicinę, aut non ſeruauit, & ſic ex ſua culpa recidiuauit: ſi ſeruauit, nec fuit plenè ſanitati reſtauratus, & tũc ex eo ꝙ infirmitas eſt in eadem inſtãtia ſine defectu infirmi, medicus tenetur curare pro eodem ſalario, vt not. Legiſtæ in l. Martius. ff. loc. & Canoniſtæ not. de pœn. diſt. 3. adhuc inſtant perfidi. uerſi. videmus adhuc. vbi dicit tex. quomodo. n. corpus, qđ vilius eſt, ab ipſo diſſimiliſius ſæpe ſanaret, & animam digniorem & redemptam non totiens liberaretur medicũ ſe vocat, & non ſanis, ſed male habentibus oportunum. Sed qualis hic medicus, qui malũ

277 iteratum neſciret curarem? † Medicorum. n. eſt centies infirmum curare, qui cæteris minor eſſet, ſi aliis poſſibilia ignoraret. Verba ſunt Augu. in lib. de pœni. originaliter, qui intẽdit demõſtrare Dominum Ieſum Chriſtum totiens peccatorem ſanum facere, & indulgentiã elargiri, quotiens pœnitet de commiſſis. Vnde Petro dixit, nedum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties dimittendum, Matth. 18. ipſe igitur ſummus eſt medicus, qui ſanat contritos corde, & alligat contationes eorum. vt dicit pſal. Dicit igit̃ glo. in d. §. videmus adhuc, ſuper ver. centies. ſ. artis poſſibilitate, aliàs nunquid centies pro eodem ſalario, ſi centies recidiuaret, vel an totiens conſtituẽda ſunt ſalaria, quoties fiunt curationes. nec. n. vnam pœnam bis indulget: immo ſingulas indulgentias ſingulę præueniunt pœnæ. ea. diſt. quippe. ſufficit. n. ſemel infirmum curaſſe, arg. ff. de ſolut. l. qui res. §. areã. arg. contra de pœn. diſt. ij. quęrendum. §. iudex. nec vtique liberatur, qui non plenè liberatur. de pœnit. diſt. 3. ſunt plures. ff. de interrog. act. l. de ætate. §. nihil. hæc gl. prędicta. Si verò infirmus non ſeruauit præcepta medici, vt ſupra, tunc medicus non tenetur ſub eodem ſalario curare, & infirmus ſibi imputet culpã ſuã, vt in reg. damnũ, de reg. iur. lib. 6. & ff. de reg. iur. l. qđ qs ſua culpa, & facit 23. q. 4. di ſplicet. non. n. adepta ſanitas perdit̃, niſi ex proprio facto, de conſec. diſt. 4. quæris. uerſ. nõ aũt. ibi, & ideo ſemel, & c. & ideo factũ infirmi non debet nocere medico: nam peccata ſuos auctores tenere debent, extra de his, quæ fiunt à maio. par. cap. c quæſiuit. C. de pœn. l. ſancimus. & arg. ff. de dam. infec. l. damni infecti. §. ſi is, qui ædes, cum ſuis concordant. Specul. vbi ſupra vltra prædicta refert Petrũ diſtinguere, an incontinenti redierit ægritudo, & tunc medicus teneatur, quia non videtur plenè liberatus ab ægritudine, qui non eſt totaliter liberatus, nec videtur ægritudo receſſiſſe, quę rediit incontinenti, ff. de diuort. l. diuortium. & de pœni. diſt. j. diuortium, & arg. extra de bap. c. maiores. §. ſed adhuc quæritur. ibi, qui totum hominem ſanum fecit, Io. 7. Nã, vt dicit filius Sirac, eccleſiaſtici 10. languor prolixior grauat medicum, breuem languorem precidit medicus. ad quod extra de renunc. c. niſi cum pridem. §. uerum, in gl. iuxta illud. Si verò ex interuallo recidiuauerit, & tunc medicus nõ teneatur, vt in p̃d. l. diuortium. & probatur optimè extra de cler. percuſ. c. 2. & extra de homici. capit. præsbiterum. quæſtio dominicalis eſt, & antiquitus ventilata, ſed concluſio ſtat in diſtinctione prædicta.

278 Viceſimò quęro, † quid de ſeruitorib. infirmorũ miniſtrantibus quicquid petunt, an peccent? Reſpondeo ſi id faciunt ex certa ſcientia, vel ex probabili ignorantia, ſeu affectata, vt etiã petenti infirmo nociua propinauerint, grauiter peccant, ſecundum

Source : BIU Cujas

cundum Innocent. in dicto capitu. tua nos. idem etiam si contra præceptum medici contraria ministrauerint, quia in talibus credendum est medico, non infirmo, vt probatur 10. q.5. c.1.& 2. & si ex tali administratione mors secuta fuerit, talis minister efficitur irregularis. si uerò bona fide fecerit, non debet quis facilis esse ad formandum sibi conscientiam scrupulosam, quamuis in aliquo sit erratum, dummodo non sit ibi lata culpa cum negligentia dissoluta, quæ prope dolum est, de quo satis in cap.vno, ext.de commoda.per Ioan.And.in nouel.& in cap.j.de custo.Euchar.& ibi per glos.& Ioan. And.& 87. distin. irreligiosum,& ibi per glos.& Archid.& ff.ad leg.Aquil.l.qua actione. §. nam & si, in fi.& l. idem iuris. §.j.& §.fin. Et si talis minister iam habeat conscientiam scrupulosam, de facili deponere debet ad consilium sapiētis.Si autem lata culpa fuerit,aut negligentia dissoluta, & certum sit, quòd inde mors euenerit, irregularis effectus est.Si verò non sit certum,tunc aut dubitatur probabiliter, secundum iudiciū medicorum,aut non.In primo casu abstinendū est ab officio & promotione. In secundo verò deposita erronea conscientia,si fieri possit, ministrare poterit in susceptis, & ad alios promoueri,alias non, quia agens contra conscientiam ædificat ad gehennam,vt in ca.literas,de restit. spoliat. post med. & in cap.inquisitioni,ext.de sentent.excommun.& ibi per glos. & 30.q.5.ita ne.& ext.quod met.ca.c. sacris. cum similib. faciunt ad prædicta,not.50.distinct.hi,qui arborem.& cap.sæpe.& cum talibus irregularibus solus Papa dispensat, secundum Guliel. in Spec.de offic.lega.in tract.de dispensat.§.iuxta.versic.similiter si custodiens.& §.nunc breuiter.versic.quinto, cum homicida. ad quod ext.de concess.præben.cap.proposuit,ad fin. & in cap.continebatur,& in cap. ad audientiam, & in cap. petitio. ext. de homic.& in cap.1.ext.de cler.pug.in duel.& in cap. 1.ext. de corpo. vitia.& in cap.præsbyterum,ext.de cler.ęgrot.vel debi.

279 Vicesimoprimò quæro, quid si quis peritus flebotomat, vel secat,vel seruitor infirmi ad prędicta vocat peritū, & vterq; adhibet omnem diligentiam, quam debet de contingentibus nihil omittens,an teneantur,si mors sequatur,vel membri debilitatio, vt eis imputetur peccatum, vel irregularitas contrahatur. Respondeo, quòd non, quia potius præsumitur casu & cōtraria dispositione flebotomati,vel medicinati, seu secti mors euenisse,23.q.5.de occidendis. secus si propter eorum culpam, vel negligentiam euenerit,vt dictum est.facit 50.dist.studeat. & ext.de homic.cap.sicut digum,& cap.præsbyter,& in d.cap.continebatur. & cap.ad audientiam, & c. si aliquis,& c. Ioannes.& c.fin. & c.ex literis.2.& cap.sequen.& cap. lator præsentium.& 15. q. 1. si quis non iratus.cum alijs iuribus superius allegatis. & C. de malefi & mathemat.l.j.& per Specul.in d.§.iuxta.versic.item si quis peritus.& versic.facto autem.

280 Vicesimosecundò quæro, quid de eo,qui pietatis causa, se putans benefacere,sagittam,vel telum,vel gladium infixum in gutture,vel pectore,seu corpore alicuius extraxit, ꝓpter quod vulneratus citius obijt? Respondeo, irregularis efficitur, arg.in d.l. culpa.& in l.quod quis.ff.de reg.iur.& in d.cap.tua nos.ext.de homic.& in d.c.non est sine culpa.de reg.iur.lib.6.& per Specul. in d.§.iuxta.verſ.si autem aliquis sagittam.quanquam in tali casu faciliter possit talis extrahens immunis à peccato censeri, quia Deus cor interrogat:lex autem opus quærit. 15.q. 1. si quis non iratus.hæc est tutior pars,quanquam ex iuris rigore,si bonam habebat intentionem & fidem,non putans ex hoc citius mori, sed facilius liberari, & sic pietate motus tanquam dans operam rei licitę adhibuit omnem,quam potuit & debuit diligentium,etiā ab irregularitate videtur excusandus,arg.in d.ca. lator.& in aliis iuribus proximè superius allegatis.

Patet enim medicum excusari,cum adhibuit debitam diligentiam,vt in d.cap.ad aures.de ęta.& qualit.& in d.cap.tua nos.ext. de homic. sed determinatio supradicta bene concludit in clerico,vel regulari, si se ingessit officio alieno, vt supra dictum est. Alias etiam ipse Specul.videtur sibi contrarius in d.§.iuxta.verſ. si autem aliquis.cum in præcedenti,versic.qui incipit,item exercens.& verſ. Item si quis peritus. qui considerat diligentiam & negligentiam: excusat enim diligentiam quanquam negligentiam damnet.& sic etiam in d.§.iuxta,verſi.facto autem.& verſi. hinc est,ꝙ medico. Tenendum est igitur primum dictum in clerico,vel regulari,secundum vero in sęculari.

Vicesimotertiò quæro,quid si aliquis infirmū vertit,vel transuertit in aliud latus,vt citius moriatur? Respondeo, ꝙ peccat & irregularis efficitur tā ille,qui fecit,q̄ ille qui consuluit,si ex hoc mors fuerit subsequuta, puta quia fortè via anhelitus præcluditur,vel rumpitur apostema,& ex motus violentia suffocatur. Si autem non citius moritur ex hac causa non est irregularis, licèt aliàs pęnitere debeat de peccato. si tamen de his & similibus dubitatur,an inde mors fuerit subsecuta, deponat leuem & temerariam conscientiam ad arbitrium & consiliū sapientium: aliàs viam eligat tutiorem,iuxta not.in trib.proximis præcedentibus qq.& ita tenet Specul.in d.§.iuxta,verſ. quid si aliquis.& faciunt not.in c.Matthęus.ext.de simo.nam in dubio, cum de irregularitate suspicatur, semper consulendum est, vt abstineat, donec eius conscientia serenetur, iuxta not.in c.2.& in c.petitio, & in cap.ad audientiam,ext.de homic.

281 Vicesimoquartò quæro, nunquid sanus teneatur viuere medicinaliter? Respondeo,ꝙ non,quia omnia sana sanis. Si tamen sciēter sine causa aliquod nocium sumeret,vnde mors,vel infirmitas sequeretur,quæ ipsum a seruitio Dei subtraheret,peccaret,quia faceret cōtra charitatem, vt satis dictum est supra, 11.q.

282 † quia nemini licet spōtaneam sibi mortem inferre.33. quęst.5. seipsum. cum similibus inribus & rationibus in prædicta quæst. superius allegatis.& satis facit de consec.dist.5. contraria. vbi dicit text.Contraria diuinæ conditionis præcepta medicinæ sunt, quæ a ieiunio reuocant,lugubrare non sinunt, ab omni intētione meditationis abducūt. Itaque qui se medicis dederit seipsum sibi abnegat.

283 Vigesimoquintò quæro,quidam infirmus religiosus, effectus est freneticus & furiosus, cum aliquibus paruulis dilucidis interuallis,in quorū aliquo relaxatus a custode recessit de loco extra claustrum exiens, & non citò quæsitus obijt, & per plures dies postmodum repertus est comestus à lupis, nec scitur amplius, quomodo sit mortuus,an præfatus custos & alij relaxationis cōsilium exhibetes, sint irregulares & participes homicidij. quæstio est de facto præsenti tempore nunciata. Et videtur primo,ꝙ

284 non sint irregulares,† quia furiosus habens dilucida interualla, potest licitè sua negotia peragere sine curatoris auctoritate, & omnia alia facere,quę sanis hominibus competunt,vt in l.cum alijs.C.de cur.fur.sed præfatus regularis dicitur relaxatus tempore dilucidi interualli.ergo sibi imputet,si se male rexit, vt in reg. damnum.de reg.iur.lib.6.

Præterea furiosus tempore dilucidi interualli testari potest, & vltimam componere voluntatem, si sana mente cępit & cōsumauit,vt in l.furiosum.C.qui testa.fac.pos.ergo consequens ad illud, Instit.eod.titu.§.furiosi.

Præterea furiosus tempore dilucidi interualli potest contrahere matrimonium.quia tali tempore potest adhibere consensum, & vti ratione, iuxta not.in c.dilectus. extra de sponsalib. & 32.quæst.septima,neque furiosus.& c.hi qui. & 15. quæst.j. siquis insaniens. ergo, &c.

Præterea freneticus tēpore dilucidi interualli potest se obligare Deo, & religioni, vt in c.sicut tenor,ext.de reg. & in c.cum dilectus.de succes.ab intest.ergo, &c.

Contrarium puto verum, primò quia non potest esse pastors excusatio, si lupus oues comedit,& pastor nescit, vt dicit Greg.in regist.& habetur in cap.quamuis.ext.de reg. iur. Secundò,quia sanguis subditorum requiritur de manibus prælatorū, vt in c.irrefragabili.extra de offic.ord & Ezech.3.sanguinē autē eius de manu tua requram. dicit Deus speculatori.i.prælato, &c.

285 Tertiò,† quia magna negligētia,culpa est ff.de verb.sig.l.magna. ff.de ędil.edic.l.cedere.§.fi. culpa autem lata, dolo comparatur, ff.depos.quod Nerua.latæ autem culpæ finis est,non intelligere id quod omnes intelligūt.ff.de verb. sig.l.latę culpæ.p̄dictus aūt custos magna negligentia vsus est dimittēdo furiosum ext.claustrum exire sine socio gubernante, cum etiā si semper sanæ mētis fuisset sine socio dimittere non debebat,iuxta traditiones ordinis.ergo dimittendo fuit in lata culpa,quę dolo cōparatur,vt sup. & sic per consequens irregularis. omnes enim sanę mentis intelligunt furiosum, vel freneticum faciliter periculum incurrere sine custode,q̄q̄ aliquod dilucidum habeat interuallum, & iterum vexatio reuertatur. ergo custos prædictus hoc non intelligens,fuit negligens & culpabilis. ad quod etiam accedit.ff. de

286 verb.sign.l.cedere diem. §.lata culpa.Quartò, † quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt,q̄ ad desides negligentesq; rectores,qui multum sępe nutriunt pestilentiam dū aufteriorem dissimulant habere medicinam.86. dist.cap.j.sed custos prædictus,talis fuit,ergo consequens.debuit enim fatuū carcerare,vinculare,ligare,nutrire,regere & custodire: sed non fecit,ergo idem.non enim sęuientis animo, sed medentis ista geruntur,ead.dist.c.odio. Quintò,† quia pastor morbidam ouem

287 contemnere nō debet.de pęnit.dist.j.importuna. exemplo Christi parabolicè introducto. Lucæ 15.de eo, qui habēs centū oues, & si perdiderit vnam ex illis,dimittit 99.in deserto, & vadit ad illam,quæ perierat, donec inueniat illā, &c. Sed prædictus custos

288 hoc non fecit,ergo consequens. Sextò, † quia facientis proculdubio culpam habet,qui quod potest corrigere,negligit emendare,86.dist.facientis.sed prædictus custos bene potuisset custodire fatuum,vel freneticum antedictum & non fecit,ergo in pœnam suę negligentiæ est irregularis meritò iudicandus,arg.ff.ad leg.Aquil.l.seruus.§.si fornicarius.de consecr.dist.j. nemo. & 86. dist dictum.dicit enim tex.in d.c.nemo. Nemo clericus p ignorantiam mortuum credat aduoluendum,aut eius scapulas operire velit:palla quæ fuit in altari,aut certe quæ diacono data est in mensa Dñi qui hoc fecerit,aut leuiter quasi nihil & negligenter habuit, diaconus triennio, sexq; mensibus a Dominico erit remotus altari,graui percussus anathemate,idest suspēsione, co ꝙ clericum non admonuerit:præsbiter decem annis, & quinque mensibus excommunicatus sit, propter quod de Dominicis sa-

cramentis

Source : BIU Cujas

289 cramẽtis ſubiecta ſibi non admonuerit miniſteria. † Sed valde minus eſt mortuum inuoluere quàm viuentẽ ſeruare & cuſtodire, vt dicit Amb. de offi. & habẽt 12. q. 2. aurum habet eccleſia. ibi, melius fuerat, vt vaſa uiuẽtium ſeruares, quàm metallorum. Et inf. illa ſunt vaſa pretioſa quæ redimunt animas a morte: ille verò eſt theſaurus Domini, qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. Et poſt pauca, nemo poteſt dicere, cur pauper viuit. nemo poteſt queri, quia captiui redẽpti ſunt. ergo melius fuiſſet, ſi cuſtos prędictus non valens aliter prouidere paramenta, calices & ornamenta eccleſiæ diſſipaſſet, vt pauperem freneticũ cuſtodiret, quàm prædicta ſeruando freneticum ad interitum relaxaſ
290 ſet. ergo culpabilis, & per conſequens irregularis. Septimò, † qa negligentia præsbiterorum meretur depoſitionem. 81. diſtinct. dictum eſt nobis. vbi dicit gloſ. nota, ꝙ aliquis ęquè deponit ꝓp negligentiam, ſicut propter dolum. 86. diſt. c. j. & 11. q. 3. placuit. & 100. diſt. quoniam. & extra de ſtatu monacho. cum ad monaſterium. & C. de offic. prætor. l. ſi quos. & ff. de cuſtod. & exhib. reorum. l. carceri. & l. milites. quod intelligo, cũ craſſa eſt negligentia. 1. q. 1. quicquid. & in d. l. magna. ff. de verb. ſign. Sed cuſtos prædictus nimia deſidia, ac torpore depreſſus, craſſaq; negligentia ſuperatus ſegniter & imprudenter è clauſtro freneticum relaxauit, qui incautè tanq̃ amens ſe lupis præbuit deuorandum. ergo non ſibi, ſed ſuo cuſtodi debet magis animæ periculum imputari corporis, q̃ interitus. accedunt. no. 27. q. j. ſi cuſtos. & cap. ſi homo. vbi tex. ad fi. dicit, nam ſi quolibet modo in hac re negligens, vel lentus extiteris, ita in te diſtrictiſſime noueris vindicãdum, vt quod ex te neſcis pœna poſſis reſecante cognoſcere. facit 83. diſt. nihil. de pœnit. diſtin. j. prædixerat. & ff. de offi. præſid.
291 l. diuus. Octauò, † quia negligentia & malitia ęquiparantur, ext. de teſtibus & atteſtat. c. per tuas. in fi. ibidem dicit, idq́ue malitioſè, vel negligenter fuerit prætermiſſum. Sed ſi prædictus cuſtos malitioſè freneticum lupis præſentaſſet, nulli dubium, ꝙ ſecuta morte eſſet irregularis. ergo ſimiliter ex tali negligentia irregularis eſt iudicandus. facit ff. manda. l. ſi fideiuſſor. in princ. Nonò,
292 † quia quilibet in officio ſuo diligens eſſe debet, & non negligens. ff. de offic. præſid. l. diuus. in fi. vbi dicit text. nam cuſtos furioſis non adhoc ſolum adhibetur, nequid pernicioſius ipſi in ſe moliantur, ſed ne alijs quoq; exitio ſint. quod ſi cõmittatur, non immerito culpę eorum aſcribendum eſt, qui negligentiores in officio ſuo fuerint. accedit. ff. de excuſ. tut. l. ſi duos. §. minimè. & ff. de adminiſt. tut. l. cum plures. §. in vnum. & C. de offic. præfec præto. Aphricæ. l. ſi quos. nam negligentia omnia lędit, vt in Auth. de Quæſtore, in prin. 3. collat. & C. de anna. except. l. penult. accedunt not. ff. de curat. fur. l. obſeruare. & ff. de offic. præſ. l. congruit. §. furioſi. nam ſicut medico non debet imputari mortis euẽtus, ita ꝙ per imperitiam commiſit, imputari ei debet. ff. de offic. præſid. l. illicitas. § ſicuti. ergo per cõſequens & cu-
293 ſtodi prædicto eius imperitia debet imputari. Decimò, † quia cõ ſilio & opera curatoris tueri debet nõ ſolum patrimonium, ſed & corpus & ſalus furioſi, vt dicit tex. notabilis. ff. de cur. fur. l. ꝙſilio. ſimile de tutore ſcribitur. ff. de adminiſt. tut. l. cum plures. §. cum tutor. vbi dicit tex. cum tutor non rebus duntaxat, ſed etiã moribus pupilli præponatur, in primis mercedes prędceptoribus non quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium conſtituet. faciunt not. Inſtit. qui dari tut. poſ. §. certè. & Inſt. de excuſ. tut. §. datus. Sed cuſtos prædictus nec corpus, nec ſalutem furioſi prædicti curauit extra clauſtrum ſciẽter exire permittẽs. Et intelligo ſalutem nedum eo modo, quo Iuriſconſultus intellexit ibidem, ſed eo modo, quo debet intelligere Chriſtianus, vt curare debuerit quantum in eo erat animæ corporisq; ſalutem, vt ſeruaret ſibi vitam ſalutiferam regularẽ,
294 quod non fecit, ergo culpabilis. † Nam pro conſeruatione vitę debuit teneri cum moderamine vinculatus, ſi nõ poterat aliter per deputatos ad ſui cuſtodiam gubernari, vt dicit tex. ff. de offi. præſ. l. ꝙgruit. §. furioſi. vbi ſequitur, furioſi ſi non poſſunt per neceſſarios contineri eo remedio per præſidem obuiam eundum eſt, ſcilicet vt in carcere contineantur. & in fine dicit de eo, qui paricidium commiſerat vt ſi furorem ſimulaſſet, plecteretur. Si verò fureret, in carcere poneretur: ſed hoc nõ fuit factum, ergo male. Vndecimò, quia etiam dans operam rei licitæ, qui non adhibuit debitam diligentiam, ſi caſu facto ſuo cuiusq̃ mors ſequatur, ſibi imputatur, & efficitur irregularis, vt patet in prędsbitero intuitu diſciplinæ puerum verberante, vt in c. præsbiterũ. extra de homic. & in c. ſicut dignum. §. fi. eo. tit. vbi dicit tex. Clericos autem quos conſtat armatos interfuiſſe tanto facinori, & illos, qui conſilium dederunt, vt ſanctus vir caperetur perpetuo non ſolum ab altaris miniſterio deponendos eſſe cenſemus, ſed etiam in diſtricto clauſtro, &c. vbi glo. ſuper verbo, conſiliũ,
295 dicit: † Nota, ꝙ homicidium committitur facto, cõſilio, vel defenſione. 50. diſt. ſiquis viduam. & inf. aut committitur homicidium voluntate, aut caſu, aut neceſſitate. & inf. dicit gloſ. ſi verò caſu committitur homicidium, aut dabat operam rei licitę, aut non. ſi dabat operam rei licitæ, & adhibuit diligentiam, quã potuit, & debuit, in nullo imputatur ei, & ẽt allegat iura. Si verò non adhibuit diligentiam, quã debuit, imputatur ei propter negligentiam, quæ culpæ annumerari videtur in hoc, ita ꝙ nec ꝓmouetur ad ordines ſuperiores, nec vtitur iam ſuſcepto, & allegat prædictum c. præsbiterum. & c. ad audientiam, eo. ti. niſi cum eo per Dominum Papam fuerit diſpenſatum. 50. diſt. clerico iacente. & in c. tua nos. eo. ti. Si verò dabat operam rei illicitę, ſiue adhibuerit diligentiam, ſiue non, ſemper imputatur, vt in d. cap. clerico iacente, & in alijs iuribus in gloſ. allegatis. Ecce liquet per gloſ. prædictam, ꝙ etiam ſi licitum fuiſſet, extra clauſtrum dimittere furioſum, imputaretur prædicto cuſtodi, ſi diligẽtiam debitam non adhibuiſſet, quanto magis ergo quia non poterat licitè ipſum emittere ſine ſocio, ſecundum declarationes & cõ-
296 ſtitutiones ordinis. ergo, &c. Duodecimò, † quia Abbas recolligere debet ſuum monachum, ne damnabiliter euagetur, & pereat, ext. regular. c. fi. ꝙ cuſtos prædictus non fecit tempore oportuno: immo, ꝙ peius eſt, languidum ſuum filium ſpiritualem ꝫ pietatis regulam impiè videtur ex puliſſe de clauſtro. qua de re tanquam denegans alimẽta curamq́; paternalem, neceſſe videtur. ff. de lib. agnoſ. l. necare. 87. diſt. c. fi. vbi tex. dicit, ſanè qui poſt prædictũ tẽpus calumniator extiterit, vt homicida, eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur. & loquitur proprie de expoſito à pa-
297 tre, vel ab alio, † & ſic talis exponens homicidæ cõparatur. quãto magis ergo, cum de facto mors miſerabiliter eſt ſecuta. nam etiam ſi non potuiſſet eum alere in xeno. ideſt in hoſpitali, debuit commẽdare. C. de lati. liber. tol. l. vna. §. ſed ſcimus. accedũt not. in c. vno, extra de infan. & lang. expoſi. & ibi dicit gloſ. ſuper verbo, liberatus. & videtur ꝙ tanquam homicidæ damnentur. accedunt etiam not. in l. j. & 2. C. eod. & in c. de infantib. ext. de his, qui fil. occid. & in cap. quæſitum, extra de pœnit. & remiſſ. In quibus iuribus agitur de pœnitentia parentibus imponenda, qñ reperiũtur filij in lecto defuncti. faciunt etiam no. 50. diſt. ſi qua fœmina. & c. ſiquis ſponte, & 23. q. 5. excommunicatorum, cum ſimilib. hoc etiam dicit Frater Io. ordinis prædicatorum in Sum. confeſſorum, lib. 2. tit. 1. q. 42. vbi quærit, qd de illis, qui poſt mortem illorum, quos cuſtodierunt infirmãtes ſcrupuloſam habẽt conſcientiam de morte illorum pro eo ꝙ ad petitionem eorũ vocauerunt minutores, qui minuerunt eos, vel dederunt eis vinum, vel carnes, vel nimis coartauerunt eos ad prouocandum ſudorem, vel ſudandum: vel cum deberent ſudare, dimiſerunt eos. & ſic biberũt vinum, vel diſcooperientes ſe, vel exeũtes de lecto, cum eſſent frenetici, præcipitauerunt ſe in aquam, & ita mortui ſunt. & reſpondet ſecundum glo. ibid. In talibus vbi bona fide fuit, non debet aliquis de facili ſcrupuloſam habere conſcientiam, licèt in aliquo erratum fuerit, ſi non ſit ibi lata, & eui dens culpa, aut negligentia diſſoluta, quæ prope dolum eſt. & huiuſmodi ſcrupuloſitatem ad conſilium boni viri, ſi eã habeat deponere debet facile, vt ſi in prin. ęgritudinis, quando adhuc neſciebatur, cuiuſmodi morbus eſſet, vocauit minutorẽ, quod etiam medici quandoque facere ſolent, vel nimis coartauerunt ad ſudandum, aut ſi tũc dederint vinum bibere, vel aquam, aut ſi tunc grauatus vigilijs abdormiuit non propter ebrietatem, aut crapulam exiuit patiens, & precipitans ſe mortuus eſt. Si aũt lata fuerit culpa, vel negligentia diſſoluta, & certum eſt, ꝙ inde mors peruenerit, quia patiens ſortè ſe præcipitauit, credo ꝙ irregularitas contrahitur, vt ſi cuſtos infirmi, furioſi, vel frenetici, omiſit eum, &c. & ſic videtur eſſe in caſu prædicto. ergo, &c. Et intellige, dum dicit ſecũdum gl. ibi. ſ. ſuper Raym. quam gl. ipſe Ioan. edidit, quia gloſſauit totam Raymundinam. & eſt illa glo. quam allegat, lib. 2. Raymundinæ, tit. 1. ſ. de homic. §. 14. qui incipit, quid de philoſophis, vel chirurgicis, ſuper verbo, poſſunt ꝓmoueri. Ad prædicta facit quod ſcribitur in. c. ſicut dignum. §. j. ext. de homic. ibi, qui potuit hominem liberare a morte, & non liberauit, eum occidit. Accedunt etiam no. 83. diſt. §. j. & c. error. & 23. q. 5. non inferenda & c. fi. & 23. q. vlt. c. fin.

Ad argumenta breuis eſt reſponſio, & vna ſufficit omnibus. Non enim probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. C. de probat. l. neque natales. licèt igitur tempore dilucidi interualli furioſus agere poſſit, & ea facere, quæ alij poſſunt, non propter hoc ſequitur, ꝙ curator abſoluatur a cura. immo non finitur cura, ſed manet, donec talis furioſus viuit, quia non eſt pene tẽpus in quo huiuſmodi morbus deferatur, ſed ꝓ interualla perfectiſſima dum ſapit, & hæreditatem adire & omnia alia facere, quæ ſanis hominibus competunt, poteſt. & quoties morbus redierit, curatoris indiget ope, vt in dic. l. cum alijs. C. de curat. fur. & ibi clarè prædicta not. Sed cuſtos præfatus tẽpore, quo magis indiguit curatore defecit, ſcilicet quando maius periculum eminebat ſalutis & vitæ. ergo talis cuſtos nullam ex hoc poteſt licitã allegare defenſionem, vel excuſationem, quin cenſendus ſit irregularis. & ſimiliter ſiqui fuerint ſibi fauentes, vel inſtigantes ad relaxandum ſcienter talem miſerum furioſum affecti fortè tędio, vel moleſtia furioſi. Recolo ſiquidem tempore fęlicis recordationis Martini Papę V. ſimilem ad Romanam Curiam deductum fuiſſe caſum. & qui culpabilis fuerat, diſpenſationẽ non valuit obtinere. Contra quos conſulentes ſatis faciunt no. in d. c. ſicut dignum. §. j. ibi, niſi forte regem ipſum ad illud homicidiũ ſuis ſuggeſtionibus ꝓuocaſſent. ad quod etiam facit ff. de dolo.

l. elegan-

Source : BIU Cujas

l.eleganter.nam & de perſuaſu tenetur quis.ff.ad leg. Aquil.l.itē ſi obſtetrix.§.j.86.diſt.tanta.& ff.de ſer.corrup.l.j.§.fi.& in d.cap. ſicut dignum.§.fi.in gloſ.ſuper verbo conſilium,&c. Ecce igitur ꝓſecuti ſumus, quomodo quis ex cōſilio in maleficijs,vel quaſi tenetur,& in alijs caſibus ſupradictis.

298 Reſtat nunc redire ad tertium membrum,† videlicet quādo conſulitur in iudicijs,& præſertim quando conſultor eligitur de voluntate partium & iudicis auctoritate.vbi ſciendum quòd talicaſu cōſiliarij ſic electi debent fideliter &,p utraque parte cōſulere,ſecundum terminos veritatis.14.q.5.nō ſanè. C. de aſſeſſ. l.nemo.etſi conuincantur dolosè & iniquè conſuluiſſe,tenētur de dolo,& aliter extraordinariè puniūtur.ff. de reg. iur. l. cōſilij non fraudolenti.extra de renunc.c.ſanè.& c.lectę.& ff.de fur.l.q ſeruo perſuaſerit.§.j.& C.de aſſeſſ. l.cōſiliarios. Et contra iniquè conſulentem videtur quòd poſſit agi quanti interē alicuius cōſilium datum nō fuiſſe.ff.de dolo.l.arbitrio.§. dolo. & ſi non ſit ſoluēdo,videtur ꝓ debet reſtitui litigator ad priſtinum ius. ff. de dolo.l.eleganter.§.pen.ff.de eo,per quem fac.er.l.fi.†Et falſus cō
299 ſiliarius excommunicari poteſt.ext.de ſen. excomm.nouerit.& c.grauem.& quandoq; ſuſpenditur,& infamis efficitur.extra de hæret.c.ſi aduerſus.& c.excommunicamus.§.credentes. & ſi per imprudentiam falſum dedit conſilium, non videtur excuſari. quin puniatur.ff.de var.& extraord.cog.l.fin.Inſtit.de oblig.quę
300 ex quaſi malefi. in princ.† quia imprudentia culpę annumeratur Inſtit.de lege Aquil.§ Imperitia quoque.& ff.ad leg. Aquil. l.ſed etſi lege,in fi.& l.ſeq.in princ.accedunt not.in d. c.ad aures, de ęta.& qual.fatuus tamē eſt,qui imperitum eligit ꝯſiliarium, & ſibi imputet,qui ſcienter eligit imperitum. Inſtit. quib. mo.re contrah.oblig §.præterea.& Inſtit.pro ſoc. §. fi. nā mala electio
301 in culpa eſt.ff.loc.l.videamus.in princ.cum ſimilib.Si † verò cōſulens pecunia ſit corruptus, tanto minus eius ſententia defendenda cenſetur.eſt enim res mali exempli ff.de pœn.l.ſiqs aliqd. §.2.ff.ad leg.Corn.de fal.l.3.Et corruptus & corrūpēs ex tali corruptione nedum commodum non debet conſequi,ſed nec etiā pœnam debitam poterūt euitare.C. de pœna iud. qui male iud. l.j.& 2.ad inſtar patroni, qui p̄uaricatus eſt. C. de aduoc. diuerſ. iud.l.j. 2.q.3.notandum.& per Specul.in titu. de requiſitione cōſilij,verſi.conſiliarij autem.& ſeq & D.Ant.in d. c.tua nos. extra de homic.colligit notabilia circa princ.dicens.Et nota,qa opor-
302 tet ꝓ verè ſit peritus.Et q̄q̄ tex.ibi loquatur de medico,†attamē ipſe ſubdit à ſimili contra conſultos ſapientes,qui aſſerunt ſe peritos,& conſulunt qñq; in cauſis ſędēdo clientulū. dicit D.Ant. hos in foro conſcientiæ obligari ad reſtitutionem damni,etiam ſi omnem adhibuerint diligentiam, quam potuerint & contra conſcientiam non fecerint, dummodo in hoc errauerint. Et j̄. dicit,ꝓ ſi ex pigritia non bene ſtudeat,dare conſilium obligatus eſt in foro conſcientiæ. Archid.etiam 49.diſt. ca.j. ver.albuginē verò.dicit conſiderandum eſſe, an commiſſio fiat alicui cum clauſula,ne ſine conſilio procedat in cauſa: & tūc ſi irrequiſito conſilio procedatur,ſentētia non valebit, vt in c. cum in veteri. extra de elect.Si tamen requiſito conſilio,ſed non ſecuto, bene valebit,vt in c.cum olim,extra de arb.& in c.licet.extra de regulari.Sed ſecus dici poteſt,ſecundum eundem,ſi diceretur in mādato,de conſilio ſuffragancorum, vel ſimiliū. Videtur.n.Papā, vel alium committentem tunc artare commiſſarium per aliū, cui ſcribit vt ſequatur conditionem & induſtriam perſonę,ſiue perſonarum,quorum conſilio res agi mandatur,arg.ext.de offi.
303 deleg. quoniam ſedes apoſtolica. † nā uidetur magis notare qñ dicitur de conſilio quàm cum conſilio. Amplius eſt enim dicere,ex nobis,quàm in nobis,vel nobiſcum. Inſtit.ui bon.rap.§.ſanè.de pœn.diſt.4. ſi ex bono.& aliud dicendum eſſet,ſi præponeretur negatio,vt non facias ſine conſilio talis,iuxta not.in capit. venerabili.ext.de offic.deleg.Sed Vinc.qui ita ſentit in c. ex parte.ext.de conſtit.& ibi no.etiam Ber.& Comp.ergo &c.

304 Nunc de ꝓcuratoribus, tabellionibus & teſtibus aliqua ſunt notanda. Et omiſſis cæteris ad eorum officia pertinentibus ſingulariter eſt tangendum de his,quibus periclitantur vt plurimū in certamine litigantium.quę principaliter quatuor eſſe reor,videlicet primum eſt falſitas, qua tales perſonæ ſępius implicātur. Secundum eſt taciturnitas, quæ multoties a probatione veritatis damnabiliter ſubtrahuntur.Tertium eſt mēdoſitas, quia mēdacijs plurimis ſępiſſimè cōnectuntur. Quartum eſt cupiditas, quia pecuniis & exenijs q̄ plurimi ſubuertuntur. Ex his quatuor ſubinfertur,ꝓ nedum mortaliter peccent ſuis terminis, vt dicetur,quinimo ad reſtitutionem lęſis etiam obligentur.

Circa falſitatem de tribus quæro,primò de diffinitione.ſ.quid eſt falſitas. ſecundo de commiſſione.ſ.qualiter committitur.tertio de punitione,ſcilicet qualiter punitur.

305 Ad primum dico,†ꝓ falſitas idem eſt,quod veri taciturnitas cum expreſſione contrarij. Vnde Papias dicit, Falſitas appellata eſt à fando aliud quàm verum ſit.Falſitas eſt negare quod verū eſt:fingere verò,quod verum non eſt.& ſic de falſitate prouchit in mendacium.Vnde per Aug.mendacium diffinitur falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi.2 2.q.2. ille ergo. vbi dicit gloſ.ſtrictè ſumitur hic mēdacium,largius ſumitur, cum dicitur falſitas veritatis immutatio eſt,vt in Auth. de inſtrum.caut.& ſi de.in princ.collat.6. vbi dicit tex.illud ſtudium falſatoribus eſſe credētes,vt ad immutationem literarum.ſuerarum ſemetipſos maximè exerceant, eo ꝓ nihil aliud eſt falſitas, niſi immutatio veritatis.De hoc etiā ff.ad leg Corn.de falſ.l quid ſit falſum. vbi Paulus luriſconſ.determinat id eſſe falſum, videlicet ſi quis chirographum alienum imitetur,aut libellum, uel rationem intercidat,vel deſcribat,non qui alias in computatione, vel in ratione mentitur. ſuper quo verbo dicit glo. verum eſt hunc mētiri, ſed non incidit in Senatuſconſultum,quia non omnis mendax tenetur falſi.& ſic non obſt.C.ſi cōtra ius,vel vtilit.pub.l.2.nam & ſecundum iura canonum multa ſunt genera mendaciorum. Accurſius Gloſſator ſumit ibi genus pro ſpecie.Iſid.etiam Ethimolog. lib. quarto dicit,Falſitas appellatur à fando aliud quàm
306 verum eſt. † & ſic intelligitur diuerſificari falſitas à mendacio, quia falſitas eſt,negare quod verum eſt: mendacium verò fingere quod verum non eſt. Vnde quidem Poeta dicit,

Si vera ſupprimas, falſus agnoſceris,
Si falſa confingas, mendax eſſe videris.

Quos verſus ēt refert Catholicon.& ſubdit ꝓ dī falſitas,& falſus,quia fando aliud quàm ſit verum decipiat. Item falſum dif-
307 fert a ficto,†quia falſum ad oratores pertinet,vbi veritas ita ſępe videtur,vt quæ facta ſunt negētur. Sed fictū ad poetas. vbi quæ facta non ſunt,facta dicuntur. Falſum ergo eſt, quod verum nō eſt,fictū quod tātum veriſimile eſt. Difiert etiam falſitas à fallacia, & ſic falſus a fallace,qa omnis homo fallax id agit,vel dicit, vnde aliquis fallatur. Sed nō oīs homo, qui vult fallere mentit, vt loculatores,qui ſępe mētiuntur magis ſtudio delectādi q̄ voluntate fallendi.i.fando lingua decipiendi vnde & fallacia dicit apud dialecticos in argumentatione, vel uoce aliqua,cum uidetur aliud fari,ideſt dicere, uel ſignificare aliud quàm ſignificet. Fallacia igitur eſt deceptio,quæ fit in argumentatione:falſificatio uerò, ſiue falſitas eſt inſtantia contra argumentationem, in qua magis apparet falſitas, quàm in argumentatione, aliter non erit falſificatio.Eſt enim falſificare argumētum, inducere. aliqd in quo magis appareat falſitas. unde nec uerum argumentum, nec falſiſſimum poteſt falſificari.Et notandum ꝓ falſus,ſa,ſum, ī eo quod eſt participium huius uerbi,fallo,fallis, fefelli, falſum, idem eſt quod deceptus paſſiuè. Secundum uerò ꝓ eſt nomen, falſus eſt qui fallit,uel qui negat, quod ueū eſt. & ſic dicitur falſum,quod uerum non eſt.Et dicit Chriſoſt. falſum dicere hominum eſt malignorum,quia falſa etiam res, ſi bene cōtinuata fue
308 rit,uera & credibilis eſt,ideſt apparet.† rem autem impoſſibilem dicere,inſenſatorum hominum,non malorum eſt, quia qđ impoſſibile eſt defenſione non indiget, quia īpoſſibilitas rei ſeipsā defendit.Hinc dicimus,ꝓ impoſſibilium non eſt obligatio ff.de reg.iur.l impoſſibilium.& in c.nemo poteſt ad impoſſibile obligari,de reg.iur.lib.6.& ibi glo.ſolennis. & Ioan.And.in Mercur. Mendax autem propriè dicitur mētem alterius ſuis dictis fallēs,
309 uel decipiens. † hoc enim proprium malum eſt mentientis, qa aliud clauſum in pectore ſeruat, & aliud promptum in lingua profert.Mentiri.n.eſt propriè loqui cōtra hoc,qđ animo ſentit, ſiue illud ſit uerum,ſiue non. omnis ergo, qui loquitur mendacium,mentitur, quia loquitur contra hoc,quod animo ſentit i.
310 uoluntate fallendo. † Sed non omnis,qui mentitur,mendaciū dicit,quia quod uerum eſt loquitur aliquando mētiendo. Sicut econuerſo aliquando uerax eſt aliquis falſum dicendo. Vnde ſi Iudęus dicit Chriſtum eſſe Deum,cum non ita ſentiat aīo, non eſt mendacium.quod dic,quia licet aliter teneat animo, uerum eſt tamen quod dicit. Et ideo non eſt mendacium. Mentitur tū illud,quod uerum eſt dicens,quia contra mētem id uerum dicit. Mentiri enim eſt contra mentem ire.i.loqui aliter quàm in mēte exiſtimare,ſiue uerum dicat,ſiue falſum. Vnde & dicendo uerum,poteſt quis mentiri,& dicendo falſum, poteſt non mētiri.
311 & ſic notandum eſt, † ꝓ mentiri & falſum dicere,habent ſe ut excedentia & exceſſa,quia non omnis,qui mentitur, dicit falsū. immo aliquando dicit uerum,licèt ipſe intendat falſum,& ecōuerſo,non omnis,qui dicit falſum, mentitur, immo aliquando credit dicere uerum,licèt dicat falſum.Ergo qui mentitur,ſemp fallit uoluntate,licèt qñq; fallatur in facti ueritate,& ideo ſemp peccat.qui uerò dicit falſum,non ſemp peccat: nam aliqñ dicit falſum cum intentione fallendi,& tunc eſt peccatum & mēdacium:aliqñ dicit falſum,& credit dicere uerum, & tunc ſi adhibuit debitam diligentiam,non peccat.Sin autem peccat ſaltem uenialiter.qui autem dicit mendacium, ſemper peccat, ut dictū eſt.Vnde Aug. dicit, omne mendacium ideo dicendum eſt eſſe peccatæ,quia hoc debet homo loqui,quod animo gerit, ſiue il-
312 lud uerum ſit,ſiue putetur,& non ſit.† Verba enim ideo ſunt inſtituta,non ut per ea homines inuicem fallant, uel ſe decipiant, ſed ut per ea in alterius notitiam ſuas cogitationes ferant. Verbis ergo uti ad fallendum nō ad quod ſunt inſtituta, peccatum eſt.nec ideo etiam illud mandatum non eſſe peccatum, putandum eſt,quia poſſumus aliqñ cuiq̄ prodeſſe mētiendo: poſſum etenim ſimiliter furando diuiti, prodeſſe pauperi, ſed non ſunt fienda mala ut ueniant bona. Ad Rom.3. Et ſciendum quòd dicere,

Source : BIU Cujas

cere falſum, eſt dicere aliquid ita eſſe, quod non eſt ita, nõ diſtincto an intendat dicere verum, vel falſum. Et hæc de primo.

313 Ad ſecundum de commiſſione dico breuiter, † quòd falſitas quatuor modis committitur, videlicet primò ſcripto, ſecundò dicto, tertiò facto, quartò vſu.

Circa primum ſciendum quòd ſcribendo committitur falſitas principaliter quinq; modis, videlicet primò ſcribendo falsũ, ſecundò delendo verum, tertio ſculpendo ſignum, quarto apponendo, vel interlineando, quintò tranſcribendo falſum. De primo patet in c. inter dilectos, ext. de fide inſtru. verſ. ſed contra priuilegium. ibi, videlicet in annotatione indictionis, vbi potuiſſet falſitas facilius deprehendi. Nec refert vtrum hoc fiat in teſtamento, vel alio inſtrumento publico, vel priuato, tabulis vel rationibus. ff. de falſ. l. j. §. qui in rationibus. & l. nullus. De ſecundo ſimiliter patet in prælegatis iuribus, & maximè in d. c. inter dilectos. verſ. tertio, quia falſum ſigillum. ibi, fuiſſe deleta. & infra deletę fuerãt duæ literę. Ad quod etiam optimè facit, quod not. in c. ex literis. extra de fi. inſtru. ibi, quia in narratione facti abraſę ſunt. vbi gloſ. dicit, quoniam reſcriptum debet apparere non vitiatum, non cancellatum, vt C. de edicto di. Adri tol. l. vlt. & ſine reprehenſione bullę & chartæ, vel literæ, vt in c. cum olim, de priuileg. Et hoc intellige verum, vbi eſt vis quæſtionis, & vbi Papa reſpondet de iure, & vbi nõ ad ius pertinet, ſed ad quęſtionem fidei, vel facti, vt C. de teſta. l. ſi vnus. † Sed in narratione facti poteſt fieri raſura, nec dicitur propterea vitioſum reſcriptũ, ſi de eadem manu raſum repoſitũ eſt in loco non ſuſpecto, arg. C. de fide inſtrum. l. comparationes. & in dic. l. ſi vnus. vnde dicit glo. in d. c. inter dilectos, ſuper verbo, conſumptum, q̃ conſumptio vel raſio obeſt in nominibus, in indictione, in data, & in remotione appellationis. faciunt not. in Auth. ut nomen imperat. in docu. præpon. collat. 6. & ff. quemadmo. teſta. aper. l. 2. §. diem autem. C. de contrahen. & commit. ſtip. l. optimam. De tertio patet ff. de falſis. l. qui teſtamẽtum. & l. lege Cornelia. vbi agitur de falſario qui adulterinum ſignum fecerit, vel ſculpſerit: non. n. dicuntur literæ ſignatę, vbi nomen deeſt, vt ff. qui teſta. fac. poſ. l. ad

315 teſtium. §. ſiquis ex teſtib. † & ſiquis non habet proprium ſigillũ cum alieno ſignare poteſt, vt in d. l. ſi vnus. C. de teſtam. ſed exprimendum eſt hoc, videlicet quòd carens proprio cum alieno ſigillat, ut in d. l. ſi vnus. & not. glo. in d. c. inter dilectos, verſi. nã & in ipſo ſigillo, ſuper verbo, duę literæ, & ad hoc ut ſigillum ſit authenticum debent apparere caracteres, ut ff. qui teſta. fac. poſ. l. ad teſtium. §. ſignum. & de pœnit. diſt. 2. prin. inquit. uerſi. quid nanq; boni. De quarto patet in c. cum uenerabilis, ext. de relig. domib. ibi dum dicit, ſed pars ueſtra inſtrumento prædicto nullam fidem penitus adhibendam propter ſuperlineatam ſcripturam & raſuram loco ſuſpecto factã. ubi uidelicet annotatio tẽporis recẽſetur. ubi dicit glo. ſuper uerbo, annotatio. i. annis Domini. Idem eſſet in indictione, in qua citius deprehenditur falſitas. allegat dictum. c. inter dilectos. & ſubdit Innoc. III. in d. cap. cum uenerabilis, reſpondendo ad q. inſtrumentum eſſe inualidum propter prædictam interlineaturam & raſuram. ubi dicit gloſ. in uerbo, propter prædicta. ſ. pp raſuram in loco ſuſpecto, & linearem ſcripturam, ut in d. c. inter dilectos. Ad hoc. n. ut credatur inſtrumento, oportet q̃ ſit ſine omni ſuſpicione, arg. de reſcrip. c. cum adeo. & c. ad audiẽtiam. & C. de edic. diui Adria. tol. l. fi. faciunt no. in d. l. comparationes. C. ſi de fide inſtrum. & in c.

316 cum l. & A. ext. de re iud. & in l. 3. C. ſi ex falſ. inſtru. † ſimile concluditur. ſ. q̃ falſum cõmittat, qui abſentes veluti præſentes ſcribit, vt in c. quanto. ex. de his, quæ fi. a præla. ſi conſen. cap. & C. ad leg. Corn. de falſ. l. qui veluti. & in c. ex literis. ext. de fide inſtrum. & in c. tam literis, ext. de teſtib. dicit. n. tex. in d. c. quanto. Abſentium quoq; fratrum nomina inſcribi nõ facias, quia talia munimenta irrita ſunt & falſa, & tu exinde quæſtionem falſi merito poteris formidare. Et quibus verbis expreſsè deciditur, q̃ prælatus ſcribens ſummo Pontifici nomine fratrum abſentium & in

317 ſciorum, falſum committit. quod etiam probat glo. in d. c. quanto. Et ſubdit, † q̃ etiam falſum committit, qui ſigillum ſurripit furtiuè nomine capituli, vt in d. c. tam literis. vbi glo. in fine colligit notabile, q̃ ſcribentes huiuſmodi literas nomine capituli, tanquàm falſarij puniuntur, vt in d. c. quanto. idem dicit Innoc. in d. c. tam ex literis. ſ. q̃ tales literæ ſunt falſæ per iura prædicta. & de eo, quod dixit gloſ. in d. c. quanto. qui ſigillum ſurripit furtiuè, & c. eſt text. in c. tertio loco. ext. de probat. ibi, dum dicit, adulterinum, vel furtiuum eſſe ſigillum. Et loquitur propriè de quo dã regulari, qui ſigillauerat nomine capituli, furtiuo modo. Ad idẽ accedit quod not. D. Ant. de But. in d. c. quanto. vbi pro quarto notabili colligit, q̃ inſtrumentum dicitur falſum, vbi deſcriptus eſt quis vt teſtis, qui non interfuit. ergo fortius, ſi eſt deſcriptus, vt actor qui abſens erat p miliaria plurima, vt quia ſcripta eſt litera nomine conuentus, cum tamẽ ille qui ſcripſit, vel ſcribi fecit, mandauit, vel conſenſit, longè diſtabat a cõuentu p miliaria fortè centum & vltra, cum nullam notitiam conuentus tunc habuit de prædictis. Vnde idem D. Ant. in d. c. quãto, dicit,

318 † quòd ſi ſcribatur nomen decani abſentis, falſum eſt inſtrumẽtum, vt in c. 2. extra de fide inſtr. nec excuſat conſuetudo in delictis, vt in c. fi. extra de cõſuet. Et q̃ talis ſcriptura nomine abſentium confecta, ſit falſa, patet etiam in l. iubemus. C. de teſtam. in fi. dum dicit, Scituris etiã tabellionibus & ijs, qui conficienda teſtamenta procurant, q̃ ſi aliter facere auſi fuerint, pęnam falſita-

319 tis non euitabunt. Præterea, † ſi obripiens. i. circunueniens, vel mentiens, aut fallẽs præfecto ęrarij. i. procuratori fiſci, dr̃ falſum cõmittere, & pœna falſi tenetur. ff. ad leg. Corn. de falſis. l. j. §. tutores. verſ. at ſiquis. quãto magis falſarius iudicandus eſt, qui Pa-

320 pę mentitur, † cum ſibi mentiri etiam ſacrilegium cenſeatur, de pœnit. diſt. j. ſerpens. alias incipit, Item Ambroſius. vbi gloſ. hoc colligit, & dicit q̃ augetur hoc ſacrilegium ex perſona, in quam committitur. De quinto patet in c. cũ uenerabilis. ext. de excep. ibi, quaquam in tranſcripto, quo procurator vtebatur, appoſitũ fuerit Sabinenſis per vitium falſitatis. vbi dicit gloſ. ideo debuit ſuccumbere monaſteriũ, vt in c. olim. de reſcrip. ſequitur in tex. d. c. cum venerabilis, licèt autẽ nimis exceſſerit, qui tranſcriptũ

321 illius inſtrumenti falſauit: † quia tñ delictum perſonæ in dãnum eccleſię redundare non debet, ac non ſolum ante ſententiã, verum etiam poſt obijci poteſt exceptio falſitatis, cum falſorũ inſtrumẽtorũ prætextu lata ſententia vſq; ad 20. annorum ſpatiũ valeat retractari veritate comperta, nolumus ut per id monaſterio veſtro præiudicium generetur. ad quæ faciunt not. 16. q. 6. ſi epiſcopum. & ext. de reſtit. in integ. c. tum ex literis. & C. de falſ. l. querela. & not. glo. in c. licet. ext. de probat.

322 Circa ſecundum, † ſciẽdum quòd dicto committitur falſum etiam quinque modis, videlicet primò iudicando, ſecundo teſtificando, tertio corrumpendo, quarto allegando, quinto mentiendo.

De primo ſcilicet de iudice, qui contra leges & iura pronunciat, quòd falſum cõmittat, patet in l. j. §. ſed etſi iudex. ff. de falſ. & faciunt not. in l. 2. ff. de cond. ob turp. cau. nam ſi iudex pecuniam accipit, ut etiam bonam ſententiam det, turpiter agit, ut in dic. l. 2. & gloſ. in dic. l. j. §. item qui ob inſtruen. ff. de falſ. ſentit quòd talis iudex teneatur de falſo, & ſententia nulla eſt. ſecunda quæſt. ſexta, venales.

De ſecundo, ſcilicet de teſte, qui ſcienter falſum aſſerit, uel uerum ſupprimit, q̃ falſum cõmittat, patet in l. j. in princ. ff. de falſ. & in c. j. ext. de crim. fal. ubi dicit text. uterque reus eſt, & qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodeſſe nõ uult, & iſte nocere deſiderat. Simile 11. q. 3. quiſquis metu.

De tertio, ſcilicet de corrumpente Iudicem, Aduocatum, uel teſtem, q̃ falſum committat, patet etiam ff. de falſ. l. j. §. j. ubi dicit glo. ſuper uerbo, aduocationem, q̃ ſi quis accepit pecuniam, ut etiã uerum redderet teſtimonium, falſi criminis reus eſt, per illũ tex. & alia glo. ſuper uerbo, renunciandum. dicit, q̃ ſiue ob dicẽdum, ſiue ob non dicendum acceperit: & etiam ſi quem gratis, debet relaxare, pecunia accepta relaxet, tali lege teneẽ. unde dicit tex. & qui iudicẽ corruperit, corrũpendumue curauerit, &c.

De quarto, ſcilicet de allegante falſam legem, uel conſtitutionem, ſiue abrogatam, ſiue retractatam, uel correctam, q̃ incidat in pœnam falſi criminis, patet ff. de falſ. l. fin. iuncta glo. & C. de Iuſtinia. Cod. compo. §. falſi enim. & C. de falſ. l. maiorem.

De quinto, ſcilicet de mentiente, ſciendum q̃ quamuis non

323 omnis mẽtiens falſarius dici poſſit, † attamen qui mentitur principi uel præſidi & ſimiliter Papę, uel Epiſcopo, ſeu alteri notabili Iudici, falſi criminis reus eſt. ff. de falſ. l. ſiquis obrepſerit. nam mendax precator carere debet penitus impetratis, ut in c. ſuper literis. ext. de reſcrip. & puniendi ſunt iudices, qui uetuerint pre-

324 cum argui falſitatem, ut C. ſi contra ius, uel util. pub. l. puniri. † & ſi nimia mẽtientis improbitas interuenerit, ſeueritati ſubiaceat iudicantis, ut in d. c. ſuper literis. & 25. q. 2. & ſi legibus. & C. ſi cõtra ius, uel util. pub. l. etſi legibus. & 25. q. 2. dicenti. cum duobus cap. ſeq. Et quod dixi de Papa & prelatis eccleſiaſticis, ſatis cõſtat per arg. a minori, quia ſi de quo minus, ergo fortius de quo ma-

325 gis, ut in 2. Topi. & in c. cũ in cunctis, ext. de elect. † ſed maior eſt Papa quàm Princeps, etiam quàm Imperator, qui Papæ ſubijcit, ut in epiſtola, inter claras. C. de ſumma Trinit. & fi. Cathol. & in

326 Auth. ut cler. apud prop. epiſc. colla. 6. † nam Imperator iurat & promittit obedientiam Papæ. 63. diſt. tibi dño. & in c. j. de iureiu. in clem. & accedũt not. in c. ad apoſtolicæ. de ſent. & re iud. lib. 6. ergo in plus eſt mentiri Papæ q̃ Imperatori. De reliquis uerò prę-

327 latis eccleſiæ, ut de epiſcopis & ſup. patet etiam † q̃ principes appellantur, ut in c. j. §. præfatis itaq; nuncijs. de iureiur. in clem. ibi, ex parte principũ tam eccleſiaſticorũ q̃ ſecularium. Sic etiam intelligitur de principe eccleſiaſtico qđ habetur in lege Domini, Exo. 22. dijs nõ detrahes, & principem populi tui nõ maledices. accedunt not. 10. diſtinc. ſuſcipitis. 20. q. 3. cos. 8. q. j. Moiſes. 2. q. 7. puto. 7. quæſt. j. mutationes. de maiorit. & obed. c. ſolitæ. & c. ſiqs non obedierit. 61. diſtinct. epiſcopum. 1. q. 1. principatus. 23. q. 1. paratus. cum ſimilib. ergo &c.

328 Circa tertium ſciẽdum, † quòd facto committitur falſum etiã quinque modis, uidelicet primò corrũpendo ſigillum, ſecundo falſificando monetam, tertio falſificando menſuram, quarto falſicando pondera, quinto falſificando numerum.

De primo patet in c. inter dilectos. extra de fide inſtrum. & in

c. tertio

Source : BIU Cujas

c.tertio loco.extra de proba.& in c.quod ſuper his,& in c. 2.ext. de fide inſtru.vbi D.Ant.de But.tractans de materia ſigilli, inter
329 alia quærit,an ſigillum ad cõfirmationẽ eius,†quod poſtea ſcribitur,apponi poſſit chartę vacuæ,an verò oporteat ſigillum cõtemporaneum eſſe cum ſcriptura.Reſpondet,q̃ ſicut traditur ſi gillum cum poteſtate ſcribendi & ſigillandi reſpectu certi articuli,& ſcribatur aliquid vltra conceſſum,vel commiſſum, talis commiſſarius poteſt puniri tanquam falſarius per iura prædicta. Si verò datur ſibi facultas ſcribendi quicquid placet generaliter & indiſtinctè,tunc dicunt aliqui valere quod ſcribitur etiã aliũ obligando, quia totum videtur ſuæ fidei cõmiſiſſe. ff.commod. l.3.§.fi.& l.ſeq.& l.ſi vt certo.§.ſed interdum.& §.planè,& §.quinimo.& §.denique.ff.mãda.l.ſiquis negocia. & ff. de falſ.l.j §.qui in rationibus.& §.ſeq.& §.iidem principes.& l.ſiquis legatum.& l.impuberem.§.qui codicillos. dumtamẽ tale ſit quod ibi ſcribitur,ad quod conſtitui poſſit procurator.Alij dicunt, q̃ in illis ce dulis ſigillatis nihil poteſt poni,quod alium obliget, niſi illum, cuius eſt ſigillum. Alij dicunt q̃ nec illum obligare poteſt, nec aliquem,& q̃ non valet,quod in talibus cedulis ſcribitur,quia ſigillo dat authoritatem ille, cuius eſt ſigillum. Sed ſigillum dat authoritatem ſcripturæ,ſcriptura verò contractui,auctoritatem autem non poteſt dare ſigillo, nec ſigillum ſcripturæ, nec ſcriptura contractui eorum,quæ nondũ ſunt, vel non fuerunt ante
330 poſitum ſigillum,licèt poſtea fuerint. † Ei enim quod non eſt, fides dari non poteſt. extra de conſtit.cum acceſſiſſet. ff. de contrahen.empt. l.fundi.& l.Rutilia Polla. Secundò, quia nõ poteſt authoritas confirmare futurum.ff. quod cuiusq; vni. no. l.litem eorum.§.j.nec confirmaẽ quod ignoratur,quia nõ poteſt auctoritas interponi ſine cauſæ cognitione.ff.de offi.procõſ. l. negq̃. §.vbi decretum.3.q.3.ſpatium.hoc confirmat tex.in Auth.de tabel.§.nos autem. ubi dr̃, q̃ tabellioqui dat auctoritatem, debet intereſſe actui, & debet audire totum negociũ, vt inde ſciat reſpondere, ſi interrogetur.Sic & in ſigillante,cum hæc duo ęquiparentur. Tertiò quia poſſent ſequi multæ abſurditates. poſſet enim tale ſigillũ dari & apponi ignorante eo,cuius eſt. Quartò, quia poſſibile eſſet,eum mori antequam ſigillum apponeretur chartæ,& ſic mandatum eſſet extinctum,quia mãdatum extinguitur morte mandantis,Inſtit.manda.§.rectè.Quintò,quia procurator ſpoliari poſſet,vel mori,& cedula & ſigillum peruenire poſſent ad aliquem Dei ſpiritum non habentem,qui poſſet ſcribere in ea quicquid placeret in domini cedulæ, & ſigilli grauiſſimum detrimẽtum,de quo nec actum, nec vnquam cogitatum fuit, quod eſt iniquiſſimum.ff.de pact.l.tres fratres.ff.de tranſac. l.qui cum tutoribus.C.de dona.l.nec ignorans. Sextò, quia ante ſcripturam oriri poſſent inimicitiæ inter dominum & procuratorem,& hoc maximè, quando ignorauit quid ibi deberet ſcribi:ſecus fortè ſi ſciſſet, quia mandatum fuit de certo ſcribendo. Non obſtat ſi dicatur,q̃ non contractui, ſed mandato præſenti procuratori facto ſigillum videatur appoſitum,quia ſigillum non præbet auctoritatem mandato,ſed ſcripturæ.Vnde etſi cẽſeatur authentica ſcriptura, non tamen de contractu, quem continet fidem facit. Et cum procurator poſſit ſcribere quicquid uult,hæc cedula nõ ſigillum ei præbet auctoritatem,ſed ipſe ſcribens.Nõ obſt.ſi dicatur, q̃ dñs, ex quo dedit cedulã vacuam videtur dediſſe ei poteſtatem,vt ſcribat quicquid vult.ff.de pact.l.2.ff.de cõtrahen.emp.l.clauibus.extra de conſuet.c.2. cum multis concordãtijs,quia in illis iuribus quod datur,intelligitur venire ut propinquum dationi ad dationem in quandam conſequentiam,
331 †vt ſi dedi claues horrei iuxta horreum, videor dediſſe horreũ. & ſi dedi inſtrumenta,videor dediſſe contenta in eis. C. quæ res pig oblig.poſ.l.j.Et ſi reddo debitori inſtrumẽtum, videor remiſiſſe debitum in inſtrumento contentum,vt in d.l.2.ff.de pact.ſecus ſi reddam pignus,vt in d. l.3. ff. commod.hic autem non eſt aliquid propinquum,per quod videar magis mandaſſe de vno, q̃àm de reliquo,maxime cũ ex multis & diuerſis cauſis inſtrumentum ſigillari poſſit, vt dictum eſt. vnde hoc inſtrumentum aliqua certa præſumptione muari non poteſt.Quandoq; autem epiſcopus committit ſigillum alicui perſonæ, vt nomine ſuo ſigillet contractus, & tunc ſecundum poteſtatem ſibi datam poterit is,cui eſt commiſſum,illam ſcripturam ſigillare de his quę pertinent ad epiſcopum,puta cauſas committere,citare, confirmare,& generaliter omnia quæ ſibi commiſſa ſunt,poterit expedire & literas ſigillare, etiam ſi prælatus, cuius eſt ſigillum non viderit, ſicut videmus facere Papam & multos alios prælatos, ext.de crim.fal.c.dura. In contractib. autem aliarum perſonarũ non debet ſigillum teſtimoniale nomine epiſcopi apponere,
332 niſi & ipſe epiſcopus interfuerit contractui,†cum teſtimonium ſit tantum de ſenſibus,vt de viſu, auditu & reliquis quæ habẽtur 3.q.9.teſtes.& ſic loquitur.§.nos autem,in Auth. de tabel. Poteſt tamẽ dici quòd ceſſionale ſigillum poſſit apponere is,cui commiſſum eſt,vbi de cõſuetudine hoc habetur,ſicut in quibuſdam locis enumeratis per Innoc.in d.c.2.ext.de fide inſtrum. & in c.j. & in c.cum dilectus,eo.tit.Nam & in Romana Curia,& in Cancellarijs principum communiter ſic fieri conſueuit, ſicut dicit etiam Hoſt.in d.ca.j. ext.de fide inſtrum.vbi dicit hoc potiſſime de ſpeciali cõſuetudine ratione Curię approbatum. Idem tenet Spec.in tit.de probat.verſi. decimo per literas. qui allegat Inno. cum dicit,q̃ etiam ſi modicę auctoritatis homines ſcribant,creditur eis,ſecundum Papam.ſ.Innocentium.quod maximè intelligitur in locis illis,in quibus prælati eccleſiaſtici habent dominium temporale,non q̃ contractus intelligatur hr̃e teſtimoniũ ab epiſcopo.ſed ab eo,cui hoc commiſſum eſt,ſcilicet a Cancellario,vel alio, qui ſigillum apponit. Fingitur enim eius ſigillum ſicut ſigillũ eccleſiæ fingitur epiſcopi.23.diſt.in nomine Dñi.&
333 per Archid.63.diſt.c.j.† Debet enim exprimi in litera,cuius nomine apponitur,an epiſcopi,an officialis, ſecũdum Inno. Hoſt. tamen dicit, q̃ in aliquibus ciuitatibus eſt de conſuetudine, q̃ nomine prælatorum ſcribuntur literæ de cõtractib.& alijs, quæ ipſi prælati nunquam uiderunt & ſigillantur ſigillo ad hoc ſpecialiter deputato.nec fingitur ſigillantis, ſed prælati, cuius noĩe ſcribitur,quàmuis abſentis,ac ſi eſſet præſens,qđ in alio caſu vix fieri poſſet abſque pęna falſi,ut patet ex not.in d.c.quãto, de his
334 quę fiunt a præla.Vnde dicit Hoſt.† q̃ putat talem conſuetudinem,quæ vim dat priuatę ſcripturæ,ut in d.c cum dilectus,de fide inſtrum.& prælatum & ſcribentem & ſigillantem excuſare a pęna falſi,quia hic nihil fit cum dolo,ſine quo nõ incurritur pęna falſi.ff.de falſ.l.j.& 2.cum ſimilib.ſed neceſſitati contrahentiũ ſubuenit, ad hoc vt inſtrumenta ſint maioris auctoritatis & expediri poſſint abſque præſentia prælatorum,quia impoſſibile eſſet,q̃ oĩbus præſentialiter interreſſent.Sed nec debẽt dici omnino abſentes,qui ex authoritate & mandato præſentes ſunt ſpiri
335 tu.2.q.j de manifeſta.de dolo & contum.c.veritatis.†& quia prę ſens fingitur, qui per alium facit. ff. de admin.tut.l.ita aliquis.§. geſſiſſe, de offic.deleg.cap.paſtoralis.§.præterea.de ſent.excom. c.mulieres.& adde q̃ not.Hoſt.de his cedulis in c. 2.ext.de ſolut. & Spec.in d.§.decimo per literas.& p Io. And. in c.cum a nobis. ext.de teſtib.& in c.qm̃ contra falſam,ext.de proba.& per Ioan. de Imo.in c.ſtatutum,de elect.in clem. & per eundem Io. And. poſt Archid.in c.ſi canonici.de offic. ordi.lib.6.& in c. ſignificauit,ſuper primam glo.ext.de appel.& per Archid.12. q.2. c.cum redemptor,& ibi glo.notabilis.& in c.tuæ.extra de cler.pereg.& in c.poſt ceſſionem,ext.de probat.& 97.diſt.nobiliſſ.in gl.oportet.& 98.diſt.c.j.& 1.q.1.ſiquis inquit,in glo.quæ incipit,argumẽtum.& per Archid.11.diſt.c.fi.& in c.dilectus.de exceſ.prælat.in glo fin.& per Archid.in c.ſi ſubdelegato,de offi.deleg.lib.6.& in clem.1.de procur.per glo.& Paul.de Leaz.& de pœni.diſt.2.c.fi. & ff.quemad.teſt.aper.l.ſed & ſi quid.& per Archid.11.q.3.curæ ſit omnibus.vbi etiam dicit glo. q̃ literis epiſcopi & aliorũ Principum creditur,ſi conſuetudo regionis hoc habet,vt in d.c.cum
336 dilectus.de fide inſtrum. & Hugol.dicit, † q̃ ſemper ſtatur ſigillo eps̃i,quia obtinet vicem publici inſtrumẽti, vt in d.c.2.de fide inſtru.& de fideiuſ.cap.peruenit. Alij dicunt q̃ non creditur ei, niſi redactum ſit in publicam formam,ut in Auth. & nulli iudi. §.ſi verò.& C.de dona.l.in donationib.& 16.q.3.§. poteſt.Et prę dicta ſufficiant de primo.

337 De ſecundo patet in c.quanto,ext.de iureiur.†poteſt autẽ cõtingere fraus,vel falſitas in vſu monetarũ multipliciter,ſed principaliter circa quatuor,videlicet primò circa materiam, ſecũdò circa formam,tertiò circa põdus,quartò circa valorem, de quibus dixi in Tractatu de Vſuris,parte 2. art.2.q.vlt.& no.Bart.in l. * Paulus.ff.de ſolut.q̃q̃ in aliquibus variet à Canoniſtis. Accedũt not.in l.lege Cornelia.C.de falſ. vbi confiantes pecunias tenentur pęna falſi.accedunt etiam not.in c.olim. & in c.penul. extra de cenſ.& in l.j.& 2. C. de falſ.mone. & ff.de falſ.l.quicunque. & l.qui falſam.cum ſimilibus.

De tertio patet in cap.ut menſuræ.extra de emp.& vend.& in
338 l.annonam.§.fin.ff.de extraord.crimi.ubi dicit text.in fi.† Sed & Diuus Adrianus eum,qui falſas menſuras habuit,in inſulam relegauit.accedunt no.24.q.1.non afferamus.& ff. de pœn.l.in damnatos.& in c.j.ext.ne cler.vel mona. & in c.ex parte, extra de cenſ.omnes.n.conuenientes in loco cõi menſura debent vti.ff. de contrah.emp.l.Imperatores.facit 100.diſt. contra morẽ. ext. de capel.monach.cum dilectus,& arg.in c.ſopitę.ext. de cenſib. & glo.ſatis ampla in prædicto c.ex parte.

De quarto patet.ff.de dolo.l.arbitrio §.de eo.& in iurib.ſuperius allegatis.& ff.de falſ.l.pen.§.fi.ubi dicit tex.† q̃ corrumpens
339 mẽſuras à publico probatas,condemnatur in duplo. decretoq; Diui Adriani præceptum eſt in inſulam eos relegari,qui ponderа aut menſuras falſaſſent.facit ff.de uerb.ſig. l.Paulus reſpon & ff.de furt.l.ſiquis vxorem.§.ſi maiora. & ſatis tractat Iſid. 16. lib. Ethimo.de ponderibus & menſuris.

340 De quinto patet in c.tam literis,extra de teſtib.ibi,literas nobis ſub nomine maioris partis capituli deſtinarunt, cũ conſtet per atteſtationes prædictas longe maiorem partem capituli nõ fuiſſe cõſciam huiuſmodi literarum, arg.etiam in c. tertio loco, ext.de probat.ibi, de aſſenſu conuentus non fuiſſe confectum.ſ. inſtrumentum.faciunt not.per Archid.in proę.lib.6. ubi tractat de numeris perfectis & imperfectis.& Iſid.Ethim.lib.3. ſatis tractat de numeris,& de diuiſione numerorum, & totius numeri, & de parib. & imparib. & q̃ in maiori numero continetur mi-

nor,

Source : BIU Cujas

nor,ſed non econuerſo.de arbit.c.j.lib.6.arg.ff.mand. l.rogatus, in fi.& 15.diſt.c.j.& 16.diſt.c.ſeptuaginta.& vtrobique per gloſ.
341 & Archid.& 19.diſt.in canonicis.† & de his tribus vltimis.ſ.mẽſura,pondere & numero ſcribitur Sap.11.omnia in menſura & in numero & in pondere diſpoſuiſti. Sed quantum ad propoſitum,patet Leuit.19.ubi vox Domini dicit,Nolite facere iniquũ aliqđ in iudicio in regula,in pondere,in menſura, ſtatera iuſta, & æqua ſint pondera,iuſtus modius, ęquusq; ſextarius. Et Deut. 25.non habebis in ſacculo diuerſa pondera maius & minus, nec erit in domo tua modius maior,aut minor,pondus habebis iuſtum & verum,& modius ęqualis & verus erit tibi. Abominat̃ enim Dominus eum,qui facit hęc & aduerſatur omnem iniuſtitiam.& Prouerb.20.dicit Salom.pondus & pondus, menſura & menſura,vtrũq; abominatio eſt apud Dñum.& Mich.6. adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis & menſura minor irę plena. nũquid iuſtificabo ſtateram impiam,& ſaccelli pondera doloſa,in quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudolẽta in ore eorũ.Et Prouerb.11.ſtatera doloſa abominatio eſt apud Deũ,& pondus ęquũ voluntas eius.Et Prouer.16.Pondus & ſtatera iudicia Dñi ſunt.Et Prouer. 20.Abominatio eſt apud Dñm pondus & pondus,ſtatera doloſa non eſt bona. Et Eccleſ.42.de ęqualitate ſtaterę & ponderum, & de acquiſitione multorum, & paucorum, & de corruptione emptionis & negociatorum. Et Amos 8.arguuntur impij cõtemnentes pauperes & deficere facientes egenos terrę dicentes, Quando tranſibit meſſis, & venundabimus merces & Sabbatum,& aperiemus frumentum,vt imminuamus menſuram, & augeamus ſiclum & ſupponamus ſtateras doloſas, vt poſſideamus in argento egenos & pauperes pro calciamentis.Et inf.ſubditur, nunquid non ſuper iſto commouebitur terra,& rugebit omnis habitator eius.Et inf.& ponã eum quaſi luctum vnigeniti,& nouiſſima eius, quaſi diẽ amarũ.
342 Circa quartum ſciẽdum eſt,† ꝙ vſu committitur falſitas etiã quinque modis,uidelicet primò ſcienter vtendo falſis literis,vel menſuris & ſimilibus. Secundò ſcienter gerendo ſe pro milite, vel Doctore,cum non ſit. Tertiò gerendo officium ordinati in ordine non ſuſcepto. Quartò ſubtrahendo ſe a muneribus publicis,ſub prætextu clerici, cum non ſit. Quintò obtinendo beneficium tanquam clericus, cum non ſit.

De primo patet in l.ſiquis falſos C.de falſ. differt tamẽ falſum fabricans ab vtente: quia ſiquis falſum fabricat, q̃q̃ non vtatur, incidit in pœnam falſi. Si quis autem vtitur iam falſatis p alium ſe inſcio tanq̃ per alium deceptus, ſi ſuam probet innocentiam & eum,à quo accepit exhibeat,a pœna falſi ſe liberat, vt in d.l.ſi quis falſos,& in l.maiorem,C.de falſ.& in c.inter dilectos.§.præterea.ext.de exceſ.prælato.ibi,ſcienter vſus fuerit literis ſic falſatis, debebat tanquã falſarius omnino repelli:& ſic patet de ſciẽte.Sed de ignorante ſubditur, ab eiuſdem falſitatis obiectu eundem duximus abſoluendum,maximè cum poſtq̃ hoc ſibi obiectum fuit prætermiſerit vti eis. oportet enim volentem euitare pœnam falſi,qui falſum aliter non cõmiſit infra 20.dies, ex quo falſas ſe cognoſcit habere literas,illas deſtruere,vel reſignare,& nunq̃ vti,vt ĩ c.dura,circa finem,ext.de crim.fal. Sit ergo cautus, vt priusq̃ vtatur literis per aliũm impetratis diligentiam adhibeat ſtudioſè,vt vel per ſe,vel per alios examinari faciat circunſpecte, an tales literæ falſitatis uitio ſint ſuſpectæ, alioquin ſimplicitas,vel ignorantia non excuſat, vt dicit gloſ.in d.c.dura,ſup
343 uerbo euadere,† quamuis malitia grauius q̃ negligentia punia tur,vt in c.ad falſariorum.in fi.extra de crim. fal.& arg.C.de falſ. l.pen.& l.maiorem.nam falſum nõ committitur niſi dolo. C.de falſ.l.nec exemplum.ff.de falſ. l.diuus. quamq̃ ſpeciale ſit in literis apoſtolicis,vt ſiquis falſis literis vtatur etiam ignorãter, ſi negligens fuerit explorare, non excuſetur, vt in d.c.ad falſariorũ. multo minus ergo poterit excuſari, qui falſis literis vtitur per ſeipſum obtentis,ut in d.l.ſiquis falſos. tunc enim locum habet,
344 † quòd vitium rei proprię non excuſat,vt in l.quiſquis. C.de reſcind.vend.Poteſt etiam ſpecialitatis eſſe ratio,in literis apoſtolicis,quia tales literę cum nimia diligentia,& exquiſita curioſitate texuntur,ut in c.cum adeo,ext.de reſcrip.Item quia modi falſitatis circa tales literas,uel ſimiles in iure clarius exprimuntur, vt in c.licet,ext.de crim.fal.vbi eſt opt.glo. caſus exprimens falſi
345 tatis.† Similiter ſpeciale eſt etiam in literis apoſtolicis, vt mala grammatica ſuſpicionem ingerat falſitatis,vt in c.ad audientiã, extra de reſcrip. Item ſi epiſcopus in literis apoſtolicis filius appellatur,vel ſi Papa vni loquitur in plurali, vt in c. quàm graui, ext.de crim.fal.Dicit etiam falſum reſcriptum,ſi ſit impetratum ſine mandato dñi,vt in c.ex parte,& in c.nõnulli,ext.de reſcrip.
346 Eſt tamen ſciendum,† ꝙ in quæſtione falſitatis quædam ſpeciaLiter obſeruantur,videlicet primò,quia ſuſpicio de falſo, p falſitate habetur,niſi a parte producente veritas comprobetur.C.de probat.l.iubemus quod generaliter in alijs criminib.non cõtingit.ff.de pœnis.l.abſentem.& 2.q.1.primo.Secundò,quia in quę ſtione falſitatis ſine accuſatore proceditur, & repertus falſarius condemnatur, quod alias non contingit.2.q.1.nihil.ff.de mun. & hono.l.munerum.§.defenſores.& in d.c.dura, & in c.ad falſariorum,ſuperius allegatis.Tertiò,quia ſi in cauſa crimen incidat falſitatis,pronunciandum eſt primitus de eodem, ut in l.ubi.C. de fal.quod ſecundum leges alias non ſeruatur,ut pronuncietur ſuper incidenti.C.de ord.iudic.l.addite.Quartò,quia in crimine falſi conuictus deponitur, & ſtatim traditur Curiæ ſęculari, ſi in literis apoſtolicis falſitas interuenit, ut in d.cap. ad falſariorum. quod in alijs generaliter non ſeruatur, ut in capit. cum non ab homine.ext.de iudic.

347 De ſecundo patet.ff.de falſ.l.eos,qui.§.qui ſe.† nam quicunq; vtitur illicitis inſignibus,tanquam falſarius eſt puniendus. vnde dicit tex.in d.§.qui ſe p milite geſſit, vel illicitis inſignibus vſus eſt, uel falſo duplomate uias,commeauit, pro admiſſi qualitate grauiſſimè puniendus eſt.l.crimine falſi.

348 De tertio.ſ.† de non ordinato gerente ſe pro ordinato & ſic miniſtrante in ordine non ſuſcepto,patet ex ſimilitudine pęnę, quia debet abijci de eccleſia & nunq̃ ad ſuperiores ordines promoueri,nec in ſuſceptis poteſt miniſtrare, niſi cum diſpenſatione poſt ſuſceptam pœnitentiam ſalutarẽ, vt in c.1.& 2. extra de cleri. non ordin. miniſt. Dignum eſt enim ut puniatur quis in eo,in quo deliquit,ut in c.fi.ext.de immu.eccle.& in l.qui uas.§. furem.ff.de fur.& Sap.11.per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum a defectione potus ſui. Et inf.nam pro fonte quidẽ ſempiterni fluminis humanũ ſanguinẽ dediſti iniuſtis. Et inf. ut ſcirent,quia per quę peccat quis,per hæc & torquetur.Ex prędictis
349 patet,† ꝙ ſi acolitus, uel clericus in minoribus conſtitutus in miſſa ſolenni cum paramentis cantat epiſtolam,irregularis effi citur,nec poteſt ulterius promoueri, niſi ex diſpẽſatione p iura ſuperius allegata & arg.23.diſt.ſubdiaconus.& 74.diſt.ſi qui clerici.11.q.3.priuilegium.&35.q.2.ſic decet.Sed dubitatur,an cum tali poſſit epiſcopus diſpenſare? Reſpondeo, q̃q̃ Ray. Goffr. & Guil.tenuerint ꝙ non,ſed ſolus Papa Inno.tamen in c.dilectus, de temp.ordinan.tenet ꝙ epiſcopus poteſt diſpenſare. & hoc ẽt tenet glo.in d.cap.2.de cler. non ordi.min.ad fin.quia Papa hoc expreſsè non prohibet,nec Papa ſibi hoc ſpecialiter reſeruauit, ergo permiſiſſe uidetur,ut in c.nuper,de ſent. exc. In hoc etiam videtur reſidere D. Ant.de But.in d.c.2.de cler.non ord.min. q̃q̃ videatur diſtinguere ſequendo Spec.in tit. de lega.§. nũc de epiſcoporum.uerſi.18.inter ſuſceptum ordinem & ſuſcipiẽdum,ut in ſuſcepto poſſit epiſcopus diſpenſare: ſed in ſuſcipiẽdo ſecus: quia ſi cum ordinato, qui ſuſpenſus celebrat epiſcopus diſpenſare non poteſt,ut in c.latores,& in c.illud,& in cap. ſi celebrat,de cler.excom.min.& clarius ĩ c.cum ęterni,de ſent. & re iud.lib.6. ergo & minus cum non ordinato,qui magis peccare videtur, p arg.ſi de quo magis,vt in 2.Topic.& in c. cum in cunctis. ext. de elect.in fi.tamen D.Ant.allegando Innoc. ubi ſup. ſecum remanere videtur, quod magis pium eſt & humanum, q̃q̃ tutius ſit a Papa,uel eius auctoritate diſpenſationem protinus obtinere.Et ꝙ tales clerici ſe taliter ingerentes incidãt in pœnã falſi,expreſſe cõcludit idẽ D.Ant.& alij poſt Hoſt.in d.c.j. de cler. nõ ordin. mi.arg.d.l.eos qui.§.fin.nec excuſat contraria conſuetudo, ut in c.quanto.ext.de conſuet.Caueant ergo fratres & clerici ordinis cuiuſcunq;,ne præſumant in miſſa ſolenni cum ſolennibus paramentis miniſtrare in ordine nõ ſuſcepto,etiam ſi per ſuperiores mandetur eiſdem, cum nõ teneantur in prohibitis obedire, quia ſi par in parem non habet imperium, ut in l. nam & magiſtratus.ff.de arbit.ergo multo minus inferior in maiorem, ut in c.cum inferior.ext.de maior.& obedien. & 21.diſt.ĩferior ſedes. ſed Papæ quilibet eſt inferior & obedire tenetur.9.q.3. cuncta p mundum.& arg.in c.ſolitæ,de maior.& obed.& in c.uno,de iure iur.in clem.ergo non excuſatur obediens guardiano, uel miniſtro in prohibitis a Papa,uel Concilio, & multo minus in prohibitis a Deo.Vnde dixit Pet.Act.4. Obedire oportet Deo magis q̃ hominibus.arg.11.q.3.ſi dominus.& c.quid obſiſtit.& c.q.d ergo. Non eſt enim obediendum alicui ꝫ dignitatẽ eccleſiæ. 23.q.3. pro membris.nam & minores iudices maiorib.obedientiam debent & reuerentiam exhibere.C. de offic.diuerſ.iudic.l.2.& optimè patet,non eſſe obediendum illicito præcepto prelati.11.q.3. non ſemper. ubi dicit text. Cum enim Dominus iubet quæ D to ſunt contraria, tunc ei obediẽdum non eſt.

De quarto patet in l.qui ſub prætextu.C. de ſacros. eccleſ. ubi dicit tex.ſiquis ſub nudæ appellationis velamine collegiatũ, ſiu decanum ſe appellat,ſciat pro ſe alium ſubrogandum, q prædicto muneri ſufficiens approbetur.& gloſ.2. in dic.l.ſuper uerbo, obuiandum.dicit, non enim prætextu liciti debet ueniri ad illicitum.ff.de ui pub.l.j.§.ſiquis.ff.de offi.præſid.l.illicitas.§.illicita. & in Auth. ut iudices ſine quo.ſuff.§.quod autem in primis. Talis igitur in falſum incidit per iura & argumenta in ꝓximo nẽbro ſuperius allegata. & Goffr. breuiter tangit in ſumma ſua.

De quinto patet in c.ex literis,de trãſact & in c.cum adeo, de reſcrip.nam literæ impetratæ tacita ueritate,uel ſuggeſta falſitate,nullius ſunt roboris,uel momenti,ut in c.ſuper literis, de reſcrip.quod indubitanter uerum eſt,ſi per fraudem uel malitiam tales literæ ſunt obtentæ.Si uerò per ſimplicitatem uel ignorantiam,talis expreſſa ſit falſitas,uel ueritas occultata, quòd his non obſtantib. literæ datæ forent, ad formam iuris communis tales

literæ

Source : BIU Cujas

literæ rediguntur,alias nihil valent,ut in d. ca.ſuper literis, & ibi plenè per glo.& Doct.& in c.ſedes apoſtolica,eo.tit. Tenetur ēt de falſo Aduocatus,vel procurator,qui ſecreta cauſæ,vel inſtrumenta prodit aduerſario ſui clientuli.ff.de falſ.l.j.§.is,qui depoſita.ff.de pęn.l.ſiquis aliquos.§.ſiquis inſtrumētum.& §.inſtrumēta.alias condemnatur ad intereſſe.12. q. 2. ſiquis de clericis.alias iniuriarum actione tenetur. ff. depoſ.l.j. §. ſiquis tabulas. & ff.ad leg.Aquil.l.ſi quis teſtamentum.§. ſed & ſi quis tabulas. Et talis proditor dici poteſt.46.diſt.clericus. Similiter falſum committit,qui aperit ſecretum iudicis,ut in c.cum olim, ext.de offic.delega. Ad ſupradicta faciunt no.ff.de verb.ſign. l.Paulus.& C.ſi ex falſ.inſtrum.l.ſi.& ext.de ſent.& re iud.c.cum I.& A cum ſimilib. vide optimam glo.19.diſt. in memoriam, quæ colligit 14.caſus, & in c.licet,de crimine fal. numerantur nouem,quos exprimere non eſt vtile.

Ad tertium de punitione dico falſarij punitionem, ſecūdum triplex ius conſiderandam, videlicet primò ſecundum ius diuinale, ſecundò ſecundum ius imperiale, tertiò ſecundū ius pontificale.

Circa primum ius tria conſidero,videlicet primò prohibitionem,ſecundò deteſtationem,tertiò punitionem.

De primo patet Exo.20.Non loqueris contra proximū tuum falſum teſtimonium. ſub quo præcepto prohibitiuo includitur omnis ſpecies peccatorum linguæ, ſecundum Aug.de decē cordis. Prædictum etiam præceptum repetit Dominus, Matth.29. dicens,Non falſum teſtimonium dices.

De ſecundo patet vbicunque in ſacra ſcriptura fit mentio de falſitate eo q̄ communiter reprehenditur & deteſtatur. Vnde 3. Reg. 21. In grauamē ſceleris Iezabel uxoris Regis Achab deſcribitur iniqua eiuſdem mulieris machinatio, quæ ſcripſit ad optimates plebis, vt aſſumerent duos viros filios Belial contra Naboth,& falſum teſtimonium dicerent. Et inf. repetitur quòd illi duo,qui falſum teſtimonium tulerunt, erant filij diaboli, & viri diabolici. Similiter Eccleſ.20.ſcribitur, Fatuo non erit amicus,& non erit gratia in bonis illius.qui enim edunt panes illius falſę linguæ ſunt,quoties & quanti viri irridebunt eum. Et infra lapſus falſę linguę,quaſi qui in pauimento cadens. Sic & caſus malorum feſtinanter venient.ſimiliter Dñs commonet Mat.7. dicens,Attendite a falſis Prophetis, qui veniunt ad uos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. & ſic falſarios raptoribus comparat.Simili modo Matth.15.inter grauiora ſcelera cōnumerat falſitatem dicens, de corde n.exeunt cogitationes malę,homicidia,adulteria,fornicationes,furta,falſa teſtimonia & blaſphemiæ. Ad maiorem etiam deteſtationē principum Sacerdotum & totius concilij Iudæorū ſcribitur,Matth. 26.q̄ quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum,vt eū morti traderent,& non inuenerunt: cū multi falſi teſtes acceſſiſſent, nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes,& dixerūt,Hic dixit, poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reędificare illud.Simile Matth.14.Similiter etiam contra Stephanum ſtatuerunt falſos teſtes dicentes, Homo iſte non ceſſat loqui aduerſus locum ſanctum & legem,Act.6.deteſtatiuè etiam arguit Paulus falſitatem in eo,quod ſcribit 1.Cor.15.Inuenimur autem & falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum, q̄ ſuſcitauerit Chriſtum,quem non ſuſcitauit, ſi mortui nō reſurgunt.Similiter 2.Cor.11.cōmemorat de periculis in falſis fratribus.Et ad Gal.2. dicit Propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerent, quibus nec ad horā ceſſimus ſubiectioni, vt veritas Euāgelij permaneat apud vos. hoc autem dicit ex eo,q̄ illi falſi fratres quærebant introducere vniuerſalem circunciſionem in eccleſiam Chriſti,quod tñ neceſſarium nō erat:& propterea dicit, ut in ſeruitutem redigerent. Similiter arguit falſarios.1.Timot.6.dicens,O Timotee,de poſitum cuſtodi deuitans profanas vocum nouitates & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ,quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.

De tertio patet Deut.19. ubi pœna falſarij concluditur talionis in his verbis,Si ſteterit teſtis mendax contra hominem accuſans eum preuaricationis,ſtabunt ambo,quorum cauſa eſt ante Dominum in conſpectu Sacerdotum & iudicum, qui fuerūt in diebus illis. Cumq̄; diligentiſſime perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium reddēt ei, ſicut fratri ſuo facere cogitauit, auferes malum de medio tui, ut audientes cęteri timorem habeant, & nequaq̄ talia audeant facere.non miſereberis eius,ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente,manum pro manu, pedem pro pede exiges.Accedit quod dicit Prouerb.19.Teſtis falſus non erit impunitus: & qui loquitur mendacia,non effugiet.Et inf.teſtis falſus non erit impunitus,& qui loquitur mendacia peribit.& in fine cap.dicit,Teſtis iniquus deridet iudicium,& os impiorum deuorat iniquitatem.parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus.Et Prouerb.25. Iaculum & gladius & ſagitta acuta homo,qui loquitur contra proximum ſuū teſtimonium falſum. punitio talionis patet expreſsè Dan.13. In morte falſorum teſtiū & iudicum Suſannæ, quæ orās ad Deum dixit.Deus ęterne, qui abſcōditorum es cognitor, qui noſti oīa anteq̄ fiant,tu ſcis, qm̄ falſum cōtra me tulerunt teſtimonium, & ecce morior,cum nihil horum fecerim.Cognito verò p Danielem ex diuina reuelatione,q̄ falſum tuliſſent teſtimoniū, lapidati ſunt illi falſi teſtes & mortui ſicut morti damnauerant Suſannam.Ergo, &c. Similiter interfectus eſt Balaā falſus Propheta,qui diabolicè ſuggeſſerat Balach Regi Moab,vt mitteret pulchras mulieres ornatas ad peccandum cum filijs Iſrael, ex quo multa milia perierunt, ut patet Num.31.ſ.de morte, ſed de ſuggeſtione patet Num.25.

Circa ſecundum ius.ſ.imperiale, vel ciuile, dico q̄ pœna falſi in homine libero eſt deportatio & omnium bonorum publicatio:in ſeruo verò eſt vltimum ſupplicium.ff.de falſ.l.j. §. fi. & C. de falſ.l.vbi falſi,in fi.& tali pęna punitur etiam qui ſcienter vtit falſo,& tūc vocatur crimen quaſi falſi,ut in d.l.j.§.fi.ff.de falſ.vbi tex.dicit, Pœna falſi,uel quaſi falſi. ubi dicit glo.ut ſi utitur falſo inſtrumento ſcienter,quod non fecit,ut C. eod.l.ſi falſos.Sed illa lex hoc non probat,immo dicit,q̄ illis prodeſt inſtrumenti vſu abſtinere,qui non ipſi machinatores falſi eſſe dicuntur, & quos periculo ſolus uſus aſtrinxerit. qui autem compoſitis per ſcelus codicillis in ſeueritate legis Corn.inciderunt,non poſſunt defenſiones eius recuſando crimen euitare: vtens autem falſo mitius punitur q̄ falſum fabricans.ff.de falſ.l.falſi nominis.§. ordine. in qua lege duo probātur,primò q̄ falſi nominis, uel cognominis aſſeueratio,pœna falſi coerceatur.Secundò, q̄ vtens falſo p decē nium relegatur.quo tempore completo priſtinam recuperat dignitatem.Accedit l.j.C.de mut.nom.& ff.de falſ.l.j ſ.tutores. ubi qui p̄fecto ęrarij obrepſerit,tenetur pœna falſi.ſimile ff. de falſ.l. ſiquis obrepſerit.Simile de his qui ſibi aſcribunt.ff.de falſ.l.j.§.ad teſtamenta.& l.ſi quis legatum.& l.lege Cornelia.§. pœna legis. ibi,ſignauerit falſum,ſignariue curauerit. Vbi patet q̄ nedū falſum committens,ſed etiam procurans falſum committi, punitur pœna falſi.Et de eo,qui ſibi aſcribit,patet etiam in l.impuberem.§.qui codicillos.ff.de falſ.Accedit ad prædicta,Inſti.de pub. iudic.§.lex Cornelia,de falſis.ubi tex.dicit, Eiusq; legis pœna in ſeruos ultimum ſuppliciū eſt.quod & in lege de ſicarijs & ueneficis ſeruatur:in liberis uerò deportatio. Vbi glo. dicit, & oīum bonorum publicatio.Et ſic nota,dicit glo. q̄ ex eodem delicto plus ſerui quàm liberi puniūtur,vt hic,& ff.ad leg.Corn. de ſica. l.j.§.pen. & ff. ſi ex nox. ca.aga.l.pen.& ff.de pœn. l.in ſeruorum. immo & inter liberos magis puniuntur minores q̄ maiores. ff. de incen.rui.& nauf.l.Pedius. Qñque tñ variatur pęna grauior, uel leuior caſualiter,vt C.de falſ. l.maiorem. vbi dicit tex.maiorem ſeueritatē exigit,ut merita eorum,qui falſis preſcriptionib. vtuntur,digna pœna coerceātur.Ad idem ff. de falſ.l.quicunq;. vbi falſantes monetas aureas,ſi quidem liberi ſunt, ad beſtias dari:ſi ſerui,ſupremo ſupplicio affici debent. Superadditur tamen in l.Codicis pęnę prædictæ,quia ſi quis nummos falſa effuſione formauerit,vniuerſas eius facultates fiſco addici præcipit Imperator, ut in l. 2. C. de falſa mone.ubi etiam falſatores monetarū leſę maieſtatis crimine innectuntur.efficiuntur etiam infames, vt in l.lege Cornelia.ff.de falſ.& 6.q. 1.oēs verò infames.& c.illi qui. & c.beatus Petrus.& c.infames ibi, & qui fratres calūniantur,&c. Præterea falſatores monetarum cōmuniter vltimo ſupplicio puniuntur,vt in l.j.C.de fal. mone. Si quis autem perſonā ſuſpectam de cuſtodia exire fecerit,capite punitur,& domus vel fundus,in quo talia fuerint perpetrata,ſi dñs in proximo conſtitutus ſit,& ignoret,fiſco vendicetur,niſi q̄ primum nouerit,prodiderit.Si verò longiſſimè abfuerit, nullum ſuſtinet detrimētū, & oēs participes in crimine plectuntur ſupplicio capitali. excuſantur tñ a confiſcatione prædicta viduæ & pupilli,qui quod vident ignorant. Tutores tñ ſi in proximo ſint, tenentur pro pupillis,vt in d.l.j. Superadditur tñ pœnæ prædictæ in l.2.in fi.C.de fal.mone.q̄ falſarius monetarum illico omni dilatione ſubmota flammarum exuſtionibus mancipetur.quod intelligit gloſ.in falſarijs propriæ monetę Imperatoris. Et ſic patet diuerſitas pœnarum in crimine falſi,ſecundum ius ciuile. Ad quod etiam accedit. ff. de falſ. l. qui falſam monetam. & l. qui duobus,in fi.ubi vendens eandem rem duobus in ſolidum diuerſis contractibus pęna falſi coercetur, & corrumpens iudicem ſimiliter punitur. Sed remiſſius puniri ſolent,vt ad tempus relegentur, nec bona illis auferantur.Solidius tñ patet,pro menſura delicti menſuranda eſſe pęnam.ff.de falſ.l.diuus Pius.nam ex circunſtantiis variatur ſępe delictū,& pœna per conſequens. Vnde dixit Moiſes Deut.25.pro menſura peccati erit & plagarum modus.Accedit ff.de pęn.l.reſpiciendum.ubi Martianus ſolenniter exorditur dicens,Reſpiciendum eſt iudicanti,ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur,quàm cā depoſcit.nec.n.aut ſeueritatis,aut dementiæ gratia affectanda eſt, ſed perpenſo iudicio, prout quæq; res expoſtulat,ſtatuendum.Planè in leuioribus cauſis proniores ad leuitatem iudices eſſe debent. In grauioribus pœnis ſeueritatem legum cū aliquo temperamēto benignitatis ſubſequi. & inf.ſubdit,delinquūt autem.ſ.homines,aut propoſito, aut impetu,aut caſu. Propoſito delinquunt latrones, qui factionē habēt.

Impetu

Source : BIU Cujas

Impetu autem, cum per ebrietatem ad manus, vel ad ferrum venitur. Caſu verò, cum in venenando telum in ferā miſſum hominem interficit. vbi glo. dicit, Aut quis delinquit ſine animo, vt caſu, & non punitur. ff. de parric. l. pen. aliqñ culpa leui, vel leuiſſima, & tunc punitur ꝑ culpam, vel ꝑ malum exemplum, ſed leuius. ff. de pœn. l. abſentem. in fi. & l. ſi quis aliquid fecerit. vbi relegantur malis exemplis leues hominum animos cōmouentes. ad idem ff. de pœn. l. ſiquis aliquid ex metallo Principis. §. qui abortionis. vbi Paulus Iureconſultus dicit, Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, etſi dolo non faciunt, tamē quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam, amiſſa parte bonorum, relegantur: ꝙ ſi eo mulier, aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiantur. Et ſic patet, ꝙ ſolum ꝑ malum exemplum venit aliquis puniēdus. Simile ff. de ſica. l. 3. §. ſed ex ſenatuſconſulto. & l. 4. §. cum quidam, & l. in lege, & l. ſi mulier. & ff. de iudic. l. obſeruare. & ff. ad Macedo. l. j. & C. de probat. l. exemplo. & ff. de re iud. l. diuus, in fi. & not. ex eo ꝙ dicit tex. in d. §. qui abortionis. amiſſa parte bonorum. ꝙ cum nō exprimitur quota partis, intelligitur de dimidia. ff. de verb. ſig. l. nomen. §. portionis. aliqñ autem quis delinquit ex ignorantia iuris ciuilis, & in inceſtu excuſatur. ff. de adult. l. ſi adulterium cum inceſtu, in prin. aliqñ delinquit quis ex ignorantia iuris naturalis, vel quaſi, & tunc nō parcitur, ut in l. venia. C. de in ius voc. aliqñ dolo delinquit, & tunc ſecundum legem punitur pro menſura delicti, vt in dic. l. reſpiciendum. §. delinquunt. & notan. ꝙ q̃q̃ in atrocioribus puniatur affectus, licèt non ſequatur effectus. C. de epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam rapere, & in l. ſi quis cum telo. C. ad leg. Corne. de ſic. requiritur tñ, vt ad aliquē proceſſerit actū, alias ſola cogitatio non punitur. ff. de pœn. l. cogitationis. quod intelligitur, dummodo ſtetur in finibus cogitationis. ff. de verb. ſig. l. fugitiuus. & ff. de infamibus. l. qui ante. & ff. de furt. l. inficiando, in prin. & l. qui ea mente, vbi etiam bona gl. Siquis verò non dolo, vel lata culpa, vel leui deliquerit, leuiſſima tñ culpa interuenerit, tenetur lege Aquilia. ff. ad leg. Aquil. l. ſcientia. §. penul. & l. in lege Aquilia, & faciunt not. in d. l. abſentem. §. fi. ibi, cōſulto aliquid admittatur, an caſu, & optimè diſtinguuntur circunſtantię delictorū, in l. aut facta. ff. de pœn. vbi Claudius ſic inqt, Aut facta puniuntur, ut furta, cędesq; : aut dicta, ut cōuicia, & infidę aduocationes: aut ſcripta, ut falſa & famoſi libelli: aut conſilia, vt coniurationes & latronum conſilia quosq; alios ſuadendo immiſiſſe ſceleris eſt inſtar. Sed hæc quatuor genera cōſideranda ſunt ſeptem modis, cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euētu. Cauſa, vt in verberibus quæ impunita ſunt a magiſtro illata, vel a parente, qm̃ emēdationis, nō iniurię gratia videntur adhiberi, puniūtur, cum quis per iram ab extraneo pulſatus eſt. perſona dupliciter ſpectatur, eius qui fecit, & eius ꝙ paſſus eſt. aliter enim puniuntur eiſdem facinoribus ſerui quàm liberi, & aliter qui quid in dominum, parētemue auſus eſt, q̃ qui in extraneum, in magiſtratum, vel in priuatum. in huius rei cōſideratione ętatis quoque ratio habetur. Locus facit ut idem vel furtum, vel ſacrilegium ſit, & capite luendum, vel minore ſupplicio. Tempus diſcernit emanſorem a furtiuo, & effractorem, vel furem diurnum a nocturno. Qualitate cum factum, uel atrocius, uel leuius eſt, vt furta manifeſta a nec manifeſtis diſcerni ſolent. Rixę a craſſaturis, expilationes à furtis, a violentia, petulantia. qua de re maximus apud Græcos tractator Demoſthenes ſic ait grękè. Non enim plaga repreſentat contumeliam, ſed neque verberari in liberis eſt malum, q̃uis eſt malum, ſed in contumelia. mulctam. n. vtiq; facit, qui verberat. Quantitas diſcernit furē ab abigeo, nā qui vnū ſuem ſurripuerit, vt fur coercebitur, qui gregem, vt abigeus. Euētus ſpectatur, vt a dementiſſimo quoq; facta, q̃q̃ lex non minus eum, qui occidendi hominis cā cū telo fuerit, q̃ eū ꝙ occiderit puniat. Et ideo apud Græcos exilio volūtario fortuiti caſus luebitur, vt apud prękipuum poetarū ſcriptū eſt. euenit ut eadem ſcelera in quibuſdam prouincijs grauius plectantur, vt in Aphrica meſſium incenſores, in Miſia vitium, vbi metalla ſunt adulteratores monetę. Nonnunquam euenit, ut aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbētur, quoties nimiū multis perſonis craſſantibus exemplo opus ſit. Ecce q̃ pulchrè.

Aduertendum eſt autem vigilantia diligenti, ꝙ vbicunq; ſecundum veteres leges ex aliquibus criminibus imponitur pęna mortis, vel deportationis, cum confiſcatione bonorum ſublata eſt hodie per ius nouiſſimum bonorum confiſcatio, & vſque ad tertium gradū aſcendentes, vel deſcendentes ſuccedunt, ſi extāt ſalua dote, ac nuptiali donatione cæterisq; a legib. cōceſſis vxoribus damnatorum: quibus perſonis non extantibus, vel aliqua prædictarū quicquid reperitur, fiſco ſociatur. In maieſtatis verò crimine condemnatis veteres leges ſeruari iubetur, ut in Auth. vt nulli iudi. lic. §. fin. collat. 9.

Circa tertium ius. ſ. pontificale, vel canonicum, pœna falſi diuerſificatur, ſecūdum diuerſitatem falſitatum. vnde falſus teſtis triplici pœna punitur, ſicut tribus perſonis obnoxius iudicatur, Deo. ſ. iudici, & innocenti quem falſo teſtimonio lædit, ut in c. j. de crim. falſi. Quia igitur offendit Deum eius præſentiam contēnendo, ſeptennis ei pęnitentia iniūgetur. 6. q. j. quicunque. Secundo, quia Iudicem mentiendo fallit, infamis efficitur. 22. q. 5. ſiqs quictus. & uerberibus caſtigatur. 5. q. 5. illi qui. vel alias, cū iudex extra ordinem punire poteſt durante cauſa. C. de teſtib. l. nullū. ſed poſt litem finitam accuſatur de falſo. C. de falſ. l. j. §. j. & ff. de falſ. l. j. §. j. Tertiò quia proximum lęſit, iuxta modum lęſionis eſt puniēdus. 3. q. 9. nihilominus. & in d. l. nullum. & obligatur lęſo ad intereſſe. ff. ad leg. Corn. de ſic. l. qui nomine, & arg. ff. de priua. delic. l. nunq̃. & arg. ext. de rap. c. 2. & c. in literis. & melius facit, ſecundum Io. And. 36. q. 5. hæc imago. vbi punitur pœna talionis. ad idem. 2. q. 3. in ſumma, & 23. q. 5. lex habet. nocuit enim mentiendo. 11. q. 3. quiſquis. & not. glo. Bernar. & Inno. & Hoſt. & Doct. communiter in d. c. j. de crimi. falſi. Et ſciendum, quòd falſus teſtis puniendus eſt, etiam ſi conatus effectum non habuerit. & ſnīa per falſum teſtimonium lata, ſiue inſtrumēta falſa retractari debēt falſitate reperta vſque ad 20. annos. ext. de excep. venerabilis. nec eſt mandanda executioni, ſi hoc excipiatur, ut in c. 2. de crim. fal. & ſecundum quoſdam nullum eſt, de quo ff. de except. l. qui agnitis. ext. de fide inſtru. accepimus. ff. de iudic. l. ſi prætor. ext. de offic. deleg. paſtoralis. vbi plenè not. qñ fieri debeat executio ſententiæ, vel nō. & in c. de cætero, ext. de re iudic. & in l. j. & 2. & quaſi per totū. C. ſi ex falſis inſtrum. ſent. lata fuer. Falſatores autem literarum apoſtolicarum, ſiue Papalium, ipſo iure maiorem excōicationem incurrunt cum ſuis fautoribus & defenſoribus, ſiue per ſe, ſiue per alios exerceant falſitatem, vt in c. ad falſariorū, de crim. fal. Clerici verò hæc vltra oībus officijs & beneficijs Eccleſiaſticis priuati perpetuò degradari debent, & tradi Curię ſęculari, puniendi ſecundum legitimas ſanctiones, ſicut laici falſarij legitimè puniuntur. Et hoc, quod dr̄ de degradatione & traditione Curiæ ſęculari, locum habet, qñ clericus ꝑ ſeipſum vitium cōmiſerit falſitatis, vel per alium committi diſpoſuerit, vel mandauerit. qui autem literis falſis ſcienter vtitur ab alio falſatis, q̃q̃ non ſit ipſo iure priuatus, eſt tamē priuandus officio & beneficio, & excōicatus eſt tam clericus q̃ laicus, ut in c. dura, & in c. ad falſariorum, de crim. fal. Nec debēt abſolui, niſi ſatisfecerint competenter. in pœna tñ infligenda diſtinguēdum eſt, an de falſitate dubitetur, an certū ſit. Si dubitatur, tunc ſuſpectus eſt capiendus & in carceribus detinēdus, & ſuper pęna eſt ſummus Pontifex conſulendus. 19. diſt. in memoriam. extra de crim. falſ. ſuper eo. & in c. 2. ext. de reſcrip. & faciunt not. in c. nouimus. ext. de verb. ſig. Si verò certum ſit, ꝙ ſit falſarius, non per ſuſpitionem, ſed per euidētiam rei, tunc locum habet, qđ ſupradictum eſt, vt ad pęnas ſupradictas ordinariè ꝓcedatur. Si verò clericus literarum aliorum prælatorum, regum, vel principum, vel publicorum inſtrumētorū falſator extiterit, deponitur & detruditur, ſed nō traditur curię ſęculari. 50. diſt. ſi epiſcopus. & plenius in c. ad audientiam. ext. de crim. falſ. vbi tales poſt carcerationem & depoſitionem a ſuis ordinibus degradati in ſignum maleficij charactere quodā facie impreſſo, quo īter alios cognoſcantur, compelluntur prouinciam abiurare, & ſic abire permittitur taliter conſignatus, vt ab alijs quocunq; perrexerit, cognoſcatur, & debet character tā leuiter imprimi, vt cutis ſuperficies deformetur in ſignum maleficij & ſanguinem characteris impreſſio non eliciat, quia ſanguinis effuſio iudici eccleſiaſtico nō permittitur, vt in c. ſententiam ſanguinis, ext. ne cleri. vel mona. & in c. in archiepiſcopatu, ext. de rapt. & eſt hoc ſpeciale in odiū criminis falſitatis, cum alias facies hominis adinſtar cęleſtis pulchritudinis facta, fędari non debeat. C. de pœn. l. ſi quis in metallum. & not. Doct. in d. c. ad audientiam. & hæc locum habent in falſario delegati & cuiuſcunque alterius iudicis, arg. extra de reſcrip. c. olim. & c. ex literis, in fi. & de offic. deleg. c. cum olim magiſter. Remouentur. n. tales ab obtento officio & beneficio, & multofortius. repelluntur ab obtinendo, extra de exceſſ. prælat. c. inter dilectos. §. præterea. accedunt not. in d. c. tam literis. §. fin. ext. de teſtib. & in d. c. nouimus. de verb. ſig. vbi ſingulariter habetur, ꝙ pro clerico degradato & tradito Curiæ ſęculari debet eccleſiaſtica efficaciter intercedere, vt citra mortis periculū circa eum ſnīa moderetur. Et notan. ꝙ pro tribus criminibus clericus degradatur & traditur Curiæ ſęculari, videlicet pro crimine hæreſis, vt in c. ad abolēdam. ext. de hæret. §. j. ibi, ſęcularis relinquatur arbitrio poteſtatis. & in cap. excommunicamus, eo. tit. circa princ. Secundò in crimine falſi, vt in d. c. ad falſariorum. Tertiò cum quis ſeditionem, vel cōtumeliam per calumniam contra ſuum ep̄m excitat, vel exercet. 11. q. 1. ſiquis ſacerdotū. hoc vltimum intelligunt aliqui, cum eſt incorrigibilis, & benignior eſt intellectus, ſecundum glo. in d. c. nouimus. accedunt not. in cap. cum non ab homine, & in c. atſi clerici. ext. de iud.

Sed hic etiam quæri conuenit, quid de componente falſum, vel famoſum libellum in infamiam alicuius, qui probare nō intendens iactat in publicum, non ſe ſubſcribens nec nominans aliquem actorem. Reſpondeo diſtinguendo: nam aut certum eſt, quis compoſuerit, aut non. Si certum eſt, aut eſt conuictus, aut ſponte confeſſus. Si eſt conuictus ſecundum leges, decapitatur, vel deportatur. C. de famoſ. libel. l. j. 5. q. j. ſiquis famoſum. Itē fit inteſtabilis. 4. q. 3. ob carmen. Item non poteſt eſſe teſtis. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. qui in lege. Secundum canones verò ſubijcitur

verbo-

Source : BIU Cujas

verberibus.5.q.j.c.j. Si autem ſponte confitetur, cū probari non poteſt,mitius cum eo agitur j.q.1. c.domino. & punitur ad arbi trium iudicis,arg.in c.de cauſis,in fi.ext.de offi.deleg.Si verò nō eſt certum,quis compoſuerit,admoneri debet generaliter,vt qcūque fecerit in publicum prodat,& quod ſcripſit, probet.quod ſi non fecerit,primò priuabitur ſacramentis, & poſtea excōicabitur.5.q.j.c.1.& hoc eſt,cum innocens aliquis infamatur. ſecus ſi nocens,quia expedit peccata nocentium nota eſſe.ff.de iniur. l.eum qui.in prin.& C.de iniur.l.3.& not.gloſ.Io.5. q.1. §.j. quod verum intelligas in iudicio,quia nemo debet extra iudicium ēt nocentem aliquem infamare, nam ſumma iniquitas eſt detrahere.6.q.j.ſumma.Et qui detrahit fratri ſuo,homicida eſt,de pœ
* nit.diſtinct.j.homicidiorum.de quo dixi in Tractatu de Confeſ ſione, conditione vltima.

Aduertendum eſt etiam, qꝙ q̃q̃ regulariter dolus non præſumatur,niſi probetur,ut in c.ſedes apoſtolica,in fi. & in c.ex parte,ext.de reſcrip.& in c.2.ext.de renunc.lib.6. probatur tamē ex perſpicuis indiciis,vt not.glo.in c.2.de iureiur.lib.6.Item probatur ex probabilibus coniecturis,vt in d.c.2.de renunc. lib.6.& ſa tis tractat Io.And.qualiter dolus committatur, & qualiter ꝓbetur in reg.ſcienti,de reg.iur.lib.6.in mercur.& Hoſt. in c.tuas,de vſur.& not.ff.loca.l.item ſi pretio.§.fi. vbi agitur de dolo mentis rem ſciēter pro minori pretio quàm valeat, nam actio de dolo competit non ſolum contra doloſum,ſed etiam contra illū, qui dedit conſilium fraudulentum,de quo ſatis in c.ſanè, ext.de renunc. præſumitur tñ dolus, vbicunque debet precedere diligens indagatio,vel inquiſitio,vt no.glo.in c.ad falſariorum.ext. de crim.fal.vnde ad reg.quæ communiter allegatur,videlicet qꝙ falſum non committitur ſine dolo, vt in l.nec exemplum, C.de falſ.reſpondetur per glo.& Doct.in d.c.ad falſariorum.qꝙ falſitas non committitur ſine dolo.ſ.vero, vel præſumpto, vt dicit ibi D.Ant.nam præſumitur dolus,vbi præſumitur affectata ignorātia,vt in c.cum inhibitio,extra de cland.deſp. & talis ignorantia craſſa dicitur,& ſupina,vt in c.apoſtolicæ,ext.de cleri.excō.min. Cum igitur quis inquirere debet veritatem rei, ſi non fecerit,in dolo eſſe videtur,vt dicit gloſ. in d.c.ad falſariorum & ſic in tali caſu allegans ignorātiam debet probare, ſe adhibuiſſe debitam & ſollicitam diligentiam ad inueniendum quod ſcire primitus incumbebat ex officio,vel actus natura, alias dolus & ignorātia præſumitur contra ipſum,vt not. D. Ant. in d.c.ad falſariorum, in 3.col.& infert contra debentes denunciare maleficia.faciunt not.per glo.in c.innotuit,in verbo,ignorantia.extra de elect. & in l.ſi adulterium cum inceſtu.ff.de adult. & quod not. Barto.in l.non fatetur.ff.de confeſ.& in d.c.ad falſariorum. dicit gl. ſuper verbo, deprehēſi,ibi enim indagatio fiat acerrima, ubi pena eſt grauiſſima.C.de falſ.l.vbi,& l.fi.eo.tit.Et ſic patet quòd nō excuſatur a pœna falſi,qui dicit ſe non commiſiſſe falſum, quia non dolo fecit.debuit enim prudēter & cautè, prius inquirere quod ſcribebat, vel ſcribi faciebat, aut conſenſum ſcribentibus adhibebat.& ſic in ſimilibus caſibus,quæ ſunt valde notabilia pro religioſorum cautela ſcribentium cuiq̃, ne ſe faciliter inuoluant crimine falſitatis:nam vbi maius periculum,ibi cautius eſt agēdum,ut in c.vbi periculum, de elect.lib. 6. Caueant ergo omnes Cauſidici,ne quoquo modo falſum committant, ſi pœnas prædictas uoluerint euitare. Cōſequēter de ſecūdo articulo prin
50 cipali,ſcilicet de taciturnitate,ſciendum eſt, † quòd ita mortaliter peccat,qui tacet veritatem,quam reuelare tenetur, ſicut qui mendacium dicit,ut in c.j.in fi.extra de crim.falſi.ubi tex.Aug.refertur dicentis,vterque reus eſt,& qui veritatem occultat,& qui mendacium dicit,quia ille prodeſſe non vult,& iſte nocere deſiderat.Simile 11.q.3.quiſquis.vbi etiam referunt verba Aug.ſcribentis ad Caſulanum, quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, irā Dei ſuper ſe prouocat. Et ſubdit,vterq; reus eſt,&c.vbi Vgol.dicit,id locum habere in teſte & iudice, quorū vterque peccat mortaliter occultando veritatem,ſcilicet iudex in iudicio, & teſtis in teſtimonio. Vel vbi talis occultatio alicui nocet;& nulli prodeſt.Vbi verò alicui prodeſt,& nulli obeſt,nō peccat mortaliter occultans veritatem, immo tenetur occultare.allegat 22.q.2.nequis.ubi tex.dicit,vt ſiquis fortè non velit ad iſtam viſibilem mortem hominem prodere paratus eſſe debet verum occultare,non falſum dicere,vt nec prodat,neque mentiatur,neq; occidat animam ſuam pro corpore alterius. Verba ſunt Aug.in 5.Pſal.& in d.c.ne quis.dicit glo.quòd viris perfectis mentiri pro ſalute alicuius,ſcilicet pro vita, eſt peccatum mortale:imperfectis verò eſt veniale, quod tamen Beatus Thomas nō tenet,vt dicam inf.in art.ſeq.Dicit etiam Vgol.illud de occultāte veritatem intelligi poſſe etiam de prædicatoribus, qui vſq; ad effuſionem ſanguinis ueritatem fidei Chriſtianæ palam aſſerere debent, & non occultare. accedit quod dixit Dñs Matth. 12. Qui nō eſt mecum,aduerſum me eſt: & qui non colligit mecū, diſpergit. Et infra,Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis cōdemnaberis.Et Matth.11.dixit, Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo,qui in cœlis eſt.Qui autem negauerit me,negabo eum. Idem in ſubſtantia dicit Lucæ 12.Sed certè hoc non ſolum cō-
uenit prędicatoribus, ſed etiam cuicunque fideli ſanę mentis,vt etiam pro euitanda morte ueritatem Chriſtianæ fidei & nomē ſanctiſſimi Domini noſtri Ieſu Chriſti non audeat abnegare,ſi mortem ęternam voluerit euitare.Ego autem ſequens Beatum Thom.dico in art.præcedēti de occultante veritatem, quòd nō ſolum iudex vel teſtis,ſed etiam quicunque interrogatus ab habente auctoritatem interrogandi tacens veritatem, mortaliter peccat ex defectu iuſtitiæ.Dicit enim Thom. 2.2.q.68. vel uerius 69.art.j.vbi quęrit,an peccet mortaliter aliquis ueritatem negando, per quam condemnaretur, ſi confiteretur.Et reſpondet qꝙ quicunque facit contra debitum iuſtitię, mortaliter peccat. ad debitum autem iuſtitiæ pertinet, qꝙ aliquis obediat ſuo ſuperiori in his,ad quæ ius prælationis ſe extēdit. Iudex autem ſuperior eſt reſpectu eius,qui iudicatur,& ideo ex debito tenetur accuſatus iudici veritatem exponere, quam ab eo ſecundum formam iuris exigit.Et ideo ſi confiteri noluerit veritatem, quam dicere tenetur,vel ſi eam mendaciter negauerit, mortaliter peccat. Si verò iudex hoc exquirat, quod non poteſt ſecundum ordinem iuris,non tenetur ei accuſatus reſpondere,ſed poteſt vel per appellationem,vel aliter licitè ſubterfugere: mendacium tñ dicere non licet.Et intelligo quod dicit de accuſato, idem eſſe de inquiſito,dummodo inquirens auctoritatem habeat inquirendi ꝑ parilitatem rationis.Dicit.n.idem Thom.ibid. quod eſt contrarium diuinæ gloriæ,eſt peccatum mortale, quia ex præcepto tenemur omnia in gloriam Dei facere.1.Cor.10. ſed qꝙ reus id,qđ contra ſe eſt,confiteatur ſuperiori, pertinet ad gloriam Dei, ut patet ꝑ id,quod dixit Ioſue Achor, qui occultauerat de anathemate contra prohibitionem Dñi: & iratus eſt Dñs ꝫ populum ꝑp pctm̄ Achor.Fili mi, inquit, da gloriam Dño Deo Iſrael, & confitere atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas, & cum conſeſſus fuiſſet delictum ſuum,lapidatus eſt, & cuncta quæ habebat,igne conſumpta ſunt,& auerſus eſt furor Domini ab eis'.

Præterea cum quis interrogatur per eum, cui reſpondere tenetur ex vinculo obedientiæ, non obediēdo mortaliter peccat, vt patet 1.Reg.15.vbi ait Samuel ad Saul, Nunquid vult Dominus holocauſta,aut victimas,& nō potius vt obediatur voci Domini?melior eſt.n.obediētia q̃ victimæ,& auſcultare magis q̃ offerre adipem arietum,qm̄ quaſi peccatum ariolādi eſt,repugnare,& quaſi ſcelus idolatrię nolle acquieſcere.Idem 81. diſt.ſi qui ſunt præsbiteri.Cùm igitur aliquis veritatem occultat,vel mentitur in iudicio ad excuſationem ſui,iniuriam facit ei, cui obedire tenetur ex parte Dei,dum ſibi denegat,quod ei debet.ſ.uerita tis confeſſionem,& per cōſequens offendit Deum & proximū, quia non eſt poteſtas,niſi a Deo. Itaq; qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt, vt dicit Apoſt.ad Rom.12.

Præterea quicquid eſt ꝫ charitatem Dei,vel proximi, mortale peccatum eſt,1.Io.3.Qui non diligit, manet in morte: ſed qui veritatem occultat ſuperiori,cui confiteri tenetur, & qui mentitur in iudicio excuſando ſe,facit contra charitatem Dei, cuius eſt iudicium.Et dicit Thom.ubi ſup.& Pſal.35. Iudicia Dei abiſſus multa.Item facit contra dilectionem proximi tum ex parte iudicis,cui debitum negat,tū ex parte accuſatoris,qui punitur,ſi in ꝓbatione deficiat. Vnde in Pſal.dicitur,Ne declines cor meū in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. vbi dicit glo.Hæc eſt conſuetudo imprudentium, ut deprehenſi per aliqua falſa ſe excuſēt.& Greg.22. Moral. exponēs illud Iob.20. ſi abſcōdi quaſi homo peccatum meum, dicit. Vitatum humani generis vitium eſt,& libendo peccatum committere,& commiſſum negando abſcondere,& conuictum defendendo multiplicare.Dicit ēt idem Thom.ea.q.art.4. qꝙ cōdemnatus ad mortē iuſtè,peccat mortaliter,ſi ꝑ uiolentiam ſe defendit.tenetur.n. non reſiſtere agenti,quin patiatur qđ iuſtum eſt: vnde non licet ſibi mortem effugere ꝫ iuſtitiam reſiſtendo, ergo &c. Nec licet accuſato calumniosè ſe defendere: nā in cā criminali iurm̄ de calumnia pręſtandum eſt,vt in c.inhibentes,de iuram.calum.& ff.& C.de iuram.calum.ꝑ totū. datur.n.ſibi iurm̄ de ueritate dicē da ſuper interrogatis.ergo ſi non dicit,& ſi non reſpondet ad ꝓpoſitum,mortaliter peccat, & in periurij crimen incidit. Et dato quòd non præſtaretur iuramētum,licèt euitet periurium,nō tamen euitat mortale peccatū non parendo iudici in eo,in quo parere tenetur per iura ſuperius allegata.Caueant ergo Cauſidici,tam Cōſultores,quàm Aduocati & ꝓcuratores, ne ſubornēt clientulos, vel teſtes, vt taceant veritatem, ne condemnentur: quia ſi non condemnantur ab homine, condemnantur tamen a Deo,& finaliter condemnabuntur in extremo iudicio,quādo Dominus illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium,vt dicit Apoſt.1.Cor.4.Dicunt enim ſępe Cauſidici,quaſi laquei venatorum facti,ſcilicet dęmonum, Si confiteris veritatem,perdes cauſam:& non dicunt, quòd ſanius eſſet & vtilius,ſi non confiteris ueritatem,perdes animam. Et ſic perfunctoriè diſcurrentes in cauſis,ut imprudentes prudentes reputentur & cauti; & inſipientes ac ſtulti, ſapientes & aſtuti in litigijs iudicentur, eorum animas, ſubornando partes & malè conſulendo vnà cum animabus clientulorum, & teſtium in

Source : BIU Cujas

ſagenam includunt miſeri dęmonum infernalium,cum quibus ęternaliter crucientur, iuxta ſniam Dñi dicentis,Matth. 25. Diſcedite a me maledicti in ignē ęternum, qui paratus eſt Diabolo, & angelis ſuis. non.n.habebit fraudolentus lucrum ſuę fraudis,quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, ext. de reſcrip.c.ex tenore.ff.de dolo. l. ne ex dolo.vbi dicit tex.ne ex dolo ſuo lucrum reportet.ſimile 15.q 6.c.j.20.q.3. conſtituit. & 30. q.j.dictum.Hinc dicit Salomon, Prouerb.12.propter peccata labiorum ruina proximat malo.Et infra, Labiū veritatis firmum erit in perpetuum.Qui autem teſtis eſt repentinus,cōcinnat linguam mendacij, dolus in corde cogitantium mala: qui autem ineunt pacis conſilia,ſequitur eos gaudium.Et in f.non inueniet fraudolentus lucrum, & ſubſtantia hominis erit auri precium, in ſemita iuſtitiæ vita,iter autem deuium ducit ad mortem.Accidit enim talibus quod ſcribitur Micheę 6.Lingua eorum fraudolenta in ore eorum & ego,ergo cępi percutere te perditione ſuper peccatis ſuis.& Iſaiæ 32.ſtultus enim fatua loquetur,& cor eius faciet iniquitatem,vt perficiat ſimulationem, & loquat̄ ad Dominum fraudolenter, & vacuam faciat animam eſurientis, & potum ſitienti auferet,fraudolēti vaſa peſſima ſunt.ipſe enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in ſermone mendacij, cum loqueretur pauper iudicium. princeps verò ſcilicet Chriſtus ea quæ digna ſunt principe cogitabit, & ipſe ſuper duces ſtabit,ſcilicet ad iudicandum omnes & retribuendum mendacibus & fraudolentis ſupplicium ſempiternum.Vnde ſubdit, tenebræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpeluncas vſque in ęternū. Conuenit etiam eis id,de quo Salomon inſtruit,Prouerb.24.Ne emuleris viros malos,nec deſideres eſſe cum eis,qa rapinas meditatur mens eorum& fraudes labia eorum loquantur.Sed heu, proh dolor,quia non perpendunt miſeri,quòd credentes ſe decipere pauperes, opprimere & fraudare,ipſi quoq; cōtra ſanguinem ſuum inſidiātur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas. ſic ſemitæ omnis auari animas poſſidentium rapiunt,vt dicit Salomon,Prouerb. 1. Tenentur etiam tales ad reſtitutionem lęſo de omni eo,qđ perceperunt tam ipſi quàm ſui clientuli ex eorū iniquitate & fraudolentia, niſi eos inducant ad reſtituendum quod iniuſtè perceperunt, cum ipſi dederint cauſam damni, vt in c.ſi culpa,extra de iniur. & dam.da.& patet Leuit. 6. vbi dicit Dominus ad Moiſen, Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit depoſitū proximo ſuo, quod fidei eius creditum fuerat,ſiue furto, vel vi aliqd extorſerit, aut calumniam fecerit,ſiue rem perditam inuenerit, & inficians inſuper periura uerit conuicta delicti reddat oīa, quæ per fraudem voluit obtinere integra, & quintam inſuper domino partem, cui damnū intulerat. Prouerb. vigeſimoſexto. Sicut noxius eſt, qui mittit lanceas & ſagittas ad mortem, ſic vir, qui fraudolenter nocet amico ſuo,& cum fuerit deprehenſus dicet, ludens feci.Et infra labijs ſuis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos, quando ſubmiſerit vocem ſuā, ne credideris ei, quoniam ſeptē nequitię ſunt in corde illius, qui operit odium fraudolenter reuelabitur malitia illius in conſilio,qui fodit foueam, incidet in eam,& qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. lingua fallax nō amat ueritatem & os lubricum non operatur ruinas. Intellige contra ſeipſum. Et ſic patet &c. De taciturnitate pro conſenſu,uel non,vide in capit.qui tacet, & in capit.is qui tacet,de reg. iur.libro ſexto.

De tertio articulo, ſcilicet de mendoſitate, vel mendacio, circa quod Cauſidici frequentius implicantur,tria principaliter ſunt quærenda,videlicet primò,de quidditate, quid eſt mendacium. Secundo de quotuplici tate,quotuplex eſt. Tertiò de culpabilitate,quando & quomodo eſt peccatum.

351 Ad primum reſpondeo, † quòd mendacium eſt falſa vocum ſignificatio cum intentione fallendi,vt dicit Aug.in lib.de menda.& vigeſimaſecunda q.ſecunda, ille ergo. Dicitur enim mendacium à men, Græcè, & dico, dicis: nam mene Greęcè, Latinè dicitur luna, quæ defectuoſa & minorata ſępe videtur. Vnde mendacium, quaſi defectuoſum dictum. Hinc dicit Aug. Mendax negator ueritatis dictus,quòd mentem alterius fallit. Inde etiam dicitur mendum & mendoſitas,& mēdoſus, quamquam mendum propriè in libris dicatur. Vnde emendare, ideſt corrigere, quaſi defectus caſtigare. Inde dicit Catholicon, menda à mendax deriuatur hoc mendum,di:& hæc menda,dæ,ideſt macula, maximè illa quæ ſolet eſſe in libris nondum emendatis, ſed mendum in alijs rebus. Sed ponitur quandoque pro mendacio,vel culpa corporis,& a menda mendus,da, dum,ideſt ſordidus,maculoſus.Mena autem a mene,quod eſt luna,uel defectus dicitur.hæc mena nę,quidam piſcis, qui cum luna creſcit & decreſcit. dicitur enim mene Hebręum eſſe vocabulum pro luna ſumptum,quaſi defectus, quia ſingulis menſibus deficiat, & ſic
352 mene,ideſt luna,vel defectus. † Vt ergo mendacium ſit,neceſſe eſt vt falſum proferatur, & cum intētione fallendi. hoc enim malum eſt proprium mētientis aliud habere clauſum in pectore, aliud promptum in lingua: mentiri uerò eſt loqui contra qđ animo ſentit,ideſt uoluntate fallendi: ſed non omnis qui mentitur,mendacium dicit,quia quod verum eſt, loquitur aliquādo
353 mentiendo.ſicut ergo falſum dicendo aliquādo verax eſt. † Vñ ſi Iudeus dicit Chriſtum eſſe Deum, cum nō ita ſentiat animo, non eſt mendacium,quod dicit: quia licèt aliter teneat animo, verum eſt tamen,quòd dicit.Et ideo non eſt mendacium, mentitur tamen illud,quod verum eſt dicens. Mendax enim dicitur à mentior,mentiris,hic & hæc & hoc mendax, cis, quia mētem alterius fallat.Intereſt tñ inter mendacium,& vanum, quia mēdax dicitur,qui gratia & ſpe lucri,vel uolūtate decipiendi mentitur:vanus qui ſine cauſa, vel vtilitate mentitur. & comparatur mendacior & mendaciſſimus.vnde mendaciter, mendacius, & mendaciſſime.Inde mendax,ideſt fragilis & mutabilis.Vñ Pro-
354 pheta dicit,omnis homo mendax.† quod verbum tractans Ber. in lib.de gradib.humilit.dicit. Quid eſt omnis homo mendax? omnis homo infirmus,omnis homo miſer, qui nec ſe, nec aliū ſaluare poſſit.ſic dicitur fallax equus ad ſalutem, &c. non quòd equus aliquē fallat, ſed quia ipſe ſeipſum fallit,qui ī fortitudine equi confidit.Sic omnis homo dicitur mendax, ideſt fragilis & mutabilis,à quo ſalus non poſſit ſua, vel aliena ſperari, quin potius maledictionem incurrat, qui ſpem ſuam in homine ponit. neminem excipit Propheta, ne quemquam decipiat, ſciens qa omnes peccauerunt,& egent gratia Dei. non ſe excipit Propheta a communi miſeria.Notatur etiam differentia inter mendoſus,& mendax: nam mendoſus a menda deriuatur, ideſt maculoſus, ſordidus, ſpurcus, turpis in factis: ſed mendax in verbis, a mentior,tiris.mētior enim a mente dicitur,vnde mentiri, ideſt contra mentem ire,& dicere,ſcilicet aliter dicere quàm in mēte exiſtimare,ſiue uerum dicat,ſiue falſum. Vnde & dicēdo verum,poteſt quis mentiri,& dicendo falſum, poteſt nō mentiri.
355 Et ſciendum, † quòd mentiri,& falſum dicere habent ſe vt excedentia & exceſſa,qa nō omnis,qui mentitur,dicit falſum. immo aliquando dicit uerum,licèt ipſe intendat falſum. Et econuerſo,non omnis,qui dicit falſum mentitur: immo aliquando credit dicere veruñ,licèt dicat falſum.ergo qui mentitur,ſemp fallit voluntate, licèt quandoque fallatur in facti veritate, & ideo ſemper peccat.qui uerò dicit falſum, non ſemper peccat: aliqñ enim dicit falſum cum intentione fallendi, & tunc eſt mendacium,& peccatum.aliquando dicit falſum,& credit dicere verū, & tunc ſi adhibuit debitam diligentiam, non peccat, ſin autem peccat ſaltem venialiter. Qui autem dicit mendacium, ſemper peccat. Et ſcias, quòd dicere falſum, eſt dicere aliquid ita eſſe, quod non eſt ita,non diſtincto vtrum intendat dicere uerū, uel
356 falſum. † Et no. qđ ille qui iurat, aut ſimpliciter, aut doloſè iurat.Si doloſè, ex duabus partibus poteſt culpa ſequi, ſcilicet ex fractione iuramenti & ex dolo. Quamuis ergo ex ipſa ratione iuramenti inquātum iuramentum non obligetur ad ſeruandū ipſum,niſi ſecundum ſuam intentionem, tamen ex neceſſitate iuramenti inquantum fuit doloſum, obligatur ad ſeruandum taliter,qđ ex dolo ſuo alius non lędatur.Et hoc eſt,quando ſecundum intentionem recipientis impletur iuramentum. & ſic intelligitur illud Iſid.Quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen,qui conſcientiæ teſtis eſt,ita hoc accipit, ſicut ille cui iuratur,intelligit.Si autem ſimpliciter iuret abſque dolo: tunc in foro conſcientiæ non obligatur,niſi ſecundū intentionem ſuam: ſed in foro contentioſo,vbi intentio ignoratur,obligatur ſm qđ verba communiter accipi ſolent,vt dicit Tho.2.2.q.110. faciunt not.22.q.2.homines.& per Archid.in d.§.ille ergo.

Ad ſecundum,ſcilicet de quotuplicitate mendacij,reſpōdeo,
357 † quòd octo ſunt mendaciorum genera,ſecundum Aug. in lib. de mendacio. & tangit in Enchiridion, & in lib.de doct. Chriſtiana. & Gratianus refert in decretis. 22. q. 2.omnis autem, qui mentitur.& c.primum,vbi ſic ſequitur.

Primum eſt capitale mendacium & longè fugiendum,quod fit in doctrina religionis,ad quod mendacium nulla conditione quiuis debet adduci. Vbi dicit gloſ. potius.n.debet omnia mala pati,quàm tali modo conſentire.32.q.5. ita ne.

Secundum eſt,vt aliquem lędat iniuſtè,quod tale eſt,ut nulli proſit,& obſit alicui. dicit gloſ. vt eſt mendacium detractionis, vel falſi teſtis ī cā criminali.Simile dicit lex imperialis, Nō eſt ferendus qui vult obeſſe,& nō prodeſſe.ff.de rei vend.l.in fundo.

Tertium eſt, quòd prodeſt alteri, ita vt obſit alteri, quamuis non obſit ad immunditiam corporalem. dicit gloſ. vt mendacium teſtis in cauſa pecuniaria: magis tamen obeſſet ad immunditiam corporalem.

Quartum eſt ſola mentiendi fallendique libidine, quod merum mendacium eſt.dicit gloſ.quaſi dicat, mirum eſt, quòd ita vult aliquis mentiri,vbi nulla vertitur vtilitas. Quidam tñ text. habent,merum mendaciū eſt,quaſi ſimplex.

Quintum eſt, quod fit placendi cupiditate de ſuaui eloquio. dicit gl.qđ faciūt adulatores ad hoc, vt placeāt auditorib.46. diſt. ſunt nonnulli: adulatio tñ qñq; ueniale pćtm̄ eſt. 25. diſt. alias. ſeq̄ t̄ in tex.his oīb. penitus euitatis atq; reiectis.dicit glo.quaſi dicat,p̄cedentiā quinq; ſunt mortalia, ſed ſequētia ſunt venialia.

Sextum genus mendacij eſt, qđ & nulli obeſt & alicui p̄deſt,

velut

velut si quispiam pecuniam alicuius iniuste tollendam sciēs vbi sit, nescire se mentiatur. dicit glo. secus si iuste, vt si fieret auctoritate Iudicis. Adde, quia quod fit lege permittente, pœnam non meretur. C. de adult. l. Gracchus. & ff. de reg. iur. l. qui auctore iudice. & l. non videtur, §. qui iussu. eo. tit. & in l. iuste possidet, ff. de acq poss. & l. meminerint. C. vnde vi.

Septimum genus est, quod & nulli obest, & prodest alicui, velut si nolens hominem, ad mortem quæsitum prodere mentiatur. vbi dicit gl. in hoc differt septimum a sexto, quia istud ꝓdest ad periculum personę, sed illud prodest ad vitandum periculum damni. Archid. dicit, non esse faciendum 22. q. 2. nequis. vbi dicit tex. Aug. in 5. Psal. Ne quis arbitretur ꝓfectum & spiritualem hominem pro ista temporali vita in cuius morte occiditur anima, siue sua, siue alterius debere mentiri. † Sed quoniam aliud est
358 mentiri, & aliud uerum occultare: siquidem aliud est falsum dicere, aliud est verum tacere, vt siquis fortè non uelit ad istam visibilem mortem hominem prodere, paratus esse debet uerum occultare, non falsum dicere, vt nec prodat, nec mentiatur, nec occidat animam suam pro corpore alterius. Et in prędicto libro de mendacio, dicit idem Auguſt. Faciat homo etiam pro tęporali vita, vel salute hominum, quod potest. Cum autem ad hoc ventum fuerit, vt tali saluti, nisi peccando, consulere non possit, iam se existimet non habere quid faciat, quoniam id reliquum
359 esse prospicit, quod rectè faciat. vbi dicit glo. † Ex hoc cap. habes quòd solum illud dicimur posse facere, quod iustè possumus, vt hic. Quandoque hæc dictio posse, simul denotat potentiā iuris & facti. ext. de rescrip. sciscitatus. quandoque potētiam facti tm̄ 8. q. j. Moises. quandoque refertur ad honestatem, de pœn. dist. 2. charitas. ff. de condi. instit. l. filius fam. quandoque ad commoditatem. ff. de verb. sign. l. nepos Proculo.

Octauum genus est, quod & nulli obest, & ad hoc prodest, vt ab immunditia corporali aliquem tueatur. dicit glo. ut si uolenti contrahere cum soluta dicam eam esse coniugatam, & ꝓdest istud ei ad conseruandam pudicitiam. Et no. quod hæc tria mēdacia in hoc conueniunt, quòd per ea alicui prodest mentiens, sed nulli obest, sed differunt in hoc, quòd vnum prodest ad euitandum damnum rerum, aliud ad euitandum periculum vitæ, tertium ad pudicitiam conseruandam.

360 Sequitur in tex. decreti, † non est igitur mentiendum in doctrina pietatis, quia magnum scelus est primum genus detestabilis mendacij: non est mentiendum secūdo genere, quia nulli facienda est iniuria. non est mentiendum tertio genere, quia nulli cum alterius iniuria est consulendum. non est mentiendum quarto genere propter mēdacij libidinem, quæ ꝑ seipsam vitiosa est. non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa veritas placendi causa hominibus enuncianda est. quanto minus mendacium, qđ per seipsum, quia mēdacium est, utique turpe est. nō est mentiendum sexto genere: neque enim recte testimonij veritas pro quocūque temporali cōmodo ac salute corrumpitur. ad sempiternam verò salutem, nullus ducendus est opitulante mendacio Neque septimo genere mentiendum est: non enim cuiuscunque cōmoditas, aut salus temporalis perficiendæ fidei præferenda est, nec se quisquā in rectè factis nostris tam malè moueri sentiat, vt fiat ēt animo deiectior lōgeq; a pietate remotior. Nec octauo genere mentiendum est, quia in bonis castitas animi, pudicitiæ corporis præfertur, & in malis, quæ ipsi facimus, eo quòd fieri sinimus, nobis damnabilius est. In his autem octo generibus tanto minus quisque peccat, cum mentitur, quanto magis à primo recedit. Quisquis autem circa aliquod genus mēdacij, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet seipsum turpiter, cum honestum se deceptorē arbitretur aliorum. Hæc Aug. vbi supra. Aliqui tamen hæc octo mendaciorum genera ad tria reducunt, videlicet ad mendacium pernicioſum, quod semper est damnabile. ad iocoſum, quod dicitur excusabile. & ad officioſum, quod nonnunquam est laudabile, de quibus infra dicam. Patet igitur rectè intuenti ex supradictis & infra dicendis, omne mendacium, inquātū mendacium, prauum esse & fugiendum, ac posse tenus euitandum. quod etiam colligitur ex dictis Philosophi in 4. Ethic. ubi Gerald. Odonis solenniter hoc determinat dicens, quòd omne mendacium est peccatum, & malum &
361 prauum, & turpe. ergo fugiendum & euitandum. † quod patet ex triplici malitia inclusa in omni mēdacio. Includitur enim in omni mendacio, primò peruersitas, secundò iniquitas, tertiò inhumanitas. Primò nanque in omni mendacio includitur ꝑuersitas, quoniam mendacium concernit ordinem sermonis ad finem suum, qui finis debet esse prolatio ueritatis, cuius oppositū est mendacium. Vnde Aug. dicit, ꝙ mendacium est falsa uocis significatio cum intentione fallendi. 22. q. 2. ille ergo. Cum igitur mendacium impediat finem sermonis, patet, ꝙ continet in se ꝑuersitatem, quia vti re ad oppositum sui finis, ad quem est diuinitus ordinata, est ꝑuertere ordinē diuinitus institutū: sed ī omni mēdacio sic vtimur, uel uerius abutimur sermone. ergo diuinū ordinē ꝑuertimus. Sermo nanq; datus est hominibus ad significandū ueritatē de tristi & delectabili, de nociuo & utili, de iniusto & iusto, & uniuersaliter de bono & malo, ut hī in 1. Polit. Nos autē in mendacio utimur sermone ad oppositū finis huius scilicet ad falsitatem, ergo ꝑuersitas. Quo circa Prouer. 8. diuina sapiētia clamat dicēs, Veritatē meditabitur guttur meū, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt oēs sermones mei, & nō est in eis prauū qd, nec ꝑuersum recti sunt intelligentib. & ęqui
362 inuenientib. scientiā. † Scđò in oī mendacio includit iniquitas, eo ꝙ mēdaciū ꝙcernit ordinē sermonis ad ītellectū, quē iniquè decipit mētiendo, qm̄ inter quæcunq; est inęqualitas, ibi est iniquitas, & maximè in electione, qua eligimus talem inęqualitatē ꝺ debitū naturale. Sed in oī mendacio est hmōi inęqualitas, constat. n. ꝙ inter vocē & mētem debet esse cōformitas & ęqualitas, sicut ītер signū & signatū: ꝙa ea quæ sunt ī uoce, sunt earū, quæ sunt in aīa passionū notę. i. signa cōceptuū, primo Perhier. Mendaciū autē includit inter hæc inęqualitatē, & difformitatē, quia homo mentiens vnū dicit voce, oppositū dicit mēte. & tm̄ hic eligit hmōi inęqualitatem ꝺ debitum naturale. Cōtinget. n. ꝙ aliquis dicet falsum, credēs dicere uerū, & iste dicit falsum, nō autem mendacium. & continget ꝙ dicet uerum, credens dicere falsum, & iste mentitur, non tm̄ adhuc dicit mendaciū. Cōtinget autē, ꝙ dicet falsum, credēs dicere falsum, & iste dicit ꝓpriè mēdacium, ſm ꝙ Aug. describit ipsum, vt sup. Et sic patent oīa, quæ faciunt ad istam inęqualitatem. quæ hoc modo sumpta, vt sumitur in mēdacio, est iniquitas. Vnde Aug. in 1. lib. de doct. Christiana dicit, oīs qui mentitur, iniquè facit. & si cuiq̄ vī aliq̄n vtile esse mendacium, potest videri aliq̄n utilem esse iniquitatem.
363 † Nemo. n. mentiens in eo ꝙ mētiens, seruat fidē, nā utiq; vult, vt cui mentitur, fidē sibi adhibeat, quam tm̄ ei mentiendo non seruat: omnis autem fidei uiolator, iniquus est. ergo, &c.
364 Tertiò, † ꝙ in omni mendacio includatur inhumanitas, sic ꝓbatur. Nā mendaciū concernit ēt ordinē loquētis ad audiētem. proferens mendaciū uoluntariè proximū hominē intendit facere deteriorē, qđ est inhumanū & opus inhumanitatis, quæ opponitur humanitati philanthropię, ꝑ quam q̄s̄q̄s amat, uel amare debet oēm hominē. Qui autem ipsum facit, deteriorem facit ꝺ istum amorem, cōtra quem nec Deus, nec aliquis sapiēs facit, ſm Aug in li. 83 qq. q. 4. dicētem, ꝙ nec sapiente authore homo fit deterior: nec similiter authore Deo. sed omnis dicens mendacium, quantum in eo est, facit hominē deteriorem, fallens ipsū.
365 Bonum. n. hominis consistit in intellectu & volūtate: † bonum autem intellectus vniuersaliter est ueritas, ut in 6. Ethic. Mendacium autē, q̄tum in eo est, informat audientem de malo oppositо, scilicet de falsitate. ergo facit ipsum esse deteriorē, & per consequens committit inhumanitatem. Vnde Aug. Leu. 19. sup illo verbo, non mentiemini, dicit oīa quæ prohibentur committi ꝺ proximum, adhoc referuntur, non nocebis proximo. Et sic patent tria prædicta mala mendacij. ſ peruersitas in abusu vocum, iniquitas in electione difformitatis & inęqualitatis vocū & intellectuum & intētionis. & impietas in deterioratione & despectione hominum. De prædicta etiam peruersitate dicit Aug. in Enchirid. 2. 22. q. 2. omnis autem qui mētitur, ꝺ id, qđ aīo sentit, loquitur voluntate fallendi: & vtique verba ꝓpea sunt instituta, non vt per ea se inuicem homines fallant, sed vt eis quisq̄ in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergo vti ad fallaciam, non ad quæ instituta sunt, peccatum est.

Ad tertium, videlicet qm̄ & qūo mēdacium est pctm̄. Rn̄deo
366 bī sicut, supra dictū est, † ꝙ omne mendacium est pctm̄, sed differentia est in qualitate peccati. nam qn̄que est mortale, qn̄que verò veniale. nam, vt dicit Aug. super illud Psal. perdes omnes ą loquuntur mendacium, duo sunt genera mendaciorū, in qbus non est magna culpa, sed tm̄ non sunt sine culpa, ut cū iocamus, aut proximo consulendo mentimur. Illud primum, quod in iocando est, non est pernicioſum, quia non fallit. nouit enim ille, cui dicitur iocandi causa fuisse dictum. secundum verò mendacium prodest, & illud dī officioſum. Restat ergo ꝙ solū modo sit damnabile mendacium pernicioſum, qđ est illud, qđ ꝺriatur charitati Dei, vel proximi, de quo supra in primis qnque gn̄ibus mendacij. Aduertendum tm̄ est, oē mēdaciū esse ꝓhibitū, inq̄tū mendacium, siue sub ratione mortalis in eo quod est mortale, siue sub ratione uenialis in eo quod est veniale. Vnde Auguſt. in prædicto verbo, non mentiemini, Leui. 19. dicit. Nunqd ex quo in lege dictum est, non mentiemini, & ex illo tępore non licuit in tali causa mentiri, sed magis quia iniustum erat mendacium, ideo prohibitum: non quia prohibitum, ideo iniustum. Et in Enchirid. dicit, Mihi autem non absurde videtur, omne quidem mendacium esse peccatum, sed multum interesse, quo animo, & de quibus rebus quisque mentiatur. non enim ita peccat qui consulendi, quomodo ille qui nocendi uoluntate mētitur. nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in aduersum iter mittit quantum is, qui viam uitæ mendacio fallente deprauat. vigesima secunda quæst. 2 mihi autem. Ex hoc Alex. de Ales in 3. Sēt. super 8. præcepto, scilicet nō loqueris ꝺ proximum tuū falsum testimonium, qđ scribitur Exo. 20. & Deut. 5. distinguit supradicta tria genera mēdaciorū, referens quosdā dicere ꝙ est mēdaciū ueniale & mortale. veniale dicūt mēdaciū iocoſum & officioſum: mortale uerò dicūt gn̄aliter mēdaciū ꝓnicioſum, & sic

Source : BIU Cujas

diſtinguunt triplex mendaciũ, videlicet, perniciosum, iocosum, officiosum. Dicunt ergo perniciosum mẽdaciũ ſimpliciter ꝓhibitum: iocosum verò & officiosum dicunt prohibitũ quodammodo, vt quibuſdã, videlicet viris perfectis: imperfectis verò dicunt eſſe permiſſum. & hoc probãt auctoritate Aug. ſuper illud Pſal. Perdes oẽs, qui loquuntur mendacium. vbi dicit Aug. nullus arbitretur ꝓfectũ & ſpiritualem hominem pro hac tempora
367 li vita mentiri. † Sed qm̃ aliud eſt mentiri, aliud eſt falſum dicere aliud verum tacere: ſiqs fortè velit hominem ad mortem ꝑdere vir perfectus paratus eſſe dẽt verũ occultare, non falſum dicere, vt neque prodat, neque mentiatur, neque occidat animam ſuã
368 pro corpore alterius. † In hoc viro ꝓfecto damnabile eſt mẽdacium officioſum, ergo & iocoſum. Itẽ viro imperfecto tale mendacium ꝓmiſſum dicunt, tanq̃ veniale, vt dicit Aug. ibid. Duo ſunt genera mendaciorum, &c. vt ſupra. Sed ꝯ. ſi mendaciũ iocoſum damnabile eſt viro perfecto, & imperfecto non, ergo peioris conditionis eſt vir perfectus q̃ imperfectus. Item ſi mẽdaciũ iocoſum damnabile eſt viro ꝓfecto, hoc non eſt niſi quia perfectus: ergo perfectio eſt circunſtantia in infinitum aggrauans, qđ oñditur eſſe falſum. Eſto. n. ꝙ fornicentur duo, perfectus. ſ. & imperfectus. non in infinitum magis peccat ꝓfectus, q̃ imperfectus, quia non in infinitum maiorẽ pœnam meretur. nulla ergo videtur prædicta diſtinctio. Pro ſolutione ergo dubij dicendum eſt, & rñdendum, ꝙ cùm contingat mentiri ex libidine veniali, & ex libidine mortali, libido mortalis ab Auguſt. rectè diffinitur in lib. ꝯ mẽdacium, appetitus animi, pro quo ꝛternis bonis quꝛlibet temporalia præponũtur, quaſi ſpꝛto incõmutabili bono, bonis temporalibus adhꝛrere. libido verò venialis eſt appetitus inordinatus ſenſualitatis vel rationis, quo nimis diligitur aliqđ
369 temporale tñ ſub Deo. † cũ ergo ſit mẽdacium ꝓnicioſum, qđ obeſt, officioſum qđ prodeſt, iocoſum qđ delectat: perniciosum mendacium ſemꝑ eſt ex libidine mortali: officioſum verò & iocoſum poſſet eſſe ex libidine mortali, & veniali. Ex libidine mortali officioſum mendacium eſt, vt cũ aliquis ꝓp ſeruandam vitã alicuius mentitur ex amore præſentis vitæ illius ſupra Deum iocoſum verò ex libidine mortali, eſt cum ex amore delectationis ioci, quem diligit aliqs ſupra Deum. Ex libidine verò veniali officioſum mendacium eſt, qđ fit ex amore vitꝛ ſub Deo. ſimil'r iocoſum eſt, qđ fit ex amore delectationis ſub Deo. Secundum hoc ergo dicendum, ꝙ vniuerſaliter ꝓhibitum eſt mendacium in illo præcepto, Nõ loqueris ꝯ ꝓximum tuum falſum teſtimonium: ex libidine mortali ſiue perniciosum, ſiue iocoſum, ſiue officioſum: ex libidine verò veniali, officioſum & iocoſum, nõ ſic prohibetur, ſicut nec in alijs ꝓhibetur culpa venialis. & hoc modo intelligendæ ſunt rõnes Auguſtini, cùm dicit, ꝙ in nullo caſu mentiendum eſt, intelligitur quia mendacium ſecundũ ſe, malum eſt, & mortale ſeparat à veritate diuina: veniale verò diſponit ad ſeparationem, & ideo vniuerſaliter vitãdum eſt illud, ſicut damnabile, iſtud ſicut diſponens ad reatum damnationis.
370 † Illud verò, qđ obijcit de viro perfecto, ꝙ nõ debet mentiri, ne dum vitam alterius ſeruat, animam ſuam perdat, intelligunt quidam non de quocunque peccato, ſed de ꝓfecto, qui vouiſſet, ꝙ in nullo caſu mẽtiretur. Vnde talis mortaliter peccat, quocunq; modo mẽtiatur. Sed contra hoc eſt, quia illud idem eſt de quocunque imperfecto, ſi uouiſſet. ꝓpea dicendum ꝙ non intendit Aug. dicere, ꝙ perfectus ſemꝑ mortaliter peccat, ſed ꝙ ſemꝑ debeat vitare mendacium, ne pro alicuius vita ſaluanda cõmittat diſcrimini animam ſuam. nã ꝓp veniale citius, ueniret ad mortale, & hoc eſt, qđ dicit, ne dum uitam alterius ſeruat, ſupple uenialj mendacio, animam ſuã ꝑdat. i. contingat aliqñ perdere ꝓpter mortale mendacium; ꝓpea quia neſcitur an mendaciũ ꝓueniat ex radice veniali, an mortali: ideo in dubio ponit dicens, ne fortè dum uitam alterius, &c. nec aſſerit propter hoc ꝙ ſemper perdat animam ſuam pro tali mendacio.

Dñs Bonauẽtura in 3. Sent. diſt. 38. in 4. q. ubi quærit, utrum oẽ mendaciũ ſit mortale uiris ꝓfectis. rñdet dicens. Ad ꝑdictorum intelligẽtiam eſt notãdũ, ꝙ circa hoc eſt duplex modus dicẽdi, ꝙdam nanq; dicere uoluerunt, ꝙ mendacia illa, quæ ſunt venialia imperfectis, ſunt venialia etiam perfectis. Sed tamen quia perfecti minorem habent pronitatem ad mendacium, quàm imperfecti: hinc eſt quòd grauius peccant. Vnde Aug. de mendacio nõ uult oſtẽdere, uj dicũt, ꝙ oẽ mendaciũ ſit mortale peccatũ uiris ꝓfectis: ſed cũ nullũ mendaciũ poſſit bene fieri, magis tñ indecens eſt & inconueniens circa ꝓfectos, q̃ circa imperfectos, non ꝙa ipſe ꝓfectus ꝓ qđcunque mendaciũ aĩam ſuã occidat, & mereatur ire ĩ perditionẽ, ſed quia ex hoc ipſo, dũ minus adhæret ueritati, approximat iniquitati, & diſponit ſe ad lapſum & præcipitium. Sed qm̃ uerba Aug. expreſſe uidentur ꝑtendere ꝙ periculoſum ſit uiris ꝓfectis mentiri. dr̃. n. in gl. ſuꝑ illud, Perdes oẽs, qui loquuntur mendaciũ, qđ ꝓfectis nõ conuenit mentiri, nec ẽt pro temporali uita alicuius ſeruanda: & poſtea ſubdit, ꝙ falſum non dicat, ne pro tẽporali uita alterius aĩam ſuã occidat. & in lib. de mendacio dicit Aug. Qũo diligit ꝓximum ſicut ſeipſum, cui vt ꝑſtet tꝓalem uitam, perdit ꝛternam, & loqr̃ de uiris ꝓfectis. & ſic ur̃ expreſsè dicere, ꝙ mendaciũ officioſum uiris ꝓfectis ſit pctm̃ mortale. ideò alijs ur̃ aliter eſſe dicẽdũ, uidelicet ꝙ eſt perfectio uoti, ſiue religionis. & eſt ꝓfectio charitatis, ꝓ quã perfectè adhꝛret homo ſummę charitati, ueritati, & bonitati ꝓ intellectũ & affectũ, prout poſſibile eſt in uia, & iſta dr̃ ꝓfectio tranquillitatis. De primis ꝓfectis non intelligit Aug. ſed de ſecũ dis: illi ẽt ꝓfecti pro eo ꝙ maxime adhꝛrent ſummæ ueritati, nõ habent ueritatem ad mentiendum, & ideo cum mentiuntur, nõ excuſãtur, ſed interuenit ueritatis contemptus, & eſt ei qualecunq; mendacium deliberatiuè dictum mortale pctm̃, & ponit̃ exemplum de primo homine, qui in ſtatu innocentiæ ꝓp tranquillitatem, quam habebat, non poterat peccare uenialiter, ꝙa nulla erat in ipſo pronitas infirmitatis, ipſum excuſãns, ut in peccato ſuo diceretur dignus uenia, uel temporali pœna; ſed illud adhuc calumniabile eſt, quia pauciſſimos, aut nullos eſt reperire in iſta charitatis ꝓfectione. Præterea quantũcunq; ſit aliqs perfectus ꝓfectione tranquillitatis, ſi dicat aliqđ uerbum ociosũ, nõ peccat mortaliter. Itẽ quãto homo eſt maioris ꝓfectionis in uita pñti, tanto maioris eſt pietatis; & quanto maioris pietatis eſt, tanto pronior eſt ad ſubueniendũ alienæ ſaluti. qñ ergo uir ꝓfectus uidet ꝙ põt ſubuenire alienę ſaluti, corporali, uel ſpirituali ꝓ falſitatem uerbi ſui vr̃ ꝙ hoc modicũ debeat eũ inclinare ex ipſa pietate & dulcedine, ſicut uidemus, ꝙ magis pronus eſt pater ad mentiẽdum pro ſalute filij, q̃ ꝓ ſalute unius extranei, eſto ẽt ꝙ nulla ſit pronitas, cũ mẽdaciũ iocoſum & officioſum non ſit ꝓhibitũ, niſi aliquis ad hoc adſtrinxerit ſe per uotũ q̃tũcũq; ſit ꝓfectus, non ur̃ ꝙ incurrat mortale pctm̃. Et ꝓpea adhuc eſt tertius modus dicẽdi, uidelicet ꝙ ad aliquid obligatur homo ſpecialiter præter alios quadrupliciter, uel rõne uoti emiſſi, uel ratione officij cõmiſſi, uel rõne ſcandali imitantis, uel rõne conſcientię dictantis. Si ergo dicamus uiros ꝓfectos obligari ad nõ mentiendũ aliquo genere mendacij peccati, cũ hoc non ſit ex ꝑcepto, nec ex officio cõmiſſo, nec ex uoto, & hoc ꝓp ſcandalũ & conſcientiæ uinculum. ꝓp qđ nota ꝙ quidam ſunt ꝓfecti publici, quidam ſunt ꝓfecti occulti. Viris publicè perfectis adhibetur fides tanq̃ conſeruatoribus ueritatis, & quia mendacium deprehenſum facit, ut homo alteri non credat, ſi uiri perfecti mentirentur, iam nec ipſis crederetur, nec aliquibus, & magnum ipſi ueritati fieret præiudicium, & daretur alijs occaſio ſcandalizandi. Et ideo tales uiri ꝓfecti debent habere conſcientiam, ꝙ pro nulla re dicunt falſum ſcienter. quãdo ergo dicunt, peccãt mortaliter, tum quia faciunt ꝯ conſcientiæ dictamen, tum quia etiã alios ſcandalizant actiuè. non ſic autem homines ſcandalizanr̃ de his, qui ſunt imperfecti, vel etiam de perfectis occultis, ideo tales non ſic obligantur ad omne mendacium vitandum. & eſt exẽplum huius, quia ſiqs impugnaret fidẽ, licitũ eſſet imꝑfectis fugere & latere. Sed viri perfecti tenentur ſtare & liberè confiteri, ne per ipſorum fugam & latitationẽ populus infirmus cadat a fide. vnde conſcientia debet eis hoc rõnabiliter dictare. poteſt igitur concedi ſecundum Aug. ꝙ uiris perfectis, quorum perfectio publica eſt, mendacium q̃tumcũque paruum imputatur in mortale peccatum, q̃q̃q̃ ꝓp vitandum ſcandalũ dictare debet eis conſcientia, nullatenus eſſe mentiendũ, ne faciant ueritatẽ venire in contemptum. Et hoc videtur ſenſiſſe Aug. qui fuit præcipuus veritatis amator, & propter magnum ueritatis zelũ, maximè deteſtatus eſt mendacium, & cũ non poſſet illud ab oĩbus excludere, ſaltem à uiris perfectis voluit elongare, vt veritas in aliquibus inueniret ſolidam ſedem. omnis enim vir bonus, qui veritatem amat, uehementer odit mẽdacium. Vnde dicitur Eccleſiaſtici 20. Potior eſt fur, quàm aſſiduitas uiri mẽdacis. Et idẽ Aug. tractans illud Prouerb. 29. ſecundum translationem 70. Interpretum; Verbum ſuſcipiens filius a perditione longe aberit, & nihil falſi ex ore eius procedit. quod exponens Auguſtinus, dicit, filius ſuſcipiens per gratiam uerbum ꝛternum tam clauſum ſibi deputat ad ſubueniendum homini per mendacium, quàm ſi per ſtuprum trãſire cogatur. Sed certum eſt, quòd ſtuprum eſt mortale peccatũ, ergo & mẽdacium in caſu prædicto. Thomas
371 etiam ſecunda ſecundæ q. 110. artic. quarto, quærens, † an omne mendacium ſit peccatum mortale? Reſponder, quòd peccatum mortale propriè eſt quod repugnat charitati, per quam anima viuit Deo coniuncta. Poteſt autem mẽdacium contrariari charitati tripliciter. Vno modo ſecundum ſe, alio modo ſecũdum finem intentum, tertio modo per accidens. Secundum ſe quid contrariatur charitati ex ipſa falſa ſignificatione, quæ quidẽ ſi ſit circa res diuinas, ꝯriatur charitati Dei, cuius veritatem aliquis tali mendacio occultat, vel corrumpit. Vnde huiuſmodi mendacium non ſolum opponitur uirtuti ueritatis, ſed etiam uirtuti fidei & religionis. Et ideo hoc mendacium eſt mortale & grauiſſimum. Si uerò falſa ſignificatio ſit circa aliquid, cuius cognitio pertineat ad hominis bonum, puta quia pertinet ad perfectionem conſcientiæ & informationem moralem, tunc mẽdacium, inquantum infert damnum falſę opinionis proximo ꝯriatur charitati quantum ad directionem proximi. Vnde eſt pctm̃ mortale. Si uerò ſit falſa opinio ex mendacio generata circa aliquid, de quo non referat, vtrum ſit vel aliter cognoſcatur. tũc ex tali mendacio non dãnificatur proximus, ſicut ſi aliquis fallit̃

in ali-

Source : BIU Cujas

in aliquibus particularibus contingentib. ad ſe nō ptinentibus. Vnde tale mendacium, ſm ſe, non eſt peccatum mortale: rōne verò finis intenti aliqđ mendacium ꝫriatur charitati, puta ꝙ dr̃ aut in iniuriā Dei, quod ſemp eſt peccatum mortale, vtpote religioni ꝫrium: aut in nocumentum proximi q̃tum ad ꝑſonam, diuitias, vel famam, & hoc etiam eſt peccatū mortale, cum nocere proximo ſit peccatum mortale: ex ſola autem intentione peccati mortalis aliquis mortaliter peccat: ſi uerò finis intentus non ſit ꝫrius charitati, tunc nec mendacium, ſm hanc rōnē eſt peccatum mortale, ſicut apparet in mendacio iocoſo, in quo intenditur aliqua leuis delectatio; & in mēdacio officioſo, in quo intenditur vtilitas proximi. Per accidens autem poteſt mendacium ꝫriari charitati ratione ſcandali, vel' cuiuſcunque damni conſequentis, & ſic erit ēt peccatum mortale, dum. ſ. aliquis non veretur mentiri ꝓp ſcandalum proximi. Et in fine reſpondendo ad quintum arg. dicit hoc idem eſſe in uiris perfectis de mendacio officioſo, vel iocoſo. ſ. ꝙ per accidens ratione ſcādali poteſt eſſe in eis peccatum mortale. Idem etiam ſentit Ricar. in 3. Sen. diſt. 38. q. 3. dicens, ꝙ mendaciū eſſe mortale peccatum, dupliciter poteſt intelligi, aut per ſe. ſ. ratione ſuæ ſpeciei, aut per accidens. ſ. ratione alicuius circunſtantiæ. primo modo, non omne mendacium eſt peccatum mortale, ſed tantū illud, quod opponitur delectioni Dei ordinatè, ſicut eſt mendacium contra doctrinam catholicæ religionis, vel ꝫ dilectionem proximi, ſicut eſt mendacium, quod loquitur homo in proximi nocumentū, ſiue illi proſit, ſiue alicui alij, q̃uis ſecundum ſit minus graue q̃ primum. Secundo modo q̃uis mendacium nō ſemper ſit mortale peccatum, attamen non eſt aliquod mendacium, quod nō poſſit eſſe mortale peccatum. ſ. ratione ſcandali, vel ratione nocumenti. Scandalum autem ex multis cauſis poteſt contingere, & contingit frequenter ratione circunſtantiæ perſonæ mentiētis, vt cum ille, qui mentitur, eſt in ſtatu perfectionis. Vnde ſup illud Pſalm. perdes omnes, qui loquuntur mendacium, dicit ꝙ viris perfectis non conuenit mentiri, nec etiam pro alicuius tēporali vita ſeruanda. & paucis interpoſitis ſequitur, ne pro alterius corpore animam ſuam occidat. & etiam cum ille, qui mentitur, doctor eſt veritatis, non ꝙ velim dicere, ꝙ ſtatus hominis de non mortali faciat mortale, niſi vbi interuenit votum, vel ſcandalum. ratione etiam nocumenti poteſt mendacium ꝙ de ſua ſpecie non eſt mortale peccatum fieri mortale, vt cum mentiens ex ſuo mendacio probabiliter videret imminere aliquod notabile nocumentum, quamuis ad illud non eſſet ordinatum illud mendacium per ſe. Et ſic patet, ꝙ non ſemper mendacium eſt mortale peccatum. Hæc Riccar. Scotus autem in 3. Sen. diſt. 38. q. j. art. 2. diſtinguens, trimembre mendacium. ſ. pernicioſum,
372 officioſum, & iocoſum. †Et loquens de viris perfectis & imperfectis ſubdit, Hic poteſt dici diſtinguendo, ꝙ perſona perfecta quædam eſt in ſtatu perfectionis exercendæ, ſicut prælatus: quædam eſt in ſtatu perfectionis acquirendæ, ſicut religioſus. De primo poteſt concedi, ꝙ exercendo actus, qui competunt ſibi ratione talis ſtatus perfectionis, puta docere, iudicare, prædicare, vtrunque mendacium. ſ. officioſum & iocoſum eſſet in eo peccatum mortale, quia auferretur auctoritas, & vtilitas doctrinæ, quam prædicat, iuxta illud Aug. ad Hier. in epiſt. fundamēti. Si ad ſcripturas ſacras relata fuerint, quantumcunq; iocoſa mēdacia, nihil remanet in eis ſoliditatis, puta ſi prælatus prædictus miſceat mendacium iocoſum, nil remanet ſoliditatis in doctrina illa: poteſt enim quilibet dubitare de quolibet dicto ab eo, ſicut dubitatum eſt de illo. ſ. iocoſo mendacio, vel qua ratione non aſſentire illi mendacio iocoſo, pari ratione nec alij dicto ſuo, & ita peribit auctoritas Doctorū eccleſiæ in docendo, peribit etiam vtilitas populi audientis. Conſimiliter in iudicio ſolēni, vel doctrina ſolemni, & intelligo ita ꝙ nō percipiatur illud mendacium eſſe dictum ſeorſum ab actu iudicandi, vel docendi: dum enim aliquis ſedet ad iudicandum, poteſt aliquā truffam miſcere, quæ ex modo loquendi ſcitur non eſſe de iudicio. Videtur tamen, ꝙ vnicum mendaciū iocoſum vel officioſum non impediat auctoritatem iudicantis, vel docentis: ſed tale mēdacium frequentatum, ſiue ſi conſuetudo ſit mentiendi, ſed tūc cum ſecundum iura vnus actus inducat conſuetudinem, ſequitur ꝙ ſecundus actus eſt peccatum mortale, & non primus, cū tamen ſecundus ſit omnino ſimilis, vt videtur ſecundū omnes circunſtantias cum primo. Quicquid ſit de vno, vel de pluribus talibus mendaciis in docendo, & iudicando, ſaltem in alijs actibus non eſſet ſibi peccatum mortale, excluſa ratione ſcandali. Si verò loquimur de eo, qui habet ſtatum perfectionis acquirēdæ, non exercendæ, tunc videtur aliud dicendum, quia talis nō videtur ad aliqua obligatus, quæ ſunt perfectionis pluſquam cęteri, niſi ad illa, quæ nouit: non enim aſſumpſit ſtatum paſtoralis curæ, & ideo nec actum pertinentem ad perſonam talis. ergo ſi non exerceat actus, vel opera perfectionis, cuius ſunt docere, prædicare & huiuſmodi, non videtur peccare mortaliter in mendacio officioſo, vel iocoſo pluſquam alius Chriſtianus, niſi fortè propter ſcandalum, quia imperfecti magis poſſent ſcandalizari de mendacio talis perſonæ quàm communis, ſed nō pñt facta iudicari, qualia ſint ex ſcandalo concomitante, vel non. Vniuerſaliter enim ſecundum legem euangelicam quęcunque ſcandala puſillorum vitanda ſunt, ſecundum illud Matth. 18. Veh homini illi, per quem ſcandalum venit. Scandala aūt Phariſęorum accepta, non data, non ſunt vitanda, iuxta illud dictū Saluatoris, Matth. 15. dicentibus diſcipulis, ſcis qa Phariſęi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt. Reſpondit Ieſus, ſinite eos, cęci eiñ ſunt, & duces cœcorum. Siue igitur in factis indifferentib. ex ſe, qualia ſunt comedere carnes & huiuſmodi, de quo dicit Apoſt. 1. ad Cor. 8. ſi frater meus ſcandalizatur, non manducabo carnem in ęternum, ne fratrem meum ſcandalizem, ſiue in factis, quæ habent malitiam aliqualem, puta venialem, tñ nata ſunt ſcandalizare occaſionaliter, vel cauſaliter puſillos præſentes, vitandum eſt ſemper ſcādalum, ſed per hoc non poſſumus iudicare, quale ſit iſtud factum ex natura facti in ſe. Quantum autem eſt ex natura mendacij iocoſi, vel officioſi in factis ſecundo modo dictis non videtur quòd talis obligetur ex profeſſione ſua ad vitandum tale peccatum ſub aliqua ratione præcepti magis, quam quicunq; alius Chriſtianus. verumtamen ſi recta ratio dictet quòd actus vnicus eius, vel actus frequentatus ſit ſcandalum audientibus, cum ſimilis actus in aliquo non eſſet ſcandaloſus iſte tenetur ex charitate, vel ex ſalute proximi vitare ſcādalum, quemadmodum in articulo primo de fuga in tempore paſſionis paſtor tenetur quādoq; non fugere, iuxta illud Ioan. decimo, Mercenarius, qui non eſt paſtor, videt lupum venientem & fugit. & Aug. pertractat bene illud in ep. Alius autem, qui eſt in ſtatu perfectionis acquirendæ, & non paſtor, non tenetur ex neceſſitate non fugere, ſi poteſt aliter fugere, ſed tenetur non ſcandalizare proximum fugiendo, & quandoque fuga eius ſcandaloſa eſſet, quando fuga infirmi non eſſet ſcandaloſa. iudicarent enim proximi ex fuga eius, quòd ex quo talis, qui tam arctam vitam elegit, non exponit vitam ſuam pro fide defendenda, ꝓ qua eſſet vita exponenda, vt pro cauſa quòd talis non bene ſentit de fide. Hæc Scotus vbi ſupra. Ecce quòd cōmuniter Doctores in viris perfectis conſiderant tria, videlicet uotum, ſcandalum, & nocumentum, ex quibus mendacium etiam iocoſum, vel officioſum in talibus viris intelligitur eſſe mortale peccatū. Cum igitur valde periculoſum ſit exponere ſe periculo peccati mortalis, quia taliter ſe exponens labitur faciliter in mortale, iuxta illud Eccl. 3. Qui amat periculū, in illo peribit. magnopere ergo & oīno cauendū eſt viris religioſis & ſtatū ꝑfectionis ꝑfitentib. ne mendacijs aſſueſcant gñis cuiuſcunq;, & ſe alioſq; p̄cipitent in perditionē & laqueū infernalem, & ne grauitas diſſoluatur in eis diligenter attendant, ne ſub hilaritatis ſpe iocoſa mendacia proferant aliqñ nam ſm Apoſt. 1. ad Theſſ. vlt. ab omni ſpecie mala abſtinendum eſt, ergo & ab omni mendacio lingua ꝑfecti diligentiſſimè cōpeſcenda, iuxta illud Iacobi 3. ſiqs in verbo nō offendit, hic ꝑfectus eſt vir. Eſt autē iocoſum mendaciū, vt dicit Scotus vbi ſupra, narrare fabulas, de quibus oēs ſciunt, ꝙ nō eſt verū, nec narrantur tanq̃ verum: nec. n. audiētes decipiunt, nec loquens intendit decipere, nec ſermo ſuus eſt de ſe deceptiuus, quia non eſt talis, ꝙ natus ſit ſibi credi ab audientibus, ſed magis ꝙ ſciatur eſſe dictum ſine omni opinione facienda alicui de veritate. Si ergo huiuſmodi mendacium in viris ꝑfectis poteſt eſſe mortale. ratione ſcandali proximorū, vt dictum eſt: quanto magis hoc poteſt eſſe in mendacio iocoſo habente colorē aliquē, vel faciem veritatis. Et ſi ſm quendam Poetā. ſ. Dantē Florentinum a veritate faciem mendacij protendente, ſerio ſit cauēdū, quanto magis eſt ab omni mendacio abſtinendū. & ſi a iocoſo, magis ab officioſo, & maxime a ꝓnicioſo. Subdit Scotus, ſimiliter mēdaciū iocoſum eſt, qñ aliqs iocando intendit decipere, ita ꝙ deceptus uerè decipit, nō tñ in aliquo, ī quo ſibi magnum nocumētū inferatur, de quo iocantur illi, qui ſciunt ipſum decipi, & finaliter pōt ipſe iocari, quemadmodū dicit Aug. fuiſſe de mēdacio Ioſeph, ꝙ ueraciter uoluit decipe fratres ſuos in uerbis illis, Geneſ. 42. exploratores eſtis, ut uideatis infirmiora terræ ueniſtis, &c. & tñ ipſe, q ſciebat oppoſitū eſſe uerū, iocari potuit de eorū deceptione & timore, quē decepti incurrerūt, quo timore benemerito ſunt puniti ex proditione eorū, qua uēdiderant fratrē ſuū ī Aegiptū, Gen. 37. cuius cā fuiſſent grauiori pęna plectē di. Et hoc ēt alia uice ꝓterruit ipſe Ioſeph fratres ſuos de ſcipho inuēto ī ſacco Beniamin, & ſe auguriatorē dixit, cū tñ nō eſſet, neq; intenderet auguriari diuina lege uetante. Deut. 18. & Num. 23. & tñ dixit Ioſeph fratrib. ſuis, cur ſic agere uoluiſtis, an ignoratis, ꝙ nō ſit ſimilis mei ī auguriandi ſcientia. Gen. 44. ipſe. n. immitti fecerat ſciphū argēteū ī ſaccū Beniamin, & tñ oēs fratres, quaſi furti noxios arguebat, ut Beniamin ex utroq; parente germanū ſecū, quodā paliato colore iuſtitię retineret. iocabat etenim & terrebat cām ꝓ cā parās, ut aliquātulū pęnā ꝓ p̄cedēti crimine ſuſtinerēt, & ipſi poſtmodū cęteriq; ſciētes cū eodē iocatore pariter iocarētur. nō immeritò igit ī eodē p̄dictū iocoſū mēdacium a mortali culpa potuit rationabiliter excuſari, &c.

Explicit Tractatus Ioānis a Capiſtrano de Stimulo & Speculo Conſcientiæ, ſiue de ſerenanda Conſcientia, qui nunc primùm in lucem prodit.

Source : BIU Cujas

Guiliel. le Rouille. De iusti. & iniusti.

D. GVILIELMI LE ROVILLE ALENCONIEN. CAVSIDICI.

De iustitia & iniustitia.

VM omni genere animantium (inqt ille eloquentiæ parens Cice. officiorum primo) principio sit ab ipsa natura tributū, vt se & vitam corpusq; tueatur, declinet quæ ei nocitura videantur, & omnia quæ sunt necessaria ei ad viuendum acquirat. ¶Idcirco iustitiam (quę vtilitatem hominū conseruat & continet, decernit vt ab homine inerti atque inutili, ad sapiētem, bonum, fortemq; virum transferrētur res ad viuendum necessariæ, prout dicit idem Cice. offi. 3.) nō solum vtile est cognoscere eius tramites, sed etiam valde necessarium omnibus hominibus. Quid melius (inquit Io.) tinctus in tracta. de insti. regiminis dignitatum. quid Deo acceptius, quàm per iustitiam seruare in oībus animū incorruptū, & in rebus exterioribus ęquitatē, qđ alterum non lędat, & efficere, vt hoīes a delictis & criminib. contineant, quæ legibus & iustitiæ institutionibus coercentur, quā iustitiam purè & integrè obseruando homo a mortali diuinus efficitur. ¶ Iustitia.n. est splendor magnus, ex qua viri boni nominātur, vt dicit idem Cice. off. lib. j. In qua quidem simul oīs virtus continetur, vt testatur B. Hiero. in Epist. 18. ad Demetriadem. Et Pau. de Cast. in l. Iustitia. ff. de iust. & iur. ¶ Est.n. illa regina, de qua Prophe. ait Psal. 44. Quæ sedet coronata a dextris Dei in vestitu deaurato circundata varietate. De qua Euripides & Arist. 5. Ethi. Neque Hesperus, neque Lucifer ita admirabilis. Est etiam omnium mater virtutum, cæterarumq; nobilissima, ꝓut dicunt Cice. offi. 3. Arist. Ethi. 5. & Thom. 2. 2. q. 58. arti. fin. Prisci igitur eam astream quasi ex astris demissam iustitiam reginam nuncuparunt, quod testantur Arist. vbi sup. & Cice. in 3. offic. qđ etiam probatur Psal. 84. Iustitia de cœlo prospexit.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiæ variæ descriptiones.*
2 *Iustitia dupliciter accipitur.*
3 *Iustitia impropriè sumpta quid sit.*

SEd quoniam nephas est omissis initijs & interpretatione non repetita materiam tractare, prout dicit iurisco. Caius in l. j. ff. de orig. iuris, ad qđ ēt facit id, qđ scribit Cice. in proę. offici. ¶ Oīs (inqt ipse) quæ a ratione suscipit̄ de aliqua re institutio, dēt a diffinitione proficisci: vt intelligatur, quid sit, de quo disputatur. Et
1 ideo vidēdum est de significatione & diffinitione iustitię. ¶† Est igitur iustitia ſm Beatū Tho. 2. 2. q. 58. ar j. & iurisperitū ī l. j. ff. de iust. & iu. habitus ſm quā ꝑstāti & ꝓpetua voluntate ius suū vnicuique redditur. ¶ Secūdum verò Cupum de Oliueto Hispanū in regula monachorum sancti Hiero. c. 27. & est in tertia parte epistolarū beati illius Hier. in sexta, est singularum rerum & personarum ęquissima distributio, quam quis obtinens, & cui adhęrent vitam suam dispositè & sine turbatione cōseruat, custodit in oībus ęquitatem scit quid Deo debeat, quid sanctis, & ęqualibus reddat, quid nō deneget ptātibus huius seculi, quid sibi retineat, quid ꝓximo cōpetat, & quid alienis cōcedit, aut congruit. ¶ Sed m verò Cice. vete. Rheto. lib. 2. tit. 9. sic diffinitur. est habitus animi cōi vtilitate conseruata, suam cuiq; tribuens dignitatē. eius initium est a natura ꝓfectū, deinde quædā a cōsuetudine ex vtilitatis rōne venerunt: postea res & ab natura ꝓfectas, & ab consuetudine ꝓbatas legum motus & religio sanxit. ¶ Sed quia (teste Tho. 2. 2. q. 58. art. 8.) oēs virtutes Cardi. dupliciter accipiuntur. Vno modo ſm qꝺ sunt speciales virtutes habentes determinatas materias. alio modo, qꝺ significāt quosdam generales mo-
2 dos virtutes, & ideo dicendū est, qꝺ iustitia † propriè sumpta accipit̄ dupliciter, videlicet gñaliter, & particulariter. Gñaliter, qua præcipiuntur, & ordinantur actus oīum virtutum, prout dicunt Tho. vbi sup. & Richar. in 3. dist. 33. arti. 5. q. 3. & Arist. in 5. Ethi. & vocatur iustitia legalis, quæ est in principe primò & quasi archi rectonicè: quia censetur hre oīa iura in scrinio pectoris, de quo glo. in c. dicenti. in verbo, iuris. 25. q. 2. per l. omniū. C. de test. Secundò est in subditis quasi ministratiuè. ¶ Particulariter autem accipitur, prout est habitus constituens ęqualitatem ad alteram singularem personam, de qua per Richard. vbi supra ibi, quartò accipitur. ¶ Impropriè verò sumpta iustitia est, quæ ad seipsum ſm diuersas partes pertinet, & est rectitudo ordinis in partibus hominis, vt scilicet nascibilis, & concupiscibilis subdantur voluntati, & volūtas rōni, diffinitur ſm Anse. lib. de veritate. c. 12. Institia est rectitudo voluntatis ꝓpter se seruata, & August. lib. j. de moribus eccleſię. Est amor Deo tantum seruiens.

Visa diffinitione iustitiæ, dicendum est secūdum Bal. in ꝓę. Grego. in fi. qꝺ iustitia quodam triangulo continetur, veluti quadam turri fortissima triangulari, de qua quidem turri dicitur Prouerb. 18. Turris fortissima nomen domini. Et quòd de turri iustitiæ illud dictum sit in promptu patet: quia nomen domini, quod est Christus, est ipsamet iustitia. in c. existiman. 11. q. 3. sol iustitiæ in ecclesia nuncupatur.

SVMMARIVM.

1 *Fidei descriptio.*
2 *Fides quot modis accipitur.*
3 *Fides Marci Attilij Reguli Romani.*
4 *Fidei duæ sunt partes, & eius effectus multiplices, & nu. 5.*

¶ De fide. Cap. I.

QValiter autem adęquantur istę virtutes turri iustitiæ videndum est. Et primò de fundamentis, quę quidem fundamenta ex duobus firmissimis lapidibus cōstruuntur, quorum primus est vera fides, ꝓut testatur Cice. offi. j. & Aug. prout recitatur in c. j. vbi sana. 24. quæst. j. Ivbi dicitur, quòd vbi sana fides non est, non potest esse iustitia, & ideo quia deficientibus fundamētis corruit ędificium. l. egi tecum. ff. de excep. rei iud. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod ex Christus Iesus. Pau. j. ad Corin. 3. Et vbi Christus non est, fundamentum nullius boni operis est sup ędificatum. in c. Cum Pau. j. q. j. Sine fide enim impossibile est placere Deo, qui iustitia est, quoniam iustitia est figura Dei, vt præ-
1 diximus. Fides ergo sic describitur † ab Apostolo ad Hebrę. 11. c. Est substantia rerum sperandarum argumentum non apparētium. Magistraliter autem sic describitur per glo. in rub. de summa Trinitate, & fide Catholica. Est voluntaria certitudo absentium. infra scientiam, & sup. opin. Constituta itaque scientia hēt cognitionem, fides verò non. vnde dicit Aug. Fides est credere,
2 quod non vides, in cap. in domo. de pœ. dist. 4. Vndecim † modis fides accipitur, ꝓut dicit Host. in d. gl. de sum. Trini. & fide Cath. Primò ponitur, & accipitur pro sacramento baptismi in c. debitum. de baptismo, & in c. de Iudę. 15. dist. Secundò pro castitate tori. in c. Coniuges. 27. quæst. 2. Tertiò, pro conuentionali securitate, quæ etiam hosti seruanda est, in c. Noli. 23. q. j. Ob id.n. cōiter dicitur, qꝺ graue est fidem fallere. l. j. rñso. i. ff. de consti. pecu.
3 ¶ Ad hoc potest incidenter adduci notabile exemplum † Marci Attilij Reguli, de quo in l. postliminij. ff. de cap. & postli. reuer. qui quidem cum captus fuisset a Xantippo duce Lacedemonio, & iuramento præstito qꝺ rediret, missus est Romam pro cōmutandis captiuis, vnde cū esset in senatu dissuasit captiuos aduersariorum reddi. Dicebat enim illos adolescentes esse, & bonos duces belli se iam senectute profectū. Cuius cū valuisset auctoritas captiui retenti sunt, ipse verò redijt Carthaginem. Non caritas patrię retinuit eum, nec amor vxoris, aut suorū. Cùm etiam non ignoraret se ad crudelissimos hostes, & exquisita supplicia (quibus de facto expositus fuit) proficisci, sed fidem cōseruandā putabat. Quartò accipitur fides pro conscientia. c. Literas. §. porrò, de resti. ſpo. in c. Quoniam omne. de præscri. Quintò accipit̄ pro credulitate, secundum quam credimus id quod non videmus. Et ista sup. diximus. vnde Grego. Fides non habet meritum, cùm humana ratio probet experimentum. Sextò accipitur pro legalitate seu confidentia. §. venditę. inst. de rerum diui. Septimò pro ęqualitate, & exuberātia actio. §. actionū. insti. de actio. ī c. cū venerabilis. §. j. de excep. Octauò ꝓ legalitate seu fidelitate, dolo ꝙria. c. Bona fides. depositi. Nonò ꝓ probabili ignorantia. l. q bonę fidei. ff. de acq. rerū domi. vel ꝓbabili credulitate. l. bonę fidei emptor. de ver. sig. Decimò ꝓ simplicitate bona, seu innocētia, vñ dī cōiter bonę fidei homo est, & nō est duplex, nō est malitiosus, sed innocēs, q omni verbo credit. c. Innocēs. 22. q. 4. Vndecimò pro collectione articulorū, vt in rubr. de fide Catho. & in c. hæc est fides. 24. q. j. Et ī symbolo Anastasij. Quicunq; vult saluus
4 esse &c. ¶†Duæ autē sunt fidei species ſm eundē Host. in d. rub. in summa, vna formata, quā hñt boni, & sancti. Alia informis. i. sine forma, quam hñt mali, & existentes in peccato, quinetiā demones hñt informem fidē. Et de ista hī in c. Osius, de elect. De prima videlicet deformata est tex. in c. qđ apud. de consec. dist. 4.
5 Effectus autē fidei † sunt multiplices, & mutabiles. Nam fides in vnum fideles cōnectit, quos diuersitas meritorum tenet, in c. sit rector. §. qd ergo. 43. dist. Oīa purgat ī c. vlt. 15. q. vlt. ī c. si Petrus. 24. q. j. Itē vbi rō humana ꝓhēdere negt, fides ꝓplectit̄, & cōprehendit. in c. nō turbat̄, in fi. eadē cā & q. Itē supplet vbi baptismus, vel aliud sacramentum haberi nō potest. in c. Baptismi. de consecra. dist. 4. vbi est exemplum de latrone crucifixo cū Iesu. Item omnes procellas militantis ecclesiæ superat. d. c. nō turbare. Item rem publicā magis quàm sudores corporales gubernat. c. in qualibet. 23. quæst. 8. Sine fide enim virtus falsa est etiam in optimis morib. in c. Omnes. §. Item. Aug. 28. quęst. j. Et ideo dicit Beatus Hieron. tertia part. tract. nono, epist. 28. Hæc (inquit ipse)

vniuersa

Source : BIU Cujas

vniuerſa nobis inuiſibilia ante oculos ponit. Ad hanc ingreſſi Diabolū,& poteſtatem huius mundi, & harū tenebrarū deſtruimus. ¶Et hæc de fide,quæ eſt prima petra fundamenti turris.

SVMMARIVM.

1 *Charitatis laus,& eiuſdem multiplex deſcriptio,& nu.2.*
3 *Charitatis effectus.*
4 *Charitatis erga Deum,& homines exempla.*

¶De charitate. Cap. 2.

1 ESt Charitas ſecundus lapis turris iuſtitiæ:quia (vt teſtatur Aug.) vbi charitas non eſt, non p̄t eſſe iuſtitia.c.vbi ſana,circa fi.24. q. † Eſt enim radix omniū bonorum,prout dicit idem Aug.& tran ſumptiuè in c.quia radix.de pœni.diſt.j. Qui eī manet in charitate,in Deo manet, & Deus cum eo.Io.in Epiſt.4. c. creatura nāq; rationis capax & liberi arbitrij iuſtitiæ, & innocentiæ ſine charitate particeps eſſe non pōt. ca. tolle.de pœn.diſt.2.Charitas.n.nunquam excidit, ideſt in hac vi ta eſt,& in futuro erit ſęculo,& dicitur hoc ad differentiā fidei, ſpei,& Prophetiæ,prout dicit text. & ibidē Archi.in c.Charitas.
2 c.3.de pœni.diſt.2.Eſt † autem Charitas,vt ait Proſper,lib.de cōtemplatiua vita,& tranſumptiuè in c.Charitas.c.2. de pęni.di.2. Recta uoluntas & ab omnibus terrenis ac præſentibus prorſus aduerſa,iuncta verò Deo inſeparabiliter, & ignita igne ſpirituſſancti,a quo eſt,& ad quem refertur incenſa, omnis inquinamē ti extranea,corruptionis neſcia, nulli vitio mutabilis obnoxia, ſuper omnia quæ carnaliter diligūtur excelſa,affectionū oīum potentiſſima,diuinæ cōtemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta,ſumma actionum bonarū ſalus, morum finis cœleſtiū præceptorum,mors criminum,vita virtutum, virtus pugnātiū, palma victorum,anima ſanctarum mentium,cauſa meritorum bonorum,præmium perfectorum.Sine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare nō poterit,nec potuit.Fructuoſa in pęnitentibus,lęta in proficientibus,glorioſa in perſeuerātibus, victorioſa in martyrib.operoſa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid eſt boni operis,viuet:ſecūdum verò Lupum in regula monachorum ſancti Hier.c.29.eſt dilectio.Dilectio autem eſt vinculum animarū caſta & ſincera,& ſine ęmulatione Charitas,conſummatio omnium mandatorum, breuitas omnium præceptorum.Quam cum quis habuerit,omnia habet, ſine hac in alijs virtus,remanet imperfecta,iuxta illud.j. ad Corin.13.c.Si linguis hominum loquar & Angelorum,charitatem autem nō habeam,factus ſum velut ęs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuerim Prophetiā, & nouerim myſteria omnia & omnem ſcientiam. Et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferā, charitatem autem non habuero,nihil ſum.Meritò ergo iuxta fi dem ponitur,cùm vna ſine altera ſit prorſus inutilis:vt prætactū eſt.ideo dī ad Gal.5.c. ꝙ fides per charitatem operatur, eſt ideo Charitas dilectio Dei & proximi in c.tolle.de pœni.diſt.2.Item Charitas dī aqua,vt habetur in c.Charitas eſt aqua,eadem diſt.& dicit ibidem Archid.ꝙ dicitur aqua,quia ad modum aquę lauat
3 & delet peccata ¶De effectu † autem Charitatis dicendum ſm Augu.prout refert Archid.in c.Charitas.c.2. ante fi.eadem diſt. Quod naſcit, nutritur, roboratur & perficitur:naſcitur in appeti tu.ſ.cum aliquis appetit voluntatem Dei fieri ſuper omnia : nutritur in cogitatione,cum.ſ.in hoc cogitat,& in hoc perſiſtit:roboratur in operatione, & non aduertendo ſe ad hoc p̄p aliqua mala quæ ſibi aduenient poſtmodū.Perficitur & tunc:qa p̄pter defectus naturales & impedimēta corporalia non poteſt plenè hoc velleī vita iſta cupio diſſolui & eſſe cū Chriſto,vt ibi plenè & perfectè poſſit hoc velle.ſ.ꝙ voluntas Dei ſup oīa fiat. ¶ De
4 charitate.n.erga Deum, † & inter homines infinita lēgūtur exē pla,inter quæ legitur,Gen 17.de Abrahamo,qui filium ſuū vnigenitum conatus eſt immolare, eo ꝙ ei iuſſerat Dñs, vetitus tñ & impeditus Dei iuſſu nobis charitatis erga Deum exemplum tribuit.¶De matre etiā 2.Macha.8.c.legitur.Quæ quidē cū ſeptē filijs ſuis maluit p̄ diuerſa ſupplicia mori,quàm veri Dei cultum abnegare.Infiniti etiam Martyres fuere, quorū infinitus eſt numerus,qui p̄p charitatem,quam erga Deum habebāt,mori maluerunt,q̄ charitatem deſerere. ¶ Charitas ēt inter homines eſt neceſſaria,vt ſup.diximus,nec tantū proximos amare cogimur: quia conſanguineos vel affines noſtros,ſed propter hoc tātum, ꝙ naturæ ſunt noſtræ participes. Nam proximi noſtri credendi ſunt omnes homines naturæ noſtræ participes.d. c. Charitas eſt. ver.Item non illi.de pœni.diſt.2. Et de iſta charitate multa & diuerſa exempla reperiūtur.De Ionatha.n. Sauli regis filio legitur in li.Regum,qui charus fuit Dauidi, eo ꝙ neque patris ſuperbia ipſi etiā filio formidāda, neq; crudelitas illius:quia Dauid quærebat occidere,potuit illum a propoſito auertere,qui in volūtates regis amico exitiales,non deſiſtit ei patefacere, ita vt nihil tā ſubitum ferociſſimus rex de eo ſtatuerit, ꝙ non ille tempeſtiuè Ionathæ ſtudio caueret.¶Item & aliud exemplum Thobia legi tur,qui Babylonica captiuitate populus egenos & afflictos conſolabatur, ſubleuabatque proprijs fortunis,mortuos ſepeliebat, & diuerſos actus charitatis in eos exercebat.Dominus etiā Ieſus Chriſtus Redemptor noſter docuit hominibus charitatem eſſe maximam virtutem,nec tantum docuit, ſed præcepit, & exemplum prodidit. Qui humanitate recepta innumeros labores & ęrumnas paſſus eſt vſq; ad mortem incluſiuè, vt homo qui ſua culpa ruerat, aliena ope reſtauraretur.

SVMMARIVM.

1 *Spei deſcriptio,eius effectus & laus.*

De ſpe. Cap. III.

SVbſequenter de gradu ſeu ſchala videamus, qui quidem gradus ſpes vocatur.¶Eſt igitur ſpes ſm Arch.in c.poteſt.de pœ.diſt.2.poſt Papi. futurorum bonorū expectatio, quæ exprimit humilitatis effectum,& ſedulæ ſeruitutis obſequiū.Dicta ſpes eo ꝙ ſit quaſi pes progrediēdi ad Deum: eſt.n.cupidorum,nemo.n.ſperat qđ non cupit, ſm verò Tho.in 2.ſen.diſt.26.q.j. art.j. eſt extenſio appetitus inappetibile. ¶ Spes verò ſm Bea. Hiero. in 3. parte Epiſt. Tract.9. in regula.228.Eſt
1 † expectatio rerum futurarum, qua ſaluamur Paulo Apoſtolo ſcribēte ad Ro.8.c.Spe.n.ſalui facti ſumus. Illa.n.beatiſſima nos perducit ad cognitionem & exercitiū iuſtitiæ, in proœ.inſtit.§. fi.ſm verò Aug.prout recitat Inn.ī c.Ex literis. de iureiu.Eſt certa expectatio futuræ beatitudinis.Tendit.n.ſpes laborum ad prę mium & honorificentiam,vt dicit.l.j.de aſſe.C.facit.l.fi.de ſta.& imag.C.Omnis quippe iuſtus ſpe & fortitudine nitet : ſ̄put dicit Iſi.lib.de ſum.bono.lib.2.c.3.& ideo dī Eſa. 40. c.Qui ſperant in dño,mutabunt fortitudinem,aſſumēt pēnas ſicut Āquilę, current & non laborabūt,ambulabunt & nō deficiēt. ¶Spes.n.illa monſtrat reb.afflictis viam, ſ̄put dicit Seneca tragedia ⁊. ¶ Iſta eſt.n.ſcala,quæ in ęternitatem aīum erigit,vt dicit Greg. li.6.moraliū.¶Per iſtam ſcalam ad turrim ꝑuenire cupiebat. Dauid, dicēs Pſal.60. ſpes mea turris fortitudinis a facie inimici. ¶Licitū eſt igitur oīb.venire cupientib.ſub p̄ſidio & turris tegmine p̄ve rā ſpē aſcēdere,ꝙa teſte Aug.ſup Pſal. 104. Qui gaudet in ſpe,tenebit & rem : ꝙ autē ſpem nō hēt, ad rem nō poterit peruenire.

SVMMARIVM.

1 *Prudentiæ deſcriptio.*
2 *Prudentiæ laus, effectus, & eius ſpecies.*

¶De prudentia. Cap. IIII.

VIſis fundamentis,& ſcala quę quidē cōponuntur ex trib. virtutib. Theologalibus, uidelicet ex fide,ſpe,& caritate. Qua de cā ſuper illis uelociter tranſitum feci, reliquum uerò & correctionem Theologiæ profeſſorib.ſubmitto. Conſequēter ad portas poſt ſcalā ueniendum eſt : Prima quarum eſt prudentia.Secunda uerò fortitudo: de prudentia igitur
1 uidendum eſt.Eſt † igitur prudentia ſm Cice.li.3.Retho.Calliditas,quæ ratione quadam poteſt delectum habere bonorū & malorum.¶Dicitur prudentia a ſnīa cuiuſdam artificij, & appellatur prudentia multarum rerum memoria,& uſus plurium negotiorum.¶Prudentia uerò ſm Thom.2.2.q.47.arti.13.Illa dicitur uera & perfecta,qua conſiliamur,iudicamus,& præcipimus,quę ad bonum finē totius uitæ humanæ pertinet,& ſolis bonis cōuenit.¶Sumpſit autem nomen a prudentia ſecundum eundem Tho.2.2.q.40.art.6. ¶Dicitur autem prudēs ſecundū Iſid.Ethy. li.10.quaſi porrò prouidens.¶Non ſine cauſa dicitur prudentia obtinere locum primi oſtij, ſeu primę portę, cùm ſcriptum ſit Prouer.c.2. Si ſapientiam inuocaueris,& inclinaueris cor tuum prudentiæ.Si quæſiueris eam quaſi pecuniam,& ſicut theſauros effoderis illam,tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies, quia Dominus dat ſapientiam,& ex ore eius prudentia & ſcientia.Cuſtodiet rectorum ſalutem,& proteget gradientes ſimpliciter ſeruās ſemitas iuſtitiæ,& uias ſanctorum cuſtodiens.Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium &c. Et quòd prudentia ſit in ſapiente,facit illud; quod habetur in ca. Sapiens.de pœ.diſt.2.ubi dicitur.Sapiens.n nunquam inanis eſt, ſed ſemper habens in ſe amicum prudentiæ,qui poteſt dicere,iuſtitiā indue bā,ueſtiebam iudicium.¶Nihil.n.diuinum eſſe pōt niſi prudentia ac ſapientia præditum ſit, prout elegāter dicit Plutar. in uita Ariſto.¶Prudentia enim docet,quomodo præſentia ordines, quomodo præteritorum recorderis,& quomodo futura prouideas, prout dicit Auguſt.in ſermo. de prudentia ad heremitas. ¶Docuit enim nos Dominus eſſe prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ Matth decimo,& tranſumptiuè in c.q eccleſiaſticis.36. diſt. ¶Prudētis enim proprium eſt examinare conſilia multorum,& non cito facili credulitate ad falſa ſ̄plabi,
2 ſm Sene.lib.de quatuor uirtutib. ¶Quot † autē ſunt ſpecies prudentiæ:

Source : BIU Cujas

dentiæ:& respondeo ſm Philo.vj.Ethi.& 3.Politi.Quòd quinq; sunt eius species. Prima dicitur monostica, per quam quis regit seipsum.Secunda œconomica,per quam quis regis vnam domũ, vel vna familiam.Tertia militaris,per quam quis regit exercitũ. Quarta politica,architectonica siue regnatiua,vel legis positiua, per quam quis regit ciuitatem vel regnum. Quinta politica.ſ. simpliciter dicta subditorum, per quam se habent ad conseruationem policiæ bene ordinatæ. ¶ Et hæc de prudentia, de qua & de sapientia dicam in c.pen.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Fortitudinis descriptio, & vnde dicatur.*
2 *Fortitudinem quindecim iuuant.*

¶ De fortitudine. Cap. V.

SEcunda porta est fortitudo,sine qua prima porta, quæ est prudentia, est innutilis, prout dicit B.Greg.super Ezechiel. Omil. 3. Quid (inquit) prodest prudentia,si fortitudo desit? Scire enim vnicuique,quod nõ potest facere,pœna magis, q̃ virtus est.Sed quæ prudenter intelligi,qđ agat fortiter agit, qđ intellexerit iam ꝑculdubio iustus est. Item vna sola virtutum sine alijs retineri non potest, prout dicit Ang. in lib.de pœn.& transsump.in c.consideret.de pœ.dist.5. iuncta gl. ibidem in verbo,detrimentum.¶ Est † igitur fortitudo ſm Tul. 1
vete.reth.lib.2.c.3.Considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio,ſm verò Philosophum 3.Ethi.fortitudo vera est, per quam quis modiocriter timet & audet,ad hoc inclinatus ex habitu ꝑp bonum finem, qui est conseruatio boni cõis in periculis mortis:ſm verò Tho.2.2.q.123.art.2. Est firmitas animi in sustinendis & repellendis his, in quibus maximè est difficile firmitatem hr̃e ꝑp bonum virtutis. ¶ Et dr̃ a ferendo,ꝙ ęquo aĩo ferat aduersa:vel a ferro, ꝙ sit dura fortitudo secũdũ Plau. & Isi. Ethy.lib.10.¶ De fortitudine.n.dicit Ambro.lib.j.offi.Et post eũ Tho.2.2.q.vbi sup.ꝙ nõ mediocris est virtus, quæ sola defendit alia ornamẽta virtutũ aliarum & iudicia, custodit, & quæ inexpugnabili prælio aduersus oĩa vitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad picula, ridigior aduersus voluptates auaritiã fugat &c. ¶ De ista etiam fortitudine dr̃ Prouerbiorum.30. ca.Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum: dicit.n.Grego. libro mora.c.7.ꝙ iustorum fortitudo est carnem vincere ꝑpriæ voluntatis & contrariæ delectionem vitæ præsentis extinguere huius mundi aspera pro ęternis præmijs amare prosperitatis blã dimenta cõtemnere aduersitatis metum corde superare. ¶ Fortitudo.n.simpliciter est,circa timores periculorum mortis:circa verò alia est fortitudo ſm quid,prout Arist. Actus verò fortitudinis principalior est sustinere, idest immobiliter sistere in periculis quàm aggredi:quia,vt dicit idem Arist.3.Ethi. In sustituendo tristа maximè dicuntur aliqui fortes. ¶ Et notandum est, ꝙ
2 † quindecim sunt,quæ fortitudinem tam animi quàm corporis iuuant.¶ Primum est timor Domini.Prouer.14.capit. In timore Domini fiducia fortitudinis. ¶ Secundum est fides.2. Paralip. 15.capit.Confortamini & non dissoluẽtur manus vestræ. & j.ad Cor.3.Fortes facti sunt in fide. ¶ Tertium est spes. Esaiæ 30. cap. In silentio & in spe erit fortitudo vestra. ¶ Quartũ est charitas. Frater, qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firmat. Prouerbiorũ 18.capitu. ¶ Quintum est sapientia.Prouerb.23. capit.Vir sapiẽs fortis est,& vir doctus robustus. ¶ Sextũ est iustitia,sine qua fortitudo ęquè nõ censetur virtus,sed vitium, in auct. vt oẽs obed. iud.prouinc.in prin.colum.quarta,vbi dicitur.Nec fortitudinẽ, quæ non est cum iustitia laudabimus &c.& ibi vide not.tex.

¶ Septimũ.Eleemosinæ seu beneficia.Prouerb.vigesimosecũdo,ca.Victoriam & honorem acquirit, qui dat munera, aurum enim frangit fores adamantinas: vt dicitur Poly.lib. quinto,c.9.

¶ Octauũ oratio. Cùm etenim eleuaret manus Moyses vincebat Israel. Exod.17. ¶ Nonum temperantia. Nulla aduersitas deijcit,quem prosperitas nulla corrumpit:prout dicit Greg.tertio mor. ¶ Decimum exercitatio. Rusticus enim habet neruos duros, & fortes lacertos, hoc facit exercitatio. ¶ Vndecimum exempla robustorum:vnde secundo Machab.sexto, hoc modo vita decessit Eleasurus memoria mortis suæ exemplum virtutis & fortitudinis relinquens.

¶ Duodecimum disciplina corporis.Quid mirum,inquit Bernardus,si hoste debilitato fortior efficeris.

¶ Tertiumdecimũ maiorũ exhortatio. vñ ad Hyer.ad Demetria.& hr̃ in 3.par.Epist. Pugilla fortitudo clamoribus excitatur.

¶ Quartumdecimum laudes ducis exercitus cum ab eo milites de serenitate laudantur. vnde Titus Liui. secundo ab vrbe condita. Addebantur & laudes, quibus haud minus quàm premio gaudent militum animi.

¶ Quintumdecimum,si habeatur notitia, quòd hostes territi sunt.Iud.7.Confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes.Nam subita bella conturbant. ¶ Et hæc de fortitudine, & consequenter de duabus portis, de quibus habetur Psal.117.Aperite mihi portas iustitiæ &c.

SVMMARIVM.

1 *Silentium quid sit, vnde dicatur, & eius effectus.*
2 *Silentium turbantes qualiter puniuntur.*

¶ De silentio. Cap. VI.

IN turri ista iustitiæ est vna apertio,seu vnum foramen,per qđ bombardæ seu falcones trahunt ad defensionem turris,quando opus est. ¶ Et ꝑ dictam apertionem intuitur pars interior dictę turris, in qua quidem interiori parte inspicitur silentium esse depictum & nõ immerito; quia iustitia cultum suum perdit, quando silentia iudicij obstrepentium turba cõfundit,dicente Domino per Prophetam Esa. Erit cultus iustitiæ silentium.Esa.32.cap. & transsump. in c. fi.quinta
1 quæst.quarta. ¶ Silentium enim † secundum Luc. de Pen.in l.fi de censi.& cen.lib.11.C.nihil est.Sed vbi vox nulla est,silentium dicitur.¶ Deriuatur enim a sileo,quod est idem,quod taceo, & est fictum verbum ab ſ,litera,quæ nota silentij est,secũdũ Nico. Pero.in Cornuco.in princ.Vnde in locis literarijs publicisq; cõuentibus dum volunt silentium indicere,ſ,literam quasi sibilãdo pronunciant. ¶ Differt tamen silentium taciturnitate, sed Seruium, Quia silere dicitur, qui nondum cœpit loqui, tacere verò qui iam cœpit. ¶ In quiete enim,& silentio veritas melius intuetur,vt colligitur in d.cap. In loco verba enim sapientum, seu iustitiæ aut consilij potissime iurisperitorum in silentio sunt audienda.Eccles.nono, capit.Et cum taciturnitate intenta.Iob.
2 29.Intenti tacebant ad consilium meum. † Qui verò silentium perturbauerit,eijciatur & excommunicetur.dic.c.In loco.Item diminutionem famæ patietur in cap.Infantes. in §. Siquis adeo. tertia quæstione septima. Iu. ciui.talis perturbator silentij capite punitur,prout est text.not. in l.Denunciamus.C.de his qui ad eccles. confug. ¶ Aequitas enim petitionis est commendanda iudici sine verborum atrocitate. l. Si manumissoris. de obseq. patro.præstandis.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiæ sex sunt partes.*
2 *Religionis descriptio, & vnde dicatur.*

¶ De religione. Cap. VII.

1 DE lapidibus postmodum videamus.Sunt † autẽ principales partes seu lapides turris iustitiæ sex secundum Cice.veteris rethorices, lib.2. c.pen. videlicet religio,pietas,obseruantia,quæ includit obediẽtiam,veritas,gratia, vindicatio. Quas quidem sex partes videtur etiam attribuere iustitiæ Beatus Thom.2.2.quæst.80.arti.primo, de quibus partibus seu lapidibus videndum est seriatim. ¶ Et primò de religione.
2 ¶ Est igitur † secundum Cice.vbi sup.virtus, quæ superioris cuiusdam naturę,quam diuinam vocant,curam ceremoniamque affert.¶ Tripliciter,enim deriuatur ſm Tho.2.2.q.81.art j.¶ Primò dicitur a reeligẽdo ſ.ea quæ sunt diuini cultus:quia huiusce modi sunt, frequẽter in corde iuxta illud Prouerb. c.3. In oĩbus vijs tuis cogita illum. ¶ Vel secundò dicitur a reeligendo: quia Deum reeligere debemus, quem amiseramus negligẽtes scãm Aug.lib.10.de ciuitate Dei.¶ Vel tertiò dicitur a religando:quia nos religat omnipotenti Deo secundum Pap.& Aug.lib.de vera relig.¶ Qualiter autem diuersimodè accipiatur, vide infra in 2. lib.c.ante.¶ Religio.n.,put dicit Hug.de clauſt.animæ. lib.j. Multa beneficia cõfert. Est.n.abundãs pauperi, mediocri sufficiens, tolerabilis diuiti,infirmis larga,delicatis compatiẽs,fortioribus moderata,ꝑnitentibus misericors,puersis seuera,& bonis optima.¶ Religio† enim ſm Iac.in Cano.sic describitur.Illa est religio munda & immaculata apud Deũ,visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum & immaculatũ se custodire ab hoc seculo.¶ Sine etenim religione vita hominum stultitia & immanitate cõpletur,put eleganter dicit Lactan. Fir. lib. de ira Dei.c.8. circa fi.Itẽ idẽ Fir. ibidẽ c.12.dicit,ꝙ religione iustitiaq; detracta ad stultitiam pecudum amissa ratione deuoluimur. ¶ Qualiter
4 † autẽ accipiatur,vide ꝑ Bar.in l.Cunctos populos.de sum.tri.& fi.Cath.C.in 2.col.4.oppositiones.& per Barb.& Philip.Decium in c.In Ecclesiarum.col.6.4.q.princi. de constit.

SVMMARIVM.

1 *Pietatis descriptio ad quos referatur, & quotupliciter sumatur.*
2 *Pietatis laus, & in quibus consistat.*
3 *Obsequium patrono debetur, obedientia Principi. Et quibus debeatur reuerentia.*

¶ De

Source : BIU Cujas

¶ De pietate. Cap. VIII.

1 SECVNDVS lapis istius turris est pietas. ¶ Quæ † sic describitur ſm Tull. vbi ſupra,& Tho.2.2.q.80.arti. 1. Est per quam ſanguine iunctis, patriæq; beniuolis officium & diligens tribuitur cultus. ¶ Dicit enim idem Tho.2.2.quæſt.101.art.3. Quòd pietas est ſpeciales virtus.Et principaliter est ad parentes & ad patriam in quibus includuntur omnes conſanguinei,ciues,amici patriæ.

¶ Potest tamen ſumi pietas tripliciter.

¶ Vno modo propriè pro cultu diuino,prout dicit Aug. lib. de ciuitate Dei.

¶ Secundo modo dicitur pietas impropriè ipſa miſericordia. vnde Aug. vbi ſupra. More vulgi in operibus miſericordiæ nomen pietatis frequentatur.

Tertio modo ſumit pietas propriè pro cultu & honore, qui exhibetur parentibus,& patriæ, & ſic ſm diffinitionē Tullij vbi ſupra.Facit ad caſum dictum Arch.in c.ſi quælibet.22.q.2. ¶ Ad veram enim pietatem ſequendam non ſufficit bella neſcire,cōcordia cum omni ſeruare omnes homines tam inimicos q̄ amicos pro fratribus diligere,cohibere ira, omnemq; animi furorē trāquilla moderatione lenire,niſi veri Dei cultus ſeruetur, prout dicit Lactan.Fir.lib.5.& 10. Merito inquit ipſe, huiuſcemodi pietatem pœna cōſequitur, & offenſa diuinitas ſcelere hominū praue religioſorum graui eos infortunio maclat. Qui licet factis moribus viuant in ſumma fide atq; innocentia: tamē quia deos colunt,quorum ritus impios ac prophanos Deus verus odio habet iuſtitia,& numine verę pietatis alieni ſunt. ¶ Pietas aūt nihil aliud est,q̄ Dei notio, ſicut Trimegiſtus veriſſimè deſcribit, put refert idem Lactan.eo.lib.c.15.vbi etiam dicit,q̄ pietas & æquitas ſunt venæ iuſtitiæ.Item pietas est mater boni operis,prout di
2 cit Greg.& habetur in d.c.ſi quælibet.22.q.2. ¶ Et ideo † dicebat Pau.j.ad Tim.4.c. Exerce teipſum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia vtilis est,promiſſionē habens vitæ,quæ nunc est,& futuræ. Super quo Amb.Pietatem ſequens,inquit,ſi lubricum carnis patiatur,non peribit,quia per hoc q̄ aliquis pietatis operibus vacans in peccato mortali ſe diſponit ad gratiam, vt non facile permittatur ire in perditionem. ¶ Non est enim q̄ ſic homines vt pietas mentis & bonitas,quæ tota in Chriſtiano eſſe debet,prout dicit Hie.in epiſt.3.parte tract.5.epiſt.18. ¶ Nec est eſtimandum,pietatem ſolummodo conſiſtere in his,quæ pertinent ad miſericordiā, ſeu liberationem:Cùm conſiſtat etiam in criminū punitione. ¶ Nō est em̄ crudelitas crimina pro Deo punire,ſed pietas.c.legi.24.q. 8.Pietas enim(vt ſupra diximus)propriè debetur parentibus: vt
3 habetur in c.6.die.vltra medium.35.diſt. ¶ Sicut † obſequium in patronis.c.longinquitatem.22.q.2.& obedientia principi & prę latis in c.ſi quis venerit,& in c.omnes principes.de maio.& obe. Itē debetur reuerentia illis principib. ptātib c.dicat aliqs.23.q.5. ¶ Item ſenib.l.fi.ff.de fi.inſtr.Honor patri & matri.30.diſt.c.1. ¶ Fidelitas dñis à vaſallis.c.de forma.22.q.5. ¶ Fides clientulo ab aduocato.l.quiſquis.poſt prin.de poſtu.C. quæ etiam debet haberi infirmo à medico.l.medicus.ff.de variis & extraor. co. ¶ Item pupillo à tutore.auct. vt hi qui obli. §. ſed ſi quis. col. 6. & ſic de aliis. ¶ Ad propoſitum autem redeundo,dicendum est,q̄ pietas olim pro dea Romani colebant,prout refert Nico. Pero.in cornuco.epi.16. Et dicitur pietas, prout doctiſſimi veteres tradiderunt, q̄ quæ in ea ſunt, penitus & in penetralibus recondantur. Accipitur aliquando pietas pro ſcientia ſanctarum ſcripturarū. c.ſi quis artem.37.diſt. Et hæc de pietate.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruantiæ deſcriptio,& quot modis accipitur.*
2 *Obedientia in obſeruantia includitur:& eius deſcriptio.*
3 *Obedientia aliquando ſub pietate continetur.*
4 *Obedientia qualiter generetur, quot conditiones habeat, & quo iure introducta ſit.*

¶ De obſeruantia & obedientia. Cap. IX.

1 TERTIVS lapis turris iſtius est obſeruantia, quæ ſm Tullium veteris rethoricæ.c.9.ſic deſcribitur. Est (inquit) obſeruantia † per quā hoīes aliqua dignitate antecedentes,cultu quodam & honore dignantur: ſm verò Tho.2.2.q.102.ar.2.Est virtus ſpecialis, per quā honorantur perſonæ in dignitate conſtitutæ, & ſic cum Tullio concordat. ¶ Obſeruare tamen aliquando pro callidè aduertere accipitur.vnde Terent.in Andria, Obſerues filium quid cum illo conſilij captet. ¶ Accipitur aliquando pro expectatione, ſeu p̄ſtolatione.l.ſi quando.C.de teſti. ¶ Accipitur etiam pro cura.l. 2.de decurio.lib.10.C.Accipitur etiam pro cuſtodia.l.fi.de ſum. Tri.& fi.cat.C.& l.1.de ſpor.C.de verbo obſeruantia,vide tex.in l.filiam.ff.de aur.& arg.leg.l.2.de vſucapi.pro empto.C.Obſeruātiam etiam aliquando ſumitur pro vſu & conſuetudine nō ſcripta,prout no.Abb.Panor.in c.cum cauſam.j.col.de ele.

2 Sed quia obedientia † in obſeruantia includitur,prout dicit Tho.2.2.q.80.ar.j.ideo de illa videamus.Et dicēdum est ſm Ang.de Claua.in ſum.q̄ duplex est obediētia,videlicet obedientia,quæ debetur Deo,& obedientia,quæ debetur hominib. ¶ Quę em̄ Deo debetur ab Anſel.ſic deſcribitur,est affectio voluntatis coniunctæ Deo. ¶ Quę verò hominibus debetur,ſic deſcribitur ab Aug lib.quęſtionum Gen. & tranſlump. habetur in c.est ordo.23.q.5. ¶ Est (inquit) ordo naturalis in hominib.vt ſeruiant fęminæ viris,quod minimè obſeruatur,& filij parentibus: quia in illis hæc iuſtitia est,vt maiori ſeruiat minor. Oportet tamen magis Deo obedire,q̄ hominib.prout dicitur Act.5.c.in c. Si Dominus.11.q.3.in c.Iuratos.15.q.6. ¶ Obediētia verò ſm Io. Damaſce.lib.3.c.4 generaliter ſic deſcribitur. Est voluntatis propriæ ſubiectio.Greg.lib.35.mora.tractās illud.1.Reg.15. Melior est obedientia quàm victimæ. ſic ait. Obedientia ſola virtus est, quæ menti cęteras virtutes inſerit,inſertasq; cuſtodit,& ſola ſibi
3 meritum obtinet.c.ſciendum.8.q.1. ¶ Obedientia † enim,vt præmiſimus, ſub obſeruantia cōtinet, & hoc inquantū procedit ex reuerentia prælatorum. inquantum verò procedit ex reuerētia parentū,ſub pietate continetur.inquantum verò procedit ex reuerentia Dei cōtinetur ſub religione, & pertinet ad deuotionē, quæ est principalis actus religionis,vnde ſm hoc laudabilius est obedire Deo,quàm offerre ſacrificium. Et ſic ſub diuerſis virtutibus continetur. ¶ Secūdum tamen ſe conſiderata,prout reſpicit rationem præcepti,est vna virtus ſpecialis ſm Tho.2.2.q.104.
4 ar.3.Qualiter † autem generatur obedientia. Dic ſm beat. Hier. ad Cteſiphonem vrbicum,& habetur in 3.par.epiſt.tract. j. epi. 2.Quod ex animi cōſilio, non ex corporis materia procedit, cū ſit incorporalis. ¶ Obediētia enim prout dicit Arch.in d.c.ſciēdum.dicitur habere notē conditiones,videlicet vt libenter fiat ſine murmuratione cordis.Act.9.c.Quid me vis facere: ¶ Secunda humiliter ſine vocis contradictione. Oſeæ.4.c. Populus tuus, ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti. ¶ Tertia conditio,vt fiat celeriter ſine dilatione. Eſa.8.c. Voca nomen eius celeriter.

¶ Quarta: vt fiat hilariter ſine vultus triſtitia & mœrore.2.ad Corinth.9.ca. Nam ex triſtitia aut neceſſitate:hilarem enim datorē diligit Deus. ¶ Quinta,vt fiat integraliter ſine operis diminutione.Ioan.5.Omnia quę præcepiſti mihi pater faciam. ¶ Sexta,fiat ſimpliciter,vt ſine mandati nimia diſt.Pſal.in auditu auris obediunt mihi. ¶ Septima,vt fiat prudēter ſine errore.Act.5.c.Oportet magis obedire Deo,q̄ hominibus. ¶ Octaua,vt fiat veraciter ſine fictione,ad Coloſ.in c.3. Nō ad oculum ſeruiētes, quaſi hominibus placentes. ¶ Nona, vt fiat perſeueranter ſine intermiſſione,ad Philip.2.c.Factus est obediēs vſq; ad mortem.& beatus Ber.dicit,q̄ verus obediens neſcit moras, nec mandato procraſtinat, ſed aures parat auditui, oculos viſui,manus operi, pedes itineri.Et ſic ſe totum interius colliget,vt imperātis exterius impleat voluntatem. ¶ Quo autem iure introductum ſit,q̄ homo homini ſeruire debeat: Reſpondendum est ſm Tho.2.2.q.104. arti.1.q̄ iure naturali & diuino introductum est.dicit enim Gregorius.c.vlt.mor. q̄ dum alienę voluntati nos humiliter ſubdimur, noſmetipſos in corde ſuperamus. Et facit illud, quod habet ad Hebr.c.vlt. Obedite præpoſitis veſtris.& ad Ro.13.c. Omnis anima poteſtatib.ſublimioribus ſubdita ſit: de laude autem obediētię & bonis illius,vide in regula monachorum beati Hier.in 2.c.

SVMMARIVM.

1 *Gratiæ deſcriptio quotupliciter ſumatur, & in quot inueniatur.*

¶ De gratia. Cap. X.

1 GRATIA † conſequenter est quartus lapis turris iuſtitię,quę ſm Tul. li.2.veteris retho. c.9.ſic deſcribitur, est in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria remunerandi voluntas cōtinetur: dicit em̄ Tho. 2.2.q.106.art.j. q̄ gra est ſpālis virtus reddens gratam
2 bñfactori. ¶ Qualiter † autem diuerſimodè, & multipliciter ſumatur,vide per Arc.in c.gratia.1.q.1.dicit Beatus Tho.2.2.q.106. art.1.q̄ gratia in quatuor inuenitur.

¶ Primò & principaliter inuenitur in Deo cauſa debiti, eo q̄ ipſe primum principium est omnium bonorum noſtrorum.vñ 1.ad Cor.4.c.Quid habes quod non accepiſti? ſcilicet à Deo.

¶ Secundò inuenitur in patre,eo q̄ est proximum noſtræ generationis & diſciplinæ principium.

¶ Tertiò inuenitur in perſona,quę dignitate præcellit.Ex qua communia beneficia procedunt.

¶ Quartò autem in aliquo benefactore aliqua particularia & priuata beneficia percipiuntur, pro quibus particulariter & obligamur.

¶ Gratia enim ab Apoſtolo.2.ad Ephe.preponitur paci,quod refert beatus Hieron.ſuper Pſal.89.incipien.Domine refugium. Et hæc de gratia.

SVM-

Source : BIU Cujas

Guiliel. le Rouille. De iuſtit. & iniuſt.

SVMMARIVM.

1 *Veritatis multiplex deſcriptio, vnde orta ſit, & cuius ſit filia.*
2 *Veritas triplex eſt, & in quo cum iuſtitia conueniat.*
3 *Veritas tres ſunt gradus, et vnde extrahi debeat.*

¶De veritate. Cap. XI.

QVINTVS lapis turris iuſtitiæ eſt veritas, q̃ ſm Tul-
1 lium vbi ſupra, ſic deſcribitur. Eſt † inquit, per quã immutata ea, quæ ſunt aut ante fuerunt, aut futura ſunt dicuntur, ſm verò Phylo. 2.me. eſt adęquatio rei ad intellectum. ¶De terra enim ſumpſit originem, quod teſtatur Pſal. 84. veritas, inquit, de terra orta eſt, dicitur etiam veritas temporis filia ſm Aulum Gel. noc. acti. lib. 12. c. 11. circa finem. ¶ Veritas eñ valet & vincit & viuit in ęternũ & obtinet in ſecula ſeculorum, prout dicitur in c. conſuetudo. 8. diſt. Et non vitiatur geſtorum erroribus. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præſi. ¶Quem etiam celare peccatum eſt in c. j. & c. dilectorum. de teſti. cogen. ad hoc facit quod no. Iaſo. in §. fi. circa fi. inſtit. de actio. vbi allegat iuriſconſultum in l. hęreditatum. §. fi. ff.
2 ad l. fal. ¶Triplex verò † diſtinguitur veritas ſm Tho. 2. 2. q. 109. ar. 3. ¶Prima eſt veritas vitæ, quæ oſtẽditur in eo, quod dicit Dominus, veritas mea. i. quæ eſt à me quam poſſideo. ¶Veritas tamen à quocunq; dicatur à ſpiritu ſancto eſt ſm Ambr. ¶Secunda eſt veritas doctrinæ, de qua idem Tho. vbi ſupra debet, q̃ hęc conſiſtit in quadam manifeſtatione verborum, eorum de quib. eſt ſcientia. Vnde directè non pertinet ad virtutẽ veritatis, prout eſt virtus ſpecialis; vt quia ſacra ſcriptura veritas eſt. vnde Io. 17. c. Sermo tuus veritas eſt. ¶Tertia eſt veritas iuſtitiæ, de qua Tho. vbi ſupra. Veritas iuſtitię eſt ſm quod aliquis rectitudinem legis
3 in iudicijs, quæ ſunt ad alterum ſeruat. ¶Veritas † enim conuenit cum iuſtitia in duob. prout dicit idem vbi ſupra.

¶Primo modo in hoc, q̃ eſt ad alterum manifeſtatio, quam diximus eſſe actum veritatis, ad alterũ autem eſt ſcilicet ea quæ circa ipſum ſunt, vnus homo alteri manifeſtat.

¶Secundo modo inquantum iuſtitia ęqualitatem quandam in rebus conſtituit. Et hoc etiam facit virtus veritatis, adęquat. n. ſigna rebus exiſtentibus circa ipſum. ¶ † Tres autem gradus ſeu ſtatus ſunt veritatis ſm Ber. lib. de grad. humili. ¶Ad primũ aſcẽdimus per laborem humilitatis. ¶Ad ſecundum per affectũ cõpaſſionis. ¶Ad tertium per exceſſum contemplationis. ¶In primo veritas reperitur ſeuera. In ſecundo pia. In tertio pura. ¶Veritatem e latebris etiã diuerſis cruciatibus religioſus tortor. i. iudex exigere debet, prout dicitur in c. illi qui. 5. q. 5. Et compellit quis loqui veritatem recõditam in horreo cordis ſui prout, not. Arch. in c. ſi forte. de elec. lib. 6. ¶De veritate enim legitur Zaca. 8. c. Nolite timere, hæc ſunt verba quæ facietis. ¶Loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo, veritatem & iudiciũ pacis iudicate in portis veſtris, & iuramentum mendax ne diligatis. & ibidem, veritatem tãtum pacemq; diligite. Et ideo dicitur Eccle. 37. c. deprecare Altiſſimum, vt diligat in veritate viã tuã.

SVMMARIVM.

1 *Vindicationis deſcriptio, cui ſit neceſſaria, et quando dicatur cum vir. tute fieri.*
2 *Vindicatio in medio duorum vitiorum conſiſtit, et eius laus.*

¶Vindicatio. Cap. XII.

SEXTVS & vltimus lapis eſt uindicatio, quæ ſm Tul-
1 li. retho. uete. c. 9. ſic deſcribitur, eſt † per quã uis aut iniuria & omnino omne quod obſt uturum eſt. i. iniurioſum defendendo, aut ulciſcendo propulſatur. Hęc uirtus eſt maximè neceſſaria habenti poteſtatẽ, ſeu prælationem, ſcilicet puniat crimina. vnde ad Roma. 13. ca. Miniſter Dei eſt, ſcilicet iudex quicunq; vindex in irã ei, qui malum fecit. j. Petri. c. 2. Subditi eſtote oĩ creaturæ humanę pp Deũ, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam à Deo miſſis ad vindictam malefactorum. i. punitionem, laudem verò bonorum. Eſt autem vindicatio tantum virtuoſa & licita inquantum tendit ad cohibitionem malorum, cohibentur autem aliqui à peccando, qui affectum virtutis non habent per hoc, q̃ timent amittere aliqua, quæ plus amant quàm illa, quę peccando adipiſcuntur ſm Tho. 2. 2. q. 108. arti. 3. Dicit etiam idem Thom. ibidẽ
2 art. 2. circa fi. ¶† Quòd virtus iſta conſiſtit in medio duorum vitiorum. ſ. crudelitatis, & ſęuitię ſm exceſſum, & ſm remiſſionis defectum. Debet enim homo ſm omnes circunſtantias debitã menſuram in vindicando conſeruare, itaq; pęna, ſeu punitio zelo iuſtitię procedere debet: prout dicit Arch. in c. ea vindicta. 33. q. 4. Vbi etiam dicit idem Archi. q̃ ea vindicta laudanda eſt, quę eo animo infertur, vt ille qui infert maiorem pęnam, paratus ſit ſubire, ſi ſimili delicto ſubiaceat.
3 ¶ † Licita eſt igitur vindicta, quæ introducta eſt, ne crimina remaneant impunita, vt ſupra diximus: & ad hoc facit c. nullus de bite. & ſing. in c. ſi peccatum. de pęniten. diſt. j. vnde Hier. in epiſtola ad Ruſticum monachũ, nulli parcas, vt ſoli parcas animæ tuæ. facit. c. Illud. in fin. 24. q. 3. ¶Semper attendendum eſt, q̃ vitia hominum corrigantur. c. prodeſt. 23. q. 5. Nemo enim (vt Plato ait) punit; quia peccatum eſt, ſed ne peccetur: reuocari enim præterita non poſſunt, futura tamen prohibentur per tormẽtorum terrorem. l. aut facta. §. fi. ff. de pęnis.

¶Eſt enim vlciſcendi & puniendi modus, prout dicit idẽ Cice. j. Offi. Atq; (inquit) haud ſcio an ſatis ſit eum qui laceſſerit iniuriæ ſuæ, pęnitere, vt & ipſe ne quid tale poſthac committat, & cęteri ſint ad iniuriam tardiores.

SVMMARIVM.

1 *Honeſtè viuere quid ſit, quid honeſtas, & vnde dicatur.*
2 *Honeſtas plus deſideratur in iure, quàm iuſtitia, quæ etiam legum rigori detrahit.*
3 *Honeſtas eſt præferenda omni pecuniario commodo.*

¶Honeſtè viuere quid ſit. Cap. XIII.

TVRRIS iſta, vt prædiximus, eſt triangularis, & de tribus fortiſſimis angulis conſtructa.

¶Primus quorum talibus verbis fabricatur. Honeſtè viuas, de quorum verborum importantia pauca uideamus, dicit enim Bal. in proę. Grego. in fi. col. q̃
1 angulus † iſte eſt bonum dirigens ad honeſtum, quod propriè appellatur bonum, cùm dicat Seneca, nullum bonum niſi honeſtum. Eſt autem ſm eũdem Bal. ubi ſupra bonũ in ſe & ad ſe, & eſt tutela maieſtatis regum, & e contrario contrarium iuxta illud Ouidii methamor. Non bene cõueniunt, nec in una ſede morantur maieſtas & amor. i. libido ſceptri grauitate relicta. Et non immerito pro angulo turris ponit honeſtas. Cùm nihil honeſtum eſſe poſſet, q̃ iuſtitia uacet, prout dicit idem Tul. offi. j. & ideo dicit idem Tul. offi. 3. q̃ ad honeſtatem nati ſumus, eaq; ſola expetenda eſt. & ibidem. Nihil turpe faciendum eſt bono uiro, etiam ſi ex omni parte lateat, etiam ſi oẽs deos hominesq́ celare poſſumus, nihil tamen auarè, nihil iniuſtè, nihil libidinosè, nihil incontinenter eſt faciendum.

¶Sapientis enim eſt proprium nihil quod pęnitere poſſit facere, ſed ſplendidè, conſtanter, grauiter, honeſtè oĩa. unde Ambroſi. 2. de offi. Tantus eſt (inquit) ſplendor honeſtatis, ut uitam beatam efficiat trãquillitas conſcientiæ & ſecuritas innocentię. ¶Dicitur autem honeſtas ſm Iſi. Ethi. li. 10. & Arch. in ca. erit. 4.
2 diſt. quaſi honoris ſtatutum conſeruans, unde honeſtum eſt, qđ ſua ui trahit & allicit ad dignitatem. Plus † enim deſideratur in iure honeſtas, quàm iuſtitia, prout dicit tex. in d. c. erit. & in c. porrò. 35. q. 3. Detrahit enim honeſtas legum rigori.

¶Actio enim furti non datur patri contra filium, nec marito contra uxorem, nec econtra: & hoc propter honeſtatem, de marito & uxore eſt tex. in l. fi. §. fin. C. de fur. & ſer. corrup. & l. ſi quis uxori. in prin. ff. eo. de patre & filio eſt tex. ĩ d. l. ſi quis uxori. in §. j. ¶Item fiſco non permittitur rem, quam uendidit retractare pp honeſtatem. l. j. & 2. ne fiſc. rem quam uendi. lib. 10. ¶Honeſtas enim in omnibus requiritur negocijs: ut puta in lege cõdẽda. d. c. erit. 4. diſt. In matrimonio. l. ſemper. de ritu nuptiar. ubi habet, q̃ in coniunctionibus non ſolum quod liceat conſiderandum eſt, ſed etiam quod honeſtum ſit.

¶Item requiritur in uoto in c. magnæ. de uoto & uoti redẽp.

¶Item iureiurãdo. in c. de forma. 22. q. 5. & hoc in iuramẽto fidelitatis, de quo iuramento & qualiter fiat, uide in d. c. de forma. Et etiam in alio iuramento facit. c. quemadmodum, de iure iur. honeſtus enim modus in omnibus ſeruandus non immoderata luxuria cuiuſq; ſubſequenda, prout dicit tex. in l. ex damni. in prin. ff. de dam. infec.

¶Item grauis iniuria uidetur, quæ inani honeſtatis colore ue-
3 latur. ¶ Eſt enim honeſtas † præferenda omni pecuniario commodo. l. miles. §. ſocer. ff. ad l. iul. de adul. tex. not. in l. reprehendẽda. de inſti. & ſubſti. C. unde & qui contra honeſtatem agit, excõmunicari poteſt, de hoc in c. in ſancta. iuncta gl. in uer. in hac. 92. diſt. ¶An autem aliquis inhoneſtè uiuẽs poſſit cogi ad honeſtè viuendum: & reſpon. ſm Iaſ. de May. in l. iuſtitia. de iuſt. & iu. & Pau. de Caſt. ibidem, & eundem Pau. in l. ex ea parte. §. j. ff. de uer. obl. q̃ ſic. Ita dicunt ipſi, q̃ ſi aliquis retineat uxorem & concubinam, quia honeſtè non uiuit, poteſt cogi dimittere cõcubinã. ¶Ita etiam ſi meretrix ueniat ad habitandum in aliqua uicinia; quia honeſtè non uiuit, & timor eſt, ne inhoneſtas mulieres inficiat, uicini poſſunt eam expellere.

SVMMARIVM.

1 *Alterum non lædere quid ſit.*
2 *Lædere ſeipſum an quis poſſit impunè.*
3 *Nemo ſe in bonis, ſicut nec in corpore lædere debet.*

¶Alterum

Source : BIU Cujas

¶Alterum non lædere, quid ſit. Cap. XIIII.

SECVNDVS angulus iſtius turris talis eſt. Alterum † non lædere: & ideo quod tibi non velles fieri, alteri non feceris, vt in prin. decre. no. & l. j. ff. de ſol. & lib. & l. ſeruus ea. ff. de ſer. export. vbi habetur, q̃ beneficio afficere hominẽ intereſt hominis, pœnæ verò nõ irrogatę ſolam duritiã cõtinet. ¶Detrahere enim aliquid alteri, & hoĩem hominis incommodo ſuum augere cõmodum, magis eſt contra naturam, q̃ mores, q̃ paupertas, q̃ dolor, q̃ cætera, quæ poſſunt aut corpori accidere, aut rebus ęternis, prout eleganter dicit Cice. lib. 3. Off. ¶Dicit enim Hierony. ad Celantiã, & habetur in 3. par. epi. trac. 6. epiſto. 22. q̃ infinitæ ſunt partes iuſtitiæ, quas omnes vna breuis ſnĩa comprehẽdit, videlicet. omnia quæcũq; vultis vt faciãt vobis hoĩes, hæc facite illis. i. c. ponderet. 50. diſt. & in c. licet. 45. diſt. & in c. dilecti. de maio. & obe. Beatusq́; eſt, qui poteſt dicere cum beato Iob. Nulli nocui hominũ, iuſtè vixi cum omnibus. Iob. 3. c. ¶Puriſſima enim conſcientia canere cũ Pſ. Pſ. 110. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meę.

¶Sed † hic incidenter quæro, vtrum aliquis poſſit ſeipſum lędere, & ratio dubitandi eſt, q̃ cùm in hoc paſſu ſpecialiter dicatur, non lædere alterum, ſequeretur, q̃ in hoc per prohibitionẽ limitatam in altero ſit in ſe permiſſum, arg. l. cum de lanionis. §. cui fundum. de fun. inſtru. Et hoc ſumpto argumento à contrario ſenſu. Quod quidem argumentum eſt in iure fortiſſimum. l. j. §. huius rei. de off. eius cui man. eſt iuriſ. ff. ¶Et breuiter dic & ꝯclude omiſſis ſuperfluis altercationib. de quib. curioſus lector ſaturari poteſt in Ang. ſuper. §. iuris præcepta. inſti. de iuſt. & iu. & per Doc. in l. iuſtitia. ff. eodem. q̃ nulli permittitur ſibi damnum inferre ſiue in corpore, ſiue in bonis. In corpore per l. omne delictum §. qui ſe. ff. de re mili. l. in fraudem. §. eius bona. de iu. fiſ. ff. l. parricidij. ad l. pompe. de parrici. faciunt no. per Bar. in l. Si quis aliquod. §. miles. ff. de pœnis. ¶Et ratio iſtorum eſt; quia nemo eſt Dominus membrorum ſuorum. per l. liber homo. ff. ad l. aqui. An autem incidat in cano. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. clericus ſe vulnerans, dicit Ioan. Fabri poſt Iac. in §. iuris prœcepta. inſti. de iuſti. & iur. q̃ non incidit, eſt tamen grauiter puniendus. dicit tamen Bal. in proę. Gregor. in 3. col. q̃ ſi monachus trahit ſibi ſanguinẽ in eccleſia percuſſiuè, eccleſia illa eſt interdicta. Et † ſicut nemini permiſſum eſt, immo multum prohibitũ ſe in corpore lædere, vt prædictum eſt, ſic etiam inhibitum eſt ſe in bonis lædere. Expedit enim reipublicæ, ne re ſua quis malè vtatur. §. ſed etiam maior. inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur.

¶Qualiter autẽ procedit argumentum a contrario ſenſu. Et diſtinguendo dicendum eſt ſm Archi. in c. Gonſaldus. 17. q. i. q̃ aut determinatio poſita in iure refertur ad ius, aut ad factum. Si ad ius, valet argu. à contra. ſenſu. 2. q. j. j. c. nos in quenquam. 56. diſtin. præsbyterorum. ſi ad factum non valet argumentum à contrario ſenſu, vt in hoc caſu.

¶Defectum autem argumenti à contrario ſenſu latè videas per Archi. vbi ſupra. ¶Ad principale thema redeo, & condeſcẽdo ad angulum tertium iſtius turris iuſtitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Nemo propriè ſibiipſi eſt iniuſtus.*
2 *Iuſtitia etiam inter latrones eſt neceſſaria.*
3 *Charundas thiro fuit magnus iuſtitiæ zelator.*

¶Ius ſuum vnicuiq; tribuere. Cap. XV.

TERTIVS angulus iſtius turris eſt ius ſuum vnicuiq; tribuere. Et hũc debet habere prælatus in ſubditis & inferioribus ſuis, prout dicit idem Bal. in proę. Gregorij. & eſt iuſtitia ad alterum.

¶Nam ſibiipſi propriè † nemo eſt iniuſtus, & dicitur ad alium. ¶Et non ſufficit honeſtè viuere, & alterum non lędere, ſed etiam conuenit alios adiuuare, prout dicit gl. in §. iuris præcepta. in verbo, ius ſuum. inſtit. de iuſt. & iur. Nõ enim nobis ſolum nati ſumus: prout dicit Cice. offi. j

¶Nec ſufficit ſe abſtinere à malo, niſi fiat quod bonũ eſt, arg. l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. obl. c. nõ ſatis. & 86. diſt. de iſta parte iuſtitię dicit Aug. in 4. ſermo. dominica. 4. in quadrageſima. remota (inquit) iuſtitia quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? vnde Caſſio. ſuper illud Pſal. & operatur iuſtitiam. ¶† Iuſtitia regis pax eſt populorum, tutamen patriæ, immunitatis plebis, munimentum gentis, cura languentium, gaudium hominum, temperies aeris, ſerenitas maris, terræ fęcunditas, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum: & ideo dicit Ariſto. ad Alex. q̃ iuſtitia regnãtis vtilior eſt ſubditis, quàm fertilitas temporis.

¶Tanta enim eſt vis iuſtitiæ, vt nec illi, qui maleficio & ſcelere paſcuntur ſine vlla eius particula viuere poſſunt: nam & princeps latronum, niſi ęqualiter prędam diſpartiat, aut interficietur à ſociis, aut relinquetur, prout dicit Tul. j. offic. Nec ſufficit iuſtitiam extrancis tribuere, ſed etiam requiritur, q̃ in ſe, aut ſuos ẽt propinquiſſimos faciat ſeruare bonus iuſtitiæ adminiſtrator. q̃ ſibimetipſi; quia tenetur parere legibus. ¶Et ad hoc exemplum habemus de Ieſu redemptore noſtro, de quo ſcriptum eſt. Cœpit Ieſus facere & docere.

¶Aliud exemplum ad hoc reperitur recitatum per Vale. Maxi. lib. 6. c. 5. hiſto. 15. de Charunda Thiro, qui propter ſeditionũ pericula ordinationem fecerat, q̃ qui concionem intrans ferrũ ſecum portaret, eodem perimeretur, ipſe verò poſtmodum de longinquo veniens & ſubito concionem intrãs cũ ferro. Cũq́; de hoc commemoratus eſſet in ſeipſo tenuit, quod aliàs ordinauerat. ¶Quod debet obſeruare in ſuos propinquiſſimos exemplo Traiani, de quo legitur, q̃ tanta in ſuis exercuit iuſtitiam, q̃ filium proprium ad ſeruiendum cuidam viduæ tradidit; quia filius ſuus indiſcretè equitãdo filium viduæ impotentem pro matris ſeruitio fecerat. Et hæc de tribus angulis.

SVMMARIVM.

1 *Pacis deſcriptio.*
2 *Pax ſine iuſtitia conſiſtere nequit.*
3 *Pacem ſex cauſæ prohibent.*
4 *Pacis proprium quid ſit, et qualiter confirmari debeat.*
5 *Pax et concordia differunt.*
6 *Diſcordantes an poſſint cogi ad pacem.*

¶De pace. Cap. XVI.

MORE noſtro gallicano cõiter in ſummitate epiſtolium. i. capitellorum, quę ſuperponuntur columnis, ſuperponuntur parua vexilla ad libitum ventis volubilia depicta inſignibus, ſeu armis domus ædificij vel Domini illius. Sic etiã in ſummitate cuiuſlibet anguli iſtius turris triangularis tria vexilla inſpiciunt, vnũquodque illorum habẽs in ſe literam vnam depictam. ¶In primo. n. depicta eſt litera P. in ſecundo A. & in tertio X. ¶Quæ quidem tres literæ † ſimul iunctæ, faciũt illud dulce & amabile verbum, quod eſt Pax, dicente propheta Eſa. 32. c. Opus, inquit, iuſtitiæ eſt pax. ¶Eſt ego pax ſm Bal. in proę. Greg. in 3. col. animi tranquillitas naturam ſeruans, & temperantiam non relinquens: ſm verò Aug. lib. de ſermo. Domini in mente, ſic deſcribitur. Eſt ſerenitas mentis, trãquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculũ amoris, cõſortium charitatis. Hęc ſimultates tollit, bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordias ſedat, inimicos concordat, cunctis eſt placida, neſcit extolli, neſcit inſtari, hanc qui accipit teneat, qui perdidit repetat, qui amiſit acquirat. ¶Itẽ † ſine iuſtitiæ obſeruatione pax reſiſtere nequit. vñ Sapi. 18. c. In diſponenda concordia eſt lex iuſtitiæ. vnde de aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſcriptũ eſt Pſ. 21. Orietur in dieb. eius iuſtitia & abundantia pacis, & ideo dicitur Pſ. 84. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. ¶Sex enim modis pax cauſatur.

¶Primò cauſatur, cùm in collegiis reuerentiam minores maiorib. exhibent, & maiores minorib. dilectionem impendunt, vera tunc fit concordia. c. fi. 89. diſtin.

¶Secundò cauſatur pax, cùm ſingula collegiorum officia ſingulis quibuſcunq; perſonis ſigillatim fuerint cõmiſſa. c. ſingula. ea. diſt. promiſcuis quippe actib. rerum turbantur officia. l. cõſulta. ver. abſurdum eſt. C. de teſta.

¶Tertiò cauſatur, cum pauciores exhibent ſe cum charitate inferiorib. meliores, nõ autem dominatores in c. eſto ſubiectus. ver. paſcite. 95. diſtin.

¶Quartò cauſatur cum debita æqualitate reipublicæ tuendę per magiſtratus intenditur, de hoc Tul. j. de of. vbi etiam ſubdit, q̃ propterea q̃ non æqualitas, obſeruabatur apud Athenienſes, & apud Romanos nõ ſolum magnæ diſcordię, ſed ẽt ſeditiones, & bella ciuilia peſtifera ſucceſſerunt: & q̃ vnitas obſeruari dẽat, eſt tex. in c. maioribus de præb. & dignita.

¶Quintò cauſat ex patientia, iuxta illud Lu. 16. c. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Ita enim quæ mater eſt diſcordiæ patientia vincitur. c. nunquam. de conſecrat. diſt. 5

¶Sextò cauſatur ex ordine, cùm in rerum diſtributione ſeruatur ordo, qui ſm Pap. eſt vera diſpoſitio rerum vel gradus.

¶Et † ſicut ſex pacẽ cauſant, ita etiam ſex ſunt cauſæ, pp quas non eſt pax inter homines, prout recitat Arch. in c. noli. 23. q. 1.

¶Prima enim cauſa eſt; quia non puniuntur maleficia. Eccleſiaſtes. 8. ca. Quia non profertur cito in malos ſnĩa, ideo abſq; timore filii hoĩum perpetrant mala. ad hoc facit. c. Dñs. 23. q. 2. in c. j. de off. delc. in 6. ¶Secunda cauſa eſt abundantia temporaliũ, Gen. 13. c. Facta eſt rixa inter paſtores Abraham & Loth.

¶Tertia cauſa: quia nõ occupamur in pugna cõtra dęmones. Ad Ephe. 6. c. Non eſt nobis colluctio aduerſus. ¶Quarta cauſa; quia non conſideramus dãna belli, in quo diuitias, corpus & animas perdimus. Hyeremiæ. 56. c. Fortis incidit in fortem, & ambo pariter ceciderunt. ¶Quinta cã eſt; quia non conſideramus: q̃a dubius eſt euentus belli. tertij Regum. 12. c. Varius euentus belli.

¶Sexta eſt; quia non ſeruamus mandata Dei. Hiere. 3. c. Vtinã attendiſſes mandata mea: facta non fuiſſet ſicut flumen pax tua, & Eſaiæ.

Source : BIU Cujas

& Esaiæ 48. de pace. vide per Panor. in c. Pisanis. de rest. spoli. & p gl. magnam in verbo pacem, in c. ad apostolicæ. de sent. & re iu. ¶ Vbi eleganter debet Domini. de Sancto Gemi. q̃ Deus de ordinaria ptãte non loquendo de absoluta non põt facere pacem vniuersam in mundo; quia cum diuersi sint animi gentium, diuersitas illa dissensiones & bella inducit. ¶ De pace enim singulariter dicit gl. in proę. conci. Basilien. in verbo. excoluerunt. circi. q̃ Roberto filio Hugonis Capeti regis Frãcorum pro pace orã ti locutus est crucifixus in ecclesia Aurelianensi, dicens ei, q̃ nõ haberet pacem in regno, donec blasphemias & crimina notoria non extirpasset. ¶ Notandum est ꝑñr, q̃ pacis fructus est inestimabilis. vno enim verbo Christus expressit, dum dicit in euangelio. Beati pacifici, qm̃ filij Dei vocabuntur. Matth. 5. c. & transump. in d. c. noli. 23. q. j. In pace etenim Angelus salutauit pastores dicens, Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominib. bonæ
4 voluntatis. ¶ Proprium † enim pacis est expellere oẽm timorẽ; quia exẽplo Christi cognoscimus. Lu. vlt. c. Pax vobis, ego sum, nolite timere. & Iud. 6. Pax tecum, ne timeas.

¶ Ad confirmandam aũt pacem inter duos hoĩes, debet interuenire osculum, quod dicitur signaculum concludens in c. pacem igitur. de consec. distin. 2. Osculum enim est verum signum pacis. 2. Reg. 14. cap.

5 ¶ Qualiter † aũt discordant inter se pax & concordia. Respõ. ſm Bal. in rub. de treuga & pace, post Speculatorem in d. titulo, q̃ differunt. Nam osculum pacis non datur in concordia, & est concordia terminus vltionis, pax verò amicitiæ. ¶ Item concordia est de lite, sed pax est de inimicitia. ¶ Item signũ pacis est capere se per manum, & bibere de eodem poculo. l. j. ff. de pac. facit quod no. in gl. in c. fundamenta. in verbo, dexteras. de ele. in 6.

6 ¶ Sed adhuc incidenter quæritur, an † discordantes possint cogi ad pacem. Et videtur q̃ sic in l. equissimum. iuncta gl. in verbo iurisdictioni. ff. de vsufru. in auc. de mandat. prin. §. deinde. col. 3. in l. quidam. ff. si cer. pet. Tu dic & securius ſm Bal. in proę. Greg. in 3. col. q̃ aut possunt compelli sine scandalo vel damno, & tũc debent compelli ad pacem faciendum, per tex. in d. proę ibi pacificus, quia rex pacificus ita decreuit, arg. l. in re cõi. ff. de serui. vrba. prędio. ¶ Si uerò sine scandalo, vel damno fieri nõ potest, tunc illud est potius persuadendum, & non compulsibile. l. j. §. vnde quærit. ff. de no. oper. nuncia. de pace videas per Iason. de May. in l. de fideicom. C. de transactio.

SVMMARIVM.

1 *Studium quid sit.*
2 *Temperantiæ descriptio & vis.*
3 *Iustitia si modum excedat, crudelitas potius vocatur.*
4 *Iustitia violatur nimia indulgentia.*

¶ De temperantia. Cap. XVII.

EXPEDITIS omnibus partib. turris, restat longitudinem & latitudinem illius perquirere, more boni architectoris, qui post cõsumationẽ operis suis geometralib. instrumentis nititur, & latitudinẽ & longitudinem cognoscere. Idcirco nostris mentalib. instrumentis. i. studio seruienti videamus dicẽtes vnusquisq;
1 cum Seneca, Studio me dabo. ¶ † Quid enim est studium nisi fixa retractatio cogitationis aliquid inuolutum explicare nitens vel scrutans penetrare secretum, prout dicit Hugo in Didasco. & ideo scrutatus inuenio, temperantiam dictam obtinere latitudinem, & meritò cum iustitia non debeat excedere modũ & temperãtiam, prout dicit Ang. de vera religione. Nimia (inquit) iustitia incurrit peccatum, temperata iustitia facit perfectos, altitudinem correctionis amor Christi temperet, & dilectionẽ proximi sal iustitiæ condiat. vnde Ber. super Can. Tolle (inquit) modum, & virtus vitium erit.

2 ¶ Est igitur † temperantia ſm Cice. lib. 2. ve. rethori. c pen rationis in libidinem, atq; alios non rectos impetus animi summa & moderata dominatio, ſm verò philosophũ. 3. Ethi. est mediocritas circa voluptates corporis ſm Aug. lib. de libe. arbi. est affectus coercens & cohibẽs appetitum ab his, quæ turpiter appetũtur. ¶ Huius virtutis vis ea est ſm Cicer. de off. lib. 1. vt scilicet ab honesto non queat separari. Nam & quod decet honestum est, & quod honestum est decet. ¶ Tẽperantia enim (vt ait bea. Tho. 2. 2. q. 141. arti. 2.) est virtus specialis, si sumatur anthonomaticè: vt refrenat à maximè allicientib. sed est virtus generalis cõiter.

¶ Item temperantia, vt ait Prosper ad Iulianum episc. lib. 3. tẽperantem facit, abstinentem parcum, sobrium, moderatum, pudicũ tacitum, verecundum, hæc virtus in animo habitat, libidines refrenat, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, castigat, vitia: omnia inter se confusa ordinat &c. & iõ solitus erat dicere Socra. philosophus Athenien. Quæ concesserit fortuna, temperet iustitia, & quæ inuenerit iustitia, temperet moderãtia.

¶ Ad hoc vt recitat F. Io. de Broymardin summa prædicta, in verbo discretio, q̃ quidam magnus clericus Parisien. fuit à rege sancto Ludouico requisitus, q̃ ei vnum verbum optimum scriberet, q̃ nunquam didicerat. Et rescripsit ille in magna pelle sigillata vnum solum verbum, videlicet, Modus. Rex verò chartam aperiens & existimãs se derisum, vocauit magistrum illum, qui cum verbũ illud ostenderet, quomodo nulla virtus sine mo
3 do esse potest, gratiam regis obtinit. Iustitia † enim si modũ excesserit, est crudelitas; quia qui nimium emungit, elicit sanguinem. c. deniq;. 4. dist. Sic & qui multum corrigit, offendit in c. cũ beatus. 45. distin. Et alibi dicitur. noli esse nimium iustus, in c. de his. 2. q. 7. in c. serpens. de pẽnit. dist. j.

¶ Ad hoc etiam legitur in vita beati Ansel. q̃ cum quidã Abbas cõquestus fuisset à beato Anselmo, q̃ monachos rigidè teneret, & tamen semper essent rebelles. Cui Anselmus respõdit. Arbor quæ ex nulla sui parte crescere permittitur, nũquam pulchros ramos faciet: sed si ita dirigatur, q̃ non totaliter frangat, sed naturæ suæ in aliquo permittatur, potest illam trahere, & dilatare sicut voluerit.

4 ¶ Et sicut † quis peccat in nimia correctione, ita etiam ꝑ nimiam indulgẽtiam peccat, & iustitia in iniustitiam mutatur: qa qui sunt nequam fiunt ꝑ spem venię nequiores. in c. vt famæ. de sen. excom. Et sicut nec inuidere (ait Tullius 3. Tuscu. qõ.) ita nec misereri cadit in sapientem. ad quod facit tex. cum ibi no. in l. obseruandum. ff. de o. ff. præsi. & l. si hominem. ff. de depo. & iõ dicitur Exodi 24. c. pauperis in iudicio non misereberis. c. si quis diaconus. 50. dist. ¶ Sit igitur super iudex sequẽs medium, in quo est virtus: prout dicit Aristo. 2. Ethi. & Archid. in ca. sæpe. 41. dist. vbi dicit idem Archid. ibidem. q̃ quoties alia duo vitia sunt contraria, semper habent duas virtutes medias, quarũ vna magis accedit ad vnum, alia ad aliud, vt crudelitas & remissio. vitia habent virtutes medias, videlicet iustitia & pietas: & ideo notabiliter dicitur Esaię 11. c. Erit iustitia cingulum lumborũ Christi: quia sicut cingulũ corporis medium tenet locum inter partem corporis superiorem & inferiorem, ita iustitia semper medietatem & medium seruare debet, dicente Terent. in Andr. ꝟt ne quid nimis.

SVMMARIVM.

1 *Æquitatis descriptio.*
2 *Æquitas an præferatur rigori.*

¶ De æquitate. Cap. XVIII.

AD erectionem seu lõgitudinem turris deueniamus, quam quidem lõgitudinem æquitas obtinet, quę q̃dem æquitas à beato Hier. super Cant. cant. homil.
1 1. sic describitur. Est † quæ mandata custodit & diligit Christum: ſm verò Policra. li. 4. c. 2. sic describit. Est rerum conuenientia, quę cuncta æquiparat rõni, & in parib. reb. paria iura desiderat, in oẽs æqualis, vincuiq; tribuens, qđ est suum. ¶ Lex verò eius interpres est, vtpote cui equitatis & iustitiæ voluntas innotuit, ad cognitionem. n. boni & æqui oĩa tendũt. l. si seruum. ff. de ver. ob. ¶ Itẽ æquitatis & iustitię sumus amatores, quã in oĩbus reb. volumus obtinere, in auc. de non eligẽd. secun. nuben. circa fi. col. j. ¶ Decetq; principem incedere per semitam equitatis. c. quærenti. de off. dele. sic iustitiam & æquitatẽ honoremus, in auc. §. decętero. col. 7. Et debet erubescere lex aliquid statuens contra æquitatem. l. si quis in suo. §. j. de inoff. testa. & de furt. l. fi. §. cum autem. ¶ Aequitas est. n. scutum inexpugnabile, iuxta illud Sapi. 5. c. Iuduent pro thorace iustitiã, & accipiẽt pro galea iudicium rectum, & sumẽt scutũ inexpugnabile equitatem: res enim publica semper iure æquitatis augetur, & cũ tẽperãtia dirigitur, prout dicit Cassio. uaria. epist. epi. 26. ¶ Item sapientia & æquitas in idem tendunt, iuxta illud Prouerb. 4. c. Viã sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & occurrens
2 non habebis offendiculum. ¶ Sed incidenter quæro † an equitas præferatur rigori scripto, & uidetur q̃ non per l. j. ff. de usuc. iuncta. l. naturaliter. cum infra sequenti de cõd. inde. ff. Nã rigor usucapionis, uel præscriptionis scriptus in specie præfert æqtati scriptę, in genere, q̃ est, q̃ nullus dẽt locupletari cũ aliena iactura. Tu dic ſm Pau. de Cast. in l. placuit. C. de iud. q̃ dictus rigor est bonus propter bonum publicũ, ne semper dominia sint sub incerto: sed nõ est æquus, quia ꝓtra rõnẽ naturalẽ, quę succũbit ꝓpter iustitiã positiuã, quæ uersatur in rigore. ¶ Vnde quoddã est ius bonum & æquum, quoddam uerò bonum & non æquũ, qđ dic ut in gl. l. j. ff. de iusti. & iur. Si uerò nõ esset equitas scripta: licet rigor uideret nõ equus, ad solũ principẽ ptineret istã equitatem discernere, & hĩ in l. 1. ff. de leg. ¶ Nec debemus à capite nostro ꝑ æquitatẽ, quẽ esse putamus, à iure scripto recedere. ¶ Sed si esset dubiũ de intellectu legis: & possent dari plures ĩtellectus. Tũc debemus sequi intellectũ equiorẽ & breuiorẽ, qm̃ verò intellectus legis est clarus, non debemus ab eo recedere ꝑ æquitatem, quem in capite modo inuenimus, ut dictum est, ad qđ facit, quod no. Bar. in l. j. in 2. col. C. de legib. & hæc de latitudine, & consequenter de turri iustitiæ & partibus eius. Finis.

DESCRI-

Source : BIU Cujas

DESCRIPTIONVM IVSTITIAE atque iniuſtitiæ Liber Secundus incipit.

SVMMARIVM.

1 *Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.*
2 *Iuſtitiæ deſcriptio, & quot ſint eius genera.*

VISA compoſitione & conſtructione iſtius turris ita nobilis, & decora, fundamentum & conſtructio, cuius (vt ait Cicero libro de amicitia) eſt ppetuæ cõmẽdationis & famæ, ſine qua nihil p̃t eſſe laudabile, cuius laudes nemo pfectè expli care p̃t. † Neceſſe eſt de eius oppoſito, q̃ eſt iniu-
1 ſtitia pertractare, & hoc ad decorẽ & laudem illius nobilis virtutis iuſtitię, vt ſ. illa nobilis regina, quæ ſedet à dextris Dei coro nata in veſtitu deaurato circundata varietate, prout dicit pſalmi ſta Pſ. 44. & tex. in l. j. de metropo. Beri. lib. 11. C. quæ neq; heſperus, neq; lucifer, ita admirabilis, vt refert philoſophus. 5. Ethic. lu ceſcat oppoſito ſuo, quod (vt prędixi) eſt iniuſtitia, quę eſt curua & inclinata, viæq; illius tenebræ, & lubricum, vt dicit idẽ Pſal. 34. ¶ Cuius vera deſcriptio eſt ſm Salomo. Sap. 1. Eſt, inquit, iniuſtitia acquiſitio mortis, ſm verò Policra. li. 4. c. vlti. Eſt mentis habitus, qui à regione morum exterminat æquitatem.

2 ¶† Iniuſtitię aũt duo ſunt gña ſm Cice. j. off. vnũ eorum, q̃ inferunt, alterum qui ab his quibus inferunt, ſi poſſint iniuriã non propulſant. Nã qui iniuſtè impetũ in quẽpiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quaſi manus violẽter videtur afferre ſocio: q̃ aũt non defendit, nec obſiſtit, ſi põt iniuriæ, tam eſt in vitio q̃ ſi parentes, aut amicos, aut patriã deſerat. Illa. n. nequiſſima iniuſtitia facit transferre regnũ de gẽte in gentẽ, Eccle ſi. 10. c. Matt. 21. Et ſequaces ſuos ad inopiã & penuriam inducit, ꝓut dicit tex. in auc. vt iud. ſine quoq. ſuff. col. 2. vbi dicit tex. Inuenimus plurimam ingreſſam cauſis iniuſtitiã: & hanc nõ olim, ſed ex quibuſdam tpibus violẽter acceſſiſſe, & oẽs noſtros ſubie ctos ad inopiam compuliſſe, vt ad nouiſſimam ipſi penuriã deuenire fluctuerentur. ¶ De iniuſtis verò ſeu iniuſtitiã facientib. dr̃ Hiere. 6. c. Tranſibit domus illorum, agri & vxores pariter. Et hæc iuſtè per argm̃ à cõtrario ſenſu. Prouer. 26. c. Et firmabit̃ iuſtitia thronus. & ibidem. 16. c. Iuſtitia firmat̃ ſolium, ergo per iniuſtitiã delebit̃ ſoliũ & thronus. Et credit̃ iniuſtis contingere id, quod illis Deus ꝓmiſit p prophetam, Pſ. 26. dicens. iniuſti puniẽ tur, & ſemen eorũ peribit. ¶ Et in belluã iniuſtitiã figurare incõ gruũ non fuit, cũ teſte Lactan. Fir. li. 5. c. 11. Iniuſti belluę cruẽtiſ ſimæ vocentur, qui licet cooperiantur carne, & effigie humana, animus tñ illorum crudelis & brutalis eſt. Melius. n. eis eſſet habere corpus beſtiæ, & animũ rectũ. Etenim, inquit, ſi nemo eſt, q̃ malit mori, quàm conuerti in aliquam figuram beſtiæ, q̃uis mẽtẽ hoĩs habiturus, q̃to eſt miſerius in hominis figura, animo eſſe efferato, mihi quidẽ tanto vr̃, q̃to eſt præſtabilior animus à cor pore. ¶ Aſpernantur itaq; corpora belluarum, quibus ſunt ipſi ſęuiores, ſibiq; adeo placet, ꝓ hoĩes ſint nati, quorum nihil niſi liniamenta & ſummam figuram gerunt. Poſtea ſubdit idẽ Lactan. ibidem, & de iniuſtitia loquens dicit. Illa eſt vera beſtia, cuius vna iuſſione fundit̃, alter vbiq; cruor, crudelis vbiq; luctus, vbiq; pauor. Et ꝓ in belluã, figura ſit conueniens, exemplũ hẽmus in Apoc. c. 12. vbi dr̃. Et iratus draco in mulierem, & abijt fa cere præliũ cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiunt mãdata Dei &c. & ibidẽ. c. 13. Et vidi de mari beſtiã aſcendentẽ &c. poſtea ſubdit tex. Et datum eſt ei os loquens magna & blaſphemias. Blaſphemiũ. n. eſt vitium religioni contrarium, quę q̃dẽ religio connumeratur inter partes ſeu lapides iuſtitiæ, vt prædiximus.

Meum & tuum vnde prouenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Meum & tuum ex iniuſtitia prouenerunt.*

¶ Caput. I.

NEMO enim (vt inquit idem Lactantius Fir. vbi ſupra,) tantæ beluę immanitatem poteſt pro merito deſcribere, quæ per totum orbem dentibus ferreis ſęuit. Et non tantum actus hominum diſſipat, ſed & oſſa ipſa cõminuit & in cinera fundit. † Ex illa enim illa duo pronomia, ſcilicẽt meum & tuum prouenerunt; quia cõis omnium vſus antea erat omnibus hominibus cõis, vt no. Actuum. 4. c. & 2. c. & in c. dilectiſſimis. 12. q. 1. Qua de cauſa in beſtia iſta duo cornua conſpiciunt̃, ad quod eſt figura Apoc. 12. c. Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cor nua duo, in quibus iſta duo pronomina meum & tuum depinguntur, & non ſine cauſa; quia ſicut ferocitas animalis incornu conſiſtit, quod vr̃ innuere Plini. natu. hiſto. lib. 5. c. 45. Et illius arma offendibilia eſſe videntur. Exo. 21. c. Sic etiam iſta pronomina diuiſiones inter mortales cauſant, & per hæc fiunt, prout dicitur in dicto capitulo dilectiſſimis. Et ſic arma offendibilia iniuſtitiæ, eſſe videntur meum & tuum.

SVMMARIVM.

1 *Senſus omnes ſunt in capite.*

¶ Caput. II.

ET † quia in capite ſenſus oẽs exiſtũt, & nerui inde initium capiunt teſte Iſido. Ethi. lib. 11. c. 1. atque ẽt ex capite omnis vigẽdi cauſa oritur, ꝓut dicit idem Iſid. ibidẽ. Sic ẽt in capite iſtius beſtię ſeu monſtri mirabilis reperitur vnum dictũ, in quo omnis vis ſeu potentia iniuſtitiæ cõſiſtit. Et illud dictũ tale eſt. Fac aliis, qđ tibi nõ velles fieri, ſicut eius oppo ſitũ, qđ eſt iuſtitia vna breui ſnĩa cõprehendtur, videlicet. Oĩa quæcunq; vultis vt faciant vobis hoĩes, hæc & facite illis, prout dicit beatus Hiero. in epi. ad Celan. in 3. parte tra. 5. epiſt. 22.

¶ De innocentibus ab iniuſtitia oppreſſis. Cap. III.

IN gula, ſeu ore ſuo ſunt innocẽtes, os cuius ſimi le eſt ori beſtiæ, de qua in Apoc. c. 12. Et os eius ſicut os leonis, poſtea ſubdit, & datũ eſt ei os lo quens magna & blaſphemias. ¶ Leo enim eſt be ſtia rugiens & deuorans, prout innuit Petrus 1. epi. c. fi. in multis tñ conditionib. leoni non ęqui paratur, præſertim in duob. ¶ Leo enim, prout dicit Plin. natu. hiſt. lib. 8. c. 16. Saturatur & poſt ſaturitatẽ triduo cibis caret. Iſta aũt fera beſtia eſt inſatiabilis, iuxta illud Prouer. 13. vẽter impiorum inſaturabilis, illa. n. dentib. ferreis per totũ orbẽ ſęuit, prout dicit Lactan. vbi ſupra. ¶ Item nõ aſſimilat̃ leoni ſecundo, in eo quod leo dolo caret, & ſuſpicione. Iſta verò beſtia eſt mirũ inmodum doloſa, iuxta illud Prophe. Pſ. 32. Qm̃ dolosè egit in eõ ſpectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odiũ, verba oris eius iniquitas, & dolus. & Pſal. 9. Sedet in inſidiis cũ diuitib. in occultis, vt interficiat innocentem, & ideo dicebat Lactan. Fir. lib. 5. ca. 9. inenarrabile eſt, quod fit aduerſus eos, q̃ male facere neſciũt, & nulli nocentiores hñr, q̃ qui ſunt ex omnib. innocentes. Audent igitur homines improbiſſimi iuſtitiæ facere mentionem, quæ feras immanitates vincunt, quę placidiſſimum Dei gregem vaſtant. ¶ Item ſicut innocentia cum iuſtitia ſecura eſt. l. nihil ſibi. C. de quę. facit. l. 1. §. fin. ff. eod. ita econtrario cum iniuſtitia eſt in periculo. Et ſicut iuſtitia cuſtodit viã innocẽtis, ſic iniuſtitia viã innocẽtis ꝑuertit, & in tenebras ducit: cũ viæ illius ſint tenebræ & lubricum. Pſ. 34. ¶ Dr̃ autem innocens, qui ignorat quod noceat ſm Archi. in c. ſapiens. 6. q. 1. & in c. innocẽs. 12. q. 4. item Hiero. ad Celan. epiſt. 22. in 3. par. epiſto. tra. 6. ſic diffini tur. Innocens eſt is, qui nulli nocuit, nec prodeſſe deſiſtit.

SVMMARIVM.

1 *Legis deſcriptio & diuiſio.*

¶ De populo ſine lege. Cap. IIII.

HORRIBILE prẽſens monſtrũ pẽdib. duodecim ſupportat̃, videlicet ſub duodecim abuſionibus ſeculi, quas ad longũ recitat gl. not. in cle. j. in §. quia verò. in verbo. curia. de ſta. mona. de qua q̃dem gl. doc. faciunt magnũ feſtũ, inter quas Car dina. Zaba. & Io. de Imo. ibid. dñt eam eſſe ſing. & multũ memoriæ cõmendandã. De quib. duodecim abuſioni bus. Cypria. fecit vnum tractatum ſatis vtile. ¶ Prima quarũ abuſionum pro primo pede iniuſtitiæ accipitur, & talis eſt populus ſine lege. Ad cuius notitiam præmittendũ eſt, ꝓ lex ſm Iſi. Ethi.
1 lib. 5. eſt † conſtitutio populi, qua maiores natu ſimul cũ plebib. aliquid ſanxerunt. vel ſic ſm Policra. lib. 7. c. 17. Lex eſt donum Dei ęquitatis forma, norma iuſtitiæ, diuinæ voluntatis imago, ſalutis cuſtodia, vnio & cõſolatio populorum, regula officiorũ, excluſio & exterminatio vitiorum, violentiæ & totius iniuriæ pęna. Alias diffinitiones videas in l. 2. & ibi doc. ff. de leg ¶ Eſt. n. lex multiplex: prout ibidẽ dñt doc. De duab. tñ hic tñ & in breui videamus, videlicet de diuina & humana lege, ſub quibus om nes aliæ leges continentur, prout dr̃ in c. oẽs leges. 1. diſt. & ideo dicendũ eſt, ꝓ diuina lex natura cõſtat. c. oẽs. quia (vt dicit ibidẽ Arch.) Quicquid in lege, vel euangelio continetur, naturalis rõ ſuadet, vt diligere Deum, & ſi. Humana aũt lex moribus cõſtat d. c. oẽs. & iſta introduxit proprietatem. Diuerſitas n. gentiũ (inquit Arch. ibidem) diuerſitatẽ inducit morum, & diuerſitas mo
2 rum diuerſitatẽ legum & conſtitutionum. ¶ Quare † aũt ſint factæ leges? Et reſpon. ſm Iſi. Ethi. lib. 5. c. 10. ꝓ factæ ſunt leges, vt earũ metu humana coerceatur audacia, tutaq; apud improbos ſit innocentia in ipſis improbis formidato ſuppliſo refrenetur nocendi facultas c. factæ. 4. diſt. dicit Arch. in c. j. 4. diſt. ꝓ leges facte ſunt pp tranſgreſſionẽ. ¶ Et dr̃ lex à ligãdo, ſm Ang. de Cla. in ſum. nec aliter eſſet lex, niſi ligaret, ſm eundem Angel. poſt

Fran.

Source : BIU Cujas

4 tract.5.epiſto.15.† ꝙ tres ſunt ſpecies, per quas regni cęleſtis poſſeſſio acquiritur & introitur. Prima est pudicitia. Secunda mundi contemptus. Et tertia est iniuſtitia, quæ vt cõnexæ plurimum ſe poſſidentibus præſtant: ita poſſunt diuiſæ difficillimè prodeſſe: cum vnaquæq; earum non propter ſe tãtum, ſed propter aliã afflagitatur. Est tamen differentia inter pudorem & pudicitiam ſm Pap. Nam pudor est corporis, pudicitia verò mentis. ¶Est ẽt differentia inter continentiam, & caſtitatem ſm Archi. 32.q.5. in ſum. Nam caſtitas dicitur incorruptio, continentia verò poſt corruptionem.¶Et est etiam notandum, ꝙ pudicitia violenter quidem eripi non poteſt. Nec poteſt caro corrũpi, niſi mẽs fuerit antea corrupta, vt no. 32.q.5. in ſum. & in c. reuera. & ferè per to.q.¶ Sola enim caſtitas est, quæ cũ fiducia poteſt animas Deo præſentarè, in auc. de leno. §. ſancimus. col 3. Debet ẽt mulier potius mortem eligere, quam pudicitię contrariis conſentire. c. ita. 32.q.5. & in c. ſe. Qñ mulieres ornanẽt pudicitia, in auc. qũo oportet epiſc. §. quanta. ver. timere, circa fi. col. j. Illa enim pudicitia à Vale. Maxi multum laudatur lib.6. Vnde te, inquit, virorũ pariter ac fęminarum præcipuum fundamẽtum pudicitia &c. Et ſicut mulieres, vt prætactum est, ornantur pudicitia, ſic ecõtrario deornantur & deturpantur impudicitia. Vnde Io. Chriſo. ſuper Pſ.50. quid (inquit) est mulier ſpecioſa, ſepulchrum dealbatũ, niſi fuerit ſobria, caſta, & pudica, pulchritudo aũt ſine his virtutib. est
5 pręcipitiũ patens, venenum inſpicientibus compoſitum. † Sed quæro, quæ est vera cauſa impudicitiæ. Et reſpõ. ſm Bal. in proę. Greg. ꝙ cauſa est defectus ſenſualitatis: ſenſualitas. n. animũ deprauat. Est aũt ſenſualitas ſm eundem Bal. ibidẽ carnalis appetitus, ſine regula & freno ęquitatis, vt no. in c. ius autem. j. diſt. Remedium verò impudicitiæ ſm Vale. Maxi. lib.6.c.j. est verecundia. vbi, inquit ipſe, ſtudium verecundiæ est, cupiditas rationi cędit. Præmiſſa concludendo dicendũ est, ꝙ iuſtè fęmina ſine pudicitia pro pede iniuſtitiæ ponitur, ꝙ ẽt teſtatur Salomon Prouer.23. Fouea enim, inquit, profunda est meretrix & puteus anguſtus, aliena inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos inuenerit, interficiet. Et Eccle.25. Breuis omnis malitia ſuper malitiã mulieris. Quare dicit Augu. lib. de ſing. cleri. prout refert Archi. in c. hoſpitiolum. 22. diſtin. Caue ne iunctus ſis fęminæ, in qua nihil aliud est, quàm vt feriat proximantem. Et Hiero. timens deceptionem mulieris, ait, vt refert idem Archid. ibidem. Non ſum fortior Sanſone, ſapientior Salomone, ſanctior Dauid, qui per mulieres decepti fuerunt. Sanſon enim per Dalidam, Dauid per Berſabeam, Salomon per mulieres alienigenas. ad hoc in c. Salomon. 32.q.4.¶Si verò vis videre ad longum de malis & ſiniſtris morib. fęminarum impudicarum, vide per d. fratrem Baptiſtam Mantua. Conditiones verò bonę fęminæ vide Prouerbio. c. fi. ibi. Mulierem fortem quis inueniet &c.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Diues quis,& vnde dicatur, & in quo differant diuitiæ ab opibus, & diues à locuplete.*
2 *Pecunia quæ,et vnde dicta sit.Itẽ diues bonus quis dicatur,et quis malus.*
3 *Diuitiæ in quibus casibus prosunt.*
4 *Eleemosinæ descriptio,& vnde dicatur.*
5 *Eleemosina duplex est, videlicet cordis & corporalis : eleemosina cordis in septem diuiditur.*
6 *Eleemosinarum largitor tria considerare debet, & decem bona confert. & nume.7.*
8 *Pauper an possit agere contra diuitem:vt sibi subueniat.*
9 *Bona quæ habentur vltra id quod sufficit,pauperum sunt.*

¶De diuite sine eleemosina. Cap. XII.

1 NONVS pes est diues sine eleemosina.† Est igitur diues ſm legalem dispositionem qui habet in bonis quinquaginta aureos,& vltra lege nõnulli.ff.de accusa.in c.prohibentur.& in c.in primis.2.q.1.Guil. in spec. de accusa.§.Itẽ excipitur.10. col.& scias, q̃ 72.aurei faciunt libram auri.l.quicunq;. cum ibi not. C.de fer.l. fi.ff.de in ius vocan.¶Dicitur aũt diues à diuis: nã qui diues est, quasi Deus in terrenis nullo indigere vĩ,vt Varro.¶Differũt tñ opes à diuitiis ſm Cice.de amicitia. Nam diuitiæ sunt, vt vtar, opes verò,vt aliis opitulando celare.Sunt itaq; diuitiæ ad necessarium vsum, opes verò ad magnificentiam. ¶Item ille dicitur diues cui pauca sufficiunt.c.quid dicam.& ibi Archid. 14. q.4.est etiam differentia inter diuitem & locupletem ſm Pap. prout ẽt recitat Arch.in c.hæc autem.29.dist.nam diues dicitur pecunijs, locuples verò fundis.¶Item diuitiæ largo sumpto vocabulo,& omne bonum terrestre hominis appellatur pecunia in c.totũ. j. 2 q.3.& l.pecuniæ.ff.de ver.sig.pecunia † verò dicta est à pecorib. Antiqui etenim hoc totum,quod habebant,in pecorib.erat.d.c. totum.igitur is dicitur bonus diues & bonas possidet diuitias, si ex eis fiat misericordia. c.hæc autẽ. 30.dist iuncta gl.in c. j.in verbo necessitatem.23.q.1.& si propter eas iustitia non relinquitur. c.habebat.12.q.j.& si in illis cor non apponitur nimium.c.sicut. 18.dist.¶Item si bene & bono & iusto precio fuerint acquisitę. l.curat.ff.de mu. & ho. & de istis bonis diuitiis nõ sunt intelligẽda verba Euangelii Mat.19. vbi habetur, q̃ facilius est camelum per foramen acus transire, q̃ diuitem intrare in regnum cœlorum;qñ illud viuendi genus, quod maximè opibus principatibus nititur,si cum iustitia, dignitate cõiungitur,diuinum fit, sin disiungitur à fera & agresti vita nihil distat, prout eleganter dicit Plu.in vita Aristidis.De illis verò,qui in diuitiis spem ponũt, & gratius intuẽtur aurum, q̃ Solem,est no.tex.in d.c.sicut. 18.di. de quibus etiam dicitur Ecclesia.5.c.Illæ,inquit, sunt pernitiosæ 3 diuitiæ,quæ custodiuntur à Dño in malum eius.¶In † multis tñ casibus prosunt diuitiæ,prout no.Archi.in d.c.hæc autem.30.di. ¶Primò in honoribus adipiscendis.l.honor.§.de honorib.ff.de mun.& ho.& l.scire oportet.§.cum de reliquiis.ff.de tuto. & cu. da.ab his.Secundò in pęna corporali vitanda.l.quicunque.C.de fer.fugi.l.si quis id quod.§.in seruos.de iurisd.omnium iudi. ff.& l.j.§.fi.ff.de pę.Et ideo qui nõ habet in ære,luat in corpore. Et ita fuit practicatum hodie in quodam paupere istius vrbis Alencõnicæ, qui confisus de sua paupertate,non timens emendam nec reparationes ciuiles,multa conuitia vicino suo & illius vxori dixerat publicè blasphemando Deũ & sanctos. Qua de causa fuit cõdemnatus ad carcerem vsq; ad certum tempus, & ibi in pane, & aqua ieiunare pro emenda criminis erga Deum & sanctos cõmissa. Propter verò interesse & reparationem partis, cui iniuria facta fuerat, fuit condemnatus ad remissionem & misericordiã ei petendam,nudis capite & pedib. genib. flexis,cum face ardẽti in manu & sic in locum mulctæ succesſit corporalis pęna. Tertiò prosunt diuitiæ in satisdatione nõ præstanda.l.vlt. de cu. fur. C.l.de creationibus.de epi.aud.& l.si fideiussor.§.vlti. ff.qui satisd. cog.Quartò in adoptionib.l nec permittitur. ff. de adop. Quintò,ne tutor faciliter habeatur suspectus.insti. de suspe.tut. §. vltimo.Sextò in dote non exigenda constãte matrimonio.l.in reb. C.de iure dot.& l.si constante.ff.sol.mat.Septimò in testimonio reddendo.l.3.ff.de testib.in auc.de testi.§.sancimus.colla.7. in c. in primis.vers. testis autem.2.q. Octauò ne debitor habeatur suspectus.l.si creditores.ff.de priui. credi. Nonò in voto redimendo.c.quod super his.de voto & vo.redempt.& c.ex multa. eodẽ tit. Decimò prosunt donare volenti,ne præsumatur simonia. c. & si quæstiones.de simo.Vndecimò prosunt pupillo, vt donare possit,& vt necessarijs personis alimenta præstare debeat.l. cum plures.ff.de admi.tut. Duodecimò prosunt pupillo in alimentis decernendis.l j.& 2.& 3.ff.vbi pupil.edu. debeat. Decimotertiò prosunt in dote constituenda filiæ.l. quæro. ff. de iur. dot. Decimoquartò prosunt in alimentis constituendis, quando non est determinatum.l. pen.in princ.ff.de alimen. leg. Decimoquintò prosunt in legato indeterminatè relicto.l. quidam. ff. de lega. 2. Decimosextò prosunt in transactione alimentorum.l. cum hi. §. personarum. ff. de transact.Et multa alia priuilegia habentur, quæ ad longum recitantur per Barto.Cępol.in tract.de Imperatore.§.diuitiis.vbi enumerat 30. priuilegia. ¶ Consequenter est 4 videndum de eleemosina. † Est igitur eleemosina ſm Thom.2. 2.q.32.art.j.opus,in quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum,& dicitur ab eleo,quod est verbum Grẽcum, & significat misereor. cuius imperatiuus est eleyson, quod est miserere.¶De ista eleemosina dicebat Ambro. in sermo. qui legitur in 3.de aduentu,quod etiam refert Ioan.de Ana.in ca.fi.in 3. colla.de maledi.Nullum, inquit, tam graue delictum est, quod non purgetur abstinentia, & eleemosinis extinguatur,dicente Propheta. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosina peccatũ: & ideo dicit idem Ioan.de Ana. ibidem magna est eleemosina, quæ ardentium criminum glebas beniuolentiæ suæ fonte refrigerat,& quędam in igne charitatis obruit incendia delictorum, vt quamuis offensus Deus, quamuis criminibus prouocatus,cogatur liberare eleemosinis, quæ disposuerat punire peccatis, & facit idem quod no.idem Ioan.de Ana.super.c.interfeciſti.2.col. 5 de homici.¶† Et est notandum, q̃ duplex est eleemosina, vna cordis & alia corporalis.cap. duæ sunt. 45. distin. ¶Eleemosina autem cordis subdiuiditur in 7. prout dicit Archid.in d.cap.duæ sunt,videlicet docere ignorantem,consulere dubitanti, consolari tristem,corrigere peccantem,remittere offendenti,portare onerosos,& graues & pro omnib.orare iuxta illud.

Consule,castiga,solari,remitte,fer ora.

¶Item eleemosina corporalis similiter subdiuiditur in septem, videlicet.Pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, recolligere hospitem,visitare infirmum,redimere captiuum,& sepelire mortuum.Vnde versus.

Visito,poto,cibo,redimo,lego,collo,condo.

¶Item potest dici, q̃ eleemosina est triplex.Prima est, quæ consistit in cordis contritione, quando aliquis seipsum Deo offert, iuxta illud Eccles.30.Miserere animæ tuæ. Et Ecclesiastes tertio. Ignem ardentem extinguit aqua,& eleemosina resistit peccatis. Secunda ꝯsistit in compassione proximi;quia compatimur alienis aduersitatibus tanquam nostris.Vnde Iob.30.c.Mecum creuit miseratio, & ab vtero matris meæ egressa est mecum. Tertia consistit in largitione manuali, & aduocatione, quam debent præstare aduocati in causa miserabilium personarum, cura corporali & spirituali:& habetur in quocunq; cõsilio, seu subsidio, quod impeditur proximo,de hac habetur in Euan. Lu.11.c. date eleemosinam,& omnia mũda sunt vobis.facit.c.pasce. 86.dis. 6 Archi.in c.qui vult.de pę.dist.3. ¶† In dandis etenim eleemosinis tria sunt consideranda:prout dicit ibidem Arch.videlicet iustum,ordo,& intentio.iustum,vt de iusto fiat, non de illicitè ac quisitis.c.non est putanda.j.q.j.& ibi latè per eundem Arch. not. Abbas Pan.in c.Quia in omnibus.de vsu.Ordo,vt primò sibi,deinde proximo:vt d.c.Qui vult.l.Præses.C.de fer.& aqua.no. Pau. in c.j.de sacra vnc.De ordine autem faciendo in eleemosina vide tex.in c.Non satis.86.dist.gl.in c.Quiescamus.42.dis.in c.omnino.30.dist.& Pan.in c.j.de coha.cle.& mulie.Intentio recta,vt fiat propter Deum,non ad vanamglo.not.Pa.in c.j.in gl.2.de collu.detegend.Et ideo eleemosinam dans vel sustinẽs martyrium ad pompam peccat,& non meretur,sed demeretur.facit gl.in c. vide quantum.j.q.j.& tex.in c.odi & proiecti.23.q.j. facit etiam.c. 7 relegantes.23.q.5. ¶† Item notãdum est, q̃ eleemosina decem bona confert,prout no.Lu.de Pe.in rub.de mẽdican.vali.col.fi. lib.11.C.Primò à debito liberat,cum ad hoc teneamur.c.in singulis,86.dist.& Ecclesia.4.c. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam & redde debitum tuum.Secundò absoluit eleemosina ab omni peccato,à morte liberat.Thob.4.& 12.c.& Prouer.15. Per misericordiam & fidem purgantur peccata, & redimitur iniquitas.idem 16.immo in hoc est præcipua & præ cæteris potentior medicina,prout dicit Ioan.de Ana.in d.c.fi.de maledi.in 3. col. Tertiò animam mundificat.Lucę j.c.Date eleemosinam,& omnia munda sunt vobis. cap. Non cogantur. 41. distinct. Quartò amicos multiplicat. Lucæ 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.Quintò inimicos expugnat.Ecclesia 29.Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum pugnabis tuum Sextò locum in cęlo præparat.Prouer.18.domum hominis dilatat viam eius, & ante principem spacium ei facit. Septimò gratiam conseruat.Eccle.17.Gratiam hominis quasi pupillam oculi conseruauit, & ibi vide plura notatu digna de eleemosina.Octauò abundantiam bonorum temporalium præstat. Prouer.3. honora Deum de tua substantia & de primitiis frugũ tuarum da pauperib.& implebũtur horrea tua saturitate.Nonò, quia dãs eleemosinam à paupertate securus est, denegans secus. Prouer.29.Qui dat pauperi,non indigebit: qui verò despicit deprecantem,sustinebit penuriam.Decimò,quia si fiat in charitate & debito modo,acquirit honorẽ & gratiam.Prouer.22. Gratiã & honorẽ acquirit,q dat munera. Itẽ acquirit Deũ debitorẽ suũ.Prouer.19.c.Fęneratur Dño qui fęneratur pauperi, ipse aũt 8 vicissitudinem suã reddet ei.† Et ꝑt quęri circa materiã eleemosinarum,an pauper possit agere cõtra diuitem, vt sibi subueniat. Respond.ſm Guiliel.in spec. titu. de instru. edi. §.Nunc verò ali

Source : BIU Cujas

qua.ver.67.& ſm Pan.in c.ſi quis.de furt. q̃ non directè per gloſ. in c.ſicut.48.diſt. Denunciare tamen poteſt detẽtatorem & implorare officium iudicis,vt ſic per iudicem eccleſiaſticum communicare cogatur.c.Dilectiſſimis.12.q.j. ¶Eſt igitur miſerabilis diues, qui fraudat pauperem eleemoſina: propter id etenim ira Dei procuratur.c.Reuertimini.16.q.j.Si quando (inquit) fames, & penuria & rerum omnium egeſtas opprimit mundum, ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere, qui ſe in pauperib. ſi non accipiant eleemoſinam, fraudari loquitur. Nemo etenim ab eleemoſina præſtanda eſt exemptus, cum omnes admoneantur, vt
9 conferant non habenti.c.in ſingulis. 86.diſt. † Et quid habes vltra id,quod ſufficit,pauperum eſt.c.ſicut hi.47. diſt. De iſto vero malo diuite ſine eleemoſina dicitur Matth. 19. Facilius camelũ per foramen acus trãſire, quàm diuitem intrare in regnum cęlorum. Et q̃ diuites ſine eleemoſina ſit ſuppoſitus ęquè pro pede iniuſtitię,adhuc probatur.Nihil iniquius in mundo eſſe videtur,quàm auferre ſubſtantiam & bona alicuius ſine cauſa, cum iſtud ſit directè contra iuſtitiam, quæ vnicuiq; tribuit ius ſuum. Iuſtitia. ff. de iuſti. & iur. Et ſi offertur ius ſequitur iniuſtitia.Et cum non minus crimen ſit habenti tollere, quam cum poſſis & abundans ſis,indigentibus denegare.d.c.ſicut hi. 47. diſtin. & in c.quid dicam.14.q.4.in §.1.ver.quomodo.42. diſt. Quare &c.
¶Diues enim qui eleemoſinam non dat,eſt homicida illorum, qui fame pereunt.in c.Paſce.85. diſt. Vnum tamen non eſt prætermittendum videlicet, q̃ diuites quib. omnia non ſufficiunt poſſunt dici ſerui ſeruorum,& ad propoſitum recitat Ioan.An. in nouel.in rub.6.de Diogene philoſopho,qui cum dixiſſet,Alexandrum ſeruum ſeruorum ſuorum, interrogatus ab eo, quare id dixerat. Reſpondit ego prævaleo cupiditatibus meis refrenans illas,vt mihi ſeruiant:tibi autem cupiditates prævalent, & ſeruus efficeris illarum obtemperans iuſſioni, ſeruus igitur es ſeruorum meorum.

SVMMARIVM.

1 *Adoleſcentia quid & vnde dicatur.*
2 *Adoleſcens in qua ætate dicatur, & quot ſint ætates.*
3 *Obedientia tribus principaliter debetur.*
4 *Diabolus per inobedientiam ſeparat hominem à Deo: & inobedientia cõparatur hæreſi.*
5 *Inobediens qualiter puniri debeat.*

¶De adoleſcente ſine obedientia. Cap. XIII.

1 DECIMVS pes iſtius monſtri iniuſtitiæ eſt adoleſcens ſine obedientia. ¶ † Eſt enim adoleſcentia (ſm Pap. flos ætatis. à 15.anno vſq; ad 38. Et dicitur ab oleo, q̃ eſt creſcere, cuius prima ætas eſt epheia. Vnde ephebus,qui in prima eſt adoleſcentia.Teren.in an. Nam is poſtquam exceſſit ab ephebis &c.
¶Tripliciter autem dicitur adoleſcens ſm Archid.in c.alligant. 26.q.vlt.videlicet,adoleſcens natura. vnde Dominus Lucæ 7. c. Adoleſcens tibi dico ſurge.Item adoleſcens gratia.vnde Dauid. in quo corrigit adoleſcentior viam.Tertiò adoleſcens contemplatione. Vnde idẽ Dauid. Renouabitur vt aquila iuuentus tua.
2 ¶Item adoleſcentia aliquando videtur eſſe à 18. annis vſq; ad 25.l.1.in fi.ff.de mi.¶Et nota, q̃ ſeptem ſunt ætates ſm Ioan. de Ana.in rub.de delict.puerorum.Prima eſt infantilis,& durat,vſque ad ſeptem annos.l.ſi infanti.& ibi doct.de iu.delib.C.Secunda pupillaris,& durat à ſeptem annis vſq; ad 14.& 12.in fęminis in §.noſtra.ver.Et ideo.inſti.qui.mod.tute.fin. Tertia eſt pubertas vſq; ad 17.annum.l.arrogatio.§.non tamen.ff.de adop. & ibi gl.vbi tractatur de pubertate plena,pleniori & pleniſſima.Quarta eſt adoleſcentia, quæ propriè videtur eſſe à 28.anno vſque ad 25.vt prædiximus. Et vſq; ad illud tempus excuſantur ſtudentes à muneribus perſonalib.l.j.qui ætate vel profeſ. lib. 10.C. ¶Dic tamen,q̃ perfecta ætas aliquando dicitur à 18.annis.in §.fi.inſtitu.q & ex q.cau.manu.non poſ.Tu dic, q̃ hoc ſit fauore libertatis.Item aduocati dicuntur habere ætatem perfectam,vt l.j.ff.de mino.Quinta ætas eſt iuuentus,circa quod vide tex. in l. non alter.§.fi.ff.de leg 3.Vbi tex.dicit,q̃ ille dicitur iuuenis, qui adoleſcentis exceſſit ætatem:& incipit inter ſeniores computari:& dicitur ſeu computatur à 25.vſq; ad 50.annum,ſm gl. ad hoc not. in proę.6.in verbo,perfectus.Sexta ætas dicitur ſenium, & dicitur vſq; ad 70.annum.§.item maior,inſti.de excu.tut.faciunt no. in l.ſi.qui æta.vel profeſ.lib.10.C.Septima ętas dicitur decrepita, & incipit à 70.vſq; ad centum annos;quia is eſt finis longeui hominis vitæ.Et ad hoc eſt gl.in l.ſi. C.de ſac.ec.l.an vſusfructus. & l.ſi ff.de vſufr.Archid.in c.vni.de cle.ęgro.lib.6. ¶Adoleſcẽs autem cenſetur in ætate temperatus, vt cito intelligat & memorię intellecta conſeruet,iuxta Prouer.22. c. Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Et ibidem.c.j. In adoleſcentia laudatur ſcientia & intellectus. Sed quia hic dicitur,q̃ adoleſcens ſine obediẽtia eſt pes vnus iniuſtitiæ.Viſa adoloſcentis diffinitione & deſcriptione, reſtat videre de obedien-
3 tia,& vltra ea quæ diximus in j.lib.c. 9. ¶Dicendum † eſt,q̃ trib. principaliter obediendum eſt. Primò & principaliter Deo. cap. quę contra.8.diſtin.& in cap. Imperatores. 11.q.3.Secundò poſt Deum Eccleſ.cap.præceptis.12.diſtin.in cap. Obedientiam. 113. diſtin.Tertiò poteſtatib.ſecularib. & omnib. ſuperiorib. dicto c. quæ contra.8.diſtin.& in c.à ſubdiacono. 93. diſtin. ¶Quæritur, in quib.attendatur obedientia.Et reſponde ſm Hoſtien. in ſum. rub.de maio.& obe.ver.in quibus.col.4.q̃ attenditur in reuerentia,iudicio & præcepto.In reuerentia,quæ debetur ei,qui præcedit ordine vel antiquitate.d.c.ſubdiacono.l.j.ff. de albo ſcriben. videlicet,vt minor aſſurgat maiori,nec ſedeat ſtante maiore.ca. non oportet.93. diſtin. nec in ęquali ſede l. obſeruandum. ff. de off.præſi. Et vt ſalutet cum reuerentia, forte inclinando ſe & pileum remouendo, ſicut interpretatur conſuetudo.l.fin. de off. diuer.iudi.C.Et vt maior præcedat,minor verò ſequatur.d.l.j. ff. de alb.ſcriben.in c. Bene quidem. 96.diſtin. Item in incedendo, quamuis dicat idem Hoſtien.in curijs prędecedunt Dominos domicelli. Item in conſuetis & honeſtis ſeruitijs faciendis, in cap. Statuimus.in titu.de maio.& obed. ¶Et hoc tamen fallit, quando poſterior tempore, maior eſt iuriſdictione. Vnde Archidiaconus prędonitur Archipresbytero.c.perlectis.25.diſtin.¶Item fallit,cum minor gerit vices maioris.c.94.diſtin.& cap.fin.23.diſtin. ¶Attenditur etiam in iudicio & præcepto. Et hic tangitur maioritas diſpenſationis.¶Hæc enim debentur ei,qui prędeſt,ratione conſecrationis vel iuriſdictionis, aliàs ſententia à nõ ſuo iudice lata nullius eſt momenti. C.ſi non à competen.iu.per tot. in c. at ſi cleri. de iudi. ¶Obedientiam igitur debent adoleſcentes ſenibus & poſt ſedere, quia teſte Cypria. libro de.12. abuſio. Sicut in ſenibus ſobrietas & morum perfectio requiritur, ita in adoleſcentibus obſequium,& ſubiectio,& obedientia rite debetur.Ideo dicit idem ibidem,ſicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit, ſic in ſenectute honorem legitimum conſequi non potuit, qui in adoleſcentia diſciplinæ alicuius exercitatione non laborauit. Diſciplina igitur abſque obedientia qualiter fieri poterit. Et quia adoleſcentia prona eſt in malum.Gen.8.cap.& in ca.1.12.q.1. vbi etiam dicitur & Prouerb.3. cap. quòd nihil incertius via illius. Quare bonum eſt illam arctare diſciplina,& refrenare iuueniles calores, ne cupiditati dediti triſtem faciant exitum,prout dicit tex.in l.vlti. §.filiis. C. de bon. quæ lib. & ideo dicitur 1. Petri. cap. 5. Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus &c. ¶ Et nota, quòd ſicut obedientia eſt fructuoſa ſiue per ipſam in præſenti meremur gratiam Dei.
4 cap.nulla. & cap. ſequen.93. diſtinct. † Et per eam futuram meremur ſalutem.cap.quid ergo.11.q.3.& ca.ſi inimicus. 93. diſtin. Ita inobedientia eſt mala, nociua & infructuoſa; quia vt dicit Angel. de Cla. in ſum. ſic homo per inobedientiam ſeparat hominem à Deo.Illa etenim inobedientia comparatur hæreſi.ca. ſciendum. cum ibi not. 8. q.j. & in cap.ſi Papa. 40. diſtinct. Item ſpecies eſt idolatriæ, & apoſtaſiæ. dicto cap. ſciendum. & 1. Regum 15.cap.Item dicitur peccatum ariolandi & paganitatis. ca. ſi qui ſunt præsbyteri.81.diſtinct.Item inobediens in culpa relabitur prothoplaſti ſcilicet.Adæ.cap.curandum.34.diſtinct.Item quatuor euangelia dicitur contemnere.cap.de libellis in fin.20. diſtinct.Quare grauiſſimè puniri debet inobediens:debet enim puniri pęna amiſſionis omnium bonorum, & perpetui exilij. Et ad hoc facit id quod habetur. 1. Eſdrę. cap. vlti. Miſſa eſt vox in Iuda & in Hieruſalem omnibus filiis tranſmigrationis,vt cõgregarentur in Hieruſalem, & omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta conſilium principum & ſeniorum,auferetur ab eo ſubſtantia eius,& ipſe abiicietur de cetu tranſmigrationis.Et ibidem.cap.9.in princip.de hoc vide in l.fin.circa fin.ad l. Iul. repe. C. debet etiam carcerari. Ita quòd ſibi vita miſara reſeruetur, donec à ſuæ præſumptionis nequitia reſipiſcat. capit. penult. de apoſta.in cap.quis nos.22.q.4. Vbi dicit canon,donec de nolente fiat volens.Item donec conſentiat.l.duobus.ff.de liber. cau.in cap. ſi quis.24.q.2.Item eſt excommunicãdus.in c.ſi quis. de maio.& obe.Item & iterum poteſt excõmunicari, vt qui in ſordib. eſt amplius ſordeſcat.c.quantumlibet.47.diſt.Item ſi enormitas exigat, ſunt omnino procul pellendi. cap. cum in Eccleſiis. de maio.& obedien.in fin.Item debet beneficiis ſuis priuari. cap. illud.de except.præla. & d. cap. cum in eccleſiis. Item inobediens principi eſt capite puniendus,iuxta illud.j.Reg.14. Qui non obedierit principi,morte moriatur. ¶Qua de cauſa concludẽdum eſt, quòd iuſtè & congruè pro pede iniuſtitiæ ponitur adoleſcens ſine obedientia.

SVMMARIVM.

1 *Senectus quæ ſit, & à qua ætate incipiat.*
2 *Teſtis ætate 70.præſumitur in breui moriturus.*
3 *Senes & pueri in ætate conueniunt, & quotuplex ſit ſenium.*
4 *Senes habent multa priuilegia.*
5 *Senes habent multa incommoda.*
6 *Religio dicitur tripliciter, & eiuſdem definitio.*
7 *Senis obſtinatio maior eſt inter abuſiones ſeculi.*

¶De

Source : BIU Cujas

¶De ſene ſine religione. Cap. XIIII.

NDECIMVS pes iniuſtitiæ eſt ſenex ſine religio
1 ne.¶ † Eſt ergo ſenectus ſm Abb.in c.magnę.2. col. de voto & vo. redem. quidam defectus hns in ſe labores & dolores.A quo incipiat, vide in c.ſupra proximo,& incipit à quinquageſimo anno, ꝓut dicit gl.in ꝓ.ſexti,in verbo, ꝓfectus.Tamen quò ad caſum.c.fi.§.j.vt lit.non conte. Cum timeꝫ de morte teſtium,relinquiꝫ arbitrio iudicis,qs dr̄ ſenex ſm Inno.in d.c.
2 fi.† Sed ſi ſenex attingit ſeptuageſimum annū, qui eſt aliorū ęta tum terminus,q̄tuncunq; ſit bene cōplexionatus,dicente Pſ.Pſ. 89. dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis. Si autē in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.Timetur abinde de eius morte,& non relinquitur iudicis arbitrio,& ita concludit Pan.in d.c.fi.col.6.verſi.tertiò principaliter. Senex etiam minus præſumitur viuere, quàm æger. Et ideo facilius admittitur reſignatio ægri, quàm ſenis. Et ad hoc eſt gl. in cōcilio Baſilien.in tit.de colla.in verbo,permutationis. Dicitur.n.ſenex,quaſi ſe neſciens,ſm Arch.in c.tanta.86. diſt. Quidā tñ putant ſenes dici à ſenſus diminutione, & ꝙ iam præ vetuſtate deſipiant.Dicit etiam idem Archi. ibidem.† ꝙ phyſici dicunt
3 puerorum & ſenū ętates cōuenire.Cū in illis pueris ſanguis non dū eſt calidus, & in ſenib.iam frigidus eſt. Dicit aliàs ſenex quaſi ſeminex,hoc eſt ſemimortuus.Nex.n.mortē ſignificat,vnde neco,qđ eſt interficio. Senex etenim dr̄ habere vmbram ſalutiferā iuxta illud.Melius eſt vmbra ſenis,q̄ gladius iuuenis.cap. j. & ibi Bal.de renun.¶Eſt autem quadruplex ſenium, ſm eundem Archi.in d.c.tanta.videlicet naturæ,prudentiæ,culpæ,& ętern̄ę gloriæ.Naturæ,vt in.d.c.tanta. Et hoc tendit ad defectū : prout dr̄ in d.c.tanta.& in c.illud.13.q.2.de quo nunc eſt qō.Prudentiæ in c. porrò.14.diſt.vbi dicitur, ꝙ canicies ſenum prudentia eſt:& hoc ducit ad perfectum.c.de quib.20.di.& in c.ancillam.22.q.2. Culpæ,& hoc ducit ad interitum.c.Paulus.7.q.2.Aeternæ gloriæ, de quo dicitur in Pſal. Cogitaui dies antiquos & annos æternos in
4 mente habui.† ¶De priuilegijs ſenū ꝓn̄r videamus.Et dicendū, ꝙ habent multa priuilegia. Nam in altiori loco ponuntur. §. ēt. inſti.de bono.poſ.& ibi Io.Fab.vbi tangit qōnem,eſt aliqñ in facto inter vxores duorū nobiliū,quarū vna vult primò ſedere in Eccleſia,& primò ire ad offertoriū. Et hoc ſatis cōiter & leuiter fit ꝓtētio inter mulieres tā nobiliū ciuiū,q̄ plebeiorū. De qua q dē materia,ſi ſolatij gr̄a vis videre ad ſaturitatē,vide Bal. in l. obſeruare.§.antequam.in fi.ff.de off.proconſ.& leg.& Iaſ.de Ma.in l.ſi non ſortem.in gl.in verbo debere.ff.de ꝓd.inde.& ibidē videbitis,an poſſint agere in iudicio de hoc.Itē ſenes hñt priuilegiū: ꝙa plus creditꝫ ſeni q̄ iuueni.d.c.de q̄b.20. diſt. quia illorū ſermo veracior eſt.c.cōſanguineos.; 5.q.6. Item in dignitatū collatione.c.ſtatuimus.61.diſt.Item in depoſitionis approbatione.l.fi.ff. de fi.inſtr.Item in pœnarum impoſitione.l.2.ff. de termi.amo.in c.tempora.iuncta gl.26.q.vlti. & in d.c.tanta.Item in diſcutionis diſcretione.86.diſt.in c.ſi quid verò.¶Si vis videre de priuilegiis ſenum,vltra iſta vide latè per do. Cępo.in tract.de Imperatore, vbi reperies quinquaginta priuilegia ſenij. Et ſicut ſenes habent multa priuilegia, ita habent multa incommoda. † In ſene quip-
5 pe ſm Titum Liui.lib.5.ab vr.cō. vmbra nomenq; hominis relictum eſt,vires corporis effetæ,ſenſus oculorum atq; auriū hebetes,memoria labat, vigor animi obtuſus & confectus ſenio parū aio valet.Dicit Salluſ.in Iugur.& hoc eſt inter alia vnū de incōmodis ſenectutis. Alius ꝙa plerūq; hñr odio ab adoleſcētulis: vnde Terē.in Heci.odioſa eſt hęc ętas adoleſcētulis.Itē eſt tedioſus,frigidus, & ſiccus.Vñ Macro. ī ſaturnali.Senectus extincta p vetuſtatē naturali calore fit frigida,& multa alia incōmoda habet,qđ not. Arch. in d.c.tanta.2.col.¶Sed cum hic dicatur, ꝙ ſenex ſine religione eſt vnus pes iniuſtitię,ne ꝓcedamus per ignota,eſt videndū de religione,& vltra ea, q̄ de ipſa diximus in j. lib.
6 †Dicendum eſt, ꝙ religio dr̄ tripliciter ſm Abb.in c.Eccleſię.in 4.not.de conſti. Primo largiſſimè,& ſic eſt quilibet Chriſtianus. c.j.in prin.de hom.lib.6.Secundò largè, & ſic comprehēdit omnes clericos ſeculares,& omnem Chriſtianū honeſtè viuentē.c. nullus.2.q.j.& de iſtis eſt nunc quęſtio.Tertiò accipitur propriè, & ſic religioſus eſt,qui fecit profeſſionem alicui de religionibus approbatis per ſedem Apoſtolicam. c.quod votum. §. præſenti. de voto.lib.6.Sic autem deſcribitur ſecundum Iacob.in cano.c. j.Eſt (inquit) religio munda & immaculata apud Deum viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum,& immaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.Iſta cñ religio in ſenibus eſſe debet, q̄a q̄to morti viciniores ſunt,tāto ſolliciti atq; timidi eſſe dēnt, ꝓut dicit tex.in d. c tāta.76.diſ.Et ſicut veteranis ſpecioſa eſt ſapiētia. Ecc.25.c.ſicut eorū corona eſt multa peritia.eo.c.vlt.ſic abhominabiles ſunt ſenes fatui & ſine religione:& ideo dr̄ Eccle.25 tres ſpecies odiuit anima mea,& aggrauor valde animæ illorū. Pauperem ſuperbum,& diuitem mendacem,& ſenem fatuum & in ſenſatum.Quare Cypria.lib.de.12.abuſio.ſic ait. Quid ſordidius fieri poteſt,quàm ſi mens ad perfectionem feſtinare non contēdat, quando totius corporis habitus ſenectute confectus ad interitum properat? dum oculi caligant,auris grauiter audit, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapſi numero minuuntur, cutis aret, flatus non ſuauiter olet, pectus ſoffocatur, tuſſis attenuat,genua trepidant,talos & pedes tumor inflat &c. ¶Poſtea ſubdit, quid ergo ſupereſt,niſi vt dum huius vitæ defectus approperat,nihil aliud cogitare,q̄ quomodo futuræ vitæ habitus propriè comprehendatur? Vnde Hugo lib.de clau. animæ.
7 lib.2.† Inter abuſiones ſeculi,inquit,ſola maior eſt ſenis obſtinatio,qui morti proximus mortis non abhorret euentū. Qui quaſi ad oſtium huius mundi poſitus, foras ſpectat : nec tamen vitæ pręſentis attendit egreſſum,nec futura cōſiderat,audit nuncios mortis, & credere non vult eis. ¶Qua de cauſa dicit Sene. in epiſt.12.Quòd nihil turpius,quàm ſenex viuere inſipiens. Quare non immeritò pro pede iniuſtitiæ ſupponitur.

SVMMARIVM.

1 *Sapientis & ſapientiæ definitio.*
2 *Sapientia ſemper eo contenta eſt,quod adeſt.*
3 *Sapiens qualiter quis probetur,& qualiter differant induſtria & ſapiētia.*
4 *Sapientia vnde ſumpſit originem.*
5 *Infęlices tres eſſe dicuntur.*

¶De ſapiente ſine operibus. Cap. XV.

DVODECIMVS & vltimus pes iniuſtitiæ eſt ſa-
1 piens ſine operib.¶Eſt ergo † ſapiens ſm philoſophum.j.Met.qui ſcit omnia & maximè difficilia per certitudinem & cauſam,ipſum ſcire propter ſe quærens & alios ordinans & perſuadens, ſm verò Tullium in Tuſcu.q.lib. 4. Is dicitur ſapiens,cui nihil humanarum rerum,aut intolerabile,aut dimittē dum animum, aut minus lętabile ad offerendum videri poteſt. Et ibidem Beroaldus, vbi idem referens opinionem Senecę,ſic ait.Sapiens,vt ait Seneca,plenus eſt gaudio,hilaris,placidus, inconcuſſus, cum dijs ex pari viuit. ¶Sapientia verò ſm eundem Tul.ibidem eſt rerum diuinarum & humanarum ſciētiæ cognitio,quę cauſa cuiuſcunq; rei ſit, & ex quo afficitur,vt diuina inuitetur,humana oīa inferiora ducat. ¶Eſt etenim ſapiētia filia memoriæ, & vſus ſm Affranium poetam, prout refert Aulus Gel. noct.atti.lib.13.c.8.Dicit etiam idem Gel.ibidem,ꝙ eo argumēto, demonſtrat, qui ſapiens rerum humanarum eſſe velit nō libris ſolis, neq; diſciplinis rhetoricis dialecticisq; opus eſſe, ſed oportere eum verſari quoq; exerceri in rebus quominus noſcē di periclitādiq;. Et omni ea tacta & euenta firmiter meminiſſe, & perinde ſapere ac conſulere ex his,quæ pericula ipſum rerum docuerit.¶Eſt etiam ſapientia,ſm eundem Tul. in Tuſcu.q.li.4. omnino contraria ſtultitiæ. Etenim,inquit ipſe, & ſi adepta eſt ſtultitia ꝙ concupiuit nunquam ſe tamen ſatis conſecuta putat.
2 † Sic ſapientia ſemper eo contenta eſt, ꝙ adeſt,neq; vnquam ſui pœnitet.Vnde Eccl.c.2.& vidi, ꝙ tñ præcederet ſapientia ſtultitiā,q̄tum differt lux à tenebris. & Prouer. c. 9.Vir ſapiēs ſi cum ſtulto contenderit,ſiue iraſcatur,ſiue rideat,nō inueniet requiē- & ibidem c.3.Gloriam ſapientes poſſidebunt, ſtultorum exulta
3 tio ignominia.¶ † Qualiter aūt probetur quis ſapiens, not. Bar. in l.2.ff. de teſt. vbi dicit, ꝙ ex actibus & verbis cognoſcitur diſpoſitio mentis. Eſt tamē differentia inter induſtriam, ſcientiā, & ſapientiam:prout dicit Arch.in c.Sapiēs.8.q.1. Nam induſtria propriè circa mores verſatur.l.nulli.C.de epiſ. & cle. & induſtria honeſtati ęquiparatur.c.tuam.de ęta.& qua.Sciētia circa humana,& ſapiētia circa diuina. Et iſtam differentiam tangit Aug. li. 14.de ciui.Dei.& idem Arch.in c.vbi periculum.col.4. circa fi.de elec.lib.6.¶Sępe tamen confunduntur.i.vna pro altera ponitur. Exemplum.ſcientia pro ſapientia in c.legimus.§.hinc etiā.37.diſtin.vbi dicitur, ꝙ illa eſt vera ſcīa,per quam Chriſtus inuenitur & noſcitur.& eadē di.in c.Si quis grāmaticā.vbi dicitur, ꝙ ſcire nouum vetuſq; teſtñ eſt ſcientia pietatis.Ponitur etiam ſapientia pro ſcientia. l.2.§. deinde ſextus.ff.de origi.iur.vbi dicitur, ꝙ optimi profeſſores iuris ciuilis vocantur ſapientes. Item Iulianus dictus eſt ſapientiſſimus,in auc.quibus modis natu. effi. legi. in prin.col.6. ¶Sapientia etenim dicitur à ſapio, quod eſt rectè ſentio,vel à ſapore,ſm Archi.in d.c.Sapiens,& qui eam profitētur Sophi,ideſt ſapientes vocātur, quod nomen fuit inditum illis ſeptem clariſſimis viris,ſcilicet Taleti Mileſio,Soloni Salamineo,ſeu Atheniē. Chyloni, Lacedemonio, Pyttaco Mityleneo, Bianti Prieneo,Creobulo Lyndeo,Periandro Corinthio.¶Sed poſtea Pythagoras nō ſophum ſe, ſed philoſophum appellauit, & fuit nominis philoſophię inuentor, & illam nō ſophiam, ſed philoſophiam appellandam æſtimauit, eo ꝙ nullus hominum, ſed ſolus Deus ſapiens eſſet,prout dicit Tullius in prin. quarti li.
4 Tuſcu.q.& Augu.8.lib.de ciuita.Dei.¶ † Dicitur autem à philoſ Græcè,quod eſt amor Latinè:& ſaphos ſapientia, quaſi amor ſapientiæ.Si verò vis ſcire, vnde procedat, & qualiter acquiratur, dic,ꝙ initium ſumpſit à timore Domini.iuxta illud Prophe.Pſ. 110.Initium ſapiētiæ eſt timor Domini. Ex Deo enim procedit

Source : BIU Cujas

iuxta illud Iac.in can.epi.j.ſi qs aũt veſtrũ indiget ſapientia, poſtulet à Deo,qui dat oĩb.affluenter.& Prouer.8.c. Accipite diſciplinã meã.facit tex.in d.c.legimus.§.hinc ẽt.37.diſ. & alibi de ea ſcriptũ eſt Iob. 27.c.Sapiẽtia vbi inuenieẽ,& quis eſt locus intelligẽtię,neſcit homo preciũ eius,nec inueniẽ in terra ſuauiter viuentium,abiſſus dicit,non eſt in me,& mare loquiẽ non eſt mecum,& ideo dr̃ Prouer.c.8.ego ſapientia habito in ꝯſilio, & eruditis interſum cogitationib.& Sap.6.Clara eſt ſapientia,quę nũquã marceſcit,& facile vr̃ ab his,qui diligunt, & inueniẽ ab his, qui quærũt illã. ¶Ad adipiſcendã tñ ſapientiã oportet prius ſe à peccatis purgare;qm̃ in maliuolam animã non introibit ſapientia,nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.Sap.j.ſapiens eteĩ nulli nocere cognouit.c. ſapiens. & ibi Archi. 6.q.j.in c.quiſquis. 41.diſt.¶Melior etenim eſt ſapientia,q̃ vires,& vir prudẽs,q̃ fortis.Sap.5.& ideo dr̃ Prouer.3.c.Beatus homo,qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia.Melior eſt acquiſitio eius negociatione auri & argenti primi & puriſſimi, fructus eius fructuoſior eſt cunctis opibus,& oĩa,quæ deſiderantur,huic nõ valebunt cõparari.Qua de cã dicebat Bias philoſophus, ꝓut recitat Laertius Diogenes.Quòd ſi ſapientię forma oculis videri poſſet,ad amorẽ ſui oẽs maximè excitaret.De illa dicit Tul.lib.4.Tuſc.q.iũcto commẽ.Philip.Beroal.ibidẽ,ꝙ aĩus ſapientis ſupra fortunã,non infra eſt collocatus.¶Ex prẽmiſſis igiẽ clarè iudicaẽ quis infęlix, qui à Deo tali dono ſapientiæ dotatus nõ vtitur,ſed abutiẽ,quare dicit Arc.in c.multi.40.di.ꝙ tres † dñr infęlices,videlicet infęlix,q recta docet,& viuit iniquè:vt eſt tex.in d. c. multi.infęlix,q pauca ſapit,ſpernitq; doceri.c.vlt.38.di. Infelix,cuius nulli ſapiẽtia ꝓdeſt.c.reuertimini.16.q.j.ſed quia in iſta parte diximus,ꝙ ſapiẽs ſine operib.eſt vnus pes,& vltimus iniuſtitię, iõ viſa ſapientis & ſapientiæ deſcriptione,reſtat videre de operis & operibus. ¶Dicẽdũ eſt igiẽ,ꝙ differẽtia eſt inter opus operis,& opera operę.Nã opera eſt actio, labor, & induſtria operãtis,de qua in l.inter artifices.ff.de ſol.ibi.hoc ſpãliter actũ eſt, vt ſuis operis id pficiat,& in ti.de operis ſeruo.& tit.de ope.lib.ff.& in gl.j.co.ti.& in l.data opera.de his qui acc.nõ poſ.C. Opus verò eſt finis,fructuſque operę, qđ fabricãdo factũ relinquiẽ, & de hoc vide rub. de no.ope.nũ.ff.& C.Opus eteĩ laudat artificẽ,& opera nos cõmẽdãt.in proę.j. partis Gulielmi in Spe.ver.nouiſſimè.¶Accipiẽ ẽt opus ꝓ neceſſitate,vt opus eſt ęgrotanti medico,aliqñ ꝓ ſtudio: vt da operã literis. Sępe tñ opus ꝓ opera poniẽ, & ecõtra,redeo ad propoſitũ principale.¶Et dicendũ eſt,ꝙ nõ immerito ſapiẽs ſine operib.ꝓpede iniuſtitię ſupponiẽ,quare dr̃ ad Ro.2.c.ꝓꝓ qđ inexcuſabilis es,o homo oĩs,q iudicas, in quo.n.alterũ iudicas, teipſum ꝯdẽnas.& iõ eleganter dicebat Mace. philoſophus, ꝓut recitat Aulus Gel.noc.act.li.13.c.8.ꝙ ſcribi debebat præ foribus oĩum tẽplorũ. Ego odi hoĩs ignaua opera & philoſophica ſnĩa, & idẽ ibidẽ.nihil.n.fieri poſſe indignius,neq; intolerantius dicebat,q̃ ꝙ hoĩes ignaui ac deſides, operti barba & pallio mores & emolumenta philoſophiæ in linguæ verborumq; artes conuerterent, & vita facundiſſimè accuſatur etiam inter cutibus ipſis vitijs madentes,& hæc de duodecimo & vltimo pede iniuſtitię.

SVMMARIVM.

1 *Mors duplex & eius tam corporalis, quàm ſpiritualis definitio.*
2 *Mortis genera ſunt ſex.*
3 *Mors naturalis & ciuilis triplex eſt.*
4 *Mors vnde procedit,& qui ſunt eius nuncij.*
5 *Dies obitus iuſtorum melior eſt,quàm dies natiuitatis.*
6 *Mors impii dicitur tripliciter.*

¶De morte. Cap. XVI.

NVNC viſis capite & pedibus iſtius mirabilis monſtri iniuſtitię,reſtat finaliter de cauda illius retracta re,in qua quidem cauda,vt cõiter fertur,iacet venenum.Et de iſta cauda poteſt dici id,quod dicit Plin. de cauda ſcorpionis in lib.na.hyſt.11.c.25. Semper (inquit ipſe) cauda in ictu eſt,nulloq; momento meditari ceſſat, ne qñ deſit occidaẽ.Et iſta cauda vocatur, Mors, de morte igiẽ
1 deſcriptiones videamus. ¶ † Et dicendum eſt cũ Lactan.Fir.li.2. c.12.ꝙ mors duplex eſt,videlicet mors corporis,& altera animę per pęnã,quam per immortalitatem patitur.¶Prima mors quę eſt corporis,ſic diffinitur,eſt naturę animantium diſſolutio, quã quidem diffinitionem tradit Aulus Gel.noc.act.lib.2.c.8.vel ſic diffinitur ſm eundem Lactan.Fir.ibidem. Mors eſt corporis animæq; ſeductio.Secunda verò mors,quæ eſt animæ,ſic diffinitur, eſt ęterni doloris perpeſſio. vel ſic.Eſt animarum pro meritis ad ęterna ſupplicia dãnatio. Hęc enim mutas pecudes nõ attingit, quarũ animę non ex Deo ꝯſtantes ſed ex cõi aere, morte ſoluũtur.¶Aliã diſtõnem mortis tradit Panor.in c.per venerabilẽ. in 4.col.qui filii ſint legiti.vbi dicit,ꝙ duplex eſt mors, videlicet illa,quæ eſt ſeparatio animæ à corpore.Alia ciuilis,vt excõicatio, per quã ſeparatur anima à gratia Dei: nam Deus eſt vita animarũ:& iõ iſta eſt difficilior mors, q̃ prima, niſi quis ab illa liberẽ, & ſic Panor.& Lac.vñr quaſi ꝯcordare.¶Latius verò diſtinguiẽ
2 per Arch.in c.placuit.2.q.7.vbi dicit,ꝙ † ſex ſunt genera mortis, videlicet mors ſpiritualis,quæ eſt in criminoſis,vt d.c.placuit.& in c.canonica.ea.cau. & q.Secunda eſt ciuilis, vt in c. deportatis. de qua dicã.Tertia eſt ſecularis,vt in monachis, qui mortui ſunt mũdo,de quib.Io.de Ana.in c.ſicut ex literarũ.in 2.col.de hom. & Guil.in Spe.in tit.de teſti.§.j.verſi.Item excipitur,ꝙ eſt monachus,vbi dicunt, ꝙ monachi non cenſentur mortui, quantum ad imprægnandas mulieres,per tex.in d.c.ſicut ex literarum.Dicuntur etiã monachi viuere quò ad Deum.c.placuit communi. & c.ſunt nonnulli.16.q.j.Quarta eſt effectualis.c.quæ Chriſti.27. q.j.de qua Apoſt.ad Gal.5.c.Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.Quinta carnalis, ſiue naturalis,vt cum anima ſeparatur à corpore. ¶Sexta æternalis, vt humani generis hoſtis. vnde Oſeę 13.O mors,ero mors tua.Aliam tutiorem & meliorem diſtinctionem tradit Ioan.de Ana.in tit.de homi. ca.j.col.j.vbi dicit,ꝙ triplex eſt mors,videlicet naturalis,ciuilis & ſpiritualis,naturalis:vt qñ corpus ab anima ſeparaẽ,vt diffinitũ eſt, de qua in l.j.ff.de cond.& demõ. vbi dr̃,ꝙ mori certũ eſt,ſed qñ incertũ,de qua in l.quoties.fa.er.C.& l.cum pater.§.dulciſſimis.circa fi.ff.de leg.2. Et iſta cõis eſt omnibus hominibus tam nobilibus quàm ignobilibus,& liberis,q̃ ſeruis.ad hoc eſt tex.iuncta gl.in l.hos ac cuſare.§.fi.ff.de accu.& inſcri.iuxta illud Eccle.2.c. Moritur doctus ſimiliter vt indoctus & ibidem. vnus vtriuſq; eſt interitus.
3 ¶Et iſta naturalis † mors ſubdiuiditur in tres ſm Car.Flo.in cle. j.col.2.no.vt lite pẽ.vbi dicit, ꝙ mors naturalis triplex eſt, videlicet acerba,immatura, & naturalis, acerba infantiũ, immatura iuuenũ,& naturalis ſenum,de quibus Arch.in c.pñti.de prębẽ.& digni.lib.6.& Iſi.Ethi.lib.11.c.2.¶Secunda mors principalis dicitur mors ciuilis,vt de ſnĩa excõicationis.c.per venerabilem.qui filij ſint legiti.Item depoſitio eſt mors ciuilis ſm eundem Ana. Et iſta mors ciuilis triplex eſt ſm Bart. de Chaſſe.in gl.ſuis ſuper conſuetudinibus Burgundiæ,in tit.des droictz & apparten à gẽs mariem.§.femmes mariees.ver.quid dicendum poſt Bal.in l.j.ff. de teſt.Prima eſt mors ciuilis reſpectu pęnalitatis,vt deportatio, vel condemnatio in metallum.Secunda eſt mors ciuilis caſualis,vt eſt ſeruitus.ſ.cum quis capitur ab hoſtibus.Tertia eſt mors ciuilis meritoria,vt cum quis ingreditur monaſterium . Quarta principalis mors dicitur ſpiritualis,ſiue æternalis,de qua latè ſupra diximus.& infra dicemus.¶Vnde autem dicatur mors,& reſpon.ſm Car.in d.cle.j.vt lit.pen.ꝙ dicitur à morſu primi hominis;quia per eſum pomi mortem incurrit,quod etiam no.Arch. in d.c.præſenti.de præben.lib.6.& Iſi.Ethym.lib.11.ca. 2. Vel ſm
4 eundem Iſid. ibidem, mors dicitur, eo ꝙ ſit amara,vel a marte, qui eſt effector mortium. ¶ † Et notandum eſt, ꝙ mors ſemper venit ex diſpoſitione Dei: ſiue quis interficiatur, ſiue aliter moriatur, prout ſingulariter dicit Ioan.de Ana.in c.fin.j.col. de homi. poſt Bal. in repe.c.j. de pace Conſtan. in 3.col. in ver.feudo. ad hoc eſt gl.no.in §.j.in verbo,communicatio.inſti.de capi. diminu.& ibidem Bal.& Io. Fab.¶Mortis autem tres ſunt nuntij, prout dicit Hug.lib.2.de clau.animæ,ſcilicet caſus, infirmitas & ſenectus.¶Itẽ eſt no. aliquis mortuus naturaliter,ciuiliter,& fictione præſumitur viuere, ſicut econtra diximus, vt puta ſi quis moriatur in bello iuſto pro republi.& de hoc tex.iuncta gl. in §. hi autem.inſti.de excu.tut.& gl.in l.bello.ff.eodem.Item boni &
5 iuſti naturaliter morientes non mori dñr, ſed ſolummodo migrari,quare dicitur,ꝙ melior † eſt die obitus iuſtorum, quã dies natiuitatis:prout dicit Arch.in c.ualida.de pę.diſt. 2. quia moriẽ homo ad quieſcendum.Apoca.13.c.Beati mortui, qui in Domino moriũtur.Sed naſcitur homo ad laborandum.Iob.5. Homo natus de muliere breui uiuẽs tpe,repleẽ multis miſeriis Itẽ mors iſtorum eſt euaſio carceris.unde Pſ.Educ de carcere animã meã. Pau.dicebat ad Phil. j. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Item eſt irrruptio uinculorum. Pſ.105. Dirupiſti uincula mea &c. Itẽ eſt depoſitio oneris.j. Petri. j. c. Velox eſt depoſitio tabernaculi mei.i.corporis,quod eſt onus aggrauans animam.Sapi.9.c. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Item eſt infirmitatũ abbreuiatio, ad Roma. 8. Oĩs creatura liberatur à ſeruitute corruptionis.Item eſt reuerſio de exilio ad patriam.Canti.6.& tranſump.in c.agite.de pęn.diſt.2.Item eſt introitus ad gloriam.Mat. 25. Intra in gaudium Dñi tui. Item eſt reſtitutio libertatis & fuga exilii,prout no.dicit Baptiſta Mantua.in lib.de contemnenda morte,ubi inter alia dicit,ꝙ nõ patria eſt nobis terra, ſed exiliũ: & ideo fleuit Dñs Lazarũ,non fleuit:qa mortuũ,ſed ꝙ ad huius uitę miſerias reſuſcitaturum.c.qui diuina.13.q.ult.quare concludẽdum eſt, ꝙ melior eſt mors, q̃ uita amara & requies æterna, q̃ languor perſeuerans.Eccl.30.c. & hoc morte bonorum & iuſtorum.De morte uerò iniuſtorum & de qua beſtia iniuſtitia armatur,quam ẽt mortẽ pro cauda obtinet uideamus,& dicendũ eſt, ꝙ multum primæ contrariatur, cum dicatur Eccleſi.44.ca.uerè mors peccatorum peſſima.Quæ autem ſit eius cauſa, dic ſecundum Lac.Fir.lib.2.c.13. ꝙ mors pęnalis peccatoris generatur ex defectu iuſtitię:qa (ut dicit idem Lactan.ibidẽ) ſicut ignis ardere non poteſt & viuere,niſi aliqua pingui materia teneatur,in qua habeat alimentũ:ſic animæ materia & cibus eſt ſola iuſtitia,qua

tenemur

Source : BIU Cujas

tenẽmur ad vitam:iõ iniusti affliguntur duplici morte nat.mor
te,quia cũ tristitia & mẽrore ad eã perducũtur inuiti. c.quẽ prę-
6 posterum.14.q.vlt.vbi Arch.no.dicit † ꝙ mors impij põt triplici
ter dici,videlicet amissio,emissio,& immissio.Amissio;qa ĩ mor
te amittit Deum,& oĩa tpalia bona. Emissio, quia inuitus extra
bona temporalia & extra vitã tpalem. vnde Ps. ſm multitudinẽ
impietatum illorum expelle illos,qm̃ irritauerunt te Dñe.& Ps.
38. propter iniquitatem eruisti hoĩem, & tabescere fecisti sicut
araneam animã eius, immissio in pẽnas æternalium tormento-
rum.vnde in Euange.Luc.16.c. mortuus est diues & sepultus in
inferno.& ideo dicit Aug.in li.de doctrina Christiana,ꝙ vix be-
ne moritur, qui malè viuit.item ꝓp peccata & iniustitias quis ci-
tius moritur.c.ea vindicta.23.q.4.facit illud Ezech.22.in idolis, q̃
fecisti appropinquare fecisti dies tos,& Ps.54.Viri sanguinum &
dolosi non dimidiabunt dies suos. vnde Eccles.40.ad hæc mors
sanguis cõtentio, romphea,oppressiones, fames,& contritio &
flagella super iniquos creata sunt,hęc oĩa & ꝓp illos factus est ca
thechismus.& ibidem.41.nomen impiorum delebitur.& Ezec.
5.c.Iusta iudicia gentium nõ estis operati. ideo hæc dicit Domi
nus,patres comedẽt filios & filii patres.Tertia pars peste & fame
& tertio gladio morietur.& ibidem.c.18.Cùm auerterit se iustus
à iustitia,& fecerit iniquitatem,morietur in eis, iniustitia quam
operatus est morietur:affliguntur etiam in bonis temporalibus,
iuxta illud Mich.6.c. Repleti sunt iniquitate & habitantes in ea
loquebantur mendacium,& lingua eorũ fraudulẽta in ore co-
rõ,& ego ergo cẽpi percutere te perditione sup peccatis tuis, tu
comedes & nõ saturaberis, & humiliatio tua in medio tui & ap
prehendes,& non saluabis,& quos seruaueris in gladium,dabo,
tu seminabis & non metes, tu calcabis oliuam, & non vngeris
oleo, & mustũ & non bibes vinum & c.Esai.24.c.quia transgres
si sunt leges mutauerunt ius, dissipauerunt fędus sempiternum,
ꝓp hæc maledictio vocabit terram &c.ibidẽ vide multa mirabi
lia de vltione iniustitiæ.Itẽ Ecc.40.Substantię iniustorũ sicut flu
uius siccabunt̃, & sicut tonitruũ magnũ in pluuia personabunt.
¶Scda morte affligunt̃,videlicet ęterna & gehẽnali,vñ dicit Isi.
de sum.bo.li.3.c.vlt. Prauos aũt hoĩes angeli excipiunt morien-
tes,vt eis sint ipsi tortores in pęnis, qui fuerunt suasores in vitijs,
de quibus æquè per prophe. dr̃. Ducunt in bonis dies suos,& in
puncto ad inferna descendũt.& Eccl. 40 c.Veh vobis viri impij,
ꝙ reliquistis legem Dñi altissimi,& si nati fueritis in maledictio
ne nascemini:& si mortui fueritis, in maledictione erit pars ve-
stra.& Eze. 22. Conflabo vos & cõgregabo vos,& succidam vos
in igne furoris mei,& conflabimini in medio eius; vt conflatur
argentũ in medio fornacis.Sic eritis in medio eius; quia mune-
ra acceperunt ad fundamentũ sanguinẽ,contempserunt legem
meam &c.& Esa.10. Veh q condunt leges iniquas, & scribentes
iniustitiam scripserunt,vt opprimerẽt in iudicio pauperes.Quid
facietis in die visitationis & calamitatis de longè venietis?ad cu
ius confugietis auxilium,& ibidem.3.c.& erit pro suaui odore fę
tor,& pro zona funiculus,pro crispãti crimine caluitiũ &c.ideo
dr̃ Matt.13.mittet filius hoĩs angelos suos,& colligent de regno
eius oĩa scandala, & eos q faciunt iniqutatẽ,& mittet eos in ca-
minum ignis,ibi erit fletus & stridor dentiũ:& Mar.9.dr̃,ꝙ ignis
ille est inextinguibilis,vbi vermis non moritur,& de illo igne lo
quitur Lactan.Fir.in 7.lib.c.21.& de ista morte æterna iustẽ dici-
tur id, quod hr̃ Eccl.41.O mors q̃ amara est memoria tua. Illius
tñ frequens & assidua cõmemoratio est summa medela ad pec
catum vitãdum & iustitiam insequendam. Nam (vt dicit idem
Isid.lib.3.de sum.bo.c.vlt.)cum tam crudelis exitus cernitur, nõ
solum, qui viderit refugit, sed alios etiã ab imitatione illius quã
ta valuerit exortatione compescit. Valet etenim & proficit me-
moria mortis ad multa, prout dicit Archi. in c.valida.de pę.dist.
2.Nam valet ad terrenorum cõtemptum. Hie. in epi.ad Cypria.
qui se quotidie recordat̃ esse moriturum,cõtemnit præsentia &
ad futura festinat. Scdò valet ad refrenanda desideria carnis. vñ
Greg.li.12.Mora.nihil tã valet ad domanda carnis desideria,q̃ ꝙ
siderare,qualis futura est mors tua. Tertiò valet ad omnia pecca-
ta vitanda.Eccle.7.In omnibus operibus tuis memorare nouissi
ma tua,& in æternum nõ peccabis: & hæc de iniustitia, pro qua
vitanda orandum est cum Psal.Psal.118.gressus meos dirige ſm
eloquium tuum Domine,& non dominetur mei oĩs iniustitia.

Iustitia atq; iniustitiæ descriptionum libri secundi finis.

SVMMARIVM.

1 *Iura esse in ciuitate parum est, nisi sint qui reddere possint.*
Princeps tenetur pro toto regno suo die noctuq; laborare cõsilijs & laborib.

¶Tertij libri proęmium.

1 VISIS descriptionibus & diffinitionibus iustitię & in-
iustitiæ, restat in ista tertia parte videre de earũdem
ministris:cum parum † esset ista nosse, nisi ministri
& personæ,quarum causa sunt prodita,notæ essent,
ar.l.2.§. post originem. ff. de orig.iur. & insti. de iur.
natu.gen.& ciui.§. fi. sed quia princeps est iustitię caput & mini-
ster principalis,per not.in l.digna vox.& l. fi. C.legi.prout etiam
Do. Azo in sum. in rub. de preci. impe. offe. Qui quidem prin-
ceps(secundum Polic.lib.4.c.j.)dicitur potestas publica,& in ter
ris diuinæ maiestatis imago, qui etiam censetur habere iura &
leges in scrinio pectoris.c.j.de consti.lib.6.& l.omnium.C.de te-
sta.& dicitur lex animata in terris,in auc.de consuet.§.fin. col. 4.
2 † Teneturq; pro toto regno suo ꝓ filiis & laboribus die noctuq;
laborare,in auct.vt iud.sine quo.suffr.in prin.col.2.Et potissimè
circa leges condendas omne suum dirigere debet studium, vt
præter salutem suam, legum ordinationi cuncta post ponat, in
auc.de nup. in fi.col.4.iuxta illud,ecce in iniustitia regnabit rex,
& principes in iudicio præerunt.Esa.32.

PRINCIPIS TYPVS.

SVMMARIVM.

1 *Princeps debet inungi oleo, quare, & à quo debeat.*
2 *Reges Franciæ & Angliæ vbi, & à quibus, & qualiter inungentur.*
3 *Clodomirus primus Francorum Christianus rex miraculosè vnctus.*
4 *Princeps solus vti debet vestibus purpureis & oloberis.*
5 *Corona regum quæ fuit olim, & quot lapidibus ornata fuerit.*
Et lapidum nomina, virtutes, & colores.
6 *Iuppiter Osiris primus sceptri inuentor.*
7 *Princeps legibus sicut armis ornari debet.*
8 *Solium quid, & vnde dicatur, & quare princeps sedebat.*
9 *Rex Franciæ in regno suo nullum recognoscit superiorem.*

¶Iustitiæ atque iniustitię descriptionum Liber
tertius. Cap. I.

1 DICENDVM est igitur,ꝙ † princeps antequam ad
dignitatem perueniat,inũgitur oleo sancto,iuxta
10 vt iud.ſi.quo.ſuffr.§.qua propter.& §.ſeq.coll.2. cum † paria ſint, iniuſtitiam vendere & ſimoniam committere. c.accepimus. de purg.can.& in c.vlt.& c.non licet.11.q.3. & ideo de iſtis iudicib. munera accipientibus dicebat proph.Eſa.1.c.omnes diligūt munera,ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant, vidua non ingreditur ad illos, propter hoc ait dñs Deus exercituum fortis Iſrael.heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis & vēdicabor de inimicis &c.Proue.17.c.munera de ſinu iniquus recipit, vt peruertat ſemitas iudicij. Et de illis dicetur, ſicut olim dictū fuit de Achab,qui dimiſit Benadach.3.Regum 20.c.quia dimiſiſti virū dignum morte, erit anima tua pro aīa illius,qui.n.munera recipiunt ad iudicium peruertendū aſſimilantur Iudæ,qui pecuniā ſimul & laqueum accepit, laqueum etenim inferni cum pecunia recipiunt,quo ligati ad furcas inferni deducūtur: & figuram habemus de hoc Iudi. 3. vbi rex Eglon munera ſimul & mortē recepit ab Aioth:eſt etiam prauis & auaris iudici exemplum ſcriptum per Vale. Maxi. lib.6.c.3.hyſt. fi.ubi narrat de Cambiſe rege,qui quendam iudicem de falſo conuictum excoriari fecit, & pellem extendi ſuper cathedram,vbi filius,qui ei ſucceſſit in officio pro tribunali debuit ſedere, vt patris pellem videndo exēplum acciperet,nec malos liberandi, nec bonos condemnandi voluntatem haberet:addidit etiam ſcripturam verſificatam dicens,ſede ſedēs iſta iudex inflexibilis ſta.Sit tibi lucerna lux, lex, pellisq; paterna manib.reſecas munus ab aure preces. Et de prauis iudicib tex.in c.j de re iud.lib.6.& ibidem Archi. & Io.And. in nouel.¶Et circa hoc finaliter quæro de notabili & ſatis quo-
11 tidiana quæſtione † vtrum videlicet officia poſſint vendi: Et omiſſis curioſis altercationibus reſponde ꝙ non,præſertim quę habent iuriſdictionem annexam, per text. in auct.vt iud.ſi.quo. ſuff.per totum,col.2.in auct.de man.prin.§.deinde.& §. illud.colum.3.in c.2.ne præl.vices ſuas.Et qui emunt,incidunt in l.Iuliā de ambitu.ff.ad l.Iul.de ambi.l.vnica. Quinimmo etiam nec debet dari ad firmam per iura.ſup.tacta:quia in firma eadem ratio militat ſicut in venditione,& hoc ſing.dicit & tenet Io. de Ana. in rub.ne præla.vices ſuas.& Hoſt.in ſum.eo.tit. no.Abb. Pan.in c.j.& 2.eo.tit.Bar.& Bald.in rep. l.Barbarius Philippus.ff.de offic. præto.& ratio eſt:quia dum ſumptus quæritur,prædo graſſatur. c.militare.22.q.j.Nam ſi iuriſdictio venditur,nititur emptor maiores facere cōdemnationes, & ſic ſubditos aggrauat & iudicia ſubuertit ęquitate repulſa.d.c.2.ne prælati vices ſuas &c.†Qui.n. dat pecuniam ad aſſumendum officium, habet animum malè faciendi & indebitè lucrandi:prout notabiliter dicit Bart.in l.2. in fi.de murile.li.11. C. patet igitur ex præmiſſis, ꝙ is qui recepit officium,non debet dare pecuniam pro ipſo adipiſcēdo. ecōtra autem is qui officium committit,poteſt & debet dare ſalarium ſecundum Hoſt.vbi ſup.ar.expreſſum in auct.vt iud.ſi.quo. ſuffr. §.i.ibi ſolis illis eos eſſe cōtentos eos quia fiſco dantur &c.col.2. ¶Et eſt ſciendū,ꝙ is,qui iuriſdictionem aliquam per pecuniā acquirit ab officio, ꝙ taliter adeptus eſt remouendus. d.c.j.& 2. ne cleri.vi.ſuas, & hoc ſecundum canones, ſecundum verò leges incidunt.in l.Iuliam de ambitu:vt ſup.diximus. Quare congruè,decenter reſpondiſſe fertur Beatus Thom. de Aquino per epiſtolam ad ducisſam Lothoringiæ(prout legitur in vita illius) a qua requiſitus erat ſi bailliui,& officiarij poſſent officia vendere.Cui rñdit,dicens.Talis vēditio expediens eſſe non vr̄.Primò: quia frequenter cōtingit, ꝙ illi, qui ſunt magis idonei ad huiuſcemodi officia exercenda,ſunt pauperes,& officium emere nō poſſunt. Secundò ſi ſint diuites illi,qui meliores ſunt huiuſcemodi officia non ambiunt, nec inhiant ad lucra ex officio acqrenda.Si ergo officia veſtra venditis:vt plurimum illi officia veſtra ſuſcipiēt, qui ſunt peiores ambitioſi & pecunię amatores & ſubditos veſtros opprimentes veſtra commoda etiam non procurent fideliter. Vnde magis expediens videtur,vt bonos homines & idoneos ad officia veſtra eligatis,quos etiam innitos(ſi neceſſe fuerit) ad ſuſcipienda veſtra offic.compellatis: quia per eorum bonitatem & induſtriam magis accreſcet vobis & ſubditis veſtris commodum, quàm de prædicta venditione acquirere valeatis.& hæc de iudice.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis abſque notario exerceri non poteſt: quia acta omnia debent ſcribi.*
2 *Notarij officium,item notæ quæ ſint ac ſinonima dicti nominis.*
3 *Notarii qualiter ſe habere debeant in officio.*
4 *Notarii & tabelliones qua pęna ſunt puniendi,ſi falſum commiſerint.*
5 *Falſum committens circa principis literas qualiter punitur.*

¶De Notario. Cap. IIII.

1 SED † quia iud.offi. abſque notario pub.ſeu graf fario exerceri per eundem non poteſt,prout innuit text.in c.quoniam cōtra.& ibi Ant.de But. Fely.& alij de probatio.vbi idem Doc.dicunt,ꝙ in ordinariis ſeu extraordinariis iudicijs,& etiā in ſummariis vbi non proceditur in figura iudicii,acta debent reduci in ſcriptis non per iudicem,ſed per alium. l.in arbitriis.C.de arbi.& ideo de notario videndum eſt,& de illius habitu breuiter dicendum eſt, ꝙ habet biretum in capite. Dr̄ enim biretum quaſi bis rectū: cum debeat notarius ſeu graffarius eſſe bis rectum.ſ.inter actorem & reum.Habet etiā in manu calamum quo acta iudiciaria conſcribit,& dr̄ calamus a calamo grękè,ꝙ eſt velum ponere:quia calat.i.incauſtum ponit ſu ꝓ chartam,ſecundum Pap.¶† De officio autem illius ſciendū eſt,
2 ꝙ notarius eſt publica ꝑſona. & ideo quia hoc publicum gerit officium ſm Pan.in d.c.qñ ꝯ.in 2. col.Et dr̄ a notis.i.literis legēdis ſm glo.in c.monachis. 77. diſt. Item notæ ſunt ſcripturæ publicę:quia de publicis negociis fiūt, vel quia publica manu fiūt. l.nulli.l.is quidem.§.ſi quid autem. qui mi.non poſ. lib.12.C.& inde dicuntur notæ inſtrumentorū.c.pen.de fi.inſt.Aliqñ ēt notarius appellatur ſeruus publicus,quia ſeruit publicè exercendo officium ſuum.c.q̄q̄.circa me.iuncta gl.de vſu.lib.6.l.non aliter. ff.de adop.l.generali. de tab. lib.10. C.l.2.in fi.ff.rē pupi.ſal.fore. Aliqñ dicitur ſcriniarius.c.ſi aduerſus.de hæret.& in c.vniuerſa. 25.q.2.Qñq; dr̄ tabellio. c.pen.de fi.īſtr. Item dr̄ tabularius.l.hac conſultiſſima.§.tabulariorum. C. qui teſt. fac.poſ.& l.j.C.de tab. lib.10.Deriuantur autem tabularius & tabellio a tabula quā portare ſolebant,antequam eſſet vſus chartæ ſm Hug. & dicebātur hę tabulę publicæ.l.forma.§.illam.ff.de cēſi.& fiebant de buxo, quæ eſt arbor ſemper virēs,vnde in ſcriptura dr̄,ſcribe buxo,ſm Iſidor.ethymo.17.c.6.Item vocantur ſcribe & logographi, ꝙut dr̄ in rub.& ibidem gl. de tab. lib. 10. C. logographi autem dicti ſunt a graphos,ꝙ eſt ſcriptura,& logos ratio: quia ſcribunt leges & rationes publicas. In Francia autem appellantur grapharii a graphos.

Source : BIU Cujas

graphos. Appellantur etiam munerarij & cenſuales. in rub.de tab.in gl.Item notabiliter vocantur iudices chartularij ꝑ Bar.in l.iubemus.la 2.§.ſan.circa fin.C.de ſac.ſan.eccl.quod etiam not. Pau.de Caſt.in conſi.73.col.3.incip.in nomine ſanctæ & indiuiduæ.ver.tñ ⁊rium.Vbi ibidem dicit,ꝙ notarius ex priuilegio notariatus factus eſt iudex ordinarius, & probatur ex his quæ habẽ tur in l.j.ff.de iudi.l.fin.C.vbi, & apud quem, tenet expreſsè Inn. in c.cum a nobis.de teſti. vbi dicit, ꝙ communi iure notarii dñr iudices:licet enim non habeant contentioſam, habent tñ volũtariam iuriſdictionem, vt parti confitenti coram eis poſſint facere præceptum,facit,quod no.Cyn.in l.j.ff.de confeſ.& habetur in l.2.ff.de offi.procon.& lega.¶Sed quæritur, quis poſſit facere tabelliones,& rñde ſm Guil.in Spe.ī tit. de inſtr.editio.§.reſtat. ver.ſed quis poteſt,vbi dicit,ꝙ ſolus Papa, ſeu Imperator, prout not.Inn.& Ioan.And.in c.pen.de fi.inſtr.niſi cõſuetudo, vel priuilegium ſpeciale alicui ꝓceſ.aliud inducãt,arg.l.j.C.de emanci. in c.accedentib.ad fi.de exceſ.præla.Tamen conſuetudo concedit alicui tales facere, & hi poſſunt dici notarij, vt iudex, ꝙ in cã poteſt conſtituere,& eſt notarius eo ipſo,ꝙ deputatur generaliter a iudice,prout no.Bal.& Felv.in d. c. qm̃ contra. & idem Bal. in l.quædam.ff.de eden.in apoſtil. dicens, ꝙ facta tali deputatione habet officium neceſſarium non indigens partium rogitu: non tñ habẽt poteſtatem & officium publicum, quod tabellionibus a legib.& iure ſcripto datur,ſecundum Guil.vbi ſup. Item dicuntur habere officium honoris.iuxta illud Eccle.9. c. in manu Dei poteſtas hominis,& ſuper faciem ſcribæ imponet honorem,ꝙ habeant officium honoris.tex.eſt in l. j. & 2. de primice. lib.12 C.¶Conſequenter quæro,qualiter† ſe habere debeant in
3 officio notarij:& reſpon.ꝙ ante omnia veritatem obſeruare debent,nec eſt per eos maculanda,ſed ex officio debito ſubleuanda & amplianda l.argentarius.§.j.ff.de eden.probat.l.quędam.§. nummularios.eo.tit.vbi hr̃, ꝙ pro veritate habenda ad eos habetur recurſus.Item debet eſſe diligens nec debet aliquid omittere,p̃ſertim ad quod ex debito ſui officij teneatur. Alias de dolo præſumpto tenetur. l. nulli circa me.de nummulariis. lib.12. C.in c.fratres.de pœn.diſt.5.Item debet eſſe legis peritus,ſaltem ſcire debet, quæ ad eius officium de iure ſpectant. l.iubemus. in fi.C.de teſta.¶Adhuc quæro, circa quæ verſatur eius officium: & reſpon.ſecundum Panor.in d. c.quoniam contra.in 2. col. ꝙ officium notarij in cauſa verſatur circa tria. Primò, vt vniuerſa iudicij acta conſcribat, ſm iudicis præceptum apponẽdo locũ, & tempus ſcripturæ,& ꝙ requiratur iudicis pręceptum,eſt text. d.c.quoniam contra.dum dicit,iudex ſemper adhibeat &c.text. cum ibi not.in c.abbate ſan.de re iud.lib.6.Secundò,vt actorum exempla tradat partib.Tertiò,vt actorum originalia penes ſe retineat,vt ſi qd difficultatis poſtea emerſerit ad ipſa, habeatur recurſus:prout dicit Ioan.And.in d.c.qm̃ contra.& ſuper hoc vidi aliàs dubium de regiſtris vice comitatus iſtius caſtellan.quia ſuc ceſſores vicecomitis volebãt habere & de facto petebant ab hęredib.grapharij regiſtra ſua, ſed ꝙ ſuper hoc inter eos factũ fuerit ignoro:dicit tamen ſuper hoc & concludit Pan.in d.c.qm̃ cõtra.in 2.col.ver.& per hoc ꝙ debent remanere penes grapharium ſeu notarium.¶† Poſtremò quæro, qua pœna ſint puniendi no-
4 tarij,ſeu tabelliones falſum committentes. Et rñde ꝙ titulus ſpecialis criminis eſt ī iure inductus,ſcilicet.l.Cornelia de falſis. Tãto etenim in notario eſt grauius iudicandum, quanto minori præeminet dignitate:nam eius exemplo alij ad conficiendũ falſa huiuſcemodi facilius animantur, ar. c.cum quædã.de iureiur. Tabellio conficiens inſtrumentum de contractu prohibito,punitur perpetuò & abſque ſpe reuerſionis exilio. l.iubemus.§.his tabellionibus.C.de ſac.ſan.ecc.in auct.de nõ alie. aut permutan. reb.§.& ſine libertate. Aliàs punitur pœna grauiſſima.ſ.mortis. l.fi.C.de enuchis.aliàs pœna flãmarum.l.j. de immunitate nem. conceden. lib.10. C. aliàs pœna manus abſciſſionis. l.j.de eo qui chartam fal.in lombar.aliàs amiſſione officij & infamia,de ꝓhi. feu.aliena.per Fede.in §.calidis.ver.ſcriba.Qui autem falſum cõficit inſtrumentum punitur pœna deportationis. l. 1. §. fin.ff.ad l.Cor.de Fal.de pub.iud.§.item lex Cornelia de fal.ſi quis autem commiſerit falſum circa principis literas ſeu reſcripta. & diſtingue ſecundum Ioan.Fab. in d. §. item lex Corn. quod autem reſcriptũ eſt ad gratias,aut ad cauſas:ſi ad gratias,adhuc diſtingue, aut fabricauit, vel procurauit fabricari falſum,aut ſurreptitium, & ꝓhibitum. Primo loco punitur vltimo ſupplicio, ſi ſit laicus. l.maiorem.ad l. Cor. de fal. C. ſi ſit clericus degradetur & curiæ ſeculari traditur.cap.ad falſariorum.de crimi.falſi.Secundo caſu quando obreptitium, & forte per fraudẽ leuius punitur, in auc. de non alie.aut permutan §.item.cum ibi no.In tertio caſu quãdo ad cauſas faciliter ei parcitur. c.accedens. de crimi. fal. & hæc de notarijs.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatorum commendatio.*
2 *Veſtis talaris & toga quæ, & vnde dicantur, & qui illis vtebantur quo tempore.*
3 *Aduocatus quis & vnde dicatur, & quibus nominibus appelletur.*
4 *Aduocati a patronis differunt.*
5 *Poſtulare qui poſſunt, & qui non, & qui cogi poſſint ad poſtulandum.*
7 *Aduocatus qualiter ſe habere debeat in officio ſuo, & an poſſit in cauſa ſua aduocare.*
8 *Aduocati quid pro ſalario vnius cauſæ habere ſeu accipere poſsint.*
9 *Procuratores qualiter ſe habere debeant in officijs ſuis.*
10 *Aduocatorum bonorum & malorum laudes & vituperia.*

¶De aduocatis & procura. Cap. V.

1 ADVOCATI †enim qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuæq; defenſionis viribus pub. in rebus ac priuatis lapſi exigunt, fatigata reparãt, non minus prouident humano generi,quàm ſi prælijs ac vulneribus patriam parentesq; ſaluarent,nec minus militare creduntur, quàm ꝙ gladiis,clipeis & thoracib.militant.Et enim militant, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborãtium ſpẽ,vitã & poſteros defendunt: ,put dicit text.not.in l.aduocati. de aduoca.diuer.iudicio. C.de illis igitur glorioſis militibus videndũ eſt, & primò de eorum ornatu.Aduocatus igitur coram iudice accedens ad aduocationis officium exercendum veſtes talares habere dẽt & ſuo officio congruentes,prout dicit Gu.in Spe.in ti.de aduoca.§.ſe-
2 quitur.circa principium.†Et talis talaris veſtis dr̃ honoris.c.non licet.23.q.vbi innuit tex. ꝙ Aaron tali vtebatur veſte,& originaliter habetur Numeri 16. & 17.c.Et dicitur talaris, eo ꝙ talos cooperiat:ſecundum Archi.in d.c.non licet.Vel aliter veſtis illa dicitur toga ꝑ tex.in l.fi.in prin.C.de poſtul. ibi accedat ad togatorum conſortium.Et dr̃ toga a tegendo, eo ꝙ corpus tegat. Et illud indumentum olim ſolis Romanis dicebat, iuxta illud Virgilij;

Romanos rerum dominos, gentemq́ue togatam.

Tempore pacis duntaxat illis vtebantur togis. Nico.Perot.in cornucop.epi 2.ꝙ autem debeat veſtis eſſe cõueniens ſtatui, ordini,& officio,tex in c.Deus.de vi.& ho. cle. Nam talis quis eſſe præſumitur,qualem eum indicãt veſtes eſſe.l.item apud. §. item virgines.ff.de iniuriis.in c.contingit.de ſent. excom. iuxta illud;

Vir bene veſtitus pro veſtibus eſſe peritus.
Creditur à mille quamuis idiota ſit ille.
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſtè.
Nullius eſt laudis, quamuis ſciat omne, quod audit.

Qui quidem verſus vide per Guiliel.in Spe.in d.§.ſequitur.circa principium:edictum etenim de poſtulan. propoſitum eſt, vt non ſolum ratione moderationis habetur, ſed etiam decoris. l.1.1.reſpon.ff.de poſtul.Aduocati vt ſacerdotes ornari debent. nam aliqñ ſacerdotes uocãtur.l.j.ff.de iuſt. & iur. Sacerdos enim veſtes ſtatui & honori congruentes habere debet, quas deſerere nõ debet ſine legitima cauſa.c.clerici. in prin. & ver. ſed nec ali. de ui.& hone.cle.in c.ſuæ.21.q.4.ita nec aduocatus.Nec dẽt talis veſtis eſſe diuerſi coloris aut diuerſæ partis.20.q.1.c.fin. in fi.nec debet nimia breuitate,aut longitudine notari.d.c.cleri.¶Et ſimiliter dicendum eſt de procuratorum ornatu ſeu habitu: quia in multis ęquiparantur,& poſſunt alterius officio fungi.Quoniam procurare ſicut aduocare poteſt clericus. Arch.in c.peruenit.86. diſt.Panor.in c.per uenerabilem.qui filii ſint legitim.& in cap.in noſtra.de hoc eſt gl.in c.1.3.q 7.ubi procurator ponitur ꝑ aduocato,quare poſſunt uti paribus indumentis. De modo & geſtu quem habere debet aduocatus,uide per Guil. in Spec. ubi ſup.& ſingu.per Stephanũ Aufrerii. in prin. ſtili areſtorum parlamẽti.
3 ¶Conſequenter † quæro, quis dicatur aduocatus: & reſpon.ꝙ aduocatus dicitur ille,qui in iudicio apud eum,qui iuriſdictioni præeſt deſiderium ſuũ uel amici exponit,uel alterius deſiderio contradicit ſecũdum Angel. de Cla. in ſum. uel ſic deſcribitur. Aduocatus dr̃,qui quoquo ſtudio operatur in cauſis agẽdis, ſm tex.& ibi Bar.in l.1.ff.de uariis & extraor.cogni.Et dr̃ ab aduoco aduocas, ꝙ eſt ad me uoco.unde Teren. in Phor.ibo ad forum, atq; aliquot mihi aduocabo amicos. aduocare uerò dicitur ſm Bart.in l.1.§.aduocatos.ff.de uar. & extraor. cog. etiam pandere alienum deſiderium.Illi itaq; aduocati multifariè uocantur togati,ut prædixi.facit.l.fi.C.de aduocatis diuer. iudicio.& in c.nemo.de pœniten. diſt.1. Item appellantur cauſidici.l.quiſquis.in prin.C.de poſtu.Item patroni cauſarum. l. 1. & l.aduocati. C. de aduoca.diuerſo.iudicio.Item honorati.l.1.C.de offi.ciui.iud. Itẽ qñque iudices.ī c.fundamenta.uer.iudices. de elec. lib.6. Differt
4 † tñ aduocatus a patrono ſecũdũ Nicol.Perot.in cornuc.epi.3. eo ꝙ aduocatus gñalius nomen eſt, ſiquidem quicunq; adeſt alteri in cauſa officii gratia aduocatus appellatur,etiam ſi nihil dicat agatq;,modo paratus ſit defendere,patronus autem propriè eſt qui agit cãm,ſed accuſati nõ accuſantis.¶Quæro,quæ requirantur,anteq̃ aliquis poſſet creari & in aduocatum eligi? Reſp. ſm Bart.in d. 1. §.aduocatos.ff.de uar.& extraor. cogni.ꝙ oportet,ꝙ prius ſtuduerit in iure per quinquennium,& ꝙ doctor iuret eum iuris prudentia inſtructum.l.nemini. C. de aduo. diuer. iudicio.& l.petitiones.de aduo.diuer.iudicio.Imperiti tñ in iure

bene

Source : BIU Cujas

bene poſſunt eſſe aduocati, ſi conſuetudine in iure ſcripto, uel non ſcripto ſint inſtructi, de hoc eſt gl. in l. nec cæterorum. de poſtu. quod communiter & ſatis leuiter obſeruatur in iſtis partibus. In matriculam tñ poni non debent per iura prædicta. Sed
5 † eſt dubium, quis poſſit poſtulare & quis prohibeatur: Et reſp. ꝙ edictum de poſtulãdo eſt prohibitorium: nam ad hoc omnes admittuntur, niſi expreſsè prohibeantur. d. l. nec cæterorum. & l. prouidendum. C. de poſtu. & in auct. de iudici. j. reſpon. ibi nos igitur. Idem dicendum eſt de procuratoribus. l. mutus. ff. de ꝓc. c. cum apud. deſpon. l. 1. ff. de teſti. Qui autem repellantur a poſtulando, dic ꝙ repellitur aliquis officio iudicis: quia quis aſſeſſoris & aduocationis officio vti vult. l. fi. C. de offi. aſſeſſ. Itẽ ſi eſt excõmunicatus. c. cum excommunicatis. 11. q. 3. etiam ſi pars aduerſa conſentiat. in c. exceptionem de exceptio. Itẽ religioſi: quia nec poſtulare debent nec in laicali, nec in eccleſiaſtico foro. Ant. de Butr. & Io. de Imo. in c. 2. de poſtulan. no. Io. And. in mercurialibus. in regula, argumentum. de reg. iu. lib. 6. Quod limitatur, niſi vtilitas monaſterii illud expoſcat, nec abbate nihilominus mandante. in c. alia. 16. q. 1. Panor. in c. ex parte. de poſtu. Item prohibetur epiſcopus etiam pro ſe poſtulare. c. quia epiſcopus. 5. q. 3. Quod intelligendum eſt in foro ciuili, cum habeat electionem vtrum per ſe, vel per procuratorẽ litiget. c. fi. de iuramen. calum. Item prohibentur clerici in ſacris & ſi ſine titulo promoti. c. cũ ſecundum. de præben. immo certè poſſunt repelli. c. accepimus. de ẽta. & quali. Singulariter in cauſa ſanguinis. c. ſententiam ſanguinis. ne cle. vel mona. ſecu. nego. ſe immiſce. in c. aliquãto. 51. diſt. Item poſtulare prohibetur, qui a iudice ad tempus, vel in ꝑpetuum prohibitus eſt ꝓp crimina. l. puto. & l. ſequen. ff. de poſtu. l. eadem. ff. ad l. Iul. repetun. vel in caſu. l. ſi qui aduocatorũ. C. de poſtu. vel caſu. l. prouidendum. eo. tit. Item ſunt nonnulli, q̃ pro ſe & pro aliis repelluntur: vt l. i. j. reſpon. ff. de poſtu. vt pueri. i. minores 17. annis. ibidem Ang. in 1. col. Inn. in c. conqueſtus. de feriis. Io. de Ana. in rubri. de deli. puero. Itẽ ſurdus qui prorſus non audit. d. l. 1. §. propter caſum. Item fœmina ꝓp ſexui congruentẽ pudicitiam. d. l. 1. §. 2. loco. & ibi Ang. & cauſam iſtius prohibitionis dedit Calphurnia improbiſſima, vt dicit ibidem text. Item repelluntur infames & generaliter omnes, qui enumerãtur in l. j. 2. 3. 4. 5. & 6. ff. de poſtu. ¶ De procuratore autem dicẽdum eſt, ꝙ generaliter repelluntur omnes, qui legitimam perſonam in iudicio ſtandi non habent: vt minor 25. annis. l. minor. ff. de ꝓcuratoribus. Item furioſus. Item infamis ſaltem ſecundum cano. in c. j. 3. q. 7. Item ſeruus. l. ſeruus. C. de Iud. Item excommunicatus. c. poſt ceſſionem. de proba. Item monachi, glo. in c. monachi. 16. q. 1. in c. 1. de ſindi. Itẽ clericus in ſacris, in auct. de ſanc. epi. in §. Deo amabiles. & §. alium autem. col. 9. An autem poſſint cogi
6 inuiti poſtulare ſeu ꝓcurare, & breuiter dic circa aduocatos † ꝙ poſſunt cogi inuiti poſtulare per iudicem. l. prouidendum. C. de poſtulan. & l. 1. §. ait prætor. ff. eodem. Aliàs iudex poteſt eum priuare a poſtulatione, per d. l. prouidendum. Limita ꝙ cogitur poſtulare, niſi conditio litigantium aliud perſuaderet. Nam vaſallus ꝫ dominum non poſſet cogi poſtulare, nec conſulere: quia diceretur militare ꝫ dominum, cum aduocati dicantur militare. d. l. aduocati. C. de aduoc. diuerſo. iudi. Item non cogitur, ſi ei vr̃ clientulum ſuum malam fouere cauſam. l. rem non nouam. §. fin. C. de iudi. Item contra conſanguineum, vel affinem nõ cogitur placitare, ſeu aduocare. l. aut affinitate. ff. de proc. ¶ De procuratore etiam dicendum eſt, q̃uis officium ꝓcurationis ſit voluntarium in acceptatione. l. inuitus. C. de procu. ſi tamen recepit ſine proteſtatione mandatum, cogitur officio iudicis dominum ſuum defendere. Iſta eſt deciſio tex. & ibidem doc. in cle. 1. de procur. & ibidem glo. in verbo cogi. dicit, ꝙ præcisè tenetur dñm defendere; nec per conſequens liberatur ſoluendo intereſſe ſaltem in certis caſibus. Primus, ſi dñs ſatisdedit pro procuratore præſente & non contradicente. l. filius. §. fin. ff. de procu. & l. ſed & hoc. §. pen. eo. tit. & hoc ne fallat fidem dño: & idem ſi ꝓ abſente ſatisdedit, & poſtea procurator tacitè vel expreſsè ratũ habuit. l. ſi defunctus. 1. reſpon. ff. de procura. eſt & alius, quando agit, & tunc cogitur dominũ defendere, aliàs ei denegatur actio. l. mutus. §. pœna. ff. de procu. Alius eſt caſus in actione peritura, vt cogatur ſaltem litem conteſtari. d. l. mutus. §. fi. & l. ſed etiã ex his, eodem tit. de hoc vide Pet. de Anc. in d. cl. 1. de procu. ¶ Poſtmodum † videamus, qualiter ſe habere debeant in officiis ſuis.
7 Equidem aduocati ante omnia obſeruent. l. quiſquis. C. de poſtulan. quæ eos docebit, qualiter ſe habere debeant, & eos inſtruet in bonis moribus. Super qua quidem lege dicit Bal. ꝙ ſi aduocatus bene ſeruaret. d. l. reputaretur ſapientiſſimus aduocatus quo ad Deum & mundum. In primis prohibet, ne quis in cauſa iudicet, ſeu iudex ſit in cauſa, in qua fuit aduocatus, & hoc ratione affectionis, quã haberet ad cauſam. Debet. n. cauſam delegare ſm Bar. ibidem ꝓ l. ſi prætor. ff. de iuriſ. om. iu. ¶ Sed quid eꝫ, ſi iudex functo officio vult eſſe aduocatus in cauſa coram ſe agitata? Et breuiter reſpon. ſm eundem Bar. in d. l. ſi quis. ꝙ poteſt, nec reperitur prohibitũ. Cum iudex præſumatur habere tãtam affectionem ad vnam partem quantum ad aliam. Quod dictum limitat Pau. de Caſt. in d. l. niſi iudex dederit ſententiam in d. cauſa pro vna parte: quia tunc talis iudex functus officio non poterit in eã appellationis ſumere officium aduocationis pro illa parte, pro qua iudicauit: quia tunc reſultaret ſuſpitio, ꝙ faueret illi parti, vel ꝙ intellexerit ſe cum illa. Vidi tamen in iſtis partib. ab vno iudicum noſtrorum totum cõtrarium obſeruare, dicebat enim ſe cum parte in cauſa eſſe in appellatione ſeu prouocatione per ſupplicationem, quem nos vocamus in Normannia, Doleañ. & ſic dicebat portare factum ſuum, ꝙ tamen honeſtè cum parte fieri non poteſt per ſuperius tacta, ꝙ dic vt per eundem Pau. ibidem. ¶ Secundò aduocati placitare non debent vltra quàm ſit licitum, nec debent certare cõtumeliis ſeu iniuriis. d. l. quiſquis. §. j. & 2. ſub pœna infamiæ, de qua in d. l. §. 2. & eſt arg. ſecundum Pau. de Caſt. ibidem. Cum quis excipit de criminibus contra perſonas teſtium, ꝙ non debet aduocatus prorumpere ad uerba iniurioſa vltra quàm litis vtilitas expoſcat, aliàs tenetur actione iniuriarum. facit. l. ſi verò pro condemnato. §. 1. ff. qui ſatiſ. cog. Quando autem videatur litis vtilitas expoſcere, dic vt in l. quæ omnia. ff. de proc. ¶ Tertiò cum clientulo non debet cõtrahere. d. l. quiſquis. §. præterea, & ratio ſm gloſ. ibidem eſt: quia oĩa daret propter timorem litis, ſicut infirmus propter timorem mortis. l. medicus. ff. de va. & extraor. cog. ¶ Quartò munus datũ ſibi quamuis exiguum non debet aſpernere. d. l. quiſquis. in §. nemo ex his: iuxta illud Catonis.

Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,
Accipito placide plene, & laudare memento.

Quintò litẽ protelare non debet. l. quiſquis. §. nemo. & l. apertiſſimi. ante finem. C. de iudi. aliàs puniuntur pœna duarũ librarum auri. l. properãdum. §. illo. C. de iudi. ¶ Sextò ſtare dẽt aduocatus. d. l. quiſquis in fi de hoc tex. eſt in auct. vt ab illuſtri. §. ſanximus, col. 5. Guil. in Spec. tit. de aduo. § dicendum. verſi. Itẽ ſtãdo, vbi vide multa notatu digna de iſta materia. ¶ Septimò malam cauſam fouere non debet. l. rem non nouã. §. patroni. C. de iudi. arg. l. 1. § quæritur ſi quis. in fi. ff. de excep. doli. ¶ Octauò falſam legem, vel abrogatam, vel falſum canonem ſeu text. cuius actor ignoratur, allegare non debet. Alioquin falſi crimen incurrit, & deportari meretur. l. 1. l. eos. & l. fin. ff. ad l. Corn. de fal. l. diuus. §.
8 hunc igitur. C. de Iuſtinia. C. confir. ¶ De ſalariis† eorundem poſtea videamus, & dicendum eſt, ꝙ aduocati licitè pro ſingulis cauſis poſſunt accipere centum aureos, & non plus. l. 1. §. aduocatus. circa finem. ff. de variis, & extraor. cogni. & ibidẽ dicit Bar. ꝙ centum florenos tantummodo accipere debet. Dicit tamen Guil. in Spec. in tit. de ſalariis. §. ſequitur. verſi. ſed & id, ꝙ hodie iure nouiſſimo aduocatus nomine ſalarii non põt in quacunq; cauſa recipere vltra 20. libras turonenſes, & ſi vltra recipit, non tranſit in eius dominium: immo tenetur ad reſtitutionẽ, intãtũ ꝙ ei remitti non poteſt, & ad hoc allegat conſtitutionẽ Greg. X. in tit. de poſtul. quam quidem conſtitutionem non habemus in iſtis. ſ. tranſmontanis partibus, nec vnquam potui eam recuperare. In conſuetudine verò Normanniæ poteſt aduocatus ꝓ vna cauſa 30. libras Turonenſes, & non vltra recipere, & hoc habẽt in d. conſuetudine, in rub. Senſuyuent les articles qui doibuent iurer les aduocatz de normandie. In minoribus verò cauſis pro aduocati facundia, & qualitate cauſæ ſoluitur ſalarium. dic. l. j. §. in honorariis. ff. de va. & extraor. cogni. & ibidem gl. ¶ Qualiter autem iurare debeant aduocati, vide latè per tex. in l. rem nõ
9 nouam. §. patroni. C. de iudi. ¶ † De procuratoribus autem qualiter ſe habere debeãt? Reſpon. ꝙ præcipuè in eis debet eſſe maxima diligentia in officiis ſuis exequendis. c. cum olim abbas, de offi. deleg. Nec enim ſufficit talem diligentiam adhibere, qualẽ ſuis rebus adhibet, immo maior ab eo exigitur. l. in re mandata. C. manda. Ideo cõiter dr̃, ꝙ negligẽtia, quæ in propriis rebus culpanda eſt, in alienis eſt vituperanda, arg. l. etiam. §. j. ff. ſol. mat. Sic etiam ẽquiparantur negligentia, & maleficia. c. plerunq;, de reſcrip. l. 2. §. liberti. qui pet. tutores. ff. Item debet eſſe fidelis, & ita fideliter cauſam defendere, ita vt dominus faceret. l. ſed & hæc. §. defendere. ff. de procu. ita etiam in proponendo, & in reſpõdendo fideliter ſe habeat, nihil omittendo de contingentibus: quia de omnibus tenetur reddere rationem. l. a procuratore. C. man. l. ſi procurator. C. de proc. ¶ De ſalario autem procuratoris dic, ꝙ aliqñ aduocato in ſalariis recipiendis ẽquiparatur. c. j. in §. nec etiam, de foro compe. lib. 6. Dicit tñ Guil. in Spec. in d. tit. de ſalarijs. §. nunc de procuratoribus. verſi. ſed nunquid, ꝙ hodie in cã non poteſt procurator nomine ſalarii vltra 12. libras Turo. recipere. De † commendatione, & prærogatiuis eorundem uidere
10 ĩ hac calce reſtat, & primò de aduocatis dicit Propheta Pſal. 83. Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in ſyon. & Danielis. 12. cap. Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſtellę firmamenti, & qui ad iuſtitiã erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas ẽternitates, tranſſumptiuè in c. fin. de magiſtr. Mali verò aduocati dicuntur ſtellæ erraticæ, de quibus Apo. 12. c. Draco traxit tertiam partem ſtellarum ſecum, iſtæ etenim ſtellæ habent duplicem motum, & vagos curſus ſicut ſtellæ erraticæ, de quibus Pli. natura. Hyſto. lib. 2. & Iſido. 3. Ethy. c. 62. ſic etiam iſti mali aduocati: & procuratores in factis ſuis habent duplicẽ motum. ſ. pro & ꝫ, & ideo refert

Ioan.

Ioan.de Broy. in ſumma prædicamen.Exemplũ ad hoc de vno homine,qui dedit aduocato ſuo currum vnũ, aduerſarius verò ei equos dedit.Cùm ergo qui currum dedit videret, ꝙ potius ꝑ aduerſario loqueretur,currus malè vadit. Cui aduocatus rñdit, non poteſt aliter ire:quia equi ſic eum ducunt per illam viã. Et de iſtis malis aduocatis loquitur Propheta Hiere.5.Inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes,laqueos ponentes,& pedicas ad capiendos viros &c.& ibidem.c.9. Et extenderunt linguam ſuam quaſi arcũ mendacij,& non veritatis.& Dauid Pſalmo 52.Exacuerunt vt gladium linguas ſuas, & intenderunt arcum rem amaram,vt ſagittent in occultis immaculatum, vbi dicit Caſſiodorus.Hi ſunt in conuiuio ſcurræ, in exactionib. harpiæ,in collocutionibus beſtiæ,in quæſtionibus ſtatuæ, ad intelligendum ſaxei, ad iudicandum lignei, ad ignoſcendum ferrei,ad amicitias pardi,ad facetias vrſi, ad fallendum vulpes, ad ſuperbiendum thauri,& ad cõſumendum minothauri. Et ideo iuſtè iſti mali aduocati, & procuratores vocantur excoriatores pauperum,per laſo.in §.omnes autem.verſi.tripli. col.fi.inſtitu. de actio.Alibi.n.vocantur canes curiarum deuoratores ciuium per Bart.in repeti.l.oẽs populi.in 5.q.principali. ff. de iuſti. & iur. Meritò ergo inſurgit contra eos Dauid dicens Pſal. 51. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa,propterea Deus deſtruet te in finem euellet te,& emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Et hæc de aduocatis, & ꝑcuratoribus in generali, ſed quia inter eos nonnulli reperiuntur qui ſpeciali priuilegio dotantur, vt ſunt aduocati,& procuratores fiſci, prout dicit gloſſella in rub. de aduo. fiſ. C. & text. & ibi Bald.in l.binos.de aduoc.diuerſo iudicio. C.ideo de illis aliquid dicendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus quid, vnde, & quare ſanctiſsimus dicatur,quis ſit aduocatus fiſci, & eius priuilegia.*
2 *Officium aduocati fiſci olim per annum ſolummodo durabat.*
3 *Procuratoris deſcriptio,procurator Cæſaris quis ſit, & quis fiſci, in quo differant, & qualiter ſe regere debeant.*
4 *Aduocati & procuratoris fiſci officia, & eorum (vbi deliquerunt) pœna.*

¶De aduocato,& procuratore fiſci. Cap. VI.

1 ANTEQVAM ad vlteriora procedamus,ſciẽdum eſt de fiſco: † eſt.n.ſm Bal. in rub. de priui. fiſ.C.ſaccus Cæſaris, vel regis, vel reipub. ipſum etenim ſaccum habebat dñs. Ioan. 12. c. habebat dñs loculos.Qua ratione forte fiſcus ſanctiſſimus appellatur.l.omnes.C.de quadri.præſcrip. ſecundum verò Bar.in rub.de iure fiſci.lib.10.C.in 2. col. Eſt camera imperij,ꝑbatur in l.ſed & Celſus, in prin.ff. de ℨhen. emp. & uendi.Vnde autem dicatur,& dic ſm gl.& ibidem Bar.in dic. rub.de iure fiſ.lib.10.C.ꝙ fiſcus dicitur quaſi fixus, ideſt firmus: qa ſemper eſt diues & ſoluendo,ſecundum verò Franciſcum de Parma in tracta.de priuil.fiſci.in 3.colla. Eſt ſaccus qui imburſat omnia malè acquiſita.l.in hærædem.ff.de calum.l.Papinia.§.me miniſſe.ff.de inofficio. teſtamen. ¶ Nunc de illius aduocato videre licet.Et dicendum eſt,ꝙ olim eligebantur duo ad patrocinandum pro fiſco. de numero togatorum.i.aduocatorum qui erant cl.in numero.l.cum aduocato.& l.binos. C. de aduoca. diuer.iudi.& habebant plura priuilegia,vt dicit tex.& ibidem Bal. in d.l.binos:quia vilia nec volens,nec nolẽs exercebat. d. l.cum aduocatio.& l.fin.eod.tit.vt etiam not.Do.Azo.in d.rub.& ſpectabiles dicebantur.l.in ſacris.la 3. de proxi. ſacro. ſcri.lib.12.C. & ſingulis annis ſexcentorum aureorum ſalarium conſequebantur,ne poſt decurſum celebre officium,& labores glorioſos egeni exirent.l.per hanc.§.ſexcenti autem,de aduo.diuer.iud.C. & habebant literas a principe ſeu codicillos,quibus dignitate illuſtri decorabantur.l.reſtituendæ.§.ad hoc.co.titu. Finito tamẽ officio inter conſortes aduocatos aduocatus erat, & comes cõſiſtorij dictus aduocatus fiſci per tex.iuncta glo.in d. l.cum aduocatio.† Illud etenim officium olim durabat per annum ſolummodo d.l.cum aduocatio.fuit tamen prorogatum vſq; ad duos annos.l.ſanximus,de aduo.di.iud.Nũc verò durat vſq; ad mortẽ aduocati,& hoc niſi cauſa ſuperueniente,vt inf.dicã. Talis etenim frequens remotio aduocati erat populo multũ nociua: quia tanto dominantur grauius,quanto breuius.Quod oſtẽditur exemplo cuiuſnam vulnerati,qui cum iaceret in via, & non amoueret muſcarum multitudinem a vulnere,ſuperueniens alter putabat,ꝙ hoc omittet ex imbecillitate,& fugauit muſcas, quæ operuerat vulnus eius,ad quem ille,malè feciſti mihi: quia muſcæ, quas amouiſti erant plenę ſanguine, & parcius me moleſtabãt, quæ autem ſuperuenient recentes acrius me pungẽt. Sic officiarij quicunque recenter ordinati,acrius in ſubditos ſęuiũt, idem poteſt dici de procuratore fiſci. Et aliud exemplum recitatur in hiſtoria ſcholaſtica ſuper actus Apoſto. de Tyberio Cæſare, de quo dicit Ioſephus,ꝙ in omnibus negotijs ſuis moroſus erat,vñ cum ſtatuerat procuratores in prouinciis vix aut nunquam eos mutabat,ꝙ cum ſępius quæſitum eſſet ab eo,quare eos non mutaret,reſpondit ſe in hoc parcere plebiculæ.Scientes.n procuratores ſe ad modicum habituros procurationes emungunt vſq; 3 ad ſanguinem. ¶ Sed quæro quis ſit procurator, † & reſpon.ꝙ procurator is eſt,qui aliena negotia mandato domini ſuſcepit. l.j.ff.de procu.& Azo.in rub.eo.tit.C. ¶Qualiter autem multifariè appellatur,recitat ibidem Azo. ¶Eſt autem procurator fiſci differens a procuratore Cęſaris;quia procurator Cæſaris eſt ille, qui adminiſtrat redditus prouenientes ex bonis, quæ Cæſar hẽt tanq̃ perſona priuata,vt molendina,& ſic de aliis,quę cõuertunt in vſus priuatos imperatoris. Procurator autem fiſci eſt ille, qui adminiſtrabat bona Cæſaris, ſeu redditus qui conuertuntur in vſus publicos,& ſecũdum Pau.de Caſt.in l.j.C.vbi cau. fiſca.Vel melius differunt:quia officium procuratoris Cęſaris conſiſtit in iudicando.l.2. C. ſi aduer.fiſ.Non autem conſiſtit in pœnarum impoſitionibus l.fi.ff.de offi.procu.Cæſa. Et credo iſtum nũc vocari præſidentem computorum,qui cognoſcit de rebus tangentibus fiſcum,& de vẽditionibus fiſcalibus, ſeu de dominio principis,in d.rub.& quaſi per totum tit.vbi cau. fiſca. Et iſte aliàs dr̃ comes rerum priuatarum.l.ſi quis.eo. tit. Vtitur aliquando officio præſidis,prout dicit tex.& ibidem Salic. in l.ꝑcurator.eo.tit. Procurator autem fiſci.i.qui cauſas fiſci agit, & procurat. Et iſte etiam ab Imperatore vocatur curator reip.l.curator.ſi aduer.fiſ. C. Dicitur etiam logiſta.i.rationabilis, a logos, quod eſt ſermo. d.l.curator. Generali tamen verbo idem ſunt procurator fiſci, & procurator Cæſaris,prout ſingulariter dicit Saly. in l.cum uẽdente.2.col.& l.ſeq.eo.tit.Ad hoc eſt glo.ſing.in l.fin.in ver.ꝑcuratoris.ſi aduer.fiſ.C. Igitur aduocatus, & procurator fiſci debẽt iuſtè cauſam fiſci agitare, nec debent deſerere ſub ꝓtextu ſalarij 4 non ſoluti.l.j.C.de aduo.fiſ.† Item negotia fiſci diligenter gerere debent.l.j.de offic. procu Cęſa.ff.nec debet procurator abſente aduocato fiſci cauſam agitare.l.fi.de aduo fiſ. C.l.non intelligit. §.diuus.& l.ſi fiſcus.ff.de iur.fiſ.Nec debent procurator, & aduocatus fiſci pro priuatis poſtulare. l. fin. iuncta glo.& ibidem Bal. C.ne fiſ.vel reſpu.& Pau.de Caſt.in l.non allegas.eo.tit.ubi idem Paulus dicit ſe vidiſſe de facto Florentiæ in quodam, qui litigabat cum ſuo fratre,& volebat dare communi Florẽtiæ omnia iura ſua, nec fuit auditus: quia contra tex.d.l.Item non debent commoda fiſcalia occultare ſub pœnis,de quibus inf.dicam, & de hoc eſt tex.in l.fiſci.de aduocatis.fiſ. C. Item non debent priuatos plebeios vexare iniurijs, contumeliis, ſeu depredationib. Alioquin viui igne concremantur, & ad hoc tex.eſt expreſſius in l.vniuerſi.vbi cauſæ fiſ.vel diui.do.C. Vult etenim princeps ꝑ iſtum tex.ꝙ familiares ſui aliis grauius puniantur.Et ratio ſecundum Saly.in d.l.vniuerſi.eſt:quia in ignominiã principis redeũt delicta ab eius familiaribus cõmiſſa.Refert tamen Guil.de Cug. in d.l.vniuerſi,ſe aliàs conſeruaſſe a tali pœna ignis aliquem ꝑcuratorem regis accuſatum de concuſſionibus dicendo eum illuſtrem eſſe per l.ſi quis. eo. tit.& ob id ab inferiore principis nõ poſſe iudicari per l.quoties.C.ubi Sena.vel clariſ.Grauiter tamẽ puniri debent,ſi in officio delinquũt. Et ꝙ concremari debeãt, concordat cum d.l.vniuerſi.Propheta Dauid Pſal.139.Labor labiorum ſuorum operiet eos,cadent ſuper eos carbones,in ignẽ deijcies eos,& Pſal.119.Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi, ad linguam doloſam?Sagittæ potentis acutæ cum carbonib. deſolatoriis,& facit illud Eſa.33.Veh qui prædaris,nonne ipſe prædaberis? Qui quidem ſi in delictis tolerantur mundus nõ regit, ſed ducitur ſecundum appetitus ſenſuales,quare ira Dei eſt ſup nos,& ideo cateruæ prædonum hoc ſociales vocantur, vbique dominantur,& ſciſma peſtiferum in eccleſia Dei eſt,prout not. dicit Saly. in præalleg. l. vniuerſi. Et de iſtis loquitur Propheta Miche.2.c.Qui violanter tollitis pelles eorum deſuper eis,& carnes eorum deſuper oſſibus eorum.Iſti etenim propter vindictã faciunt diuerſas concuſſiones,& iniurias.vnde Hie.compela.ſic ait.Vindicat ius homo,qui pro vno uerbo diſplicẽtię ſibi dicto, ꝙ fur nunq̃ fuit,facit aliũ verberari, ĩcarcerari, & huiuſcemodi. Qui etiam pro paruo forte facto altam vult hr̃e emendam. Accuſatus etenim fuit Socrates, ꝙ de quercu apud Athenienſes ꝑ Deo habita maledixerat. Quare incarceratus, & tandem in eodem carcere hauſto ab eis veneno obijt.

SVMMARIVM.

1 *Pręconis deſcriptio,vnde dicatur, & eius officium.*
2 *Pręco qualiter abſentem citare debeat,& eius priuilegia.*

¶De præcone,& vnde dicatur,& eius officium. Cap. VII.

1 PRAECO † enim ſecundum Priſcianũ dicitur a præ,quod eſt valde, & cano. Inde eſt ꝙ vox illius dicit horrida. l. dies feſtos. C.de feriis, vel ſm Nic. Pero.in cornucop. 5.epi.dr̃ a calendo,qđ eſt vocãdo,ſiue a clangore.i.ſono tubarum,quibus vtũtur. Quare depingitur in manu ſiniſtra habens tubam. Sed qa illius officium

Source : BIU Cujas

officium est proclamare mandata magistratuum,& aliquem publicè citare,seu ferias indicare,prout dr̃ in d.l.dies festos. ideo in dextra manu rotulum habet,in quo supradicta mandata describuntur.Cum citationes, & iudicis mandata in scriptis poni debent.c.quoniam contra,& ibidem doct. de proba. Olim autem (secundum Cice.in epist.ad Lucium lucet.) officium præconũ erat pronunciare magna voce nomina victorum,& soliti erant dicti prẽcones ludorum gimnicorum coronas imponere victoribus,eorumq; nomina magna voce pronunciare. Et vetabant̃ fieri decuriones secũ dum eundem Ciceronem in epist.ad Lep. ¶ Legimus etiam Neronem imperatorem publicè de præconis peritia,& vocis magnitudine certasse,eosq; superasse:prout recitat Sueto.Tranql.i 6.Nero. Cæsar. & Eusebius cronographus, & dicit idem Euseb.q̃ Nero Cericas superauit. Cerix.n.grecè,latinè dicitur præco. Dicit etiam idem Sue. Tranquil.ibidem, q̃ Nero ad conseruandam,& alendam vocem suam,clistere,& vomitu stomachũ suum purgabat,seq; abstinebat a pomis, & fructibus qui voci contrariantur, supinusq; plumbeam laminam pectori suo apponebat,quæ multum confert ad vocem conseruandam,prout dicit Pli.naturalis Hysto.lib.24.c. 23. Quæ quidẽ
2 oĩa supradicta bonus præco notare,& obseruare dẽt. ¶ † Qualiter autem absentem citare potest, dic vt in auct. qua in prouincia,vbi de crimi.agi opor.C.& per Guil.in Spec.in tit.de ci. §. sequitur videre,ver.fit quãdoque. ¶ An autem talis citatio valeat? & videtur q̃ non per ea qua dicuntur,& no.in auc.qui semel. C. quomodo,& qñ iud. & in auc.de litig.§.omnem. versic. si verò. col.8.vbi dicitur,q̃ vox præconis paucis innotescit. Quare per edicta citari debent,vel per nuncios per iura prælleg. & glos.in d.auc.qua in prouincia.dic secundum Io.And.in apost. ad Spec. in d.tit.de citatione.§.seqtur videre.versi. Titius cursor. & versi. seq.Item eorum officium est facere silentiũ & victores in theatris proclamare,vt sup.dictum est, iuxta illud 5.Enei.Virg. victorem Eneas præconis voce Cloanthum declarat. ¶ Consequenter dicendum est,q̃ præcones habẽt multa priuilegia,inter quæ habent priuilegium,q̃ non possunt,nec debent in ius vocari,seu personaliter capi,dum vadunt per compita ad præconizandum aliquid de iudicis mandato, de hoc est tex.in l.secunda. versicu. Sed nec enim.& ibidem Barto.ff.de in ius vocan. vbi ibidẽ dicit Barto.se aliàs liberasse quendam præconem incarceratum, qui captus fuerat pro debito, dum iret præconizando in equo per ciuitatem, & hæc de præcone sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Commentariensis quis sit, quare sic vocetur.*
2 *Carceris descriptio qualis debeat esse,ad quid repertus,& quotuplex sit.*
3 *Custos carceris qualiter se debeat habere erga carceratos.*
4 *Custos violentiæ non resistens consentire videtur,qui etiam non debet cum carcerato secretè loqui.*
5 *Capti & redempti pro debito ciuili, si non habuerint, vnde se alant, debent ali expensis creditoris, aliàs iudex debet eos relaxare.*
6 *Custodum salaria, & pẽna, si quem omiserint.*

¶ De commentariensibus. Cap. VIII.

1 COMMENTARIENSIS † enim est principalis custos carceris.l.ad cõmentariensem.C.de cust. reo.& dr̃ commentariensis, eo q̃ comitari debet cum,quem custodit,secundum gl.in d. l.ad cõmẽtarien.Carcer† verò secundum Bart.in trac.de car
2 ceribus sic describitur.Est locus securus,horribilis,repertus non ad pœnam,sed ad delinquentium vel debitorũ custodiam. ¶ In primis dum dicit locus securus, dic q̃ carcer debet esse securus, ne incarcerati effugiant,no.in l.j.§.quia verò.ibi, permanet, sub fideli custodia.C.de custo.reo. Itẽ dicitur horribilis, ab ethymologia vocabuli sumitur, carcer enim dicitur quasi carens claritate. Et quicquid sit,semper incarceratus videtur horribilis. Itẽ est repertus non ad pœnam,sed solummodo ad custodiam.l.aut damnum.§.solent.ff.de pœ.& l.credibile.C.eo.tit.in c.quamuis. de pœn.lib.6. Io.de Anã. in c. a nobis. in j.col.de apostа. Et ideo punitur custos carceris,q̃ prisonarium ponit in loco, vbi de die non potest aliquem videre,vel audire,puta in bassa fouea. Nam ex hoc aliquando euenit,q̃ dictus prisonarius ibidem moritur, prout notabiliter dicit idem de Ana.in d.c.a nobis.& in c.de cætero.in fi.de ho.& in c.ad falsariorum.in princ. de crim. fal. Vbi etiam dicit idem de Ana.q̃ eps,qui damnato ad perpetuos carceres dat locum nimis arctum,vel cibos minuit, ex qua quidem minutione minuit illius vitam, nõ euitat irregularitatem. ¶ Est autem multiplex carcer,prout no.Bal.in auc.si captiui. C.de epi. & cle.Nam quidam est carcer,qui est terminus pœnę, qñ imponitur de iure ca.pœna perpetui carceris.c.forus.de verb. signi.in c.q̃is.de pœnis.lib.6.Quidam est carcer,quando quis detinetur pro inuestigatione delic.l.2. C. de exhiben. re. ibi dum dicit,nec inuenitur cognitio celebrata &c. Quidã est carcer, in quo iam condemnatus detinetur,vt tedio carceris affectus soluat.l.j.C.q̃ bo.ce.possfacit tex.in d.auct.si captiui. Et isti tres dicuntur carceres iudicum,quidam autem est carcer hostium, de quo in cap.significauit.de iude.Et & alius carcer latronũ piratarum,siue alterius cuiuscunque personæ, pro quo est text. in l.nam & Seruius. in prin.ff.de neg.gest.Qui autem vtitur priuato carcere,punitur vltimo supplicio,tanquam violator imperialis maiestatis.l.j.de priua.carce.C.secundum Bart.in l.capite quinto.ff.de adul.& Io. de Ana.in d.c.a nobis.in fi.de apostа.nũc visa carceris descriptio
3 ne,ad illius custodem redeamus. ¶ † Et primò de illius officio, & qualiter se habere debet erga carceratos. Et dicendum est, q̃ periculo sui capitis debet adhibere diligentem custodiam erga carceratos. Quare depingitur habens in manu claues carceris, de quibus quidem clauibus est text.in cle.j.§.sanè.de hæret. & q̃ debeat diligentiam adhibere est tex.in l.j.in prin.ff. ad sylla. & in auc.vt lic.mat.& aui.§.pen.col.8.glo.est celebris in l.j.§.fi. iuncta theorica Bal.in l.fin.ff.de seruis fugi. & optimè probatur in cap. super eo. retineri facias diligenter.de cri. fal. quod potissimè locum habet in iam damnato.l.si quis filio.§.eius qui. ver.sed & si. ff.de iniust.test.idem in eo de quo quęstio debet haberi.l.si homi nem.in prin.ff.depo.& quod legitur & no.in l.si tamen. §. ei qui. ff.de ędi.edic.idem in eo qui confessus est crimen. l. si confessus. ff.de custo.& exhi.reo.Idem in eo,qui conuictus est l.j.& ibi Bar. eo.tit.Ex quibus iuribus concludunt Docto. q̃ istis casibus põt commẽtarien. vinculare carceratum,& in cippis & compedib. ponere pro diligenti custodia. ¶ Et generaliter omnis carceratus probabiliter suspectus de fuga potest vltra carceres ligari & poni in cippis compedibus & manicis ferreis, prout notabiliter dicit Bal.in l.2.C.de exhi.reis.Aliàs non debet vltra carceres vinculari,solum etenim corpus retinere sufficit,vt no. glo.in d.l.2. C.de exhiben.re.& Arc.in c.cum episcopus. de offic. ordi. lib.6.
4 Io.de Ana.in c.fin.col.fi.de accu ¶ † Item custos debet esse valẽs & potẽs,vt resistat violentiæ carceratorum,si opus sit. l. in lege. & l.item quæritur.§.exercitu.ff.loca.quare pingitur homo robustus hastam in manú tenens.Aliàs & si nõ resistat violentiæ, cõsentire vr̃,art.in c. Regum.23. q.5.in c.quid prodest. in fi.70.dist. no.in c.de forma.22.q.5.Arch.in c.gñali.in 3. col. de elec. titu.6. Item debet vigilare,& non dormire, sicut pastor super oues. ca. oportet.81.dist.iuxta illud Psal. 121. Ecce non dormitabit, neq; dormiet,qui custodit Israel:quare stat in introitu, seu vestibulo carceris,de quo vestibulo loqtur tex.in d.l.j.C. de custo. reo. vbi dicit tex.q̃ in nocte debet geminari custodia, prout etiam dicit Azo.in d.rub.Item debet esse discretus, industrius & fidelis.dic. cle.j.§.sanè.de hær.Item in secreto:cũ prisonarijs loqui non dẽt. d.cle.j.§ porrò.& in c.vbi periculum.§.nulli. cum ibi notatis de electio.lib.6.Item ministrare debet sine vlla diminutione prouisionem carceratorum, quam recipiũt ex ordinatione communi,& illud,quod a parentibus,& amicis, vel aliis personis fidelibus offertur. Quæ omnia & singula iurare debet cõmentariensis,ante officij adeptionem,prout dicit tex.in d.cle.j.§.porrò. Diuidere tñ & partire debet escas,& panes quę eis mittuntur.Et diligenter visitare,ne in illis transmittant limas,seu alia ferramenta ad frangendos carceres,vel vincula prout dicit Car.in d.cle.j. §.porrò.qa quãdoq; in panibus,pullis, vel alljs escis abscondunt̃
5 ferramenta,prout dicit Genze.ibidem, & Car. in 7.no. † Item si prisonerius nõ habuerit ex publico seu aliũde prouisionem vitæ,debet ei custos prouidere,postea resarcire tenebitur,prout dicit tex.ĩ l.fi.de eroga.mili.anno.lib.12.C.facit.l.iudices. de episc. audien.C.Dicit tñ Lud.de Pen.in d.l.fi.in pen. col.q̃ in regno debet captiuus expensis custodis custodiri, & ipse de suo satisfacere debet,si habuerit vnde, aliàs expensis curiæ custodiendus est, per c.vt præteritæ.& ibi Inn.de elec. Quod singulariter, & notabiliter limitatur in criminosis: in captiuis verò propter ciuile debitũ,si non habuerint,vnde debent ali expensis creditoris, aliàs iudex debet eos relaxare,& ad hoc est glo.singu.in d.l.fi.in verbo agnoscere,de ero.mili.anno.lib.12. C.Quam quidem gl.pro singulari ad hoc allegant Ang.in §.fi.insti.de actio. Fel. in c.j.6.col. ver.modo iunge.de lib.obla.apost.Bar.in l.sanctum. ff.de rerum diuisio. Item non debet custos in eodem claustro ponere sexu dispares.i.fęminæ cum viris nõ debẽt simul recludi,tex. in l.qñ. C.de custo.reorum.Item dispares in gradu, honore,seu nobilitate.Bal.in d.l.2.C.de custo.reo.Io.de Ana.in c.fi.in fi. col.de accu. ¶ De salario custodum consequenter videamus,& primò dicẽdum est,q̃ de publico salariãtur.de hoc est tex.in d.l. fi.de eroga. milita.anno.lib.12.C.in d.clem.j.§. sanè. ibi prouidebit.de hære.
6 Item † salariantur a custoditis & prisonerijs.d.l.fi.de ero.mili.an. lib.12.C.ar.c.charitatem.in fi.ibi,iustum &c.12.q.2. Hoc tñ fallit in traditis carceribus pœnalib.cum tales nihil habeant, prout dicit Io.de Imo.d.clem.j.§.sanè.col.5.super glo.prouidebit, seruãda tñ.est loci consuetudo, secundum eundem ibidem. ¶ De pęna autem custodum postremò dic,q̃ capite punitur custos,si pp dolum, vel culpam incarcerati ex delicto effugerit.de hoc text. est in l.miles.l.fi.ff.de custo.reo. Vel dic, q̃ si incarceratus euasit de custodia,patitur custos eandem pœnam, quam pateretur incarceratus,de hoc tex.est in l.ad commentariensem. C.de custo. reo.nisi custos,probauerit incarceratum euasisse casu fortuito.

l.vlt.

Source : BIU Cujas

l.vlt.ff.e.tit.Si autem propter ciuile debitum erat carceratus:tūc cuſtos tenetur ad illam quantitatē ſeu ſummā creditori,ad quā ille carceratus debitor erat obligatus, de hoc eſt text.ī l.quotiēs. de exac.trib.lib.10. C. ¶Item nota, quòd ſi cuſtos pretio corruptus cuſtodiam ſine vinculis agi,aut venenum vel ferrum inferri in carcerem paſſus eſt,officio iudicis,ideſt ſine accuſatore puniendus eſt, de hoc text.eſt in l.carceri. ff.de cuſto. & exhi. reo. Si verò ex ignorantia, uel negligentia id eueniat, ab officio cuſtodiæ remoueatur:prout dicit tex.in d.l.carceri,& hæc de commentarienſibus.

SVMMARIVM.

1 *Seruientis deſcriptio, & ſinonima, & habitus.*
2 *Seruientes quales eligi debeant, & in qua ętate. Seruienti ſoli creditur.ibidem.*
3 *Seruientes quis poſſit creare, & qualiter ſint creandi.*
4 *Officium nunciorum & ſalaria. Sportulæ quæ dicantur, ibidem.*

¶De ſeruientibus. Cap. IX.

1 SERVIENTES ſm † Io.Fab.in §.igitur.j.col.per quas perſo.nobis acquir. ſunt officiales, qui cuilibet tenentur ſeruire. Et ad hoc compelluntur pro pecunia de conſuetudine,vel de iure,de quib. etiā eſt glo. in l.non dubito.in verbo clientes.ff.de c.& poſtli.reuer.vbi glo. exponit clientes.i.ſeruientes. & eſt vulgare Galliæ, vel ſic deſcribitur, eſt officialis, ꝑ quem litis executio & ipſius cauſæ reparatio iubente iudice expeditur,ſm Azo. in rub. de ſportul.C.Etenim diuerſimode vocantur: nam aliqñ appellantur officiales.c.nullus.§.aliquādo.4.q.4.l.ea quidem.C.de accu.l.prohibitum.de iu.fiſ.lib. 10. C. Aliquando etiam vocantur nuntij,in extrauag.ad repri.& ibi Bar. ibi per nuntium. & in cap. prudentiam.de offi.deleg.Qñq; executores.l.fi.C.de ſpor.Qñq; portarij.c.cū olim ꝑp. de primi. Qñq; Cæſariani ſiue catholica. l.pen.in fi.C.de bon.proſcrip.Qñque viatores in §.tripli. inſti.de actioni.Qñq; cauſas præparantes,in auc.de iudi.§.audient.verſi. his qui. col.6. Qñque apparitores. l. multis.de prin.agen.in reb. lib. 12. C. Et iſti ꝑpriè ſunt de curia eccleſiaſtica,de quibus vnū notabile ſciatis,videlicet q̄ epi,ſeu archiepiſcopi non poſſunt ꝑ eos citare,ſeu citari facere aliquem ſiue clericum, ſiue laicū, viua voce,in via publica. Et ita fuit per arreſtum Pariſijs in Parlamento pronunciatum multotiens,videlicet ꝯ Pariſien. epm & Aurelianen. inter quæ habetis vnum arreſtum pronunciatum anno Domini M.CCCXLVI. ꝑut recitat Io.Gallus in eodem Parlamento Pariſi.regius aduocatus, in tract. ſuo arreſtorum, ꝑ eum in dicta curia collectorum. & ratio decidendi ſm eundem fuit:quia citari viua voce eſt magis facti quàm iuris.¶Cōſequenter de habitu eorundem videamus,dicendum eſt,q̄ debent portare in veſtitu ſuo inſignia,per quæ cognoſcantur,vt puta portare biretum rubeum & ſimilia,alias poteſt ei reſiſti,prout notabi. dicit Bar.in l.prohibitum.de iure fiſ.lib.10.C.ar.l.apud Labconē. §.ſi quis virginem.ff.de iniur.Quare ī diuerſis prouincijs vidi diuerſos diuerſa portare inſignia.Attſi in ducatu iſto Alenconiēſi de laudabili conſuetudine ſeruientes in veſtib.ſuis portant colores dñi ducis. ¶Debent etiam in manu habere virgam,ſeu baculum depictum in manu,prout no.Guil.in Spe.in tit. de cita.§. ſequitur. videre.ver. qñq; per nuncium, & ver.ſolu. dicunt quidam &c.q̄ etiam ſingulariter obſeruant iſtius Alenconien. ducatus ſeruientes, & vocant talem baculum maſſam, quæ q̄dem maſſa ornatur auro & argento, & depingitur armis & inſignib.
2 domini ducis.¶ † Et videre licet, quales debeant eligi ſeruientes: & dic, quòd debeant eligi locupletes, & probatæ vitæ, vt non ab eis peccetur, vel prædetur, vel quid malignè agatur: prout dicit text. & ibi Ang.in auc. de iudi. §. his qui cauſas. columna ſexta,notabiliter dicta per Bar.in d.extraua.ad reprimendum.in verbo per nuncium.Item debent eligi liberi,non ſerui, quia publicū eſt eorum officium,qđ per ſeruos exerceri nō pōt, l.in his officijs.ff.de re.iu.in ar.l.in teſtō.§.ſeruus. ff. de teſta. Is.n. eſt quaſi teſtis,immo plus:quia ſibi ſoli creditur,vt not.ī c. qñ ꝯ. de proba.ſed ſic eſt,q̄ ſeruus non pōt eſſe teſtis,in auc.de teſt.§.ſi verò dicatur.col.7. quare &c.Item debent eligi habentes legitimam ętatem,puta maiores 25.anno.ar.l.rem. ff. de mune.& honor.Sed vr̄,q̄ ſufficit ętas 25.annorum:ſicut in arbitris. l.cū. l.ff. de arb.uel forte ſufficit q̄ habeant 17.annos.l.j.§.pueritiam.ff.de poſtu.& l.quidam. ff. de re iud. Quidam tñ tenent, prout refert Guil.in Spec.in tit.de executore.§.j.ver.Si tñ. in fi.q̄ ſufficit ętas 14.annorum, ſicut in teſte. l. teſtium.§.lege Iuli.ff.de teſti.Item debent eligi bonum nomen habentes. Cum ex bono nomine quis præſumatur bonus,& eꝯ,prout no.doc.in rub.ff. ſol.mat.& pulchrū eſt habere nomen bonū.l.facta.§.ſi in danda. ff.ad treb. qđ inducit bonā hominis præſumptionem: vt iam dixi,& not. Car.in cle.exiui de Paradiſo.ver.cæterū.de ver.ſig.ad hoc glo.eſt in proc.ſexti.& ibidem Arch.in verbo Bonifacius. Item debent eligi maſculi,non fœminæ:cum ꝑ mulieres ſicut nec per ſeruos officia publica non poſſint exerceri.l.2.ff.de reg.iu.& ibidē Bar. Sūt etiam mulieres oīum dignitatum & officiorum incapaces. l.imperialis.circa med.C.de nup.ar.l.fœminæ.ff.de tute.Item ſeruientes debent eligi laici,non cleri.ne cle.vel mo.ſecula. nego. ſe immiſce.per totum,in anti.& in ſexto. ſing. in c.2. in anti.vbi
3 dr̄,q̄ clerici non debent eſſe miniſtri laicorum.¶ † Quæro,quis poteſt ſeruientes creare. Et dic, q̄ quilibet iudex ordinarius,in c.prudentia.§.j.de offi.deleg.l.fi.& ibidem Bal.& Salv.de ſpor.C. in c.cum parati.de appel. ¶Circa verò illorum inſtitutionem & creationem patriæ conſuetudo ſeruanda eſt. l. non tantum. de decurio.lib.10. C. Bart.in l.actuarios.de numera.& actua.lib.12. C.Corſe.in ſuis ſingu.in ſingu.inci.Conſuetudo. Guil.in Spec.in tit.de execu.§.j.ver.eſt aūt. Quæ omnia & ſingula ſupradicta dēt bene iudex obſeruare,& cauere,ne indignum & infeſtū populo ſeruientē eligat, alias teneretur de delictis per dictum ſeruientē commiſſis per text.in dic. auc.de iu.§.his qui cauſas.col.6. & ibi Ang.& Bar.¶Sed quæro,qualiter iurare debeant, & rñ. q̄ debēt ſolemniter iurare facere officium ſuum bene & legaliter,ꝑ tex. in d.l.fi.& ibidem Bald.& Salv.C.de ſpor.& iſtud iuramentū ſm Bal.ibidem, & Bar. in l.prohibitum.de iur.fiſ.lib.10.C.in tātum operatur,q̄ poſtea ſtatur eorum relationi.de hoc tex iuncta gl. in c.cum parati. de appel.nec eſt neceſſarium, q̄ poſtea iurēt in ſingulis relationibus,prout dicūt doc. in iurib. prēal.dummodo habuerint inſignia officij,prout dicit Gui.in Spe.ti.de citatione. §.ſequitur videre. ver. alioquin. ¶ Modo quæro de notabili dubio,qualiter intelligatur id quod dr̄,q̄ ei creditur.&c. Et reſpondeo,quòd nuncio ſeu ſeruienti creditur de his, quæ dependēt ex ſuo officio:vt ſi refert ſe citaſſe, ſeu adiornaſſe aliquem,& ſimilia.facit ad hoc.l.omnes.§.ſi verò apparitor.C.de epi.& cler.glo. in d.c.cum parati.de appel.& tex.in d. c.qñ contra. de prob. vbi Inn.dicit ſe mirari,quomodo plus creditur ſeruienti q̄ iudici,cū dicat tex.ibidem,q̄ nō creditur ſoli iudici,niſi cum notario: ſeruienti autem creditur ſoli. Et hoc introductum eſt ad euitādos ſumptus,quos oporteret fieri in teſtib. vocandis: faciunt notata per Bar.in d.extraua.ad reprimendum,in gl.per nuncium, circa fi.l.magis.§.illis poteſt.ff.de reb.eo.qui ſub tuto.vel cura. & l.apparitores.de execu.lib.10.C.in c.j.de teſtib.cog. ¶Vltra verò cōmiſſionem ſeu officium abſq; teſtib.ſibi non creditur.Et ideo in his,quæ excedunt eorum officium,vel quę ſunt in facto alieno, non creditur eis,vt puta ſi dicat,aliquem citaſſe de mandato iudicis:quia niſi aliter conſtet de mandato iudicis,q̄ per eius relationem,non creditur,prout no.Cyn. in l.ea quidem. C. de accu. Io.And.in addi.ad Spe.in tit.de contu.§.j.& in tit.de cita.§.ſeqr̄. ver. ſunt.n. quidam. ubi refert diuerſas ſuper hoc antiquiorum opiniones:ita Fe.in c.j.in 4.col. ver. quarta concluſio de iudi.Pa. de Caſt.conſi.277.incip.viſis ac ponderatis.vbi etiam dicit idem Pa.q̄ q̄uis credatur ſibi de ſibi commiſſis, attamen de non ſibi ſibi commiſſis non creditur. Vnde ſi commiſſa fuerit citatio, & dixerit ſe citaſſe,ſibi creditur,vt prædictū eſt: ſed de rñſione ſibi per citatū facta, puta q̄ dixerit nolo venire, vel alia verba iniurioſa, ſibi non creditur: & hæc ſunt propria verba illius Pau.in d.conſi.Et ad hoc faciunt no.per Bal.in l.his ſolis. C.de reuo.dona.& per Ang.in tractatu ſuo malefi. & per eius apoſtil. ibidem in gl.iudex commiſit. Quæ omnia & ſingula ſunt multum memoriæ commendanda:quia ſunt quotidiana,& in hoc multum
4 vidi errare.¶†De officio aūt illius poſtmodū videamus,& dicē dum eſt,q̄ officiū ſeruiētis eſt implere, quæ ſibi iniuncta ſunt ꝑ iudicem,in auc.de defenſo.ciui.§.deinde. ver.ex prouinciali.colum.3.& in auc.de iud.§.his.q. col.6. Item cautiones recipit, ꝑut dicit Guil.in Spe.in tit.de ſatiſ. Tñ non hēt cauſæ cognitionem: prout dicunt Io. Fab.& Laſ.de May. in l.& ſi non cognitio.C.ſi ꝯ ius vel pub.vtili q̄ obſeruatur in regno Franciæ,prout dicit idē Fa.ibidē.Et ad hoc vide dicta ꝑ Pan.& Fely in c.decætero.2. col. verſi.2.concluſio.de re iudi.Sumptus aūt,ſeu ſalaria illorū vocātur ſportulæ,ꝑut hr̄ in tit.de ſpor.C. Et dicuntur ſportulæ, eo q̄ antiquitus accipiebant illos ſumptus,& reponebant in ſporta.i. in corbe,vel in alio ſimili vaſe,in quo conſueuerunt aliqua portari, ſecundum Azo. in d.rub. de ſpor. Et debent tales ſumptus, ſeu ſalaria præſtari ſecundum conſuetudinem loci: prout dicit idem Azo ibidem. ¶ Qualis verò ſit pœna ſeruientis falſam relationem referentis. Et dic, quòd punitur lege Cornelia de falſis.l.j.ver.ſed ſi quis ob renunciādum, & l. Pau. ad l.Cor.de fal.ff. quæ quidem pœna declaratur in d.l.j.§.fin.¶Item ſi aliquid vltra debitum extorqueat,tenetur de concuſſionis crimine. l.j.iuncta glo.ff.de concuſ.& q̄ concuſſio ſit aliquid vltra debitum extorquere,eſt tex.in d.l.j.& glo in c.paratus.in fi.23.q.j. Arch. in c.cōcuſſionis.j.q.1.¶Pœna autē concuſſionis eſt arbitraria, ſecundū qualitatem & qualificationem delicti, prout dicit tex. iuncta gl. in d.l.j.¶Quæro finaliter qs.debeat eum punire, & rñd. q̄ iudex ordinarius:prout dicit Cyn.in auth.qua in prouincia. ubi de cri. agi.opor.C.Io.Fab.in l.cum promulgatis.C.de offic.præfec.vr.facit tex.in l.fi.& ibi Bal.C. de ſpor. vbi dicit idem Bal. q̄ ad eos remouendos debet iudex procedere ſine figura proceſſus, & leuato velo:quia delinquunt coram iudicibus, & aures eorū offendunt:& hæc dicta de nūcijs,ſeu ſeruientibus pro nunc ſufficiāt.

Source : BIU Cujas

Guiliel. le Rouille. De iusti. & iniusti.

SVMMARIVM.

1 *Executores criminaliū qui ſint, ſpiculator vnde, & ſpicula, quæ dicantur.*
2 *Executores veteris teſtamenti qui, & ſub quibus exequuti ſunt.*
3 *Lictores qui, & vnde dicti.*
4 *Executor qualiter ſe debet habere in officio.*
5 *Miraculum antequam poſſit euenire, quatuor requiruntur.*
6 *Pudori hominum parcendum eſt.*

¶De executoribus criminalium ſententiarum. Cap. X.

1 IVSTI enim executores criminalium ſunt hi, per quos iudices † in cauſis criminalibus ſententias ſuas exequuntur ſm Guil.in Spec.in titu.de exe. ſenten.§.2.circa fi. & eorum miniſtri vocantur. c.cum miniſter.23.q.5.Item aliqñ vocatur carnifex.c.non fruſtra.eadem cauſa & q. dictus carnifex,eo ꝙ de homine carnē faciat,& caro ꝓpriè dicatur, eo ꝙ careat anima,vel a cadendo,ſm Nic.Perot. in cor. Item dicuntur ſpiculatores in l.diuus.ff.de bon.dam.vnde dr̄ in Euāng.B.Ioan. Bap.Mar.6.Miſſo ſpiculatore p̄cepit afferri caput eius in diſco: & dr̄ ſpiculator a ſpiculo ſm Beroal. in commēto ſuo ſup Sue. Fran.in vita Cæſa.Aug.Sunt autem ſpicula ſecūdum Vegetium tela miſſilia,quorum ferrum eſt triangulum.Ad aliquando etiā miniſtri Dei nuncupantur.c.qui malos.23.q.5. & in c.quicunq;. 2 eadem.c.& q.vlti.¶ Sed quæro † qui erant olim executores criminalium? Reſpon.ꝙ tpe Moyſi quilibet de populo abſque electione perſonæ erat executor,prout legitur Exo.22.Qñ Moyſes cultores vituli puniri iuſſit,dicens,occidat vnuſquiſq; &c. tranſumptiuè ī c.diſciplina.45.diſt. Item de Achaz legitur Ioſue.7. Qui quidem furauerat regulam auream, pallium, & ducentos ſiclos argenti de anathemate urbis Hieri. Idcirco fuit condemnatus per Ioſue iudicē morte lapidationis:& dicit ibid.tex. & lapidauit eum omnis Iſrael. Aliquando etiam ijdem iudices ſoli erant ſuarum ſnīarum executores,ut patet Ioſue. 8. c. ubi hr̄, ꝙ Ioſue ſuſpendit regem Hay.Patet etiam de Samuele,qui concidit Agag regē per fruſta.j.Reg.15. Item Phinees ſacerdos iudeū cum Madianita coeuntem transfixit gladio.Nume.25.c.& trāſumptiuè in c.res 23.q.5.Tempore verò Dauidis executores iuſtitiæ criminalis fuerunt filii ſui,vt patet 2.Reg.1.c.vbi dr̄, ꝙ Dauid præcepit vni filiorum ſuorū,vt occideret hominem renunciantē ſibi ſe Saulem necaſſe,qui quidem filius percuſſit eum & mortuus eſt. item legitur 3.Regum 3. ꝙ duo de pueris Dauid de regis mandato præciſis pedib.& manib.Rachab & Manaa(eo ꝙ occidiſſent Isbozet,filium Saul) ſuſpenderunt eos ſuper piſcinā in ebron.Tempore verò Salomonis executor iuſtitiæ criminalis erat Bananias magnus capitaneus militiæ Salomonis: vt habetur ibidem.c.4.† Tempore autem Romuli Romæ conditoris 3 lictorum mos inuentus eſt.Erant.n.lictores miniſtri conſulum, portantes virgarum faſciculos cum ſecuribus ligatos, magiſtratusque præibant,& cincti erant ſecundum Tiro.Mar. Cic. libertum,prout refert Au.Gel.noc.att.lib.12.c.3. Et dicti erant lictores ſecundum Valgium Ruffum lib.2.de reb.queſi.per epiſto.eo ꝙ cum magiſtratus populi Roma.iuſſiſſent crura alicuius & manus ligabant:& de iſtis dicitur 1.Reg.19.Miſit Saul lictores,vt raperent Dauid,& de iſtis lictoribus dicit Titus Liui.lib.3. ab vrbe con.Subito omnes cum duodenis faſcib.prodiere. 120. lictores forum impleuerant,& cum faſcibus illigatas proferebant.Et idē ibidem.Quoties iuſſit, erant faſciolos ſoluentes primo virgis cedebant reum.mox ſecuri feribant, quem vſum portandi virgas ligatas non ita obſeruant tortores ſeu executores noſtri temporis.Hic tamen depingitur afficiens aliquem criminalem virgis, & habet ad zonam ſuam diuerſos laqueos.In aliquib.tamen partibus executor defert ſignum vnum,per quod cognoſcitur, puta ſcalam in manica veſtimenti,vel aliquod aliud ſignū.¶Quęro,quæ ſit ratio,ꝙ nunc tantum habentur deſpectui iſti executores,cū tam diuites magni & ſapientes olim executores eſſe non erubeſcebant.Et rñd.ꝙ iſtud procedit inſtinctu naturali:quia nihil horribilius, nihilque abominabilius inter homines reperiri pōt, q̄ aliquem ſibi natura ſimilem trucidare, eo ꝙ naturaliter quodlibet animal ſuum applaudet ſimile ſtareq; ſeu ꝯ eum niti abhorret,prout notabiliter dicit Pli.natu.hyſto.lib.7.circa fi.j.capituli.& ideo illud officium executoris quamuis (vt prædixi) ſit Dei miniſterium in horrorem taliter verſum eſt,ꝙ non niſi per viles iſtis temporib.exercetur.Et quamuis pro nunc non ſit magni honoris,eſt tñ magni commodi: qūia vltra ſalarium, qđ de publico recipit,hēt veſtes,pannos & cætera, qua reperiuntur in poſſeſſione condemnati, quib. indutus & ſaiſitus eſt tpe executionis mortis,gēmis exceptis,& aliis rebus excedētes ſummam 4 quinq; aureorū,ꝓut dr̄ & no.in d.l.diuus.ff.de bo.dam.¶ † Conſequēter quæro,qualiter ſe hr̄e dēt in officio ſuo.Et rñ.ꝙ executor taliter pœnā condemnato inferre dēt, vt non pro ſe hoc faciat ſed pro alijs ēt & pro ciuitate,in qua eſt.c.de occidendis.23. quæſt.5.Item non dēt pœnam inferre amore vindictæ,ſed amore correctionis.d.c.de occidendis.& in c.cum miniſter. eadē cā, & q.& ideo dicit Grego.in regiſtro lib.6.c.159.ꝙ incorrectione corrector hunc modum obſeruare dēt, ꝙ dēt amando vitia ꝓſequi.Item executor dēt ſnīam ſm illius verum tenorem mittere executioni,ar.l.ab executore.C. quorum appel. nō reci. & ibi Bar.& ad hoc facit tex.iuncta gl.& ibidem Bar.in l.ab executore. ff.de appel.Nam fines mandati diligenter ſunt obſeruandi.l.diligenter.ff.man.& l.ſi itaq;.ff.de iureiu.Et ideo qui non facit quod debet,vr̄ facere quod non dēt.d.l.diligenter. & in c.miles. & ibi Arch.23.q.5.l.qui non facit.ff.de re.iu. ¶Et circa hoc incidenter quæro,ſi executor errauit in pœna imponenda delinquenti, vt puta delinquens fuit condemnatus: vt amputaretur ei manus dextra,vel extraheretur ei oculus dexter:executor verò ꝓ errorem amputauit ſibi manum ſiniſtram,vel extraxit oculum ſiniſtrum. Quæritur, vtrum iudex debeat ſibi facere extrahi dextrū oculum,vel amputare manum dextram ſm formam condemnationis.Et rñd.ſm Bar.qui iſtam quæſtionē mouet in l.elegan. ter.§.qui reprobos.de pig.acti.ff.ꝙ non, & rō eſt ſm eundem: qa id quod factum eſt,nō pōt recuperari,nec reſtaurari:ſi verò poſſet reparari impunè poſſet id facere. Sed quid ſi in ſnīa non ſit expreſſum,de qua manu ſit abſciſio facienda,quid faciet executor?Et rñd.ſm gl.Dyn.Bar.& Bal.in auc.ſed nouo iure. C.de ſer. fugi.ꝙ illa,in qua delinquens minus pōt,abſcindetur, ar.l.interpretatione.ff.de pœ.Sed adhuc circa hoc quæro, ſi vna manuū ſit arida,an illa ſit amputanda. Et rñd. ꝙ in hoc diſcordant multum doc.inter quos Dy.& Pau.in d.auc.ſed nouo iure. dicit Dy. ꝙ bona amputabitur,& rō:quia delictū remaneret impunitum: quia amputatio manus aridæ non vr̄ pœna.Paulus verò dicit ꝯrium per rationē gl.in d.auc.quæ dicit, ꝙ iſta eſt amputanda, in qua minus pōt,ſed minus dr̄ poſſe in arida, etiam ſi nihil poſſit. Quare &c. Præterea non eſt parua pœna deformitatis, quæ maior reſultat ex amputatione manus,licet aridæ. Qui quidem Dy. & Pa.ſic ad concordiam reducuntur per Bal.in d.auc. ſed nouo iure.vbi idem Bal.dicit,ꝙ aut prouiſum eſt de certa manu.Et tūc ſatisfactū:ſi illa amputetur, licēt arida ſit.Si autem de certa prouiſum non eſt in ſententia, & tunc aut illa manus eſt omnino arida,& tunc illa nō abſcindetur,ſed vtilis:ſinautem nō eſt oīno inutilis,tunc illa quæ minus vtilis eſt,truncabitur.¶Adhuc quæro de notabili dubio. Criminoſus fuit condemnatus in amiſſione,ſeu truncatione capitis & manus,quid faciet executor, an caput,vel manū debeat prius præſcindere.Et rñd.ſm Bar.in l.oēs. de dela.lib.10.C.& Pau.de Caſt.in d.auc.ſed nouo iure.in j.col.ꝙ primò dēt manum perdere, poſtea pſonā. Et ſic patietur ambas pœnas:nam ſi fieret eꝯ,non pateretur,niſi pœnam mortis:quia amputatio manus poſt mortem non eſſet pœna, ſicut amputatio manus oīno aridæ: vt ſup.dictum eſt. Et in hoc errauit aliàs executor noſter in executione Petri guytar,de quo fuit rigidè ꝓ iudicem reprehenſus,ſed illud non potuit reſtaurari. ¶Adhuc quæro,damnatus eſt aliquis ad ſuſpendium, cū publicè ſe diceret innocentē,ac p̄caretur Deum & ſanctos,vt de ſua innocētia quid miraculoſum & veritatē oñderet. Executor verò alligato & parato laqueo,vt moris eſt,eum dimittit, q̄ fracto laqueo cadit,nihil aut modico lęſus,vtrum ſit,donec moriat̄, iterū ſuſpēdendus.Iſtā qōnē tangit Luc.de Pe.in l.j.8.col.de deſertori.li.12. C.& allegat pro & Ꝯ.Mallē tñ tenere, ꝙ eſt iterū ſuſpendendus, donec mors ſequatur,vt ſnīa plenò ſuum conſequatur effectū: quia parum eſt ſnīam ferre,niſi debita & efficax executio ſubſequatur,qđ probatur in c.cū aliquib.de re iu.gl.in rub. de exec.rei iu.C.Pœna.n. (abiecta oī mollitie, & puſillanimitate) ferire dēt eundem quem damnauit,ar.l.fi.C.de cōpen.Nec eſt p̄ſumendū, 5 ꝙ illud eueniat ex miraculo.¶Cum † anteq̄ miraculū poſſit euenire,quatuor requiruntur:prout no.Arc. in c.teneamus.j.q.j.Primò,ꝙ ſit Ꝯ naturam.Scđò,ꝙ ſit à Deo. Tertiò, ꝙ ſit euidens. Et quartò,ꝙ ſit ad corroborationem fidei noſtræ. Si autē aliquod iſtorum defuerit, non dr̄ eſſe miraculum, ſed potius mirum. Si igitur ꝓ defectum laquei vel nodi illud eueniat, non dr̄ ex miraculo accidiſſe. Nam fortè laqueus ille eſt incantatus, vel aliqđ aliud ſimile,de quibus Tho.1.2.q.110.art.pen.& q.114.artic.fin. Ang.n.Sathanæ ſe aliqñ transfigurat in angelum lucis, & poteſt talia miranda facere,prout dicit Pau.ad Gal.11.c.tranſum. in ca. licēt.§.ſi verò.de regu.Quare executor in nullo habet ſe vlterius intromittere: niſi vt iuxta ſenten. condemnatus vltionem debitam conſequatur.l.cum reis.C.de pe.ēt ſi Ꝯrium diceret Angelus Dei:quia non qđ p̄ceperat, ſed qđ leges præcipiunt faciendū eſt.c.ſi is qui pręeſt.11.q.3.in c.cum ergo.§.item Galathis.24.q.3. Dēt igitur executor diligenter inſpicere & tētare laqueos ſuos, ſpadam & alia ſua inſtrumenta, vt leuius & honeſtius q̄ fieri poterit,mors vel punitio inde ſequatur, quia ex hoc multa & non parua oriuntur ſcandala.¶Quæro adhuc ante finem, eſt aliquis damnatus ad ſuſpendium, vtrum poſſit executor iubente iudice accipere equum uel currū priuati, ſup quo portetur crimino ſus ad ſupplicū? Rñ.ſm Bar.in l.iubemus.C.de ſac.ſan.vbi iſtud dubium mouet ꝙ ſic, dummodo pretium ſoluatur, ꝓut ēt dicit idē Bart.in l.fi.de pig.actio.ff. ¶Finaliter quæro, vtrum poſſit iudex abſente executore cogere aliquem priuatū ad decapitādū, ſuſpendēdum, ſeu fuſtigandū aliquē criminoſum dānatū. Iſtud

dubium

Source : BIU Cujas

dubium mouent Guil.de Cu.& Bar.in l.fi.§.j.ff.de pign.actio.& dicunt ꝙ sic,& ratio est:quia subditi tenentur in executione iustitiæ iudicibus obedire.l.si quis in hoc.C.de episc. & cler.& hoc verum est,si talis persona est vilis.Si verò sit honesta & religiosa non debet cogi secundum eosdem:& Bal.in l.fin.in fi. de execu.
6 rei iudic. C. quia † hominum pudori parcendum est.l.quintus. post prin.ff.mand. Vnde si inter seruientes esset aliquis multum vilis compelleretur,art. quòd sicut iudex cõpellitur ad iudicandum hominem ad suspendium.ergo & qui ad hoc sunt habiles, poterunt eadem ratione compelli ad exequendum. l.fin.§.iudicandi.ff.de mu.& ho.& hoc etiam facit illud Matt.27. c. Exeuntes aũt,inuenerũt hominem Cireneum nomine Symonem,& angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Sub qua quidem cruce quiescere decreui, & finem labori imponere. Ad laudem illius Christi qui in eadem cruce nos a morte liberauit ęterna,beatissimæ glorioſissimæ semperque Virginis matris eius, totiusque curiæ cęlestis triumphantis. Amen.

TRACTATVS DE IVRIS INTERPRETATIONE

Constantini Rogerij.

ARGVMENTVM.

Disposita partitione enucleandi Iuris & ordinem, & rationem, quidque ab interpretibus obseruandum sit, scripturum se profitetur.

SVMMARIVM.

1 *Partis prioris summa capita.*
2 *Enucleandi iuris instrumenta.*
3 *Interpretum iuris genus triplex.*
4 *Ordinem in iure interpretando seruari.*
5 *Legum varia genera.& nu.6.7.& 8.*
9 *Interpretandi argumenta.& nu.seq.*

1 

In isto Tractatu faciã duodecim principales partes.

In prima parte, tractabo, † quid sit Ius, & de pluribus Iuris speciebus, & qualis debeat esse Lex, & quos comites debeat habere, & de anima Legis, ac de eius proprietatibus, & virtutib. & an sublata aĩa,seu rõne legis intelligaẽ sublata ipsa Lex:& qualiter verba legis debeant restringi ꝑp mentem.

2 In secunda verò parte (quia Tractatus noster erit de Iuris interpretatione, post declarationem quid sit Ius.) declarabo † qd sit interpretatio,& quotuplex,& quid sit significatio rerum,vel vocabulorum: & qualiter intelligemus, quæ sit propria significatio & quæ sit congrua expositio, tam in generali,quàm in indefinita locutione, & aliis locutionibus: & quid iuris, quando verba legis habent plures significationes.

3 In tertia verò parte videbimus, per quos fienda sit interpretatio, & de † interpretatione pertinente ad solum Principem.

Item,de interpretatione, quæ pertinet ad Iudices.

Item, Doctorum scribentium, & cui magis ex interpretationibus sit credendum: & quãdo liceat recedere à communi Doctorum interpretatione.

4 In quarta parte videbimus, qualis ordo † sit in interpretationibus fiendis seruandus:& ibi videbis perpulchrè,qualiter leges, vel earum vocabula,debeant interpretari secundùm consuetudinem, vel vsum loquendi.

5 In quinta verò parte videbimus,qualis interpretatio † sit fienda in legibus correctiuis,& ibi erit profundissima materia:& dabo plerosque casus valde singulares, in quibus leges correctiuæ possunt ampliari.

6 In sexta † verò parte videbimus, qualis interpretatio sit fienda in legibus exorbitantibus : vbi etiam multos casus notabiles videbimus: & ibi etiam dicam, qualiter leges priuatæ,seu priuilegiales, sint amplificandæ, & intelligendæ.

7 Septimò videbimus,qualis interpretatio sit fienda in legibus † pœnalibus: & ibi etiam erit optima materia.

8 In Octaua autem parte videbimus, qualiter † aliæ leges non odiosæ debeant interpretari, & intelligi.

9 Nonò videbimus † quomodo,& qualiter interpretari possunt leges per contrarium sensum.

10 Decimò † videmus, qualiter leges possunt interpretari per naturam correlatiuorum.

11 Vndecimò † videbimus, qualiter vna lex interpretetur per aliam: & ibi videbimus de interpretatione passiua.

12 Duodecimò,& vltimò videbimus generaliter † modos, qui nos instruunt, & docent interpretari, & intelligere leges: & quos debet ante oculos habere ille, qui interpretatur: & ijs magnam intelligentiæ syluam poteris nanciſci.

ARGVMENTVM.

Iuris genera, & species, horum definitiones, in quo consistat legis virtus: huius effectus, & quæ eius enucleandæ instrumenta scribit.

SVMMARIVM.

1 *Ius latè patere.*
2 *Ius quid sit.*
3 *Iuris summa genera, horum definitiones.*
4 *Diuina lex quæ.*
5 *Constantij institutum.*
6 *Regulæ æthymologia.*
7 *Ciuilis constitutio quì accipienda.*
8 *Iuris species ex Iustiniano, & Gratiano.*
9 *Quirites cur sic dicti & Quiritum iuris partes.*
10 *Legum quæ ab auctoribus nominatæ.*
11 *Satyra lex: & cur ita appellata.*
12 *Rhodiæ leges quorum causſa constitutæ.*
13 *Legis ciuilis comites.*
14 *Legis finis & quatenus condenda.*
15 *Lex malitijs viam nan aperiat.*
16 *Legis potentia in quibus consistat.*
17 *Lex qualis esse debeat.*
18 *Legis anima.*
19 *Legis mens verbis potior.& nu.22.*
20 *Legis mens: & in quo consistat.nu.21.*
23 *Rationis legis virtus.*
24 *Extensæ species quì decidendæ.*
25 *Extensionem ex mente non fieri.*
26 *Ex, vocis acceptio.*
27 *Legis est, quod ex mente est.& nu.28.*
29 *Ratione latissimè patere.*
30 *Interpretatio passiua: & qui fiat.*
31 *Ratione correcta, quæ leges corrigantur, an non., ex causſa deprehendi. nume.32.& 33.*
34 *Capitul.miramur.de seruis non ordinandis.explicari.*
35 *Ratione cessante, legem cessare naturæ congruit.*
36 *Restringere quatenus ex mente liceat,an non. & nume. 37. & 38. veriùs numero 39.*
40 *Verbis, non menti, quando standum.*
41 *Ratione suppressa, quid obseruandum.*

1 

VENIO igitur ad primum : & quæro quid sit Ius? Dic br̃,ꝙ Ius est nomẽ generale, multas sub se species continens. prima dist.can.est autem.& lex est
2 eius species:vt ead.dist.in c.ius naturale. Et dicitur † ius, ꝙa iustum est, vt ibidem:licèt qñq; videatur non iustum,de quo ibi per glo.Et iuris prima partitio erit, quia
3 quoddam † est Diuinum,quoddam humanum. Et Ius Diuinũ dicitur Ius naturale,quod in Lege, & in Euangelio continetur. c.humanum genus,1.distin.Vnde Isidorus 5. lib. Ethymologiarum,dicit quod omnes leges aut Diuinæ sunt,aut humanæ. Diuinæ natura constant,humanæ verò moribus. 1.dist.c.omnes le-
4 ges.Et, vt ibi dr̃, † omne,quod fas est,nomine Diuinæ legis, uel naturalis accipitur: nomine verò legis humanæ, mores iuris scripti,& traditi intelliguntur.Et quia iuris Diuini interpretatio ad me nõ pertinet (quia esſet falcem immittere in messem alienam) solùm huius operis progressus versabitur circa ius humanum:quod † est duplex:quia quoddam dr̃ Ius Canonicũ,quod-
5 dam Ius Ciuile.Nam constitutio alia est Ecclesiastica, quæ sub Canonis nomine continetur, & Canon Græcè, regula Latinè nuncupatur, ſm Isidorũ in 6.lib.Ethymologiarũ, & trãsumptiuè distinct.3.c.omnes hæ species.Regula autem dicta † est, eò ꝙ
6 rectè ducit,nec aliquando aliorsum trahit: de quo dic, vt in eadem distinct.c.regula.& ibi per glossam.

Alia verò est constitutio ciuilis : & accipio constitutionem
7 † ciuilem non in specie,sed in genere, pro quocũq; iure nostro, quod reperitur scriptum,ſm quòd habetur per glossam in §. ius autem.Institut.de iure naturali.Et ita accipitur in l.2.in §.proinde.ff.de varijs, & extraordinarijs cognitionib.

8 † Et hoc ius subdiuiditur in plures species : quia quoddam est ius naturale,de quo Institut.de iure naturali.in principio.

Quoddam est ius ciuile in specie,de quo in eo.tit.§.j. Quoddã est ius gentium,de quo in eo.tit.§.ius autem gentium. Quoddã est Ius militare,de quo in Decretis j.dist.c.ius militare. Quoddã est Ius publicum, de quo in eadem dist. c.ius publicum. Quod-

Source : BIU Cujas

dam verò est Ius priuatum, de quo videbimus in sexta parte. Quoddam verò est Ius Quiritum, de quo in eadem distinctione Ius Quiritum. Et istud est propriè Romanorum, vt ibidem. Nã
9 Quirites sunt Romani, ita † dicti, à Quirino, id est Romulo. Et istud Ius Quiritum constat ex Plebiscitis, ex Senatusconsultis, & cõstitutionibus Principum, & edictis, siue responsis prudentũ, vt habetur in Decretis per totam secundam distinct. vbi etiã declaratur, quid sit lex, & quid plebiscitum, & alia, de quibus suprà. Et ista etiam declarantur in §. scriptum ius est. cum sequen-
10 tibus. instit. de iure naturali. † Et etiam debes scire: ꝙ habemus quasdam leges, quæ denominantur à suis auctoribus, vt sunt Cõsulares, Tribunitiæ, Iulia, Cornelia. Nam sub Octauio fuerunt Consules Papius, & Pompeius. Hinc dicimus legẽ Papiam, quæ fuit promulgata à Papio Consule: & legem Pompeiam, quæ à Pompeio. Et sub eodem Imperatore fuit Falcidius tribunus plebis à quo dicta fuit lex Falcidia.

11 Sunt etiam quædam leges Satyræ nuncupatæ. † Nam Satyra lex est, quæ de pluribus simul rebus eloquitur: dicta à copia rerum, & quasi à saturitate. Vnde Satyram scribere, est poemata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis, & Persij: vt in secunda distinctione c. Satyra. Et de hoc habetur in l. prima. in princ. C. de Latinitate libert. tollenda.

12 † Habemus etiam quasdã leges Rhodias, quæ de naualibus cõmercijs loquuntur, vt in toto tit. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Et istæ denominatæ sunt Rhodiæ ab insula Rhodo, in qua antiquitus mercatorum vsus fuit. 2. dist. c. Rhodiæ.

Nunc videamus, quos comites debeat habere lex. Et dico bre
13 uiter, † quòd debet habere honestatem, iustitiam, possibilitatẽ, vtilitatem, & claritatem: quod declara sic, vt in 4. distin. erit autẽ lex. Et sic debet esse valde rationabilis: quoniam ratio legẽ commendat, vt in prima distinctione cõsuetudo. & finis legis debet
14 tendere ad bonum commune, d. c. erit autem. † Ideo, si Princeps eam ẹderet ad propriam vtilitatem, esset iniusta. De quo per Panormitanum in c. j. extrà de constitutionibus.

Idem dico, si finis tenderet in præiudicium singularium personarum. c. cùm omnes. vbi casus singularis in eo. titu.

15 † Item non debet esse talis, vt inuitet ad delinquendum: vt qñ pro graui delicto imponit leuem pẹnam, vt faciunt statuta, quæ sunt in plerisque locis, quæ pro grauissimis delictis imponunt pẹnam pecuniariam: & ideo non valet, de quo dic, vt dixi in titulo de statu. militari. §. j. in Tractatu statutorum. Sed quia,
16 vt infrà patebit, in anima legis consistit eius virtus, † & potentia, ac modus eam interpretandi: ideo quæro, quid sit anima legis.
17 Solutio. † Dic, quia suprà dixi, ꝙ lex debet esse rationabilis: ista ratio legis nihil aliud est, quàm mens legis. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liberis, & posthumis. l. scire oportet. §. illud. versicu lo sed & si maximè. ff. de excusationibus tutorum. Et ista mens le
18 gis † anima legis, vt notatur in l. cùm mulier viri lenocinio. ff. soluto matrimonio. Et istam rationem, seu mentem legis semper ponderabis, si vis pfectè intelligere leges: quia aliàs, si verba sim pliciter sectaberis, postergata mente, sensum veritatis perdes. Nam, vt dicit text. in c. præterea. de verborum significatione. plerunque dum proprietatem verborum attendimus, sensum veri tatis amittimus. Nam semper mens est potentior, q̃ sint verba.
19 Hinc dicimus, † ꝙ non intentio verbis, sed verba intentioni, & menti debent deseruire: vt est text. in c. in ijs. aliàs incipit, Innotuit. propè finem. extrà de verb. significatione. † Et ista ratio, seu
20 mens legis, dicitur medulla ipsius legis, verba verò dicuntur superficies. Vnde dicit text. notabilis in c. Marchyon. prima quæstione prima. Non enim in verbis scripturarũ, sed in sensu Euan
21 gelium noscitur esse: nec in superficie, † sed in medulla, nec in sermonum folijs, sed in radice rationis. Et à ratione legis, non autem à verbis est arguendum. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa
22 tronatus. † Et illa magis attenditur, quàm dictum, vt ibidem. Et
23 notatur in l. cùm pater. §. dulcissimis. de legatis secundo. † Hinc dicimus, quòd ratio ipsa arctat, & prorogat legem, vt habetur in Clement. prima. extrà de electione. Et ista ratio tantæ est potentiæ, vt dicit Bald. in l. de quibus. ff. de legibus. quòd vbi vna, & eadẽ ratio militat in pluribus casibus, tunc illi casus non dicuntur
24 † decidi per extensionem, sed deciduntur omnes ad instar generis comprehendentis suas species. Et istud est fortè quod voluit Dynus in c. fin. de regulis iuris. libro sexto. dum dicit, Addere ex
25 mente, † non est extendere. Et idem dicit Albericus post Iacobum de Arena in volumine statutorum, in prima quæst. Et ego do tibi de hoc glossam ad literam in c. si postquam. de electione. libro sexto. & in c. primo. de temporib. ordin. eodem lib. & etiã hoc videtur uelle glossa in c. vnico. in verbo, & filio. de summa trinitate. lib. sexto. & in Clement. secunda. de vita, & honestate clericorum. in verbo lineum. Et facit glo. in l. ciuitas. ff. si certum petatur. & in l. illud. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Et hoc probo fortissima ratione: quia id, quod excerpitur ex mente legis, dr̃ esse ex lege. Casus est in l. nominis, & rei. §. verbum ex legibus. ff. de
26 rerum, & verborum significatione. Sed certum est, † ꝙ dictio, ex, denotat causam immediatam, vt notatur in l. non dubium. C. de legibus. & per Barto. in l. liberorum. ff. de rerum, & verborum significatione. & l. eo tempore. ff. de peculio. Ergo, quod ex
27 ratione, seu mente † percipitur, dicitur immediatè ex lege procedere, ¶ & consequenter non fit extensio. Probo etiam, quia l. Prætor ait. in §. j. ff. de operis noui nunciatione. dicit, Edicto expressum est: & tamen in edicto illud, de quo ibi, non erat expressum quantum ad uerba, sed solùm quantùm ad mentem: ut
28 ibi per glossam, & Doctores. Ecce ergo ibi casum, ꝙ id, † quod ex mente legis percipitur, dicitur esse expressum in lege.

Tertiò, do tibi textum cum sua glossa declarando, prout ibi dixi in l. si plures. in fine. ff. de vulga. & pupilla. & facit etiam l. libertum. la secunda. §. Senatusconsulti. ff. de ritu nuptiarum. ibi. extraneum sententia apprehendi. Noto verbum, apprehendi.
29 † Et sic ratio ipsa est, quæ comprehendit, seu amplectitur omnẽ casum similem. Et ad hoc etiam uide bonum textum in l. non sine ratione coniuncta l. j. C. de bon. quæ lib. & quod uoluit Bar. in l. ij. §. equidem. ff. ad Tertyllianum.

Et ex præmissis infero, † quòd illa interpretatio, quæ fit per identitatem rationis, dicitur passiua, non actiua. Hinc infero ulterius, quòd posito, quòd esset extensio, tamẽ adhuc in legibus exorbitantibus posset tolerari: quia si in eis toleratur interpretatio passiua, quæ fit in uirtute dispositionis extrinsecæ, hoc est, ui regulæ antiquæ. multò fortiùs ista, quæ fit ui dispositionis intrinsecæ, hoc est ui rationis expressæ in lege, quæ est anima intrinseca legis.

Quæro ulteriùs, nunquid correcta ratione legis, intelligatur
31 ipsa lex correcta. † Dic breuiter quòd si ratio legis, quæ est correcta, sit impulsiua, non ob hoc inducitur correctio ipsius legis, per notata in l. j. §. sexum. ff de postulando.

32 Si uerò erat ratio finalis, tunc si sunt plures † rationes finales, una correcta, non intelligitur lex correcta: per notata in §. affinitatis. Institut. de nuptijs. & in l. liberorum. §. notatur etiam, qui eam duxit & c. ff. de ijs, qui notantur infamia. & per glossam, & Doctores in l. si uentri. §. in bonis. ff. de priuilegijs creditorum. & in authentic. de nuptiis. §. si uerò. collatione quarta. Aut uerò est unica ratio finalis, quæ est correcta, & tunc plusculum dubitatio nis, & tunc uidetur, quòd ob hoc non sit correcta ipsa lex, per
33 c. à multis. extrà de ẹtate, & qualitate. ubi patet, ꝙ ratio † canonis erat correcta, & tamen dubitabatur, an ipse Canon esset in uiridi obseruantia, & Papa ibi nouum ius statuendo, uidetur eũ corrigere, quasi ante non esset correctus per correctionem rationis. ut patet ex uerbo, statuimus, ibi posito, quod importat nouam prouisionem, ut uult glossa in Clemen. finali. de rescriptis. super uerbo, statuimus.

Sed in contrarium adducitur text. in capit. miramur. de seruis
34 non ordinãdis. † ubi uĩ Papa procedere declarando, ꝙ eo ipso, ꝙ correcta erat ratio canonis, ĩtelligatur ipse canon correctus, Et istud uidetur uerius. Et ita ĩtelligatur c. à multis. præallegatũ. Et hoc est de mente glossæ, & Bartoli in l. j. in prin. in glos. super uerbo, prouidentia. ff. de legitimis tutoribus. quam glossam no-
35 ta. Et facit illud generale: † quia cessante ratione legis, cessat ipsa lex. c. cùm cessante. extrà de appellationibus. Et ita etiam tenet Imola in l. si uerò. §. de uiro. ff. soluto matrimonio.

Et addo aliam rationem: Nam certum est, ꝙ ars imitatur naturam. §. minorem. institu. de adoptionibus. Sed clarum est, ꝙ in naturalibus, sublata anima, perimitur corpus: ergo etiam in artificialibus dicemus, ꝙ sublata anima legis, hoc est, ratione, quę est anima, ut suprà dixi, erit sublata ipsa lex.

36 † Quæro insuper, an possint restringi uerba legis propter mẽtem? Et dic br̃. ꝙ si uis restringere, ne quis damnum indebitè patiatur, poteris hoc facere, ꝑ l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. Nam ibi, nisi fieret restrictio, ius patronatus periret. l. quicunq;. eo. tit. Et ita loq̃t l. 2. de noxalib. quæ est ualde notabilis.

37 Eodem modo possunt restringi, ne quis indebitè ad † lucrum pueniat. Casus est in l. ut gradatim. §. j. ff. de muneribus, & honoribus. & per Bartolum in l. non dubium. C. de legib. Non autem
38 † potest fieri restrictio, ut alius locupletetur, per l. prospexit. ff. qui, & à quibus, quia lex tunc quantuncunque dura, seruanda
39 est. Et ita etiam dicit Bart. in d. l. non dubium. † Ego uerò indistinctè teneo, quòd ubi ratio, & sic mens, est expressa in lege, potest fieri restrictio, per rationes, quas suprà dixi, dum tetigi de uirib. rationis legis. Nec obstat dic. l. prospexit. quia ibi ratio non erat expressa, uel non bene poterat constare de ea: ideo standum est
40 generalitati † uerborum, ut ibi, & l. non aliter. in princ. ff. de legatis tertio. Et ita dicit Salicetus in l. non dubium. C. de legibus. & fuit opinio Baldi: licèt non referat in l. si quis seruo. C. de furtis. Et sic Bald. & Salicetus quando de ratione constaret, uidentur uelle id, quod ego teneo. Vel potes respõdere aliter ad l. prospexit, secundùm quod plenè dixi in Tractatu statutorum. in tit. de restricta statutorum interpretatione. §. j.

41 Quid autem iuris sit, qñ ratio legis † non est expressa, tñ non potest esse nisi una, nunquid tunc illa habeatur pro expressa, ad hoc ut procedant omnia, quę suprà dixi de ratione expressa: Nõ tango hic, quia abundè tetigi in Tractatu statutorum. in titulo de extensiua statutorum interpretatione. §. j. uersic. sed quæro, quid si ratio. Et sic sum expeditus de prima parte.

ARGV-

Source : BIU Cujas

ARGVMENTVM.

Interpretationum, & significationum genera, & acceptiones: hæ vnde sumendæ: & verba quì intelligenda sint, scribit.

SVMMARIVM.

1 *Significationis acceptiones.& nu.2.*
3 *Tituli de rerum, & verborum significatione explanatio.*
4 *Interpretamentorum genera.*
5 *Interpretationem variè accipi.& nu.6.veriùs nu.7.*
8 *Significatus vnde sumendus.& nu.9.& 10.*
11 *Testamenti ethymologia.*
12 *Significatio quando à notatione vocis non accipienda.*
13 *Intestatus.*
14 *Generalium verborum interpretatio.*
15 *Indefinitorum interpretandi ratio, & vis.*
16 *Indefinitam vniuersali æquipollere quì accipiendum: & ea, tum quæ sit. numero 18.*
17 *Quasi, cuius rei nota.*
19 *Polisymæ qui accipiendæ.& nu.20.& 21.*
12 *Impropriè quando sit accipienda vox.*

SECVNDO principaliter quæro, quid sit interpretatio? Pro cuius declaratione primò videamus 1 quid sit significatio. † Et significatio est proprius, & verus sensus attributus dictioni ab intellectu, vel statuto legislatoris. Ita Bal. in rubrica. C. de verborum significatione. Et subijcit, ꝙ significatio † quandoque sumitur à verbo disponente, quandoque à re dispositа: & hinc intitulatur ibi de verborum, & rerum significatione. De † verborum dicit, propter primum: de rerum signific. propter secũdum.

Videamus ergo nunc, quid sit interpretatio. Breuiter dic', 4 †quòd aliqua est interpretatio correctiua. l. prima. §. qui operas. ff. de operis noui nunciatione. Aliqua verò est extẽsiua, de qua plenè dixi in titulo de extensiua statutorum interpretatione, in Tractatu statutorum. Aliqua est restrictiua, de qua dixi in eodẽ Tractatu, in titulo de restrictiua statutorum interpretatione. Aliqua est declaratiua, de qua dixi in eodem Tractatu. in titulo de declaratoria expositione. Et de his omnibus tangit glossa notabilis in l. prima. ff. de origine iuris. Et dico, quòd vltima ꝓpriè non est interpretatio secundùm Baldum in dicta rubr. de verborum significatione.† quia tantùm interpretatio dicitur, quãdo fit extensio, vel restrictio. Et idem voluit Dynus: licèt Baldus non alleget in l. iusta interpretatione. ff. de rerum, & verborum significatione. & Bartolus in l. liberorum. in eodem titulo. in tertia oppositione. & Albericus in volumine statutorũ. in quæstione centesimaquinquagesimatertia. dicens, quòd tantùm dicitur interpretatio, quando à verbis receditur.

Sed attende, quia glossa in dicta l. prima. de origine iuris. dicit 6 totum oppositum: dicens, † quòd interpretatio propriè denotat vocabuli apertam significationem: sed largè ponitur pro arctatione, vel restrictione. Et pro eo adduco l. primam. in fine. ff. de verborum obligationib. vbi Iurisconsultus appellat expositionem vocabuli interpretem. Tamen non recedas ab eo, quod suprà primò dixi. Pro quo consueui allegare casum. Institut. de legitima patronorũ tutela. paulò post principium. ibi: sed quia perinde, accepta est † per interpretationem, ac si verbis legis in- 7 ducta esset. Et hoc etiam probatur in l. Gallus. §. quid si is. in fine. & §. nunc de lege. versiculo etiam si parente viuo. ff. de liberis & posthumis. Et ista tene menti propter statuta, quæ dant potestatem interpretãdi statuta aliquibus Iurisperitis: quia ex præmissis patet, quam potestatem habebunt. Sed qualiter intelligemus, quæ sit propria significatio.

Solutio. Bart. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. dicit. †ꝙ 8 ꝓpria significatio sumitur ab auctoritate legis. l. propriè bona. ff. de rerum, & verb. signific. cum aliis similibus.

Item potest sumi † ex definitione legis. l. prima. ff. de testamen- 9 tis. & l. prima. ff. de tutelis. & Institut. de obligationibus. titulo generali. in principio.

Item † ex allusione, seu deriuatione vocabuli. l. pupillus. §. ter- 10 ritorium. de rerum, & verborum significatione. c. cleros. vigesimaprima distinctione. l. secunda. §. appellata. ff. si certum petatur. dummodò ista allusio non repugnet definitioni: † vt in te- 11 stamento, quod dicitur testatio mentis, & tamen omnis testatio mentis non est testamentum, sed illud, cui conuenit definitio. l. prima. ff. de testamentis.

Item verum est etiam, quod dixi: † nisi allusio repugnaret li- 12 mitationi factæ à iure. Exemplum in dicto §. appellata. vbi mutuum dicitur eò, quia de meo fit tuum: & tamen quandoq; fit de meo tuum, & non est mutuum: sed requiruntur aliæ qualitates, de quibus in dicta l. secunda.

Dico etiam, quòd priuationis relatio ad habitum dat proprie- 13 tatem vocabulis. Hinc dicimus, † ꝙ propriè intestatus dicitur ille, qui potuit testari, & non est testatus. l. j. in prin. infra de suis, & legitimis. De quo dic, vt dixi in titulo de declaratoria expositione. §. attingamus. versiculo 58.

Si verò in lege sunt † verba generalia, & quæras, qualiter de- 14 beant intelligi: do tibi regulam, quòd generaliter sunt intelligẽda, nisi fiat restrictio ratione adiuncti: vt in casu notabili, cũ sua glossa in l. sed si adijciatur. ff. pro socio. & in l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico, oleoque legato. & in l. j. §. non fuit. & ibi Barto. ff. de dolo. Et adde, quæ dixi in titulo de declaratoria expositione. §. attingamus. versi. 59.

Si verò lex indefinitè loquitur, tunc dic, † quòd indefinita le- 15 gis, vel canonis regulam tradere intendentis, ęquiparatur vniuersali. Secus indefinita communis locutionis secundùm Iuristas. Et ita ita dicit glo. in c. vt circa. de electione. lib. 6. Et debes scire, quòd indefinita ęquipollet vniuersali secundùm logicos in materia necessaria: vt, homo est animal: ergo omnis homo est animal: non autem in materia contingenti: vt, homo currit: nõ sequitur: ergo omnis homo currit: vt notatur ĩ d. c. vt circa.

Item debes † scire, quòd indefinita ęquipollet vniuersali ex 16 interpretatione, non autem propriè, secundùm Bart. in l. si pluribus. in princ. ff. de legatis tertio. vbi tangit plenè de indefinita locutione prolata ab homine: dic, vt ibi. Et probatur, quòd ex interpretatione in l. si seruitus. ff. de seruitutibus rusticorum prędiorum. per Bartolum. Ego consueui meliorem textum allegare in l. si ita relictum. ff. de lega. 2. ibi: quasi ita scriptum. &c.† Nota dictionem, quasi, quæ est nota improprietatis. 17

Item videmus, † quòd hinc dicimus, quòd indefinita ęquipol- 18 let vniuersali: non autem quòd sit vniuersalis.

Item, quia si propriè esse vniuersalis, tunc etiã in odiosis ęquipolleret vniuersali: qđ est falsum. l. 2. ff. de liberis, & posthumis. An autem in statutis indefinita ęquipolleat vniuersali, dic, vt dixi in titulo de declaratoria expositione. §. primo.

† Quæro, in lege est aliquod verbum habens plures significa- 19 tiones, quæ dicetur congrua expositio? Dic, quòd si habet plures proprias significationes, accipitur illa, quæ cõgruit materiæ legis. l. si vno. ff. locati. & l. si seruus plurium. in fine. ff. de legat. j. & expressius in l. quoties idem sermo. ff. de reg. iuris.

Si verò habet † vnam propriam, aliam impropriam, regulari- 20 ter assumitur propria, & omittitur impropria. l. non aliter. ff. de leg. j. l. j. §. si is, nauem. ff. de exercitoria. Fallit, si de mente disponẽtis † aliter appareat, d. l. non aliter, vel si vsus loquendi foueat 21 impropriam locutionem. Casus est in c. quamuis. de verb. signi. quod limita, vt dicam in quarta parte.

Item, † vbicunque proprius intellectus fouet absurditatem, 22 vel iniquitatem: quia tunc debemus intelligere impropriè. l. in ambigua. de legibus.

An † autem, quando impropria significatio est magis amica 23 iuri communi, possimus tunc illam accipere, & recedere à propria? latissimè tetigi in titulo de declaratoria expositione. §. primo. versic. ex prædictis uerbis. dic, ut ibi.

ARGVMENTVM.

Interpretandi genera duo, sentẽtiarum quæ potior sit, adnotat Rogerius.

SVMMARIVM.

1 *Interpretandi genera: quandoq; capi debeat.& nu.2.& 3.*
4 *Communis sententia quando relinquenda,& 5.6.7.8.& 9.*
10 *Opinionum quæ amplectenda.& nu.11.12.13.14.& 15.*
16 *Glossematum quæ sectanda.*
17 *Opinioni priori quando stet glossa.& nu.18.& 19.*
20 *Patrum sententia an sequendæ: an noxam tollant.*
21 *Papæ sententiæ quando præualeat.*
22 *Ecclesiæ interpretum cui fides danda.*
23 *Opinionum potior vtroque iure.& 24.*
25 *Pseudointerpres quando delinquat.*

TERTIO principaliter videamus, per quos sit fienda interpretatio Iuris. Super quo dic, ꝙ † quædam 1 est interpretatio Iuris generalis, & necessaria, ac in scriptis redigenda: & istam potest facere solus supremus Princeps. Et de ista loquitur lex prima. C. de legibus. & ibi uide glossam, Bartolum, & Doctores. Quædam uerò est necessaria, † & in scriptis redigenda non tamẽ 2 generalis, ut est illa, quam facit Iudex in prolatione sententiæ ex potestate sibi attributa, per l. non potest. in fine. ff. de legibus. Nam illa est in scriptis redigenda. C. de sententijs ex breuiculo recitandis. l. secunda. & est necessaria quoad partes, sed non est generalis, per textum notabilem in l. nemo. C. de sententijs, & interlocutionib. omnium iudicum. Quædam † uerò est interpre- 3 tatio probabilis, non tamen necessaria: sed potest in scriptis redigi, ut interpretatio, quam fecerunt, & faciunt quotidie Doctores scribentes: ut, Bartolus, & cæteri Doctores quæ nõ est necessaria: quia nemo cogitur in iudicando, & multò minùs in disputando

Source : BIU Cujas

4 putando eam sequi, etiam si esset communis opinio: † quia Iudex in iudicando potest recedere à communi opinione, si ea potest conuinci fortissimis rationibus, secundùm Hostiensem, & Ioannem Andream in c.j. de cõstitutionibus. & Panormitanus in c. ex literis. extrà de sponsalibus. Pro quorum opinione ego constitui allegare glossam c. iudice. tertia quæst. 7.

Item & textum ad literã in l.j. versi. sed neq;. C. de veteri iure
5 enucleando. † vbi dicitur, q̃ ex multitudine auctorum non est iudicandum: quia sæpe vnius, quantuncunq; deterioris, Doctoris opinio potest plerosq; in aliqua parte iuris superare.

Addo etiam Butrium, & Panormitanum in c. tua. de vsuris. di-
6 centes, quòd licitè iudicatur contra communem † opinionem Doctorum, & glossatorum, vbi eorum opinio iure non probatur. Et dicit etiam Panormitanus in c. calumniam. extrà de pœnis. quòd vbi quis haberet consilium ſm opinionem alicuius acutissimi Doctoris: licèt Iudex contra eum iudicaret propter communem sententiam, quæ esset ad oppositum, nõ tamen debet eum condemnare in expensis. Ad quod etiam vide Angelum in l. non ignoret. C. de fructibus, & litis expensis. & dixi in l. cum prolatis. ff. de re iudicata. & in l. qui Romæ. §. fi. ff. de verb. oblig. dic, vt ibi dixi. Attende tamen: quia licèt ex causa possit recedi à communi sententia, vt patet ex præmissis: regulariter tamen ab ea non est recedendum, per l. mininmè. ff. de legibus. nisi
7 fortè † singularis opinio esset humanior, vel rationabilior, & æquior, quàm communis. Ita Hostiensis, & Panormitanus in c. si
8 vir. extrà de cognatione spirituali. per illum textum, † ideo, vbi agitur de matrimonio sustinẽdo, singularis opinio, quæ est pro matrimonio, præfertur communi opinioni tendenti ad dissolutionem matrimonij: nisi communis opinio haberet quasi textũ pro se. Ita dicunt Hostiensis, & Panormitanus in d. c. si vir. quod Panormitanus dicit singulariter esse notandum. Nam paucorũ
9 opinio in casu fauorabili præfertur † opinioni multorum. d. c. si vir. Et sequitur etiam ibi Butrius, dicens, q̃ vbi magistri per suas glossas soluunt contractum matrimonij, nec ius expressum inducunt, si reperies aliquem scripsisse ꝑrium, illi adhæreas.

10 Inter opinionum ergo varietatem † Iudex debet eligere humaniorem, & rationabiliorem. Adde, & illam debet etiam eligere, quæ est temperata moderamine benigni, & naturalis iuris, vt dicit text. in l. non fine ratione. C. de bonis, quæ liberis. dicẽs, q̃ consequens est, ambiguas, atque legum diuersis interpretationibus titubantes causas benignè, atque moderamine naturalis iuris temperatæ.

11 Adde etiam, q̃ debet eligere illam, † quæ iuuatur melioribus, & subtilioribus rationib. in dubio. Casus est in c. capellanus. ext. de ferijs & facit l. 2. ibi: ratio redditur &c. ff. de vsuris.

12 † Item debet etiam eligere illam, quæ est tutior pro anima: licèt videatur deterior. Vide glos. notabilem in c. 1. extrà de scrutinio. Et si inter varietatem opinionum reperiatur aliqua opinio
13 media, † distinguens inter alias, illi in iudicando est standum. Glossa est notanda in c. scientes. extrà de cẽsibus. Et probatur in §. cùm ex aliena. Institut. de rerum diuisione. ibi: placuit media
14 via existimantium &c. Sit etiã cautus Iudex, vt in † dubio eligat illam opinionẽ, quæ est roborata per glos. aliquam. vide Bald. in l. precibus. C. de impuberum, & aliis substitutionibus.

15 † Et si reperias vnum famosum Doctorem cum glossa, non recedas ab illa opinione in iudicando, per notata per Iacobum Butrigarium in l. vnica. C. qui pro sua iurisdictione. Et ibi vide Sa
16 licetum. Et si reperies glossas contrarias, inhæreas † semper posteriori glossæ. quia illa censetur alias corrigere. Ita dicit Petrus in l. cunctos populos. C. de summa Trinitate. quod tenementi propter Doctores variantes multoties in suis opinionibus, ꝑput facit sæpe Baldus: quia vltimæ opinioni est standum.

17 Sed quæro, † an glossa postq̃ visa est aliquid firmare, si referat posteà aliam opinionem, in qua remaneat, prout sæpe faciunt glossæ, & Doctores, & maximè Speculator, & Innocentius: an tunc videatur recedere à præcedenti opinione? Videtur, q̃ non: quia glossa ita facit in l. cùm fundum. in verbo, posteà. ff. de vi, & vi armata. & tamen allegatur per Doctores tenuisse primã opinionem: vt per Bald. in c. j. §. si quis verò. lo primo. de pace iuramento firmanda. in vsibus feudorum. Addo etiam Barto. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirenda possessione. & ibi Doctores, qui allegant glossam: ibi ad id, quod primò † videtur firmas-
18 se, licèt postremò referat aliam opinionem. Vide etiam Bald. in l. si quis ex cõsensu. C. de episcopali audientia. qui allegat Speculatorem in titulo de competenti Iudicis aditione. §. primo. versiculo sed nunquid. tenere, quòd in causa criminali non fiat prorogatio. Et ad idem allegat eum etiam Angelus in l. prima. ff. de iudiciis. & tamen ibi allegat alios tenere contrarium, cum quibus transit non vltrà dicendo.

19 † Sed vlteriùs quæro, quid? si non allegat aliam opinionem, sed arguit in cõtrarium, & non respondet: an per hoc videatur recedere à prima opinione? Videtur, quòd non: ita facit glos. in authent. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. & tñ Ioannes Fabri. ibi & Bald. in l. vnica. C. de confessis. in decimana columna, eam allegãt pro sua prima opinione, & idem facit glossa in c. latores. extrà de clerico excommunicato ministrãte. & tamen Panormitanus ibi eã allegat ad id, quod primò visa est firmare. facit Speculator in tit. de contumacia. §. fin. versi. sed pone. & tamen Imo. in l. de pupillo. §. si procurator. ff. de operis noui nunciatione. cùm allegat pro prima opinione: licèt dicat, q̃ aliqualiter videtur dubitasse arguendo in contrarium. Præmissa nota bene, vt scias, in qua opinione glossa, vel Doctores videantur residere.

20 † Sed quæro, an opiniones sanctorum per totum Decretum sparsæ, vel aliæ sint de necessitate tenendæ? Dic vt per Innocentium, quem sequitur Panor. in c. ne innitaris prudentiæ tuæ. de constitutionibus. Et si sint plures opiniones inter eos, an cõcertatio opinionum excuset quem à peccato, vide Panormitanũ in c. j. extrà de decimis. q̃ sic, & allegat c. primum. de postulatione prælatorum, lib. 6. Sed ꝑrium videtur velle ipse Panormitanus in c. Petrus. extrà de homic. Et pro hoc facit: quia debuit eligere tutiorem opinionem pro anima, vt suprà dixi.

21 † Quæro vlteriùs, cui ex interpretatoribus sit magis credendum: Et primò, an interpretatio Papæ prævaleat interpretationi alicuius sancti patris? Et bꝝ dico, q̃ sic: quoad causas definiendas, sed non quoad sacram scripturam exponendam. text. est cũ sua glo. notabili in c. j. 20. distin. Et dicit glos. in c. seq. quod incipit, de libellis. ac etiam Panormitanus in c. tua. de decimis. quòd vbi dictum Augustini iuuatur auctoritate noui, vel ueteris Testamenti, prævalet Canoni, & interpretationi Papæ.

22 † Sed quæro, cui est magis credendum inter Doctores Ecclesię? Dico breuiter, quòd Augustino magis est credendum in disputationibus: Hieronymo verò magis est credendum in historijs, & translationibus: Gregorio verò magis est credendum in moralibus. Ista est glo. notanda in c. vt veterum. 9. distinct.

23 Ex quo infero, quòd in interpretatione iuris † canonici ꝑualebit opinio glossæ iuris canonici, opinioni glossæ iuris ciuilis.

24 Et codẽ † modo è contrario in materia ciuili prævalebit glo. iuris ciuilis. Ad quod etiam vide Imo. in l. j. §. post autem. ff. de operis noui nũciatione. Et idem credo in Doctoribus, vt in materia canonica prævaleat opinio Doctorum Canonistarum, in materia verò ciuili prævaleat opinio Legistarum. Ad quod etiã allego bonam glossam in §. fin. Institut. de gradibus. aliàs est de seruili cognatione, est in §. hactenus. posita in verbo generata. institut. de gradibus cognationum.

25 Quæro postremò, an malè interpretari † ius humanum sit peccatum, & maximè ius canonicum? Et breuiter dic, quòd nõ: secundùm Innocentiũ in c. per tuas. secundo. extrà de simonia. Dicit tamẽ ibi Panormitanus, quòd si propter suum malum intellectum incideret in legem, non excusaretur à delicto.

ARGVMENTVM.

Consuetudo quando, an non, legis interpres: & ita aperit, & declarat l. si de interpretatione. ff. de legibus.

SVMMARIVM.

1 *Obseruandorum ab interpretibus series. nu. 2. & 3.*
4 *Ratio legis quando & vincat, & vincatur.*
5 *Consuetudini interpretanti stari quatenus, an non, verum sit. 6. 7. 8. 9. 11. 12. & 13.*
10 *Liberi in statuto filias excludente quì accipiendi.*
14 *Immunitatem ad liberos protrahi.*
15 *§. Quod tamen Cassius. & huic similes species restringi.*

QVARTO principaliter quæro de ordine seruando interpretatione Iuris. Super quo dic, quòd pri-
1 mò, & ante omnia iuris interpres † loco introductionis, & isagoges, debet considerare, qualis sit lex, videlicet, an correctiua, exorbitans, odiosa, vel fauorabilis, aut neutralis? quo facto talem ordinem seruabit: quia primò prospicere debet, an illa lex, de cuius interpretatione agitur, fuerit per consuetudinem certo modo interpretata, prout fuit lex dos à patre. C. soluto matrimonio. quæ per cõsuetudinem fuit interpretata secundùm opinionem Martini: licèt communis sententia sit ad oppositum: & tunc dico standum esse illi consuetudini interpretanti: quod tamen declara, vt statim dicam, & dixi in Tractatu de dote. §. penult.

2 Secundò debet † considerare diligenter mẽtem ipsius legis, quæ ex rõne excerpitur: de cuius virib. vidistis sup. ī prima parte.

3 Tertiò debet † considerare verba. Et istum ordinem interpretandi ponunt Doctores, maximè Bartolus in l. non possunt. ff. de legibus. † Ex quo ordine colligis, consuetudinem vincere
5 mentem, seu rationem, & mentem vincere verba, vt dixi etiam in prima parte. Et circa considerationem verborũ multa erunt ponderanda, de quibus videbitis in vlt. §.

Sed, quia dixi esse standum consuetudini interpretanti, primo loco quæro, nunquid istud passim sit verum?

5 Solutio, Circa hoc sic distinguerẽ: quia aut cõsuetudo † ipsa inter-

Source : BIU Cujas

interpretatur aliquam legem, vt dixi de l.dos à patre. & tunc
6 absque dubio illi standum est. Aut verò† interpretatur aliquod vocabulum ipsius legis,non obstante,quòd ratio eiusdem legis aliud dictet:& tunc dico adhuc idem,Aut simpliciter † interpre
7 tatur aliquod vocabulum in abstracto, verbi gratia, verbum,liberorum,importat omnes descendētes ex proprietate vocabuli.l.liberorum.ff.de rerum, & verborum significatione. Pone ergo,ꝙ de consuetudine loquendi solùm importet filios primi
8 gradus: † nunquid si istud vocabulum reperietur in lege, debebimus interpretari ſm vim ipsius:an verò secundùm consuetu-
9 dinem loquendi? † Super quo dicerem,ꝙ aut ratio ipsius legis, in qua tale vocabulum reperitur,amplectitur omnes descendentes: & tunc sine dubio non recedam ab eius proprietate ꝓpter consuetudinem loquendi: quia tunc constat de mente legis, quòd voluit intelligere secundùm proprietatem vocabuli, vt eius ratio demonstrat: non autem secundùm consuetudinem loquendi. Verbi gratia,vt intelligas: pone,quòd stante consuetudine præmissa, cauetur statuto,quòd existentibus liberis ma-
10 sculis,filiæ dotatæ non†succedant, vt bona p̄seruentur in agnatione:certè licèt aliàs verbum, liberorum, deberet intelligi ſm consuetudinē loquendi: nō tamen sic intelligetur in hoc casu.
11 † Si verò cesset ratio in lege:tunc si constat illam consuetudinem loquendi fuisse tempore legis,vel statuti promulgati, illi stabo:& secundùm illam interpretabor legem,vel statutum. Et iste est casus in c.quamuis. extra de verborum significatione:
12 † quod limita singulariter, nisi ista consuetudo esset plebis, seu vulgarium personarū: quia tunc interpretandis legibus, vel statutis non attenditur. Iste est casus in l.item prætor. in principio. ff.de suis, & legitimis hæredibus.

13 Si verò non constat illam consuetudinem † loquendi fuisse tempore legis promulgatæ: tunc interpretabor legem secundū vim vocabuli: vtpote, si reperiatur in lege data immunitas ali-
14 cui,& eius liberis,intelligam † legem loqui in nepotibus,secundùm vim vocabuli, non solùm in filijs secundùm consuetudinem loquendi: quia licèt iste mos loquendi sit nunc,nō tamen sequitur,quòd esset tempore legis promulgatæ.Ista tene menti,
15 quia alibi non reperies, & sunt notanda † ad limitationem eorum,quæ habentur in l.quòd si nolit.§.quia assidua.ff.de ędilitio edicto.& in l.liberorum. §.quod tamen Cassius ff. de legatis tertio.& l.cùm de lanionis. §.asinam.ff.de fundo instructo, instrumentoque legato. Et sic sum expeditus de quarta parte principali. Sequitur quinta.

ARGVMENTVM.

Correctoriæ legis interpretandæ ratio: & an extendatur restringaturvè.

SVMMARIVM.

1 *Correctoria quando, an non restringantur.& nu.13.*
2 *Correctoriarum legum genera.& nu.12.18.24.& 30.*
3 *Legum correctoriarum cumulus.*
4 *Ius distinctiuum.*
5 *Exorbitans ius.*
6 *Correctoria similitudinis lex: eamq; præter ius esse.nu.8.*
7 *Legem non possunt.ff.de legibus.explicari.*
9 *Sententia iuris simili reclamans cur nulla non sit.*
10 *Legis speciei repugnans.*
11 *Iuri repugnare, quod & rationi, verius est.*
14 *Clement.testibus.institutum: idq; ad aliquot alias Decret.protrahi.*
15 *Correctorium, quod interpretibus reclamat, non esse.*
16 *Sententiam varietati opinionum repugnantem nullam non esse.*
17 *Expresso quid reclamet.*
19 *Exorbitantia cur, & quando extendi possint.*
20 *Rescriptum contra ius quando validum.& nu. 21.*
22 *Præscriptionum quæ iuri communi propius accedentes.*
23 *Respublica quatenus Ecclesiæ æquiparanda.*
25 *Correctorium quando extendibile,an non.nu.26,verius nu.56.*
27 *Statuto de plectendis homicidis quando teneantur mandatores.*
28 *Torqueri quatenus accipiendum.& nu.29.*
31 *Leges penales etiam per improprium restringi.& nu.32.*
33 *Impropriè quando accipiantur verba.*
34 *Consequentium quę legibus, vel decretis teneantur.& 35.*
36 *Ratio similis quando non extendatur.*
37 *Pia quando ad Rempublicam non extendantur.*
38 *Ratione eadem, vel maiori quando non fiat extensio.& nume.58.& quando fiat.nu.66.*
39 *Tacita pro expressis non haberi.*
40 *Taxatiua negans non corrigitur:idq; extendi.nu.44.& 45.*
41 *Augeri quæ nequeant.& nu.42.*
43 *Lex finalis.§ finalis.de bonis, quæ liberis.& l.nemo.qui testamenta facere possunt. enucleatæ.*
46 *Legem obæs.non corrigi: sed ad similes extendi, ad minores non item.numero 47.& 51.*
48 *Exceptionibus, præter vnam, vetitis, quæ liceant.*
49 *Taxatiua quando corrigat.*
50 *Dotis retinendæ caussa.*
52 *§.cum Titio.l.tertiæ.de alimentis,& cibarijs legatis.sensus.*
53 *Ratione maiori etiam tacita extendi.*
54 *Gloss.& Imolæ de correctorijs extensiua pugna.& nu.55.*
57 *Correcto maiore, minora non corrigi. Limita nu.58.*
59 *Statuta delictorum quæ nulla.*
69 *Ratione generali expressa,correctoria non extendi.nu.62.Ampliat n.63.*
61 *Cle.Auditor.cur non extendatur.huius sensus.nu.64.& 65.*
67 *C.per venerabilem.qui filij sint legitimi.enucleari.& nu.68.*
69 *Maiore non extenso, id simili non licere.*
70 *Rationum concursu extensionem fieri.& nu.71.89.97.*
72 *Statuta qui interpretanda.*
73 *Verba in correctorijs quì accipienda.& nu.83.*
74 *Electionem ad prouisionem extendi,& vice versa.& nu.75.*
76 *Curatorem etiam de tutore accipi.*
77 *Nepotes filios dici.*
78 *Contractus taciti, contractus sunt. Restringe nu.79.*
80 *Correctoriorum de maritis ad sponsos extendi.*
81 *Hominum dispositiones extendi verius est.*
82 *C.tua nos.de verbo.significat.declaratio.*
83 *Correctorium verba verè accipi.& quando fictè.nu.84.*
85 *Veris quando contineantur ficta.& nu.86.*
87 *Ambigui interpretandi ratio.*
88 *Ratio quorum concursu extendat.& nu.90.& 91.*
92 *Gloss.in authent.& eo.de testamentis.enucleari.*
93 *Testamenta scripta in correctorijs ad nuncupatiua extendi.*
94 *Interpretatio passiua.*
95 *L.fi.de sacrosanctis ecclesiis.explicari.*
96 *Imolæ lapsus.& nu.104.*
98 *Authent.quas actiones,an corrigat l.fin.C.de sacrosan.eccl.*
99 *Authent.quas actiones.vniuersitatem ecclesiæ æquiparare verius est.nume.101 102.& 103.idque qua ratione.nume.100.*
105 *Legem libertum.secunda.§.primo.de ritu nuptiarum.explanari.numero 112.& 113.*
106 *Ratione sola an correctoria extendantur.*
107 *Glossæ in authent.quas actiones.sensus.*
108 *Correctoria ratione sola extendi verius est.*
109 *Amplificatio an extendat, an contineat.*
110 *Interpretationi declaranti quando locus sit.*
111 *Mente comprehensa non extendi.*
114 *Correctoria qua vi extendatur.*
115 *Interpretatio passiua.*
116 *Anima legis quæ.*
117 *Legis est, quod ex mente est.*

1 VINTO principaliter quæro,† qualis interpretatio sit fienda in legibus correctiuis? Et breuiter certum est, quòd debent restringi quantum est possibile,quia propter correctionē iuris cōis sunt odiosæ,vt dicit textus in c.j. in fine.de filiis presbyterorum.lib.6. intantum vt Barto.& Doctores communiter in l.omnes populi.ff.de iustitia,& iure.& in Authent.quas actiones.C.de sacrosanctis Ecclesijs. & in l.si constante.in principio.ff.soluto matrimonio. & in l.si verò.§.de viro.eo.tit.& etiam Imola ibi teneant, ꝙ etiam per idētitatem rationis non possint extendi talia iura.

Sed, domini, hoc opus, hic labor est: & cùm simus in agro pingui constituti, oportet altiùs exordiendo discutiamushanc celebrem materiam.

2 † Et dico, ꝙ multiplex est lex correctiua: & loquor siue de lege ciuili,cōi,siue municipali.Nam quædam est correctiua generalitatis in aliqua specie: quædam est correctiua similitudinis: quædam est correctiua iuris interpretati à magistris: quædā est correctiua iuris exorbitantis: quædā est correctiua pœnalitatis, vel alterius odiositatis:quædam est correctiua aliorum iurium.

3 † Circa primam speciem legis correctiuæ generalitatis,potes exemplificare in casu l.si constante.in principio.ff.soluto matrimonio.l.vbi adhuc.C.de iure dotium.& l.finali.C.de institutionibus, & substitutionibus sub conditione factis.& l.precib.C.de impuberum,& alijs substitutionibus. & l.si verò. in §. de viro.ff. soluto matrimonio. secundùm communem intellectum:licèt ibi ego aliter necessariò intellexerim illum textum, quæ omnia iura deuiant à sua regula generali.

4 Et istud ius propriè non dicitur correctiuum, † sed potiùs distinctiuum,vt vult Bar.in d.l.si constante.& vocatur propriè ius
5 exorbitans: vt notatur in d.§.de viro. † Nam omnis exceptio à regula dicitur ius exorbitans:de cuius iuris interpretatione latè videbis in §.seq.ideo hic ulteriùs non insisto.Dixi,ꝙ etiam quæ
6 dam est lex † correctiua similitudinis, vt est illa, quæ decidit ꝯ id,quod expresè non est decisum,sed per simile. l.non possunt.
7 ff.de legib.& tunc dico,ꝙ tale ius bene patitur†interpretationē de similibus ad similia:vt est casus in l.de quibus. ff.de legibus.& maximè intelligendo rectè illum textum secundùm, qđ dixi in

Source : BIU Cujas

Tractatu statutorũ,in titulo de extensiua statutorum interpretatione.in §.j.vbi videbis plerosque errare in intellectu illius legis: & sic patet tale ius non esse adæquandum iuri descendenti ꝯ ius expresse decisum: quia non dicitur † propriè contra ius,
8 sed potius dicitur præter ius,secundùm Panor.in c.cùm sint.extra de decimis. Et ad corroborationem præmissæ conclusionis adduco notata per Innocentium in c.cum special. extrà de ap-
9 pellationibus.vbi videtur velle † ꝙ sententia lata contra simile iuris non dicatur nulla,tanquam sit contra ius expressum. Et sequitur Imola in l.cum prolatis. ff. de re iudicata. & etiã sequitur Cynus in l.secunda.C.quando prouocare non est necesse. quasi tunc non dicatur cõtra casum expressum, quod latiùs declarat
10 ipse Cyn. in l.j.C.de legibus,dicens id esse † contra casum legis, quod est contra legem scriptam in terminis occurrentibus, vel omnino indifferentibus: secus si termini sint differentes, licèt propinqui, & habeant rationis identitatem.

Ex quibus infero etiam, quòd illud, quod est contra rationẽ legis,non dr̃ esse ꝯ ius expressum :& consequenter valeret sententia lata ꝯ rationem legis.Nec tunc procederet l. si expressim. ff.de appellationibus. Sed reperio Butrium,& Panor.in c.j.extrà
11 de re iudicata.tenere† contrarium:quia ratio legis est ipsa lex.Et hoc credo verius, per ea, quæ dixi in prima parte huius Tractatus:ibi habuistis iura, glossas,& auctoritates adhoc.

12 Dixi & tertiò, † quòd quædam est lex correctiua iuris interpretati,putà quãdo lex noua, vel statutum decidit ꝯ cõmunem sententiam Doctorum in casu, vbi sunt opiniones.Et dico,ꝙ ta le ius, licèt decidat contra communem sententiam, non tñ de-
13 bet restringi ad instar† iuris correctiui,quod probo:quia si tunc fieret decisio iuris canonici,ei staremus, etiam in foro ciuili: ex quo inter Doctores iuris ciuilis (pur) sint opiniones. c.per venerabilem.cũ ibi notatis.extrà,qui filij sint legitimi.& habetur per Barto.& Docto.in l.per hanc.C.de temporibus appellationum. Nam de eo, de quo erant opiniones in d.l.per hanc. inter Legi-
14 stas, fuit facta Clementina, † testibus. extrà de testibus. & ideo illi Clemẽtinæ stamus,etiam in foro ciuili. Et ita etiam reperies pleraſq; Decretales,maximè in sexto,& in Clemẽtinis,quæ fuerũt emanatæ ad decisionem ambiguitatum Legistarũ, & etiam Canonistarum,vt patet ex glo. Ioan.Andreæ in data sexti, & in
15 Clementina.Et ideo dico,† ꝙ licèt istæ Decretales decid erent ꝯ cõmuniorem sententiam antiquorum, non tamen debent censeri ius correctiuum. Quod etiam probo : quia videmus, quòd
16 licèt sententia lata cõtra ius expressum sit nulla, † vt suprà dixi: non tamen est nulla illa, quæ est lata contra communem sentẽtiam in casu, vbi sunt opiniones.Et ad hoc allegatur glo. in prima constitutione Codicis,in §.quibus.& hoc notat Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbo. obligat. in versiculo sexto, ad idem opponitur.& voluit Panormitanus in c.cùm sint. de decimis.& Cynus in d.l.j.de legibus. Et hoc etiam vult Innocentius in c.P.& G.extrà de officio,& potestate Iudicis delegati. vbi di-
17 cit id non esse contra expressum,† nisi quod per argumentationes,& quæstiones potest intellectualiter ad id reduci,non tñ est expressum. Et refert & sequitur Panormitanus in c.primo. de re iudicata. Et per hoc dico,quòd Barto.malè dicit in l.post dotem.in penult.colum.ff.soluto matrimonio.dum restringit consuetudinem legis dos à patre. C. soluto matrimonio. tanquam exorbitantem,eò,quia est contra communiorem sententiam : quia non est verum, quòd propter hoc dicatur exorbitare, vt patet ex præmissis. De quo latiùs dixi in Tractatu de dote. in §.decimooctauo. Et ista tenete menti pro multorum iurium declaratione.

18 Dixi, & quartò, † quòd quædam est lex correctiua iuris exorbitantis, ad regulam iuris communis : & tunc dico, quòd tale
19 ius correctiuum non est restringendum, sed potius † ampliandum, tanquam amicum regulæ iuris communis, & inimicum exorbitantium, quæ est odiosa: & ideo debet potiùs censeri fauorabile,quàm odiosum, & sic ampliandum potiùs, quàm restringendum. Nam in tali iure, siue communi,siue municipali, cessat ratio, propter quam statuta non recipiunt interpretationem,& maximè, quia omnis res de facili reuertitur ad suam primam naturam. Et pro hoc adduco textum optimè probantem præmissam decisionem in l.si vnus.§.pactus.circa finem.ff.de pactis.quem textum nota ad hoc.Et pro hoc etiam facit,quod habetur in l.fin.C.de pactis conuentis.& per glos. in l.2. C. de iure emphyteutico.in glo magna.ibi:quòd si emphyteuta.vbi patet, quòd sic faciliùs tollitur ius exorbitans,quàm ius commune.

20 Item pro hoc optimè facit; quia videmus, † ꝙ non valet rescriptum contra ius,nisi cum clausula,non obstante:ut habetur in l.fina.C.si contra ius. Nec sufficit dicere ex certa scientia. Fal-
21 lit si rescriptum † contra ius singulare,vel exorbitans,& pro iure communi,quia tunc sufficit, quòd ex certa scientia rescribatur.l.idem Vlpianus.§.j.vbi casus notabilis. ff. de excusationibus tutorum. Et istud est bene notandum ad multa : & facit ad materiam authenticæ, quas actiones.C.de sacrosanctis Ecclesijs. vt possit extendi, licèt sit ius corrigens ad Rempublicam : quia ex
22 quo quadragenaria † præscriptio magis est propitia regulæ iuris communis,quo præscribitur decem,vel viginti annis,quàm centenaria;& sic per illam authenticam, quamuis cõrigẽtem, magis reducimur ad ius commune : ergo videtur de facili posse extendi. Super quo reperies ibi grandes varietates inter Doctores. Sed tene menti rationem præmissam, quam non adducunt.
23 Et pro hoc etiam facit, † quia Respublica,& Ecclesia in hac materia speciali præscriptionis æquiparantur : vt l.fina. in eo. titulo ergo illa lex de facili subintrabit ius nouum illius authenticæ, quas actiones. Quod tamen declara, vt dicam latiùs circa interpretationem passiuam.

24 † Dixi & quintò, ꝙ quædam est lex correctiua pœnalitatis, seu odiositatis,putà,qñ lex aliqua noua,vel statutũ corrigit pœnam iuris cõis,vel eam alleuiat minorando, vt sunt statuta ferè
25 vbique,quæ rigorosas † pœnas iuris cõis alleuiãt multùm:& tũc dico, quòd tale ius correctiuum est latè interpretandum.

26 Et idem dico in quacunque lege,seu statuto † correctiuo, qñ est mitius lege communi,vel antiqua. Et istud probo per id, qđ dicit Bald. in l.omnes populi.ff.de iustitia, & iure. vbi vult quòd stante statuto, ꝙ habenti pacem cum hærede remittatur pœna
27 corporalis:licèt loquatur † de homicida,tamen includet etiam mandantem fieri homicidium:licèt corrigat ius cõe. Ratio est in promptu:quia licèt sit correctiuũ, est tñ mitius lege antiqua. Probo etiam conclusionem præmissam per id,quod voluit Albericus in secũda parte statutorum, quæstione tricesimaprima. vbi dicit, ꝙ verba statuti dictantis, ꝙ nullus possit torqueri, nisi in certis casibus:quia tale statutum est mitius lege cõi, debet in-
28 terpretari illud verbum,torqueri,† latè nedum pro tortura propriè,de quo in cod.tit.de quæst.sed etiam pro omni mala mãsione,ſm quod declarat textus notabiliter in l. apud Labeonem.
29 §.quæstionem.ff.de iniurijs.Et ideo,si Iudex extra casus † expressos in statuto præciperet non dari cibum,vel potum illi torquẽdo, vel eum iuberet spoliari tempore hyemali, certè diceretur contraueniſſe statuto vetanti torturam. Vnde in his casibus, & similibus perinde possunt interpretari leges correctiuæ, & statuta, ac si essent ius commune.

30 Dixi & sextò, † quòd quædam est lex correctiua aliorum iurium non pœnalium,nec exorbitantium:& tunc facio regulam negatiuam, ꝙ tales leges siue communes,siue Municipales non
31 patiuntur interpretationem extensiuam, † sed restrictiuam sic, intantum,vt etiam per impropriationem verborum possint restringi, vt minùs lædant ius commune.c.cùm dilectus.vbi casus valde notabilis, extrà de consuetudine.

32 Et probatur etiam, quia talis restrictio † per impropriationẽ põt fieri in odiosis:vt est casus notabilis in c. cùm in illis.in principio.cum sua glo.de præbendis.lib.6.coniuncto cap. penult.de verb.sign.in antiquis. Si sic est, ergo idem erit dicendum in legibus corrigentibus: quia dicuntur etiam odiosè ꝓꝓ correctionẽ. Casus est in c.j.in fi.de filiis presbyterorum.lib.6.

33 † Similiter verba possunt impropriari, vt minùs tertius lædatur. Textus est cum sua glo.in c.dilecti.de decimis. & ibi Panormitanus. Et facit etiam c.fin.de verbo. sign. lib.6.cum glo.quod nota contra Bartolũ in l.omnes populi.ff. de iustitia, & iure.qui aliter sensit:& etiam contra Albericum in prima parte statutorum,in quæstione 48.de quo dic vt dixi in Tractatu statutorum, in titulo de declaratoria expositione, & verborum interpretatione.§.j.versi.quæro, in statutis est aliquod verbum.

Sed quæro, an saltem tales leges corrigentes possint ampliari propter mentem? Et hic attende,quia dicam multa inaudita. Et dico sic,quòd aut ista mens percipitur non ex ratione, sed ex
34 † necessaria consequentia verborum expressorum : & tunc dico,quòd illum casum amplectitur lex, quantuncunque corrigens: quia id dicitur expressum:nec dicitur fieri extensio. Casus est cum sua glossa in l.Prætor ait.§.primo.ff.de operis noui nuntiatione.ubi dicit Iurisconsultus, quòd edicto expressum est, ne quid noui fiat post nunciationem noui operis : & tamen in edi-
35 cto † illud non colligitur, nisi ex necessaria consequentia verborum expressorum dicentium, quòd ædificatum post nunciationem venit demoliendum : ergo ex hoc necessariò fit prohibitio, ne aliquid fiat,ex quo prohibetur demoliri.

36 Si verò mens legis excerpitur ex ratione, † tunc aut in casu non expresso est similis ratio, aut prorsus eadem.

Primo casu non fit extensio, vt vult Bald. in l.de quibus.ff.de legibus.Et exemplificat in casu authenticæ, quas actiones. C.de
37 sacrosanctis Ecclesijs,qui non † extenditur ad Rempublicã ſm cõem ſnĩam ibi.Ratio ſm Bal.vbi suprà: quia fauor publicus, & fauor pius sunt diuersi specie,licèt sint similes:& ꝓ̃r est similitudo rationis, non identitatis. Tamen in terminis illius authenticæ sunt aliæ rationes in contrarium,de quibus suprà dixi.

38 Si verò est eadem ratio, nedum similis, tunc † si identitas rationis insurgit ex ratione nõ expressa in lege, sed subintellecta, dico, ꝙ non fiet vi illius rationis non expressę extensio legis correctoriæ ad casum non expressum. Et ita reperio determinasse Albericum in volumine statutorum,in prima quæst. Et dico, ꝙ hoc est de mente Bart.in l.liberorum.de uerborum significatio. in verbis præmissis: & etiam de mente glossæ in l.non dubium.

C.de

Source : BIU Cujas

C.de legibus.in gloſſa,& prope finem.Pro qua facit lex tertia. §. hæc verba.ff.de negocijs geſtis.licèt Dynus in c. finali.de regulis iuris,lib.6.velit contrarium,ac Salicetus,& Baldus in l.maximū vitium.C.de liberis præteritis.& eſt de mente gloſſæ in l. quāuis. C.de fideicōmiſſis.Nam præfati Doctores volunt, paria eſſe rōnem eſſe expreſſam in lege,vel non eſſe expreſſam, qñ non poteſt niſi vnica ratio deprehendi. Sed ego quantum ad hoc,vt in
39 de poſſit fieri correctio,vel ampliari correctio, dico, † ꝙ nō habetur pro expreſſa:quia per ſubauditione⁹,& repetitiones. ac tacitos intellectus non debet ampliari,ſeu fieri correctio. Gloſ.eſt ſingularis,quam bene nota,in c. cupientes. §. ꝙ ſi per viginti. de electione li.6.ſuper verbo,petere.Et maximè procedet hoc, vbi poſſunt colligi,& comprehendi plures rationes.

Sed quæro,an per dictiones taxatiuas inducatur legum corre ctio.Et Imola in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matrim.tenet,ꝙ non: dicens in hanc partem inclinare Bartolum in l. 3. §. cum Titio. ff.de adimendis legatis.Ego verò dico,in hoc eſſe diſtinguendū:
40 quia,aut ſub dictione taxatiua ponitur † oratio negatiua: & tūc dico, ꝙ taxatiua nihil includit ad correctionē iuris. Quod ꝓbo ratione,auctoritate,& exemplo inconuincibili.

Ratione probo:quia licèt illud, quod eſt aliquid poſitiuè,reci
41 piat augmentum de † facili:tamen illud,quod nihil eſt, non ita de facili poteſt recipere.l.adeò.§.quod ſi toto.ff. de acquirendo rerum dominio. & notatur in l. j.ff.de iudiciis. Et iſtud eſt clarū fundamentum apud Philoſophos naturales.

42 † Sed certum eſt,ꝙ lex, quæ tollit facultatem aliquid faciēdi, nihil ponit,immò priuat:ergo de facili nō ꝓt recipere augmētū.

Probo etiam hoc auctoritate Bartoli in l.j.ff.de acquirēda hereditate.vbi heri hoc dicebam.

43 Probo & tertiò exemplo : quia habes caſum † in l.fin. §. filiis. C.de bonis,quæ liberis.coniuncta l.nemo.C. qui teſtamenta facere poſſunt.Ecce in d.§.filiis.dicitur, ꝙ filiifamiliàs in his dū taxat caſibus, in quibus vſusfructus eſt apud parentes,nō poſſunt teſtari.Nā ſi diceremus, ꝙ dictio taxatiua poſita in oratione negatiua corrigeret alia iura,ſequeretur,ꝙ per illū textū ſint correcta iura,quæ volunt filiumfamiliàs nō poſſe teſtari, etiam in his aduentitiis,in quibus pater non habet vſufructum:quod tamen eſt falſum, vt declarauit poſteà Imperator in d.l. nemo. quæ eſt poſterior:licèt ſit anterior in compilatione.

44 † Si verò oratio continens taxatiuam eſt affirmatiua,tunc dico,ꝙ ſi illud, quod implicatur à contrario ſenſu habet omnino eandem rationem,vel ſimilem,quā habet expreſſum, nihil operabitur taxatiua ad correctionem iuris in aliis caſibus ſimilibus. Quod etiam probo ratione,auctoritate, & exēplo. Ratione; qa cùm ſit certa regula in iure,ꝙ de ſimilibus ſimile eſt iudicium.l. non poſſunt.ff. de legibus. & ꝙ legum correctio eſt cuitanda. c. cùm expediat.de electione. lib. 6.& l.j.C.de inofficioſis dotibus.
45 Conſequenter † cùm non conſtet de expreſſa mente legis,non debemus ꝓp taxatiuam inducere correctionem caſuū ſimiliū.

Probo etiam auctoritate gloſſę in l.ob æs.C.de prædiis mino
46 rum.† ecce illa lex dicit, prædia minorū poſſe duntaxat alienari propter ęs alienum:& tamen propter hoc non corriguntur alię leges, quę volunt etiam poſſe fieri alienationem rei minoris in aliis caſibus ſimilibus.

47 Et ideo gloſſa in d. l. ob æs. dum textus dicit † ob æs tantùm. ſubaudit,vel alios caſus ſimiles : quia non vult pati per illam taxatiuam illos caſus eſſe correctos.Et probatur etiam hoc in textu cum gl.in l.ſerui nomine. ff. de vſucapionib. & vide etiam gl. cum Bart.in l.j.§.j.ff.quod vi,aut clam.

Probo etiam tertiò exemplo,quod habes per Bartolum in d.
48 §.j.vbi dicit,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ talis exceptio poſſit † opponi in aliquo caſu,& nulla alia,debet intelligi,nulla alia, ſed diſſimilis, & friuola: ſecus ſi eſſet ſimilis in potentia : ergo multò fortius ſi ſimpliciter loquatur ſtatutū ſub taxatiua, dicendo,& nulla alia.

49 †Si verò expreſſum haberet maiorem rationem,q̃ implicatū, tunc credo,ꝙ per taxatiuam induceretur correctio: putà , ſtatuto cauetur,ꝙ dos tantùm reuertatur ad patrem, non exiſtentib. liberis:nunquid per iſtud ſtatutum erit correctum ius cōmune, quod vult dotem reuerti ad patrem , etiam exiſtentibus liberis? Certè credo, ꝙ ſic.quod probo ratione, auctoritate, & exēplo. Ratione;quia duo vincula magis adſtringunt,q̃ vnum.§.ſanctiſſimas.in authen.de aliena.& emphyteuſi.Sed hic eſt taxatiua.

Item & maioritas rationis in caſu incluſo,q̃ in expreſſo: quia
50 exiſtentibus liberis,† maior eſt ratio retinendi dotem,q̃ nō exiſtentibus: vt l.inter ſocerum.§.cùm inter.ff.de pactis dotalibus. Et iſtud eſt,qđ reuocat in dubium.l.dos à patre.C.ſolu matrim.

Ergo ex his duobus concurrentibus ſatis clarè conſtat de intentione Legiſlatoris.

Auctoritate probo:quia iſtud eſt de mente gloſſę in d.l.ob ęs.
51 dum dicit, vel ſimilem caſum : ergo ſecus,ſi † minor:quia tunc non eſt ſimilitudo. Exemplum autem potes tollere in d.§.cum
52 † Titio.vbi concurrebant duo,videlicet,taxatiua, & deinde, qa dixerat,nec ampliùs hæres meus dato.Per quę duo videtur corrigere præcedens legatum : ergo eodem modo per taxatiuam coniuncta maioritate rationis.

53 † Videamus nunc, quando ratio eſt expreſſa in l.corrigente, an liccat amplificare legem? Super quo dic, ꝙ ſi in caſu non expreſſo eſt maior ratio ita decidendi,tunc per maioritatem rōnis fiet extenſio abſq; dubio, ſi illa maioritas inſurgat ex vi regulæ. c.cui licet.de reg.iur.lib.6. & l.non debet.ff.de reg.iur.quia tunc dicitur paſſiua,eò quia fit vi illarum regularum,ſecundùm Imolam in dicto §.de viro.

54 Si verò aliunde inſurgat,tunc ſm † Imolam dicendum eſt,ac ſi ſola identitas rationis ſubeſſet: & ſic cùm ibi cōcludit nō poſſe regulariter fieri extenſionem per identitatem rationis: conſequenter concludit per maioritatem, niſi fiat vi illarum regularum. Et idem ꝙ non poſſit extendi lex corrigens per maioritatem rationis,reperio firmaſſe Panormitanum in c.tua. de ſentētia excōicationis.Sed † reperio gloſſam,quam tibi ſignat Salice
55 tus ad oppoſitum in authentica præterea.C. vnde vir,& vxor. & addo etiam Baldum in l.ſi nondum. C.de furtis.inquientem, ꝙ ſtatutum rigoroſum contra fures, includit per maioritatem rationis ſacrilegos.

56 Quid dicemus in hac varietate? Dico, ꝙ ſi vellemus † corrigere per maioritatem rationis ſumptæ in abſtracto, non poſſet fieri extenſio.Exemplum,pone,ſtatutum pro homicidio impo-
57 nit pęnam pecuniariam , nunquid per hoc dicemus à † maioritate rationis, ꝙ in aliis omnibus minoribus delictis debeat imponi pęna pecuniaria,licèt de iure cōmuni exigant pęnam ſanguinis?Certè dicam,ꝙ non: licèt videatur maior ratio minoran di pęnam.Et eſt de mente Imolæ in d §.de viro.

Ratio , quia hoc non facimus vi alicuius rationis expreſſæ in
58 lege,ſed ſumptæ in abſtracto.Quod limita, niſi qñ non † extendendo correctionem per maioritatem rationis reſultaret abſurditas patēs:vt voluit Imola in d.§.de viro.& probatur in Clemētina finali.extrà de reſcriptis.quæ eſt correctiua ſm gloſſam primam,ibi.Et tñ licèt loquatur de literis Papæ, tñ trahitur ad literas legatorum,ne contingat abſurdum , quantò potētiores ſint literæ legatorum,q̃ Papæ:vt dicitur ibi in gl.2.Et iſtud not. Ideo debebis ſemper in interpretando habere oculum , nunquid,nō facta extenſione,poſſit reſultare aliquod abſurdum.

59 Attende tñ,quia dico, † ꝙ ſtatutum imponens pro graui delicto pęnam pecuniariam eſt nullum:ideo officialis quantuncūq; iurauerit ſeruare ſtatuta, ꝓt illud tranſgredi,vt dixi plenè in Tractatu ſtatutorum.in titulo de nullitate ſtatutorū.§.j. Si verò volumus extēdere legem per maioritatem rationis expreſſæ in ea:
60 tunc aut illa ratio eſt fundata ſuper † quadā generalitate: & tūc dico,ꝙ non pōt fieri extenſio.Et iſta pōt eſſe ratio Clementinæ. auditor.ex̄ de reſcri.q tex. ꝓturbauit viſcera Imolę ī d. §.de viro

Sed ego dico,ꝙ ratio eſt ibi:quia illa ratio ibi expreſſa, videli-
61 cet,ratione circuitus † euitandi , erat fundata ſuper quadam generalitate,ſeu brocardo:ideo,q̃uis fortiùs illa ratio vendicet ſibi locum in auditore dato extrà curiam per Papam,nō tamen fiet
62 extenſio,vt vult ibi gloſſa. Ratio,quia per tales † rationes generales non debet correctio extendi.

63 Si verò non eſt fundata ratio ſuper tali generalitate, tūc † dicerem,ꝙ aut faciendo extenſionē ad caſum non expreſſum per maioritatem rationis,faceremus aliqua verba ipſius legis,vel ꝓſtitutionis eſſe ſuperflua, & fruſtratoria, ac de nihilo ſeruire: & tunc adhuc dico,ꝙ non fiet extenſio:quia vltima interpretatio, quam debemus facere,eſt,ꝙ faciamus aliqua verba ſtare fruſtra. l.ſi quando.ff.de legatis 1.Et iſte pōt eſſe alius † intellectus notabilis ad dictam Clemen.auditor. quia ſi extenderemus illā Cle-
64 mēt.ad auditorem datum per Papam extra curiā,certè illa verba,in Romana curia,ibi poſita de nihilo ſeruirēt,& eſſent ſuperflua,contra dictam l.ſi qñ.Nec dixeris ſemper qñ ratio eſt generalior dicto,dicemus ergo fruſtratorium eſſe dictum, quia negatur:Nam dictū ponit.vt inde intelligat rō, & ipſius rōnis virtus.

65 Sed in caſu pręmiſſo illa verba,in Romana † curia,nihil prorſus operarentur: ideo non debuit per illum textum facere Imola tantam excitationem in dicto §.de viro.

66 Extra autem caſus præmiſſos dico,† ꝙ per maioritatem rationis expreſſæ in lege poterit fieri ampliatio correctionis, quicqd dixerit Imola in d §.de viro. Probo per textum ad hoc notabilē in c.per venerabilem.extrà qui filii ſint legitimi.vbi tex.habet ꝙ abſurdo,& monſtroſo,ꝙ illud,quod in maiori conceditur, non intelligatur conceſſum in minori. Et pondera rationem illius
67 textus.† Nam vult ibi Papa, ꝙ illi, cum quo diſpenſatur contra ius cōe in ſpiritualibus, intelligatur diſpenſatum in temporalib. Subiicit rationem;quia mōſtroſum eſſet, ꝙ qui legitimus ad ſpirituales fieret actiones, circaſeculares actus illegitimus remaneret:quia,quod in maiori conceditur, licitum eſſe videtur etiam in minori.Et tamē certum eſt, ꝙ diſpenſatio iſta eſt ſtricti iuris, ſicut lex corrigens : quia per eam etiam receditur à iure cōi : vt habetur per Ioannem Andream , & Panormitanum in c.finali.
68 extrà de ſimonia.Ergo ibi eſt caſus,† ꝙ diſpoſitio contra ius poteſt amplificari per maioritatem rationis.Et ideo crebrò conſueui allegare illum textum contra tenentes contrarium.

Si verò in caſu non expreſſo non eſt maior ratio, ſed eadem:
69 tunc in caſibus, in † quibus dixi non poſſe fieri extenſionē per

maiorita-

Source : BIU Cujas

maioritatem rationis,nō dubitetis, ꝙ multò minùs poterit fieri per identitatem,argumento authen.multò magis. C. de epiſcopis,& clericis. In aliis verò caſibus facio duo membra principalia:† quia aut cum identitate rationis concurrit alia ratio perſua 70
ſua ad amplificōnē,ſeu extenſionē , aut ſola eſt identitas rōnis.

Primo caſu intrepidè teneo poſſe fieri extenſionem,argumēto l.ſi ſtipulatus.ff.de vſuris.& §.sāctiſſimas.in auth.de alienatione,& emphyteuſi.quia quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, vt ibidem.Et maximè poterit fieri extenſio ad caſus,ſine quibus diſpoſita in † lege non poſſent commodè ſortiri effectum:ſicut 71
videmus in ſtipulatione,quę etiam eſt ſtricti iuris,& tamē ad tales caſus extenditur.l.ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. infrà de verbo.oblig.vbi eſt bonus tex.Et aduerte,quia ibi etiam ſine illa interpretatione poterat ſtipulatio ſortiri effectum quantùm ad perſonam ſtipulantis:& tñ extenditur ad vxorem: vt ingredientem nomine meo,vt latiorē ſortiatur effectū . Et idē eſſet in ſtatutis,& legibus corrigentibus,ſm Bartolum in l. omnes populi. 72
ff.de iuſtitia,& iure.quod tene bene menti,† maximè inquantū vult eandem interpretationem fieri in ſtatutis,quæ fit in ſtipulationibus.Et facit l.non diſtinguemus.§ de officio.ff.de recept.arbitris.cum ibi notatis in gl.& l.2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.& l.ad rem.ff.de procuratoribus.

Et per præmiſſam regulam poſſunt fieri mille bonæ deciſiones in iure.Pone enim,† ꝙ in lege exorbitante, vel corrigente, 73
vel etiam ſtatuto,ſit aliquod vocabulum,quod habeat latam,& ſtrictam ſignificationē: certè intelligam nedum in ſtricta,& propria ſignificatione,ſed etiam in lata,quando eſt eadem ratio: vt eſt tex.cum gl.in Clemen.j.extrà de electione.in verbo,eligatur.
74 quæ Clementina eſt correctiua,& loquitur de electione: † & tñ trahitur ad prouiſionem, quæ, largè loquendo , continetur ſub verbo electionis:quia , qui prouidet alteri de beneficio , ſatis eū eligit.Et hanc interpretationem facit ibi gl. per identitatē rōnis
75 ibi expreſſæ.Hinc videmus etiam ècontrario , † ꝙ verbum,collationis , poſitum in lege corrigente trahitur ad electionem per eandem rationem . Gloſſam habes notabilem in Clemen.1.de rerum permutatione.in gloſ. pen. Ad quod etiam vide gloſſam in Clemen.auditor.in verbo,beneficio.de reſcriptis.Hinc etiam
76 videmus,† ꝙ verbum,curator,in l.corrigente,extenditur ad tutorem per eandem rationem:quia(pur) largè curator dicitur tutor.Textum habes cum ſua gloſſa in authentico vt hi , qui obligatas ſe perhibent habere res minorum.§.j. in verbo , curatorē.
77 Ex quibus infero , † ꝙ licèt appellatione filiorum propriè nō contineantur nepotes:tamen quia per interpretationē,latè ſumpto vocabulo,continētur.l.iuſta interpretatione.ff.de rerum,& verborum ſignifi.& per Bartolum in l.liberorum. in eodem tit. ideo in ſtatutis,& legibus corrigentibus, & exorbitantibus , ſub appellatione filiorum cōtinebuntur nepotes, vbi eſt eadē ratio. Textum habes valde notabilē in l.Senatuſc.ff.de ritu nuptiarū.

Et per hæc his diebus concordabam diſcordiam Legiſtarum
78 in l.mutuum.§ j.ff.de acqui.hæred.in illo articulo , † an in ſtatutis appellatione contractus contineatur quaſi contractus : quia dicebā,ꝙ ſic,data identitate rationis:quia(pur) appellatione cōtractus comprehenditur largè omnis obligatio.l.omnem. ff. de iudicijs.& conſequenter quaſi contractus , in quo eſt obligatio.
79 Sed,ceſſante ratione,† ſtatutum loquens de contractu , non traheretur ad quaſi contractum:quia non eſt propriè contractus.

Similiter dico,ꝙ lex corrigēs,ſeu exorbitans,loquens de marito per eandem rōnem trahetur ad ſpōſum. Textus eſt in l.j.iuncta l.ſine ratione.C.de bonis,q̄ libe.quæ lex, ſine ratione. declarat legem primam , loquentem de marito,† quæ eſt corrigens,
80 ꝙ debeat etiam intelligi in ſpōſo. Et hæc exempla pro nunc ſufficiant:quia ex te ipſo poteris hæc ad alia multa inferre.

Et adde, ꝙ hoc procedit in diſpoſitione legis : quia in diſpoſitione hominis non fieret extenſio ad alium caſum , etiam ſi ſub lata ſignificatione comprehēderet, ſm Imolam in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.ma.per c.fi.de prēb.in antiquis.& eo.ti.c.cū in illi.li.6.

Sed,iudicio meo,non bene allegat ad propoſitū:quia ibi non loquitur, quando erat expreſſa ratio in diſpoſitione hominis,
81 † quæ militaret in caſu comprehenſo ſub lata ſignificatione: & etiam tunc dico,ꝙ etiam in diſpoſitione hominis, quantuncunque ſtricti iuris,vt ſunt priuilegia,poſſet fieri extenſio ad caſum, qui comprehenditur ſub lata ſignificatione . Et pro caſu do tibi textum in c.tua nos. extrà de verbo. ſignifi. Nam certum eſt, ꝙ appellatione beneficiorum propriè, non cōtinentur maiora be-
82 neficia.Caſus eſt in d.c.cùm in illis.& tamen in c.tua nos, † vult Papa ſub appellatione beneficiorum contineri maiora beneficia,etiam in diſpenſatione,quæ eſt contra ius cōe:quia ratio cōceſſionis priuilegij ibi militabat in omnibus,quæ erant pro releuatione onerum debitorum.Ideo,nimirum per præmiſſa.

Et nota hunc intellectum ad illum textum : quia Canoniſtæ ibi magnopere variant in intellectu.Et per premiſſa etiam limi-
83 to vulgatam regulam,† ꝙ verba legum correctiuarum,& ſtatutorum debent intelligi in caſu vero,non in ficto:vt eſt textus in Clementina,vt circa. extrà de electione. cōiuncto c.quorundā, in eod.titu.lib.6.Et idem etiam eſt in legibus exorbitantibus.l.3, §.hæc verba.ff. de negociis geſtis. Et habetur per Bartolum in l. omnes populi.ff.de iuſtitia,& iure.licèt Bald.tenuerit contrariū in l.Gallus.§.quid,ſi is.ff de liberis,& poſthumis.& ibi etiam Cumanus,† quando eſt eadem ratio in caſu ficto.Sed per præmiſſa 84
habes paratam doctrinam,& concordiam:quia dico , ꝙ ſi ratio expreſſa ita militat in caſu ficto,ſicut in vero, tales leges tunc cō
85 prehendent etiam caſum fictum . Probo, † ſub lata ſignificatione caſus fictus comprehenditur ſub vero,licèt impropriè.l. lege Cornelia.ibi:licèt minus propriè.ff.de teſtamentis.Ergo,cōcurrente eadem ratione,† caſus fictus comprehenditur, qualiſcūq; 86
ſit lex. De quo dic , vt latiùs dixi in Tractatu ſtatutorum.in titu. de extenſiua ſtatutorum interpretatione. §. aggredi. per totū §.
87 Et eodem modo dico,ꝙ ſi verba ſint † ambigua, & ita dubia, vt poſſint per diuerſam pūctuationē, vel aliam ſimilem cauſam, ſe habere ad caſum,de quo quęritur , certè dico, ꝙ ſi ſit eadē ratio, interpretabimur,ꝙ ad illum caſum porrigatur.Vide textum cū ſua gloſſa notabili in c.j.in verbo,clericum.de temporibus ordinandorum.lib.6.Et pro hoc dedi nouum,& ſingularem intellectum ad l.in ſubſtitutione. ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutio-
88 ne. vide ibi.Idē dico,ſi concurreret cum identitate rationis † cōmunis vſus loquendi includens illum caſum , qui aliàs non includeretur propriè,vel impropriè. Super quo tamen diſtingue, vt dixi ſuprà in §.quarto.

† Idem dico, ſi cum identitate rationis concurreret alia quæ- 89
cunq; ratio perſuaſiua extendendi:putà,quia diſpoſitio correcti ua,vel ſtatutaria ſit fauorabilis : quo caſu Bal. & Salic.in l. veniā C.de in ius.vocando.volunt indiſtinctè,talem diſpoſitionē poſſe extendi: quod tamen eſt periculoſum dicere ita indiſtinctè p dictum §.de viro.& per notata in auth quas actiones.C de ſacro ſanctis Eccleſiis.& in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de liberis & poſthumis.& per rationem capituli primi.in fine.de filiis presbyterorum.lib.6.Sed eorum opinionem, † etiam intrepidè,ſuſtine 90
bis,qñ concurrunt idētitas rationis,& fauor publicus.Et iſta potuit eſſe ratio.l.nō ſine ratione.C.de bonis,quæ liberis. Ad quod vide optimam gloſſam relatam ad textum in l. illud. in verbo aliam cauſam.C. de ſanctoſanctis eccleſijs. & in l.fi.in verbo captiuorum.in eodem titu.Et faciunt notata per Bartolum,& Doctores in l.ſi quis in graui.§ vtrum.ff.ad Sylleianum.

† Idem dico, ſi cum identitate rationis concurreret, ꝙ ille ca- 91
ſus non expreſſus ſit cōiter in materia, de qua agitur,parificatus expreſſo.Et hoc fatetur Imola in l.ſi verò §.de viro.ff.ſolu.matr. inter eaſdem perſonas, non autem diuerſas . de hoc dicens eſſe gloſſam ſingularem in auth.& eo non ſeruato.C.de teſtamētis. iuncta l.hac conſultiſſima.eo.tit.Ego verò dico,ꝙ illa gloſſa ni- 92
hil facit: quia ibi † illud ius corrigens nos reducebat ad legē veterem , quæ fuerat correcta. Ideo de facili poterat extendi : quia omnis res de facili reuertitur ad ſuam naturā. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret.verſ.ſed quod in ſpecie.ff.de pactis.Ideo licèt illud ius
93 correctum loquatur † in teſtamento in ſcriptis, trahitur tamen ibi per gloſſam ad teſtamentum ſine ſcriptis.Ideo dico,ꝙ illam gloſſam perpetuò debes notare propter ea,quæ dixi ſuprà eodē §.verſ.dixi.& quarto.Meliùs ergo dico hoc probari,quod ſuprà dixi in l.fin.C.de hęredibus inſtituendis.ibi dum dicit,& hoc argumentatur ex antiqua regula,&c. quia illa interpretatio , quæ
94 fit † vi regulæ parificantis duos caſus in aliqua materia ſpeciali, non dicitur interpretatio actiua,ſed paſſiua,quæ in legibus quātuncunq; correctiuis,& ſtatutis locum habet,vt dicam in §.11.

Subiicit etiam Imola in d §.de viro. ꝙ licèt inter eaſdem perſonas fiat extenſio per identitatem rationis, concurrente parificatione , de qua ſuprà:non tamen fit extenſio ad alias perſonas per ea,quæ habentur in l.fin.C.de ſacroſanctis Eccleſiis. & in authen.quas actiones.ibi poſita.Et deducit hoc modo: Nam in d.l.
95 fin.† in materia præſcriptionis,ſaltem in caſibus ibi poſitis,æquiparantur cōitas& Eccleſia: & tamen correctio facta in Eccleſia quantùm ad preſcriptionem per authenticā quas actiones non trahitur ad cōitatem. Plùs dicit , ꝙ in legibus exorbitantibus ēt non poteſt per identitatem rationis fieri extenſio ad alias perſonas:vt probatur ſm eum c.quæ à iure cōi exorbitant.de reg.iur. lib.6.& in Cle.dudū.de ſepulturis.& in l.fi.C.de matr.interdicto.
96 Ego verò dico,ꝙ in † his omnibus malè loquit Imola:& primò,dum dicit,non poſſe fieri extenſionem legis corrigentis,concurrente parificatione,de qua ſuprà , malè dicit per rationē,quę ſuprà dicta eſt; quia illa eſt interpretatio paſſiua, quæ habet locū etiam in legibus correctoriis,vt vidiſtis in d.§.11.

Item ſi ſunt varietates, & etiam eſt concertatio opinionum, an per ſolā idētitatē rōnis expreſſæ in ſpecie poſſit fieri extēſio, de quibus opinionibus plenè per gloſſam , & Doctores in d.au-
97 then.quas actiones.ergo † non erit dubium,ꝙ ſaltem concurrēte alia ratione perſuaſiua cum idētitate rationis poterit fieri extenſio.Quinimmò(vt ſtatim videbitis)etiam tenebo,ꝙ per ſolā identitatem rationis poſſit fieri:vt dixi in §.1.ſuprà eod.

Non obſtat d.l.finalis,per quam mouetur † Imola:quia dico, 98
ꝙ non eſt expeditum,an dicta lex ſit correcta,vel non, in cōitate,per auth.quas actiones.& multi tenent , ꝙ ſic:in quorum numero ſunt Placentinus,Petrus, & Cynus ibidem.Et iſta eſt veritas,vt

Source : BIU Cujas

tas,vt dicam: licèt Citramontani cõiter teneant cõtrarium. Sed tunc Bal.in l.de quibus.ff.de legibus. reſpõdebat ad illam legem finalem.q; ibi inter Eccleſiam,& communitatem non eſt identitas rationis,ſed ſimilitudo:vt dixi ſuprà eod.§.1.

Sed,Domini,iſta opinio Baldi non eſt apud me tuta : quia ratio,quæ exprimitur in † corpore, vnde ſumitur illa authentica, quas actiones. videlicet in authentico,hæc conſtitutio innouat ibi:ſed eorum identitas eſt eadem in communitate. Et ita limitat in communitate,vt in eccleſia.

Sed,ſi ceſſante illa ratione,vellemus ſolùm propter parificationem,quæ fit in d.l.fin facere extenſionẽ præmiſſam,† fateor, q; illud fieret non per identitatem,ſed per ſimilitudinem rationis.Vnde dico(& nota,quia quotidianum)& dubito in dicta authentica,quas actiones,q; opinio Placentini, & Petri ibi eſt ipſa veritas.Moueor tribus fortiſſimis medijs.

Primò,propter † identitatem illius rationis in corpore, vnde ſumitur,iunctis his,quæ dixi in §. primo. ſupra eodem. dum tractaui de virtute legis.

Secundò moueor † propter parificationem, quæ fit de communitate ad Eccleſiam in d.l. fin. in iſta materia ſpecialiter iungendo ea,quæ dicam in §.11.

Et tertiò,† quia ita extendendo dictam authenticam, magis reducimur ad terminos præſcriptionis currentis de iure cõmuni,vt declaraui ſupra eod.§.in verſi.& 4.

Dico etiam,† q; malè dicit Imola, inquantũ vult leges exorbitantes non extendi per identitatem rationis ad alias perſonas, niſi eſſet perſona,quæ ſm latam ſignificationem poſſet comprehendi ſub expreſſa l.Senatuſconſulto.ff.de ritu nuptiarum.quia dico Imolam dixiſſe contra textum in l.libertum.2.§.j.ff.de ritu nuptiarum. Nam ibi Senatuſconſultum † quoddam poſuit ius exorbitans loquitur de tutore,& eius filijs:& nemini dubium,q; appellatione filiorum ſub lata ſignificatione non comprehenduntur extranei hæredes : & quia ratio expreſſa in Senatuſc. ita militabat in extraneis,ſicut in filiis,illa conſtitutio exorbitans p identitatẽ rationis trahitur ad extraneos hæredes. Et ſic per iſtã rationem identitatis fundat ſe ille tex.quẽ notabis.Nec obſtant iura Imolæ,quia ibi non erat identitas rationis.

Venio nunc ad ſecundum membrum principale,† quãdo ſola adeſt identitas rationis ſine alia ratione perſuaſiua, extenſiua rationis,quo caſu Bar.vbi ſuprà, tenuit non poſſe in correctiuis fieri extenſionem identitatis.Firmauit Imola ibi: & idem tenuerunt Pylæus, & Ioannes in auth. quas actiones.Idem tenuerunt Martinus Silimanus,Iacobus Butrigarius,& cõiter Doctores,vt refert Salic.in d.auth. quas actiones. C. de ſacroſanctis Eccleſiis. Idem ſecundùm Doctores tenuit glo. ibi.Sed ego dico,q; † illa glo.non clarè hoc decidit,quinimmò potiùs ſonat in contrariũ. Nam quærit,quid iuris in ciuitate: & ſubiicit, reſpondeo nõ idẽ ſm Pylæum, & Ioannem. Et demum ſubiicit ſm Placentinum eſſe idem:quia eſt eadẽ ratio.Et in hoc allegat iura, & nihil aliud dicit:ergo in hac vltima opinione videtur reſidere.Et dico breuiter,q; iſta eſt veritas,quicquid dicant præfati Doctores· † quia per identitatem rationis poteſt lex quãtuncunq; correctiua ampliari.Et hoc probo ratione, auctoritate, & exẽplo. Ratione, qa (vt dixi ſupra eod.§.1.)amplificatio quæ fit per † identitatem rationis,non dicitur extenſio,ſed dicuntur omnes caſus, quos ratio amplectitur,decidi inſtar generis comprehendentis ſuas ſpecies.Ad quod vide gloſſas,& auctoritates,quas adduxi in d.§.j.Sic eſt,ergo iſta non eſt interpretatio extenſiua, ſed declaratiua, † quæ interpretatio declaratiua in legibus quantuncunq; corrigentibus,& ſtatutis habet locum, ſm Bart. & Doctores in l. oẽs populi.ff.de iuſtitia,& iure.& dixi in Tractatu ſtatutorum.in tit. de declaratoria expoſitione, & verborum interpretatione. Probo etiam hoc auctoritatibus maximis (licèt Salicetus referat cõmunem ſententiam in contrarium) quia dico,q; immò extẽſio, ſeu amplificatio,de qua ſupra fieri poſſit:firmauerunt Petrus, & Cynus in d.auth.quas actiones.& Dynus in c.fin.de reg. iur. li.6. dum vult,† q; addere ex mente,non ſit extẽdere.Et idem firmauit gloſſ.in c.ſi poſtquam.de electione.lib.6.& in c.1. de temporibus ordinandorum.eo.lib.Idem firmauit Albe.poſt Iacobum de Arctio in vol.ſtatutorum.in 1.qõne.Et adde etiam alias gloſſas,& alia iura,quæ,& quas adduxi in d.§.1.Et in ſumma,dico eſſe caſum in l.libertum.la 2.§.j.de ritu nuptiarum.ibi: extraneum ſententia apprehendi.Nota bene verbũ, apprehẽdi:& ſic † vult ille tex.q; ratio, de qua ibi:quæ militabat in caſu nõ expreſſo,ſicut in caſu expreſſo,eſt illa,quę illum caſum apprehendit.

Nos ergo nõ dicimus extẽdere, ſed potiùs declarare. Et licèt ille textus loquatur in materia exorbitanti, non autem correctiua:† tamen ratio, quæ ibi exprimitur, eſt indifferens tam ad leges correctiuas,q̃ exorbitantes.Et eſt expreſſum in l.nominis, & rei.§.verbum.ff.de rerum,& verborum ſignificatione.declarando,vt dixi in d.§.1.

Tertiò reliquum eſt, vt iſtud probemus & exẽplo. Exemplũ habes euidens:quia certiſſimi iuris eſt,† q; vi regulę antiquæ lex quantuncunq; correctiua poteſt extendi, vt per Bart. in d.l. oẽs populi.& habetur in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit.p gloſſam, & Doctores.C.de furtis.& dicam infra,in §.11. Et hoc eſt illa ratione; quia iſta interpretatio non eſt actiua,ſed paſſiua:quia ratio eſt illa,quæ ſe extendit ad caſum, quem amplectitur. Quis ergo inficiabitur hanc interpretationem eſſe fiendam in legibus correctiuis? & præſertim quia procedit argumentum à fortiori : quia ſi toleratur interpretatio † paſſiua, quæ fit vi regulæ antiquæ, & ſic virtute diſpoſitionis extrinſecę à lege:multò fortiùs tolerabitur iſta,quæ fit vi rationis expreſſæ in lege, q̃ eſt † anima intrinſeca legis,ita qđ ex ea procedit,dicatur immediatè ex † lege procedere.d.§.verbum.Et hoc præſertim quando eſt ratio expreſſa, & ſpecifica,quæ directò amplectitur caſum, de quo quæritur: vt habes per exemplum in l.libertum.la 2.§.j.de ritu nuptiarum.Et ſic habetis hunc §. expeditum, qui erit vobis magna inſtructio ad interpretationem ſtatutorum.

ARGVMENTVM.

Exorbitantium,& priuilegiorum interpretamentum: & an illa extendi,& hæc tranſmitti poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Exorbitantia qui accipienda.*
2 *Exorbitantia ratione eadem non extendi quatenus verũ ſit:hoc tamen tẽperat.nu.3.4.5 6.*
7 *Exorbitans limitabilis quando,an non,extendi poſſit.*
8 *Lex prima.de iuris,& facti ignorantia. C.ad quos milites nõ extendẽda.*
9 *Exorbitantia quibus caſibus extendibilia. & nume. 10. & 11. Declarat nume.18.*
12 *Interpretatio quando ceſſet.*
13 *Menti ſtari:& cur.nu.14.Nec moliendi odij cauſa deſeri.nu.15.*
16 *L.ſi conſtante.in prin.ſoluto matrim.explicari.*
17 *Canon Marchion.declaratus.*
19 *Ratio tacita an expreſsè vim habeat.*
20 *Rationem expreſſam ne oporteat. & nume. 21. idq; veriùs eſt nume. 22. Reſtringe.num.23.*
24 *Beneficij,& priuilegij diſcrimen.*
25 *Beneficium qui interpretetur.nu.26.*
27 *Beneficia quando latè, latiſsimè, vel largè interpretanda. nume. 28.29. 30.33.& 34.*
31 *Iuſtiſsima cauſa.& 32.*
35 *Priuilegia an tranſmiſsibilia.& 36.*
37 *Principum priuilegia tranſmitti.*
38 *Officium quando,an non tranſmittatur.*
39 *Priuilegia perſonæ,& ob cauſam tranſmitti.& nume. 40.& 44. Limitat num.41.42.43.& 45.*
46 *Dilatoriæ priuilegium intranſmiſsibile.*

1 SEXTO videndum eſt de interpretatione legum exorbitantium.Et hic facias regulam,† q; verba talium legum nõ debent amplificari,ſed reſtringi,& intelligi in ſuo ꝓprio ſignificato, & in ſuis propriis terminis.Iſta regula probatur in l. ſi verò.§.de viro.ff. ſol.matri.ſm communem intellectum.Licèt ego aliter intellexerim illum textum,dic,vt ibi dixi.Probatur etiam in regula,quæ à iure. cum ibi notatis. de reg. iur.& in Clemen.dudum.de ſepulturis.& in l.fi.C.de matr.interdicto.& in l.quod verò contra.ff.de legibus.& in l.quicquid adſtringendæ.cum ibi notatis.ff.de verb.oblig.

Et hæc regula intantum eſt firma,ſm Imolam in d. §.de viro.
2 † vt etiam per identitatem rationis non poſſit fieri extenſio legum exorbitantium ad alias perſonas: licèt ſic ad alios caſus inter eaſdem perſonas. Mouetur per dictam regulam, quæ à iure. & per illam Clementinam,dudum.& per dictam l.finalẽ.Quod tamen fallit ſecundùm Imolam in quatuor caſibus.

3 Primò,† quando vellemus extendere per identitatem rationis ad aliam perſonam, quæ ſm latam ſignificationẽ poſſet cõprehendi ſub expreſſa:vt eſt caſus notabilis in l.Senatuſc.de ritu nuptiarum.& in l.filium habeo.ff.ad Macedonianum.iuncta l.liberorum.§.ſed & Papirius.ff.de rerum,& verb.ſign. & quod notat Cynus in l.j.C.quæ ſit longa conſuetudo.& per glo. & Bart. in l.miles.§.ſexaginta.in prin.ff.de re militari.

4 Et idem ſecundò, † ſi vellemus extendere ad aliam perſonã, quæ ſm iuris interpretationem reputaretur eadem cum expreſſa,ſm Imolam,vbi ſupra allegaui l.libertum.§.j.ff.de ritu nuptia.

Sed attẽde,quia dico, q; ille tex.non ſe fundat ſuper iſta ratione,ſed ſolùm ſuper identitate rõnis : & ideo eſt bene notandus.
5 † Item fallit & tertiò, ſi vellemus extẽdere ad aliam perſonam, quæ cõiter in omni materia, vel ſaltẽ in materia, de qua agitur, eſſet æquiparata à iure perſonæ expreſſæ,ſm Imolam.Allegat c. ſi poſtquam.§.j.& § fi.cum ibi notatis.de electione.lib.6.

6 Item fallit & quartò, quando ſumus † in fauorabilibus,quib: iura fauent: vt probatur in l.illud.iuncta gl.in verbo, alia cauſa. C.de ſacroſanctis Eccleſijs.& in l.fi.eodem titu. coniuncta gl. in verbo,captiuorum.& in l.ſi conſtante.in princip.coniuncta gl.& in l.2.

Source : BIU Cujas

in l. 2. §. ꝙ si in patris. cum sua glo. in verbo, sui iuris. ff. sol. matri. & in l. miles. in princ. cum sua gl. ff. de re iudi. & per Bartolum in l. proximè. in fine. ff. de his, quæ in testamento delentur. & in l. cū de in rem verso. in j. col. ff. de vsuris. & per glossam in §. item mista. institut. de actionib. & per id, quod habetur in l. 3. C. quando ex facto tutorum. & per glossam singularem in l. 2. C. de curatore furiosorum. Et hanc vltimā fallentiam limitat Imola procedere in materia † habente multas fallentias: quia propter multitudinem fallentiarum censetur de facili extensibilis, ex quo materia est fauorabilis. Secus in materia habente pauciſſimas fallētias, & sic non de facili extensibilis, per notata per Bartolum, & Doctores in l. j. C. de iuris, & facti ignorantia. † vbi dicunt, ꝙ priuilegium concessum per illam legem militi seculari, non trahitur ad militem celestis militiæ. Ratio: quia illud priuilegium, ꝙ possit opponi exceptio impugnans sententiam, postquam transiuit in rē iudicatam, pauciſſimas similes exceptiones habet: vt patet ex notatis in d. l. j. Sed, Domini, ista ratio mihi videtur mihi friuola. Vnde tu meliùs dic circa istud vltimum, vt dixi in d. l. miles. in princip. in fin. apparatus.

Circa verò illum passum, † an leges exorbitantes possint recipere extensionem, seu amplificationem, dico breuiter, ꝙ in casibus, quibus dixi in §. præcedenti, leges corrigentes posse amplificari, multò fortiùs idem dicemus in legibus exorbitātibus, quę faciliùs recipiunt extensionem, eo quia per hoc nō fit correctio, sed potiùs distinctio, & declaratio: & ius faciliùs distinguit, q̄ in totū tollatur. Ita Bart. in repet. legis, si constante. ff. sol. matr.

Et ideo, cùm in §. præcedēti probauerim ratione, auctoritate, & exemplo, leges corrigentes posse extēdi per identitatē † rationis, etiā ad alias personas, dummodo illa ratio sit expressa, & directò respiciat illas alias personas: multò fortiùs idem dicemus in legibus exorbitantibus, nisi aliàs vltra exorbitantiam cōtinerent odium fortè per ea, quæ dicam in §. sequenti.

Et sic licèt Imola faciat regulam negatiuam, ꝙ ad alias personas non potest fieri extensio per identitatem rationis, nisi in casibus præmissis. Ego facio † regulam contrariam, ꝙ immò possint per identitatem rationis extendi per rationes, auctoritates, & exempla posita in §. prędecedenti. Et si circa leges correctiuas, à fortiori ratione circa præmissa. Et vltra dicta in d. §. præcedenti, hoc etiam comprobo ratione, auctoritate, & exēplo. Ratione; quia certum est, ꝙ nō possumus recedere à verbis, seu ipsorum proprietate, propter aliquem fauorem: † quia ex quo cōstat de significatione vocabuli, non est locus interpretationi. l. ille, aut ille. §. j. ff. de lega. 3. intantum, vt etiam in pęnis non liceat impropriare verba pro mitigando pęnam: vt voluit Bar. in l. stipulatio ista, habere licere. §. eum, qui ita. ff. de verb. obligationibus & habes glossam notabilem in Proęmio Digestorum, in §. pe. in verbo, denarum. Et declara, vt dixi in l. si quis testamento. ff. de leg. j. & adde etiam quod dicam statim circa leges priuilegiales.

† Si ergo nullatenus licitum est recedere à verbis, vbi de eorū significatione constat, multò minùs licebit recedere à mēte, de qua constat: quę mens, vt iam pluries dixi excerpitur ex rōne.

Et probo consequentiam, quia ista † mens, seu ratio legis est potentior q̄ verba: quia non intentio verbis, sed verba intentioni debent deseruire. c. in his. extrà de verb. signific. & de verbis non curamus, vbi ius, vel ratio naturalis, vel mens, de qua constat, aliter sonant: vt dixi in Tractatu statutorum. in tit. de statutis fęminas excludentibus. §. nunc videndum. verticulo quæro vlteriùs, est statutum.

Si ergo à verbis, de quorum significatione constat, † non receditur, etiam pro mitigando odiū, vt patet ex præmissis, multò minus à mente recedemus pro mitigādo exorbitantiā, & odiū.

Probo ēt auctoritate nedum probabili, sed ēt necessaria. Auctoritate probabili probo per glossam & Bart. in l. si constāte. in princip. ff. solu. matr. vbi illa constitutio † exorbitans ampliatur ad aliam personam non expressam, propter solam identitatem rationis: super qua dicta glossa, & Bart. faciunt fundamentū, nō aūt cōsiderant ꝙ illa materia sit fauorabilis, prout dicit Imola.

Probo etiam auctoritate necessaria Iurisconsulti in l. libertū. §. 1. ff. de ritu nuptiarum. deducendo prout dixi in §. præcedenti, circa leges correctiuas.

Probo postremò exemplo diuinæ scripturæ, in qua non tantùm considerantur verba, quantùm ratio, seu mens. Hinc dicit tex. notandus in c. Marchyon. 1. q. j. vbi dicit tex. Non enim † in verbis scripturarum Euangelium dignoscitur esse, sed in sensu, non in superficie verborum, sed in medulla, n inō foliis sermonū, sed in radice rationis. Sed attende, quia hæc ptocedunt, † vbi ratio est expressa in lege: quo casu habet mirabiles virtutes, de q̄bus vidistis in discursu huius Tractatus, & maximè in §. j.

Sed quid si non est expressa, non tamen potest deprehēdi nisi vnica ratio, an habebitur † pro expressa quò ad præmissas virtutes. Et potes exemplificare in statuto excludente filias dotatas à successione, existentibus masculis, vbi non potest colligi alia rō, q̄ vt bona p̄seruent in agnatione: an ergo habebit pro expressa?

Super hoc reperio varietatem opinionum. Nam Albericus post Iacobum de Aretio in Tractatu statutorum in quæstione prima, tenet, † ꝙ oporteat rationem esse expressam. Idem videt velle Barto. in l. liberorum. ff. de verb. signi. ibi: his præmissis, &c. in apparatu suo in fine illius versiculi. Ad quod ego allego glossam ad hoc notabilem in l. nō dubium. in verbo, amplexus. ibi: tu dic, &c. C. de legibus. Sed in contrarium, † ꝙ immò sufficiat constare de mente, seu ratione, &c. si non sit expressa: habes auctoritatem Dyni in c. fin. de reg. iur. lib. 6. & etiam Bal. & Sali. in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. & idem tenet Ioan. Andræas in Additionibus ad Speculatorem in tit. de successionibus ab intestato. in rubr. Et pro hac parte adduco bonam glo. in l. quamuis. C. de fideicommissis.

Sed pro concordia ego dicerem sic: quia aut sumus in materia correctiua: & tunc dico, ꝙ ratio, ex qua debet fieri extensio, † debet esse expressa, cū per subauditiones, & tacitos intellectus non inducatur legum correctio: vt est glossa singularis in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. de electione. lib. 6. & tunc procedat prima opinio. Aut sumus in materia exorbitanti: & tunc quia per ampliationem, quæ fit in ea ex mente legis, non dicit induci correctio, sed potiùs distinctio: vt vult Bart. in d. l. si constante. ff. solu. matr. & faciliùs lex distinguitur, q̄ in totum tollatur: vt ibidē per Bart. Consequenter † sufficiet de hac mente constare, licèt non sit expressa, saltem quò ad extendendū ad alios casus, & nō fortè ad alias personas, nisi in casibus quatuor, quos supra dixi. Et ita procedat secunda opinio supra relata.

Et quia in exordio huius Tractatus pollicitus sum tractare in hoc §. de legibus priuatis, hoc est, de priuilegialibus, quæ magnā vicinitatem habent cum exorbitantibus: ideo tempestiuum est videre, qualem interpretationem patiātur. Et pro intelligentia scias, ꝙ regula est, † ꝙ beneficia sunt latissimè interpretāda. l. pe. ff. de constitutionibus Principum; sed priuilegia sunt strictè interpretanda, vt notatur in c. fin. de verb. signifi. in 6. & in c. si Papa. de priuilegiis. eod. lib.

Et dicitur beneficium id, † quod solum concedentem lædit: ideo contra eum est latissimè interpretādum, ſm dominos Rotarios in conclusione, quæ est mihi centesimadecimaquinta. & hoc ēt si sit contra ius. c. quia circa. & ibi glossa, Innocētius, Ioānes Andræas, & Panormitanus extrà de priuilegiis. Quod nota pro limitatione capituli primi, & secundi. de filiis presbyterorū. lib. 6. Secus si tangant † prędiudicium tertij, & sint contra ius cōe: quo casu propriè dicitur priuilegium, quod est strictissimè intelligendum: de quo per Legistas in d. l. fina. & Panormitanus in c. cùm ex iniuncto. extrà de hæreticis.

† Circa qp tamen attende diligenter, quia si verba patiuntur, ēt priuilegia sunt latissimè interpretanda. c. olim. extrà de verb. sig. ſm vltimum intellectū gl. quod est notandū ſm Panor. ibi.

Ad quod addo etiam c. ad audientiam. extra de decimis. Sed in contrarium videtur casus cum sua gl. in c. dilecti. eod. titu. de decimis. vbi verba priuilegii impropriātur, vt non includāt præ dia conducta, ne tertio præiudicetur. & sic à verbis receditur p restringendo priuilegium. Et facit etiam c. fin. de verb. sig. li. 6. Et facit etiam optimè c. cùm dilectus. extra de consuetudine.

Dico etiam † ꝙ si priuilegium non esset contra ius, sed cōtra consuetudinem, vel statutum loci, tūc debet latimè interpretari, sicut beneficium Principis, d. c. olim. ſm alium intellectum, q̄ fuit Ioannis Andrææ, qui ibi allegat ad hoc glossam in c. j. extrà de clericis non residentibus. Et hoc voluerunt etiam Abbas, & Panormitanus in c. cùm tibi. extrà de verborum significatione.

† Et idem dico, si Princeps concederet alicui, quod aliàs sibi cōpeteret iure cōi, si fortè amiserat præscriptione, vel priuilegio, aut aliter: quia etiam tunc fieret larga interpretatio, ſm Panormitanum in c. ex parte. extrà de dicimis, primitiis, & oblationib. Idem dico vbicunq; priuilegium est cōcessum ex honestissima causa in superlatiuo: vt in capitulo, tua nobis. de verb. signifi. Nā tunc, tanquam fauorabile, debet ampliari ſm Panormitannm ibi. Si verò de tali honestissima causa euidēter non apparet, tūc † si priuilegiū fundatur super æquitate naturali, & est inclusum in corpore iuris, dico, ꝙ pōt largè interpretari. Hinc videmus, ꝙ tunc transit ad hæredes. l. non solùm. ff de in integrum restitutione. Et hoc probo ratione: † quia omne fundamentum super naturali æquitate, dicitur continere causam honestissimam, seu iustissimā. Probo, quia ꝙ subueniatur ope restitutionis iusto impedimento, vel minori, prouenit ex naturali æquitate. Casus est in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusationibus tutorum. & in l. j. ff. de minoribus. & tex. in l. j. in princip. & in l. necnon. ff. ex quibus causis maiores. Appellant † hanc causam iustissimam: ergo nimirum, si istud priuilegium interpretamur largè, vt trāseat ad hæredes, d. l. non solùm. quia est concessum ex causa honestissima, seu iustissima, ex quo est concessum ex naturali æquitate, & consequenter est latè interpretandum, per dictum c. tua nobis. ſm intellectū Panormitani. Et aduerte; quia illa lex, non solùm. etiam loquitur de iusto impedimento, nedum de minore. Eodē modo dico, ꝙ si priuilegium non † contineret magnum præiudicium, tunc etiam posset latè interpretari, vt d. c. tua nobis. ſm alium intellectum, qui fuit Ioannis Andrææ.

† Concludo ergo, ꝙ vbicunq; videbis priuilegium fuisse concessum

Source : BIU Cujas

ceſſum ex cauſa iuſtiſſima,aut honeſtiſſima,ſeu ex naturali ęquitate,quæ talem cauſam dicitur continere, iuxta prædicta, aut qñ continet modicum præiudicium,tunc poteris largè interpretari talia priuilegia,per dictũ c.tua nobis.& per coniunctionem dictorum iurium, vbi verificatur eleganter intellectus Panormitani ad intellectum dicti capituli. Et præmiſſa nota pro ſingulari limitatione ad id,quod dicimus, priuilegia eſſe ſtricti iuris, & ſtrictiſſimè interpretanda.

Extra autem caſus præmiſſos procedit regula ſuprà dicta, ꝙ ſtrictè ſint priuilegia intelligenda.

35 † Sed hic quæro de pulchra quæſtione, an adeò ſint ſtrictè intelligenda,vt non tranſeant ad hęredes:quod nihil eſt aliud quęrere, q̃ vtrum priuilegium conceſſum perſonæ in dubio cenſeat perſonale potiùs,q̃ reale. Et ꝙ in dubio cenſeatur perſonale ita, vt non egrediatur perſonam,ſenſit gl.in l.maritũ.ſeu in l. ſequẽti.quæ eſt continuatiua.ff.ſolu.matr.& clariùs hoc voluit gl. in l. Neratius.ff.de reg.iur.& in c.cùm veniſſent.extrà de inſtitution.

36 Sed ego reperio † gloſſam in contrarium, ꝙ immò in dubio priuilegium ſit reale,in l.forma.§. quanquàm. ff. de cenſibus.Et ſuper hoc reperio varios varia dixiſſe, & ſinguli Doctores faciunt diuerſas diſtinctiones, & omnes comperio in aliquo defectuoſos.Vnde pro plena doctrina ego facio tria membra principalia. Aut enim loquimur de beneficio Principis,aut de cõmiſſione officii,aut de priuilegio Principis.

37 † Primo caſu dico, ꝙ beneficium Principis in dubio trãſit ad hæredes. Ita reperio determinaſſe Imolam in d. l.maritum. qui mouetur per legem pen. ff.de conſtitutionibus Principum. per quam legem idem reperio determinaſſe Speculatorem in titulo de inſtrumentorum æditione.§ nunc autem.verſi.item quod fuit.& Bart.in l.pen.ff.de ſeruitute legata. Et ſic volunt dicere p̃fati Doctores,ꝙ ex quo talia beneficia latiſſimè interpretantur, conſequenter debent latè interpretari,vt tranſeant ad hæredes. Quam rationem nota pro his,quæ infra dicam. Illud tamen verum credo,niſi eſſent conceſſa per verba relatiua ad factum magis,q̃ ad ius per textum in l. ad Iulianum. §. ſi quis quis alicui. cũ his,quæ ibi dixi.ff.de leg.j.& exemplifica,vt ibi dixi, & vt per Bartolũ in l.pen.ff.de ſeruitute legata. Et adde ad hoc §. ſed cùm fa-
38 ctum.inſtitut.de ſtipulatione ſeruorum. † In ſecundo caſu, quãdo tractamus de commiſſione officii, dic, ꝙ in dubio cenſetur commiſſio perſonalis. l.cuius.ff.de curatoribus furioſorũ.l.ante penul.ff.de tutelis.Et ita reperio determinaſſe Baldum.& Angelum in d.l.maritum. Quod intellige verum, niſi officiũ eſſet cõmiſſum alicui ſub nomine dignitatis. c. quoniã Abbas. cum ibi notatis,extrà de officio delegati.l.more.& l.& quia.cum ibi notatis.ff.de iuriſdictione omnium Iudicum.

Circa tertium,cùm quæritur,an priuilegium tranſeat ad hæredes,& cenſeatur reale,eſt materia noſtra,in qua facio quatuor caſus:quia aut datur priuilegium perſonæ propter perſonã: & tũc
39 non † egreditur perſonam, propter quam cõceditur priuilegiũ, vt in caſu dictæ legis,maritum. quo priuilegium tranſit ad filios eiuſdem matrimonij:quia,ſecundùm Bartolum ibi, illud priuilegium datur marito propter liberos:quia datur propter matrimonium,cui deferimus propter liberos.l.j. ff.ſolu. matri. Et hoc etiam vult ibi Bald.per l.aſſiduis.§.exceptis.C.qui potiores in pignore habeantur.

Et ideo malè inferunt ſm Bartolum ibi,qui dicunt,ꝙ quemadmodum illud priuilegium tranſit ad filios, ita ſit in quocunq; alio priuilegio, quod non eſt verum:quia in alijs ceſſat ratio prę
40 miſſa.† Aut,& ſecundò,dat priuilegiũ perſonę propter cauſam: & tunc,ſi illa cauſa adhæret perſonæ, non egreditur perſonam. l.3.§.ſi quid minori.ff.de minoribus. Si autem non cohæret perſonæ,quia ſolùm attenditur intereſſe rei † familiaris,trãſit ad hę
41 redes,ſm Baldum,vbi ſuprà,per l.non ſolùm. ff.de in integrum reſtitutione. Et ſic nota rationem ad illam legem. Et ſic iſta fuit conſideratio Dyni,vt refert Ioãnes Fabri in l.hæredes.C. ad Velleianum.Et Baldus in d.l.non ſolùm.ſe remittit ad Dynum. Nã ibi perſona nõ eſt cã ꝓxima priuilegij, ſed cã proxima eſt leſio.

Sed idem Faber vbi ſupra poſt Petrum,& Doctores, & etiam Salicetum reprehendunt hanc conſiderationem. Dic,vt ibi per eos,dicentes inſuper ꝙ alia ratione in d.l.non ſolùm. tranſit priuilegium ad hæredes, videlicet, quia fuit cõceſſum priuilegium ex naturali æquitate.De quo dic vt ſupra dixi.

42 † Aut,& tertiò,datur priuilegium rei,ſeu cauſæ: & tunc tranſit ad omnes,ad quos tranſit ipſa res, ſeu cauſa. l. in omnibus.ff. de reg.iur.l.ætatem.ff.de cenſibus l.ſi aquæductus. ff. de contrahenda emptione.ideo beneficium conceſſum Eccleſiæ, vel dignitati,cenſetur reale.c.cùm veniſſent.de re iudic. in 6. Idem in priuilegio conceſſo ciuitati.l.forma.§.quanquàm. ff. de cenſib.

Aut,& quartò, priuilegium eſt conceſſum ſimpliciter perſonæ,& ſumus in dubio,an ſit reale, vel ꝑſonale: quo caſu vidiſtis ſuprà gloſſas contrarias.

Ego autem dicerem, ꝙ in caſibus, quibus ſuprà dixi priuile-
43 gia eſſe latiſſimè † interpretanda,vt quando ſunt conceſſa ex cã iuſtiſſima,aut honeſtiſſima,ſeu ex naturali æquitate, quæ talem cauſam dicitur cõtinere; tunc dico,ꝙ tranſit ad hæredes,per dictam l.nõ ſolùm. Et quia,vt ſuprà vidiſtis, nulla alia ratione Doctores volunt beneficia tranſire ad hæredes, niſi ꝙ latiſſimè interpretantur.Sed iſta ratio in caſibus præmiſſis militat in priuilegijs:ergo &c.Et eadem ratione idem dico,quando priuilegium non eſt contra ius commune,ſed contra ius municipale,vel cõſuetudinarium,vel contra ius, quod erat præſcriptum, vel contra aliud priuilegium conceſſum alteri,per ea, quæ ſuprà dixi.

44 † Extra autem caſus præmiſſos dic,ꝙ ſi priuilegium continet conceſſionem aliquam,non tranſit ad hæredes,niſi quatenus facta eſt extenſio,viuo eo,cui conceſſum eſt: vt in ſimili dicimus de vſufructu,qui non tranſit ad hęredes,niſi quatenus fuit perceptus per vſufructuarium.l.defuncta.ff.de vſufructu.titu.gñali.Et ſic intelligitur lex j.§.permittit.ff.de aqua quotidiana, & eſtiua.

45 † Si verò priuilegium non contineret conceſſionem, ſed exceptionem,ſeu defenſionem:tunc dicit Bar.in d.l.maritum.ꝙ ſi continet exceptionem peremptoriam, tranſit ad hæredes, poſtquam cępit competere defuncto. Allegat legem tertiã. §. quod autem.ff.quod quiſq; iuris in aliũ ſtatuerit,vel ſtatui fecerit,ipſe eodem iure vtatur.Et ita ſm eum habes rationem ad legem, hęredes.C.ad Velleianum.& etiam ad dictam legem, non ſolùm. Sed tu ad illam legem dic,vt ſupra dixi.

Si verò priuilegium continet exceptionem dilatoriam, tunc
46 priuilegium † non tranſit ad hæredes, ſm Bartolum, vbi ſupra. Et iſte eſt caſus dictæ legis, maritum. ꝙ illa exceptio, ne conueniatur quis vltrà,quàm facere poſſit,nõ eſt peremptoria, ſed dilatoria,quouſque perueniat ad pinguiorem fortunam:vt habetur in l.ex diuerſo.ff.ſolu.matrimo.

ARGVMENTVM.

Conſtitutiones etiam pęnales quatenus extendendæ odium, fauoremq̃ contineant.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutionem pęnalem, niſi certis caſibus, extendi non poſſe. & nume.2.3.& 4.*
5 *Conſtitutionem pęnalem extendi veriùs eſt.*
6 *Conſtitutio pęnalis quando in odium concepta.& nu.7.*
8 *Senatuſconſultum Macedonianum cur odioſum.*
9 *Fauor quando ob pęnam in odium abeat.*
10 *Pęnalia quando fauorabilia.& nu.11.& 12.*
13 *Actio,quod metus cauſa.cur fauorabilis.*
14 *Pęnalia correctoria an extendantur.*
15 *Mandantem homicidarum ſtatuto teneri.*
16 *Bartoli reprehenſio.*
17 *Iuri communi repugnans odioſum.*
18 *Pęnalia non extendi veriùs eſt. & cur. nume. 19. quo modo intelligendum.nume.21.*
20 *Correctoria non extendi qui accipiendum.*
22 *Capitulum primum.de locato.quatenus extenſum.*
23 *Actus deſtructionem pęnam non dici.*
Explicans reſtringit.nu.24.

SEPTIMO in ordine videndum eſt, qualis interpretatio ſit fienda in conſtitutionibus pęnalib. Super quo Imola in l.ſi verò. §.de viro ff. ſoluto matrimonio.multum ſermonis effudit.

1 † Sed concluſio eius eſt, ꝙ ſi cõſtitutio ſit merè pęnalis,etiam reſpectu recipientis,non poteſt fieri extenſio,etiam ex identitate rationis,ad caſum, qui non ſit omnino ſimilis,vel ad alias perſonas.l.fin.C.de interdicto matrimonio.ſm vnum intellectum, quem tangit ibi Iacobus de Beluiſio.† Fallit primò in caſu,quo non facta extenſione,diſpoſitio
2 expreſſa poſſet eſſe de facili deluſoria,per textum cum glo.in c. quanquàm. de vſuris. in 6. vbi illa conſtitutio loquens de teſtõ vſurarum manifeſtarum extẽditur ad donationẽ cauſa mortis. & codicillos, quia aliàs de facili poſſet illa conſtitutio fraudari donando,vel codicillando.

3 Item fallit,† quando fieret extenſio ad caſum in eadem materia,æquiparatum expreſſõ, per ea, quæ habentur in c.ſi poſtquã. §.j.& fina.de electione.in 6.

4 Item fallit, † qñ caſus non expreſſus poteſt ſub lata ſignificatione comprehendi,per l.libertum.la 2.§.j.ff.de ritu nuptiarum. iuncta l.j. C. de interdicto matrimonio.Iſte eſt effectus verborũ Imolæ,licèt longè prolixius incedat.

Ego tamen in hac materia puto latiùs eſſe exordiendũ: & dico ſic, ꝙ aut conſtitutio pęnalis eſt fauorabilis, licèt pęnalis: &
5 † tunc non dubites, ꝙ ex idẽtitate rationis expreſſæ poterit fieri extenſio tã ad alias perſonas,q̃ ad alios caſus, quos ratio directò amplectitur:quia ex quo,non obſtante pęnalitate, eſt fauorabilis,per ꝙñs debet hr̃e effectum conſtitutionis fauorabilis:q̃a fruſtratoriũ eſſet hr̃e nomen ſine effectu, ℈ legẽ primã, de tutelis.

Sed nunc pulchrum eſt videre,qñ cõſtitutio pęnalis poſſit di-
6 ci fauorabilis,& qñ non. Super quo ita † diſtinguerem, quia aut conſtitu-

Source : BIU Cujas

constitutio pœnalis est contra ius cõe: & tunc (quia duplex odiũ ꝓtinet, videlicet, pœnalitatis, & correctionis. c. j. in fi. de filijs presbyterorũ in 6.) dico indistinctè talem constitutionẽ esse odiosam, quamuis fuisset inducta fauore publico. Iste est casus notabilis in c. statutum. de electione. in 6. qui text. declarat c. licet canon. cod. titu. non esse tanquam pœnale extendendum, sed potiùs restringendum. quod c. corrigit. c. cùm in cunctis. eod. titu. in antiquis. vt nõ sit necessaria monitio, ꝓut antè erat, & hoc in fauorẽ gregis cõmissi, & sic fauore publico, vt ibi exprimit text.

7 † Si verò constitutio pœnalis non est correctiua, tũc subdistingue, quia aut ratio legis pœnalis dirigitur in personam eius, cuius occasione, & odio est promulgata, puta, quia dicit, quoniam plerosq; comperimus minorum facultatibus insidiãtes: idcirco statuimus sub pœna decem &c. vt nemo decęterò audeat cum minoribus contrahere sine tali solennitate: & tunc dico talem cõstitutionem: quamuis in consequentiam respiciat fauorem, esse
8 odiosam, sicut in Macedoniano dicimus, † cuius verba referuntur ad mutuantes filijsfamiliàs. ff. ad Macedonianum. l. j. & tamẽ dicitur constitutio odiosa, licèt in sui consequentiam tendat ad fauorem filiorum, quibus dat exceptionẽ Macedoniani. Et istis casibus potest bene dicere Bal. in l. illud. C. de sacrosanctis eccle-
9 sijs. vbi dicit, † ꝙ vbicunq; cõstitutio est fauorabilis, seu inducta fauore alicuius, si tamen sit adiecta pœna, respectu pœnæ dicitur
10 odiosa. † Aut secundo loco ratio dirigitur in personam eius, cuius fauore fit, putà, quia dicit. Ne contingat in posterum minorũ facultates labi facilitate ætatis, statuimus, ne decęterò quisquã præsumat contrahere cum minoribus sine consensu duorũ propinquorum, sub pœna decem. Tunc dicam hanc cõstitutionem esse fauorabilem, licèt pœnalis sit. Hæc probantur optimè in l. q exceptionem. in princ. cum ibi notatis per Bartolum, & Doctores. ff. de conditione indebiti. Faciunt etiam notata per Bartolũ in l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. Et hæc dixerim causa exẽpli declaratiui, quia (pur) in exemplis præmissis, posset etiam dici constitutio correctiua: & sic includeretur in primo membro.

11 † Aut verò, & tertiò casu, sumus in dubio: & tũc in dubio dico, ꝙ ipsa constitutio continet publicam vtilitatem & tũc iudicabo eam, (quamuis sit pœnalis) fauorabilem: & idem si contineat Ecclesiarum fauorem: argumẽto legis finalis. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Et de hoc habes glossam mẽti tenendam in c. sciãt cũcti. de electione. in 6. & est etiam de mente glossæ, & ibi Bar. in l. quemadmodum. de agricolis, & censitis. lib. 11. C.

Si verò constitutio pœnalis non contineret publicam vtilita-
12 tem, sed priuatam: adhuc † in dubio idem videtur dicendum, vt præsumamus Legislatorẽ potiùs principaliter voluisse fauere, q̃ nocere, quando ipsa constitutio continet fauorem alicuius. Et ꝓhoc adduco notata per Bartolum, & Doctores in l. j. C. de his,
13 quæ vi, metusve causa fiunt. † vbi dicunt actionem, quod metus causa, potiùs cẽsendam fauorabilem, q̃ odiosam, quamuis odiũ contineat quoad metum inferentem. Glossa tamẽ ibi tenet cõtrarium, & in d. l. qui exceptionem. Et præmissa tene bene mẽti pro declaratione multorum iurium, & ad materiam c. odia. de regulis iuris. in sexto.

14 Si verò constitutio pœnalis non est fauorabilis, † tunc si illi odiositati pœnæ concurrat correctio, & tendat extensio ad fauorem Reipublicæ, tunc adhuc Bart. in d. l. quemadmodum. videt velle, ꝙ possit fieri extensio, tanquam cõstitutio sit fauorabilis,
15 vt ibi dicit glossa. Ex quo infert † notabiliter ad statuta, vt pœna statuti punientis facientes, maleficium puniatur fieri faciens: cũ Reipublicæ interest puniri malos, vt purgetur prouincia. l. congruit. ff. de officio præsidis.

16 Sed dico, ꝙ ratio sua, & decisio confundũtur † per textum in c. statutum. de electione in 6. deducendo prout supra dixi. Nec tantum ibi noto dictum, quantùm rationem: quia quoad hoc, quod dicit de Ecclesijs collegiatis, posset dari aliqua ratio differentiæ, secundùm ꝙ ibi notat Archidiaconus.

Sed ratio ibi est illa, quæ me mouet, dum dicit, ꝙ cùm sit principaliter pœnale, restringi conuenit: & ſm Bartolum tanquam fauorabile esset amplificandum. Nec obstat glossa in d. l. quemadmodum. quia lex non loquitur in l. pœnali, & correctiua: quia
17 † tunc est duplex odium, nec tũc quouis modo potest dici talis lex fauorabilis propter correctionem dicti capituli primi. in fi. de filijs presbyterorum. in 6. Concludo ergo indistinctè talẽ cõ-
18 stitutionem nullatenus † esse porrigendam vltra casum suum.

Et hoc determinat in simili Ioannes Fabri in §. sequens. insti. de actionibus & est glossa in eodem titu. in §. item mista. quam ibi approbat Dynus, & sequitur Ioannes Fabri.

Sed tunc valde obstat, ꝙ dixi in Paragraphis præcedentibus, vbi dixi, ꝙ vbi est eadem ratio, non dicitur fieri extensio: ergo, cur non debemus interpretari ex identitate rationis, qualiscunque sit constitutio?

19 Solutio. † Possumus dicere, ꝙ ex quo est odiosa, & respectu pœnę, & respectu correctionis, non videtur esse de mente Legislatoris, ꝙ à verbis talis cõstitutionis recedatur. Et hoc casu potest bene dicere Bart. in l. oẽs populi. in versi. iuxta prędicta. & vbiq;. ff. de iustitia, & iure. vbi tenuit legem corrigentem nõ posse ex-
20 tendi † per identitatem rationis: quia illud põt esse verum, si cũ correctione concurrat pœnalitas, per dictum c. statutum.

Si verò lex pœnalis non est fauorabilis, nec correctiua, tũc dico in oĩbus, & per oĩa esse distinguendum, ſm ꝙ dixi in legibus
21 exorbitantibus, in §. præcedenti. † Vbicunq; tamen dixi constitutionem pœnalem non esse extendendam, illud videtur verum quoad pœnam ipsam: cæterùm quoad principaliter statutũ omissa pœna vĩ posse fieri extensio per similia, per textum notabilem in argm̃ in l. mulcta. & in l. in testõ. ff. de conditionibus, & demõstrationibus. Et hoc vĩ esse de mente Ioan. Andręę in nouella in c. dispendia. de rescrip. lib. 6. & in cap. odia. de reg. iur. in Mercu-
22 rialibus. Et hoc vult etiam Cardinalis Florẽtinus in c. j extrà † de locationib. qui illam constitutionem extendit ad oĩa studia, sed non pœnã. Et idem dicit ibi Panor. in correctiuis. Ad quod vide glo. notabilem in Clem. j. de consanguinitate, & affinitate.

23 Vnum non omitto, † quod dicit Imo. in d. §. de viro. ꝙ annullatio actus nõ est propriè pœna, per capitulum fin. de electione. in 6. & allegat etiam Ioãnem Andræam in d. c. odia. Sed ego di-
24 co, † ꝙ illud est verum, qñ annullatur dispositio ex defectu solẽnitatis, vel aliàs, nõ tñ ex delicto, vel culpa. Et iste est casus dicti ca. fin. Si enim ex delicto, vel culpa, tunc talis annullatio dicitur pœna. l. Senatus. cum gl. ff. de contrahẽ. empt. Et facit l. fin. C. de iure emphyteutic.

ARGVMENTVM.

Interpretari secundùm animam, & Rempublicam oportere, quando, quę priuatos respiciunt, extendenda: polysima quomodo accipi debeant.

SVMMARIVM.

1 *Animæ præstantia.*
2 *Animæ gratia interpretandum: idq́, qua via liceat. nu. 3.*
4 *Reipublicæ præficiendis obseruanda. & nu. 5.*
6 *Constitutio quatenus secundùm Rempublicam extendenda. & nu. 7.*
8 *Publica vtilitate ab apicibus iuris recedi.*
9 *Beneficium, & priuilegium in constitutionis interpretatu discedere.*
10 *Constituta in fauorem extendi: si in odium, contra esse. nu. 11. an, vtroque concurrente extendatur. nu. 12.*
13 *L. filium. ad Macedonianum, ob quid extensa.*
14 *Glossam in l. venia. C. de in ius vocando. explicari.*
15 *Statutum de filiis dotatis excludendis quale: odium sonare veriùs est num. 16. cur. nu. 17.*
18 *Mixta quando restringenda.*
19 *Nepotes, filios dici. limitat. nu. 20. cur. nu. 21. & 22.*
23 *Odiosa principaliter, licèt subsequatur fauor, restringi, & cur.*
24 *Prohibitio vocationis vetitorum mixta: quando extendatur, an nõ. nu. 25.*
26 *Verborum rei nec fauorabilis, nec odiosæ quomodo capiundus sensus. & num. 27. & 28.*
29 *Pecunia acceptio multiplex. & nu. 30. 31. 32. 33. & 34.*
35 *Verba, vti optimus &c. variè accipi. & nu. 36. & 37.*
38 *Actum variè secundùm personas, & res interpretari. & nu. 39.*
40 *Testamẽta plenius, Principum beneficia plenissimè, contractus plenè interpretari qui accipiendum. & num. 41. 42. & 43.*

OCTAVO videamus, qualis interpretatio in aliis iu-
1 ribus nõ odiosis sit fienda rõne correctionis, exorbitantiæ, & pœnalitatis. † Super quo dico: quia anima est cunctis rebus præferenda. l. sancimus. C. de sacrosanctis Ecclesijs. ꝙ semper procurare debes
2 facere talem interpretationem, † quæ sit in fauorem animæ: qa etiam si constitutio sit pœnalis, fauore animæ recipit interpretationem, iuxta notata per Hostiensem, quem sequitur Panormitanus in c. cùm in partibus. extrà de verbo. signi. & dico, ꝙ intantum est fauendum animæ † in interpretandis legibus, & canoni
3 bus, vt licitum sit recedere à cõi pręsumptione iuris, etiam interpretando in deteriorem partem pro fauendo animæ: quia licèt videatur talis interpretatio deterior, tamen est melior, & tutior: vt est glossa notanda in c. vnico extrà de scrutinio.

Et quia post animã totis viribus procurare debemus pro Republica, postergãdo propria cõmoda, iuxta illud Platonis Athe
4 nienſis inquientis, † ꝙ qui Reipublicæ præfecturi sunt, duo pręcepta tenere debent: vnum, vt tueantur vtilitatem ciuium, obliti cõmodorum suorum. Alterum, † vt totum corpus Reipubli-
5 cæ curent, ne dum aliquam partem tuentur, totum deserant. Iõ
6 dico, † ꝙ vbicunq; constitutio tendit ad fauorẽ Reipublicæ, est amplificanda intantum, vt pro amplificando Reipublicæ fauorem licitũ sit recedere à generali locutione: vt est tex. valde notabilis in l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sillanianum. quem Doctores ibi adducunt ad multas notabiles quæstiones.

Et addo etiam glossam notabilem in l. quemadmodum. C. de
7 agricolis, & censitis † lib. 11. quæ vult, ꝙ quantuncunq; aliàs cõstitutio sit odiosa, si tamen tendit ad fauorẽ Reipublicę, est tanq̃ fauorabilis, extendenda. Quod tñ limita, vt dixi in §. præcedenti.

Similiter

Source : BIU Cujas

8 Similiter dico, † ꝙ ratione publicę vtilitatis licitū eſt recedere in interpretādo à ſubtili ratione iuris: quia multa in iure noſtro ꝓtra ſtrictam rationem diſputādi pro vtilitate cōi recepta ſunt. Caſus eſt notabilis in lege, ita vulneratus. § fi. ff. ad l. Aquil.

9 Si verò conſtitutio non contineat fauorem † animæ, vel Rei publicæ: tunc ſi continet aliquod beneficium Principis, adhuc latiſſimè eſt interpretanda l. pen. ff. de cōſtitutionibus Principū. Secus ſi cōtineret priuilegium, vt dixi ſupra in §. 6. vbi etiam declaraui, quæ ſit differentia inter beneficium, & priuilegia.

Si verò lex non continet beneficium Principis, tūc aut eſt inducta in merum fauorem alicuius priuati, aut in odium, aut miſtim continet fauorem, & odium: aut eſt neutralis, non continens odium, nec fauorem.

10 Primo caſu, quando eſt inducta in merum fauorem, eſt amplificanda ſine dubio. c. odia. de reg. iur. lib. 6.

In caſu verò ſecundo, quando in odiū eſt inducta: tunc ſi continet odium reſpectu correctionis, exorbitantię, vel pęnalitatis, quid iuris, vidiſtis in Paragraphis præcedentibus.

11 Si verò aliàs eſt odioſa, † tunc adhuc dico materiā eſſe reſtringendam, per regulā dicti capituli, odia. vbi dicitur, ꝙ odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari. Et exemplifica vtrunq; dictum ſm ꝙ ibi exemplificat glo. Et etiam potes exēplificare ſm quod

12 ſtatim dicam de verbo, pecunia. Quando verò † lex cōtinet miſtim fauorem, & odium, tunc glo. in d. c. odia. videtur velle, ꝙ talis lex ſit amplificanda. Et exemplifica in Macedoniano. Et pro illa gloſſa optimè facit lex, filium habeo. ſupra ad Macedonianum. licet non alleget.

Item pro ea facit, quod dixi in §. præcedenti: quia in tali miſtura veriſimile eſt legē potiùs voluiſſe fauere, q̄ nocere. Et hoc etiam videtur velle Bartolus in l. liberorum. ff. de verb. ſig. per d.

13 l. filium. Sed illi † pōt reſponderi, ꝙ in caſu ſuo non extendit de filio ad nepotem, tanq̄ fauorabilis, ſed potiùs ꝓp idētitatē rōnis, præſertim cū ibi nepos mutuaſſet de iuſſu filij, eiuſdemq; patris.

14 Sed attende, † quia reperio gloſſam valde notabilem in l. venia. C. de in ius vocando. quæ vult, ꝙ in iſta miſtura ex capite fauoris ſit amplificanda, ex capite odii ſit reſtringenda. Et illam gl. multùm ſignāt ibi Doctores, & præſertim Bal. qui per hoc dicit,

15 † ꝙ ſtatutum vocans filios maſculos ad ſucceſſionem, & excludens fęminas dotatas: ex capite, quo vocat filios, eſt fauorabile, ideo extendendum eſt filio ad nepotē: Ex capite verò excluſiuo

16 filiarum eſt odioſum. lō reſtringit, vt nō includat neptē ex filia. Sed, Domini mei, malè exemplificat: † quia tale ſtatutum abſque dubio in totum cēſetur odioſum, per legem, maximum vitium. C. de liberis præteritis.

17 Et præſertim: † quia eſt contra ius cōe, ergo eſt odioſum. ca. j. in fi. de filiis presbyterorum. lib. 6. Et de hac quæſtione Baldi dic, vt plenè tetigi in titu. de ſtatuto fęminarum excluſiuo. §. nunc videamus. verſi. ſed nunquid. In quæſtione verò principali ego ſic

18 dicerem, ꝙ aut interpretando ſtrictè, parùm læditur † fauor ꝓp leuitatem preiudicis, vbi amplificādo poſſet eſſe graue onus: & tūc dico ꝙ talis lex miſta ex fauore, & odio debet reſtringi. Exēplum habes in §. fi. inſtit. qui dare tutores poſſunt.

19 † Ecce in materia fauorabili appellatione filiorum continen tur nepotes, iuxta notata per Bart. in l. liberorum. ff. de verborū

20 ſign. & tamen ſi teſtator † dederit tutorem filiis ſuis, non intelli

21 gitur dediſſe nepotibus. d. §. fi. Ratio; † quia datio tutelę eſt miſta ex fauore, & odio: quia quoad minores, ꝙ habeant tutores, eſt fauorabilis, ſed reſpectu ipſorum tutorum continet odium, & onus: quia coguntur eſſe tutores.

22 Cæterùm, † quia licèt nepotibus non intelligatur datus, non eſt grauis præiudicii: quia ſupereſt remedium legis dantis tutorem legitimum, vel etiam Iudicis dantis datiuum: & ex parte tutorum eſt graue onus, igitur cùm præiudicialitas præponderet fauori, nimirum ſi reſtringitur potiùs, q̄ amplietur. Et iſtam rōnem dedit Bart. in l. liberorum. prælleg. Ceſſante verò ratione premiſſa, tunc conſiderarem quid venit principaliter, & quid in conſequentiam: vt ſi principaliter eſt lex inducta in odium ali-

23 cuius, † cenſeatur odioſa, & reſtringenda, licèt in conſequentiā concernat fauorem alterius: & ècontrario, ſi principaliter inducta eſt in fauorem, licèt in conſequentiam redūdet in odium alterius, dicatur fauorabilis, & amplificanda: quia inſpicitur, quod principaliter fit: non autem quod venit in cōſequentiam. l. ſi qs nec cauſam. ff. ſi certū petatur. Et ſi neſcias, qualiter hoc poterit percipi, recurre ad doctrinam, quam tradidi in §. præcedenti.

Si verò hoc non apparet, tunc ſi diſpoſitio eſt in perſona tam agentis, q̄ patientis reſpectiua, ſtabo doctrinę gloſſę, in d. l. venia.

24 quod probo præclaro exemplo. † Ecce, diſpoſitio vetans patronos & parētes vocari in ius ſine venia, eſt reſpectiua tam ad honorem patronorum & parentum, q̄ ad odium libertorum contrafacientium: idcirco ex capite patroni, quo cōſtitutio eſt fauorabilis, extenditur: vt etiam ſi conueniatur nō proprio nomine, ſed tanquam tutor, vel defenſor, debeatur ei honor. l. ſed ſi hac. §. ſemper. ff. de in ius vocando.

25 Sed ex capite liberti, quo eſt pęnalis, † nō extenditur ad libertum agentem nomine alterius ſine venia. Caſus eſt in l. quæſitū. de in ius vocando. Et iſtam rationem aſſignat gloſſa in d. §. ſemper. Et adde etiam gloſſam in d. l. venia. quod eſt notandum perpetuò ad multa.

Si verò, & vltimo caſu, materia eſt neutralis, tunc aut in illa materia eſt aliquod verbum habens ſolùm vnicum ſenſum, aut duos ſenſus, aut plures.

26 Primo caſu res eſt cara, ꝙ nō eſt † recedendum ab illo ſenſu.

Secundo caſu, ſi habet proprium ſenſum, & improprium, certè ex quo materia non eſt fauorabilis, non recedam à propria ſignificatione: † niſi de mente Legiſlatoris aliter conſtet per cōiecturas, vel circunſtantias. l. non aliter. in princip. ff. de leg. 3. vel

27 niſi conſuetudo loquendi aliter ſe habeat. l. cùm de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtructo. l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædilitio edicto. Quando verò verbum † habet plures ſenſus, tūc in

28 tali materia neutrali non accipiemus pinguiorem ſenſum, nec etiam minorem, ſed medium.

29 † Exemplum, verbum, Pecunia, triplicem recipit ſenſum. Nā aliquando continetur ſolùm pecunia numerata. l. ſed Iulianus. §. mutui datione. ff. ad Macedonianum. l. ſi verò. §. fi. ff. ſolu. matr.

30 Aliquando verò † appellatione pecuniæ nedum continetur pecunia numerata, ſed etiam res conſiſtentes pōdere, numero, vel menſura. l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1.

31 Aliquando verò † nedum continentur pecunia numerata, & res conſiſtentes pondere, numero vel menſura, ſed etiam conti nentur corpora, & ſpecies. l. nam quod. §. fin. & l. ſeq. & l. cogi. in princ. ff. ad Trebellianum. & l. pecunię verbum. & l. propemodū. ff. de rer. & verb. ſign. & ideo in materia odioſa ſtrictè accipitur

32 ꝓ ro † pecunia numerata, d. §. mutui datione. Et idem vbi agit de aliquem obligando contra voluntatem ſuam. d. l. ſi verò. §. ſi.

33 In materia verò fauorabili continet omnia, † videlicet & pecuniam numeratam, & res conſiſtentes pōdere &c. & ſic ſpēs, & corpora d. l. nam quod. §. fi. cum l. ſequenti. cum ſimilib.

34 In materia verò † neutrali accipitur media via: quia non intel ligitur ſtrictè, nec etiam latiſſimè, ſed continentur res, quæ pōdere, numero, & menſura conſiſtunt. Et ibi eſt caſus, & Bart. in l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. & ibi dixi. Et per iſtud vltimum exemplū habes exemplificata omnia membra diſtinctionis noſtræ, præter id, qđ dixi de materia miſta fauore, & odio: ſed eo caſu exem plifica, vt ſupra dixi. Et adde etiam aliud exemplum, vbi eadem

35 verba triplicem ſenſum recipiūt: † vt illa verba, Fundus vti optimus, maximusq; eſt. Nam poſſunt intelligi, ꝙ ſit liber ab omni ſeruitute. l. quod ad ſeruitutes. ff. de euictionib. l. ſi cùm fundum. & l. non tantùm. de rerum, & verb. ſignifi.

36 Item poteſt intelligi, † ꝙ etiam cum fundo veniāt inſtrā ad fundū, vt aratra, & ſimilia. l. fundo legato. ff. de fundo inſtructo.

37 Item poteſt † adhuc latiùs intelligi, ꝙ ſit liber, & cū inſtrumētis, & etiam cum adiacentibus. l. ſi quando. C. de bonis vacantib. lib. 10. Et ideo: quia habemus regulam, † ꝙ in cōtractibus fit plena interpretatio, in vltimis voluntatibus plenior, in beneficiis

38 Principum pleniſſima. vt notant gloſſæ, & Doctores in l. pen. ff. de conſtitutionibus Principum. & Canoniſtæ habent caſum ad literam in c. cùm dilecti. in fin. extrà de donationibus. & ideo in

39 contractibus accipietur ſm † primum ſenſum ſupra relatum. Caſus eſt in d. l. quod ad ſeruitutes. & in d. l. ſi cùm fundum.

40 In vltimis † verò volūtatibus, vbi plenior fit interpretatio, accipiemus ſm ſenſum ſupra relatum, d. l. fundo legato. In beneficijs autem Principum, † vbi fit pleniſſima interpretatio, accipie-

41 mus vltimum ſenſum, vt d. l. ſi quando.

42 † Quod tamen dixi in contractibus fieri plenam interpretationem, intellige ſaluo eo, quod habetur in l. veteribus. ff. de pactis. & in l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. Si-

43 militer quod dixi in vltimis voluntatibus † fieri pleniorem interpretationem, intellige, ſaluo eo, quod habetur in l. ſi ita. ff. de leg. j. & in l. nummis. ff. de leg. 3.

ARGVMENTVM.

A contrario ſenſu quando argumentandum: & illius argumenti vis, & natura.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à contrario ſenſu vnde ſumendum.*
2 *Quanquàm, vocem impropriè accipi.*
3 *Fictionis verborum ſedes.*
4 *Contrarij ſenſus verba ſupprimi.*
5 *Contrario ſenſui correctio locum non eſſe. & cur. num. 6. & 7. idq; reſtringi. num. 11. & 12.*
8 *Incorporea non interpretanda.*
9 *Leges ex mente non corrigi.*
10 *Statuta ſenſu contrario interpretari non debent.*
13 *Contrarium ſenſum abſurdo ceſſare.*
14 *Cōtrario ſenſu in qb. & verbis, & cauſis locus nō ſit. & nu. 15. 16. & 17.*
18 *Argumentum à contrario ſenſu ſubſidiarium quale. veriùs. nu. 19.*
20 *Contrarius ſenſus cuius defectu ſumendus.*

21 *Cauſa*

Source : BIU Cujas

21 *Causa quì, si contrarius sensus repugnet, sumenda.*
22 *Legem, prospexit. qui, & à quibus explicari.*
23 *Contrarius sensus in l. 1. de officio eius. quì sumendus: & cur fortissimus illic dictus. & num. 24.*

NONO pollicitus sum dicere, an liceat leges interpretari per contrarium sensum. In quo articulo reperio grandes varietates inter Doctores: & neminem reperio perfectè locutum fuisse. Vnde ego ꝑ introductione quadam quæro, nunquid argumentum à contrario sensu veniat ex interpretatione, seu mẽte legis, an verò potiùs ex propria significatione. Et breuiter Doctores
20 directum remedium. Vbi tamen lex deficit,† data eadem æquitate,ſubueniendum eſt vtili actione: & ideo dicit, non erit nec vtilis actio danda.quaſi dicat. necnon vtilis: quia vtilis erit danda.Sicut quando dicimus,Petrus,& necnon Martinus currunt: quia in vtroq; adfirmatur curſus propter illas duas negationes.

Nec eſt verum,quod dicunt Doctores,ꝙ iſtę duæ negationes referuntur ad diuerſa:quia negatur,quia ſolùm referūtur ad vtilem actionem,vt ex textu euidenter adparet.ergo ex neceſſitate important adfirmationem,non negationem.

Poſtremò Doctores, maximè Bald. inducunt iſtum textum ad notabilem,& quotidianam quæſtionem. Statuto cauetur, ꝙ filiis maſculis exiſtentibus, filia dotata excludatur à ſucceſſione

21 patris,nunquid neptis † ex filia excludetur? Iſte text. facit, ꝙ nō: quia de nepte non loquitur ſtatutum . Sed Bald.hic determinat contrarium. & idem dicit tenere Cynum in l. j. C. quæ ſit longa conſuetudo.Et ſentit etiam hoc tenere Oldradum.Et reperio ēt hoc determinaſſe eundem Bald.& Salic.in l. maximum vitium.

22 C.de liberis præteritis.& hoc mihi placet: † quia maior eſt ratio excludendi ipſam neptem,q̄ filiam. Vnde ſuccedant notata per gloſſam,& Doctores in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor.

Item,quia,excluſo ſtipite,oēs rami intelliguntur excluſi. c.j.§. hoc aūt notādum. qui feudum dare poſſunt. in vſibus feudorū.

23 Dico tamen,ꝙ ſecus † eſſet in iuramento, per quod renūtiat filia hæreditati paternæ: quia non nocet nepotibus, ſiue velint ſuccedere cum aliis nepotibus ex filio ſuo iure.l fi.infra vnde cognati. ſiue cum ipſo filio,eodemq; auūculo: &,ſiue mater ſuperuixerit patri,ſiue non:&,ſiue fecerit mētionem de filiis,ſiue nō, vt voluit ſignanter Bart.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hæred. ac gl.Bald.& Doctores in l.pactum,quod dotali. C.de collationib. Vbi tamen Bald.dat vtile remedium.Dic,vt ibi.

24 Sed quid ècontrario, † ſtante ſtatuto præmiſſo, nunquid nepos ex filio maſculo excludet filiam:Imo. dicit, ꝙ ſi ratio illa eſt expreſſa in ſtatuto, videlicet, vt bona remaneant in agnatione, tunc nepos excludet filiam dotatam: quia illa ratio ſe extēdit ad hunc caſum:ſecus ſi poneretur ratio,volētes fauere filijs maſculis primi gradus ſtatuimus &c.quia tūc nepos ex filio non excluderet filias dotatas ſecundum Imolam hic.

Si autem ratio aliqua non eſt expreſſa in ſtatuto:tunc pluſculum dubitationis eſt:quia reperio,ꝙ Bald.hic tenet, ꝙ nepos nō excludet filiam:quia ſtatutum habet duo capita: vnum excluſiuum filiorum,& aliud excluſiuum filiarum.& in incluſiuo non fit mentio de nepote.& hoc etiam firmat Imola hic:quia materia iſta eſt valde exorbitans.l.maximum vitium.C.de liberis prę teritis.& tale ſtatutum eſt corrigens: ergo debet interpretari, vt minùs lædat ius cōmune, quàm fieri poſſit, per c.cùm dilectus. vbi eſt caſus valde notabilis de conſuetudine.

Sed attendite Domini,quia reperio pleroſq; illuſtres Doctores in contraria ſententia.

Et primò,contrarium tenuerunt Iacob. de Aretio,& Iacob. Butrigarius,& Barto.in l.liberorum.ff.de rerum, & verbo. ſigni. Idem reperio tenuiſſe Bald.& Salice.in d.l.maximum vitium.& omnino videas ibi:quia profundiſſimè proſequitur hanc materiam:& conſequenter patet Bald. eſſe contrarium ſibi.Idem tenuerunt Bald.& Salice.in l.venia. C. de in ius vocando. & idem tenuit Rainaldus de Foroliuio, qui tenuit, ꝙ appellatione filio-

25 rum ex proprio ſignificato contineantur nepotes. Et † idem tenet Albericus in ſecunda parte ſtatutorum, q. 103.& Ioannes Andræas in addionibus ad Speculatorem in titu.de ſucceſſionibus ab inteſtato.in principio.

26 Ego tamen non † recedo à ſententia Bal.& Imo.hic: quia rationes iſtorum dominorum non concludunt.

Nam primò aliquæ fundantur ea ratione · quia ex proprio ſignificato continentur nepotes,quod eſt falſum,vt probatur plenè in l.liberorum . per multas vrgentes rationes. & etiam Bald. in d.l.maximum vitium.

Alij adducunt rationem,quia beneficia cōceſſa filii extendūtur ad nepotes.l.milites.& l diuo Marc. C. de quęſtionibus. & in l.Decurionum.C.de pęnis.& l.emancipatum.ſupra de Senatoribus.& iſta ratio etiam placuit Bartolo.Sed nec illa concludit:qa

27 iura præmiſſa loquuntur in beneficijs alicui † conceſſis,quæ nemini præiudicant,niſi ipſi concedenti: ideo de facili poteſt fieri extenſio.l.pen.de conſtit utionibus Principum.ſupra.

Prætereà,illud ibi fit ex interpretatione,quæ in ſtatutis ceſſat. Quod ſatis fatetur Bart.in d.l.liberorum.ſed dicit, ꝙ in caſu noſtro hæc interpretatio erit paſſiua vi illarum regularū antiquarum.Sed nec iſta valet:quia in dictis iuribus non proceditur per viam regulæ:ſed in certis caſibus dant priuilegium certis perſonis,& eorum filiis.& poſito, ꝙ procederent per viam regulæ,adhuc nihil ad propoſitum: quia ſolùm fieret extenſio vi illarum regularum in conſtitutione noua ſpecialiter loquēte in eadem materia: non autem generaliter in quocunq; caſu, vt latiſſimè dixi in Tractatu ſtatutorum in titu.de extenſiua ſtatutorū inter

28 pretatione.in §.nunc venio.& per cōſequens ēt non obſtat, † ꝙ nepos ſuccedat in locum filij.§.poſthumorum.inſtitut.de exheredatione liberorum.de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferūtur.quia illud verum eſt interpretatione,ſeu quadam iuris fictione,quę ceſſat in ſtatutis.

29 Item illud eſt verum † quoad ſucceſſionem. Angelus.

Item,& ſi in locum filii ſuccedat: non tñ taliter dicitur filius, vt faciat ceſſare in ſtatutis conditionē illam, extātibus filiis &c. Quòd verò nepotes in locum filiorū ſuccedant variis iuris Cæſarei partibus continetur, idq; à Iureconſulto eſt reſponſum in l.poſthumorum.ex qua lege trāſcriptum fuiſſe. §. poſthumorū. adnotauit gloſſemate ibidem Accurſius.§.aūt. Verba hæc ſunt: Poſthumorum autem loco ſunt & hi, qui in ſui hęredis locum ſuccedendo,quaſi agnaſcendo,fiunt parentibus ſui hæredes. Vt, ecce,ſi quis filium,& ex eo nepotem,neptem ve in ptāte habeat: quia filius gradu præcedit,is ſolus iura ſui hæredis habet:quamuis nepos quoq;,& neptis ex eo in eadem poteſtate ſint.Sed ſi filius eius,viuo eo,moriatur, aut qualibet alia ratione de poteſtate eius exeat,incipit nepos,neptisve in eius locum ſuccedere: ꝙ eo modo iura ſuorum hæredum, quaſi agnatione nanciſcitur. Hactenus Imperator. Vides textum eleganter probantem quib. modis,cauſis, quave ratione nepotes in locum filiorū ſuccedāt, ſuiq; efficiantur. Non ita tamen ſuccedere eos conſtitutum eſt, vt amitas ſubmoueant. Tibi cogitādum relinquo. Quia qui ſuccedunt in alterius locum,eius iure vti debent,vt eſt in regula iuris. Et cùm nepos, eiusq; pater ſint eadem perſona per §. primū. de iureiurando à moriente præſtando. collatione 5. in auth. ergo idem ius in vtroq; ſtatui debet. Cōnexa enim eodem iure cēſenda ſunt,vt voluit text.apertiſſimè in l.eum actum. ff.de negocijs geſtis. Hæc fundamenta mouent. Sed ſemper,meo iudicio, tenendum eſt amitas à nepotibus excludi non poſſe. Tu cogitabis. Et ſi vis pulchras,& infinitas quæſtiones in iſta materia ſtatutorum filias excludentium,diſcurre per ea, quæ dixi per totum titulū de ſtatuto fęminas excludēte in Tractatu ſtatutorum,vbi multa bona,ac valde vtilia videre poteris.

TRACTATVS DE LEGIS POTENTIA,

Conſtantini Rogerij.

ARGVMENTVM.

Tractatus ſuos ſigillatim connectens legum virtutes fusè edifſerendas diſponit.

SVMMARIVM.

1 *Conſtantini Tractatuū coniunctorū,ac ex ſe pēdentiū eatalogus nu.2. et 3. Et eorum ſcopus. ibidem.*
4 *Leges cur neceſſariæ.*
5 *Legum ſtudioſi cur ſacerdotes dicti.*
6 *Pactio legibus reclamans nulla.*
7 *Tractatus de Legum potentia paraſceue.*
8 *Tractatus de legum potentia partitio.& nu.ſequenti,in finem vſq;.*

PRAEFATIO.

VIA tanta eſt legis potentia,vt ēt teſtator (cuius voluntas pro lege ſeruatur.§. diſponat.in Auth.de nuptiis.colla.4.) non poſſit legibus derogare, vt vidiſtis in l. nemo p̄r. ff. de leg. j.ſquam ſupra proximè expediui.

1 † Idcirco poſt ipſius expeditionē vtile fore putaui hūc ſolennē de legis potētia Tractatū annectere.Et quia in Tractatu de cōtractibus vetitis demonſtraui.l.potentiā.ad reijciendū malos ꝯtractus ēt iuratos. poſteà in Tractatu ſtatutorum dixi de potētia legis circa l. municipales declarādas,& interpretādas. & in Tractatu de dote, ītер cętera vidim⁹ potētiā de priuilegiatis cauſſis.

2 † Subſequēter tradidit Tractatū de iuris interp̄tatione: vbi poſui modū,& formā has l.nr̄as intelligendi,& interpretādi. Et anno p̄ximè p̄terito tradidi Tractatū de p̄teſtōne:vbi vidim⁹ potētiā legis,aduersùs p̄teſtōnes,q̄ quotidie fiūt.Poſtremò sūmariū

Source : BIU Cujas

Constant. Rogerij. De legis potentia.

Tractatum de remedijs possessorijs. Cæterùm, quia præmissi Tractatus ostendunt legalem potẽtiam particulariter in casibus superiùs adnotatis. † Idcirco congruum est, vt videamus generalem Tractatum de legis potentia. Demum, hoc viso, polliceor me traditurum aureum Tractatum de cautelis iudiciorum, per quem sub breuibus tradam omnes singulares cautelas seruãdas per practicantes circa progressum totius ordinis iudiciarij. Et ꝑ Tractatus nostri exordio præmitto illud Mõtenarij Paduani in Luna cleri inquientis, † Quòd vbi leges silent, nequeunt peccata silere: Quo fit, vt necessariò sint leges promulgatæ: ex quibus totus mundus illuminaretur. auth. habita. C. ne filius pro patre. Nec mirũ si ex hac nostra legali sapientia illuminatur mundus: quia dicitur res sanctissima Ciuilis sapiẽtia, quæ precio nummario estimari nõ ꝑt. l. j. §. proinde. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus. Hinc est, ꝙ sicut versantes circa † res diuinas, & sanctas vocantur sacerdotes. c. significauit. & ibi gl. extra de corp. vitia. Ita etiam versantes circa hanc sacratissimam Ciuilem sapiẽtiam. l. j. circa princ. ff. de iust. & iur. Nec mirum; quia leges etiam dicuntur sanctissimæ. l. leges sacratissimæ. C. de legibus. & dicuntur istæ leges humanæ vitę solatium, infirmorum auxiliũ, & potestatis frænum, ſm Cassiodorum lib. 3. Epistolarum. & ideo dñr salus ciuitatis, secundùm Philosophum primo Rhetoricorum.

Cæterùm, quia idẽ Philosophus alibi dicit, ꝙ pacta leges destruunt. Et ècontrario vult Iureconsultus Vlpianus in l. iuregentium. §. prætor ait. ff. de pactis. dicit, † ꝙ pacta conuenta, quæ nec dolo malo, nec aduersus leges, plebiscita, Senatuscõsulta, edicta Prætorum, decreta Principum facta erunt. seruabo. & sic in summa vult, paciscentes non posse alicui parti iuris derogare. Ergo contra ipsum Philosophum. Et addo rationẽ: quia omne pactũ quod est contra ius, dicitur turpe, & contra bonos mores, saltẽ ciuiles. vide notata in l. pacta, quæ cõtra. C. de pactis. vbi vide iura ad hoc allegata. & in c. fi. extra de pactis. vbi Panormitanus dicit, ꝙ omne pactum quod est contra ius, dicitur turpe. allegat etiam c. faciat homo. 22. q. 2. Tamen non conuenit proposito Panormitani ille textus. Nam illud dicimur posse facere, quod de iure, & de facto possumus: & quod non est possibile de iure, reputatur impossibile secundùm Panormitanum in d. c. fi. Hinc dicit glossa in d. c. faciat homo. ꝙ dictio, posse, refertur ad possibilitatem iuris, vel facti, & quãdoq; ad commoditatem. l. nepos Proculo. ff. de verbo. signific.

Sed quia (pur) quotidie videmus plerunq; pacta destruere, de † quibus dicit Philosophus. Idcirco, ad intelligendum qualiter, & quomo. hoc procedat, oportet discurrere per singulas legum potentias: & in hoc Tractatu hunc ordinem seruabo: quia faciã tres partes principales.

In prima declarabo quinq; principales potentias † legis, videlicet, præceptiuam, prohibitiuam, permissiuam, punitiuam, & consultatiuam. Præceptiuam subdiuidam in tres, ſm quod tria sunt principalia præcepta legis, videlicet, honestè viuere, alterũ non lædere, ius suum vnicuiq; tribuere: & super illo honestè viuere, videbimus de honestate legis: & quos comites debeat lex habere. Super illo, alterum nõ lædere, videbimus casus, in quibus quis potest impunè lædi in personam, & an leges, quæ permittũt certis casibus quem offendi sint seruandæ de iure Canonico: & an tales leges excusent à peccato: & quando quis dicatur offendi simpliciter, vel in personã: & an si clericus offendat seipsum incidat in canonem. † Super illo verbo, Ius suũ vnicuiq; tribuẽs, videbimus de Iustitia vniuersali, & particulari in æquitate reposita, vbi multa bona dicam. & ibi videbis plerosq; casus, in quibus ex æquitate prouidetur contra rigorem iuris. & ibidem dicã de bono iustitiæ, & malo iniustitiæ. Prohibitiuam autem potentiam subdiuidam † in quatuor partes, ſm quod istud prohibere legis consistit principaliter circa quatuor. Nã aliquando prohibet lex dispositionem aliquam fieri, aliquando verò non prohibet dispositionem, sed resistit obligationi ex ea descendenti. aliquando verò neutri istorum resistit, sed prohibet actionẽ ex aliqua dispositione dari. aliquando verò non resistit dispositioni, obligationi, vel actioni, sed solùm vetat executionem. & circa præmissa videbis pulchra fundamenta in iure nostro. circa verò tertiam potentiam permissiuam videbis triplicem permissionẽ legis, videlicet, primò de permissione legis quę fit eo ipso, ꝙ nullo iure prohibetur. Secũdò, de permissione legis, quæ fit ꝑ ꝓstones humanas. Tertiò, de pmissione alicuius illiciti, vt euitẽ magis illicitũ. & ibi declarabo, quæ dicat propriè pmissio legis.

Circa potentiam punitiuã primò videbimus quando lex imponit pœnam ipso iure: & per quę verba intelligatur infligere pœnam ipso iure: & de effectu huius.

Secundò videbimus de punitione legis, † quæ fit per sententiam, & quando lex taxat pœnam, an possit Iudex ab ista pœna recedere. videbimus etiã, qñ pœna relinquitur arbitrio Iudicis, qualem potentiam habeat Iudex, & quid? quando Iudex procedit per inquisitionem, qualem modum in puniendo debet seruare.

Circa quintam, & vltimam potentiam † consultatiuam, videbimus de consilio, videlicet de consilio perfectionis, & de consilio reuerentiæ, & qñ præceptum sapiat naturã cõsilij. Et hæc circa primam partem. In secunda verò parte principali declarabo, quæ dicantur introducta ad substantiam alicuius dispositionis, & de modo hoc cognoscendi, & quæ dicantur accidentalia, aut de natura rei in dispositione deductæ, aut de accidentalibus ipsius rei in dispositionibus deductæ.

† Item quę dicantur introducta fauore pũblico principaliter, & quæ secundariò non principaliter, & quæ dicant leges, seu dispositiones fauorabiles, & q̃ odiosæ, & q̃ mixtæ: & in ista mixtura qd prævaleat: & quæ dicant introducta ad iuris rigorẽ seruandũ, q̃bus intellectis percipies in iure nostro magna fundamẽta.

In tertia verò parte principali † primò tractabo, an Princeps, populi, vel vniuersitates possint legibus derogare, siue statuendo, siue consuetudinem inducendo, siue rescribendo.

Secundò videbimus, quid de alijs personis, † an possint in suis quibuscunq; dispositionibus legibus derogare: & hic discurrã ꝑ singula mẽbra primę partis, videlicet ꝑ illas quinq; principales legũ virtutes, cũ suis diuisionibus: & circa illud p̃ceptũ, Honestè viuere, videbimus, an legib introductis ex honestate, vel ſm bonos mores possit derogari: & ibi dicã de pactis ꝯ bonos mores naturales, & ciuiles. Super illo præcepto, Alterum nõ lædere, videbimus de pactis, quæ fiunt quotidie, ꝙ quis possit incarcerari, vel aliter distringi, aut lædi in persona, vel bonis.

Circa illud verò præceptum, Ius suum vnicuiq; tribuere, videbimus de pactis, quę tendunt in præiudiciũ tertij: & an princeps rescribendo, vel aliter disponendo possit iuri tertij derogare.

Et demum prosequar alias singulas legũ virtutes, expediendo tertiam partẽ huius Tractatus per duodecim partes, seu per duodecim paragraphos: in quibus includam omnes casus, in quibus potest derogari, seu renuntiari legibus, & quibus non.

ARGVMENTVM.

Iuris præcepta, honestatis vim, Platonis de magist. consilium, legumque bases scribit.

SVMMARIVM.

1 *Præcepti legis capita tria.*
2 *Honestatis in actibus effectus, quorum ipsa causa est.*
3 *Odiosa ex honestate extendi.*
4 *Honestate cessante, concessa finiri.*
5 *Legum finis. & nu. 7.*
6 *Statutum peccatum inducens nullius momenti esse.*
8 *Præfectoris Reipublicæ obseruanda.*
9 *Legum basis multiplex. & nu. 10. 11. & 12.*

1 CONGRVVM ergo est, vt circa potentiam † præceptiuam, quæ est triplex, vt supra dixi, videlicet, honestè viuere, alterum non lædere, suum ius vnicuique tribuere, videamus.

Primò, circa illud, Honestè viuere de honestate legis. Et debes primò scire, ꝙ lex adeò habet gratã honestatẽ, vt velit valere dispositionem fundatam super honestate, quæ aliàs
2 non † valeret. vt promissio inter virum & vxorem, q̃ regulariter non valet. toto titu. de dona. inter vir. & vxor. Tñ, subsistente cã honestatis, valet. l. ex ea parte § j. ff. de verb. obli. & per illum tex. Bart. & Doctores ibi dicunt, ꝙ si aliquis, qui ludebat libenter ad Azardum, promisit amico suo, ꝙ si contingeret illum decætero ludere, promittebat sibi centum, certè valebit promissio, quasi insit iusta causa promissionis ſm Cumanum ibi. Sed ego dico, ꝙ istud est generale in quacunq; stipulatione concepta sub qualibet alia conditione: quia cõditio apposita in promissione est iusta causa ipsius stipulationis, intantum, vt faciat cessare. l. 2. §. circa. ff. de exceptione doli. casus est quem ibi notant Bart. & Doctores ad hoc in l. cùm ad præsens. ff. si certum petatur.

Addo etiam circa hanc honestatem, ꝙ licèt priuilegia cõtra
3 ius cõe debeant † strictè interpretari: tñ si sint cõcessa ex aliqua causa honestissimam in superlatiuo debent latè interpretari, casus est, quem ibi multùm signat Panor. in c. pen. extra de verbo. sign. & intantum placuit Principi nostro honestas, vt si aliquid
4 concedatur ex honesta † causa, quæ processu temporis reducatur ad inhonestũ, seu iniquum, reuocatur talis concessio l. ex facto. circa principium. ff. de vulgari. & pupillari. Nec videatur tibi mirum, si lex iubet honestè viuere: quia & ipsa lex debet in se cõtinere honestatem, 4. dist. c. erit aũt lex. vbi dr, ꝙ lex debet continere honestatẽ, iustitiã, possibilitatẽ, vtilitatẽ, & claritatẽ, &
5 declarat vt ibi. & ibidẽ subijcit, ꝙ finis legis debet tendere † ad bonum cõe. & ideo dico, ꝙ si Princeps cã ederet ad propriam vtilitatem, esset iniusta, de quo per Panor. in c. j. extra de consti.

Nec ẽt debet tendere ad præiudiciũ singulariũ ꝑsonarũ, aliàs non ualet: ut est casus sing. in c. cùm oẽs, extra de consti. in antiq.
6 Nec debet esse talis, ut inuitet quempiã † ad delinquendũ, ut sunt statuta, quæ sunt in plerisq; locis, quæ ꝑ grauissimis delictis imponunt pœnam pecuniariam, quæ non ualent: quia inducunt ad delinquendum. Nam ut dicit textus aureus in c. pauper. 11.

quæstio-

Source : BIU Cujas

quæſtione 3. nullam delinquens pertimeſcit culpam, vbi ſperat illam redimere poſſe pecunijs. & de iſtis ſtatutis inuitantibus ad delinquendum latè dixi in tractatu ſtatutorum, in titu. de ſtatu. nulliratis. §. j. dic vt ibi.

Et ratio præmiſſorum, quare leges debeant tendere ad bonū commune, non autem ad vtilitatem particularium perſonarū,
7 vel præiudicium, poteſt eſſe, iudicio meo, quia leges † noſtræ ſunt promulgatæ ad finē, vt ex eis poſſit mundus rectè gubernari, vt dicit Imperator in Proœmio Inſtitutionū circa principiū. Et vt Legiſperiti, & miniſtri poſſint p̄fici gubernationi, & regimini Reipublicæ, vt dicit ipſe idē Imperator in eodē Proœmio, in fi. Modò certum eſt, ꝙ qui Reipublicæ præfecti ſunt, duo illa
8 † ſingularia præcepta Platonis Athenienſis tenere debent.

Primum, vt vtilitatem tueantur ciuium, quodcunq; agant ad eam referant, obliti commodorum ſuorum. Alterum, vt totum corpus Reipublicæ, nedum partem tueātur, totū deſerant. Et licèt regulariter leges noſtrę debeant habere prœmiſſos comites,
9 tñ reperio, ꝙ aliquando leges noſtrę † ſunt fundatę ſuper bono, & æquo contra ſtrictam rationem diſputandi, vt eſt l. ſi me, & Titium. ff. ſi certum petatur. facit l. Quintus. in fi. ff. de annuis leg. l. planè. ff. de petitione hæreditatis.

Aliquæ verò ſunt leges fundatæ ſuper bona fide contra ſubtilitates, & apices Iuris. l. ſi fideiuſſor. §. quędā. ff. mandati. & l. Quintus. eo. tit ꝑ quas leges feci aliquas notabiles illationes in Tractatu de ꝓteſtatione, in tit. de inhibitoria ꝓteſtatione. §. j. dic vt ibi.
10 Aliæ ſunt leges è contrario fundatæ ſuper ſubtilitatibus † Iuris contra bonam fidem, & de his loquitur tex. notabilis, in c. dilectus filius. extra de teſtamētis. qui quidem tex. vult, tales leges non eſſe ſeruandas de iure Canonico. Idem volunt gl. & Doctores in c. ſæpe. extra de reſtitutione ſpoliatorum. de quo in l. cùm alienam. C. de legatis. Et inter iſtas leges poteſt poni Lex proſpexit. ff. qui, & à quibus manumiſſi liberi non fiunt.
11 Aliæ ſunt leges, † quæ ſtatuunt aliquod abſurdum, vt abſurdius euitetur, vt dicit Iureconſultus in l. ita vulneratus. §. fi. ff. ad legem Aquiliam. Aliæ verò ſunt, quæ ſunt fundatæ ſuper rigore contra æquitatem, & è contrario. Aliæ quæ ſunt fundatæ ſuper æquitate, contra rigorem Iuris, vt notatur in l. placuit. C. de iudicijs. & in l. j. C. de legibus. Et ſi vis ſcire, quando rigor præferatur æquitati: vel è contrario, æquitas rigori, latiùs explicui, quàm ali
12 bi reperies, in l. 2. ff. de re iudicata. † Aliæ ſunt leges fundatæ ſuper bono: ſed contra æquitatem. vt ecce, Vſucapio propter bonum publicum eſt introducta l. j. ff. vſucapionibus. & tamen cōtra æquitatem, vt dicit tex. in l. iuri naturæ. ff. de reg. iur. & l. nam hoc natura. ff. de condictione indebiti. Aliquæ verò è contrario ſunt fundatæ ſuper æquitate, contra tamen quod eſt bonum: vt ecce, licèt ſit bonum, vt dicit Imperator in l. hac lege. C. de pactis dotalibus. ꝙ mulier cōmittat adminiſtrationem rerum parafernarum marito: tamen ſi non velit: quia, pur, eſt æquum, ꝙ vnuſquiſque in re ſua ſit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. Tolcratur cōſtitutio fundata ſuper iſta æquitate cōtra tale bonum, vt dicit idem Imperator in d. l. hac lege.

ARGVMENTVM.

Eò tendit, vt oſtendat offendere, quatenus accipiendum ſit, quoſque liceat, Diuinæ legi quomodo, quatenusque deroget Ciuilis.

SVMMARIVM.

1 *Læſionis diſcutienda capita.*
2 *Offendi quis dicatur. Extendit, nu. 3.*
4 *Offendi in rebus ſuis poſſe.*
5 *Iniuria atrox.*
6 *Verberantis vxorem pœna.*
7 *Vxor quo modo, quandoq; caſtiganda.*
8 *Ledere alterum quatenus permiſſum. & nu. 9.*
10 *Offenſus lædēs an plectatur. et nu. 11. mitius puniri verius eſt. nu. 13. et 14.*
12 *Socratis patientia.*
15 *Vltio quando laudabilis.*
16 *Conſuetudinis extrema.*
17 *Diuinæ legi cedem prohibenti an deroget Ciuilis. & nu. 19.*
18 *Odio habenda, infeſtaq;.*
20 *Necare quos liceat. & nu. 21. 22. 23. & 32.*
24 *Occidere quibus ex cauſis permiſſum.*
25 *Tutelæ inculpatæ moderamen. & num. 29.*
26 *Effugere quando debeat aggreſſus, & nu. 27. & 28.*
30 *Res quatenus, quibusq; armis tuendæ. & nu. 31.*
33 *Minatorem quatenus perimere liceat. & nu. 34. idq; extendi, nu. 37.*
35 *Proſcriptus quo iure necandus.*
36 *Ius Ciuile an diuino deroget, & non derogare verius eſt. nu. 40.*
38 *Diuino iuri quatenus derogatum, & quando. & nu. 39. & 48. 49. & 50.*
41 *Furis nocturni citra noxam omni iure permiſſa cedes.*
42 *Leges cedem permittentes quatenus, & vbi ſeruandę. Ratio. nu. 43.*
44 *Teſtium obſeruatione legem diuinam non derogari, ſed reſtringi nu. 46.*
45 *Teſtamenti duobus teſtibus præſentibus confecti effectus aliquot.*
47 *Exorbitantia ſuperiorum ab inferioribus non extendi.*
51 *Iureiurando tollendo quid obſeruandum.*
52 *Clericorum in ſeſe ſæuientium pœna.*

NVNC videndum eſt circa præceptum illud, Alterum non lædere. † quando dicatur quis lædere quempiam, ſeu offendere ſimpliciter, vel in perſonam.
1

Secūdò, an legis potētia ſit tāta, vt poſſit ꝓmittere quē offendi, vel lædi impunè: & videbis, ꝙ ſic.

Tertiò, an ſit tanta potentia legis, vt poſſit permittere quempiam impune occidi. & etiam videbis, ꝙ ſic. Ideo quartò erit videndum, an talis permiſſio legis ciuilis toleretur de iure Canonico, vel excuſet à peccato.

2 Circa primum cùm quæritur, quando dicatur † quis lædi, vel offendi: quæro pro intelligentia, an ſi quis cognoſcat vxorē tuā dicatur te offendere? Bart. ff. de furtis, in l. verum. tenet ꝙ nō, per
3 textum illum. Ego dico, ꝙ immò, vbicunq; † aliquid facis, per quod alium prouocas ad iracūdiam diceris offendere. probatur in extrauaganti de pace Cōſtantiæ, circa principium: & pro hoc facit optimè l. filia in orbitate. & l. cum te. C. de inofficioſo teſtamento. & l. donationes. §. ſpecies. ff. de donationibus. & c. ex parte. in fine, cum ſequenti, de verborum ſignifi. quod verum fatetur Barto. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publicanis. Sed ex tali facto pōt inferri pœna à lege, vel homine. l. teſtamento. ff. de manumiſſis teſtamento: licèt tamen præmiſſa dicatur offenſio, non tñ pro ea poteſt agi actione iniuriarum: quia non fecit animo iniuriandi, ſed potiùs cā libidinis adimplendę, & eſt caſus in d. l. verū. Et adde, quod dixi in Tractatu ſtatutorū, tit. de declaratiua diſpoſitione. §. attingamus. verſi. 7. Et vnum non omitto, ꝙ nedum dicitur offendere in perſonam, qui corpus, vel membra
4 lædit, ſed etiam, qui tangit † res cohærentes perſonæ: vtpote, veſtes, vel equum, ſm Innocentium, qui in c. nuper. de ſentētia excōicationis. tenet, ꝙ talis dicatur offenſio in perſonam. & Bart. in d. §. quod illicitè. Sed pace ipſorum dixerim, ipſi malè dicunt: quia iſta non eſt offenſio corporalis ſeu in perſonam propriè, vt eſt caſus in l. ſed eſt quęſtionis. ff. de iniuriis. in principio, vbi quę
5 ritur, an dicatur atrox iniuria, † quando non infertur corpori: vtputà, dicit ibi text. v. ſtimentis ſciſis. ex quo patet, ꝙ non dicitur iniuria corpori illata· licèt ex atrocitate facti dicatur atrox. Quod nota contra Innocentium, & Bart. Et adde Baldum poſt Gulielmum in l. ſi qua per calumniam. C. de Epiſcopis, & clericis. qui dicunt, ꝙ ſcindere veſtes, dī offenſio perſonalis, ſed non in perſonā, qñ perſona tangitur, vel affixū perſonæ, vt capilli, & ſimilia. Et idem dicit Bal. in d. §. quod illicitè. vt refert, & ſequit Ang. Aret. in Tractatu criminalium, in verbo per paucos.

Circa ſecundum, cùm quæritur, an lex potentia ſit tanta, vt poſſit permittere quempiam impunè offendi. & breuiter dicendum, ꝙ ſic, vt infra videbitis in pleriſq; caſibus: tñ regulariter nō permittit hoc, immò prohibet, vt patet in ſecundo præcepto. l. alterum non lædere. in tantum, vt etiam non liceat vxorē offen
6 dere, † ſeu verberare: quinimmò, ſi acriter quis verberet vxorē, punitur, vt ei compellatur quartā partem ſuæ ſubſtantię aſſignare. gl. eſt notanda in c. placuit. 6. q. 1. ꝙ qualiter intelligatur, dixi in l. ſi cum dotem. §. ſinautem. ff. ſolu. matri. dic vt ibi. Adde glo. in c. ſicut. 7. q. 1. quæ dicit, ꝙ etiam ſi vxor errauerit, non debet eam verberare.

7 Subijcit tamen, ꝙ temperata † caſtigatio marito permittitur: quia vxor eſt de eius familia. 33. q. 5. hæc imago. & maximè poterit eam caſtigare, ſi adeò ſit luxurioſa, ꝙ ſit lauacrum commune omnibus ſitientibus eius cōſuetudinē. per l. fi. C. de repudijs.

Et ſic ex præmiſſis patet, ꝙ aliquando licitum eſt lædere, ſeu
8 verberare † aliquem impunè, dummodo ſit temperata caſtigatio. Et addo alios caſus. Primus eſt in l. j. C. de emenda. ſeruorum. & in l. vnica. C. de emenda. propinq. Et idem dico in quocunq; faciente aliquem occidi per aſſaſſinos, vel mandante hoc fieri: licèt mors non fuerit ſequuta: aut recipiente, vel defendēte, aut occultante tales perſonas. Nam iſti ſunt banniti & diffidati à populo Chriſtiano. c. pro humani. de homicidio. libro ſexto. Ideo poſſunt impunè offendi: vt vult expreſsè Imola in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. & ibi dixi. ff. ſolu. matr.

9 Idem dicerē in hæreticis, † vel ſuſpectis de hæreſi, qui nō ſe purgant infra annum, ſm formam authenticæ Gazaros. C. de hæreticis. quo caſu banniuntur, & diffidantur per Imperialē ſanctionem, vt ibi. & auth. credentes. eo. ti. & conſequenter poſſunt impunè offendi per prędicta.

10 Eodem modo dico, ꝙ impunita erit † offenſa. Si ego irritatus, & prouocatus à te, tibi iniuriatus ſum dicto, vel facto: ideo non poteris agere ꝫ me actione iniuriarū. Ita eleganter determinat Speculator in tit. de accuſatorib. §. j. verſ. quid ſi vocauit te latro nē. Sed in ꝫrium adduco text. in c. j. extra de iniurijs. vbi nō pōde
11 rat quis fuerit auctor rixæ. Et ideo reperio, † ꝙ Panor. ibi tenet ꝫrium per illum tex. & facit l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad legē Aquiliam. Subijcit tamē Panormitanus, ꝙ mitiùs debebit puniri: quia difficile eſt iuſtum dolorem compeſcere. l. ſi adulterium.

Source : BIU Cujas

§. Imperatores. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. Et istud est, quod voluit Plato Atheniēsis, dum interrogaretur, quis esset inter homines fortior. & respondit, ꝙ ille qui propriam potest vincere iracundiam. Hinc dicit alibi Aristoteles, ꝙ viri boni est nescire, vel facere, vel pati iniuriam. Et ideo dico, ꝙ non omnes homines sunt Socratici.

12 † Socrates enim semel ictu calcis à quodā percussus, cùm circunstantes admirarentur eius tolerātiam, in medium protulit, Si asinus (inquit) me calce percussit, nunquid eum in iudiciū cōuocarem? cur non æquanimiter debeo ferre ictus hominum, sicut irrationabilium ferarū? Et per hoc dicit Panormitanus, vbi supra, ꝙ pœna statuti pro percussione punietur etiam irritatus: sed iudex ex officio debebit illam moderare.

13 † Addo etiam, quod voluit eleganter Ioannes Andræas. in c. significasti. extra de homicidio. vbi dicit, ꝙ licèt insultatus, vel ir
14 ritatus excedat, se defendendo moderamen † inculpatæ tutelę, vel cùm possit fugere, non fugit: sed maluit resistere: tunc si occidat aduersarium, non debet puniri tanquā homicida, nec tanq̄ losus: sed mitiùs, tanquam ille, qui non potuit parcere calori iracundiæ. Idē dicit Bal. in repetitione legis primę. C. vnde vi. in vulnerato, qui cucurrisset contra vulnerantem, & eum occidisset.

Et addo, ꝙ clerici maximè tenentur fugere, si possunt, vide glossam, & ibi Panormitanum in. c. suscepimus. extra de homicidio. & in c. sicut dignum. eod. titu.

Et addo etiam præmissis, ꝙ apud Philosophos, vlcisci, & ira-
15 sci aliquando laudabile est: intantum, vt non irasci, in vitio † sæuitiei reponatur. & quia scire, est, res p̄ causas cognoscere, vt inquit Philosophus, hoc probo euidenter: quia aduersùs cupiditatē vlciscendi est virtus illa præclara, quæ vocatur Mansuetudo, quæ moralis virtus. Modò certum est, & in hoc omnes philosophantes conueniunt, ꝙ omnis moralis virtus tenet medium inter excessum, & defectum. Oportet ergo, ꝙ sit dare defectū, seu vitium in non vlciscendo, quod vitium vocatur sæuities.

16 Hinc est, ꝙ Aristoteles vbiq; scriptorum suorum † sæuitiem, & iracundiam magnopere damnat: in medio quarū est māsuetudo, quæ docet tenere mediocritatem inter illa duo extrema.

Circa tertium cum quæritur, an tanta sit potētia legis, vt pos-
17 sit † permittere homicidium fieri? Arguitur, ꝙ nō: quia ius Ciuile non potest derogare iuri Diuino: vt hr̄ per glossam, & Doctores in rubr. de cōstitutionibus Principum. & latè per Canonistas in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. extra de cōstitutionibus. & ibi plenè dixi in repetitione illius capituli, Sed certū est, vt inquit Salomō
18 † Prouerbiorum c. 8. ꝙ sex odit Dñs, & septimū detestatur anima eius: manum, scilicet, effundentis innoxium sanguinē, oculos sublimes, linguam mendacem, cor imaginans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, testem fallacē, & eum qui seminat inter fratres discordiam.

19 Item, nonne illud, Non occides, † est inter præcepta diuina? ergo huic præcepto non potest lex Ciuilis derogare. Sed in contrarium reperio multas leges permittentes homiciū fieri, vt est
20 lex j. C. quādo liceat vnicuiq; † sine Iudice se vindicare. quę permittit nocturnum depopulatorem agrorum impunè occidi.

Item aggressorem itinerum, vt ibidem.

Item desertorem militiæ. l. 2. eod. titu.

Item maritus repertū in domo sua cū vxore in actu veneris pōt occidere, si ille adulter sit humilis, & vilis conditionis. l. marito. in princi. & §. j. ff. ad legem Iuliā de adulterijs. l. qui occidit. ff. ad legem Aquiliam. l. Gracchus. & ibi notatur per glossam, & Doctores. C. de adulteriis. pater verò pōt quemlibet in rebus veneris deprehēsum cum filia, siue in sua, siue in generi domo occidere, dummodo etiam filiam occidat, vel per eum non stet. l. patri. cum tribus legibus sequētibus. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. & per gl. in d. l. Gracchus. vbi etiam ita firmant Doctores. Alium casum habes notabilē, vbi permittitur homicidiū in authen. si quis ei. C. de adulteriis. vbi dicitur, Si maritus tibi suspecto de vxore sua coram testibus ter nunciauerit, vt dimittas vxo
rē suā in pace, sm formā ibi traditā, & post hæc adhuc reperiat te loquētē cū vxore sua in locis, de q̄b. ibi. p̄t te impunè occidere.

21 † Item potes occidere latronem tibi insidiantem, l. itaque. ff. ad legem Aquiliam.

Item furem nocte deprehensum, vt eadem lege. §. j. quod li-
22 mitat † lex Furem. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. Si ei non potes sine periculo parcere, intellige periculo personæ, vel etiā rerum sm Bart. ibi. & est glossa in l. si vt allegas. C. ad legem Corneliam de sicariis. aliàs secus: & ideo aliter dicendum est in fure diurno: quia tunc potest capi facere sm Barto. vbi supra. & per hoc dicunt Doctores in d. l. sicut allegas. vt refert ipse Bar. ꝙ si furem nocturnum recognoscerem, tunc non possem eum occidere. Et eodem modo, si diurnum furem nō cognoscerem, possem eum occidere, per rationem præmissam, quod nota.

23 Et idem dico, si fur † diurnus se telo defenderet, vt est casus in c. si perfodiens. extra de homicidio. vbi text. clariùs, q̄ alibi facit differentiam inter diunum, & nocturnum furem.

Sed attende, quia ille textus dat alibi rationem differentiæ, q̄ præmissam: qua considerata, non posset bene fieri illatio, de qua supra, quàm faciunt Doctores.

24 Et sic ex præmissis colligitur, † ꝙ pro rebus saluandis licitum est occidere hominem. ergo multo fortius pro saluanda persona. Et ideo, si non possum euitare quin me percutias, nisi te interficiam, possum te occidere: quia quælibet iniuria personalis grauior est quacunq; reali. l. in seruorum. in fi. ff. de pęnis. Istam illationem facit Bartolus in d. l. seruum. Ex quo infero, ꝙ semper di
25 citur quis facere cum moderamine † inculpatæ tutelæ, quando facit pro tuitione rerum, vel personæ. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legē Aquiliā. & sic licèt solùm me velles pugno percutere, si non possum hoc aliter euitare, q̄ te occidendo, possum te
26 occidere. Si verò possum fugere, & sim talis † cui nō esset pudor fugere, debeo fugere: aliàs non, sed possum resistere, sm Doctores in l. j. C. vnde vi. Bartolus verò ibi tenet, ꝙ nemo teneatur fugere, si eo ipso, ꝙ me cogis ad fugiendum, dixeris me offendere. Sed Bald. ibi dicit, ꝙ rustico non esset dedecus fugere. Ideo nō fugiendo dicitur excedere moderamen inculpatæ tutelæ, intel
27 ligo si sit aggressus per commendabilem virū. † Ego verò, concordando opiniones, dicam, ꝙ si volo erga meum aggressorem seruare illud moderamen inculpatæ tutelæ, de quo per glossam in d. l. j. C. vnde vi. certè non teneor fugere cuiuscunq; conditionis sim: & ita loquitur Bart. Sed si vellem pro tuitione personæ meæ sine illo moderamine aggressorem meum occidere, iuxta id quod dicit Bar. in d. l. furē. certè tunc dico, ꝙ si possum, debeo
28 fugere antè q̄ talem † seueritatem cōmittere. licèt Bart. in hoc etiam aliter sentiat in d. l. j. & malè: quia si secus diceremus, nunquàm esset necesse seruare moderamen, de quo in d. l. j. Sed rectè considerabis: quia volentem te percutere etiam pugno, pos-
29 ses pro tuitione personæ tuæ occidere cum ense, † quod non est dicendum. vnde intelligo illud procedere, q̄n aliter non posset euitare percussionē pugni: quod non est, quando potest fugere.

Sed contra Bart. in eo quod dicit in d. l. furem. opponitur de
30 c. 2. extra de homicidio, vbi textus copulatiuè exigit, † ꝙ fiat occisio pro tuitione rerum, & personę: vt ibi te, tuaq; liberādo &c. Sed dic illud verum in foro pęnitentiali, de quo expressè loquit.

Cæterùm, in foro contentioso procederet, quod dixi per dictum capitulum, si perfodiens. & hęc procedunt in laicis: quia secus in clericis: quia pro tuitione rerum non licet eis armis resistere, nec occidere, vide textum cum gloss. in c. suscepimus. extra de homicidio. & ita tenent Doctores ibi, quod ego fateor verum quantum ad occisionem.

31 Cæterùm dico, † ꝙ etiam pro rebus saluandis licitum est clericis armis resistere, non modò vsque ad occisionem, vt est tex. in c. significasti. 2. extra de homicidio. vbi nulla pęnitentia imponitur respectu percussionis non lętalis: quia fuit facta per presbyterum, de quo ibi, pro tuitione rerum.

Alium casum mirabilem reperio, vbi licitū est occidere. Nā
32 si aliquis minatur mortem † alteri, potest illum ilico occidere in ipso actu: quia non debet quis expectare se percuti: vt notatur in d. l. j. C. vnde vi. & hoc dicit mirabiliter Bald. in l. 2. C. quando liceat vnicuiq; sine Iudice se vindicare. vbi dicit esse casum ibi. mortem, quam minabatur &c. Nā, vt ibi dicit text. melius est in tempus occurrere, q̄ post exitū vindicare. adde similē tex. notabilem in l. fi. C. in quibus causis in integ. resti. non est necessa.

Or, Domini, rigorosa est valde hęc determinatio Bal. cui possես (iudicio meo) contradicere: quia d. lex secū da loquitur de eo,
33 † qui actualiter mortem minabatur, stando super itinere frequētato causa occidendi transeuntes, ꝙ leges abhominantur. Ideo de facili permittitur talis vindicta aduersus similes propter atrocitatem facti. Sed ex hoc non fit bona illatio ad eum, qui simpliciter verbo minatur. vel si, pur, velles fauere Bal. posses distingue re, an talis sit, qui verba consueuerit mandare executioni: & tūc procedat, quod dicit Bal. aliàs secus, putà, si esset vir loquax, qui multa minaretur, & pauca faceret per notata per gl. Bar. Bald. & Doctores in l. metum. C. quod metus causa. vbi dicunt, ꝙ ita demum minæ, † & iactationes inducunt iustum metū, si persona
34 sit potēs, & assueta dictis facta referre: sicut dicit Bar. ibi, de multis potentibus ita malis: ꝙ illud, quod minantur, consueuerūt facere. facit ēt quod habetur in c. fi. extra qui clerici, vel vouentes. per Ioan. Andręam, Butr. & Panor. & adde, quod dixi in Tractatu de contractibus vetitis. in trigesimaoctaua combinatione.

35 Et per præmissa vr̄, ꝙ valeat † statutum, ꝙ bannitus possit impunè offendi, vel occidi: & hoc probat̄ ex coniunctione duarū legū, videlicet, l. amissione. ff. de capitis diminutione. & l. 3. in fi. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. quod declara, vt per Barto. in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure.

Sed contra hæc omnia supra dicta facit, quod dixi: quia ista videntur contra præceptum diuinum, Non occides &c.

Solutio. gl. in l. j. ff. de constitutionibus Principum. dicit, ꝙ lex
36 Ciuilis non pōt in totum tollere † ius diuinum, sed distinguere, vt aliquibus casib. liceat occidere, vel offendere: sed regulariter notat Cyn. etiā instat in l. quoties. C. de precib. Imperatori offerendis. Bar. verò in d. l. oēs. dicit, ꝙ illud præceptū, Non occides. non est simpliciter, & absolutè prohibitiuum: quia alibi etiā permittitur de iurè diuino, quo cauetur, ꝙ qui occidit, occidatur.

Addo,

Source : BIU Cujas

37 Addo,quòd hoc etiam legitur in Exodo capit. 21. † vbi dī, ꝙ qui percutit hominem,volens occidere,occidatur, morte moriatur. Et, qui percutit patrem,aut matrem, morte moriatur.Et vult dicere Bar.ꝙ ex quo ſm ipſum lege diuina nō eſt perpetuò prohibitiuum conſequenter permiſſionem conceſſam de iure diuino poteſt lex Ciuilis ampliare,addendo alios caſus.Idem di
38 cit Bart etiam in his, quæ ſunt de iure Diuino ſimpliciter † prohibita,dummodo cauſſa legis,vel ſtatuti excludat peccatum: qa tunc valebit diſpoſitio legis Ciuilis,& derogabit legi Diuinę,vt patet in teſtamento , in quo requiruntur ſeptem teſtes , & non ſufficiunt duo : quia tunc præſumit lex dolosè , & fraudulenter fieri.l.iubemus.in fi.C.de teſtam.l.hac conſultiſſima.C.qui teſtamenta facere poſſunt.propter quam violentam præſumptionē vī ius Diuinum,quod dicit, In ore duorū , vel trium ſtet omne verbum.& iſta cauſſa expreſſa in l.excludit peccatum: quia ſi verum eſt dolo, & fraudulenter fieri, prout cōſtat præſumptione ſtatuti, conſequenter cum cauſſa legis excludat peccatum.Non ſeruabitur in tali caſu ius Diuinum,ſed ei derogabitur. ideo ſm Bart.in dicta l.omnes. licèt non valeat ſtatutum , quòd contractus minoris,ſine certa ſolennitate etiam iuratus, tamē valebit , ſi ceſſante ſolennitate præſumatur dolus, vel fraus.

39 Cæterùm,ſi cauſſa legis, vel ſtatuti † non eſt excluſiua peccati,tunc non valet.Exemplum. Alienatio fundi dotalis etiam iurata non valet de iure Ciuili.l.non dubium.C.de legibus. cauſſa eſt fauor dotis:nec etiam pactum de futura ſucceſſione l pactū. C.de collationib.certè tales leges non valent de iure Diuino:qa propter tales cauſas non excluditur peccatum: quia propter eas
40 non licet deierare.c.cùm contingat . extrà de iureiurando. ca.2. de pactis.libro ſexto.

Or, domini , in hoc vltimo bene dicit Bart. ſed in præcedentibus non credo Bart bene dicere : licet Bald. in §. ius autem.inſtitut.de iure naturali. hæc dicta Bartoli ſequatur . vnde dico, ꝙ error iſtorum eſt duplex . Primò, quia non eſt verum, ꝙ in præmiſſis caſibus derogetur in † aliquo iuri Diuino:& ſic reprehenditur & dictum & ratio, quòd autem leges,quæ permittunt fieri homicidium , non derogent iuri Diuino , probo: quia talis permiſſio legis non excuſat à peccato : nec ſunt ſeruandæ tales leges de iure Canonico .

Et ſic intro quartum conſilium,ꝙ excuſent à peccato, habes gloſſam in ca.inter hæc.32.q.2. quamuis gloſ. in c.interfeciſti.de homicidio.ſentiat contrarium.Et certum eſt,ꝙ ſi in illis caſibus eſſet derogatum præcepto Diuino , faciens non peccaret, quòd autem in illis caſibus lex Canonica nō permittat, eſt expreſſum in d.c.inter hæc.& in c.admonere.ead.quæſt.& cauſſa.

41 Fallit in eo,† quod dixi de fure diurno:quia illud etiam eſt de iure Canonico.c.ſi perfodiēs.extrà de homicidio. quinimmo & & de iure Diuino,vt legitur in Exodo c.22.vbi dicitur,Si effringens fur domum, ſiue ſuffodiēs fuerit inuentus , & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis . quòd ſi orto fecerit iam Sole,& ipſe morietur, & illinc extracta eſt Decretalis illa, ſi perfodiens .

Sed dices tu,Ergo illæ leges in foro Ciuili non ſunt ſeruandę: quia contrariantur iuri Canonico , & in materia peccati , bene ſuccedant notata in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.vbi plenè dixi in repetitione, extrà de conſtitut onibus.& cap. finali. extrà de præſcriptionibus .

42 Solutio,† ſed ſeruantur ſolummodò iſtæ leges quò ad remiſſionem pœnæ præfixæ ab ipſa lege Ciuili,contra homicidas, vel offendentes, ad quod vide gloſſam notandam in c.cùm ſecundùm.de hæreticis.libro ſexto .

Ratio,quia ex huiuſmodi obſeruantia , ſeu remiſſione pęnæ,
43 † non nutritur aliquod peccatum,cùm in foro conſcientiæ nō arctaretur quis ad pœnam. Textus eſt ſingularis cum gloſ.in ca. fraternitas.12.q.j.

Probo etiam,quòd per ſolennitatem probatoriam requiſitā
44 in † teſtamento non ſit derogatum legi Diuinæ:quia cauetur,ꝙ in ore duorum,vel trium &c.quia ſi hoc eſſet verum, ſequeret, ꝙ ſi quis teſtaretur coram duobus teſtibus,nō valeret teſtamentum,quò ad aliquem effectum etiam legis Diuinæ,quod eſt falſum:quia licèt non valeat quò ad actionem , quæ eſt de iure Ciuili,tñ valet,quò ad effectum iuris Diuini,ſeu naturalis, quod ēt dī Diuinum,canone ius naturale. 1.diſt. Et ideo ſcripto hæredi ,
45 vel legatario † in tali teſtamento ſuccurritur ope exceptionis, vt dixi poſt Bart.in l.nemo poteſt.de legat.j.& volunt gl.& Bart. communiter Citramontani in l.j.ff. de condictione indebiti. & in l.cùm quis.C.de iuris & facti ignoran.Hinc eſt,ꝙ in foro conſcientiæ ſcriptus poteſt retinere,ꝙ nō poſſet, ſi verum eſt, quod dicit Bar.in d.l.omnes populi.Et hinc eſt,ꝙ talis numerus teſtiū in teſtamento non requiritur de iure Canonū .c.cùm eſſes.de teſtamentis.& dixi in d.l.nemo.ꝙ autem cauſæ , ſeu rationes Bart. non ſint in caſibus præmiſſis ſufficientes ad inducendum,quòd
46 lex Ciuilis in dictis caſibus † poſſit derogare legi Diuinæ,probo primò,dum dicit , ꝙ illud, Non occides. non eſt perpetuo ꝓhibitiuum:quia fateor.ſed dico, ꝙ in caſu, in quo lex ipſa Diuina permittit,eſt quædam fallentia à regula,& ſic eſt ius exorbitans.

47 l.ſi verò.§.de viro.ff.ſoluto matr.Modò exorbitantia nō poſſunt ampliari ab inferiore illius,qui legem † promulgauit,d.§. de viro.cum ibi notatis,& dixi plenè in Tractatu de iuris interpretatione.§.6.Ergo Imperator , nec alij Deo inferiores poſſunt illos caſus exceptos à iure Diuino ampliare , præſertim ad caſus, vbi non eſt eadem ratio,quæ in exceptis: iuxta ea , quæ plenè dixi in d.§ 6.Non etiam eſt ſufficiens ratio Bart.ad id , quod dictum eſt de teſtamento. Probo ratione,auctoritate, & exemplo . Ratione,quia aliàs de facili poſſent etiam Imperator , & populi ꝑ ſta-
48 tuta derogare iuri Diuino ſtatuenti aliquid,vel † ſuper iuramento, vel alio : quia poſſent ſtatuere , ꝙ debeat interuenire aliqua ſolennitas,qua non obſeruata præſumatur dolus,vel fraus, quo caſu iuīm,vel alia lege Diuina,illa ſolennitate non ſeruata,non haberetur robur,vt dixi,& ſic aperiretur via malitijs , & fraudib. ꝛ legem in fundo.ff.de rei vendicatione. Alia etiam ratione: qa ad hoc,vt cauſſa excluſiua peccati deroget iuri Diuino,oportet,
49 ꝙ directò, † non per quandam occaſionem remotam , tendat ad excluſionem peccati,vide gloſſam valde notabilem in cap.ſi verò.in glo.2.extrà de iureiur. facit etiam gloſ.vlt.in c.quamuis. de pactis.lib.6.Et iſtud eſt,quod voluit Bald. in c. cùm cōtingat. de iureiur.dicens,ꝙ iſtæ præſumptiones,ſeu fictiones, quas facit
50 ius Ciuile non ſunt in foro conſcientiæ repręſentandæ. † vnde non ſufficit ad derogandum iuramento,uel iuri Diuino,ꝙ l.occaſionaliter præſumat dolum,vel fraudem. Auctoritate ꝑtereà ꝓbo,& ꝛ Barto.& Bald.Adduco eundēmet Bald. in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditionem.vbi dicit,ꝙ nō ſuf-
51 ficit ad extinguendum vires † iuramenti , ꝙ ſtatutum poſitiuè præſumat dolum,vel fraudem. Sed oportet , ꝙ prohibitio fundetur ſuper equitate naturali:vtputà, ſi malitia hominum illius loci,vbi eſt ſtatutum , erat prompta ad decipiendum minores, vel alios,in quorum fauorem fit ſtatutum, aliàs ſecus.Et idē firmarum Butr.& Panor.in c.cùm contingat.extrà de iureiu. tunc enim occaſio non eſt proxima, ſed remota .

Pro exemplo contra Bartolum adduco:quia cauſſa introductiua Macedoniani eſt excluſiua peccati,vt patet ex §.penult.Inſtitut.quod cum eo.& ex l.j.ff.ad Macedonianum.

Cæterùm,quia illa occaſio eſt remota,non incidit vires iuramenti ſuper illo contractu, vt uult ipſemet Barto.in l.ſi quis proeo.ff.de fideiuſſoribus.& Butr.in d.c.cùm cōtingat.niſi dicit Butrius in locis , vbi filij conſueuerunt inſidiari uitæ parentum, de quo dic,ut latiùs dixi in Tract.contra.uetito.§. uidere. Sed quæ-
52 ro † ulteriùs,utrum ſi clericus ſeuiat in ſeipſum , ſe percutiendo ſit excommunicatus? & dic breuiter,ꝙ non,per iſtud præceptū, Alterum non lædere:quia non lædit alterum,ſed ſeipſum.In cō trarium determinat Iacob.ut refert Ioannes Fabri in §.iuris præcepta.Inſtitu.de iuſtitia,& iure.per iura quæ allegat ipſe. Tamen Ioannes Fabri tenet cōtrarium:quia requiritur ad hoc, ut ſit excommunicatus percutiens clericum, ꝙ ibi ſit perſona agens, & patiens.c.ſi quis ſuadente. 17.q.4. Subijcit tamen Ioannes Fabri, ꝙ per illa iura, quæ allegat, eſt grauiter puniendus.

ARGVMENTVM.

Iuſtitiam definiens,diducēsq; , ex ęquitate quibus ſpeciebus, inuito ſummo iure, ſubueniendum , iniuſtitiæ & cauſſas , & incommoda tradit.

SVMMARIVM.

1 *Ius ſuum cuique tribui, quatenus accipiundum .*
2 *Iuſtitiæ definitio multiplex .*
3 *Iuſtitiæ genera, & horum definitiones. & nu.4.*
5 *Iuſtitia particularis quot modis perfecta.& nu.6 .*
7 *Iuſtitiam in vniuerſum, & in ſpecie in iure conſiderari .*
8 *Legem, Si ſeruum.§ ſequitur.de verb.oblig.explicari.*
9 *Aequitas quid .*
10 *Iudici obſeruanda .*
11 *Iuſtitiæ effectus .*
12 *Aequitate quando vti Iudex debeat .*
13 *Legem, Planè.ff.de petitione hæreditatis enucleari.*
14 *Officio Iudicis quando locus ſit .*
15 *Aequitas quando, tempore fluxo.ſubueniat .*
16 *Metus actio quando pro modico danda .*
17 *Aequitas aduerſus ſententiam arbitri ſubuenit .*
18 *Pactum nudum ex æquitate actionem parit .*
19 *Actione ceſſante, officio Iudicis ſubueniri .*
20 *Eleemoſynam dare officio Iudicis cogimur .*
21 *Aequum ſummo iuri arbitrans Iudex præferat, & cur.*
22 *Iuſtitiam particularem variè ſcribi.*
23 *Iuſtitiæ effectus, & commoda .*
24 *Iniuſtitiæ incommoda .*
25 *Iudicium quibus inuertatur, ac iuſtitia lædatur.& nu.26.& 27.*
28 *Iudicantis perperam pœna.& nu.29 .*
30 *Corrupti Iudicis ſententia nulla .*
31 *Iudicium ſpe pecuniæ corrumpi .*

32 Iudi-

Source : BIU Cujas

32 *Iudicem corrumpentis, etiam per alium, pœna.*
33 *Corrumpi qui possint.*

VIDEAMVS nunc circa illud præceptum, Ius
suum vnicuique tribuens. quid hæc verba import-
tent: & profectò ista verba videntur cõtinere oĩa
1 præcepta legis: † quia qui ius suum vnicuique tri-
buit, honestè viuit, & neminem lædit. & istud de
se patet. & etiam probo: quia ista sunt uerba quæ ponuntur in
substantia definitionis Iustitiæ. ergo omnem virtutem comple
ctuntur, vt infrà dicam. & ideo hic congruit tractare de Iustitia.

Primò, de definitione Iustitiæ. Secundò, quotuplex sit Iusti-
tia. Tertiò, de bono Iustitiæ. Quartò, de malo iniustitiæ, & de
pœnis corrupti Iudicis, vel corrumpentis Iudicem, vel alium.

Circa primum dico, ꝙ Iustitia, ſm Ciceronem lib. j. Rhetori-
2 corum artis nouæ. c.4. nihil aliud est, nisi ęquitas, ius † vnicuiq;
rei retribuens pro dignitate cuiusque. Et idem Cicero lib.2. Rhe
toricorum artis veteris c.9. dicit, ꝙ Iustitia est habitus animi cõ-
muni vtilitate conseruata, suam cuique tribuẽs dignitatem. Im-
perator verò noster, Institut. de iustitia, & iure. in princ. dicit, ꝙ
Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique
tribuens.

3 Circa secundum, quotuplex sit Iustitia. † dico, ꝙ est duplex, ſ.
vniuersalis, quam Philosophi morales appellant perfectam, &
singularis, quæ talem perfectionem non habet: dicitur tamẽ per
fecta secundùm quid, vt statim dicam.

Prima quidem vniuersalis dicitur: quia omnem omnino vir-
tutem continet: quia est obseruatio quædam ſm leges: quæ qui-
dem leges cunctarum virtutum opera iubent, & vitiorum om-
nium facinora vetant. Et ista est illa, de qua meminit Aristote-
les lib. 5. Ethicorum, dicens. Præclarissima virtutum est Iustitia.
4 Et nec hesperus, nec lucifer ita mirabilis. † Singularis verò iusti-
tia est illa, quę est in ęquitate reposita, vt non plus cõmodi, neve
minùs incommodi suscipiamus: & ista quò ad quid dr̃ perfecta,
sicut aliæ omnes virtutes, quæ possunt dici perfectæ propter ha-
bitum. Et sic prout rei incohatæ opponitur, sed non dicitur per-
5 fecta: † quia non est vniuersalis: & sic bipharium dr̃ virtus per-
fecta. vno modo, prout inchoatę rei opponitur: sed non dicitur
perfecta: quia non est vniuersalis. & hoc modo dr̃ singularis Iu-
stitia ꝑfecta. Alio, & secundo modo dicitur virtus perfecta, quę
6 omnem virtutem † complectitur, sicut Iustitia vniuersalis. Sed
contra hoc oppono: & videtur, ꝙ nulla virtus sit perfecta, etiam
quò ad quid, excepta vniuersali: quia, etsi omnes virtutes habe-
res, excepta vna, diceris omnibus carere. 32. q.4. cùm renuncia-
tur. 24. q.1. vbi sana. & est glo. in c. nisi cùm pridem. de renuncia-
tione. in volumine Gregoriano. Omnis enim virtus detrimen-
tum patitur ab vno vitio. de pœnitentia dist. j. consideret.

Sed, domini, hoc potest procedere quantum ad Deum: quia
scriptum est, ꝙ qui in vno peccauerit, factus est omnium reus.
c. defleat homo. extrà de regulis iuris. in antiquis. & ibi glos. Sed
ista pro nũc relinquamus Theologis, & Philosophis. Veniamus
7 ergo ad leges: & dico ad propositũ, ꝙ etiam † in iure nostro ha-
bemus Iustitiam vniuersalem, & etiam particularem in ęquita-
te repositam, per quam iura, & dispositiones generaliter loquẽ-
tes recipiunt limitationem, vt est textus aureus in l. ſi ſeruum. §.
ſequitur. ff. de verb. oblig. ibi. in quo genere &c. quem textum, ſm
8 Cuneum ibi. Iudices † semper deberent præ oculis habere. & est
notandus contra eos, qui dicunt, Legem habemus, quæ non re-
peritur limitata: ergo ab ea non est recedendum. & istud est qđ
dicit ibi textus, multi sub auctoritate iuris perniciosè errant, di-
cendo, Legem habemus, & non considerantes ęquitatem ali-
quam: & in hoc potest verificari illud Terentianum in Heau-
tontymorumeno.

Ius summum, sæpè summa malitia est.

Et quia suprà vidistis definitionem vniuersalis Iustitiæ, videa-
mus nunc definitionem particularis Iustitiæ, quæ est in ęquitate
9 reposita. Et dic breuiter, ꝙ † æquitas est Iustitia, dulcore miseri-
cordiæ temperata. probatur in c.fin. extrà de transactionibus. &
habetur per Doctores in c. magnæ. extrà de voto, & voti redem
ptione. & ideo Seneca in libro de Clemẽtia, dicit, ꝙ Iustitia sine
10 misericordia crudelitas est. Et ideo † debet bonus Iudex, & pru-
dens ante oculos habere misericordiam, & ſeueritatem: & ex
vtroque facere quoddam temperamentum. Ista sunt verba Gre
gorij in Pastorali c.18. Et subijcit, ꝙ disciplina vr̃ misericordia:
multùm destituitur, si vna sine altera teneatur. Et addo etiam, ꝙ
debet Iudex considerare, quid liceat ſm æquitatem, qui deceat
ſm honestatem, & quid expediat ſm vtilitatem. Ista sunt verba
textus in c. magnæ. extrà de voto. Et adde verba aurea Isidori in
lib.2. Soliloquiorum c.49. dicentis, † ꝙ impia Iustitia est huma-
11 næ fragilitati non ignoscere. Nam non ciues damnare, sed emẽ-
dare potiùs, & corrigere oportet. Tene rigorem in discretione
Iustitiæ, & misericordiam in definitione sententiæ. facit l. obser
uandum. ff. de officio Præsidis. Et ideo, vbicunque attento rigo-
12 re iuris fieret illicita extorsio, potest ex ęquitate † subueniri per
Iudicem. l. illicitas. in princ. ff. de officio. Præsidis. intãtum, vt ẽt,
licèt sententia transeat in rem iudicatam, possit Iudex ex æquita
te subuenire, vt non fiant illicitæ extorsiones, de quo dic, vt dixi
plenè ĩ l. j. ff. de re iudicata. Et istud est, quod voluit textus noster
in l. planè. suprà de petitione hæreditatis. quæ vult, ꝙ licèt male-
13 fidei possessori rigor iuris non tribuat † actionẽ ad consequen-
dum expẽsas vtiles, & necessarias: tñ officio Iudicis succurritur,
ut ibi: ne actor locupletetur cum iactura malęfidei possessoris.
Et similiter, licèt rigor iuris non tribuat aliquod remedium illi,
qui passus est præscriptionem rei suæ, licèt ignorans fuerit: tamẽ
ęquitas subuenit per officium Iudicis. glos. est notanda in l. ſi ſic.
ff. quemadmodum seruitutes amittãtur. Et ideo dico, ꝙ vbicũq;
rigor iuris non tribuit actionem, si tamen in casu occurrenti sit
14 ęquum, subueniri potest imploranti officium Iudicis † ex ęqui-
tate legis. Quintus. in fine. ff. de annuis legat. l. seruos. & ibi Bart.
ff. de alimẽtis, & cibarijs legatis. & habes glossam, quæ tradit hãc
regulam, in c. sanè. extrà de renunciatione. Similiter, licèt de ri-
gore ille qui non opposuit exceptiones intra præfixum tempus
15 à iure † sit exclusus: tñ Iudex requisitus ex æquitate subueniet,
uide textum notabilem ualde in l. fin. in fine, & ibi glo. Barto. &
Ang. ff. de petitio. hæreditatis. Idem dico, si quis esset per statutũ
exclusus ab opponendo exceptionem in aliquo casu: quia, hoc
non obstante, Iudex potest ex ęquitate succurrere, ita Bart. in l. j.
§. j. ff. quod ui, aut clam. de quo dic, ut latiùs dixi in Tractatu sta-
tutorum, in tit. de restricta statutorum interpretatione. §. uidea-
mus, uersi. quæro statutũ uetat. Similiter dico, ꝙ licèt non detur
actio, quod metus causa, nisi ꝑ metu mortis, uel cruciatus cor-
poris, qui cadat in constantem uirum: tamen etiam ꝑ modico
16 † metu Iudex requisitus subueniet ex ęquitate, glossam habes in
c. cùm dilectus. extrà de his, quæ ui, metusve causa fiunt. & sen-
tit glossa, & ibi uide Barto. in l. interpositas. C. de transactionib.
& istud declara, ut dixi in Tractatu de contractibus uetitis. in
38. combinatione.

Similiter dico, ꝙ licèt a sententia arbitri quantumcunq; ini-
17 qua non appelletur: quia ei standum est, † siue ęquæ, siue iniquę.
l. diem proferre. §. stari. ff. de receptis arbitris. tñ Iudex ex officio
requisitus subueniet. l. arbitro. ff. qui satisdare cogantur. ubi dicit,
& ibi Doctores, de quo dic, ut ibi.

18 Similiter, licèt quis non possit † ex pacto nudo agere: tamen
Iudex requisitus ex ęquitate subueniet, de quo dic, ut dixi in Ru
brica. ff. de uerbo. obliga.

19 Similiter, licèt quis sit exclusus pacto, † uel etiam iuramento
ab agendo, non tamen est exclusus ab agendo officio Iudicis im
plorando. Glossam habes in c. ad aures. de his, quæ ui, metusve
causa fiunt. Et etiam uult Butr. in c. dilecti. extrà de iudicijs. Decla
ra, ut dixi in Tractatu de contractibus uetitis, in 38. combinatio
20 ne. Similiter, licèt pauper non posset re diuitem † de rigore com
pellere iure alicuius actionis ad faciendum sibi eleemosynã: po
test tñ per officiũ Iudicis te ad hoc compellere, glossa est notan-
da 47. dist. in c. sicut. & uult Panor. in c.3. extrà de furtis. Similiter
21 dico, ꝙ in quibuscunque † arbitriis, seu relictis ad arbitrium Iu-
dicis potest Iudex præferre ęquitatem etiam non scriptã rigori
scripto: & hoc (ni fallor) uoluit Bald. in l. j. C. de sacrosanctis Ec-
clesijs, rebus, & priuilegiis earum. Et ratio est: quia tunc per arbi-
trium sibi concessum releuatur, ut non teneatur sequi regulas
iuris Ciuilis: sed non releuatur, quin teneatur sequi naturalẽ ęq-
tatem, de quo dic, ut dixi in l. ſi ſic. ff. de legat. j. & aliquid tetigi in
Tractatu de iuris interpretatione. §. fin.

22 Postremò scire debetis, † ꝙ ista iustitia particularis in ęquitate
reposita. Aliquando est scripta in specie in casibus occurrentib.
siue in specie occurrenti, ut in casibus suprà dictis. Aliquando
uerò est scripta in genere, ut in l. j. §. fin. ff quibus ex causis maio-
res. Similiter, quædam est ęquitas naturalis: & quædam ciuilis, ut
est text. in l. j. §. j. ff. ſi quis testa. liber. esse iussus fuerit.

Nunc tertio loco uidendum est de bono Iustitiæ. Et primò,
23 bonum Iustitiæ est: † quia oculum mentis illuminat, ut inquit
Cassiodorus in libro Epistolarum, dicens, ꝙ Iustitia ita cunctо-
rum sensibus beneficium diuinitatis adtribuit, ut, & qui nesciũt
iura, rationem tamen ueritatis cognoscant: & hoc dicit in libro
26. In libro autem 22. dicit, ꝙ Iustitia omnes clarificat, quos sui
participatione sublimat. Et Matthæus in Euãgelio c. 5. Beati qui
esuriunt, & sitiunt Iustitiam, qm̃ ipsi saturabuntur. Beati qui per-
secutionem patiũtur ꝓ Iustitiam, quoniam ipsorum est regnũ
cœlorum. Et Iob hystoriographus c.11. Si (inquit) iniquitatem,
quæ est in manu tua, abstuleris abs te: & non manserit in taber-
naculo tuo iniustitia: tunc leuare poteris faciem tuam absque
macula, & eris stabilis, & non timebis.

Quartò uidendum est de malo iniustitiæ: & Aristoteles lib. j.
24 Politicorum c. j. dicit, † ꝙ sicut ꝑfectissimus omnium animaliũ
est homo, sic separatum à lege, uel iustitia pessimus est omniũ.
unde Esa. Propheta c. 5. Veh qui iustificatis impium pro mune-
ribus &c. & Ecclesiastes c.4. Regnum agẽte in gentem transfer-
tur propter iniustitias, iniurias, contumelias, & diuersos dolos.
Et breuiter ait Poeta ille.

Iniustitia sine remige, nauis in undis.

Reliquũ est, ut uideamus de pœnis Iudicis corrupti. Quatuor

verò

Source : BIU Cujas

25 verò ſunt, quæ Iuſtitiam lædere faciunt, † & Iudices peruertũt, timor, odium, fauor, & præmium. c. j. ext. de re iudicata. lib. 6.

Adde quintum, ſcilicet, ignorantiam. c. vel non eſt compos. extrà de temporibus ordinandorum.

Item adde ſextum, negligẽtiam. c. pro humani. de homicidio. lib. 6. Et de timore, vide textum in c. accuſatores. 1o tertio. 3. q. 5.

26 vbi dicit text. † ꝙ timor, & auaritia plerunque ſenſus hebetant humanos: & peruertunt opiniones. Et de præmio vide textum in c. qui rectè iudicat. 11. q. 3. vbi dicitur, qui rectè iudicat, & pretium renũciationis expectat fraudem in Deum perpetrat: quia iuſtitiam, quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vẽdit: bonis malè vtuntur, qui pro tẽporali lucro iniuſtè iudicant.

27 Item præmitto, ꝙ Iudex qui † prece, vel pretio, aut timore iudicat, vel odio, dr̃ per ſordes iudicare. vide tex. cum glo. in c. cum ẽterni. de re iudicata. lib. 6. & talis, qui per ſordes, vel gratiam ꝫ iuſtitiam, & conſcientiam aliquid in iudicio facit, ſi ſit Iudex Eccleſiaſticus, ſiue ordinarius, ſiue delegatus cõdemnandus eſt in ſyndicatu parti læſæ in ẽſtimatione litis: & per annum eſt ab officio ſuſpenſus, quo durante ſi ſe ingeſſerit in diuinis, irregularis efficitur: à qua irregularitate non poteſt, niſi per Papam, liberari: & etiam incurrit alias pœnas legales, vt eſt caſus in dic. c. cùm ẽterni.

28 Sed videamus † quæ ſunt pœnæ legales aduerſus ſeculares Iudices, qui pretio, vel gratia iudicant: dic breuiter, ꝙ infamia notantur, & in ẽſtimatione litis condemnantur. l. fi. C. de pœna Iudicis, qui malè iudicauit. Iure verò authenticorum condemnat̃ in triplum eius, quod accepit, ſi ciuilis ſit cauſſa. ſi criminalis, punitur in cõfiſcatione bonorum, & mittitur in exilium. §. ſi quis autem. in authentico, vt litigantes in exordio litis iurent. auth. ſed nouo iure. C. de pẽna Iudicis qui malè iudicauit. Si verò per

29 imprudentiam malè iudicauerit, † tenebitur arbitrio Iudicis: vt inſtitut. de obligationib. quæ ex quaſi delicto naſcuntur. in principio, cum gloſſa. Et hæc procedunt, etiam ſi pars non appellauerit, vel appellauerit, & ſuccubuerit, vel etiam appellauerit, & deſerta ſit appellatio ad quod vide Innocent. in c ſæpe. de appellationib. & Ioannes Fabri in principio de obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur.

30 Sed quæro, an ſententia corrupti † Iudicis ſit nulla? Dic, quòd ſic, ſi eſt corruptus pecunia. l. venales. C. quando prouocare non eſt neceſſe. vbi Ioannes Fabri idem dicit, ſi iuſta eſſet ſnĩa. & dicit notari in c. cùm ab omni. de vita, & honeſtate clericorum. & facit optimè Canon, q rectè iudicat. 11. q. 3. quem allegaui. † Idem

31 dicit ſi non recepit, ſed ſperabat recipere, per dictum c. cũ ẽterni. Ideo dicit, ꝙ ſi poſt latam ſententiã recepit pecunias: & antè, q̃ traderet eam ſigillatam, videtur habuiſſe ſpem habendi pecunias. l. qui explicandi. vbi caſus. C. de accuſationibus.

32 Poſtremò quæro † de pœna corrumpentis Iudicem? & dic br̃, ꝙ dans ei pecuniam perdit cauſam. l. j. C. de pœna Iudicis q malè iudicauit. ſecus ſi corrumperetur per preces: quia tũc eſſet valida ſententia: nec perditur cauſſa, ſm cõiter Doctores, vt habetur plenè in l. Diuus. ff. de re iudic. & ibi dixi: quod limito ſingulariter, niſi pars feciſſet per aliquem potentem rogari Iudicẽ de ſibi fauẽdo, etiam ſecretè: quia talis iactura cauſæ afficitur: & ſic cauſam amittit, caſus eſt in l. j. C. ne liceat potentior. ibi potẽtiorum, quod ibi niterentur. quæ verba ibi notat optimè Barto. ad hoc: & tranſeunt Doct. Idẽ firmauit Panor. in c. ex parte. de alienat. Iudicis mutandi cauſa fact. Idem dico in procurante patrocinium alicuius familiaris talium potentiorum, vt colligitur ex gloſſa in verbo operibus. & facit l. j. C. de contractibus Iudicum.

Idem à fortiori videtur in procurante fauorem alicuius familiaris ipſius iudicare debentis, quæ omnia latè explicui in Tractatu de contractibus vetitis, in nona combinatione.

33 Et ſi vis videre de corruptela † ſeptem perſonarum, ſcilicet, Iudicis, partis, Aduocati, Procuratoris, teſtis, arbitri, & arbitratoris, vide omnino per Imolam: & ibi dixi in l. Diuus. ff. de re iudicata.

ARGVMENTVM.

Lex vetans contractum, eiusque filias, aut harum effectus, cui obligationum quomodo, quatenusque impedimento ſit: & alienatione ſublata, an eius cauſſæ tollantur.

SVMMARIVM.

1 *Obligationem neutram ex contractu ob perſonam vetito naſci. nu. 4. huius rei ratio, extenſio q̃. numero 2. 3. 5. 12. 13. quatenus accipiendum. numero 9. & 10.*

6 *Ius ciuile quando vetita facientem in noxam transferat, an non. & nu. 7.*

8 *Obligationi quatenus obſtet Iudicis prohibitio.*

11 *Actus quando, & in quos, vetante lege, teneat.*

14 *Bartoli diſtinctionem confundi, & ita actum ſub pœna vetitum tenere & quatenus verum ſit. nu. 15.*

16 *Obligationem naturalem ex contractu citra cognatos vetito naſci. & numero 17.*

18 *Lex Municipalis de non cõtrahendo citra cognatos conſulit veriùs, quàm iubeat. & nu. 19.*

20 *Obligationem naturalem verbis futuri temporis, præſentis non item, impediri veriùs eſt. & nu. 21. reſtringit nu. 23.*

22 *Exceptionum quæ, quandoque, omiſſa ſolennitate, detur.*

24 *Obligationum neutram, lege reclamante naſci, veriùs eſt. & nu. 25.*

26 *Verba, non valeat, quatenus accipienda.*

27 *Legem, hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſt. explicari.*

28 *Contractus quomodo validi, irritiq̃, fiant.*

29 *Obligationum altera quatenus vireſcat.*

30 *Actus citra quam obſeruationem corruat, an non.*

31 *Teſtamentum abſque ſeptem teſtibus quatenus valeat.*

32 *Angeli lapſus.*

33 *Actio quando, inuita lege, detur: id tamen reſtringe. nu. 34.*

35 *Verborum, actio non detur, in capitalibus effectus.*

36 *Alienatione prohibita contractum, & ex conſequentia non prohiberi, ſed tolli, veriùs eſt. nu. 37. & 41. declarat. nu. 42.*

38 *Alienare prohibitus teſtamento ne relinquat.*

39 *Alienatione pœnali etiam non tradita teneri, idq̃ extendi. & nu. 40.*



VISO de lege præceptiua, & de ſingulis eius mẽbris, videndum eſt de lege prohibitiua. Et quia quatuor habemus, videlicet, contractus, obligationes, actiones, & exactiones. Videamus primò quando lex prohibet contractum † dirigen

1 do præceptum in perſonam, quam prohibet cõtrahere. & hoc caſu Bart in l. cum lex. ff. de fideiuſſoribus. dicit, ꝙ talis legis prohibitio impedit obligationem naturalem, & ciuilem oriri intantum, vt nec poſſit accedere fideiuſſor, allegat totum titulum. C. quæ res uendi nõ poſſit. & l. iubemus. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. & authent. hoc ius porrectum. in eod. titu. & l. quemadmodum. C. de agricolis, & cenſitis. lib. 11. & l. j. & 2. de Cupreſſis, ex luco Daphnes, vel Perſeidis p Aegyptum nõ excidendis, vel vendendis. lib. 11. Codicis. & ꝙ tali caſu obligatio ẽt naturalis non naſcatur, dicit probari in l. eos. §. j. de vſuris. C. con iuncta l. ſi non ſortem. in princ. ff. de condictione indebiti. & in d. l. cùm lex. & ita ſm eum poteſt intelligi. l. non dubium. C. de

2 legibus. Idem dicit, ſi prohibitio † fiat ex parte vnius contrahentium tantùm: quia nec tunc poteſt oriri obligatio etiam naturalis, allegat l. fin. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & l. non licet. ff. de ꝫhẽda emptione, & vend. & etiam hoc modo poteſt intelligi d. l. nõ du

3 bium. ſm Bart. Ratio prædictorum eſt ſm eum: † quia obligatio naturalis dicitur de iure gentium. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolutionibus & l. cùm amplius. in fi. ff. de reg iur. Sed de iure gentiũ debemus obedire maioribus. l. veluti. ff. de iuſtitia, & iure. Ergo

4 & legi prohibenti. † Ille ergo, qui contrahit ꝫ præcepta legum, facit ꝫ ius gentium, merito non obligatur: etiam naturaliter. & pro hoc facit etiam ſm Barto. quia talis ꝫhens ꝫ prohibitionẽ. l. peccat mortaliter. c. 2. extrà de maioritate. & obedientia. & per eundem Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſoribus. ergo de iure naturali non poteſt obligari: & prædicta ſunt bene menti tenẽda ſm Barto. pro ſtatutis terrarum, quæ prohibent certas perſonas contrahere: quia impediunt naturalem obligationem. Pro quo adducit l. ſi in emptione. §. primo. ff. de cõtrahenda emptione. ibi mores ciuitatis &c.

5 Prætereà, dicit ipſe, † interdictum Iudicis hoc operatur. l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. ergo eadem ratione prohibitio legis. iſta ſunt verba Bartoli, ex quibus colligo tria. Primùm, quòd prohibitio legis directa in perſonam habet impedire etiam naturalem obligationem.

Secundò, quòd idem in prohibitione Iudicis.

Tertiò, ꝙ talis prohibitio obligat, contrafacientem ad peccatum mortale, quod voluit idem Bar. in l. ſi quis pro eo. de fideiuſſoribus. & vbique, ſcilicet, quòd intantùm obligat ad peccatum: vt ſi iuſm interuenerit, non ſit ſeruandum. Sed attende, quia dico, ꝙ in omnibus his membris Bar. non plenè locutus eſt.

Et primò, incipiendo ab vltimo de iuramento, dico, ꝙ eſt dubitatiſſimum: præſertim apud Canoniſtas, quorum opiniones circa hoc latè explicui in Tractatu contractuum vetitorum, in §. videre nunc. circa principium. in 12. combinatione.

Inquantum verò dicit Bartolus, quòd talis prohibitio legis poſitiuæ obligat ad peccatum, diſtingue: quia aut loquitur lex per uerba præceptiua, aut per verba communia. Primo caſu ſi

6 dicat † prohibemus, vel inhibemus, vel loquatur per verba imperatiui modi: tunc ſi materia eſt neceſſitatiua, obligat ad peccatum. c. 2. de maioritate, & obedientia. ſecus ſi non eſt neceſſitatiua. c. rogo. 11. q. 3. & notatur in Clement. exiui de Paradiſo. de verb. ſign. Nam præcepta debet intelligi ſm materiã ſubiectam. Hinc uidemus, ꝙ quando præceptum dirigitur ad perſonam fauore perſonæ, ſapit naturam conſilij. l. 2. circa finem. ff. mandati. uel contra l. Titio. in principio. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.

7 Secundò caſu, quando lex loquitur † per uerba communia, putà, ſtatuimus, uel decernimus: tunc non obligat ꝫ facientem ad peccatum mortale ſm Panor. poſt beatum Thomam, quem

refert,

Source : BIU Cujas

refert,& post Butr.in c.nam concupiscentiam. extrà de constitutionibus,in antiq. Et adde ad præmissa Butrium in c.vestram. de cohabitatione clericorum,& mulierum.in versi. nota quòd vbi canon. Inquantum verò Barto.vult, prohibitionem Iudicis impedire obligationem, dico quantum ad interdictum bonorum,quod sic de prodigis est dicendum,vt in dic. l.is,cui bonis:
8 † quantum verò ad aliam simplicem prohibitionem Iudicis dic breuiter,q̃ non impedit obligationem,nisi adiectum sit,q̃ si cõtrà fiat,non teneat actus. Ita dicit notabiliter Innoc.in c. fin.qui matrimonium accusare possunt. Inquantum † verò dicit, pro-
9 hibitionem legis directam in personam impedire obligationẽ, & ita validitatem actus,dico circa hoc distinguendum:quia aut talis prohibitio fit simpliciter sine insertione pœnæ,aut fit cum pœna. Primo casu,aut ille cui fit inhibitio, recipit tunc potestatem ab ipsa lege inhibente,quam anteà nõ habebat: & tunc dico,q̃ non valet actus. & ita potest intelligi d.l.non dubium. ſm
10 gl.in Clement.j.de iure patronatus. Aut talem † potestatem nõ recipit. & tunc, aut sumus in habentibus perpetuam causam ꝓhibitionis. & adhuc sto cum Bartolo:quia non valet actus. & ita etiam potest intelligi d.l.non dubium. In alijs verò non habentibus talem perpetuam causam prohibitionis, dic,q̃ si per prohibitionem sit ius quæsitum tertio ad minus fauorem tendit,q̃ actus sit nullus:tunc est nullus.c.si soli.de concessione præbẽdæ. lib.6. & ita etiam potest intelligi d.l.non dubium.secũdum glossam in dicta Clement.prima.

11 Si verò q̃ actus sit nullus, non tendit ad fauorem † illius tertij,vel si non est quæsitum ius tertio, valet actus, non obstante prohibitione legis,textus est notabilis cum sua glossa, quæ non est alibi in Clement.j. de iure patronatus. In secundò verò casu
12 principali reperio difficultatem,videlicet,† quando fit prohibitio cum pœna:quia glo.relata ad textum in l.prætor ait. §.j. ff.de operis noui nunciatione.tenet etiam tũc, q̃ si contrà fiat, actus sit nullus:sed Bartolus in d.§.j.circa hoc distinguit:quia aliquando sumus certi de mente legis:& tunc standum est certo. l.iube-
13 mus.C.de sacrosanctis Eccle.l.j.C.de sepulchro violato.† Aliqñ verò sumus in dubio:& tũc si pœna respicit annullationẽ actus: & sic est intrinseca,non dubito,q̃ actus erit nullus:vt d.§.j.& l.iu risgentiũ.§.pacta.ff.de pac. Sed mihi videtur, q̃ Bart.satis ineptè
14 loquatur: † quia istud secundùm membrum respicit primum, & continetur sub primo:non autem respicit casum dubium: qa si pœna respicit annullationem actus:tunc sumus certi, & sic sumus in terminis primi membri,non autem in casu dubio. Si verò non respiciat pœna annullationem actus, sed est alia pœna: quia lex prohibet aliquid fieri sub pœna decem: tunc dicit Bartolus,vbi suprà, q̃ aut actu remanente inualido nulla esset pœna:& tunc dicendum est, q̃ teneat actus. & iste est casus secun-
15 dùm eum in l.fin.de repudijs. Ego dico, q̃ etiam istud † tertium membrum continetur sub primo:quia vbi nullitas actus non se compatitur cum pœna, sumus certi de mente legis, & sic nõ sumus in casu dubio. Si verò nullitas actus est compatibilis cum pœna,tunc dicit Bart.q̃ aut,q̃ annulletur actus,respicit præiudicium gerentis actum contra prohibitionẽ:& tunc actus est nullus.vt l.j.ff.de his,quæ pro non scriptis habentur. Aut respicit p̃iudicium tertij:& tunc actus remanet validus, quantuncunque prohibitus cum pœna l.filius.§.fin.ff.ad legem Corneliam de falsis.l.nullus.& ibi glo.ff.de reg.iur. Exemplum, Lex prohibet sub pœna falsi,ne post venditionem vni factam illa res vendatur alteri.l.qui duobus.ff.ad l.Corneliam de falsis.

Pone,q̃ alteri vendatur contra prohibitionem, nunquid erit nulla venditio? dico,q̃ non: quia istud tendit in præiudiciũ tertij:vt habes casum notabilem in l.quoties. C.de rei vendicatione. Sed iuxta prædicta quærit Bart.in d.l.cum lex.de fideiussoribus.
16 † Quid si statutum sic dicat, q̃ si minor, vel mulier non possint vendere,seu contrahere sine consensu propinquorum, an per hæc verba videatur eis præceptum factum de non contrahẽdo, vt sic impediatur obligatio naturalis.& arguit,q̃ non:quia alibi dicit lex,q̃ alteri stipulari nemo potest. l.si stipulatio.§.alteri.ff. de verb.oblig.§.alteri. institut. de inutilibus stipulationib. & tñ nõ impeditur naturalis obligatio,vt ibi notatur, in p̃rium tñ de-
17 terminat Barto.† per d.l.j.C.quæ res vendi non possunt.

Prætereà dicere,q̃ non possit cõtrahere,nihil aliud est,quàm auferre potestatem,& facultatem contrahendi, quo casu impeditur naturalis obligatio.l.iubemus.C.de sacrof.Eccl.iuncta.l.nõ dubium.C.de legib. Nec obstat §. alteri. quia ibi ſm Bart.loqtur de præsenti.i.q̃ alteri stipulari nemo potest. & sic declaratur, q̃ ius non assistit illi obligationi. Non autem aliquid prohibet in futuro. Nec facultatem aliquam tollit,sed dicit,quòd nõ potest. Sed in quæstione præmissa auferetur potestas in futuro, dum dicit, non possit.

Sed ego arguo,q̃ in terminis præmissæ quæstionis Bar. etiam
18 prohibitio facta per verba † futuri temporis non impediat obligationem:quia quando præceptum dirigitur ad personam fauore personæ,sapit naturam consilij potius,quàm præcepti.l.Titio centum.in princ.ff.de cond.& demonst. ca.rogo. 11.q.3.in argumentum. Sed præceptum tale, de quo suprà,emanauit fauore mulierum, & minorum prohibitorum.ergo sapit naturam ꝯsilij. Et reperio,q̃ Butrius in c.cùm contingat. extrà de iureiurando. tenet tale statutum (de quo loquitur Bart.in proprijs terminis) 19 † non sapere vim præcepti, sed consilij. Modò certum est, q̃ consilio,& fauori suo quilibet potest derogare:quia nemo tenetur sequi consilium.l.Titium,& Mæuium.in princ.& ibi vide Barto. omnino.ff.de administratione tutorum.ergo minor,uel mulier, non obstante tali præcepto, si contingat eos aliter contrahere,nihilominus obligabuntur,nisi sustinendo Barto. dicas illud verum in simplici præcepto: secus in præcepto habẽte adnexam aliquam solennitatem: quia, ea deficiente, non ualebit actus: & sic non obligabitur prohibitus, & consequenter oportebit reprehendere Butrium in d.c.cùm contingat.

20 Sed nunc videamus, an bene dicat Bart.inquantum facit differentiam, † an lex resistat per verbum præsentis temporis, vt tunc non impediatur naturalis obligatio: secus si per verba futuri temporis.& reperio,q̃ Ang.in d.l.cùm lex.tenet, q̃ etiam si fiat per verba præsentis temporis, impediatur naturalis obligatio per legem primam,in princ.coniuncto §.si quis ita.ff.de verborum oblig. Ecce in d.l.j.in princ.dicitur, q̃ stipulatio non potest confici,nisi vtroque loquente.& in d.§.si quis ita. posteà dicit,q̃ aliter facta non valet, etiam quò ad naturalem obligationem.ergo confunditur doctrina Bart. Pro Angelo etiam facit: quia verbum,potest,est de se extẽsiuum,etiam in futurum, licèt sit præsentis temporis:& sic non minus debet operari, q̃ futurũ possit,vide textum notabilem in l.si quis ita.ff.de lega.2.ꝓ quem text.Bart.in l.si ita.de auro & argento legato.determinat aliquas notabiles quæstiones.& opinionem Angeli etiam secutus fuit Imola in d.l.cùm lex.contra Barto.& addebat l.obligari.in principio.iuncto.§.j.de auctoritate tutorum.& hoc verum (dicunt ipsi) quando actus deficit propter defectum formæ.secus si propter personæ defectum, vel subiectæ materiæ, vel propter id, q̃ non possit obligatio subsistere: quia tunc procedit dictum Bartoli. Et ita intelligunt §.alteri. Ego verò indistinctè † teneo cum
21 Bartolo,pro quo adduco textum cum glossa in l. nemo potest. ff.de lega.j. Nam ibi loquitur per verbum præsentis temporis:& qñ actus deficit propter defectum formæ: tamen nõ impeditur
22 naturalis obligatio. Hinc est,q̃ competit † exceptio, per quam seruabitur voluntas defuncti,non obstante defectu solennitatis secundùm glossam,& communiter Doctores in d.l.nemo põr. & ibi dixi,de quo etiam per glossam,& Doctores in l.j.ff.de condictione indebiti.& in l.cùm quis.C.de iuris, & facti ignorantia. quę exceptio datur propter illam naturalem obligationem.l.ẽt. ff.de compensationibus. l. militis.§. veteranus.ff.de testamento militis. Nec obstant iura Angeli,& Imolæ: quia lex vltrà proces-
23 sit, † declarando etiam naturalem obligationem non oriri: secus,si vltrà non processisset,d.l.nemo.cum ibi notatis. Nec obst. d.l.si quis ita.quia ibi est speciale fauore legatorum:& quia verba testatoris de facili protrahuntur ad futurum, etiam si sit præteriti temporis,nedũ præsentis:vt est casus valde notabilis, quẽ ibi multum commendat Bart.in l.talis scriptura. circa finem.ff. de legat.j.vel circa præmissa poteris distinguere inter solennitatem probatoriam,& formalem, secundùm quod infrà statim dicam.

Nunc tempestiuum est videre, quando lex resistit obligatio-
24 ni,vtputà, † si dicat lex,aliquem ex aliquo contractu non obligari,an tunc per hanc prohibitionem impedietur etiam naturalis obligatio,arguitur,quod non:quia dicit lex,q̃ pupillus obligari non potest.l.pupillus.in prin.& l.obligari.ff.de auctoritate tutorum. Sed prædicta non obstant secundùm Barto.in l.cùm lex. de fideiussoribus:quia loquuntur iura præmissa per verbum,potest, quod est verbum præsentis temporis:& sic non resistit, sed non assistit, vt dictum est suprà.

25 † Concludit ergo Bart. q̃ quando lex resistit obligationi impedit naturalem,& ciuilem obligationẽ, allegat l.sed & si serui. cum ibi notatis.ff.de fideiussorib. & probatur expresse secũdùm eum in l.antiquæ.§.fin.C.ad Velleianum.

Sed pone,dicit Barto. q̃ lex dicat, q̃ talis contractus non va-
26 leat. Quid importabit † verbum,non valeat, dicit ipse, q̃ si vult q̃ non valeat ab initio:tunc intelligitur prohibita obligatio naturalis,& ciuilis, ut probatur in l.j.ff.de dona.inter virum, & vxorem.ubi dicitur,donationem inter virum,& vxorem non valere,quod intelligitur etiam quò ad naturalem obligationem,qđ patet:quia ei non potest accedere fideiussor.l.si sponsus.§.si vxorem.in eo.tit.& ita debet intelligi authentic. si qua mulier.C.ad Velleianum.& in corpore, vnde illa authentica sumitur.

Addo ad Bartolum,q̃ ista sua doctrina videtur confundi per l.hac consultissima.§.per nuncupationem. C.de test.coniunctis notatis per glo.& Docto.in l.cùm quis. C.de iuris,& facti ignorantia.& in l.j.ff.de condictione indebiti. Ecce in d.§.per nuncu-
27 pationem.dicitur,† q̃ non valebat testiñ,illa solennitate,de qua ibi,non seruata:& sic loquitur per verbum, non valere: & tñ ex tali testamento oritur naturalis obligatio, ut notatur in d.l.j.& in d.l.cùm quis.unde reperio, q̃ Ang. & Imo. in d.l.cùm lex.dicunt,doctrinam Bar.in hoc non procedere in ultimis uoluntatibus.

Source : BIU Cujas

tibus. Ego verò non distinguendo inter contractus, & vltimas voluntates, dico circa hoc distinguendum, prout statim dicam in illo membro, quando lex simpliciter exigit aliquam solennitatem, non tamen resistit obligationi, vel actioni. vnde psequor vlteriùs in dictis Bartoli. Si verò (dicit ipse) contractus à principio valet, sed si ex post facto aliquid nō seruetur, dicit lex, quòd
28 non † valeat: tūc non impeditur obligatio, sed paratur exceptio, quasi dicat, non valeat in effectu, vt dicit Barto. esse expressum in l. vniuersa. C. de precibus Imperatori offerendis. Et ideo dicit ipse, cùm in sua ciuitate esset statutum, ꝙ instrumenta donationum deberent infirmari intra sex menses, aliàs non valeant, dicit, ꝙ non irritantur ob hoc donationes ipso iure: sed tale statutum producit exceptionem. Sed si lex diceret, ex post facto, ta-
29 les contractus cassamus &c. † tolleretur ciuilis tantùm, & remaneret naturalis, de quo per Bart. in l. vbicunque. ff. de fideiuss.

Sed vltrà Bart. quęro, quid si lex non resistit expressè, vt suprà: sed simpliciter ponit aliquam formam seruandam in dispositione, an ea non seruata poterit quoquo modo valere actus.

Solutio, dico breuiter, ꝙ non: si est solennitas formalis, seu
30 † essentialis: quia illa dat esse rei. l. si is, qui quadringenta. ff. ad legem Falcidiam. & c. quia propter. de electione. secus si probatoria: quia licèt deficeret, dummodo adsit solennitas probatoria requisita de iure gentium, putà, duo testes, valebit actus quātum ad naturalem obligationem. & ideo ex testamēto, vbi interfue-
31 runt duo testes tantùm. † & non septem requisiti, oritur naturalis, vt suprà dixi: quia sufficit, quòd adsit solennitas iurisgentium, licèt deficiat solennitas iuris ciuilis, secundùm glossam, Barto. & Doctores in l. j. de condictione indebiti. & in d. l. cùm quis. & hæc ratio militat etiam in contractibus inter viuos: & etiam militat, quando lex vltrà procederet dicendo, ꝙ ea deficiente non
32 valeat actus. † & per hoc reprehendo Angelum, qui voluit in hoc constituere differentiam inter ϗctus, & vltimas voluntates.

Videre nunc oportet, quando lex resistit actioni, seu petitio-
33 ni: vt quia dicit, † ꝙ ex tali contractu actio, vel petitio nō detur, vel ꝙ quis non audiatur, quo casu, dicit Bart. in d. l. cùm lex. si ille actus, super quo sic lex loquitur, erat talis, ex quo aliàs de iure cō muni oriebatur actio; tunc per dicta verba non impeditur actio oriri, sed paratur exceptio. l. 3. §. j. ff. ad Velleianum. & l. j. in princ. ff. ad Macedonianum. & l. j. in princ. & §. j. ff. ad Trebell. quod est bene notandum secundùm Barto. ad statuta. Si verò actio ex il-
34 lo non oriebatur, sed solùm officium Iudicis: tunc † dicta verba inducunt, vt nullo modo audiatur. l. fin. C. qui, & aduersus quos. quod patet: quia nulla subest obligatio, sed datur audientia ex officio solo Iudicis. Denegata igitur audientia, denegatur totum. Et ideo bene dicit Iacobus de Aretio secundùm Bartolum, qui
35 dicit, ꝙ in criminibus dicta verba † non detur petitio, vel actio, inducunt, ꝙ ipso iure non audiatur: quia in eis actiones nō fiūt, vel obligationes: sed per accusationem instituuntur, vt institut. de publicis iudicijs. in principio. Ideo cùm denegatur audiētia, denegatur totum.

Postremò videre oportet, qñ lex resistit executioni. exēplum
36 secundùm Bartolum † in d. l. cùm lex. Nam iure cautum est, ꝙ res minoris non alienetur per tutorem, vel res dotales. & ex eo, ꝙ interdicit alienationem, non interdicit contractum, uel obligationem, sed effectum, hoc est, translationem dominij, quæ sequitur ex traditione, q̄ est executio obligationis. Addo ad Bart. de hoc in l. alienatum. ff. de uerb. significa. Sed licèt ſm Bartolū prædicta non prohibeantur expressè: tamen videntur prohiberi: quia sunt præambula ad alienationem. l. oratio. ff. de sponsalibus. & ideo tacitè videtur prohibitus cōtractus obligationis. & per consequens, eius filia actio, inquantum ratio legis se exten-
37 dit. vnde cùm in re minoris eius fauore † sit prohibita alienatio per ϗsequens videtur prohibitus contractus, obligatio, & actio. & ideo, si minor se obligaret, non teneretur ciuiliter, nec naturaliter, nec posset accedere fideiussor, vt in d. l. cùm lex. sed si extraneus promitteret de euictione, & daret fideiussorem, teneretur secundùm Bartolum, vbi suprà. & sic in summa vult Bart. ꝙ prohibita alienatione per l intelligitur prohibita omnis obligatio, & actus, per quem ad alienationē, seu translationem dominij peruenitur, argumento dictæ l. oratio. de sponsalibus. & pro Bartolo facit, qđ uoluit Philosophus in quinto Metaphysices. vbi dicit, ꝙ in essentialiter ordinatis, non est dare posterius, nisi sit anterius. Et ex hac doctrina Bartoli infero, ꝙ si lex, vel statutū
38 prohibeat alienationem † fieri in aliquas personas, consequenter intelligitur prohibere institutionem, vel legatum eis fieri: quia & per hoc fit translatio dominij, & sic alienatio. Sed reperio glossam ad oppositum, quam ibi sequitur Barto. in l. j. C. non licere habita. libr. 11. Sed an bene dicat illa glossa, vide omnino, quod latissimè dixi in Tractatu contractuum vetitorum, in §. vidēre nunc. versiculo quæro, statutum prohibet. Similiterinfero
39 ex doctrina Bartoli, ꝙ dicitur contraueniſſe legi, vel † statuto ꝓhibenti alienationem sub pœna, qui vendidit. Sed licèt nōdum tradiderit, cuius contrarium firmauit Dyn. in l. alienatum. prę allega. & Baldus post Dynus in c. j. §. at si linellario. quibus modis feuda amittātur. in versi. feudorum. vbi hoc infert Bal. ad feuda.

Idem reperio determinasse Speculator. in Speculo de locationibus. §. nunc aliqua. versi. 95. vbi etiam (quod plus est) dicit, ꝙ si prohibeatur venditio simpliciter sub pœna, non incidit quis
40 † in pœnam ex solo contractu, siue traditione: quia verbū, vēditionis, in pœnalibus non debet intelligi de simplici venditione, siue traditione, vt restringatur pęna. l. penult. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est, vi eximat. Et ideo, per simplicem contractum uenditionis emphyteuta non cadit à iure suo, ut sentit glo in l. fin. C. de iure emphyteutico. in verbo, alijs uēdere, dum dicit, ꝙ uēdere, & ius emphyteuticum in alium transferre, idem sunt: & pro eodem actu ponuntur: de quo, dic vt dixi in Tractatu Contractuum vetitorum. §. nunc autem. versi. quęro vlteriùs. & §. videre. versi. quæro, statutum prohibet.

Item, addo etiam ad Barto. inquantum uidetur uelle, ꝙ alie-
41 natione prohibita per l. prohibeatur translatio dominij: & † oīs actus, per quem ad eam deuenitur. immo uidetur, ꝙ si lex prohibeat alienationem, comprehenditur omnis contractus etiā per quem non peruenitur ad translationem dominii, ut contractus hypothecæ, vel pignoris, & similes, casus est expressus in l. finali. C. de rebus alienis non alienandis.

Et ideo uidetur in hoc distinguendum, an lex communis pro
42 hibeat † alienationē, quo casu procedat d. l. fin. an uerò lex Municipalis, quo casu strictius accipitur uerbum, alienationis, de quo dic, ut latissimè dixi in Tractatu statutorum, in titulo de ꝓhibita alienatione. §. j.

ARGVMENTVM.

Permissionum legis genera, & effectus, uetitumnè permisso potius, aut contrà, edisserit.

SVMMARIVM.

1 *Permitti à lege tripharіam illicita. & nu. 2. & 3.*
4 *Bona cæteris præferenda.*
5 *Prohibitum permisso in concursu potius restringit declarans nu. 7.*
6 *Iure reddi vetito, Iudicis officium cessare.*

1 CONGRVVM est, ut de potentia legis permissiuæ uideamus. Et dico breuiter, ꝙ est triplex legis permissio. † Vna, quæ fit eo ipso, ꝙ nullo iure prohibetur, ut secundas nuptias contrahere. 31. q. j. hac ratione. Saluo tamen eo, quod habetur in l. j. C. de secundis nuptiis. Quæ lex an procedat de iure Canonico, uide textum cum ibi notatis in c. super illa. extrà de secundis nuptiis. ubi glos. dicit, ꝙ omnia sunt permissa, quæ non reperiuntur prohibita, allegat c. sunt nonnulli. 16. q. 2.

2 Secunda legis permissio † est, quæ fit in aliquo casu, cōtra humanas constitutiones, ut ϗtrahere in quinto gradu. 35. q. 3. quædam. & ista est propria permissio, secūdùm glossam in c. omnis. 3. dist. pro qua adduco optimum textum in §. sui autem. uersiculo, sed his Prætor permittit. Instit. de hæredum qualitate, & differentia. Et ideo dico, ꝙ leges, quę admittunt aliquo casu fieri pcussionem, uel homicidium (ſm quod supra dixi in §. 2.) ꝓpriè dicuntur permissiuæ, seu permittere, quod nota ad statuta loquentia de permissione: quia in eis non recedimus à propria significatione uocabuli.

3 Tertio modo dicitur lex permittere, † quando permittit aliquo casu fieri illicitum, ut magis illicitum euitetur, ut comessationes die Dominico. 4. dist. denique. & permittitur adulterium, ne fiat homicidium. 33. q. 2. si quod. & ista propriè dicitur tolerātia quædam: licet impropriè appelletur permissio: & in hac uerificatur id, quod dicitur. ea, quæ permittimus nō approbamus. & adde bonum text. in l. ita uulneratus. §. fin. suprà ad legē Aquiliam. ubi permittitur absurdum, ut absurdius euitetur. Et ideo Cicero Topicorum c. 22. dicit, ꝙ plura bona sunt paucioribus
4 † anteponenda, & pauciora mala pluribus malis: & diuturniora bona breuibus anteponenda, ac longè, & latè peruagata angustiis, & anteponenda sunt ea, quæ per se expetuntur his, quæ propter aliud.

Sed quæro, quia suprà uisum est de lege prohibitiua: & hic de permissiua, quid? si prohibitum, & permissum inseparabiliter si-
5 mul concurrant? dico † breuiter, ꝙ prohibitum facit cessare pmissum, uide tex. in l. j. §. idem quæritur. ff. de aqua quotidiana. & æstiua. facit l. Sabinus. cum ibi notatis. ff. communi diuidundo. & ex d. §. idem quæritur. colligo determinationem. Notabilis quæstio: Pone, ꝙ ex forma statuti non debet reddi ius in crimi-
6 nalibus, † uel ciuilibus non soluenti collectam, uel bannito: & iste talis patiatur iniuriam, nunquid Iudex poterit inquirere ex officio suo? dico. ꝙ non: quia licèt inquisitio non sit prohibita: tamen quia per illā uendicaretur iniuriatus, non poterit fieri inquisitio: & ita reperio determinasse Albericum tertio uoluminе statutorum, in quarta parte, 28. quæst. post Butr. quem refert: & per hoc intelligis uires illius textus notabilis, quem nota. qa
7 facit ad multa. Et procedunt præmissa: nisi permissum esset † potentius

Source : BIU Cujas

tentius prohibito,argumento.l.quæritur. ff.de ſtatu hominum. Exemplum, Quis ingreditur religionem, retentis ſibi aliquibus bonis,an propter illam retentionem vitiabitur ingreſſus? Dico, ꝙ non:quia ingreſſus eſt potentior:quia ille, qui ingreditur, vouit obedientiam,caſtitatem,& pauperratem: & retentio bonorum ſolùm eſt ꝺ votū paupertatis: vnde remanet ingreſſus potentior. Ideo non vitiatur: quia habet alia duo capita: ad quod vide Bart.& Doct.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſanctis Eccleſijs. & Ioan.Andr.in c.fin.de conditionibus appoſitis. Hic iuxta ordinem traditum in Proœmio Tractatus congrueret declarare potentiam legis punitiuam ſiue ipſo iure,ſiue per ſententiam, ſiue arbitrio Iudicis imponatur pœna. Sed hoc declarabo in tertia parte,dum declarabo,qñ Iudex poſſit recedere à pęna legis.

ARGVMENTVM.

Conſiliorum genera,quibusque obligetur conſultor.

SVMMARIVM.

1 *Legis conſilium multiplex.& quod eorum, an non,obliget.& nu.4.& 5.*
2 *Conſilio patientiæ à quibus,quandoque vtendum.*
3 *Socratis patientia.*
6 *Conſultorem non teneri.*
7 *Conſilio damnoſo quem obligari,quo iure,& quatenus.& nu.8.*
9 *Clericus ex conſilio quando fiat irregularis.*
10 *Conſultores gnatonici quatenus teneantur.*
11 *Conſultorum aſſentatorum pœna, & interitus.*
12 *Plato aulicis conſulit.*

1 RESTAT, vt attingamus cõſultiuam legis potẽtiam. Quæro igitur, quotuplex ſit iſta virtus legis conſultiuæ.& poteſt dici, ꝙ eſt triplex.Nã † quoddam eſt cõſilium perfectionis, vt illud, Vende oĩa quæ habes,& da pauperibus.Item illud,Si quis percuſſerit te in vna maxilla,porrige ei aliam.& iſtud non ligat etiã religioſos,ad peccatum: vt habetur in Clement. Exiui. de verb.
2 ſign.& ita intelligitur gl.in c.j. † de conſtitut. vt ibi dicit Panor. & de iſto conſilio loquitur c.quiſquis.14.q.j. & iſto conſilio perfectionis debent iuſti,& ſapientes viri vti:quia cùm eorum finis ſit perfectio,oportet (ſm Ariſt.in libro Phiſicorum poſteriorũ) ſm exigentiam finis modificari,quæ ſunt ad finem.Et ſic in perſecutionibus ſuis,ac opprobrijs,& contumeliis debent manſuetudinem,& fortitudinem ſuam oſtendere, vti faciebant Philo-
3 ſophi,præſertim Socrates: † qui (vt ait Laertius in vita Philoſophorum) ſæpe vehementiùs diſputans colaphis cedebatur:& ſemel ictu calcis à quodam percuſſus: cum circunſtantes admirarentur eius tolerantiam, Si (inquit) aſinus me calce percuſſiſſet, nunquid eum in iudicium conuocarem? cur ergo non ita ęquanimiter debeo ferre ictus hominum,ſicut percuſſionem irrationabilium ferarum?

4 Quoddam eſt conſilium † legis reuerentiale: vt, qñ materia de ſe eſt neceſſitatiua:tñ propter reuerentiam eius, cui ſuperior loquitur,vtitur verbo conſultiuo:& iſtud bene obligat, text. eſt cum glo.in c.Matthæus.extrà de ſimonia & in c. ad aures.in fine, de ætate,& qualitate ordinandorum. & iunge textum cũ gloſſa in Clement.j.de teſtibus.Et licèt verba ſonent in conſilium,ſi tñ materia eſt neceſſitatiua, habent vim præcepti. Et idem dico è contrario:quia licèt uerba eſſent præceptiua : ſi tñ materia non eſt neceſſitatiua:tunc verba pręceptiua ſonant in cõſilium.l.age cum Geminiano,cum ibi notatis.C.de tranſactionibus.Et ideo vbi præcepta diriguntur ad perſonam, fauore perſonæ ſapit naturam conſilij.l.Titio centum.in prin.& ibi notatur. ff.de cond. & demonſt.facit l.2.circa fi.ff.mandati.& ſic præceptum intelligitur ſecundùm naturam materiæ ſubiectæ c.rogo.11.q.3.

5 Tertium eſt conſilium legis ſimplex, non perfectionis, † nec reuerentiale.& dico, ꝙ iſtud nõ obligat,d.l.age. cum ibi notatis. & facit d.l.2.in fine:quia nemo tenetur ſequi conſilium: in tantum,ut etiam ſi lex,vel ſtatutum in aliqua diſpoſitione requirat aliquid fieri cum conſilio tertij,ſufficit participare cũ illo tertio: non tñ tenetur ſequi quis eius conſilium,vt hĩ in l.quidam decedens.§.j.& in l.Titium,& Mæuium.in princ.& ibi per Barto.ff.de adminiſtratione tutorum.& per glo. in c.cum olim. de arbitris. & plenè per Barto.in l.1.§.ſi plures. ff. de exercitoria. quod nota pro ſtatutis,quibus cauetur, ꝙ officialis non poſſit ferre ſnĩam, niſi participato conſilio iuriſperiti:& etiam pro arbitris, & arbitratoribus,quibus datur poteſtas iudicandi de conſilio Iuriſperiti.vnde meliùs erit, ꝙ exprimatur, ꝙ teneantur ſequi conſilium Iuriſperiti:quia aliter licèt teneantur participare: non tñ ſequi conſilium,de quo dic,vt latiſſimè dixi in l.ſi conuenerit.ff.de re
6 iudicata.Et quia in præcedentibus dixi, † nemo tenetur ſequi cõſilium.Et hæc infero in conſequentiam, ꝙ dans conſilium,non etiam obligatur ei,cui dat conſilium;quia liberum ei fuit explorare,an tale conſilium expediret.Ita dicit Iureconſultus in l.2.in
7 fi.ff.mandati.Vnum tamen † non omitto,quod ſi quis conſulu erit in perniciem,ſeu damnum,aut iacturam alterius, putà, quòd ſieret ei ſpolium,uel aliud damnum,ſeu inuaſio: tũc in foro pęnitentiali tenetur illi reſarcire damnum,& inſolidum. In foro
8 autem contentioſo † tenetur de dolo ſolum in ſubſidium,putà, ſi faciens inuaſionẽ non ſit ſoluendo, vel non facilis cõuentionis. Actione autem vi bonorum raptorum,vel interdicto vnde vi.non tenetur: quia non competit contra conſilium dantem. Ita dicunt Innoc.& Panor.in c.ſicut dignum. de homicidio voluntario,vel caſuali.in antiquis.Plus dico, ꝙ ſi talis conſultor ſit clericus,& conſuluit caſtrum,vel aliam rem occupari,ex quo fa
9 cilè poſſit ſequi † homicidium:eo ſecuto efficietur irregularis, ita Innoc.& Panor.in c.ad audientiam.de homicidio.

Adde etiam idem iuris eſſe,ſi ſequeretur homicidium in perſonam eorum,qui erant ad opus illius,cui conſulebatur ſecundùm Ioan.And.in c.fin.de homicidio.lib.6.& Panor. vbi ſuprà. & facit ad hoc optimè l.qñ multa facinora. C. ad legem Iuliam
10 de vi publica.Et ideo † laudo, ꝙ ſitis tardi in conſulendo,præſertim in ſimilibus:quia (vt dicit Ariſtoteles in libro Ethicorum.) operari quidem oportet uelociter conſulta:cõſulere autẽ tardè. Et præmiſſa notate bene contra Conſiliarios Principum, q̃ placendi † ſtudio omnia ſectantes ſolent cauſſa gratificandi Princi
11 pibus ſimiles inuaſiones,& extorſiones perſuadere.Ideo tenentur in foro conſcientiæ inſolidum, & etiam in foro contentioſo in ſubſidium actione de dolo,vt ſuprà dixi.& licèt tales conſultores aliquandiu poſſint fortè rogare apud inſipientes Princi
12 pes: tamen apud ſapientes minimè, iuxta illud Platonis Athenienſis reſponſum,qui,cùm interrogaretur, † in quo quis poſſet gratiam Principum obtinere, iu mediũ protulit. Si vis inſipientis Principis obtinere gratiam, ipſius ſequere voluntatem.Si aũt ſapientis, quæ ad rem non pertinent, vel contra rationem ſunt, oſtendere non omittas.

DE IVRIS POTENTIA.

PARS SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Actuum ſubſtantia, & natura in quibus conſiſtant, & quæ illis adijciant.

SVMMARIVM.

1 *Subſtantia actus,& nu.5.7.& 11.*
2 *Emptionis,emphyteuſis, & precarij ſubſtantialia.*
3 *Subſtantialia unde ſumenda:huiuſq, rei effectus.& nu.6.& 12.*
4 *Lex prima de re iudicata ff.cur in ſummam non redacta.*
8 *Matrimonij finis,& eius bona.nu.9.*
10 *Matrimonij ſubſtantia in quo conſiſtat.*
13 *Actuum quæ ſint naturalia.uerùs,nu.14.15.16.& 17.*
18 *Vſufructui quid adijciatur.*

1 IN iſta ſecunda parte Tractatus pollicitus ſum tradere,& declarare, quæ ſunt de ſubſtantia lib aut naturalibus, aut accidentalibus alicuius diſpoſitionis:quia hoc oportet ſcire pro intelligẽtia dicendorum in tertia parte. Et breuiter dic, † ꝙ ſubſtantialia ſint illa, ſine quibus diſpoſitio eſſe non poteſt,vtpote pretiũ in uenditione.§.pretium. inſtitut.
2 † de emp.& uend.l.pacta conuenta.ff.de ꝺhenda emp.

Item ſubſtãtialia emphyteuſis ſunt, ꝙ emphyteuta ſoluat canonem ſm Barto.in l.2.C.de iure emphyteutico.

Item eſt de ſubſtãtia precarii, ꝙ precarium poſſit reuocari ad nutum,& beneplacitum concedentis.l.cum precario. ff de precario.uel potes dicere, ꝙ iſtud non ſit de ſubſtantia ſm id,quod dixi in Tractatu de proteſtatione,in §.3.uerſic. Sed nunc anteq̃. in fine. & plures intellectus ad illam legem cum precario. dedi ibidem in verſiculo & ſi ex præmiſſis.& dico, ꝙ iſta ſubſtantialia
3 ſumuntur ex definitione.† vnde,quoties reperies aliquã diſpoſitionem peccare in aliquo ex comprehẽſis in definitione, audacter dicas, ꝙ peccat in ſubſtantialibus: hoc probatur in l.5.§.ſtipulatio.coniuncta l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verbo.obligat.& iſtud eſt de mente Doctorum in l.j.ff.de re iudicata.vbi ponitur
4 definitio rei iudicatæ.& ideo † ille textus non ſummatur per doctores:quia dicunt, ꝙ velle breuius ſummare, q̃ contineatur in definitione,eſſet reprehendere Iurecõſultum,quaſi omnia verba ſint de ſubſtantia.Et ideo Barto.in l.omnes populi.ff.de iuſtitia,& iure.dicit, ꝙ ex definitione ſumitur ꝓpria ſignificatio vocabulorum.Et ex hoc feci aliquas pulchras illationes in Tractatu de dote.§.primo.

5 Item dico, ꝙ quæcunque ſolennitas † formalis tradita aliter, q̃ per definitionem eſt de ſubſtantia: quia forma dat eſſe rei, de quo per Barto.in l.ſi quis pro eo.in octaua combinatione. ff. de fideiuſſoribus.quod verum dico,quando eſt originalis ſolennitas:ſecus ſi accidentalis,vel ex conſuetudine introducta. Aut ad cautelam,uel leuis ſolennitas:quia iſtę quatuor ſolennitates nõ ſunt de ſubſtantia,vt plenè dixi in Tractatu de proteſtatione.in §.3.verſiculo ſimiliter dico, ꝙ eſt bene notandum: dico etiam,
6 ꝙ ſubſtantialia † ſumuntur ex alluſione, ſeu ethymologia vocabuli,dummodo non repugnet definitioni,vel alteri cuicunque limitationi factæ à iure per ea,quæ dixi in Tractatu ſtatutorum, in titulo de declaration.expoſit.§.1.in 7.colum.& declara,ut ibi dixi.

Source : BIU Cujas

7 dixi. Dico etiam, ꝙ id, † propter quod principaliter est inuenta dispositio, est de substantia, licèt in verbis definitionis non comprehendatur: probo per c.fi. extrà de conditionib. appositis. ibi, si generationem prolis &c. coniuncto §.j.institut. de patria po-
8 testate. Nam matrimonium fit † ad finem sobolis procreandæ. l.j.ff.soluto matri. & tamen de hoc non fit mentio in definitione, quæ ponitur in d.§.j.& tamen dicitur esse de substantia, vt est
9 casus in d.§.fi. Et ratio est: quia tria debent † esse bona matrimonij, saltem quoad propositū, videlicet, proles, fides, & sacramentū. c. omne itaque. 27.q.2.& licèt de sacramento, quod significat indiuiduitatem matrimonii, d.c.omne. fiat mentio in definitione, ibi. indiuiduam vitæ consuetudinem &c. tamen de fide, & prole nihil in ipsa definitione: sed quia quātum ad propositum,
10 & finem † ista tria debent concurrere. consequenter, dicuntur hæc tria de substantia, vt est casus in d.c.fin.

Item vī, ꝙ vbicunque reuocatio dispositionis relinquitur in
11 mera voluntate existentis in libertate, † ꝙ id sit de substantialibus per l.cum precario.ff.de precario.& per notata in c.fi.de procuratoribus. lib.6. licet id non comprehēdatur sub definitione, vt sentiunt Bart.& Doct. in l. vbi ita donatur. ff.de donatione cā mortis. iungendo definitionem donationis caussa mortis, quæ ponitur per Azonem in summa eiusdem tituli. Sed hoc nō credo verum, vt dixi in Tractatu de protestatione. §.3. versic. item dico, ꝙ vbicunque.

Postremò dico, quòd substātialia dispositionis, seu cōtractus
12 possunt sumi ab † effectibus originalibus. Nam licèt aliqua videantur esse eadem, tamen ex diuersitate effectuum, seu iuris inde resultantis, consequuntur diuersæ species in substantia, quod declara, vt dixi in Tractatu de protestatione, in §.3. versicu. dico etiam, ꝙ substantialia.

Videamus nunc, quæ sint accidentalia, seu naturalia dispositionis.& Cyn. in l.2. C.de iure emphyteutico. dicit, ꝙ omne ius datum dispositioni, non tamen formaliter: quia tunc esset de
13 substantialibus, dicit † esse de natura contractus.

Sed, domini, ista sua doctrina confunditur ex his, quæ suprà dixi circa substantialia dispositionis: quia vidisti multa esse substantialia, licèt non excerpantur ex formali solennitate. vnde dico, ꝙ illa dicuntur esse de natura dispositionis, quæ reperiuntur
14 data,& † ꝯcessa dispositioni extrà ea quæ suprà dixi esse de substantialibus. Exemplum in iure, quod habet dominus ad expellendum emphyteutam propter canonem nō solutum. Et istud exemplum dant Cyn.& Bart. in d.l.2.

15 Item in iure illo, ꝙ vendens † teneatur de euictione, hoc exēplum dat gl. in l.pacta conuenta. ff.de ꝓhenda emp.

16 † Item in iure illo, ꝙ venditor teneatur de morbo, seu vitio animalis venditi. Hoc exemplum dat Barto. in l. vbi ita donatur. ff.de donatione caussa mortis.

17 † Quædam verò sunt de natura rei in conuentionem deductæ, vt ꝙ ille, qui habet vsumfructum, habeat & vsum. l.per seruum. §.j.ff.de vsu, & habitu.& hoc exemplum dat Cyn. in d.l.2. & Barto. in d.l. vbi ita donatur.

Quædam autem sunt de accidentalibus ipsius rei in cōuentionem deductæ, vt ꝙ vsufructuarius habeat aditum, seu viam ad vsum consequendum. l.j.§.j.ff. si vsusfructus petatur: vt hī per Cyn. in d.l.2.& per Bart. in d.l. vbi ita donatur.& ita tene menti: quia oportet scire propter ea, quæ dicam in tertia parte.

ARGVMENTVM.

Huius periodi scopus eò pertinet, vt de ratione deprehēdēdi iura fauorem, odiumq; spectantia, ac de huius rei vtilitate edisserat.

SVMMARIVM.

1 *Fauorem ex verbis deprehendi.*
2 *Exorbitantia odiosa.*
Idem in correctorijs iuris est. nu.3.
4 *Pœnalibus odium contineri. restringe. nu.5.*
6 *Pœnalia quando partim odiosa, partimq; fauorabilia sint. Declarat nu.8.*
7 *Fauorabilia simul & odiosa quatenus extendenda. & nu.11.12. & 13.*
9 *Dispositione odium, fauoremq; continente, quod obseruandum: qualisq; censenda. nusne.10.*
14 *Odiosa consecutiuè, licet principaliter fauor insit, qui accipienda.*
15 *Tutelam filiorum ad nepotes non extendi.*
16 *Extendi, & restringi quando lex eadem possit.*

1 VIDEAMVS nunc iuxta pollicita, quando dicatur dispositio odiosa, vel fauorabilis: sup quo hìc aduertite: quia ex doctrina, quā hic tradam, & quā alibi non reperietis, † habebitis decisionem plurium casuum occurrentium. Et dico sic, quòd aut constat dispositionem esse fauorabilem, vel odiosam: quia hoc exprimitur in dispositione: & tunc standum est certo: quia in incertis non certis &c.

2 † Si verò hoc non constat ex ipsa dispositione: tunc aut est exorbitans: dico, ꝙ censetur odiosa etiam si sit facta fauore alicuius. l.si verò. §.de viro. cum ibi notatis. ff.soluto mat. c.j. & 2.de
3 filiis presbyterorum. libro 6. Idem dico fortiùs † si esset materia correctiua per dicta iura. & facit c. cùm expediat. de electione. lib.6.& c.statutum. coniuncto c. licet canon. in eo. titu.& c. cùm in cunctis. eod. titu. in antiquis. Limita tamen hoc, & declara secundùm quod dixi in Tractatu de iuris interpretatione. in §. 5. & §.6.& sic odium exorbitantiæ, vel correctionis vincit fauorē caussæ finalis, quantum ad nomen odij, uel fauoris. Si verò materia non est exorbitans, vel correctiua: tunc aut est pœnalis, aut non.

4 † Primo casu dico, ꝙ si ratio legis pœnalis dirigitur in persōnam eius, cuius odio est promulgata, iudicabitur odiosa, licèt aliunde contineat fauorem alterius, sicut videmus in Macedoniano, cuius uerba referuntur ad mutuantes filijsfamilias. l.j.ff. ad Macedonianum.& ideo dicitur odiosa: licèt in consequentiam tendat ad fauorem filiorum, quibus dat exceptionem Ma-
5 cedoniani. Si verò † ratio dirigitur in personam eorum, quorū fauore fit: tunc dicitur fauorabilis, licèt pœnalis. hæc probantur in l.qui exceptionem. in princ. cum ibi notatis. per Barto.& Doctores. ff.de condictione indebiti. & faciunt etiam notata p Bar. in l.si quis pro eod. ff. de fideiussoribus. Si verò verba non magis
6 † diriguntur ad vnum, q̄ ad alium: tunc si dispositio est tam in p̄sona agentis, q̄ patientis respectiua, dico esse standum determinationi illius glossæ valde notabilis in l.venia. C.de in ius vocando. quia ex capite odij censebitur odiosa, & restringenda: ex capite verò fauoris erit fauorabilis, & amplianda: & hoc probo præclaro exemplo.

Ecce, dispositio vetans parentes, & patronos vocari in ius sine venia † est respectiua tam ad honorem patronorum, & parētum. q̄ etiam ad odium libertorum contra facientium. Idcirco, ex capite patroni quo constitutio est fauorabilis extenditur: vt etiam si conueniatur non proprio nomine, sed tanquam tutor, vel defensor, debeatur sibi honor. l.sed si hac. §. semper. ff. de in ius vocando. Sed ex capite liberti, quæ est pœnalis non extendam ad libertum agentem nomine alterius sine venia, casus est in l.quæsitum. ff.de in ius vocando.& hanc rationē assignat glo. in d.l.venia. quod perpetuò tene menti.

Si verò occurrat casus aliquis çquè principaliter respiciens vtrunque casum, tunc dico, ꝙ non iudicabitur materia odiosa,
8 vel fauorabilis, † sed tanquam neutralis. Et ideo eligetur quedā media via, vt videmus in interemptione præscriptionis mixtæ ex fauore,& odio, in qua non requiritur sententia, sicut in præscriptione fauorabili. l.si post acceptum. ff. de rei vendicatione. nec etiam sufficit sola citatio, prout in odiosa præscriptione. l.fi. cum ibi notatis. C.de annali exceptione. Sed eligitur quædā media via: quia requiritur litis contestatio l.more. C.de rei vend.& volunt Cynus,& Doctores in l.sicut. C.de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum. Et sic de tali materia iudicamus, sicut de neutrali. l.talis scriptura.& ibi Bart. ff.de leg.j. Si verò lex non declarat se, an odio, vel fauore, vel mixtim disponat: tunc dico, ꝙ si dispositio contineat publicam vtilitatem: licèt sit pœ-
9 nalis, censetur fauorabilis. Idem si continet fauorem † Ecclesię, argumento l.fin. C.de sacrosanct. Eccles. Et de hoc habes glossam in c.sciant cuncti. de electione. lib.6.& est de mente glossæ.& ibi vide Bart. in l.quemadmodum. C.de agricolis, & censitis. lib.11. Si verò priuatam vtilitatem continet, tunc adhuc in dubio iudicabo dispositionem potius fauorabilē, q̄ odiosam, vt in dubio præsumamus Legislatorem potiùs voluisse fauere, q̄ nocere. Et pro hoc membro adduco notata per Barto.& Doct. in l.2. C.qđ metus caussa. ubi dicunt actionem, quod metus caussa, esse fauorabilem potiùs, q̄ odiosam: licèt contineat odium ex parte metum inferentis. Glossa tamen ibi tenet contrarium, & in d.l.qui exceptionem.

Si verò materia, quæ videtur participare de fauore, & odio,
10 non est pœnalis, † tunc inspicerem primò quid veniat principaliter, & quid in consequentiam: vt si principaliter sit inducta in odium alicuius censeatur odiosa: licèt in consequentiam contineat fauorem alterius,& è ꝺrio, si principaliter contineat fauorem alicuius, sit censenda fauorabilis, licèt in consequentiā concernat odium alterius: quia inspicimus, quod principaliter fit: non quòd in consequentiam. l.si quis nec causam. ff.si cert. per.
11 & istam doctrinam probo hoc modo. Nam præscriptio † longissimi temporis est inducta principaliter propter odium negligētis petere rem suam, casus est in l.fin. in fi. C. de annali exceptione. in l.si quis emptionis titulo C.de præscriptione 30. uel 40. annorum.& est glo. in l.fi. prope finem. C. de edicto diui Hadriani tollendo.& ibi probatur. vnde licèt aliunde tendat ad fauorem publicum. l.j.ff.de vsucapionibus.& hoc ne dominia rerum sint sub incerto. institut. de vsucapionibus. circa principium.& ne lites sint immortales. l.fin. ff.pro suo. tamē iudicatur odiosa: & vt de materia odiosa iudiçatur. l.sicut.& ibi Cyn.& Doct. C.de prę-
12 scriptione 30. vel 40. annorum.

† Similiter è ꝺrio: quia vsucapio triennalis principaliter fauore possidentis est inducta, iudicatur fauorabilis, licèt in ꝯsequentiam contineat odium alterius patientis præscriptionem, vt notatur in d.l.sicut.& in l.si post acceptum. ff. de rei uendicatione.

Et si

Source : BIU Cujas

Et si vis habere doctrinam cognoscendi, quid veniat principaliter,& quid in consequentiam, distingue,ad quem ratio legis dirigat verba,ſm quod dixi in præcedentibus:dico tamen, ꝙ licèt principaliter dispositio sit fauorabilis,si tamen in consequentiã
13 cõtineat odium,† seu onus,& casus occurrens sit talis, quòd ex capite fauoris non sit grauis prę iudicij,& ex capite odij sit grauis præiudicij, fiet restrictiua interpretatio tanquam de materia odiosa.& habes exemplum optimum in §. fin. institut. qui dari tutores possunt.Ecce in materia fauorabili appellatione filiorum continentur nepotes iuxta notata per Bart. in l.liberorum.ff.de
34 verb.signific.Et tamen si testator† dederit tutorem filiis suis,nõ intelligitur dedisse nepotibus.d.§.fin.Ratio:quia datio tutelę est mixta odio,& fauore:quia quoad minores,ꝙ habeant tutores, est fauorabilis,& ad hoc principaliter inducta:sed respectu ipsorũ tutorum continet odium,& onus:quia cogũtur esse tutores.
15 Cæterùm, quia licèt nepotibus non intelligatur datus † non est ℈ ius præiudicii,quia supereſt remedium legis dantis tutorẽ legitimum,vel etiam Iudicis dantis datiuum : & ex parte tutorũ est graue onus.Ideo cùm præiudicialitas præpõderet fauori. Nimirum,si materia restringitur potiùs, q̃ amplietur, licèt principaliter ad fauorẽ tendat.& istam rationem reperio dedisse Bart. in d.l.liberorum.contra quam tñ facit fortiter, quod dixi in l.si ex toto.§.i.ff.de legat.j.Si verò lex est mixtim respectiua ad fauorem,& odium,tunc ex capite fauoris ampliabitur tãquam fauorabilis,& ex capite odii restringetur tanquam odiosa, per notata in l.venia.C.de in ius vocando.& per ea,quæ suprà dixi: qa est eadem ratio,quæ in materia pœnali.Si verò casus occurrens re-
16 spicit † vtrunque caput:tunc non iudicabo, vt de materia fauorabili,nec vt de odiosa:sed eligetur quædam media via, vt suprà dixi in præscriptione mixta, & sic iudicabitur tanquam de materia neutrali.l.talis scriptura.cum ibi notatis per Bart.ff.de leg.j. Et adde,quæ infrà dicam in tertia parte circa renunciationes ad præscriptiones mixtas,quæ nec in totum reijciuntur, nec in totum valẽt ipso iure,sed media via eligitur : quia succurritur ope exceptionis:& ista nũquam exeant memoriam: quia intellectũ præbent ad infinitas leges.

ARGVMENTVM.

Publicæ vtilitatis spectandæ via duplex, in quibusq; caussis alterutri sit locus.

SVMMARIVM.

1 *Lex quando fauorem publicum spectet primariè,& secundariò.nu.4.*
2 *Statuti verba cur spectanda.*
3 *Lex Municipalis quando publici fauoris sit.*

1 NVNC videamus quãdo dispositio censeat̃ principaliter introducta fauore publico, & qñ secundariò.& breuiter dico,ꝙ vbi lex exprimit fauorẽ publicum,†intelligitur principaliter inducta ad publicam vtilitatem. Exemplum habes in cap.si diligenti.in fine,extrà de foro competẽti. Idem dico si non exprimatur: dummodo ratio expressa in lege tẽdat ad publicam vtilitatem, & habes de hoc bonum exemplum in l.cætera.cum ibi notatis.ff.de lega.j.& in l.2.cum sua glossa. & in l.quemadmodum.& ibi notatur C.de agricolis, & cẽsitis.lib.11. & adde Bart.in l.si quis pro eo.ff.de fideiussoribus. & per hoc dico diligenter esse † semper inspicienda verba statutorum : quia
2 si ratio statuti respiciat communem vtilitatem,censetur statutũ promulgatum fauore publico principaliter:licèt aliàs cõcernat vtilitatem priuatam,hoc excerpo ex dictis Bart.in d.l.si quis pro eo.qui dicit,ꝙ stante statuto, ꝙ si quis tenetur dare frumentum,
3 † liberetur,dãdo tantam pecuniam pro qualibet corbe. & hoc, vt ciuitas abundet hominibus, qui possint solucre collectas, & prædia laborare, certè censetur tale statutum promulgatum fauore publico principaliter dicit Bartolus vbi suprà, quod nota pro declaratione multorum statutorum.
4 Secundario verò † dicitur dispositio tendere ad fauorem publicum,quando apparet illam dispositionem principaliter concernere priuatam vtilitatem : licèt in consequentiam respiciat bonum publicum. Tolle exemplum in dote, quæ principaliter tendit ad fauorem mulieris, quæ est multùm priuilegiata circa ipsam dotem.ut dixi in Tractatu de dote,in §. 8.& tamen etiam mulieres esse dotatas interest reipublicæ, ad replendam ciuitatẽ liberis hominibus ex matrimonio inde secuto.l.j.ff.sol.matr.potes etiam exemplificare in præscriptione fauorabili, quæ (vt suprà dixi) principaliter est inducta fauore præscribentis: licèt secundario fauore publico.l.j.de vsucapionibus.

ARGVMENTVM.

Summi iuris sedes, vbi quando huic locus sit traditur.

POSTREMO videre oportet de his,quæ sunt introducta ad rigorem iuris seruandum. Super quo non potest bene certa regula dari. Sed reperies multa iura introducta ad iuris rigorem;vt est Clement.gratię.& ibi vide glossam extrà de rescriptis.& c.vt quis duas.eod.tit.lib.6.Et declara,vt dixi in Tractatu de protestatione.§.3.Et potes accipere etiam exempla in l.nemo potest.cum his quæ ibi dixi ff. de legatis primo. Et adde, quæ dixi in dicto Tractatu de protestatione.§.sexto.

DE LEGIS POTENTIA.

Pars tertia.

ARGVMENTVM.

Principum rescriptis quæ iura, quomodo, quatenusq; tollantur,illisque detrahatur: ac de formulis rescriptorum principalium edisserit.

SVMMARIVM.

1 *Diuinæ legi quatenus deroget Princeps quid in iure pontificio. nu.11.*
2 *Naturæ ius quatenus à Principe derogetur.*
3 *Dominia non nisi ex caussa tollit Princeps.& nu.4.& 5.*
6 *Licurgus quo tempore floruit.*
7 *Licurgi de dominiorum distinctione, auro, argentoq; interdicto leges. & numero 8.*
9 *Licurgi de nomophilacia institutum.*
10 *Licurgus cur ossa sua in mare proijcienda mandauerit.*
12 *Iuri Ciuili derogari. & à quibus.*
13 *Lex Municipalis quatenus extendenda.*
14 *Dominium alterius quibus ex caussis tollat Princeps.& nu.15.*
16 *Legibus quando deroget populus.*
17 *Mores quando, an non, legibus detrahant.& nu.18.*
19 *Ius moribus quomodo recipi nequeat.*
20 *Mores non, nisi probante Principe,recipiendi.*
21 *Principum rescriptis iura non tolli.idq; extendi.nu.22.23.& 24.*
25 *Principi quas leges tollere liceat.*
26 *Imperatorem legibus derogare quatenus accipiendum. & nu.27.& 28.Vtilitas.nu.29.30.& 31.*
32 *Derogata lex quatenus in rescripto memoranda. veriùs numero 33. declarat numero 34.*
35 *Gentium iura ob publicam vtilitatem tolli, diuina non item.*
36 *Dominium absque caussa non tollit Princeps.idque veriùs est,& cur.*
37 *Extrauagans ad reprimendum.etiam iurigentiũ subiacere.& quæ iura tollat.*
38 *Dominium rescripto tolli quatenus recipiendũ. Extendit,& declarat nu.40.*
39 *Tuitionem cur non tollat Princeps.*
41 *Ciuilia quomodo à Principe tollantur,variæ fuere sentẽtiæ.& nu.42.& 43.*
44 *Ius ciuile non, nisi ex certis caussis, citra non obstantiam tolli. & numero 45.46.& 47.*
48 *Glossæ legis primæ, de collationibus donationum.lib.10.C.sensus multiplex. verior, nume.49.*
50 *Rescripto non,nisi expressim,statuta tolli quatenus,& cur verum sit.nu.51. 52.53.54.55.& 56.*
57 *Ius commune statuto facilius tolli,& differentiæ ratio.*
58 *Rescriptum quando ad mores futuros,statutavè protrahatur.& nu.59.*
60 *Motus proprius exprimendus.*
61 *Motus proprij effectus.*
62 *Motus proprij,expresso postulatu.vires perimi.veriùs est,& num.63. id tamen restringe.66.*
64 *Motu proprio certam scientiam non effici.*
65 *Iussio secunda proprio motui par.*
67 *Princeps an, & quando ex certa scientia rescribat. & numero 68. veriùs nume.69.& 70.*
71 *Certa scientia quì probanda.*
72 *Certæ scientiæ effectus,& nu.73.74.75.77.79.88.& 89.*
76 *Certæ scientiæ, & formulæ non obstante,pars virtus.*
78 *Certæ scientiæ formula quando rescriptis interijcienda.*
80 *Iurigentium quatenus rescripto derogetur.*
81 *Iuri ciuili quatenus, quovè modo deroget rescriptum. & nume. 82.83.84. 85.86.& 87.*

1 DOLLICITVS sum hìc tradere, an Princeps, populi, vel alij quicunque possint legibus derogare in suis dispositionibus.
Primò videamus de principe, an possit derogare legi Diuinæ? & dico breuiter, † ꝙ non: vt tollat, vel abroget, sed distinguere potest ipsam legem Diuinam,vt dicit glo.per Doctores approbata in l. fi.C.si contra ius,vel vtilitatem publicam.quod verum ſm Salicetum ibi.nisi distinctio euidenter foueret peccatum. Ego dico, ꝙ ista materia altiorem exigit indaginem.Vnde dic,vt dixi in Tractatu statutorum in titulo de statut.nullitate.§.postremò.
Sed an iuri naturali possit Princeps derogare? glossa in dicta
2 † l.fin.tenet,ꝙ non,quod verum ſm Doctores,ibi maximè Salicetum in sui totalitate, sed in parte potest ei derogare Princeps: & idem tenet Bart.in l.omnes populi.ff.de iustitia.& iure.& Bal. in §.ius autem.institut.de iure naturali.Tu verò semper recurre circa hunc locum ad id,quod dixi in Tractatu statutorum,in titulo

Source : BIU Cujas

tulo de ſtatuto fęmin.excluſ.§.j.& an Princeps poſſit tollere, id qđ eſt introductum de iure ciuili ex naturali tantùm rõne conſtituto,dixi plenè in titulo de ſtatutorum nullitate.§. cõgruum.

3 An autem Princeps poſſit derogare † iurigentium,putà, tollendo dominium alicuius rei tibi, & dãdo alteri:quod quidem dominium eſt de iure gentiũ.l.ex hoc iure ff.de iuſtitia,& iure. d.ſtingue ſic:quia, aut vult tollere iuriſdictionem exercendo, & poteſt l.fina.C.de iure dominij impetrando. Aut ius commune concedendo,& adhuc idem, toto titulo, de bonis damnatorũ. Sed attende: quia in præmiſſis caſibus illud fit cum cauſa. Sed an ſine cauſa poſſet iuriſdictionem exercendo, vel legem con-

4 dendo hoc facere, † videtur velle Bartolus in l.fina. C.ſi contra ius.ꝙ nõ,licèt Iacobus Butrigarius aliter ſenſerit: & mouẽt Bartolus,ꝙ non poſſit tollere dominium ſine cauſa iuriſdictionem exercẽdo:quia illam iuriſdictionem habet ſupremus Princeps, à Deo,vt in Authen. quomodo oporteat Epiſcopos. in principio Sed Deus non dedit ei iuriſdictionem peccandi,nec auferẽ-

5 di indebitè alienum.Similiter, † ꝙ non poſſit facere ſine cauſa, legem condendo,probat Barto. quia talis lex contineret inhoneſtum,vel iniuſtum,quod eſſet ⁊ ſubſtantiam legis.l.2. de legibus. Et adde omnino ꝓ eius corroboratione, quod dixi in Tractatu de iuris interpretatione.§.j.vbi declaraui,quos comites de-

6 beat lex habere. Et ideo dico per præmiſſa,† legem Licurgi Philoſophi Lacedemonij (qui claruit tempore Eliſęi Prophetę) nõ

7 valuiſſe. Statuit enim Licurgus ipſe lege publica omnes † fundos ęqualiter inter omnes diuidi, vt vnus altero non eſſet potẽtior:& ſic auferebat dominium vnius,vt daret alteri, quod non poterat fieri ſine cauſa,etiam legem cõdendo,vt dixi. Et iſte Li-

8 curgus etiam auri, † & argenti vſum interdixit, & emi ſingula non pecunia,ſed compenſatione mercium iuſſit. Alias complures leges edidit,quas omitto,ne impediã proceſſum: &, vt ętern-

9 itatem ſuis legibus daret,ciues iureiurando † ſtrinxit, nihil de eius legibus immutaturos,prius quàm reuerteretur,ſimulans ſe ad oraculum Delphicum proficiſci,conſulturum quid addẽdũ,

10 vel immutandũ legibus videretur, profectus † autem Cretã ibi voluntarium exilium perpetuò egit. Moriensque iuſſit oſſa ſua in mare proijci,ne fortè Lacedemonium referrẽtur, & ſic ſe putarent Lacedemonii à iureiurando abſolutos.

11 Sed,an legem condendo poterit Princeps † derogare iuri Canonico,ſemper recurre ad ea,quæ dixi in Tractatu ſtatutorum, in titulo de ſtatutorum nullitate.§. videndum. Iuri autem ciuili

12 abſq; dubio poteſt derogare:quia † eſt ſupra ius, vt hĩ in l.digna vox.C.de legib.Et ideo videmus quotidie fieri nouas leges correctiuas veterum & hoc verum, ſi ſit ſupremus Princeps, id eſt, ſuperior,qui nullum recognoſcat ſuperiorem, argumẽto c.per venerabilem.qui filii ſint legitimi.in volumine Gregoriano: qa ſi ſit inferior,vt Reges,Duces, & alii inferiores non poſſunt derogare ipſo iure legi cõi per ſua ſtatuta. Quod probo:quia cẽſet ius Prætorium eorũ ſtatuta,vt dicit notabiliter Bart. in l.j.in fine ſuorũ Commentariorũ.ff.de bono. poſſeſ. & Bal.in Rubr.C.qui admitti.Modo ius Prætorium nõ poteſt ipſo iure remouere ius ciuile.§ quos autem.inſtitut.de bono.poſſeſſ.ergo &c.

13 Seruabuntur tĩ talia ſtatuta † in effectu in ſuo territorio tanquam ius prætorium.Non tĩ poſſunt iſti inferiores ſtatuere circa ea, quæ ſunt reſeruata ſupremo Principi:de quo dic,vt dixi in titulo de ſtatutorum nullitate.§.videamus.& in titulo,qui ſtatuta facere poſſunt. §. tertio loco.& in l.ex duobus.§ fina.ff.de vulgari,& pupillari. Et adde pro declaratione præmiſſorum, quæ dicam ſtatim in verſiculo,Plus dico.

14 Sed quæro,an Princeps poſſit auferre dñium tertij† ⁊hendo: & ſic derogare iuri gentiũ? & reperio,ꝙ ſic in duobus caſibus.

Primus eſt,ratione iuris,quod habet in parte rei:quia eſt communis fiſco cum alio.Ideo ſi fiſcus alienet,tenet venditio,& tollit dominium tertio habenti ſecum communionem, qui tamẽ participabit de pretio pro rata,caſus eſt in l.j.C.de vendendis rebus fiſcalibus cum priua.communibus.libro 10.

15 Secundo: poteſt tollere contrahendo, quando poſſeſſio erat apud fiſcum, quo caſu vendendo transfert dominium tertii in emptorem: ſed ipſe tertius habet regreſſum contra fiſcum. l.2. & tertia.C.de quadrien.præſcriptione.An autem reſcribẽdo poſſit tollere ius tertij, dicam ſtatim.

16 Sed quęro,an populi ſtatuendo poſſint † legibus derogare?& breuiter dico, ꝙ non : niſi habeant iuriſdictionem conceſſam à Principe vel præſcriptam.Vide Bar.in l.oẽs populi.ff.de iuſtitia, & iure.& Bal.in §.ius autem.inſtitut.de iure naturali. vel niſi eorum ſtatutum confirmetur à Principe,vel auctoritate eorum faciant.quod declara,vt dixi in Tractatu ſtatutorum,in titulo qui ſtatuta facere poſſunt.§.viſo.

Sed an populi,& vniuerſitates poſſint per conſuetudines ſuas

17 legibus derogare?† Super hoc dicerẽ,ꝙ legi Diuinæ, vel naturali nõ poſſint derogare:qa diceretur potiùs corruptela, q̃ conſuetudo.c.fin.extrà de conſuet.Idẽ dico in quacunq; cõſuetudine, quæ à iure reperitur reprobata,vt in caſu.c.1.& 2.de conſuetudine.lib.6.& rõ de ſe patet. Idẽ dico in quacunque conſuetudine contraria iuri poſitiuo, niſi ſit rationabilis, & legitimè p̃ſcripta. d.c.fina.quod proſequere, vt ibi per gloſſam, & Doctores.

Vnum tĩ nõ omitto,ꝙ in caſibus,in quibus ſtatuta populi nõ

18 poſſunt legib. † derogare,ſimiliter nec ꝯſuetudines:qa ſtatuta, & conſuetudines ꝓcedunt à pari probatur in l.de qb.ff.de legib.

Item, quia ſi per expreſſum cõſenſum ſtatuendo nõ poſſunt derogare.multò minus ꝑ tacitum inductiuum cõſuetudinis.Ex quo infero,ꝙ ſicut populus non habens iuriſdictionẽ, non põt

19 ſine ſuperioris auctoritate ſtatuere.Ita nec conſuetudinem † inducere.& hoc ſentit Bartolus in d.l omnes populi.dum dicit,ꝙ in l.fina.C.de teſtamentis.valuit illa conſuetudo: quia Princeps, vel populus,cui illi ruſtici erant ſubiecti,ad ꝓbauerunt.& expreſſius hoc voluit Innoc.in Rubro.extrà de conſuetudine. dicens,

20 † quòd ad hoc,vt valeat conſuetudo, exigitur, ꝙ ſit introducta de conſcientia eius,qui ſuper eo, vbi inducitur, habeat ordinariam iuriſdictionem,& poteſtatem legis condendæ. & declara, vt dixi in titulo qui ſtatuta facere poſſunt.§.viſo. & iſta nota ꝓ illos caſus,quos explicui in titulo de ſtatutorum nullitate.§.j. & per totum titulum,in quibus dixi non valere ſtatuta: quia nec in illis valebit conſuetudo.

Videamus nunc, an Principes in ſuis reſcriptis poſſint legib.

21 † derogare? & bĩ dico,ꝙ inferiores à Papa, vel Imperatore non poſſunt reſcribendo iuri cõi derogare: quia inferior legem ſuperioris tollere non poteſt,de quo latiùs hĩ in c. fi.de hæreticis. lib.6.quæ per hoc dicit notabiliter,ꝙ ẽt legatus de latere nõ põt in ſuo reſcripto apponere clauſulam, ꝙ procedatur ſummariè, ſimpliciter,de plano,ſine ſtrepitu,& figura iudicij. Idem firmat Speculator in Speculo in titulo de Legato.§.ſupereſt.verſic.ſed

22 nunquid † Legatus.Nec dicas illud ſpeciale in reſeruatis ſupremo Principi:quia dico,quòd rationes gloſſæ præcedentis,& Speculator ſunt fundatæ ſuper illa ratione generali:qa inferior non poteſt tollere legem ſuperioris,quaſi ſimiles Principes non poſſint tollere ſolennitates iuris cõis,quod eſt bene notandum.

23 Plus dico,† ꝙ nec poſſunt ſtatuendo aliquid ⁊ ius cõe diſponere.Ita vult Imola in l.ex duobus.§.fin.& ibi dixi. ff.de vulgari,& pupillari.licèt ibi Bald.aliter ſentiat:& pro Imola adduco,quod voluit Ioan.Andr.in additionib.ad Spec.in Rubrica de electione.vbi vĩ concludere,ꝙ conſtitutio legati,vel Epi,adijciens formam electioni taliter,vt ea non ſeruata ſit nulla, vbi de iure cõmuni aliàs eſſet valida, non valebit.& ſic de ſingulis.

Addo Baldum in l.omnes populi.ff.de iuſtitia,& iure ubi di-

24 cit,ꝙ Epiſcopi per ſua ſtatuta † non poſſunt derogare iuri communi:ſed tantùm poſſunt ſtatuere ſuper omiſſis à iure cõi, vel roborando ius commune,fortè per adiectionem pœnę.c.vt animarum periculis.§.ſtatuto.de conſtitutionibus. lib. 6. niſi fortè faceret ex euidenti,vel neceſſaria cauſa,alleg.Bart. in l.acta. § de amplianda.ff.de re iudicata. quod nota pro declaratione eorũ, quæ dixi ſuprà eodem §. verſiculo iuri autem ciuili: vel cogitabam dicere,ꝙ inferiores Principes ita ſe habeant ad legem Imperatoris ſicut ipſe Imperator ad legem Diuinam,vel naturalẽ, quas poteſt diſtinguere ſed non in totum tollere, vt dixi in principio huius §.& recurre ad remiſſiones ibi datas.

25 Sed † tales Principes bene poſſunt legibus Municipalibus ab cis promulgatis derogare. Super quo tamen diſtingue,vt ſtatim dicam in ſupremo Principe,quantum ad ius commune.

Quæro igitur, an ſupremus Princeps poſſit reſcribendo iuri

26 communi derogare?†& certum eſt,ꝙ ſic:dummodò conſtet de eius voluntate.l.j.ff.de conſtitutionibus Principum,quod intellige, vt infrà dicam. Diſtinguo igitur in hac materia ſic: quia aut reſcribit aliquid contra ius commune,quod habet clauſulã derogatoriam:quia fortè ius cõe prohibet expreſsè ſupplicare, vt facit l.ſi quis aduerſus. C. de precibus Imperatori offerendis. vel prohibet impetrato uti reſcripto,vt facit l. iubemus nullam. C.de ſacroſanctis Eccleſijs.l.cauſas,vel lites. C.de tranſactionib. & authentic.oẽs peregrini.C.cõia de ſucceſſionibus.& c.nõnulli.extrà de reſcriptis.& aliæ infinitę leges.Nam in d.c.nonnulli. dicitur,quòd non valet reſcriptum contra illam conſtitutionẽ: niſi de ea ſpecialem mentionem faciat. Et his caſibus non valet

27 reſcriptum, † niſi ſpecialem mentionem faciat de his iuribus, ꝑ notata in l.ſi quis in principio teſtamenti ff.de legat. 3. & ita loquitur c.ex parte.de capellis monachorum.& ita determinat Salicetus in l.fin.C.ſi contra ius,vel vtilitatem publicam. Quod li-

28 mita,niſi reſcriptum gñaliter concederetur † vni prouinciæ,vel ciuitati:quia tunc valet,licèt non tollatur lex illa reſiſtẽs:ita Salicetus in d.l.fina. & eſt glo.ſingularis in l.exemplo. C.de Decurionibus.lib.10.Præmiſſa ergo debent intelligi, quãdo reſcripta concedũtur particularibus perſonis, quo caſu dico etiam, quòd nec tunc ſufficeret clauſula ex certa ſcientia:ſed requiritur ſpecificatio,de qua ſuprà,ut ſentit Ioan.Andr.in c.vnico.de exceſſib. Prælatorum.lib. ſexto. declarando prout declarat eum Panormitanus in d.c.nonnulli.de reſcriptis. & ſequitur ipſe Panor.dicens idem ſentire ibi Butr.Quod tamen declara, vt infrà dicam.

29 Ex quo infero, ꝙ cùm per decreta † illuſtriſſimi domini noſtri prohibeatur ſupplicari à ſententia lata,vt in audientijs, certè nõ valent commiſſiones, quas quotidie facit committendo reuiſionem, niſi ſpecificè derogetur illi decreto.

Source : BIU Cujas

30 Infero etiam, ꝙ cùm ſoleat † committere reuiſionem conditionaliter, ſi reuidenda venit: quia illa conditio ſe refert ad præſens tempus, videtur ſtatim deficere. l. cùm ad præſens. ff. ſi certum petatur. cùm de iure communi, vt dixi, non poſſit reuideri: nec illa conditio referenda eſt ad merita, præſertim deficiẽte clauſula præmiſſa.

31 Infero tertiò, † ꝙ cùm decretum Dominicale videatur concordare cum iure communi, per dictam l. ſi quis aduersùs. non ſufficeret dicere, non obſtante l. ſi quis aduersùs. niſi in reſcripto fiat mentio de decreto; quia vbi ſtatuta concordant cum iure communi, oportet etiam de eis fieri mentionem in reſcripto. & idem in conſuetudine.

32 Sed quæro, an debeat in reſcripto fieri ſpecifica † mentio de tali iure derogãte reſcriptis, putà, dicendo nõ obſtante l. ſi quis aduerſus. an verò ſufficiat, ſi aliter demõſtretur per æquipollẽs.

Solutio, dico, ꝙ non ſufficit ſub generalitate verborum facere mentionem, putà, dicendo, Non obſtante aliqua lege in contrarium faciente. Sed oportet magis ſpecificè dici, quando leges habent clauſulam derogatoriam reſcriptorum, putà, dicendo,

33 non obſtante l. † edita per talem Papam, vel Imperatorem, vel Iureconſultum ſuper hoc in contrariũ, quod probo: quia c. nõnulli. de reſcriptis. dicit, non valere reſcriptum contra illam cõſtitutionem: niſi de ea ſpecialem faciat mentionem: & tamẽ dicit ibi Io. And. ꝙ ſufficit dicere non obſtante conſtitutione de duabus dietis ædita in cõcilio generali: & ita ſeruari dicit de cõſuetudine. & ratio ſm Panormitanum ibi: quia tunc dicitur fieri ſpecialis mentio: quia nõ refert quid ex ęquipollentibus fiat. c. licèt ex quadam. extra de teſtibus. l. quoties. §. ſi quis nomẽ. ff. de

34 hæredibus inſtituendis. Si verò emanat † reſcriptum in caſibus, in quibus ſpecialis prohibitio non eſt facta, ſed ſolùm generalis per l. fin. C. ſi contra ius. tunc ſi reſcriptum eſt contra ius, quod eſt notorium, & contra reſcriptum, quod Princeps ſolitus eſt reſcribere: tunc etiam ſi nulla fiat mentio de iure, valebit reſcriptum. Verbi gratia. Notorium eſt à grauaminibus poſſe appellari, & Princeps ſolent in reſcriptis apponere clauſulam, appellatione remota. & tale reſcriptum valet: licèt non dicatur, obſtante lege aliqua in contrarium faciente: vt eſt caſus in c. j. de reſcr. & ibi Panor. in 4. colum. Si verò non eſt tale

35 † ius, nec talis ſtilus: tunc ſi reſcriptum eſt cõtra ius Diuinũ, dic, vt dixi in principio huius paragraphi. & recurre ad remiſſionẽ ibi datam. & eodem modo, ſi eſt cõtra ius naturale. dic, & recurre, vt ibi dixi. Si verò eſt contra ius gentium, vt quia Princeps reſcribendo vult tollere Diuinum certum, & tunc poteſt hoc face 46

re, inſiſtendo propter fauorem publicum. l. item ſi verberatum. verſi. item ſi fortè. ff. de rei vendi. Sed ſine cauſa non poteſt: per rationes, quas dixi ſupra, eo. §. in princ. in 1. col. Sed, quid ſi eſt in reſcripto clauſula derogatoria ad iura in contrarium? tunc Sali. cetus in l. fi. C. ſi contra ius. videtur velle, ꝙ etiam ſine cauſa poſ-

36 ſit † auferri Diuinum, vt patet ibi in lectura ſua. ibi niſi. vt infra dicam, legem ſuſtulerit. & ibi. ſi legem obſtantem non tollit: quod non credo verum.

Primò, per rationes, quas dixi ſupra eod. §. in 1. col. quæ militant, ſiue ſit clauſula illa, ſiue non.

Item, quia tale reſcriptum contradiceret charitati, & legi Diuinæ. Et hoc ſentit gl. in d. l. fi. quæ, dum tractat de iure naturali, vel gentium, nihil dicit de hac clauſula: ſed ſolùm modò in illo eſſe membro, quando reſcriptum eſt contra ius ciuile. & idem facit Bartolus.

Item, pro hoc adduco notata per Bart. in l. filius familiàs. ff. de

37 donationibus. vbi dicit, † ꝙ cùm defenſio ſit de iure gentium. l. vt vim. ff. de iuſtitia, & iure. non poteſt tolli per qualecunq; reſcriptum dans amplam facultatem. Ideo, dicit ipſe idem Barto. in conſtitutione ad reprimendam. in verſi. videbitur expedire, ꝙ quantuncunq; committatur aliquid liberæ voluntati alicuius: nunquam tamen eximitur à reg. iur. gentiũ, ſeu à naturali æquite, quæ eſt idem ſecundùm eum. Ideo, non poteſt facere iniuſtitiam: quia iſtud eſſet contra naturalem æquitatem, ſed tantùm poteſt omittere ſolennitates iuris Ciuilis.

Et poſtremò ſubiicit hęc procedere, per quęcunq; verba cõ-

38 cipiatur † diſpoſitio: & ſic etiamſi concipiatur cũ dicta clauſula, vel æquipollenti: & ex caſu loquitur: quia alias non remouerentur etiam ſolennitates iuris Ciuilis, vt ſtatim dicam. & hoc etiã videtur velle gl. in l. quoties. C. de precib. Imperatori offerendis. & breuiter dico eſſe caſum in Clem. Paſtoralis. verſic. cæterùm. de re iud. vbi Papa expreſsè determinat, Imperatorem nõ poſſe

39 † tollere defenſionẽ ea ratione: quia iuris naturalis exiſtit, ſubaudi, ideſt, iuriſgentium. d. l. vt vim. quod dicitur naturale. §. ſingulorum. inſtitut. de rerum diuiſione. Et ſic cõcludo, ꝙ licèt ſupremus Princeps cum cauſa poſſit in aliquo diſtinguendo recedere à iure Diuino, vel naturali, vel à iuregentium: tamen ſine

40 cauſa minimè poteſt: & ſic ſine cauſa † non poteſt tollere Diuinum, nec etiam iuriſdictionem alteri acquiſitam per conceſſionem, vel infeudationem, aut alio tit. irreuocabili: quia bonũ eſt argumẽtum de dominio ad iuriſdictionem. l. qui furere. ff. de ſtatu hominum. ſecus in iuriſdictione cõceſſa Magiſtratui: quia illam tollit ad beneplacitum, l. j. §. j. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. ita Bal. in l. j. ff. de conſtitutionibus Principum.

41 Nunc quero, an poſſit reſcribendo tollere † ea, quę ſunt iuris ciuilis. putà, actiones, & huiuſmodi ſimilia, ſuper quo reperio varios varia dixiſſe. Nam gl. in l. quoties. C. de precibus Imperatori offerendis. dicit, ꝙ ex certa ſcientia poteſt tollere Imperator ius ciuile, & idem voluerunt Iaco. de Rauenna, & Petrus in d. l. fi. & ibi Salic. poſt Dominum ſuum. gl. verò in l. fi. videtur requirere, ꝙ faciat ſpecialem mentionem de lege obuiante. & idem tenet gl. in authen. ex complexu nephario. C. de incœſtis nuptiis. & gl. in auth. licet. C. de naturalibus liberis.

42 Tertij dicunt † ſufficere, ꝙ generaliter dicatur, non obſtante aliqua lege &c. & iſtam opinionem firmauit gl. in l. j. C. de naturalibus liberis. ac Pet. & Cynus in d. l. fi. Bart. verò † in d. l. fi. con-

43 cordat opiniones, dicens, ꝙ non ſufficit dicere generaliter non obſtante aliqua lege: ſed debet dici, non obſtante lege aliqua in contrarium faciente. Iſtud enim ſecundùm eum eſt ſatis ſpecialiter loqui. Reperio etiam circa hoc Canoniſtas variaſſe. Ego verò circa hanc materiam facio quatuor membra: quia aut Princeps reſcribit contra ius Ciuile, ſine aliqua clauſula, aut cum clauſula non obſtãte, aut cum clauſula motu proprio, aut cum clauſula ex certa ſcientia.

Primo caſu, quando reſcribit ſine clauſula. regula eſt, ꝙ non valet reſcriptum contra ius ſecundùm communem ſentẽtiam

44 omnium in d. l. fi. quod limito, † niſi reſcriptum eſſet contra priuilegium, vel ius ſpeciale. & cõſtaret Principem ſcienter reſcripſiſſe; licèt non eſſet clauſula ex certa ſcientia. Iſte eſt caſus in l. idem Vlpianus. in fi. ff. de excuſationibus tutorum. & vult Salic. in d. l. fi. & ratio: quia facilius ius ſpeciale tollitur, quàm ius cõe. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de teſtamento militari. Et adde gl. cum l. quam allegat in l. 2. C. de iure emphyteutico.

45 Item fallit, ſecũdùm aliquos, † ſi emanaſſet reſcriptum in forma priuilegii: quia tunc etiam ſine alia clauſula derogaret iuri. Ita firmauit Io. And. in c. vnico. de exceſſibus prælatorum. lib. 6. in Nouella, quod non credo verum: & cõtrarium probo auctoritate, ratione, & exemplo. Ratione: quia Princeps talia priuilegia concedens ſine clauſula derogatoria præſumitur conceſſiſſe propter importunitatem petentium. l. j. C. de petitionibus bonorum ſublatis. lib. 10. Auctoritate probo: quia Bar. vult contrarium in d. l. fi. vbi expreſsè loquitur de priuilegio: & etiã alii Doctores ibi loquuntur indiſtinctè: & etiam contra Io. And. tenet expreſsè Panormitanus in c. nonnulli. extra de reſcriptis. Exem

plo quoq; probatur † aliorum quoruncunq; reſcriptorum, vt notatur in locis prędalleg. vnde cùm non ſit dare rationem differentiæ, non debemus in hoc conſtituere differẽtiam. Poſtremò, contra Io. And. dico eſſe caſum in c. ex parte. extra de capellis monachorum. maximè in ratione, quæ ponitur in fi.

47 Vltimò quæro, reſcriptum † eſt contra ius: ſed tendit ad fauorem reipublicæ, an valebit ſine illa clauſula, non obſtãte. Reſpõdeo breuiter, ꝙ ſic, argumento. l. quidam conſulebant. in fi. ff. de re iudi. & ita reperio determinaſſe Panor. in c. nonnulli. de reſcriptis. allegat Bar. idem tenere in extrauaganti ad reprimendam. Quod bene nota, quomodo in crimine læſæ maieſtatis pro re.

Nunc ergo videamus in ſecundo caſu, quando in reſcripto eſt clauſula, non obſtante &c. quo caſu tunc reſideo cum diſtinctione Bar. de qua ſupra: dicit tamen Sali. in d. l. fi. C. ſi contra ius vel utilitatem publicam, ꝙ ſi reſcriptum eſſet nedum contra ius commune, ſed etiam contra ſtatutum loci concordans cum iure cõi, vt ſunt ſtatuta in pleriſq; locis: tunc oporteret de ſtatuto etiam facere mentionem, aliàs reſcriptum non valeret, allegat

48 gl. † in l. j. C. de collatione donationum. lib. 10. quæ dicit, ꝙ illa lex conſuetudine approbata non tollitur reſcripto aliquo, quaſi dicat ſm intellectum Sali. niſi expreſsè derogetur illi conſuetudini deroganti, & concordanti cum iure cõi: & idem eſſet in ſtatuto. Sed iudicio meo Sali. non bene intellexit illã gl. quia licèt de cõſuetudine ſeruaretur ius cõe: de quo ibi. nõ tamen per hoc inducta fuit aliqua conſuetudo: quia non animo inducendi cõſuetudinem illud fit: ſed pro obſeruãtia legis, ad quod vide perpulchrè Imo. in l. j. in prin. ff. ad l. Falc. licèt gl. aliud ſenſerit in c. j.

49 de conſtitutionibus. lib. 6. vnde ibi † ſufficeret derogare illi legi. Ideo oportet intelligere illam gl. ꝙ illa non tollitur reſcripto, ſcilicet ſimplici ſine clauſula derogatoria.

Item etiam, quando ſtatutum concordat cum iure cõmuni, ꝙ ſufficiat dicere, non obſtante aliqua lege in contrarium faciẽte. Probo: quia etiã ſtatuta ſunt leges Municipales. l. omnes populi. cum ibi notatis. ff. de iuſtitia, & iure. ergo includuntur ſub illa generalitate. & ſic ſublato iure communi erit ſublatũ ſtatutũ concordans. quod reperio firmaſſe glo. in c. j. de conſtitutionib. lib. 6. & ibi tranſit cum ea Pet. d Anch.

50 Quid dicemus? dico ſic: ꝙ aut ſtatutum † iſtud, concordans cũ iure communi eſt factum ab aliquo Principe, ſeu Magiſtratu, quo caſu cenſetur ius prætorium, vt ſupra eodem §. dixi. in verſi. iuri autem ciuili: & tunc abſque dubio oportet de tali ſtatuto facere mentionem in reſcripto: quia licèt ius prætorium concordet cum iure ciuili, vt facit plerunque maximè in bonorũ poſ-

ſeſſione

Source : BIU Cujas

ſeſſione ſecundùm tabulas. Non tamen vna actio confundat aliam,l.ſi creditori.§.primo.cum ſua gloſ.ff.de leg.primo. Nec, ſublato iure Ciuili,intelligitur ſublatum ius Prætorium. l. Gallus.§.ille caſus.verſic.porrò.cum glo.ff.de liberis, & poſthumis. Ad quæ vide omnino,quæ dixi in Tractatu ſtatutorum. in titulo de ſtatutis fœminas excludentibus.§ nunc videamus. Aut verò ſtatutum eſt factum per populum habentem ad hoc poteſtatem,ꝙ quãdo fiat,dixi in dicto Tractatu. in titulo qui ſtatuta facere poſſunt.§.viſo.& tunc ſi ſtatutum † concordans cum iure communi mouetur alia ratione,quàm ius commune:vel addit aliam vtilitatem. Adhuc dico idem, argument.l.ius ciuile. ff. de iuſtitia & iure.ad quod etiam vide Butrium in cap.primo.de reſcriptis.& in dicto c.primo.de conſtitutionibus. Aut verò † ſtatutum regulatur ab eadem ratione iuris communis, & eadem vtilitate: & tunc adhuc dico reſcriptum non valere, niſi de ſtatuto faciat mentionem. Quod probo ratione, auctoritate, & exemplo. Ratione † quia reſcripta contra ius ſunt odioſa,& reſtringenda valde, vt notatur in l.penult. ff. de conſtitutionibus Principum. & ratio ponitur in cap.primo.in fine.& c.ſecundo. de filijs presbyterorum. libro ſexto. de quo per Panormitanum in c.olim de verborũ ſignificatione.ergo de facili debent reijci, niſi adſint clauſulæ † derogatoriæ ſtatutorum, & iuris communis,argumento c.odia.de regulis iuris,lib.6.

Item alia ratione: quia vbi duo circa idẽ exprimuntur,†quorum vnum ſufficeret: tamen expreſſio multùm operatur,& tribuit nouum ius,caſus eſt in l.ſi ſtipulatus.cum gl.ff.de vſuris. cõiuncta l.3.§.j.ff de actionibus empti. Facit etiam ratio : quia quæ non proſunt ſingula,multa iuuant.§.ſanctiſſimos.in authent.de alien.& emphyteuſi.collatione octaua.& quod dicimus,fortiora ſunt duo vincula,quàm vnũ.c.primo.de treuga, & pace. Pro auctoritate dico iſtud eſſe de mente Bart.in l.j.in prin. ff.ad legẽ Falcid.inquientis, ꝙ tale ſtatutum concordans cum iure communi,adſumit nouam formã agendi.ſ.condictione ex ſtatuto. Ergo † de tali ſtatuto debet fieri mentio in reſcripto : aliàs non tollitur per ſubtractionem iuris communis,vt etiam vult Ioannes de Lignano in c.primo.de reſcriptis.& (ni fallor) idem vult Geminianus in d.c.j.de conſtitutionibus.in ſexto.

Probo etiam præmiſſam concluſionem exemplo:quia videmus,quòd ſtante ſtatuto, † ꝙ Antiani poſſint diſpenſare cõtra ius commune:ſed non contra ſtatuta:ſi eſt ſtatutum concordãs cum iure communi,non poſſint diſpenſare, quaſi potentior ſit cauſa ſtatuti,ex quo datur noua forma agẽdi, vt dixi. Ita reperio determinaſſe Albericum in ſecunda .parte ſtatutorum. q.214. Ergo etiam in caſu prædicto,quaſi potentior ſit cauſa ſtatuti debet de eo fieri mentio in reſcripto. & pro hoc facit dictum c.1. de conſtitutionibus.libro 6.in ſui generalitate.

Sed quæro,ſi eſt in reſcripto clauſula derogatoria†ſtatutorũ, & conſuetudinum:an debeat etiam talis clauſula trahi ad ſtatuta poſt ea facta,& conſuetudines:dico breuiter,ꝙ ſic,& ita determinant Dynus,Bartolus,Baldus,& Imola in l.ſi mihi,& tibi.§.in legatis ff.de legat.1.per illum textum,& per l.ſi ſeruitus.ff.de ſeruitutib.vrbanorum prædiorum. Idem tenet Cynus in l.3.C.quę ſit longa conſuetudo.vbi vult clauſulam illã,non obſtante conſuetudine,trahi etiam ad futuras conſuetudines:gloſſam tamen habes in ℨrium in Clement.ſtatutum.de electione.Sed † Paulus de Eleazaris, Lapus,Zenzelinus, & Zabarella ibi tenent contra illam gloſſam,per rationes,quas ibi adducit Zabarella: quæ tñ non videtur militare in reſcriptis,ſed ſolùm, qñ lex communis (quæ ſemper loquitur) derogat ſtatutis, & conſuetudinibus, in quibus terminis loquuntur.vnde cogitabitis: quia ſatis dubito.

Congruum eſt, vt videamus de clauſula,motu proprio,appoſita in reſcriptis, quam † laudo ſemper exprimi propter textum notabilem cum gloſſa in c.ſi motu proprio. in fin. de præbẽdis. libro ſexto.Nam ſi non eſt expreſſa (licèt probaretur Principem motu proprio feciſſe) non ſufficeret,vt ibi dicit gloſſa.quinimo nec poſſet ſecundùm Geminianum, ibi, poſt dominos de Rota in concluſione ducenteſima vigeſimaprima. quæ incipit, Item licèt Romana curia hoc probari : quia motus proprius † includit quandam negatiuam,nõ coarctatam loco,& tempore,quaſi ad nullius ſupplicationem fecerit : quomodo ergo poterit hoc probati per teſtes? & nedũ procedit hoc in literis ad beneficia, ſed in quibuſcunque reſcriptis,ſecundùm gloſſam in cap.ſi pluribus.de reſcriptis.libro ſexto.quia dicit ibi gloſſa, ꝙ illud cap.ſi motu proprio.in fine.loquitur indiſtinctè.

Sed quæro de quæſtione quotidiana. Pone, † quòd in reſcripto fit mentio de ſupplicatione: & tamen ibidem exprimitur clauſula, motu proprio, an tunc clauſula illa operabitur effectus,de quibus infrà? Videtur quòd non, quaſi ſit repugnantia. l.vbi repugnantia.ff.de regulis iuris. Sed contrarium credo:quia motus proprius poteſt prꝙuenire ſupplicationem. Nec abſurdũ eſt, ꝙ duo motiua cadant in mentem concedentis. Ita reperio determinaſſe Bald.in c.niſi.extrà de officio legati. qđ bene nota:quia quotidianum,& eſt de mente Geminiani in d.c.ſi motu proprio.reiectis ſupplicatis.

Secũdò quæro,an clauſula, motu proprio tantùm operetur, quantùm clauſula,non obſtante lege in contrarium, de qua in præcedenti membro, ita vt valeat reſcriptum contra ius? & reperio Ioan.And.in c.vnico. de exceſſibus prælatorum. lib.6. in Nouella tenere,ꝙ ſic,per dictum c.ſi motu proprio.Sed Panor. in c.nonnulli.de reſcriptis. tenet contrarium : quia motus proprius † ſolùm excludit ſubreptionem, non autem ampliat gratiam contra mentem concedentis,vt dicit notaſſe eundẽ Ioannem Andr.in d.c.ſi motu.& facit gloſſa in Clemen.ſi Romanus. de præbẽdis. Nec etiam operatur dicta clauſula in præiudicium tertij.Nec valet gratia, ſi beneficium eſt iuris patronatus, & de eo non fit mentio:nec includit dicta clauſula qualitates intrinſecas beneficij. Ideo, ſi Papa motu proprio concedat alicui Eccleſiam,& non faciat mẽtionem,ꝙ eſt curata, non valet gratia : non tanquã ſurreptitia,ſed quia non apparet de voluntate Principis.c.cum in illis.& c.is,cui.de præbendis.lib.6. Iſta ſunt uerba domini Panormitani in c.ad aures.de reſcriptis . & dicit tenere Ioan.Andr.in d.c.ſi motu proprio.& dominos de Rota deciſio 105.& adde Bald.in d.c.ad aures.inquiẽtem etiam,ꝙ dicta clauſula non operatur in præiudicium tertij. Ex quibus infero,clauſulam ex certa ſciẽtia magis operari, vt infrà ſtatim videbimus.

Tertiò quæro,an motus proprius † operetur certam ſciẽtiã, ſi in conceſſione ſit aliquid inſolitum? Breuiter dico, quòd nõ, vide textum cum gloſſa,& ibi Baldum in l.fideicommiſſa.§. ſi ſeruo.ff.de legatis tertio.& iunge eundem Baldum in d.capit.ad aures.vbi æquiparat gratiam, quæ fit proprio motu teſtamẽto, quòd fit etiam proprio motu.

Quartò quæro,an ſecunda iuſſio tantum † operetur, quantũ motus proprius? & reperio Bald.tenere, ꝙ ſic in l.nec damnoſa. C.de precibus Imperatori offerendis.per §.& hoc quidem videmus.in authenti.vt nulli iudic.coniuncta l.j in vltimo reſponſo. C.de petitionib.bonorum ſubla lib.10. Et hoc idem reperio firmaſſe Ioan.Andr.Butrium,& Panor.in c.porrecta.de confirmatione vtili,vel inutili.& eſt de mente gloſſæ in c.j.de conſtitutionibus.libro ſexto.quinimo,plus volunt Ioannes Andr.Butrius, & Panormitanus vbi ſuprà,ꝙ tantùm operetur ſecunda iuſſio, quantùm clauſula ex certa ſcientia, quod eſt bene menti tenendum propter id,quod ſtatim dicam.Vnum non omitto,ꝙ motus † proprius operatur, ꝙ fiat latiſſima interpretatio,in fauorẽ eius, cui conceditur reſcriptum,vbi ſi ad inſtantiam partis emanaret,fieret ſtricta interpretatio,caſus eſt in c.ſi pluribus. de præbendis.libro ſexto.quòd nedum procedit in literis ad beneficia, vt ibi: ſed etiam in alijs gratijs, & beneficijs Principum. Ita notanter dicit Imola in l.qui duos.ff.de legatis primo.& ſecũdùm hoc oporteret intelligere,& reſtringere textum in l.penult.ff.de conſtitutionibus Principum. dum vult in beneficijs fieri latiſſimam interpretationem,procedere ſolùm,qñ motu proprio cõceditur beneficium: ſecus ad ſupplicationem partis, quod eſſet ſummopere notandum,ſi verum:ſed ego non credo verũ:quia textus in d.c.ſi pluribus.loquitur in reſcriptis ad beneficia Eccleſiaſtica conceſſa per Papam, quibus derogatur ordinariæ poteſtati.Ideo ſi fiant ad ſupplicationem partis, ſunt ambitioſa, & reſtringenda, ut habetur per Doctores in cap.ſuper literis.de reſcriptis. & per Dominos de Rota cõcluſione tricenteſimaſexageſimaſexta. & per Panormitanum in ca.olim. de verborum ſignificatione.quæ ratio ceſſat in aliis Beneficijs Principum, quæ neminem,niſi cõcedentem lædunt. Ideo indiſtinctè fienda eſt interpretatio, de qua in d.l.fina.

Vltimò vidẽdum eſt de clauſula ex certa ſcientia, q̃ cõſueuit poni in reſcriptis,& habet præclaros effectus,de quibus infrà.

Sed primò diſcutiamus,quãdo dicatur Princeps ex certa ſciẽtia reſcribere: ſuper quo aduerte:ꝙa Goffredus in c.nonnulli. de reſcriptis dicit,quòd etiam ſi non dicatur in reſcripto, Princeps videtur reſcribere ex certa ſciẽtia:dummodò probetur eum ſciuiſſe defectum,vel obſtaculum. & ſentit gloſſa hoc in capit.primo.de conſtitutionibus.libro 6. Sed Vincentius in dicto † c.nõnulli.tenet contrarium.& gloſſa etiam in Clement. ſecunda.de reſcriptis & in c.ſtatutum.eodem titulo.libro ſexto. in verſiculo literarum, quæ dicunt,non dici ex certa ſcientia,niſi hoc exprimatur in reſcripto. Ego verò † pro concordia, & declaratione diſtinguendo facio tria membra : quia aut formaliter in reſcripto dr̃,ex certa ſcientia,& tunc citra dubiũ habebit effectus, de quibus infrà,& in hoc nemo diſcrepat. Aut non dr̃ formaliter:tñ ex verbis reſcripti apparet de ſcientia concedentis : & tũc non vr̃ ſufficere,vt videtur velle gloſſa finalis in dicta Clement. ſecunda:ſicut etiam dicũt gloſſę de motu proprio in c.ſi motu proprio.in fi.& in c.ſi plurib.extrà de præbendis.lib.6.Sed in cõtrarium eſt ueritas:quia ex quo ex verbis reſcripti colligit̃ ſcientia,ſatis dr̃ expreſſum † ex certa ſcientia, vt voluit Innocentius in c.præſenti.ꝙ hodie incipit ſtatutum de reſcriptis. lib.ſexto.& Ioan.Andr.in d.c.nonnulli.& Panor. ibi. & de hoc habes gloſſam in c.ex multiplici.extrà de decimis.in glo. fina. quæ notabiliter vult apud rectè ſentientes,ꝙ vbi de obſtaculo fit mentio in reſcripto,dicatur illi derogari ex certa ſcientia:licèt hoc formaliter non exprimatur.& idem voluit Ioan. Andr. in c.porrecta, de cõfirmatione vtili,vel inutili.Si verò,& tertiò † de ſciẽtia nõ

Source : BIU Cujas

apparet ex verbis rescripti. Sed impetrator vult probare per testes certam scientiam: certè non sufficeret, vt voluerūt expressè Ioannes Andreas, & Panormitanus in d.cap.nonnulli. & glossa præallegata, quæ ita debent intelligi per cap. si motu proprio. in fine præallegatum, licèt Goffredus aliter sentirit, & malè.

Sed nunc videamus, quos effectus habeat ista clausula ex certa scientia. Et attende, quia habet notabiles effectus.

72 Primò, † ꝙ tollit omne vitium subreptionis, vt voluit glossa notabilis in c.2. de filiis presbyterorum. & idem tenent dñi de Rota conclusione 316.

73 Item † tollit defectus p̄sumptionis, intentionis: quia data certa scientia, error præsumptus excluditur. Et ideo dicit Innocentius in c.j. de cōfirmatione vtili, vel inutili. ꝙ ⁊ id, quod facit Papa ex certa scientia nihil vlterius potest opponi, vel dici, quasi videatur velle supplere oēm defectum: vt ibi sentit Inno. & nō solùm intelligitur supplere solennitatem, sed etiam substantiā,

74 si confirmat actum † ex certa scientia, vt probatur in l. omnium. C. de test. & per glo. in c.j. de transactionibus. & adde Bartolū in l. conficiuntur §. codicilli. ff. de iure codicillorum. qui dicit, ꝙ id quod facit Princeps ex certa scientia creditur esse verum: nec debet in dubium reuocari, allegat l.2. C. de legibus. & l.1. C. de officio præfecti Prætorio. & c. primo, & secundo. de confirmatione vtili, vel inutili.

Adde etiam, quòd clausula ex certa scientia, habet vim clau-

75 sulæ, † non obstante litis pendentia: & ideo valet rescriptū impetratū lite pendente: licèt de ipsa litis pendentia non fiat mentio. Ita vult Panormitanus in c.2. de confirmatione vtili, & inutili, dicens generaliter clausulā ex certa scientia tollere omnem subreptionem: & prosequere, vt ibi.

Sed quæro, an ista clausula operetur tantùm, quantùm clau-

76 sula, non obstante lege † in cōtrarium faciente, ita & eo modo, vt valeat rescriptum ⁊ ius sine clausula, non obstante. Et breuiter reperio Io. Andr. in c. vnico. de excessibus prælatorum. lib.6. in Nouella firmare, quòd sic. & etiam voluit Panor. in d. c. nonnulli. Sed non allegant glossam, quæ hoc vult ad literam ex parte 2. extra de officio delegati, quam perpetuò tenemenți. & probatur in l. idem Vlpianus. in fine. de excusationibus tutorum.

77 Postremò dico, ꝙ clausula, ex certa scientia, † habet mirabilem potentiam: quia quicquid facit Princeps ex certa scientia operatur perinde, ac si dixisset se facere ex plenitudine potestatis, vt colligitur ex glossa, quæ nunquam exeat memoriam, in c. ad hæc. extrà de rescriptis. ex qua infert ibi Panormit. singulariter, ꝙ vbicunque requiritur plenitudo potestatis, sufficit Principem dicere, ex certa scientia. Ex quo infero, ꝙ Princeps, vel Papa, † nūquam debet inserere in suis reseriptis clausulam, ex cer-

78 ta scientia. nisi insistente causa, per id quod eleganter voluit Innocentius in c. innotuit. extrà de electione. dicens, ꝙ Papa sine causa nunquam debet vti plenitudine potestatis. & facit, quod voluit glo. notanda in c. non est voti. extrà de voto, & voti redemptione. Ergo, nec debet vti clausula, ex certa scientia. quæ idem importat sine vrgēti causa. & ista plenitudo potestatis est illa, quam vocamus absolutam, vt notatur in c. ex publico. extrà de conuersione coniugatorum. & ideo sapit tyrannidem, iuxta notata in Clementina j. de baptismo.

Adde suprà dictis, dum dixi, ꝙ clausula, ex certa scientia, tol-

79 lit obstaculum litis pendentiæ. † allegatur ad hoc per aliquos Panor. in d.c.2. sed non reperio. Sed bene vult Innoc. in c. fina. extrà vt lite pendente. & ibi tangit Panor. & dicit Panor. Innoc. ibi velle, ꝙ si Papa vult, paria sunt, aliquid fieri ex certa scientia, vel facere expressam mentionem de obstantibus. & etiā Innoc. ibi loquitur expressè de obstaculo litis pendentiæ.

Reassume igitur præmissa breuiter, cū quæritur, an Princeps rescribendo possit legibus derogare: quia aut rescriptum est cōtra ius Diuinum, & naturale, & tunc recurre ad loca prædicta, vbi plenè tractaui. Si verò est contra ius gentium, tunc regula

80 est, † quòd non potest derogare, vt est textus in clement. pastoralis. § cæterùm. de re iudicata. quod facit ad multa, de quibus p Barto. in d.l. filiusfamilias. de donationibus. & in constitutione ad reprimendum. Fallit, vbi duo concurrerent, videlicet, clausula derogatoria, & causa legitima derogandi. vt suprà vidistis. Si

81 verò † est contra ius ciuile, tunc aut ius habet specialem clausulam derogatoriam rescriptorum: & tunc si rescriptum conceditur generaliter uni prouinciæ, uel ciuitati, ualet: licèt non fiat mentio de lege resistente. glossa est in l. exemplo. de Decurionibus. & Salicetus in d.l. fin. C. si cōtra ius. Si verò conceditur par-

82 ticularibus † personis, tunc oportet specificè illi iuri derogare. intellige secundùm id, quod suprà declaraui. Nec sufficit certa scientia. c. ex parte. de capellis monachorum. Ita Salic. ubi sup. & Ioannes Andreas in d.c. unico. de excessibus prælatorum. & Panormitanus in c. nonnulli. extrà de rescriptis. Si verò ius non

83 habet specialem prohibitionem † ad rescriptum. sed solùm generalem, tunc illud ius est notissimum, contra quod Princeps consueuit rescribere, ualet rescriptum sine alia derogatione. c.j.

84 de rescriptis. & ibi Panor. Si verò nō est tale ius, † nec talis stilus, tunc si rescriptum nō habet aliquam clausulam, regulariter nō ualet. l.fi. C. si ⁊ ius. Fallit, si esset ⁊ ius speciale, uel priuilegiatiuū, & constaret Principem scienter scripsisse. l. idem Vlp. in fine. de

85 excusationibus tutorum. † Item fallit, si rescriptum tenderet ad fauorem reipublicæ. l. quidam consulebant. in fi. ff. de re iudicata. & uult Panor. in d.c. nonnulli. post Bart. in d. cōstitutione ad reprimendum. idem dicūt aliqui, si emanasset rescriptū in for-

86 ma priuilegij: qđ suprà reprobaui. Si verò † in rescripto est clausula, nō obstante l. in ⁊riū faciente, tunc ualet rescriptum, si solū ius gentium ⁊riatur: secus, si etiam ius Municipale: quia non ualeret, nisi illi etiam derogaretur per nota. per Bar. in l.j. in prin. ff. ad legem Falc. & uult Ioan. de Lignano in cap.j. de rescriptis. & Salic. in d.l. fi. & hoc latè suprà probaui. Debet ergo esse clausula derogatoria statutorum, & consuetudinum, quæ trahitur etiam ad statuta, & consuetudines posteà ędita: & ęditus ſm Bart. Bald. & Imo. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. de leg.j. Si verò in rescripto

87 † est solùm clausula motu proprio, tūc non sufficit ad derogandum iuri: sed solùm tollit subreptionē ſm Panor. in ca. ad aures. de rescriptis. post Ioan. Andr. in c. si motu proprio. de præbēdis. in sexto. & dñs de Rota in loco præallegato: licèt alibi Io. And.

88 uariauerit. Nec supplicatio † porrecta Principi tollit uires istius clausulæ ſm Bald. in c. nisi. de officio legati. & est de mente Geminiani in d.c. si motu proprio. quod nota propter alias uirtute, quas habet dicta clausula, de quibus suprà dixi. Si verò in re-

89 scripto est clausula ex certa scientia, † tunc derogatur iuri, perinde, ac si esset clausula, non obstante & c. ſm Ioannem Andr. in c. unico. de excessibus prælatorū. lib.6. in Nouella, & Panor. in d.c. nonnulli. pro quibus est gl. in c. ex parte. secundo. de officio delegati. Operatur etiam dicta clausula plenitudinem potestatis, ut colligitur ex gl. in c. ad hęc. de rescriptis. ex quo feci aliquas illationes notabiles suprà. & ideo, nimirū si tollet uitium subreptionis, ac litis pendentiæ, & defectus præsumptæ intentionis, ut suprà probaui per plures auctoritates.

SVMMARIVM.

1 *Legis præcepta.*
2 *Legibusnè ab honesto inductis derogetur.*
3 *Honestum nonne bonum sit. & nu.8.*
4 *Honesti multiplex acceptio. & nu.6. & 7.*
5 *Turpe.*
9 *Morū diuersi origines. & nu.17.24.25.30 31.34.41.47.51.55. & 57.*
10 *Actus contra bonos mores etiam iuratos non tenere. & nu.11.20. & 35. Declarat, & restringit. nu.14. & 16.*
12 *Sacramenta illicita super licitis contractibus seruanda.*
13 *Bartoli, & sequacium error.*
15 *Actuum qui, an non, sint contra bonos mores, & nu.19.23. & 32.*
18 *Charitatis suadendæ loci.*
21 *Canonē Innocens. vigesimasecunda quæst.2. explicari. & nu.22.*
26 *Legitimæ irrepudiabilis origo, ea iterum peti potest, & quando. nu.28.*
27 *Aequitas naturalis: huic renuntiare non licet. nu.29.*
33 *Vsumfructum filio à patre remitti non posse.*
36 *Iusiurandum contra bonos mores. & nu.46.*
37 *Periurij pœna.*
38 *Voluntaria aduersus iusiurandum exerceri posse. & nu.39.40. quatenus accipiatur. nu.42.*
41 *Legem, quod maior. ff. ad Municipales. restringi.*
43 *Operæ in perpetuum locatæ, qui præstandæ.*
44 *Obligationes faciendi, factiq; dissidere. Restringe, vt nu.45.*
48 *Pacta contra bonos mores nulla: & cur iuramento non firmentur. nu.49.*
50 *Hominis officium.*
52 *Litigatores quando, & à quo ad pacem cogendi.*
53 *Obligata res etiam ex pacto à creditore quando capi nequeat. & 54.*
56 *Actionem rerum amotarum, aut reductionem ad arbitrium boni viri pacto non tolli.*

TAM tempestiuum est, ut uideamus de aliis īferioribus, an possint in suis cōtractibus, & alijs dispositionibus legibus derogare. Pro cuius plena declaratione oportet discurrere per singulas legis potē-
tias suprà ī prima parte relatas ac etiam per singula membra secundæ partis. Et quia dixi, quòd præceptiua legis

1 potentia est triplex, † uidelicet, Honestè uiuere, Alterum non lædere, & ius suum unicuique tribuere.

2 Videamus primò, an quis possit † derogare legib. introductis

3 ex honestate? & arguitur, ꝙ non: quia id, quod est † honestum, utique bonum est: quia, ut inquit Zeno, & cæteri Stoici Philosophi, nihil bonum, pręter honestum: in eoque consistere beatam uitam affirmant. & istud est qđ uoluit Cicero in suis Paradoxis, dicens, quòd rectum, & honestum, ac cum uirtute est, id solùm

4 opinor bonum. Subijciunt etiam ipsi Stoici honestum † id solū

5 esse, quod bene, & laudabiliter, & ex uirtute fit: quia sicut † qđ timidè, quod libidinosè, qđ abiectè agitur, turpe nuncupatur. sic quod fortiter, quod continenter, qđ pulchrè (mehercule) agit̄, honestum, decorum, pulchrum nūcupamus. Et ideo dicit Ari-

6 stoteles in libro priore Rhetoricorum. † Honestū est quodcunque propter se eligibile existens, laudabile est: aut quodcūq; bo-

num

Source : BIU Cujas

num existens,delectabile est:quia l
7 bus bonorum,& malorũ,dicit:† H
tale est,vt detracta omni vtilitate,ſ
ipſum poſſit iure laudari conſeque
tio,aut diſpoſitio,quæ deuiat à tali l
nos mores:& ſic non valebit,etian
torium.de reg.iur.lib.6.Sed in conti
8 poſſit aliquid esse bonum,licèt non
l.j.ff.de vſucapionibus.l.iure natura
vide textum cum gl.in l.j.in princ.f
pta occaſione pro enucleanda veri
quando diſpoſitio dicatur contra b
9 leat.ſuper quo diſtinguo: quia quic
à pręcepto Eccleſię,de quibus aliqu
de pęnitentiis,& remiſſionib.quoru
10 tum:& tunc dico non valere † con
aliquam in contrarium quantuncu
contra bonos mores.c.non est obli
quem caſum quidam Canoniſtæ vo
Hoſtienſis in c.quemadmodum.& de iureiur.& Ioan. Andręas
in c.tua.de decimis.& Panormitanus in c. cùm contingat. extra
de iureiur.ſed alii multi intelligunt latiùs, vt patebit ex infra di-
11 cendis.Et hanc † primam cõcluſionẽ amplio procedere,quan-
do diſpoſitio,quæ est cõtra Dei præceptum,est talis, cuius obſer-
uantia nutrit peccatum.Nam ſtant ſimul,ꝙ peccauerint diſpo-
nendo: & tamen non peccent poſteà ſeruando diſpoſitionem.
Et attende:quia in hoc multi errant.Ecce,Deus vetuit iurari per
creaturam.c.& ſi Chriſtus.extra de iureiur. Demus ergo, ꝙ quis
12 iuret † per creaturam facere aliquid, quod non ſit illicitũ de ſe,
certè licèt iurando peccauerit per creaturam contra pręceptũ
Dei,tñ id,quod est iuratum obſeruando nõ peccatur, ſeruandũ
est iuramentum.d.c.& ſi Chriſtus.vbi caſus. Aliud exemplũ ha-
bes in eo, qui poſt votum caſtitatis vxorem ducens, iurat ab ea
non diſceſſurum,quod iuramentum est contra iuſtitiam: & tñ
auctoritate Auguſtini ſeruare præcipitur.c.innocens.22.q.4. Iõ
13 ſoleo reprobare Bar.& Legiſtas ſequaces,† qui vbiq; tenent: &
præcipuè in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſorib. non tenere iurm
emanatum contra legis Ciuilis pręceptum directiuum in perſo
nam:quia peccant iurando contra pręceptum ſuperioris.c.2.de
maio.& obed.Sed dico,ꝙ non ſequitur.peccauit iurando,ſeu di
ſponendo.ergo peccant obſeruando diſpoſitionẽ,vt latiùs dixi
in Tractatu de contractibus vetitis.in 19.combinatione.Debet
14 ergo intelligi prædicta concluſio,† quando obſeruantia diſpoſi-
tionis est nutritiua peccati.intelligo peccati venialis:quia com
mittere peccatum veniale est cõtra bonos mores.25. diſt. c. nũc
autem.verſ.quę autem ſunt.vbi tex.notabilis enumerat peccata
venialia:& in præcedẽtibus enumerat peccata grauiora, & mor
talia, quæ ibidẽ Gratianus criminalia vocat. & ideo dico, ꝙ oĩs
diſpoſitio etiam iurata,quę vergit in peiorem exitum animę,dẽ
15 contra bonos † mores.c.ſi aliquid.22.q.4.nedum ſi verè tẽdat in
peiorem exitum,ſed etiam ſi præſumptiuè.c.deteſtanda.& c. ne
captandæ.de conceſſione præbendæ.l.6.Quorum iurium ratio-
ne reprobatur pactum de ſuccedẽdo,per quod præſumptiuè in-
ducitur votum mortis captandæ.l.fi. cum ibi notatis. C. de pact.
Quod proſequere,vt pleniùs dixi in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de
verb.oblig. quo verum credo in l.ciuili, ſi ſit fundata diſpoſitio
ſuper proxima occaſione peccãdi:quia ſi ſuper remota occaſio-
16 ne euitandi peccatum fundaretur lex Ciuilis,certè iurm † in cõ-
trarium eſſet ſeruãdum, vt videmus in prohibitione Senatuſcõ
ſulti Macedoniani,fundata ſuper ratione euitandi peccatũ præ
ſumptum.§.illud.in fi.inſti.quod cum eo.l.j.ff.ad Macedonianũ.
& tñ iuramentum ſuper eo præſtitum est ſeruandum ſm Bar.in
l.ſi quis pro eo.de fideiuſſorib.qđ declara,vt examinaui in Tra-
ctatu de cõtractibus vetitis.§. videre. vbi ſuper hoc poſui varias
opiniones:& ibi declaraui,qñ dicatur occaſio remota,& quan-
do proxima. & omnino ibi recurre: quia etiam multi in hoc
17 errant. Quidam verò ſecundo † loco principaliter ſunt mores
fundati ſuper charitate,quam ipſemet Deus commẽdat, & me-
18 ritò:quia(vt dicit Apoſtolus)ſi tradidero corpus † meum, vt ar-
deam,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodeſt.de cõ
ſecra.diſt.4.c.ſolet.Et ideo, ſi quaruncunq; virtutum flore reful-
geat quiſpiam:& in ſe non habeat charitatem,nihil approbatur
habere:vt dicit Papa in c.niſi cùm pridem.verſi.quippe.extra de
renunciatione.Hinc dicit alibi Cic.in quadã oratione homines
ad Deos nulla propius virtute accedere, quàm ſalũtem homini
bus dando.Ideo cùm poſt ipſe crucis patibulum ſubiturus eſſet,
vt charitatem nos doceret obſeruare, poſtquam pedes diſcipu-
lorum lauit,vt inquit Io.in Euang.c.12.dixit,vos vocatis me Ma
giſter,& Dñe:bene dicitis:ſum etenim:ſi ergo & magiſter,& do
minus lauaui vobis pedes, ſic & alter alterius debetis lauare pe-
des.Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci, ita
& vos faciatis.& Paulus ad Corinth.c. 13. Si linguis hominũ lo-
quar,& Angelorum,charitatem autem nõ habeam, factus ſum
velut æs ſonans,aut cymbalum tinniens.Et ideo videtur per pręc
19 miſſa, ꝙ omnis diſpoſitio, per quam quis † retrahitur,& auoca-

bonum.& Cic.in lib.2. de finibus bonorum.& malorũ,dicit:† Honeſtum intelligimus, quod ſine vllis præmiis,fructibus,vtilitate,aut honeſtate,dicetur contra bonos mores:& ſic non valebit,etiam ſi ſit iurata.c.non est obligatorium.de reg.iur.lib.6.Sed in contrarium arguo, & videtur, ꝙ poſſit aliquid eſſe honeſtum,† ſeu æquum. l.j.ff.de vſucapionibus.l.iure naturæ.ff.de reg.iur.ad quod etiam vide textum cum gl.in l.j.in princ.ff.de iuſti. & iur. & hinc ſumpta occaſione pro enucleanda veritate, oportet hic declarare, quando diſpoſitio dicatur contra bonos mores,taliter vt nõ valeat.ſuper quo diſtinguo: quia quidam ſunt mores † introducti
21 à pręcepto Eccleſię,de quibus aliquid in c.omnis vtriuſq; ſexus. de pęnitentiis,& remiſſionib.quorum trangreſſio nutrit peccatum:& tunc dico non valere † conuentionem, ſeu diſpoſitionẽ aliquam in contrarium quantuncunq; iuratam: quia diceretur contra bonos mores.c.non est obligatorium.de reg.iur.lib.6.ad
22 quem caſum quidam Canoniſtæ voluerunt reſtringere illud c. Hoſtienſis in c.quemadmodum.& de iureiur.& Ioan. Andręas in c.tua.de decimis.& Panormitanus in c. cùm contingat. extra de iureiur.ſed alii multi intelligunt latiùs, vt patebit ex infra dicendis. Et hanc † primam cõcluſionẽ amplio procedere,quando diſpoſitio,quæ est cõtra Dei præceptum,est talis, cuius obſeruantia nutrit peccatum. Nam ſtant ſimul,ꝙ peccauerint diſponendo: & tamen non peccent poſteà ſeruando diſpoſitionem. Et attende:quia in hoc multi errant.Ecce,Deus vetuit iurari per creaturam.c.& ſi Chriſtus.extra de iureiur. Demus ergo, ꝙ quis
23 iuret † per creaturam facere aliquid, quod non ſit illicitũ de ſe, certè licèt iurando peccauerit per creaturam contra pręceptũ Dei,tñ id,quod est iuratum obſeruando nõ peccatur, ſeruandũ est iuramentum.d.c.& ſi Chriſtus.vbi caſus. Aliud exemplũ habes in eo, qui poſt votum caſtitatis vxorem ducens, iurat ab ea non diſceſſurum,quod iuramentum est contra iuſtitiam: & tñ
24 auctoritate Auguſtini ſeruare præcipitur.c.innocens.22.q.4. Iõ
25 ſoleo reprobare Bar.& Legiſtas ſequaces,† qui vbiq; tenent: & præcipuè in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſorib. non tenere iurm emanatum contra legis Ciuilis pręceptum directiuum in perſonam:quia peccant iurando contra pręceptum ſuperioris.c.2.de maio.& obed.Sed dico,ꝙ non ſequitur.peccauit iurando,ſeu diſponendo.ergo peccant obſeruando diſpoſitionẽ,vt latiùs dixi in Tractatu de contractibus vetitis.in 19.combinatione.Debet
26 ergo intelligi prædicta concluſio,† quando obſeruantia diſpoſitionis est nutritiua peccati.intelligo peccati venialis:quia committere peccatum veniale est cõtra bonos mores.25. diſt. c. nũc autem.verſ.quę autem ſunt.vbi tex.notabilis enumerat peccata venialia:& in præcedẽtibus enumerat peccata grauiora, & mortalia, quæ ibidẽ Gratianus criminalia vocat. & ideo dico, ꝙ oĩs diſpoſitio etiam iurata,quę vergit in peiorem exitum animę,dẽ
27 contra bonos † mores.c.ſi aliquid.22.q.4.nedum ſi verè tẽdat in peiorem exitum,ſed etiam ſi præſumptiuè.c.deteſtanda.& c. ne captandæ.de conceſſione præbendæ.l.6.Quorum iurium ratione reprobatur pactum de ſuccedẽdo,per quod præſumptiuè inducitur votum mortis captandæ.l.fi. cum ibi notatis. C. de pact. Quod proſequere,vt pleniùs dixi in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.oblig. quo verum credo in l.ciuili, ſi ſit fundata diſpoſitio ſuper proxima occaſione peccãdi:quia ſi ſuper remota occaſione euitandi peccatum fundaretur lex Ciuilis,certè iurm † in cõtrarium eſſet ſeruãdum, vt videmus in prohibitione Senatuſcõ
28 ſulti Macedoniani,fundata ſuper ratione euitandi peccatũ præſumptum.§.illud.in fi.inſti.quod cum eo.l.j.ff.ad Macedonianũ. & tñ iuramentum ſuper eo præſtitum est ſeruandum ſm Bar.in l.ſi quis pro eo.de fideiuſſorib.qđ declara,vt examinaui in Tractatu de cõtractibus vetitis.§. videre. vbi ſuper hoc poſui varias opiniones:& ibi declaraui,qñ dicatur occaſio remota,& quando proxima. & omnino ibi recurre: quia etiam multi in hoc
29 errant. Quidam verò ſecundo † loco principaliter ſunt mores fundati ſuper charitate,quam ipſemet Deus commẽdat, & meritò:quia(vt dicit Apoſtolus)ſi tradidero corpus † meum, vt ardeam,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodeſt.de cõſecra.diſt.4.c.ſolet.Et ideo, ſi quaruncunq; virtutum flore refulgeat quiſpiam:& in ſe non habeat charitatem,nihil approbatur habere:vt dicit Papa in c.niſi cùm pridem.verſi.quippe.extra de renunciatione.Hinc dicit alibi Cic.in quadã oratione homines ad Deos nulla propius virtute accedere, quàm ſalũtem homini
30 bus dando.Ideo cùm poſt ipſe crucis patibulum ſubiturus eſſet, vt charitatem nos doceret obſeruare, poſtquam pedes diſcipulorum lauit,vt inquit Io.in Euang.c.12.dixit,vos vocatis me Magiſter,& Dñe:bene dicitis:ſum etenim:ſi ergo & magiſter,& dominus lauaui vobis pedes, ſic & alter alterius debetis lauare pedes.Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci, ita & vos faciatis.& Paulus ad Corinth.c. 13. Si linguis hominũ loquar,& Angelorum,charitatem autem nõ habeam, factus ſum velut æs ſonans,aut cymbalum tinniens.Et ideo videtur per pręc
31 miſſa, ꝙ omnis diſpoſitio, per quam quis † retrahitur,& auocatur ab operibus charitatis,ſit contra bonos mores:& nõ ſeruanda, vt quando quis iurat ſe non facturum pacem cum inimico, vel ꝙ non concordabit cum eo,cum quo litigat, de quo est caſus in c.qui ſacramento.22.q.4.& hoc ea ratione; quia est cõtra charitatem,vt ibi dicit tex.ſubijciens, ꝙ nõ obſtante tali iuramẽto † debet celeriter ad charitatẽ feſtinare. idem videmus in eo, qui iurat indigenti non ſubuenire.c.innocens ea.q. & cauſa. vel alimenta,aut neceſſaria parentibus, ſeu fratribus nõ miniſtrare. c.inter cætera.22.q.4. Nam iſta omnia ſunt cõtra bonos mores. ideo iuramenta non ſunt ſeruanda. Sed contra hoc opponitur, qui iurat ſe non aſſumpturum tonſuram clericatus, vel religionis veſtem,iurat ſe opera charitatis non facturum, vt est caſus in
32 d.c.innocens. & tamen, † vt ibi dicitur, iuramentum est ſeruandum.ergo non est contra bonos mores: licèt ſit contra charitatem:quia,vt ibi dicitur,etſi nunquam clericatus tonſurã, vel religionis veſtem aſſumat, non tamen ideo minus ſalutẽ promereri valet:cùm nonnulli in laicali habitu ſanctiſſimi,& Dei dilecti inueniantur. Ideo dicit ibi text. † præmiſſa debere intelligi, quando diſpoſitio, vel iuramentum tendit ad aliquid, quo vel corporalis,vel ſpiritualis ſalus adimatur, vel ſine quo vtraq; ſalus reparari,vel conſeruari non poteſt.

Cæterùm,licèt diſpoſitio,vel iuramentũ tendat ad impedien
33 dum aliquid, † quo expeditiorem ſibi viã pręparet quis ad beatitudinem:non tamen dicitur contra bonos mores,vt nõ ſit ſeruãda: dummodo ſine eo, ad ſalutem poſſit peruenĩri, quod bene nota.& facit ad multorum intelligentiam.

Quidam verò, & tertio loco † ſunt mores inducti à iure naturali,vt ꝙ pater teneatur alere filios,& ècontrario.l. fi. §.hoc procul dubio.verſ.ipſum autem.C de bonis,quę liberis.vbi est caſus, & l.j.§ hinc deſcendit.ff.de iuſti.& iur.& adhuc dico non valere diſpoſitionem etiam iuratam in contrarium,quaſi cõtra bonos mores naturales.& vult Bal. hoc in l.pactum. C. de collationib. & facit.§.ſed naturalia.inſtit.de iure naturali.

Quidã & quartò,† ſunt mores inducti nõ à iure naturali, ſed
34 naturali ratione:inter quæ est magna differentia: vt notatur in l.venia.C.de in ius vocando.Exemplum in legitima † filiorũ. & ideo omnia iura,quæ dicunt,eam eſſe inſtitutam iure naturæ.de quibus iuribus latè dixi in Tractatu ſtatutorum. in ti.de ſtatutis fęmina.excluſiuis.§.j. debent interpretari in iure ciuili, naturali ratione conſtituto ſm Dynum in c.indultum.de reg.iur.lib.6.& idem effectu dicit Iaco.de Beluiſio in §.itaq;.in Auth.de hęredibus,& Falc.dicens, ꝙ ius ex tali natura prouenĩens † appellatur
35 ęquitas naturalis.de quo dic,vt pleniſſimè dixi in d.§.j.Ideo hinc legitimæ filius non poteſt renunciare, niſi eam inter viuos † acceperit à patre.l.ſi non mortis.in principio,vbi caſus.ff de inoff. teſta.quinimmo & tunc ſi eã acceptã amiſiſſet caſu fortuito ſine culpa ſua,adhuc poſſet habere regreſſum ad bona paterna:vt dixi in l.ſi cùm dotem.§.ſi poſt.ff.ſol.mat.dic vt ibi.Et vtrum cum
36 iuramento poſſit † renunciari diſpoſitioni fundatæ ſuper æquitate naturali.videte omnino,quod dixi in Tractatu de contractibus vetitis.in §.videre.

Quidam, & quintò,ſunt mores inducti † ad Reipublicæ vtilitatem principaliter: & tunc dico, ꝙ diſpoſitio in contrarium ſine dubio quaſi contra bonos mores remittitur quantuncunq; iurata.l.iuregentium.§.ſi paciſcar.ff.de pac.c.ſi diligenti.in fi. de
37 fo.compe.l.2.& l.quemadmodum.cum ibi notatis.de agricolis, & cenſitis.li.11.& habetur per Bar. & Legiſtas in l. ſi quis pro eo. ff.de fideiuſſorib.per Canoniſtas in c.cùm contingat.de iureiur.

Quidam,† & ſextò, ſunt mores reuerentiales inducti ob reue
38 rentiã alicuius:& tunc dico,ꝙ pactio,& diſpoſitio omnis in contrarium dicitur etiam contra bonos † mores, caſus est. in l. alia. §.eleganter.ff.ſolu.mat.Hinc infert ibi Bar.ꝙ non firmatur iuramento,quod est verum abſq; dubio,de iure ciuili:vt etiã ibi firmat gl.pro qua adduco caſum in l.ſi quis inquilinos.§. fi.ff.de lega.j.& in l.iuriſgentium.§.& generaliter. ff. de pactis.idem tamẽ dicit Bart.in d. §. eleganter. eſſe de iure Canonico per c.non est obligatoriũ.de reg.iu.li 6. & videntur ſequi ibi cæteri Doctores: & hoc etiam ſentit But.in d.c.cùm contingat.Et ſi hoc est verũ, infero,ꝙ cùm illi,quibus debetur reuerentia, nõ poſſint vocari in ius ſine venia.l.generaliter.ff.de in ius voc.Conſequenter,tali reuerentiali non poterit renunciari etiam cum iuramẽto. Similiter,ſi vera est præmiſſa cõcluſio, infero pulchram deciſionem ad quæſtionem,ſuper qua gl.& Doctores dubitarunt.

Pone enim,ꝙ pater remiſit filio ſuo vſumfructum,quem ha-
39 bet in bonis † aduentitijs:vtrũ valeat iſta remiſſio in vita patris? gl.tangit,& non determinat in l.cum oportet.§. finautem. C.de bonis quæ liberis.gl.etiam tangit in l.vnica.C.de inoffi dona. & Bart.in d.§.ſinautem.& ibi Sali.dicunt, ꝙ valet remiſſio, donec pater reuocet. Bal. verò ibi dicit ſimpliciter valere talem remiſſionem.Ego per præmiſſa dico non valere: quia vſusfructus debetur patri propter reuerentiam patriæ poteſtatis.l.fi §.hoc proculdubio. C.de bonis, quæ liberis. ergo nõ remittitur ẽt cũ iuro, ſi vera eſt opinio Legiſtarũ. cõfirmabitur tñ talis remiſſio mor
40 te.d.§. ſinautẽ. Sed apud Canoniſtas iſtud nõ erit ſine ſcrupulo.

Quidam † & ſeptimò, ſunt mores inducti ad obſeruãtiam li-

beri

Source : BIU Cujas

beri arbitrii, in actibus merè voluntarijs. Et tunc dico, ꝙ disposi-
tio quantuncunque iurata contra tales bonos mores non valet.
35 quod probo. Primò; † quia hac ratione dicimus, promissionē de
non reuocando testamentum non valere, licèt iuratā, quasi cō-
tra bonos mores, cùm tollat liberum arbitrium, quod debet es-
se, & durare vsq; ad mortem in testando l. j. C. de sacrosan. Eccle
sijs. l. si quis. in prin. testamenti. & ibi Bar. & Doct. ff. de leg. 3. dicit
tamen Io. And. in c. quod semel. de reg. iur. in 6. ꝙ licèt non ob-
stante iuramento possit mutare voluntatem, erit tamē periurus.
Sed Bar. post Andream de Pisis in d. l. si quis in prin. testamenti.
tenet, ꝙ non sit periurus: quia iuramentum non tenuit, tanquā
contra bonos mores. c. non est obligatorium. de reg. iur. lib. 6. &
ideo, contraueniendo non erit periurus. Et idem tenent Petrus,
& Cyn. in l. j. C. de sacrosan. Ecclesiis. & transit Imo. in l. si mihi,
& tibi. § in legatis. ff. de leg. j. Sed ego teneo cum Io. And. contra
Legistas: quia nemini dubium est, ꝙ magis cōtra bonos mores
36 iuramentum, per quod quis † iurat se non facturum pacem cū
inimico, per quod venit contra charitatem, quæ operit multitu
dinem peccatorum: & tamen licèt non sit seruandum tāquam
contra bonos mores, vt supra dixi: tamen est periurus, qui iura-
uit, si cōtraueniat: & ideo pro periurio vno anno à communio-
37 ne † corporis, & sanguinis Domini nostri segregabitur: quo du
rante, debet reatum suum fletibus, eleemosynis, & quantis pote
rit ieiuniis absoluere. casus est in his propriis terminis in c. qui sa
cramento. 22. q. 4. Ergo multò fortiùs ille, qui reuocat testamen
tum contra iuramentum. & pro hoc optimè facit c. si quis præ-
uentus, eadem causa, & quæstione.

Nec obstat c. nō est obligatorium. quia non sequitur, ꝙ non
est obligatorium, quantùm ad hoc, vt teneatur seruare. ergo nō
erit periurus, negatur: quia casus est in d. c. qui sacramēto. in cō-
trarium. Probatur etiam præmissa cōclusio in matrimonio. vbi
debet esse liberum arbitrium in contrahendo. c. cùm locum. ex-
tra de sponsalibus. vnde non potest quis aliqua pactione quan-
38 tuncūq; iurata † se abstinere ad aliquam accipiēdam vxorē, vel
etiam mulier ad aliquem accipiendum in virum: taliter vt cum
alio non possit contrahere. c. si inter. in fi. & c. sicut. extra de spō-
salibus. est tamen pœnitentia iniungenda pro transgressione iu-
ramēti, vt ibi habetur. & ideo omnis pœna adiecta, per quā istud
arbitrium infrenetur, vel intimidetur, est contra bonos mores,
casus est in l. Titia. ff. de verb. oblig. quam materiam latè prose-
quere, vt ibi dixi pleniùs, q̄ cæteri. Probo etiam per l. cum preca-
rio. cum ibi notatis ff. de precario. præsertim per Bar. qui ibi dicit
39 per illam legē, ꝙ in omnibus, quæ dependent à volūtate † mea,
non possum me adstringere, quominus possim illam voluntatē
exercere, & ista est vera ratio illius legis, nō autem debemus di-
cere, ꝙ ibi esset pactio contra substantialia contractus: licèt vul
gò ad hoc allegetur. vt plenè dixi in Tractatu de protestatione,
in tit. de declaratoria voluntate interpreta. § 3. in qōne quæ in-
cipit: sed nunc ante. ibi item dico &c. Probo etiam præmissam
conclusionem: quia hinc videmus, ꝙ non potest quis se pacto li
gare, ꝙ procuratorem à constitutum non possit reuocare: quia
39 istud dependet ab eius mera † voluntate: & hoc etiam si interue
nit iuramentum, gl. est in c. fi. de procuratoribus. lib. 6. & ideo Fe
der. de Senis in consi. 106. tenuit non posse quempiam cōstitue
re procuratorem ad renunciandum taliter, ꝙ non liceat reuo-
care. & sequitur Geminia. in d. c. fi. erit tamen periurus secundū
eos, si iurauit. & sic facit pro opinione Io. And. de qua supra, &
40 per præmissa dixi aliàs in ardua quæstione facti populū (ad † quē
pertinet Decuriones, seu Consules eligere circa administratio-
nem rerum suarum. l. pupillus. § decuriones. ff. de verb. sig.) non
potuisse se adstringere ad non reuocandū eos. Et addo, ꝙ in his
merè voluntarijs adeò datur liberum arbitriū, ꝙ in his non pro
41 cedit regula l. qđ maior. † ff. ad Municipales, quinimmò vnius
contradictio impediret actum in vniuersitate fiendum. c. fin. de
maio. & obed. de quo dixi plenè in l. Pomp. aliàs incipit, si vni. ff.
de re iudi. & in l. 2. § ex his ff. de verb. oblig.

Vnum casum reperio, in quo propter iuramētum admittitur
liberum arbitrium in actu merè voluntario. c. j. de sepulturis. li.
6. Et ratio ponitur ibi in glo. super verbo, eligere. dic vt ibi. Sed
contra præmissa opponitur: Nonne ligat sibi liberum arbitriū,
qui iurat non ingredi Religionem, vel non accipere tonsuram
clericalem: & tamen, vt dixi, tenetur seruare iuramentum?
42 Solutio, dico, ꝙ præmissa debent † intelligi, quando lex spe-
cialiter iubet in certis casibus dispositionem esse liberam, & nō
coercendam pactione. Non autem quando generaliter, & sim-
pliciter statuitur, vt supra: sed quando residet in generalitate li-
beri arbitrii vnicuique concessi.
43 Quidam, & octauò, sunt mores inducti ad † conseruationem
libertatis humanæ. l. Titio centum. §. 2. ff. de cond. & demon. per
quem text. dicunt aliqui, ꝙ quis nō potest locare operas suas in
perpetuum: quia inutilis esset sibi libertas, argumento l. tertiæ. §.
ne autē. ff. de vsufructu. Sed gl. ibi dicit, ꝙ poterit seruire per sub-
stitutum. Sed ego dico, ꝙ hæc ratio non concludit, si esset electa
industria hominis, quod in dubio præsumitur. l. fideicommissa.
§. fi. ff. de leg. 3. quem tex. ibi Bar. summopere cōmendat ad hoc.
vnde subiicit gl. prædicta aliam rationem quia non erit inutilis
libertas; eo quia soluendo interesse liberabitur. l. si quis ab alio.
§. fi. ff. de re iudi. & idem dicunt Doctores, præsertim Imo. in d. §.
2. in eo, qui se obligasset ad habitandum in vno loco: quia libe-
44 raretur soluendo interesse: ¶ & sic nō erit differentia inter istam
successiuam obligationem facti, & alias obligationes faciendi:
quia semper succedet obligatio ad interesse, de quo plenè per
Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. Sed ego
45 credo, ꝙ erit differentia, quando interuenerit † iuramentum de
præcisè faciendo, quo casu, quando obligatio faciendi non in-
ducit seruitutē, de qua supra, tenebitur præcisè facere. gl. est sin-
gularis in l. si pecuniam. in prin. in vers. necesse habeas. ff. de con
dictionibus ob causam.

Ideo dixi præcisè, quia si simpliciter iurasset secus, per notata
in l. fi. C. de non numerata pecunia. & in c. quemadmodū. extra
iureiur. quod declara, vt dixi in d. l. stipulationes nō diuiduntur.

Secundò, quando inducit seruitutem, vt in casibus præmissis,
46 non credo iuramentum † obligare præcisè ad talem seruitutē:
quia esset contra bonos mores, tollendo libertatem, d. §. 2.
47 Item, & nonò, † quidam sunt mores inducti ad conseruatio-
nem membrorum nostrorum, vt habetur in l. liber homo. ff. ad
legem Aquiliam. facit tex. singularis in l. non tantum. ff. de appel
48 lationib. & contra istos mores dico etiam non valere † pactio-
nem quantuncunq; iuratam: puta, si paciscar, ꝙ si reperies me in
vinea tua, possis me impunè occidere, vel percutere, certè non
valet. & ideo, si sum clericus hoc non obstante erit excommu-
nicatus: & ita determinat Guliel. & Ang. in l. si vnus. §. pacta. ff. de
pactis. Quod tamen limita, & intellige, vt dicam in §. super præ-
49 cepto. infra proximè sequenti. Quare autem † non firmatur iu-
ramento, potest esse ratio: quia similia pacta tendunt in dispen-
dium alterius, videlicet, Reipublicæ: quæ ob hoc posset priuari
uno homine, ut uoluit Aristoteles in quinto (ni fallar) Ethic. &
50 facit illud Ciceronis, Non solùm, inquit, nobis nati † sumus, sed
ortus nostri, partem amici, partem parentes, partem patria uen-
dicat. Cùm ergo iuramentum tendat in præiudicium alterius,
non ligat. c. cùm contingat. prope finem de iureiur.

Item, quia disponit super eo, cuius non est dominus, ut prædi
xi. & adde omnino, quæ dicam in d. §. super præcepto.
51 Quidam, & decimò, † sunt mores inducti ad obuiandum ri-
xis, & scandalis futuris. l. æquissimum. in princip. ff. de usufructu.
per quem textum dicit notabiliter Ang. in l. 2. §. ex his. ff. de uer-
bo. oblig. ꝙ si propter litigium, quod est inter aliquos imminet
52 periculum scandali, † Iudex ex officio potest eos cogere ad cō-
cordiam, quod nota. & adde etiam aliud dictum simile Bar. in d.
l. æquissimum. uide ibi. & contra tales mores etiam non ualet ali
qua dispositio, quantuncunq; iurata. Hinc uidemus, ꝙ licèt de-
bitor possit pacisci, ꝙ creditor possit ingredi rem obligatā pro-
pria auctoritate. l. 3. C. de pignorib. Tametsi, reperit debitorem
53 actualiter resistentē non potest uirtute † talis conuentionis ma
nu armata ingredi, etiam si expressè esset conuentum, ut etiam
debitore resistente hoc posset fieri: quia non ualeret talis con-
uentio secundùm Bar. in d. l. 3. post Iaco. Butr. per legem conue-
nire. ff. de pactis dotalibus. & per l. si unus. §. pacta. ff. de pactis. Ex
quibus iuribus Bar. præcipio eius mentem esse, ꝙ non ualeret cō
uentio talis, etiā si esset iurata, quasi turpis, & contra bonos mo-
res, prout nec tenet in dictis iuribus: in quibus gl. in d. c. non est
obligatorium. de reg. iur. in 6. exemplificat illud capitulum.

Attende tamen, quia præmissa procedunt, nisi in instrumen-
54 to debitor † se cōstituisset creditoris nomine, uel precario possi
dere: quia tunc, si cum hoc daret licentiā præmissam, posset cre-
ditor ingredi propria auctoritate, etiam debitore resistente, se-
cundùm Barto. in d. l. 3. quæ incipit, Creditores. & ibi uide ratio
nem per eundem Bartolum.

Quidam, & undecimò, sunt mores inducti ad obuiādum do
55 lis, † & fraudibus inductis futuris. l. contractus. uersi. excepto. ff.
de reg. iur. & in eo casu gl. in d. c. non est obligatorium. exempli
ficat illum textum, dicens etiam per hoc non ualere pactum, ne
cum uxore agatur rerum amotarum: quia per hoc inuitarētur
mulieres ad furandum. l. conuenire. ff. de pactis dotalibus. Et per
56 hoc dico etiam non ualere † pactum, licèt iuratum de non re-
ducendo arbitramentum ad arbitrium boni uiri: quia per hoc
inducerentur arbitratores ad malè iudicandū: de quo plenè per
Canonistas in c. Quintauallis. de iureiur. & per Bar. in l. si societa
tem. § arbitrorum. ff. pro socio. quod eleganter declara, ut dixi
in l. stipulationes quædam. ff. de uerb. oblig.
57 Quidam, & duodecimò sunt mores inducti, † fundati super
aliis rationibus merè positiuis, & inductis propter alias. Cæ-
tera desunt.

Tractatuum primi Tomi finis.

Source : BIU Cujas

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee.

Omnes ſunt Quaterniones præter Eee, Duernionem.




VENETIIS. M D LXXXIII.


Source : BIU Cujas



Sour



BIU Cujas



Source : BIU Cujas

332

TRACTATUS

UNIVERSI JURIS

I

TABLE GÉNÉRALE

DES

AUTEURS

GRANDE
RÉSERVE

B. F. D.

Source : BIU Cujas